DESIDERII
ERASMI
OPERVM
OMNIVM
TOMVS SEXTVS.

DESIDERII ERASMI
ROTERODAMI
OPERA OMNIA
EMENDATIORA ET AVCTIORA,

AD OPTIMAS EDITIONES, PRAECIPVE QVAS IPSE ERASMVS POSTREMO CVRAVIT, SVMMA FIDE EXACTA,


DOCTORVMQVE VIRORVM NOTIS ILLVSTRATA.

TOMVS SEXTVS,

COMPLECTENS

NOVVM TESTAMENTVM,

Cui, in hac Editione, subjectæ sunt singulis paginis Adnotationes.



LVGDVNI BATAVORVM,

Curâ & impensis PETRI VANDER AA, MDCCV.

Cum speciali Privilegio Illustr. ac Præpotent. Ordd. Holl. & West-Frisiæ.

CANDIDO LECTORI

S.

En tibi, LECTOR, sextum Operum *Des. Erasmi* Volumen, quo continetur ejus Versio Latina Novi Testamenti, Græco contextui addita, una cum Adnotationibus. Verùm cùm in prioribus Editionibus numeri commatum, qui sunt quærentibus quidpiam commodissimi, non essent additi, & Græcis & Latinis eos hîc diligenter addi curavit Bibliopola. Præterea Adnotationes *Erasmi*, quæ erant ad calcem subjectæ, nec nisi difficulter cum contextu Græco, ejusque Versione Erasmiana conferri poterant, nunc paginis singulis subjectæ facilè se se legendas præbent. Ne miretur tamen Lector, minùs in Operibus *Erasmi* versatus, verba, quæ singulis Adnotationibus illustranda præfiguntur, non inveniri in iis locis Versionis, ubi numeri conspiciuntur; sciat oportet *Erasmum* Adnotationes suas, non in suam ipsius Versionem scripsisse, sed in Translationem Vulgatam. Numeros tamen ad Versionem *Erasmi* referendos existimavimus, ut eæ Translationes commodiùs inter se conferri possent. Post Canones Eusebianos Bibliopola etiam adjicienda curavit nonnulla, quæ non erant in Editione Frobeniana anni 1540. sed quæ in alia antiquiore Novi Testamenti *Erasmi* invenit. Ea sunt, Summa totius Scripturæ; & Index rerum, quæ in Novo Testamento leguntur. Hæc si ab ipso *Erasmo* confecta non sint, attamen eo volente & probante videntur olim illi Editioni adjecta, sunt enim bona & utilia. Præterea cùm inventa essent in Editione Basiliensi anni 1522. additamenta alia nonnulla elegantia & frugifera, quæ non comparent in aliis, resecta, ut opinor, ob causas quas adsequi difficile non est; nec easdem causas nunc haberemus eorum omittendorum, non immeritò visum est Bibliopolæ ea post Auctoris Dedicationem ad Leonem X. Pontif. Max. addere. Laudandus sanè propterea est, quod ramenta omnia divitis venæ studiose undequaque collegerit, ut eorum usum communiorem toti Reipublicæ Litterariæ faceret. Quam in rem, nullis laboribus, aut sumtibus pepercit, dignusque est ideò cui omnes Reipublicæ Litterariæ cives ex animo faveant.

Si de præstantia Operis, ex multitudine editionum, judicium ferri possit, præstantissimum hoc Volumen fuisse oportet, quod toties editum est, ut nullius lucubrationes in Novum Testamentum tam sæpe sint recusæ. Ac sanè primus omnium vidit *Erasmus* quomodo restituendum, illustrandúmque esset Novum Testamentum. Primum enim varias lectiones ex MSS. Codicibus, & SS. Patribus, ex quarum collatione vera constitui posset, sat diligenter collegit. Translationem etiam novam, cùm antiqua minùs Latina, & obscura nimis esset, elegantiorem & clariorem multò totius Novi Testamenti, summo labore, perfecit. Denique ex Linguæ Græcæ usu, consensúque eorumdem Patrum, sententiam dictorum, quoad potuit, tradidit; nec alius quisquam ejus ætate meliùs id, quod adgressus est, præstare potuisset. Scio esse viros doctissimos, qui dixerint *Erasmum* nimis diligenter collegisse varias lectiones locorum, ubi sermo est de Divinitate Christi, iisque, qui eam negant, viam muniisse. Quare eum occulti Arianismi suspectum facere voluerunt. Verùm ad dogma ipsum quod attinet, ita se ipse in Apologiis, quæ nono Volumine continentur, defendit, ut ei heterodoxum quidquam tribui mera nunc calumnia esset. Ad varias autem illas lectiones quod attinet, si vera sunt quæ dicit de MSS. Codicibus, Patribusque, apud quos aliter loca nonnulla legantur, nihil est quod illi succenseamus; neque enim nobis fas est mendaciis veritatem tueri, quæ sanè iis non indiget. Quòd si nos fefellisset, ostendendum id esset, quod factum non video. Itaque cùm nobis sat magna suppetat locorum & argumentorum copia, quibus Arianismum confutemus, quamvis sit aliqua varietas, nonnullis in verbis, sive apud Patres, sive apud priscos Codices; utamur iis rationibus, quibus nihil dubium est admissum, dubiáque, prout sunt, relinquamus, & *Erasmo* gratias potiùs habeamus,

quòd nos de iis, quæ tutò urgeri non possunt, fideliter monuerit, tòtque & tantis laboribus genuinam Sacrorum oraculorum sententiam aperire conatus sit, & verò etiam feliciter ut plurimum aperuerit. Utere igitur, LECTOR, hoc Opere, in usus tuos commodiùs multò quàm antea disposito, magnóque viro eas grates rependito, quas potes & debes, benignâ æstimatione ejus Operum; laudibúsque, quasi flosculis, æternum hoc ingenii ejus monumentum nobiscum spargito.

Dabam Mense Junio Anni MDCCV.

DILECTO FILIO ERASMO ROTERODAMO

SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORI,

LEO, PP X

DILECTE fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Valde nos delectarunt lucubrationes tuæ in Testamentum Novum jam pridem editæ, non tam quia nostro nomini dicatæ fuerant, quam quod non vulgari, sed nova & insigni quadam eruditione præstabant, omniumque doctorum calculo plurimum laudabantur. Quas nuper à te recognitas, & pluribus additis annotationibus locupletatas, illustratasque fuisse, certiores facti, non mediocriter gavisi fuimus, ex prima illa editione, quæ absolutissima videbatur, conjecturam facientes, qualis hæc futura, quantumve boni, sacræ Theologiæ studiosis, ac orthodoxæ fidei nostræ sit allatura. Macte igitur istius animi tui esto, ac publicæ utilitati studens, Operi tam sancto, ut in lucem exeat, sedulo invigila, dignam quidem tot laborum mercedem ab ipso Deo relaturus: à nobis vero meritam commendationem, & cunctis Christi fidelibus perpetuam laudem consequuturus. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris. Die X. *Septemb.* M. D. XVIII. *Pontificatus nostri Anno sexto.*

Euangelistæ.

LEONI DECIMO,

PONTIFICI MODIS OMNIBVS SVMMO,

DES. ERASMVS ROTEROD. THEOLOGORVM INFIMVS S. D.

INTER tot egregia decora, Leo Decime Pontifex Maxime, quibus undique clarus & suspiciendus, ad pontificiæ dignitatis culmen adisti, hinc infinitis Mediceæ domus ornamentis, non minus eruditorum hominum monumentis, quam majorum tuorum imaginibus & honoribus inclytæ, hinc innumeris corporis animique dotibus, quas partim divini Numinis indulsit benignitas, partim eadem adspirante, tua paravit industria, non alia res te verius aut magnificentius illustravit, quam quod ad istum honorem, quo major inter homines homini non potest contingere, parem morum attuleris innocentiam: neque enim vitam modo ab omni dedecore longe lateque semotam, verum etiam famam, nulla unquam sinistri rumoris labe adspersam ad pontificiam sublimitatem pertulisti. Id quod quum ubique difficillimum est, tum præcipue Romæ, cujus urbis tanta est libertas, ne dicam petulantia, ut illic à conviciis parum tuta sit & integritas, ac ne ii quidem absint à crimine, qui plurimum absunt à vitiis. Quibus rebus factum est, ut Leoni non paulo plus veræ laudis pepererit, quod summum pontificium promeruisset, quam quod accepisset. Jam in ipsa pulcherrimi simul & sanctissimi muneris functione, quum tot præclaris factis, tot eximiis virtutibus susceptum honorem vicissim cohonestes, nihil tamen est quod te superis pariter & mortalibus commendet efficacius, quam quod summo studio parique sapientia illud potissimum agis ac moliris, ut in dies in melius provehatur Christiana pietas, hactenus temporum maximeque bellorum vitio, nonnihil labefacta, collapsaque, ut est cæterarum item omnium rerum humanarum natura, ni manibus pedibusque obnitamur, paulatim in deterius relabi, velutique degenerare. At res egregias aliquoties ut difficilius, ita & pulchrius est restituisse, quam condidisse: proinde quando tu nobis velut alterum præstas Esdram, & sedatis, quod in te fuit, bellorum procellis, sarciendæ religionis provinciam strenue capessis, par est nimirum, ut omnes ubique gentium ac terrarum Christiani, rem omnium pulcherrimam ac saluberrimam conantem, pro sua quisque facultate adjuvent. Jam video passim excellentes in-

ingenio viros, ceu magnos & opulentos Reges, Solomoni nostro in Templi structuram mittere marmora, ebur, aurum, gemmas. Nos tenues reguli, seu potius homunculi, qualescunque materias, aut certe caprarum pelles, ne nihil conferamus, mittere studemus: vile quidem munusculum, quod ad nostram attinet operam, sed unde (nisi me fallit animus) Christi Templo, si non multum splendoris, certe non parum utilitatis sit accessurum, præsertim si ejus calculo comprobetur, de cujus unius nutu ac renutu summa rerum humanarum pendet universa. Etenim quum illud haberem perspectissimum, præcipuam spem, planeque sacram, ut ajunt, anccoram, restituendæ sarciendæque Christianæ religionis in hoc esse sitam, si quotquot ubique terrarum Christianam Philosophiam profitentur, in primis auctoris sui decreta, ex Euangelicis Apostolicisque literis imbibant, in quibus sermo ille cœlestis, quondam è corde Patris ad nos profectus, adhuc nobis vivit, adhuc spirat, adhuc agit & loquitur, sic ut mea quidem sententia nusquam alias efficacius aut præsentius: ad hæc, quum viderem salutarem illam doctrinam longe purius ac vividius ex ipsis peti venis, ex ipsis hauriri fontibus, quam ex lacunis aut rivulis, Novum (ut vocant) Testamentum, universum ad Græcæ originis fidem recognovimus, idque non temere neque levi opera, sed adhibitis in consilium compluribus utriusque linguæ codicibus, nec iis sane quibuslibet, sed vetustissimis simul & emendatissimis. Et quoniam novimus in rebus sacris, religiose quoque versandum esse, nec hac contenti diligentia, per omnia veterum Theologorum scripta circumvolantes, ex horum citationibus aut expositionibus subodorati sumus, quid quisque legisset aut mutasset. Adjecimus Annotationes nostras, quæ primum lectorem doceant, quid qua ratione fuerit immutatum: deinde si quid alioqui perplexum, ambiguum, aut obscurum, id explicent atque enodent. Postremo quæ obsistant, quo minus proclive sit in posterum depravare, quod nos vix credendis vigiliis restituissemus. Quanquam, ut ingenue dicam, quicquid hoc est operis videri poterat humilius quam ut ei dicandum esset, quo nihil majus habet hic orbis: nisi conveniret, ut quicquid ad religionem instaurandam pertinet, haud alii consecretur, quam summo religionis Principi, & eidem assertori. Neque metus est, ne munus hoc nostrum qualecunque sis adspernaturus, qui non loco tantum referas illum, qui donaria non pretiis, sed animis solitus est æstimare, qui duo minutula pauperculæ viduæ, splendidis & opimis divitum donariis prætulit. Jam an non quotidie videmus inter auro gemmisque radiantia Regum donaria pratensibus flosculis, aut hortensibus herbulis concinnatas corollas suspendi divis, quas re tenuis, pietate dives offert plebecula? Alioqui quicquid illud est, seu magnum, seu pusillum, seu ludicrum, seu serium, quod hujus ingenioli fundus produxerit: id omne, ut nullus dedicem, suopte jure sibi potest vindicare, summus ille apud suos, virtutum ac literarum omnium Mœcenas & antistes Gulielmus Waramus, Archiepiscopus Cantuariensis, totius Angliæ non tituli tantum honore Primas, ac tuæ sanctitatis Legatus, ut vocant, natus: cui meipsum quoque quantus quantus sum debeo, non modo universum studii mei proventum. Siquidem is (ut ne dicam interim, cujusmodi tum publice tum privatim in me fuerit) id præstat suæ Britanniæ, quod Leo præstat orbi terrarum: quodque Medicea domus jam olim est Italiæ, vel hoc nomine terrarum omnium felicissimæ, hoc is suis est Anglis, ceu salutare quoddam sydus, ab ipsis fatis in hoc datus, ut eo præside, quicquid est bonarum rerum repullulet ac subolescat. Nam perinde quasi uno in homine plures sint heroes, & in unico pectore non simplex inhabitet numen: ita miris modis Archiepiscopum gerit Ecclesiæ, Legatum Sedi Romanæ, Consiliarium regiæ, Cancellarium justitiæ, Mœcenatem studiis, cujus opera potissimum factum est, ut Insula jam olim viris, armis, opibusque pollens, nunc optimis item legibus, religione, moribus, ad extremum ingeniis omni literarum genere perpolitis, adeo floreat, ut cum quavis cæterarum regionum possit ex æquo contendere. Verum, quo latius hujus laboris nostri manaret utilitas, visum est, tui nominis, apud omnes sacrosancti, ceu lenocinio quodam ad publicam orbis abuti commoditatem, præsertim quum huc vocet ipsa quoque rei ratio, quod pulchre congruebat, ut illius auspiciis hæc Christiana Philosophia derivaretur ad omneis mortales, qui Christianæ religionis teneret arcem, ac per eum proficisceretur doctrina cœlestis ad universos homines, per quem Christus nos voluit accipere, quicquid homines è terris evehit in cœlum. Quanquam adeo quid tandem vetat, quo minus hic liber gemina commendatione fultus, hoc etiam felicius & auspicatius exeat in manus hominum, si duobus totius orbis summatibus viris communiter fuerit consecratus? Quandoquidem aris templisque videmus hoc plus accedere majestatis ac venerationis, quod pluribus simul divis sint dedicata. Jam hoc quantum libet novum videatur, modo publicæ conducat utilitati. Et ea est Leonis modestia, facilitasque, ut hac parte non minus sit maximus, quam ea, qua maximos omnes longo superat intervallo. Et ea est Archiepiscopi in omni decorum genere præstantia, ut Leonem omnibus numeris summum, non alius magis deceat collega. Postremo si fas est apud tantum Principem nonnihil Thrasonis è comœdia referre, quantumvis in speciem humilis videatur hic meus labor, tamen confido futurum, ut attentus lector aliquanto plus deprehendat in secessu, quam prima statim fronte præ se ferat Opus. Sed ne celsitudinem tuam, jugi solicitudine terrarum orbi consulentem, longiori sermone remorans, in publica peccem commoda; quod reliquum est, cum plebejo lectore transigam: sed prius illud apprecatus, ut cujus providentia Leo decimus contigit sublevandis rebus mortalium, idem eum nobis & quam maxime longævum esse velit & felicissimum. Basilea 1. Februarii, Anno restitutæ salutis 1516.

DESIDERII ERASMI ROTERODAMI

PRAEFATIO

TERTIAE EDITIONIS NOVI TESTAMENTI AN. M. D. XXIV.

QVOD apud Matthæum Dominus, ac præceptor noster Jesus Christus loquitur, id æquum esse arbitror, ut quisque mortalium sibi dictum putet: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Nullum hominum genus à se repellit servator omnium, omnes invitat ad refrigerium: quia nullus est, qui non aliqua molestia laboret in hoc mundo. Non discernit virum à fœmina, non puerum à sene, non servum à libero, non privatum à Rege, non divitem à paupere, non Judæum ab Ethnico, non sacerdotem à laico, non Monachum à non Monacho. Quicunque estis, qualescunque estis, si refrigerium quæritis, ad me venite. Ingens est sarcina ambitio, grave jugum servire libidini. Alius livore torquetur: alium cruciat ira, vindictæque cupiditas. Hic amat misere, ille odit miserius. Hunc premit dura paupertas: alius morbo senio ve degravatur: illum urget tyrannus: sunt qui constitutiunculis humanis gravantur. Quid autem malorum non habet hæc vita? At omnibus dicit optimus ille Christus. Venite ad me. Hactenus itum est ad Philosophos: hactenus itum est ad Mosen: itum est ad Pharisæos, itum ad Rabbinos: hactenus itum alio atque alio. Nunc ad me venite, & quod illi non præstiterunt, ego præstabo, Reficiam vos. Otium & quietem expetunt omnes. Et quis non statim adamet tam obviam bonitatem clementissimi Domini, sic ultro ad se vocantis universos? At quis non illico certam fiduciam animo concipiat, simulatque cogitarit, hunc qui promittit, nihil non posse? Quocunque malo laboratis, quæcunque vos gravat sarcina, ego reficiam vos. Rem egregiam pollicetur, nec ulla pretii mentio, venite tantum. Cur autem pigeat venire ad illum, qui nostra causa venit ad nos? Dixerit aliquis: Quomodo ibimus ad illum? nos in terris repimus, ille sublimis sedet in Cœlis. Illuc igitur cursum instituamus oportet, si velimus ad Christum accedere: non enim itur ad illum pedibus, sed affectibus: imo pedibus, sed animi, non corporis. Si tibi cœperint sordere hæc terrena, quæ nos remorantur à bonis cœlestibus, nimirum jam cœpisti ad Christum accedere. Non est quod emetiaris freta, non est quod ignotas adeas regiones: adest paratum Dei verbum, in ore tuo, & in corde tuo: non est cur te moveant hæ voces: Ecce hic Christus in agro, ecce hic in civitate. Siquidem regnum Dei intra vos est. Si vis ad Christum accedere, fac accedas ad teipsum: nihil interius tibi animo tuo: huc te totum recipe. Cum avocaris ad ea quæ sunt corporis, ut à teipso recedis, sic recedis à Christo. Cum te stupefaciunt opes, atque hæc bona, quæ Philosophi quoque profani vocant externa, longius etiam à teipso recedis, quanquam nec ad Christum venire datur, nisi Pater ad illum traxerit, imo nisi Christus traxerit. Clamemus igitur cum sponsa: Trahe me post te. Clamemus cum Petro: Jube me venire ad te. Accedebant olim & Pharisæi & Herodiani ad Christum: sed pejores abibant, quam accesserant. Nemo feliciter venit ad Christum, nisi qui sincera cum fide accesserit, nisi qui sitiens & esuriens justitiam. Modo, sicut oportet, veniamus, non est periculum ne frustra veniamus. Adest ille suis: & adest efficacius, quam olim corpore præsens aderat Judæis. Reliquit nobis purissimas mentis suæ venas in Euangelicis & Apostolicis literis. Has adire quoties libet licet. Has etiam circumferre tecum licet. Habemus fontes Servatoris: unde quid haurire possumus, nisi salutem? cur his neglectis libet bibere de lacunis aliorum contritis ac ruderibus oppletis, in quibus plus est limi quam aquæ? Ne quid interim dicam de quorundam venis veneno infectis. Nec est quo tergiversemur, dicentes: Theologorum est istos fontes attingere, atque hinc quod hauserint, aliis ministrare. Et ab his igitur avide sumendum est, ubi contigerint. In quos vere competet illud Solomonis: Vena vitæ os justi. Sed quoniam horum est mira paucitas, & plerique quæ sua sunt, quærunt, non quæ Jesu Christi, tutissimum est ipsos adire fontes. Obvii sunt, expositi sunt. Non requirunt spinosum Sophistam, aut pertinacem Dialecticum, aut versutum Philosophum, animum requirunt in Christo sublimem, in sese humilem, hoc est, sibi nihil tribuentem de Christo, nihil sibi non pollicentem. Huic satis fuerit his rudimentis instructum venire, unius Christi doctrinam ad regulam pietatis, unius Christi vitam ad exemplum recte vivendi, nobis satis esse. Quicquid nobis divina bonitas largita est, per hunc gratis largita est, ne quid nobis arrogemus laudis aut gloriæ. Hunc per varias afflictiones, per crucem evexit ad immortalitatis gloriam, ut nos interim per innocentiam vitæ meditemur hic immortalitatem quandam, per charitatem, benemerentes, quod in nobis est, de omnibus, etiam impiis, per patientiam tolerantes alacriter spe futuri præmii, quicquid ob Christum infligitur, sic undique temperantes actiones nostras, ut malos etiam pelliceamus ad amorem Euangelicæ vitæ, neque cuiquam sit, quod probabiliter in nobis possit calumniari, quicquid agimus, quicquid loquimur, ad Christi gloriam referentes. In hujusmodi nihil poterit ambitio, nihil ira, nihil invidia, nihil avaritia, nihil cæteræ pestes humanæ vitæ. Nihil poterit mortis terror in eum, qui sibi persuasum habet, adeo nihil perire piis, ut ipsa etiam vitæ jactura vertatur in lucrum immortalis vitæ.

Hanc Philosophiam licebit ex his haurire fontibus, ab hac Christiani vocamur. Si nemo non gaudet vocari Christianus, nemo debet ignorare principis sui dogmata. Nullus audet se profiteri Augustinensem, qui regulam Augustini non legerit, nemo Benedictinum, qui Benedicti regulam ignoret, nemo Franciscanum, qui Francisci regulam non viderit. Et tu tibi Christianus videris, qui nusquam scire curaris Christi regulam? Franciscus clamat: Qui non vestitur tali colore, qui non cingitur fune, non est meus discipulus, & omnes religiose faciunt, quod jubet homo. Christus clamat: Qui non tollit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus, neque cuiquam religio est non tollere crucem, & tamen nemo videtur sibi minus esse Christianus. Si quis Franciscanus nigro vestiatur, aut discinctus incedat, magno metu corriperetur, ne dæmon aliquis subito ipsum abriperet ad tartarum, quod ausus sit id facere, quod per se neque bonum est, neque malum, nec alia ratione nefas est, nisi quia vetuit homo. Christus tanto major Francisco, si tamen ulla collatio est, jussit ne malo resisteres, ut malefacta benefactis pensares, ut maledicta benedictis retaliares, & non contremiscis, non inhorrescis, non vereris ne tibi terra dehiscat, cum beneficium malefactis oneras, cum benemerentem mendaci lingua virulentia laceras? Hæc est communis Christianorum omnium regula. Ad hanc examinabuntur omnes, cujuscunque status erunt, in illo judicio Dei, ubi non ex piscibus, aut carnibus, non ex colore vestis, sed ex veris æstimabuntur. Ut Apostatam exsecraris, si Minorita colore utatur, qui paulo magis vergat ad nigrorem, & tu ibi Apostata non es, qui totius Euangelicæ doctrinæ oblitus, oblitus omnium quæ in baptismo vovisti, totus servis mammonæ, servis mundi voluptatibus, servis ambitioni, proque Christo, cui te semel dicasti, in cujus verba jurasti, vivis ex libidine adversarii, quem semel abjurasti, quem semel detestatus es? Si tanta est humanarum constitutionum religio, unde tam supinus neglectus ejus rei, quæ sola debebat esse religioni? non est hæc nova querela. Questus est idem olim Deus per Jeremiam Prophetam, quod filii Jonadab constanter obedierunt præcepto patris, abstinentes à vino, cujus usum ille suis interdixerat, cum populus Israeliticus interim negligeret jussa Dei. Questus est hoc ipsum Christus in Euangelio, vociferans in eos qui transgre-

de-

derentur præcepta Dei, propter hominum constitutiones. Deplorant hoc tot locis primores Apostolorum Petrus & Paulus. Nunc eo res deducta est, ut ne queri quidem liceat. Prædicatorum plenus est mundus, & tamen horum maxima pars pro divinis humana prædicant. Neque enim horum scopus est gloria Christi, sed quæstus, sed vita voluptas, sed Episcopatus aliquis opimus, aut Abbatia non macilenta. Hæc jam palam fiunt, & Euangelice. Assentantur magnatibus, negligunt tenues & humiles. Hos conculcant, illis pro salutaribus blanda quædam instillant. Neque multo tutius est hodie puras illas Christi venas proponi populo sitienti, ac jamdudum fastidienti commenta mortalium, quam olim fuerit tempore Neronis. In causa sunt Pseudapostoli, qui ventri suo serviunt, non Jesu Christo. Sed magis libet omissis, licet nimium justis, querelis, hortari Christianos, ut ad Christi purissimos fontes, puros animos adferant, neque quicquam aliud sitientes, quam eam doctrinam, quæ nos Christo præceptore dignos reddat. Non deerit ille conantibus. Ubi semel gustaverimus hujus venæ laticem, semelque gustaverimus quam suavis est Dominus, in nauseam abibit sophistica doctrina, nec unquam ab eo divelli poterimus, sed dicemus cum discipulis, Domine quo ibimus? verba vitæ habes. *Nos in hoc operam nostram navabimus, ut sartis canalibus, ut repurgatis apsidibus, paulo limpidius fluat, & aliquanto sit ad hauriendum commodior. Nam obvium esse decet, quod omnibus ex æquo paratum est. Nescio, an rursus admonere debeam, cum videam hanc cantilenam toties cani surdis, qui velut aspides, data opera obturant aures, ne vocem audiant incantantis ad meliora. Nos quod in emendatis Græcorum codicibus reperimus, Latine vertimus, observata, quoad licuit, sermonis Romani simplici munditia. Proinde si quid dissonabit ab editione veteri, ne protinus putent illam à nobis sugillatam, prius consulant annotationes nostras, deinde quod videbitur optimum, sequantur. Saltem illud modestiæ præstent, ne damnent incognitum, quod jam semel atque iterum probavit ille summus Ecclesiæ pastor Leo decimus. Vale.*

DES. ERASMI ROTERODAMI PARACLESIS,

ID EST, ADHORTATIO, AD CHRISTIANAE PHILOSOPHIAE STVDIVM.

LACTANTIVS ille Firmianus, optime lector, cujus linguam unice miratur Hieronymus, Christianæ religioni patrocinaturus adversus Ethnicos, cum primis optat sibi dari eloquentiam, Tullianæ proximam, improbum ratus, opinor, optasse parem. At ego sane, si quid hujusmodi votis proficitur, tantisper dum mortales omnes ad sanctissimum ac saluberrimum Christianæ Philosophiæ studium adhortor, ac veluti classicum canens evoco, vehementer optarim eloquentiam mihi dari, longe aliam quam fuerit Ciceroni, si minus picturatam quam fuit illius, certe multo magis efficacem. Imo si cui unquam talis contigit dicendi vis, qualem non omnino sine causa, veterum poetarum fabulæ subnotarunt in Mercurio, qui ceu magica virga divinaque cithara somnum immittit cum libet, & idem adimit, quos vult ad inferos impellens, ac rursus ab inferis evocans; aut qualem signarunt in Amphione, Orpheoque, quorum alter rigida movisse saxa, alter quercus & ornos traxisse cithara, fingitur; aut qualem Ogmio suo tribuebant Galli, mortales omnes catenulis, à lingua in aures infixis, quo vellet circumducenti; aut qualem Marsyæ fabulosa tribuit antiquitas; aut certe, ne nimium diu fabulis immoremur, qualem Socrati tribuit Alcibiades, Pericli vetus comœdia, quæ non aures tantum mox peritura voluptate deliniat, sed quæ tenaces aculeos relinquat in animis auditorum, quæ rapiat, quæ transformet, quæ multo alium dimittat auditorem quam acceperit. Timotheus musicus ille nobilis Dorios accinens modos, Alexandrum magnum ad belli studium inflammare solitus legitur. Neque defuerunt olim, qui precaminibus, quas Græci vocant ἐπῳδὰς, nihil ducerent efficacius. At si quod usquam esset hujusmodi genus incantamenti, si qua vis harmoniæ, quæ verum habeat ἐνθουσιασμὸν, si qua Pitho vere flexanima, eam mihi cupiam in præsentia suppetere, quo rem omnium saluberrimam omnibus persuadeam. Quanquam illud potius optandum, ut Christus ipse, cujus negotium agitur, ita citharæ nostræ cordas temperet, ut hæc cantilena penitus afficiat ac moveat animos omnium. Ad quod quidem efficiendum, nihil opus rhetorum epicherematis, aut epiphonematis. Hoc quod optamus, non alia res certius præstet, quam ipsa veritas, cujus quo simplicior, hoc efficacior est oratio. Ac primum quidem non libet in præsentia refricare querelam illam, non omnino novam, sed heu nimium justam, & haud scio an unquam justiorem, quam hisce temporibus, cum tam ardentibus animis in sua quisque studia mortales incumbant, hanc unam Christi Philosophiam à nonnullis etiam Christianis rideri, à plerisque negligi, à paucis tractari, sed frigide, non enim dicam insincere. At in cæteris disciplinis omnibus, quas humana prodidit industria, nihil est tam abditum ac retrusum, quod non pervestigarit humani ingenii sagacitas, nihil tam difficile, quod non expugnarit labor improbus. Quî fit autem, ut hanc unam Philosophiam, non his, quibus par est, animis amplectamur, quotquot ipso etiam cognomine Christi nomen profitemur? Platonici, Pythagorici, Academici, Stoici, Cynici, Peripatetici, Epicurei, suæ quisque sectæ dogmata, tum penitus habent cognita, tum memoriter tenent, pro his digladiantur illi, vel emorituri citius, quam auctoris sui patrocinium deserant. At cur non multo magis tales animos præstamus auctori nostro & principi Christo? Quis non vehementer fœdum censeat, Aristotelicam profitenti Philosophiam, nescire quid vir ille senserit de causis fulminum, de prima materia, de infinito? quæ nec cognita felicem, nec ignorata reddunt infelicem. Et nos tot modis initiati, tot sacramentis adacti Christo, non fœdum ac turpe putamus illius nescire dogmata, quæ certissimam omnibus præstent felicitatem? Nam quorsum attinet hic contentione rem exaggerare, cum hoc ipsum impiæ cujusdam dementiæ sit, Christum cum Zenone aut Aristotele, & hujus doctrinam cum illorum, ut modestissime dicam, præceptiunculis conferre velle? Affingant illi suæ sectæ principibus, quantum possunt, aut quantum libet. Certe solus hic è cœlo profectus est doctor, solus certa docere potuit, cum sit æterna sapientia, solus salutaria docuit unicus humanæ salutis auctor, solus absolute præstitit, quicquid unquam docuit, solus exhibere potest, quicquid promisit. Si quid à Chaldæis aut Ægyptiis adfertur, id ob hoc ipsum acrius avemus cognoscere, quod è peregrino sit orbe deportatum, & pretii pars est è longinquo venisse, & sæpenumero insomniis homunculi, ne dicam impostoris, tam anxie distorquemur, non solum nullo fructu, sed magno temporis dispendio, ne quid addam gravius, tametsi jam hoc ipsum, ut nihil accedat, gravissimum est. At quî fit ut hujusmodi cupiditas non item Christianos titillet animos,

mos, quibus persuasum est id, quod res est, hanc doctrinam non ex Ægypto, Syriave, sed ex ipso venisse cœlo? Cur non ita nobiscum cogitamus omnes? novum & admirabile Philosophiæ genus sit, oportet, quod ut traderet mortalibus is qui Deus erat, factus est homo, qui immortalis, factus est mortalis, qui in corde Patris erat, sese demisit in terras. Magnum quiddam & haudquaquam triviale sit, oportet, quicquid illud est, quod ille tam admirandus auctor, post tot excellentium Philosophorum familias, post tot insignes Prophetas, docturus advenerit. Cur non hic pia curiositate singula cognoscimus, disquirimus, excutimus? Præsertim cum hoc sapientiæ genus, tam eximium, ut semel stultam reddiderit universam hujus mundi sapientiam, ex paucis hisce libris, velut è limpidissimis fontibus, haurire liceat, longe minore negotio, quam ex tot voluminibus spinosis, ex tam immensis, iisque inter se pugnantibus interpretum commentariis, Aristotelicam doctrinam, ut ne addam, quanto majore cum fructu. Nihil enim hic necesse est, ut tot anxiis disciplinis instructus accedas. Simplex & cuivis paratum est viaticum, tantum fac adferas pium ac promtum animum, & imprimis simplici puraque præditum fide. Tantum esto docilis, & multum in hac Philosophia promovisti. Ipsa suppeditat doctorem spiritum, qui nulli sese libentius impartit, quam simplicibus animis. Illorum disciplinæ, præterquam quod falsam promittunt felicitatem, multorum ingenia submovent ipsa videlicet præceptorum difficultate. Hæc omnibus ex æquo sese accommodat, submittit se parvulis, ad illorum modulum sese attemperat, lacte illos alens, ferens, confovens, sustinens, omnia faciens, donec grandescamus in Christo. At rursum ita non deest infimis, ut summis etiam sit admirabilis. Imo quo longius in hujus opes progressus fueris, hoc longius illius majestate submoveris. Parvis pusilla est, magnis plus quam maxima. Nullam hæc ætatem, nullum sexum, nullam fortunam, nullam rejicit conditionem. Sol hic non perinde communis & expositus est omnibus, atque Christi doctrina. Non arcet omnino quenquam, nisi quis semet arceat, ipse sibi invidens. Vehementer enim ab istis dissentio, qui nolint ab idiotis legi divinas Literas, in vulgi linguam transfusas, sive quasi Christus tam involuta docuerit, ut vix à pauculis Theologis possint intelligi, sive quasi religionis Christianæ præsidium in hoc situm sit, si nesciatur. Regum mysteria celare fortasse satius est. At Christus sua mysteria quam maxime cupit evulgari. Optarim ut omnes mulierculæ legant Euangelium, legant Paulinas Epistolas. Atque utinam hæc in omnes omnium linguas essent transfusa, ut non solum à Scotis & Hibernis, sed à Turcis quoque & Saracenis legi cognoscique possint. Primus certe gradus est, utcunque cognoscere. Esto, riderent multi, at caperentur aliquot. Utinam hinc ad stivam aliquid decantet agricola, hinc nonnihil ad radios suos moduletur textor, hujusmodi fabulis itineris tædium levet viator. Ex his sint omnia Christianorum omnium colloquia. Tales enim ferme sumus, quales sunt quotidianæ nostræ confabulationes. Assequatur quisque quod potest, exprimat quisque quod potest. Qui posterior est, non invideat præcedenti, qui prior est, invitet sequentem, non desperet. Cur professionem omnium communem ad paucos contrahimus? Neque enim consentaneum est, cum Baptismus ex æquo communis sit Christianorum omnium, in quo prima Christianæ Philosophiæ professio est, cum sacramenta cætera, denique cum præmium illud immortalitatis ad omnes ex æquo pertineat, sola dogmata in pauculos istos esse releganda, quos hodie vulgus Theologos aut Monachos vocat, quos ipsos tamen, tametsi minima quæpiam portio sint ad populum Christiani nominis, tamen hos, inquam, ipsos optarim majorem in modum esse quod audiunt. Vereor enim ne inter Theologos reperire liceat, qui multum absint à suo titulo, hoc est, qui terrena loquantur, non divina: & inter Monachos, qui Christi paupertatem & mundi contemtum profitentur, plusquam mundum reperies. Is mihi vere Theologus est, qui non syllogismis arte contortis, sed affectu, sed ipso vultu atque oculis, sed ipsa vita doceat adspernandas opes: Christiano non esse fidendum hujus mundi præsidiis, sed totum oportere pendere de Cœlo: non esse retaliandam injuriam: bene precandum male precantibus, bene merendum de male merentibus, bonos omnes velut ejusdem corporis membra diligendos ac fovendos ex æquo, malos tolerandos, si corrigi nequeant: qui suis exuuntur bonis, qui depelluntur possessionibus, qui lugent, hos beatos esse, non deplorandos: mortem optandam etiam piis, ut quæ nihil sit aliud quam trajectus ad immortalitatem: hæc, inquam, & hujusmodi, si quis afflatus Spiritu Christi prædicet, inculcet, ad hæc hortetur, invitet, animet, is demum vere Theologus est, etiamsi fossor fuerit, aut textor. Hæc si quis & ipsis præstet moribus, is denique magnus est doctor. Qua ratione intelligant Angeli, fortasse subtilius disserat alius vel non Christianus: at illud persuadere, ut hic puri ab omnibus inquinamentis vitam exigamus angelicam, id demum Christiani Theologi munus est. Quod si quis obstrepet, hæc esse crassula & idiotica, nihil aliud huic responderim, nisi quod hæc crassa Christus præcipue docuit, hæc inculcant Apostoli, hæc quantumvis idiotica, tot germane Christianos, tot insignium martyrum examina nobis prodiderunt. Hæc, inquam, illiterata, ut ipsis videtur Philosophia summos orbis Principes, tot regna, tot gentes, in suas pertraxit leges: id quod nulla tyrannorum vis, nulla Philosophorum poterat eruditio. Neque vero repugno, quo minus sapientiam istam, si videtur, loquantur inter perfectos. At hoc certe nomine consoletur sese humile Christianorum vulgus, quod istas subtilitates, an sciverint Apostoli, viderint alii, certe non docuerunt: Hæc, inquam, plebeja, si præstarent pro sua sorte Principes, si in concionibus inculcarent sacerdotes, si pueris instillarent ludimagistri, potius quam erudita illa, ex Aristotelis & Averrois depromta fontibus: non sic perpetuis pene bellis tumultuaretur undique res Christiana, non tam insano studio, per fas nefasque congerendi divitias fervarent omnia; non tot litibus ubique perstreperent sacra pariter ac profana. Denique non titulo tantum & ceremoniis differremus ab his, qui Christi Philosophiam non profitentur. Siquidem in his tribus hominum ordinibus præcipue situm est Christianæ religionis vel instaurandæ, vel augendæ negotium, in Principibus, &, qui horum gerunt vices, magistratibus: in Episcopis, & horum vicariis, sacerdotibus: & in iis, qui primam illam ætatem, ad omnia sequacem, instituunt. Quod si omisso suo negotio contingat ex animo conspirare in Christum, nimirum videremus haud ita multis annis verum quoddam, &, ut Paulus inquit, γνήσιον Christianorum genus passim emergere, quod Christi Philosophiam non ceremoniis tantum, & propositionibus, sed ipso pectore, totaque vita referret. His armis longe citius pellicerentur ad Christi fidem, Christiani nominis hostes, quam minis aut armis. Ut omnia jungamus præsidia, nihil ipsa veritate potentius. Platonicus non est, qui Platonis libros non legerit, & Theologus est, non modo Christianus, qui Christi litteras non legerit? *Qui diligit*, inquit, *me*, *sermones meos servat*: hanc ipse notam præscripsit. Proinde si vere ex animo sumus Christiani, si vere credimus illum è cœlo missum, ut ea nos doceret, quæ Philosophorum sapientia non poterat, si vere exspectamus ab eo, quod nulli Principes quantumvis opulenti, donare queunt: cur est nobis quicquam hujus litteris antiquius? Cur omnino quidquam videtur eruditum, quod ab hujus decretis dissidet? Cur in his adorandis litteris idem, ac pene dixerim, plus nobis permittimus, quam in Cæsareis legibus, aut medicorum libris sibi permittunt interpretes profani? ut perinde quasi in re ludicra versemur: ita quicquid in buccam venerit, commentemur, detorqueamus, involvamus. Cœlestia dogmata, ceu Lidiam regulam, ad nostram pertrahimus vitam: & dum omnibus modis

dis fugimus, ne parum multa scisse videamur, quicquid usquam est profanarum literarum huc convehentes, id quod est in Christiana Philosophia præcipuum, non dicam, corrumpimus, sed quod negari non potest, ad paucos homines contrahimus rem, qua Christus nihil voluit esse communius. Hoc Philosophiæ genus in affectibus situm verius quam in syllogismis, vita est magis quam disputatio, afflatus potius quam eruditio, transformatio magis quam ratio. Doctos esse, vix paucis contingit: at nulli non licet esse Christianum, nulli non licet esse pium, addam audacter illud, nulli non licet esse Theologum. Jam facile descendit in animos omnium, quod maxime secundum naturam est. Quid autem aliud est Christi Philosophia, quam ipse *renascentiam* vocat, quam instauratio bene conditæ naturæ? Proinde quanquam nemo tradidit hæc absolutius, nemo efficacius quam Christus, tamen permulta reperire licet in Ethnicorum libris, quæ cum hujus doctrina consentiant. Nulla fuit unquam tam crassa factio Philosophiæ, quæ docuerit pecuniam hominem reddere felicem, nulla tam impudens, quæ in vulgaribus istis honoribus aut voluptatibus finem boni constituerit. Viderunt Stoici neminem esse sapientem, nisi bonum virum, viderunt nihil esse vere bonum aut honestum, præter veram virtutem, nihil horrendum aut malum, præter unam turpitudinem. Injuriam non esse pensandam injuria, multis modis apud Platonem docet Socrates: item cum immortalis sit anima, non esse deplorandos, qui cum fiducia bene actæ vitæ hinc demigrant in vitam feliciorem: præterea animam omnibus modis abducendam ab affectibus corporis, & ad ea traducendam, quæ vere sunt, cum non videantur. Nullam rem nobis suavem esse posse, quæ non aliquo modo contemnatur, in Politicis scripsit Aristoteles, una virtute excepta. Nihil in vita hominum suave esse posse, nisi adsit animus nullius mali sibi conscius, unde ceu fonte scatet vera voluptas, fatetur & Epicurus. Quid quod magnam hujus doctrinæ partem præstitere non pauci, præcipue Socrates, Diogenes, & Epictetus? At eadem cum tanto plenius & docuerit & præstiterit Christus, an non prodigii simile, hæc à Christianis vel ignorari, vel negligi, vel etiam rideri? Si sunt quæ propius pertinent ad Christianismum, his antiquatis, illa sequamur: sin hæc sola sunt, quæ vere Christianum possint efficere, cur hæc propemodum magis pro obsoletis & abrogatis habemus, quam libros Mosaicos? Primum autem est scire quid docuerit, proximum est præstare. Neque enim ob id, opinor, quisquam sibi Christianus esse videatur, si spinosa, molestaque verborum perplexitate, de instantibus, de relationibus, de quidditatibus ac formalitatibus disputet, sed si quod Christus docuit & exhibuit, id teneat, exprimatque. Non quod horum studium damnem, qui in argutiis hujusmodi non sine laude exercuerunt ingenii sui vires, (nolim enim offendi quemque) sed quod existimem, & vere, ni fallor, existimo, puram ac germanam illam Christi Philosophiam, non aliunde felicius hauriri, quam ex Euangelicis libris, quam ex Apostolicis litteris, in quibus si quis pie philosophetur, orans magis quam argumentans, & transformari studens potius quam armari, is nimirum comperiet nihil esse, quod ad hominis felicitatem, nihil quod ad ullam hujus vitæ functionem pertineat, quod in his non sit traditum, discussum, & absolutum. Sive quid discere cupimus, cur alius auctor magis placet quam ipse Christus? Sive vivendi formam requirimus, cur aliud nobis prius est exemplum, quam archetypus ipse Christus? Sive pharmacum aliquod adversus molestas animi cupiditates desideramus, cur alibi putamus remedium esse præsentius? Sive cupimus desidem ac languescentem animum expergefacere lectione, quæso, ubi reperias igniculos æque vivos & efficaces? Sive visum est animum ab hujus vitæ molestiis avocare, cur aliæ magis placent delitiæ? Cur statim malumus ex hominum litteris Christi sapientiam discere quam ex ipso Christo? qui quod pollicitus est sese semper nobiscum fore usque ad consummationem sæculi, in his litteris præcipue præstat, in quibus nobis etiam num vivit, spirat, loquitur, pene dixerim, efficacius, quam cum inter homines versaretur. Minus videbant, minus audiebant Judæi, quam tu vides & audis in Euangelicis litteris, tantum ut oculos & aures adferas, quibus ille cerni & audiri possit. Quid tandem hoc rei est? Litteras ab amiculo scriptas servamus, exosculamur, circumferimus, iterum atque iterum relegimus, & tot sunt millia Christianorum, qui cum alioqui docti sint, Euangelicos & Apostolicos libros ne legerint quidem unquam in omni vita. Mahumetani sua tenent dogmata, Judæi & hodie ab ipsis cunabulis suum ediscunt Mosen. Cur nos non idem præstamus Christo? Qui Benedicti profitentur institutum, regulam ab homine, eoque pene idiota, & idiotis scriptam, tenent, ediscunt, imbibunt. Qui Augustiniani sunt Ordinis, auctoris sui regulam callent. Franciscani Francisci sui traditiunculas adorant, amplectuntur, & quoque terrarum se contulerint, secum circumferunt, tutos se non credunt, nisi libellus adsit in sinu. Cur illi plus tribuunt regulæ ab homine scriptæ, quam universi Christiani suæ regulæ, quam omnibus tradidit Christus, quam omnes ex æquo professi sunt in baptismo? Denique qua (ut sexcentas etiam addas) nulla possit esse sanctior? Atque utinam fiat, ut quemadmodum Paulus scripsit, Mosi Legem non fuisse gloriosam præ gloria succedentis Euangelii, ita Christianis omnibus Euangelia & Apostolorum litteræ ita sanctæ habeantur, ut hæc præ illis non videantur esse sancta. Quid Alberto magno, quid Alexandro, quid Thomæ, quid Ægidio, quid Ricardo, quid Occamo alii velint tribuere, per me sane cuique liberum erit. Nolim enim cujusquam imminuere gloriam, aut cum inveteratis jam hominum studiis dimicare. Sint illa quantumvis erudita, quantumvis subtilia, quantumvis, si velint, Seraphica, hæc tamen certissima fateantur oportet: Paulus dijudicari vult spiritus prophetarum num ex Deo sint, Augustinus omnes omnium libros cum judicio legens, nihilo plus juris postulat & suis. In his solis litteris, & quod non assequor, tamen adoro. Hunc auctorem nobis non schola Theologorum, sed ipse Pater cœlestis, divinæ vocis testimonio comprobavit, idque bis, primum ad Jordanem in baptismo, deinde in monte Thabor in transfiguratione: *Hic*, inquit, *est Filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est, ipsum audite.* O solidam auctoritatem, vereque (ut isti vocant) irrefragabilem! Quid est ipsum *audite?* Nimirum, hic unicus est doctor, hujus unius discipuli sitis. Attollat studiis suum quisque quantum volet auctorem, hoc de uno citra exceptionem dictum est Christo. In hunc primum descendit columba, paterni testimonii comprobatrix. Hujus spiritum proxime refert Petrus, cui summus ille pastor oves suas semel, iterum ac tertio pascendas commisit, pascendas autem haud dubium quin Christianæ doctrinæ pabulo. Hic in Paulo veluti renatus est, quem ipse vocavit organum electum, & insignem sui nominis præconem. Johannes quod è sacro sancto illo pectoris fonte hauserat, id suis expressit litteris. Quid, quæso, simile in Scoto? (nolim id contumeliæ causa dictum videri) quid simile in Thoma? quanquam illius ingenium admiror, hujus etiam veneror sanctimoniam. Cur non in his tantis auctoribus philosophamur omnes? Quin hoc sinu circumferimus, hos semper habemus in manibus, quin in his venamur, scrutamur, disquirimus assidue? Cur major vitæ portio datur Averroi, quam Euangeliis? Cur tota pene ætas in hominum decretis, & inter se pugnantibus opinionibus conteritur? Jam vero sint illa sane, si libet, sublimium Theologorum. At in his certe sit futuri quondam magni Theologi tyrocinium. Quotquot in baptismo juravimus in verba Christi, si tamen ex animo juravimus, mox inter ipsos parentum complexus, & nutricum blanditias, Christi dogmatis imbuamur. Nam & altissime insidet, & tenacissime hæret, quod primum rudis illa animi testula combiberit. Christum prima sonet balbuties, ex hujus Euangeliis prima formetur infantia, quam ita

cum primis tradi cupiam, ut & à pueris ametur. Nam quemadmodum præceptorum quorundam austeritas facit, ut pueri prius oderint litteras quam noverint, ita sunt qui Christi Philosophiam tristem faciant, ac morosam, cum ea nihil sit suavius. In his deinde versentur studiis, donec tacitis auctibus adolescant in virum robustum in Christo. Aliorum litteræ sunt ejusmodi, ut non parum multos pœnituerit insumtæ in illis operæ, ac sæpenumero fit, ut qui per omnem vitam pro tuendis illarum decretis, ad mortem usque depugnarunt, in ipsa morte ab auctoris sui factione desciscant. At felix ille, quem in hisce litteris meditantem mors occupat. Has igitur toto pectore sitiamus omnes, has amplectamur, in his jugiter versemur, has exosculemur, his demum immoriamur, in has transformemur, quandoquidem abeunt studia in mores. Qui consequi non potest, (quis autem id non potest, si modo velit?) is saltem adoret hasce litteras, ceu thecam illius divini pectoris. Si quis ostendat Christi pedibus impressum vestigium, quam procumbimus Christiani, quam adoramus? At cur non potius vivam illius & spirantem imaginem in hisce veneramur libris? Si quis Christi tunicam exhibeat, quo non terrarum provolaturi simus, ut eam osculari liceat? Atqui ut totam illius supellectilem proferas, nihil erit, quod Christum expressius ac verius repræsentet quam Euangelicæ litteræ. Ligneam aut saxeam statuam, amore Christi gemmis auroque decoramus. Quin hæc potius auro gemmisque, & si quid his pretiosius, insigniuntur, quæ tanto præsentius Christum nobis referunt, quam ulla imaguncula? Siquidem illa, quid aliud, quam corporis figuram exprimit? Si tamen illius quicquam exprimit, at hæ tibi sacrosanctæ mentis illius vivam referunt imaginem, ipsumque Christum loquentem, sanantem, morientem, resurgentem, denique totum ita præsentem reddunt, ut minus visurus sis, si coram oculis conspicias.

DESIDERII ERASMI ROTERODAMI EPISTOLA

DE PHILOSOPHIA EVANGELICA.

QVANQVAM *in rebus divinis ita subinde caligat ingenium mortale, quamlibet alioqui perspicax, ut identidem exclamare cogatur illud Apostoli Pauli, qui quanquam raptus in tertium Cœlum audisset quædam reconditiora, quam ut expediret ea prodere mortali adhuc corpore gravatis animis, tamen Romanis scribens, ubi sermonis progressus cogitationem illius propius perduxisset ad aditum divini consilii, protinus obstupescens exclamat*: O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & impervestigabiles viæ ejus. Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit? *Moxque submittens imbecillitatem humani captus, majestati Numinis, nihil non optime dispensantis, etiamsi ratio consilii non potest à nobis percipi*: Ipsi, *inquit*, honor & gloria in sæcula sæculorum. *Sic ab adorata majestate sese reverenter subducens, transit ad mores instituendos.* Obsecro*: inquit*, vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem. *Exclamat itidem Propheta*: Judicia Domini abyssus multa. *Est tamen quo fas sit prodire piæ curiositati Christianorum, modo ad Paulinum exemplar, simul atque senserit aciem humanæ mentis non ferre lucem illam inaccessibilem, quam Pater cœlestis inhabitat, cedat adorabunda, & venerata Numinis inscrutabile mysterium, suam agnoscat imbecillitatem, & ea potius curet ὅτι τοῖς ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται. At nescio quo pacto fit, ut hominum curiositas non alibi magis intendat omnes ingenii nervos, quam in his, quæ & plurimum absunt à captu mortalitatis, & ad vitæ pietatem quam minimum conducunt. Quod genus fere sunt illa, quæ disputantur de essentia divina. Nullum autem mysterium magis ad nos pertinet, quam ineffabile consilium, quo Deus per Filium suum restituit humanum genus. In hujus contemplatione crebro versanti, nonnunquam illud mihi visum est vestigatu dignum, ecquod operæ pretium fuerit, ut ipse Dei Filius, factus homo, doctrina sua viam salutis nobis ostenderet. Nam ingens aliquod operæ pretium fuerit, necesse est. Atqui vix quicquam est proditum Euangelicis litteris, quod non multis ante seculis proditum fuerit Veteris Testamenti voluminibus, quædam etiam Philosophorum libris. Animas superstites esse corporibus, proque meritis actæ vitæ vel præmiis, vel pœnis affici, præter alios docuit Socrates ille Platonicus. Idem docet non esse virum justum, qui malit desinere esse justus, quam sustineat haberi injustus. Docet animum abducendum ab amore rerum visibilium, ad studium earum, quæ vere semperque sunt. Docet mortem non esse metuendam, sed optandam potius ei, qui bene vixerit. Docet non oportere quenquam suis factis fidere, sed tamen eum, qui conatus est pro viribus pure vivere, oportere de benigno Deo bonam habere spem. Hæc an non congruunt cum illis Euangelicis dogmatibus?* Et ibunt illi quidem in vitam æternam, illi vero in ignem æternum. Et beati eritis quum vobis exprobraverint homines, & beati quum vos persequentur propter justitiam. Et nolite vobis thesaurizare thesauros in terra. Et operamini cibum qui non perit. Et nolite timere eos qui occidunt corpus. Et quum omnia feceritis, dicite servi inutiles sumus. *Jam vero lex illa charitatis, quæ sola cunctas leges complectitur, an non plane diligenterque tradita est in Vetere Testamento?* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis, & proximum tuum tamquam teipsum. *Quid potuit inculcari diligentius, quid efficacius exprimi? Jam illa charitatis Euangelicæ præcepta, quibus jubemur esse misericordes ac benefici erga egenos, sic inculcantur in Prophetarum ac Veteris Testamenti voluminibus, ut vix possint vel apertius, vel accuratius. Clamat Esaias:* Subvenite oppresso, judicate pupillo, defendite viduam. *Rursum alibi:* Dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne onus disrumpe. *Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. Quum videris nudum operi eum. Christus docet*, Omni petenti te da. *At Deuteronomii liber hoc ipsum etiam efficacius:* Non erit, *inquit*, in te egens, ut benedicat te Dominus Deus tuus. *Plus enim exigere videtur qui jubet curari, ne quis egeat, quam qui jubet dari petenti. Quin & illud, quod Euangelicæ Philosophiæ videtur esse peculiare, quibus in rebus sita sit Christiana beatitudo, licet apud Esaiam audire. Dominus Jesus dixit:* Beati pauperes, beati qui esuriunt, beati qui lugent. *Quam his concinit Esaias:* Ecce, *inquit*, servi mei comedent, & vos esurietis: & servi mei bibent & vos sitietis. Ecce servi mei lætabuntur, & vos confundemini. Ecce servi mei laudabunt præ exsultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis. *Christus ait*: Beati eritis quum vos oderint homines. *Quid Esaias?* Ne metueritis, *inquit*, ignominiam ab hominibus, & contemtu illorum ne minuamini. *Postremo quod proprie videbatur Euangelicæ perfectionis, ne læsi referamus injuriam, ut diligamus & inimicos, ut bene mereamur de male merentibus, an non & Esaias docuit, quum ait:* Dicite fratres nostri estis, eis qui vos oderunt. *Rursum quum præcipit Zacharias, ne quis meminerit malitiæ proximi sui. Rursum quum per Prophetam clamat Dominus,* Mihi vindicta, & ego retribuam. *Ac ne exempla quidem Euangelicæ perfectionis desiderantur in Veteris Testamenti li-*

libris. Nam & Moses deleri postulat de libro Dei, ni rebelli populo condonaret peccatum. Et Aaron intercedit pro conjuratis adversum sese. Neque desunt exempla fortium, qui pro justitia passi sint extrema, quemadmodum Euangelici Martyres.

Quod si quis requirit miracula, comperiet excitatos mortuos, sanatum leprosum, auctam oleo lechytum, non defecisse hydriam farina, ignem cœlitus demissum absumsisse carnes victima, multa vi aquarum perfusas, fontem ad virga ictum exsiliisse e petra, aquas injecto ligno ex amaris ac pestiferis factas dulces ac salubres, aliaque non pauca notiora quam ut hic sint repetenda. Nec illic sacra Triadis siletur mysterium. De Patris nomine plena sunt omnia; Filii locis aliquot mentio, quem Augustinus testatur sese & in Platonicorum libris reperisse; Spiritus divini nomen ac vis non tacetur. Reviviscentiam corporum docuit Job, & ante Christum natum credebant Pharisai. Hac, inquam, omnia quum tot retro seculis fuissent prodita, quid erat illud novum, cujus gratia Filius Dei descendit in terras, qui se profitetur novatorem omnium?

Equidem dicam meam sententiam, sed ita ut integrum sit suum cuique judicium, si quis quid habet, quod vero sit propius. Quum Vetus Testamentum fuerit umbra ac veluti progymnasma Philosophia Euangelica, quumque Euangelica doctrina sit instauratio simul & perfectio natura, ut erat primum condita sincere, mirum videri non debet, si Philosophis quibusdam Ethnicis datum est, natura vi quadam animadvertere, qua cum doctrina Christi consentiant, quum, teste Paulo, iisdem contigerit ex visibili mundi fabrica ea colligere, qua non oculis, sed animo comprehenduntur, usque ad sempiternam Dei virtutem ac divinitatem; & maxime congruebat, ut nihil adferret Christus, cujus non aliqua vel umbra, vel scintilla pracessisset in Veteris Testamenti libris, quo propensior esset omnium fides, ad rem non omnino subitam atque exspectatam. Primum igitur quicquid Christus prastitit, promissum est sacrorum Vatum oraculis, adumbratum est figuris, & carptim etiam expressum est, veluti subinde promicantibus hinc atque hinc scintillulis aliquot, qua lucem illam, post erupturam, orbi portenderent.

Quid igitur eximium habet ille rerum omnium innovator? Multa sane. Primum quod absoluta virtutis, vel pracepta, vel exempla, qua per partes alia ab aliis prodita fuerant, hic unus & tradidit & expressit omnia. Nec tradidit solum, sed infixit, inculcavit, variisque parabolis sic impressit animis omnium, ut elabi non possint. Et sic expressit moribus ac factis, ut tota vita nihil aliud sit quam absolutum quoddam exemplar absoluta caritatis, modestia, tolerantia, clementia ac mansuetudinis. Hanc harmoniam, hunc omnium virtutum concentum in nullo sanctorum reperies, praterquam in uno Christo Jesu. Siquidem hic erat vere sermo ille contractus & in compendium redactus, quem tandem fecit Dominus super terram, in quo recapitularet omnia, qua in cœlis & qua in terris, ut quacunque e tot libris, e tot sanctis viris ante petebantur, nunc compendio ab uno Christo longe tum expressiora, tum absolutiora, compendio sumi possent. Ab hoc semina ac velut elementa pietatis, ab hoc progressus & auctus, ab hoc perfectio rectissime sumitur, qui est alpha & omega rerum omnium. Quanquam hoc ipsum, quod virtutis emicuit in sanctis, Christi munus est, tamen nihil in eis tam eximium est, quod non frigeat, & obscuretur, si ad Christi doctrinam & facta conferatur; ut ne dicam interim quod aliorum vita sic enituit aliquot eximiis virtutibus, ut eadem aliqua ex parte vitiis saltem humanis obscuraretur, Christum quacunque ex parte contempleris, nihil deprehendes non absolutum ac perpetuum. Quis enim unquam mortalium tanta praditus innocentia, tanta potestate, tot miraculis clarus, tot beneficiis liberalis in omnes, sic se dejecit, sic perpetua mansuetudine pertulit hominum infirmitatem, ingratitudinem, perversitatem usque ad flagra, usque ad sputa, usque ad convitia, usque ad crucem. Quis sic omnia perfecte docuit, & prastitit absolute qua docuit? Vincit & hoc titulo, quod Judaica justitia finibus angustis circumscribebatur, nec ultra gentem unam, eamque non amplam, proferebatur. Dabis absque fœnore mutuum, *sed fratri tuo:* Ne memineris malitiæ, *sed fratris tui:* Non erit egens, *sed inter vos. At Christus suam Philosophiam cunctis totius orbis nationibus communem esse voluit:* Da omni petenti te: Bene fac omnibus, *etiam inimicis:* Deprecamini pro omnibus, *etiam persequentibus vos. Porro corporum resurrectionem non modo docuit & inculcavit, verum etiam prastitit ipse reviviscens.*

Itaque non mirum est, si Philosophiam Euangelicam totus mundus, ante in varias Philosophorum & religionum sectas divisus, unanimi consensu amplexus est. Amplectamur & nos doctoris ac principis nostri monumenta, demusque operam, ut illius Philosophia quam latissime propagetur. Id fiet si eam omnibus innocentia vita, mutuaque caritate commendemus. Hac commendatione olim annis non ita multis, frustra rebellante mundo, per omneis orbis plagas diffusa est Euangelica Philosophia. Quemadmodum autem nomen Dei glorificatur sanctis moribus Christianorum, & quodammodo dehonestatur & infamatur vitiis nostris, ita nostris moribus cateri mortales vel alliciuntur ad amorem Euangelii, vel alienantur. Mundus jam olim belligeratur cum Christo. Caterum ubicunque sunt cupiditates rerum mundanarum, ibi mundus est. His obnoxios offendit Euangelica veritas. Hi conspirati devotis animis subinde cooriuntur adversus sermonem cœlestem, dicentes, Venite opprimamus eum, quoniam contrarius est operibus nostris: *nos autem fortibus & invictis animis contra nitamur, non jurgiis, non minis, non armis, non injuriis, sed simplici prudentia, sed benefactis, sed mansuetudine & tolerantia. Hac via superat Euangelica veritas. Vivit adhuc & regnat Christus, qui novit & malorum tumultus, & bonorum afflictiones in suam gloriam vertere. Ei sit honos & imperium in omne avum, Amen.*

SOLOECISMI

PER INTERPRETEM ADMISSI MANIFESTARII ET INEXCVSABILES, E PLVRIMIS PAVCI DECERPTI.

MATTHAEI, cap. V. 41. *Quicunque te angariaverit mille passus, vade cum illo & alia duo:* pro eo quod dicendum erat, *milliarium unum, & alia duo.*

Cap. VI. 26. *Magis pluris estis vos.* Cum hujusmodi conduplicationes comparativorum, quas Augustinus in libris, *De locutionibus Veteris Testamenti*, docet ex Hebræi sermonis proprietate, Romanus sermo non recipiat.

Cap. VII. 5. *Videbis ejicere*, pro, *dispicies ut ejicias*, Græcam figuram reliquit: nam Latinis, *videt ejicere*, qui *videt ejicientem.*

Cap. VIII. 29. *Quid nobis & tibi*, pro eo quod erat: *Quid tibi nobiscum?* Rursus Græci sermonis proprietatem reliquit. Neque enim dicimus, *quid mihi & longis tibiis:* sed, *quid mihi cum longis tibiis?* τί μοι ϗ μακροῖς αὐλοῖς;

Cap. XI. 1. *Cum consummasset pracipiens*, Græce dixit Interpres, pro eo quod erat, *finem fecisset pracipiendi.*

Eodem cap. vers. 5. *Pauperes euangelizantur*, Græce dixit. Neque enim minus sołœcon est, *pauperes euangelizantur*, quam *pauperes annuntiantur*, cum illis quippiam nuntiatur.

Cap. XV. 1. *Tunc accesserunt ad eum ab Hierosolymis Scriba*, pro, *Scriba Hierosolymitani:* cum Græce sit, οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς.

Cap. xx. 25. *Principes gentium dominantur eorum:* primum *eorum* dixit, pro, *earum*, Græco genere relicto. Deinde *dominantur eorum*, pro, *dominantur eis*, Græco casu per incuriam relicto.

Ibidem vers. 28. *Filius hominis non venit ministrari.* Græce dixit, sed male Latine, pro eo quod erat, *Non venit ut sibi ministraretur.* Quanquam hoc ipsum *venit ministrare*, pro, *ad ministrandum*, non est Latinum.

Cap. xxii. 10. *Impleta sunt nuptiæ discumbentium:* genitivum Græcum reliquit oscitans Interpres, pro, *impleta sunt discumbentibus.*

Eodem vers. 30. *Neque nubent, neque nubentur.* Quis unquam audivit *nubentur?*

Cap. xxiv. 6. *Opiniones bellorum* dixit, pro, *rumores bellorum.*

Jam in hac conjunctione, *quia*, sive cum, pro *quod* abutitur, sive cum juxta Græci sermonis proprietatem addita, Latinis supervacua est. Velut Johannis, cap. i. 20. *Confessus est, quia non sum ego Christus.* Nam ut donemus *quia* idem pollere cum, *quod.* Quid aliud dictum est, nisi Baptistam fuisse confessum, quod Euangelista non esset Christus? Rursum apud eundem, cap. iv. 17. *Recte dixisti, quia virum non habeo.* Quid aliud expressit, quam Samaritanam dixisse, quod Christus virum non haberet? Item apud Marcum, cap. xii. 6. *Dicentes quia ego sum.* Rursum Lucæ i. 61. *Quia nemo est in cognatione tua*, &c. *Quia* plane redundat.

Lucæ cap. i. 72. *Memorare* dixit, pro *meminisse.*

Cap. iv. 23. *Quanta audivimus*, vertit, *quæ*, sive *quæcunque audivimus.* Similiter apud Johannem cap. xii. 37. *Tanta signa* dixit, pro *tot*, sive *tam multa.*

Lucæ xix. 23. De pecunia locutus, subjunxit, *exegissem illud*, somnians se Græce loqui: nam ἀργύριον, quod hic vertit *pecuniam*, Græcis neutri generis est.

Item cap. xxiii. 29. *Et ventres qua non genuerunt: qua* dixit pro *qui*, putans se Græce loqui, quod κοιλίαι fœminini generis sit.

Johannis cap. i. 14. *Gloriam quasi unigeniti à Patre:* periculoso solœcismo dixit *quasi*, pro *tanquam.* Nam *quasi* simulationem declarat, non veritatem. At Christus erat vere unigenitus Patris.

Cap. iv. 9. *Non coutuntur Judæi Samaritanis.* Ut demus recte dici, *utuntur Samaritanis*, pro, *habent commercium cum illis*, quis unquam dixit *couti*, pro *mutuum inter se habere commercium?*

Cap. vi. 21. *Fuit ad terram*, pro, *appulit ad terram.*

Cap. vii. 14. *Festo mediante* dixit, Græcam vocem imitatus, sed audacter magis quam feliciter, cum paraphrasi licuit uti: *cum dimidium festi peractum esset.*

Cap. xiv. 12. *Et majora horum faciet*, pro, *majora his*, dixit, oblitus se Latine loqui.

Cap. xv. 2. *Ut fructum plus adferat*, pro, *plus fructus adferat*, sive *fructum uberiorem adferat.* Nam Græcis est πλείονα καρπόν.

Eodem vers. 6. Cum præcessisset *palmites*, subjunxit: *Et colligent ea*, Græco genere servato, quod κλῆμα neutri generis sit. Nam numerus ideo tolerabiliter mutatus est apud Græcos, quod antea collective dixerit, *omnem palmitem.* Ut dissimulem interim quod paulo superius bis addidit *eum*, ex idiomate sermonis Hebraici: *Omnem palmitem non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum.* Etiamsi idem vitium sermonis est in Græcis.

Actorum cap. ii. 12. *Ad invicem dicentes*, pro, *inter se dicentes.* Quis unquam Latinus dixit *ad invicem?* Non magis profecto quam *ad mutuo.* Et tamen hic sermo apud Interpretem creberrimus est.

Cap. iii. 19. *Pœnitemini igitur*, verbo inaudito dixit, pro, μετανοήσατε, cum Latine dicere potuisset, *resipiscite.*

Cap. v. 4. Cum præmisisset *agrum*, oblitus se Latine loqui, vertit *venundatum*, quod κτῆμα & χωρίον Græcis neutri generis sit.

Cap. viii. 7. *Multi eorum qui habebant spiritus immundos, clamantes voce magna, exibant.* Quid potuit absurdius dici? cum sensus sit: *Spiritus cum ingenti vociferatione exisse ab iis, qui ab illis tenebantur.*

Cap. x. 16. *Per ter* dixit, pro, *ter*, sive *tribus vicibus.*

Cap. xvi. 13. *Foras portam*, pro, *è porta.*

Cap. xvii. 15. *Quam celeriter* dixit, pro, *quam celerrime*, cum Græce sit ὡς τάχιστα.

Cap. xx. 24. *Nec facio animam meam pretiosiorem quam me.* Neque verba Græca reddidit Interpres, neque sensum, cum sit Græcis, οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ.

Cap. xx. 32. Cum præcesserit *verbum*, subjicit, *qui potens est*, pro, *quod potens*, quod Græcis λόγος sit masculini generis.

Cap. xxi. 14. *Et cum suadere ei non possemus*, inquit, cum antea narrasset illos suasisse. Videlicet hic abusus *suadere*, pro *persuadere*, cum plurimum intersit.

Cap. xxvi. 2. 3. *De omnibus, quibus accusor à Judæis, rex Agrippa, æstimo me beatum apud te, cum sim defensurus me hodie, maxime te sciente omnia, quæ apud Judæos sunt consuetudines & quæstiones.* Primum, ut dissimulemus, *quibus accusor* dictum, pro, *de quibus accusor: æstimo*, pro, *existimo*, quod *beatum apud te* dixerit, pro, *qui defensurus me sim apud te*, quam crassus solœcismus est, quod cum præcesserit *omnia*, mox subjicit, *consuetudines & quæstiones*, non animadvertens Græcum genus, quod reliquit *in omnia*, fuisse mutandum. Quis enim audivit unquam *omnia consuetudines?* Eamus nunc, & contendamus nusquam dormitasse Interpretem.

In Epistola Pauli *ad Romanos*, cap. ii. 15. *Testimonium illis reddente conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationum accusantium aut defendentium*, cum genitivum Græcum absolute positum, verterit in ablativum, *reddente conscientia*, quæ supinitas erat alterum genitivum relinquere, iratis grammaticis omnibus?

Cap. x. 16. *Quis credidit auditui nostro?* Quis unquam Latine loquens, *auditum*, dixit sermonem loquentis?

Cap. xii. 9. *Odientes malum*, pro, *odio habentes.*

In Epistola *ad Corinthios* ii. cap. viii. 15. *Non minoravit*, dixit pro, *non minus habuit.*

In Epistola *ad Philippenses* cap. iv. 10. *Refloruistis pro me sentire*, pro eo quod erat, *reviguit vester in me affectus.*

In Epistola *ad Hebræos* cap. iii. 3. *Quanto ampliorem habet honorem domus, qui fabricavit eam*, cum sensus sit, *quanto majorem honorem habet qui condidit domum, quam ipsa domus.* Et interim negamus referre quomodo loquamur, cum ob hunc solœcismum Thomas & hunc secuti recentiores, fœdissime lapsi sint.

Cap. vi. 16. *Per majorem sui*, dixit pro, *majorem se*, non cogitans se Latinis loqui, non Græcis.

In Epistola Jacobi cap. i. 13. cum ait: *Deus intentator est malorum*, nonne de Deo irreligiose locutus est? cum *intentator* dicatur, qui impingit mali quippiam. Sentit autem Deum neque tentare quenquam malis, neque tentari.

In *Apocalypsi* cap. i. 4. Mirus & insignis est solœcismus in sermone Græco, ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. Nam qui cohæret, ὁ ὢν cum iis quæ præcedunt ἀπὸ; Deinde quid sonat ullis ὁ ἦν; Rursus, qui quadrat ὁ ἐρχόμενος cum ἀπὸ τοῦ; Qui putant *Apocalypsim* ab Johanne conscriptam, negent si volent, usquam Apostolos male Græce locutos. Nam id quidam contendunt, videlicet Apostolorum patroni.

Luc. xxi. 38. *Et omnis populus manicabat ad eum*, quod apud Græcos est ὤρθριζε Latina voce est imitatus, sed impudenter. Quis enim ferat *manicare*, pro *mane venire?*

LOCA

LOCA OBSCVRA,

ET IN QVIBVS LAPSI SINT MAGNI NOMINIS INTERPRETES, EX INNVMERIS PAVCA DECERPTA, UT SIT AD MANUM QUOD OBJICIATVR EIS, QVI DICVNT SVPERFVISSE, QVOD NOSTRIS ANNOTATIONIBVS FORET EXPLICANDVM.

MATTHAEI cap. I. 19. *Traducere* perperam intellectum à Magistro Sententiarum.

Cap. XI. 12. *Regnum cœlorum vim patitur*, plerique interpretantur de vi cohibendis affectibus, cum Christus sentiat gentes & peccatores violentia fidei irrumpere, cum Judæi invitati nollent ingredi.

Lucæ cap. I. 1. *Rerum quæ in nobis completæ sunt*, quis Latina intellexisset, nisi consultis Græcis, cum Euangelista sentiat, res, quas narraturus sit, certas esse compertæque fidei. Interpres nihil putavit interesse, inter πεπληρωμένων & πεπληροφορημένων.

Eodem vers. 51. *Dispersit superbos mente cordis sui.* Vulgus Interpretum putat esse sensum, quod *Deus cogitatione sui cordis dispersit superbos*, cum sensus sit, *superbos à Deo dissipatos, suis ipsorum consiliis & cogitationibus:* qua de re nulla est apud Græcos tergiversatio, cum illi legant, καρδίας αὐτῶν.

Eodem vers. 73. *Jusjurandum, quod juravit ad Abraham pa. no. daturum se nobis.* Solennis distinctio, qua chorus ecclesiasticus versus hos diducit, ob prolixiorem, ut opinor, sententiam, effecit ut complures non animadvertant verum sensum, ut illic indicavimus. Ac mox, vers. 77. *in remissionem*, cum sit *in remissione*, pro *per remissionem*. Ac mox, vers. 78, *Oriens*, nomen est substantivum, cum vulgus putet esse participium. Sunt & alia in hoc cantico, quod quotidie canitur in templis, & à paucis intelligitur.

Cap. II. 35. *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* In *tuam ipsius*, lapsus est Hugo Carrensis, & Lyranus. In *pertransibit*, lapsus Augustinus, existimans *pertransire* dictum pro, *præterire*, ut aliquoties invenitur, cum Græce sit διελεύσεται, *per medium ibit*, sive *perfodiet*.

Cap. XIX. 42. *Si cognovisses & tu.* Locus obscurus, & hactenus à paucis intellectus.

Cap. XXII. 36. *De emendo gladio*, rejecta Lyrensis & recentium interpretatio, velut à Christi mente alienissima.

Johannis cap. XII. 35. *Adhuc modicum lumen in vobis.* Vulgus interpretatur, *pauxillum lucis esse in Apostolis*, cum sensus sit, *Christum lucem exiguo tempore apud illos versaturum.*

In Actis cap. XX. 24. *Nec facio animam meam preciosiorem quam me.* Quis intelligat sensum, cum male reddiderit Interpres? Sed de hoc dictum est in solœcismis.

In Epistola *ad Romanos*, cap. II. 7. *Quærentibus vitam*, &c. Sic reddidit Interpres, ut sensus percipi non possit.

Cap. III. 2. *Credita sunt illis eloquia.* Lyranus interpretatur, quod Judæi fidem habuerint eloquiis, cum sensus sit, *illis esse commissa*, sive *concredita eloquia Dei.*

Cap. V. 16. *Nam judicium quidem ex uno.* Vulgus accipit *ex uno Adam*, cum sensus sit *ex uno peccato.*

Cap. XI. 11. *Ut illos æmulentur.* Thomas quadruplicem sensum induxit, nec tamen attigit verum, cum hæc sit sententia, *ut Deus illos ad æmulandum provocaret.*

Cap. XII. 1. *Rationabile obsequium.* Vulgo interpretantur, moderatam macerationem carnis, cum sensus sit, Deo immolandam victimam non brutam, sed rationis participem, hoc est, ipsum hominem.

Cap. XIV. 5. *Alius judicat diem ad diem, alius judicat omnem diem.* Sic interpretatus est Augustinus, ut videatur procul abesse à sensu Pauli. Etiamsi nonnihil torquet hunc locum Ambrosius. Nam Paulus agit de superstitiosa observatione dierum ad exemplum Judæorum, cum Christianis olim omnes dies æque sacri fuerint.

Eodem, vers. 2. *Qui infirmus est, olus manducet.* Sic vulgo interpretantur, quasi jubeat superstitiosos oleribus vesci. Imo Paulus mallet nullum esse superstitiosum. Sed ostendit, quid faciat firmus, fretus sua fide, quid infirmus obsequens suæ superstitioni.

Eodem vers. 5. *In suo sensu abundet.* Abundare suo sensu, pertinacis est. Paulus sentit, ut in his quæ citra vitium vel fieri, vel non fieri possunt, unicuique sua mens satisfaciat.

In Epistola prima *ad Corinthios*, II. 2. *Spiritualibus spiritualia comparantes.* Vulgo sic accipiunt, quasi viris sacris sacra conveniant, cum Paulus sentiat genus sermonis adhiberi deberi rebus spiritualibus aptum.

Cap. III. 12. *Lignum, fœnum, stipulam*, interpretantur de vitiosis actibus, & gradibus peccatorum, cum Paulus sentiat de doctrina quorundam apostolorum insincera, quæ ad exactum judicium improbaretur, periretque opera tum eorum qui didicerunt, tum eorum qui docuerunt dediscenda.

Cap. X. 22. *An æmulamur Dominum*, pro eo quod est, *ad iram provocamus?*

In Epistola II. *ad Corinthios*, cap. I. 11. *Ex multarum personis facierum.* Locus est obscurissimus, & à nobis varie explanatus.

Johan. cap. XVIII. 24. *Ad Caipham.* Ubi ob locum depravatum tota via aberrat Augustinus.

Cap. IV. 7. *Ut sublimitas sit virtutis Dei:* cum sit sensus, *ut sublimitas virtutis per nos edita, sit Dei, & non ex nobis.*

Cap. V. 17. *Si qua in Christo nova creatura*, sensus est, *si quis est in Christo, is est nova creatura.*

Cap. VIII. 19. *Destinatam voluntatem*, Thomas interpretatur, ab æterno prædestinatam, multum aberrans à sensu Pauli, cum is dixerit προθυμίαν, id est, *animi promptitudinem*, sive, *propensionem.*

Ibidem vers. 23. *Gloria Christi.* Locus est obscurus, sed paucis hic indicari non potest.

Cap. X. 12. *Sed ipsi in nobis.* Locus obscurus & vulgo parum intellectus. Ne is quidem paucis potest annotari.

In Epistola *ad Galatas*, cap. I. 16. *Non acquievi carni & sanguini.* Thomas ac vulgus recentiorum interpretantur: *Non acquievi vitiis carnalibus*, cum Paulus neget se contulisse Euangelium suum cum Petro & cæteris Apostolis hominibus, quos carnem & sanguinem vocat.

In Epistola *ad Ephesios*, cap. I. 22. Vulgus legit, *Super omnem Ecclesiam*, cum sensus sit, Christum esse summum caput Ecclesiæ suæ, præfectum omnibus, ut cui data sit omnis potestas.

Ibidem cap. II. 2. *Potestatis aeris.* Locus hactenus à paucis intellectus.

In Epistola *ad Philippenses*, cap. I. 18. *Dum omni modo*, sive *per occasionem.* Quanquam id paucis annotari non potest.

Cap. II. 7. *Formam servi accipiens*, &c. Secus explanata, quam vulgus explanat.

Ibidem vers. 13. *Et perficere.* Putant esse *consummare*, cum sit ἐνεργεῖν, hoc est, *agere.*

Eo-

Eodem vers. 17. *Supra sacrificium.* Locus longe secus intelligendus, quam vulgo exponant.

In Epistola *ad Colossenses*, cap. II. 2. *Divitias plenitudinis*, cum Græce sit, πληροφορίας, non potest esse alius sensus, quam ut optet illis Paulus certissimam fidem & persuasionem mysterii.

Ibidem vers. 8. *Ne quis vos decipiat*, dixit, pro *deprædetur*: quod certe Interpretis est vitium.

Ibidem vers. 14. *Chirographum decreti.* Locus vulgo paucis intellectus.

Ibidem vers. 15. *Traduxit*, expensa Augustini interpretatio. Quo loco Thomas miserabiliter lapsus est.

Ibidem vers. 18. *Nemo vos seducat*, pro eo quod erat, *nemo vobis præmium intervertat.*

Eodem, *Ambulans in his quæ non vidit.* Locus non à quibusvis intellectus, in quo lapsus videtur & Augustinus.

Ibidem vers. 20. *Quid adhuc decernitis*, ut male vertit Interpres, ita vulgus perperam intelligit. Nam Paulus sentit, eos non amplius debere teneri decretis humanis.

Cap. III. 15. *Exultat*; vertit, βραβευέτω. Et Interpretem secuti recentiores interpretes, tota aberrant via.

In Epistola *ad Hebræos*, cap. II. 7. *Minuisti eum paulo minus ab Angelis.* Secus expositus locus, quam vulgus accipit.

Ibidem vers. 10. *Decebat enim.* Quod de Patre dictum est, vulgo ad Filium referunt, perperam legentes *consummari*, pro *consummare.*

Ibidem vers. 18. *Et tentatus.* Locus nove & vere expositus, & restituta lectio.

Cap. III. 3. *Ampliorem honorem domus:* & lectionem palam vitiatam, & sensum hactenus non intellectum ostendimus.

Cap. V. 8. *Et quidem cum esset.* Locus vehementer obscurus, sed explanatus.

Ibidem vers. 11. *Interpretabilis ad dicendum.* Thomas anxie torquetur, ob culpam Interpretis, qui debuerat vertere, *difficilis enarratu*, sive *ad interpretandum.*

Cap. XI. 34. *Castra verterunt.* Quidam interpretantur pro, *everterunt*, cum sentiat *esse versa in fugam.*

Ibidem vers. 37. *In melotis.* Thomas hoc loco insigniter hallucinatus est.

Cap. XIII. 2. *Placuerunt quidam Angelis ho. re.* Ut depravate legimus vulgo, ita perperam intelligimus, cum sit sensus, quosdam inscientes excepisse Angelos hospitio, quos homines esse putabant.

In Epistola Petri I. cap. II. 2. *Quasi modo geniti infantes rationabiles, lac*, &c. Ex depravata lectione sequitur sensus depravatus, cum Petrus non vocet pueros *rationabiles*, sed lac animi non corporis *rationale* vocat.

Cap. II. 23. *Tradebat autem judicanti se injuste.* Ut vulgo depravate legimus, ita perperam exponimus, cum Petrus sentiat Christum non sumpsisse sibi vindictam, sed eam tradidisse Patri, qui juste judicat.

Cap. III. 6. *Pertimentes ullam perturbationem:* cum sensus sit, *non expavescentes ullo pavore.*

Ibidem vers. 7. *Honorem impartientes:* cum Petrus loquatur de abstinentia coitus, recentiores exponunt de cultu & victu prospiciendo uxori, juxta illius dignitatem. Item quod sequitur de non interrumpendis precibus, interpretatur, non exaudiri preces, nisi concordet vir & mulier.

Ibidem vers. 8. *In fide* legimus, pro, *in fine*, sive *in summa*, & hinc mirus error interpretum.

Ibidem vers. 18. *Mortificatos quidem carne*? ob depravatam lectionem, toto cœlo errant interpretes neoterici.

Cap. IV. 7. *Estote itaque prudentes:* cum Petrus jubeat illic non esse sobrios.

In Epistola Petri II. cap. I. 19. *Et habemus firmiorem.* Locus antehac parum intellectus.

Ibidem cap. II. 8. *Aspectu enim & auditu.* Locus longe secus enarratus, quam antehac intellectus est.

Ibidem vers. 10. *Sectas non metuunt*, &c. Locus nove expositus.

In Epistola Johannis I. cap. V. 16. *Non pro illo dico ut roget quis*, &c. Locus difficillimus nove explanatus.

Johannis in Euang. cap. V. 2. *Probatica piscina* putant cohærere, cum *probatica* sit nomen loci, in quo erat piscina.

Cap. XI. 9. *Duodecim horæ diei*, secus expositæ quam vulgus accipit.

Act. cap. XXIV. 14. *Patri & Deo*, pro, *patrio deo.* Et hinc mirus interpretum tumultus.

LOCA MANIFESTE DEPRAVATA,

SED EX INFINITIS, VT OCCVRREBANT,

PAVCA DECERPTA.

MATTHAEI cap. III. 2. *Appropinquabit*, pro *appropinquavit*: sed potius *appropinquat*, in quo perpetuo pene peccatum est à scribis.

Cap. IV. 6. *Angelis suis mandavit*, pro, *mandabit*: errorem errore pensante scriba.

Cap. VIII. 26. *Imperavit ventis*, pro, *increpavit.* Ad eundem lapidem impegerunt Luc. cap. IV. 39. *Imperavit febri*, pro, *increpavit.*

Cap. XII. 31. *Spiritus autem blasphemia*, pro, *spiritus blasphemia.* Quo loco mendum lectionis turpiter imponit interpretibus neotericis.

Cap. XXII. 30. *Nubent & nubentur*, pro, *nubunt & nubuntur.*

Cap. XXIII. 25. *Qui mundatis*, &c. *pleni estis*, mendose legimus pro, *plena sunt.*

Lucæ cap. VIII. 49. *Ad Archisynagogum*, pro, *ab Archisynagogo.*

Actorum cap. I. 15. *Erant autem hominum*, pro, *nominum.*

Cap. XIV. 24. *Italiam*, pro, *Attaliam.*

Marci cap. VIII. 38. *Qui me confessus fuerit. Confessus*, depravatum est, pro, *confusus.*

Lucæ cap. I. 77. *In remissionem*, pro, *in remissione*, hoc est, pro *remissionem.*

Cap. VIII. 19. *Et non poterant audire. Audire*, depravate legimus, pro *adire.*

Ibidem vers. 23. *Compellebantur*, pro, *complebantur.*

Cap. IX. 4. *Et inde ne exeatis*, pro, *& inde exeatis.*

Cap. X. I. 17. Pro *septuaginta* legimus, *septuagintaduo.*

Eodem vers. 30. *Suspiciens autem Jesus*, pro, *suscipiens*, ὑπολαβών.

Cap. XII. 52. *Et duo in tres dividentur.* Vitiosa distinctione sensum corrupimus.

Cap. XIV. 12. *Neque vicinos, neque divites*, legendum, *neque vicinos divites.* Nam à pauperibus vicinis nihil erat periculi, ne vicissim non vocent ad convivium.

Cap. XV. 8. *Evertit*, pro *everrit*, sive *verrit*, cum Græ-

Græce fit *ἐμοὶ*. Id mendi & in vetustissimis exemplaribus inolevit.

Ibidem verſ. 14. *Conſummaſſet*, ſcriptum eſt pro, *conſumſiſſet*.

Ibidem verſ. 30. *Devoravit ſubſtantiam ſuam*, pro, *ſubſtantiam tuam*.

Cap. XVI. 22. *Et ſepultus eſt in inferno*. Vitioſa diſtinctio vitiavit ſenſum. Nam poſt, *ſepultus eſt*, apud Græcos colon eſt.

Cap. XXIII. 40. *Qui in eadem damnatione es*. *Qui*, depravatum eſt pro, *quia*, ſive *quod*.

Johannis cap. I. 28. *Hæc in Bethania facta ſunt*. *Bethania*, pro, *Bethabara* corrupte ſcriptum eſt.

Ibidem verſ. 29. *Qui tollit peccata mundi*, cum ſit, *peccatum mundi*.

Cap. V. 2. *Betſaida*, pro, *Betheſda*.

Cap. VII. 1. *Non volebat*, pro, *non valebat*, hoc eſt, *non poterat*.

Cap. XI. 4. *Ut glorificetur Filius Dei per eum*, cum legendum ſit, *per eam*, videlicet infirmitatem.

Cap. XVIII. 28. *Ad Caipham*, pro, *à Caipha*. Quo loco lapſus eſt Auguſtinus.

Cap. XXI. 22. *Sic eum volo manere*, pro, *ſi eum volo manere*.

Actorum cap. XV. 16. *Dirupta*, pro, *diruta* ſcriptum eſt.

Ibidem mox, *Suffuſa*, pro, *ſuffoſſa*.

Cap. XVI. 1. *Vidua* ſcriptum eſt pro, *Judæa*.

Cap. XIX. 11. *Virtuteſque non modicas quaslibet*. Duplicem lectionem commiſcuit ſcriba.

Cap. XXIV. 14. *Patri & Deo meo*, pro, *patrio Deo meo*.

Cap. XXVII. 8. *Civitas Thalaſſa*, pro, *civitas Laſæa*.

Eodem verſ. 42. *In locum bithalaſſum*, pro, *dithalaſſum*, hoc eſt, *bimarem*.

Cap. XXVIII. 11. *Inſigne Caſtrorum*, pro, *inſigni Caſtorum*, hoc eſt, Caſtoris & Pollucis.

Epiſtola *ad Romanos* cap. III. 4. *Eſt*, pro, *eſto*.

Cap. VIII. 7. *Sapientia carnis inimica eſt*, pro, *inimicitia eſt*.

Cap. IX. 10. *Ex uno concubitu*, pro, *ex uno concubitum habens*. Ubi depravatam lectionem ſequitur & ſenſus depravatus.

Cap. X. 5. *Moſes enim ſcripſit*. Locus depravatus, qui tamen paucis indicari non poteſt.

Cap. XII. 19. *Mihi vindictam*, pro, *mihi vindicta*, ſive, *mea eſt vindicta*.

Cap. XIII. 12. *Non præceſſit*, pro, *proceſſit*, hoc eſt, *progreſſa eſt*.

Cap. XIV. 22. *Tu fidem quam habes, in teipſo habes*, pro, *tu fidem habes; in teipſo habe*.

Cap. XVI. 6. *Aſia* ſcriptum eſt, pro, *Achaja*.

Ibidem verſ. 14. *Aſineretum*, pro, *Aſyncritum*.

Epiſtola *ad Corinthios* I. cap. I. 10. *In eadem ſcientia*, pro, *in eadem ſententia*.

Cap. II. 8. *Nunquam*, pro, *nequaquam*.

Cap. VIII. 10. *Idolotica*, pro, *Idolothyta*.

Cap. XI. 24. *Quod pro vobis tradetur*, pro, *quod pro vobis frangitur*.

Cap. XII. 3. *Dicit anathema Jeſu*, pro, *dicit anathema Jeſum*.

Eodem verſ. 26. *Gloriatur*, pro, *glorificatur*, *δοξάζεται*.

Cap. XIV. 2. *Spiritus loquitur*, pro, *ſpiritu loquitur*.

Eodem verſ. 16. *Quis ſupplet locum idiotæ*, pro, *qui ſupplet*, &c. Una litera addita, & diſtinctionem & ſenſum corrupit.

Eodem verſ. 23. *Quid inſanitis*, pro, *quod inſanitis*.

Cap. XV. 26. *Noviſſime autem inimica*, pro, *noviſſima autem inimica*.

Ibidem verſ. 31. *Propter veſtram gloriam*, pro, *per noſtram gloriam*, ut ſit jurantis. Et hic lectio mendoſa totam ſubvertit ſententiam.

Epiſtola *ad Corinthios* II. cap. I. 13. *Legiſtis & cognoviſtis*, pro, *legitis & cognoſcitis*.

Cap. V. 13. *Excedimus*, pro, *excidimus*, cum Græce ſit *ἐξέστημεν*.

Cap. VIII. 8. *Ingenium*, pro, *ingenuum*, hoc eſt, ingenuitas.

Cap. XII. 16. *Sed eſto, ego vos gravavi*, pro, *eſto, ego vos non gravavi*.

Ad Galatas cap. II. 11. *Quoniam reprehenſibilis erat*, pro, *reprehenſus erat*.

Cap. IV. 18. *Bonum autem æmulamini*, pro, *bonum autem æmulari*.

Ad Epheſios cap. II. 15. *Decretis evacuans*, pro, *in decretis*. Hic omiſſa præpoſitio, totum ſenſum ſubvertit.

Cap. VI. 13. *Et in omnibus perfecti ſtare*, pro, *perfecte ſtare*.

Ad Theſſalonicenſes I. cap. II. 4. *Ut crederetur à nobis*: *à*, redundat, & ſenſum vitiat.

In ſecundam cap. I. 6. *Retribuere retributionem*, pro, *retribuere afflictionem*.

In Epiſtola *ad Timotheum* I. cap. IV. 6. *Aſſecutus*, pro, *aſſectatus*.

In Epiſt. *ad Theſſ.* II. cap. III. 14. *Per epiſtolam hanc*: *hunc* legendum, non *hanc*.

In Epiſt. *ad Timotheum* I. cap. II. 15. *Si manſerit*, pro, *ſi manſerint*. Ubi depravata lectio & ſenſum totum corrumpit.

Ad Timoth. II. cap. IV. 21. *Et fratres ejus*, pro, *& fratres omnes*.

Ad Heb. cap. II. 10. *Decebat enim conſummari* mendoſe ſcriptum eſt, pro, *conſummare*.

Cap. XIII. 2. *Placuerunt angelis hoſpitio acceptis*: de quo & ante meminimus.

Epiſt. Jacobi cap. III. 12. *Cæterorum*, pro, *cæterum*.

Cap. V. 6. *Adduxiſtis*, pro, *addixiſtis*.

Epiſt. Petri I. cap. II. 5. *Domos ſpirituales*, pro, *domus ſpiritualis*.

Cap. III. 8. *In fine autem*, pro, *in finem*, aut *in ſumma*.

Eodem verſ. 18. *Mortificatos carne*, pro, *mortificatus carne*.

Cap. V. 13. *In Babylone collecta*, pro, *in Babylone coelecta*.

Epiſt. Judæ verſ. 9. *Imperet tibi Deus*, pro, *increpet te Deus*.

Matthæi I. 18. *Mater Jeſu Maria*, pro, *mater ejus Maria*.

Rurſus verſ. 23. *Et vocabitur nomen ejus*, pro, *vocabunt nomen ejus*.

Cap. V. 24. *Reconciliari fratri tuo*, pro, *reconciliare*.

Cap. XXVI. 75. *Quod dixerat*, pro, *qui dixerat*.

Marci XI. 32. *Timemus populum*, pro, *timebant populum*.

Lucæ I. 9. *Sorte exiit*, pro, *ſors exiit*.

AD

AD PLACANDOS EOS,

QVI PVTANT IN SACRIS LIBRIS NIHIL NEQVE SVPERESSE, NEQVE DEESSE, QVAEDAM EXCERPSIMVS, QVAE MANIFESTIVS DEPRAVATA SVNT IN HOC GENERE, QVAM VT NEGARI POSSIT.

MATTHAEI cap. II. 18. *Ploratus & ululatus*, cum Græci codices habeant, *lamentatio, ploratus, ac fletus.* Et ita recitet Hieronymus, pariter & juxta Septuaginta, & juxta Hebraicam veritatem.

Cap. III. 10. *Jam enim securis*: legendum juxta Græcos: *Jam enim & securis.*

Cap. XII. 18. Indicat Hieronymus omissum quiddam in vaticinio Esajæ.

Cap. XVI. 13. *Quem dicunt homines esse filium hominis?* cum & in Græcis & in vetustis codicibus habeatur, *quem me dicunt esse*, &c.

Cap. XXVII. 43. *Liberet eum si vult*: legendum, *si vult eum.*

Marci cap. I. 27. *Quia in potestate spiritibus imperat*: legendum, *Et spiritibus imperat.*

Lucæ cap. IV. 21. *Impleta est scriptura*: legendum, *scriptura hæc.*

Cap. VII. 35. *A filiis suis*: legendum, *Ab omnibus filiis suis*: juxta Græcos & Ambrosium, sic etiam interpretantem.

Johannis I. 16. *Et gratiam pro gratia*: *Et*, redundat.

Cap. III. 31. *Qui de terra est, de terra loquitur*: legendum: *Qui de terra est, de terra est, & de terra loquitur.*

Cap. VI. 42. *Nonne hic est filius Joseph?* cum juxta Græcos & Augustinum legendum sit: *Nonne hic est Jesus, filius Joseph?*

Epistola *ad Romanos* cap. XII. 6. *Habentes donationes*: legendum: *Habentes autem donationes.* Omissa conjunctio sensum subvertit.

Epistola *ad Corinthios* I. cap. VII. 35. *Quod honestum est, & facultatem præbeat dominum sine impedimento obsecrandi.*

Cap. IX. 10. *Et qui triturat.* Desunt quædam apud nos.

Epistola *ad Galatas* cap. III. 17. *Testamentum confirmatum à Deo*, &c. Juxta Græcos & Ambrosium deest, *in Christum.*

Epistola *ad Thessal.* I. cap. III. 2. *Ministrum Dei.* Juxta Græcos & Ambrosium deest, *& cooperarium nostrum.*

Epistola *ad Philemonem* vers. 6. *In Christo Jesu*, &c. Ante hæc verba deest, *quod est in nobis*: juxta Græcos codices, Chrysostomum, Ambrosium, & Hieronymum.

Epistola Petri I. cap. IV. Desunt quædam apud nos juxta Græcos?

QVAE SINT ADDITA IN NOSTRIS EXEMPLARIBVS.

EPISTOLA ad Ephesios, cap. II. 5. *Et convivificavit. Convivificavit*, nec est apud Græcos, nec apud Hieronymum, nec Ambrosium, nec in vetustissimis codicibus.

In eadem, cap. III. 14. *Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem.* Hieronymus testatur, hæc verba, *Domini nostri Jesu Christi* esse addita.

Epistola Johannis I. cap. II. 16. *Qua non est ex Patri. Qua*, redundat.

Epist. *ad Timotheum* II. cap. II. 6. *Cujus testimonium*, &c. *Cujus*, & *confirmatum est*, non sunt apud Græcos.

Epist. *ad Timotheum* 2. cap. II. 22. *Fidem, spem. Spem*, nec est apud Græcos, nec apud Ambrosium, nec in vetustis exemplaribus.

Cap. III. 8. *Qui resistunt veritati*: *Veritati*, redundat, juxta Græcos & Ambrosium.

Ibidem vers. 3. *Cæci*, redundat, nec est in Græcis, nec in Latinis antiquis, nec apud Chrysostomum, nec apud Ambrosium.

Epist. *ad Colossenses*, cap. I. 9. *Omnem plenitudinem divinitatis. Divinitatis*, redundat: nec apud Græcos additur, nec apud Ambrosium.

Epist. *ad Hebræos*, cap. IV. 14. *Confessionem spei nostra. Spei nostra*, nec est apud Græcos, nec apud Chrysostomum additur, nec in exemplaribus vetustissimis.

Cap. V. 8. *Cum esset Filius Dei*: *Dei*, redundat juxta Græcos codices. Item juxta Chrysostomum & Vulgarium interpretes.

Epist. *ad Rom.* cap. VIII. 38. *Neque futura, neque fortitudo*, &c. *Fortitudo*, non est apud Græcos.

Cap. XI. 5. *Salva facta sunt*, &c. Duæ dictiones redundant, *Dei*, & *salva.*

Epist. *ad Corinthios* I. cap. VI. 20. *Empti enim estis pretio magno. Magno*, redundat juxta Græcos, Chrysostomum, & Ambrosium.

Lucæ cap. XI. 34. *Lucerna corporis tui. Tui* additum est.

Cap. XIII. 21. *Sata tria*, in Luca sunt addita, ex Matthæo.

Matt. cap. V. 44. *Diligite inimicos vestros*: apud Græcos plus est quam in nostris.

Epist. *ad Romanos*, cap. XI. 36. *Honor & gloria. Honor*, redundat.

Epist. *ad Ephesios*, cap. II. 22. *In Spiritu Sancto. Sancto*, redundat juxta Græcos codices, Hieronymum, & Ambrosium.

Matthæi cap. VI. 13. *Quia tuum est regnum.* Hæc coronis, apud Matthæum, addita est apud Græcos duntaxat.

Epist. ad Rom. cap. XII. 17. *Providentes bona.* Apud Græcos tantum est, *coram omnibus hominibus, non solum coram Deo*, additum est: nec addit hæc Origenes, aut Theophylactus.

Epist. *ad Corinth.* I. cap. VII. 14. *Per mulierem fidelem*, nonnihil verborum additum est apud nos.

Matthæi cap. VI. 22. *Lucerna corporis tui. Tui*, redundat.

Epistola *ad Corinthios* I. cap. IV. 16. Hæc particula, *sicut & ego Christi*, nec apud Græcos adscribitur, nec in exemplari Paulino, nec apud Ambrosium.

Epist. *ad Philip.* cap. II. 20. *Tam unanimem. Tam*, redundat apud nos.

Matthæi cap. VI. 25. *Animæ vestræ.* De potu nec apud Chrysostomum additur, nec apud Hilarium, nec apud

apud Græcos, paucis exceptis.

Corinth. I. cap. III. 3. *Adhuc enim estis.* *Enim*, redundat, & officit sensui.

Matthæi IX. 25. *Et dixit, puella surge.* Hæc quatuor verba nec habentur apud Græcos, nec adduntur ab Hieronymo, nec exstant in antiquis exemplaribus.

Ad Corinth. II. cap. II. 3. *Tristitiam super tristitiam.* *Super tristitiam*, apud nos additum est ex alio quopiam loco, cum nec Ambrosius addat, nec Vulgarius Interpres.

Ibidem vers. 5. *Me*, redundat apud nos.

Matth. cap. x. 13. *Dicentes, pax huic domui.* Hæc verba sunt adjecta apud nos, cum nec apud Græcos sint, nec apud Hieron. interpretem, nec apud Theophylactum.

Corinth. II. cap. II. 16. *Et ad hæc quis tam idoneus.* *Tam*, planissime redundat, cum nec Origenes addat.

Matthæi cap. XIV. 20. *Discipuli dederunt turbis.* *Dederunt*, additum est.

Ad Galatas cap. III. 1. *Non credere veritati.* Hanc particulam Hieronymus putat adjectitiam, nec addebatur in vetustissimis exemplaribus Latinis.

Ibidem vers. 1. *Et in vobis crucifixus.* *Et*, additum est, & officit sensui.

Matthæi cap. XV. 8. *Labiis me honorat.* Hic redundat aliquid apud Græcos, aut certe nobis deest.

Ibidem vers. 9. *Doctrinas & præcepta.* *Et*, redundat, cum sit appositive dictum.

Cap. XVI. 20. *Quia ipse esset Jesus Christus.* *Jesus*, redundat.

Corinth. II. cap. VI. 13. *Eandem autem retributionem habentes.* *Habentes*, superest apud nos.

Ad Ephesios cap. V. 18. *Implemini Spiritu sancto.* *Sancto*, superest.

Ibidem vers. 26. *In verbo vitæ.* *Vitæ*, superest.

Matthæi XXI. 37. *Verebuntur forte filium meum.* *Forte*, additum ab Interprete, non sine incommodo sententiæ.

Corinth. II. cap. XI. 3. *Excidant*, additum est apud nos.

Matth. XXVII. 35. *Ut impleretur quod.* Totum testimonium Prophetæ adjectum est.

Ad Galatas cap. V. 7. *Non credere veritati.*

Ibidem vers. 8. *Nemini consenseritis.* Hanc particulam ut adjectitiam præterit Hieronymus.

Ibidem, *Persuasio hæc vestra.* *Hæc vestra*, supersunt. Tantum est *persuasio*.

Ibidem vers. 13. *In occasionem detis carni.* *Detis*, adjectum est.

Marci cap. V. Etiam Euangelista nonnihil adjecit de suo.

Johannis cap. VI. 13. *Duodecim cophinos, & duobus piscibus:* tria verba sunt adjecta, quæ nec in Latinorum vetustis exemplaribus reperiuntur.

Marci cap. VIII. 29. *Tu es Christus.* Additum apparet aliunde, *Filius Dei vivi.*

Lucæ cap. IV. 19. *Et diem retributionis.* Hæc verba nec sunt apud Græcos, nec adduntur ab Hieronymo.

Ad Ephesios cap. I. 7. *In remissionem peccatorum.* *In*, redundat, nec est apud Ambrosium, aut Hieronymum.

Lucæ cap. XI. 34. *Lucerna corporis tui.* *Tui*, additum est.

Actorum cap. I. 4. *Quam audistis, inquit.* *Inquit*, additum est per Interpretem.

Lucæ cap. XI. 8. *Si perseveraverit pulsans:* adjectum ex alio Euangelista.

Cap. XVII. 7. *Aut pascentem boves.* Græce non est *boves.*

Johannis cap. VI. 41. *Quia dixisset.* Hic additum est, *vivus.*

Cap. VII. 29. *Ego scio eum*, &c. Hic aliquot verba sunt addita ex alio loco.

Ibidem vers. 39. *Nondum erat spiritus datus.* *Datus*, redundat.

Cap. VIII. 59. *Et exivit de templo.* In Græcorum codicibus quædam redundant.

Cap. XII. 19. *Ecce totus mundus abit post eum.* *Totus*, haud dubie redundat apud nos.

Ad Romanos cap. I. 3. *Qui factus est ei.* *Ei*, additum est ab Interprete.

Eodem vers. 18. *Veritatem Dei.* *Dei*, adjectum est.

Eodem vers. 32. *Qui cum justitiam Dei.* Hoc loco hæc verba sunt addita, *Non intellexerunt.*

Cap. V. 2. *In spe filiorum Dei.* *Filiorum*, apud nos redundat, & *gloriæ*, deest.

Cap. VI. 3. *An ignoratis.* *Fratres*, additum.

Cap. VIII. 15. *Spiritum adoptionis.* Hic redundat, *Dei.*

Cap. IX. 25. *Et non misericordiam consecutam*, &c. Hieronymus fatetur aliquid superesse.

Cap. X. 21. *Et contradicentem mihi.* *Mihi*, adjectum est.

QVAE PER INTERPRETEM COMMISSA.

Ex his, quæ hactenus annotavimus, quædam incuria librariorum, nonnulla studio semidoctorum commissa sunt, permulta & Interpretis, quisquis is fuit, vel inscitia, vel negligentia. Cæterum quæ sequuntur, non possunt, nisi Interpreti imputari.

Lucæ cap. III. 13. *Nihil amplius, quam quod constitutum est vobis, faciatis.* Cum Græce sit πράσσετε, non animadvertit vertendum fuisse, *exigatis*, præsertim cum alibi πράκτορες verterit, *exactores*, & ἔπραξα, *exegissem.*

Lucæ XVI. 26. *In his omnibus*, quod arbitror vertendum fuisse, *super hæc omnia.*

Actorum cap. XVIII. 10. *Et nemo apponetur tibi*, pro, *invadet, sive injiciet tibi manum.* Cum sit ἐπιθήσεταί σοι.

Cap. XXIV. 14. An non manifeste dormitavit, cum vocem Latinam interpretatur per Græcam, sed idem significantem? *Secundum sectam quam dicunt hæresim.*

Epist. *ad Timoth.* I. cap. IV. 6. παρηκολούθηκας, pro *assectatus* vertit *assecutus.* Idem fecit in præfatione Euangelii Lucæ.

Epist. *ad Timoth.* I. cap. I. 2. γνησίῳ, vertit *dilecto*, pro *germano.*

Epist. *ad Corinth.* I. cap. XVI. 8. ἕως τῆς πεντηκοστῆς, *usque ad quinquagesimum*, subaudi, *diem*, vertit, *usque ad pentecosten.*

Ibidem vers. 12. *De Apollo autem fratre*, Interpres addidit de suo, *notum vobis facio:* quo sermo foret explanatior.

VBI INTERPRES AVSVS SIT ALIQVID IMMVTARE, DE VERBIS APOSTOLORVM AVT EVANGELISTARVM.

MATTHAEI cap. XVI. 22. Cum Græce sit ἵλεώς σοι κύριε, id est, *propitius tibi domine*, Interpres non dubitavit vertere, *absit à te domine*. Quemadmodum illud, μὴ γένοιτο, id est, *ne fiat*, vertit constanter *absit*, sensum exprimens, à verbis recedens.

Luc. cap. I. 48. pro μακαριοῦσι, id est, *beabunt*, non dubitavit vertere, *beatam dicent*, periphrasi rem explicans.

Actorum cap. I. 4. *Quam audistis, inquit:* verbum *inquit*, Interpres addidit de suo.

Ad Rom. cap. VIII. 21. *Qui subjecit eam*: *eam* addidit, explanandæ rei gratia.

Cap. X. 7. Καταγαγεῖν, *deducere*, quod Interpres vertit *revocare*.

Ibidem vers. 8. De suo addidit *scriptura*, quo sermo esset dilucidior.

Ad Corinth. I. cap. X. 4. *Consequente eos petra*; *eos* Interpres addidit de suo.

Cap. XI. 24. Τὸ κλώμενον, *quod frangitur*, vertit *tradetur*, opinor, quod alterum verbum esset durius futurum auribus: quod de Christo scriptum sit: *Os non comminuetis ex eo.*

VDALRICI ZASII
IN NOVVM TESTAMENTVM
AB ERASMO ROT. TRANSLATVM
HEXASTICHON.

INSIGNEM meruit præstans facundia laudem,
Jam lepido cultu Pagina sancta nitet,
Tollitur in cælum generosi nomen *Erasmi*,
Qui bene pro *Græcis* verba *Latina* tulit,
Vos igitur dignas Auctori solvite grates,
Qui legitis flores fertilis hujus agri.

Si prius argentum potuit divina vocari
Pagina, nunc aurum dicier ipsa potest:
Clarior est sensus, magis est & sermo *Latinus*
Quam fuit ante, labor fulget, *Erasme*, tuus.
Ah pereat livor, nec sanctis obstrepet ausis,
Nostraque possideat pectora castus amor.

DES

DES. ERASMI ROTERODAMI

APOLOGIA.

IAM ut paucis occurram Apologia, reclamaturis, Paulus Apostolus, referente Luca, fortunatum sese prædicat, quod apud Agrippam pro se causam dicturus esset, cui propter diutinam cum Judæis consuetudinem, res omnes, in quibus vertebatur quæstio, maxime cognitæ compertæque essent. Atque utinam eodem nomine mihi quoque gratulari possim, cui plane diversum quiddam usu venit atque Paulo. Nam ne opus quidem est nobis Apologia, nisi apud istos, qui totum hoc negotium, de quo controversia est, non intelligunt: nec prorsus aliam ob causam calumniantur, nisi quod non intelligunt. Siquidem apud eos, qui Latinas, Græcas & Hebraicas literas vel ad mediocritatem degustarunt, qui serio in vestigandis divinæ Scripturæ mysteriis, qui feliciter ac diligenter in vetustis illis, ac non minus veris quam vetustis Theologis versati sunt, nihil addubito quin magnam initurus sim gratiam, etiamsi quod conatus sum, parum assequutus fuero. Proinde mire fiet, ut quibus hæc opera nostra non magnopere est opus, quique soli damnare quædam possent, quod ob bonarum peritiam literarum valeant judicare, ii non solum comprobent suo suffragio nostram industriam, verum etiam gratiam haud vulgarem habeant. Contra qui hisce de rebus nullo modo possunt ferre sententiam, & hoc magis egent hujus laboris subsidio, quo longius absunt à bonis literis, ii non solum non amplectentur Opus, ipsorum paratum usui, verum etiam obstrepent, calumniabuntur, damnabunt: quorum alterum extremæ cujusdam ingratitudinis esse videtur, alterum insignis impudentiæ. Quid enim fingi potest impudentius quam damnare librum, quem ne legeris quidem: tum ejusmodi, ut si maxime legas, tamen absque linguarum peritia pronunciare de eo non possis? Quid autem ingratius, quam pro tam immensis sudoribus vigiliisque, quas tantum juvandi animo susceperis, & quibus nulla par gratia referri queat, rependi calumniam, idque potissimum ab iis, ad quos potissimum Operis utilitas sit reditura? Quum ubique fœda est ingratitudo, tum in nullos æque par est gratos esse, atque in eos, qui dispendio rei pecuniariæ, jactura voluptatum, nonnullo etiam valetudinis ac vitæ suæ detrimento, in hoc totis viribus incumbunt, ut ingenii sui monumentis orbi consulant. Verum, haud scio, an nusquam ingratius reperias mortalium ingenium, nec alias esse verius arbitror, quod non minus eleganter quam graviter dictum est à Seneca: Tutius esse, quosdam offendisse quam demeruisse. Nihil æque perit, *ait ille*, atque id quod confertur in ingratos. *At magis perit officium, mea quidem sententia, quod in eos collocatur, qui non intelligunt officium: & minus gratiæ redit ab iis, qui non cognoscunt meritum, quam qui non agnoscunt. Nam ii tametsi dissimulant, tamen apud se sunt obnoxii, nonnunquam pudore coguntur agnoscere. Denique spes est fore, ut aliquando resipiscant. Illi quod est beneficium, injuriam interpretantur, & officio adjuti in jus vocant benemerentem. Theologorum in primis est, non solum gratitudinem præstare, verum etiam candorem & mansuetudinem. Et Theologis potissimum hic meus desudavit labor, atque his Theologis, quibus aut non vacavit, aut non contigit, eas discere literas, sine quibus divina Scriptura non potest ad plenum intelligi, aut officiose tractari. Horum adjuvandis studiis nostrum impendimus studium, ut quod illis sua fortuna negavit, id nostra suppeditaret industria. Et tamen si qui reclamaturi sunt, ex hoc grege prodituros auguror. Amplectuntur Medici, non adspernantur Jureconsulti, recipiunt Philosophi, si quid ad illorum professionem instaurandam conducit. Absit ut soli Theologi pertinaciter reclamemus, & ipsi nostris invideamus bonis. Sane permolestum est, pro benigne collato beneficio nullam recipere gratiam. Molestius ab iis, de quibus benemereri studeas, calumniam præmii loco reportare, & à quibus tuo jure poteras exigere debitam gratiam, his actoribus injuriæ causam dicere. Seneca summum liberalitatis genus esse putat, ac divinæ beneficentiæ proximum, si quis non tantum gratuito prosit, verum etiam sciens perdat beneficium. At mihi videor hoc quoque superaturus, si de his quoque pergam benemereri, qui beneficium injuria retaliant. Et quemadmodum fidi Medici, reclamantibus etiam & convitiantibus ægrotis, tamen pergunt subvenire: ita nos hoc quoque velut auctario beneficium nostrum cumulabimus, ut beneficium, quod accipiunt, intelligant. Primum igitur etiam atque etiam adhortor omnes Theologos, ut quibus per ætatem aut occupationes vacat, Græcas degustent literas, & item Hebræas, si liceat. In ipsis arcanæ Scripturæ fontibus diligenter philosophentur: veteres Theologos, quos & eruditio commendat & vitæ sanctimonia, diligenter evolvant. Deinde nostra, si volent, conferant & expendant, atque ita demum probent, si quid recte monuimus: emendent amice, si quid ut homines aberravimus à vero, & minus assequuti sumus, quod sedulo sumus sequuti. Quod si impetro, causam vici, pro accusatoribus habiturus patronos. Caterum à quibus hoc non impetro, saltem illud mihi vel precario donent, ut credant, me simplici pioque juvandi studio quicquid hoc laboris est suscepisse. Quod si parum alicubi successit, error est, non scelus: & corrigi mereor, incessi non mereor. Nihil enim magis agnosco, quam me nihil scire. Profiteantur alii quantum libet ingentia, ego pro mea tenuitate nihil profitens, præsto tamen quod licet, paratissimus ad palinodiam, sicubi more hominum lapsus sim, ipse quoque mihi censor futurus, simul atque deprehendero. Cæterum divus Hieronymus non fert reprehensorem, qui damnare possit, docere non possit. Quorum illud tyrannicum est, hoc amicum & eruditum. Jam illud quemadmodum extra controversiam est apud eruditos, ita indoctis etiam, multorum libris persuasum esse reor, hanc Novi Testamenti editionem Hieronymi non esse, quemadmodum ab ipso fuit emendatum. Tametsi nos, nec hanc, qualiscunque est, aut cujuscunque est, neque convellimus ullo modo, neque calumniamur. Tantum restituimus quæ temporum ac librariorum vitio fuerant depravata, obiter indicatis & his, quæ vel ambigue vel parum attente reddidit Interpres: nam non recte, mihi religio est dicere, etiamsi id non veritus est aliquot locis Hieronymus: idque fecimus, neque levi, quod dici solet, brachio, neque temere, sed primum ex canonum consilio, ad Græcæ originis fidem, examinatis exemplaribus Latinis, neque tamen fidentes paucis, aut quibuslibet. Laurentius Valla septem bonæ fidei codices se sequutum fuisse testatur. Nos in prima recognitione, quatuor Græcis adjuti sumus: in secunda, quinque: in tertia, præter alia accessit editio Asulana: in quarta, præsto fuit & Hispaniensis. Deinde consultis tum pervetustis tum emendatis aliquot Latinæ linguæ voluminibus: nec hoc contenti, discussis & exploratis probatissimis Auctoribus, non oscitanter observavimus quid citarint, quid legerint, quid emendarint, quid interpretentur. Atque hisce rebus omnibus quæ licuit vigilantia, certe summa fide collatis ac pensitatis, quod optimum judicavimus sequuti sumus: & hac lege in medium contulimus, ut nihilo secius suo quisque judicio frueretur. Jam vero si qui verentur, ne sacrarum Literarum auctoritas vocetur in dubium, si quid usquam variaverit: hi sciant oportet, jam annos plus mille neque Latinorum neque Græcorum exemplaria per omnia consensisse. Id quod ne fieri quidem possit, nimirum in tanta librariorum non solum turba, verum etiam inscitia, oscitantia, temeritate. Ut ne commemorem quam multa mutata sint ab eruditulis, aut certe à parum attentis. Comperio quædam erasa aut inducta à factionibus, quarum tumultu quondam sursum ac deorsum miscebantur omnia, præsertim Orientis Ecclesiæ, dum quisque pro suarum partium patrocinio scripturam variat. Id certe factum non obscure compluribus in locis declarat Hieronymus. Levius depravandi genus est, quoties*

ties lector aliunde quod congruebat adscribit: gravius, quum quod scholiastes annotarat in spatio, lector transfert in contextum. Quid autem accidit religioni Christianæ, quod tot jam seculis aliud legit Hieronymus, aliud Cyprianus, aliud Hilarius, aliud Ambrosius, aliud Augustinus? apud hos alicubi non modo diversa comperies, sed & pugnantia, quum in summa Christianæ fidei consentiant. Quid accidit Græcis orthodoxis, qui sic sequuti sunt translationem Septuaginta, ut subinde meminerint, Symmachi, Theodotionis, & Aquilæ? Quid facias, postea quam nec ipsa horum temporum editio per omnia sibi consentit? Qua de re si quis dubitet, huic fidem fecerint codices typis etiam excusi, cum annotamentis marginalibus, quæ declarant varietatem lectionis: & si id parum est, ex commentariis Bedæ, Rabani, Thomæ, ex commentariis Lyrani, ex commentariis Hugonis Carrensis idem intelliget. Origenes jam tum querebatur inexplicabilem in Euangelicis libris varietatem. Et publicitus aliud legit Græcia, aliud Occidentis Ecclesia. Et circa ætatem Hieronymi, quædam Ecclesiæ sequebantur interpretationem Septuaginta, quædam novam amplectebantur ex Hebræorum fontibus traditam. Atque etiam post hanc ætatem, aliud legebant Gallicana Ecclesia, aliud Romana. Denique si excutias vetustos codices manu descriptos, quibus in publico cultu tum utebantur, duos vix reperies inter se consentientes. Certe constat Augustinum codicibus usum, qui non vacabant mendis. Et tamen tot jam seculis constitit sua Scripturis auctoritas. Si codicum varietas in totum abrogat fidem Scripturis, & apud Hebræos, & apud Græcos, & apud Latinos variant. Quæso, quid periculi consequutum est, quod sanctus Hieronymus Vetus & Novum Testamentum mundo jam senescenti, ad Hebræam & Græcam veritatem instauravit? Reclamatum est tum à nonnullis, quibus ipse suis libris abunde satisfacit: nec ob aliud, opinor, reclamatum, nisi quod nescirent eas literas. At num hinc vel tantulum incommodi natum est Christianæ religioni? Augustinus fatetur ipsa codicum discordia, se non mediocriter adjutum fuisse, dum quod hic parum apte dixerat, alter clarius ac rectius efferret, id quod vel fortuito fieri necesse est. Quid decessit Euangeliorum majestati, quod ea Juvencus heroicis versibus incluserit? Quod Arator idem ausus sit in Actis Apostolorum? Nos loca aliquot innovavimus, non tam ut elegantius redderemus, quam ut dilucidius ac fidelius. Quid autem erat periculi, si Paraphrasi totam orationem novassemus? Id quod propemodum fecit Hieronymus in Veteri Testamento. Quibus hæc placet Editio, quam ego nec damno, nec muto, his sua manet Editio. Siquidem ea nostra castigatione non læditur, sed redditur illustrior, purior, emendatior. Illa legatur in scholis, canatur in templis, citetur in concionibus. Nullus obstat. Illud ausim polliceri, quisquis hanc nostram domi legerit, suam rectius intellecturus est. Proinde si nihil offendit nisi novitas, & illa jam vetus olim nova fuit, & hæc nova, si patiamur, olim vetus fuerit. Nimis imperiti est hominis, libros annorum æstimare numero, ac non potius ipsarum rerum judicio. Optarim & ipse, in Sacris Literis nihil esse depravatum, nihil dissidere. Atque id ut optare est in proclivi, ita nec fuit unquam, nec, opinor, futurum est unquam. Qui prædicant inviolabilem divinarum Scripturarum auctoritatem, his utroque favemus pollice. Qui has sciens depravat, contumeliam facit Spiritui Sancto. Fatemur. Verum, hæc majestas in ipsis est fontibus. Non erravit Esaias, neque quisquam mutare nititur, quod ille scripsit. Non lapsus est Matthæus, nemo corrigit quod ille tradidit. Cum Interpretibus, cum scribis, cum depravatoribus nobis res est. Quod si tota labascit auctoritas, ob aliquot loca corrupta, oportuit Spiritum Sanctum non minus assidere bibliographis quam Prophetis & Euangelistis. Nusquam non adest Spiritus Sanctus, sed ita vim exserit suam, ut nobis portionem laboris relinquat. Auctoritas illa inviolabilis intra Prophetas & Apostolos aut Euangelistas stetit. Imo hæc est summa Scripturarum laus, quod in tot linguas toties transfusa, toties ab hæreticis vel mutilata vel depravata, tot modis incuria scribarum contaminata, tamen æternæ veritatis vigorem obtinent. Sic omnibus malorum procellis sollicitata, constat Ecclesia. Is vero subservit Spiritui Sancto, qui quod per homines depravatum est, pro viribus pristinæ restituit integritati. Nunquam defuturi sunt qui depravent, proinde nunquam cessandum est à studio castigandi. Aliud est igitur sacra Scriptura, aliud quod incommode verterunt Interpretes, aut scribæ corruperunt. Rursus aliud est mutare publicam lectionem, aliud privata publicam vel emendare vel illustrare. Atqui hæc mire confundunt quidam, qui sibi videntur admodum dialectici. Neque refello quod ajunt quidam, in literis & apicibus latere mysteria, si modo illi agnoscant hyperbolen. Alioqui non oportebat Scripturam haurire nisi ex fontibus. Nam qui vertit in alienam linguam, à literis & apicibus longe lateque cogitur discedere. De nominibus Dei, præsertim de nomine tetragammato, mira jactant Judæi, de nomine Jesu nonnulla Christiani, verum hæc mysteria pereunt in translatione. Quin illud ipsum nomen Jesu longe aliis elementis scribitur apud Hebræos, aliis apud Euangelistas ac Paulum. Si tam seria res latet in punctis & apicibus, cur Apostoli, qui norant Hebraice, nomen illud sacrosanctum non iisdem elementis nobis tradiderunt, quibus scribitur apud Hebræos, quum toties in scriptis suis inculcent? Hoc argumento quum urgerem quendam, respondit, nomen Jesu in omnibus Novi Testamenti libris depravate scribi, legique. Quod si verum esset, in tam insigni errore tot jam seculis caligasset Ecclesia Catholica. Imo probabilius est sic Græcos ac Latinos vulgo sonuisse nomen illud, & Apostolos usurpasse receptam vocem, non sollicitos de elementis & apicibus. Quin iidem Euangelistæ & Apostoli non fuere tam superstitiosi, in citandis Scripturarum testimoniis, interdum sequentes editionem Septuaginta, nonnunquam ex Hebræorum fontibus adducentes, alias suo arbitrio reddentes sententiam, nec cum his, nec cum illis per omnia congruentes. Jam quid attinet istos refellere, qui non minus indocte quam impudenter solent vociferari, facinus esse non ferendum, ut quisquam corrigat Euangelia, castiget Canticum, Magnificat, mutet Precationem Dominicam? O vocem vix auriga dignam, nedum Theologo. Ne mihi succenseat ordo Theologicus, quod Theologum nomino: illis indignetur potius, qui quum essent primi nominis Theologi, hæc seditiosissime vociferabantur, & adhuc vociferantur in ordinariis professionibus, sacrisque concionibus. Sed ad rem. Fas est nebuloni cuivis, Euangelii codices depravare, & nefas erit quod depravatum est restituere? præsertim homini, ne quid dicam insolentius, in hoc genere literarum, nec indiligenti, nec inexercitato, idque tot Græcis ac Latinis voluminibus, tot clarissimis Auctoribus in consilium adscitis? Mihi plurimis argumentis vehementer probabile est, universum Testamentum Novum Græce scriptum fuisse, non Latine. Certe si quis excipiat Euangelium juxta Matthæum, & unam ad Hebræos Epistolam, de reliquo nulla controversia est. Proinde qui mutare paret, quod scriptum fuit ab Apostolis & Euangelistis, in hunc jure clamitent, quod corrigat Euangelia: non in eum qui juxta Pontificum decreta ex Græcorum fontibus, ex sacrorum Interpretum sententia sincera fide reponat, quod vel à scribis erat vitiatum, vel ab Interprete parum apte redditum in Latinis codicibus, quum Græce scripserint Apostoli. Sed cur hæc pluribus ago? quum divus Hieronymus compluribus epistolis hujus causæ patronum agat: qui nec ipse, quum in re non ita dissimili laborasset, calumnia caruit. Cujus emendatio si exstaret, aut non fuisset nobis hoc laboris capiundum, aut fuisset quod sequeremur. Itaque te quæso, lector optime, quum occurret novatum aliquid à nobis, ne protinus ad solita lectionis gustum ac salivam rejicias ac damnes, quasi necesse sit malum esse quicquid diversum est, simul & me fraudans mea laude, & te operis utilitate: sed primum nostra conferto cum Græcis: quod quo promtius esset, illa è regione adjecimus. Expende num fidelius, num apertius, num significantius expresserim, quam vetus Interpres. Nec hic rursum protinus in jus trahant, si minus verbum verbo respondeat: id quod ut maxime concris, ne fieri quidem potest. Si nefas esse ducunt, usquam à literis ac syllabis discedere, cur hic Interpres passim id ausus est, aliquoties nulla nec adactus necessitate, nec invitatus utilitate, sed velut in re ludicra lasciviens & oscitans? Quod si licet alicubi à literis ac syllabis recedere, ut certe licet, si me comperies sententias majori fide reddidisse quam ille reddiderit, ne damna quod novum est, sed amplectere quod est rectius. Jam si collatio tibi non satisfacit, ne continuo pronuncies. Consule nostras Annotationes, quæ fortasse tibi vel auctoritate testium, vel rationibus adductis, satisfacient. Fit interim ut diversa sit lectio, fit ut iisdem ex verbis complures sensus accipi possint. Nos primum unicam duntaxat lectionem proponimus. Nec enim aliter poteramus. Cæterum in Annota-

men-

mentis varias referimus, aut indicantes quid nobis optimum videatur, aut lectoris relinquentes arbitrio, quid sequi malit. Sunt in quibus nostra vulgata magis probatur editio, aut Ambrosiana lectio, quam Græci codices. Et tamen consentientibus omnibus Græcis exemplaribus, quoniam illa mutare non licuit, Latina accommodavimus, ne non responderent, quum in hoc ipsum adderentur. Cæterum id in scholiis discutimus. Comperio quædam apud illos addita ex more solenni, veluti coronidem illam sic additam Precationi Dominicæ, quemadmodum apud nos in calce Psalmorum adjicitur Gloria Patri. *Ea non resecuimus à contextu, sed tamen in commentariolis admonemus addita. Nam is error minus habet periculi, quum quod frequenter comperio factum, ex aliis locis adscribit lector, quod in simili sententia deerat alibi. Attamen id quoque curavimus admonere. Proinde non ita tradimus hanc lectionem, quasi certa indubitataque sint omnia, sed quod ex nostra emendatione, accedentibus annotamentis, non mediocriter adjuvandus sit lector vigilans & attentus. Inerunt permulta, quæ ceu minutula frivolaque contemnenda videbuntur alicui. Verum, qui conferet, qui expendet, qui tractabit & interpretabitur sacras Literas, is ipse comperiet, in his minutulis non minimum esse utilitatis. Ad hæc, facile mihi veniam dabit, hujusmodi minuta persequunto, qui cogitarit ad hujusmodi scrupos primi nominis Auctores impegisse, nonnunquam & pudendo errore lapsos esse, nimirum ipsum Hilarium, Augustinum, Ambrosium, & inter recentiores doctissimum Thomam Aquinatem, ne jam cæteros commemorem. A quibus in hoc versanti negotio, nonnunquam dissentire fuit necesse. Quod quidem ut semper ingenue feci, ita nusquam contumeliose, ne in istos quidem procacior, quorum impudens temeritas, & insolens inscitia parum merebatur hanc civilitatem. In quos etiamsi liberius invectus fuissem, tamen apud eruditos omneis excusaret me Plautinum illud, quod dignis maledicitur, benedictum est, non maledictum. Verum malui rationem habere quid me dignum esset, quam quid isti mererentur. Erat animus istorum ineptias omnino dissimulare, nisi libri talium rabularum passim manibus tererentur, & oraculorum instar legerentur ac citarentur. Nec rursus id à me factum est affectate, sed obiter locis aliquot, quo posthac minus illis fidant, qui quicquid apud hujusmodi Scriptores utcunque positum aut additum repererint, id alba, quod ajunt, amussi in suos converrerent commentarios: aut certe quibus Auctores isti magni sunt, intelligerent ob harum rerum, quas indicavimus, ignorantiam, magnos etiam Auctores insigniter ac plus quam pueriliter hallucinatos esse. Alioqui si quicquid in horum voluminibus vel rideri vel improbari poterat, persequi voluissem, tum vere mihi inter manus nata fuisset* Ἰλιὰς κακῶν, *ut est in Græcorum proverbio, nec ad ea refellenda una suffecerat Ilias. Cæteros autem, quos præter eruditionis commendationem ornat & vitæ sanctimonia, tantum abest ut incessam petulantius, ut sæpenumero captatis etiam prætextibus, aut elevem errorem, aut excusem, aut tegam. Nec mihi succensere debent, si quid lapsus est Augustinus, aut Thomas. Quum res ipsa clarior est, quam ut dissimulari possit, imputent inscitiæ linguarum, aut si malint, imputent illorum seculis. E re studiosorum erat, illa non omnino dissimulare. Non quod me putem oculatiorem summis illis viris, sed quod alicubi fortasse fuerim attentior, & fortasse linguarum opibus instructior, certe quam Aquinas, qui Latine tantum novit, nec id admodum exacte, quippe qui contendit luxuriam proprie pertinere ad libidinem. Quos omnes, ut semper veri fuere studiosissimi, magis propitios esse mihi confido, vel hoc nomine, quod illorum libros aliquanto reddiderim purgatiores. Quid minutius hypostigma? at tantula res hæreticum gignit sensum, quemadmodum docet Aurelius Augustinus libro* de doctrina Christiana *tertio, exempli causa citans illud Joannis:* In principio erat Verbum apud Deum, & Deus erat. *Et interposita diastola, sequitur:* Verbum hoc erat in principio apud Deum. *Hanc lectionem hæreticam appellat, videlicet eorum, qui negabant Verbum Dei, Deum esse. Item illud quod est apud Paulum in Epistola ad Romanos:* Quis accusabit adversus electos Dei? *Ab hoc loco quæ sequuntur, nisi per interrogationem legantur, sensum non hæreticum modo, sed & prorsus blasphemum efficiunt. Quasi respondeas ad superiora:* Deus qui justificat. *Deinde* quis est qui condemnet? *Ad id rursum respondeas:* Christus Jesus, qui mortuus est. *Idem offensus amphibologia Paulini sermonis, quum ait:* Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: *mavult ita reddi,* Quod stultum est Dei, sapientius est quam homines, *quod alioqui videri potuerit incertum, dandi ne casu dictum esset* hominibus, *an auferendi. Atque hæc & alia his ferme consimilia multis verbis illic annotavit vir tantus, quæ nihil negotii sit animadvertere, etiamsi nullus moneat. Quid si is legisset tot portenta mendarum à nobis prodita sublataque? tot crassissimas discussas tenebras? tot sensus præpostere non solum ambigue redditos, suæ restitutos integritati? an non hunc laborem nostrum utrisque manibus complexus fuisset? Quædam autem tanta brevitate sunt annotata, ut ni nostram annotatiunculam ad locum ipsum conferas, non sis animadversurus quid voluerim. Nam quod complusculis locis occurrent eadem, id data opera factum est, quo consuleremus lectori vel parum memori, vel inquirendi laborem fugitanti. Et sane nonnihil vereor, ne quemadmodum multos est offensura novitas, ita è diverso exsistant, quibus hoc ipsum displiceat, quicquam esse quod conveniat cum veteri Interprete. Aliis nihil probatur, quod sit diversum: aliis ineruditum videtur, quod non tota ratione pugnet ac dissideat. Rursus alios offendit sermo paulo purior ac Latinior, nempe hos, qui nihil acutum judicant, nisi quod prodigiosis scateat solœcismis. Alii contra fastidiunt, quicquid non refert Ciceronianum illum nitorem. Nos in hoc Opere ut non affectavimus eloquentiam, ita munditiem, si qua in promtu fuit, non respuimus. Non offenditur Deus solœcismis, at idem non delectatur. Odit superbam eloquentiam, fateor: at multo magis superciliosam & arrogantem infantiam. Nos toleramus istorum balbutiem, ferant ipsi vicissim nostram qualemcunque dicendi mediocritatem. Verum, ut aliquando finiam, quemadmodum ingenue fateor esse permulta, quæ doctius tractari potuissent: ut non inficias eo, locis aliquot me dormitasse lassum: ita res ipsa, ni fallor, indicabit, me post Laurentium Vallam, cui non hac tantum in parte debent bonæ literæ, post Jacobum Fabrum, virtutis omnis & literarum antistitem, nec sine causa versatum in hoc negotio, nec sine fructu. Bene valeto, Lector amice: & si quid adhuc desideras, à Præfatione, quam Annotationibus præfixi, petito.*

DE DVABVS POSTREMIS EDITIONIBVS

QVARTA ET QVINTA

DES. ERASMVS ROTEROD.

PIO LECTORI S. D.

OMNIBUS omnium cavillationibus respondere, Lector optime, præterquam quod infiniti sit negotii, nec admodum ex hujus Operis dignitate fore video, nec operæ pretium ullum intelligo: propterea quod qui studium hoc nostrum suggillant ac traducunt, fere non legunt, aut certe non intelligunt nostras Apologias. Et jam satis illis responsum est duabus Apologiis, quas primæ quoque editioni, ceu clypeos, adversus istorum tela præfiximus: præterea in epistola, qua Martino Dorpio respondemus: ad hæc, in epistola ad insignem Theologum Henricum Bolocum. Rursus in epistola contra quendam, cujus nomen studio suppressi: postremo in Apologia, qua pridem respondi Petro Sutori: nuper etiam rixatori glorioso responsum est hominum cavillis. Proinde hic capita duntaxat argumentorum annotabimus lectori vel occupato, vel crassiori.

Primum illud testamur, & ubique testatum esse volumus, nos nusquam à judicio Ecclesiæ Catholicæ vel unguem aut digitum latum velle discedere. Quod si quid usquam ejusmodi deprehendatur, non data opera dictum, sed elapsum, ut sumus homines, id jam nunc pro recantato volumus haberi.

Nec præimus eruditorum judicio, nec publicarum scholarum auctoritati præjudicamus. Manet incolume suum cuique judicium. Annotationes scribimus, non leges: & expendenda proponimus, non protinus habenda pro compertis.

Nec ideo posteriores editiones immensis sudoribus paravimus, quod prioribus omnino diffideremus: sed Opus, quod tum pro virili proque temporis spatio quam fieri potuit optimum dedimus, nunc emendatius multo, multoque locupletius damus. Atque id sane facturos nos, prima statim editione sumus polliciti. Quod quidem quo fiet sæpius, hoc plus erit lucri lectori.

Quod in editione prima parcius fecimus, veriti, ne tantam novitatem non ferrent quidam: post hortantibus amicis magnis & eruditis, animumque addentibus, uberius præstitimus, ut totus Novi Testamenti sermo simplex quidem, sed tamen Latinus esset, exceptis verbis aliquot & idiomatibus, quæ receptiora videbam quam ut mutari possent, sicut *fides* pro *fiducia*, *fidelis* pro *fidenti*, *benedictus* pro *laudatus*, aut *laudandus*, *in nomine Jesu*, pro *auctore Jesu*, sive *fiducia Jesu*, *gratia* pro *beneficio gratuito*. Nam mihi quidam nimis morosi videntur, qui quum Dialecticis, Philosophis, Rhetoribus, Grammaticis, Medicis ac Mathematicis concedant peculiares voces, quæ extra tractationem artis aut nihil omnino significant, aut longe aliud significant, nihil ejusmodi permittunt in divinis Literis.

Neque parum multa adjecimus prioribus Annotationibus, & priores illas Auctorum nomenclatura communivimus ob quosdam avidiores calumniandi quam discendi.

Sed offenduntur qui Latine nesciunt, & veteres solœcismos, quibus assueverunt, requirunt. Habent isti veterem editionem, per me quidem integram & intactam. Sciebam plurimos ob sermonis imperitiam, ne dicam spurcitiem, à sacris Voluminibus abhorrere. Boni consulent isti, si his quoque consultum esse voluimus, præsertim quum ipsi nihil perdant.

Sed indigni sunt, inquiunt, qui sacras Literas ob sermonis simplicitatem fastidiunt. In sacris Literis nec apicem mutamus, cum translatoribus ac depravatoribus nobis res est. Nec simplicitatem tollimus, sed restituimus. Denique pium est & humanum imbecilles illecebra quadam primum allicere.

Non offenditur, inquiunt, Deus solœcismis. Verum id quidem fortassis, at idem non delectatur. Excusat Augustinus sermonis vitium, non præfert. Et excusat in idiotis, non in Theologis, postremo tolerat invitus. Nam in totum mutari malit, si liceat. Quod si solœcismus sensum reddit ambiguum, aut etiam perversum, id quod locis aliquot indicavimus factum, detestatur Augustinus solœcismum. Quin & Deus odit superbos solœcistas, qui recte loquentes insectantur, nec ipsi volunt meliora discere, nec alios sinunt, ceu canes in præsepi, juxta proverbium.

Alioquin illud ab istis requiram, utrum omnes solœcismos amplectantur, an eos tantum quibus assueverunt. Si quosvis amplectuntur, cur ab istis quoque vapulant pueri, quum dicunt, *Fuit in domo tuo*, aut, *Friget corpus meus*. Imo vel in templis exsibilarent omnes, si Diaconus pro *Filio*, legat *Pilio*: aut pro *Philippo*, *Pilippum*. Et tamen absurdiora sunt sæpenumero quæ committunt ipsi. Quod si nulli placent solœcismi, nisi quibus assueverint, jam palam est eos non duci judicio recto, sed suis blandiri nævis, & eos imitari, qui quum ab aliorum ulceribus abhorreant, sua tamen familiari scabie non offenduntur. Porro quid interea fiet iis qui solœcismis non assueverunt?

Augustinus patitur barbare dici: *Justus ut palma floriet*, pro *florebit*. Sed patitur in plebe imperita: quod tamen ipsum ab ea mallet corrigi. Patitur ut eruditi pro *Os*, cujus paternus casus sit *Ossis*, *ossum* dicant: sed quoties imperitis loquuntur, aliter non intellecturis. Nunc vero quum vulgo nemo Latine loquatur, quod Augustinus scribit de solœcismis non magis ad nos pertinet, quam si moneret, ut apud Gallos Gallice loquens concionator, verbis Gallicis vulgo notis uteretur. Alioqui cur Augustinus ipse in suis libris non solœcissat, quum sæpenumero nec ab eruditulis intelligatur?

Augustinus non admittit solœcismos, nisi apud imperitos, ut dictum est, & in hoc duntaxat, ut sententiam reddant dilucidam. At docuimus, locis aliquot Interpretis solœcismis totam subverti sententiam, & hac occasione magni nominis Interpretes fuisse lapsos.

Porro quod objiciunt, indignum esse divinam Scripturam subjici regulis Donati: ut à viro sancto dictum est, ita non perinde circumspecte: quod quidem pace illius dixerim. Primum enim, Interpretis sermo non est Scriptura sancta, sed quod Moses, Prophetæ, aut Apostoli scripserunt. Nos Interpretis sermonem emendamus, & sanctæ Scripturæ suam lucem restituimus. Deinde si contumeliosum est de rebus divinis emendate loqui, in jus vocandi sunt Veteres pene omnes, Græci pariter ac Latini, qui non eleganter modo, verum

etiam

etiam eloquenter tractarunt res mysticas, & hoc nomine summam per universam Ecclesiam laudem sunt consecuti.

Mihi videtur ad propagandum Christi Euangelium pertinere, ut casto puroque sermone tradatur, quatenus licet. Recte loquendi ratio, omnium est communis: at varia res est barbaries, & intellectu difficilis, quippe recedens à sermone naturali. Ut nihil est dilucidius sermone recto, ita nihil facilius.

Quod si quis neget in hac interpretatione inesse soloecismos, non illos quidem haustos ex Apostolico sermone, sed ex vulgi fece, consulat indicem meum, & mox, opinor, mutabit sententiam.

Ibidem videbit, quot locis hallucinati sint Interpretes etiam magni nominis, tantum ob sermonis vitium. Ne quis putet nullum aliud esse incommodum, nisi quod parum munda sit oratio.

Porro quanquam haud inficiamur, in Apostolorum & Euangelistarum Græco sermone nonnulla esse præter rationem grammaticam, tamen non erat causa, cur nos tantum soloecismorum prodigiosorum adderemus.

Et fortassis quod illis temporibus conducebat, ut Apostolorum oratio esset inconditior, nunc expediat mutari: quando nec Apostolico cultu nuncupantur Episcopi, sed in omnibus splendor accessit Ecclesiæ. Olim expediebat Apostolos eo sermone uti, qui latissime patebat, & à literatis pariter ac illiteratis intelligebatur, quandoquidem & Christum Syriace loquutum apparet: nunc ea ratio adeo locum non habet, ut iis, qui Latine didicerunt, nova balbutiendi ratio sit discenda ob Interpretis non Apostolorum soloecismos. Proinde ut olim abusi sunt Apostoli ea lingua, quam repererunt vulgo maxime communem: ita nunc conducibile fuerit, sacras Literas eo sermone tradi, qui sit omnibus Latine doctis communis. Convenit enim id esse communissimum, quod est rectissimum. Quod dictum est de sermone Apostolico, idem valet in oratione veterum Interpretum, quum sermo Romanus adhuc esset promiscuæ multitudini communis.

Si ob eam causam divinos Libros expedit inerudite verti, quo possint à pluribus intelligi, potissimum vertendi essent in linguam Gallicam aut Germanicam. Nunc ita versi sunt quidam, ut aliquoties nec ab eruditis, nec ab imperitis intelligantur.

Si non licet Christianis recte loqui, cur Augustinus in libris *De doctrina Christiana*, Grammaticam recte loquendi magistram, ponit inter artes necessarias ad sacrorum Voluminum intelligentiam? cur tot Grammaticorum scholis plena sunt omnia? cur tot laboribus excruciatur ætas illa rudis, an ut discat mendose loqui?

Ut nihil aliud sit commodi, certe hoc boni habet sermonis elegantia, quod simplex sit & naturalis: quum inemendate loquendi sexcentæ sint species.

Tametsi nos in sermone Apostolorum, quod crebro jam diximus, ne syllabam quidem mutamus, imo sermonem illorum, vitio librariorum aut alioqui depravatum, restituimus. Proinde ne quis clamet, hic corrigit Euangelium, hic emendat Precationem Dominicam: sed, hic codices Euangeliorum à mendis repurgat. Nec magis objurgandus sum, quam qui scopis everrit sordes è templo. Non enim quicquid in templo est, continuo sanctum est.

Jam si quicquid hic vertit Interpres, Spiritui Sancto libet adscribere, & ob id nefas esse quicquam hinc demutare, cur audet reprehendere Hieronymus quod apud hunc legitur, nunc verba taxans, nunc sententiam, nunc submovens quod adjectum affirmat? id autem non raro facit, etiam in his libris, quos edidit multo post editam utriusque Testamenti versionem. Cur audent diversum legere Cyprianus, Ambrosius & Augustinus? Cur aliud in solenni cultu legunt, aliud canunt per orbem terrarum Ecclesiæ, præsertim in Psalmis?

Hieronymus in *Præfatione ad Desiderium*, plurimum interesse putat inter Vatem & Interpretem: *Ibi*, inquit, *Spiritus ventura prædicit, hic eruditio & verborum copia, ea quæ intelligit, transfert:* & tamen hic Hieronymus agit de Septuaginta, quorum auctoritas pene fuit sacrosancta, & quos ipse Hieronymus fatetur fuisse plenos Spiritu Sancto. At nemo novit quis hic fuerit Interpres: nam innumeros fuisse testatur Augustinus, atque eos admodum tenuiter eruditos.

Arbitror nihilo plus honoris huic Interpreti deberi quam Septuaginta, quorum editionem non raro sequuntur & Apostoli, sed horum translationem mutavit Ecclesia, simul atque nacta est meliorem.

Utrum autem volunt huic uni hoc honoris haberi, an Interpretibus omnibus? si huic uni, causam adferant, cur huic potius quam cæteris: si debetur omnibus, cæteris nimirum antiquatis facta est injuria.

Non idem honoris debetur Interpreti & Euangelistæ, alioqui quisquis concinnat aut describit codicem Euangelicum, hoc honoris sibi postulabit. Versantur omnes in re Euangelica, sed dispari functione. Imo divus Hieronymus Interpretum operam, qua nobis sacros Libros in aliam linguam transfuderunt, confert cum studio M. Tullii, quo quædam Xenophontis, Platonis ac Demosthenis opuscula Latinis dedit.

Si Deus per Cajapham, virum malum, edidit prophetiam verissimam, quid vetat quo minus per hominem linguis instructum, etiamsi non adsit peculiaris afflatus Spiritus, recte vertantur Libri sacri.

Quoties Hieronymus, Græcos orthodoxos sequutus, adducit auctoritatem Symmachi, Theodotionis & Aquilæ, hæreticorum Judaisantium? & nobis invidemus, si quis quid commonstret. In Daniele, Theodotionis editio prælata est translationi Septuaginta: indicat hoc Hieronymus enarrans caput hujus Prophetæ quartum.

Quod si juxta Hieronymum optimus Interpres est, qui linguas & rem optime teneat, opinor me neutra in re hoc certe Interprete videri inferiorem: ne nihil de meipso dicam gloriose. Tametsi videtur hic Interpres magis incogitantia peccasse, quam imperitia, multaque tribuisse vulgo idiotarum, quibus ista tum scribebantur.

Porro si prorsus in Interprete requirunt afflatum Spiritus Sancti, quid obsistat quo minus & nobis adsit communis omnium Christianorum Spiritus, qui solet uberius opitulari iis, qui suam quoque industriam adjunxerint.

Sunt qui miris modis attollunt hujus Interpretis sanctimoniam, pietatem & eruditionem, eumque tantum non supra Seraphicos spiritus collocant, quum interim si quis percunctetur, Gallus fuerit an Sarmata, Judæus an Christianus, vir an mulier, nihil habituri sint quod expedite respondeant, quando ne nomen quidem hominis quisquam novit. Verum, hæc exaggerant, quo mihi moveant invidiam.

Donemus illi vertenti adfuisse Sanctum Spiritum, aut Hieronymo hujus versionem emendanti. Credimus eundem Spiritum adfuisse omnibus Ecclesiæ doctoribus, & tamen fas est ab illorum sententia recedere, si quis melius aliquid repererit.

At peculiarem illum Spiritus afflatum in solis canonicis Libris credere necesse est, in quibus nihil est quod à vero discrepet, etiamsi sensui humano interdum secus videatur. Verum, hic distinguendum est quod scripsit Propheta, aut Apostolus, ab eo quod vertit Interpres, aut depravavit scriba. Rursus distinguendum est inter vitium sermonis, & vitium sententiæ. Aliquod vitium sermonis esse in scriptis Pauli, nihilo contumeliosius est in Apostolum, quam si dicatur gestasse pertusam tunicam.

Rur-

Rursus hoc honoris & actoritatis non debetur Prophetis & Apostolis, nisi in his voluminibus, quæ in Canonem recepit Ecclesia. Verisimile est enim Paulum variis de rebus scripsisse Epistolas, quæ tamen si prodirent, non statim illas cogeremur amplecti tanquam oracula Sancti Spiritus. Quanto minus hæc auctoritas, quæ solis Canonicis Libris debetur, tribuenda est huic ignoto Interpreti, & uni de numero multorum, quos Augustinus fatetur fuisse parum eruditos.

Sed hanc recepit Ecclesia Romana. Ne id quidem simpliciter verum est. Observet qui volet quid legat Ecclesia Romana: comperiet multa dissonare. Hæc videtur fuisse Gallorum, quæ quum jam tæderet infinitæ varietatis, locum obtinuit. Nec ita recepta est, ut nefas sit in ea commonstrare quod melius reddi poterat.

Sunt æquiores qui studium hoc meum non damnent quidem, sed indignantur Interpretem, quem tot annis honoravit Ecclesia, alicubi parum civiliter fuisse tractatum. Hac in parte nonnullam agnosco culpam, vel hoc argumento, quod posterioribus editionibus multa sum moderatus, utique facturus idem, si in prima statim editione fuissem admonitus. Sed quid facias istis, qui petulantiam non ferendam arbitrantur, sicubi excidit mihi, Interpretem lascivire copia? Humanum est quod illi impingo, non impingo falsi aut impietatis crimen, & arbitror fuisse virum bonum.

Damnant quod elenchis variis & annotationibus commonstrans solœcismos ac locos incommode redditos, conatus sim illum in contemtum adducere. Ea mens mihi nunquam fuit, sed huc stolidis & improbis clamoribus plurimorum adactus sum. Si quis requirit argumentum, in prima editione nullus est additus index hujusmodi. Negligi poterant istorum latratus, si se intra domesticos parietes continuissent, sed eruperunt in frequentes scholasticorum conventus, in sacras ac publicas conciones, in aulas ac mensas summorum Principum. Et quo non? Nec erat modus, neque finis. Nec erant plebeji, qui fabulam hanc agebant, sed plane tragica persona reverendi, Dominicani, Franciscani, Carmelitæ, Cartusiani: præter religionis majestatem etiam doctoris titulo multitudini imperitæ venerabiles: quidam etiam mitra conspicui. Itaque si quid mihi excidit in Indicibus dictum liberius, horum improbissimæ petulantiæ magis erat imputandum quam mihi.

Alicubi dixi quosdam turpiter aut pudendo errore lapsos. Dicere poteram insigniter aut manifesto errore lapsos. Sed isti putant turpiter & scelerate semper idem valere. Ego *turpiter* dixi, pro *Indecenter*: ac mihi videtur omnis in Scripturis error esse pudendus. Alioqui cur beatus Hieronymus, aliis laudantibus priores in Abdiam commentarios, scribit se erubuisse. Si non est pudendus error, qui per imprudentiam committitur, Hieronymus & illos commentarios sedulo bonoque animo scripserat.

Videbant & prisci doctores solœcismos in hoc Interprete, cujus versionem si castigavit Hieronymus, non emendavit nisi sensus, orationis vitia negligens. Si piaculum est indicare solœcismum aut sensum incommode redditum, quanto gravius crimen erit idem facere in Veteri Testamento, quod ut ipsi asseverant, totum, aut pene totum, ex Hebræorum & Chaldæorum fontibus nobis tradidit Hieronymus. Atqui complures exstiterunt, qui hic non verba tantum reprehendunt, verum etiam sensus ex diametro pugnantes. Nec hos quisquam vocat in jus. Ut enim de Capnione sileam, tale quiddam ausus est Lyranus & Burgensis. Et ut ad vivos veniam, Paulus Episcopus Sempronianensis, R. D. Thomas Cardinalis Cajetanus in utrumque Testamentum, Felix in Psalterium, Augustinus Eugubinus in Pentateuchum. Ab his innumera loca proferuntur, in quibus libere dissentiunt ab interpretatione Hieronymi. Et horum labores cum plausu, ut æquum est, excipiuntur. In me leviora molientem totus insurrexit orbis. Sed hoc fere usu venit omnibus ad res præclaras viam aperientibus. Terrifica sunt prima excetræ sibila.

Poteram & ego dissimulare solœcismos: sed dissimulare offendiculum, ad quod impingunt Scripturarum enarratores, non est civilitas, sed iniquitas. Interpres vel hoc colore satis excusatus est à solœcismis, quod ista scripsit non eruditis, sed promiscuæ plebi, fabris, textoribus ac fullonibus.

Audio quosdam adeo superstitiosos, ut nihil patiantur immutari à verbis Euangelistarum in vertendo. Quasi vero isthuc vertere sit, ac non potius pervertere. Duabus rebus constat oratio, verbis ceu corpore, & sententia velut anima. Si utrumque reddi potest, non obsto quo minus fiat: si non potest, præposterum fuerit, Interpretem, verborum tenacem, à sententia recedere.

Si prorsus contendunt verbum esse verbo reddendum, cur toties à verbis recedit hic Interpres, aliquoties nulla invitatus commoditate? Si licet, utique semper hoc spectandum erit Interpreti, ut sententiam bona fide verbis quam aptissimis efferat.

Nec constat, nec probabile est, hanc, qua vulgo utimur, editionem, ullius Synodi auctoritate fuisse comprobatam. Neque probabile est, in Synodis hac sola patres usos fuisse, quæ ex Græcis, Latinis ac Barbaris constabant: quorum alius Græce citabat, alius Ambrosium sequebatur, alius Cyprianum, aut alium quempiam, sed tantum usu publico receptam.

De Septuaginta non veretur pronunciare Hieronymus, illos vertisse verbis ambiguis quod non intelligebant: & alicubi conversionem illorum mendacium appellat. Nec paucis locis nominatim indicat manifeste lapsos in reddenda Scripturæ sententia. Cur igitur putemus sacrilegium esse, si quis ab hoc ignoto dissentiat?

Utitur hac jam, ut dictum est, annis aliquot Ecclesia Romana: ut isthuc largiamur, at non utitur sola: nam & Hieronymum legit, & Ambrosium: & cantus ecclesiasticus sæpenumero discrepat ab hac editione. Nec sic utitur, ut decernat, nihil illic esse, quod possit reddi melius.

Diu usa est Ecclesia veteri conversione Veteris Testamenti, quæ quod Septuaginta Græce verterant, ad verbum reddit sermone prorsus absurdo: quod palam fuerit, si quis legat Augustinum *De loquutionibus*. Nec ideo respuit commodiorem interpretationem, quæ priori substituta est per Hieronymum, ut arbitrantur, & ex parte verum est.

Quod si quis omnino contendat, nusquam ab Interprete dissentiendum esse: Primum excuset ea loca, in quibus ostendimus illum palam vel dormitasse, vel lapsum esse, vel ita inscite reddidisse Græca, ut ob illius incommodam interpretationem summates Theologi, qui tantum Latine sciebant, aut non consuluerunt Græcos codices, insigniter lapsi sint: jam enim non ausim dicere, turpiter. Hæc si notiora sunt quam ut negari possint, fateamur Interpretem hominem fuisse, ne quid dicam acerbius.

Etiamsi pleraque sunt hujusmodi, ut probabile sit, vitio librariorum inducta fuisse: proinde ut interpretationem approbet Ecclesia, certe depravationem non approbat.

Neque quicquid receptum est in usum ecclesiasticum, continuo receptum est judicio. Quædam casu irrepunt, ad quæ connivet Ecclesia, præsertim si non videantur ad fidei morumque periculum pertinere. Imo fieri potest, ut in hoc genere quædam ad tempus ignoret Ecclesia.

Quum

MOROSOS QVOSDAM AC INDOCTOS.

Quum Damasus hoc negotii daret Hieronymo, ut Novum Testamentum ex Græcorum fontibus emendaret, habebat nimirum jam tum Ecclesia quod legebat, & fortassis seculis aliquot legerat. Id si sincerum erat, quid opus erat emendatione Hieronymi? Sin corruptum, palam est Ecclesiam ad tempus uti, quod sit in melius vertendum. Idem dico de Vetere Testamento.

Non ideo vacillat auctoritas Scripturæ sacræ, si mendæ tollantur è codicibus: imo potius vacillaret, si constet nos uti depravatis exemplaribus: atque id certe negari non potest. Cui incommodo si nullus admoveret remedium, ut est rerum humanarum natura, semper in deterius prolabi, tum vere confusis exemplaribus vacillaret Scripturarum auctoritas.

Optandum ut nullum mendum insit sacris Libris, & ad id, quantum fieri potest, enitendum est. Verum, id non contigit post annos mille trecentos, nec fortassis unquam continget ad plenum. Bene nobiscum agetur, si quam minimum insit mendarum.

Proinde ne nos quidem profitemur omneis mendas à nobis sublatas, plurimas certe sublatas audebimus profiteri: & nos rem eo deduxisse, ut posthac codicibus quam minime mendosis uti liceat, si quis hoc filum sequutus, emendare velit, cum auctoritate Pontificis Romani.

Nos enim non sic proponimus hanc editionem, ut velimus per omnia haberi emendatam: sed quod apud Græcos frequentissimum habetur maximeque constans, id vertimus, indicantes ubi nostra cum Græcis consentiant, aut dissentiant, & quid nobis rectissimum esse videatur.

Hic obiter illud incidit admonendum, esse Græcorum quosdam Novi Testamenti codices ad Latinorum exemplaria emendatos. Id factum est, in fœdere Græcorum cum Romana Ecclesia: quod fœdus testatur Bulla quæ dicitur *aurea*. Visum est enim & hoc ad firmandam concordiam pertinere. Et nos olim in hujusmodi codicem incidimus, & talis adhuc dicitur adservari in Bibliotheca Pontificia. Verum, ex his corrigere nostros, est Lesbiam, ut ajunt, admovere regulam. Illud potius spectandum, quid legerint veteres Græci, Origenes, Athanasius, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Chrysostomus, Cyrillus ac Theophylactus. Hoc eo visum est admonere, quod jam nunc quidam jactant se trecenta loca notasse ex codice Pontificiæ Bibliothecæ, in quibus ille consonat cum nostra vulgata editione Latina, cum mea dissonat. Quod si nos urgent auctoritate Vaticanæ Bibliothecæ, codex, quem secutus est in Novo Testamento Franciscus Cardinalis quondam Toletanus, non modo fuit ejusdem Bibliothecæ, verum etiam à Leone X. missus est, ut hoc veluti bonæ fidei exemplar imitaretur. At qui is pene per omnia consentit cum mea editione, dissentiens ab eo, quem nunc quidam nobis objiciunt majusculis descriptum literis. Ab illo enim dissentiat oportet, si consentit cum vulgata Latinorum editione.

Scio res sacras reverenter ac religiose tractandas, & idcirco licet in infima functione versantes, tamen omni qua licuit circumspectione sumus usi. Contulimus utriusque linguæ vetustissimos ac probatissimos codices, nec eos sane paucos. Excussimus veterum ac recentiorum commentarios tum Græcos, tum Latinos. Observavimus quid diversi legant. Pensitavimus ipsius loci sententiam, atque ita demum pronunciavimus quod sentiremus. Imo ne pronunciavimus quidem, sed lectorem admonuimus, suum cuique judicium liberum relinquentes.

Beda, Rabanus, Thomas, Lyrensis & Carrensis, aliique his obscuriores, satis habent annotasse, *Alia litera sic habet*: quod sic in codice quopiam scriptum, aut fortasse depravatum offenderint: & videntur rem utilem præstare. Et nobis obstrepitur, qui tot argumentis ac summorum virorum auctoritate veram lectionem restituimus?

Si varietas abrogat fidem libris, jam olim variabant codices ætate Origenis, ætate Hieronymi, ætate Bedæ, ætate Thomæ, denique nostris etiam temporibus hodieque variant, & tamen adhuc sacris Libris sua constat auctoritas.

Si loca quædam depravata fidem elevant arcanis Voluminibus, jam olim id usu venisset temporibus Origenis, qui *Homilia in Matthæum* octava, queritur hac de re his verbis: *Multam enim differentiam inter exemplaria invenimus, sive per negligentiam scribentium, sive ex temeritate quorundam, sive propter eos, qui negligunt emendare scripturas, vel propter eos, qui, quod ipsis videtur, in emendatioribus vel adjiciunt, vel subducunt.* Audis, lector, jam tum variasse libros? audis fuisse depravatos? audis quædam adjecta, aut subtracta?

Atque ut ille non est ausus, in Novo præsertim Testamento, pronunciare per obelos & asteriscos, sed tantum admonere lectorem: ita nos, quid nobis videretur, & quamobrem videretur, separatim ostendimus, nequaquam admoventes manum receptæ versioni, nec aliud profitentes quam Latine reddere nos quod in Græcorum libris habetur, quibus usi sunt orthodoxi Basilius, Chrysostomus, Cyrillus, Athanasius.

Hoc fortasse vincimus Origenem, quod illi nihil erat quod sequeretur in Novo Testamento, præter codices Græcos. Nos Græcos contulimus cum Latinis, & ab utriusque linguæ probatissimis Interpretibus adjuti sumus: quum is pene primus scripserit in Libros divinos.

Si quis contendit nullum omnino mendum esse in Libris sacris, quid fiet iis locis, quæ tam palam depravata sunt, ut nulla sit tergiversatio? Sin fatentur aliquot locos vitiatos, cur non sinunt corrigi, quicquid corrigendum esse videtur?

Sed audio quosdam ita loqui: Rem amplectimur, sed offendiculum datur multitudini, si senserit in libris, quos hactenus sequuti sumus, inesse quicquam vel vitiatum, vel non intellectum. Primum non ista scribuntur multitudini, sed eruditis, & præcipue Theologiæ candidatis. Hos offendi non oportet. Neque nos correctionem appellamus laborem nostrum, sed annotationes. Neque cuiquam molesti sumus, aliter citanti, & veterem aut etiam depravatam editionem sequenti. Ab ipsis potius nascitur offendiculum, qui in publicis concionibus, qui in compotationibus, qui in vehiculis ac navibus apud idiotas ac mulierculas vociferantur, esse qui sacros Libros & Precationem Dominicam emendat.

Misera vero conditio sacrorum Voluminum, si horum auctoritas pendet ab indoctis, ut fere sunt, librariis, aut temulentis typographis.

Non vociferantur in eos, à quibus palam est sacros Codices vitiari quotidie, quum sint illiteratissimi qui hoc audent. In me clamitant, hominem in hoc certe genere studii, quod à linguarum peritia pendet, nec omnino indoctum, opinor, nec inexercitatum. Illis temere licet pro suo arbitratu depravare, mihi non licebit ex fide veterum codicum, ex probatissimorum Interpretum auctoritate restituere?

In illis non requirunt auctoritatem, satis est illitum esse chartis, in me requirunt pene miracula. Cur, inquiunt, credamus Erasmo? Imo si Erasmo diffidunt, fidant qualicunque Theologo. Nam si mihi tradita est auctoritas interpretandi sacras Literas, mirantur si ausim de lectione quicquam hiscere?

Quanquam non postulo, ut mihi credant. Credant vetustis & emendatis exemplaribus, credant Græcæ veritati, præsertim ubi horum lectio cum orthodoxorum interpretatione congruit. Postremo nec his credant, sed rem secum expendant, & si quid habent rectius, in medium conferant, non mordeant admonitorem. A nobis enim nulli præclusa est via, meliora quærendi, imo potius aperta est.

Hieronymo, inquiunt, mandavit Damasus. Mandavit, sed ut amicus, non ut summus Pontifex. Mandasse legimus, approbasse non legimus. Postremo extra controversiam est, non exstare castigationem Hieronymi saltem integram. Id quod à me dilucide probatum est alibi. Et constat, hanc rursus vitiatam, ut maxime demus fuisse Hieronymo castigatam, quod tamen certissimis argumentis promtum est refellere.

Nihil, inquiunt, tentandum absque Synodi auctoritate. Quid magis ridiculum dici possit? Ut mihi liceat admonere, quid vel à scriba videatur corruptum, vel ab Interprete melius reddi potuerit, præsertim ex Veterum sententia, tota Synodus erit convocanda? Quotidie novi scribuntur commentarii in sacras Literas, proponuntur oracula de rebus gravissimis, tot conduntur articuli, nec ulla Synodus requiritur.

Quid si Novum Testamentum vertissem carmine, quod fecit Juvencus, aut Paraphrasi dilucidius explicuissem, an ob eam rem putant indicendam fuisse Synodum? Nunc tantum quod est in Græcis verto, aliquoties non probans quod apud illos legitur, & nostra præferens, quanquam in Græcis codicibus præter depravata nihil exstat, unde periclitetur Christiana doctrina.

Quod si nefas judicant quicquam exstare diversum ab hac editione, abolendi essent Ambrosiani commentarii, supprimendus Cyprianus, Hieronymus & Augustinus, nihil attingendum Græcorum Interpretum, quos versos legunt & scholæ & Ecclesiæ Christianorum. Atque eadem ratione nefas habebitur, Novum ac Vetus Testamentum edidisse Græce, quod nuper ex Aldi mei prodiit officina, ac mox idem præstitit Franciscus Archiepiscopus Toletanus, approbante Romano Pontifice, qui suppeditavit exemplar in Novo Testamento, cum quo nostra editio fere consentit in omnibus.

Nos Opus hoc dedimus, non unde non liceat dissentire, sed quod ad emendandos pariter & intelligendos sacros Libros magnopere conducit. Et ut nos proponimus, ita probat suo scripto Leo X. Pontifex vere maximus, hac quoque parte consultum esse cupiens religioni Christianæ. Scio hic levis est Romani Pontificis auctoritas, quam plus quam sacrosanctam videri volunt, quoties illius diplomatis datur jus absolvendi invitis pastoribus, aut alia functio, unde messis est aliqua non pœnitenda, aut jus occupandi plura sacerdotia. Verum, hic potius valere oportuit, quod in illis emitur nonnunquam & extorquetur Pontificis indulgentia. Hic gratuito favor impensus est, nec tam homini quam rei.

Tot mendas sustulimus, tot loca male reddita explicuimus, tot prodigiosos solœcismos amovimus, tot nodos, in quibus hæserunt & Veteres, extricavimus: tot insignes lapsus Auctorum indicavimus, tot amphibologias resecuimus, tot hyperbata digessimus: ut finiam, tot sensus antehac obscuros ac nubilos illustravimus, tantam utilitatem gratis detulimus, & vociferantur quidam adversus benemerentem. Si vel levis error occurrit, concitant, ut dici solet, Tyria maria: pro bene gestis, nulla est gratia.

Jam non me clam est, hoc male habet quosdam, quod à magni nominis Scriptoribus dissentiam. Qui favent Augustino, fremunt, me non per omnia cum illo sentire. Qui Thomæ addicti sunt, dolent illum attingi. Franciscani nollent refelli Lyranum, aut Scotum. Atque si hanc accipimus legem, à nemine prorsus licebit dissentire, quum ipsi tamen inter se dissentiant. In hoc Opere, veritatis major quam auctoritatis erat habenda ratio.

Non est contumeliosum à quamlibet probatis Auctoribus dissentire, si rationibus adductis id facias. Hoc interest: sunt à quibus par est reverenter dissentire, velut ab Hieronymo, ab Ambrosio, ab Augustino: sunt quibus hoc reverentiæ non debetur, Thomæ fortasse debetur, Lyrensi aut Carrensi non debetur, neque doctrinæ neque sanctimoniæ nomine. Et referebat, hos aliquot locis taxari, quod viderem solos mira fiducia, sed nullo judicio passim legi.

Sed cavillor in hos fortassis uno aut altero loco. Primum ipsis imputetur qui tam ridicula scripserint, non mihi. Deinde si stomachantur, quod hos aliquoties attingo, cur non magis agnoscunt civilitatem meam, quum ad tam multa conniveo? quæ nequaquam præteriturus eram, si animi causa taxassem illos. Quod aliquoties attigi, coegit studiorum utilitas: quod rarius id facio, datum est Christianæ modestiæ.

Quanquam & hoc libuisset dissimulare, si per istos licuisset, qui vociferabantur hunc laborem prorsus infrugiferum fore, utpote puerilem & grammaticum. Nunc ut puerilis omnino contemni non potest, qui commonstrat in quibus summi doctores lapsi sunt.

Verum, hoc ipsum, ni fallor, offendit plerosque, quod admonentur quasi hactenus aliquid ignorarint in his literis, quarum scientiam profitentur: & pudet quæ imberbes didicere, senes perdenda fateri. Primum nimium arrogans sit, qui profiteatur se nihil nescire: deinde taciti hæc quoque discant, & desinent ignorare. Hac via probrum hoc optime effugerint. Nunc istiusmodi vociferationibus magis etiam traducunt suam inscitiam.

Quod si usque adeo invisa est novitas, ut ferri non possit, fuit & hæc editio, qua nunc utimur, olim nova. Et stultissimum est, rerum æstimationem ab annis sumere. Hac æstimatione res præclara fuerit ebrietas, quæ est vetustissima, & ex priscis usque seculis in hanc ætatem deducta. Quin rem ipsam potius quam annales expendimus?

Si novitas offendit, nos vetera instauramus, & novitatem excludimus. Nam posterior est editione depravatio. Si qui sunt, qui non possunt mutare salivam, quam à pueris imbiberunt, manet istis sua vetus editio, si volunt, tum dilucidior, tum emendatior: si nolunt, eadem & sui similis. Si glandes istorum palatum obstinate delectant, saltem ne invideant iis, qui tritico vesci malunt.

Utrum, quæso, fas est, post Veteres aliquid inquirere, an non? Si fas non est, cur ausi sunt Alexander ac Thomas, & post hos alii complures, totam Theologiæ faciem immutare? Si fas, cur nostris obstrepunt studiis, præsertim quum & nullius judicio præscribant, & Veterum auctoritate nitantur? Etenim si fas est inducere nova, multo magis fas est revocare vetera.

Si nihil aliud quam codices nostros emendassem ex Græcis exemplaribus, comprobanda erat industria, qui id conatus essem quod Augustinus non in uno loco fieri jubet. Nunc non hoc contentus, ex orthodoxorum commentariis rem peto.

Ut donemus, nihil esse mendi in libris nostris, tamen multis de causis oportebat ad fontes confugere, ob amphibologias, ob quædam obscure addita, ob tropos & emphasim Græcanicæ phraseos, quæ sæpenumero reddi non potest, ob gratiam idiomatis, quæ in vertendo non respondet.

Ut donemus, Græcorum libros æque depravatos esse ac Latinos, tamen ex collatis exemplaribus æque depravatis sæpe deprehenditur vera lectio: propterea quod sæpenumero fit, ut quod hic casu depravatum est, in alio codice reperiatur integrum: aut saltem vestigiis quibusdam datur veræ lectionis conjectura.

Augustinus in *Epistola* quinquagesima nona, non audet respondere, rogatus de sententia versiculi cujusdam ex Psalmis, nisi consultis libris Græcis. Idem Veteris Testamenti Novique libros cum Græcis contulit, nimirum diffisus vulgatæ Interpretationi. Id quantum habeat utilitatis in Veteri Testamento viderint alii, certe

in

in Novo necessarium est. Et quidem non dubitant de omnibus pronunciare, freti vulgatis codicibus? Idem multis locis docet lectionis sinceritatem ex antiquiore lingua petendam esse: hoc est, ab ea, in quam primum translatus est liber. Veluti quum hæretur in Veteri Testamento, jubet consuli Græcos codices, si quis Hebraice nesciat: quod in hanc linguam prius versum sit Vetus Testamentum, quam in Latinam.

Hieronymus laudat studium mulierum Germanarum, quæ Latinum Psalterium cum Græco contulerint, quum id ab Hebræorum fontibus manarit: & isti putant absurdum idem fieri in Novo Testamento, quod totum, aut pene totum fluxit à Græcis?

Sed audio quosdam in totum abrogare fidem Græcorum libris, posteaquam se semoverunt ab Ecclesia Romana. Atqui eâdem de causa non est fidendum Hebræorum libris, quod illi sint infensissimi non solum Romano Pontifici, sed Christo & Christianis omnibus. Et tamen Hieronymus illis fisus est, id temporis quum maxime fuisset tempestivum depravare, si quid depravare voluissent.

Si Græcis in animo fuisset depravare codices suos, his potissimum locis depravassent, in quibus à nobis dissentiunt, veluti de processione Spiritus, de æqualitate trium Personarum, de primatu Romani Pontificis, de ritu consecrandi ac tradendi baptismum & eucharistiam, de conjugio Sacerdotum, aut si quid aliud est ejusmodi: at in his nobis consentiunt. Nec ullus locus proferri valet, qui hoc nomine suspectus haberi possit.

Aristoteles apud nos habet auctoritatem suam, quum plus sit quam schismaticus, videlicet à Christo alienissimus. Averroes habet pondus etiam in Theologorum scholis, homo blasphemus in Christum. Et Græcorum voluminibus nulla erit apud nos fides? quod quidam illorum desciverunt à Pontifice Romano: neque enim defecerunt omnes. Et qui desciverunt, & qui non desciverunt, in lectione consentiunt.

Si olim depravati sunt Græcorum codices, jam adhuc erant orthodoxi. Sin nuper à schismate, qui fit ut horum codices cum Veterum libris consentiant? Nisi forte tam impudens erit aliquis, ut dicat universos codices & Interpretum commentarios simul esse vitiatos à schismaticis.

Ego magis suspicor, si quid mutatum est in Græcorum libris, id à Latinis exemplaribus fuisse profectum, posteaquam Romana Ecclesia cœpit absorbere Græciam.

Nec tota divulsa est à nobis Græcia: Rhodus & Creta Christum agnoscit, agnoscit Romanum Pontificem: cur horum libris diffidimus? Et ab his potissimum nobis veniunt exemplaria.

Risit olim Helvidium Hieronymus, qui sibi stultissime persuaserit, Græcos codices esse corruptos: ac dictum hominis stultius esse putat, quam ut sit argumentis refellendum. Et tamen jam tum Oriens ferme omnis hæresibus fervebat Arianorum & Origenistarum. Ab iis magis timendum erat exemplaribus, quam à schismaticis.

Damnavit Ecclesia quasdam Græcorum opiniones, codices Græcorum nunquam damnavit. Et cur nos damnamus quod non damnavit Ecclesia? Imo cur non habemus fidem his, quibus fidem haberi voluit Ecclesia?

Sunt qui post receptam Hieronymi translationem, negant quicquam esse tribuendum vel Hebræis vel Græcis voluminibus, Jamque cessare quod scribit Augustinus, Novi Testamenti veritatem ex Græcis, Veteris ex Hebræis esse petendam. Si iidem sunt Græcorum libri, cur hodie rejiciantur, quibus olim fuerit auctoritas, & consentire in plerisque docuimus. Deinde si quod scripsit Augustinus non valebat post receptam Hieronymi translationem, cur tot seculis post Augustinum, eandem regulam in Pontificum decretis recepit Ecclesia? Si dicti pondus æstimamus ab ætate Gratiani, jam erat hæc Hieronymi translatio receptissima.

Omitto interim quod docti multis conjecturis colligunt, neque Vetus neque Novum Testamentum hodie purum haberi, vel ex versione, vel ex emendatione Hieronymi. Primum Psalterium, ex Hebræo versum, nunquam recepit Ecclesia. Ecclesiasten non esse Hieronymianæ versionis, declarat ipsa Præfatio, quam suis præfixit Commentariis. Denique codices, qui feruntur juxta translationem Septuaginta & juxta veritatem Hebraicam, vehementer inter se dissentiunt.

Quidam hic nobis tradunt Lesbiam regulam, ut id habeatur pro recto, quod vulgo receptissimum est. Verum, nunquam tam bene fuit actum cum rebus humanis, ut quod optimum esset à vulgo peteretur. Certissima regula est, linguarum, translationum, expositorum, exemplariorum inter ipsa collatio, adhibito sobrio judicio, exclusa contentione.

Jam quod à quibusdam studium hoc nostrum contemnitur ut humile ac puerile, qui circa syllabas ac voculas laborem, non ita valde me movet. Ego magnum arbitror quicquid ad rem theologicam pertinet. Et quum non ignorarem quantum reverentiæ sacris Libris debeatur, mihi conscius sumsi quod in eo munere videretur infimum.

Sit hoc grammaticum, sit puerile, sit triviale, modo fateantur esse necessarium. Ut nihil aliud doceam quam rectam lectionem, nimirum turpe est hoc ipsum nescire magnos doctores. Et tamen hoc manifestius est quam ut negari possit, posteaquam hic lapsus deprehenditur Augustinus, lapsus Beda, lapsus Thomas, lapsus Lyrensis & Carrensis: posteaquam frequenter audimus hos, qui concionantur in templis, etiam thema, quod proponunt, perperam intellectum adducere.

Scrupi sunt quamlibet minuti, sed ad hos impingunt frequenter *οἱ τὸν ἥλιον ὑπερφρονοῦντες*. Si juxta Chrysostomum & Augustinum articulus *ὁ*, hoc est, minutissimum elementum, additum aut omissum, sensum facit orthodoxum aut hæreticum: si idem efficit hypostigme non suo posita loco, quid est cur hæc ut minuta negligamus quæ tantum habent momenti?

Quoniam alicubi commonstramus ordinem, & anfractus hyperbatorum explicamus, vociferantur grammatistam. Quidam etiam in frequentissima concione dixit, *Docet construere: hoc didici ante annos quadraginta.* Quasi non Origenes in Scripturarum expositione, mea sententia vix cuiquam secundus, quasi non Hieronymus frequenter constructionem commonstret, ordinem vocans. Et tamen is, qui hæc vociferabatur, maxime opus habet qui commonstret constructionem.

Sint illi multo doctiores, nihil obsto. Non tamen arbitror omnino cum Megarensibus nullo in numero ponendum eum, qui tot locis docet doctiores quod scire referebat, nescire tum indecorum erat, tum inutile.

Augustinus, quem isti quoque pro summo Ecclesiæ doctore habent, nonne distinguit percunctationem ab interrogatione, commonstrat hypostigmas, digerit cola, commata ac periodos, indicat tropos grammatistarum?

Nonne ridentur *μετέωροι*, qui sublatis in cœlum oculis sic contemplantur astra, ut tibias impingant in saxum?

Apelles non contemnebat rationem terendi miscendive colores, nec ductum simplicium linearum, quæ in arte, qua præcelluit, infima sunt.

Nec peritus architectus, circa tectum & colophonem occupatus, negligit in fundamentum comportare rudera. Hæc qui nescit, architectus non est: qui negligit, opus collapsurum erigit.

Verum, turpe est, inquiunt, hæc discere doctores. Fateor: didicisse oportuit, non discere. Verum, quid facies iis, quibus hoc non contigit, vel quia defuit animus, vel quia non contigit discendi facultas? An præstat nescire quod cognitu necessarium est, quam serius discere?

Nec tamen quisquam cogitur ista discere, tametsi nemini non licet, certe juvenibus potissimum hic desudat labor.

Nec dubito quin ventura sit ætas, & jam fortassis exoritur, qua videbuntur hæc magna ex parte supervacanea. Verum, qui jam in grandes robustosque viros adoleverunt, non adspernantur nutricem, quæ prima mammam dedit, quæ cibum præmansum in os inseruit. Nec illi Græciæ lumina Sapientes, in omni disciplinarum genere absoluti, nullam habebant gratiam iis, à quibus agnoscere, pingere, sonareque literarum elementa didicerant. Hæc ita pusilla sunt, ut sine his nemo sit maximus. Suæ cuique dotes sunt. Nos quod datum est impartimus.

Quanquam hæc minus negligenda videbuntur, si quis periculum fecerit, quantis hæc minuta constent sudoribus. Aut si quis aggrediatur tractare Scripturam divinam, & in ea, sicut oportet, rimari curiose singula. Usu sentitur utilitas, non tumultuaria lectione. Postremo desinet contemnere, qui non unam aut alteram annotationem, sed universum Opus expenderit. Tu mihi otiosus ac supinus hunc aut illum locum expendis, & videris tibi copiosius ac doctius tractare potuisse. Poteram & ipse, si decem modo fuissent excutiendi. In tot millibus hanc præstare diligentiam difficillimum est, mihi sane fuit, feliciori non invidebimus.

Augustinum non pœnitebat operæ suæ, quum hujusmodi quædam annotaret in libros Pentateuchi, non ex fontibus Hebræorum, sed ex Græcis voluminibus. Is rem annotatu dignam duxit, quod in sacris Literis reperiatur verbum multitudinis numero additum nomini rem significanti, quæ constet ex multis. Quod genus est: *Dimitte populum meum ut serviant mihi.* Item, *Omnis terra adorent te.* Præterea quod in hac oratione: *Si interrogaverit te Esau, dicens, Cujus es tu, & quo vadis, & cujus hæc quæ antecedunt te? Et dices, Pueri tui Jacob.* postremo loco redundet conjunctio *Et.* Rursus quod in hoc sermone, *Tu autem testamentum meum conservabis: conservabis* positum sit pro *Conserva.* Rursum quod hæc verba, quæ sunt in Levitico, *ἀκάθαρτος ὢν, ἀκάθαρτος ἔσται*, putat ad hunc modum verti posse, *Immundus exsistens, immundus erit.* Et tamen participium *Exsistens*, non esse ab *Exsistere*, sed ab *Esse:* quum Græce sit *ὢν*, quasi dicas *Essens.* Præterea quod docet, *mulierem* dici, quæ *virgo* sit: quum Hebræam vocem nesciat, unde pendebat quæstio. Item quod *ὄψιμον* Græcum, parum Latine dicatur, *serotinum.* Ad hæc tam puerilia non gravatus est descendere tantus Episcopus. Quid ipse Hieronymus, nonne quædam annotavit quæ frivola videri possent, si quicquam omnino frivolum esset in sacris Libris? *In Epistolam ad Ephesios* capite quinto, in Pauli verbis: *Propter hoc relinquet patrem & matrem*, &c. annotavit, *ἀντὶ τούτου* dictum, pro *ἕνεκεν τούτου.* quum utraque dictio probe quadret, & eundem efficiat sensum: *Vice uxoris relinques patrem & matrem:* &, *Causa uxoris relinques patrem ac matrem.* Idem *in Epistolam ad Philemonem* indicavit, *ἀγαπητὸν* magis sonare *Diligibilem*, quam *dilectum*, qui Græce dicatur *ἠγαπημένος.* Iterum *in Epistolam ad Romanos, παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν, omni*, dictum esse pro *Omnibus*: quum utroque modo dicatur idem, *Quisquis est inter vos:* &, *Omnibus qui sunt inter vos.* Jam vero quid commemorem, qualia sint pleraque, quæ Hieronymus annotavit in libello, quem de castigatione Psalterii scripsit ad Suniam & Fretelam. Quam multa sunt illic minutissima, quæ ego non dignarer meis Annotatiunculis quamlibet grammaticis.

Nullus igitur reprehendat, si argumento suscepto respondeo. Mihi abunde satis est, si nullus ante me plus præstitit in hoc scripti genere. Quid alii possint, aut præstaturi sint, nescio. Certe optarim exsistere permultos, qui me prorsus obscurarent. Imo vel reprehendi gaudebo, si quis industria sua rem tam sacram, à nobis utcunque tentatam, adjuverit. Absit modo procacitas, quam fœdam & indecoram sibi ducunt & Ethnici versantes in re literaria.

Meminerit is qui reprehensionem parat, se quoque hominem esse, neque minus labi posse reprehendendo, quam potuerit auctor Operis scribendo. Quanquam longe plus veniæ debetur ei, qui prodesse studens, in ingenti Opere dormitavit alicubi, non assequutus quod voluit: quam ei, qui in alieno libro cupiens ingeniosus videri, venatur quod carpat, & tamen hoc ipsum perperam facit: dumque falsos aliorum errores exagitat, ipse suos veros prodit. Porro nullus est error fœdior, quam animus spirans invidiam & vel rectissima carpendi libidinem.

Sic oportet ad librum legendum accedere lectorem, ut solet ad convivium conviva civilis. Convivator annititur omnibus satisfacere: & tamen si quid apponitur, quod hujus aut illius palato non respondeat, urbane vel dissimulant convivæ vel probant etiam, ne quid contristent convivatorem. Quis enim eum convivam ferat, qui tantum hoc animo veniat ad mensam, ut carpens quæ apponuntur nec vescatur ipse, nec alios vesci sinat?

Et tamen his quoque reperias inciviliores, qui palam, qui sine fine damnent ac lacerent Opus, quod nunquam legerint. Atque hoc sane faciunt quidam, qui se Christianæ pietatis doctores profitentur, & religionis antistites: quum sit plus quam sycophanticum damnare quod nescias.

Nec intelligunt quantum abesse oporteat linguam prophetici canis, quæ lingendo medetur ulceribus, à lingua viperæ aut aspidis, cujus venenum immedicabile. Nec cogitant quantum discriminis sit inter hierophantam & sycophantam.

Quum Theologorum scholæ nec Scotum, nec Petrum Lombardum, nec Occam, nec Thomam, nec Augustinum, nec Ambrosium, nec Hieronymum, nec Hilarium, nec Cyprianum, nec Chrysostomum, nec Joannem Damascenum, nec Origenem, imo nec Petrum Apostolum prorsus ab errore liberent, & ab eo quidem errore, quem si tuearis, hæreticus sis: cur nostra tam iniquo legunt judicio?

At summis illis, inquiunt, hoc civilitatis debetur, tibi non item. Imo quo magis præcelluerunt illi vel dignitate vel eruditione, hoc minus veniæ debebatur. Neque enim, opinor, isti me inter usque adeo indoctos numerant, quos non oporteat quicquam omnino scribere.

Nomen hæreseos quo gravius est & invisius Christianis auribus, hoc turpius est id temere cuiquam impingere. At isti nihil magis habent in promtu, nec dubitant hæresim inclamare, priusquam circumspiciant qua de re loquantur. Et quemadmodum uno sue grunniente grunniunt omnes, ita ad hujus aut illius clamorem omnes ejusdem factionis sodales vociferantur hæresim.

Ita valde Christiani videri volunt, si in Christianum sint fortiter contumeliosi. Idque quo possint impunius, Principum tyrannidi favent, & Romano Pontifici semper adulantur, pessime interim de illo sentientes, cui putant quicquam esse carius, quam quod ad Christi gloriam & gregis salutem pertinet.

Ecclesiæ nomen subinde inculcant, quum suum agant negotium: Spiritum Sanctum habent in ore, quum lon-

longe alius sit in animo. Hæc in quosdam dicta sint, nec Theologi, nec Monachi titulo dignos, non in omnes.

Qui simpliciter errat, fraterne monendus est. Qui nihil aliud quam prodesse studuit, cum favore & candore legendus est. At mirum quam isti sæviunt, quo fastu, quo supercilio censuram agunt, frequenter ubi rem non intelligunt. Nam id accidisse, docere, si libeat, possim. Qua re quid potest esse turpius?

Origenes adversus Celsum plus quam hæreticum, qui totam Christi vitam indignissimis conviciis laceraverat, argumentis egit, non conviciis. Augustinus cum Pascentio disputans, semper clarissimum virum appellat, quum is juxta Arianorum dogma negaret *homusion* Patri Filium. Cum Pollentio, de divortio sic disputat, ut nulla sit usquam hæreseos mentio. Ad Madaurenses idololatras honorifice rescribit, fratres charissimos & dominos prædicabiles eos appellans: nec gravatur causam illorum sibi commendatam adjuvare.

Inquisitoribus hoc datum est negotii, ut indices sint, non judices; doctores, non sycophantæ; monitores, non calumniatores; fidei custodes, non sub fidei defendendæ prætextu tyrannidem affectantes.

Hæresis non est, ubi non est ambitio, ubi non est malitia, ubi non est arrogantiæ comes pertinacia. Nec in quovis errore hæresis est, sed in iis duntaxat, quæ proprie ad catholicam fidem pertinent, & canonicis Libris expresse adversantur.

Quam iniquum est impune impingere tantam contumeliam, nec reo victori ullum esse propositum præmium aut talionem, nisi quod elapsus videtur. Qui crimen hæreseos falso intentarunt, zeli laudem auferunt: qui se à calumnia purgarunt, discedunt quasi sutorio atramento absoluti.

Christus ipse non exstinguit linum fumigans, non comminuit baculum fractum: & nos ob humanum lapsum, imo ob fastum nostrum alienamus erecta feliciaque ingenia.

An non turpissimum est, à magnis olim Theologis apud Italos damnatas fuisse Pici Miranduli *Conclusiones* ut impias & hæreticas, quæ nunc ut Christianæ piæque leguntur ab omnibus, non sine applausu Theologorum?

Jam sentio quosdam esse, qui carpendis aliorum scriptis famam aucupantur, compendiaria quidem, sed sceleratissima via. Olim tibicen ille meliorem parandi subito nominis viam monstravit, ut doctis ac vulgo celebribus se probaret: quod horum suffragiis futurum esset ut à populo quoque probaretur. Quis autem genius malus hanc rationem commonstravit? Ingerunt se transversim in Opus alienum, & unum aut alterum locum vellicant, moxque famam, quam alius complurium annorum vigiliis sibi paravit, uno æquant die, nec æquant modo, verum etiam superant: nam doctior habetur, qui reprehensor ac censor est.

Quod hoc est ingratitudinis genus, totius Operis laudem sibi vindicare ob unum aut alterum locum castigatum, quum dissimulet interim se tot locis fuisse adjutum? Perinde quasi si quis donatus sexcentis aureis, unum alterumve ex iis ὑπόχαλκον καὶ κίβδηλον fuisse clamitet. Aut si quis damnet totum apparatum, quod unum aliquod jus appositum sit æquo falsius.

Si detestandæ ingratitudinis est, beneficium acceptum inficiari: quale videbitur, pro gratis collato officio, contumeliam reponere? Et si incivilis habetur, qui donatitii equi dentes inspicit: qualis habebitur, qui in Opere necessario nihil aliud quærit nisi quod arrodat?

Si quis exsistat prorsus ἀναλφάβητος & indoctus, qui pio quodam animi studio gratis concinnet aut sarciat codices Euangelicos: nonne futurum esset, ut omnes hujus pietatem exoscularentur? Nonne hujus hominis memoriam suis fastis inscriberent? Et in hoc officio, quod longe plus adfert utilitatis, & nobis non paulo pluris constat, tam sunt ingrati quidam.

Si quis donet istos novo pallio, si quis accipiat cœna lautiore, si quis nummos aliquot largiatur: tantum non adorant, pietatem hominis ubique prædicant; sua merita, quibus abundant scilicet, illi impertiuntur. At hoc meo beneficio magis egebant, & oblatrant bene merenti.

Porro quod obiter admonuimus quædam, quæ videntur dissonare cum iis, quæ publicitus recepta sunt in scholis, nec sine causa fecimus, nec odiose tamen. Fortassis expediret Reipublicæ Christianæ plura convelli, quæ nunc velut oracula publice docentur, quum privatim fateantur se diversum sentire.

Alius hoc agit, ut orbis sit Thomista, alius ut Scotista, alius ut Occanista, alius ut Realis, alius ut Nominalis. Quin illud potius agimus omnes, ut orbis sit Christianus?

Jam audio jactare quosdam, à me permulta præterita, quæ forent annotatu digna. Primum illud lectorem admonitum esse volo, me non persequutum esse quicquid in Novo Testamento videretur annotandum, sed ea duntaxat quæ ad lectionis sinceritatem pertinent. Etiamsi hic quoque multa prudentes omisimus, ne lectorem oneraremus. Quod si quis quid adjiciet nostris, gratulabor etiam utilitati publicæ. Imo si à nobis alicubi dissentiet, modo id agat argumentis, non conviciis, ut erudito dignum est, nequaquam offendar. Argumenta possunt honeste refelli argumentis; convitia convitiis retaliare, turpe est: quum interim ferre sit molestum. Qui rationibus agit, simplex negotium & sibi sumit, & exhibet responsuro. At qui contumeliose dissentit, duplex sumit ac facessit negotium, geminumque malum accersit, dum & famam lædit alienam, & ipse sibi maledicentiæ suspicionem conciliat.

Prodesse ut pulcherrimum est, ita difficillimum. Lædere ut facillimum est, ita fœdissimum. Cur hæc posterior pars plerisque magis placet? In altera se magnos declarent, qui famam affectant apud posteros, homine Christiano dignam.

Si qua mihi foret incantatio, qua possem novum hoc aspidum genus sopire, non gravarer uti. Nunc quando id non datur: adversus istorum venenata sibila, bonorum favore, velut antidoto, me consolor. Oblatrant; sed inter vere eruditos fere nulli: si qui sunt, ex eo sunt hominum genere, qui se devovisse videntur diis manibus, si queant bonas literas, hoc est, omneis, quas ipsi non didicerunt, funditus exstinguere. Nam negligendos opinor idiotas ex media vulgi fece, una cum superstitiosis mulierculis, quos isti vel redemerunt ad vociferandum, vel subornarunt. Adversus horum malitiam, primum omnium me consolatur recta conscientia, & Christus agonotheta noster: deinde tot hominum judicia, quorum alios vitæ sanctimonia, alios insignis eruditio, alios fortunæ splendor, alios ecclesiastici muneris dignitas, quosdam hæc omnia simul à contemtu vindicant. Quorum suffragium hoc ponderis plus habere debet, quod horum nemo sit, cujus favorem aut emeruerim officio, aut precibus sim eblanditus. Literis ex omni terrarum plaga missis, mihi quotidie gratias agunt, quod meis lucubrationibus, qualibuscunque, inflammati sint ad bonæ mentis, ad sacrarum Literarum studium: & qui nunquam Erasmum viderunt, tamen ex libris cognitum amant. Nullus est in his à me provocatus, ut modo dixi, nec est cur mihi blandiantur. Nihil est quod metuant à me, aut venentur ex me. Experta utilitas, & gratus animus hæc mihi paravit suffragia. Ut omnibus in commune laboravi, ita gratis agunt omnes, cujuscunque gentis, cujuscunque ordinis candidi & integri. Hoc ego præmium pulchrius esse duco, quam si contigisset Episcopi dignitas. Agnoscit officium meum Italia, cogor enim

esse gloriosior, præcipue Roma & Venetia. Tot Cardinales favent nostris laboribus, sed præcipue vir in literis gravioribus absolutissimus, Cardinalis Dominicus Grymanus titulo divi Marci, & omni ornamentorum genere cumulatissimus Cardinalis titulo Sanctorum quatuor, Matthæus Cardinalis Sedunensis, Cardinalis Laurentius Campegius, & ante hos Raphael Cardinalis sancti Georgii, Franciscus Cardinalis Vulteranus. Quin ipse totius Reipublicæ Christianæ princeps Leo Decimus, ut ad priorem editionem literis humanissime scriptis adhortabatur, ita post ad posteriorem rursus adhortatus est: ut interim non commemorem Episcopos & eruditorum hominum centurias. Post Leonem Adrianus Sextus, vir, præter vitæ sanctimoniam, eruditione singulari, judicioque præditus acerrimo. Rursus Clemens Septimus quid favoris non præstat studiis nostris, idque nec ambiente me, nec optante. Nimirum vir ab ipsa majorum stirpe natus juvandis optimis disciplinis, hunc favorem studiis religionique præstat, non mihi. Nec horum, quos recensui, favor intra verba, literas, & vulgaria constitit officia; certioribus argumentis declaratus est. Agnovit Hispania vel hoc argumento, quod Franciscus, Cardinalis Toletanus, semel atque iterum me sollicitavit præmiis haudquaquam adspernandis, ut adirem Hispanias. Porro Guilelmus à Croya, Cardinalis & Archiepiscopus Toletanus, in cujus dignitatem ac studium erga me successit Hispaniarum eximium lumen Alphonsus Fonseca, quo me animo semper fuerit prosequutus, notius est plurimis quam ut hic sit commemorandum. Agnoscit Germania omnis, summorum Præsulum ac Principum literis me provocans ad amplissima præmia, donisque non vulgaribus ornans simul & excitans nostram industriam. Agnoscit Hungaria, agnoscit Moravia & Polonia, Episcoporum ac summatium virorum literis mihi gratias agens, nec id sine præclaris muneribus: quorum è numero præcipui sunt duo fratres, Joannes Turzo, quondam Episcopus Vratislaviensis, & Stanislaus, Episcopus Olmucensis. Apud Sarmatas Petrus, Episcopus Cracoviensis, & regni Cancellarius, cum hoc Andreas Critius, Episcopus Plocensis, & tam literis quam mitra clarus Joannes, Episcopus Culmensis. Quid enim dicam de Britannia, ubi tot mihi sunt Mœcenates, inter quos primus clarissimus Baro Guilelmus Montjoius, proximus Guilelmus, Archiepiscopus Cantuariensis & totius Angliæ Primas, tertius Thomas Cardinalis Eboracensis, vir acerrimi judicii: summus Rex ipse, non minus animi quam fortunæ bonis florentissimus, quorum uterque & benignitate sua ultro fovet otium nostrum, &, si libeat, invitat ad ampliora. Joannem Fiscerum Episcopum Roffensem in hoc catalogo, in quo magis expenduntur suffragia quam numerantur, unum pro multis numerare poteram. Deinde Cutbertum Tunstallum, Episcopum quondam Londoniensem, nunc Dunelmensem. In Guilelmi Warami munus successit Thomas Cronmerus, vir non professione tantum Theologus, sed & animo moribusque vere theologicis, qui in favore erga me nequaquam cedit ei, cui successit. Adde his Joannem Longloldum, Episcopum Lincolniensem, libris etiam editis clarum. A Gallis, præcipue ab incomparabili viro Stephano Poncherio, Episcopo Parisiensi, & à Rege Christianissimo Francisco jam toties invitor non vulgaribus promissis. Postremo quanquam nusquam gentium plus valeant sycophantæ, quam apud nostros, nec usquam minor sit honos bonis literis, tamen sunt hic quoque, qui faveant pro commodo publico laboranti: quorum præcipui sunt, vir cordatissimus simul & oculatissimus Erardus à Marca, Episcopus ac Princeps Leodiensis, nunc Cardinalis, primus Aulæ Cæsareæ Consiliarius: & clarissimus Philippus à Burgundia, Episcopus ac Princeps Trajectensis: quorum uterque ultro defert amplam fortunam, si quid expeterem hujusmodi. Ne commemorem interim Carolum Cæsarem, & Ferdinandum hujus germanum. E summis præcipuos duntaxat attigi, quum quotidie literis obruar, quibus mihi celebres Academiæ, quibus viri doctrina præstantes, quibus religione commendabiles & gratulantur, & gratias agunt. Retuli quiddam gloriosi militis è Comœdia, huc me perpulit quorundam improbitas. Et tamen adeo nihil mentitus sum, ut complures sciens reticuerim: sunt enim qui malunt favere clam, quemadmodum Nicodemus favit Jesu: nec ambitiose laudes illorum, quod verissime poteram, prædicavi: nec ob oculos posui, quantum sit discriminis inter hos, qui probant, favent atque adjuvant, & inter istos, qui obstrepunt, calumniantur ac damnant. Merebantur utrique depingi, verum, oportuit meminisse Christiani pudoris. Nec refert illos majore gravare invidia, quum ipsi se suis clamoribus ac moribus adeo reddiderint invisos, ut jam dudum mundus conetur eos excutere. Tot igitur ac talium virorum animis suffragiisque fretus, moderatius fero sycophantarum ingratissimorum grunnitus.

Felicissimum quidem est placuisse omnibus. Verum, id quoniam nulli adhuc contigit, proximum est, placuisse optimis.

Ut igitur causam omnem in pauca contraham, adversus eos, qui totum hoc institutum damnant, docui pium esse, semperque futurum, sacris Codicibus vel adimere mendas, vel aliquid lucis addere, & Spiritui Sancto gratum esse, quicquid huc pro suo quisque modulo attulerit. Si quis animo meo calumniam struit, nihil aliud possum quam Christum testem facere, me nihil aliud spectasse quam ipsius gloriam & Christiani populi fructum. Si quis causatur periclitari Scripturarum auctoritatem, demonstravi hac industria eam servari, non destrui. Si quis fingit tumultum ex novitate, nos publicam lectionem auctoritate privata non mutamus, imo ne id fiat toties admonemus: si quid tumultus fuit, non isthuc peperit novitas, sed quorundam intempestivi clamores apud imperitam multitudinem: qui si de vulgi fece essent, impingi poterat, quod imprudenter ansam hanc præbuissem idiotis: nunc quoniam id factum est à sapientiæ columinibus, accusari non debeo, si à talibus viris tale nihil oriturum suspicatus sum. Adversus eos, qui requirunt auctoritatem publicam, docui nihil esse necesse in Opere privatæ lectioni parato. Satis est Ecclesiæ judicio submissum esse quod profero. Si quis in me desiderat justam eruditionem, arbitror me superasse, quotquot hactenus in hoc argumento versati sunt. Si curam, si quid defuit, posterioribus, ut habet proverbium, melioribus sarsimus. Si quis hoc quoque culpat, dicam, Homo sum, & probatissimorum virorum sequor exemplum. Si quis me negat esse Theologum, Grammatici partes egi. Si Grammaticum adspernantur, non adspernatur Cæsar tonsoris, aut nomenclatoris officium. Si clamant hoc non nisi à Theologo præstari potuisse, Theologus infimus, infimam Theologiæ functionem mihi sumsi. Si Theologus non est quo alius sit doctior, non habebit orbis nisi unum Theologum. Quanquam suæ cuique dotes sunt. Si nullus adferet meliora, res ipsa loquetur, me non omnino lusisse operam. Si quis adferet, gemina mihi debebitur gratia: primum quod exstimularim exemplo, deinde quod juverim præstructa via. Si quis clamitat hæc esse leviora, quam ut operæ pretium sit Theologum huc flectere oculos, reclamant tot insignes lapsus magnorum alioqui Theologorum. Si quos pudet hæc nescire, discant, & abierit pudor: si pudet pigetve discere, venia dabitur pudori, dabitur & desidiæ, livori non dabitur, si junioribus hæc discere cupientibus obstrepant. Si quem illud habet male, quod Theologos quosdam liberius attigi, ita tum mihi visa est exigere causa, quanquam hoc quoque moderatus sum posterioribus editionibus. Nullum ordinem usquam incesso: in neminem strinxi calamum, nisi virulentissime lacessitus, semper tamen civilitate superior provocatore. Neque quisquam adhuc Theologus aut Monachus in me debacchatus est, etiamsi id fecere Rabini nonnulli, palliati complures. Sed obsecro per Christum, si pergemus ad istum modum nos vicissim dentibus impetere, quid superest, nisi ut mu-

tuis

tuis morsibus tandem conficiamur? Quanto consultius fuerit, ut si quis quid in meis scriptis desiderat, aut moneat privatim, quo medear ipse, aut publice coarguat, sed argumentis, non scurrilibus convitiis: ita nec inficietur lector amarulentiæ veneno, & à me non vulgaris inibitur gratia. Seniores juniorum profectui comiter faveant, juniores contra senioribus ne insultent: ita majorum æquitas candorque, ac minorum modestia verecundiaque concordiam alet, tumultum excludet, invidiam minuet, professorum auctoritatem non lædet, professionis dignitatem tuebitur, utilitatem augebit. Agite quotquot vere Theologi, quotquot vere Monachi, imo quotquot vere Christiani esse volumus, hoc consilium amplectamur, nec pœnitebit obtemperasse. Ex hisce rabiosis contentionibus quid exspectari potest, nisi talis exitus qualia jamdudum videmus prooemia. Hæc, opinor, abunde satisfacient, qui sibi fieri satis ullo modo patietur. Cæterum qui sibi obturant aures ne cognoscant, qui occludunt oculos ne cernant, frustra canitur hæc fabula. Proinde sit hactenus huic negotio datum satis.

IN ANNOTATIONES NOVI TESTAMENTI

PRÆFATIO, PRIMÆ EDITIONIS,

quæ fuit An. M. D. XV. cui tamen post admixta sunt quædam, quæ ad tempus posterius pertinent usque ad annum vigesimum primum, vigesimum septimum, & trigesimum quintum. Hoc te, lector, nescire nolui, ne quid offendaris.

DES. ERASMVS ROTERODAMVS PIO LECTORI S. D.

QUANQUAM id pro nostra virili, in ipso statim hujus Operis vestibulo fecimus, tamen haud abs re fuerit, denuo lectorem commonere paucis, & quid illum in hisce commentariolis oporteat exspectare, & quid nobis vicissim ab ipso præstari conveniat. Primum annotatiunculas scribimus, non commentarios, & eas duntaxat, quæ ad lectionis sinceritatem pertinent, ne quis ut improbus conviva pro merenda cœnam efflagitet, & requirat à nobis, quod ab argumenti suscepti professione sit alienum. Hanc in præsentia fabulam agendam suscepimus. Proinde ut nobis argumento serviendum fuit, ita par est, ut candidus & comis lector, ceu commodus spectator, faveat agentibus, & præsenti scenæ sese accommodet. Testamentum, quod vocant, Novum omni qua licuit diligentia quaque decuit fide recognovimus, idque primum ad Græcam veritatem, ad quam ceu fontem si quid inciderit confugere, non solum illustrium Theologorum exempla suadent, verum etiam toties monent Hieronymus & Augustinus, & ipsa Romanorum Pontificum decreta jubent: Deinde ad fidem vetustissimorum Latinæ linguæ codicum, quorum duos exhibuit eximius ille divinæ Philosophiæ mystes Joannes Coletus, Paulinæ apud Londinum Ecclesiæ Decanus, adeo priscis literarum typis, ut mihi ab integro discenda lectio, & in noscitandis elementis fuerit repuerascendum. Tertium præbuit illustrissima virago Margareta Caroli Cæsaris amita, cujus in hac editione tertia frequenter adduximus testimonium aurei Codicis titulo, quod totus & auro sit convestitus, & aureis literis pulchre descriptus. Mox aliquot miræ vetustatis exhibuit Brugis, ut antiquissimum, ita longe celeberrimum collegium, divi Donatiani. Nam ante, codicem belle castigatum præbuerat collegium Corsendonkense, præter eos, quos nobis eruditissimi fratres Amerbachii communicarant. Non igitur ad animi nostri somnium emendavimus quædam, sed ad horum, quos recensui, codicum fidem; & aliorum his similium, quos non perinde refert memorare. Postremo ad probatissimorum omnium suffragiis Auctorum, vel citationem, vel emendationem, vel enarrationem, nempe Origenis, Chrysostomi, Cyrilli, Hieronymi, Ambrosii, Hilarii, Augustini, Theophylacti, Basilii, Bedæ: quorum testimonia compluscul[is] locis in hoc adduximus, ut cum prudens lector perspexerit certis in locis nostram emendationem cum illorum judicio consentire, in cæteris item nobis habeat fidem, in quibus haud scio an casu factum sit, ut illi nihil annotarint, aut alioqui suffragati fuerint. Verum, quoniam sciebam hominum more fieri, ut cum omnibus in rebus, tum præcipue in studiis semper offendat novitas, & veterem illum gustum ac familiarem notamque, sicut ajunt, salivam plerique requirant, deinde perpendens quanto facilius sit, his præsertim temporibus, emendatos libros depravare, quam depravatos emendare, sacris Libris recognitis, hos velut indices annexuimus: partim ut lectori faceremus satis reddita ratione, quid cur mutatum sit, aut certe placaremus, si quid forte offenderit, ut varia sunt mortalium tum ingenia, tum judicia, partim ut Operis incolumitati consuleremus, ne posthac cuivis in proclivi esset rursum vitiare, quod tantis sudoribus fuerat utcunque restitutum. Primum igitur si quid librariorum vel incuria vel inscitia, si quid temporum injuria vitiatum comperimus, id non temere, sed omnia quæ licuit, subodorati, germanæ reddidimus lectioni: si quid obscurius dictum occurrit, illustravimus: si quid ambigue dictum ac perplexius, id explicuimus: sicubi varietas exemplariorum, aut diversa distinctio, aut ipsa sermonis ambiguitas varios gignit sensus, sic eos aperuimus, ut ostenderemus quid nobis magis probaretur, cæterum lectori judicium deferentes. Et quanquam ab Interprete, quisquis is fuit, ob inveteratam & receptam editionem non libenter dissentimus, tamen sicubi res ipsa palam clamitat, illum, vel dormitasse, vel hallucinatum fuisse, non veriti sumus & hoc indicare lectori, ita patrocinantes veritati, ut in neminem simus contumeliosi. Solœcismos evidentes ac prodigiosos submovimus, & ita sermonis elegantiam ubique, quantum licuit, secuti sumus, ut nihilo minor esset simplicitas. Neque piguit, ubi Græci sermonis vel ἰδίωμα, vel ἔμφασις aliquid habet, quod ad mysterii rationem pertinet, commonstrare & aperire. Denique testimonia Veteris Instrumenti, quæ non pauca citantur, vel ex interpretatione Septuaginta, vel ex ipsis Hebræorum fontibus, si quando illorum editio cum Hebraica dissentit origine, contulimus & excussimus: quanquam id quidem οὐκ ἄνευ Θησέως, ut Græcorum habet proverbium: nihil enim alienius ab ingenio moribusque meis, quam ad exemplum Æsopicæ corniculæ alienis me venditare plumis. Hac igitur in parte cum primum hoc Opus ederemus, nonnihil adjuti sumus opera subsidiaria viri non solum pietate, verum etiam trium peritia linguarum eminentis, hoc est, veri Theologi, Joannis Oecolampadii Vinimontani, quod ipse in literis Hebraicis nondum eo processeram, ut mihi judicandi sumerem au-

auctoritatem. Equidem haud nesciebam, has minutias & ceu spinas longe plus habere sudoris quam gloriæ, neque multum gratiæ ex hoc genere laboris solere redire ad auctorem, tum lectori magis usui esse quam voluptati. Verum si nos tantum tædii publicæ utilitatis respectu devoravimus, par est nimirum, ut lector item, vel suæ utilitatis causa, nonnihil molestiæ decoquat, & eum animum, quem nos juvandis aliis præstitimus, ipse præstet sibi suoque commodo. Sunt hæc, quæ tractamus, minutissima, fateor, sed ejus generis, ut minore propemodum negotio magna illa tractari potuerint, quæ sublimes Theologi magno supercilio, buccis typho crepantibus, solent ἐντερεγγυδίζειν. Ad hæc, ejusmodi, ut ob has minutissimas minutias, & illa maxima fuerint aliquoties excutienda. Minima sunt, verum ob hæc minima, videmus maximos etiam Theologos nonnunquam & labi insigniter & hallucinari. Quemadmodum & locis aliquot indicavimus, non uti quemquam insectemur, (qui morbus ab Opere Christiano, imo à tota vita Christiana quam longissime debet abesse) sed ut paucis exemplis citra cujusquam contumeliam adductis nostram fidem lectori probemus, ne quis has ceu nugas contemnat, quandoquidem re vera juxta Flacci dictum, hæ nugæ seria ducunt. *Cur in ciborum apparatu tam morosi sumus, in cultu minimis etiam offendimur, in re pecuniaria nihil est tam minutum, cujus non habeatur ratio, in solis Literis divinis displicet hæc diligentia, placet neglectus? Ut ne dicam interim eam esse rei majestatem, ut nulla pars tam humilis esse possit, quæ sit homini pio fastidienda, imo quæ non reverenter ac religiose tractanda. Humi reptat, inquiunt, in verbulis ac syllabis discruciatur. Cur ullum ejus verbum contemnendum ducimus, quem verbi titulo colimus & adoramus? Præsertim cum ipse ne minutissimum quidem Iota, aut apiculum in vanum abiturum testatus sit. Infima pars est, quam vocant literam, sed huic ceu fundamento mysticus innititur sensus. Rudera sunt, sed his ruderibus admirandi illius ædificii moles augusta fulcitur. Divus Hieronymus eximios aliquot Græciæ Scriptores taxat, quod historico contemto sensu, suo arbitratu maluerint in allegoriis ludere: seque ipsum deplorat, quod calidus adhuc juventa, Prophetam Abdiam allegorice fuisset interpretatus, cujus nesciret historiam. Ut in vilissima concha pretiosum latet margaritum, ut sub frivola siliqua nobile tegitur granum, ut sub arida minutaque tunicula, tam miranda seminis vis latet: ita in verbis, ut apparet, plebejis, in syllabis, in ipsis denique literarum apiculis, ingentia divinæ Sapientiæ mysteria condita sunt. Qui miratur, cur Spiritus ille divinus suas opes his involucris tegere voluerit, idem miretur, cur æterna Sapientia pauperis, humilis & contemti, damnatique hominis personam assumserit. Ut hæc minuta sciret divus Hieronymus, nec Judæum, eumque nocturnum, adspernatus est doctorem, nec ullum fugit laborem. Ob has minutias divus Augustinus, jam Episcopus, jam senex ad puero sibi fastiditas Græcas literas reversus est. Ob has Origenes, jam canus & senex ceu repuerascens ad Hebrææ linguæ descendit elementa, Catonem etiam illum Romanum superans. Ad has minutias libenter alludit Ambrosius, resistit Hilarius. Has passim excutit, in his pia curiositate philosophatur, ille non ore tantum aureus Chrysostomus. Et Cyrillus hunc secutus, grande mysterium ex articulo Græco, id est, unica literula ὁ, depromit, hinc velut inevitabile telum mutuatur, quod torqueat in hæreticos. Ut ne dicam interim, quod dum hæc ex professo curamus, illa tamen aliquoties obiter aperiuntur: etenim quemadmodum qui sententias enarrant, coguntur aliquoties verborum explicare rationem, ita nos dum in verbis explicandis versamur, cogimur interim & sententiarum vim aperire. Denique hæc gravioribus orsis & cœptis jam olim in Paulum commentariis præparamus. In quibus fortassis apparebit, utrum judicio, an casu ad has minutias descenderim. Sed age, fingat me qui volet, nihil aliud præstare potuisse, & vel ob ingenii tarditatem, & frigidum circum præcordia sanguinem, vel ob eruditionis inopiam, infimam hanc sumsisse provinciam, tamen Christiani pectoris est, qualecunque officium boni consulere, quod pia sedulitate præstatur. Christus conjectum in gazophylacium à paupercula quadrantem laudavit, rem per se vilissimam animo æstimans offerentis. In re vehementer præclara, vel extrema functio splendida est. In regiis, & qui verrunt, & qui coquunt, habentur honesti. Cæterum in domo Dei, quæ tandem functio fastidienda videri potest? Nos rudera comportavimus, sed ad structuram templi Dei. Alii locupletiores, ebur, aurum, marmor, & gemmas addituri sunt. Nos viam, ante salebris ac lamis molestam, industria nostra constravimus, sed in qua deinde magni Theologi commodius essedis ac mannis vectentur. Nos circi solum æquavimus, in quo jam inoffensius præclaras illas suæ sapientiæ pompas edant. Nos novalem antehac spinis ac lappis incommodum sarculo repurgavimus, quo facilius illi felicem exerceant segetem. Nos campum aperuimus, amoliti quæ obstabant, in quo qui volent posthac arcanas explicare Literas, vel colludant liberius, vel congrediantur expeditius. Quibus vetus illa Theologia magis arridet, ii magnum habent adminiculum, quo nituntur eluctandi. Rursus qui juxta parabolam Euangelicam dicit, vetus vinum melius est, & hujus recentioris Theologiæ studio veterem negligit, habet is quoque quo sua, quæ mavult, certius ac fidelius tractet. Et ut nihil hinc accedat commoditatis, nihil certe perditurus est de suo, si hæc accesserint iis, qui malunt divinas Literas è purissimis fontibus, quam ex qualibuscunque rivulis ac lacunis haurire, toties aliunde alio transfusis, ne dicam ungulis suum & asinorum perturbatis. Ut gratius est pomum, quod tuis manibus ex ipsa matre decerpseris arbore, ut dulcior aqua, quam ex ipsa vena subscatentem hauseris, ut jucundius vinum, quod ex eo depromseris dolio, in quo primum fuerat conditum: ita divinæ Literæ, nescio quid habent nativæ fragrantiæ, nescio quid spirant suum ac genuinum, si eo sermone legantur, quo primum scripserunt ii, qui partim è sacro illo ac cœlesti hauserunt ore, partim ejusdem afflati Spiritu nobis tradiderunt. Si Christi sermones exstarent Hebraicis aut Syriacis, hoc est, iisdem verbis proditi, quibus ille locutus est, cui non cordi foret in illis philosophari, & non solum verborum vim ac proprietatem, verum singulos etiam apices excutere? Certe quod huic est proximum habemus, & negligimus. Si quis ostentet Christi vestem, aut pedis vestigium, procumbimus, adoramus, exosculamur. Atqui ut universas illius vestes, & totam maternæ domus supellectilem proferas, nihil est quod Christum expressius, efficacius, absolutius referat, exprimat, repræsentet quam Euangelistarum & Apostolorum litera. Proinde si cui aut non licet, aut non libet, in his sacris versari deliciis, certe ne obstrepat, ne obturbet, ne invideat meliora conantibus. Amplectantur ipsi quod amant, habeant, fruantur. Nemo vetat. Nos illis hæc non scripsimus. Sed erunt è diverso quibus hæc admodum pauca videantur, & malint nihil cum editione vulgata convenire. Verum, non hoc egimus, ut sermo politior esset, sed ut emendatior ac dilucidior: nec erat hic in scirpo, quod ajunt, quærendus nodus. Quin illud potius optandum est omnibus, ut nihil usquam sit obvium in sacris Literis, quod hanc operam postulet. In Euangeliis, quoniam per se dilucidus ac prope semet explicans historiæ tenor simplici & inaffectato sermone profluit, ne fieri quidem potuit, ut admodum multa vitiare potuerit, vel Interpres, vel librarius. Quanquam hæc ipsa, si quis ad summam expendat, nimium etiam multa sunt, illic ubi nullum oportebat subesse scrupulum. Cæterum in Epistolis Apostolicis ob sermonis pariter & sententiarum obscuritatem, plura necesse fuit immutare. Nos interim adnotandi diligentiam ita moderati sumus, ut nec superstitione molesti, nec indiligentia diminuti videremur. Rem autem omnem quam potuimus paucissimis verbis indicavimus magis quam explicuimus, ne negotio, suapte natura parum amœno, loquacitatis quoque tædium adderemus. Pium est Opus, Christianum est Opus. Proinde te quæso, lector optime, ut tu quoque vicissim pias aures & Christianum pectus ad legendum adferas. Ne quis hæc eo animo in manus sumat, quo fortassis sumit* Noctes Gellianas, *aut Angeli Politiani* Miscellanea, *videlicet quo nervos ingenii, vim eloquentiæ, & eruditionem retrusam velut ad Lydium exigat lapidem. In re sacra versamur, & in ea re, quæ simplicitate puritateque potissimum est orbi commendata. In qua ridiculum sit humanam eruditionem ostentare velle, impium humanam jactare eloquentiam, quam, etiamsi forsan adesset, dissimulare conveniebat, ne quis merito possit objicere τὸ, ἐν φακῇ μύρον. Simplici puroque studio tradidimus hæc Christianis auribus, quo posthac in sacrosancta hac Philosophia, & plures versarentur, & lubentius, denique ut minore cum negotio, ita majore cum fructu. Christum ipsum, quo teste & adjutore molimur hæc, parum mihi propitium imprecor, nisi ex hisce laboribus adeo nihil venamur emolumenti, ut magnam etiam certamque rei pecuniariæ jacturam scientes ac*

vo-

volentes acceperimus. Porro famæ dulcedine tantum abest ut titillemur, ut ne nomen quidem nostrum fuerimus adscripturi, ni veriti fuissemus, ne hac ratione Operis minueretur utilitas: quod apud omnes suspecta res sit liber ἀνώνυμος. *Nos ad utrunque juxta parati sumus, ut vel rationem reddamus, si quid recte monuimus, vel ingenue confiteamur errorem, sicubi lapsi deprehendimur. Homines sumus, & humani nihil alienum à nobis esse ducimus. Hoc igitur animo cum ego dederim hac, optime Lector, fac ut tu quoque simili accipias. Ea res utrique nostrum commodo futura est. Nam & tu plus capies utilitatis, si libenter & candide quod donatur acceperis, & me mearum vigiliarum minus pœnitebit, si cognovero bonis usui fuisse. Quod si quis exsistet, vel adeo præfractus ac morosus, vel adeo durus & iniquus, ut nullis incantamentis deliniri queat, ab hoc certe vel precibus impetrare nitar, ut illud saltem æquitatis tribuat piis studiis, quod tribunalia tribuunt parricidis & sacrilegis. Illic turpe judicatur, si cognitionem antevertant calculi, nec pronunciatur nisi causa diligenter excussa. Legat prius ac inspiciat, deinde, si videatur, damnet ac rejiciat. Superbum est de libro ferre sententiam, quem non intelligas, superbius & de eo, quem ne legeris quidem. Vale, Lector quisquis es, quem etiam atque etiam rogo, ut si quid fructus è nostris excerpseris lucubrationibus, officii memor sicuti Christiano dignum est, me vicissim piis votis Christo commendes, à quo uno solidum laboris hujus præmium exspectamus.*

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΚΑΝΟΝΩΝ

ΤΗΣ ΤΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΩΝ ΣΥΜΦΩΝΙΑΣ.

ΕΥΣΕΒΙΟΣ

ΚΑΡΠΙΑΝΩ

ΑΓΑΠΗΤΩ ΑΔΕΛΦΩ ΕΝ ΚΥΡΙΩ

ΧΑΙΡΕΙΝ.

ΑΜΜΩΝΙΟΣ μὲν ὁ Ἀλεξανδρεὺς, πολλὴν, ὡς εἰκὸς, φιλοπονίαν καὶ σπουδὴν εἰσαγηοχὼς, τὸ διὰ τεσσάρων ἡμῖν καταλέλοιπεν Εὐαγγέλιον, τῷ κατὰ Ματθαῖον τὰς ὁμοφώνους τῶν λοιπῶν Εὐαγγελιστῶν περικοπὰς παραθεὶς, ὡς ἐξ ἀνάγκης συμβῆναι τὸν τῆς ἀκολουθίας εἱρμὸν τῶν τριῶν διαφθαρῆναι, ὅσον ἐπὶ τῷ ὕφει τῆς ἀναγνώσεως. ἵνα δὲ σωζομένου καὶ τοῦ τῶν λοιπῶν δι' ὅλου σώματός τε καὶ εἱρμοῦ, εἰδέναι ἔχοις τοὺς οἰκείους ἑκάστου Εὐαγγελιστοῦ τόπους, ἐν οἷς κατὰ τῶν αὐτῶν ἠνέχθησαν φιλαλήθως εἰπεῖν, ἐκ τοῦ πονήματος τοῦ προειρημένου ἀνδρὸς εἰληφὼς ἀφορμὰς, καθ' ἑτέραν μέθοδον, Κανόνας, δέκα τὸν ἀριθμὸν, διεχάραξά σοι τοὺς ὑποτεταγμένους· ὧν ὁ μὲν πρῶτος περιέχει ἀριθμοὺς, ἐν οἷς τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν οἱ τέσσαρες, Ματθαῖος, Μάρκος, Λουκᾶς, Ἰωάννης. Ὁ δεύτερος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος, Μάρκος, Λουκᾶς. Ὁ τρίτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος, Λουκᾶς, Ἰωάννης. Ὁ τέταρτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος, Μάρκος, Ἰωάννης. Ὁ πέμπτος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος, Λουκᾶς. Ὁ ἕκτος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος, Μάρκος. Ὁ ἕβδομος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος, Ἰωάννης. Ὁ ὄγδοος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Λουκᾶς, Μάρκος. Ὁ ἔνατος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Λουκᾶς, Ἰωάννης. Ὁ δέκατος, ἐν ᾧ ἕκαστος αὐτῶν ἰδίως ἀνέγραψεν. Αὕτη μὲν οὖν ἡ τῶν ὑποτεταγμένων Κανόνων ὑπόθεσις. Ἡ δὲ σαφὴς αὐτῶν διήγησις, ἔστιν ἥδε· ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τεσσάρων Εὐαγγελίων ἀριθμός τις πρόκειται κατὰ μέρος ἀρχόμενος ἀπὸ πρώτου, εἶτα δευτέρου, καὶ τρίτου, καὶ καθ' ἑξῆς προϊὼν δι' ὅλου μέχρι τοῦ τέλους τοῦ βιβλίου. Καθ' ἕκαστον δὲ ἀριθμὸν, ὑποσημείωσις διὰ τοῦ μέλανος ἔγκειται, δηλοῦσα ἐν ποίῳ τῶν δέκα Κανόνων κείμενος ὁ ἀριθμὸς τυγχάνει· οἷον εἰ μὲν ἄλφα, δῆλον ὡς ἐν τῷ πρώτῳ· εἰ δὲ βῆτα, ἐν τῷ δευτέρῳ· καὶ οὕτως μέχρι τῶν δέκα· εἰ οὖν ἀναπτύξας ἕν τι τῶν τεσσάρων Εὐαγγελίων, ὁποῖον δή ποτε βουληθείης ἐπιστῆναί τινι ᾧ βούλει κεφαλαίῳ, καὶ γνῶναι τίνες τὰ παραπλήσια εἰρήκασι, καὶ τοὺς οἰκείους ἐν ἑκάστῳ τόπους εὑρεῖν, ἐν οἷς κατὰ τὸ αὐτὸ ἠνέχθησαν, ἧς ἐπέχεις περικοπῆς ἀναλαβὼν τὸν προκείμενον ἀριθμὸν ἐπιζητήσας τε αὐτὸν ἔνδον τῷ Κανόνι, ὃν ἡ διὰ τοῦ μέλανος ὑποσημείωσις ὑποβέβληκεν, ἴσῃ μὲν οὖν εὐθὺς ἐκ τῶν ἐπὶ μετώπου τοῦ Κανόνος προγραφῶν, ὁπόσοι καὶ τίνες, τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν· ἐπιστήσας δὲ καὶ τοῖς τῶν λοιπῶν Εὐαγγελίων ἀριθμοῖς τοῖς ἐν τῷ Κανόνι, ᾧ ἐπέχεις, ἀριθμὸς παρακείμενος, ἐπιζητήσας δὲ αὐτοὺς ἔνδον, ἐν τοῖς οἰκείοις ἑκάστου Εὐαγγελίου τόποις, τὰ παραπλήσια λέγοντας εὑρήσεις. ἔρρωσο ἐν Κυρίῳ.

ΚΑΝΩΝ ΠΡΩΤΟΣ, ΕΝ Ω ΟΙ ΤΕΣΣΑΡΕΣ.

Ματ.	Μάρκ.	Λουκ.	Ἰωάν.
η	β	ζ	ι
ια	δ	ι	ϛ
ια	δ	ι	ιβ
ια	δ	ι	ιδ
ια	δ	ι	κη
ιδ	ε	ιγ	ιε
κγ	κζ	ιζ	μϛ
κγ	κζ	λδ	μϛ
κγ	κζ	με	μϛ
ο	κ	λζ	λη
πζ	ρλθ	σν	ρμα
ϟη	ϟϛ	ριϛ	μ
ϟη	ϟϛ	ριϛ	ρια
ϟη	ϟϛ	ριϛ	ρκ
ϟη	ϟϛ	ριϛ	ρκθ
ϟη	ϟϛ	ριϛ	ρλα
ϟη	ϟϛ	ριϛ	ρμδ
ρλγ	λζ	οζ	ρθ
ρμα	ν	ιθ	νθ
ρμβ	να	κα	λε
ρμζ	ξδ	ϟγ	μθ
ρξϛ	πβ	ϟδ	ιζ
ρξϛ	πβ	ϟδ	οδ
σθ	ριθ	σλδ	ρ
σια	ρκα	σλη	κα
σκ	ρκβ	σλθ	οζ
σκ	ρκβ	σμβ	πε
σκ	ρκθ	σξα	πη
σμδ	ρλθ	σν	ρμα
σμδ	ρλθ	σν	ρμϛ
σοδ	ρνϛ	σξ	κ
σοδ	ρνϛ	σξ	μη
σοδ	ρνϛ	σξ	ϟϛ
σοϛ	ρνη	οδ	ϟη
σπ	ρξβ	σξθ	ρκβ
σπδ	ρξε	σξϛ	νε
σπδ	ρξε	σξϛ	ξγ
σπδ	ρξε	σξϛ	ξε
σπδ	ρξε	σξϛ	ξζ
σπθ	ρο	σοε	ρκϛ
σϟα	ροβ	σοθ	ρνϛ
σϟδ	ροε	σπα	ρξα
σϟε	ροϛ	σπβ	μβ
σϟε	ροϛ	σπβ	νζ
τ	ρπα	σπε	οθ
τ	ρπα	σπε	ρνη
τβ	ρπγ	σπζ	ρξ
τδ	ρπδ	σπθ	ρο
τϛ	ρπζ	σϟ	ρξβ
τϛ	ρπζ	σϟ	ροδ
τι	ρϟα	σϟζ	ξθ
τιγ	ρϟδ	σϟδ	ροβ
τιδ	ρϟε	σϟα	ρξϛ
τιδ	ρϟε	σϟα	ρξη
τιε	ρϟϛ	σϟβ	ροε
τιη	ρϟθ	τ	ροϛ
τκ	σ	τβ	ροη
τκε	σδ	τι	ρπδ
τκϛ	σε	τια	ρπη
τκϛ	σε	τιγ	ρϟδ
τκη	σϛ	τιδ	ρϟϛ
τλα	σθ	τιε	ρϟζ
τλβ	σι	τιη	ρϟζ
τλδ	σιβ	τκα	σα
τλε	σιδ	τκδ	ρϟθ
τλϛ	σιε	τιζ	ρϟη
τλϛ	σιε	τιθ	ρϟη
τμγ	σκγ	τκθ	σδ
τμη	σκζ	τλβ	σϛ
τμθ	σκη	τλγ	ση
τνβ	σλα	τλϛ	σθ
τνβ	σλα	τλϛ	σια
τέλος	τοῦ α'	κανό-	νος.

ΚΑΝΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΣ, ΕΝ Ω ΟΙ ΤΡΕΙΣ.

Ματ.	Μάρκ.	Λουκ.	Ματ.	Μάρκ.	Λουκ.
ιε	ϛ	ιε	ρϟδ	ρη	σιθ
κα	ι	λβ	ρϟε	ρθ	σκ
λα	ρβ	ρπε	ρϟη	ρι	σκα
λβ	λθ	ρλγ	ρϟθ	ρια	ρογ
λβ	λθ	οθ	σα	ριβ	σκβ
ν	μα	νϛ	σγ	ριδ	σκγ
ξβ	ιγ	δ	σε	ριϛ	σκδ
ξβ	ιγ	κδ	σϛ	ριζ	σλβ
ξγ	ιη	λγ	ση	ριη	σλγ
ξζ	ιε	κϛ	σιζ	ρκζ	σμ
ξθ	μζ	πγ	σιθ	ρκη	σμα
οα	κα	λη	σκγ	ρλ	σμγ
οβ	κβ	λθ	σκε	ρλδ	σμε
οβ	κβ	ρπϛ	σκϛ	ρλγ	σμδ
ογ	κγ	μ	σκθ	ρλε	σλζ
οδ	μθ	πε	σκθ	ρλε	σμϛ
οϛ	νβ	ξθ	σμβ	ρλζ	σλζ
οθ	κθ	πϛ	σμβ	ρλζ	σμη
π	λ	μδ	σμγ	ρλη	σμθ
πβ	νγ	πζ	σμη	ρμγ	σθ
πβ	νγ	ρι	σμη	ρμγ	σνγ
πγ	νδ	πη	σμθ	ρμδ	σνδ
πγ	νδ	ριβ	σνα	ρμϛ	σνε
πε	νε	πη	σνγ	ρμη	σδ
πε	νε	ριδ	σνη	ρν	σνζ
πη	ρμα	ρμη	σνθ	ρνα	σνη
πη	ρμα	σνα	σξδ	ρνε	ρνϛ
ϟβ	μ	π	σξθ	ρνδ	σκη
ϟδ	πϛ	ϟζ	σοα	μβ	σλ
ϟδ	πϛ	ρμϛ	σοη	ρξ	σξγ
ργ	α	ο	σπα	ρξγ	σξη
ριδ	κδ	μα	σπε	ρξϛ	σξε
ριϛ	κε	μβ	σπε	ρξϛ	σξζ
ριϛ	κε	ρξε	σϟϛ	ροζ	σπ
ριϛ	κε	ροζ	σϟϛ	ροζ	σπδ
ρκα	λβ	ρκζ	τα	ρπβ	σπϛ
ρκβ	λγ	ρκθ	τη	ρπθ	πε
ρκγ	λδ	ρμζ	τιβ	ρϟγ	σϟθ
ρλ	λε	πβ	τιϛ	ρϟζ	οϟγ
ρλα	λϛ	οϛ	τιζ	ρϟη	σϟε
ρλε	λη	οη	τκβ	σβ	τθ
ρλζ	μδ	ρξζ	τλη	ση	τκβ
ρμγ	νξ	ϟ	τλθ	σιθ	τκε
ρμδ	νθ	ιβ	τμ	σκ	τκζ
ρμθ	ξϛ	λε	τμβ	σκβ	τκγ
ρμθ	ξϛ	μγ	τμδ	σκδ	τκη
ρνγ	ξθ	λϛ	τμϛ	σκε	τλ
ρξδ	οθ	ρμδ	τνγ	σλβ	τλζ
ρξη	πγ	ϟε	τνδ	σλγ	τλη
ρξη	πγ	σϛ			
ρο	πε	ϟϛ			
ροβ	πζ	ϟη			
ροδ	ϟα	ϟθ			
ροϛ	ϟγ	ρα			
ροη	ϟε	ρβ			
ροη	ϟε	σιζ			
ροθ	ϟθ	ρϟζ			
ρϟ	ρε	ρϟε			
ρϟβ	ρϛ	σιϛ			
ρϟγ	ρζ	ρκα			
ρϟγ	ρζ	σιη			
ρϟδ	ρη	ρνβ			
			τέλος	τοῦ β'	κανόνος.

ΚΑΝΩΝ ΤΡΙΤΟΣ, ΕΝ Ω ΟΙ ΤΡΕΙΣ.

Ματ.	Λυκ.	Ἰωάν.
α	ιδ	α
α	ιδ	γ
α	ιδ	ε
ζ	ϛ	β
ζ	ϛ	κε
ιδ	ξγ	σιϛ
ξδ	ξε	λζ
ϙ	πη	ριη
ϙ	πη	ρλθ
ϙζ	σια	ρε
σια	σιθ	λ
σια	σιθ	ριδ
σια	σιθ	ρμη
σιβ	σιθ	η
σιβ	σιθ	μδ
σιβ	σιθ	ξα
σιβ	σιθ	οϛ
σιβ	σιθ	πζ
σιβ	σιθ	ϙ
σιβ	σιθ	ρμβ
σιβ	σιθ	ρνδ
ρμϛ	μζ	ϙζ
τέλος	τοῦ γ' κα-	νόνος.

ΚΑΝΩΝ ΤΕΤΑΡΤΟΣ, ΕΝ Ω ΟΙ ΤΡΕΙΣ.

Ματθαῖος.	Μάρκος.	Ἰωάννης.
ιη	η	κϛ
ριζ	κϛ	ϙγ
ριζ	κϛ	ϙε
ρν	ξζ	να
ρξα	οζ	κγ
ρξα	οζ	νγ
σδ	ριε	ϙα
σδ	ριε	ρλε
σιϛ	ριε	ρκη
σιϛ	ρκε	ρλγ
σιϛ	ρκε	ρλζ
σιϛ	ρκε	ρν
σοζ	ρνθ	ϙη
σοθ	ρξα	οβ
σοθ	ρξα	ρκα
σπζ	ρξη	ρνβ
σϙγ	ροδ	ρζ
σϙζ	ροη	ο
σϙθ	ρπ	ργ
τζ	ρπη	ρξδ
τκα	σα	ρπ
τκα	σα	ρϙβ
τκγ	σγ	ρπγ
τκθ	σζ	ρπε
τκθ	σζ	ρπζ
τλγ	σια	σγ
τέλος	τοῦ δ'	κανόνος.

ΚΑΝΩΝ ΠΕΜΠΤΟΣ, ΕΝ Ω ΟΙ ΔΥΟ.

Ματθ.	Λυκ.	Ματθ.	Λυκ.
γ	β	ρκζ	ρκη
ι	η	ρκη	ρλβ
ιβ	ια	ρκθ	ρλ
ιϛ	ιϛ	ρλβ	πα
κε	μϛ	ρλδ	ρκ
κϛ	μζ	ρλη	ρξη
κη	μη	ρϛ	νζ
λ	μθ	ρνη	σκϛ
λδ	ρϙδ	ρξβ	ρξα
λϛ	ρξβ	ροε	σ
λη	νγ	ρπβ	ρπζ
μ	νβ	ρπβ	ρπθ
μα	νε	ρπγ	ρϛη
μγ	ρκγ	ρπζ	ρϛθ
μϛ	ρνγ	ρϙζ	σοβ
μζ	ρλδ	σιγ	σλε
μη	ρϙα	σκα	ρπα
μθ	ρν	σκη	ρλθ
να	νθ	σλα	ροθ
νγ	ρκε	σολ	σιε
νδ	νδ	οβ	ρμβ
νε	ρο	σλδ	ρλϛ
νζ	ξα	σλϛ	ρλε
νη	ξ	σλζ	ρλη
ξ	ροα	σλη	ρμ
ξα	ξδ	σμ	ρμα
ξε	ροβ	σμα	ροε
ξϛ	ξϛ	σνε	σβ
ξη	ρε	σνϛ	σε
οη	ρη	σνζ	σιγ
πδ	ρια	σξα	σζ
πϛ	ρθ	σξβ	σιβ
ϙγ	ρμε	σξε	ρνζ
ρε	ρξ	σξϛ	ρνε
ϙϛ	ρπβ	σξζ	ρνη
ϙϛ	ρπδ	σο	σκθ
ρβ	ξθ	σοβ	σλα
ρδ	οα		
ρε	ρϙγ		
ρζ	ογ		
ρη	ριε		
ρι	ριη		
ριθ	ρκϛ		
ρκε	ξβ	τέλος τοῦ ε'	κανόνος.

ΚΑΝΩΝ ΕΚΤΟΣ, ΕΝ Ω ΟΙ ΔΥΟ.

Ματ.	Μάρκ.
θ	γ
ιζ	ζ
κ	θ
κβ	ια
μδ	ρκϛ
ϟζ	ξγ
ρ	ϟη
ρλδ	με
ρμε	ξ
ρμη	ξε
ρνβ	ξη
ρνδ	οα
ρνζ	οβ
ρνθ	ογ
ρξ	οϛ
ρξγ	οη
ρξε	π
ρξθ	πδ
ρογ	πθ
ρπ	ρ
ρπθ	ργ
σβ	ριγ
σιδ	ρκ
σιε	ρκδ
σκδ	ρλα
σμϛ	ρμ
σμζ	ρμβ
σν	ρμε
σνβ	ρμζ
σνδ	ρμθ
σξ	ρνβ
σξγ	ρνγ
σοε	ρνζ
σπβ	ρξδ
σπϛ	ρξζ
σπη	ρξθ
σϟ	ροα
σϟβ	ρογ
σϟη	ροθ
τε	ρπε
τθ	ρϟ
τια	ρϟβ
τλ	σι
τλζ	σιζ
τμα	σκα
τμζ	σκϛ
τν	σκθ
τέλος	τοῦ ϛ'
κανό-	νος.

ΚΑΝΩΝ ΕΒΔΟΜΟΣ, ΕΝ Ω ΟΙ ΔΥΟ.

Ματθ.	Ἰωάν.
ι	πγ
ιθ	ιθ
ιθ	λβ
ιθ	λδ
ρκ	πβ
ρπε	σιε
σζ	ρ
τέλος	τοῦ ζ
κανό-	νος.

ΚΑΝΩΝ ΟΓΔΟΟΣ, ΕΝ Ω ΟΙ ΔΙΟ.

Λουκ.	Μάρκ.
κγ	ιβ
κε	ιδ
κζ	ιϛ
κζ	κη
κη	ιζ
πδ	μη
πθ	νϛ
ϟα	ξα
ρ	οε
ργ	ϟζ
σμζ	ρλϛ
σπζ	σιϛ
τλε	σλ
τμ	σλδ
τέλος	τοῦ ή
κανό-	νος.

ΚΑΝΩΝ ΕΝΝΑΤΟΣ, ΕΝ Ω ΟΙ ΔΥΟ.

Λουκ.	Ἰωάν.
λ	σιθ
λ	σκβ
σξβ	ριγ
σξβ	ρκδ
σπδ	σκζ
σπδ	σκθ
σπδ	σλα
τγ	ρπβ
τγ	ρπζ
τγ	ρϟ
τζ	ρπβ
τζ	ρπζ
τζ	ρϟ
τιβ	ρπβ
τιβ	ρπζ
τιβ	ρϟ
τμ	σιγ
τμα	σιζ
τμα	σκα
τμβ	σκγ
τμβ	σκε
τέλος	τοῦ θ'
κανό-	νος.

ΚΑΝΩΝ ΔΕΚΑΤΟΣ, ΕΝ Ω ΙΔΙΩΣ ΠΕΡΙ ΤΙΝΩΝ ΕΙΡΗΚΑΣΙΝ.

Ματ.	Μάρκ.	Λουκ.	Λουκ.	Ἰωάν.	Ἰωάν.
β	ιθ	α	ρϟ	δ	ρμ
δ	λα	γ	ρϟβ	ζ	ρμγ
ϛ	μγ	ε	ρϟϛ	θ	ρμε
ιγ	μϛ	θ	σα	ια	ρμζ
κδ	νη	ιη	σγ	ιγ	ρμθ
κζ	ξβ	κ	ση	ιϛ	ρνα
κθ	ο	κβ	σι	ιη	ρνγ
λγ	οδ	κθ	σιδ	κβ	ρνε
λε	πα	λα	σκγ	κδ	ρνζ
λζ	πη	ν	σκε	κζ	ρνθ
λθ	ϟ	να	σκζ	κθ	ρξγ
μβ	ϟβ	ξζ	σλϛ	λα	ρξε
με	ϟδ	ξη	σνβ	λγ	ρξζ
νβ	ρ	οβ	σιϛ	λϛ	ρξθ
νϛ	ρδ	οε	σνθ	λθ	ροα
οε	ρκγ	ρ	σξδ	μα	ρογ
πα	ρλβ	ρϛ	σοα	μγ	ροζ
πθ	ρπϛ	ρζ	σογ	με	ροθ
ϟα	σιγ	ριγ	σογ	ν	ρπα
ϟ	σλε	ριζ	σοϛ	νβ	ρπθ
ρϛ		ρκβ	σοη	νδ	ρϟα
ρθ		ρκδ	σπγ	νϛ	ρϟγ
ρ	τέλος	ρλα	σπη	νη	ρϟε
ριγ	τοῦ Μάρ-	ρμγ	σϟϛ	ξ	σ
ριε	κου.	ρμθ	σϟη	ξβ	σβ
ριη		ρνα	τα	ξδ	σε
ρκδ		ρνδ	τδ	ξϛ	σζ
ρκϛ		ρνθ	τϛ	ξη	σι
ρλϛ		ρξγ	τη	οα	σιβ
ρμ		ρξδ	τιϛ	ογ	σιδ
ρνα		ρξϛ	τκ	οε	σιϛ
ρνε		ροδ	τκϛ	οη	σιη
ρξζ		ροϛ	τλα	π	σκ
ροα		ροη	τλδ	πα	σκδ
ροζ		ρπ	τλθ	πδ	σκϛ
ρπα		ρπγ	τμγ	πϛ	σκη
ρπδ		ρπη		πθ	σλ
ρπϛ			τέλος	ϟβ	σλδ
ρπη			τοῦ Λουκᾶ.	ϟδ	
ρϟγ				ϟζ	
ρϟϛ				ϟθ	
σ				ρβ	τέλος
σι				ρδ	τοῦ Ἰω-
σιβ				ρϛ	άννου
σιη				ρη	ἰδίως.
σκβ				ρι	
σκζ				ριβ	
σλ				ριε	
σλγ				ριζ	
σλε				ριθ	
σλθ				ρκγ	
σμε				ρκε	
σξη				ρκζ	
σογ				ρλ	
σπγ				ρλβ	
τγ				ρλδ	
τιθ				ρλϛ	
τκδ				ρλη	
τκζ					
τμε					
τνα					
τνε					
τέλος					
τοῦ Ματ-					
θαίου.					

ΕΛΕΓΧΟΣ ΤΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ ΤΗΣ ΝΕΑΣ ΚΑΛΟΥΜΕΝΗΣ ΔΙΑΘΗΚΗΣ.

Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον, Μάρκον, Λουκᾶν, Ἰωάννην.
Πράξεις τῶν Ἀποστόλων.
Ἅπασαι Ἐπιστολαὶ τοῦ Παύλου πρὸς Ῥωμαίους, Κορινθίους, Γαλάτας, Ἐφεσίους, Φιλιππησίους, Κολοσσαεῖς, Θεσσαλονικεῖς; Τιμόθεον, Τίτον, Φιλήμονα, Ἑβραίους.
Ἐπιστολὴ διδασκαλικὴ τοῦ Ἰακώβου.
Ἐπιστολαὶ τοῦ Πέτρου.
Ἐπιστολαὶ Ἰωάννου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ καὶ Θεολόγου.
Ἐπιστολὴ Ἰούδα τοῦ Ἀποστόλου.
Ἀποκάλυψις Ἰωάννου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ καὶ Θεολόγου.

SVMMA TOTIVS
SACRÆ SCRIPTVRÆ,
LIBRORVM VIDELICET VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

DOCENT nos libri *Veteris Testamenti, Deum illum, quem coluerunt Abraham, Isaac, & Jacob Hebræi, solum verum esse Deum, eumque omnipotentem & æternum: qui propter bonitatem suam Verbo suo cœlum & terram, & quæ in eis sunt, creavit: à quo omnia procedunt, sine quo nihil quicquam est: justum & misericordem: quique omnia operetur in omnibus secundum voluntatem suam: cui non liceat dicere, quare sic vel sic faciat.*

Ad hæc, ipsum hunc Deum creasse Adam primum hominem ad imaginem & similitudinem suam, dominumque eum constituisse omnium creatorum in terra. Qui quidem Adam invidiâ & fraude Diaboli, Creatoris sui præcepto non obediens, suo peccato, peccatum in hunc mundum invexit, tale tantumque, ut nos secundum carnem ab ipso progeniti, natura filii iræ simus, & ob id morti, damnationi, jugo & tyrannidi Diaboli obnoxii reddamur.

Porro autem promissum fuisse à Deo Patre semen illud benedictum Jesum Christum Filium suum, Salvatorem nostrum, ipsi Adæ, Abrahæ, Isaac, Jacob, Davidi, & reliquis Patribus, qui à peccatis & tyrannide Diaboli liberaret eos, qui viva fide huic promissioni crederent, ipsique Jesu Christo fiderent, liberationem hanc ab ipso & per ipsum sperantes. Est autem hæc promissio sæpissime repetita in libris Veteris Testamenti.

Interea autem dum à Patribus exspectabatur promissa salus & liberatio, quod ea est hominum natura, tam superba atque adeo corrupta, ut non libenter ipsi velint se agnoscere peccatores, quibus promisso Salutari sit opus: Legem scriptam in tabulis lapideis, datam fuisse à Deo per Mosem, ut per eam agnito peccato, & cordis humani malitia, ardentius sitirent homines Christi adventum, qui ipsos à peccatis redimeret: quod sacrificia & hostiæ non præstabant. Erant enim umbra & figura veræ oblationis Christi, qua peccata omnia obliteranda erant & abolenda.

Novi autem Testamenti libris docemur, Christum illum promissum (qui est super omnia Deus benedictus in secula) & in libris Veteris Testamenti adumbratum sacrificiis, ac figuratum, missum tandem à Patre fuisse, eo tempore quod apud se constituerat, eo inquam tempore, quo abundabat omnis iniquitas. Missum autem & incarnatum, non ex bonis cujusquam operibus, (nam omnes erant peccatores) sed ut verax, abundantes gratiæ suæ divitias, quas promiserat, exhiberet, & secundum misericordiam suam salvos nos faceret.

In Novo igitur Testamento planissime ostenditur, quod Jesus Christus verus agnus, & vera mundi hostia, venit, ut nobis pacem cum Patre conciliaret, (ipse est enim pax nostra, lavando nos à peccatis nostris in sanguine suo) & liberaret à servitute Diaboli, (cui peccando serviebamus) in filiosque Dei adoptaremur per ipsum, cohæredesque ejus efficeremur.

Ut autem singulare hoc & maximum Dei beneficium erga nos agnoscamus, dat nobis Deus Spiritum suum Sanctum, cujus fructus & donum est Fides in Deum & Christum ejus. Nam sine Spiritu Sancto, quo signamur, neque credere possumus, Deum Patrem misisse Messiam, neque Jesum esse Christum. Nullus enim (inquit Paulus) dicere potest, Dominus Jesus, nisi in Spiritu Sancto. Idem Spiritus testatur spiritui nostro, quod simus filii Dei, & diffundit in viscera nostra eam charitatem, quam describit Paulus Corinthiis. Præterea Spem, quæ est certa vitæ æternæ exspectatio, cujus idem ipse arrhabo est & pignus, nobis impertitur, & alia spiritualia dona, de quibus Paulus ad Galatas: per hanc itaque in Christum fiduciam & fidem, quæ per charitatem operatur, & se charitatis operibus exserit, ad ea hominem movens, justificamur & sanctificamur: id est, Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi (qui & Pater noster effectus est per ipsum fratrem nostrum) nos pro justis & sanctis habet, sua gratia non imputans nobis ad gehennam delicta nostra.

Venit denique Christus ipse, ut nos per ipsum sanctificati & purificati à peccatis, voluntatem ejus operibus bonis sectantes, quæ carnis sunt abnegemus, ac libere serviamus ei in justitia & sanctitate omnibus diebus nostris: & ut per bona opera (quæ præparavit Deus ut ambularemus in illis) nos ostendamus ad hanc gratiam vocatos: quæ quidem bona opera, qui non habet, testatur se fidem in Christum non habere, qualem ille in nobis requirit.

Ad eum oportet nos accedere, & alacri animo ipsum sequi, ut nos doceat. Est enim magister noster, mitis & humilis corde: Exemplar nostrum, à quo discere oportet normam recte vivendi. Noster præterea Episcopus & summus Pontifex, unus mediator Dei & hominum: qui nunc ad dexteram Dei Patris sedet, nobis advocatus factus, orans interpellansque pro nobis; qui proculdubio impetrabit quod vel ab ipso, vel ipsius nomine à Patre petierimus: si modo petentes, ita illum facturum esse crediderimus. Sic enim promisit. Ne igitur dubitemus, si quando peccaverimus, cum pœnitentia, (ad quam nos initio statim prædicationis invitat & incitat) cumque fiducia accedere ad thronum gratiæ ejus: credentes quod misericordiam consequuti simus. Nam ideo venit, ut peccatores sua gratia salvos faceret.

Hic nimirum est Christus Jesus, qui post interfectum spiritu oris sui hominem peccati, sedebit in majestate sua, omnes judicaturus, & redditurus unicuique propria corporis prout gessit, sive bonum, sive malum, dicturusque est iis qui à dextris erunt, qui in hoc mundo futura bona exspectaverint: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Iis autem qui à sinistris: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis ejus. Tunc vero finis erit, quum regnum Deo & Patri tradiderit.

Hæc ut cognoscamus, bonitate Dei per Spiritum ejus Sanctum tradita sunt nobis sacra Biblia, ut cognoscamus, inquam, & credamus, unum solum esse Deum verum, & quem misit Jesum Christum: utque credentes, vitam habeamus in nomine ejus.

Præter hoc fundamentum nemo aliud potest ponere. Optatque Paulus eum anathema esse, qui aliam fidem & salutem annunciaverit, quam per Jesum Christum: etiamsi fuerit Angelus de cœlo.

Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia: cui cum Patre & Spiritu Sancto, honor & gloria in secula seculorum, Amen.

INDEX.

Vocabulorum quorundam, cum demonstratione certorum ad intelligentiam veritatis pertinentium locorum.

Numerus prior caput, posterior versiculum ostendit.

A.

ABBA, vulgare Hebræis verbum iis temporibus, quibus in terris versatus est Filius Dei, Dominus noster Jesus Christus, deductum de vero & nativo sermone ipsorum, & significat id quod Latinis Pater, *Marci* 14, 36. *Rom.* 8, 15. *Gal.* 4, 6.

Abominatio, βδέλυγμα, res exsecranda seu detestanda, quod sensus & animum horribiliter offendit, *Matth.* 24, 15. *Marc.* 13, 14. *Luc.* 21, 20.

Absolutio à peccatis, est λύσις, *Matth.* 16, 19. & ἄφεσις, *Joh.* 20, 23. Remissio seu dimissio. Eique opponitur τὸ δῆσαι, quod ligare seu vincire est, & τὸ κρατεῖν, quod retinere.

Abstinentia, ἐγκράτεια, 2. *Pet.* 1, 6. ἐγκρατεύεται, abstinet, 1. *Cor.* 9, 25. Abstinere, ἀπέχεσθαι, 1. *Pet.* 2, 11. 1. *Thess.* 4, 3. & 5, 22.

Abusus Scripturæ indicatus & notatus, *Matth.* 4, 6. 7. & *seq.* 2. *Cor.* 2, 17. *Gal.* 1, 7. *Ephes.* 5, 6. 2. *Thess.* 2, 2. 2. *Pet.* 3, 3. 4, 16. *Jud.* v. 16, & *sequent.* Antichristi perversitas in hoc quoque genere, 2. *Thess.* 2, 2. Pharisæorum, *Matth.* 23, 26. Aliorum, 2. *Timoth.* 2, 16. & 3, 7. *Tit.* 1, 10. Judæorum, *Joh.* 2, 20. Eodem referuntur desertores, depravatoresque veritatis doctrinæ cælestis, & hujus hostes, *Epistola Joban.* 2, 26. 2. *Petr.* 2, 1. *Ephes.* 4, 14. 2. *Thess.* 2, 2. 2. *Timot.* 3, 7. *Tit.* 1, 10. *Judæ* 1, 4. 16. *Apoc.* 18, 3.

Acceptio personarum, προσωποληψία, apud Deum non est, *Act.* 10, 38. *Rom.* 2, 11. *Gal.* 2, 6. *Eph.* 6, 9. *Coloss.* 3, 25. 1. *Petr.* 1, 17. etiam hominibus prohibita, *Jac.* 2, 1.

Accusator, κατήγορος, *Actor.* 25, 7. Diabolus accusator, *Apoc.* 12, 10. Accusare κατηγορεῖν, & accusari κατηγορεῖσθαι, *Matth.* 12, 2. *Marc.* 3, 22. *Luc.* 6, 2. *Actor.* 19, 38. Accusans conscientia, *Rom.* 2, 15. Accusatus Christus, *Matth.* 27, 3. *Marc.* 15, 3. & *seq.* *Luc.* 23, 2. 3. *Job.* 18, 30. Accusatus Paulus, *Act.* 22, 30. & 23, 7. & 25, 5. 7. & 26, 7. ubi ponitur verbum ἐγκαλοῦμαι.

Adam primus homo, *Luc.* 5, 38. *Rom.* 5, 12. 14. 18. 1. *Cor.* 15, 2. 1. *Tim.* 2, 13. Adam secundus, *Rom.* 5, 14. 18. 1. *Cor.* 15, 45. De Christo.

Adoratio Dei, προσκύνησις, *Matth.* 4, 10. *Job.* 4, 20. 21. & *seq.* προσευχή, *Actor.* 10, 25. & 14, 11. & 16, 15. & 17, 23. ubi verbum εὐσεβεῖν ponitur, id est, colere, quod & σέβεσθαι, *Matt.* 15, 10. Rursum προσευχή, 1. *Corinth.* 14, 25. 1. *Thessal.* 1, 9. Utitur Apostolus verbo δουλεύειν, quo servitus significatur. Rursum προσκύνησις, *Apocal.* 4, 10. & 14, 7. 9. 11. & 15, 4. & 19, 4. & 22, 8. 9. Adoratio bestiæ, *Apocal.* 13, 4. & 14, 9. & 16, 2. & 19, 10. Superstitiosa, *Actor.* 10, 3. 9. & 14, 11. 12.

Adventus Christi, παρουσία, *Matth.* 24, 27. 1. *Thess.* 2, 19. & 3, 13. & 4, 15. & 5, 2. *Jac.* 5, 7. Hæc 1. *Tim.* 6, 14. 2. *Tim.* 4, 8. & *Tit.* 2, 13. ἐπιφάνεια est, id est, apparitio.

Adulterium prohibitum. Hæc est μοιχεία, *Matth.* 5, 27. 28. & 14, 4. & 19, 9. *Marc.* 10, 11. 12. *Luc.* 6, 18. *Job.* 6, 18. *Job.* 8, 4. *Rom.* 7, 3. & 13, 9. *Gal.* 5, 20. 1. *Cor.* 6, 13. 14. *Hebr.* 13, 4. *Jacob.* 4, 4. 2. *Petr.* 2, 14.

Advocatus, παράκλητος, de Christo, 1. *Job.* 2, 1. De Spiritu Sancto, *Job.* 14, 16.

Ædificatio μεταφορικῶς, incrementum & stabilitas, phrasi Hebraica, *Rom.* 14, 1. & 15, 1. 2. *Cor.* 10, 8. & 12, 19. & 13, 10. 1. *Tim.* 1, 4.

Altare, θυσιαστήριον, ἀπὸ τῶν θυσιῶν, quæ sunt Latinis sacrificia, 1. *Cor.* 9, 13. *Hebr.* 13, 26.

Amici, φίλοι, *Job.* 15, 14. 15.

Amor erga Deum seu dilectio, & amare, ἀγάπη, ἀγαπᾶν, *Matth.* 22, 37. *Luc.* 10, 27. *Job.* 14, 21. & *sequent.* & 21, 15. 16. 1. *Corinth.* 8, 3. *Philip.* 1, 3. 1. *Joh.* 2, 5. Amor sui ipsius, 1. *Corinth.* 10, 24. 33. & 13, 5. *Philip.* 2, 3. 2. *Timoth.* 3, 2. ubi nominantur φίλαυτοι, 2. *Petr.* 2, 10. Si scriptura vera est, quæ habet ἀγάπαις, significantur congressus & convivia Christianorum, fraternum amorem declarantia. Amor gloriæ, *Ioh.* 12, 43. Inspiciantur & Charitatis & Concupiscentiæ nomina.

Angelus, ἄγγελος, sermone Latino tritum nomen significat translatum in linguam Latinam, Nuncium. Sunt autem boni & mali Angeli. De malis Angelis dicitur, *Matth.* 25, 41. ubi fit mentio ignis præparati Diabolo & Angelis ipsius. Sed cum nominantur Angeli in Scriptura, fere indicantur spiritus cælestes, inservientes exsequendæ voluntati divinæ. Archangelus significat principem Angelum, ut ἀρχιτρίκλινος, magistrum instruendi convivii, & ἀρχίατρος, principem medicum. Mentio fit horum, *Marc.* 12, 25. Christo serviunt, *Matth.* 4, 11. *Marc.* 1, 2. *Luc.* 22, 43. Christi fidelibus præsto sunt, *Matt.* 18, 11. 19. *Hebr.* 1, 4. 5, & *seq.* Apparent, *Matt.* 1, 12. & 2, 13. *Luc.* 1, 26. & *seq.* & 2, 9. & *seq.* Conspiciuntur humana forma, *Marc.* 16, 5. *Luc.* 24, 4. *Joh.* 20, 12. *Act.* 1, 10. & 16, 3. Cum Christo ad judicium venienti, *Matt.* 25, 31. *Marc.* 8, 38. *Luc.* 9, 26. 2. *Thess.* 1, 7.

Anima, ψυχή. Significat hoc nomen vitam, ut *Matth.* 2, 20. & 6, 25. *Luc.* 12, 19. & 14, 26. *Joh.* 10, 11. & 13, 37. & 15, 13. *Act.* 15, 20. & 20, 10. Significat alicubi habitum, quemadmodum quidam interpretati sunt, *Act.* 20, 10. de mortuo puero, cum magis dici videatur, jam restitutam esse vitam. Alicubi animum, id est, affectionem cordis, ut *Matth.* 22, 37. & 26, 38. *Marc.* 14, 34. Et, ut quidam suspicati sunt, *Job.* 12, 25. & *seq.* cum ibi plane vita significetur, *Luc.* 1, 46. & 2, 35. *Act.* 14, 22. & 15, 24. Alicubi spiritualem & immortalem in homine naturam, ut *Matth.* 10, 28. *Marc.* 8, 35. 36. 2. *Cor.* 1. 23. & 12, 15. *Hebr.* 10, 38. & 13, 17. *Apoc.* 6. 9. & 20, 4. 1. *Pet.* 1, 9. Alicubi intelligentiam & voluntatem animi simul, ut 1. *Thess.* 5, 14. ubi ut ὀλιγόψυχοι nominantur, animo pusillo præditi, quibus neque judicium firmum adhuc est, & sententia atque voluntas timidior atque levior, *Heb.* 6, 19. 2. *Pet.* 2, 14. Etsi hominem significari ipsum eo loco intelligi potest consuetudine Hebraici sermonis, ut *Act.* 7, 14. *Rom.* 13, 3.

Antichristus, Ἀντίχριστος. Vocabulum & ipsum tritum Latino sermone, significat adversarium Christi, seu Christo opponentem se & contrarium. In *Matth.* 24, 24. sunt ψευδόχριστοι, falsi & ficti Christi. De hoc genere temporibus etiam Apostolorum proferente se, & regno Antichristi mentio fit, 2. *Thess.* 2, 3. 1. *Job.* 2, 13. 18. *Marc.* 13, 6. De Antichristi facinoribus, 2. *Thess.* 2, 9. *Apoc.* 19, 20. & 20, 10.

Antiquitatem esse honorabilem, præceptum etiam monstrat de honorandis senioribus, 1. *Tim.* 5, 1. Et cujusmodi seniores esse debeant, *Tit.* 2, 2.

Apostoli, ἀπόστολοι, usu linguæ Latinæ tritum ipsum quoque nomen, significat legatum, id est, eum qui cum mandatis aliquo mittitur. Sed usurpatur in scriptis Euangelicis de ministris peculiari modo electis divinitus, ad præconium, id est, κήρυγμα Euangelii. Horum mentio fit, *Luc.* 9, 2. *Job.* 6, 37. & *seq.* & 15, 16. *Act.* 1, 2. & 5, 2. Pauli & Apostoli gentilium, *Rom.* 1, 5. & 15, 16. 1. *Cor.* 1, 1. & 9, 1. 16. & *seq.* *Gal.* 1, 1. & 2, 1. 1. *Tim.* 2, 7. 2. *Tim.* 1, 1. Officii horum proprii, 1. *Cor.* 12, 28. 29. *Eph.* 14, 11. 1. *Corinth.* 1, 17. Christus eximius, & magnus Apostolus, *Hebr.* 3, 1. De duodecim, *Matth.* 10, 3. 6. 7. De Petro ut Judæorum Apostolo, *Gal.* 2, 8. Epaphroditus Apostolus, *Philip.* 2, 25. De falsis Apostolis, qui sunt ψευδαπόστολοι, 2. *Cor.* 11, 13.

Arma spiritualia, *Rom.* 13, 12. 2. *Cor.* 6, 7. & 10, 4. *Eph.* 6, 11. 1. *Thess.* 5, 8. 1. *Petr.* 5, 9. Hæc sunt ὅπλα, quibus muniuntur pii & defenduntur.

Arrogantia, inspiciatur Superbiæ vocabulum.

Ascensio Christi. De hac *Actor.* 1, 9. ἐπήρθη, sublatus est, *Luc.* 24, 51. ἀνεφέρετο εἰς οὐρανὸν, ferebatur in cælum, *Eph.* 4, 9. 10. ἀναβὰς, qui ascendit, 1. *Pet.* 3, 22. πορευθεὶς εἰς οὐρανὸν, qui abiit in cælum, *Marc.* 16, 9. 19. & 1. *Tim.* 3. 16. ἀνελήφθη, assumptus est. Et assumptionis dies, ἡμέρα τῆς ἀναλήψεως, *Luc.* 9, 1.

Avaritia, πλεονεξία, *Luc.* 12, 19. Quo nomine significatur cupiditas & studium plura adipiscendi. Et sunt φιλάργυροι, *Luc.* 16, 14. id est, pecuniæ avidi, cujus appellatio est argentum, φιλαργυρία, 1. *Tim.* 6, 10. De hac & *Matth.* 26, 9. *Johan.* 12, 15. *Actor.* 5, 6. & 24, 3. 1. *Cor.* 5, 10. 11. & 6, 10. 2. *Cor.* 9, 6. *Eph.* 5, 3. *Coloss.* 3, 5. 1. *Tim.* 6, 10. 2. *Tim.* 3, 2. *Heb.* 13, 5. 2. *Pet.* 2, 3.

B.

Babylon, proprium nomen urbis Chaldaicæ, significat confusionem, *Apoc.* 14, 8. & 16, 19. & 18, 2.

Baptismus & Baptisma, βαπτισμὸς, καὶ βάπτισμα, demersionem significat, vel madefactionem, à verbo βαπτίζω, *Matth.* 3, 11. & 18, 19. *Marc.* 1, 4. & 16, 16. *Luc.* 3, 7. 16. *Job.* 1, 25. & *seq.* & 3, 5. & 4, 1. 2. *Act.* 2, 38. & 8, 12. & 9, 18. & 10, 37. & 16, 15. & 19, 3. 1. *Cor.* 1, 13. & *seq.* *Eph.* 5, 26. 1. *Pet.* 3, 21. Significans lavacrum & regenerationem per Christum, *Luc.* 3, 12. 16. *Act.* 2, 38. & 12, 16. *Rom.* 6, 3. 4. 1. *Pet.* 3, 21. *Ephes.* 5, 26. *Tit.* 3,

Tit. 3, 5. Nihil prodest absque fide, *Marc.* 16, 16. 1. *Corinth.* 10, 2. 1. *Petr.* 3, 21. Baptisma unum, *Eph.* 4, 5. Ministerium ejus humanum, *Matth.* 3, 11. *Joh.* 1, 31. *&* 3, 5. *&* 4, 1. 2. *Actor.* 8, 12. *& seq. &* 9, 18. *&* 22, 16. Efficacia est Christi, *Matt.* 3, 11. *Marc.* 1, 4. *Luc.* 3, 7. 16. *Johan.* 1, 33. Significat dona apparentia Sancti Spiritus, *Actor.* 1, 5. *&* 11, 16. *&* 19, 5. Afflictionem seu passionem, *Marc.* 10, 13. *Luc.* 18, 15.

Baptista est βαπτιστὴς, ductum nomen ab eodem verbo, unde baptisma, & significatur communi hac appellatione, κατ' ἐξοχὴν, proprie Johannes filius Zachariæ, missus ad baptizandum divinitus ante Christum, *Matth.* 3, 1. *&* 11, 11. 12. *&* 14, 2. *Marc.* 6, 14. *&* 8, 28. *Luc.* 7, 20. *&* 9, 7. 8.

Beati, μακάριοι, *Matth.* 5, 3. *&* 11, 6. *&* 13, 10. *&* 16, 17. *&* 24, 46. *Luc.* 1, 45. *&* 6, 20. 21. *&* 10, 23. *&* 11, 27. *&* 12, 37. *&* 14, 14. *Joh.* 13, 17. 1. *Petr.* 3, 14. *&* 4, 14. *Jac.* 1, 12. *Apoc.* 1, 3. *&* 14, 13. *&* 16, 15. *&* 19, 9. *&* 22, 14.

Beatitudo, hæc Christianorum est gloria, id est δόξα, & vita æterna cum Christo, & regnum cælorum, βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

Beelzebub, vel ut Græci Βεελζεβοὺλ, nomen Hebraicum, in quo significatio est Muscarum, & tribuitur appellatio hæc principi Diabolorum, *Matth.* 10, 25. *&* 12, 27. *Marc.* 3, 22. *Luc.* 11, 15.

Benedictio & benedicere, εὐλογία & εὐλογεῖν. In significatione laudandi & bene precandi, *Matth.* 5, 44. *Luc.* 1, 28. 42. *&* 2, 28. *&* 24, 53. *Rom.* 1, 25. *&* 9, 5. *&* 12, 14. 1. *Cor.* 14, 16. *Jacob.* 3, 9. Pro prosperitate & felicitate, *Matth.* 25, 36. *Marc.* 10, 16. *Luc.* 24, 50. *& seq. Act.* 3, 25. *Gal.* 3, 8. *Eph.* 1, 3. 1. *Petr.* 3, 9. Pro liberalitate & eleemosyna, 2. *Cor.* 9, 5. 6. Pro gratiarum actione & celebratione sacræ actionis, 1. *Cor.* 10, 16. 17. Sed est omnino singularis hujus dictionis usus & res peculiaris, secundum Hebraicæ linguæ rationem perquirenda.

Benefacere, καλῶς ποιεῖν. Benefaciendum inimicis, *Matt.* 5, 44. *Rom.* 12, 17. 20. Cunctis benefaciendum, *Job.* 3, 20. *Rom.* 12, 20. *Gal.* 6, 9. 10. *Jac.* 2, 8. Potissimum conjunctis fide, *Gal.* 6, 10.

Blasphemare, βλασφημεῖν, & βλάσφημος, blasphemus, Græcis verbis in formam Latini sermonis mutatis, significat maledictum atrocis injuriæ, proprie in Deum, aut res divinas, aut inter divinas operationes, cui opponitur, εὐφημεῖν & βλασφημία, *Matt.* 12, 31. *Marc.* 3, 28. *Luc.* 12, 10. 1. *Tim.* 1, 13. *Rom.* 2, 24.

C.

Calix & poculum, *Matt.* 26, 28. *Marc.* 14, 22. *Luc.* 22, 19. Communi appellatione indicans certam formam poculi. Significat Hebraica consuetudine & suam cujusque partem miseriarum rerumque tristium exhauriendam, sicut Latini *Devorandi* verbo usi sunt.

Caput, κεφαλή. Caput Christi Deus, 1. *Cor.* 11, 3. Christus caput Ecclesiæ, *Eph.* 1, 10. 22. *&* 4, 15. *&* 5, 23. *Col.* 1, 18. *&* 2, 10. 19. Christus caput viri, 1. *Cor.* 11, 3. Caput omnis principatus, *Coloss.* 2, 10.

Charitas, ἀγάπη. Deus est Charitas, 1. *Job.* 4, 8. Charitas Dei erga nos, *Job.* 3, 16. *&* 13, 34. *&* 16, 27. *Roman.* 5, 8. *&* 8, 35. *Ephes.* 1, 6. *&* 2, 4. *&* 5, 2. 2. *Tim.* 1, 9. 1. *Job.* 2, 5. *&* 3, 1. Charitas erga alios, *Job.* 15, 17. *Rom.* 12, 9. 10. 1. *Cor.* 16, 14. 2. *Cor.* 2, 4. *Ephes.* 4. 15. *&* 5, 2. *Philip.* 2, 1. *Coloss.* 3, 14. *Hebr.* 10, 24. *&* 13, 1. 1. *Petr.* 4, 8. 2. *Pet.* 1, 7. 1. *Job.* 4, 12. Eadem erga inimicos, *Matt.* 5, 44. *Luc.* 6, 27. *&* 23, 24. *Act.* 7, 60. *Rom.* 12, 20. 1. *Pet.* 3, 9. Signum hoc est indicans Christi fideles, *Job.* 13, 35. Fructus Spiritus Dei, *Gal.* 5, 22. Vinculum perfectionis, *Coloss.* 3, 14. Impletio Legis, *Matt.* 7, 12. *Rom.* 13, 10. *Gal.* 5, 14. 1. *Timoth.* 1, 5. Effectio hujus, *Rom.* 12, 10. 1. *Cor.* 8, 2. *&* 13, 4. *& seq.* 1. *Pet.* 4, 9. Frigida ultimis temporibus, *Matt.* 24, 12.

Caro, σάρξ. Interdum hominem tantum linguæ Hebraicæ consuetudine significat, *Luc.* 3, 6. *Actor.* 2, 17. 1. *Petr.* 1, 24. Humanam vitam & naturam, *Hebr.* 5, 7. *Rom.* 9, 8. 1. *Petr.* 4, 2. Sensum, *Matt.* 26, 41. *Job.* 6, 63. Interdum, ut plerunque in Epistolis Paulinis, naturam vitiosam & corruptam, propagatam post lapsum primorum parentum in posteritatem universam, & cogitationes pravas atque dissentaneas à rebus divinis, *Matth.* 16, 12. 1. *Cor.* 15, 39. 50. *Job.* 3, 6. *&* 6, 63. *Rom.* 8, 5. & *Rom.* 7, 14. ubi & σαρκικὸς carnalis nominatur. Et 1. *Cor.* 3, 1. 2. *& seq.* 2. *Pet.* 2, 10. Opera carnis, ἔργα τῆς σαρκὸς, *Gal.* 4, 23. *&* 5, 16. 17. *Eph.* 2, 3. Caro Christi, panis Dei, & cælestis, ἄρτος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, & ἄρτος τοῦ Θεοῦ, *Job.* 6, 50.

Castigatio, παιδεία, & παιδεύειν castigare, *Hebr.* 12, 5. 6. 1. *Cor.* 11, 32. *Eph.* 6, 4. *Apoc.* 3, 19.

Castitas, ἁγνεία, 1. *Tim.* 5, 2. *Tit.* 2, 12. 2. *Cor.* 6, 6. *Hebr.* 13, 4. 1. *Pet.* 3, 2.

Christiani primum sic appellati Antiochiæ, *Actorum* 11, 26.

Christus, ὁ Χριστὸς, qui est Messias, & habet significationem Uncti ac Regis: propria appellatio Jesu Domini & Salvatoris nostri. Christus Deus, principium, finis, *Matth.* 1, 1. 16. *Job.* 1, 24. *&* 10, 31. *&* 20, 21. *Act.* 20, 21. *Rom.* 9, 5. *&* 14, 18. *Philip.* 2, 5. 6. *Col.* 2, 9. 1. *Tim.* 3, 16. *Hebr.* 1, 3. *&* 13, 8. *Apoc.* 1, 8. *&* 2, 4. *&* 22, 13. Imago Dei, 2. *Cor.* 4, 4. *Col.* 1. 15. *Hebr.* 1, 3. Filius Dei, *Matt.* 3, 17. *&* 16, 16. *&* 17, 5. *&* 26, 39. 42. 53. *&* 27, 40. 54. *Marc.* 3, 11. *&* 8, 8. *Luc.* 1, 32. *Job.* 1, 14. *&* 3, 16. *&* 5, 17. *&* 6, 32. 36. 38. *&* 9, 35. *&* 10, 15. 18. 25. 29. 30. *&* 11, 4. *&* 14, 2. 10. 11. *&* 20, 17. 21. 31. *Actor.* 4, 27. *&* 9, 20. *Rom.* 1, 3. 4. *&* 8, 3. 32. *Gal.* 2, 20. *&* 4, 4. *Eph.* 3, 14. *Col.* 1, 13. 15. *Hebr.* 1, 5. 8. *&* 3, 6. *&* 4, 14. 2. *Pet.* 1. 17. 1. *Iob.* 4, 14. 15. *&* 5, 10. Sapientia Dei, *Matt.* 24, 36. *Luc.* 11, 49. 1. *Cor.* 1, 9. Potentia Dei, 1. *Cor.* 1, 18. Creator, *Job.* 1, 3. *Coloss.* 1, 16. *Hebr.* 1, 3. 10. Reparator omnium, *Eph.* 1, 10. Per quem omnia facta & condita sunt, *Job.* 1, 3. *Eph.* 3, 9. *Hebr.* 1, 10. In quo omnia consistunt, *Col.* 1, 16. 17. ubi & condita esse in ipso & per ipsum & in ipsum legitur. Christus novit cogitationes hominum, *Matt.* 9, 4. *Luc.* 6, 8. *&* 11, 17. *Hebr.* 4, 12. *Apoc.* 2, 23. Christus filius Abrahami & Davidis secundum carnem, quæ est natura humana, *Matt.* 1, 1. *Luc.* 3, 23. 34. *Rom.* 1, 3. *&* 9, 5. 2. *Tim.* 2, 8. *Hebr.* 2, 15. Israelita, *Rom.* 9, 5. 7. Venit in carne, id est, natus homo in terris, *Iob.* 1, 14, 1. *Iob.* 3, 8. Natus ex muliere, & sub lege, *Matt.* 1, 25. *Luc.* 2, 7. *Gal.* 4, 4. Filius hominis, *Matt.* 1, 1. *&* 8, 20. *&* 12, 8. *&* 15, 22. *&* 16, 13. 27. *&* 24, 28. 30. 38. 44. *&* 26, 2. 24. 45. 64. *Marc.* 2, 27. *&* 10, 33. 45. *&* 14, 41. 62. *Luc.* 1, 31. *&* 9, 22. 26. 44. 56. 58. *&* 17, 22. 24. 26. *Job.* 1, 51. *&* 3, 14. 15. *&* 5, 28. *&* 6, 53. *&* 7, 46. *&* 12, 23. 34. *&* 13, 31. *Actor.* 2, 30. *&* 13, 23. *Apocal.* 5, 5. Missus à Deo, *Job.* 3, 17. *&* 5, 23. 30. *&* 6, 29. 37. *&* 7, 16. 28. 33. *&* 8, 16. 18. *&* 10, 18. 36. 42. *&* 12, 44. *&* 17, 3. 8. 18. *&* 20, 21. Promissiones in hoc completæ universæ, 2. *Cor.* 1, 20. In quo Pater videtur, *Job.* 8, 19. *&* 12, 45. *&* 14, 7. 9. Hæres, id est, κληρονόμος omnium, *Hebr.* 1, 2. Dominus, id est, Κύριος, *Matth.* 12, 8. *&* 22, 44. *Luc.* 2, 11. *Job.* 13, 13. 14. *&* 20, 13, 18. 20. *Act.* 9, 1. 5. 6. 10. *&* 10, 14. 36. 1. *Cor.* 2, 8. *&* 8, 6. *&* 12, 3. *Ephes.* 4, 5. *Phil.* 2, 11. 19. *Apoc.* 17, 14. *&* 19, 16. Solus Salvator, σωτὴρ, *Matth.* 1, 21. & 18, 11. *Luc.* 1, 77. *&* 2, 11. *Job.* 3, 30. *&* 4, 17. 25. *Act.* 4, 12. *&* 5, 31. *&* 13, 47. 1. *Tim.* 1, 15. *Tit.* 2, 13. *Hebr.* 2, 10. 1. *Job.* 4, 14. Solus justificator, sanctificator, & vivificator, sapientia, justitia, sanctificatio, liberatio, in quibus sunt significationes, σοφίας, δικαιοσύνης, ἁγιασμοῦ, ζωῆς, ἀπολυτρώσεως, *Job.* 5, 21. *Act.* 10, 43. *Rom.* 4, 5. *&* 6, 23. *&* 10, 4. 1. *Cor.* 1, 30. *&* 6, 20. *Hebr.* 2, 10. *&* 10, 10. 29. *&* 13, 12. 1. *Job.* 5, 11. Nostra pax, *Luc.* 2, 14. *Johan.* 16, 33. *Rom.* 5, 1. *Ephes.* 2, 14. *& seq. Philip.* 4, 9. *Coloss.* 1, 2. 20. Mediator Μεσίτης unus, 1. *Timot.* 2, 5. *Hebr.* 8, 6. *&* 9, 15. Intercedens, quod est, ἐντυγχάνειν, *Rom.* 8, 34. *Hebr.* 7, 25. *&* 9, 15. Advocatus, Παράκλητος, 1. *Job.* 2, 1. Quietis largitor, quæ est ἀνάπαυσις, *Matth.* 11, 29. Via, veritas, vita, *Job.* 1, 4. 5. *&* 11, 25. *&* 14, 6. *Actor.* 3, 15. 1. *Job.* 1, 2. *&* 4, 9. *&* 5, 11. 12. *& seq.* Reconciliator, verbum est ἀποκαταλλάξαι, *Ephes.* 2, 16. *Coloss.* 1, 20. καταλλάξαι & καταλλαγὴ est, 2. *Cor.* 5, 18. *& seq.* In nomine Christi invocandus Deus, *Job.* 14, 13. *&* 15, 7. 16. *&* 6, 24. Remittit peccata, id est, ἀφίησιν, id est, dimittit non retinet, *Matt.* 9, 2. 5. 6. *Marc.* 2, 3. 9. 10. *Luc.* 5, 23. *& seq. &* 7, 48. 49. Magister & Præceptor, καθηγητὴς, *Matth.* 23, 8. 10. Διδάσκαλος, *Johan.* 11, 13. 14. *&* 20, 36. Solus audiendus, *Matth.* 17, 5. *Marc.* 9, 7. *Luc.* 9, 35. *Act.* 3, 22. *Hebr.* 2, 1. Lux vera, *Iob.* 1, 4. 5. 9. *&* 8, 12. *&* 9, 5. *&* 12, 35. Aquæ vitæ largitor, *Job.* 4, 10. 11. *&* 7, 38. *Apoc.* 21, 6. *&* 22, 13. Complens Legem & finis hujus, *Matth.* 5, 17. *Rom.* 10, 4. abrogans legem mandatorum, *Eph.* 2, 15. *Col.* 2, 14. 2. *Cor.* 3, 16. 17. Fundamentum & lapis, 1. *Cor.* 3, 11. 12. *Coloss.* 2, 7. *Matth.* 21, 42. *Actor.* 4, 11. *Eph.* 2, 20. 1. *Petr.* 2, 7. Lapis offendiculi, *Matth.* 21, 42. *Luc.* 20, 17. *Rom.* 9, 33. 1. *Petr.* 2, 7. Panis vitæ, *Job.* 6, 31. Victor mundi, *Job.* 16, 33. Resurrectio, *Luc.* 2, 34. *Job.* 11, 25. Adam secundus & cœlestis, 1. *Cor.* 15, 45. Plenitudo ejus, *Job.* 1, 16. Dux fidei, *Hebr.* 12, 2. Bonus & summus Pastor, *Job.* 10, 11. 14. *Hebr.* 13, 20. 1. *Petr.* 2, 25. *&* 5, 4. Rex & regum Rex, *Matth.* 21, 5. *&* 27, 29. 37. *Luc.* 1, 33. *Job.* 1, 15. *&* 12, 33. *& seq. &* 18, 33. 39. *Apoc.* 1, 5. *&* 17, 14. *&* 19, 16. Minister, *Matth.* 20, 28. *Marc.* 10, 45. *Luc.* 22, 27. *Job.* 13, 4. 5. 12. 13. Venit ut vocaret, salvaret, consolaretur peccatores, *Matth.* 9, 13. *&* 11, 28. *&* 18, 11. *Marc.* 2, 5. *Luc.* 4, 18. *&* 5, 32. *&* 19, 10. 1. *Tim.* 1, 15. Humanarum affectionum & infirmitatum particeps, *Matth.* 4, 2. *&* 9, 36. *&* 26, 37. *&* 27, 46. 50. *Luc.* 19, 41. *Johan.* 4, 6. *&* 11, 15. 33. 36. 38. *&* 12, 27. *&* 19, 5. 2. *Cor.* 13, 4. *Hebr.* 2, 16. 17. *&* 4, 15. Sine peccato, *Hebr.* 4, 15. 1. *Petr.* 2, 23. *Johan.* 8, 46. 2. *Cor.* 5, 21. Pauper & humilis, *Matth.* 8, 20. *&* 21, 5. *Luc.* 9, 32. *Iohan.* 13, 4. *& seq.* 2. *Cor.* 8, 9. In odio mundi, *Iob.* 1, 10. 11. *&* 7, 17. *&* 15, 18. *Luc.* 2, 25. Afflictus, contemptus, contumeliis affectus, *Matth.* 11, 19. *&* 12, 24. *&* 13, 55. *& seq. &* 27, 28. *& seq. Marc.* 13, 20. *Luc.* 23, 11. *Iob.* 7, 20. *&* 8, 48. 59. Prorsus abjectus & negatus, *Matth.* 27, 23. *Marc.* 15, 15. *Iob.* 13, 11. 21. *Philip.* 2, 7. *Hebr.* 2, 7. *& seq.* 4, 15. Mortuus pro nobis, *Matth.* 27, 50. *Rom.* 5, 6. 1. *Cor.* 15, 3. 2. *Cor.* 5, 15. 1. *Petr.* 3, 18. Sacerdos æternus, *Hebr.* 2, 16. *&* 3, 1. *&* 4, 14. *&* 5, 6. *&* 7, 17. *&* 8, 1. *&* 9, 11. *&* 10, 12. Seipsum obtulit, *Iohan.* 10, 15. *&* 18, 5. *& seq. Hebr.* 7, 28. *&* 9, 14. *&* 10, 12. 1. *Tim.* 2, 6. Semel, *Hebr.* 7, 27. *&* 9, 28. *&* 10, 14. *Rom.* 6, 10. 1. *Petr.* 3, 19. Altare nostrum, *Hebr.* 13, 19. Sustulit & purgavit peccata, *Hebr.* 1, 3. 1.

D.

E.

Glo-

P.

T.

Te-

VITA

VITA SANCTI MATTHÆI PER DIVUM HIERONYMUM.

MATTHÆUS, qui & Levi, ex publicano Apostolus, primus in Judæa propter eos, qui ex circumcisione crediderant, Evangelium Christi Hebraicis literis verbisque composuit. Quod quis postea in Græcum transtulerit, non satis certum est. Porro ipsum Hebraicum habetur usque hodie in Cæsariensi Bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissime confecit. Mihi quoque à Nazaræis, qui in Berœa urbe Syriæ hoc volumine utuntur, describendi facultas fuit. In quo animadvertendum, quod ubicunque Evangelista sive ex persona sua, sive ex persona Domini Salvatoris, veteris Scripturæ testimoniis utitur, non sequatur Septuaginta Translatorum auctoritatem, sed Hebraicam: è quibus illa duo sunt, *Ex Ægypto vocavi filium meum:* &, *Quoniam Nazaræus vocabitur.*

VITA SANCTI MARCI

PER DIVUM HIERONYMUM.

MARCUS, discipulus & interpres Petri, juxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus, breve scripsit Evangelium. Quod quum Petrus audisset, probavit, & Ecclesiæ legendum sua auctoritate edidit, sicut Clemens in sexto Ὑποτυπώσεων libro scribit. Et Papias, Hierapolitanus Episcopus, meminit hujus Marci, & Petrus in Epistola prima, sub nomine Babylonis, figuraliter Romam significans: *Salutat vos quæ in Babylone cum electa, & Marcus filius meus.* Assumto itaque Evangelio, quod ipse confecerat, perrexit Ægyptum: & primus Alexandriæ Christum annuncians, constituit Ecclesiam tantæ doctrinæ & vitæ continentiæ, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Denique Philo, disertissimus Judæorum, videns Alexandriæ primam Ecclesiam adhuc Judaizantem, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conversatione scripsit: & quomodo Lucas narrat, Hierosolymæ credentes omnia habuisse communia, sic ille quod Alexandriæ sub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus est autem octavo Neronis anno, & sepultns Alexandriæ, succedente sibi Aniano.

ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ ΤΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ. — CAPITA EVANGELII SECUNDUM MARCUM.

Περὶ   De

VITA SANCTI LUCAE

PER DIVVM HIERONYMVM.

LVCAS Medicus Antiochensis, ut ejus scripta indicant, Græci sermonis non ignarus fuit, sectator Apostoli Pauli, & omnis peregrinationis ejus comes, scripsit Evangelium, de quo idem Paulus: *Misimus*, inquit, *cum illo fratrem, cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias.* Et ad Colossenses: *Salutat vos Lucas Medicus charissimus.* Et ad Timotheum: *Lucas est mecum solus.* Aliud quoque edidit volumen egregium, quod titulo Πράξεις Ἀποστόλων prænotatur, cujus historia usque ad biennium Romæ commorantis Pauli pervenit, id est, usque ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadem urbe librum esse compositum. Igitur περιόδους Pauli & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, ut individuus comes Apostoli, inter cæteras ejus res, hoc solum ignoraverit? Sed & Tertullianus, vicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Asia, σπουδαστὴν Apostoli Pauli, convictum apud Joannem, quod auctor esset libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse: & ob id excidisse, quidam suspicantur, quotiescunque in Epistolis suis Paulus dicit, *Juxta Evangelium meum*, de Lucæ significare volumine. Et Lucam non solum ab Apostolo Paulo didicisse Evangelium, qui cum Domino in carne non fuerat, sed à cæteris Apostolis: quod ipse quoque principio sui voluminis declarat, dicens: *Sicut tradiderunt nobis, qui à principio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis.* Igitur Evangelium, sicut audierat, scripsit; Acta vero Apostolorum, sicut viderat, composuit. Vixit octoginta & quatuor annos, uxorem non habens. Sepultus est Constantinopoli, ad quam urbem vicesimo Constantii anno, ossa ejus cum reliquiis Andreæ Apostoli translata sunt de Achaia.

ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ ΤΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

CAPITA EVANGELII SECVNDVM LVCAM.

CAPITA EVANGELII SECUNDUM LUCAM.

VITA SANCTI JOANNIS

PER DIVUM HIERONYMUM.

IOANNES Apostolus, quem Jesus amavit plurimum, filius Zebedæi, frater Jacobi Apostoli, quem Herodes post passionem Domini decollaverat, novissimus omnium scripsit Evangelium, rogatus ab Asiæ Episcopis adversus Cerinthum, aliosque hæreticos, & maxime tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse. Unde & compulsus est divinam ejus nativitatem edicere. Sed & aliam causam hujus scripturæ ferunt, quod quum legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probaverit quidem textum historiæ, & vera eos dixisse firmaverit, sed unius tantum anni, in quo & passus est, post carcerem Joannis historiam texuisse. Prætermisso itaque anno, cujus acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis, antequam Joannes clauderetur in carcerem, gesta narravit, sicut manifestum esse poterit his, qui diligenter quatuor Evangeliorum volumina legerint. Quæ res etiam διαφωνίαν, quæ videtur Joannis esse cum cæteris, tollit. Scripsit autem & unam Epistolam, cujus exordium est, *Quod fuit ab initio, quod audivimus & vidimus oculis nostris, quod perspeximus & manus nostræ contrectaverunt de verbo vitæ*, quæ ab universis ecclesiasticis & eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ, quarum principium est, *Senior electæ dominæ & natis ejus*, & sequentis, *Senior Cajo charissimo, quem ego diligo in veritate*, Joannis presbyteri asseruntur, cujus & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur: & nonnulli putant duas memorias ejusdem Joannis Evangelistæ esse, super qua re, quum per ordinem ad Papiam auditorem ejus ventum fuerit, disseremus. Quarto decimo igitur anno, secundam post Neronem persequutionem movente Domitiano, in Patmos insulam relegatus scripsit Apocalypsim, quam interpretantur Justinus Martyr & Irenæus. Interfecto autem Domitiano, & actis ejus ob nimiam crudelitatem à Senatu rescissis, sub Nerva Principe rediit Ephesum, ibique usque ad Trajanum Principem perseverans, totas Asiæ fundavit rexitque Ecclesias: & confectus senio, sexagesimo octavo post passionem Domini anno mortuus, juxta eandem urbem sepultus est.

TOY KATA IOANNHN EYAΓΓEΛIOY TA KEΦAΛAIA.

CAPITA EVANGELII SECUNDUM JOANNEM.

ΤΕΛΟΣ.

ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ
ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΟΥ ΜΑΤΘΑΙΟΥ
ΚΑΤΑ ΣΩΦΡΟΝΙΟΝ.

ΜΑΤΘΑΙΟΣ, ὁ καὶ Λευῒς, Ἀπόστολος ἀπὸ τελωνῶν, ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ πρῶτος διὰ τοὺς ἐκ περιτομῆς πιστεύσαντας Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ γράμμασιν καὶ ῥήμασιν Ἑβραϊκοῖς συνέταξεν· ἀγνοουμένου τοῦ μετὰ ταῦτα εἰς Ἑλληνικὸν τοῦτο μεταφράσαντος. τὸ δὲ Ἑβραϊκὸν ἄχρι σήμερόν ἐστιν ἐν τῇ Βιβλιοθήκῃ Καισαρείας, τῇ παρὰ Παμφίλου μάρτυρος περισπουδάστως κατασκευασθείσῃ. Ἐμοὶ δὲ παρὰ τῶν Ναζωραίων τῶν ἐν Βερροίᾳ τῆς Συρίας τούτῳ κεχρημένων, ἄδεια παρεσχέθη τῆς τούτου μεταγραφῆς· δι᾽ οὗ ἐστιν ἀκριβῶς πεποίηκα, ὡς ἔνθα ἂν ὁ Εὐαγγελιστὴς εἴτε ἐκ προσώπου οἰκείου, εἴτε ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ σωτῆρος ταῖς μαρτυρίαις κατακέχρηται τῶν παλαιῶν γραφῶν, μὴ ἀκολουθεῖν τῇ αὐθεντίᾳ τῶν ἑβδομήκοντα Ἑρμηνευτῶν, ἀλλὰ τῇ Ἑβραϊκῇ· ἀφ᾽ ὧν τὰ δύο ἐστὶν ἐκεῖνα, ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου· καὶ, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται.

ΤΟΥ ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΟΥ
ΚΥΡΙΟΥ ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

Προοίμιον εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον.

ΟΙ ΜΕΝ οὖν πρὸ τοῦ νόμου ἐκεῖνοι θεῖοι ἄνδρες, οὐ διὰ γραμμάτων καὶ βιβλίων ἐδιδάσκοντο, ἀλλὰ καθαρὰν ἔχοντες τὴν διάνοιαν, τῇ τοῦ Πνεύματος ἐλλάμψει ἐφωτίζοντο, καὶ οὕτω τὰ τοῦ Θεοῦ ἐγίνωσκον θελήματα, αὐτοῦ ἐκείνου ὁμιλοῦντος αὐτοῖς στόμα κατὰ στόμα· τοιοῦτος ἦν ὁ Νῶε, ὁ Ἀβραὰμ, ὁ Ἰὼβ, ὁ Μωσῆς· ἐπεὶ δὲ ἠσθένησαν οἱ ἄνθρωποι καὶ ἀνάξιοι ἦσαν φωτίζεσθαι καὶ διδάσκεσθαι ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, δέδωκεν ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς τὰς γραφὰς, ἵνα κἂν διὰ τούτων ὑπομιμνήσκωνται τῶν τοῦ Θεοῦ θελημάτων· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τοῖς μὲν Ἀποστόλοις αὐτοπροσώπως ὡμίλησε, καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν διδάσκαλον αὐτοῖς ἔπεμψεν· ἐπεὶ δὲ μετὰ ταῦτ᾽ ἔμελλον αἱρέσεις ἀναβλαστῆσαι, καὶ τὰ ἤθη ἡμῶν διαφθαρῆναι, εὐδόκησε γραφῆναι τὰ Εὐαγγέλια, ἵνα ἐκ τούτων διδασκόμενοι τὴν ἀλήθειαν, μὴ παρασυρῶμεν ὑπὸ τοῦ ψεύδους τῶν αἱρέσεων, μηδὲ παντελῶς διαφθαρῶσι τὰ ἤθη ἡμῶν· τέσσαρα δὲ δέδωκεν ἡμῖν Εὐαγγέλια, τυχὸν διότι τὰς καθολικὰς τέσσαρας ἀρετὰς ἐκ τούτων μανθάνομεν, τὴν ἀνδρείαν, τὴν φρόνησιν, τὴν δικαιοσύνην, τὴν σωφροσύνην· τὴν μὲν ἀνδρείαν, ὅτ᾽ ἂν λέγῃ ὁ Κύριος, Μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· τὴν δὲ φρόνησιν, ὅτ᾽ ἂν παραινῇ, Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις· τὴν δὲ δικαιοσύνην, ὅτ᾽ ἂν διδάσκῃ, Καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως. τὴν δὲ σωφροσύνην, ὅτ᾽ ἂν ἀποφαίνηται, Πᾶς ὁ ἐμβλέψας γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· καὶ ἄλλως δὲ τέσσαρά εἰσι τὰ Εὐαγγέλια. Εὐαγγέλιον λέγεται, διότι ἀγγέλλει ἡμῖν πράγματα εὖ καὶ καλῶς ἔχοντα, τουτέστιν ἀγαθὰ, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, δικαίωσιν, ἄνοδον εἰς οὐρανοὺς, καὶ υἱοθεσίαν Θεοῦ· ἀγγέλλει, ὅτι εὐκόλως ταῦτα ἐλάβομεν· μὴ γὰρ ἐκοπιάσαμεν ἡμεῖς ἐπὶ τῇ κτήσει τούτων τῶν ἀγαθῶν, ἢ ἐξ ἰδίων κατορθωμάτων ταῦτα ἐλάβομεν, ἀλλὰ χάριτι καὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ Θεοῦ τηλικούτων ἀγαθῶν ἠξιώθημεν.

ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ. Τέσσαρές εἰσι οἱ Εὐαγγελισταί· τούτων δὲ οἱ μὲν δύο Ματθαῖος καὶ Ἰωάννης ἦσαν ἐκ τοῦ χοροῦ τῶν δώδεκα, οἱ δὲ δύο Μάρκος καὶ Λουκᾶς ἐκ τῶν ἑβδομήκοντα· ἦν δὲ ὁ μὲν Μάρκος ἀκόλουθος καὶ μαθητὴς Πέτρου, ὁ δὲ Λουκᾶς Παύλου· ὁ τοίνυν Ματθαῖος πρῶτον πάντων ἔγραψε τὸ Εὐαγγέλιον Ἑβραΐδι φωνῇ πρὸς τοὺς ἐξ Ἑβραίων πιστεύσαντας, μετὰ ὀκτὼ ἔτη τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως, μετέφρασε δὲ τοῦτο Ἰωάννης ἀπὸ τῆς Ἑβραΐδος γλώττης εἰς τὴν Ἑλληνίδα, ὡς λέγουσι. Μάρκος δὲ μετὰ δέκα ἔτη τῆς ἀναλήψεως ἔγραψεν, ὑπὸ τοῦ Πέτρου διδαχθείς· Λουκᾶς δὲ μετὰ πεντεκαίδεκα· Ἰωάννης δὲ ὁ θεολογικώτατος, μετὰ τριάκοντα δύο ἔτη· λέγουσι γὰρ, ὅτι μετὰ τὸν θάνατον ἐκείνων ἐπιζήσαντι αὐτῷ προσηνέχθησαν τὰ τρία Εὐαγγέλια, ἵνα ἴδῃ αὐτὰ καὶ κρίνῃ, εἰ ἀληθῶς συνεγράφησαν· ὁ δὲ ἰδὼν ταῦτα καὶ τῆς ἀληθείας χάριν ὑπεραποδεξάμενος, ὅσα ἐκεῖνοι παρέλειψαν, αὐτὸς ἀνεπλήρωσεν· ὅσα συντόμως εἶπον, αὐτὸς ἐπλάτυνεν ἐν τῷ οἰκείῳ Εὐαγγελίῳ, διὸ καὶ ἀπὸ θεολογίας ἤρξατο· ἐπεὶ γὰρ οἱ ἄλλοι οὐκ ἐμνήσθησαν τῆς περὶ αἰώνων ὑπάρξεως τοῦ Θεοῦ Λόγου, αὐτὸς ἐθεολόγησε περὶ ταύτης, ἵνα μὴ νομισθείη ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ψιλὸς ἄνθρωπος εἶναι, τουτέστι δίχα θεότητος. Ματθαῖος γὰρ περὶ τῆς κατὰ σάρκα μόνης ὑπάρξεως τοῦ Χριστοῦ διαλέγεται· πρὸς γὰρ τοὺς Ἑβραίους ἔγραφεν, οἷς ἀρκετὸν ἦν τὸ μαθεῖν, ὅτι ἀπὸ Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ ἐγεννήθη ὁ Χριστός· ἀναπαύεται γὰρ ὁ ἐξ Ἑβραίων πιστεύσας, ὅτ᾽ ἂν πληροφορηθῇ, ὅτι ἀπὸ Δαβὶδ ἐστιν ὁ Χριστός. Ἀλλὰ λέγεις μοι, ὅτι οὐκ ἤρκει εἷς Εὐαγγελιστής; ἄκουε τοίνυν ὅτι ἤρκει μὲν, ἀλλ᾽ ἵνα δειχθῇ μᾶλλον ἡ ἀλήθεια, διὰ τοῦτο τέσσαρες συνεχωρήθησαν γράψαι· ὅτ᾽ ἂν γὰρ ἴδῃς τούτους τοὺς τέσσαρας μὴ συνελθόντας, μηδὲ συγκαθίσαντας ἀλλήλοις, ἀλλὰ ἄλλον ἀλλαχοῦ ὄντας, εἶτα γράψαντας περὶ τῶν αὐτῶν, ὥσπερ ἀφ᾽ ἑνὸς στόματος, οὐκ ἂν θαυμάσαις τὴν τοῦ Εὐαγγελίου ἀλήθειαν, καὶ εἴποις ὡς ἐκ Πνεύματος ἁγίου ἐλάλησαν; καὶ μή μοι λέγε, ὅτι οὐχ ὁμοφωνοῦσιν ἐν πᾶσιν, ἴδε γὰρ ἐν τίσιν οὐχ ὁμοφωνοῦσιν· ἆρα ὁ μὲν εἶπεν, ὅτι ἐγεννήθη Χριστὸς, ὁ δὲ, οὔ; ἢ ὁ μὲν, ὅτι ἀνέστη, ὁ δὲ, ὅτι οὔ; μὴ γένοιτο· ἐν γὰρ τοῖς ἀναγκαιοτέροις καὶ κυριωτέροις ὁμοφωνοῦσιν· εἰ τοίνυν ἐν τοῖς κυριωτέροις οὐ διηνέχθησαν, τί θαυμάζεις ἐὰν ἐν τοῖς ἐλαχίστοις δοκῶσι διαλλάττειν· δι᾽ αὐτὸ γὰρ τοῦτο μᾶλλον ἀληθεύουσιν, ὅτι μὴ κατὰ πάντα ὡμοφώνησαν· ἐνομίσθησαν γὰρ ἂν, ὅτι συγκαθίσαντες ἀλλήλοις καὶ συμβουλευσάμενοι, ἔγραψαν· νῦν δὲ ὃ παρέλειψεν οὗτος, ἔγραψεν ἐκεῖνος· καὶ διὰ τοῦτο δοκοῦσιν ἔν τισι διαλλάττειν· καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

NOVUM

NOVUM TESTAMENTUM
JUXTA GRÆCORUM LECTIONEM,
ex emendatioribus exemplaribus & veterum Orthodoxorum lectione,
CUM VERSIONE
DESIDERII ERASMI ROTERODAMI,
Theologiæ Profeſſoris.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ.

I. 1 α Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβίδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. 2 γ Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ. Ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ. Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰούδαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. 3 Ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν Φαρὲς καὶ τὸν Ζαρὰ ἐκ τῆς Θάμαρ. Φαρὲς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐσρώμ. Ἐσρὼμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀράμ. 4 Ἀρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμιναδάβ. Ἀμιναδὰβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ναάσσων. Ναάσσων δὲ ἐγέννησε τὸν Σαλμών. 5 Σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Βοὸζ ἐκ τῆς Ῥαχάβ. Βοὸζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὠβὴδ ἐκ τῆς Ῥούθ. Ὠβὴδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεσσαί. 6 Ἰεσσαὶ δὲ ἐγέννησε τὸν Δαβὶδ τὸν βασιλέα. Δαβὶδ δὲ ὁ βασιλεὺς 7 ἐγέννησε τὸν Σολομῶντα ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου. Σολομὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ῥοβοάμ. Ῥοβοὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιά. Ἀβιὰ

1 EVANGELIUM SECUNDUM MATTHÆUM.

I. 1 Liber 2 generationis Jesu Christi filii David, 3 filii Abraham. 2 Abraham 4 genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Judam & fratres ejus. 3 Judas autem genuit Phares & Zaram 5 e Thamar. Phares autem genuit Eſrom. Eſrom autem genuit Aram. 4 Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naaſſon. Naaſſon autem genuit Salmon. 5 Salmon autem genuit Booz e Rachab. Booz autem genuit Obed e Ruth. Obed autem genuit Jeſſe. 6 Jeſſe autem genuit 6 David regem. David autem rex genuit Solomonem 7 ex ea quæ fuerat uxor Uriæ. 7 Solomon autem genuit Roboam. Roboam autem ge-

I. 1 *Evangelium ſecundum Matthæum*] Εὐαγγέλιον Græce ſonat *bonum nuncium*. Quanquam Homerus in Odyſſea hoc verbo eſt uſus, pro præmio quod dari ſolet lætum adferenti nuncium. Igitur Hiſtoriam Evangelicam, nec Prophetiam vocavit, nec aliud ſimile: ſed rem novam novo vocabulo ſignavit, quemadmodum & Chriſtus Apoſtolis vocabulum innovarat.

2 *Liber generationis*] Nominativus eſt abſolute poſitus, ceu vice tituli. Nam Matthæus & Marcus prophetico more ingreſſi ſunt Evangelicam Hiſtoriam: ſiquidem Prophetæ ſolent a titulo exordiri: *Viſio Eſaiæ filii Amos.* Et, *Verba Hieremiæ filii Helciæ.* Ita & Marcus: *Initium Evangelii Jeſu Chriſti.* Quanquam video Herodotum ad conſimilem modum ſuam exorſum Hiſtoriam Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε: & Lucianum libellum de Aſtrologia: Ἀμφί τε οὐρανοῦ, ἀμφί τε τῶν ἀστέρων ἡ γραφή. Ut appareat gentis etiam fuiſſe conſuetudinem. Quanquam hic titulus non eſt univerſi argumenti: nec enim complectitur ſummam Hiſtoriæ Evangelicæ, ſed initium ac fontem duntaxat.

3 *Filii David, filii Abraham*] υἱοῦ Δαβίδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. Græcus ſermo nonnihil habet ambiguitatis: poteſt enim hic eſſe ſenſus, filii David, qui David fuit filius Abrahæ: poteſt & ſic accipi, ut intelligatur Chriſtus eſſe filius utriuſque. Porro *filium* vocat nepotem, quemadmodum *fratres* vocant Hebræi, non ſolum iiſdem prognatos parentibus, ſed & alias ex eadem generis ſerie propagatos. Illud obiter adnotandum, Matthæum genealogiæ recenſionem accommodaſſe iis quibus ſcripſit hoc Evangelium. Scripſit enim Hebræis, nimirum ut creditur Hebraice, quorum affectibus ſciebat fore gratiſſimum, ſi perſpexiſſent Chriſtum eſſe filium Abraham ac David, quorum memoriam apud illos erat ſacroſancta, & ad quos de Chriſto præceſſerat pollicitatio. Contra Lucas, quia gentibus ſcripſit Evangelium, ab Adam ad ipſum uſque Deum porrigit genealogiæ ſeriem: ut intelligerent Chriſti gratiam, non ad Judæos ſolum, ſed ad univerſum quoque mortalium genus pertinere. Indicavit hoc & Chryſoſtomus. Porro David priorem nominat: non ſolum ob id quo commodius citraque repetitionem genealogiæ ſeries texeretur, quam cauſam reddidit divus Hieronymus: verum etiam quod hujus eſſet apud Hebræos & recentior & celebrior memoria, quod adfert Chryſoſtomus.

4 *Genuit Iſaac*] ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ, Græcus Interpres, quiſquis is fuit. Nam auctore Hieronymo conſtabat olim hoc Evangelium a Matthæo ſcriptum Hebraice fuiſſe, quod tamen Chryſoſtomus non audet aſſeverare: ſed *dicitur*, inquit; quod quamtumvis conſtet, ego tamen malim exſtare quam conſtare. Etiamſi ſunt qui putent a Joanne verſum in linguam Græcam. Etenim quantum ipſe memoria conſequor, nuſquam * Hieronymus evidenter indicat ſe vidiſſe Matthæi Evangelium Hebraice ſcriptum, maxime cum profiteatur, ſe quatuor Evangelia ad Græcam veritatem emendaſſe, cumque in hoc unum ſcripſerit commentaria. Tum quod in hoc Evangelio non pauca citentur ex libris Veteris Teſtamenti, quæ videantur ab ipſis fontibus diſſidere. Ut vel hæc occaſio compulſura fuerit Hieronymum ad archetypum Matthæi confugere: maxime cum id aliis in locis frequenter non admodum gravi de cauſa ſoleat gaudeatque facere. Porro quis ex Hebraico ſermone verterit in Græcum, ne id quidem ullo modo cognitum. Adeo vacabat illa ætas omni ambitione. Sed ut cœperam, quiſquis fuit Interpres, Hebraicis nominibus diligenter ſuos addidit articulos: ut quoniam barbarica ſunt vocabula, nec ulla caſuum inflexione variantur, Lector hoc modo ſexum & caſum poſſet diſtinguere, τὸν Ἰσαὰκ ἐκ τῆς Θάμαρ. Jam illud minutius videri poterat, quam ut admoneretur, niſi nunc potiſſimum in eo negotio verſaremur, variare Græcos codices, in quibuſdam addi ν ἐφελκυστικὸν, in pleriſque non addi, ἐγέννησε, non ἐγέννησεν. Siquidem Attici perpetuo addunt, ſive ſequatur conſonans, ſive vocalis, Iones contra. Argumento eſt illud apud Ariſtophanem in Pluto, καὶ μάντις, ὥς φασιν, σοφός. Etenim ſi φασί legas, non conſtabit metri ratio. Poſterioris exemplum eſt illud Homericum, ἠτίμησ' ἀρητῆρα, pro ἠτίμησεν ἀρητῆρα. Et quod paſſim eſt apud Græcos, ἴσθ' ὅτι pro ἴστιν ὅτι. Proinde non eſt quod ea res magnopere moveat Lectorem, ſive reperiat additum ν, ſive ſecus. Etiamſi nos communem Græcorum linguam in hoc ſecuti ſumus, addito ν, quoties ſequitur vocalis, omiſſo, quoties ſequitur conſonans: præſertim cum videremus in hoc pleroſque Græcorum codices conſentire.

* Fefellit Eraſmum memoria: hoc enim diſerte habet Hieronymus, in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, ad vocem *Mattheus*. De re ipſa vid. Diſſertationem de IV. Evangeliſtis Harmoniæ Evangelicæ ſubjectam.

5 *De Thamar*] ἐκ τῆς Θάμαρ. *De Rahab*, ἐκ τῆς Ῥαχάβ. Mirum cur Interpreti Latino magis placuerit præpoſitio *de* quam *ex*. Quis enim dicitur genuiſſe aut ſuſcepiſſe filium *de illa*, ac non potius *ex illa*? Non quod neſciam alicubi reperiri *de* poſitum pro *ex* apud probatos Auctores. Verum & vitandum arbitror, quod eſt inuſitatum: & ſtultum fuerit, ſi quis putet hoc paſſim licere, quod uno aut altero loco ſibi permiſit Scriptor aliquis. Quis enim ferat ſi quis dicat, *Cognovi de litteris tuis*, cum Latine dicamus, *Cognovi ex litteris tuis*. Cæterum Græci, quoniam non habent quo adſpirent vocalem, niſi in principio dictionis, Hebraicam adſpirationem ח, quomodo poſſunt, exprimunt per χ, ſic רָחָב Ῥαχάβ. Et ad eundem modum hodieque ſonant Judæi, ſicuti narrant, Hiſpani eam litteram. Certe *Rachab* ſcriptum comperi in Bibliotheca illuſtriſſimæ D. Margaretæ, fœminæ ſupra ſexus modum omni virtutum genere cumulatæ, planeque dignæ & Maximiliano patre, & Philippo fratre, & Carolo Cæſare Ferdinandoque nepotibus: quorum alterum eo felicitatis evexit favor Numinis, ut vix ab homine ſit optanda major felicitas: alter ſic ornatus eſt omnibus heroicis vereque regiis dotibus, ut nulla poſſit accidere tam ingens fortuna, quæ veris & propriis illius bonis non videatur inferior. Atque utinam exemplum Margaretæ vel viri imitentur, malintque, quod datur vacui temporis a negotiis, lectione bonorum voluminum conſumere, quam luſibus aut inanibus fabulis terere. Codex eſt inſignis, totus aureis conſcriptus litteris. Servatur Mechliniæ, ſi quis forte volet fidei meæ periculum facere. Indicavit & hoc Hieronymus alicubi. Theophylactus dubitare videtur, an hæc fuerit Rhaab quæ exceperit exploratores Hebræos Hierichonte. Sic enim loquitur, putant quidam.

6 *David regem*] Interpres addidit articulum τὸν βασιλέα, veluti diſcernens eum ab alio quopiam David, qui non fuerit rex, vel hoc agens, ut hic inſignite rex intelligatur: cum alios multos reges commemoret, nulli tamen adſcribens regii cognominis honorem. At mox cum *David* repetit, inculcat ad eundem modum regis cognomen articulo præmiſſo, ut recentem illius ac celebrem apud Judæos memoriam tituli quoque honore commendaret. Porro ſi ideo addidit articulum, quod hic primus omnium rex fuerit eorum qui recenſentur in genealogia, ſufficiebat addere βασιλέα, ſine articulo.

7 *Ex ea quæ fuit Uriæ*] ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου, id eſt, *ex uxore Uriæ*, ſive *ex ea quæ fuerat uxor Uriæ*. Nam in hujuſmodi Græcus articulus fungitur vice nominis quod ſubauditur. Cum autem paulo poſt vertat τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, *filium Zebedai*: quemadmo-

8 Ἀβιὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀσά. Ἀσὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσαφάτ. Ἰωσαφὰτ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωράμ. Ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὀ-
9 ζίαν. Ὀζίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωάθαμ. Ἰωάθαμ δὲ ἐγέν-
10 νησε τὸν Ἀχάζ. Ἀχὰζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐζεκίαν. Ἐζεκίας δὲ ἐγέννησε τὸν Μανασσῆ. Μανασσῆς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμών.
11 Ἀμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσίαν. Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰε-χονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυ-
12 λῶνος. Μετὰ δὲ τὴν μετοικεσίαν Βαβυλῶνος, Ἰεχονίας ἐγέν-νησε τὸν Σαλαθιήλ. Σαλαθιὴλ δὲ ἐγέννησε τὸν Ζοροβάβελ.
13 Ζοροβάβελ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιούδ. Ἀβιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν
14 Ἐλιακείμ. Ἐλιακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀζώρ. Ἀζὼρ δὲ ἐγέν-νησε τὸν Σαδώκ. Σαδὼκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀχείμ. Ἀχεὶμ δὲ
15 ἐγέννησε τὸν Ἐλιούδ. Ἐλιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλεάζαρ. Ἐλεάζαρ δὲ ἐγέννησε τὸν Ματθάμ. Ματθὰμ δὲ ἐγέννησε
β 16 τὸν Ἰακώβ. Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἄνδρα Μα-
ε 17 ρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη Ἰησοῦς, ὁ λεγόμενος Χριστός. Πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαβίδ, γενεαὶ δεκατέσσα-ρες· καὶ ἀπὸ Δαβὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ἕως τοῦ
γ 18 Χριστοῦ, γενεαὶ δεκατέσσαρες. Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως

A 8 genuit Abia. Abia autem genuit Asa. Asa autem genuit Josaphat. Josaphat autem genuit Joram. Jo-
9 ram autem genuit Hoziam. Hozias autem genuit Joatham. Joatham autem genuit Achaz. Achaz au-
10 tem genuit Ezeciam. Ezecias autem genuit Manas-sen. Manasses autem genuit Amon. Amon autem ge-
11 nuit Josiam. Josias autem genuit Jechoniam & fra-
12 tres ejus, 8 in exsilio Babylonico. Porro post exsilium Babylonicum, 9 Jechonias genuit Salathiel. Sala-
13 thiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem ge-nuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim
14 autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sa-doc autem genuit Achin. Achin autem genuit Eliud.
B 15 Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit
16 Matthan. Matthan autem genuit Jacob. Jacob au-tem genuit Joseph 10 maritum Mariæ, 11 ex qua genitus fuit Jesus, ille 12 qui dicitur Christus. 13
17 Universæ itaque generationes ab Abraham usque ad David, 14 generationes quatuordecim: & a David usque ad demigrationem Babylonicam, generatio-nes

dum scriptum comperi in nonnullis exemplaribus: quæ tandem erat religio hic vertere *uxorem Uriæ?* Illud adnotandum, cur maluerit hac nota signare Bethsabee, quam proprio vocabulo, sive quod res ipsa notior esset ipso mulieris nomine, sive quod ad mysterium Christi & Ecclesiæ pertinebat, ejus facti refricuisse memoriam.

8 *In transmigratione Babylonis*] A nobis quidem satis percipitur sensus, sed quibus ex Hebræorum annalibus cognitum est Judæorum gentem per Nabuchodonosor regem Babylonem ductam fuisse captivam, ac rursus per Esdram suis sedibus restitutam. Cæterum ex his verbis nihil aliud intelligi potest, quam vel Babylonem ipsam aliquo demigrasse, vel Babylonem alios aliquo traduxisse, si *transmigrationem* usurpes active. Atqui sermonis usus in hoc adhibetur, ut per eum cognoscant discantque rem ii, quibus antea fuerat incognita, non ut agnoscamus ac divinemus, quod prius noveramus. Recte monet Fabius amphibologias esse vitandas, quoad fieri potest, etiamsi sensus nihil recipiat ambiguum: veluti si quis dicat, *Video struthiocamelum deglutire ferrum.* Nec enim periculum est, ne ferrum deglutiat struthiocamelum. Id igitur multo magis cavendum, quoties aut anceps redditur sententia, aut absurda, aut nulla. De quo diligenter admonet Augustinus libro de doctrina Christiana tertio. Verti poterat, *Posteaquam demigratum erat Babylonem*, &, *Cum demigrassent Babylonem*, aut, *Posteaquam deducti fuerant Babylonem*: si cui placet μετοικεῖν usurpare transitive, aut, *In demigratione Babylonica.* Quanquam planius etiam erat *in exsilio* seu *captivitate Babylonica*, &, *Post exsilium* aut *captivitatem Babylonicam.* Siquidem Evangelista rei acerbitatem verbi lenitate temperavit, captivitatem & exsilium, *demigrationem* appellans μετοικεσίαν, quod convenit & in eos qui sua sponte sedes ac domicilia mutant. Et hoc quoque tempus, quod actum est apud Babylonios, imputari in rationem genealogiæ putat Chrysostomus. Porro *transmigrandi* verbum est apud Suetonium in Tiberio Cæsare: tametsi *demigrare* Latinius est, quemadmodum idem dixit, *transportavit*, pro *deportavit.*

9 *Jechonias genuit Salathiel*] Admonet divus Hieronymus, si Jechonias hic ad finem superioris τεσσαρεσκαιδεκάδος referatur, in proxima non esse quatuordecim, sed tredecim duntaxat: unde putat hunc Jechoniam, qui est pater Salathiel, non fuisse filium Josiæ, quem in proxima serie penultimum recensuit, sed illius Jechoniæ filium. Cæterum Jechoniam vocari, qui idem vocetur Jehojachim: verum patrem a filio distingui duabus litterulis. Nam illum יְהוֹיָקִים *Jehojachim* dici per ק & ם, id est, per *k* & *m*: hunc יְהוֹיָכִין *Jehojachin* per כ *ch* & ן *n*. Tametsi fatetur, hanc scripturæ differentiam apud Græcos pariter ac Latinos scriptorum vitio & longitudine temporum prorsus esse confusam: alioquin & בַּת־שֶׁבַע *Bathscheba* pro *Betsabee* dicendum, unde ne nos quidem quicquam ausi sumus immutare.

10 *Virum Mariæ*] τὸν ἄνδρα Μαρίας. Dicere poterat & æque Latine, & haud scio an verecundius, *maritum Mariæ.* Etiamsi non sim nescius, & apud Latinos inveniri *virum* pro *marito.* Nam hæc affinitatis sunt nomina, non coitus. Quod si quis abhorret a vocabulo *mariti*, audiat Augustinum ita loquentem libro adversus Faustum XXIII. *Primo*, inquit, *quia maritus ejus fuerat, propter virilem sexum potius honoranda persona. Neque enim quia concubitu non permixtus, ideo non maritus.* Porro quæ Valla cavillatur hoc loco de Maria & Mariam, minutiora judicavi, quam ut his Lectorem voluerim onerare. Præsertim cum si qui forte requirant, ab illius commentariis per nos olim editis petere possint.

11 *De qua natus est Jesus*] ἐξ ἧς ἐγεννήθη. *Ex qua genitus fuit Jesus.* Est enim passivum ejus verbi, quod toties vertit *genuit* ἐγέννησεν. Nihil enim est quod quenquam moveat ille scrupulus, improprie dici *gignere* mulierem, cum idoneis argumentis declaraverit Valla, tum apud Græcos, tum apud Latinos *gignere* & *gigni*, tam mulieri competere, quam viro. Nec abs re ridet hoc in loco quorundam inscitiam, qui velut oraculum pronunciant discrimen inter has duas præpositiones, *de* & *ex*: quasi sic loquendum sit perpetuo, *conceptus de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine*, cum apud Græcos eadem sit præpositio ἐξ, quam Interpres suo arbitratu nunc *de* vertit, nunc *ex*, utcunque visum fuerit. Certe hic locus palam refellit frivolam & commentitiam illorum distinctionem.

12 *Qui vocatur Christus*] ὁ λεγόμενος Χριστός. Quoniam apud Hebræos plures fuerunt hujus nominis, ut Jesus filius Nave, & Jesus sacerdos, idcirco cognomine addito discrevit a cæteris. Quanquam video doctos aliquot in hac esse sententia, ut existiment Servatoris nostri Jesu nomen nonnihil diversum esse a ducis Jesu & Jesu sacerdotis vocabulo, quod Hebræis scribitur יְהוֹשֻׁעַ. Cæterum nostri Jesu nomen iisdem scribi litteris, quibus olim ineffabile Dei nomen signabatur, interposita una duntaxat * consonante *Sin.* Quod utinam tam doceri possit solidis argumentis, quam dictum plausibile est & gratiosum auribus Christianorum. Optarim equidem vel hanc unam ob causam exstare Evangelium Matthæi verbis & litteris Hebraicis scriptum. Quod si esset, nil negotii foret, hanc de nomine Jesu opinionem, vel refellere, vel adstruere. Porro Christus Græce *unctum* significat, quo vocabulo Hebræi signant regem: quod apud illos inungi soleant, qui regni susciperent honorem, atque hoc nomine suum illum nimium jam diu exspectatum appellant מָשִׁיחַ *Messiah* Hebræi, uno vocabulo simul & regis & sacerdotis dignitatem explicantes. Nam utrique communis est unctio, & utraque dignitas uni competit Christo. Illud tametsi leviculum est, tamen obiter admonuisse non abs re fuerit, Clericorum vulgus in templis primam Christi syllabam exilem sonare, hoc est, per *cappa*, non per *chi*: ut quoties Christum vocandi casu compellant, cristas alloqui videantur, non Christum. Atqui non offenditur ille barbarismis, fateor, at idem non delinitur. Detur sane venia iis qui per inscitiam simpliciter erraverint, at si jure optimo tantum honoris defert Ecclesia huic nomini, ut eo pronunciato corpus inflectat, caput aperiat, genua curvet, qui sit piæ mentis, non gravabitur, opinor, tantillum operæ sumere, ut voces illas sacrosanctas, quantum in ipso est, integre & emendate pronunciet. Et sicuti Christianæ mansuetudinis est, non acerbius insectari, conviciisve percellere simpliciter errantium imperitiam, nec in hujusmodi leviculis erratis atroces movere tragœdias: ita rursus Christianæ simplicitatis est, eruditiorum monitis libenter obsequi. Alioqui si quis admonitus obstinate persistat in erratis, ac monitorem, cui gratiam debeat, ultro rideat & incessat, atque id denique postulet, ut illi secum errent potius, hoc est, ut videntes cæcum sequantur errantem, citius quam ipse errorem mutet, quis non intelligit quantum hic absit ab illa Christiana simplicitate, cui venia debeatur? Et si Deus odit fastuosam peritiam, quantopere tandem credimus illum aversari superciliosam & intractabilem inscitiam? Non ferant ipsi, si quis pro Petro Phetrum, aut pro Philippo Pilipphum appellet: nec aliam ob causam id non ferant, nisi quia sic ipsi non soleant loqui. Et tamen in iis, in quibus fœdior est lapsus, admoneri se non patiuntur.

13 *Omnes generationes*] πᾶσαι γενεαί. Græca vox πᾶς anceps est ad omne, ad quidlibet, & ad universum, unde hic magis quadrabat *universo*, quandoquidem significatur rei summa.

14 *Generationes quatuordecim*] Origenes in commentariis quos scripsit in Epistolam ad Romanos, & divus Hilarius in expositione canonis in Matthæum, indicant a David, usque ad id temporis, quo deducti sunt Babylonem, non quatuordecim, sed septemdecim, deprehendi generationes: idque neque mendacio, neque negligentiæ vitio, sed consulto factum, ut tres in medio generationes præteritæ fuerint. Nam juxta Matthæum Joras genuit Oziam, cum is quartus ab illo sit. Siquidem, ut refertur libro Regum quarto, Joras genuit Ozochiam, Ozochias Joan, Joas Amasiam, Amasias Oziam, quem eundem nonnunquam & Azariam vocant. Origenes contemnit litteram, idque facit suo more. Hilarius ideo putat præteritas, quod Joras ex gentili fœmina suscepisset Ozochiam. Præterea quia per Prophetam erat prædictum, non sessurum in throno regni Israëlis, usque ad quartam generationem, labem Ethnici generis Evangelista voluit abolere silentio. Sed hæc ad institutum proprie non pertinent, præsertim cum consentiant omnium Græcorum & Latinorum exemplaria. Nam quod scribit Hilarius in quibusdam inveniri codicibus, de Regum libris sentit, opinor. Verum hac de re diligentius tractat divus Hierony-

* Et pro ה posita adspirata χ, quæ non sunt temere miscendæ, quamvis aliquando confundantur.

ὕτως ἦν. Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, πρὶν ἢν συνελθεῖν αὐτὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίυ. Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὢν, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἐβυλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν. Ταῦτα δὲ αὐτῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδὺ Ἄγγελος Κυρίυ κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, λέγων· Ἰωσὴφ ὑιὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά συ. Τὸ γὰρ ἐν

nes quatuordecim, & a demigratione Babylonica usque ad Christum, generationes quatuordecim. JESU vero 15 Christi nativitas sic habet. 16 Quum mater enim ejus 17 Maria desponsa esset Joseph, 18 priusquam congressi fuissent, 19 deprehensa est gravida 20 e Spiritu sancto. Porro Joseph maritus ejus, 21 quoniam erat justus, & 22 nolebat illam in-

ronymus hunc enarrans locum. Illud expendat diligens Lector, qui conveniat hic Evangelistam offensum fuisse quorundam impietate, cum ante Ruth posuerit & uxorem Uriæ & Rahab scelere nobiles fœminas.

15 *Christi autem generatio*] ἡ γέννησις. Mea sententia rectius erat *nativitas* quam *generatio*, vel ob id quo vitaretur amphibologia: etiamsi nobis non est ambiguum. Alioqui generatio non solum ad nascentem, verum etiam ad generantem pertinet. Et Latinius erat, *Sic habebat*, quam *Sic erat*, sensu nihil immutato. Leviculum est, quod in Græcis codicibus habetur *Jesu Christi*, τῦ δὲ Ἰησῦ Χριστῦ. Suspicor autem additum *Jesu*, vel a scriba, vel ex consuetudine recitationis Ecclesiasticæ. Nam neque Chrysostomus quicquam attingit de nomine Jesu, cum de Christo, hoc est, Messia, faciat mentionem. Et ad contextum sermonis non perinde congruit additum Jesu nomen. Sic enim habet: *Et a transmigratione Babylonis usque ad Christum generationes quatuordecim. Christi autem generatio sic erat.* Repetitur vox *Christi* e proximo. Eleganter autem hac ceu præfatiuncula excitavit auditoris animum, rem inauditam ac prodigiosam narraturus.

16 *Cum esset desponsata*] Deest apud nos conjunctio γὰρ, id est, *enim*. Μνηστευθείσης γάρ. Quanquam ea nihil habet momenti, nisi quod narrationem cum pollicitatione præcedenti connectit. Est autem apud Græcos vox ei rei quam declarat accommodatior, magisque peculiaris. Siquidem illi μνηστῆρας vocant, qui puellæ nuptias ambiunt, qui Latinis dicuntur *proci*. Et μνηστεύειν *tradere sponsam proco*.

17 *Mater Jesu Maria*] *Mater ejus* est Græce. Nam Christi paulo ante meminit, ne videatur de alio quopiam ordiri sermonem, τῆς μητρὸς αὐτῦ. Atque ita scriptum legitur in pervetustis Latinorum exemplaribus, nominatim in duobus, quæ mihi in secunda recognitione aderant, Paulino & Corsendoncensi. Itidem in aureo codice Margaretæ, consentientibus quatuor vetustissimis exemplaribus, quæ nobis præbuit Collegium divi Donatiani Brugis. Et ad eum modum citat Origenes in homilia, quæ vulgo legitur in cultu Ecclesiastico, variis nominibus explicans vim ejus pronominis *ejus*. Neque secus legit Chrysostomus homilia in Matthæum quarta, cumque hoc Theophylactus.

18 *Priusquam convenirent*] πρὶν ἢ συνελθεῖν. Verecunde significat conjunctionem uxoris & mariti. Alioqui *conveniunt* potius qui concordant, aut qui in eundem congregantur locum. *Congredi* tamen & *congressum* legimus pro consuetudine mariti & uxoris. Quanquam & *coire* quondam verbum verecundum, postea factum est usurpatione parum castum. Eos vero, qui ex hoc loco sumunt ansam insaniendi, ut dicant Mariam postea more vulgari fœminarum peperisse filios, abunde refellit Hieronymus scribens adversus Helvidium, & Chrysostomus hunc edisserens locum. Denique suffragatur & Laurentius exemplis aliquot ex Ethnicorum quoque libris in medium adductis. Nam id additum est ab Evangelista, non ut quod secutum esset significaret, sed ut inusitatæ rei miraculum aperiret. Perinde quasi dicat aliquis, judices de causa pronunciasse priusquam causam cognoscerent: cum juxta solennem morem prius audiant judices quam ferant sententiam. Qui sic loquitur, non hoc sentit, judices cognovisse causam, posteaquam tulerint sententiam. Ut igitur illic priusquam causam cognoscerent, nihil aliud est quam non cognita causa, & citra causæ cognitionem: ita hic priusquam coirent, nihil aliud est, quam sine congressu connubiali, sive absque coitu. Cæterum ut res est gesta, ita narrat Evangelista, non ut ipse noverat. Nondum intelligebat Joseph mysterium: gravidam videt: congressum non intercessisse novit, & idcirco nondum Evangelista pronunciat virgineum esse conceptum, donec Angelum id aperientem producit. Quis enim hominum suspicaretur, mulierem e Spiritu cœlesti concepisse fœtum humanum? Sed minus offendiculi habiturus erat sermo, si vertisset per præteritum tempus, *Priusquam convenissent*, sive, ut nos vertimus, *Priusquam congressi fuissent*. Siquidem mollius est, priusquam cognovissent causam, damnaverunt reum, quam priusquam cognoscerent. Jam enim magis videtur cognitio sequutura.

19 *Inventa est in utero habens*] εὑρέθη. Cur non potius *deprehensa est*, aut certe *reperta*? Nam invenimus quod quærimus. Deprehendimus quod latebat, præsertim in flagitiis. Reperimus, vel casu obvia, vel præter spem oblata. Porro participium ἔχουσα vice verbi infiniti positum est. *Deprehensa est habens*, pro eo quod est, *Deprehensa est habere*. Annotavit super hoc verbo nonnihil & Chrysostomus homilia quarta, significans id reperiri, quod novum præter spem ac præter exspectationem compertum sit. Mirum est autem quam ob causam Interpretem Latinum delectaverit ea περίφρασις, *In utero habens*, pro *gravida*, sive *prægnante*: cum hæc non solum idem significent, sed & verecundius. Nam *ferre uterum* dicunt Latini. Quanquam enim *in utero habere* Græcis eleganter & usitate dicitur, at Latinis non itidem. Proinde Matthæus, aut hujus Interpres Græcus, eleganter dixit, ἐν γαστρὶ ἔχουσα. Quandoquidem Athenæus libro Dipnosophistarum decimo scribit hunc in modum de Ischomacho mimo: Καὶ πτωχῆς τινὸς τῆς γαστέρος πονύσης, ἐπεὶ ὁ ἰατρὸς ἐπυνθάνετο, μὴ ἐν γαστρὶ ἔχῃ, πῶσγε εἶπεν, τριταία μὴ βεβρωκῦα, id est, *Et cum paupercula cuidam doleret uterus, ac medicus interrogasset, num in utero haberet, qui possit, inquit, cum triduo nihil ederit.* Cavillum in hoc est, quod cum medicus sentiret, num gravida esset mulier, mimus ex ambiguo sumpsit ansam jocandi. Item Herodotus libro III. scribit Cambysen regem Persarum, adversus sororem & eandem uxorem θυμωθέντα ἐπιπηδῆσαι αὐτῇ ἐχύσῃ ἐν γαστρὶ καὶ ἐκτρώσασαν ἀποθανεῖν, id est, *commotum irruisse in eam quum esset in utero habens, ac abortu facto mortuam esse.* Verum de hoc mox paulo plura dicemus.

20 *De Spiritu sancto*] ἐκ Πνεύματος ἁγίυ, id est, *e Spiritu sancto*. Nihil est enim quod nos moveat factitia quorundam differentia, quanquam hic quoque loco viri positus est Spiritus sanctus. Siquidem Lector audiens illam cum marito non fuisse congressam, etiam ferre uterum, statim cogitaturus erat, ex quo igitur alio viro? Proinde mox excludit hanc cogitationem; non ex viro, inquiens, sed ex Spiritu sancto. Illud perpendat, velim, prudens ac vigilans Lector, num hoc loco locus sit distinctioni divi Augustini, quam tradidit libro de natura boni, quem scripsit adversus Manichæos, capite vicesimo sexto. *Ex aliquo* recte dici, quicquid de illo sit, at non retrorsum. *Ex Deo* siquidem omnia sunt, velut ab auctore, at non *de Deo*, quod res conditæ non sint participes substantiæ divinæ. Sed humanus ille fœtus, quatenus erat humanus, juxta prædictam distinctionem accommodatius, opinor, dicetur *e Spiritu sancto*, quam *de Spiritu sancto*. Certe apud Græcos eadem est præpositio, quam nos nunc *de* vertimus, nunc *ex*.

21 *Cum esset vir justus*] δίκαιος ὤν. Quoniam Græcus sententiam extulit per participium, liberum nobis reliquit, addere conjunctionem, quæ commodissime faceret ad sensum. Sed hæc vox, *cum*, magis aliquoties sonat adversum quiddam. Ut cum sis pauper, tamen fastu turges. At hic ceu causam adducit, cur noluerit illam traducere, quod justus esset. Quasi dixisset, Joseph, eo quod esset vir justus, noluit eam infamare. Mire vero *justum* vocat, ob id, quod in jus trahere noluerit, neque punire quod lex punire jubet. *Justum* autem vocat, non ob unam virtutem, quæ prima est inter quatuor morales, sed ob absolutam omnibus numeris probitatem. Sic Aristoteles in Ethicis, *Justitia*, inquit, *in sese virtutem amplectitur omnem*; & ἀδικίαν pro quovis peccato usurpant Sacræ Litteræ. Subnotavit hoc Chrysostomus. Nam prorsus raræ cujusdam ac prodigiosæ probitatis erat, cum sponsæ tumentem uterum & indubitata conceptus signa videret, nec expostulare cum uxore, nec queri apud affines, nec zelotypia discruciari, nec in jus ire & ad pœnam rapere, sed suos æstus apud se duntaxat premere: tantum in animo secum de secreto divortio cogitare. Gravidam videbat, & mysterium, ut dixi, nondum noverat, quod mox ab Angelo discit.

22 *Nollet eam traducere*] παραδειγματίσαι. Illud demiror hoc loco, qui factum sit, ut Interpreti Latino, sermonis politiem alias negligere solito, tam elegans verbum in mentem venerit. Nam ad verbum vertendum erat *exemplificare*, sive per periphrasim, *exemplum facere*. Siquidem elegantior usus hujus verbi fuit in causa, ut celebres aliquot Theologi lapsi sint hoc loco. Quorum de numero est haud adspernandus Theologus Petrus Lombardus, ῥαψῳδὸς ejus operis, quod vocant *Sententiarum*: quem arbitror equidem & probum fuisse virum, &, ut illa ferebat ætas, eruditum. Atque utinam illius labor tam feliciter cessisset orbi Christiano, quam ab illo susceptus est pio studio. Siquidem apparet illum hoc egisse, ut semel collectis quæ ad rem pertinebant, quæstiones omnes excluderet. Sed ea res in diversum exiit. Videmus enim ex eo opere, nunquam finiendarum quæstionum, non examina, sed maria prorupisse. Is in quarto *Sententiarum* libro semel atque iterum sic usurpat hoc verbum, quasi tum sponsus *traducat* sponsam, cum rem habuerit cum illa. Sic enim habet distinctione vigesima septima: *Quidam tamen asserunt verum conjugium non contrahi ante traductionem & carnalem copulam, nec vere esse conjuges aliquos, nisi intercedat commixtio sexus.* Rursum aliquanto post: *Sed quia nondum traducta, nec res uxoria intercesserat, id est, concubitus conjugalis.* Satis autem arbitror liquere Petrum Lombardum conjunctionem & accipere interpretative. Alioqui si *traducere* dixit pro eo quod est sponsam in domum sponsi deducere, coitus intercedere potest sine hac deductione, nec statim cognoscitur quæ deducta est. Exemplum est mater Domini Jesu. Et hodie quum sponsa est admodum puella, mos est ut sponsus in unis ædibus annum unum habitet cum sponsæ parentibus. Haud tamen inficior, *traducere* nativo significatu esse alicunde alio ducere, quemadmodum Demea Terentianus *traduci* jubet & matrem & omnem familiam. Verum ibi Terentius non est usus verbo connubiali, nec verisimile est hunc auctorem imitatum fuisse Terentium, sed quoniam tantum Latine novit, nec id exacte, quod in Evangelio legerat, *noluit eam traducere*, interpretatus est *noluit cum ea rem habere*, quia cogitabat divortium. Neque me fugit, quosdam sic hinc elabi velle, ut dicant *traductionem* hic accipi pro consensu ad cohabitandum, quod aliquanto etiam est absurdius. Perinde quasi quis refellens eum qui diceret cucurbitam significare tergum asini, neget significare tergum ipsum, sed clitellas tergo impositas. Quod si *traductio* est consensus ad cohabitandum, cur is separatur a reliquis officiis conjugum: aut quod erit conjugium sine consensu domesticæ consuetudinis? Denique cum hic consensus sit mutuus, *traductio* tam sponsæ tribuetur quam sponso. Quis autem unquam legis

21 ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. Τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. 22 Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου, διὰ τοῦ Προφήτου, λέγοντος:

infamare, voluit 23 clanculum ab ea divertere. 20 Hæc autem quum is in animo versaret, ecce Angelus Domini in somnis visus est illi, dicens: Joseph fili David, ne metuas 24 adjungere tibi Mariam uxorem tuam. Nam 25 quod

legit *traduci* sponsum? Jam ubi apud Jureconsultos de matrimonio tractantes fit mentio *traductionis*? Quod si contendant sponsam *traduci*, cum in ædes sponsi deducitur, jam Josephus & Maria junctim in unis ædibus habitabant, imo Maria in ædibus Joseph sponsi sui habitabat. Id quod clare testatur Chrysostomus homilia in Matthæum quarta, addens id veteri consuetudine receptum, ut sponsæ in sponsorum ædibus haberentur. Et aliquanto inferius in eadem homilia: *Neque enim*, inquit, *expellere de domo voluit, sed a se tacite dimittere.* Expellere de domo vocat *traducere*, quod id citra infamiam sponsæ fieri non posset, maxime cum esset gravida. Proinde res satis indicat, Petrum Lombardum, aut alium, quem is secutus est, auctorem, ex hoc loco sumpsisse occasionem erroris, qui intellexerit Joseph ob suspicionem adulterii noluisse coitu confirmare matrimonium. Pudendus quidem lapsus, præsertim in iis, qui se totius orbis doctores profiteantur, sed ætati magis imputandus quam homini. Quid enim poterat eo seculo, quo prorsus exstincta lingua Græca, maxima ex parte & Latina, Litteris Hebraicis plusquam sepultis, obliteratis omnibus ferme vetustis scriptoribus, si quid erat explicandum, ad Isidorum velut ad sacram ancoram confugiebatur: quem idem secutus Metropolis interpretatur a *μέτρον mensura*, & *πόλις civitas*, quum Græce sit *μητρόπολις*, & *Acolytos*, sive, ut ego sane legendum arbitror, *Acoluthos*, sic enim Græci famulos a corpore vocant, interpretatur *ceroferarios*, aliaque consimilia: nisi, quod magis arbitror, hæc a recentioribus assuta, qui fere mos est, præsertim in hoc scripti genere. Quin & illud demiror, quis indicaverit Nicolao Lyrensi, *traducere* idem esse quod *propalare*. Sic enim interpretatur. Et in glossa quam vocant ordinariam adjecit nescio quis, *Pro traducere Græci habent propalare*: perinde quasi *propalare* Græca vox sit. Hugo Cardinalis *traducere* interpretatur in damnum suum ducere. Quanquam multis argumentis colligere licet, temporum illorum plerosque scriptores Græcorum etiam commentariis adjutos fuisse, qui tum fere quomodocunque versi fuerant in Latinum sermonem, ut suis indicabimus locis. Alioqui qui potuit Thomas divinare ex ea translatione quid sentiret Aristoteles, quam nec ipse fuerat Aristoteles intellecturus, etiamsi Romane calluisset? Neque vero damno, quod aliorum monumentis adjuti sint. Illud demiror, cur ceu data opera celent eorum nomina, per quos profecerant. Magis autem, cur libri quoque suppressi sint, unde decerpserant. Verum hæc alias. Coacervator Sententiarum videtur hallucinatus ex verbis Hieronymi, qui locum præsentem edisserens, scribit in hunc modum: *Si quis fornicariæ conjungitur, unum corpus efficitur. Et in Lege scriptum est, Non solum reos, sed & conscios criminum, obnoxios esse peccato. Quasi Joseph ideo noluerit Mariam traducere, hoc est, conjungi cum ea, quod adulteram judicaret, ne fieret unum corpus cum ea.* Atqui non illic agit Hieronymus de conjunctione connubiali, sed causam aperit, cur Joseph vir justus noluerit illam accusare, & populi fabulam reddere, quod palam testantur ea quæ mox consequuntur. Nempe hæc: *Sed hoc testimonium Mariæ est, quod Joseph sciens illius castitatem, & admirans quod evenerat, celat silentio, cujus mysterium nesciebat.* Est autem varius usus apud Latinos hujus verbi, *traducere*. Verum ut nullus elegantior, ita nec rarior alius, quam cum significat promulgare quempiam, & in publicum vulgi sermonem efferre. Sic enim Martialis:

Rideris, multoque magis traduceris Afer,
Quam nudus medio si spatiere foro.

Et Arbiter Petronius: *Neve traducere velitis tot amicorum consilia secreta, quæ vix mille homines noverunt*, hoc est, ne velitis in vulgus efferre. Apposite usus est hoc verbo Seneca in epistola ad Lucillium centesima: *Volo luxuriam objurgari, libidinem traduci, impotentiam frangi.* Quoniam enim libido latebris gaudet, ac lucem hominumque conspectum fugitat, optat ut traducatur hic morbus, quo vel pudoris remedio sanetur. Translatum apparet ab iis, qui quo conspicui sint omnibus, per celeberrima urbis loca producuntur, id quod victis, aut facinoris alicujus damnatis ignominiæ causa fieri solet. Ita Livius libro ab urbe condita secundo: *Vos omnibus civibus, peregrinis populis spectaculo abeuntes fuisse, vestras conjuges, vestros liberos traductos per ora hominum.* Utitur in eundem sensum Tranquillus in Vespasiano. Divus Chrysostomus hunc edisserens locum apertissime vim indicat hujus verbi, cum ait: *Non solum noluit eam damnare, sed ne publicare quidem.* Nam hoc verbo usus est interpres Chrysostomi, quum pro *damnare* sit *κολάσαι*, pro *publicare* *παραδειγματίσαι*. Rursum idem verbum *traducere*, in judicium trahere, item publicare, & in judicium tradere interpretatur. Nec hoc multum abhorret Hilarius, qui *παραδειγματίσαι* putat esse *legum exemplum edere* in quempiam. Sic enim ait in expositione canonis, quem composuit in Matthæum: *Quia justus ipse nollet in eam lege decerni.* Quin libro Numerorum cap. xxv. quod nostra habet editio, *Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis*, divus Augustinus juxta illius regionis editionem legit hunc in modum, *Ostenta Domino duces populi contra solem.* Cæterum quod ille vertit, *Ostenta*, Græcus verterat Παραδειγμάτισον, *velut in exemplum ede*, quo cæteri hoc exemplo terreantur. Idem hunc ipsum adducens locum epistola LIV. pro *traducere* legit *divulgare.* Quin & divus Ambrosius enarrans Psalmum, *Beati immaculati*, sermone septimo palam a nobis stat, scribens hunc in modum: *Quia justus seipsum accusare malit, quam alium deformare. Denique de Joseph, cui desponsata erat Maria mater Domini, scriptum est*, Quod cum eam gravem utero vidisset, cum esset justus, noluit eam traducere: *& utique nullum adhuc audierat oraculum. Itaque non solum ab ultionis atrocitate, sed etiam ab accusationis severitate justi aliena persona est: potiusque ducit, suam remissionem accusari, quod non indicaverit, quam alienum crimen arguere.* Atque his omnibus consentiens Theophylactus Bulgariensis Episcopus, Græcus interpres Novi Testamenti, *παραδειγματίσαι*, inquit, *τοῦτ᾽ ἐστι, φανερῶσαι καὶ κολάζεσθαι, id est, palam facere ac punire.* Denique est quidem anceps Latina vox, siquidem nonnunquam *traducit* qui in diversam ducit partem, sic enim usurpavit, tum Cicero, tum Suetonius. Atqui Græca vox non patitur, ut huc confugiamus. Sed ob morosos quosdam diutius immoror his evincendis, quam eruditus Lector laturus sit. Sensus igitur est, Cum Joseph esset vir probus, videretque sponsam gravidam, nec tamen mores ejus paterentur, ut posset adulterium credere, celandum esse duxit, quod admirabatur. Quanquam reperio Theophylactum in hac esse sententia, ut dicat Joseph ob id clanculum voluisse divertere, quod se judicaret indignum consuetudine conjugis, quæ jam e Spiritu cœlesti concepisset. Verum hæc interpretatio coactior est. Nam si complexim legas, *Reperta est*, nimirum ab Joseph, *in utero habens e Spiritu sancto*, ut sit sensus: Jam tum fuisse compertum Joseph, quod sponsa conceperat non ex ullo viro, sed e Spiritu, quorsum postea opus fuit Angelo, qui moneret in somnis? Porro cum hanc addit causam, cur timere non debeat, *Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est*, satis indicat metum Joseph, non e reverentia, sed vel e suspicione, (quod non veritus est dicere Chrysostomus) vel certe ex admiratione fuisse profectum. Alioqui ex sermone Angeli magis debuerat timere, certior factus de mysterio cœlesti. Quod si cui durius dictum videtur Joseph quicquam addubitasse de castitate Mariæ, is audiat Augustinum durius etiam loquentem in Epistola LIV. ad Macedonium: *Unde Joseph*, inquiens, *cui mater Domini fuerat desponsata, cum eam comperisset esse prægnantem, cui se noverat non esse commixtum, & ob hoc nihil aliud quam adulteram credidisset, puniri tamen eam noluit, nec approbator flagitii fuit.* Item Ambrosius de institutione virginis: *Quid autem*, inquit, *præjudicat Maria, si cœlestis consilii mysterium Joseph non intellexit, & putavit virginem non esse, quam prægnantem videret?* Usus est *traducendi* verbo duobus in locis divus Paulus Apostolus, in Epistola ad Colossenses cap. secundo: Καὶ ἐκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ, id est, *Exspolians principatus & potestates traduxit confidenter.* Quod victi soleant in triumphis circumduci, palamque ostendi populo. Et in Epist. ad Hebræos cap. sexto: ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ παραδειγματίζοντας. Interpres proximo loco vertit *traduxit*, hic vertit *ostentui habentes*. Quanquam mihi sane nonnihil interesse videtur inter δειγματίζειν & παραδειγματίζειν, siquidem δειγματίζειν est simpliciter exempli causa ostendere, παραδειγματίζειν, ob præpositionem additam, in malam partem sonat. Etiamsi utrumque deducitur a δεῖγμα, quod est *exemplum*, & δεῖγμα a δεικνύω deductum est, quod est *ostendo*.

23 *Occulte dimittere*] ἀπολῦσαι Græcis ambiguum est verbum. Dimittimus exercitum instructum: dimittitur senatus: dimittitur concio, cum unicuique potestas sit quo velit abeundi. Dimittimus & amicum volentem proficisci. At hoc loco Latinius simul & apertius erat amittere a se, sive repudiare, sive divortium cum ea facere, (id enim sensit Evangelista) idque clanculum, quod palam non posset citra periculum simul & infamiam uxoris. Etiamsi me non fugit, apud Suetonium dimissam dici, quæ sit repudiata. Neque par est quenquam offendi, ceu duriore verbo repudiandi, cum Hilarius, eruditus juxta ac pius auctor, non veritus sit uti duriore. Sic enim ait exponens canonem Matthæi: *Volenti eam abjicere.* Id, nimirum, atrocius est quam repudiare.

In somnis] κατ᾽ ὄναρ, id est, *per somnium.* Quanquam sensum eleganter expressit Interpres. Nam quod in somnis apparet, per somnium appareat necesse est. Nec est apud Græcos *apparuit Joseph*, sed *apparuit illi.* Certe *ei* legitur, in emendatioribus nostris, nominatim in aureo Codice. Nam liceat interim hac nota significare librum, quem diximus esse in aulica Bibliotheca Mechliniæ.

24 *Accipere Mariam conjugem*] παραλαβεῖν, id est, *adjungere in consuetudinem vitæ.* Jam enim acceperat, sed divortium meditabatur. Rursus Interpres abhorruit a vocabulo *uxoris*, cum Evangelista non vereatur Joseph patrem vocare Jesu. Certe divus Hieronymus *uxorem* legit, non *conjugem*. Id quod & interpretatio illius declarat. Excusat enim uxores in Divinis Litteris aliquoties dici quæ sponsæ sint. Alioqui Græci sponsam appellant νύμφην. Porro γυνὴ Græcis nunc *uxorem* sonat, nunc *quamcunque mulierem.* Chrysostomus homilia in Matthæum quinta indicat nomen hoc parum competere in virginem, sed tamen crebro tributum ab Evangelistis, quo mysterium celarent, & arcerent stupri suspicionem.

25 *Quod enim in ea natum*] τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, id est, *genitum.* Sic enim appellat id quod conceptum est in utero, & nondum enatum. *Natum* enim dicitur etiam id, quod quocunque modo cœpit esse. Nos tamen *conceptum* vertere maluimus, ne quem torqueret sermo minus usitatus. Porro *natum* hic positum pro *conceptum* fatetur & indicat divus Augustinus libro primo quæstionum in Genesin. Et Tertullianus libro de carne Christi: *Nam ex hoc loco insanus Valentinus dicebat Christum natum per virginem, non ex virgine, quum paulo superius Matthæus non abhorruerit ab hac præpositione, Joseph genuit Jacob virum Mariæ, ex qua natus est Jesus.*

26 De

23 γοντος. Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. 24 Διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἐποίησεν ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ Ἄγγελος Κυρίου· καὶ 25 παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτήν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ ΙΗΣΟΥΝ. II. 1 Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα. 2 Λέγοντες, ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυ-

quod in illa conceptum est, 26 a Spiritu sancto profectum est. 27 Pariet autem filium, 28 & vocabis nomen ejus Jesum. Is enim salvum faciet populum suum a peccatis suis. Porro totum hoc factum est, ut perficeretur id quod dictum fuerat a Domino per 29 Prophetam ita loquentem. 30 Ecce virgo 31 erit prægnans, & pariet filium, & 32 vocabunt nomen ejus Emmanuel: quod, si quis interpretetur, sonat, nobiscum Deus. 33 Excitatus autem Joseph a somno, fecit ut injunxerat sibi Angelus Domini: 34 & adjunxit sibi uxorem suam. Et non

26 *De Spiritu sancto*] ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. Id est, *e Spiritu sancto est*, sive, ut nos vertimus, *a Spiritu sancto profectum est*: ut auctorem indicet præpositio. Jam diximus, quod recentiores aliquot Theologi ingens mysterium subesse volunt in hisce præpositionibus *ex* & *de*: cum apud Græcos eadem sit præpositio, apud nos diversa, tantum quia libuit Interpreti, qui frequenter affectat varietatem, ubi nihil opus.

27 *Pariet autem filium*] Annotavit Chrysostomus, non esse dictum, pariet tibi filium, quemadmodum solet dici patribus: & tamen dictum est, vocabis nomen ejus Jesum: quod auctoritas imponendi nominis soleat esse penes maritum. Id tametsi videtur a suscepto negotio alienius, tamen admonere visum est, quod ad tuendam lectionis integritatem pertinere videretur.

28 *Et vocabis nomen ejus Jesum*] Vel hic refelli potest Judæorum nostræ tempestatis væsania, qui volunt Christo diversum fuisse nomen a nomine ducis Josue, & Josue sacerdotis. Certum est enim ישׁע, sive additis duabus litteris *Vau* & *He* ישׁועה, Hebræis sonare salutem. Et Angelus vocabuli rationem exponens, *Ipse enim*, inquit, *salvum faciet populum suum*. Id quod annotavit & Hieronymus. Et divus Chrysostomus homilia prima testatur in ipso statim Evangelii frontispicio, *Liber generationis Jesu Christi filii David*, studio ab Evangelista additum *Christi* cognomen, ut eo discerneretur a duce Josue. Rursum additum, *filii David*, quod ille Josue de tribu David non fuerit. Porro si nomen erat diversum, quorsum attinent hæ notæ, nomen a nomine secernentes? Cæterum Latinius erat, *a peccatis suis*, quam *eorum*. Verum Interpres, opinor, vitavit amphibologiam: sed dum vitat hoc incommodum, in aliud incidit incommodum. Neque vero periculum erat ne quis acciperet Jesum liberasse suos Judæos a suis ipsius peccatis. Medium erat a peccatis ipsorum.

29 *Per prophetam dicentem*] Sermo Græcus bifariam accipi potest. Altero modo sic, Ut impleretur, quod dictum erat a Domino, qui locutus est per Prophetam. Altero sic, Ut impleretur, quod dictum erat a Domino per os Prophetæ, cujus hæc sunt verba. Hæc amphibologia Græcis hinc nascitur, quod utraque præpositio ὑπὸ & διὰ, id est, *a* & *per*, eundem nominis casum adsciscunt. τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου, διὰ τοῦ Προφήτου λέγοντος. Verum posterior sensus mihi magis probatur, quod videam hanc sermonis figuram solennem esse Sacris Litteris, quoties aliena verba recitant. Id quod Latini faciunt per, *inquit*, & *inquam*. Jam verbum impleretur, pro perficeretur, ut ignotum est Latinis auribus, nisi cum sentimus addi quod deerat rei consummandæ, ita ex Hebræi sermonis proprietate relictum est. Quod genus permulta licebit in Apostolorum litteris animadvertere.

30 *Ecce virgo*] Ἰδοὺ ἡ παρθένος. Apud Prophetam Hebræum nomen est, non בְּתוּלָה *bethula*, quod proprie virginem significat, & intactam viro, sed עַלְמָה *alma* sive *alama*, quod puellam sive adolescentulam significat. Hoc ætatis est nomen, illud integritatis. Cæterum Hieronymus negat usquam inveniri in veteri Testamento vocabulum *alma*, nisi de virgine. Certe Genesis capite XXIV. Rebeccam adhuc virginem *alma* vocat. Et Deuteronomii capite XXII. Lex punit *raptorem alma*, id est, puellæ, haud dubium quin de virgine sentiens; quem locum adducit & Origenes adversus Celsum. Proinde Septuaginta vocem hanc interpretati sunt ἡ παρθένος, id est, *virgo*, cæteris licet omnibus puellam interpretantibus. Quanquam apud Hebræos vox est anceps, ut quæ tum puellam significet, tum absconditam, quod אָלַם *alam* Hebræis sonet *abscondit*. Unde quod in titulo noni Psalmi positum est עלמות, pro quo cæteri Interpretes transtulerunt, *pro adolescentia*, Septuaginta transtulerunt, *pro absconditis*: ut *alma* non solum virginem significet, sed κατ' ἐπίτασιν virginem absconditam, & a virorum conspectu seclusam. Qui mos & hodie fere manet Italis. Quin & Punica lingua, quam nonnulli volunt ab Hebræis ortam, *alma* virgo dicitur. Nam quod adjecit Hieronymus, Latinis quoque quod sanctum sit almum dici, joco verius quam serio locutus videtur. Neque enim si in tot millibus vocum una aut altera casu conveniat, continuo videri debet linguarum commercio fuisse factum. Neque tamen *alma* vocabulum competit in quamvis virginem, potest enim & anus esse, sed in eam virginem duntaxat, quæ puella sit, & jam nubilis, ac nondum nupta, hoc est, cognita viro. Verum si cum contentiosis agatur, quantumvis constet *alma* significare virginem, non tamen evincemus ex his verbis virginem fuisse quæ conceperit. Sic enim de infantula liceat loqui, hæc pariet liberos, at non protinus pariet infantula. Verum cum ceu novum signum polliceatur Deus, quid novi fuerat, si quæ prius erat virgo, postea congressa viro conciperet ac pareret, id quod est omnium commune? Postremo nec illud arbitror negligendum, non dictum esse simpliciter παρθένος, sed ἡ παρθένος: ut non de quavis virgine possit accipi, quod nihil erat monstri, sed certa quæpiam: ut insignis virgo denotetur, quæ sit paritura. Proinde vertendum erat: *Ecce virgo illa concipiet*. Ad quem modum nos locis aliquot articuli vim expressimus. Et ה apud Hebræos hoc loco præpositum articuli vim habet.

31 *In utero habebit*] ἐν γαστρὶ ἕξει, pro eo quod est, gravida, sive prægnans erit. Nam apud Esaiam cap. VII. unde locus hic citatus est, הָרָה habetur, quod divus Hieronymus *concipiet* vertit, cum tamen Hebræa vox hic videatur esse præsentis temporis. Cæterum divus Hieronymus hunc enarrans locum legisse videtur ἔχει præsentis temporis, non ἕξει futuri: quasi Propheta ceu rem futuram prædixerit, & ob id scripserit *accipiet*, Evangelista respexerit ad id quod jam erat factum, eaque gratia scripserit *habet*. Quod verbum tametsi præsentis sit temporis, tamen respondet verbo præteriti temporis. Neque enim aliud pollet, habet in utero quam concepit. Ostendit Hieronymus simile quiddam factum a Paulo, qui cum adducat testimonium Psalmi sexagesimi septimi: *Adscendens in altum, captivam duxit captivitatem, accipiet dona in hominibus*, *accipiet* futuri temporis verbum, verterit in *dedit*. Atqui haud scio an hic locum habeat illa Hieronymi excusatio, quod quæ Propheta prædixerat futura, hic narrat facta, cum Matthæus ipsum Prophetam adducat suis verbis loquentem: *Ut impleretur*, inquit, *quod dictum fuerat a Domino per Prophetam ita loquentem*. Postremo si Evangelista narrat id quod gestum est, non dicendum erat *habet in utero*, sed *habuit*. Jam enim Maria desierat esse gravida. Hi nodi non video qui possint explicari, nisi succurrat Hebræi sermonis proprietas, quem quisquis ignorat, multis in locis aut hæreat, aut impingat necesse est. Hic quoque locus argumentum præbet, hanc editionem, qua vulgo utimur, tum nec in usu fuisse Hieronymo, nec ab illo castigatam. Nam si usus fuisset, legisset & hic *habet*: si castigasset, haberemus quod ille probat, ac sequitur. Verum, ut pace Hieronymi dicam, cur magis respexit huc in *habebit* quam in *pariet*, ubi tempus futurum relinquitur? Aut quid peractum est Paulo, postea quam mutavit *accipiet* in *dedit*, cum *duxit* præteriti temporis verbum maneat? Nam si Prophetæ scribentis tempus respicias, nondum Christus adscenderat in altum, neque captivam duxerat captivitatem. Hæc attingere visum est, quo præberem eruditis ac studiosis qualemcunque vestigandi occasionem. Sed interim in mentem venit, hunc quoque locum depravate legi in Commentariis hujus loci. Nam sciolus aliquis, audiens fieri mentionem futuri, mutavit *accepit* in *accipiet*. *Accipiet dona in hominibus*, quum & juxta Septuaginta sit ἔλαβεν, & juxta veritatem Hebraicam similiter verterit Hieronymus. Nec aliter citat hunc locum Epist. ad Ephesios capite quarto. Non animadvertit autem rationem futuri temporis, non esse in voce verbi, sed in re. Nam qui accepit elargienda nondum elargitus est, ut quæ concepit, nondum peperit. Similis error quendam impulit, ut hoc loco mihi gravem moveret tragœdiam. Non gravabor autem & hoc indicare lectori pio, locum hunc in Commentariis Hieronymi, in omnibus quæ viderim exemplaribus, haberi depravatum, etiam in hac, quantum licuit, elaboratissima editione Basiliensi. Lectio restituetur ad hunc modum: *Sed Propheta quia futura prædicit, significat quid futurum sit, & scribit* accipiet. *Evangelista, quia non de futuro, sed de præterito narrat historiam, mutavit* accipiet, *& posuit* habet. *Qui enim habet, nequaquam accepturus est.* Certe ex hac clausula, *Qui enim habet, nequaquam accepturus est*, palam est Hieronymum legisse *habet*, non *habebit*. Idem mendum esse videtur in Commentariis, quibus enarrat septimum caput Esaiæ.

32 *Et vocabitur nomen ejus*] καλέσουσι, id est, *vocabunt*, non *vocabitur*. Atque ita scriptum comperitur in antiquissimis simul & emendatissimis Latinorum exemplaribus. Quin & Hieronymus Commentariorum in Esaiam libro tertio & illud adnotavit, Evangelistam nonnihil immutasse de verbis hujus prophetiæ: quippe qui pro וקרת, quod Hebræis sonat *& vocabis* in masculino, sive *vocabit* in fœminino, ut referatur ad ipsam quæ peperit virginem, *vocabunt* mutarit. Nam *vocabunt* legit & Origenes, testimonio hoc utens adversus Celsum. Et Chrysostomus clarissime testatur *vocabunt* esse legendum, homilia quinta: *Sed vocabunt, inquit, ponens multitudinis numero Matthæus respexit populi personam, cujus illa vox est, nobiscum Deus, nimirum sibi gratulantis de tali partu.* Qua de re nonnihil etiam meminit Theophylactus Bulgariensis Episcopus, Græcus Interpres etiamsi recentior, haud adspernandus tamen, Emanuel autem Hebræis sonat *nobiscum Deus*. Nam עִמָּנוּ *nobiscum*, אֵל *Deus*, עִמָּנוּאֵל *nobiscum Deus*. Cæterum, quod est interpretatum, quoniam inusitatior est sermo, nec amphibologia carens, nos periphrasi maluimus reddere, *Quod si quis interpretetur, sonat nobiscum Deus.*

33 *Exsurgens autem Joseph*] διεγερθείς, id est, *experrectus*, sive *expergefactus*, aut *excitatus*. Quanquam hujus verbi usus ad tria solet accommodari, ad eum qui surgit, qui reviviscit, & qui expergiscitur.

34 *Et accepit conjugem*] Hoc est, adjunxit sibi. Pugnat enim παραλαμβάνειν cum eo quod est ἀπολῦσαι, id est, *rejicere*. Sic enim usus est & divus Paulus scribens ad Romanos: τὸν δὲ ἀσθενοῦντα πίστει προσλαμβάνετε, id est, *eum qui infirmus est fide, ne rejicite*, sed admittite, & adjungite vobis.

προσκυνῆσαι αὐτῷ. Ἀκούσας δὲ Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς ἐταράχθη, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ. Καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται. Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας· οὕτως γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ Προφήτου. Καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. Τότε Ἡρώδης λάθρα καλέσας τοὺς μάγους, ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος. Καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεὲμ, εἶπε, Πορευθέντες, ἀκριβῶς ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου· ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ. Οἱ δὲ ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως,

non cognovit eam, donec peperisset 35 filium suum primogenitum, & appellavit nomen ejus JESUM. 1 Quum autem natus esset Jesus 2 in Bethleem *civitate* Judææ, temporibus Herodis regis; ecce magi ab oriente accesserunt Hierosolyma. Dicentes, ubi est ille 3 qui natus rex Judæorum? vidimus enim illius stellam in oriente, 4 & accessimus 5 ut adoremus eum. Auditis autem his Herodes rex, turbatus est, & tota Hierosolymorum *urbs* cum illo. Et convocatis omnibus 6 pontificibus & scribis populi, percontatus est eos ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei, in Bethleem Judææ: sic enim scriptum est per Prophetam. 7 Et tu Bethleem

35 *Filium suum primogenitum*] τὸν πρωτότοκον. Græcus articulus favere videtur Helvidianis, qui sic additur, quasi distinguat hunc filium a cæteris, sed magis accipiendus interpretative, pro eo quod est qui est primogenitus: ut intelligas eundem illum filium, de quo prius est locutus, & quem e Spiritu dixit conceptum. Eadem de causa addidit αὐτῆς, id est, *suum*. Alioqui quæ mulier parit alienum filium? ut interim sileam de mysterio, quod subest in vocabulo primogeniti. Cæterum quod ait, *donec peperit*, Latinius erat, *donec peperisset*. Ex his quoque verbis Helvidiani venantur erroris sui patrocinium, haud animadvertentes Hebræi sermonis proprietatem. Ad eundem modum legis de corvo emisso Genesis cap. VIII. qui egrediebatur, & non revertebatur donec siccarentur aquæ super terram: cum significet avem nunquam fuisse reversam. Quanquam hac de re superius item nonnihil attigimus. Porro quum extra controversiam sit hic ἐγίνωσκεν verecundiæ causa positum pro coiit cum ea, coactum ac frigidum est quod quidam commenti sunt, ante partum non cognovit quantæ dignitatis esset, post partum visis miraculis cognovit illam esse toto mundo superiorem.

II. 1 C*Um ergo natus esset*] Græci codices *autem* habent, non *ergo*. Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος, id est, *Nato autem Jesu*, atque ita legit Chrysostomus, quanquam refragantibus antiquis exemplaribus Latinis. Neque magni refert ad sententiam.

2 *In Bethlehem Juda*] *Judæa* legendum arbitror, non *Juda*, suffragantibus vetustissimis exemplaribus nostris. Siquidem Juda hominis nomen est, Judæa regionis. Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. Cæterum obscuri viculi nomen, quo magis agnosceretur, addito regionis vocabulo illustravit. Est enim Bethlehem oppidulum situm in tribu Juda, unde Judæa dicta est, haud procul ab Hierosolymis. Solemus autem regionis nomen addere, etiam discernendi gratia, velut Antiochiam Palæstinæ, quod altera sit ejusdem nominis in Asia, id quod hic quoque locum habet. Siquidem alteram esse Bethlehem in Galilæa, indicat liber Josue, quemadmodum auctor est Hieronymus in suis Commentariis, ac rursus enarrans quintum Michææ caput. Scribit enim hunc in modum: *Pulchre autem dicitur in Bethlehem Juda, ad distinctionem ejus Bethlehem, quæ in Galilæa sita est: sicut in eodem Jesu volumine reperi.* Consimiliter depravatum est quod paulo post sequitur: *In Bethlehem Juda* pro *Judæa*. Hieronymus tamen arbitratur librariorum errore factum, quod scriptum sit *Judæa* pro *Juda*: cum in Michæa legatur *Juda*, usus hoc argumento, quod non sit altera Bethlehem aliarum gentium, sed in Judæa duæ sint, altera in tribu Juda, altera in Galilæa. Consentiunt quidem exemplaria, quæ viderim, tum Græcorum tum Latinorum cum opinione Hieronymi: licet argumentum illius refelli poterat, quod ille Judæam pro universa regione accipit, quæ duodecim tribus complectitur: cum Judæa proprie dicenda sit pars Juda & Benjamin. Quod si quis contendat, Judæam non usurpari, nisi pro universa Judæorum regione, is protinus ex ipsius Matthæi refelletur auctoritate, qui paulo post scribit in hunc modum: *Cum audisset Archelaum regnare in Judæa, loco Herodis patris sui, timuit illuc abire, sed oraculo admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ.* Nam qui constet, eum fugisse e Judæa, & Galilæam adisse, si & Galilæa Judææ pars est. Etenim, si Hieronymo creditur, gentium Galilæa erat in sorte tribus Neptalim, altera in tribu Zabulon. Cæterum quod Origenes libro περὶ ἀρχῶν quarto sic dividit totam gentem ab Hieroboam filio Nabath sectam in duas partes, ut decem tribus, quibus ipse imperabat, dicerentur Israel, cæteræ vero duæ Benjamitica, & ea quæ ex regio genere David duxit originem sit Juda: quibus semper juncta fuit tribus Levitica, unde sacerdotes legebantur: quicquid autem locorum hæc natio acceperat a Deo, communi vocabulo dici Judæam: ut in genere verum sit, certe non videtur perpetuo verum. Sed hæc ad sensum Evangelistæ perpusillum habent momenti. Proinde sive Juda legamus, sive Judææ, non est quod aliquis digladietur, cum sensus sit idem: & constet olim etiam Judææ scriptum fuisse in vulgatis exemplaribus. Certe in vaticinio Prophetæ, quod mox adducetur, Juda legitur, non Judææ, magno consensu codicum, tum Græcorum, tum Latinorum. Ad hæc Hebræis peculiare est, hominis vocabulum usurpare pro gente seu loco. Cæterum בֵּית לֶחֶם *Bethlehem* Hebræis sonat *domum panis*, a לֶחֶם *panis*, & בֵּית *domus*. יְהוּדִי Judæus *confitens*: quo nomine nunc indigni sunt, qui Christum pertinacissime pernegant. Bethlehem ab Hieronymo in locis Hebraicis, civitas dicitur David, quæ eadem dicta est Ephrata. Abest ab Ælia sex M. P. ad plagam meridianam. Idem enarrans v. Michææ caput, parvum viculum appellat, sed ad reliquarum civitatum comparationem. Nam & Lucæ capite secundo πόλις dicitur. Addam & illud: Si Hieronymus vidisset Hebraicum Evangelium, ut creditur a Matthæo scriptum, non opinaretur hic corrupte legi *Judææ* pro *Juda*, sed ex illius auctoritate plane pronunciaret. Porro quod magi nominantur: nemo maleficas artes, quas vulgo magicas dicimus, somniet. Siquidem quos Græci *sophos* aut *philosophos*, Chaldæi *magos* vocant, ut testatur & divus Hieronymus in Danielem. Illud minutius, quod παραγίνονται, id est, *accesserunt*, vertit *venerunt*: *Venerunt Hierosolymam, dicentes.* Nomen urbis apud Græcos fere neutro genere pronunciatur Ἱεροσόλυμα & Σόλυμα: populus ipse Hierosolymi dicuntur, masculino genere, numero multitudinis, quemadmodum & Solymi. Semel duntaxat, quod equidem meminerim, Hierosolymam lego, idque apud Cornelium Tacitum libro Augustæ historiæ XXI. *Solymos*, inquit, *carminibus Homeri celebratam gentem, conditam urbem Hierosolymam nomine suo fecisse, plurimi auctores consentiunt.* Verum haud scio an hic appositive usurparit Hierosolymam, quemadmodum Juvenalis in Satyris: *Interpres legum Solymarum.* Suetonius in Tito Vespasiano: *Cujus brevi compos, & ad perdomandam Judæam relictus, novissima Hierosolymorum oppugnatione*, &c. Quanquam autem hoc levius esse duco, quam ut ea gratia quisquam cum alio digladietur, tamen quoniam ita reperio scriptum ab ipsis, ut opinor, Evangelistis, quomodo sæpius obvium est apud probatos auctores, præsertim apud Tacitum eo, quem modo citavimus, libro, nos sequi maluimus. Nonnunquam placuit periphrasis, utpote mollior, ac dilucidior, sicuti mox: *Et tota Hierosolymorum urbs.*

3 *Qui natus est*] ὁ τεχθεὶς, non γεννηθεὶς. Participium est a verbo τίκτω, *pario*, quasi dicas *partus est*. Nos vim articuli cupientes exprimere, vertimus: *Ubi est ille qui natus fuit*, vel *est, rex Judæorum*? Et rursum in stella apposuit articulum, αὐτοῦ τὸν ἀστέρα. Ut certam stellam intelligas, & non quamlibet, sed eximiam.

4 *Et venimus*] Venimus prima acuta pronunciandum est, utpote præteriti temporis ἤλθομεν. Quod ego minutius esse ducerem quam ut admoneretur, nisi passim audirem multos in hoc & ambigere & errare. Proinde nos vertimus *accessimus*. Ad hæc:

5 *Venimus adorare*] Græcanice dixit magis quam Latine, *venimus ut adoremus*, sive *ad adorandum*. Minutius & illud, quod ἀκούσας participium præteriti temporis vertit *audiens*. Rectius erat, *cum audisset*, sive ut nos vertimus, *auditis autem his Herodes*. Ad hæc, quod hic in pronominis casu variant Græca exemplaria, dum in nonnullis legitur προσκυνῆσαι αὐτῷ, in aliis προσκυνῆσαι αὐτὸν, non est quod quenquam moveat, quod verbum προσκυνεῖν apud Græcos auctores utrique casui junctum reperiatur. Id exemplis quoque docerem, ni per se clarum esset. Præterea quod omnis Hierosolyma poëtice magis quam historice, pro tota dixerit Hierosolyma: nec id citra vitium amphibologiæ, quasi plures sint Hierosolymæ. Rursum quod fecit in ἀκούσας, idem fecit in συναγαγών. Verum hæc quoniam levicula sunt, & ad sensum non ita multum habent momenti, non est animus passim admonere.

6 *Principes sacerdotum*] ἀρχιερεῖς, id est, primarios sacerdotes, quos alias sæpe vertit *pontifices*: & nos alicubi sequuti sumus, quod vereremur ne non ferrent aures Christianorum, si dixissem, *pontifices maximos*, more Latinorum. Alioqui princeps sacerdotum esse possit, qui ipse non sit sacerdos.

7 *Et tu Bethlehem*] Testimonium hoc sumptum est ex Michææ capite quinto. Divus Hieronymus ingenue fatetur, id quod refertur a Matthæo, neque cum editione Septuaginta, neque cum Hebraica veritate per omnia convenire: sive quia voluerit Evangelista studiose referre, sicut ab illis fuit responsum, ut ostenderet Scribarum & Pharisæorum in Divina Scriptura negligentiam: sive juxta quorundam opinionem, quod ipsi Evangelistæ testimonia hujusmodi non e libris deprompserint, sed memoriæ fidentes, ita ut fit, lapsi sint: quandoquidem deprehenditur aliquoties in sensibus quoque nonnulla diversitas, ut verba prudentes neglexerint. Atque hic sane, ne quis offendi possit infirmior, aut etiam morosior, non gravabor ipsa Hieronymi verba subscribere ex hujus loci Commentariis: *Quod*, inquit, *testimonium nec Hebraico, nec Septuaginta Interpretibus convenire, me quoque tacente perspicuum est, & arbitror Matthæum volentem arguere Scribarum & Sacerdotum erga Divinæ Scripturæ lectionem negligentiam, sic etiam posuisse, ut ab eis dictum est. Sunt autem qui asserunt, in omnibus pene testimoniis, quæ de veteri Testamento sumuntur, istiusmodi inesse errorem, ut aut ordo mutetur, aut verba, & interdum sensus quoque ipse diversus sit, vel Apostolis, vel Evangelistis, non ex libro carpentibus testimonia, sed memoriæ credentibus, quæ nonnunquam fallitur.* Hactenus Hieronymi verba recensuimus. Apparet autem hoc loco virum eruditissimum magnis fuisse constrictum angustiis, unde vix explicare sese potuerit. Nam prior illa ratio, quam suo nomine refert, ut cum sanctissimi viri pace dixerim, coactior videtur & affectatior. Primum enim id quod sequitur, *Sic enim scriptum est per Prophetam*, non minus commode potest ad Evangelistæ quam ad Pharisæorum personam referri. Deinde nusquam reperire licet, Pharisæos & Scribas in hoc notatos, quod Legem ignorarent, sed quod ambitione & ava-

λέως, ἐπορεύθησαν· καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστὴρ, ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτοὺς, ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον. 10 Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα. 11 Καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, εὗρον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ, καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν. 12 Καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν. 13 Ἀναχωρησάντων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ Ἄγγελος Κυρίου φαίνεται κατ' ὄναρ τῷ Ἰωσὴφ, λέγων· Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον· καὶ ἴσθι ἐκεῖ ἕως ἂν εἴπω σοί· μέλλει γὰρ Ἡρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον,

leem terra Juda, nequaquam minima es inter principes Juda: ex te enim mihi proditurus est dux, 8 qui gubernaturus est populum meum Israel. 7 Tum Herodes, clam accersitis magis, accurate perquisivit ab illis, quo tempore stella apparuisset. 8 Et jussis ire in Bethleem, dixit: Profecti illuc, 9 accurate inquirite de puero: ubi vero inveneritis, renunciate mihi, ut & ego veniam & adorem illum. 9 At illi audito rege profecti sunt: & ecce stella, quam viderant in oriente, præcedebat illos, donec 10 progressa staret supra *locum*, in quo erat puer. Quum autem vidissent stellam, gavisi sunt gaudio magno 11 valde. Et ingressi domum, 10 invenerunt puerum cum

avaritia corrupti, videntes non viderent. Etenim Jurisperitus rogatus a Christo, *Quid legeret de magno mandato?* respondet incontanter: *Diliges Dominum Deum tuum*, &c. & ille approbato illius responso: *Hoc fac*, inquit, *& vives.* Porro Sadducæis dictum est: *Erratis, non intelligentes Scripturas.* Arbitror autem eundem esse locum, qui narratur Lucæ decimo, Matthæi vigesimo secundo, & Marci duodecimo: apud Lucam Jurisperitus interroganti Domino respondet, apud Matthæum Dominus respondet, quemadmodum & apud Marcum. Sed ipse Marcus præbet ansam solvendæ dissonantiæ; apud hunc enim Scriba repetit & approbans Domini responsum velut interpretatur. Apud Matthæum vero fit mentio Pharisæorum, qui per Legisperitum proponunt quæstionem. Jam altera defensio, quam aliorum nomine recenset Hieronymus, aliquanto etiam est durior: videlicet memoria lapsos Evangelistas, sæpenumero dissentire verbis ab Hebræo, nonnunquam & sensibus. Et hanc sententiam ita refert aliorum titulo, ut tamen non insectetur velut impiam. Notavit hunc locum idem Hieronymus in libello ad Pammachium de optimo genere interpretandi, palam ostendens Evangelistam non solum verbis dissidere a Prophetæ verbis, verum etiam sensum prorsus esse contrarium. Nam quod est in Hebræo, *Parvulus es in millibus Juda*, & Septuaginta verterunt, *Modicus es ut sis in millibus Juda*, Evangelista dixit, *Nequaquam minima es in millibus Juda.* Et tamen Prophetæ sensum magis approbare videtur Hieronymus, ostendens eum consentire cum verbis divi Pauli, *Elegit infirma mundi Deus, ut confundat fortia.* Atque hunc locum ita claudit Hieronymus: *Hæc replico, non ut Evangelistas arguam falsitatis, hoc quippe impiorum est, Celsi, Porphyrii, Juliani, sed ut reprehensores meos arguam imperitiæ, & impetrem ab eis veniam, ut concedant mihi in simplici epistola, quod in Scripturis Sanctis, velint, nolint, Apostolis concessuri sunt.* Hactenus Hieronymus. Certe Hieronymus non id postulat sibi concedi, ut sensum reddat contrarium, sed ut aliis verbis eandem efferat sententiam. At in Evangelista fatetur sensum prorsus esse pugnantem cum sensu Prophetæ. Quod si conceditur Evangelistæ, multo magis ignoscendum sit Hieronymo. At falsitatis crimen abominatur in Evangelistis, τὸ μνημικὸν ἁμάρτημα non item. Neque enim continuo forte vacillet totius Scripturæ Sacræ auctoritas, sicubi varient, vel in verbis, vel in sensu, modo summa constet earum rerum, de quibus agitur, & unde cardo pendet nostræ salutis. Ut enim Spiritus ille divinus, mentium Apostolicarum moderator, passus est suos ignorare quædam, & labi errareque alicubi judicio sive affectu, non solum nullo incommodo Evangelii, sed hunc etiam ipsum errorem vertit in adjumentum nostræ fidei: ita fieri potuit, ut sic temperarit organum Apostolicæ memoriæ, ut etiam si quid humano more fugisset, id non solum non deroget fidei divinæ Scripturæ, verum etiam fidem arroget apud eos, qui alioqui de composito scriptum calumniari poterant. Quod genus sit, si nomen pro nomine sit positum, id quod alicubi factum fatetur Hieronymus: aut si quid non suo narretur ordine, in quo sæpenumero torquentur veteres Interpretes. Et Hieronymus in præfatione Commentariorum, quos scripsit in Matthæum, testatur Marcum ea, quæ audivit a Petro, juxta fidem gestorum retulisse potius quam ordine. Spiritus ille cœlestis totum hoc salutis nostræ mysterium arcanis consiliis & abstrusis humano ingenio rationibus moderatus est. Neque nostræ facultatis est, neque Christianæ modestiæ, quibus modis suum negotium temperarit præscribere. Solus Christus dictus est veritas, unus ille caruit omni errore. Adfuit Spiritus divinus & divo Cypriano, ut est probabile, & tamen quædam illius rejiciuntur ab Orthodoxis: adfuit & Hieronymo, rejiciuntur & hujus nonnulla: adfuit Augustino, atque ipse quædam sua recantavit. Prima quidem auctoritas debetur Apostolis & Evangelistis: sed fieri potuit, ut Christus occulto nobis consilio quiddam humanum in his quoque residere voluerit, perspiciens hoc ipsum ad humani generis restitutionem conducere. Poterat suos semel omni ignorantia, omni liberare errore, at juxta Augustinum, & post acceptum Spiritum Sanctum deliquit Petrus, & ita deliquit, ut a Paulo meruerit acriter objurgari. Dissentit a Barnaba Paulus, quod fieri non potuit, nisi alterutro errante. Quod si prorsus existimemus labefactari Scripturæ totius auctoritatem, si vel levissimus error usquam insit, certe plusquam probabile est, in omnibus exemplaribus, quibus nunc utitur Ecclesia Catholica, nullum esse tam emendatum, cui non vel casus, vel studium alicujus, mendi nonnihil adsperserit. Jam si placet superior ratiocinatio, aut hoc plane negandum est, aut labascet universa fides divinæ Scripturæ. Atque hæc dixerim, optime Lector, non quod hujus sententiæ velim vel auctor esse, vel patronus, sed si qui forte sunt, qui putent hujusmodi nodos, quos aliquot nestit Hieronymus, explicari non posse, ne protinus sic interpretentur, ob unum aut alterum verbulum labefactandam totius Scripturæ Sacræ auctoritatem, iniquiores erga sacros Libros, quam erga profanos. Gravis auctor est Suetonius, etiamsi in uno, aut altero loco lapsus

esse comperiatur. Quod suffugium si non recipitur, equidem malo credere, vel apud Hebræos, vel apud nos locum esse depravatum, aut si quid mutatum est, divino consilio mutatum in melius: aut denique Scripturam quidem esse sinceram, sed nostram imbecillitatem non assequi mysterium. Illud repetam, * si Hieronymo fuisset Evangelium Matthæi scriptum Hebraice, hoc sane loco testimonium illius adduxisset. Quanquam autem impudens videri possit, si nos conemur explicare nodum, quem Hieronymus ipse non explicat, explicaturus haud dubie, si potuisset: tamen illud secum perpendat velim Lector pius ac diligens, num hac ratione possit ex his angustiis emergi, ut dicamus, subito in medio sermone personam commutatam, quod alias quoque factum animadvertimus in Sacris Litteris. Imaginemurque Prophetæ verba sic recitari, vel a Pharisæis, vel ab Evangelista, ut de suo nonnihil admisceat, quod tamen haudquaquam adversetur sensui prophetiæ. Siquidem cum Propheta sentiret antea Bethlehem humilem contemptamque fuisse præ cæteris Judæ civitatibus, tamen futurum, ut, ejusmodi partu edito, superet omnes felicitate celebritateque: quod a Propheta dictum erat, tacuit Evangelista, quod sensu, explicuit, non ad id tempus respiciens, quo hæc scripsit Propheta, sed ad sua tempora, quibus edito Jesu desiit esse minima Bethlehem, ac maxima cœpit esse. Perinde quasi dixisset: Quod olim prædictum est a Vate, fore ut ex omnium minima fieres omnium maxima, id jam contigit. Adjiciam & illud, quo Lectori copiosiorem commentandi materiam suppeditem. Haud scio an per hyperbolen dictum accipi possit: *Nequaquam minima es in principibus Juda*, ut, quam vehementer humilem intelligi voluit, negaret vel minimam esse inter principes, perinde ac si extremæ notæ hominem negemus esse in hominum numero: & quemadmodum Paulus supra modum contempta vocat *ea quæ non sunt.* Subindicat & tale quiddam divus Hieronymus Michææ locum enarrans: *Et tantis*, inquit, *millibus comparata, vix parvus es viculus.* Hæc visum est in medium afferre, partim quo liberum sit Lectori sequi, quod maxime probandum existimarit, partim ut ex his aliquid forte succurrat melius, ut solent alia ex aliis in mentem venire studiosis. Septuaginta verterunt ad hunc modum: *Καὶ σὺ Βηθλεὲμ οἶκος Εὐφραθᾶ ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα, ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται, τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα τοῦ Ἰσραὴλ*, id est, *Et tu Bethlehem domus Ephrata, nequaquam minima es, ut sis in millibus Juda. Ex te mihi egredietur, ut sit in principem Israël*; etiamsi in Aldina editione deest ἥκιστα, aut οὐδαμῶς, si vera refert Hieronymus. Hebraica hunc in modum transtulit Hieronymus: *Et tu Bethlehem Ephratha, parvulus in millibus es Juda: ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israël.* Cæterum quod Latine dicitur *parvulus*, Hebræis צעיר non simpliciter *parvulum* significat, sed *adulescentulum* & *juvenculum.* Unde & in Psalmo: *Adulescentulus sum ego, & contemptus.* Pro *adulescentulo* est צָעִיר.

Ad hæc notat Hieronymus eandem civitatulam Bethlehem, quæ sita est in regione Ephrata, nunc vendicari sorti Judæ, nunc Simeonis, nunc Benjamin. Porro Ephrata אֶפְרָתָה Hebræis sonat *furorem*, sive καρποφόρον, id est, *frugiferam*, auctore Hieronymo. Illa quoniam levicula sunt, satis est indicasse, quod *in principibus* dixit, pro *inter principes*, & *exiet*, pro *exibit.* Item pro *dux* esse ἡγούμενος, participium ejus verbi, unde deductum est ἡγεμὼν, quod *principem* ac *ductorem* significat, ac modo verterat *principem.* Unde forte melius vertisset, *exibit qui dux sit populo meo.*

8 *Qui regat populum meum*] ὅστις ποιμανεῖ, id est, *qui recturus est*, sive *reget*, futuri temporis, suffragantibus & Latinis exemplaribus vetustis, nominatim eo quod exhibuit Joannes Coletus. Id significat non simpliciter *regere*, sed *pascere*, ut aliquoties transtulit, & *regere* quomodo pastor gregem. Quanquam Græca vox non respondet Hebraicæ, quæ hoc loco *dominatum* magis significat. Cæterum in Psalmo, *Quare fremuerunt gentes* : *Reges eos in virga*, ποιμανεῖς, quod verterunt Septuaginta, respondet Hebraicæ, quæ est תְּרֹעֵם, de quo nonnihil annotavit & Hilarius Psalmum hunc enarrans.

9 *Interrogate diligenter*] ἀκριβῶς, id est, *exacte*, quod absolutam quandam significat diligentiam. Inde verbum ἀκριβόω, quo mox usus est: ἠκρίβωσεν παρ' αὐτῶν, id est, *diligenter didicit ab illis.* Id significat accurate exactaque cura quippiam agere, ubi quis omnibus nervis incumbit. Nec est, *interrogate*, sed *exquirite*, sive *examinate*, ἐξετάσατε. Quin & illud parum commode reddidit, *tempus stellæ quæ apparuit eis*, τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος, *quæ apparuisset*, sive *apparuerat.* Nos, quo dilucidior esset sermo, vertimus hunc in modum, *quo tempore stella apparuisset.* Nec additur apud Græcos *eis.* Cæterum pronomen Interpres addidit, quo dilucidior esset narratio.

10 *Invenerunt puerum*] Minutula sunt & illa, quod Græce non παῖς

* Fallitur Erasmus. Vide *Not. ad cap.* 1, 1.

14 δίον, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό. Ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ νυκτὸς, καὶ ἀνεχώρησεν εἰς 15 Αἴγυπτον. Καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρώδου· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ Προφήτου, λέγον- 16 τος. Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. Τότε Ἡρώδης ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ἐθυμώθη λίαν, καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς, καὶ κατωτέρω, 17 κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων. Τότε ἐπλη- 18 ρώθη τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ Προφήτου, λέγοντος· Φωνὴ ἐν Ῥαμᾷ ἠκούσθη, θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολὺς, Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς· καὶ οὐκ ἤθελε παρακλη- 19 θῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί. Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἡρώδου, ἰδοὺ Ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύ- 20 πτῳ, λέγων. Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν Ἰσραήλ· τεθνήκασι γὰρ οἱ 21 ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου. Ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς γῆν 22 Ἰσραήλ. Ἀκούσας δὲ ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας ἀντὶ Ἡρώδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν· χρηματισθεὶς δὲ κατ' ὄναρ, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ 23 μέρη τῆς Γαλιλαίας. Καὶ ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρὲτ, ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν Προφητῶν, Ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. III. 1 Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς, κηρύσσων ἐν τῇ 2 ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας. Καὶ λέγων, Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ 3 ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ῥηθεὶς ὑπὸ Ἡσαΐου τοῦ Προφήτου, λέγοντος. Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους 4 αὐτοῦ. Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφῦν αὐτοῦ· ἡ

cum Maria matre ejus, & prostrati adoraverunt illum: & apertis thesauris suis obtulerunt illi munera, aurum, & thus, & myrrham. Et 11 oraculo 12 admoniti in somnis ne reverterentur ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Di- 13 gressis autem illis, ecce Angelus Domini 12 apparet in somnis Joseph, dicens: Surge, & assume puerum ac matrem illius, & fuge in Ægyptum: & esto illic donec dixero tibi: futurum est enim ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Ille 14 vero excitatus assumpsit puerum & matrem ejus noctu, & secessit in Ægyptum. Et fuit illic usque ad 15 obitum Herodis: ut perficeretur quod dictum fuerat a Domino per Prophetam, dicentem: 13 Ex Ægypto vocavi filium meum. Tum ubi Herodes vidit 16 sibi illusum fuisse a magis, indignatus est vehementer: ac 14 missis *satellitibus* interfecit omnes pueros qui erant in Bethleem & 15 in omnibus finibus Bethleemiticis, quotquot essent 16 bimuli, & minores, juxta tempus quod exacte cognoverat ex magis. Tunc perfectum est quod dictum fuerat ab Hiere- 17 mia Propheta, quum ait: 17 Vox in Rhama audi- 18 ta est, lamentatio & ploratus & fletus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolationem admittere, propterea quod non sint. Cæterum defun- 19 cto Herode, ecce Angelus Domini in somnis apparet Joseph in Ægypto, dicens: Surge, & assume 20 puerum & matrem ejus, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. At 21 ille surgens assumpsit puerum 18 & matrem illius, & venit in terram Israel. Verum quum audisset Arche- 22 laum

παῖς est, sed παιδίον diminutiuum, quasi dicas *puellum*: quemadmodum & superius, *Diligenter interrogate de puero*, περὶ τοῦ παιδίου. At paulo superius, *præcedebat eos*, προῆγεν. Quod ita est præcedere quempiam, ut sit ceu dux viæ. Præterea, *gaudio magno*, χαρὰν μεγάλην, id est, *gaudium magnum*, Atticorum more dictum est, quod tamen Latine vertit Interpres. Etiamsi Terentius dixit, *solidum gaudere gaudium*, & Virgilius, *furere furorem*. Item quod *intrantes domum*, pro *ingressi domum*, ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν. Nam quod πεσόντες, id est, *prostrati*, vertit *procidentes*, prope coactus fecit, & mollius est. Hæc & id genus minutula multa sciens prætereo, ne Lectori sim fastidio.

11 *Et responso accepto.*] Dicat aliquis: Quid responsum est his, qui nihil interrogaverant? χρησμοὶ dicuntur *oracula*, quæ redduntur a Numine aliquo, sed petentibus aut consulentibus. Unde commodius vertisset *oraculo moniti*, sive *oraculo accepto*. Nisi forte destituti ductu stellæ, desiderarunt aliquod signum divinæ voluntatis. Deinde, *ne redirent*, Græce est, μὴ ἀνακάμψαι, id est, *ne reflecterent*, si libeat superstitiose vertere. Verbum aptum ac peculiare facientibus iter navigio aut equis. Ac mox:

12 *Apparuit in somnis*] φαίνεται κατ' ὄναρ, id est, *apparet per somnium*, verbo præsentis temporis: quanquam Interpres Latine ac probe vertit. Rursus illud, *Surge & accipe*, Ἐγερθεὶς παράλαβε, id est, *Experrectus adjunge tibi*, sive *assume comitem*. Ac mox, Ὁ δὲ ἐγερθεὶς, *At ille experrectus* sive *excitatus*. Quanquam ante jam admonuimus hanc vocem communem esse expergiscenti, surgenti, & reviviscenti.

13 *Ex Ægypto vocavi filium meum*] Ex hoc testimonio, quod Matthæus adduxit ex Oseæ cap. undecimo, Julianus ansam arripuit calumniandi Christianos, quod Evangelista violente detorserit ad Christum, quod dictum sit de Israele, nimirum sequutus editionem Septuaginta, qui locum hunc transtulerunt in hunc modum: *Quia parvulus Israël, & ego dilexi eum, & ex Ægypto vocavi filios ejus. Sicut vocavi eos, ita abierunt a facie mea. Ipsi Baalim immolabunt, & sculptilibus adolebant incensum.* Cæterum juxta fidem Hebraicam divus Hieronymus ita transtulit: *Quia puer Israël, & dilexi eum, & ex Ægypto vocavi filium meum. Vocaverunt eos, sic abierunt a facie eorum. Baalim immolabant, & simulacris sacrificabant.* Verum hisce de rebus, neque enim nos in præsentia hoc agimus, Hieronymus copiose disserit, hunc enarrans locum: idemque proprium super hujusmodi quæstionibus tractatum edidit: nec præteriit locum hunc in libro ad Pammachium de optimo genere interpretandi. Idem indicat, posse videri sumptum e libris Numerorum capite vigesimo quarto, dicente Baalam: *Deus ex Ægypto vocavit eum, gloria ejus quasi gloria unicornis.*

14 *Et mittens*] καὶ ἀποστείλας, id est, *missis* carnificibus, aut ministris, aut satellitibus. Neque enim alioqui recipit Latini sermonis consuetudo. Quanquam Græcis ἐπιστέλλειν dicitur absolute, qui *mittit epistolam*, & ἀποστέλλειν, qui *mittit mandatum* aut *nuncium*.

15 *Et in omnibus finibus ejus*] τοῖς ὁρίοις αὐτῆς. *Ejus*, non refert Herodem, sed Bethlehem: id quod in Græcis indubitatum est. Eam ambiguitatem quo nos effugeremus, vertimus *in omnibus finibus Bethlehemiticis*.

16 *A bimatu & infra*] ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, id est, omnes qui bimuli essent, aut minores. Nam διετὲς Græcis *duorum annorum spatium* est. Rursum, ἠκρίβωσε, quod supra vertit *diligenter didicit*, hic transtulit *exquisierat*.

17 *Vox in Rama audita est*] Testimonium desumptum est ex Hieremiæ cap. trigesimo primo. Quanquam Evangelista nec juxta Hebræum retulit, nec juxta Septuaginta editionem. Quemadmodum clare fatetur Hieronymus, prophetiam edisserens, ne quis mihi succenseat. Siquidem juxta Septuaginta sic legimus: Φωνὴ ἐν Ῥαμᾷ ἠκούσθη θρήνου, καὶ κλαυθμοῦ, καὶ ὀδυρμοῦ, Ῥαχὴλ ἀποκλαιομένη ἐπὶ τῶν υἱῶν αὐτῆς, καὶ οὐκ ἤθελησε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσίν. Ad hunc quidem modum habet editio Aldina, tametsi non omnino respondet ad ea, quæ refert Hieronymus: nisi quod suspicor in Latinorum codicibus hæc pleraque fuisse depravata. Siquidem hic quæ tribuuntur Septuaginta, magis congruunt cum his quæ Hieronymus vertit ex Hebraica veritate, nisi forte hæc librariorum incuria confusa fuerunt: *Vox in Rama audita est, lamentatio, & fletus, & luctus, Rachel plorantis filios suos, & noluit conquiescere, quia non sunt.* Juxta Hebraicam veritatem ita vertit Hieronymus: *Vox in excelso audita est, lamentationis, & fletus, & luctus, Rachel plorantis filios suos, & noluit consolari super filiis suis, quia non sunt.* Hieronymus admonet hic *Rachel* positum non pro muliere, sed pro loco ipso, quod Rachel enixa Benjamin, sepulta fuerit juxta Bethlehem. Itaque propter corpusculi hospitium locus nomen accepit sepultæ. Præterea *Rama* non esse vocabulum loci, quemadmodum videtur: sed רָמָה *Rama* Hebræis *excelsum* sonat, ut claram ac longe lateque sonantem plorantis vocem intelligas. Proinde mirum est Interpretem, quisquis fuit, Græcum, nam Matthæus Hebraice scripsisse creditur, reliquisse vocem Hebraicam רָמָה, nisi forte pro loci vocabulo transtulit. Nam est omnino hujus nominis locus in tribu Benjamin, juxta Gabaa.

18 *Ploratus & ululatus*] Pro duobus, quæ nos legimus, Græci codices habent tria, θρῆνος, καὶ κλαυθμὸς, καὶ ὀδυρμὸς, id est, *lamentatio, ac ploratus, ac fletus.* Ac totidem recenset Hieronymus, idque juxta auctoritatem tum Septuaginta, tum Hebraicæ veritatis, tametsi in Commentario non recenset nisi duo. Sunt autem nominandi casu posita, cum per genitivum verterint & Septuaginta, & divus Hieronymus. Cæterum quod sequitur, *noluit consolari*, vel amphibologiæ vitandæ gratia potius vertendum erat, *noluit consolationem admittere. Quia non sunt*: Hoc subito videtur ad Rachelis personam referri, noluit hoc nomine consolationem admittere, quasi non essent ii qui mortui sunt, quum ad meliorem vitam profecerint. Tale quiddam admonet Hilarius in Canone. Simile quiddam & Theophylactus. Mihi simplicius videtur, ut intelligamus non esse dictos, qui perierunt. Siquidem his verbis, *non sunt*, Propheta voluit explicare dolorem Rachelis inconsolabilem, & Herodis immanissimam crudelitatem. Offendit Hilarium quod non esse dicantur, qui pro Christo trucidantur. Illud leviculum, quod ἰδοὺ φαίνεται, id est, *ecce apparet*, verterit, *ecce apparuit*, mutato verbi tempore. Cum præsentis abusus aptus sit rem ceu jam geratur narranti. Nam de hoc ἐγερθεὶς παράλαβε superius admonuimus. *Rursum audiens*, Ἀκούσας δὲ, pro, *Cum audisset autem*: id quod passim negligit Interpres, nec id tamen perpetuo, ut intelligas ῥαθυμίαν fuisse potius, quam judicium aut inscitiam. Illud recte mutavit, *quod regnaret*, ὅτι βασιλεύει: quod Græcus Interpres Hebraice magis quam Græce dixit, *quod regnat.* Cæterum Herodes hic pater fuit Archelai, quo Lugdunum relegato per Tiberium Cæsarem, substitutus est in regnum frater hujus Herodes, a quo fuit irrisus Christus, filius illius, sub quo fugit in Ægyptum. Ita Hieronymus, Quanquam Josephus, quem citat Hieronymus, diversa refert: si-

qui-

5 ἡ δὲ τροφὴ αὐτȣ͂ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον. Τότε ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν Ἱεροσόλυμα, καὶ πᾶσα Ἰȣδαία, καὶ 6 πᾶσα ἡ περίχωρος τȣ͂ Ἰορδάνȣ. Καὶ ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ὑπ᾽ αὐτȣ͂, ἐξομολογȣ́μενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. 7 Ἰδὼν δὲ πολλȣ̀ς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδȣκαίων ἐρχομένȣς ἐπὶ τὸ βάπτισμα αὐτȣ͂, εἶπεν αὐτοῖς, Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλȣ́σης ὀργῆς. 9 Ποιήσατε ȣ͂ν καρπȣ̀ς ἀξίȣς τῆς μετανοίας. Καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. Λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τȣ́των 10 ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. Πᾶν ȣ͂ν δένδρον μὴ ποιȣ͂ν καρπὸν 11 καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. Ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μȣ ἐρχόμε-

laum regnare in Judæa loco Herodis patris ſui, 19 timuit illuc abire: ſed oraculo 20 admonitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilææ. Ac profectus habitavit in civitate quæ vocatur Nazareth: ut impleretur quod dictum fuerat per 21 Prophetas, Nazaræus vocabitur. III. 1 In diebus autem illis accedit Johannes Baptiſta, prædicans in deſerto Judææ, 2 Dicenſque, 1 Pœnitentiam agite *vitæ prioris*: 2 in propinquo eſt enim regnum cœlorum. 3 Nam hic eſt ille de quo dixit Eſaias Propheta, qui ait, 3 Vox clamantis in deſerto, Parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus. 4 Ipſe vero Joannes 4 habebat indumentum ſuum e pilis camelorum, & zonam pelliceam circum lumbos ſuos. Porro 5 cibus illius erant locuſtæ & mel

quidem Judaic. Antiquit. lib. decimo ſeptimo cap. ultimo ita refert: *Cæſar autem*, videlicet Cajus, Tiberii ſucceſſor, *veniente Archelao aliquibus accuſatoribus adſtantibus cauſam hinc inde cognoſcit: ſed ubi ſe parum expurgat Archelaus, in exſilium trudi præcipitur, in Vienna Galliæ habitaculo contributo: pecunias vero ejus rationibus juſſit applicari fiſcalibus.* De fratre hujus Archelai Herode Tetrarcha ita memorat idem Joſephus lib. decimo octavo cap. decimo ſexto: *Tunc Cæſar veram credens accuſationem, Tetrarchiam ejus abſtulit, & Agrippæ regno conjunxit, ſed etiam omnes ejus opes Agrippæ contribuit: ipſum autem æterno condemnavit exſilio, habitaculum ei conſtituens in Lugdunenſi Galliæ civitate.* Hæc Joſephus. Unde conſequitur aut Hieronymum fuiſſe memoria lapſum, aut locum eſſe depravatum in Commentario, aut Joſephi codices non carere vitio. Judæam hic pro parte regionis Judaicæ poſitum admonuimus antea.

19 *Timuit illò ire*] ἐκεῖ ἀπελθεῖν. *Illo* adverbium eſt, etiamſi in vetuſtiſſimis codicibus ſcriptum eſt *illuc*. Nec eſt *ire*, ſed *abire*, ἀπελθεῖν.

20 *Et admonitus*] χρηματισθεὶς δὲ κατ᾽ ὄναρ. Miras hujus Interpretis delicias, quod modo verterat *reſponſo accepto*, nunc transfert *admonitus*. Divus Hieronymus putat χρησμὸν dici, quoties Deus per ſe reſpondet. Nec eſt, *& reſponſo accepto*, ſed, *ſed accepto reſponſo*, licet reclamantibus exemplaribus Latinis. Quanquam minutius hoc, velut & illud, ἐλθὼν κατῴκησεν, *profectus habitavit*, ſive, *venit & habitavit*. Etiamſi in nonnullis codicibus eſt ἀπελθών.

21 *Per Prophetas, quoniam Nazaræus*] διὰ τῶν Προφητῶν. Solitus citare nominatim auctorem prophetiæ, nunc in genere dixit, *per Prophetas*, quod נָזִיר Hebræis *ſanctus* ſive *conſecratus* dicitur juxta Septuaginta. Et non uno in loco, ſed paſſim Chriſtus *ſanctus* dicitur, quando de illo ſcriptum eſt: *Cum venerit Sanctus ſanctorum, ceſſabit unctio veſtra.* Symmachus *ſeparatum* vertit. Alii *floridum* exponunt: נֵצֶר *nezer* enim Hebræis *flos* vel *germen*, ut Septuaginta verterunt, dicitur: verum צ illud per ז ſcribitur. Huc reſpicientes aliqui, dum conantur hoc teſtimonium ad certum referre locum, ſumptum putant ex Eſaiæ cap. undecimo: *Et egredietur virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus adſcendet.* Porro גֶּזַע, quod ſoli Septuaginta tranſtulerunt *radicem*, Aquila, Symmachus, ac Theodotion verterunt κορμὸν, id eſt, *ſtirpem* ſive *truncum*. In hanc ferme ſententiam Hieronymus, qui locum hunc annotavit, & in libello ad Pammachium de optimo genere interpretandi. Chryſoſtomus homilia in Matthæum nona exiſtimat hoc oraculum adductum ex aliquo voluminum, quæ vel negligentia vel impietate Judæorum, vel temporum ac bellorum injuria perierunt. Illud addam, ὅτι, id eſt, *quia*, conjunctio hoc ſane loco fuerat omittenda, niſi reddidiſſet hunc ad modum, *quod Nazaræus vocandus eſſet.*

III. 1 P*Oenitentiam agite.*] Μετανοεῖτε. Quod plerumque vertit, *Pœnitentiam agite*. Opinor quod *Pœnitete*, ſive *Pœnitemini*, parum Latinum videretur: quanquam & ſic vertit alicubi. At noſtrum vulgus putat eſſe *pœnitentiam agere*, præſcripta pœna quapiam luere commiſſa: quod apud Chriſtianos, qui publice peccaſſent, ejecti e conſortio, propalam affligerentur. Eaque ſatisfactio, ſive pœna, *pœnitentia* vocari cœpta. Qua quidem ex re, non mediocris error Theologis quibuſdam, qui quod Auguſtinus de pœnitentia, hoc eſt, publica ſatisfactione, ſcripſit, ad animi dolorem, quam *contritionem* vocant, detorquent. Alioqui μετάνοια dicta eſt a μετανοεῖν, hoc eſt, *a poſterius intelligendo*: ubi quis lapſus, re peracta, tum demum animadvertit erratum ſuum. Quæ juxta proverbium Homericum, *Prudentia ſtultorum eſt.* Eodem ſpectat alterum proverbium, δευτερῶν φροντίδων ἀμεινόνων. Unde quod nos legimus, *pœnitet me feciſſe hominem*, Auguſtinus de Civit. Dei libro decimo quinto cap. vigeſimo quarto pro *pœnituit* legit *recogitavit*, juxta fidem vetuſtiſſimi codicis. Indidem dicta eſt μεταμέλεια: quum ſocordes in re peragenda, ſero incipimus eſſe attenti, jam admoniti noſtris malis. Græcæ vocis elegantiam annotavit Tertullianus libro adverſus Marcionem ſecundo: *Nam & in Græco*, inquit, *ſono pœnitentiæ nomen non ex delicti confeſſione, ſed ex animi demutatione compoſitum eſt.* Meo judicio commode verti poterat, *Reſipiſcite*, ſive *Ad mentem redite*. Siquidem reſipiſcit, cui vita ſuperior diſplicet. Cæterum, *pœnitentiam agere*, pro *affici ducique pœnitudine*, ut nolim pronunciare barbarum ac ſolœcum, ita non memini legere apud probos Auctores. *Actus pœnitentiæ*, pro *ductus pœnitudine*, ſemel eſt apud Suetonium. Et apud Plinium in Epiſtolis, *pœnitentiæ pœnitentiam egit*, reperitur, ſed addito caſu paterno. Sic enim dixiſſe videtur, *pœnitentiam agere*, pro *pœnitere*: quemadmodum dicimus, *vitam agere*, pro *vivere*. Abſolute poſuit Valerius Maximus cap. de ſapienter dictis ac factis: *Reſpondit, utrum horum* *feciſſet, pœnitentiam acturum*, quod ex iis, quæ mox præcedunt, facile liquet, cujus rei ſit *pœnitudo*. Veluti quum dicimus, *duxi uxorem, ſed pœnitet.* Fabius lib. nono indicat Salluſtium ſcripſiſſe, *non pœniturum*, pro *non acturum pœnitentiam*. Cæterum non admodum arriſit periphraſis, *Vitæ prioris pœnitentiam agite*, aut, *Delictorum pœnitentiam agite*. Et tamen erant homines pii juxta ac eruditi, quibus circumitio magis placuit, ne quis calumniaretur, ut nunc ſunt mores ac tempora, pœnitentiam ab Evangelio profligatam. Quanquam non protinus ideo profligatur ſalubris illa ſatisfactio, quæ comitatur reſipiſcentiam, ac lachrymis piiſque officiis delet, & quodammodo penſat delictum, ſi Græca vox, non a *pœna*, ut quibuſdam videtur, ducta pœnitentia, quum probabilius ſit ductam a *pone tenendo*, ſed a reſipiſcendo, mutataque ſententia deducitur. Nos igitur utrunque vertimus, ut omnibus quantum licet gratificemur.

2 *Appropinquabit enim*] ἤγγικεν. Dubium non eſt, quin errore librariorum acciderit, quod perpetuo pene legatur futurum pro præterito, in hoc ſane verbo, cum ſit *appropinquavit*. Atque ita citat Chryſoſtomus homilia decima quarta. Id eo frequentius accidit, quod nonnullæ nationes præpoſtere vice *b* pronunciant *v*, & contra, ut *vivere* pro *bibere*, *bibere* pro *vivere*. Quanquam in hujuſmodi verbis Græci nonnunquam abutuntur præterito vice præſentis. Mollius erat, *inſtat*, ſive *adeſt*, ſive *in propinquo eſt* regnum Dei. Nam id eſt *appropinquaſſe, in propinquo eſſe*. Siquidem Judæis adhuc in umbris & ceremoniis verſantibus adventabat quidem, ſed eminus. Certe *appropinquavit* præteriti temporis ſcriptum reperi in vetuſtiſſimis exemplaribus Latinis in hoc conſentientibus, atque etiam in excuſis plerisque caſtigatioribus. Subindicavit & Origenes verbum *appropinquavit* non ad tempus, ſed ad actum referri, homilia in Matthæum prima. In uno Donatianico erat, *appropinquat*.

3 *Vox clamantis*] Ipſe Joannes Baptiſta apud Joannem Evangeliſtam teſtatur hoc de ſe dictum. Eſt autem apud Eſaiam cap. XL. conſentiente Hebraica veritate cum Editione Septuaginta: niſi quod Septuagiuta non repetunt, *in ſolitudine*. Græca ſic habent, Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίȣ, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβȣς τȣ͂ Θεȣ͂ ἡμῶν. Porro quod apud Prophetam eſt, *Dei noſtri*, Evangeliſta ſenſum reddens, non verba, poſuit *ejus*. Cæterum *parate*, Græce eſt, ἑτοιμάσατε, hoc eſt, *promptam, paratam, & expeditam reddite*. Hebraica vox פַּנָּה proprietatem habet, ut ſignificet *viam apertam & oculis intuentium conſpicuam facere*, a verbo פָּנָה, quod eſt *reſpexit*. Obſtant enim affectus mundani, quo minus homines videant Chriſtum advenientem: quibus ſublatis, jam ceu præparata via Domini, conſpicitur adveniens ſalus.

4 *Habebat veſtimentum de pilis*] ἔνδυμα αὐτȣ͂, id eſt, *indumentum ſuum*, & *e pilis* magis quam *de pilis*: deinde *cameli*, non *camelorum*. Quanquam hæc non magnopere faciunt ad ſententiam: tamen quo Scripturæ ſervaretur integritas, non abs re putavimus admonere. Et *zonam* Græce dixit, pro *cingulo*: tametſi *zona* vocabulum Latinis receptum ſcio.

5 *Eſca autem*] τροφὴ, id eſt, *cibus* ſive *alimonia*, a τρέφω *nutrio*. Quod Interpres vertit *locuſtas*, Græce ſunt ἀκρίδες, vox inde dicta, quod id animal ſummas ariſtas advolans depaſcatur. Coactior enim videtur etymologia, quæ ἀκρίδας hinc dictas exiſtimat, quod exiguo ſint capite, quaſi ἀκαρίδας. Theophylactus, quem quidam titulo decepti putant Athanaſium eſſe, indicat ἀκρίδας herbæ aut fruticis agreſtis genus intelligi poſſe, non animal: divus Hieronymus ſuper hac voce nihil annotavit, non taciturus, opinor, ſi de frutice ſenſiſſet Evangeliſta. Hilarius autem, atque etiam recentiores Rabanus & Lyranus animal accipiunt. Qui ἀκρίδας nolunt eſſe animal, vocem dictam exiſtimant a particula Græcis augente α & γράω, quod eſt *edo*, inde fruticem aut herbam dictam γράστιν, quod virens etiamnum edatur ab animantibus. Quanquam hæc etymologia rectius quadrat in animal, quod ſegetes depopulatur, quemadmodum legimus Exodi decimo. At Ælius Dionyſius negat Atticis herbam γράστιν dici, ſed κράστιν, quanquam hæc adhuc multum abſunt ab *acridibus*, nec huc pertinet, quod quidam tradunt, ἀκρίδας dici panniculos ab avena dependentes. Verum hæc utcunque habent, apud Latinos certe veteres, non memini legere *locuſtam* pro *frutice* aut *herba*, ſed tantum pro *animante*, quod geminum memorant, terreſtre ac marinum. Illud probabiliter colligitur ex iis, quæ de locuſtis prodidit antiquitas, eas fuiſſe non per omnia ſimiles noſtratibus. Nam illæ volabant quaternis alis, & ex Africa nonnunquam commigrabant in Italiam: quum de noſtratibus non querantur agricolæ, nec ipſæ in alienam regionem agminatim devolent. Id ſi cui mirum videtur, conferat noſtrates columbas cum columbis Italicis, dicas eſſe diverſi generis. Simile diſcrimen eſt & in piſcibus

χόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστίν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς τὴν ἀποθήκην, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ. Τότε παραγίνεται ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην πρὸς τὸν Ἰωάννην, τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἰωάννης διεκώλυεν αὐτὸν, λέγων, Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτὸν, Ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. Τότε ἀφίησιν αὐτόν. Καὶ βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἀνέβη εὐθὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος, καὶ ἰδοὺ ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοὶ, καὶ εἶδε τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν. Καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν, λέγουσα, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. Τότε ὁ Ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τοῦ πνεύματος, πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου.

mel ſylveſtre. Tunc egreſſa eſt ad illum Hieroſolyma, & tota Judæa, 6 totaque regio *undique finitima* Jordani. Et baptizabantur in Jordane ab illo, confitentes peccata ſua. Quum vidiſſet autem multos ex Phariſæis & Sadducæis venientes ad baptiſmum ſuum, dixit illis, 7 Progenies viperarum, 8 quis vobis ſubmonſtravit ut fugeretis a ventura ira? Facite igitur 9 fructus qui deceant pœnitentiam. Et 10 ne ſitis hac mente ut dicatis intra vos ipſos, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis quod poſſit Deus facere, ut ex lapidibus his 11 filii ſurgant Abrahamo. 12 Jam vero & ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis igitur arbor, quæ non facit fructum bonum, 13 exciditur, & in ignem mittitur. Ego quidem baptizo vos aqua ad pœnitentiam: 14 at ille, qui poſt me venturus eſt, fortior me eſt 15 cujus non ſum idoneus ut, calceamenta por-

ſcibus & in arboribus permultis. Cogor hoc loco deſiderare prudentiam in nonnullis Scriptoribus, (quorum de numero eſt Nicolaus Perottus, vir alioqui pulchre doctus, variæ lectionis, ac ſuo ſæculo de ſtudiis præclare meritus) qui nolunt *locuſtam* hoc loco animal eſſe, ſed fruticem neſcio quem aut ſurculum delicatum, & ceu rem vehementer impiam exſecrantur, ſi Joannes Baptiſta tam vili cibo paſtus dicatur. Atque hic (Deum immortalem!) quam inſulſe rhetoricatur λεξικογράφος quidam, rogans cur non eadem opera amicus Dei muſcas cæteraque portenta ederit, quibus Deus afflixit inimicos ſuos Ægyptios? quaſi vero non reddamur ob id ipſum Deo chariores quod pietatis amore ciborum delicias contemnimus. Primum ſi iſtis abſurdum videtur, hominem veſci locuſtis, meminiſſe debebant ab claris Auctoribus proditum, non Parthos modo, ſed alias quoque nationes locuſtarum eſu victitaſſe. Siquidem Plinius lib. XI. cap. XXIX. teſtatur hoc iſtis tam abominandum animalculum Parthis etiam in deliciis fuiſſe. Idem lib. VI. cap. XXX. refert quoſdam Æthiopiæ populos non alio cibo vivere ſolitos, quam locuſtarum, quas in hunc uſum fumo ſaleque durant; nec id latuit Perottum, tantum cibi vilitate offenditur. Qui luſtrarunt procul ſemotas regiones, narrant & hodie Ægyptios vulgo veſci locuſtis. Itaque ſi locuſtam immundum animal vocant, quod plebejum, vile, parabile, ac pauperum cibus fuerit, hoc ipſum in laudem ſanctiſſimi viri retulit Evangeliſta, quod cum juvenis eſſet magni Sacerdotis filius, magna tum apud populum tum apud regem auctoritate, in deſerto potius ferarum ritu, vili parabilique cibo vivere maluerit: non quod hoc cibi genus ſuperſtitioſe affectarit vir pius, ſed partim quod eremus hunc cibum ultro ſuppeditaret, opinor enim illum, quum apud cives aut regem ageret, non requiſiviſſe locuſtas: partim ut, juxta vaticinium Eſaiæ, Chriſtique teſtimonium, Heliam Prophetam referret. Ad hæc, quos offendit cibi vilitas, cur iidem non offenduntur pilis camelorum, & cingulo coriaceo? Quaſi vero magis convenerit, ut pauperis Chriſti prodromus & ad crucem deſtinati placentis & Atticis bellariis ſaginaretur, mulſum & aromatitem pro aqua biberet, pro pilis camelorum byſſinis & holoſericis veſtiretur, pro loro baltheo bullis aureis inſignito cingeretur. Videntur igitur hæc non minus Ethnico ſpiritu dicta, quam Platina, vir ſane doctus, Gregorio Pontifici Romano ejus nominis primo patrocinatur adverſus neſcio quos, qui illius gloriam hac calumnia conabantur obſcurare, quod, dum urbem templis, baſilicis, monaſteriis, ac xenodochiis exornat, quaſdam vetuſtas ſtructuras ſit demolitus: ſic autem ait cauſam illius, ut utatur inficiatione: quaſi fuiſſet Gregorius natione Romanus vehementer impius in patriam futurus: ſi quas columnas, arcus, & amphitheatra veteris Paganiſmi reliquias fuiſſet hoc animo demolitus, ne hoſpites ejuſmodi ſpectaculis a templis ac baſilicis avocarentur, quum hodie videamus, ſi qua ſuperſunt Paganicæ vetuſtatis monumenta, a multis longe pluris fieri, quam loca ſacra. Sed ut ad rem, ſi vilitas iſtos offendit, hoc vituperant, quod in ſummam laudem commemorat Evangeliſta: ſin immundum appellant animal, quod Judæis veſci nefas erat, declarant quam non diligenter verſati ſint in Sacris Voluminibus, quum Levitici undecimo inter volucres nominatim excipiantur bruchus, atacus, ophimachus, & locuſta, quæ inter ſe finitimi generis ſunt, & inter munda cenſentur, eo quod, licet habeant quaternos pedes, tamen poſterioribus longioribus ſaliunt ſuper terram. Plinius lib. XI. cap. XXIX. referens locuſtas fœminas mox a partu perire, vermiculo circa fauces innaſcente, & eodem tempore perire mares, miratur eas tam frivola ratione mori, quum ſingulæ quoties libuit ſerpentem necent faucibus ejus apprehenſis mordicus. Hoc locuſtarum genus videtur eſſe, quod alii vocant *ophimachum*, ſerpentibus infenſum. Nec recte colligit Lyranus hinc, ophimachum veſci ſerpentibus, quod Ariſtoteles dicat animantia coitus aut cibi cauſa pugnare, quum aranea perimat ſerpentem, quo tamen non veſcitur: rurſus alienum eſt quod ait, ophimachum eſſe mali nutrimenti, quod veſcatur ſerpentibus, innuens ophimachum inter immunda cenſendum, quum illic referatur inter munda: & ſi mali nutrimenti eſt quod veſcitur homini noxiis, abſtinendum eſſet a cervina, quod cervi veſcantur ſerpentibus, demum & a gallinis, quod delectentur araneis & ſcorpiis. Non hæc commemoramus, quod omnino negem hic ἀκρίδας accipi poſſe pro frutice aut herbæ genere, licet id nondum ſatis liqueat, quum de locuſtis nulla ſit controverſia quin & in cibis fuerint, alioqui Leviticus ridicule commemoraſſet eas inter munda, non ſacrificiis, ſed hominum eſui: verum ut eos refellam, qui pernegant & abſurdum exiſtimant, hoc loco animal eſſe locuſtam, interim & Interpretem accuſantes, qui ſic verterit, & Hieronymum, qui non emendarit, ni doceant & locuſtam apud Latinos pro herba aut frutice inveniri. Porro quum eremus multas gignat arbores frugiferas, licet fœtu fortaſſis imminutiore, quum ultro multos gignat frutices & olera, quibus olim victitabant Prophetarum filii, deliciarum genus erat unica tantum herba veſci, aut ſumma virentium decerpere, præſertim quum his per hyemem deficientibus locuſtæ ſolis æſtu deſiccatæ hybernis quoque menſibus ſint uſui.

6 *Et omnis regio circa Jordanem*] καὶ πᾶσα περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου, id eſt, *& omnis regio undique finitima Jordani.* Omitto levicula illa, quod ἰδὼν vertit *videns*, pro, *cum vidiſſet.* Quod πολλοὺς τῶν Φαρισαίων, id eſt, *multos Phariſæorum*, Græce magis quam Latine dixerit, pro *multos e Phariſæis*, ſive *multos Phariſæos.*

7 *Progenies viperarum*] Γεννήματα τῶν ἐχιδνῶν. Idem eſt, quod alias vertit, *genimina viperarum*, ſed parum Latine. Nam *progenies* dicuntur ab alio progeniti: atque idem ſonat Græca vox. Poterat dicere *filios*, ſive *germina*. *Genimen* enim haud arbitror uſquam comperiri apud probatos Auctores. Nam *geno* pro *gigno*, quo uſus eſt Varro & Lucretius, ſed in poëmate, verbum eſt obſoletius, quam ut hodie quiſquam uti velit. Atque ut hoc utcunque reperitur, ita *genimen* nuſquam eſt invenire. Ego ſane, quod ad me pertinet, vellem inveniri, ac receptum eſſe.

8 *Quis demonſtravit vos*] In vetuſtis & emendatioribus codicibus ſcriptum eſt *vobis*, non *vos*, ὑπέδειξεν ὑμῖν, & magis *ſubindicavit*, ſive *ſubmonſtravit*, quam *demonſtravit*: quaſi dicas, clanculum indicavit & admonuit, ut fugeretis imminens periculum. Nam quod ἀπὸ μελλούσης ὀργῆς, id eſt, *a futura ira*, vertit *a ventura ira*, recte mutavit: niſi quod apertius erat, *ab ira quæ futura eſt*, ut certam intelligas iram jam inſtantem. Certe *futura* legitur in aureo codice.

9 *Fructum dignum pœnitentiæ*] καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, id eſt, *fructus dignos pœnitentiæ.* Quanquam ambiguum eſt, utrum genitivus *pœnitentiæ* pertineat ad nomen *fructus*, an ad *dignos*, quod raro jungitur apud Latinos paterno caſui. Et ita poſitum eſt, ut magis videatur referendum ad proximam vocem *dignos*: ut ſit ſenſus, Si vere vos pœnitet, ut præ vobis fertis, ſic vivite: ut appareat vos reſipuiſſe, & ex animo priſtinæ vitæ pœnitentia teneri. In eum ferme ſenſum Chryſoſtomus enarrat. Nos vertimus, *Facite fructus qui deceant pœnitentiam*, quo vitaremus amphibologiam, vel ſenſum potius abſurdum. Nam fructus digni pœnitentia ſunt, quorum merito aliquem pœnitere debeat. Nec mihi diſplicet ut *dignos* accipiatur abſolute pro *legitimos* & *idoneos*, quomodo non infrequenter uſurpatur apud Græcos, apud Latinos quoque nonnunquam.

10 *Et ne velitis dicere*] Καὶ μὴ δόξητε λέγειν, id eſt, *Ne videamini dicere*: ut ſit ſenſus, Ne ſic vivatis, ut videamini totam fiduciam pietatis collocaſſe in affinitate patrum. Quanquam poteſt & ſic accipi, *Ne ſitis in hac opinione, ut dicatis vos eſſe filios Abrahæ*: tanquam id ſufficiat ad juſtitiam, e ſanctis eſſe prognatos. Et mox:

11 *Quoniam potens eſt*] ὅτι conjunctio aut omittenda erat aut vertenda in *quod*, non in *quoniam*, aut *quia*.

12 *Filios Abrahæ*] τέκνα τῷ Ἀβραάμ. Articulus Græcus indicat Ἀβραάμ dativi caſus eſſe, non paterni. Quaſi dicat Abrahæ non defuturos filios, etiamſi illi non ſint nati. Quidam in hujuſmodi vice articuli addunt pronomen *ipſi*, ſed amphibologia tolletur, ſi legas *Abrahamo.*

13 *Jam enim ſecuris*] Ἤδη γὰρ καὶ ἡ ἀξίνη, id eſt, *jam enim & ſecuris.* Nec eſt otioſa conjunctio: indicat enim cum epitaſi proximum inſtare periculum. Siquidem quamdiu ſpes eſt remedii, ſtercoratione, aut putatione ſubvenitur arborum vitiis. Cæterum ultimæ deſperationis indicium eſt, quoties ſecuris admovetur radici. Divus Hieronymus citat ſubinde *ad radices*, non *ad radicem*, licet reclamantibus Græcorum exemplaribus.

14 *Excidetur, & in ignem mittetur*] Utrunque verbum Græcis præſentis temporis eſt, *exciditur, & mittitur*, ἐκκόπτεται, καὶ βάλλεται: primum, ut ſententia ſit generalis: deinde, quod abuſus temporis magis facit ad emphaſim periculi proxime imminentis: velut admota radicibus ſecuri, jamjam futurum ſit, ut funditus excidatur arbor. Atque ita legiſſe Cyprianum, conjicere licet ex ipſius verbis, quæ ſcribit in Expoſitione Orationis Dominicæ: *Nam cum omnis*, inquit, *arbor non faciens fructum, excidatur, & in ignem mittatur, utique & ſermo*, &c. Alioqui dicturus erat: *Cum omnis arbor ſit excidenda, & in ignem mittenda.* Illud levius, quod εἰς μετάνοιαν vertit *in pœnitentiam*, pro *ad pœnitentiam.*

15 *Qui autem poſt me venturus eſt*] ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, qui

βόλυ. Καὶ νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, ὕστερον ἐπείνασε. Καὶ προσελθὼν αὐτῷ ὁ πειράζων εἶπεν, Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε, Γέγραπται, Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. Τότε παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ. Καὶ λέγει αὐτῷ, Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω· γέγραπται γὰρ, Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περί σου, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου. Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Πάλιν γέγραπται, Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου. Πάλιν παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν, καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν. Καὶ λέγει αὐτῷ, Ταῦτα πάντα σοι δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὕπαγε σατανᾶ· γέγραπται γὰρ, Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.

portem: ipse vos baptizabit [16] Spiritu sancto & igni. [17] Cujus ventilabrum in manu ipsius, & repurgabit aream suam, & congregabit [18] triticum suum in horreum, paleam autem exuret igni inexstinguibili. Tunc accedit Jesus a Galilæa ad Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab illo. At Joannes prohibebat illum, dicens, [19] Mihi opus est ut abs te baptizer, & tu venis ad me? Respondens autem Jesus dixit ad illum, [20] Omitte nunc: sic enim decet nos ut compleamus omnem justitiam. Tunc omittit illum. [21] Et baptizatus Jesus adscendit protinus ab aqua, & ecce aperti sunt illi cœli, & vidit Spiritum Dei descendentem [22] tanquam columbam, & [23] venientem super ipsum. Et ecce vox de cœlis, dicens, Hic est filius meus dilectus, [24] in quo mihi bene complacitum est. [1] Tunc Jesus subductus fuit in desertum a spiritu, ut tentaretur a diabolo. Et quum jejunasset dies quadraginta,

qui venit, præsentis temporis, aut *qui venturus est*. Est enim hoc participium, quemadmodum & illius verbum, anceps, ut intelligas vel ætate juniorem Christum, vel successurum in munus prædicandi. Illud minutulum.

16 *Non sum dignus*] οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, id est, *non sum idoneus*: & *fortior* ad vires refertur, non ad animi magnitudinem; ἰσχυρότερος, id est, *valentior*, sive *plus potens* quam ego, quum juxta Latini sermonis elegantiam fortitudo magis sit animi quam corporis. Et ὑποδήματα *soleas* sonat magis quam *calceamenta*: hinc dicta Græcis, *quod pedibus subligentur*.

17 *In Spiritu sancto*] Quod in nostris additum est, *& igni*, in nonnullis Græcorum exemplaribus erasum est, fortassis odio quorumdam Hæreticorum, qui pro lotione utebantur inustura. Certe Hieronymus legit, *in spiritu & igni*: atque item Hilarius, cumque his Cyprianus: & in nonnullis Græcorum codicibus additum conspicitur. Atqui Chrysostomus homilia in Matthæum undecima legit & interpretatur, *in spiritu & igni*. Quanquam secus legit Theophylactus. Porro ne quis in nostris codicibus arbitretur casu additum, sic legit, & interpretatur Hieronymus. Quod autem ait *in spiritu & igni* trifariam potest accipi: Primum ut referatur ad Spiritum Sanctum specie linguarum ignearum in die Pentecostes missum in Discipulos, quem ipse Dominus Act. primo baptismum appellat: *Joannes baptizavit vos aqua, vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies.* Dein, ut pertineat ad ignem afflictionum & crucis: nam hunc quoque baptismum appellavit Dominus, ita respondens filiis Zebedæi: *Potestis bibere calicem quem ego bibo, & baptismo quo ego baptizor baptizari?* Tertio, per ignem intelligi potest vigor Evangelicæ gratiæ, qui intus datur, quum Judaici ritus fuerint frigidi; ignis enim inter omnia elementa maximam habet agilitatem, omnia in se transformans ac sursum rapiens. Tametsi *in* præpositio, juxta idioma Hebræi sermonis, addita est. Quod genus est illud apud Joannem, *in Spiritu Dei ejicio dæmonia*, quod perinde valet, quasi diceret, *Spiritu Dei ejicio.* Annotat hoc ut rem seriam Augustinus in homilia de verbis Domini ex Matthæo undecima, proferens similes formas, *percusserunt in gladio, succenderunt in igni*, & *accepit cultros petrinos, in quibus circumciderat filios Israël.*

18 *Cujus ventilabrum*] πτύον Græcis instrumentum, quo grana repurgantur a paleis. Augustinus edisserens Psal. XCII. legit *palam* pro *ventilabro*, quod idem *pala* quoque fieri consueverit.

19 *Triticum in horreum suum*] τὸ σῖτον αὐτοῦ, id est, *triticum suum*: ut *suum* pertineat ad *triticum*, non ad *horreum*. Atque ita scriptum est, non solum in omnibus Græcis exemplaribus, verum etiam emendatis ac vetustis Latinorum codicibus, non solum calamo descriptis, verum etiam formulis excusis. Deinde *paleam* est, non *paleas*, τὸ δὲ ἄχυρον, licet reclamantibus nostris exemplaribus. Verum hoc nihil ad sensum.

20 *A te debeo baptizari*] Non est *debeo*, sed χρείαν ἔχω, id est, *opus habeo ut abs te baptizer.* Porro verbo *baptizandi*, tametsi Græco, tamen quoniam res ipsa nova eo ad nos permanavit, placuit constanter uti. Quanquam Cyprianus in epistola ad Cæcilium ausus est ita legere: *Docete omnes gentes, tingentes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

21 *Sine modo*] Ἄφες ἄρτι. Quod hic vertit *sine*, mox transfert *dimisit*, cum utrobique sit idem verbum. Quanquam non est idem, *sinere*, & *dimittere.* Rogo quis est hic lusus in Litteris Divinis? Aut dicendum erat, *Omitte nunc*, ut intelligas id, quod est consentaneum, Joannem injecta manu conatum vetare Jesum. Ac mox, *tunc omisit illum*: aut, *Sine nunc*, & *tunc sinit illum.* Nam ἀφίησιν præsentis temporis est, non præteriti.

22 *Baptizatus autem Jesus*] *Jesus* in aureo codice non addebatur, nec in uno Donatianico. Siquidem quum essemus proxime Brugis, qua non alia civitas hodie florentior, aut bonorum ingeniorum feracior, in omnium celeberrimo congressu, cum aliorum Principum innumerabilium, tum præcipue Caroli Cæsaris semper augusti, & R. D. Thomæ Cardinalis Eboracensis, scrutati sumus Bibliothecam vetustissimi Collegii, vulgo dicti, Sancti Donatiani: quod hodieque veteris eruditionis ac disciplinæ non pauca tenet vestigia. Ibi reperimus Evangeliorum codices complures, quorum aliquot inscriptione etiam testabantur se descriptos ante annos octingentos. Unum, in quo Testamentum novum totum habebatur: alterum omnium vetustissimum, & usu tritissimum, sed mutilum & accisum: in quo nihil erat novi Testamenti, præter Epistolam Pauli ad Romanos, Epistolas Jacobi, Petri, Joannis, & Judæ. Horum nobis copia facta est per omni virtutum genere præcellentem Marcum Laurinum, ejus Collegii decanum. Habebat ea Bibliotheca complures alios libros antiquitatis venerandæ, qui neglectu quorundam perierunt, ut nunc ferme sunt Sacerdotum mores, magis incumbere patinis quam paginis, & potiorem habere curam nummorum quam voluminum. Hoc te nescire nolui, Lector, quod horum codicum testimonio sum frequenter usurus in hoc opere. Et εὐθὺς, quod hic est apud Græcos, in plerisque Latinis codicibus non additur.

23 *Sicut columbam*] ὡσεὶ περιστεράν. Obscurius reddidit Interpres. Videtur enim dicere, more columbæ descendisse Spiritum Sanctum, cum sentiat eum specie columbæ descendisse.

24 *Et venientem super se*] Ex Græco sermone non liquet utri sint aperti cœli, Christo, an Joanni, tum uter viderit columbam descendentem. Atqui ex Evangelistæ verbis magis videtur ad Christum referri, quam ad Joannem; nisi quod sequitur, ἐπ' αὐτὸν, quod Interpres vertere debuisset, *super eum*, sive *super ipsum.* Alioqui si *super se* sentiendum erat, dixisset, ἐφ' αὑτόν. Ad hæc, non referebat ut Christus hæc videret, quæ fiebant propter Judæos, quo evidenti signo intelligerent eum esse Messiam; non Joannem, ad quem alioqui vox Patris missa videri poterat, nisi columba palam designasset Jesum. At Marcus, qui Matthæum redegit in compendium, aliquanto etiam obscurius facit, & nisi res ipsa loqueretur, & obstarent hæc duo verba, ἐπ' αὐτὸν, prorsus intelligeremus Christum vidisse, non Joannem. Lucas ita recenset, ut, quis viderit, non aperiat. Solus Joannes palam explicat, Joannem Baptistam vidisse.

25 *In quo mihi complacui*] ἐν ᾧ εὐδόκησα. Verbum est peculiare Divinis Litteris, quo propensum animum ac præcipuum quendam affectum significant. Perinde sonat quasi dicas, *in quo bonam de me ipso habeo opinionem*: & ut ita loquar, *ipse mihi placeo*: sive *in quo mihi complacitum est.* Augustinus sermone sexagesimo tertio legit, *in quo bene sensi*, sequutus Cyprianum suum, qui itidem legit libro adversus Judæos primo cap. decimo quarto. Uterque sequutus videtur Tertullianum, qui libro contra Praxean legit, *in quem bene sensi*, & hic sequutus, ut opinor, Irenæum, qui frequenter hoc modo loquitur. Nam εὐδοκεῖν id Græcis sonat. Unde illis εὐδόκιμοι dicuntur *celebres* & *de quibus magnifica est opinio.* Cæterum illud *dilectus*, quod mox præcesserat, ἀγαπητὸς est Græcis, quod plerunque vertere solet *carissimus*. Est enim nomen, non participium, & omnino plus quiddam indicat, quam *dilectus.* Atqui si usquam erat *carissimus* dicendum, hic certe dicendum fuerat, cum de Filio Christo loquatur. Et ita citat aliquoties Hieronymus.

IV.

1 *Tunc ductus*] ἀνήχθη, id est, *subductus*, sive *sublatus*, velut e medio abductus. Nec enim protinus cœpit prædicare, sed abdidit sese dies aliquot. Porro quod simpliciter dixit, *a Spiritu*, solitus addere *sanctum*, palam est eum loqui de Spiritu, cujus modo meminerat, & ob id addidit articulum, ὑπὸ τοῦ πνεύματος. Nam quoties is accedit, fere de Spiritu Sancto sentiendum esse docet Didymus in opere de Spiritu Sancto. Etiam πνεῦμα pro quocunque *spiritu*, nonnunquam & pro *mentis impetu* usurpatur: cum πνοὴ non aliter quam pro *flatu* positum reperiatur in arcanis litteris, subnotante Augustino libro de Civitate Dei decimo tertio. Rursum *diaboli* nomen ubique reliquit Interpres, & in Paulinis Epistolis aliquoties, ubi non *spiritum impium*, sed simpliciter *delatorem* aut *calumniatorem* significare videtur. Id enim Græcis sonat διάβολος, a verbo διαβάλλεσθαι, quod est *deferre*, *traducere*, sive *infamem reddere.* Cæterum quod in Hilario pro *a diabolo* legitur *a zabulo*, fortassis errori librariorum est adscribendum. Tametsi eadem vox & alias apud hunc legitur: nec tamen apud hunc solum. Verum undecunque hoc inolevit, certe constat ab Evangelistis *diabolum* appellari, non *zabulum* sive *zabolum*, ut scriptum reperi in emendatioribus codicibus. Sunt qui ζα positum existimant pro διὰ, quod a vetustis Græcis in aliquot dictionibus factum esse verissimum est, nimirum juxta proprietatem Æolicam. Sed mirum unde recentiores Latini affectarint eam antiquitatem. Frivolum enim est, quod nonnulli *zabulum* media producta compositum putant ex ζα syllaba, quæ Græcis nonnunquam vim habet augendi, ut in ζάθεος, & βουλὴ, quod abundet consiliis. Dictus est enim accusator fratrum, a διαβάλλω. Ad hæc quod hic vertit *postea*, ὕστερον, sæpe vertit *novissime*, verti poterat, *tandem esuriit*, sive *denique esuriit*, ut intelligas eum tum demum sensisse famem.

ιζ ς 11 σεις. Τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβολος· καὶ ἰδοὺ ἄγγελοι A
ιη 12 προσῆλθον, καὶ διηκόνουν αὐτῷ. Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς ὅτι
δ ιθ 13 Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Καὶ καταλιπὼν τὴν Ναζαρὲθ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καπερναοὺμ
ζ τὴν παραθαλασσίαν, ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ.
14 Ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ Προφήτου, λέγοντος·
15 Γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλείμ, ὁδὸν θαλάσσης, πέραν
16 τοῦ Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν. Ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει εἶδε φῶς μέγα, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ
κ 17 καὶ σκιᾷ θανάτου φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς. Ἀπὸ τότε ἤρξα-
ς το ὁ Ἰησοῦς κηρύσσειν, καὶ λέγειν, Μετανοεῖτε· ἤγγικε
18 γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Περιπατῶν δὲ ὁ Ἰησοῦς παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, εἶδε δύο ἀδελφοὺς, Σίμωνα τὸν λεγόμενον Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐ- B
τοῦ, βάλλοντας ἀμφίβληστρον εἰς τὴν θάλασσαν· (ἦσαν
κα 19 γὰρ ἁλιεῖς) Καὶ λέγει αὐτοῖς, Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ
β 20 ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων. Οἱ δὲ εὐθέως ἀφέντες τὰ
κβ 21 δίκτυα, ἠκολούθησαν αὐτῷ. Καὶ προβὰς ἐκεῖθεν, εἶδεν
ς ἄλλους δύο ἀδελφοὺς, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ Ζεβεδαίου τοῦ πατρὸς αὐτῶν, καταρτίζοντας τὰ δίκτυα αὐτῶν· καὶ ἐκά-
22 λεσεν αὐτούς. Οἱ δὲ εὐθέως ἀφέντες τὸ πλοῖον καὶ τὸν
κγ 23 πατέρα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ. Καὶ περιῆγεν ὅλην
α τὴν Γαλιλαίαν ὁ Ἰησοῦς, διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ.
24 Καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν Συρίαν· καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, ποικίλαις νό- C
σοις καὶ βασάνοις συνεχομένους, καὶ δαιμονιζομένους, καὶ σεληνιαζομένους [continues]

A ta, tandem esuriit. Et 2 quum accessisset ad eum ille qui tentat, dixit, Si filius es Dei, jube ut lapi- 3
des hi panes fiant. At ille respondens dixit, Scri- 4
ptum est, 3 Non solo pane victurus est homo, sed omni verbo quod egreditur per os Dei. 4 Tunc 5
assumit illum diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum super pinnaculum templi. Dicitque il- 6
li, Si filius es Dei, præcipita te deorsum: nam scriptum est, 5 Angelis suis mandaturus est de te,
δ ac manibus tollent te, ne quando impingas in lapidem pedem tuum. 6 Dixit illi Jesus, Rursum scri- 7
ptum est, 7 Non tentabis Dominum Deum tuum. Rursum assumit illum diabolus in montem excel- 8
B sum valde, & commonstrat ei omnia regna mundi, & gloriam illorum. Et dicit illi, Hæc omnia tibi 9
dabo, 8 si prostratus adoraveris me. Tunc dicit 10
illi Jesus, 9 Abi satana: scriptum est enim, 10 Dominum Deum tuum adorabis, & illum solum coles. 11 Tunc omittit illum diabolus: & ecce ange- 11
li accedebant, ac ministrabant ei. Quum audisset 12
autem Jesus quod Joannes traditus esset, secessit in Galilæam. Et relicta Nazareth, profectus habita- 13
vit 12 in Capernaum, quæ est *civitas* maritima, in finibus Zabulon & Nephthalim. Ut impleretur 14
quod dictum fuerat per Esaiam Prophetam, dicentem: Terra Zabulon & terra Nephthalim, 13 *juxta* 15
viam maris, ultra Jordanem, 14 Galilæa gentium.
C Populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem ma- 16
gnam, & qui sedebant 15 in regione & umbra mortis,

2 *Accedens tentator*] ὁ πειράζων, id est, *is qui tentat*. Ad eundem modum Paulus Apostolus, μή πως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων, id est, *ne quo modo tentasset vos ille qui tentat*, hoc est, ille qui solitus est tentare. Quanquam nomen videri poterat πειράζων, velut εἴρων, pro *dissimulatore*.

3 *Non in solo pane*] Testimonium est Deut. cap. octavo, quod ad verbum pene retulit Christus. *Ut ostenderet tibi, quod non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Domini.* Cæterum tam Græce quam Hebraice *vivet* est futuri temporis, ζήσεται, יִחְיֶה.

4 *Tunc assumit*] παραλαμβάνει, id est, *assumpsit*, hoc est, comitem abducit. Ac rursum paulo inferius, παραλαμβάνει est præsentis temporis. Cæterum *pinnaculum*, πτερύγιον est diminutivum ab πτέρυξ *ala*, quod in alarum morem motetur.

5 *Angelis suis mandavit*] ἐντελεῖται, id est, *mandabit*, futuri temporis. Atque ita scriptum comperi in exemplari Corsendoncensi, consentientibus tribus Donatianicis. Similiter & apud Hebræos יְצַוֶּה. Atque ita legitur in Psalmo nonagesimo, unde D
locus hic desumptus est, consentientibus & Septuaginta: ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ. Calumniatur autem Hieronymus hoc in loco calumniatorem, quod perperam citarit Scripturæ testimonium, decerpens quod erat commodum, & prætermittens quod offendebat. Omisit enim illud, *ut custodiant te in omnibus viis tuis*. Deinde tacuit quod ibidem sequitur, *super aspidem & basiliscum ambulabis*. Postremo quod de quovis viro bono dictum est, id detorsit ad Christum, cum ei totus Psalmus non queat accommodari. Verum opinor diabolum non ob hoc vocandum in jus, quod inerudite citarit Scripturam, sed quod malitiose & impie. Ad hæc μή ποτε, quod suo more vertit, *ne forte*, rectius erat, *ne quando*.

6 *Dixit illi Jesus rursum*] πάλιν ita positum est, ut utrovis E
referri possit. *Dixit rursum*, aut, *Rursum scriptum est*. Deinde vox ea nonnunquam sonat iterationem, nonnunquam contrarietatem. Si ad *dixit* referatur, iterationem significat: nam semel ante responderat. Si ad sequens verbum, contrarietatem, quasi dicas, *e diverso scriptum est*, ut opponat Scripturam illius Scripturæ. At mox haud dubie significat iterationem, πάλιν παραλαμβάνει.

Non tentabis] Locus est Deuteronomii cap. sexto. Apud Hebræos plurativo numero legitur, *Ne tentetis Dominum Deum vestrum, secundum quod tentastis in loco tentationis*. Et hic Christus tantum decerpit, quantum erat commodum. Reliquit enim quod sequitur: *sicut tentasti eum in loco tentationis*, quod ea pars non competebat, nisi in populum Israëliticum.

8 *Si cadens*] εἰ πεσὼν, id est, *si prostratus*, sive *pronus*, qui gestus est adorantis. Eodem verbo usus est de Magis.

9 *Vade Satana*] Quid est *vade?* Num eum aliquo mittit Chri- F
stus, ut dicat *vade?* Græce est ὕπαγε, id est, *abi*, sive *discede*. Et additum est in Græcorum codicibus vulgaris, ὀπίσω μου Σατανᾶς, id est, *post me Satanas*, at perperam, siquidem Origeni credimus. Is enim annotat hanc differentiam homilia prima, Petro dictum esse, *vade post me*, Satanæ tantum dictum, *abi*: quod prius illud competat in discipulum, juxta illud: *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum*. Posterius conveniat in eum, qui tantum rejiciendus esset, non etiam ad morem gerendum invitandus. Nec addit hæc verba, *post me*, Chrysostomus hunc enarrans locum homilia XIII. Contra apud Theophylactum adduntur. Proinde nostris exemplaribus hac in parte assentiendum puto, quod conjiciam eas voces ex altero Matthæi loco huc additas a Scriptore memori scioloque, quod locis aliquot factum ostendemus. Augustinus enarrans Psalmum nonum legit, *Redi retro Satana*. Atque ita legitur non solum in plerisque codicibus per typographos excusis, verum etiam in vetustissimo codice ex Bibliotheca Paulina apud Londinum, sed dissentiente exemplari Corsendoncensi. Apparet *retro* positum pro ὀπίσω μου, sed mihi, ut dixi, probatur Origenis annotatio, præsertim cum videam Ambrosium aliquoties hoc citato loco suffragari. Porro שָׂטָן Hebræis sonat *adversarium*, & *qui obsistit*, atque *obturbat*. At qui a tergo est, non obsistit. Proinde Petro, qui jam præire Domino conabatur, increpans ne subiret mortem, dictum est, *Sequere me*, discipulum agens, non adversarium.

10 *Dominum Deum tuum*] Locus est Deuteronomii cap. sexto. Nisi quod illic pro *adorabis* scriptum est *timebis* in Editione Vulgata, nec aliud verterunt Septuaginta. Cæterum qui adorat, is reveretur ac timet quem adorat. Præterea quod additum D
est *soli* μόνῳ, Hebræus expressit per articulum אֶת, אֶת יְהוָה, id est, *ipsum Dominum*. וְאֹתוֹ תַעֲבֹד, *& illi ipsi servies*, ut intelligamus nullum præterea adorandum, ac nulli præterea serviendum. Cæterum quæ de λατρείᾳ Laurentius disserit adversus Theologos, qui volet ab ipso petat: nos brevitati studemus.

11 *Tunc reliquit*] ἀφίησιν, id est, *relinquit*, præsentis temporis. Idem verbum quod superius vertit *dimisit*.

12 *In civitate Capharnaum*] εἰς Καπερναούμ. Ita scriptum conspicimus in aureo codice, consentientibus aliquot Donatianicis. *Civitatem* Interpres Latinus addidit de suo. At id magis factum oportebat in Nazareth, ob Græcum articulum appositum, τὴν Ναζαρέθ.

13 *Via maris*] Græcis accusandi casus est, ὁδὸν θαλάσσης, id est, *viam maris*. Theophylactus Græcus Interpres subaudiendam putat præpositionem κατὰ, aut παρὰ, hoc est, *juxta viam ma-* E
ris. Nam hic mare vocat lacum Genezareth, in cujus littore sitæ sint Capernaum, Tiberias, Bethsaida, & Chorozaim.

14 *Galilæa gentium*] τῶν ἐθνῶν, expressius erat, ἡ τῶν ἐθνῶν, articulo apposito. Sunt enim duæ Galilææ, altera cognomento gentium, in sorte Tribus Nephthalim, finitima Tyriis, in qua Solomon xx. civitates donavit Chiram regi Tyriorum. Altera est in tribu Zabulon e regione Tiberiadis ac stagni Genezareth, auctore Hieronymo. Tametsi quidam sic distinguunt, ut *gentium* referatur, non ad Galilæam, sed ad populum. *Gentium populus qui sedebat in tenebris*.

15 *In regione umbra mortis*] Græci secus legunt, ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, id est, *in regione & umbra mortis*. Etiamsi juxta Hebraicam veritatem ita vertit Hieronymus, *habitantibus in regione umbra mortis*. Et Hebræis unica dictio est צַלְמָוֶת, composita ex צֵל *umbra* & מָוֶת *mors*, ut intelligas altissimam caligi- F
nem, qualis est apud inferos. Illud annotandum, *habitantibus* mutatum esse in *sedentibus*, etiamsi sedes habitacula dicuntur. Alioqui qui sedent, iidem qui modo ambulare dicebantur? Quanquam etiam pro illo *ambulabat* positum est καθήμενος, *sedens*, quamadmodum habebat unus codex Donatiani. Unde liquet seu Matthæum, seu hujus Interpretem, sententiam reddere voluisse, potius quam annumerare verba Prophetæ. Hieronymus enarrans hunc locum apud Esaiam, testatur a Matthæo juxta Hebraicam veritatem citari, etiamsi verbis nonnullis præteritis. Omittit enim Evangelista: *Primo tempore alleviata est, & novissimo aggravata est*. Quod tamen mire dissidet apud Septuaginta. Siquidem pro eo, quod Hieronymus vertit ex Hebraica veritate, *Primo tempore alleviata est terra*, τοῦτο πρῶτον ταχὺ πίε, ταχὺ ποίει, id est, *hoc primum bibe, velociter fac*. Nam itidem citat Tertullianus

σεληνιαζομένους, καὶ παραλυτικούς· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς. 25 Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, καὶ Δεκαπόλεως, καὶ Ἱεροσολύμων, καὶ Ἰουδαίας, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου. V. 1 Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος· καὶ καθίσαντος αὐτοῦ, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. 2 Καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς, λέγων· 3 Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. 4 Μακάριοι οἱ πενθοῦντες· ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. 5 Μακάριοι οἱ πραεῖς· ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. 6 Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην· ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. 7 Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες· ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. 8 Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ· ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. 9 Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί· ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται. 10 Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. 11 Μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ. 12 Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς· οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς Προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν. 13 Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω, 14 καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου· οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη. 15 Οὐδὲ καίουσι λύχνον, καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ. 16 Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. 17 Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἢ τοὺς προφήτας· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι. 18 Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν, ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται. 19 Ὃς ἐὰν οὖν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας

tis, lux orta est eis. 17 Ex eo tempore cœpit Jesus prædicare, & dicere, 16 Resipiscite: instat enim regnum cœlorum. 18 17 Ambulans autem Jesus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocabatur Petrus, & Andream fratrem ejus, 18 jacientes rete in mare: (nam erant piscatores) 19 Et dicit illis, Sequamini me, & faciam vos piscatores hominum. 20 At illi relictis ilico retibus secuti sunt illum. 21 Et progressus illinc, vidit alios duos fratres, Jacobum *filium* Zebedæi, & Joannem fratrem ejus in navi cum Zebedæo patre suo, sarcientes retia sua: & vocavit eos. 22 At illi protinus relicta navi & patre suo, sequuti sunt eum. 23 19 Et circumibat totam Galilæam Jesus, docens in Synagogis illorum, ac prædicans Evangelium regni, & 20 sanans omnem morbum & omnem languorem in populo. 24 Et 21 dimanavit fama illius in totam Syriam: & adduxerunt ad illum omnes male affectos, variis morbis ac 22 torminibus constrictos, & 23 dæmoniacos, & lunaticos, & paralyticos: sanavitque illos. 25 Et sequutæ sunt eum turbæ multæ a Galilæa, ac Decapoli, & Hierosolymis, & Judæa, & *a regionibus* 24 trans Jordanem *sitis*. V. 1 Quum vidisset autem turbas, adscendit in montem: & quum consedisset, acccesserunt ad illum discipuli ejus. 2 Et postquam aperuisset os suum, docebat illos, dicens: 3 2 Beati pauperes spiritu: quoniam illorum est regnum cœlorum. 4 3 Beati qui lugent: quoniam ipsi consolationem accipient. 5 Beati mites: quoniam ipsi hæreditatem accipient terræ. 6 Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam: quoniam ipsi saturabuntur. 7 Beati misericordes: quoniam 4 ipsi misericordiam consequentur. 8 5 Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. 9 6 Beati pacifici: quoniam ii filii Dei vocabuntur. 10 Beati qui persequutionem patiuntur propter justitiam: quo-

lianus libro adversus Marcionem quarto: *Hoc primum bibito, cito facito.* Nec hanc interpretationem, quæ nihil habet affine cum Hebræis, rejicit aut insectatur Hieronymus.

16 *Pœnitentiam agite*] Μετανοεῖτε, *Resipiscite.* De quo superius dictum est. Et ἤγγικεν, *appropinquavit*, sive *instat* & *adest*, aut *in propinquo est*.

17 *Ambulans autem Jesus*] *Jesus* non erat in aureo codice. Quanquam arbitror & apud Græcos hæc nonnunquam addi, ob sermonis consequentiam, præsertim si quando decerpta recitantur e codicibus Evangelicis.

18 *Mittentes rete*] βάλλοντας ἀμφίβληστρον. Est retis genus, quemadmodum & *sagena*, hinc dictum, quod undique complectatur. Nam *rete* Græcis δίκτυον est.

19 *Vos fieri piscatores*] *Fieri* redundat. Græce est, *Faciam vos piscatores.* Porro *piscatores hominum*, mollius est apud Græcos, ἁλιεῖς ἀνθρώπων. Nam *piscator* a piscibus dictus est, ἁλιεὺς a mari, quasi juxta Gallorum linguam dicas *marinatores*, quod in mari venentur. Quanquam hoc minutulum, velut & illud aliquanto post, *relictis retibus & patre*, Græci addunt *suo* αὐτῶν.

20 *Et sanans omnem languorem*] θεραπεύων. Quod sæpe vertit *curans*: & omnino θεραπεύειν est *mederi pharmacis*. Unde Galenus opus suum de morborum remediis θεραπευτικὴν appellat. Proinde miror Evangelistæ Interpretem hoc verbo abusum, quod magis videbatur fugiendum. Quanquam eodem verbo abusus est Marcus capite primo, καὶ ἐθεράπευσε πολλούς. Item Lucas capite quarto, ἐθεράπευσεν αὐτούς. Eadem ratio in verbo Latino *curare*, quæ in Græco. Hoc loco fugit Interpres Latinus, ac vertit *sanans* pro θεραπεύων. Cæterum in Marco ac Luca non vitavit. Non enim statim *sanantur* qui *curantur*: & multi *sanantur* non *curati*. Deinde νόσον, quod plane *morbum* significat, hic plerunque vertit *languorem*. Rursum μαλακίαν, quod ad verbum sonat *mollitiem*, non male vertit *infirmitatem*, rectius tamen versurus *languorem*. Est enim *languor*, levis ac lentus morbus; qui non affigit quidem lecto, sed tamen facit, quo minus firma simus valetudine. Denique fortasse melius erat, *quemvis morbum*, quam *omnem*. Neque enim sanavit omnes ægrotos, sed quemvis morbum: quosdam enim morbos Medici putant immedicabiles. Nisi quod *omnis* pro *quivis* abutuntur nonnulli Latinorum.

21 *Abiit opinio*] ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ, id est, *abiit auditus*, ut verbum verbo reddam. Nec inficior *opinionem* inveniri pro *fama*: verum non omnia quovis loco quadrant. Nos vertere maluimus, *dimanavit fama ejus*, vel ob hoc, quo vitaremus amphibologiam.

22 *Tormentis comprehensos*] βασάνοις συνεχομένους, id est, *qui cruciatibus* sive *torminibus constringebantur*, sive *contrahebantur*. A morbis separavit tormina, quorum violentia corpus omne contrahitur. *Torminibus* ego malim, ob vitandam amphibologiam: sunt enim & quæstionum tormenta.

23 *Qui dæmonia habebant*] δαιμονιζομένους. Unica vox est, *qui a dæmonibus agebantur.* Simile est quod sequitur, σεληνιαζομένους, quod Interpres vertit *lunaticos*: quod certis intervallis furor illos repeteret. Divus Hieronymus negat hos vere affectos fuisse vi sideris lunæ, cum essent dæmoniaci, sed arte dæmonum factum, quo creaturam Dei infamarent. Arbitror ob id *lunaticos* dictos, quod furor non esset perpetuus, sed certis recurreret intervallis.

24 *De trans Jordanem*] καὶ πέραν Ἰορδάνου. Interpres addidit *de*. Reperiuntur enim hujusmodi sic posita, ut motum a loco significent. Ut Quintilianus: *Salutem publicam trans mare petendam*, id est, e transmarinis regionibus. Et, *peregre redit*, id est, ex peregrinatione. Et, *foris accessit*, id est aliunde. Nam, *de sub pede*, *de post fœtantes*, orationes sunt inauditæ Latinis. Poterat explicare periphrasi, *a regionibus ultra Jordanem sitis.*

V. 1 *Videns autem Jesus*] *Jesus* hoc loco non additur, nec in Græcis, nec in vetustis Latinorum codicibus. Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, id est, *Cum vidisset autem turbas.*

2 *Beati pauperes spiritu*] Video Theologorum vulgus, inter quos est & Beda, id interpretari de tenuitate facultatum, & qui scripsit in hunc Evangelistam opus imperfectum, annotat, quod dictum sit πτωχοὶ, non πένητες, id est, *mendici*, non *egeni*, ut exprimeret summam egestatem, cum potius referendum sit ad animi celsitudinem ac ferociam. Siquidem Græci μέγα πνέειν dicunt *elato esse animo ac praeferoci*, cujusmodi fere sunt principes; aut qui regnum ambiunt. Atque hic est ferme malorum omnium fons. Ad hunc sensum facit & id, quod annectitur, *quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Porro *pauperes spiritu* dixit, quod divitum familiaris sit ferocia. Certe divus Augustinus palam in hanc sententiam interpretatur, Commentariorum, quos in hunc Domini sermonem edidit, libro primo, ac rursum enarrans Psalmum septuagesimum tertium. Neque dissentit Hieronymus, ita scribens: *Adjunxit spiritu, ut humilitatem intelligeres, non penuriam.* Itidem interpretatur & Chrysostomus homilia in Matthæum decima quinta. Et huic consentiens Theophylactus. Neque secus divus Hilarius in Canone Matthæi. Itaque coactius & alienius mihi videtur hic inducere quæstionem de professione mendicitatis aut voluntariæ paupertatis: sed Dominus per modestiam ac submissionem sui ostendit viam ad veram sublimitatem; nam Adam per superbiam dejectus est a regno in servitutem.

3 *Beati qui lugent*] In Græcis codicibus prius est, *qui lugent*: postea, *Beati mites*. Id opinor casu factum, quod in hujusmodi recensionibus subinde labi soleant librarii.

4 *Misericordiam consequentur*] ἐλεηθήσονται. Cur non est ausus uti periphrasi in *consolabuntur*, cum hic non vereatur facere. Hilarius longiore, sed dilucidiore circumitione est usus, *quia ipsis*, inquiens, *misericordiam præstabit Deus.* Et Augustinus, *quoniam ipsorum miserebitur Deus.*

5 *Beati mundo corde*] καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, id est, *mundi corde*. Pro quo Augustinus dictione composita legit, *mundicordes*, cum Græcis duæ sint dictiones. Fortassis hic non parum quadrasset, *puri corde*, quod mundities sordibus magis opponatur; *purum* autem proprie dicatur, quod nullius admixtione sit vitiatum, nam oculorum vice posuit cor. Et alias oculum simplicem vocat.

6 *Beati pacifici*] εἰρηνοποιοί. Ut intelligas haud satis esse Christianis,

20 γας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, ȣ̓ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασι-
21 λείαν τῶν οὐρανῶν. Ἠκȣ́σατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, Οὐ
22 φονεύσεις· ὃς δ᾽ ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔςαι τῇ κρίσει. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἔνοχος ἔςαι τῇ κρίσει· ὃς δ᾽ ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτȣ̃ ῥακὰ, ἔνοχος ἔςαι τῷ συνεδρίῳ· ὃς δ᾽ ἂν εἴπῃ μωρὲ, ἔνο-
23 χος ἔςαι εἰς τὴν γέενναν τȣ̃ πυρός. Ἐὰν ȣ̓̃ν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σȣ ἐπὶ τὸ θυσιαςήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός
24 σȣ ἔχει τὶ κατά σȣ· Ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σȣ ἔμπροσθεν τȣ̃ θυσιαςηρίȣ, καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ
λϛ ε 25 σȣ, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σȣ. Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σȣ ταχὺ, ἕως ὅτȣ εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ᾽ αὐτȣ̃, μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτής σε παρα-
26 δῷ τῷ ὑπηρέτῃ, καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ. Ἀμὴν λέγω σοὶ, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κο-
λζ ι 27 δράντην. Ἠκȣ́σατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, Οὐ μοιχεύσεις.
28 Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτȣ̃.
29 Εἰ δὲ ὁ ὀφθαλμός σȣ ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπό σȣ· συμφέρει γάρ σοι ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν
30 μελῶν σȣ, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σȣ βληθῇ εἰς γέενναν. Καὶ εἰ ἡ δεξιά σȣ χεὶρ σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτὴν, καὶ βάλε ἀπό σȣ· συμφέρει γάρ σοι ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν
31 σȣ, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σȣ βληθῇ εἰς γέενναν. Ἐῤῥέθη δὲ ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτȣ̃, δότω αὐτῇ ἀπο-
32 ςάσιον. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτȣ̃, παρεκτὸς λόγȣ πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶ-
33 σθαι· καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται. Πάλιν ἠκȣ́σατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, Οὐκ ἐπιορκήσεις, ἀπο-

A quoniam illorum eſt regnum cœlorum. Beati eſtis, 11 quum 7 probra jecerint in vos, & 8 inſectati fuerint, & 9 dixerint omne malum verbum adverſus vos,
12 mentientes, propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cœlis: ſic enim perſecuti fuerunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. Vos
13 eſtis ſal terræ: quod 10 ſi ſal infatuatus fuerit, quo ſalietur? ad nihil valet ultra, niſi ut projiciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos eſtis lux
14 mundi: non poteſt oppidum abſcondi ſupra montem ſitum: neque accendunt lucernam, & ponunt
15 illam ſubter modium, ſed ſuper candelabrum, 11 & lucet omnibus qui ſunt in domo. Sic luceat lux ve-
16 B ſtra coram hominibus, ut videant veſtra bona opera, glorificentque patrem veſtrum qui eſt in cœlis.
17 Ne exiſtimetis 12 quod venerim ad deſtruendam Legem ac Prophetas: *imo* non veni ut deſtruam, ſed
18 ut compleam. 13 Amen quippe dico vobis, donec prætereat cœlum & terra, 14 jota unum, aut unus apex non præterierit ex Lege, quoad omnia facta
19 fuerint. Quiſquis igitur ſolverit unum ex mandatis hiſce minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Quiſquis autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœ-
20 lorum. Dico enim vobis, niſi abundaverit veſtra C juſtitia plus quam Scribarum & Phariſæorum, 15
21 non poſſitis ingredi in regnum cœlorum. Audiſtis quod dictum ſit veteribus, Non occides: quiſquis
22 autem occiderit, 16 obnoxius erit judicio. At ego dico vobis, quod 17 quiſquis iraſcitur fratri ſuo temere, obnoxius erit judicio: quicunque vero dixerit

ſtianis, ipſos eſſe pacatos, niſi acceſſerit & inter alios pacis conciliandæ ſtudium. Annotavit hoc diligenter Chryſoſtomus. Sed hæc, ut nunc fere ſunt mores, ſurdis canuntur.

7 *Cum maledixerint vobis homines*] *Homines* non eſt in Græcis libris, ſed hoc vel Interpres, vel, quod probabilius eſt, librarius addidit de ſuo: quanquam non erat admodum opus. Id eo viſum eſt admonere, ne quis fruſtra philoſophetur hic in dictione *homines*. Quod genus eſt apud Paulum, *ſi adhuc hominibus placerem*.

8 *Et perſequuti vos fuerint*] Haud perperam Interpres de ſuo repetit *vos*, quod apud Latinos *maledicere* & *perſequi* non recipiant eundem caſum quem apud Græcos. Addidit iterum *homines*, quod nec apud Græcos eſt, nec in aureo codice.

9 *Omne malum*] Græci codices quidam addunt *verbum*, *πᾶν πονηρὸν ῥῆμα*, id eſt, *quodvis malum verbum*. Conſentit exemplar quod a Leone Pontifice miſſum ſequuti ſunt Hiſpani, licet Chryſoſtomus citans hunc locum lib. III. cap. XI. de ſacerdotio non addat *ῥῆμα*, *καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν καθ᾽ ὑμῶν*, *& dixerint omne malum adverſum vos*. Nam quod mox *πολὺς*, id eſt, *multa*, vertit *copioſa*, probe fecit. Atque hæc ſunt illius ſacroſanctæ philoſophiæ dogmata, quæ Chriſtus tanta cura tantaque auctoritate tradidit: neque id promiſcuæ turbæ, ſed peculiariter ſuis, hoc eſt, Sacerdotibus & Epiſcopis, imo omnibus ingenue Chriſtianis: neque quovis loco, ſed in monte. Nec fruſtra addidit Matthæus, *aperiens os ſuum*. His nominibus ipſa veritas, quæ neque fallit, neque fallitur, nobis felicitatem promiſit. Et tamen mirum quam ad hæc frigemus omnes. Imo non pudet quoſdam, abſolutam profitentes religionem, hæc eludere, velut antiqua jam & obſoleta. Impium fere habetur, non conſtabiliſſe rem, quocumque modo. Bellum etiam in templis laudatur ab Epiſcopis, a Theologis, a Monachis. Nam ipſe novi quoſdam, qui decantandis belli laudibus ad Epiſcopi dignitatem emerſerunt. Ariſtotelis decreta nos magis commovent quam Chriſti. Atqui hæc eſt illius cœleſtis Doctoris propria peculiariſque doctrina, quam nemo Philoſophorum unquam efficaciter tradidit. Audivi quoſdam, qui ſibi vehementer Theologi viderentur, ad hæc adoranda nobis, ſi modo vere Chriſtiani ſumus, naſum ſanna corrugantes, & ea modis omnibus abominantes, quæ Chriſtus æterna felicitate penſat. Neque veritus eſt optimus ille Chryſoſtomus ad ſingulos beatitudinis gradus interpretari, quod Chriſtus pronunciavit beatum, etiam in hac qualicunque vita beatius eſſe, quam illud quod mundus beatiſſimum eſſe judicat. Nos, qui nobis videmur pluſquam ſeſqui-Chriſtiani, ne id quidem æquis auribus accipimus, ſi quis ſimpliciter accipiat eorum, quæ Chriſtus docuit hic præſtanda, præmium ab ipſo reponendum in futuro. Et cum nobis permittamus, ut in his, in quibus totius religionis noſtræ cardo eſt, impune ſimus impii blaſphemique, dictu mirum quas tragœdias excitemus, ſi quis ad commentitias quorundam propoſitiones audeat hiſcere. Sed his deplorandis alius fortaſſe commodior dabitur locus.

10 *Sal evanuerit*] *μωρανθῇ*. Ut nihil cauſer de genere ſalis, quid eſt *evaneſcere*? Qua voce reddidit in Paulo, *ἐματαιώθησαν*. Hic cum de ſale loquatur, dicere debuit, *infatuatus fuerit*, ſive *inſipidus factus fuerit*, aut certe, ut Vallæ placet, *deſipuerit*. Quandoquidem Martialis & betas, quod inſipidæ ſint, *fatuas* vocat. Porro quod taxat Valla, *πόλιν* non *urbem*, ſed *civitatem*, eſſe verſum, non ſolum minutius eſt, verum etiam iniquius. Quod genus eſt & illud, *ὑπὸ μόδιον*, id eſt, *ſub modium*, ſive *ſubter modium*: cum alioqui Græcis *μέδιμνος modius* ſit. Annotandum autem Interpretem, aut fortaſſis Evangeliſtam ipſum, Romana uſum voce, quod & alias ſæpicule facit, velut indicabimus ſuis locis.

11 *Ut luceat*] *καὶ λάμπει*, id eſt, *& lucet*. Oſtendit enim quid conſequatur, non quid affectandum ſit. In exemplari Paulino ſcriptum erat, *& luceat*. Refertur enim ad lucernam, quæ ſic lucet, ſi fuerit impoſita candelabro.

D

12 *Quoniam veni ſolvere*] *ὅτι ἦλθον*, id eſt, *quod veni*, ſive *quod venerim*. Sive, quod Latinius eſt, *Ne putetis me veniſſe*: &, *ad ſolvendum* potius quam *ſolvere*. Quanquam hoc ipſum *καταλῦσαι* potius ſignificat *deſtruere* ac *demoliri* vel *abrogare*, quam *ſolvere*: aliter enim ſolvitur lex, aliter pecunia debita, aliter zona, ſive nodus.

13 *Amen dico vobis*] אָמֵן, quod apud Hebræos ſonat *fiat*, ſive *vere*, ceu vocem Hebræis peculiarem nemo Latinus vertit, neque quiſquam Evangeliſtarum Græce ſcribens. Eſt autem vox confirmantis & aſſeverantis.

14 *Jota unum aut apex*] Cum probabile ſit Jeſum Hebraice fuiſſe loquutum, dubium non eſt quin quod hic *Jota* vocat, ea ſit litera, quam Hebræi *Jod* appellant, omnium minutiſſima, quæ ſic nonnunquam adjicitur, ut propemodum ſupervacanea videri queat. Sed quid *apicem* dixit? Cum ne Græcorum quidem vetuſtiſſimis mos fuerit *apicibus* uti, & ſero apud Hebræos receptum ſit, accentiuncularum notas adſcribere, quibus tamen hodie non utuntur, niſi forte ſummum elementi faſtigium *apicem* vocavit, aut eam notam quæ nonnullis addita facit o לֹא. Mihi videtur hic ſermo *καθ᾽ ὑπερβολὴν* dictus. Neque enim laboratur de litterarum apiculis: cum conſtet non pauca etiam volumina veteris Inſtrumenti intercidiſſe, quorum nomenclaturam adhuc videmus in canonicis voluminibus, veluti libros bellorum Domini, qui citantur Numerorum XXI. & librum Juſtorum, qui citatur Joſue cap. X. & 2. Regnorum cap. primo, alioſque qui citantur in libris Regum & Paralipomenon. Oportuit autem ſummæ fuiſſe auctoritatis, quorum auctoritate toties nititur Scriptura Canonica. An vero fuerint in Canone Hebræorum, aliis excutiendum relinquo. Non igitur laboratur de apicibus, ſed aſſeveratur nihil omnino promiſſum aut proditum in Lege Moſaica, quod Evangelium non abſolvat. Ab hac ſententia non abhorret Auguſtinus exponens ſermonem Domini in monte habitum.

E

15 *Non intrabitis*] *οὐ μὴ εἰσέλθητε*. Apparet poſitum eſſe *δυνητικῶς*, ob geminatam negationem. Etiamſi non negarim hæc aliquando ſignificare tempus futurum, præſertim conduplicata negatione.

F

16 *Reus erit*] *ἔνοχος ἔςαι*, id eſt, *obnoxius erit*. Quanquam & *rei* dicuntur *obnoxii*: veluti *reus voti*, qui voto ſeſe adſtrinxit, ac debitorem conſtituit.

17 *Qui iraſcitur fratri ſuo*] In nonnullis Græcorum codicibus adſcriptum eſt *εἰκῆ*, id eſt, *temere*, aut *ſine cauſa*. Verum Hieronymus ediſſerens hunc locum, itemque ſecundo dialogo adverſus Pelagium, negat id in vetuſtis ac bonæ fidei exemplaribus repertum. Et additum videtur ab audaculo quopiam, qui ceu mitigare voluerit, quod alioqui durius dictum videbatur. At quin eadem opera in cæteris idem adjecit *εἰκῆ*? *qui dixerit racha ſine cauſa, qui dixerit fatue ſine cauſa*. Proinde divus Hieronymus duas has voces, *ſine cauſa*, jubet eradi. Quanquam prior lectio magis probatur Laurentio. Et Chryſoſtomus homilia in Matthæum

34 ποδώσεις δὲ τῷ Κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως· μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ 35 Θεοῦ. Μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ· μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα, ὅτι πόλις ἐστὶ τοῦ μεγάλου βα- 36 σιλέως. Μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὀμόσῃς, ὅτι οὐ δύνασαι μίαν 37 τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι. Ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν, ναὶ ναί, οὒ οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν. Ἠκού- 38 σατε ὅτι ἐῤῥέθη, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ λη 39 ὀδόντος. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ: ἀλλ᾽ ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν σου σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ λθ 40 καὶ τὴν ἄλλην. Καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χι- 41 τῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον. Καὶ ὅστις 42 σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ᾽ αὐτοῦ δύο. Τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ τὸν θέλοντα ἀπό σου δανείσασθαι μὴ 43 ἀποστραφῇς. Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη, Ἀγαπήσεις τὸν πλη- μ 44 σίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, καλῶς ποιεῖτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς, καὶ προσεύχε- 45 σθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων ὑμᾶς. Ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει

rit fratri suo racha, obnoxius erit 18 concilio: 19 quisquis autem dixerit fatue, obnoxius erit 20 gehennæ incendio. 23 Itaque si obtuleris munus tuum ad aram, & illic recordatus fueris quod frater tuus 24 habet aliquid adversum te: Relinque illic munus tuum coram altari, & abi, prius 21 reconcilieris 25 fratri tuo, & tum veniens offer munus tuum. 22 Habeto benevolentiam cum adversario tuo cito, dum es in via cum illo: nequando te tradat adversarius judici, & judex te tradat ministro, & in carcerem 26 conjiciaris. Amen dico tibi, non exibis illinc, do- 27 nec persolveris 24 extremum quadrantem. Audistis quod dictum fuerit antiquis, Non committes adul- 28 terium. At ego dico vobis, quod quicunque adspexerit uxorem *alterius* ad concupiscendum eam, 25 jam adulterium cum ea commisit in corde suo. 29 Quod si oculus tuus dexter 26 obstaculo tibi fuerit, erue illum, & abjice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, ac non 27 to- 30 tum corpus tuum conjiciatur in gehennam. Et si dextera tua manus obstiterit tibi, amputa eam, & pro-

thæum decima sexta legere videtur εἰκῆ, distinguens iram opportunam ab intempestiva, & negans affectum penitus eximi nobis, sed cohiberi duntaxat ac regi. His consentanea scribit Theophylactus. Non erat opus hic distinguere iram justam ab injusta, aut iram carnis ab ira animæ, aut iram qua irascimur homini, & qua irascimur hominis vitio, si sentiamus Dominum hic loqui de ira vulgari, quæ est motus animi tendens ad ultionem doloris, nimirum primus ad homicidium gradus. Alioqui & judex, qui cum ira punit nocentem, peccat, aut certe imperfectus est, quum hic Christus doceat perfecta. Verum ut redeamus ad particulam εἰκῆ, id est, *sine causa*, quam divus Hieronymus negat esse in veris exemplaribus, quid hic adferent qui contendunt hanc translationem ab Hieronymo fuisse castigatam? Quod damnat, relictum est, quod relictum est, ad sensum pertinet, non ad verba, quæ videtur alicubi neglexisse. Augustinus Retract. lib. I. cap. XIX. testatur in Græcis codicibus non addi *sine causa*. Nam in sermone habito in monte, vult etiam in cæteris duabus partibus subaudiri, *qui dixerit, racha, sine causa, qui dixerit, fatue, sine causa.*

18 *Qui dixerit fratri suo racha*] Apud Hebræos contumeliæ vox est, quasi Latine dicas *cerebrosum*, aut *cerebro carentem* sive *vacuum*. In Psalmo quarto exponitur ריק per *vanitatem: Decidam merito ab inimicis meis inanis.* Atque in hac quidem sententia est Hieronymus, qui perinde valere putat *racha*, ac si Græce dicas κενός. Quin & Græci hominem nihili ῥάκος appellant, a veste detrita rejiculaque sumpto convicio. Quod indicat & divus Augustinus Commentariorum, quos in hunc edidit locum, libro primo. At videtur *racha* magis esse vox indignantis, velut interjectio. Alioqui quid intererit inter *racha* & *fatuum*? Consentaneum enim Christum gradus quosdam ostendere, quorum primus sit irasci, secundus sono aliquo incerto motum animi significare, tertius in manifestum convicium prorumpere. Atque ita sentit Augustinus eo loco, quem paulo ante adduxi, addens se id a Judæo quopiam accepisse, *Racha Hebrais interjectionis instar esse, eaque voce nihil certi, sed tantum animi indignationem significari.* Chrysostomus homilia decima sexta tradit, *racha* non esse vocem gravioris aut atrocis convicii, sed ab impatientia stomachoque loquentis proficisci: quomodo servis nonnunquam stomachosius loquentes dicimus: *Abi tu, Dic illi tu.* Quin & Syriacæ linguæ testimonium adducit, in qua *racha* ponatur pro eo quod est *tu*. Sic enim servis loquimur, & his quos contemnimus. Cum Chrysostomo concordat Theophylactus. Nonnulli sic distinguunt inter *racha* & *fatuum*, ut differentia peccati non sit in dictis, sed in animo dicentis. Nam Dominus suo more doctrinam suam attemperans ad captum simplicium, hoc modo proposuit exemplum iræ levis, quæ nondum decrevit ultionem, & iræ gravioris per *racha*, & iræ gravissimæ, quæ proxima sit homicidio, per *fatue*. Alioqui plerunque gravius peccat, qui tacitus irascitur, quam qui conviciis debacchatur. Nec desunt qui *recha* doceant esse legendum, non *racha*, quod Chaldæis sonet *rocho*. Eam vocem nolunt esse interjectionem, sed simpliciter significare *vacuum*. Nec esse convicium, aut si est, levius esse convicium, quod competat in eum, qui careat eruditione, aut alia re, quam sibi quisque parare valeat sua industria, cum *fatui* convicium pertineat ad impietatem. Quod attinet ad dictionem *racha*, si *recha* legendum est, quum in codicibus Græcis ac Latinis summus sit consensus, aut Evangelista reprehenditur, si Græce scripsit, aut Interpres, quum oportet antiquissimum fuisse, quisquis fuit, nam quidam autumant fuisse Joannem Evangelistam. Deinde quum Dominus sit usus vulgari lingua, quæ Syro Chaldæoque sermone corrupta fuit, si Chaldæi pro *racha* dicunt *rocho*, quid mirum, si Dominus pro *recha* dixit *racha*? Neque enim consequitur, sic scribitur in veteris Testamenti voluminibus, igitur sic pronunciavit Christus, tametsi Græci codices *rhaca* habent, non *racha*. Quod attinet ad distinctionem *fatui*, constat Græce scriptum μωρὲ, quid Hebraice scripserit Matthæus nobis incertum, qua voce Paulus usus est de discipulis Domini: *quæ stulta sunt mundi elegit Deus:* non utique significans impios, sed humiles & imperitos juxta mundum, & ipse Paulus agnoscit *stulti* vocabulum, non quod vere stultus esset, sed quod stultorum sit de seipsis magnifice prædicare, quod tamen non est impietatis, sed ineptum potius, si modo vera prædicent. Jam ut non est convicium, si quis hominem tardum objurgans appellet *tardum*, ita non sit convicium, si quis hominem impium emendare cupiens appellet *stultum*. In singulis igitur subaudiendum est, *si quis iratus dixerit racha, si quis iratus dixerit fatue.* Quidam philosophantur in dictione *fratris*, quasi fratres non sint nisi qui communem agnoscunt patrem. Ego arbitror hic nomine *fratris* omnes homines intelligi. Etenim quum Dominus præcipiat, *ut maledicentibus impiis benedicamus*, cui concedit dicere *fatue*, duntaxat juxta sensum quem indicavimus.

19 *Concilio*] Non est βουλῇ, quod & ipsum significat *concilium*, sed συνεδρίῳ, quod *consessum* judicum significat, id quod indicatum est & a Chrysostomo. In hujusmodi consessibus, velut Athenis in curia Martis, graviores causæ solent agitari. Nam in judicio, quod interdum ab uno peragitur, multa spes est elabendi, ad synedrion non nisi gravis causa defertur, jamque non tam de damnando reo quam de supplicii modo deliberatur.

20 *Gehennæ ignis*] εἰς γέενναν τοῦ πυρὸς, id est, *ad gehennam ignis*. Sed Hebraice magis quam Græce aut Latine dictum est, *gehenna ignis*, pro *gehenna incendio*, sive *gehenna ardente*. Porro apud Hebræos *gehenna* גֵיא הִנֹּם sonat *vallis ennom*, de quo inferius plura dicemus capite decimo.

21 *Reconciliari fratri tuo*] Palam est hic verbi modum errore librariorum fuisse mutatum, *reconciliari* pro *reconciliare*, imperativi modi, διαλλάγηθι. Unde nos vertimus *reconcilieris*, ne perinde facilis esset depravatio. Certe *reconciliare* legitur & in pervetustis Latinorum exemplaribus, velut in Paulino. Et in Corsendoncensi manifestum rasuræ vestigium indicabat, & illic scriptum fuisse *reconciliare*. Omittam ὕπαγε *abi* potius vertendum fuisse, quam *vade*. Nec esse *offeres*, sed πρόσφερε, id est, *offer*, sive *adfer*.

22 *Esto consentiens*] Ἴσθι εὐνοῶν, id est, *Esto benevolus*, sive, quod addit Hieronymus, *benignus*, etiamsi non videam quid *benignus* respondeat ad εὐνοῶν. Nonnulli verterunt *concors*, quemadmodum indicat Augustinus.

23 *Et adversario*] ἀντιδίκῳ. Non absolute sonat *adversarium*, sed *adversarium causæ*, sive *litis*. Siquidem actorem sentit, qui reum facit, & in jus trahit. Rursus autem μήποτε *ne forte* vertit, cum rectius sit, *ne quando*, aut simpliciter, *ne*. Præterea ὑπηρέτῃ, quod hic vertit *ministro*, nonnunquam *carnificem* transtulit, alias *exactorem*. Est autem is qui exsequitur judicis sententiam.

24 *Novissimum quadrantem*] ἔσχατον κοδράντην. Cur non potius *extremum* quam *novissimum*? Nec enim de temporis agitur ordine, sed de summa. Deinde apparet hic quoque Romanam vocem usurpatam ab exteris, id quod in plerisque fit, sed depravate. Est autem *quadrans* nummulus, quarta pars assis, quam a tribus unciis Plinius *triuncium* vocat. Gulielmus Budæus immortale suæ gentis decus, utpote vir non solum omnium quos unquam Gallia genuit eruditissimus, verum etiam diligentissimus, eundem esse putat, qui Ciceroni dicitur *teruncius*. Atque eum nummum vulgo ceu minutum contemptui fuisse, proverbio quoque testatum est, id quod in Chiliadibus nostris adnotavimus.

25 *Mœchatus est eam*] Ut dissimulem interim, quod toties jam vertit *quia* pro *quod*: ut demus *mœchari* Latinis esse receptum: nam & Catullus *mœchari* dixit, & Terentius *mœchum*, quis unquam Latinus dixit, *mœchatur illam*? Proinde si *mœchari* hoc loco significat *adulterium committere*, vertendum erat ad hunc modum, *Qui viderit uxorem* sive *matronam ad concupiscendam eam, jam adulterium cum illa commisit.* Sin *mœchari* positum est pro quovis illicito concubitu, quemadmodum aliquoties invenitur, pro *mœchatus est* dicendum erat *stupravit eam*, sive, ut Suetonius loquitur, *adulteravit eam*.

26. *Scandalizat te*] Mirum est Græcam vocem usque adeo placuisse, cum dicere licuerit, *offenderit*, sive *obstaculo* aut *offendiculo fuerit*. Nam quod ἔξελε, id est, *exime*, sive *extrahe*, vertit *erue*, reprehendi non potest.

27 *Quam totum corpus tuum*] Hujusmodi sermonis character apud Græcos invenitur, & apud nonnullos Latinos, sed Græcissantes. Verum id, cum additur ἢ, ut subaudias μᾶλλον. At hic secus habetur, καὶ μὴ ὅλον, *& non totum*, &c. Atque itidem in parte proxima. Proinde mirum est Interpretem affectasse Græcani-

μᾶ 46 χει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Ἐὰν γὰρ ἀγαπήσητε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τίνα μισθὸν ἔχετε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶ-
47 ναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσι; Καὶ ἐὰν ἀσπάσεσθε τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν μόνον, τί περισσὸν ποιεῖτε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι οὕτω
48 ποιοῦσιν; Ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν
μϐ VI. 1 ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστι. Προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς· εἰ δὲ μήγε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ πατρὶ
2 ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ὅταν οὖν ποιῇς ἐλεημοσύνην, μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις, ὅπως δοξασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπέχουσι τὸν μισθὸν
3 αὐτῶν. Σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ γνώτω ἡ ἀριστε-
4 ρά σου τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου. Ὅπως ᾖ σου ἡ ἐλεημοσύνη ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ,
5 αὐτὸς ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ. Καὶ ὅταν προσεύχῃ, οὐκ ἔσῃ ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ, ὅτι φιλοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες προσεύχεσθαι, ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις· ἀμὴν λέγω ὑμῖν,
6 ὅτι ἀπέχουσιν τὸν μισθὸν αὐτῶν. Σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμεῖον σου, καὶ κλείσας τὴν θύραν σου, πρόσευξαι τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ.
μγ 7 Προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε, ὥσπερ οἱ ἐθνικοί· δοκοῦσι γὰρ ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται.

Μὴ

A projice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, ac non totum corpus tuum conjiciatur in gehennam. Dictum est autem, qui-
31 cunque repudiaverit uxorem suam, det illi 28 libellum divortii.
32 At ego dico vobis, quod quisquis repudiaverit uxorem suam, nisi causa stupri, efficit ut illa sit adultera: & quicunque 29 repudiatam duxerit, adulterium committit.
33 30 Rursum audistis quod dictum fuerit antiquis, Non pejerabis, sed persolves Domino ea quæ juraveris.
34 At ego dico vobis, ne juretis omnino: 31 neque per cœlum, quia thronus Dei est:
35 Neque per terram, quia subsellium est pedum illius: neque per Hierosolyma, quoniam civi-
B tas est magni regis:
36 Neque per caput tuum jurabis, propterea quod non potes unum pilum album aut nigrum facere.
37 Sed erit sermo vester, 32 est est, non non: porro 33 quod ultra hæc *adjungitur*, ex malo proficiscitur.
38 Audistis quod dictum fuerit, Oculum pro oculo, & 34 dentem pro dente.
39 At ego dico vobis, 35 ne resistatis malo: sed quisquis impegerit alapam in dexteram tuam maxillam, 36 obverte illi & alteram.
40 Et ei qui te velit in jus trahere, ac tunicam tuam tollere, permitte illi & 37 pallium.
41 Et qui te adegerit ad 38 miliarium unum, abito cum illo 39 duo.
42 Petenti abs te dato, & cu-

pien-

canicum schema, quod sermo Græcus non habebat. Nec est, *eat in gehennam*, sed βληθῇ, id est, *conjiciatur*. Etiamsi sic loquuntur Græci, *βάλλ' ἐς κόρακας, abi ad corvos*, sed subaudientes σεαυτόν, quasi dicas, *abjice teipsum*, sive *aufer te*.

28 *Libellum repudii*] Quod Græce unico verbo dicitur ἀποστάσιον, quasi dicas, *divortionale*, hoc est, *libellum divortii*. Annotavit hoc loco Chrysostomus: *Quod præcipit de uxore non relinquenda, pendere ex superioribus: inter tales enim, quales paulo ante descripsit, neque quisquam ejiciet uxorem nisi adulteram, neque quisquam recipiet alienam cum injuria prioris mariti.* Moxque subjungit de non jurando: *Quod ita vetuit, ut nihil omnino exceperit. Et tamen quasi non sit hoc a Christo serio dictum passim juramus. Certe votis omnibus optandum, ut tales sint Christiani, ut neque divortio sit opus, neque jurejurando.*

29 *Qui dimissam duxerit, adulterat*] μοιχᾶται. Quod verterat *mœchatur*, tandem transfert *adulterat*. Quanquam aliud est *adulterare*, quam *adulterium committere*, quoties absolute ponitur. Augustinus de adulterinis conjugiis ad Pollentium indicat hanc clausulam, *& quicunque dimissam duxerit, mœchatur*, in nonnullis codicibus Græcis ac Latinis non adscriptam fuisse, quod ex superiore sermone satis consequatur. Quod tamen apud neminem alium reperi, vel scriptum, vel annotatum.

30 *Iterum audistis*] Πάλιν ἠκούσατε, *Rursum audistis*. Nec enim iterationem significat, sed ordinem.

31 *Neque per cœlum*] μήτε ἐν οὐρανῷ, id est, *neque in cœlo*, quam tamen præpositionem, opinor, juxta proprietatem Hebræi sermonis, Apostoli subinde usurpant pro *per*, ut *in digito Dei*, & *in nomine tuo prophetavimus*, quemadmodum suis indicabimus locis.

32 *Est, est, non, non*] ναὶ, ναὶ, οὒ, οὔ. Quod hic vertit *est*, Græcis est adverbium affirmandi ναὶ, sed quod usurpetur & a Latinis. Interpres aliquoties vertit *etiam*, quod vulgo parum eruditi dicunt *ita*: quasi *ita* respondeat negationi *non*. Ac reperitur quidem apud Terentium *ita*, sed dictum ab improbius respondente. Quod genus est illud, *Sic erit*. Cæterum nemo putet conduplicationem ad eundem pertinere, sed prior pars ad interrogantem pertinet, posterior ad respondentem. Nisi sic accipias, *Si sermo vester affirmat, vere affirmet, sin negat, vere neget*. Quod secus habet apud istos, qui quod pollicentur non præstant, & quod se negant facturos faciunt.

33 *His abundantius est*] τὸ δὲ περισσὸν τούτων, id est, *quod præter hæc accesserit*. Mire torquent hunc locum Theologi quidam. *A malo est*, alii interpretantur, a malo diffidentis, non a malo jurantis, alii a malo pœnæ, non a malo culpæ. Verum opinor Christum simpliciter sensisse, perfectis (nam de his loquitur) omnino non esse jurandum pro rebus hisce, pro quibus vulgus dejerat. Alioqui in causa fidei, aut pietatis, etiam Christus & Apostoli jurant. Vult enim suos esse tales, ut non sit opus ullo jurejurando. Quorsum enim attineat jurare, si nemo sit, qui quenquam velit circumvenire, etiamsi id possit impune, sed e suo quisque alterum æstimans animo nemini diffidat? Nam qui vere sit Christianus, etiam suo incommodo consulit commodis alienis: tantum abest, ut ullum velit fallere. Et charitas adeo credit omnia, adeoque non diffidit, ut parum etiam honesta, quoad potest, interpretetur in bonum. Hac autem ratione multarum quæstionum nodi dissolvi poterunt, si intelligamus Christum non simpliciter hæc vetuisse, sed vetuisse eo more fieri, quo vulgato more hominum fiebant. Sic vetuit irasci, sic vetuit salutare quenquam in via, sic vetuit ditescere, sic vetuit resistere malo, sic vetuit appellari magistros, sic vetuit vocare patrem in terris. Verum hæc ad hoc institutum proprie non pertinent.

34 *Dentem pro dente*] Græci addunt conjunctionem *&*, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος. Eadem additur in vetustis exemplaribus Latinis. Illud obiter adnotandum, in hujusmodi orationibus ne posse quidem apponi Græcum articulum: quod quilibet oculus & quilibet dens significetur.

35 *Non resistere malo*] μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ. *Malum* vel ad rem referri potest, vel ad hominem, præterea potest ablativus esse instrumenti. *Nolite resistere cuiquam, malo*, hoc est, injuria, sive versutia. Hic sensus placuit Chrysostomo, quum ait, *resistendum homini non malo, sed patientia, non enim ignem igni exstingui, sed aqua*. Mirum est autem, hic additus articulus quam vim habeat, τῷ πονηρῷ, quasi certum malum significet. Nisi forte voci appositivæ adjunctus est: quasi dicas, *ei qui malus est*. Quidam interpretantur nomine *mali* significatum diabolum, quorum est Theophylactus. Quis autem sic loquitur? *Dico tibi non abire*, pro eo quod est, *jubeo ne usquam abeas*. Deinde quid facient huic loco, qui lites, qui bella calculis omnibus approbant inter Christianos? Christus absolute vetuit resisti malo, nimirum vulgari via, ut malum malo repellatur, hoc est, convicium convicio, vulnus vulnere, bellum bello, cædes cæde. Imo quid prætexent ii, qui beneficium maleficio repensant? Illud leviculum, quod ὅστις vertit, *si quis*, pro *quisquis*: nisi forte legit, εἴ τις. Item quod στρέψον, id est, *verte*, sive *obverte*, transtulit *præbe*. Augustinus alicubi legit *para*.

36 *Præbe ei & alteram*] Hæc Christi hyperbole, mea sententia, nihil aliud docet, quam summam patientiam, animique moderationem, utque tantum absimus a cupiditate vindictæ, ut ultro parati simus alteram potius injuriam admittere, quam malum malo pensemus. Atque hoc fortasse sensit Augustinus, cum alias, tum in libello de mendacio, & libro vigesimo secundo contra Faustum, scribit illam præparationem alterius maxillæ in corde faciendam, non in corpore. Nec enim hoc sensit Christus, obvertendam sinistram malam ei qui dextram percusserit, sed ea nos voluit esse lenitate, ut ad alteram injuriam accipiendam simus paratiores, quam ad retaliandam priorem. Neque vero continuo cum mendacio conjunctum videri debet quicquid habet hyperbolen. Quam & alias annotavit, præter Origenem, Hieronymum, & Chrysostomum, divus Augustinus in divinis literis. Quod genus illud in libro Judicum: *Camelis eorum non erat numerus, & erant sicut arena, quæ est in littore maris*. Rursum illud in Psalmis: *Adscendunt in cœlos, & descendunt usque in abyssum*: nempe, de undis maris vicissim attollentibus sese, ac subsidentibus. Certe schema hoc palam annotavit Augustinus in epistola ad Marcellinum quinta, ostendens, si quis tropum sermonis rejiciat, magis convenire, ut in sinistram primus ictus dicatur exceptus, quod in hanc magis, quam in dextram, fertur impetus ferientis. Idem admonet in Luca non fieri ullam *sinistra, dextrave* mentionem: ut intelligamus hoc loco *sinistram* ac *dextram* nihil aliud esse, quam unam & alteram: quemadmodum in alia quadam parabola *quinque talenta* posuit pro plurimis dotibus, *duo* pro mediocribus, *unum* pro minimis. Cæterum animadvertendum est, ut subito mutarit numerum, *Ego autem dico vobis: sed quisquis percusserit te in maxillam*, &c. Non ob aliud, nisi quod hic numerus accommodatior est ad infigendum animo quod dicitur, dum quisque sibi dici putat, quod dicitur.

37 *Et pallium*] καὶ τὸ ἱμάτιον. Hic recte distinxit vestimenti genus. Siquidem χιτὼν, *tunica*, vestis est interior, ἱμάτιον exterior, quæ Romanis est *toga*, Græcis *pallium*. Nisi quod ἱμάτιον apud Græcos interdum pro quovis vestimenti genere ponitur. Unde recte monet Augustinus hunc esse sensum, *si quis tollat unam aliquam vestem, concede illi potius si quid aliud habes vestium quam contendas*. Alioqui præposterus esset sermo. Pallium enim, quæ summa vestis est, primum detrahitur, deinde tunica.

38 *Mille passus*] μίλιον ἓν, id est, *miliarium unum*. Alioqui non respondet quod sequitur.

39 *Alia duo*] Ne illud quidem, *alios duos*. Atque hic rursus Græcus usurpavit vocem Latinam: etiamsi hujus vocis mentionem fecit Hesychius. Nec est *alia duo* Græcis, sed ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο: ut intelligas duplum oportere concedi simplum extorquenti: quemadmodum docuit de maxilla, & veste. Etiamsi divus

Au-

8 Μὴ ὖν ὁμοιωθῆτε αὐτοῖς· οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὧν χρείαν
9 ἔχετε, πρὸ τῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν. Οὕτως ὖν προσεύχεσθε ὑμεῖς· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς ὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ
10 ὄνομά σῦ. Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σῦ· γενηθήτω τὸ θέλημά
11 σῦ, ὡς ἐν ὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν
12 ἐπιύσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα
13 ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τῦ πονηρῦ· ὅτι σῦ ἐςιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ
μδς 14 δόξα εἰς τῦς αἰῶνας. Ἀμήν. Ἐαν γὰρ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὑμῖν ὁ πατὴρ
15 ὑμῶν ὁ ὐράνιος. Ἐὰν δὲ μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει τὰ
μει 16 παραπτώματα ὑμῶν. Ὅταν δὲ νηςεύητε, μὴ γίνεσθε ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ σκυθρωποί· ἀφανίζῦσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηςεύοντες· ἀμὴν
17 λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀπέχῦσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. Σὺ δὲ νηςεύων
18 ἄλειψαί σῦ τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ πρόσωπόν σῦ νίψαι· Ὅπως μὴ φανῇς τοῖς ἀνθρώποις νηςεύων, ἀλλὰ τῷ πατρί σῦ τῷ ἐν κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σῦ ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ,
μςε 19 ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ. Μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυρῦς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπῦ σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, καὶ
20 ὅπῦ κλέπται διορύσσῦσι καὶ κλέπτῦσι. Θησαυρίζετε δὲ ὑμῖν θησαυρῦς ἐν ὐρανῷ, ὅπῦ ὔτε σὴς ὔτε βρῶσις ἀφανί-
21 ζει, καὶ ὅπῦ κλέπται ὐ διορύσσῦσιν ὐδὲ κλέπτῦσιν. Ὅπῦ γάρ

A pientem mutuum accipere 40 abs te, ne averferis. Audiſtis quod dictum ſit: 41 Diliges proximum tuum, 42 & odio habebis inimicum tuum. At ego dico vobis: 43 Diligite inimicos veſtros, bene precemini devoventibus vos, benefacite iis qui vos odio proſequuntur, & orate pro iis 44 qui lædunt & inſectantur vos. Ut ſitis filii patris veſtri, qui eſt in cœlis: 45 quia ſolem ſuum exoriri ſinit ſuper malos ac bonos, & pluviam mittit ſuper juſtos & injuſtos. Nam ſi dilexeritis eos qui diligunt vos, 46 quod præmium habetis? nonne 47 & publicani idem faciunt? Et ſi complexi fueritis 48 fratres veſtros tantum, 49 quid eximium facitis? 50 nonne & publicani
B ſic faciunt? 51 Eritis igitur vos perfecti, quemadmodum pater veſter, qui eſt in cœlis, perfectus eſt.

VI. Attendite 1 ne eleemoſynam veſtram præſtetis coram hominibus, 2 quo ſpectemini ab illis: alioqui 3 præmium non habetis apud patrem veſtrum, qui eſt in cœlis. Itaque quum præſtas eleemoſynam, ne tubis canatur ante te, 4 quemadmodum hypocritæ faciunt in conciliabulis & in vicis, ut glorificentur ab hominibus: amen dico vobis, 5 habent mercedem ſuam. Cæterum tu quum præſtabis eleemoſynam, 6 neſciat 7 ſiniſtra tua quid faciat dextera tua: Ut ſit tua eleemoſyna in occulto: & pater
C tuus

Auguſtinus philoſophatur hic in numero ternario, Theophylactus & Chryſoſtomus non attingunt. Nam quod *αἰτῦντί σε*, id eſt, *poſcenti te*, vertit *petenti abs te*, recte fecit.

40 *Ne avertaris*] *μὴ ἀποςραφῇς*, *ne averſeris*, ut legit Auguſtinus, hoc eſt, *ne rejicias*. Quanquam & *avertor* reperitur, ut ſit verbum depoſititium, ſed in carmine uſitatius, ut apud Boëtium:

Eheu quam ſurda miſeros avertitur aure!

Sicut *prævertitur*.

41 *Diliges proximum tuum*] Græci *τὸς πλησίον* appellant *familiares*, & quibuſcum habemus arctam ac domeſticam conſuetudinem, non ſolum *cognatos*. Neque enim eſt ſuperlativus gradus apud illos.

42 *Et odio habebis inimicum*] Hoc quoniam non legitur in veteris Inſtrumenti litteris, quidam interpretantur hanc eſſe additionem Phariſæorum, non Scripturam. Idem prædicant de cæteris articulis, quaſi Chriſtus nihil addiderit præceptis legalibus, ſed tantum explanaverit. Certe divus Auguſtinus in priore libro, quo enarrat hunc locum, ſic refert, quaſi reperiatur in Sacris Libris, ſic enim ait: *Nec quod in Lege dictum eſt, oderis inimicum tuum, vox jubentis juſto accipienda eſt, ſed permittentis infirmo.* Tale, nimirum, erat Judæorum vulgus. Quemadmodum autem in iraſcendo accipimus tropum, itidem & in odio receptus nodum explicat. Certe Chryſoſtomus fatetur, Dominum olim non exegiſſe ab infirmis, quod ſuo tempore præcepit jam inſtructioribus.

43 *Diligite inimicos veſtros*] Poſt hæc verba, particulam addunt Græci codices, inter quos & Theophylactus, quam in noſtra editione non reperio: *εὐλογεῖτε τὺς καταρωμένυς ὑμᾶς*, id eſt, *bene precemini devoventibus vos.* Quam ſane nec Hieronymus addit, nec Chryſoſtomus. Proinde haud ſcio, an eam ſtudioſus aliquis ob affinitatem ſententiæ ex Epiſtola Pauli ad Romanos huc adſcripſerit. Nam hac occaſione comperimus locos aliquot immutatos.

44 *Pro perſequentibus & calumniantibus*] *ἐπηρεαζόντων καὶ διωκόντων*: quorum utrumque pene idem valet; nam *ἐπήρεια* Græcis dicitur *inſultus* proprie *in bello*, quaſi dicas, *ἐπάρεια*, ab *Ἄρης Mars*, hinc dictum apparet verbum *ἐπηρεάζω*, quod eſt *vexo*, ſive *vim facio*, & *impeto*. Sed quoniam Græci docent *ἐπηρεᾶσαι* nonnunquam idem valere quod *βλάψαι*, nos vertimus *lædunt*.

45 *Qui ſolem ſuum*] *ὅτι τὸν ἥλιον*, id eſt, *quia ſolem ſuum.* Licet refragantibus exemplaribus Latinis. Et fieri poteſt, ut Interpres pro *ὅτι* legerit *ὅς*, ſive *ὅςις*. Quanquam hoc nihil refert ad ſenſum. Et *ἀνατέλλει*, recte circumlocutus eſt, *oriri facit*, ſive *expromit.* Item, *pluit*, Græcis eſt *βρέχει*, *rigat*. Rurſum:

46 *Quam mercedem habebitis*] Græce eſt *ἔχετε*, id eſt, *habetis*, præſentis temporis, ut rei ſignificatio ſit, non temporis. Porro *mercedem* pro *gratia* poſuit.

47 *Et publicani*] *τελῶναι*, id eſt, *qui vectigalia redimunt*, unde & *redemptores* dicuntur. Genus hominum olim infame apud Judæos, nunc apud Chriſtianos cum primis honeſtum. Nec id ſane mirum, cum inſtitores ac menſarii omnibus pene anteponantur apud utriuſque Reipublicæ ſummates, quos nec Ariſtoteles, nec Tullius inter honeſtos cives haberi vult. Nec eſt, *hoc faciunt*, ſed *τὸ αὐτὸ*, id eſt, *idem faciunt*. Et *ſalutaveritis*, eſt *ἀσπάσησθε*, quod non eſt ſimpliciter *ſalutare*, ſed *oſculo & complexu ſalutare*; quod olim ex more fiebat inter amicos, non ſolum apud Judæos, verum etiam apud Græcos & Romanos. Alioqui vulgare eſt officium obvio dicere *ſalve*.

48 *Fratres veſtros*] Plerique Græci codices habent *τὺς φίλυς ὑμῶν*, id eſt, *amicos veſtros*. Verum Judæi *fratres* appellant quomodolibet cognatos: atque ita legit Hieronymus.

49 *Quid amplius facitis*] *τί περισσὸν*, *quid eximium*, aut *quid ſupra cæteros*.

50 *Nonne & Ethnici*] Rurſus hoc loco nonnulli codices Græci habent *τελῶναι*, id eſt, *publicani*. Cæterum ex interpretatione Chryſoſtomi deprehendere licet illum *Ethnici* legiſſe, cum ait: *Propter quod etiam hic Gentiles & publicanos producit in medium, ut talibus Diſcipulos comparando perſonis etiam pudore ad virtutem accendat.* Certe Theophylactus repetit hic *τελῶναι*, id eſt, *publicani*. Nam Ethnicus *Gentilem* ſonat, qua Græca voce videtur Interpres delectatus, ob id, opinor, quod *gentilis* aliud quiddam ſignificet Latinis auribus, nempe gentis affinitate conjunctum. Ac rurſum, non eſt hic, *hoc faciunt*, ſed *ſic faciunt*, *ὕτως ποιῦσιν*.

51 *Eſtote igitur vos*] *ἔσεσθε*, id eſt, *eritis*. Interpres legiſſe videtur *ἔςε*. Omitto, quod *ὁ ἐν τοῖς ὐρανοῖς*, quod vertere ſolet, *qui eſt in cœlis*, nunc mutavit, *cœleſtis*. Cæterum conjunctio *&*, *ſicut & pater*, non additur apud Græcos. Tantum eſt, *ſicut pater veſter cœleſtis*.

D VI. 1 NE *juſtitiam veſtram*] Græcis eſt *ἐλεημοσύνην*, id eſt, *eleemoſynam*, non *juſtitiam*, ut reſpondeat quod ſequitur: *Cum ergo facis eleemoſynam.* Ita legit & interpretatur Chryſoſtomus & Theophylactus. Tametſi Hieronymus *juſtitiam* legit, ſed interpretans *eleemoſynam*. Atque item Auguſtinus ſermone ſecundo de verbis Domini ex Matthæo ſimiliter interpretans ut legit. Illud obiter admonendum, Latinos uſurpantes Græcam *eleemoſyna* vocem, fraudare illam una ſyllaba, cum Græcis habeat ſex ſyllabas.

2 *Videamini ab eis*] Auguſtinus eo quem modo citavimus loco indicat hanc particulam ſic addendam orationi ſuperiori, ut finem ſignificet conjunctio *ut*, non ſequelam. Neque enim vetat conſpici recta facta, ſed non vult hoc animo fieri. Apud Latinos enim hic ſermo anceps eſt, *ut videamini*, id eſt, *ſic ut videamini*, aut *hoc animo ut videamini*. Cæterum Græcis nulla eſt amphibologia, *πρὸς τὸ θεαθῆναι*. Rurſum in eo quod ſequitur,

3 *Mercedem non habebitis*] Verbi tempus mutavit, *ὐκ ἔχετε*, id eſt, *non habetis*.

E 4 *Sicut hypocritæ*] Hæc quoque de vocum eſt numero, quibus Interpres videtur delectatus. Alioqui *ὑποκριτὴς* Græcis *hiſtrionem* ſignificat: hoc eſt, qui ficta perſona fabulam agit apud populum, quos eoſdem *actores* vocamus. Unde quam nos *pronunciationem*, aut *actionem* dicimus, illi *ὑπόκρισιν* appellant. Quanquam quiſquis quovis modo ſimulat ac fingit, *hypocrites* vocari poteſt. Unde Paulus, *ἀγάπη ἀνυπόκριτος*, id eſt, *charitas non ficta*, *ſimulandi neſcia*. Cæterum quod ad hiſtrionicam geſticulationem attinet, belle quadrat quod modo dixerat, *πρὸς τὸ θεαθῆναι*, id eſt, *ut ſpectentur*, quod actorum eſt, & hinc *theatrum*. Quis enim mimus, quis hiſtrio minus eſt id quod videtur, quam iſti, qui inani labiorum motu & vocum ſtrepitu videri volunt precari Deum, cumque illo colloqui? Aut qui Judaicis cærimoniis ſanctimoniam mentiuntur? Rurſum quod hic vertit, *in ſynagogis*, apertius erat, *in conciliabulis*. Significat enim conventicula, quæ ſolent fieri in plateis, ac foro, ſeu triviis. Et *vicos* hoc loco intellige, non eos qui non ſunt oppida, ſed in quos dividi-
F tur urbs. Nam paulo poſt meminit *platearum*, quæ proprie dicuntur viæ latiores, in quibus ſolent fieri plebis conventicula, in qua dictione philoſophantur quidam, quod impiorum civitates plateas habent, quum via virtutis ſit arcta. Ad hæc:

5 *Receperunt mercedem*] *ἀπέχυσιν*, id eſt, *habent*, ſive *tulerunt*. Nam *ἀπέχυσι* ſonat quod alicunde ſit acceptum.

6 *Neſciat ſiniſtra tua*] Græce duæ ſunt dictiones, *μὴ γνώτω*, *ne ſciat*.

7 *Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera*] Non abſque figura dictum eſt, ſed *ὑπερβολικῶς*, quaſi dicas, *Ipſe neſcias, quod facis, ſi fieri poteſt, tantum abſit, ut aliis oſtentes.* Figuram annotavit & Chryſoſtomus homilia XIX. & hunc ſequutus Theophylactus. Cæterum addunt Græci, *ἐν τῷ φανερῷ*, id eſt, *in propatulo*, ſive *in aperto*. Quod tamen Auguſtinus negat ſe comperiſſe in Græcis codicibus, & ideo nec exponendum arbitratur. Theophylactus interpretatur etiam, *ἐν φανερῷ*, quum manifeſtabuntur omnia bona malaque opera. Mihi germana lectio videtur, quam probat Auguſtinus.

γάρ ἐςιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ ἔςαι καὶ ἡ καρδία ὑμῶν. A
μζ ε 22 Ὁ λύχνος τȣ̃ σώματός ἐςιν ὁ ὀφθαλμός· ἐὰν ȣ̃ν ὁ ὀφθαλ-
23 μός σȣ ἁπλȣ̃ς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σȣ φωτεινὸν ἔςαι. Ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σȣ πονηρὸς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σȣ σκοτεινὸν ἔςαι· εἰ ȣ̃ν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ, σκότος ἐςὶ, τὸ σκότος πόσον;
μη ε 24 Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δȣλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τȣ̃ ἑτέρȣ καταφρονήσει· ȣ̓ δύνασθε Θεῷ δȣλεύειν καὶ Μαμμω-
μθ ε 25 νᾷ. Διὰ τȣ̃το λέγω ὑμῖν, μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε καὶ τί πίητε· μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν, τί ἐνδύσησθε· ȣ̓χὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐςι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα
26 τȣ̃ ἐνδύματος; Ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃, ὅτι ȣ̓ σπείρȣσιν, ȣ̓δὲ θερίζȣσιν, ȣ̓δὲ συνάγȣσιν εἰς ἀποθήκας, καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ȣ̓ράνιος τρέφει αὐτά· ȣ̓χ ὑμεῖς μᾶλ- B
27 λον διαφέρετε αὐτῶν; Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται
28 προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτȣ̃ πῆχυν ἕνα; Καὶ περὶ ἐνδύματος τί μεριμνᾶτε; καταμάθετε τὰ κρίνα τȣ̃ ἀγρȣ̃ πῶς
29 αὐξάνει· ȣ̓ κοπιᾷ, ȣ̓δὲ νήθει. Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι ȣ̓δὲ
30 Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτȣ̃ περιεβάλετο ὡς ἓν τȣ́των. Εἰ δὲ

tuus qui videt in occulto, ipse 8 reddet tibi in propatulo. Et 9 quum oraveris, 10 non eris quemad- (5) modum hypocritæ: nam 11 illi solent 12 in conciliabulis & in angulis platearum stantes orare, 13 quo conspicui sint hominibus. Amen dico vobis, quod habent mercedem suam. Tu vero quum oras, (6) introito 14 in conclave tuum, & 15 occluso ostio tuo, ora 16 patrem tuum, qui est in occulto: & pater tuus, qui videt in occulto, persolvet tibi 17 in propatulo. Verum orantes 18 ne sitis multilo- (7) qui, sicut ethnici: putant enim fore, ut 19 ob multiloquium suum exaudiantur. Ne igitur efficia- (8) mini similes istorum. Novit enim pater vester, quibus rebus opus sit vobis, prius quam 20 petatis ab illo. Ad hunc ergo modum orate vos: Pater (9) noster, 21 qui es in cœlis: 22 sanctificetur nomen tuum. Veniat regnum tuum: 23 fiat voluntas tua, (10) 24 quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra. 25 Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et 26 (11 12) remit-

8 *Reddet tibi*] Græce est, αὐτὸς ἀποδώσει σοι, id est, *ipse*, sive *idem*, *reddet tibi*, quo dilucidius distinguat personam patris ab eorum persona, quibus confertur beneficium.

9 *Et cum oratis*] καὶ ὅτ' ἂν προσεύχῃ, id est, *cum oras*. Nam & paulo ante usus est numero singulari, *cum facis eleemosynam*. Etiamsi mox variat. Nec est:

10 *Non eritis*] sed ȣ̓κ ἔσῃ, id est, *non eris*. Et in nonnullis Latinorum codicibus adscriptum est, *sicut hypocritæ tristes*, quum hæc dictio *tristes* nec apud Græcos sit, nec in nostris emendatioribus. C

11 *Qui amant*] φιλȣ̃σι. Quod licet significet *amant*, tamen Græcis frequenter usurpatur pro *solent*. Hoc certe loco magis quadrabat *solent*. Rursum est:

12 *Synagogis*] Quod nos vertimus *conciliabulis*. Et *anguli* vocantur, non *recessus*, ut vulgus accipit, sed *flexus viarum*, veluti juxta compita ac trivia.

13 *Ut videantur ab hominibus*] ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις, id est, *conspicui sint hominibus*, seu potius *ut conspicui possint esse*. Cæterum:

14 *In cubiculum*] Est ταμεῖον, quod Latine *penu* sive *cellam* appellant, ubi reconduntur, quæ ad usum domesticum pertinent; nos *conclave* vertimus. Interpres Origenis, quisquis fuit, nam Hieronymum non esse stylus arguit, homilia in Matthæum vigesima tertia, vertit *promptuarium*: quod ταμίαι Græcis dicantur, quos nos *promos condos* appellamus: ταμεῖον tamen utrumque significare, vel *cellam promptuariam*, vel *conclave* seu *cubiculum*, téstis est Hesychius. D

15 *Clauso ostio*] Græci addunt *tuo*, σȣ. Atque item vetusti Latinorum codices, quod suæ quisque domi maxime in occulto sit. Præterea:

16 *Patrem tuum in abscondito*] Nonnulli codices habebant, τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ, id est, *patrem tuum qui est in abscondito*, ut certum intelligas patrem, diversum a corporali, & arcanum singulare, quo pater occultatur cœlestis, qui nusquam non adest, sed nobis occultus. Ac rursum additur:

17 *In manifesto*] ἐν τῷ φανερῷ. Atque ita legit Chrysostomus homilia decima sexta. Annotavit & hoc loco tropum sermonis Chrysostomus. Neque enim hoc sensit Christus, non esse Christianis precandum, nisi in penuario domus, sed non magis affectandum, ut homines laudent precantem, quam si abditi in retrusissima ædium parte soli precentur. E

18 *Nolite multum loqui*] μὴ βαττολογήσητε. Græcis est dictio composita proverbialis, a Batto quodam Poëta, qui conscripsit hymnos, in quibus eadem subinde inculcavit: quemadmodum copiosius explicatum est in Chiliadibus nostris. Huc allusit Ovidius, cum Battum indicem eadem facit iterantem:

——— *In illis*
Montibus, inquit, erant, & erant in montibus illis.

Cujus βαττολογισμὸν ridicule imitatus Mercurius,

——— &, *Me mihi perfide prodis*,
Me mihi prodis, ait. ———

Sunt qui malint Battum fuisse quempiam balbum, & hæsitanti ore, impeditaque lingua: cui videlicet hominum generi peculiare videmus, cum ne semel quidem, quod cupiunt, possint effari, voces easdem iterum atque iterum repetere. Unde quod hic docet Christus, non solum pertinet ad immodice prolixas preces, cum alioqui Paulus jubeat nos citra intermissionem orare, & ipse Christus legatur orasse prolixius, verum etiam ad illos, qui superstitiose preculas easdem sine fine iterant. Quo quidem morbo usque adeo non vacant Christiani quidam, ut in his summum pietatis fastigium collocent. Porro quod hodie videmus Sacerdotes, nihil dicam qualibus, sed certe nimium prolixis precibus, hisque præscriptis, aliquoties ineptis ac ridiculis, ne dicam impiis, oneratos, quid super hac re sentiam, satius est non attingere: partim quod res paucis explicari non possit, partim quod fortassis nec citra periculum: ne, dum huic malo mederi conamur, alterum invitemus gravius: ut sunt, qui vitiis suis patrocinium undelibet aucupentur. Illud dicam, non esse prudentis cum suo seculo pugnare. Et bonæ mentis est, majorum decretis libenter ac simpliciter obsequi. At rursus illorum est, ut summa vigilantia, quod sit optimum, & cum Christi dogmatis maxime consentiens statuant. Hieronymus admonet, ex hoc loco natam hæresim quorundam, qui Christianorum precationes veluti supervacaneas in totum adspernabantur. Fuit his diversa factio Psallianorum, sive Euchitarum, nomen inditum ab orando, qui totos dies otiosi, tantum precularum emurmurabant, mira linguæ volubilitate, ut Augustinus id scripserit incredibile. Monachos vetabant sustentandæ vitæ causa manibus operari, ne quando cogerentur precationes interrumpere. Utinam quicunque Christi philosophiam profitentur, sic abhorreant ab hac superstitione, ut precum puram & illibatam victimam Christoque gratam offerant! Nam cantiuncularum, clamorum, murmurum, ac bomborum ubique plus satis est, si quid ista delectant Superos. Abunde satis erat hoc indulgere idiotarum ac stultorum affectibus, ut cuique liberum esset privatim, quæ vellet, aut quantum vellet, precari. Cæterum publicas preces optarim esse moderatas: nec in his quicquam admisceri, non depromptum ex Sacris Literis, aut certe ab his viris profectum, quorum scripta spiritum Apostolicum resipiunt. Nunc cujusmodi est, compelli tanta censura Sacerdotes, ut deliri senis, aut muliercula nænias legant sacris admixtas? Levius videri poterat quam ut operæ precium esset admonere apud Græcos non esse verbum *nolite*, etiamsi Latine vertit Interpres, nisi viderim Augustinum in hac voce frustra philosophari, quum alias, tum in libro de gratia & lib. arb. ad Valentinum cap. 11. ratiocinans enim hominem sua voluntate in Lege Dei consistere, subjicit hæc verba: *Deinde tam multa mandata, quæ ipsam quodammodo nominatim conveniunt voluntatem, sicut est, noli vinci a malo.* Et hujus formæ multa refert e Sacris Voluminibus. Hoc semel admonitum volui, ne quis imprudens ad eundem impingeret lapidem.

19 *Sicut Ethnici faciunt*] *Faciunt* non additur nec apud Græcos, nec in aureo codice, nec in Donatianicis.

20 *In multiloquio*] Hic non est βαττολογία, sed proprio usus est verbo πολυλογία: velut exponens quid dixerit, βαττολογεῖν.

21 *Petatis eum*] πρὸ τȣ̃ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν. Et Latinius & apertius dixisset, *priusquam petatis ab eo*. Deinde, προσεύχεσθε ὑμεῖς, id est, *orate vos*, non *vos orabitis*. Major enim est pronominis emphasis in fine appositi, quo discernat illos ab Ethnicis.

22 *Qui es in cœlis*] Articulus Græcus veluti distinguit illum patrem a patre terrestri, ὁ ἐν τοῖς ȣ̓ρανοῖς. Perinde quasi dicant: Nos in terris patrem nescimus, ex te uno pendemus, pater cœlestis: a quo nobis petenda sunt omnia, quibus opus est ad veram vitam.

23 *Sanctificetur nomen tuum*] ἁγιασθήτω. *Sanctum* dicitur non solum purum & impollutum, verum etiam venerandum & inviolatum. Et Augustinus explicans tropos veteris Instrumenti libro quarto ostendit hic *sanctificetur* dictum, non pro eo quod est *fiat sanctum*, sed pro *declaretur sanctum*. Quanquam apud Hieremiam queritur Deus nomen suum pollui inter gentes culpa suorum. Nullum autem probri genus intolerabilius ingenuis animis, quam parentum ignominia. Siquidem verissime dictum est apud Græcum tragicum:

Δȣλοῖ γὰρ ἄνδρα κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ,
Ὅταν συνειδῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά.

Rursum nulla res æque fulcit & exhilarat filiorum animos, ac parentum gloria. Nam hos affectus, quos hominum vulgus habet erga corporeos parentes, transfert in Deum. Quod genus est & illud quod sequitur, *Adveniat regnum tuum*. Si patres ad amplos honores provehantur, sub eorum umbra regnant & filii, & sibi putant accrescere quicquid dignitatis aut auctoritatis accrevit patri. Jam ut regni, ita & familiæ in hoc sita est felicitas, ut auctoritati patris aut regis morigeri sint omnes, nec ulla sit factio, dissidiumve, sed ab unius voluntate pendeant omnia.

24 *Fiat voluntas tua*] Tropi novitatem annotavit & Augustinus. Non enim fiunt verba nostra, quum perficitur quod jussimus, sed quum jubemus. Nec facit sermonem, qui re præstat quod dictum est, sed qui loquitur. Nec fiunt vota nostra, quum contingit quod optamus, sed optando fiunt. Ita fit voluntas nostra, quum datur volendi facultas. Verum hæc sermonis forma sumpta ab Hebræis, adeo frequens est in Literis Sacris, ut mutanda non fuerit. Alioqui Latinius erat, *fiat quod vis etiam in terra, quemadmodum fit in cœlis*.

25 *Sicut in cœlo & in terra*] ὡς ἐν ȣ̓ρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, id est, *quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra*. Interpres, dum exprimit Græcam figuram, obscurius extulit sententiam. Sensus autem est: Sic fiat, quod tu vis, in terris, hoc est, in tuo populo cœlesti, qui adhuc corpore versatur in terris, quemadmodum fit in cœlo, ubi nemo repugnat voluntati tuæ.

26 *Panem nostrum quotidianum*] τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιȣ́σιον.

Quod

δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγρῦ, σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον, ὁ Θεὸς ὕτως ἀμφιέννυσιν, ὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγόπισοι; 31 Μὴ ὖν μεριμνήσητε, λέγοντες, Τί 32 φάγωμεν, ἢ τί πίωμεν, ἢ τί περιβαλώμεθα; Πάντα γὰρ ταῦτα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ· οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, 33 ὅτι χρῄζετε τούτων ἁπάντων. Ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα 34 πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. Μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον· ἡ γὰρ αὔριον μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς· ἀρκετὸν τῇ ἡ- νβ VII. μέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς. Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε. 1 2 Ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε, καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε,

remitte nobis 27 debita nostra, 28 sicut & nos remittimus debitoribus nostris: & 29 ne inducas nos 13 in tentationem: sed libera nos a 30 malo: 31 quia tuum est regnum, & potentia, & gloria in secula seculorum. Amen. Proinde si remiseritis hominibus 32 14 errata sua, remittet & vobis pater vester cœlestis: Quod si non remiseritis hominibus errata sua, nec 15 pater vester remittet errata vestra. Porro quum 16 jejunaveritis, ne sitis, veluti hypocritæ, 33 tetrici: 34 obscurant enim facies suas, quo 35 perspicuum sit hominibus ipsos jejunare: amen dico vobis, 36 ha-

Quod hic vertit *supersubstantialem*, ad verbum *superessentialem* sonat. Id auctore Hieronymo Septuaginta plerumque transferunt περιούσιον, pro quo apud Hebræos reperitur סְגֻלָּה, quod Symmachus ἐξαίρετον, id est, *eximium*, sive *egregium*, vertit: quanquam idem alicubi verterit *peculiare*. In Evangelio, quod appellatur Hebræorum, pro *supersubstantiali pane* reperit Hieronymus מָחָר, quod dicitur *crastinum*. Equidem ut nihil horum improbo, ita quod postremo loco positum est, mihi maxime probatur. Nec enim in precatione tam cœlesti Christus de hoc, opinor, loquitur pane, quem a suis parentibus accipiunt & gentes. Et apud Græcos ἐπιοῦσα *crastinus* dicitur *dies*. Sic enim usus est & Lucas in Actibus Apostolorum capite septimo, τῇ τε ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ, id est, *postero die*. Et indicat Augustinus nonnihil tale sermone vicesimo octavo, ut hic sit sensus: *Quemadmodum patres terreni prospiciunt liberis suis panem, quo corpus alatur, etiam in posterum diem, ita tu nobis prospice panem cœlestem animi cibum, qui pater es cœlestis, & pater spirituum.* Verum hac de re nonnihil dicemus & alias.

27 *Et dimitte*] ἄφες. Cur non potius *remitte*? Nam Græca vox polysemos est. Audio quosdam offensos, quod pro *dimitte* verterim *remitte*. Cur isti non item offenduntur, quod 2 Paralip. XXXVI. Manassès sic orat, *Peto rogans te, Domine, remitte mihi, remitte mihi*: quod in Symbolo Apostolorum, ut vocatur, credamus *remissionem peccatorum* potius quam *dimissionem*? Quod si primus omnium pro *dimitte* dixissem *remitte*, quid erat flagitii? Nunc divus Cyprianus enarrans hunc locum toties iterat *remitte* pro *dimitte*, idque in voluminibus a me non editis, ut quod aliquoties relictum est, *dimitte*, probabile sit a scriba positum. Ad eundem modum citat libro ad Quirin. III. cap. XXII. referens ex Marco, *Remittite, si quid habetis, ut & pater vester, qui in cœlis est, remittat vobis.* Item ejusdem operis cap. XXVIII. *Iterum in Psalmis: Remisisti iniquitatem peccati mei, & remisisti iniquitatem plebis tuæ.* Quin & Augustinus libro ad Catechumenos II. cap. X. quoties utitur *remittendi* verbo: *Tibi confide, quoniam remissa sunt tibi peccata tua.* Rursum: *Et hanc professionem fidei suæ, in qua remittuntur omnia peccata*, &c. Quod si apud hunc frequenter invenimus *dimittere* pro *remittere*, aut datum est vulgatæ consuetudini sermonis popularis, aut a librariis depravatum est. Quorsum autem attinet excutere quoties hoc verbum sit obvium apud alios Scriptores Ecclesiasticos pro *condonare*, quum toties occurrat in Evangelicis & Apostolicis literis, velut Matthæi XII. *Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus.* Et Lucæ VII. *Remittuntur ei peccata multa*, quasi dicas *multum*. Et Joannis XX. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Quod si usque adeo sanctum existimant male Latine loqui, non obstamus, quo minus isti fruantur suo *dimittite*. Quod quæso est illud hominum genus? Nos modestissime duobus verbis annotavimus, quod rectum est: neque cuiquam unquam vel verbo molesti fuimus, si cui magis arrideat, *dimitte*. Isti recte admoniti, quiritantur in concionibus apud indoctam plebeculam, ad lapides provocantes: debacchantur in conviviis: latrant in gynæceis, in navibus, in vehiculis, & ubi non? Clamant actum esse de Religione Christiana, se frustra Theologos esse, repertum qui non veritus sit Precationem Dominicam corrumpere. O linguas exsecandas, & indignas, quibus Evangelium Christi prædicetur! Ad hoc explicandum infantes & insulsi, ad lacerandam hominis benemerentis famam & diserti sunt & venusti, scilicet, Sycophantas præstant, Hierophantas professi. Quid autem arrogantius? Per nos illis licet, quantum libitum fuerit, σολοικίζειν, nullus obstrepit, nullus reclamat, nobis per illos emendate loqui non licebit? Sed præstat id quod erat institutum persequi.

28 *Debita nostra*] ὀφειλήματα. Quidam hic argutantur *debiti* vocem plura complecti quam *peccati*, videlicet pœnam culpæ debitam; quod an verum sit nunc non excutio. Certe divus Augustinus simpliciter interpretatur *debita* peccata, & Lucas undecimo pro ὀφειλήματα ponit ἁμαρτίας, & Interpres vertit *peccata nostra*.

29 *Sicut & nos*] ὡς καὶ ἡμεῖς. Hoc loco non conditio, sed similitudo significatur: id quod evidentius explicat Lucas. Sentit enim alterum fieri inter filios cœlestis patris, alterum rogat ut fiat. Neque enim rogant, ut vicissim inter sese sibi dent veniam, quod in ipsis situm est, sed quemadmodum ipsi inter sese mutuis erratis ignoscunt, ut facere par est ejusdem familiæ filios: ita sit & ille propitius pater, nec ulcisci velit, si quid forte adversus ipsum deliquerunt.

30 *Et ne nos inducas*] εἰσενέγκῃς. Augustinus indicat in nonnullis codicibus fuisse scriptum *ne inferas*, ad sensum tamen arbitratur nihil referre. Nec refert, nisi quod εἰσενέγκειν magis sonat *impingere* ac *vi inducere*, quum inducatur & volens amicus. Hoc indicasse satis est huic proposito: cætera petantur ab aliis.

31 *A malo*] ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Potest & ad rem referri, quasi dicas, *a malitia*. Verum articulus additus suadet, ut magis referatur ad diabolum. Nam hujus est tentare. Et hunc opponit patri, unde cœpit precatio. Ita docet Chrysostomus, hunc edisserens locum.

32 *Quia tuum est regnum*] Hanc coronidem in omnibus Græcorum exemplaribus adjectam comperio, ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν, id est, *quoniam tuum est regnum, & potestas, & gloria in secula, amen.* Verum quando nec in ullis Latinorum exemplaribus adscriptum visitur, nec exponitur ab Hieronymo, aut ullo prorsus Interpretum, præter Chrysostomum, & hujus abbreviatorem recentem Theophylactum, apparet ex solenni consuetudine sic additum, ut Angelicæ salutationi quædam adjecerunt, nec ab Angelo dicta, nec a quopiam alio. Nam, *benedicta tu in mulieribus*, Elizabeth verba sunt; &, *quia peperisti Servatorem animarum nostrarum*, a nemine dictum est. Consimili studio adjectum est in fine Psalmorum, *Gloria Patri*. Proinde non est cur Laurentius Valla stomachetur bonam Precationis Dominicæ partem fuisse decurtatam. Magis taxanda fuerat illorum temeritas, qui non veriti sint tam divinæ precationi suas nugas assuere. Nugas enim jure dixerim ad divinam doctrinam, quidquid ab hominibus profectum fuerit: præsertim si quod ab hominibus annexum sit, ad Christum auctorem conferatur. Quod si quis contendat, hoc ab ipso Christo fuisse additum, necesse est ut fateatur, omnes nostros ac totam Romanam Ecclesiam hactenus fugisse bonam partem Dominicæ Precationis. Ac ne Africanam quidem recte legisse. Nam Cyprianus, enarrans peculiari libello locum hunc Evangelii, ne verbo quidem agnoscit hanc coronidem. Porro qui ideo putant ab Evangelista fuisse additam, quod Chrysostomus interpretetur, levi nituntur argumento. Siquidem interpretatur ille, quod solennis usus Ecclesiæ Græcanicæ quotidie sonabat: perinde quasi quis enarrans Psalmos interpretaretur solennem illam coronidem, *Gloria Patri & Filio*. Nec mirum si hoc dignatus est facere Chrysostomus, cum in homiliis diligenter exponat hymnum, quo Monachi quidam soliti sunt consecrare convivium suum. In aurea Catena hoc modo citatur Chrysostomus: *Quia vero solicitos nos fecerat inimici memoria, in hoc quod dixerat, libera nos a malo, rursus audaciam prabet per hoc, quod in quibusdam libris subditur, quia tuum est regnum*, &c. quod unde sumptum sit nescio. Nam hæc verba non reperiuntur in Chrysostomi Commentariis. Qui contendunt hanc coronidem adscriptam fuisse ab Evangelista, iidemque confirmant hanc Editionem, aut esse Hieronymi, aut certe ab illo castigatam, velim ut explicent nobis, cur ille tantam sacræ precationis partem ausus sit omittere, qui ne in Commentariis quidem ullam hujus fecerit mentionem. Hæc cum sint dilucidiora, quam ut argumentis egeant, tamen non defuerunt, qui mihi ex hoc quoque loco gravem struerent calumniam. Cæterum *amen*, quod Aquila interpretatur *fideliter*, & hic simili modo videri poterat adjectum. Hieronymus admonet Orationis Dominicæ esse signaculum.

33 *Peccata eorum*] παραπτώματα, id est, *delicta*, ut mox vertit, sive *errata*, sive *lapsus*. Siquidem a παραπίπτειν *labi* vox dicta est. Et Latinius *sua* quam *eorum*; id quod constanter contemnit Interpres. Ac rursum, *dimittet* pro *remittet*.

34 *Hypocritæ tristes*] σκυθρωποί, id est, *tetrici, parumque alacres*, Latine vertit Interpres, modo intelligatur *tristis*, non qui doleat, sed qui vultu sit inamœno ac severo. Nam alias, *Tristis est anima mea*, pro *dolente* vertit, & *contristare* pro *dolore afficere*, λυπεῖσθαι. Miror *hypocrita* Græcam vocem usque adeo placuisse Christianis Latinis, cum *simulator* dicatur Latine. Non mihi tempero, quin animi gratia recenseam quod adjectum est in Lyrani Commentariis; neque enim suspicari libet, illum usque adeo ineptisse: *Hypocrita*, inquit, *dicitur ab hypos, quod est sub, & crisis aurum*: quia sub auro vel sub honestate exterioris conversationis habet absconditum plumbum falsitatis. Eant nunc & negent referre, utrum Græce norit aliquis an secus.

35 *Exterminant enim*] ἀφανίζουσι. Quod Chrysostomus interpretatur, διαφθείρουσι καὶ ἀπολλύουσι, id est, *corrumpunt ac perdunt*. Quod videlicet odiosius putat personis histrionum. Siquidem illi nativam faciem persona tegunt duntaxat, isti vero corrumpunt ac perdunt propriam faciem, & citra personam agunt fabulam. Qui sic interpretantur, hoc mihi videntur secuti, quod qui perit e medio sublatus dicitur etiam Græcis. Divus Hieronymus vertendum putat, *demoliuntur*, addens *exterminandi* verbum inscitia Interpretum frequenter obvium esse in Sacra Scriptura: cum aliud quiddam significet, quam illi sentiri volunt. Siquidem *exterminare* est e terminis ac finibus profligare, quemadmodum *eliminare* extra limen ac foras efferre. Sic usus est Cicero libro Offic. III. & aliis præterea locis. Hilarius hoc loco ἀφανίζειν interpretatur *conficere*, nec id sane ineleganter. Est enim *obscurare*, ac *velut e conspectu tollere*: velut qui fucis utuntur, celant suam faciem, ac ceu persona tegunt: ita qui ficta macie tristique pallore sanctimoniam simulant. Nam & pietas suam habet tenuitatem, suum pallorem, sed in quo Christi reluceat alacritas.

36 *Ut pareant hominibus*] ὅπως φανῶσι. Quod modo vertit, *ut videantur*, nunc vertit, *ut pareant*, mire lasciviens sua copia. Cæterum, νηστεύοντες, participium verbi infiniti vice positum videtur, more Græcorum; unde nos ita vertimus, *quo per-*

τε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σȣ, τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐ κατανοεῖς; 4 Ἢ πῶς ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ σȣ, Ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ σȣ· καὶ ἰδȣ̀ ἡ δοκὸς ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σȣ; 5 Ὑποκριτὰ, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σȣ, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελφοῦ σȣ. 6 Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων· μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς. 7 Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε· κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. 8 Πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει· καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει· καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται. 9 Ἢ τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; 10 Καὶ ἐὰν ἰχθῦν αἰτήσῃ, μὴ ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ; 11 Εἰ οὖν ὑμεῖς, πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν, ὁ ἐν τοῖς ȣ̓ρανοῖς, δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτȣ̃σιν αὐτόν; 12 Πάντα οὖν ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται. 13 Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης· ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι᾽ αὐτῆς. 14 Ὅτι στενὴ ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν. 15 Προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες. 16 Ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτȣ́ς· μήτι συλλέγȣσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλὴν, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα; 17 Οὕτω πᾶν

habent mercedem suam. 17 Tu vero quum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, 18 Ne conspicuum sit hominibus te jejunare, sed patri tuo, qui est in occulto: & pater tuus, qui videt in abdito, 37 reddet tibi in propatulo. 19 Ne 38 reponatis vobis thesauros in terra, 39 ubi ærugo & tinea corrumpit, & ubi fures perfodiunt ac furantur. 20 Sed recondite vobis thesauros in cœlo, ubi neque ærugo neque tinea corrumpit, & ubi fures non perfodiunt neque furantur. 21 Nam ubi fuerit 40 thesaurus vester, illic erit & cor vestrum. 22 41 Lucerna corporis est oculus: si igitur oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. 23 Quod 42 si oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Ergo si lumen, quod est in te, tenebræ sunt, 43 ipsæ tenebræ quantæ? 24 Nemo potest duobus dominis servire: aut enim 44 hunc habebit odio, & alterum diliget: aut huic adhærebit, & alterum negliget. Non potestis Deo servire & 45 Mammonæ. 25 Propterea dico vobis, ne sitis solliciti 46 vitæ vestræ, quid esuri sitis 47 aut bibituri, neque corpori vestro, quibus indumentis usuri. 48 Nonne anima pluris est quam 49 cibus, & corpus pluris quam indumentum? 26 50 Vertite oculos ad volatilia cœli, 51 quia non serunt, neque metunt, neque convehunt in horrea: & pater vester cœlestis alit illa: nonne vos 52 longe præcellitis illa? 27 53 Quis autem ex vobis sollicite cogitando potest addere 54 ad staturam suam cubitum unum? 28 Ac de indumento quid solliciti estis? cognoscite 55 lilia

spicuum sit hominibus ipsos jejunare. Nec enim in hoc reprehenduntur, quod studerent videri jejunare, cum non jejunarent, sed quod jejunium omnibus conspicuum esse vellent, quod potius erat dissimulandum. Itidem mox. *Ne videaris hominibus jejunans, ne conspicuum sit hominibus te jejunare.*

37 *Receperunt mercedem*] Rursus est ἀπέχȣσι, id est, *habent*, ut ante commonstravimus.

38 *Reddet tibi*] Et hic addunt Græci codices, ἐν τῷ φανερῷ, id est, *in propatulo*, ut opponatur ei, quod est *in occulto.* Cæterum, hic quod ἀφανίζει vertit *demolitur*, ex sententia Hieronymi facit. Quanquam ego malim *corrumpit*, quum de tineis loquatur & blattis. Nam *demoliri* potius est parietem aut murum destruere. Verbum a *mole* dictum.

39 *Thesaurizate*] Mirum cur Græca vox usque adeo delectarit, θησαυρίζετε, cum dicere potuerit, *reponite, recondite, colligite, coacervate.* Thesaurus enim proprie divitiæ sunt sepositæ, & in longum tempus reconditæ, quam Persæ *gazam* appellant. Constat enim Græcis θησαυρὸν dici παρὰ τὸ εἰς αὔριον θεῖναι, hoc est, *in crastinum* sive *in posterum reponere.* Neque tam est *effodiunt*, quam *perfodiunt*, διορύσσȣσι. Siquidem perfosso pariete fures ad scrinia penetrant.

40 *Nec ærugo nec tinea*] οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις. Cyprianus libro tertio ad Quirinum legit, *neque tinea, neque comestura exterminabit.* Nec est:

41 *Thesaurus tuus*] sed *vester*, ὑμῶν. Etiamsi mox numerum mutat, *Si oculus tuus simplex.* Nec est, *est cor tuum*, sed ἔσται *erit.*

42 *Lucerna corporis tui*] Nec additur in Græcis exemplaribus *tui*, sed tantum *corporis*, & sententia plusculum habet dignitatis, si omittatur, ut sit absoluta. Quod lucerna est in domo, id est oculus in corpore, non in tuo solum, aut meo, sed in quovis hominis aut animantis corpore. Atque ita legit divus Chrysostomus in his homiliis, quas Basileæ vidimus Græce scriptas, consentiente Theophylacto & Editione Hispaniensi, atque ita citat Hieronymus scribens adversus Luciferianos. Denique sic scriptum comperimus & in pervetustis Latinorum codicibus. Sumitur enim similitudo ab oculo corporis ad oculum mentis. Quod est oculus in corpore animantis, id est affectus in animo, qui si purus fuerit, totus animus erit sincerus. Proinde prior illa pars, *Lucerna corporis est oculus*, pertinet ad id, unde ducitur collatio. Posterior, *Si oculus tuus fuerit simplix*, &c. pertinet ad ea, ad quæ accommodatur similitudo: unde addit *tuus*, qui spiritualis es, & cujus oculos sinceros requiro.

43 *Si oculus tuus nequam*] πονηρὸς, id est, *malus*, sive *perversus.* Nam Græca vox magis sonat *versutum* ac *malitiosum*, ut opponatur *simplici. Simplex oculus* est nulla re vitiatus, puta lemis, aut pituita, aut morbo. Cæterum lippus, aut strabus, aut lusciosus, depravatus est. Alioqui *nequam oculus* emendate loquentibus magis sonat *libidinosum*, quam *vitiatum.*

44 *Ipsæ tenebræ quantæ*] τὸ σκότος πόσον; Quod addidit *ipsæ*, recte explicuit vim articuli Græci. Cæterum festivior erat oratio, si non addidisset *erunt*, quod apud Græcos non additur. Tantum est, *tenebræ quantæ?*

45 *Unum odio habebit*] τὸν ἕνα μισήσει. Sermo nonnihil habet obscuritatis, etiamsi sensus liquet. Duos enim ponit, puta, Demeam, ac Mitionem, quorum alterutri sit adhærendum, nam utrique simul non potest. Aut Demea diligendus est, ut oderis Mitionem, aut Mitio diligendus, ut oderis Demeam. Proinde mea sententia rectius vertisset per *hunc* & *hunc*, quam per *unum* & *unum.* Deinde non est otiosus Græcus articulus: *certum* enim significat, perinde quasi demonstret aliquem, τὸν ἕνα, τὸν ἕτερον. Quanquam illud, τὸν ἕνα, non accipiendum est, ut prius referatur ad Deum, alterum ad Mammona: alioqui bis idem diceret, sed ut utrumque τὸν ἕνα ad utramlibet personam pertineat: quam utramcunque delegeris, ei opponitur τὸν ἕτερον. Quod si hic accipias, ut juxta consuetum distribuendi morem prius ἕνα notet Demeam, posterius Mitionem, jam hic erit sensus, Demeam odio habebit, ac Mitionem diliget: aut Mitioni adhærebit, & contemnet Demeam. Itaque vides idem bis dicit, quum *aut* conjunctio significare soleat diversitatem. Sed tota oratio ad utramlibet personam pertinet, nec *aut* conjunctio mutat personam, sed rem. Annotavit super ea re nonnihil & Chrysostomus homilia vigesima secunda.

46 *Et Mammona*] *Mammona* neque Græca vox est, nec Hebraica, sed Syriaca, ut ostendit divus Hieronymus, idem apud eos significans, quod apud Græcos πλȣ̃τος, quem Poetæ Deum faciunt. Est enim vox singularis numeri, generis masculini. Divus Augustinus indicat linguam Pœnorum affinitatem habere cum Hebræorum lingua: id quod alicubi fatetur & Hieronymus: porro Pœnorum lingua *Mammon* vocari *lucrum.* Cæterum quod idem *Mammona* vocem putavit Hebraicam, cum Syra sit, mirum non est, cum inter Hebræam quoque & Syram nonnulla sit cognatio.

47 *Animæ vestræ*] τῇ ψυχῇ. *Animam* pro *vita* posuit, velut & alias: *Qui perdiderit animam suam.* Cæterum:

48 *Quid bibatis*] Etiamsi reperitur additum in nonnullis codicibus, superfluum est, quod *cibi* nomine potus contineatur, & aquæ potus nemini non pateat. Certe nec apud Chrysostomum additur, nec apud Hilarium. Hieronymus indicat in nonnullis codicibus adscriptum fuisse, verum edisserens negligit. Nos passi sumus adjici, ne Latina non responderent Græcis. Certe in pervetustis exemplaribus non adscribitur, licet paulo inferius etiam *potus* fiat mentio. *Nolite esse solliciti, dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus.* Ac rursum:

49 *Nonne anima*] Apertius erat, *nonne vita.*

50 *Quam esca*] τῆς τροφῆς, id est, *cibo*, sive *alimonia*, ut potum quoque complectatur. Etiamsi Aristoteles *potum* esse neget, qui nutriat, ut cujus vis sit cibum in membra digerere. Cæterum pro πλεῖον, quod Græcis sonat *plus*, recte mutatum est in *pluris*, & Latinitatis habita ratio.

51 *Respicite volatilia*] Ἐμβλέψατε τὰ πετεινὰ, id est, *Intuemini ad volatilia*, ut verbum verbo reddam. Certe respicit qui in tergum deflectit oculos. Unde maluimus circumloqui, *Vertite oculos ad volatilia cœli.*

52 *Quæ non serunt*] Sic enim legitur in plerisque codicibus, ὅτι, id est, *quia non serunt.* Et divus Hieronymus legit *quoniam.* Ego malim *quod*, ut accipiatur εἰδικῶς. Siquidem id ipsum est, quod nos vult intueri, aves non facere sementem, cum tamen hominum more vivant, nec interim ulla distringantur sollicitudine parandi victus.

53 *Magis pluris estis*] μᾶλλον διαφέρετε, id est, *magis antecellitis*, sive *præstatis illis.* Siquidem διαφέρειν Græcis non solum est *differre*, sed & *præcellere.* Quoniam in ipso verbo vis est comparativi: aut congeminatio epitasin habet eminentiæ, aut μᾶλλον positum est pro *potius.* Proinde nos vertimus, *nonne vos longe præcellitis illa?* Nam Interpres videtur etiam affectasse sermonis absurditatem. Augustinus de tropis veteris Testamenti demonstrat apud Hebræos adverbium comparandi nonnunquam adjici ex superfluo. Et fieri potest ut hanc quoque sermonis formam expresserit Græcus Interpres.

54 *Quis ex vobis cogitans*] μεριμνῶν. Plus est quam *cogitans*, sed *anxie ac sollicite cogitans*, participium ejus verbi, quod sæpe vertit *sollicitum esse.* Porro, quod sequitur:

55 *Ad staturam suam*] Græcis est ἡλικίαν, quæ & *ætatem* significat,

πᾶν δένδρον ἀγαθὸν καρπὺς καλὺς ποιεῖ· τὸ δὲ σαπρὸν δένδρον καρπὺς πονηρὺς ποιεῖ. Οὐ δύναται δένδρον ἀγαθὸν καρπὺς πονηρὺς ποιεῖν, ὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρπὺς καλὺς ποιεῖν. Πᾶν δένδρον μὴ ποιῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. Ἄραγε ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτὺς. Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν ὐρανῶν· ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τῦ πατρός μυ τῦ ἐν ὐρανοῖς. Πολλοὶ ἐρῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, Κύριε Κύριε, ὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; Καὶ τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, ὅτι ὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς· ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. Πᾶς ὖν ὅςις ἀκύει μυ τὺς λόγυς τύτυς, καὶ ποιεῖ αὐτὺς, ὁμοιώσω αὐτὸν ἀνδρὶ φρονίμῳ, ὅςις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτῦ ἐπὶ τὴν πέτραν. Καὶ κατέβη ἡ βροχὴ, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέπεσον τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ ὐκ ἔπεσε· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν. Καὶ πᾶς ὁ ἀκύων μυ τὺς λόγυς τύτυς, καὶ μὴ ποιῶν αὐτὺς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ μωρῷ, ὅςις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτῦ ἐπὶ τὴν ἄμμον. Καὶ κατέβη ἡ βροχὴ, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέκοψαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔπεσε, καὶ ἦν ἡ πτῶσις αὐτῆς μεγάλη. Καὶ ἐγένετο ὅτε συνετέλεσεν ὁ Ἰησῦς τὺς λόγυς τύτυς, ἐξεπλήσσοντο οἱ ὄχλοι ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτῦ. Ἦν γὰρ διδάσκων αὐτὺς ὡς ἐξυσίαν ἔχων, καὶ ὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς.

VIII. Καταβάντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τῦ ὄρυς, ἠκολύθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί. Καὶ ἰδὺ λεπρὸς ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ, λέγων, Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι. Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτῦ ὁ Ἰησῦς, λέγων, Θέλω, καθαρίσθητι. Καὶ εὐθέως ἐκαθαρίσθη αὐτῦ ἡ λέπρα. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησῦς, Ὅρα μηδενὶ εἴπῃς· ἀλλ' ὕπαγε, σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε τὸ δῶρον, ὃ προσέταξε Μωσῆς, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. Εἰσελθόντι δὲ τῷ Ἰησῦ εἰς Καπερναοὺμ, προσ-

lilia agri quomodo crescant: non laborant, neque nent. Attamen dico vobis, ne Solomonem quidem in universa gloria sua sic amictum fuisse ut unum ex his. Quod si gramen agri, quod hodie quum sit, cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: 56 annon multo magis vobis id faciet, 57 ô parum fidentes? Ne sitis igitur solliciti, dicentes, quid edemus, aut quid bibemus, aut quibus operiemur? Nam omnia ista gentes exquirunt: 58 novit enim pater vester cœlestis quod opus habeatis his omnibus. Quin potius quærite primum regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis. Ne sitis igitur solliciti in crastinum: nam crastinus dies curam habebit sui ipsius: 59 sufficit sua diei afflictio.

VII. 1 Nolite condemnare, 2 ne condemnemini: quo enim judicio judicatis, eo judicabitur de vobis, & qua mensura metimini, ea metientur vobis alii. Cur autem vides festucam, quæ est in oculo fratris tui, 3 trabem autem, quæ est in oculo tuo, non animadvertis? Aut quomodo dicis fratri tuo, Sine eximam festucam ex oculo tuo, 4 & ecce trabes in oculo tuo? Hypocrita, ejice prius trabem ex oculo tuo, & tum 5 perspicies ut eximas festucam ex oculo fratris tui. 6 Ne detis quod sanctum est canibus, nec projeceritis margaritas vestras ante porcos: ne quando hi conculcent eas pedibus suis, & 7 illi versi in vos lacerent vos. Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis. Quisquis enim petit, accipit: & quicunque quærit, invenit: & pulsanti aperietur. An quisquam est vestrum homo, qui, si filius ejus petierit panem, 8 lapidem daturus sit illi? Aut si piscem petierit, num serpentem porriget illi? Si vos igitur, quum sitis mali, nostis 9 dona bona dare filiis vestris, quanto ma-

ficat, quasi dicas *granditatem*. Unde & *major*, & *minor*, & *grandis* ad ætatem referuntur: quod ex auctu corporis ætas deprehenditur in adolescentibus.

56 *Lilia agri*] τῦ ἀγρῦ. Non otiose addidit ἀγρῦ, quod hortensia lilia nonnihil debere videri poterant curæ humanæ: quemadmodum ante dixerat, *volucres cœli*, ut distingueret ab altilibus. Nec est *considerate*, sed καταμάθετε, id est, *cognoscite*, sive *cognoscitis*. Nam Græca vox anceps est. Ut omittam, quod ὅτι rursum vertit *quoniam* pro *quod*, tametsi præstabat omitti. Ac rursus, *coopertus est*, pro *amictus fuit*, sive *indutus*, περιεβάλετο. Ad hæc, pro *unum*, rectius vertisset, *unum quodlibet horum*.

57 *Quanto magis*] ὐ πολλῷ μᾶλλον, id est, *annon multo magis*. Ubi quæso quid erat causæ, cur Interpres variaret Græcum sermonem? Porro,

58 *Modicæ fidei*] Græcis est dictione composita ὀλιγόπιςοι, quod in Luca vertit, *pusillæ fidei*: ἀξιόπιςος est *gravis & idoneus cui fides habeatur*: ὀλιγόπιςος, sive *cui parum fidendum*, sive *qui parum fidit*. Sunt enim in Sacris Litteris voces aliquot receptiores, quam ut possint loco moveri, quarum est *fides*, quæ Latinis magis pertinet ad eum qui pollicetur aut præstat, quam ad eum qui fidit: nisi cum dicimus, *fidem habere*, pro *credere*. Proinde magis hic quadrabat, *exigua fiducia*, quam *modicæ fidei*: sive, ut nos vertimus, *parum fidentes*.

59 *Scit enim pater vester*] Hoc loco Græci addunt, ὁ ὐράνιος, id est, *cœlestis*. Nec est in plerisque, *sollicitus erit sibi*, sed *curam habebit sui ipsius*, μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς, id est, *curabit sua*. Augustinus in libro adversus Adimantum legit: *Nolite cogitare de crastino, nam crastinus dies ipse cogitabit sibi*. Eundem ad modum legit Cyprianus, enarrans Precationem Dominicam. Et nonnulla exemplaria habent, μεριμνήσει ἑαυτῆς.

60 *Sufficit diei malitia sua*] ἡ κακία, *malum*. Ut apud Græcos κακὸν, itidem *malum* apud Latinos anceps est, ad afflictionem, & improbitatem. At κακία virtuti opponitur, quam Latini nonnulli *malitiam* vocant, alii *vitium*. Cæterum κάκωσις *afflictionem* sonat, a verbo κακόω, quod est *malis afficio*. Abusus est igitur κακία, pro κάκωσις, ut indicat Hieronymus, edisserens hunc locum. Præterea in Commentariis Ecclesiastæ: rursus in Commentariis Amos, & Chrysostomus homilia vigesima tertia. Satis malorum adfert ipsum tempus, ut non affligamus nosmet ipsos sollicitudine futurorum malorum. In hanc sententiam adducit hunc Evangelistæ locum Augustinus in secundo Commentario sermonis Christi in monte dicti, *malitiam* interpretans *malum pœnale*. Docuit hoc primus omnium Tertullianus libro adversus Marcionem secundo.

VII. 1 *Nolite condemnare, & non condemnabimini*] Hæc verba nec in ullis Græcorum exemplaribus reperi, nec apud Hieronymum referuntur, nec apud Chrysostomum, nec apud Hilarium, denique nec in vetustissimis codicibus Latinis. Unde videntur e spatio marginali delata in contextum. Interpretatus est aliquis, quod dixit, *judicare* hoc loco nihil aliud esse quam *damnare*: sicut & apud Paulum subinde *judicium* pro *condemnatione* ponitur. Nec est paulo ante:

2 *Et non judicabimini*] sed *ne judicemini*, ἵνα μὴ κριθῆτε. Atque ad eum modum legit Hilarius, consentientibus exemplaribus divi Donatiani. Ut dissimulem, quod pro κρίνετε, & μετρεῖτε, id est, *judicatis*, & *metimini*, verterit *judicaveritis*, & *mensi fueritis*, quodque pro μετρηθήσεται verterit *remetietur vobis*, reclamante Latinitate. Nam addito nomine dicere poterat, *alii metientur vobis*. Verum haud scio an satis Latine dici possit, *judicabimini*. Neque enim, opinor, *judicatus* dicitur, de quo pronuntiatum est, sed res *judicata*, & *judicata* causa, de homine *judicatum*, nisi addas *judicatur* insanus, pro *habetur*. Proinde mea sententia tolerabilior est Augustini lectio: *Nolite judicare, ne judicetur de vobis: quo enim judicio judicaveritis, judicabitur de vobis*. Optimum autem fuerit, si legamus, *Nolite condemnare, ne condemnemini*.

3 *Et trabem in oculo tuo*] τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν ὐ κατανοεῖς, id est, *quæ vero est in oculo tuo, trabem non animadvertis*. Præterea, *frater sine*. *Frater* nec adscriptum est in Græcis, nec in Latinis antiquis, sed tantum, ἄφες ἐκβαλῶ, id est, *sine ejiciam*, consentit & codex aureus. Rursum:

4 *Et ecce trabes est in oculo*] Græce festivius est, subaudito verbo substantivo, καὶ ἰδὺ ἡ δοκὸς ἐν ὀφθαλμῷ σῷ, id est, *& ecce trabes in oculo tuo*. Ad hæc:

5 *Videbis ejicere*] Nimium Græcanice dixit, διαβλέψεις ἐκβαλεῖν, id est, *dispicies ut ejicias*.

6 *Nolite sanctum dare*] μὴ δῶτε, id est, *ne detis*. Id quod ad eundem modum perpetuo variat. Id indico, non quod male vertat Interpres, sed ne quis in verbis frustra philosophetur: quasi voluntas etiam sit hic vetita. Et rectius erat *projiciatis*, quam *mittatis*, βάλλετε. Ut ne dicam, quod μήποτε, id est, *ne quando*, vertit *ne forte*, parum tempestiviter, extenuans periculum, quod auctum magis oportuit. Nec est *pedibus suis*, sed ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, id est, *inter pedes suos*: nisi placet, ἐν usurpatum pro *per*, more Hebræorum. *Sanctum* autem positum est neutro genere pro *re sancta*, τὸ ἅγιον: nos vertimus, *quod sanctum est*. Judæi *sanctum* appellabant, quod esset semotum ab usu profani vulgi, & a consecratis cum reverentia tractandum.

7 *Et canes conversi*] *Canes* apud Græcos non additur, nec attingitur ab Interprete Chrysostomo, neque in emendatioribus Latinorum exemplaribus, ac ne in aureo quidem. Potest autem conculcatio & laceratio ad canes pariter & porcos referri. Sæviunt enim & apri. Canis profanum animal, & sus immundum, quod ab unguentis peculiariter abhorret. Cæterum margaritis sive unionibus olim summum fuisse pretium, abunde testis est Plinius. Denique quod dixit *conversi*, ςραφέντες, apertius erat, *versi in vos*. Nec est *dirumpant*, sed ῥήξωσιν, id est, *lacerent*, sive *lanient*.

8 *Nunquid lapidem porriget ei*] Hanc locutionis duritiem mollivimus interpretatione, sensu tamen manente, ne quis calumnietur, quod a verbis discessimus.

9 *Bona data*] δόματα ἀγαθὰ, id est, *donationes bonas*, sive *bona dona*. Est autem hic tropus ex idiomate sermonis Hebræi: quod genus est illud in Numeris: *Ego accepi fratres vestros Levitas, de medio filiorum Israël, dationem datam Domino*. Sic enim legit Augustinus, indicans tropos hujus voluminis, cum Græci legant

6 προσῆλθεν αὐτῷ ἑκατόνταρχος παρακαλῶν αὐτὸν. Καὶ λέγων, Κύριε, ὁ παῖς μου βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυ-
7 τικὸς, δεινῶς βασανιζόμενος. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς,
8 Ἐγὼ ἐλθὼν θεραπεύσω αὐτόν. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἑκατόνταρχος ἔφη, Κύριε, οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς, ἀλλὰ μόνον εἰπὲ λόγον, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς
9 μου. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας· καὶ λέγω τούτῳ, πορεύθητι, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ, ἔρχου, καὶ ἔρχεται· καὶ τῷ δούλῳ
10 μου, ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ. Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς, ἐθαύμασε, καὶ εἶπε τοῖς ἀκολουθοῦσιν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν,
ξεε 11 οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον. Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσι, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, ἐν τῇ βα-
12 σιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ
ξςε 13 βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ ἑκατοντάρχῳ, Ὕπαγε, καὶ ὡς ἐπίστευσας, γενηθήτω σοι· καὶ ἰά-
ξζϛ 14 θη ὁ παῖς αὐτοῦ ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ. Καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν Πέτρου, εἶδε τὴν πενθερὰν αὐτοῦ βεβλημένην καὶ
15 πυρέσσουσαν. Καὶ ἥψατο τῆς χειρὸς αὐτῆς, καὶ ἀφῆκεν
16 αὐτὴν ὁ πυρετός· καὶ ἠγέρθη, καὶ διηκόνει αὐτοῖς. Ὀψίας δὲ γενομένης προσήνεγκαν αὐτῷ δαιμονιζομένους πολλούς· καὶ ἐξέβαλε τὰ πνεύματα λόγῳ, καὶ πάντας τοὺς κακῶς
17 ἔχοντας ἐθεράπευσεν. Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ Προφήτου, λέγοντος, Αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλα-
18 βε; καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς πολλοὺς ὄχλους περὶ αὐτὸν, ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν εἰς τὸ πέραν.
ξηε 19 Καὶ προσελθὼν εἷς Γραμματεὺς εἶπεν αὐτῷ, Διδάσκαλε,
20 ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν
21 κεφαλὴν κλίνῃ. Ἕτερος δὲ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ, Κύριε, ἐπίτρεψόν μοι πρῶτον ἀπελθεῖν, καὶ θάψαι
22 τὸν πατέρα μου. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ἀκολούθει μοι,
ξθα 23 καὶ ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. Καὶ ἐμβάντι αὐτῷ εἰς τὸ πλοῖον, ἠκολούθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ
24 αὐτοῦ. Καὶ ἰδοὺ σεισμὸς μέγας ἐγένετο ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὥστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων· αὐτὸς δὲ
25 ἐκάθευδε. Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἤγειραν αὐ-
26 τὸν, λέγοντες, Κύριε, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα. Καὶ λέγει αὐτοῖς, Τί δειλοί ἐστε, ὀλιγόπιστοι; τότε ἐγερθεὶς ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ· καὶ ἐγένετο γα-
27 λήνη μεγάλη. Οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐθαύμασαν, λέγοντες, Ποταπός ἐστιν οὗτος, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα
28 ὑπακούουσιν αὐτῷ; Καὶ ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὸ πέραν εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν, ὑπήντησαν αὐτῷ δύο δαιμονιζόμενοι,

magis pater vester, qui est in cœlis, [10] dabit bona, si postuletis ab ipso? Omnia igitur quæcunque volueritis ut faciant vobis homines, sic & vos facite 12 illis: hæc enim est lex & Prophetæ. Introite per 13 arctam portam: quoniam lata est porta, & spatiosa via quæ [11] abducit in exitium, multique sunt qui ingrediuntur per illam. [12] Quoniam angusta est 14 porta, & stricta via quæ abducit ad vitam, & pauci sunt qui inveniunt illam. Cavete vero vobis [13] 15 a pseudoprophetis, qui veniunt ad vos in vestitu ovium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces. A fru- 16 ctibus ipsorum agnoscetis eos: [14] nunquid colligunt de spinis uvam, aut de tribulis ficus? Sic omnis ar- 17 bor bona fructus bonos facit: [15] putris autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona 18 fructus malos facere: neque arbor putris fructus bonos facere. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, 19 exciditur, & in ignem conjicitur. Igitur ex fru- 20 ctibus ipsorum agnoscetis eos. Non quisquis dicit 21 mihi, [16] Domine Domine, [17] introibit in regnum cœlorum, sed qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est. Multi dicent mihi in illo die, Do- 22 mine Domine, nonne [18] per nomen tuum prophetavimus, & per nomen tuum dæmonia ejecimus, & per nomen tuum [19] multas virtutes præstitimus? Ac tum confitebor illis, nunquam novi 23 vos: discedite a me [20] qui operamini iniquitatem. Omnis igitur qui audit ex me sermones hos, & fa- 24 cit eos, assimilabo illum viro prudenti, qui ædificavit domum suam super petram. Et descendit im- 25 ber, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & [21] irruerunt in domum illam, & non est prostrata: fundata enim fuerat super petram. Et omnis qui 26 audit a me sermones hos, & non facit eos, assimilabitur viro fatuo, qui ædificavit domum suam super arenam. Et descendit imber, & venerunt flumi- 27 na, & flaverunt venti, & impegerunt in domum illam, & dejecta est, & fuit ruina illius magna. Et factum est ut, quum finisset Jesus sermones hos, 28 [22] obstupuerint turbæ super doctrina illius: Doce- 29 bat enim eos [23] velut habens [24] auctoritatem, & non [25] sicuti scribæ. VIII. 1 [1] Quum descendisset autem de monte, sequutæ sunt eum turbæ multæ. Et 2 ecce leprosus accedens adoravit eum, dicens, Domine, si velis potes me mundare. 3 [2] Protensaque manu, tetigit illum Jesus, dicens, [3] Volo, mundus esto. 4 Ac protinus mundata fuit illius lepra. Et dicit

legant δόμα διδομένον. Nec enim hic *data* participium est, sed nomen. Alioqui qui datur, quod jam datum sit? Ac malueram *dona* quam *data*: nisi quod δόμα recte dici possit, quocunque modo *datum*, ut Medici sua pharmaca δόσεις vocant, cum *donum* sit gratuitum, quod Græci sua voce δῶρον appellant. Rursus & illud:

10 *Dabit bona petentibus se*] Quod nos explicuimus, *si postuletis ab ipso*, quemadmodum & superius fecit Interpres. Item, *& vos facite illis*, omisit voculam οὕτως καὶ ὑμεῖς, id est, *sic & vos facite*. Atque ita legit Chrysostomus. Augustinus item Commentario secundo in hunc locum. Idem ait in vulgatis codicibus scriptum fuisse: *Omnia quæ vultis ut faciant vobis homines bona, ita & vos facite illis.* Putatque *bona* additum ab Interprete Latino, explicandæ rei gratia, cum in Græcorum exemplaribus non habeatur. Quanquam ea dictio additur & apud Cyprianum in expositione Precationis Dominicæ. Rursum:

11 *Quæ ducit*] ἀπάγουσα, id est, *quæ abducit*. Ac mox:

12 *Quam angusta porta*] ὅτι στενή, id est, *quia angusta porta*, quanquam dissentientibus exemplaribus plerisque Latinis. Interpres legisse videtur, ὡς στενή. Certe in Paulino codice utrobique scriptum erat *quia*.

13 *A falsis Prophetis*] ψευδοπροφητῶν. Græcis una est dictio, sicut *pseudo-Christi*, & *pseud-Apostoli*: ψεῦδος Græce *mendacium* est. Ac magis sonat *falso Prophetas*, quam *falsos*. Et mox, ἐπιγνώσεσθε, *agnoscetis* est potius quam *cognoscetis*. Et:

14 *Nunquid colligunt*] Quidam habent μή τινες, id est, *num qui*. Rursus:

15 *Arbor mala*] σαπρὸν est, non πονηρὸν, quod magis *putrem* sonat & *carie vitiatam*, aut *marcidam*, quam *malam*, si quid Suidæ credimus. Ut ne commemorem, quod utrumque verbum præsentis temporis vertit per futurum, ἐκκόπτεται καὶ βάλλεται, id est, *exciditur & mittitur*. Atque ita scriptum est in pervetustis exemplaribus. Nec enim Christus prædicit, quid sit futurum malis arboribus, sed quod vulgo fit vitiosis arboribus, idem ostendit eventurum infrugiferis hominibus.

16 *Domine Domine*] Κύριε Κύριε. Non solum retulit βαττολογίαν precantium, quam ante taxavit, verum etiam expressit sermonis Hebraici proprietatem: quæ quod exaggerat, congeminatione auget: quod genus illud apud Hieremiam capite septimo: *Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini.* Cæterum hæc verba:

17 *Ipse intrabit in regnum cælorum*] In Græcis codicibus non adduntur nec repetuntur ab Hieronymo, refragantibus licet exemplaribus Latinis. Nec est:

18 *In nomine tuo*] sed *per tuum nomen*, τῷ σῷ ὀνόματι, absque præpositione ἐν, quam solet apponere, quanquam id nihil refert ad sensum.

19 *Virtutes multas*] δυνάμεις, ut intelligas *potenter facta*, quæ vim divinam demonstrarent. Item:

20 *Omnes qui operamini*] *Omnes* nec est in Græcis codicibus, nec in antiquis Latinis, sed tantum, οἱ ἐργαζόμενοι, id est, *qui operamini*. Rursus:

21 *Et irruerunt*] καὶ προσέκοψαν, id est, *impegerunt*, diversum est ab eo, quod mox præcessit, προσέπεσαν, sive προσέπεσον.

22 *Et admirabantur*] Græcis est vehementius, ἐξεπλήσσοντο, id est, *stupuerunt*, sive *attoniti facti sunt*, sive *stupore perculsi sunt*.

23 *Sicut potestatem habens*] ὡς ἐξουσίαν ἔχων. Ut condonem, quod pro *tanquam* vertit *sicut*.

24 *Potestatem*] Non est hic δύναμιν, sed ἐξουσίαν, quod magis sonat *auctoritatem*, hoc est, potestatem & jus aliquid faciendi. Non ut Scribæ, qui sibi vindicabant auctoritatem. Non enim dicit, *hæc ait Dominus*, sed *ego dico vobis*: & in edendis miraculis non implorat opem Patris, sed ait, *adolescens tibi dico, surge*. Rursus in,

25 *Scribæ*] *Eorum* additur apud Græcos, Γραμματεῖς αὐτῶν, & de Pharisæis hoc loco nulla mentio in Græcis, quæ quidem viderim, exemplaribus.

VIII.

1 *Cum autem descendisset*] *Jesus* hic apud Græcos non additur: ut illa dissimulem, ἐὰν θέλῃς, *si velis*, quod transtulit, *si vis*. Et:

2 *Extendens manum*] Pro *extensa manu*, ἐκτείνας τὴν χεῖρα.

3 *Volo, mundare*] καθαρίσθητι. *Mundare* passivum verbum est,

νοι, ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι, χαλεποὶ λίαν, ὥστε 29 μὴ ἰσχύειν τινὰ παρελθεῖν διὰ τῆς ὁδοῦ ἐκείνης. Καὶ ἰδοὺ ἔκραξαν, λέγοντες, Τί ἡμῖν καὶ σοὶ, Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ Θεοῦ; 30 ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς; Ἦν δὲ μακρὰν 31 ἀπ' αὐτῶν ἀγέλη χοίρων πολλῶν βοσκομένη. Οἱ δὲ δαίμονες παρεκάλουν αὐτὸν, λέγοντες, Εἰ ἐκβάλλεις ἡμᾶς, 32 ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὑπάγετε. Οἱ δὲ ἐξελθόντες ἀπῆλθον εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων. Καὶ ἰδοὺ ὥρμησε πᾶσα ἡ ἀγέλη τῶν χοίρων κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἀπέθανον 33 ἐν τοῖς ὕδασιν. Οἱ δὲ βόσκοντες ἔφυγον, καὶ ἀπελθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἀπήγγειλαν πάντα, καὶ τὰ τῶν 34 δαιμονιζομένων. Καὶ ἰδοὺ πᾶσα ἡ πόλις ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν τῷ Ἰησοῦ· καὶ ἰδόντες αὐτὸν, παρεκάλεσαν ὅπως IX. 1 μεταβῇ ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν. Καὶ ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον, 2 διεπέρασε, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν. Καὶ ἰδοὺ προσέφερον αὐτῷ παραλυτικὸν ἐπὶ κλίνης βεβλημένον· καὶ ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς τὴν πίστιν αὐτῶν, εἶπε τῷ παραλυτικῷ, 3 Θάρσει τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. Καὶ ἰδοὺ τινὲς τῶν Γραμματέων εἶπον ἐν ἑαυτοῖς, Οὗτος βλασφημεῖ. 4 Καὶ ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν, εἶπεν, Ἵνα τί 5 ὑμεῖς ἐνθυμεῖσθε πονηρὰ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; Τί γάρ ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν, Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι· ἢ 6 εἰπεῖν, Ἔγειραι καὶ περιπάτει; Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας· (τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ) Ἐγερθεὶς ἆρόν σου τὴν κλί- 7 νην, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. Καὶ ἐγερθεὶς ἀπῆλθεν 8 εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Ἰδόντες δὲ οἱ ὄχλοι ἐθαύμασαν, καὶ ἐδόξασαν τὸν Θεὸν, τὸν δόντα ἐξουσίαν τοιαύτην τοῖς ἀνθρώ- 9 ποις. Καὶ παράγων ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖθεν, εἶδεν ἄνθρωπον καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, Ματθαῖον λεγόμενον· καὶ λέγει αὐτῷ, Ἀκολούθει μοι. Καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ. 10 Καὶ ἐγένετο αὐτοῦ ἀνακειμένου ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ ἰδοὺ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ ἐλθόντες συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ καὶ 11 τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Καὶ ἰδόντες οἱ Φαρισαῖοι εἶπον τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Διατί μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτω- 12 λῶν ἐσθίει ὁ διδάσκαλος ὑμῶν; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀκούσας εἶπεν αὐτοῖς, Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κα- 13 κῶς ἔχοντες. Πορευθέντες δὲ μάθετε τί ἐστιν, Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν· οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' 14 ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. Τότε προσέρχονται αὐτῷ οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου, λέγοντες, Διατί ἡμεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι νηστεύο-

cit illi Jesus, Vide ne cui dixeris: sed abi, ostende te ipsum sacerdoti, & offer munus, quod jussit offerri Moses, in testimonium ipsis. 5 Porro quum ingressus fuisset Jesus Capernaum, adiit eum centurio, 4 obsecrans eum. 6 Et dicens, Domine, 5 famulus meus decumbit domi paralyticus, ac 6 graviter discruciatur. 7 Et dicit illi Jesus, Ego quum venero medebor illi. 8 Et respondens centurio dixit, Domine, non sum idoneus ut tectum meum subeas, imo tantum dic verbum, & sanabitur famulus meus. 9 Nam & ego sum homo 7 alterius potestati subditus, & habeo sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alteri, veni, & venit: & servo meo, fac hoc, & facit. 10 Hæc autem quum audisset Jesus, admiratus est, & ait sequentibus se, Amen dico vobis, ne in Israel quidem 8 tantum fidei reperi. 11 Dico autem vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venturi sunt, & accumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob, in regno cœlorum: 12 Filii vero regni ejicientur 9 in tenebras extremas: illic erit ploratus & stridor dentium. 13 Et dixit Jesus centurioni, Abi, & quemadmodum credis, ita fiat tibi: & sanatus est famulus ejus 10 in hora illa. 14 Et quum venisset Jesus in domum Petri, vidit socrum illius in lecto decumbentem & febricitantem. 15 Tetigitque manum illius, & reliquit illam febris: & surrexit, ac ministravit illis. 16 Quum autem appetisset vespera, adduxerunt illi 11 dæmoniacos multos: & ejecit spiritus verbo, omnesque male habentes sanavit: 17 Ut impleretur quod dictum erat per Esaiam Prophetam, quum ait, 12 Hic infirmitates nostras suscepit, & morbos portavit. 18 Quum vidisset autem Jesus turbas multas circum sese, 13 jussit ut abirent in ulteriorem ripam: 19 & quum adisset unus Scriba dixit ei, Præceptor, sequar te quocunque abieris. 20 Et dicit illi Jesus, 14 Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: at 15 filius hominis non habet 16 ubi caput reclinet. 21 Alius autem de numero discipulorum suorum dixit ei, Domine; permitte mihi prius ut abeam, & sepeliam patrem meum. 22 At Jesus dixit illi, Sequere me, & sine ut mortui sepeliant mortuos suos. 23 17 Et quum esset

est, imperandi modo. Proinde vertimus, *Volo, mundus esto.* Cæterum ἑκατόνταρχος, quem hic *centurionem* vocat, sic enim Græce sonat, *qui decem decuriis præsit*, Hilario *tribunus* dicitur. Et:

4 *Rogans eum*] παρακαλῶν, id est, *obsecrans.* Est enim vehementius hoc, illud δεόμενος abjectius.

5 *Puer meus*] παῖς μου. Ea vox & ætatem significat, & *filium* & *ministrum*. Tametsi Lucas δοῦλον, id est, *servum*, appellat voce non ambigua. Nec est simpliciter *jacet*, sed βέβληται, & aliquanto post βεβλημένον, ubi quis toto corpore prostratus jacet, id quod in gravibus accidit morbis. Nec est:

6 *Male torquetur*] sed δεινῶς βασανιζόμενος, id est, *graviter* sive *acerbe discruciatus*. Ut ne dicam, quod ἄλλῳ, pro *alteri*, vertit *alio*, contempta Grammatica.

7 *Sub potestate constitutus*] *Constitutus* aliquis addidit de suo, nec reperitur in exemplaribus emendatioribus, nec in aureo.

8 *Non inveni tantam fidem*] οὐδ' ἐν τῷ Ἰσραὴλ, id est, *ne in Israël quidem*. Ut intelligas centurionem non fuisse Israëliten, id quod indicant Hilarius & Hieronymus. Atque item Chrysostomus homilia vigesima septima. Putatque eundem hunc esse centurionem cum eo, de quo meminit Lucas, licet in nonnullis a Matthæi narratione videatur discrepare.

9 *In tenebras exteriores*] Græci subinde usurpant comparativa vice superlativorum. Unde nos vertimus, *tenebras extremas*. Neque tamen est ἐσχάτας, sed ἐξωτέρας, quasi dicas, *extimas*, ut intelligas in regno lumen esse, a quo quo longius absit aliquis, hoc magis versari in tenebris.

10 *In illa hora*] Post hæc in nonnullis exemplaribus adscripta reperi, Καὶ ὑποστρέψας ὁ ἑκατόνταρχος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ εὗρε τὸν παῖδα αὐτοῦ ὑγιαίνοντα, id est, *Et reversus centurio in domum suam, in illa hora offendit famulum suum sanum.* Nos ea sequi maluimus, quæ cum nostris consentiunt.

11 *Dæmonia habentes*] δαιμονιζομένους, id est, *dæmoniacos*, sive *qui a dæmonibus agebantur*. Sed addunt Græci codices, similiter & vetusti Latini, πολλοὺς, id est, *multos*.

12 *Ipse infirmitates nostras*] Adduxit hoc testimonium Matthæus ex Esaiæ capite quinquagesimo tertio, nonnihil ad suum deflectens negotium. Etenim quod illic dictum est de passione Christi, & sublatis hominum peccatis, hic accommodat ad ægrotos sanatos: quanquam hæc sanatio illius typum habebat. Ad hunc modum excusat Evangelistam Chrysostomus homilia vicesima octava. Septuaginta ita reddiderunt, καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν αὐτὸς ἀνοίσει. Cæterum quod in nostris legimus, *& ægrotationes nostras portavit*, sciat Lector, *nostras*, hoc sane loco, nec esse apud Græcos, nec in aureo codice, nec in aliis emendatioribus, sed repetitur e proxima particula. Ita mox: *Et dicit eis Jesus. Jesus* additum est, nec est in Græcis, nec in aureo codice. Hebræa Hieronymus ita reddidit, *vere languores nostros ipse tulit; & dolores nostros portavit.* Pro *languoribus* Septuaginta verterunt *peccata*.

13 *Jussit Discipulos suos ire*] *Discipulos suos* addidit Interpres, explicandæ rei gratia, ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν. Nec additum comperi in aureo codice. Cum enim turbam cuperet effugere, dubium non est, quin Discipulos voluerit comites, certe e turba pauciores. Verti poterat per impersonale verbum, *jussit abiri* sive *discedi*. Et quod sequitur, *trans fretum*, εἰς τὸ πέραν, etiam ad montem referri poterat, aut simile quippiam, nisi mox fieret mentio naviculæ. Significat enim *ulteriorem stagni ripam*.

14 *Vulpes foveas habent*] φωλεούς. Fortassis aptius erat *cavernas*. Et quod hic vertit *nidos*, Græce est κατασκηνώσεις, quod magis sonat *obumbracula*. Augustinus adversus Faustum lib. XXII. cap. XLVIII. legit *diversoria*. Eodem modo refert Cyprianus libro ad Quirinum tertio. Habent enim aves in tempestate præter nidos receptacula sua, velut cavos arborum truncos, aut densa dumeta, aut arborum frondes.

15 *Filius hominis*] τοῦ ἀνθρώπου. Ut nihil ex his verbis agat Augustinus, qui putat Christum non dici filium Adæ. Atque huc torquet, quod dictum est in Psalmis: *Ego sum vermis, & non homo*: cum alias, tum epistola centesima vigesima. Rursus agens contra Faustum lib. quinto locum hunc adducit, probans Christum natum ex fœmina. Verum haud difficilis est hujus noduli solutio. Siquidem Christus se *filium Adæ* vocat, quod ex ejus posteris prognatus esset, ex quo prodissent & cæteri mortales universi. Divus Hieronymus, edisserens caput Ecclesiastæ nonum, admonet juxta sermonis Hebraici proprietatem, vulgus hominum *filios hominis* dici. Nam iis quoque locis, ubi nos legimus, *filii hominum*, apud Hebræos haberi בְּנֵי הָאָדָם, hoc est, *filii hominis*, videlicet *Adam*.

16 *Ubi caput suum reclinet*] *Suum* pronomen, nec additur in Græcis codicibus, nec apud Chrysostomum aut Theophylactum, nec in antiquis Latinis, ne in aureo quidem ac Donatianicis. Et absolutior est sermo, ut intelligas adeo non esse ubi totum corpus acquiescat, ut nec sit, ubi vel caput acclinet. Ut dissimulem, quod paulo post ἄφες pro *sine* vertit *dimitte*. Nec est simpliciter *suos*, sed τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς, id est, *suos ipsorum mortuos*.

17 *Et adscendente eo*] ἐμβάντι αὐτῷ, id est, *ingressum eum*, sive *cum inscendisset navim*. Nec est *naviculam*, sed *navim*, πλοῖον. Ne quis hic ingens somniet subesse mysterium, quod navi-

15 νηστεύομεν πολλὰ, οἱ δὲ μαθηταί σου οὐ νηστεύουσι; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος πενθεῖν, ἐφ' ὅσον μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος; ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε
16 νηστεύσουσιν. Οὐδεὶς δὲ ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ
17 τοῦ ἱματίου, καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται. Οὐδὲ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μήγε ῥήγνυνται οἱ ἀσκοὶ, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται· ἀλλὰ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς, καὶ ἀμφότερα
18 συντηροῦνται. Ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος αὐτοῖς, ἰδοὺ ἄρχων ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ, λέγων, Ὅτι ἡ θυγάτηρ μου ἄρτι ἐτελεύτησεν· ἀλλὰ ἐλθὼν ἐπίθες τὴν χεῖρά σου ἐπ' αὐτὴν,
19 καὶ ζήσεται. Καὶ ἐγερθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἠκολούθησεν αὐτῷ, καὶ
20 οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. (Καὶ ἰδοὺ γυνὴ αἱμοῤῥοοῦσα δώδεκα ἔτη, προσελθοῦσα ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου
21 αὐτοῦ. Ἔλεγε γὰρ ἐν ἑαυτῇ, Ἐὰν μόνον ἅψωμαι τοῦ ἱμα-
22 τίου αὐτοῦ, σωθήσομαι. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐπιστραφεὶς καὶ ἰδὼν αὐτὴν, εἶπε, Θάρσει θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε.
23 Καὶ ἐσώθη ἡ γυνὴ ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.) Καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἄρχοντος, καὶ ἰδὼν τοὺς αὐλητὰς,
24 καὶ τὸν ὄχλον θορυβούμενον, Λέγει αὐτοῖς, Ἀναχωρεῖτε· οὐ γὰρ ἀπέθανε τὸ κοράσιον, ἀλλὰ καθεύδει. Καὶ κατε-
25 γέλων αὐτοῦ. Ὅτε δὲ ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος, εἰσελθὼν ἐκρά-
26 τησε τῆς χειρὸς αὐτῆς· καὶ ἠγέρθη τὸ κοράσιον. Καὶ ἐξῆλ-
27 θεν ἡ φήμη αὕτη εἰς ὅλην τὴν γῆν ἐκείνην. Καὶ παράγοντι ἐκεῖθεν τῷ Ἰησοῦ, ἠκολούθησαν αὐτῷ δύο τυφλοὶ, κρά-
28 ζοντες, καὶ λέγοντες, Ἐλέησον ἡμᾶς υἱὲ Δαβίδ. Ἐλθόντι δὲ

esset ingressus navim, sequuti sunt eum discipuli sui. Et ecce motus magnus factus est in mari, 24 adeo ut navis operiretur a fluctibus: ipse vero dormiebat. [18] Et accedentes discipuli excitaverunt il- 25 lum, dicentes, Domine, serva nos, perimus. Et 26 dicit illis, Quid timidi estis, exigua præditi fiducia? Tunc excitatus [19] increpavit ventos & mare, & facta est tranquillitas magna. Homines vero admi- 27 rabantur, dicentes, Qualis est hic, quia venti quoque & mare obediunt illi? [20] Et quum venisset ad 28 ulteriorem ripam in regionem * Gergesenorum, occurrerunt ei duo dæmoniaci, e monumentis egressi: erant autem [21] sævi supra modum, adeo ut nemo posset transire per viam illam. Et ecce vo- 29 ciferabantur, dicentes, [22] Quid rei nobis tecum est, Jesu fili Dei? venisti huc ad cruciandum nos ante tempus? [23] Erat autem procul ab illis grex porco- 30 rum multorum pascens. Dæmones vero rogabant 31 eum, dicentes, [24] Si ejicis nos, permitte nobis ut demigremus in gregem porcorum. Et ait illis, 32 Abite. Illi vero egressi abierunt in gregem porcorum: & ecce [25] ferebatur totus grex porcorum per præceps in mare, & perierunt [26] in aquis. Porro qui pascebant, aufugerunt, & digressi in ci- 33 vitatem, renunciaverunt [27] omnia, & quid accidisset dæmoniacis. Et ecce tota civitas exivit in 34 occursum Jesu: & quum vidissent illum, [28] rogabant, ut decederet e finibus ipsorum. IX. 1 Et ingressus

naviculam dixerit, non *navim*. Sane *naviculam* dixit non Evangelista, sed Interpres haud scio quis, & incertum quid secutus. Certe τὸ πλοῖον, id est, *navigium* sive *navim*, scribunt Evangelistæ cæteri, quos Græce scripsisse consensus est omnium, ut donemus a Matthæo Hebraice scriptum Evangelium, quod ipsum mihi non fit verisimile, cum nemo sat idoneis argumentis testetur se vidisse ullum illius Hebraici voluminis vestigium. Siquidem illud, quod *Nazarenorum* vocant, nec Hebraice scriptum testatur Hieronymus, sed Chaldaice, formulis duntaxat Hebraicis, inter apocrypha censetur. Deinde stylus Matthæi cum stylo Marci plane consentit, haud admodum dissentiens a dictione Joannis. Proinde mihi videtur probabilius hoc Evangelium eadem scriptum fuisse lingua, qua cæteri scripserunt Evangelistæ. Idem sentio de Epistola ad Hebræos, quæ non ob aliud visa est quibusdam primum Hebraico sermone conscripta, nisi quod ad Hebræos sit inscripta. Quasi vero necesse sit, si ipse nunc librum edidero adversus Judæos, me Judaice fuisse locutum, aut si ad Scotos, Scotice. Verum demus, ut dixi, Matthæum Hebraice scripsisse, non Græce, certe apud alios item Evangelistas πλοῖον legimus hoc loco, non πλοιάριον, id est, *navim*, non *naviculam*. Et tamen hinc ortum arbitror, quod passim jam *naviculam* appellent *Petri*, quoties Ecclesiam significant. At magis conveniebat ingentem esse navim, quæ universum hominum genus reciperet, magisque responderet ad typum arcæ, quæ capacissima fuisse describitur. Ad consimilem modum *concilium* distinguunt a *conciliabulo*, existimantes *conciliabulum* esse diminutivum, aut compositum, quasi dicas *concilium Diaboli*, cum apud Hieronymum in partem bonam pro *concilio* positum reperiatur, velut in epistola ad Gerontiam vocat *conciliabula Christi*. At hæc pluribus fortassis admonemus quam res ipsa postulat, nisi quod video quosdam in hujusmodi nugis, velut in re seria, mire philosophari, vel somniare potius. Nec mirum si labuntur in his ignari sermonis Græcanici. Quis enim suspicaretur hunc toties frustra dicere *naviculam* pro *navi*? Et tamen si quis Interpretem percontetur cur toties *naviculam* dixerit, non habiturus sit quod respondeat, nisi forte quod apud Lucianum in insulis fortunatis respondet Homerus rogatus cur Iliadem exorsus esset a μῆνιν, *Sic mihi tum libuit*. Rursus paulo post pro *navi naviculam* vertit parum tempestiviter ὑποκορίζων. Item pro *fluctibus*, *a fluctibus*, est ὑπὸ κυμάτων, atque ita legit Chrysostomus: ut omittam quod hic de suo addidit aliquot voces, ut & mox addidit *Jesus* utique de suo.

18 *Et accesserunt ad eum Discipuli ejus*] *Discipuli ejus* non additur in aureo codice. In Græcis tamen reperio *Discipulos*.

19 *Imperavit ventis*] ἐπετίμησεν, id est, *increpavit*. Atque ita primitus fuisse scriptum opinor. Cæterum aliquis offensus dandi casu, *ventis*, quem tamen hic more Græcanico solet addere, mutavit, *imperavit*. Hieronymus, hunc explanans locum, utriusque verbi meminit: *Creatura*, inquiens, *quas increpavit*, *& quibus imperavit*, *sentiunt imperantem*. Quod quisquis ἐπιτιμεῖ imperat quidem, sed pœnam comminans, ni pareatur. Atque illud *qualis*, non est ποῖος, quo simpliciter interrogamus, sed ποταπός, quod admirationis habet ἔμφασιν. Mox autem perperam omisit Græcam conjunctionem, *quia venti & mare*, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα, *quia & venti & mare*. Consentit Græcis codex aureus. Etiamsi prior conjunctio non tantum connectit, verum etiam auget. *Quia mare quoque & venti obediunt ei, qua nulli solent obedire*. Rursus:

20 *Et cum venisset Jesus*] Καὶ ἐλθόντι αὐτῷ, id est, *Cum venisset ipse*, nec additur *Jesus*.

21 *Sævi nimis*] χαλεποὶ λίαν. Hilarius legit *periculosi* pro *sævi*. Nam Græcis χαλεπὸς vox est πολύσημος, nunc *sævum*, nunc *molestum* ac *difficilem*, nunc *atrocem*, nonnunquam & *periculosum* significans.

22 *Quid nobis & tibi*] Imo quid hic Interpreti cum Græca figura? Vertendum erat, si Latine loqui voluisset, *Quid tibi rei nobiscum est?* Ac mox:

23 *Erat autem non longe*] Græci habent *longe*, ἦν δὲ μακρὰν, magno quidem consensu codicum, quos ego viderim, sed reclamantibus item magno consensu nostris. Ex Chrysostomo non potest certum colligi quid legerit, ne ex Hieronymo quidem, ex Hilario tantundem. Apud Theophylactum reperio ἦν δὲ μακρὰν scriptum: licet ex interpretatione parum liqueat quid legerit, quemadmodum Chrysostomus versus. Probabilius autem est dæmones procul a Christo fuisse relegatos. Cum codicibus, quos vidimus, consentit etiam Editio Hispaniensis. Nihil tamen ad sensum refert, utrum legas *procul*, an *non procul*. Nam si grex conferatur ad eos, qui Christo erant proximi, procul erat, sin & ad alia loca semotiora, non procul erat, quia erat in prospectu. Puta enim gregem abfuisse ad trecentos passus. Quod autem alii Evangelistæ addunt ἐκεῖ, id est, *ibi*, sive *illic*, non arguit magnitudinem intervalli. Hæc enim adverbia nonnunquam totam regionem complectuntur. Nec est,

24 *Si ejicis nos hinc*] sed εἰ ἐκβάλλεις ἡμᾶς, id est, *si ejicis nos*, consentientibus & Latinis exemplaribus pervetustis, cumque his aureo codice & Donatianicis. Nec video quid efficiat adverbium *hinc*. Rursus, ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἀγέλην, id est, *permitte nobis*, *ut abeamus in gregem porcorum*, ille vertit, *mitte nos in porcos*.

25 *Magno impetu abiit*] Unicum verbum Græcum tribus est circumlocutus, ὥρμησεν, id est, *ferebatur*, sive *ruebat*. Nam omnino ὁρμὴ *impetum* significat. Et in aureo codice *impetu* tantum legitur, *magno* non additur, consentientibus & Donatianicis. Ac rursum:

26 *In aquis*] Hilarius in Canone, quem edidit in Evangelium Matthæi, admonet fuisse scriptum, *in aquis multis*, quum nihil hujusmodi reperiam apud Latinos aut Græcos, quos ego sane viderim.

27 *Hæc omnia*] *Hæc* pronomen addidit aliquis de suo, quod nec in Græcis exstat codicibus, nec in vetustioribus Latinis, nec in aureo. Ac mox, καὶ τὰ τῶν δαιμονιζομένων, quod commode verti poterat, *& quæ accidissent dæmoniacis*. Ac mox:

28 *Et rogabant eum*] *Eum* addidit aliquis. Nec additur in aureo codice. Et aliquanto post, *a finibus eorum* dixit pro *a finibus suis*, vel *a finibus ipsorum*.

IX. 1 ET *adscendens Jesus*] *Jesus* hoc loco non reperitur, nec in Græcis, nec in antiquis Latinorum codicibus. Etiamsi in prima editione, haud scio quo casu, fuerat additum. Facit

* *Gerasenorum*] Græci legunt Γεργεσηνῶν, id est, *Gergesenorum*. Hieronymus in locis Hebraicis prodidit, sua etiamnum ætate viculum exstitisse in monte situm, haud procul a lacu Tiberiadis, ubi porcos in mare præcipites isse memorabant. Quanquam apud Marcum hic ipse locus *Gadarenorum* vocatur, & eodem nomine apud Lucam: unde colligere licet, eidem urbi, quæ regioni dedit nomen, diversa fuisse nomina, & eandem dictam *Gerasam*, ac *Gadaram*. Id quod indicat & divus Hieronymus in locis Hebraicis, addens *Gerasenorum* mentionem fieri in Evangelio. At idem mox, in *Gergessa*, refert illic porcos præcipites isse in mare: ut consequatur, aut *Gergessam* viculum esse in regione *Gadarenorum*, aut eandem esse *Gergessam* & *Gadaram*. Quam Græci vocant *Gergesam*, opinor Hieronymo dici *Gargasi*, quam ait esse civitatem trans Jordanem, junctam monti Galaad, quæ ipsius ætate dicta sit *Gerasa*, urbs insignis Arabiæ. Hanc, ut refert, quidam existimabant eandem esse cum *Gadara*.

δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, προσῆλθον αὐτῷ οἱ τυφλοὶ, καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησῦς, Πιςεύετε ὅτι δύναμαι τῦτο ποιῆσαι; Λέγυσι αὐτῷ, Ναὶ Κύριε. 29 Τότε ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, λέγων, 30 Κατὰ τὴν πίςιν ὑμῶν γενηθήτω ὑμῖν. Καὶ ἀνεῴχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί· καὶ ἐνεβριμήσατο αὐτοῖς 31 ὁ Ἰησῦς, λέγων, Ὁρᾶτε μηδεὶς γινωσκέτω. Οἱ δὲ ἐξελ- 32 θόντες διεφήμισαν αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ἐκείνῃ. Αὐτῶν δὲ ἐξερχομένων, ἰδὺ προσήνεγκαν αὐτῷ ἄνθρωπον κωφὸν 33 δαιμονιζόμενον. Καὶ ἐκβληθέντος τῦ δαιμονίυ, ἐλάλησεν ὁ κωφός· καὶ ἐθαύμασαν οἱ ὄχλοι, λέγοντες, Ὅτι ὐδέποτε 34 ἐφάνη ὕτως ἐν τῷ Ἰσραήλ. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἔλεγον, Ἐν 35 τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια. Καὶ περιῆγεν ὁ Ἰησῦς τὰς πόλεις πάσας καὶ τὰς κώμας, διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ 36 πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ. Ἰδὼν δὲ τὺς ὄχλυς, ἐσπλαγχνίσθη περὶ αὐτῶν, ὅτι ἦσαν ἐκλελυμένοι καὶ ἐῤῥιμμένοι 37 ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα. Τότε λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτῦ, Ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται 38 ὀλίγοι. Δεήθητε ὖν τῦ κυρίυ τῦ θερισμῦ, ὅπως ἐκβάλῃ

X. 1 ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτῦ. Καὶ προσκαλεσάμενος τὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξυσίαν πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὥςε ἐκβάλλειν αὐτὰ, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν 2 νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν. Τῶν δὲ δώδεκα Ἀποςόλων τὰ ὀνόματά ἐςι ταῦτα· πρῶτος, Σίμων ὁ λεγόμενος Πέτρος, καὶ Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτῦ· Ἰάκωβος ὁ τῦ Ζεβε- 3 δαίυ, καὶ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτῦ· Φίλιππος, καὶ Βαρθολομαῖος· Θωμᾶς, καὶ Ματθαῖος ὁ τελώνης· Ἰάκωβος 4 ὁ τῦ Ἀλφαίυ, καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος· Σίμων ὁ Κανανίτης, καὶ Ἰύδας Ἰσκαριώτης, ὁ καὶ παραδὺς 5 αὐτόν. Τύτυς τὺς δώδεκα ἀπέςειλεν ὁ Ἰησῦς, παραγγείλας αὐτοῖς, λέγων, Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ 6 εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε. Πορεύεσθε δὲ μᾶλλον 7 πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκυ Ἰσραήλ. Πορευόμενοι δὲ κηρύσσετε, λέγοντες, Ὅτι ἤγγικεν ἡ βασιλεία 8 τῶν ὐρανῶν. Ἀσθενῦντας θεραπεύετε, λεπρὺς καθαρίζετε, νεκρὺς ἐγείρετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε· δωρεὰν ἐλάβετε, 9 δωρεὰν δότε. Μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, 10 μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν, Μὴ πήραν εἰς ὁδὸν, μη-

sus navem, trajecit, ac venit 2 in suam civitatem. Et ecce adduxerunt illi paralyticum in lecto 3 decumbentem: quumque 4 vidisset Jesus fidem illorum, dixit paralytico, Bono animo esto fili, 5 remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam e scribis 6 dicebant intra sese, Hic blasphemat. Et 7 quum vidisset Jesus cogitationes illorum, dixit, 8 Quare vos cogitatis mala in cordibus vestris? 9 Utrum enim est facilius, dicere, Remittuntur tibi peccata: an dicere, Surge & ambula? 10 Ut autem sciatis, quod potestatem habeat Filius hominis in terra remittendi peccata: (tunc dicit paralytico) Surge, tolle tuum lectum, & abi in domum tuam. Et ille surrexit, abiitque domum suam. Turbæ vero quæ viderant 11 admiratæ sunt, & glorificaverunt Deum, qui dedisset potestatem talem hominibus. Et præteriens Jesus illinc, vidit hominem desidentem 12 ad telonium, Matthæum nomine: dicitque ei, Sequere me. Atque is surgens sequutus est eum. Et factum est, ut Jesus accumberet in illius ædibus, 13 & ecce multi publicani & peccatores qui venerant, simul accubuerunt cum Jesu & discipulis illius. Quumque id vidissent Pharisæi, dixerunt discipulis ejus, Cur 14 cum publicanis & peccatoribus sumit cibum præceptor vester? At Jesus ubi audivit, dixit illis, Non opus habent hi qui validi sunt medico, sed qui male habent. Quin potius ite, & discite quid sit illud, 15 Misericordiam volo, & non sacrificium: non enim veni ad vocandum justos, 16 sed peccatores ad pœnitentiam. Tunc adeunt cum discipuli Joannis, dicentes, Quam ob causam nos & Pharisæi jejunamus plerumque, discipuli vero tui non jejunant? Et dixit illis Jesus, Num possunt 17 filii sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? venient autem dies quum tolletur ab eis sponsus, & tunc jejunabunt. Nullus immittit assumentum 18 panni rudis in veste veteri: aufert enim 19 supplementum illius a vestimento, 20 & pejor ruptura fit. Neque mittunt 21 vinum no-

cit enim iteratio mox positi nominis, ut de altero quopiam *Jesu* loqui videatur. Nec est, *adscendens*, sed ἐμβὰς, id est, *ingressus*, sive *conscensa* aut *inscensa navi*, pro quo hic rursus *naviculam*, quasi *navis* non sit Latinum. Præterea διεπέρασεν, id est, *trajecit*, rectius quam *transfretavit*. Nam ut lacus *mare* dicatur, *fretum* haud video quomodo dici possit. Non enim quod *mare* est, statim & *fretum*; nam mare inclusum angustiis *fretum* dicitur, quanquam Poetæ suo jure vocibus his abutuntur interdum.

2 *In civitatem suam*] εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν, id est, *in propriam civitatem*, videlicet Capernaum. Siquidem Matthæi quarto legimus, quod *relicta Nazareth commigrarit Capernaum*. Ac mox,

3 *Jacentem*] βεβλημένον, *projectum*, de quo superius admonuimus.

4 *Dimittuntur tibi peccata tua*] *Tua* non additur in vetustis Latinorum codicibus, nec in Græcis aliquot habetur, ne in aureo quidem. Idem accidit paulo post in repetendo,

5 *Videns autem Jesus*] καὶ ἰδὼν, id est, *cum vidisset autem*. Et mox suo more, *dimittuntur*, pro *remittuntur*.

6 *Dixerunt intra se*] Sermo Græcus anceps est: potest enim accipi ut intelligamus illos inter se murmurasse. Sed satius est ut accipiamus, illos tacitos sic in animo fuisse locutos, propter id quod sequitur, *Jesus sciens cogitationes illorum*. Ac paulo post,

7 *Et cum vidisset Jesus*] καὶ ἰδών. Chrysostomus legit, καὶ εἰδὼς ὁ Ἰησῦς, id est, *cum sciret Jesus*. Theophylactus legit ἰδών. Ad sensum minimum refert. Præterea,

8 *Ut quid cogitatis*] Omisit *vos*, Ἵνα τί ὑμεῖς, id est, *Ut quid vos*. Et,

9 *Quid est facilius*] τί γάρ ἐςιν, id est, *utrum enim est*, consentientibus & Latinis vetustis, quod ad conjunctionem pertinet.

10 *Ut autem sciatis*] Subito mutata persona duriusculam facit orationem: sequitur enim, *tunc dicit paralytico*.

11 *Turba timuerunt*] Græcis est ἐθαύμασαν, id est, *admirata sunt*. Ita legit Chrysostomus homilia xxx. & huic concinens Theophylactus. Etiamsi Hilarius legit *timuerunt*. Addidit *enim*. Opus istud admiratio consequi, non metus debuit. Unde apparet in quibusdam scriptum fuisse pro ἐθαύμασαν ἐθάμβησαν. Quarum vocum magna inter ipsas affinitas est.

12 *In telonio*] ἐπὶ τὸ τελώνιον, id est, *ad teloneum*. Locus est in quo sedet *telones*, id est, *publicanus exigens tributum*, quod Græcis τέλος dicitur. Ut ne recenseam illa minutula, quod *Matthæum nomine* pro Ματθαῖον λεγόμενον. Quod in,

13 *Ecce multi*] conjunctionem *&* omiserit. Quod ἀκύσας verterit *videns*. Quod non vitarit amphibologiam, *Non est opus medico valentibus*, cum licuerit dicere, *Non egent, qui recte valent, medico*.

14 *Cum publicanis*] Notatus est ab Hieronymo Tertullianus, quod hos dictos *publicanos* putarit Ethnicos fuisse. Vide libellum ad Damasum de filio prodigo.

15 *Misericordiam volo*] Locus est Oseæ capite sexto. Hebraica Hieronymus vertit ad hunc modum: *Quia misericordiam volui, & non sacrificium*, consentientibus per omnia Septuaginta, Ὅτι ἔλεος θέλω, καὶ ὐ θυσίαν. Offenditur hic nonnihil Laurentius Valla, quod θυσίαν verterit *sacrificium*, quum eandem vocem in Luca verterit *hostiam*. Nam *sacrificium* dici potest & *suffitus* & *deprecatio*, *hostia* proprie est mactatæ pecudis, quæ tamen & ipsa dicitur θυσία ob nidorem quem reddit quum incenditur. Ac paulo post,

16 *Sed peccatores*] Græci addunt *ad pœnitentiam* εἰς μετάνοιαν, etiamsi non addit Hieronymus: apud Chrysostomum tamen reperio. Nam leviculum est, quod mox προσέρχονται, id est, *accedunt*, vertit *accesserunt*.

17 *Filii sponsi*] υἱοὶ τῦ νυμφῶνος, id est, *filii thalami nuptialis*, id quod plus est quam *sponsi*, hoc est, *filii sponsi domestici ac proximi*: νυμφῶνα vocat Ecclesiam, quam opponit Synagogæ, quæ servorum est, non filiorum. Ac aliquanto post, *immittit commissuram* ἐπιβάλλει ἐπίβλημα, id est, ut ad verbum reddam, *immittit immissuram*, sive ut alibi vertit, *assuit assumentum*. Horatius *pannum* vocat: *Assuitur*, inquiens, *pannus*. Vulgus *petiam* vocat. Ac mox,

18 *Et pejor scissura fit*] σχίσμα, quod *rupturam* vertere poterat. Nonnunquam vocem Græcam relinquit, ut apud Joannem: *Et erat schisma inter eos*, cum potuerit dicere *dissensio*.

19 *Panni rudis*] ῥάκυς ἀγνάφυ, quod modo dixit ἐπίβλημα, hic vocat ῥάκος, quæ est *particula panni*: ἄγναφον, *quod nondum est a fullonibus apparatum*, velut cum pannus a textore venit. Quanquam γναφεῖς, id est, *fullones*, veteres etiam vestes, aut sordidatas renovant ac repurgant. Et *rude* dicitur, quod *recens* est. Sic enim vocat animos nondum humanis traditiunculis infectos. Operæpretium est videre ac ridere, quantum hic tumultuetur Hugo Cardinalis disputans, num hinc colligi possit, neophytis non esse indicendum jejunium. Imo putat hæc ipsa ad Monachos quosdam pertinere, qui quoslibet illectant in nassam sui instituti. Denique notari & istos, qui versicolori amictu utuntur. O scriptorem copiosum! sic nascuntur ingentia volumina.

20 *Plenitudinem ejus*] τὸ πλήρωμα, id est, *supplementum*. Sic enim appellant pannum additum vesti, ad sarciendam rupturam. Offensus enim dissimilitudine novi panni, postea detrahit, & major ac deformior fit ruptura. Item,

21 *Vinum novum in utres novos*] *Novum* & *novos* non respondent eidem voci apud Græcos; *novum* enim dicitur νέον, quod proprie respondet senio, & competit iis quæ sentiunt ætatem; καινὺς opponitur vetustati. Est autem & vinis sua quædam ætas, utribus aut panno non item. Porro,

μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ ὑποδήματα, μηδὲ ῥάβδον· ἄξιος 11 γάρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστιν. Εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν ἢ κώμην εἰσέλθητε, ἐξετάσατε τίς ἐν αὐτῇ ἄξιός ἐστι· κἀκεῖ 12 μείνατε ἕως ἂν ἐξέλθητε. Εἰσερχόμενοι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, 13 ἀσπάσασθε αὐτήν. Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἡ οἰκία ἀξία, ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτήν· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἀξία, ἡ εἰ- 14 ρήνη ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιστραφήτω. Καὶ ὃς ἐὰν μὴ δέξηται ὑμᾶς, μηδὲ ἀκούσῃ τοὺς λόγους ὑμῶν, ἐξερχόμενοι τῆς οἰκίας ἢ τῆς πόλεως ἐκείνης, ἐκτινάξατε τὸν κονιορτὸν τῶν 15 ποδῶν ὑμῶν. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται γῇ Σοδόμων καὶ Γομόρρων ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ. 16 Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων· γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστε- 17 ραί. Προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων· παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώ- 18 σουσιν ὑμᾶς. Καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς ἀχθήσε- 19 σθε ἕνεκεν ἐμοῦ, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσιν. Ὅταν δὲ παραδιδῶσιν ὑμᾶς, μὴ μεριμνήσητε πῶς ἢ τί λαλήσητε· δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τί λαλήσετε. 20 Οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ πα- 21 τρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. Παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνον· καὶ ἐπαναστήσον- 22 ται τέκνα ἐπὶ γονεῖς, καὶ θανατώσουσιν αὐτούς. Καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου· ὁ δὲ ὑπομεί- 23 νας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. Ὅταν δὲ διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ, ἕως ἂν 24 ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδά- 25 σκαλον, οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ. Ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ ὁ δοῦλος ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ· εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐκάλεσαν, 26 πόσῳ μᾶλλον τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ; Μὴ οὖν φοβηθῆτε αὐτούς· οὐδὲν γάρ ἐστι κεκαλυμμένον, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται, καὶ 27 κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται. Ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, εἴπατε ἐν τῷ φωτί· καὶ ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, κηρύξατε ἐπὶ 28 τῶν δωμάτων. Καὶ μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέ- 29 σαι ἐν γεέννῃ. Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν, ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν; 30 Ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰ- 31 σί. Μὴ οὖν φοβηθῆτε· πολλῶν στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς. 32 Πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν 33 οὐρανοῖς. Ὅστις δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγὼ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ 34 ἐν οὐρανοῖς. Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν 35 γῆν· οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν. Ἦλθον γὰρ διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ θυγα-

novum in utres veteres: alioqui rumpuntur utres, & vinum effunditur, & utres pereunt: sed mittunt vinum novum in utres novos, & utraque simul servantur. 18 Hæc quum illis loqueretur, ecce primas quidam venit, & adoravit eum, dicens, Filia mea modo defuncta est, sed veni & 22 impone manum tuam super illam, ac vivet. 19 Et surgens Jesus sequutus est eum, ac discipuli illius. 20 Et ecce mulier, 23 quæ sanguinis profluvio laboraverat duodecim annos, accedens a tergo, tetigit fimbriam vestimenti illius. 21 Dixerat enim intra sese, Si tantum tetigero vestimentum illius, ero salva. 22 At Jesus conversus, ut vidit illam, dixit, Confide filia, fides tua salvam te fecit. Et salva facta fuit mulier a tempore illo. 23 Et quum venisset Jesus in ædes primatis, vidissetque tibicines & turbam tumultuantem, 24 Dicit illis, Secedite: non enim mortua est adolescentula, sed dormit. Et deridebant illum. 25 Quum autem fuisset ejecta turba, introgressus tenuit manum illius, & 24 surrexit adolescentula. 26 Et emanavit rumor hic in totam terram illam. 27 Et quum discederet illinc Jesus, sequuti sunt illum duo cœci, clamantes, ac dicentes, Miserere nostri fili David. 28 At quum venisset in ædes, adierunt illum cœci, & 25 dicit illis Jesus, Creditis me 26 hoc posse facere? Dicunt illi, Credimus, Domine. 29 Tunc tetigit oculos illorum, dicens, Juxta fidem vestram fiat vobis. 30 Et aperti sunt illorum oculi: 27 & interminatus est illis Jesus, dicens, Videte ne quis sciat. 31 At illi quum abiissent, divulgarunt famam illius in tota terra illa. 32 Illis autem egredientibus, ecce adduxerunt illi hominem mutum dæmoniacum. 33 Et ejecto dæmonio, loquutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ, dicentes, 28 Nunquam apparuit sic in Israel. 34 At Pharisæi dicebant, Per principem dæmoniorum ejicit dæmonia. 35 Et circumibat Jesus civitates omnes ac vicos, docens in synagogis illorum, & prædicans Evangelium regni, & sanans omnem morbum & omnem languorem in populo. 36 Quum vidisset autem turbas, 29 affectu misericordiæ tactus est erga illos, 30 quod essent destituti ac dispersi velut oves non habentes pastorem. 37 Tunc dicit discipulis suis, Ipsa quidem messis copiosa, cæterum operarii pauci. 38 Rogate igitur dominum messis, ut 31 extrudat operarios in messem suam.

X. 1 [1] Et accersitis duodecim discipulis suis, dedit eis [2] potestatem adversus spiritus immundos, ut ejicerent eos, & sanarent quemvis morbum & quemvis languorem. 2 Porro duodecim Apo-

22 *Impone manum tuam*] *Tuam* non addebatur in aureo codice, cum sit apud Græcos.

23 *Quæ sanguinis fluxum patiebatur*] Græcis unica dictio est, *αἱμοῤῥοοῦσα*, id est, *sanguinis profluvio laborans*, ab *αἷμα sanguis*, & *ῥόος fluxus*. Omitto minutiora illa, quod *ἐν ἑαυτῇ intra se* verterit pro *intra sese*: quod *λέγει*, *dicit*, *dicebat*: quod *ὄπισθεν*, id est, *a tergo*, transtulit *retro*. Cæterum *θάῤῥει*, quod hic male vertit *confide*, quodque nos aliquoties vertimus, *bono animo esto*, Ambrosius ennarrans Psalmum, *Beati immacul.* serm. III. legit, *Constans esto filia*.

24 *Et dixit, Puella surge*] Hæc quatuor verba, nec habentur in Græcis exemplaribus, nec in vetustis Latinis, nec adduntur ab Hieronymo. Postremo nec in aureo codice comperi, nec in Donatianicis. Ac paulo post,

25 *Et dixit eis Jesus*] *καὶ λέγει*, id est, *dicit*, consentientibus & vetustis codicibus Latinorum.

26 *Quia possum hoc facere vobis*] *Vobis* non additur apud Græcos. Et *ὅτι* perperam vertit *quia*, pro, *quod possim*, sive, *Creditis me posse*. Ac mox, *utique*, Græcis est *ναὶ*, quod alias vertit *etiam*. Est enim adverbium affirmantis. Ac paulo post,

27 *Et comminatus est eis*] Non est *ἐπετίμησεν*, quod aliquando vertit *increpare*, aliquando *comminari*, sed *ἐνεβριμήσατο*, quod proprie significat *acriter ac velut iracunde comminari cum austeritate*, vox a *βρίμη fremitus* dicta. Ut evidentius sit, quod sequitur, *illos omnia divulgasse*. Sic enim rectius, opinor, transtulisset *διεφήμισαν*, quam *diffamaverunt*. Certe circumloqui poterat, *sparserunt famam ejus*. Item,

28 *Nunquam apparuit*] Recte omisit *ὅτι*, quod tamen libenter solet addere. Ut dissimulem quod hic *κώμας* vertit *castella*, cum alibi frequenter transferat *vicos*. Cum *vici* mœnibus careant, *castella* minuta sint oppida, sed mœnibus cincta. Et quod *νόσον languorem* pro *morbo*. Nam quod *μαλακίαν infirmitatem* transtulit, tolerabile est. Siquidem & Græci dicunt *μαλακῶς ἔχειν*, pro *parum commode habere*.

29 *Misertus est eis*] Plusculum emphaseos habet Græca vox *ἐσπλαγχνίσθη*, id est, *affectu misericordiæ tactus est*. Siquidem Hebræi vehementem ac pium affectum *viscera* vocant. Et rectius erat *erga eos*, quam *eis*. Ac mox,

30 *Quoniam erant vexati*] Ad eum modum legit & interpretatur divus Hieronymus, & item Hilarius. Chrysostomus quoque legit *ἐσκυλμένοι*, quod sonat *divulsi* & *divexati*. Quandoquidem Grammatici *vexare* dictum volunt a *veho*. Nonnulli codices habebant *ἐκλελυμένοι*, id est, *dissipati* seu *dissoluti*. Alterum venit a *λύω*, alterum a *σκύλλω*. Jam quod protinus sequitur, *ἐῤῥιμμένοι*, quod hic vertit *jacentes*, rectius vertisset *disjecti* sive *sparsi*, a verbo *ῥίπτω*, quo participio usus est & Lucianus, agens de stellis toto cœlo passim, temere, nulloque ordine sparsis. Quanquam potest *ἐσκυλμένοι* pertinere ad ovium vellera sentibus lacerata, & hoc posterius *ἐῤῥιμμένοι* ad oves huc & illuc dispersas: id quod accidere solet, cum abest pastor: nec enim aliud est animal destitutius, magisque pendens de præsidio pastoris, quam oves: id quod etiam proverbio testatum est, *προβάτειον ἦθος*, id est, *ovilli mores*.

31 *Ut mittat operarios*] *ὅπως ἐκβάλῃ*, id est, *ut ejiciat*. Ita scriptum reperi in pervetustis codicibus, nominatim in aureo, ac Donatianicis, atque ita vertit paulo superius Interpres. Nos maluimus *extrudat*, ut intelligamus vel celeriter mittendos, ac vel invitos & cunctantes extrudendos in opus Dei: id quod alicubi notavit Hieronymus hunc citans locum. Hilarius pro *mittat* legit *ejiciat*.

X.

1 *Et convocatis duodecim*] *Καὶ προσκαλεσάμενος*. Ita ferme vertit, nec omnino perperam, nec apte tamen, cum Græca vox sonet *ad se vocatis*. Proinde nos vertimus, *accersitis duodecim*. Et Græcus articulus additus, *τοῖς*, indicat non posse accipi de quibuslibet duodecim, sed de certis, nempe illis quos delegerat Jesus.

2 *Potestatem spirituum immundorum*] Plerique Græci codices habent, *ἐξουσίαν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων*, id est, *potestatem adversus spiritus immundos*. Quanquam apud Chrysostomum, si modo

γατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς, καὶ νύμφην κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς. 36 Καὶ ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ. 37 Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. 38 Καὶ ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω 39 μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. Ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν 40 ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν. Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται· 41 καὶ ὁ ἐμὲ δεχόμενος, δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με. Ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου λήψεται· καὶ ὁ δεχόμενος δίκαιον εἰς ὄνομα δικαίου, μι- 42 σθὸν δικαίου λήψεται. Καὶ ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ μόνον εἰς ὄνομα μαθητοῦ, ἀμὴν XI. 1 λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ. Καὶ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς διατάσσων τοῖς δώδεκα μαθηταῖς αὐτοῦ, μετέβη ἐκεῖθεν τοῦ διδάσκειν καὶ κηρύσσειν ἐν ταῖς πό- 2 λεσιν αὐτῶν. Ὁ δὲ Ἰωάννης ἀκούσας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ 3 τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ, πέμψας δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Εἶπεν αὐτῷ, Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; 4 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Πορευθέντες ἀπαγ- 5 γείλατε Ἰωάννῃ ἃ ἀκούετε καὶ βλέπετε. Τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, καὶ χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, καὶ κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται, καὶ πτωχοὶ εὐαγ- 6 γελίζονται. Καὶ μακάριός ἐστιν ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν 7 ἐμοί. Τούτων δὲ πορευομένων, ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς λέγειν τοῖς ὄχλοις περὶ Ἰωάννου, Τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον θεάσα- 8 σθαι; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον; Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ,

Apostolorum nomina sunt hæc: 2 primus, Simon, qui vocatur Petrus, & Andreas frater ejus: Jacobus filius Zebedæi, & Joannes frater ejus: 3 Philippus, & Bartholomæus: Thomas, & Matthæus, qui fuerat publicanus: Jacobus filius Alphæi, & 4 Lebbæus cognomento Thaddæus: Simon Cananæus, & Judas Iscariotes, qui & prodidit illum. Hos numero duodecim 5 emisit Jesus, quibus præceperat, dicens, In viam gentium ne abieritis, & 6 in civitatem Samaritanorum ne ingrediamini. Sed ite potius 7 ad oves perditas domus Israel. Profecti autem prædicate, dicentes, Appropinquavit regnum cœlorum. Infirmos sanate, leprosos mundate, mortuos suscitate, dæmonia ejicite: gratuito accepistis, gratuito date. 8 Ne possideatis aurum, neque argentum, neque æs in crumenis vestris. Neque peram ad iter, 9 neque binas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: nam dignus est operarius cibo suo. Sed in quancunque civitatem aut vicum fueritis ingressi, 10 exquirite quis in ea sit dignus, atque illic manete 11 donec exeatis. Quum autem intrabitis domum, 12 salutate illam. Et si quidem fuerit domus digna, veniat pax vestra super illam: sin minus fuerit digna, 13 pax 14 vestra ad vos revertatur. Et quicunque non exceperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes 15 ex ædibus aut civitate illa, excutite pulverem pedum vestrorum. Amen dico vo-

modo liber mendo vacat, non reperio additam præpositionem, nec apud Theophylactum. Alioqui *potestas spirituum* intelligi poterat potestas, quam habent illi. Nisi quod Græcis *potestas* est ἐξουσία, id est, *jus in aliquem* & *auctoritas*. Proinde Hilarius offensus amphibologia legit, *potestatem ejiciendorum spirituum immundorum*. Quanquam & hoc mox addidit Evangelista. Subinde rursum, *omnem languorem*. *Languorem* vertit νόσον, de quo jam dictum est.

3 *Primus Simon*] Indicat divus Hieronymus non eodem ordine recenseri Apostolos ab aliis Evangelistis, quo a Matthæo: ne quis ob hoc omnium primum faciat Petrum, quod hic primo loco ponitur. Nam cæteri in jugis Matthæum præponunt Thomæ, Matthæus ipse Thomam præfert modestiæ causa. At in Epistola ad Galatas Paulus primo loco recenset Jacobum, *Jacobus & Cephas & Joannes, qui videbantur esse columna*. Et Hieronymus existimat ejus esse, ordinem ac merita singulorum Apostolorum distribuere, qui illos delegit, innuens, ut videtur, auctoritatem Apostolis omnibus parem fuisse, quod ad Apostolici muneris functionem attinet. Certe ex ordine recensionis non efficaciter colligitur, quis cui sit præferendus. Siquidem ubi multi numerantur, aliquis primus sit oportet. Cæterum ordo, qui exstat in nostris voluminibus, nonnihil dissidet a Græcis: at Græci consentiunt cum Hieronymo, qui per juga digerit Apostolorum numerum, sic ut primo loco jungat Petrum & Andream: proximo Jacobum Zebedæi & Joannem fratres: tertio Philippum ac Bartholomæum: quarto Thomam & Matthæum: quinto Jacobum Alphæi & Lebbæum cognomento Thaddæum: sexto Simonem Cananæum & Judam Iscariotem. Simonem Petri cognomine distinguit a Simone Cananæo, & Jacobum Zebedæi filium ab Jacobo Alphæi filio. In quo obiter illud admonendum, ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, articulum Græcum vertendum fuisse in id nomen, quod in articulo subauditur, videlicet *filius*, quamadmodum in ὁ τοῦ Ἀλφαίου. Cæterum cum unus fuerit Matthæus, ut opus non esset nota, qua discerneretur, & si fuisset opus, habebat & alterum nomen, nempe Levi, tamen addidit ὁ τελώνης, sive ut se dejiceret, sive ut ostenderet omnibus aditum patere ad Christum. Etiamsi Græcus articulus patitur, ut vertatur, *qui fuerat publicanus*, aut, *ille quondam publicanus*. Cæterum Judæ proditori cognomen addidit, sive ut discerneret ab Juda Jacobi fratre, qui idem Thaddæus ac Lebbæus dictus est, ut sit trinominis, sive ut ex cognomine significaret eum ei facinori natum, quod *Isachar* יִשָּׂשכָר Hebræis sonat *mercedem*: atque a tribu, unde fuit oriundus, nomen sortitus videtur. Quanquam non desunt, qui a viculo cognomen deductum malint. Nec est *Schariotes*, quemadmodum habetur in nostris codicibus, sed *Iscariotes*. Nam idem facimus Latini cognomento Judæ, quod Græci Scriptores Ecclesiastici faciunt Hispaniæ, Σπανίαν pronunciantes, cum, teste Plinio, terra sit insigni fertilitate. Opinor id a Prænestinis natum, quibus, ut ait Plautus, *Conia est Ciconia*. Apud Chrysostomum *Iscariotes* legitur. Ad hæc:

4 *Lebbæus cognominatus*] In Latinis exemplaribus non legitur, sed tantum *Thaddæus*. Hieronymum autem ita legisse declarat, quod in nominibus Hebræis apud Matthæum meminit Lebbæi, *corculum* interpretans.

5 *Misit Jesus*] ἀπέστειλεν, id est, *emisit*, sive potius *amandavit*. Siquidem id est proprie ἀποστέλλειν, *cum mandatis emittere*, a quo verbo dicti sunt Apostoli. Nec est,

6 *In civitates Samaritanorum*] sed *in civitatem*, εἰς πόλιν: quod efficacius est, ut intelligas in nullam civitatem illorum eundum. Quanquam non inconvenienter accipi potest de civitate, quæ regionis nomen obtinet, tanquam metropolis. Rursus:

7 *Ad oves quæ perierunt*] πρὸς τὰ πρόβατα ἀπολωλότα, id est, *ad oves perditas*: ut frequenter citat hunc locum Hieronymus. Ut ne dicam, quod, ὅτι ἤγγικεν, primum omittenda fuerit conjunctio Græca: deinde *appropinquabit*, Græcis non esse futuri temporis, sed præteriti, vertendum *adest*, sive *instat*, sive *in propinquo est*. Qua de re jam admonuimus.

8 *Nolite possidere*] Μὴ κτήσασθε. Quod magis significat *parare*, quam *possidere*. Ut hæc tria simul referantur ad id quod sequitur, *in zonas*. Siquidem ex hisce tribus rebus solet cudi moneta: quæ primum ærea fuit ac ferrea, nam utrumque significat χαλκὸς, deinde argentea, postremo aurea. Ut contra acciderit pecuniæ, ac moribus hominum, qui ex aureis degenerarunt in plusquam ferreos: χαλκὸν Interpres vertit *pecuniam*, quasi aurum & argentum non sit pecunia. Certe Marci sexto χαλκὸν vertit *æs*, quum illic tolerabilius versurus fuerit *pecuniam*, ut generali nomine complecteretur omnem monetam: hic post commemoratas omnes species dure subjecit genus complectens & alia, præter monetam. Porro quod dixit, εἰς τὰς ζώνας, id est, *in cingulos*, juxta Veterum morem locutus est: juxta quem milites, si quid erat æris, id in zonis gestabant. Unde proverbium illud apud Flaccum, *Zonam perdidit*. De eo, cui nihil erat pecuniæ, quemadmodum in Chiliadibus nostris copiosius explicatum est. Nos vertimus, *in crumenis*, non quod esset elegantius, sed quod apertius idem significaret.

9 *Neque duas tunicas*] δύο χιτῶνας. Latinius erat, *neque binas tunicas*. Nam Græci nesciunt hanc elegantiam, quæ tamen non erat negligenda Latino Interpreti.

10 *Interrogate*] ἐξετάσατε, id est, *exquirite*. Et ἄξιος *dignus* posuit absolute pro *idoneus*, quod nonnulli Latini perperam imitantur.

11 *Donec exeatis*] ἕως ἐξέλθητε. Id pertinet ad illud quod proxime præcessit εἰσέλθητε, & utrumque refertur ad civitatem. Nam præceptum eo spectat, ne crebro mutent hospitium, neve ambiant apud quem diversentur: neque rursus temere in quamvis irruant domum, quæ paulo post sit mutanda. Sic Ambrosius & Chrysostomus.

12 *Dicentes, pax huic domui*] Horum verborum nihil est in Græcis exemplaribus, nec adduntur ab Hieronymo. Tantum est, *salutate eam*. Imo cum ait Hieronymus, occulte salutationem Hebraici ac Syri sermonis expressit, indicat salutationem non fuisse explicatam, sed ex hoc colligi, quod sequitur, *veniet pax vestra super eam*. In vetustissimo quodam exemplari Latino adscriptum reperi, sed in margine, *Primum dicite, pax huic domui*. Unde conjicio, quod fere fit, hoc ex aliis Evangelistis huc additum fuisse. Quanquam, ne quid dissimulem, additur apud Hilarium in Canone, & apud Chrysostomum Homilia tricesima tertia, sed Latine versa, quum in Græcis Commentariis non addatur. Rursus apud Theophylactum non additur. Porro ne quis existimet novum hoc salutationis genus primum a Christo fuisse repertum: qui sic usus est omnibus rebus vulgatissimis, ut eas longe alio traheret, quemadmodum Græci solenni more dicunt χαῖρε, Latini *salve*, sic Hebræi Syrique שָׁלוֹם לָךְ *scholom lecho*, id est, *pax tibi*. Eam salutationem nunc sibi ceu peculiarem vendicant Episcopi, parum decoram iis, qui non solum ipsi belligerantur, verum etiam alios ad bella concitant. Cæterum in,

13 *Domus illa*] *Illa* addidit Interpres de suo, cum non sit nec in Græcis codicibus, nec in antiquis Latinis.

14 *Veniet pax vestra*] ἐλθέτω, id est, *veniat*. Nec est *revertetur*, sed *revertatur*, ἐπιστραφήτω. Suffragantibus & vetustissimis Latinorum codicibus. Ac paulo post,

15 *De domo vel civitate*] Græci addunt ἐκείνης, id est, *illa*.

ἰδοὺ, οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων
9 εἰσίν. Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; προφήτην; ναὶ, λέγω
ργ β 10 ὑμῖν, καὶ περισσότερον προφήτου. Οὗτος γάρ ἐστι περὶ οὗ
γέγραπται, Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ
προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.
ρδ β 11 Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν
μείζων Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ· ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασι-
ρε ς 12 λείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστιν. Ἀπὸ δὲ τῶν ἡμε-
ρῶν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἕως ἄρτι ἡ βασιλεία τῶν οὐρα-
ρς ι 13 νῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. Πάντες
γὰρ οἱ προφῆται καὶ ὁ νόμος ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν.
14 Καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτός ἐστιν Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρ-
ρζ ε 15 16 χεσθαι. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. Τίνι δὲ ὁμοιώσω τὴν
γενεὰν ταύτην; ὁμοία ἐστὶ παιδαρίοις ἐν ἀγοραῖς καθημένοις,
17 καὶ προσφωνοῦσι τοῖς ἑταίροις αὐτῶν, Καὶ λέγουσιν, Ηὐ-
λήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ
18 οὐκ ἐκόψασθε. Ἦλθε γὰρ Ἰωάννης μήτε ἐσθίων, μήτε πί-
19 νων· καὶ λέγουσι, Δαιμόνιον ἔχει. Ἦλθεν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀν-
θρώπου ἐσθίων καὶ πίνων· καὶ λέγουσιν, Ἰδοὺ ἄνθρωπος φά-
γος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν· καὶ
ρη ε 20 ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς. Τότε ἤρ-
ξατο ὀνειδίζειν τὰς πόλεις, ἐν αἷς ἐγένοντο αἱ πλεῖσται δυνά-
ρθ ι 21 μεις αὐτοῦ, ὅτι οὐ μετενόησαν. Οὐαί σοι Χοραζὶν, οὐαί
σοι Βηθσαϊδὰν, ὅτι εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυ-
νάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σπο-
22 δῷ μετενόησαν. Πλὴν λέγω ὑμῖν, Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκ-
23 τότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ ὑμῖν. Καὶ σὺ Καπερ-
ναοὺμ, ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβι-
βασθήσῃ· ὅτι εἰ ἐν Σοδόμοις ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενό-
24 μεναι ἐν σοὶ, ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον. Πλὴν λέγω
ὑμῖν,

vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhorum in die judicii, quam civitati illi. Ecce 16 ego emitto vos velut oves in medio luporum: estote igitur prudentes veluti serpentes, & 16 simplices sicut columbæ. 17 Cavete autem ab illis homi- 17 nibus: tradent enim vos 18 in concilia, & in conciliabulis suis flagris cædent vos. Quin & 19 ad 18 principes ac reges ducemini propter me, in testimonium ipsis ac gentibus. At quum tradiderint 19 vos, 20 ne sitis solliciti quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis illi loquentes, sed Spiritus 20 patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autem 21 frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filii adversus parentes, & morte afficient eos. Et eritis 21 odio habiti ab omnibus propter 22 nomen meum: verum qui sustinuerit usque ad finem, hic salvus fiet. Quum autem persequuti vos 23 fuerint in civitate hac, fugite in aliam: amen enim dico vobis, 22 non perambulaveritis omnes civitates Israeliticas, quin jam venerit Filius hominis. Non est discipulus supra præceptorem, neque ser- 24 vus supra dominum suum. Sufficit discipulo ut sit 25 sicut præceptor ipsius, & ut servus sit sicut dominus ipsius: si ipsum patremfamilias vocaverunt 23 Beelzebul, quanto magis domesticos illius? Ne 26 igitur metuatis eos: nihil enim est tectum, 24 quod non sit retegendum, & nihil occultum, quin futurum sit ut sciatur. Quod dico vobis in tenebris, 27 dicite in luce, & quod in aurem auditis, 25 prædicate

16 *Et simplices*] Non est ἁπλοῖ, sed ἀκέραιοι, quod alias vertit *sinceri*. Mire vero pinxit Christus hac similitudine simplicem prudentiam ac prudentem simplicitatem hominum vere Christianorum. Innoxium animal columba, & cui totum salutis præsidium in alarum pernicitate situm est: est enim hæc avis pernicissimi volatus. Et arte magis quam viribus suam incolumitatem tuetur serpens. Nam hactenus consistit collatio.

17 *Cavete autem ab hominibus*] ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, id est, *ab illis hominibus*, id indicante articulo. Neque enim monet omnes homines observare, sed malos, de quibus mox dixerat, ac paulo post loquitur.

18 *In consiliis*] εἰς συνέδρια, id est, *in concilia*, hoc est, *consessus senatorum ac judicum*. Ac rursus *synagogas* rectius vertisset *conciliabula*, sive *conciones*. Nec enim tantum loquitur de templis Judæorum.

19 *Ad præsides autem*] Græce est ἡγεμόνας. Quod omnino *præsidem*, seu *præfectum provinciæ* significat aliquoties. Cæterum illud,

20 *Nolite cogitare*] Græce est, μὴ μεριμνήσητε, id est, *ne sitis anxii*, sive *solliciti*. Non cogitationem Dominus jubet abjicere, sed sollicitudinem. Et rursum:

21 *Odio omnibus*] μισούμενοι ὑπὸ πάντων, id est, *odio habiti ab omnibus*, variavit, sed recte. Nec additur apud Græcos *hominibus*, ac ne in aureo quidem codice.

22 *Non consummabitis civitates*] οὐ τελέσητε. Quid est *non consummabitis?* Num illi ædificabunt civitates? Cur autem hic veritus est a verbis aliquantum recedere, cum idem sæpenumero faciat sine causa? Nam sensus est, Filium hominis cito venturum, & priusquam illi possint peragrare omnes civitates Israëliticas. Proinde nos periphrasi explicavimus, *non perambulaveritis omnes civitates*, &c. quo redderemus emphasim Græcæ vocis τελέσητε. Itaque scriptum est in aureo codice. Ac rursum, *donec*, ἕως, durius positum quam in initio hujus Evangelii. Ad hæc, ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, ὑπὲρ τὸν κύριον, *super magistrum*, *super dominum*. Cur non potius, *supra præceptorem*, *supra dominum*, sive *superior* aut *potior domino?*

23 *Beelzebub*] Mirum cur Græci perpetuo mutent *b* in *l* in hac dictione, *Beelzebul* scribentes pro *Beelzebub*, cum neutrum elementum apud illos finale sit β & λ. Alioqui hæc videri poterat causa: præsertim cum neque vocum, neque figurarum ulla sit affinitas, ut aurium, aut scribarum errore factum videri possit. Divus Hieronymus indicat, idem esse *Beel* & *Baal*, & sonare Hebræis *idolum*, a Sidoniis ad Judæos profectum, sive a Babyloniis. בַּעַל *idolum*, & זְבוּב *musca*, quasi dicas *idolum muscæ*, atque hoc nomine spurcissimum idolum fuisse Accaronitis, qui sunt quidem in regione Judææ, sed impii. Ab hoc Hebræos principem dæmoniorum *Beelzebub* appellasse.

24 *Quod non reveletur*] ἀποκαλυφθήσεται, id est, *revelabitur*, atque ita legit Hilarius. Etiamsi nondum redditur Græcarum vocum inter sese affinitas κεκαλυμμένον & ἀποκαλυφθήσεται, id est, *tectum* & *retegetur*. Ac rursum, γνωσθήσεται, id est, *scietur*, non *sciatur*.

25 *Prædicate*] κηρύξατε. Quod proprium est præconum, & publicitus apud populum sua voce promulgantium aliquid. *Gehenna* vero vocabulum negat Hieronymus in antiquis inveniri libris, sed primum a Christo proditum. Locus est in sorte tribus Benjamin, sed ab impiis possessus, in quo filios exustos igni devovebant & immolabant dæmonio Moloch, quemadmodum Ethnici nonnulli Saturno. Is vocabatur *Tophet*, situs in valle filii Ennon, quemadmodum legis quarto Regum capite vicesimo tertio: ubi legis hunc in modum: *Contaminavit quoque Tophet, quod est in convalle filii Ennon, ut nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem Moloch.* Item Paralip. XXVIII. de Achas ita legimus: *Qui adolevit incensum in valle Ennon, & lustravit filios suos in igni juxta ritum gentium, quas interfecit Dominus.* Cæterum גיא Hebræis *vallem* significat. Et Dominus apud Hieremiam capite septimo comminatur se commutaturum nomen loco, *ut non amplius dicatur vallis Tophet aut Baal, neque vallis Ennon, sed* πολυάνδριον, id est, *tumulus multorum cadaverum.* Unde locus apud Judæos exsecrabilis habebatur, quemadmodum apud Græcos κυνόσαργες, de quo dictum est a nobis in Chiliadibus. Apud Evangelistas usurpatur pro loco, in quo cruciantur impii. Apud Hieremiam autem ita legis cap. VII. *Ædificaverunt excelsa*, sive *aram Tophet, quæ est in valle filii Ennon, ut incenderent filios suos & filias suas igne*, &c. Ac mox: *Et non dicetur amplius Tophet, & vallis filii Ennon, sed vallis interfectionis, & sepelientur in Tophet, eo quod non sit locus*, &c. Rursus cap. XIX. *Non vocabitur amplius locus iste Tophet, & vallis filii Ennon, sed vallis occisionis.* Pro *Tophet* Septuaginta verterunt πολυάνδριον. Rursum cap. XXXII. *Et ædificaverunt excelsa Baal, quæ sunt in valle filii Ennon, ut initiarent filios suos & filias suas Moloch*, &c. Hæc ideo, Lector, retuli, ut obiter indicem cujusdam calumniatoris rabiosam insectationem, qui tamen plurimorum judicio doctissimus habetur, suo ipsius plane Deus est, nisi quod doctis etiam omne judicium eripit livor & odium. Scribit enim me hoc loco tot fere mendacia assuisse quot sunt verba. Primum mendacium facit, quod in locis, quos cito ex libro Regum IV. cap. XXIII. & Hieremiæ VII. hæ duæ dictiones, *ge* & *ennon*, non legantur conjunctim, sed alter habeat *gia hennon*, id est, *vallis Ennon*, alter *gia ben hennon*, id est, *vallis filiorum Hennon*. Quæso quod hic mendacium est, quum ego de junctis aut disjunctis dictionibus non loquar, sed indicem quibus in locis fiat mentio rei unde nomen hoc sumptum est, quo significamus inferos? Si illic nulla fit mentio *Tophet*, ubi initiabant atque etiam occidebant filios suos idolo Moloch, jure mihi objiciet mendacium. Nihil enim aliud professus sum. Audi nunc alterum mendacium, non a me positum, sed in me scriptum. Ajo *Tophet* esse in tribu Benjamin. Hoc, inquit, in locis, quæ commemorat, non habetur. Quid? An istuc promiseram haberi in locis, quæ cito? Hieronymus in locis indicat *Tophet* esse in suburbanis Hierusalem, & Hierosolyma erat in sorte Benjamin, quemadmodum in iisdem locis testatur Hieronymus. Iste profert nobis caput Josue XVIII. Ibi, inquit, invenies utrumque. Quod utrumque? *gehennon* unica dictione. Quis hoc negabat? & in Benjamin sorte locum esse. Hoc ego docui, quanquam non citato loco, nisi quod auctorem profiteor Hieronymum. Atqui hoc ipsum iste magno convicio objicit, quod hoc auctore nitor in Hebraicis. Me vero non pudet illum virum alicubi sequi auctorem, cujus interpretationem amplexa est, & quem inter præcipuos Doctores habet Ecclesia. Objicit & Hieronymo mendacium, quod dixerit *gehenna* verbum in veteribus libris non inveniri, sed primum a Christo proditum pro *inferis*, quum reperiatur in libro *Abot*, quasi divus Hieronymus illic somniarit de apocryphis Judæorum libris, ac non potius agat de Veteris Testamenti Voluminibus. Rursus impingit mihi, quod scripserim illic liberos a parentibus *immolari* solere, quum Hieronymus tantum dixerit *initiari*. Imo Hieronymus, hunc enarrans locum, dicit, *filiosque suos incenderent vel initiarent.* Idem enarrans locum

ὑμῖν, ὅτι γῆ Σοδόμων ἀνεκτότερον ἔσαι ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ σοί. 25 Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. 26 Ναὶ ὁ Πατὴρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. 27 Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός μου· καὶ οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατήρ· οὐδὲ τὸν Πατέρα τις ἐπιγινώσκει εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψαι. 28 Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. 29 Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ᾽ ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ᾽ ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. 30 Ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν.

XII. 1 Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐπορεύθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων· οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπείνασαν, καὶ ἤρξαντο τίλλειν στάχυας, καὶ ἐσθίειν. 2 Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἰδόντες εἶπον αὐτῷ, Ἰδοὺ οἱ μαθηταί σου ποιοῦσιν ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν σαββάτῳ. 3 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε ἐπείνασεν αὐτὸς, καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ; 4 Πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν, οὓς οὐκ ἐξὸν ἦν αὐτῷ φαγεῖν, οὐδὲ τοῖς μετ᾽ αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις; 5 Ἢ οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι τοῖς σάββασιν οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον βεβηλοῦσι, καὶ ἀναίτιοί εἰσι; 6 Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι τοῦ ἱεροῦ μείζων ἐστὶν ὧδε. 7 Εἰ δὲ ἐγνώκειτε τί ἐστιν, Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν, οὐκ ἂν κατεδικάσατε τοὺς ἀναιτίους. 8 Κύριος γάρ ἐστι καὶ τοῦ σαββάτου ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. 9 Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν. 10 Καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος ἦν τὴν χεῖρα ἔχων ξηράν· καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες, Εἰ ἔξεστι τοῖς σάββασι θεραπεύειν; ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ. 11 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Τίς ἔσαι ἐξ

dicate in tectis. 28 Et ne metuatis vobis ab his qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed metuite magis illum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. 29 Nonne 26 duo passerculi minuto asse veneunt? & unus ex illis non cadet in terram, sine patre vestro. 30 27 Vestri vero etiam pili capitis omnes numerati sunt. 31 Ne igitur metuatis: vos 28 pluris estis, quam multi passerculi. 32 Omnis igitur qui 29 confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego illum coram patre meo qui est in coelis. 33 Porro quisquis negaverit me coram hominibus, negabo eum & ego coram patre meo qui est in coelis. 34 Ne arbitremini quod venerim ad mittendum pacem in terram: non veni ut mitterem pacem, sed gladium. 35 Nam veni ut 30 dissidere faciam hominem adversus patrem suum, & filiam adversus matrem suam, & sponsam adversus socrum suam. 36 Et inimici hominis erunt ii qui sunt domestici ipsius. 37 Qui amaverit patrem aut matrem supra me, non est me dignus: & qui amaverit filium aut filiam supra me, non est me dignus. 38 Et qui non accipit crucem suam, ac sequitur me, non est me dignus. 39 31 Qui invenerit animam suam, perditurus est eam: & qui perdiderit animam suam mea causa, inveniet eam. 40 Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui misit me. 41 Qui recipit prophetam 32 in nomine prophetæ, 33 mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet. 42 Et quicunque ad bibendum dederit uni 34 ex pusillis his 35 poculum aquæ frigidæ tantum no-

cum apud Hieremiam ita loquitur: *Filios suos in igne idolis consecrarint, sive holocaustum obtulerint.* Arrodit & illud, quod quum Hieronymus scripserit *Tophet* locum fuisse deliciarum, ego dixerim Judæis fuisse nomen abominabile, quemadmodum apud Græcos est *cynosarges*. Miræ vero deliciæ, idolo incendere filios. Atqui locus, qui prius alliciebat amœnitate, postea factus est abominandus, videlicet impletus hominum cadaveribus, quemadmodum docet Scriptura Sacra. Et ideo manebat abominabile nomen Judæis, quod illic detestabili superstitione perierint animæ plurimorum, filiorum etiam corpora. Impingit, quod negem me videre quid intersit inter *racha* & *fatuum*, & hinc colligit homo dialecticus me Christo tribuere injustitiam. Imo sic loquor: *Si verum est, quod scribit Hieronymus,* racha *sonare cerebro vacuum, non video quid intersit inter* racha & fatuum. Atrocius est carere cerebro quam appellari fatuum. Objicit, quod unum tantum locum citarim ex Psalmis, ubi *racha* ponitur pro *vacuo*, hinc ratiocinans me non legisse nisi unum aut alterum Psalmum, quasi quod ipse fecit difficile fuerit vel ex Lexico facere, si ad id quod institueram pertinuisset. Objicit, quod quum cæteri dubitent de *racha*, ego solus affirmem. Imo Hieronymus affirmat, & item Chrysostomus: ego solus dubito, negans, me videre discrimen inter *racha* & *fatuum*, si vera est Hieronymi sententia. Et Hieronymi sententiam ipse rejicit mecum faciens. Atque obiter admiscet, me detraxisse Virgini Matri perpetuam integritatem, Christo suam divinitatem, perfricta fronte mentiens: ad hæc Germanos docuisse Sedis Romanæ contemptum. Et his alia multa similia blaterat homo, qui sibi videtur fato servatus fulciendæ Ecclesiæ Dei, vociferans impudentissimum esse quenquam hoc seculo scribere libros quo vivit tale ingenium. Quid autem post tot fumos, tot glorias, tot convicia docet nos? *recha* legendum, non *racha*, & *rheca* posse dici, qui tamen abundet divinis dotibus: & unde hæc docet? Ex libris Judæorum, quos non agnoscit Ecclesia Christianorum. Deinde *gehennon* compositum legi in libro Judicum, & *gehennam* pro *inferis* inveniri in libris *Abot*, similia prolaturus mysteria, nisi vereretur, ne sanctum canibus, & margaritas objiciat porcis. Nimirum hujusmodi Scriptores si nobis Ecclesia Romana miserit, facient illam apud omnes gratiosam. Imo nisi tales aluisset evexissetque Romana Sedes, non venisset in publicum orbis odium. Nos humilia tractamus, nimirum pro natura argumenti, quod suscepimus, nulli obstantes, quo minus adferat sublimiora. Imo nisi hæc humilia præcessissent, fortassis non essent qui ista sublimia discere, vel cuperent, vel possent.

26 *Duo passeres*] δύο στρουθία, id est, *duo passerculi*, & diminutio facit ad emphasim. Ac mox rursum ἀσσαρίου, *asse*, diminutivum est, quasi dicas *terunciolo*. Quanquam Romanam vocem effinxit, sive Interpres, sive Evangelista. *As* enim sive *assis*, qui & *libella* dicitur, nummulus erat, cujus vilitas etiam proverbiis testata est. Catullus, *Omnes unius æstimemus assis.* Illud mirum, Hilarium subinde repetisse *unum* pro *unus*, quod στρουθίον apud Græcos neutri generis sit, nisi forte malumus hoc imputare Librariis. Cyprianus citat *neuter*, quod duorum esset facta mentio. Mirum autem quid secutus Chrysostomus legat, *& unus ex illis non cadet in laqueum sine patre vestro.* Et ad eundem fane modum legit Origenes Homilia in Lucam trigesima secunda. Nam ut Origenis non sit hoc opus, tamen hominis est eruditi: Theophylactus nobiscum legit, *super terram.* Unde probabile est, Chrysostomo fuisse exemplar, in quo scriptum erat, εἰς παγίδα, pro ἐπὶ τὴν γῆν.

27 *Vestri autem*] *Vestri* hoc loco primitivum pronomen est potius quam derivativum, quasi dicat, *de vobis*. Nam Græci carent hac distinctione. Significat autem vilissimam hominis partem. Interpres, aut certe Scriba, omisit Græcam conjunctionem, καὶ, *&*. *& capilli*, seu magis *pili*, quæ tamen ad emphasim facit, cum sentiat, adeo nos non esse neglectui patri cœlesti, ut is capillos etiam nostros habeat numeratos. Paulloque post,

28 *Meliores estis*] διαφέρετε, id est, *præstatis*, quod alibi vertit, *pluris estis*. Nec est,

29 *Confitebitur me*] sed *in me*, ἐν ἐμοί. Hoc est, *in nomine meo*. Item, *confitebor in eo*, ἐν αὐτῷ. Sic legit & Chrysostomus. Quanquam hunc sermonem suspicor esse idiomatis Hebraici.

30 *Separare hominem adversus*, &c.] διχάσαι, quod significat *in duo diducere* quæ prius erant conjuncta, quod subnotasse videtur & Chrysostomus hunc edisserens locum. Unde Græci διχοστατεῖν vocant *per seditionem inter se contendere*, & *seditionem* διχοστασίαν, quoties, *Scinditur incertum studia in contraria vulgus*. Locus autem est apud Michæam capite septimo, juxta veritatem Hebraicam: *Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui, quia filius contumeliam facit patri, & filia consurgit adversus matrem suam, nurus adversus socrum suam, inimici hominis domestici ejus.* Græca vox est anceps νύμφη, quæ si referatur ad maritum, *sponsam* sonat, si ad parentes sponsi, *nurum*.

31 *Qui invenit*] ὁ εὑρὼν, *qui invenerit*. Est enim præteriti temporis, ut & illud ὁ ἀπολέσας, *qui perdiderit*: sic paulo post:

32 *In nomine Prophetæ*] Scio quosdam has particulas *in nomine justi*, & *in nomine Prophetæ* referre ad Christum, qui vere justus sit & Propheta. Quanquam mihi videtur hic esse sensus, *Qui recipit justum, non quia cognatus sit, aut affinis, aut dives, aut potens, sed quia justus, erit & ipse justus accepturus mercedem suæ justitiæ.* Et *in nomine* reliquimus, quod aliquoties nec *sub nomine*, nec *per nomen*, nec *nomine* omissa præpositione satis explicat idioma sermonis Hebraici. Ac mihi sane nimium morosi videntur, qui nusquam concedunt Evangelicis Litteris sua peculiaria vocabula, quum in Rhetoricis ferant *statum* & *constitutionem* voces longe aliud significantes Latinis auribus, & *finem* pro *definitione*, & *superlationem*, vocem Latinis inauditam, pro eo quod Græci vocant *hyperbolen*.

33 *Mercedem Prophetæ accipiet*] Neque *Prophetæ*, neque *justi*, apud Græcos additur articulus τοῦ, unde non potest accipi de *certo Propheta* seu *justo*, sed de quocunque, non de eo qui recipitur: ut sensus sit, *ipsum quoque, qui Prophetam receperit, fieri Prophetam, qui justum receperit, fieri justum.* Nam hic sensus arridere solet Joanni Coleto. Quanquam secus interpretari videtur Chrysostomus.

34 *Ex minimis his*] τῶν μικρῶν τούτων, id est, *e pusillis his* sive *e parvis*, ne frustra sibi placeant quidam qui se *Minimos* vocant, cum alii *Minorum* occuparint cognomen. Quanquam *minimis* legit & interpretatur Hilarius. Ex Hieronymi Chrysostomique interpretatione non satis liquet quid legerint. Et hujus ipsius Evangelistæ capite vicesimo quinto ἐλαχίστων legitur, *quamdiu fecistis uni ex minimis istis*, &c. At mox,

35 *Calicem aquæ frigidæ*] Græce est ποτήριον ψυχροῦ, id est, *poculum frigidæ*, ut subaudiendum sit ὕδατος. Sic enim loquuntur & Latini, *frigida lavat*: &, *frigidam poposcit*. Porro μόνον,

ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς ἕξει πρόβατον ἕν, καὶ ἐὰν ἐμπέσῃ τοῦτο τοῖς σάββασιν εἰς βόθυνον, οὐχὶ κρατήσει αὐτὸ καὶ ἐγε-
12 ρεῖ; Πόσῳ οὖν διαφέρει ἄνθρωπος προβάτου; ὥστε ἔξεστι
13 τοῖς σάββασι καλῶς ποιεῖν. Τότε λέγει τῷ ἀνθρώπῳ, Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου· καὶ ἐξέτεινε, καὶ ἀποκατεστάθη
ριζ δ 14 ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον
ριη ι 15 κατ' αὐτοῦ ἐξελθόντες, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς γνοὺς ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν· καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι
16 πολλοί, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς πάντας. Καὶ ἐπετίμησεν
17 αὐτοῖς, ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν. Ὅπως πληρωθῇ
18 τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· Ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὃν ᾑρέτισα· ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου· θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνε-
19 σιν ἀπαγγελεῖ. Οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκούσει
20 τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ. Κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λῖνον τυφόμενον οὐ σβέσει· ἕως
21 ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν. Καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ
ριθ ι 22 ἔθνη ἐλπιοῦσι. Τότε προσηνέχθη αὐτῷ δαιμονιζόμενος, τυφλὸς καὶ κωφός· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτὸν, ὥστε τὸν τυφλὸν
ρκ ζ 23 καὶ κωφὸν καὶ λαλεῖν καὶ βλέπειν. Καὶ ἐξίσταντο πάντες
ρκα β 24 οἱ ὄχλοι, καὶ ἔλεγον, Μήτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Δαβίδ; Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες εἶπον, Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν τῷ Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων.
ρκβ β 25 Εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς, Πᾶσα βασιλεία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, ἐρημοῦται· καὶ πᾶσα πόλις ἢ οἰκία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, οὐ σταθήσε-
26 ται. Καὶ εἰ ὁ σατανᾶς τὸν σατανᾶν ἐκβάλλει, ἐφ' ἑαυ-
27 τὸν ἐμερίσθη· πῶς οὖν σταθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ; Καὶ εἰ

A nomine discipuli, amen dico vobis, non perditurus est mercedem suam. 1 Et factum est quum finem fecisset Jesus mandandi duodecim discipulis suis, progressus est illinc ut doceret & prædicaret in civitatibus illorum. Joannes autem quum audisset 2 in carcere facta Christi, missis duobus discipulis suis, Dixit illi, 3 Tu es ille qui venturus est, an alterum exspectamus? Et respondens Jesus dixit illis, Ite, & renunciate Joanni ea quæ auditis & videtis: 4 Cæci visum recipiunt, & claudi ambulant, leprosi mundantur, & surdi audiunt, mortui excitantur, & 5 pauperes lætum accipiunt Evangelii nuncium. Et beatus est quisquis non fue- B rit offensus per me. Euntibus autem illis, cœpit Jesus dicere turbis de Joanne, Quid existis in desertum ut videretis? num arundinem 6 quæ agitatur a vento? Age, quid existis ut videretis? num hominem mollibus vestibus amictum? ecce, 7 qui mollia gestant, in domibus regum sunt. 8 At quid existis videre? num prophetam? 9 certe dico vobis, 10 & excellentiorem propheta. Hic est enim de quo scriptum est, Ecce ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui præparaturus est viam tuam ante te. Amen dico vobis, 11 non exortus fuit 12 inter eos qui nascuntur e mulieribus 13 major Joanne Baptista: attamen is qui minor est in C regno cœlorum, major illo est. Porro a diebus Joannis Baptistæ usque ad hunc diem regnum cœ-

XI. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

νον, id est, *tantum*, quod proxime sequitur, referri potest, vel ad superiora, ut sit sensus, *sufficere si quis vel frigidam duntaxat aquam exhibeat:* vel ad sequentia, ut intelligas, *satis esse quidvis, modo id fiat tanquam discipulo Christi.*

XI.

1 *Cum consummasset præcipiens*] Græcanicam figuram male reddidit Interpres. Est enim juxta sermonis proprietatem participium positum vice verbi infiniti, ἐτέλεσε διατάσσων, pro διατάσσειν. Quemadmodum μέμνημαι ἐλθὼν, id est, *memini veniens*, pro *memini venisse*. Proinde nos vertimus, *Cum finem fecisset Jesus mandandi*, sive *præcipiendi*.

2 *In vinculis*] ἐν δεσμωτηρίῳ, id est, *in carcere*. Nomen est à δεσμοῖς *vinculis* dictum. Nam est aliud φυλακὴ a *custodia* dictum. Et mox τὰ ἔργα, cur non potius *facta* quam *opera?* Nam opus est quod exstat, veluti domus. Quanquam in his minutulis sæpe connivemus. Ut ne dicam, quod in πέμψας, *mittens* vertit, pro *missis duobus*, non observata temporis ratione.

3 *Tu es qui venturus es*] Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, id est, *Tu es ille veniens* sive *venturus*. Est enim Græca vox ad utrumlibet tempus anceps. Illud majoris est momenti, quod ἃ ἀκούετε καὶ βλέπετε, id est, *quæ auditis & videtis*, vertit, *quæ audistis & vidistis*. Est enim plenior sensus, ut de omnibus, quæ faciebat Jesus, intelligatur.

4 *Cæci vident*] ἀναβλέπουσι. Græcis expressius est, quasi dicas *revident*, seu *recipiunt visum*.

5 *Pauperes evangelizantur*] εὐαγγελίζονται. Plane Græcorum more locutus est Interpres, qui cum dicant *benefacio te*, *benedico te*, proinde & passivis horum ἀναλόγως utuntur, *bene patitur abs te*, *benedicitur abs te*. Nam utroque modo loquuntur, εὐαγγελίζω σοι, & εὐαγγελίζω σε, ut indicat Theodulus de Dictionibus Rhetoricis. Proinde nos vertimus, *pauperes lætum accipiunt Evangelii nuncium*. Allusit enim ad verba Prophetæ, *Evangelizare pauperibus misit me.*

6 Illa levicula sunt, quod σαλευόμενον vertit *agitatam*, pro eo quod est, *quæ agitatur* sive *movetur*, sed huc & huc undarum more. Unde Hilarius, ut temporis etiam rationem observet, vertit, *arundinem vento moveri.*

7 Et quod οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, vertit, *qui mollibus vestiuntur*, pro *mollia gestantes*, ut subaudias vestimenta.

8 *Etiam dico vobis*] ναὶ, id est, *certe*. Adverbium confirmantis, quod paulo superius vertit *utique*. Cæteris enim abnegatis, postremum hoc confirmat.

9 *Et plusquam prophetam*] Bene vertit, si περισσότερον legas genere neutro, sin masculino, sonat *præstantiorem propheta*. Nec hic liceret articulum apponi, τοῦ προφήτου: quod ad nullum certum prophetam possit accommodari, cum illum omnibus anteponat.

10 *Sed quid existis videre*] Hinc distinctio nonnihil habet ambiguitatis: apud Origenem hanc comperimus distinctionem, ἀλλὰ τί ἐξεληλύθατε, ἰδεῖν προφήτην, id est, *cur existis, ad videndum prophetam?*

11 *Inter natos mulierum*] ἐν γεννητοῖς γυναικῶν. Absolute dixit, ut ad omnia pertineat, quæ possint e mulieribus nasci. Opinor enim γεννητοῖς neutro genere positum esse. Non quod alios sentiat quam homines, sed quod schema sermonis habeat epitasin. Vehementius enim est, *nullum animal hoc sceleratius*, quam *nullus homo sceleratior*. Jam tametsi pie ratiocinatur Hieronymus, Christum non teneri hac formula, quod ex virgine sit natus, tamen ad revincendum contentiosum non satis haberet ponderis: cum alibi Christus ipse matri loquens dicat γύναι, id est, *mulier*. Præterea qua fronte Paulus Galatis scribit, *factum ex muliere*, si Christus ex muliere natus non est? Verum est *mulierem* apud Latinos aliquando significare *corruptam*, & tamen hoc non obstitit Interpreti, quo minus Virginem Mariam *mulieris* nomine compellarit. Quod si virgo adulta Latine Græceque dicitur *mulier*, multo minus absurdum est, maritatam & matrem dici *mulierem*. Deinde quorsum opus erat mox excipere se ipsum, si non tenebatur hac formula? Ait enim de se, *sed qui minor est in regno cœlorum, major est illo*. Augustinus cum alias, tum contra adversarium Legis & Prophetarum lib. II. cap. v. argutatur de distinctione, quod hæc particula, *in regno cœlorum*, possit utrolibet referri: *Qui minor est*, videlicet tempore, *is in regno cœlorum major est*. Aut, *qui minor est in regno cœlorum, is illo major est*. Hæc videbuntur puerilia, sed ad præsens institutum pertinent.

12 *Non surrexit major*] Annotavit hoc Hieronymus, Joannem non præferri Prophetis ac Patriarchis omnibus, sed æquari; non enim si Petrus non est major Joanne, statim Joannes erit major Petro.

13 *Vim patitur*] βιάζεται, id est, *vi invaditur*, sive *occupatur*, vel ob turbam irruentium ac vi conantium irrumpere, adeo jam urgebat tempus Evangelii. Etiamsi me non fugit Hieronymum, Augustinum, cumque his plerosque, secus hunc locum interpretari. Verum liceat & a probatissimis Auctoribus alicubi dissentire: quandoquidem illi non solum fuerunt homines, verum permisere sibi in tropologia nonnunquam abuti Scripturæ testimoniis. Primum illud liquet, opinor, hoc loco *regnum cœlorum* dici novam Evangelii doctrinam, ad quam jam ultro confluebat turba, ceu pertæsa Mosen. Nec enim in hoc vim patitur doctrina Christi, neque vi rapitur, si nos vim admovemus affectibus nostris, sed magis vim facit. Ad hæc quid hic senserit ipse mox explicat: *omnes enim Prophetæ & Lex usque ad Joannem*, videlicet causam reddens, cur ita cupiant irrumpere, cum Mosaicæ Legis tempus jam præteriisset. Ita connectit sermonis consequentiam, & Chrysostomus Homilia trigesima octava. Huic succinit Theophylactus. Nec Hilarius ab hac nostra sententia admodum discrepat, interpretans cœlorum regnum, Judæis veluti debitum ex pacto, violentia fidei occupandum a gentibus. Ejus verba si quis requiret, subscribam: *Ut rerum*, inquit, *natura exigit, vim potentior affert, minorque erit cui vis affertur. Quid est ergo, quod* diripiens est, *quodque* vim patitur, *contuendum est. Infidelitatem discipulorum Joannis Dominus animadverterat: turbæ etiam opinionem de ejus nuncio intellexerat, in cujus scandalo ingens fidei periculum sentiebat, ire potius Apostolos ad oves perditas Israel jusserat. Ipsos institui oportebat in regno, & in Abraha, ac Isaac, & Jacob familia retineri. Sed omnis hæc prædicatio profectum publicanis & peccatoribus afferebat. Ex his enim jam credentes, ex his jam Apostoli, ex his jam regnum cœlorum. Cæterum Joanni a plebe non creditur, auctoritatem Christi opera non merentur. Crux futura erat scandalo, jam prophetia cessat, jam Lex expletur, jam prædicatio omnis includitur, jam Heliæ spiritus in Joannis voce præmittitur. Aliis Christus prædicatur, & ab aliis agnoscitur. Aliis nascitur, & ab aliis diligitur. Sua eum respuunt, aliena suscipiunt. Proprii insectantur, complectuntur inimici. Hæreditatem adoptio expetit, familia rejicit. Testamentum filii repudiant, servi recognoscunt. Itaque* vim regnum cœlorum patitur, inferentes diripiunt illud. *Quia gloria Israel Patribus debita, a Prophetis nunciata, a Christo oblata, fide gentium occupatur & rapitur.* Hactenus Hilarii verba retulimus. Hoc sermone Dominus excludit murmur Judæorum, qui indignabantur, quod ad ipsis promissam Evangelii gratiam reciperet quoscunque; imo, inquit, non illos recipio, sed ipsi vobis cunctantibus irrumpunt.

14 Ra-

εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν 28 τίνι ἐκβάλλουσι; διὰ τοῦτο αὐτοὶ ὑμῶν ἔσονται κριταί. Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα 29 ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. Ἢ πῶς δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τό- 30 τε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει; Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ρκγ β 31 ἐμοῦ ἐστι· καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει. Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, Πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις· ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος βλασφημία οὐκ 32 ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις. Καὶ ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ, οὔτε ἐν ρκδ ι 33 τούτῳ τῷ αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. Ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ καλόν· ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον σαπρὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ σαπρόν· ἐκ γὰρ 34 τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται. Γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λαλεῖν πονηροὶ ὄντες; ἐκ γὰρ τοῦ πε- ρκε ε 35 ρισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ. Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ ρκς ι 36 ἐκβάλλει πονηρά. Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον 37 ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, ρκζ ε 38 καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ. Τότε ἀπεκρίθησάν τινες τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, λέγοντες, Διδά- ρκη ε 39 σκαλε, θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰω- 40 νᾶ τοῦ προφήτου. Ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας.

cœlorum 14 vim patitur, & violenti 15 rapiunt illud. Nam omnes prophetæ, & ipsa lex, usque ad 13 Joannem prophetaverunt. Et si vultis recipere, 16 14 ipse est Helias ille, 17 qui venturus erat. Qui habet aures ad audiendum, audiat. Sed cui assimi- 15 16 labo generationem hanc? 18 Similis est pueris, qui sedent 19 in foris, & 20 acclamant 21 sodalibus suis, ac dicunt, 22 Tibia cecinimus vobis, & non 17 saltastis, 23 lugubria cecinimus vobis, & 24 non planxistis. Venit enim Joannes nec edens nec bi- 18 bens, & ajunt, 25 Dæmonium habet. 26 Venit 19 Filius hominis edens ac bibens, & dicunt, 27 En hominem comedonem & 28 vini potorem, publicanis amicum ac peccatoribus: & justificata est sapientia a filiis suis. Tunc cœpit exprobrare civi- 20 tatibus, in quibus editæ fuerant 29 plurimæ virtutes ipsius, 30 quod scelerum eas non pœnituisset: Væ tibi 31 Chorazin, væ tibi Bethsaidan, quoniam 21 si in urbe Tyri aut Sidonis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in sacco & cinere scelerum suorum pœnitentiam egissent. Attamen 22 dico vobis, Tyro & Sidoni 32 tolerabilius erit in die judicii, quam vobis. Et tu Capernaum, 33 quæ 23 es usque ad cœlum exaltata, usque ad inferos detraheris, quoniam si in Sodomis editæ fuissent virtutes quæ editæ sunt in te, 34 mansissent usque ad hodiernum diem. 35 Veruntamen dico vobis, quod 24 Sodomis tolerabilius erit in die judicii, quam tibi. In illo tempore 36 respondens Jesus dixit, 37 Gra- 25 tias ago tibi, Pater, domine cœli & terræ, 38 quod absconderis hæc a 39 sapientibus & prudentibus, & revelaris ea 40 parvulis. 41 Certe Pater, 42 sic fuit 26 bona

14 *Rapiunt illud*] Aptius est quod legitur cum in aliis vetustis, tum in aureo codice: *Et violenti diripiunt illud.* Sumpta metaphora ab arce, quæ irrumpentibus hostibus diripitur.

15 *Ipse est Helias*) Locus est in calce Malachiæ Prophetæ, *Ecce ego mittam Heliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis.*

16 *Helias qui venturus est*] Mollius erat, *qui venturus erat.* Nam quo pacto venturus est, qui jam prædicationem suam peregerat? Notum est autem participia præsentis temporis etiam ad præteriti imperfecti significationem pertinere.

17 *Similem æstimabo*] ὁμοιώσω, id est, *assimilabo*, sive quod Latinius est, *similem esse dicam.*

18 Hieronymus annotavit hic Græce esse, ἐν ἀγοραῖς, id est, *in mercatibus* sive *foris.* Nam Latinis *forum* est etiam *in quo aguntur causa.* Cæterum ἀγορὰ Græcis proprie *forum* est *rerum venalium.* Unde verbum ἀγοράζομαι, id est, *emo.* Nec est,

19 *Clamantes*] sed προσφωνοῦντες, id est, *acclamantes*, sive *alloquentes.* Rursum, non est,

20 *Coæqualibus*] sed ἑταίροις, id est, *sodalibus.* Hilarius habet, *& clamantibus invicem*, ex quo conjicio illum legisse ἑτέροις pro ἑταίροις. Nec est simpliciter,

21 *Cecinimus*] sed ηὐλήσαμεν, id est, *cecinimus tibiis.* Ita sane citat divus Augustinus libro Quæstionum Evangelicarum secundo, capite undecimo, *Cantavimus tibiis, & non saltastis*; itaque vocem hanc eandem vertit Lucæ capite septimo.

22 Quis autem unquam dixit *lamentavimus*? ἐθρηνήσαμεν, id est, *lamentati sumus*, sive *luximus*, aut, ut sensum magis exprimam, *lugubria cecinimus.* Siquidem Veteres variis harmoniarum modis, quos appellant *Phrygium, Dorium, Lydium*, varios movebant affectus; tibiis ad alacritatem incitabant. Et legimus Ἀδμήτου μέλος, pro *lugubri cantione.* Sensus igitur est, diversis rationibus tentavimus vos excitare, nec ullo pacto potuistis commoveri.

23 Porro *planxistis*, Græcis est ἐκόψασθε, quod inde dictum est, quod olim in luctu seipsos cæderent manibus, qui proprie *planctus* dicitur. Apparet autem vulgarem fuisse cantiunculam, quam pueri inter se canerent. Quemadmodum & Pittacus consultorem suum ad pueros trocho lusitantes mittit, ut audiat τὴν κατὰ σαυτὸν ἴλα. Sicut copiosius dictum est in Chiliadibus nostris.

24 *Dæmonium habet*] In nonnullis scriptum erat, ὅτι πνεῦμά ἐστιν, id est, *spiritus est.* Sed dissentientibus cæteris omnibus. Erat autem & hoc unum e criminibus Socratis, quod Genium haberet peculiarem, qui vocabatur *Socratis Dæmonium.*

25 *Venit Filius hominis*] τοῦ ἀνθρώπου, ut ad Mariam referri non possit, cum articulus sit generis masculini, ne quis hic frustra philosophetur in *Filio hominis*, quod alicubi facit Augustinus.

26 *Homo vorax*] Græcis est φάγος, quod magis sonat *edacem* sive *comedonem.* Deinde quod sequitur,

27 *Vini potator*] Apud Græcos jucundius est ob dictionem compositam οἰνοπότης, quasi dicas *vinibibus*, cui pugnat ὑδροπότης, *aquæbibus.* Augustinus libro adversus Faustum XVI. cap. XXXI. pro οἰνοπότης refert *vinaria*, voce, ni fallor, depravata ex *vinauria*, ab hauriendo vino. Atque hinc verba composita, οἰνοποτεῖν, ὑδροποτεῖν. Horatius: *Quæ scribuntur aquæ potoribus.* Ac rursum,

28 *Plurimæ virtutes*] δυνάμεις est vox divinam potentiam significans, de quo jam admonuimus.

29 Nec est, *Corazam* apud Græcos, sed Χοραζὶν, id est, *Chorazin.* Sunt autem castella Galilææ *Bethsaida* & *Chorazin.*

30 Item, ἀνεκτότερον, *remissius*, quod ante verterat *tolerabilius.*

31 *Quia non egissent pœnitentiam*] Quod hic est semel atque iterum μετενόησαν, non poterat æque commode reddi per *resipuissent*: itaque periphrasi rem expressimus.

32. *Nunquid usque in cœlum*] Interpres legisse videtur ἦ pro ἡ, hoc est, conjunctionem pro articulo; & divus Hieronymus admonet hunc locum bifariam haberi in exemplaribus. In his, quæ nos vidimus, sic est scriptum, ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως τοῦ ᾅδου καταβιβασθήσῃ, id est, *quæ ad cœlum usque exaltata es*, sive *elata*, *usque ad inferos deduceris.* Et sic adducit Chrysostomus Homilia in Joannem vicesima secunda, ac rursus in Matthæum tricesima octava, & huic concordat Theophylactus.

33 *Forte mansissent*] ἔμειναν ἄν. Quorsum opus erat hic *forte*, nisi quod Interpres omnino abusus videtur passim *forte*, vice conjunctionis expletivæ. Paulo superius eandem prætermisit, *in cilicio & cinere pœnitentiam egissent.* Et quam nunc dubitantis esse vult, alibi facit confirmantis, ut in Epistola ad Hebræos, *Si illud prius culpa vacasset, non utique secundi locus quæreretur.* Valla pluribus locis in medium adductis arguit Interpretis inconstantiam. Obsecro quid sibi vult hæc tam avida varietatis affectatio, vel cum ipsius incommodo sensus? Nam hic confirmationem res ipsa desiderabat potius, quam addubitationem.

34 Quin & illud excutiendum, quomodo Jesus scribatur *respondisse*, cum nullus quicquam interrogarit: nisi forte ideo *responsum* dicitur, quod superiori sermoni subjiciatur. Alii malunt hoc esse idiomatis Hebraici sermonis, ut *respondere* ponatur pro *dicere.* Ac paulo post,

35 *Quia abscondisti*] Rectius erat, *quod absconderis.*

36 Et *confiteor* dixit, juxta sermonis Hebræi proprietatem, pro *laudo*, seu *gratias ago*: unde & nos ita vertimus, quo sensus esset dilucidior. Confitetur enim & agnoscit beneficium, qui gratias agit. Ac mox,

37 *Parvulis*] Est νηπίοις, quod & *stultum* significat & *infantem*, hoc est, qui ætatis vitio nondum sapiat. Non enim dixit μωροῖς, quod annotavit & Chrysostomus. At hic magis quadrabat *stultis*, ut opponatur *sapientibus.* Nec est quod quenquam offendat *stulti* cognomen, cum palam dicat Paulus, *quæ* μωρὰ, id est, *stulta*, *sunt mundi elegit Deus.* Nec enim hic *sapientes* vocat, qui vere sapiunt, sed qui mundo videntur sapere. Sic *stultos* vocat, non qui vere stulti sint, sed qui mundo stulti sint. Et tamen nos hac in re quorundam sensum nostro judicio prætulimus.

38 *Sapientibus & prudentibus*] σοφῶν, qui Græcis interdum *eruditi* vocantur, & συνετῶν, quod magis sonat *intelligentes.* Non enim est φρόνιμοι. His duabus vocibus opponit unam, νηπίοις, quasi dicas *simplices infantes*, qui propter ætatem, nec eruditione polleant, nec usu rerum sapiant.

39 *Ita Pater*] Ναὶ ὁ Πατήρ. Quod alias vertit *etiam*, alias *utique*, nunc vertit *ita.* Præterea *Pater* nominandi casus est, non vocandi: quo tamen, haud scio quam ob rem, in Divinis Litteris abutuntur, ut *Deus meus*, ὁ Θεός μου. Porro,

40 *Sic fuit*] Recte omisit conjunctionem ὅτι. Etiamsi quidam habent, *quoniam sic fuit.*

41 *Et placitum fuit*] ἐγένετο εὐδοκία, id est, *fuit bona voluntas*, sive *beneplacitum.* Et,

42 *Ante te*] ἔμπροσθέν σου, id est, *coram te*, sive *in oculis*

41 κτας. Ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν· ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ· καὶ ἰδοὺ πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε.
42 Βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινεῖ αὐτήν· ὅτι ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν Σολομῶντος· καὶ ἰδοὺ πλεῖον
43 Σολομῶντος ὧδε. Ὅταν δὲ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, ζητοῦν
44 ἀνάπαυσιν, καὶ οὐχ εὑρίσκει. Τότε λέγει, Ἐπιστρέψω εἰς τὸν

bona voluntas 43 apud te. Omnia mihi tradita 27 sunt à Patre meo: & nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quisquam novit, nisi Filius, & cuicunque voluerit Filius revelare. Venite ad me 28 omnes qui laboratis & onerati estis, 44 & ego refocillabo vos. Tollite jugum meum super vos, & 29 discite a me, quod mitis sim, & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris. Jugum 30 enim meum commodum est, & onus meum leve est.

lis tuis. Hoc peculiari verbo Sacræ Litteræ significant favorem ac benevolentiam Numinis, non tributam nostris meritis, sed ab ipsius gratuita bonitate profectam. Rursus illud,

43 *Reficiam vos*] est *ἀναπαύσω*, id est, *refocillabo* sive *recreabo*. Nec enim ad cibum est referendum, sed ad remedium lassitudinis: cum ab hoc verbo deductum sit nomen, quod mox vertit *requiem ἀνάπαυσιν*, quod in Psalmis vertit *refectionem*: *Super aquas refectionis ἀναπαύσεως*. Cæterum,

44 *Jugum meum suave*] *χρηστὸν* magis sonat *facile*, *commodum*, aut *humanum*, sive *blandum*, quam *suave*, quod alias vertit *bonum*, sive *bonitas*, ut suo demonstrabimus loco. Nam *jugum* appellat imperium, quod mite, blandum, ac minime asperum, minimeque severum vult intelligi. Mirum quid secutus Augustinus locum hunc sic adduxit libro Quæstionum ad Simplicianum primo: *Jugum enim meum leve est, & sarcina mea suavis est*: nisi forte id Librariorum incuria fuit inversum. In Epistolis nominatim 45. exstat vera lectio, *jugum* appellans *lene*, & *sarcinam levem*. Ambrosius explanans Psalmum, *Beati immaculati*, vocis hujus proprietatem annotavit, vertens *χρηστὸν suave*. Sed in Psalmo pro eo, quod nos legimus *bonitatem*, ille *jucunditatem* legit. Cyprianus libro adversus Judæos secundo cap. XIII. legit, *jugum meum bonum est*. Illud constat *χρηστὸν* Græcis dici *παρὰ τὸ χρῆσθαι*, hoc est, *ab utendo*; unde *χρηστότης facilitas* & commoditas morum ad vitæ consuetudinem; & *χρηστολόγοι* dicti sunt, *qui dictis* essent *blandi* magis quam *factis benigni*. Movet hoc loco divus Hieronymus quæstionem, quomodo jugum Evangelicæ Legis levius ac mollius dicatur Lege Mosaica, cum hæc factum duntaxat puniat, nostra voluntatem quoque, neque solvit quod proposuit. Certe Mosaicam Legem, superstitioso ac rebelli populo pro tempore impositam, Petrus in Actis Apostolorum aperte vocat *onus durum & grave, quod nec ipsi, nec majores ipsorum portare valuerint*. Neque dubitari potest, quin verum sit quod Veritas ipsa pronunciavit. Vere blandum est jugum Christi, & levis sarcina, si præter id, quod ille nobis imposuit, nihil imponeretur ab humanis constitutiunculis. Præter mutuam charitatem nihil ille præcipit: neque quicquam tam amarum est, quod non condiat condulcetque charitas. Facile toleratur, quicquid est secundum naturam. Nihil autem magis congruit cum hominis natura, quam Christi philosophia, quæ pene nihil aliud agit, quam ut naturam collapsam suæ restituat innocentiæ sinceritatique. Sed quemadmodum apud Judæos legem per se molestam aggravabant hominum constitutiones, ita cavendum est etiam atque etiam, ne Christi legem per se blandam ac levem, gravem & asperam reddant humanarum constitutionum ac dogmatum accessiones. Quæ sic primum obrepunt, ut vel tanquam pusilla negligantur, vel pietatis specie commendata libenter amplectantur etiam homines probi magis quam providi. Semel recepta paulatim gliscunt augescuntque, donec in immensum aucta jam nolentes premant & obruant: seu consuetudinis, cujus violenta tyrannis est, præsidio, seu Principum auctoritate, quod temere receptum est in suum emolumentum abutentium, mordicusque retinentium. Quam pura, quam simplex fides a Christo nobis tradita, quam huic simile symbolum, sive ab Apostolis ipsis, sive a viris Apostolicis proditum? huic deinde multum adjunxit Ecclesia, dissidiis Hæreticorum dissecta vexataque: quorum & si quædam sunt, quæ citra fidei dispendium poterant omitti, tamen pleraque videbantur etiamnum ad rem pertinere. Tot jam erant symbola, quot homines, nihilo melius bonæ fidei signum, quam cum in contractibus res multis ac verbosis syngraphis agitur, quæ cum ad excludendas captiones adhibeantur, quo circumspectius scriptæ sunt, hoc plus captionum solent fere gignere. Postremo res eo paulatim deducta est, ut Scholasticorum aliquot placita, quos Articulos vocant, aut homunculorum quorundam nova quædam ad fastum comminiscentium, vel opiniones, vel somnia, propemodum æquentur Articulis fidei Apostolicæ. Atque in his nec Scholæ diversæ, nec ejusdem Scholæ mystæ inter se consentiunt: neque apud ipsos perpetua sunt, sed pro tempore mutantur. Et tamen ita primum irrepserunt, ut in Scholis tantum haberentur probabiles opiniones. Mox Scholæ parietes egressæ in libros & in publicas adeo conciones eruperunt. Ac sæpenumero fit, ut quod semel utcunque prodidit definiendi temeritas, confirmet & augeat tuendi pertinacia. Sunt autem pleraque hujus generis, ut impium sit homini de his definire. Qualia fere sunt, quæ de ratione essentiæ Divinæ, deque distinctione Personarum, philosophamur. Ea si tantum in hoc adhibeantur, ut animos nostros abducant ab his sordidis cogitationibus ad sublimiora, non est improbandum studium. Sin, ut hæc, quæ longe superant humani ingenii captum, cum supercilio pronunciemus, & earum rerum scientia, quas nec Angeli satis intelligunt, nos jactemus apud populum, mihi nec pium videtur, nec utile. His proxima sunt, quæ de ratione mysteriorum velut e cœlo petita pronunciamus: cum magis ad pietatem faciat ex his excerpere, quæ ad vitæ sanctimoniam conducant. Verum hæc pronunciandi temeritas a Veteribus orta nunc longius progressa est, quam ut ferri possit. Sunt qui nectant nobis frigidum syllogismum, & ex loco parum intellecto, aut ex hominis constitutiuncula pariunt Articulum fidei.

Atque ex his Christiani aut non Christiani censemur, quæ ne tantulum quidem Christianam attinent pietatem. Jam quam popularis, quam expedita est doctrina Christi, Apostolica, & Patrum Apostolicorum, quam nunc impedita, spinosa, ne dicam tenebricosa facta, partim admixtu legum ac disciplinarum humanarum, partim somniis & inventiunculis ambitiosorum hominum, posteaquam sacræ Theologiæ professio scenica quædam ac theatrica res esse cœpit. Tota hominis ætas non sufficit quæstiunculis & inutilium argutiarum labyrinthis. Inter hæc quando Christianæ vitæ studium, si jam octogenarii tantum dubitare didicimus? Nam de humanarum constitutionum onere quid attinet dicere, cum jam olim divus Augustinus in Epistola ad Januarium stomachetur ac deploret Ecclesiam Christi sic premi, ut tolerabilior prope fuerit Judæorum quam Christianorum conditio? Et tamen ille ob frivola quædam nudipedalia nescio quæ destomachatur. Quid si videret liberum illum Christi populum tot legibus, tot ceremoniis, tot laqueis irretitum? neque simplici hominum tyrannide oppressum? Principum profanorum, Episcoporum, Cardinalium, Pontificum? multoque maxime, horum satellitum, qui religionis imagine personati, ventris agunt negotium? Ipsis sacramentis ad hominum salutem institutis, ad quæstum nostrum, ad fastum, ad tyrannidem, ad opprimendum plebeculam abutimur quidam. Judæis nullum vestis genus erat interdictum, præter id, quod esset e lino lanaque contextum. Nunc quot de cultu constitutiones, quanta vestium colorumque superstitio? Quam ex hujusmodi nugis, quæ per se nec honestatem habent, nec turpitudinem, sed pro temporum ratione, pro mortalium opinione mutantur, censentur Christiani, de quibus nihil unquam meminit Christus. Pauca erant Judæorum jejunia, & tamen nemo capitale esse dixit, si quis illis ipsis statis diebus non jejunasset. Nos quot gravamur inediis? ad quas non invitamur, sed cogimur *sub pœna*, ut ajunt, *æternæ damnationis*. Judæis certa piscium & aliorum animantium genera sunt interdicta, sed ad esum non admodum expetenda. Nos bonam anni partem piscium esu contabescimus, inedia disrumpimur. Nec ætati subvenitur, nec morbo, nisi legis relaxatio nummis redimatur. Quin & festorum apud Hebræos mediocris erat numerus. Ætas Hieronymi præter diem Dominicum paucissima noverat festa. Nunc feriarum, neque finis, neque modus, quæ cum primitus ad pietatis vacationem paucæ sint institutæ, nunc ad scelerum exclusionem tolli debebant, nisi Sacerdotum avaritia suis rebus consuleret potius, quam veræ Religioni. Quid loquar de perplexis & inextricabilibus votorum vinculis, quorum alia redimi possunt, sed immensa pecunia, alia nullo modo possunt. Atque hæc in dies magis ac magis urgemus, ne quæstus nobis pereat. Jam matrimonii conditio quanto commodior Judæis, quam nobis? Quot laqueis, quot tricis conjugium involvimus? ne Scholasticum dogma nobis pereat. Pœnitentiæ & Confessionis sacramentum quibus modis arctavimus, quot hominum decretis impeditum reddidimus? ut ne quid dicam interim de onere precum, quæ quotidianis etiam accessionibus aggravantur. Ad hæc quasi parum sit Legum & Constitutionum Decretalium, indies novarum Constitutionum examina prorumpunt. Imo velut hoc quoque parum sit, gravari nos volunt jure nescio quo consuetudinis, quæ primum a duobus deliris profecta paulatim invaluerit. Excommunicationis fulmen ubique promptum & intentatum, irregularitates, anathematizationes occursant undique. Pontificis Romani sacrosancta auctoritate, quæ non nisi sublevandis Ecclesiæ rebus valere debet, sic abutuntur quidam in absolutionibus, in dispensationibus, in condonationibus, in executionibus, ut permulta sint, quæ vere pii sine gemitu spectare non possint. Sacerdotiorum adeo perplexa res est, ut Aristotelicam philosophiam omnem perdiscas citius, quam praxin Sacerdotiorum. In templis vix vacat Evangelium interpretari. Concionis bona pars ad Commissariorum arbitrium consumenda est. Nonnunquam & sacrosancta Christi doctrina, aut supprimenda, aut ad illorum rem detorquenda. Ad hæc qui modeste pii sunt, taciti secum ingemiscunt. Qui populi malis aluntur, & quorum interest Christi gregem, quem ille suo sanguine liberum reddidit, quam maxime servum esse & obnoxium, adeo non reclamant, ut modis omnibus exaggerent. Accedunt iis, qui vel ambiunt præmium aliquod obsequii, vel timent pœnam libertatis. Ita dum nemo succurrit, res paulatim eo prolabitur, ut pene nihil jam pudeat. Et charitas quidem juxta Paulum omnia sustinet. Fateor. Sed hæc mala multo mitiora sunt, quoties ab hostibus gregis Christiani inferuntur. Olim sæviebat Tyrannus impius, sæviebat Hæreticus. Episcopi consolabantur. Ipsi mutuis hortatibus animabant sese. Titulus honestus solatii pars erat. Denique grave non erat, quod Christi nomine perpetiebantur. Verum intolerabile est, ut inquit Augustinus, cum eadem hæc a membris, imo a moderatoribus Ecclesiæ, corpus Ecclesiæ patitur. Ab iis potissimum injiciuntur laquei, unde par erat impeditis subveniri. His malis medicandis una superesse solet ancora sacra, generale Concilium. At nunc hæc ipsa vertuntur in Reipublicæ caput. Nec ulla superest medendi spes, nisi si Christus ipse vertat, aut certe excitet Pontificum ac Principum animos, ad ea quæ veræ sunt pietatis: aut Theologi & Concionatores, non seditiosis clamoribus, sed sobrie

τὸν οἶκόν μου, ὅθεν ἐξῆλθον. Καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σχολάζοντα, σεσαρωμένον, καὶ κεκοσμημένον. 45 Τότε πορεύεται, καὶ παραλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ, καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ· καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων. ρλϛ 46 Οὕτως ἔσται καὶ τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ. Ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος τοῖς ὄχλοις, ἰδοὺ ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ 47 αὐτοῦ εἱστήκεισαν ἔξω, ζητοῦντες αὐτῷ λαλῆσαι. Εἶπε δέ τις αὐτῷ, Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἑστήκασι, 48 ζητοῦντές σοι λαλῆσαι. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε τῷ εἰπόντι αὐτῷ, Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου, καὶ τίνες εἰσὶν οἱ ἀδελ- 49 φοί μου; Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς μαθητὰς 50 αὐτοῦ, εἶπεν, Ἰδοὺ ἡ μήτηρ μου, καὶ οἱ ἀδελφοί μου· Ὅστις γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, αὐτός μου ἀδελφὸς, καὶ ἀδελφὴ, καὶ μήτηρ ἐστί.

XIII. ρλᾶϛ 1 Ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἐκάθητο 2 παρὰ τὴν θάλασσαν. Καὶ συνήχθησαν πρὸς αὐτὸν ὄχλοι πολλοὶ, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον ἐμβάντα καθῆσθαι· καὶ 3 πᾶς ὁ ὄχλος ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱστήκει. Καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς, λέγων, Ἰδοὺ ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν. 4 Καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν, ἃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδόν· καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ, καὶ κατέφαγεν αὐτά. 5 Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰ πετρώδη, ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλὴν, καὶ εὐθέως ἐξανέτειλε, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος 6 γῆς. Ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος ἐκαυματίσθη· καὶ διὰ τὸ μὴ 7 ἔχειν ῥίζαν, ἐξηράνθη. Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰς ἀκάνθας, καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι, καὶ ἀπέπνιξαν αὐτά. 8 Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν, καὶ ἐδίδου καρπόν· 9 ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα. Ὁ ἔχων 10 ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ εἶπον 11 αὐτῷ, Διατί ἐν παραβολαῖς λαλεῖς αὐτοῖς; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ὅτι ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια ρλϛ 12 τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται. Ὅστις γὰρ ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ περισσευθήσεται· ὅστις δὲ ρλγ 13 οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι, καὶ

A est. XII. 1 In illo tempore 1 ibat Jesus 2 sabbatis per segetes. Discipuli vero illius esuriebant, & cœperunt vellere spicas, & comedere. 2 At Pharisæi quum vidissent dixerunt illi, Ecce discipuli tui faciunt 3 quod non licet facere in sabbato. 3 Ille vero dixit eis, Non legistis quid fecerit David, quum 4 esuriret ipse & ii qui erant cum illo? 4 Quomodo ingressus sit in domum Dei, & panes propositionis ederit, quos ipsi non licebat edere, neque iis qui cum illo erant, nisi sacerdotibus solis. 5 Aut non legistis in lege, quod sabbatis 5 sacerdotes in templo 6 sabbatum profanant, 7 & crimine vacant? 6 Dico autem vobis, 8 quod templo major est B hoc in loco. 7 Quod si sciretis quid sit, Misericordiam volo, & non sacrificium, nequaquam condemnassetis insontes. 8 Nam dominus est & sabbati Filius hominis. 9 At progressus illinc, venit in synagogam illorum, 10 & ecce homo erat manum habens aridam, & interrogabant illum dicentes, Licetne sabbatis curare? ut accusarent eum. 11 At ille dixit eis, Quis erit ex vobis homo, 9 qui habebit ovem unam, 10 & si ea inciderit sabbatis in foveam, 11 nonne apprehendet eam & eriget? 12 12 Quanto igitur præstantior est homo ove? Licet igitur sabbatis beneficio afficere. 13 13 Tunc dicit ho- C mini, Extende manum tuam. Et is extendit: 14 ac restituta est sanitati sicut altera. 14 Porro Pharisæi egressi 15 ceperunt consilium adversus eum, quomodo illum perderent. 15 At Jesus ubi novisset, 16 secessit illinc, 17 secutæque sunt eum turbæ multæ, & sanavit eos omnes. 16 Et interminatus est illis, 18 ne se facerent manifestum. 17 Ut compleretur quod dictum erat per Esaiam prophetam, qui ait, 18 19 Ecce filius meus, quem elegi, dilectus meus, in quo sibi bene complacuit anima mea: ponam spiritum meum super illum, & judicium gentibus annun-

D sobrie placideque quæ Christo digna sint, magno consensu doceant & inculcent. Nam ut Turcus, aut Tyrannus quispiam, per tumultum subverso rerum ordine, per occasionem restituat rem Christianam, non opinor ullis piis optandum. Ego certe abominor etiam. Unum illud etiam atque etiam admonendi sumus omnes, ut juxta Pauli doctrinam sic libertate a Christo datam amplectamur, ne eam occasionem demus carni, & sub libertatis prætextu turpius serviamus vitiis. Sed sic excutiamus jugum hominum grave, ut vere blando Christi jugo premamur. Minus imperat Evangelica charitas, sed plus impetrat. Tumultus ubique vitandus: & præstat ferre Principes impios, quam novatis rebus gravius malum accersere. Sed tamen ardentibus votis assidue pulsandus Christus, ut suis Vicariis mentem inspiret loco dignam, ut, omisso suæ gloriæ, suæ voluptatis, sui lucri studio, studeant gloriæ lucroque Christi, malintque Christum late regnare legibus Evangelicis, quam se in angusto tyrannidem obtinere decretis humanis. Verum hæc pluribus a me disserta video, quam vel proposueram, vel Annotationes professo conveniebat.

E XII. 1 *Abiit Jesus*] ἐπορεύθη. Cur non potius *ambulavit*, sive *ivit?* Itidem vertit & in primo Psalmo: *Abiit in consilio impiorum.*

2 Nec est *sabbato*, sed *sabbatis*, σάββασι, ut legit & Hilarius. Siquidem & totum illud tempus septem dierum *sabbatum* appellabatur, & singuli *sabbata*. Ac mox invertit, ἐν σαββάτῳ, id est, *in sabbato*, vertens *sabbatis*: tametsi multa hujusmodi solet admiscere casus. Chrysostomus admonet hoc esse *sabbatum*, quod Lucas appellat δευτερόπρωτον, id est, *secundo-primum*: de quo suo dicetur loco. Deinde,

3 *Quod non licet eis*] *Eis* addidit de suo, vel Interpres, vel Librarius. Nam absolutius est, *non licet*. Ac mox paria fecit,

4 *Esuriit David*] omisso αὐτὸς, id est, *ipse*: *ipse & qui cum eo erant.*

5 *Sabbatum violant*] βεβηλοῦσιν, id est, *profanant*. Siquidem βέβηλοι *profani* dicuntur.

F 6 *Sacerdotes in templo*] Periit apud nos jucunda vocum inter se redditio, ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ: quasi dicas, *Sacrifici in sacro*, quæ servata est in sabbatis & sabbato. Item,

7 *Et sine crimine sunt*] ἀναίτιοί εἰσι, id est, *inculpati sunt*, sive *nihil eis imputatur*: aut, ut nos vertimus, *crimine vacant*. Quanquam aptius est quod hic vertit Interpres, *sine crimine*, quam quod alicubi citat Hieronymus, *sine culpa sunt*; siquidem αἰτία *crimen* est potius quam *culpa*. Etiamsi non sum nescius, apud Græcos ἀναίτιοι aliquoties accipi pro *innoxio*, sive *insonte*, quemadmodum mox vertit, *nequaquam condemnassetis innocentes*, ἀναιτίους.

8 *Quia templo major est hic*] ὧδε, *hic*, *hoc loco*, adverbium est demonstrandi, non pronomen: quod admonuit & Hieronymus, ut intelligas eum locum esse sanctiorem templo, qui templi Dominum teneret. Quidam Græci codices habebant pro μείζων μεῖζον, id est, *majus*, quod plenius esset: ut sit sensus, *est hoc loco, quod sit majus templo.*

9 *Et si ceciderit*] ἐμπέσῃ, id est, *inciderit*. Nec est,

10 *Habeat*] sed *habebit*, ἕξει.

11 *Nonne tenebit & levabit eam*] κρατήσει καὶ ἐγερεῖ, id est, *apprehendet & eriget*. Habet enim hoc ovillum genus, ut fulmine aut ictu alioqui prostratum, nisi erigatur a pastore, pereat. Et mox,

12 *Quanto magis melior*] πόσῳ οὖν διαφέρει ἄνθρωπος, id est, *quanto magis præstat homo*, sive *præstantior est*. Quorsum opus erat hic affectare sermonis absurditatem? διαφέρει dictum pro *antecellit*. Et aliquanto post,

13 *Restituta est sanitati*] ὑγιὴς, id est, *sana*. Quanquam Interpres hoc sane bene vertit.

14 *Tunc dicit homini*] In Evangelio, quo quondam utebantur Nazareni & Ebionitæ, quodque locis aliquot citatur ab Hieronymo, testaturque a se ex Hebræo sermone versum in Græcum, neque defuerunt qui putarint ipsius Matthæi authenticum esse, scriptum fuit, hunc hominem fuisse cæmentarium, atque hujusmodi vocibus Jesu opem implorasse: *Cæmentarius eram, manibus victum quæritans, Precor te Jesu, ut mihi restituas sanitatem, ne turpiter mendicem cibos.*

15 *Faciebant consilium*] ἔλαβον, id est, *ceperunt*: & συμβούλιον *consilium*, hoc est, *consultationem inter se*. Et,

16 *Recessit*] ἀνεχώρησεν. Laurentius mavult *secessit*, quod aptius sit subducenti se. Unde & a secessu dicti *Anachoretæ*. Et,

17 *Sequuti sunt eum multi*] Græci addunt ὄχλοι, id est, *turbæ multæ*.

18 *Ne manifestum eum facerent*] Latinius erat, *ne se*, aut *ne ipsum manifestum facerent*. Argutatur hic nescio quid Laurentius, nimirum ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶν, Christum ob id interminatum ne se proderent, quod profugisset a Pharisæis, quasi metueret, ne ab illis deprehenderetur. Aliud in hisce rebus mysterium. Nam non semel hoc a Christo factum legimus, quo fugeret gloriæ captatæ suspicionem, quoque nobis præberet exemplum modestiæ. Rursum legimus eum mandasse, ut narrarent omnibus quod accidisset, ut nos doceret, Dei gloriam non esse celandam.

19 *Ecce puer meus*] Testimonium est apud Esaiam capite quadragesimo secundo. Quanquam Matthæus aliquanto diversius citat, quam vel apud Septuaginta legatur, vel apud Hebræos. Nam Hebræa divus Hieronymus reddidit ad hunc modum: *Ecce servus meus, suscipiam eum. Electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meum super eum. Judicium gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur foris vox ejus. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non exstinguet. In veritate educet judicium. Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponet in terra judicium, & legem ejus insulæ exspectabunt.* Ea Septuaginta vertunt hunc in modum: *Ecce Jacob puer meus, assumam eum. Israël electus meus, suscepit illum anima mea. Dedi spiritum meum super eum, judicium gentibus educet. Non clamabit, neque dimittet, neque audietur foris*

14 καὶ ἀκȣ́οντες ȣ̓κ ἀκȣ́ȣσιν, ȣ̓δὲ συνιȣ̃σι. Καὶ ἀναπληρȣ̃ται ἐπ' αὐτοῖς ἡ προφητεία Ἡσαΐȣ, ἡ λέγȣσα, Ἀκοῇ ἀκȣ́σετε, καὶ ȣ̓ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ ȣ̓ μὴ ἴδητε. 15 Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τȣ̃ λαοῦ τȣ́τȣ, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκȣσαν, καὶ τȣ̀ς ὀφθαλμȣ̀ς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκȣ́σωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνιῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτȣ́ς. ρλδ ε 16 Ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπȣσι· καὶ τὰ ὦτα 17 ὑμῶν, ὅτι ἀκούει. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ ρλε β 18 οὐκ εἶδον· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκȣσαν. Ὑμεῖς 19 οὖν ἀκούσατε τὴν παραβολὴν τοῦ σπείροντος. Παντὸς ἀκούοντος τὸν λόγον τῆς βασιλείας, καὶ μὴ συνιέντος, ἔρχεται ὁ πονηρὸς, καὶ ἁρπάζει τὸ ἐσπαρμένον ἐν τῇ καρ-20 δίᾳ αὐτοῦ· οὗτός ἐστιν ὁ παρὰ τὴν ὁδὸν σπαρείς. Ὁ δὲ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπαρεὶς, ȣ̃τός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκȣ́ων, καὶ 21 εὐθὺς μετὰ χαρᾶς λαμβάνων αὐτόν· Οὐκ ἔχει δὲ ῥίζαν ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ πρόσκαιρός ἐστι· γενομένης δὲ θλίψεως ἢ 22 διωγμȣ̃ διὰ τὸν λόγον, εὐθὺς σκανδαλίζεται. Ὁ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας σπαρεὶς, ȣ̃τός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκȣ́ων· καὶ ἡ μέριμνα τȣ̃ αἰῶνος τȣ́τȣ, καὶ ἡ ἀπάτη τȣ̃ πλȣ́τȣ συμπνίγει 23 τὸν λόγον, καὶ ἄκαρπος γίνεται. Ὁ δὲ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν σπαρεὶς, ȣ̃τός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκȣ́ων καὶ συνιών· ὃς δὴ καρποφορεῖ, καὶ ποιεῖ, ὁ μὲν ἑκατὸν, ὁ δὲ ἑξήκον-ρλϛ ι 24 τα, ὁ δὲ τριάκοντα. Ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων, Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν ȣ̓ρανῶν ἀνθρώπῳ 25 σπείροντι καλὸν σπέρμα ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτȣ̃. Ἐν δὲ τῷ καθεύδειν τȣ̀ς ἀνθρώπȣς, ἦλθεν αὐτȣ̃ ὁ ἐχθρὸς, καὶ ἔσπει-26 ρε ζιζάνια ἀνὰ μέσον τȣ̃ σίτȣ, καὶ ἀπῆλθεν. Ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος, καὶ καρπὸν ἐποίησε, τότε ἐφάνη καὶ 27 τὰ ζιζάνια. Προσελθόντες δὲ οἱ δȣ̃λοι τȣ̃ οἰκοδεσπότȣ, εἶπον αὐτῷ, Κύριε, ȣ̓χὶ καλὸν σπέρμα ἔσπειρας ἐν τῷ σῷ 28 ἀγρῷ; πόθεν ȣ̓̃ν ἔχει τὰ ζιζάνια; Ὁ δὲ ἔφη αὐτοῖς, Ἐχθρὸς ἄνθρωπος τȣ̃το ἐποίησεν. Οἱ δὲ δȣ̃λοι εἶπον αὐ-29 τῷ, Θέλεις ȣ̓̃ν ἀπελθόντες συλλέξωμεν αὐτά; Ὁ δὲ ἔφη, Οὔ· μήποτε συλλέγοντες τὰ ζιζάνια, ἐκριζώσητε ἅμα 30 αὐτοῖς τὸν σῖτον. Ἄφετε συναυξάνεσθαι ἀμφότερα μέχρι τȣ̃ θερισμȣ̃· καὶ ἐν τῷ καιρῷ τȣ̃ θερισμȣ̃ ἐρῶ τοῖς θερισταῖς, Συλλέξατε πρῶτον τὰ ζιζάνια, καὶ δήσατε αὐτὰ εἰς δέσμας,

A nunciabit: Non contendet, neque clamabit, neque audiet quisquam in plateis vocem ejus: Arundinem comminutam non confringet, & linum fumigans non exstinguet: donec ejiciat ad victoriam judicium: Et in nomine illius gentes sperabunt. Tunc adductus est ad eum qui dæmonio agitabatur [20] cæcus ac mutus: & sanavit illum, [21] ita ut cæcus ac mutus & loqueretur & cerneret. Et obstupuerunt omnes turbæ, dicebantque, [22] Num hic est ille filius David? At Pharisæi quum audissent, dicebant, Hic non ejicit dæmonia, nisi præsidio Beelzebul principis dæmoniorum. Jesus autem B quum sciret cogitationes illorum, dixit illis, Omne regnum [23] divisum adversus sese desolatur, & omnis civitas aut domus divisa adversus seipsam non stabit. Et si Satanas Satanam ejicit, adversus seipsum divisus est: quomodo igitur stabit regnum illius? Et si ego præsidio Beelzebul ejicio dæmonia, filii vestri cujus præsidio ejiciunt? propterea ipsi judicabunt de vobis. Quod si Spiritu Dei ego ejicio dæmonia, ergo pervenit ad vos regnum Dei. Alioqui quomodo potest aliquis intrare domum potentis, & vasa illius diripere, nisi prius vinxerit potentem, & tum domum illius diripiet? Qui non est mecum, adversum me est: & qui non congregat mecum, spargit. Propterea dico vobis, Omne peccatum & convitium remittetur hominibus, [24] C at convitium in Spiritum non remittetur hominibus. Et quicunque dixerit verbum adversus Filium hominis, remittetur illi: [25] qui autem dixerit adversus Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in præsenti seculo neque in futuro. Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum: aut facite arborem [26] vitiosam, & fructum illius vitiosum: nam e fructu arbor agnoscitur. [27] Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, quum sitis mali? siquidem ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo e bono thesauro cordis [28] expromit bona: & malus homo ex malo thesauro depromit mala. Sed

foris vox ejus. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non exstinguet, sed in veritate reducet judicium. Splendebit, & non conteretur, donec ponat super terram judicium, & in nomine ejus gentes sperabunt. Cæterum quod una vaticinii pars in medio prætermissa sit, *Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra judicium*, sive juxta Septuaginta, *Splendebit & non conteretur, donec ponat super terram judicium*, id Hieronymus putat scriptoris errore factum, qui, quod sæpenumero fit, ea verba, quæ intercesserant inter *judicium* & *judicium*, oblitus omiserit. Verum hac de re qui cupiet edoceri copiosius, legat enarrationem Hieronymi in hunc Prophetæ locum: ad hæc, libellum ejusdem ad Algasiam quæstione secunda. Illud admiror, quid Lyrano venerit in mentem, ut scriberet hoc testimonium a Matthæo adductum juxta interpretationem Septuaginta, cum longe magis consentiat cum Hebraica veritate, etiamsi ab hac quoque nonnihil discrepans, sed verbis potius, quam sensu. Annotandum obiter & illud, cum Hieronymus, edisserens præsentem Prophetæ locum, releget nos ad suos in Matthæum Commentarios, in quibus plenius super hac re disseruerit, atque in ipsis Commentariis, vix summis, ut ajunt, digitis rem attingat, in conjecturam vocor, id quod sæpenumero sum suspicatus, eos Commentarios a fastidioso quopiam Lectore decurtatos, prætermissis in medio quæ non intellexerit. Quos tametsi fatetur ipse neque justos esse, neque plenos, tamen ad alios, quos ille in Prophetas & aliquot Epistolas Pauli plenos scripsit, vix Commentarioli dici merentur. Idem factum arbitror in Commentariis, quos idem scripsit in Psalmos: quanquam in hos, quisquis is fuit, gemina debacchatus est injuria. Primum, quod quæ libuit, prætermiserit. Deinde, quod compluribus locis suas nugas ceu purpuræ pannum assuerit. Nam quod in Marcum habemus commentum, præter titulum nihil habet Hieronymi. Cæterum Commentarii in Lucam, quos ipse locis aliquot citat, prorsus interciderunt. Visum est obiter ostendere Lectori, quomodo Cyprianus adducat hunc locum in Libello, quem scripsit adversus Judæos: *Ecce puer meus, filius meus dilectissimus. Super eum ponam spiritum meum, & judicium gentibus nunciabit. Non clamabit, neque contendet. Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non collocabit, quoadusque expellat in contentione judicium, & in nomine ejus gentes credant.* Etiamsi hunc ipsum locum aliquanto secus adducit libro adversus Judæos secundo, capite duodecimo. Porro quod nos pro *puero* vertimus *filium*, Septuaginta δȣ̃λον, id est, *servum*, ut Græcis ac Latinis παῖς & *puer* ambigua vox est, itidem & Hebræis עֶבֶד. Quod si usquam conveniebat παῖδα vertere *filium*, certe hic quadrabat, cum de Christo loquatur. Neque defuerunt apud Græcos, qui *servi* vocabulum vererentur tribuere Filio Dei. Quorum est Chrysostomus, si modo illius sunt Commentarii, quos habemus in Epistolam ad Hebræos.

20 *Cæcus & mutus*] τυφλὸς καὶ κωφὸς, id est, *cæcus & mutus*. Quanquam κωφὸς Græcis etiam *surdum* significat, ob id, opinor, quod qui natura surdi sunt, iidem & muti sint oportet. Ac mox,

21 *Ita ut loqueretur & videret*] Hic repetunt Græci codices *cæcus & mutus*. In nonnullis etiam congeminatur conjunctio, καὶ λαλεῖν καὶ βλέπειν, in nonnullis non geminatur. Quod erat reddendum, *ut is, qui cæcus erat ac mutus, & loqueretur & videret*.

22 *Nunquid hic est*] Hic nonnulli Græci codices addunt, ὁ Χριστὸς, id est, *Num hic est ille Christus filius David?* Quanquam hic quoque ὁ ὑὸς articulus appositus facit, ut non possit de quovis filio David intelligi, sed de certo quodam, nempe qui Prophetarum oraculis promissus exspectabatur. Et,

23 *In se divisum*] καθ' ἑαυτῆς. Et fidelius & apertius reddidisset, *divisum adversus semetipsum*, ut mox vertit, *contra se*.

24 *Spiritus autem blasphemiæ*] Id certe palam est Librariorum vitio corruptum esse, quod tamen in omnibus ferme codicibus inolevit. Nam apud Græcos est, ἡ δὲ τȣ̃ Πνεύματος βλασφημία, id est, *sed Spiritus blasphemia*: ut intelligas maledictum, quod fiat adversus Spiritum. Juxta sinceram ac germanam lectionem adducit hunc locum divus Hilarius in Canone quo explicat Matthæum. Item Augustinus Sermone de verbis Domini ex Evangelio Matthæi undecimo: idque iterum atque iterum, ne quis casum esse causetur, hoc tantum disputans, *blasphemiam* non pro quovis accipi maledicto, nec *Spiritus* pro quovis Spiritu. Sed quod hic confusius dixit *Spiritus blasphemia*, alibi clarius expressum est, *qui blasphemaverit in Spiritum Sanctum*. Etiamsi non negem in Græcis verbis amphibologiam esse: quod intelligi possit, convicium ab ipso Spiritu profectum. Carrensis hunc enarrans locum, *Quid ergo*, inquit, *aliud est Spiritus blasphemia, quam affectatio & desiderium vituperationis divinæ? Spiritus blasphemiæ spirat ad odium Dei: Spiritus Sanctus spirat ad amorem Dei.* Atqui ne quis Græcorum codicum auctoritatem impudenter contemnat, consentiunt cum Græcis vetusta Latinorum exemplaria: cumprimis autem & codex aureus, & inter excusa typis suffragatur & Glossæ, quam vocant *ordinariam*, Editio Moguntinensis.

25 *Qui autem dixerit verbum contra Spiritum*] *Verbum* hoc quidem loco non ponitur, sed subauditur e proximo. Græcis suffragatur & codex aureus.

26 Rursum est σαπρὸν, de quo diximus.

27 Et γεννήματα, quod alias vertit *genimina*, hic recte vertit *progenies*.

28 Et ἐκβάλλει, quod hic vertit *profert*, alias vertit *ejicit*, alias *emittit*. Nos *expromit* ac *depromit* transtulimus.

29 Tribus

σμας, πρὸς τὸ κατακαῦσαι αὐτά· τὸ δὲ σῖτον συναγάγετε
ρλζβ 31 εἰς τὴν ἀποθήκην μου. Ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων, Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔσπειρεν ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ·
32 Ὃ μικρότερον μέν ἐστι πάντων τῶν σπερμάτων· ὅταν δὲ αὐξηθῇ, μεῖζον τῶν λαχάνων ἐστὶ, καὶ γίνεται δένδρον· ὥστε ἐλθεῖν τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατασκηνοῦν ἐν τοῖς κλά-
ρλη ε 33 δοις αὐτοῦ. Ἄλλην παραβολὴν ἐλάλησεν αὐτοῖς, Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέ-
ρλθ ς 34 κρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον. Ταῦτα πάντα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν παραβολαῖς τοῖς ὄχλοις·
35 καὶ χωρὶς παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς· Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος, Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου· ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς
ρμ ι 36 κόσμου. Τότε ἀφεὶς τοὺς ὄχλους ἦλθεν εἰς τὴν οἰκίαν ὁ Ἰησοῦς· καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες,
37 Φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν τῶν ζιζανίων τοῦ ἀγροῦ. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ὁ σπείρων τὸ καλὸν σπέρμα,
38 ἐστὶν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Ὁ δὲ ἀγρὸς, ἐστὶν ὁ κόσμος· τὸ δὲ καλὸν σπέρμα, οὗτοί εἰσιν οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας· τὰ
39 δὲ ζιζάνια, εἰσὶν οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ. Ὁ δὲ ἐχθρὸς ὁ σπείρας αὐτὰ, ἐστὶν ὁ διάβολος· ὁ δὲ θερισμὸς, συντέλεια
40 τοῦ αἰῶνός ἐστιν· οἱ δὲ θερισταὶ, ἄγγελοί εἰσιν. Ὥσπερ οὖν συλλέγεται τὰ ζιζάνια, καὶ πυρὶ κατακαίεται· οὕτως
41 ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου. Ἀποστελεῖ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συλλέξουσιν ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάντα τὰ σκάνδαλα, καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν
42 ἀνομίαν, Καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός·
43 [illegible]κεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς
44 αὐτῶν. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν τῷ ἀγρῷ, ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος ἔκρυψε, καὶ ἀπὸ τῆς χαρᾶς αὐτοῦ ὑπάγει, καὶ πάντα ὅσα ἔχει, πωλεῖ, καὶ ἀγοράζει τὸν ἀ-
45 γρὸν ἐκεῖνον. Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν
46 ἀνθρώπῳ ἐμπόρῳ, ζητοῦντι καλοὺς μαργαρίτας· Ὃς εὑρὼν ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην, ἀπελθὼν πέπρακε πάντα
47 ὅσα εἶχε, καὶ ἠγόρασεν αὐτόν. Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν σαγήνῃ βληθείσῃ εἰς τὴν θάλασσαν,
48 καὶ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ· Ἣν, ὅτε ἐπληρώθη, ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν, καὶ καθίσαντες συνέλεξαν τὰ

36 Sed dico vobis, quod de quocunque verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddituri sunt rationem in die judicii: 37 Nam ex dictis tuis justificaberis, & ex dictis tuis condemnaberis. 38 Tunc interrogaverunt eum quidam e Scribis ac Pharisæis, dicentes, Præceptor, volumus ex te signum videre. 39 At ille respondens dixit illis, Generatio prava & adultera signum quærit, & signum non dabitur illi, 40 nisi signum [illegible]onæ prophetæ. Quemadmodum enim fuit Jonas in ventre ceti 29 tribus diebus ac tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terræ tri- 41 bus diebus & tribus noctibus. Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quod ipsi resipuerint ad prædicationem Jo- 42 næ: & ecce 30 plus quam Jonas est in hoc loco. Regina austri surget in judicio cum generatione hac, & condemnabit eam, quod venerit a finibus terræ ad audiendam sapientiam Solomonis: & ec- 43 ce 31 plus quam Solomon est in hoc loco. Quum autem immundus spiritus exierit ab homine, perambulat 32 per arentia loca, quærens requiem, & 44 non invenit. Tunc dicit, revertar in domum meam, unde exivi: & quum venerit, reperit eam va- 45 cantem, & scopis purgatam, atque ornatam. Tunc abit, & adjungit sibi septem alios spiritus 33 sceleratiores se, 34 & ingressus inhabitat illic: & fiunt postrema hominis illius pejora primis: sic erit & 46 generationi huic perversæ. Quum autem adhuc loqueretur turbis, ecce mater & fratres ejus stabant 47 foris 35 quærentes ei loqui. Dixit autem illi quidam, Ecce mater tua & fratres tui foris stant, 36 48 quærentes tibi loqui. At ille respondens dixit ei qui sibi renunciaverat, Quæ est mater mea, aut 49 qui sunt fratres mei? Et 37 protensa manu sua in discipulos suos, dixit, Ecce mater mea, & fratres mei. 50 Quisquis enim fecerit voluntatem Patris mei qui est in cœlis, 38 ipse meus frater & soror & mater est. XIII. 1 In die vero illo, egressus Jesus e domo, 2 sedit juxta mare, & congregatæ sunt ad illum turbæ multæ, adeo ut ipse navim ingressus sederet, 3 & universa turba in littore stabat: ac dicebat illis multa

29 *Tribus diebus & tribus noctibus*] Licet Latinus extulerit per ablativum casum, tamen Græcis est accusativus: ut jam non possit accipi species temporis, sed spatium, *τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας*. Proinde divus Hieronymus quæstionem explicat per tropum, qui Grammaticis *Synecdoche* dicitur. Siquidem cum unus duntaxat dies hujus tridui fuerit integer, nempe Sabbati cum nocte adjuncta, nec Christus in sepulchro fuerit, nisi vespera Parasceves, ac diluculo Dominicæ quo surrexit, tres tamen dies in sepulchro scribitur egisse. Ad eandem rationem explicat divus Augustinus libro de quæstione Evangeliorum primo, quæstione VII. Etiamsi Faber usqueadeo fastidit Synecdochen Libello *de triduo Christi*, odio, opinor, Grammatices, cum qua illi parum convenit, ut ipsa indicat res, ne cui parum Philosophus videatur.

30 *Plusquam Jonas hic*] Item,

31 *Plusquam Solomon hic*] Utrobique est *ὧδε*, adverbium, non pronomen, ut ante monstravimus. Quod veteres orthographi solent distinguere, *hic* pronomen scribentes per *i* simplex, *hic* adverbium per Græcam diphthongum *ει*, *heic*. Id quod Valla testatur sibi compertum in aliquot pervetustis marmorum inscriptionibus.

32 *Per loca arida*] Non est *ξηρῶν*, sed *ἀνύδρων*, id est, *aquis carentia*, & *siticulosa*. Nam hujusmodi fere sterilia sunt, & ob id desolata. Unde filia Calep agrum irriguum superne atque inferne petit.

33 Ut omittam, quod *πονηρότερα* vertit *nequiores*, pro *sceleratiores*: quod ex generatione *mala* fecit *pessimam*, cum sit *πονηρᾷ*.

34 *Et intrantes habitant ibi*] In exemplari quodam scriptum erat, *καὶ εἰσελθὸν*, *& ingressus*, ut referatur ad Spiritum qui collegit socios. Verum hoc ad sensum minimum refert. Ac paulo post,

35 *Quærentes eum*] Græci addunt, *quærentes ei loqui*, *ζητοῦντες αὐτῷ λαλῆσαι*. Neque enim perierat, sed expetebatur ad colloquium. Item paulo post,

36 *Quærentes te*] *ζητοῦντές σοι λαλῆσαι*, id est, *quærentes tibi loqui*. Utinam autem populus Christianorum universus sic esset deditus cultui beatissimæ Mariæ, ut totis studiis illius virtutes æmularetur. Cæterum aut hodie vulgus pio quodam favore plus satis illi tribuit, aut parum tribuit Chrysostomus, hunc explanans locum Homilia duodecima. Nam ipsius verba ex Interprete subscribam: *Quamvis*, inquit, *ex facto matris nonnihil importunitatis quoque accessit. Considera igitur tam matris quam fratrum importunitatem. Nam cum debuissent intrare, atque cum turbis simul audire, aut saltem exspectare foris sermonis finem, ac demum accedere, ambitione quadam ac ostentatione commoti, foras eum in præsentia omnium evocaverunt.* Cæteraque quæ sequuntur in hanc sententiam. Rursus in altera Editione, nam variant codices, ejusdem numeri Homilia, hanc imperiosam importunitatem in fratres potissimum refert, matri parcens. At idem enarrans Evangelium Joannis de nuptiali miraculo agens, clarius etiam tribuit Mariæ affectum aliquem ambitionis gloriæque humanæ: *Optabat enim*, inquit, *ut jam hominum gratiam conciliaret, & ipsa clarior filii gratia efficeretur: & fortasse aliquo humano afficiebatur affectu: quemadmodum & fratres ejus, cum dixerunt,* Ostende te ipsum mundo, *cupidi ejus miraculis sibi famam comparare.* Ac paulo post idem agens: *Siquidem non adhuc debitam de ipso opinionem habebant, sed more matrum Maria jure omnia se filio precepturam censebat, cum tanquam dominum colere & revereri fas esset.* Hactenus Chrysostomi verba recensuimus. Augustinus videtur illi tribuere nonnihil diffidentiæ. Nos eam prorsus a peccato originali facimus immunem, at hic videtur aliquod *actuale*, ut vocant, peccatum tribuere: nisi forte is affectus omni culpa vacat, quem illi tribuit. Atque ita potius arbitror sentiendum. Nam ut ignorantia quædam esse potest absque culpa, ita & dubitatio & affectus maternus culpa vacare potest. Christus apud Lucam quoque parum blande respond[illegible] parentibus: *Quid est quod me quærebatis? An nesciebatis quo[illegible] his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* Mox subjicit Evangelista: *Et ipsi non intellexerunt verbum.* Rursus prædicanti beatum ventrem matris, & ubera lactatricis: *Quinimo*, inquit, *beati qui audiunt verbum Dei.* Rursus in cruce mulierem vocat, & Joanni transscribit. Quibus ex rebus stultissime collegerant Manichæi, Mariam non fuisse matrem Jesu, nisi vulgi opinione, videlicet negantes eum fuisse hominem. Nos id sane possumus pie colligere, quoties agitur negotium Reipublicæ, quoties agitur negotium Religionis, non multum apud nos valere oportere corporalis affinitatis affectum. Hieronymus sic elabi conatur, ut dicat hunc, qui renunciavit Christo, insidiose fecisse, tentantem, num ob suorum affectum intermissurus esset prædicandi munus. Atque ob id acrius a Christo responsum. Ego hac in re meam non interpono sententiam: tantum optarim, sedulitatem quorundam omnia in sanctis in immensum exaggerandi, verti potius ad studium æmulandi, quod illos vere beatos reddidit. Verum hæc leviculi sunt momenti. Quod genus & illa, quod pro,

37 *Extendens manum*] Græci legunt *manum suam*. Deinde, quod in his,

38 *Ipse meus frater*] Nonnulli codices habent *αὐτὸς*, nonnulli *οὗτος*, id est, *hic*.

XIII. 1 SEdebat *secus mare*] Eruditi quidam vehementer hanc vocem *secus* exsecrantur, ut Gotticam, & Sarmaticam, aut si quid his quoque barbarius: cum tamen recenseatur a Donato, operis exigui non exiguo auctore. Neque videri potest

 vox

49 τὰ καλὰ εἰς ἀγγεῖα, τὰ δὲ σαπρὰ ἔξω ἔϐαλον. Οὕτως ἔσαι ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος· ἐξελεύσονται οἱ ἄγγελοι,
50 καὶ ἀφοριοῦσι τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων, Καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός· ἐκεῖ ἔσαι ὁ κλαυ-
51 θμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς,
52 Συνήκατε ταῦτα πάντα; Λέγουσιν αὐτῷ, Ναὶ Κύριε. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Διὰ τοῦτο πᾶς Γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐσιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅσις ἐκϐάλλει ἐκ τοῦ θησα[illegible]οῦ αὐτοῦ καινὰ
ρμα α 53 καὶ παλαιά. Καὶ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τὰς πα-
54 ραϐολὰς ταύτας, μετῆρεν ἐκεῖθεν. Καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν· ὥστε ἐκπλήττεσθαι αὐτοὺς, καὶ λέγειν, Πόθεν τούτῳ ἡ σοφία
55 αὕτη, καὶ αἱ δυνάμεις; Οὐχ οὗτός ἐσιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐχὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαριὰμ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ
56 αὐτοῦ Ἰάκωϐος καὶ Ἰωσῆς καὶ Σίμων καὶ Ἰούδας; Καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ οὐχὶ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσι; πόθεν οὖν τούτῳ
ρμϐ α 57 ταῦτα πάντα; Καὶ ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ· Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐκ ἔσι προφήτης ἄτιμος, εἰ μὴ ἐν τῇ
58 πατρίδι αὐτοῦ καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. Καὶ οὐκ ἐποίησεν ἐκεῖ
XIV. 1 δυνάμεις πολλὰς, διὰ τὴν ἀπισίαν αὐτῶν. Ἐν ἐκείνῳ τῷ
ρμγ ϐ 2 καιρῷ ἤκουσεν Ἡρώδης ὁ τετράρχης τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ. Καὶ εἶπε τοῖς παισὶν αὐτοῦ, Οὗτός ἐσιν Ἰωάννης ὁ Βαπτισής· αὐτὸς ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ διὰ τοῦτο αἱ δυνάμεις
ρμδ ϐ 3 ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῷ. Ὁ γὰρ Ἡρώδης κρατήσας τὸν Ἰωάννην, ἔδησεν αὐτὸν καὶ ἔθετο ἐν φυλακῇ, διὰ Ἡρωδιάδα
4 τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Ἔλεγε γὰρ
5 αὐτῷ ὁ Ἰωάννης, Οὐκ ἔξεσί σοι ἔχειν αὐτήν. Καὶ θέλων αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἐφοϐήθη τὸν ὄχλον, ὅτι ὡς προφήτην
ρμε ς 6 αὐτὸν εἶχον. Γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ Ἡρώδου, ὠρχήσατο ἡ θυγάτηρ τῆς Ἡρωδιάδος ἐν τῷ μέσῳ· καὶ ἤρεσε
7 τῷ Ἡρώδῃ. Ὅθεν μεθ᾽ ὅρκου ὡμολόγησεν αὐτῇ δοῦναι ὃ ἐὰν
8 αἰτήσηται. Ἡ δὲ προϐιϐασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς, Δός μοι, φησὶν, ὧδε ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ
9 Βαπτισοῦ. Καὶ ἐλυπήθη ὁ βασιλεύς· διὰ δὲ τοὺς ὅρκους
10 καὶ τοὺς συνανακειμένους, ἐκέλευσε δοθῆναι. Καὶ πέμψας

multa per similitudines, dicens, Ecce 2 exiit qui seminabat 3 ad seminandum, 4 Et quum seminaret, alia quidem ceciderunt juxta viam, & venerunt volucres, ac devoraverunt ea. Alia vero ceciderunt in loca saxosa, ubi non habebant multum terræ, & protinus exorta sunt, propterea quod non haberent 5 profunditatem terræ: Quum autem exortus esset sol, 6 exusta sunt: & quia non habebant radicem, 7 exaruerunt. Alia rursus ceciderunt in spinas, 8 & insurrexerunt spinæ, & suffocaverunt ea. Alia vero ceciderunt in terram bonam, 9 & dederunt fructum: aliud quidem centuplum, aliud vero sexagecuplum, aliud vero trigecuplum. Qui habet aures ad audiendum, audiat. Et adeuntes discipuli dixerunt illi, Quare per parabolas loqueris illis? At ille respondens dixit eis, 10 Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum, illis autem non est datum. Quisquis enim habet, dabitur illi, & reddetur abundantior: quisquis autem non habet, etiam illud quod habet, tolletur ab eo. Propterea per parabolas loquor illis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt nec intelligunt. 11 Et completur in illis prophetia Esaiæ, quæ dicit, 12 Auribus audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non cernetis. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos occluserunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem illos. Vestri vero beati sunt oculi, quia vident: & aures vestræ, quia audiunt. Amen enim dico vobis, quod multi prophetæ & justi desideraverunt videre quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Vos igitur audite parabolam seminantis. Quum quivis audit sermonem regni, & non intelligit, venit ille malus & rapit id quod seminatum est in corde

vox ab Interprete conficta, qua tam frequenter utitur. Usus est ea Plinius lib. XXIV. cap. XV. *Chamaeleucen*, inquit, *apud nos Farranum sive Farfugium vocant: nascitur* secus *fluvios, folio populi.* Quintilianus libro Institutionum. VIII. cap. II. tractans περὶ τῶν ἀδιανοήτων, hoc adducit exemplum, *Conductus est cacus*, secus *viam stare.* Nec dubito quin aliis compluribus locis inveniri possit. Si quis velit esse morosior, fortasse causabitur aliquis, non perinde apte dici, *sedet* secus *viam*, ac *nascitur* secus *fluvios*, aut *pascitur* secus *ripam*, quod in his imaginemur ceu motum quendam rei sequentis. Nam apparet, *secus* & *secundum* habere cognationem cum verbo *sequor.* Itaque de herba rectius dici, *nascitur* secus *fluvios*, quemadmodum *salices* secus *ripam*, quod in his intelligatur series quædam. De uno homine sedente non item.

2 *Exiit qui seminat*] ἐξῆλθεν ὁ σπείρων, id est, *exibat qui seminabat*, sive *seminator.* Siquidem hujusmodi participia accommodant se verbis, quibus adjunguntur.

3 *Seminare semen suum*] *Semen suum*, nec est apud Græcos, nec in aureo codice.

4 Nam illud recte, *& dum seminat*, ἐν τῷ σπείρειν, id est, *inter seminandum.*

5 Ac mox, βάθος vertit *altitudinem*, pro *profunditate.*

6 Et, ἐκαυματίσθη, *æstuaverunt*, pro *exusta sunt*, sive *æstu perierunt.*

7 Ac rursum, ἐξηράνθη, *exaruerunt*, vertit *aruerunt.*

8 Item [illegible]έϐησαν, *surrexerunt*, quod alias vertit *adscenderunt.* Mollius *s[illegible]everunt*, aut *increverunt*, sive *emerserunt spinæ.*

9 *Et dederunt fructum*] Hîc Interpres maluit Latinitati consulere, quam voces reddere Græcas. Alioquin ad verbum ita vertendum erat: *Et dederunt fructum, hoc quidem centum, illud vero sexaginta, illud vero triginta*, Καὶ ἐδίδου καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα. Tametsi verti poterat, *hoc quidem centuplum, illud vero sexagecuplum, aliud vero trigecuplum.* Sive, *aliud centena, aliud autem sexagena, aliud autem tricena*, ut subaudias grana. Nam Græci carent hujusmodi distributivis. Abusus est hoc loco articulis postpositivis, vice præpositivorum, quod tamen & alias sæpe fit.

10 *Vobis datum est nosse mysteria*] μυστήριον, id est, *arcanum*, tametsi de rebus sacris plerunque usurpatur.

11 *Ut adimpleatur in eis*] Nonnulli codices habebant, καὶ ἀναπληροῦται ἐν αὐτοῖς, *& impletur.* Ita legit divus Chrysostomus: itaque scriptum comperi in exemplari Corsendoncensi. Cæterum *in eis*, in plerisque Græcis exemplaribus non habebatur, nec in Latinis vetustioribus: sed *eis* duntaxat. Nec est *dicentis*, sed λέγουσα, id est, *dicens.* Consentiente & aureo codice, ac Donatianicis; sive *quæ dicit.* Facit enim ipsam Scripturam loquentem.

12 *Auditu audietis*] Testimonium, quod adducit, exstat apud Esaiam capite sexto. Dissentit autem hoc quoque loco veritas Hebraica ab Editione Septuaginta. Nam Septuaginta sic tradunt hunc locum, quasi Deus prædixerit futurum, *ut audientes non audirent, & videntes non viderent.* At Hebraica veritas indicat hoc jussum a Domino, *ut videntes non viderent, & audientes non audirent.* Juxta Septuaginta citat Lucas, utpote Græce doctus magis quam Hebraice, in Actis Apostolicis capite vigesimo octavo: Πορεύθητι, καὶ εἰπὲ λαῷ τούτῳ· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε· Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μή ποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ ὠσὶ ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπισρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. Id est, *Vade ad populum istum, & dic: Aure audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non perspicietis: Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos compresserunt, ne forte videant oculis suis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertant se, & sanem eos.* Cæterum Hebræa ita reddidit Hieronymus: *Auditu audite, & nolite intelligere, & videte visu, & nolite cognoscere. Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava, & oculos ejus claude, ne forte videat oculis suis, & auribus audiat, & corde intelligat, & convertatur & sanetur.* Apparet igitur Septuaginta consulto mutasse Scripturam Hebraicam, ne impiis daretur ansa blasphemiæ, quasi Deus esset nobis auctor malorum. Verum cum hujusmodi complura sint loca in Divinis Litteris, velut illa, *Induravit Deus cor Pharaonis*, &, *Fiat mensa eorum in laqueum*, &c. non oportuit offendi hoc uno, sed agnoscere potius idioma sermonis divini, qui hac figura comminatur ac terret impios, ceu jubens eos id facere, quod suapte malitia facturi sunt: sicut dictum est Judæ, *Quod facis, fac citius.* Illud admirandum, cum Hieronymus non uno in loco dicat Apostolos juxta veritatem Hebraicam citare solitos testimonia veteris Instrumenti, & non juxta Septuaginta, Matthæum hoc loco non idem facere, præsertim cum ipse Hebræo sermone scripsisse credatur Evangelium. Nam Lucam excusat haud scio quam commode, quod magis calluerit Græcas litteras, quam Hebraicas. Alioqui verisimillimum esse Paulum Hebræum, cum Hebræis agentem, adducturum fuisse testimonium Esaiæ juxta veritatem Hebraicam. Hanc excusationem non admittent, opinor, qui quicquid in Apostolis fuit, Divini Spiritus peculiare donum esse volunt, præcipue donum linguarum. Et Epistolam ad Hebræos Hieronymus testatur ob id non fuisse receptam a quibusdam, quod quædam adducat testimonia veteris Instrumenti, quæ in Hebræorum voluminibus non habeantur. Quia hunc ipsum edisserens locum, super hac re nullam facit mentionem, ceu dissimulans, opinor, quod explicari non poterat. Nisi forte mutarunt hunc locum, quos offendit hoc ipsum, quod offendit Septuaginta, maxime cum sic adducatur in Actis Apostolorum. Et sæpenumero comperimus locum ex altero loco mutatum: dum Lector vel melius esse putat, quod alibi legisse meminit, vel depravatum suspicatur, quod diversum est. Cæterum quod Valla legendum putat, *audietis & non intelligatis, videbitis & non perspiciatis*, ut sit imprecantis, non assentior homini: quod compertum sit hæc verba sæpenumero pro futuris usurpari, certe apud Evangelistas, præsertim addita duplici negatione, οὐ μή.

13 *Qui*

11 ψας ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ. Καὶ ἠνέχθη ἡ κεφαλὴ αὐτȣ̃ ἐπὶ πίνακι, καὶ ἐδόθη τῷ κορασίῳ· καὶ 12 ἤνεγκε τῇ μητρὶ αὐτῆς. Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτȣ̃ ἦραν τὸ σῶμα, καὶ ἔθαψαν αὐτό· καὶ ἐλθόντες ἀπήγγειλαν τῷ Ἰησȣ̃. 13 Καὶ ἀκȣ́σας ὁ Ἰησȣ̃ς, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν ἐν πλοίῳ εἰς ἔρημον τόπον κατ' ἰδίαν. Καὶ ἀκȣ́σαντες 14 οἱ ὄχλοι ἠκολȣ́θησαν αὐτῷ πεζῇ ἀπὸ τῶν πόλεων. Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς εἶδε πολὺν ὄχλον· καὶ ἐσπλαγχνίσθη 15 ἐπ' αὐτȣ̀ς, καὶ ἐθεράπευσε τȣ̀ς ἀῤῥώστȣς αὐτῶν. Ὀψίας δὲ γενομένης, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτȣ̃, λέγοντες, Ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθεν· ἀπόλυσον τȣ̀ς ὄχλȣς, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κώμας ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς βρώματα. 16 Ὁ δὲ Ἰησȣ̃ς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐ χρείαν ἔχȣσιν ἀπελθεῖν· δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. 17 Οἱ δὲ λέγȣσιν αὐτῷ, Οὐκ ἔχομεν ὧδε εἰ μὴ πέντε ἄρτȣς καὶ δύο ἰχθύας. 18 Ὁ δὲ εἶπε, Φέρετέ μοι αὐτȣ̀ς ὧδε. 19 Καὶ κελεύσας τȣ̀ς ὄχλȣς ἀνακλιθῆναι ἐπὶ τȣ̀ς χόρτȣς, καὶ λαβὼν τȣ̀ς πέντε ἄρτȣς καὶ τȣ̀ς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν ȣ̓ρανὸν, εὐλόγησε· καὶ κλάσας ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς 20 τȣ̀ς ἄρτȣς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ὄχλοις. Καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλα- 21 σμάτων δώδεκα κοφίνȣς πλήρεις. Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων. 22 Καὶ εὐθέως ἠνάγκασεν ὁ Ἰησȣ̃ς τȣ̀ς μαθητὰς αὐτȣ̃ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον, καὶ προάγειν αὐτὸν εἰς τὸ πέραν, ἕως 23 ȣ̃ ἀπολύσῃ τȣ̀ς ὄχλȣς. Καὶ ἀπολύσας τȣ̀ς ὄχλȣς, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος κατ' ἰδίαν προσεύξασθαι· ὀψίας δὲ γενο- 24 μένης, μόνος ἦν ἐκεῖ. Τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν, βασανιζόμενον ὑπὸ τῶν κυμάτων· ἦν γὰρ ἐναντίος 25 ὁ ἄνεμος. Τετάρτῃ δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς ἀπῆλθε πρὸς 26 αὐτȣ̀ς ὁ Ἰησȣ̃ς, περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν οἱ μαθηταὶ ἐπὶ τὴν θάλασσαν περιπατȣ̃ντα, ἐταράχθησαν, λέγοντες, Ὅτι φάντασμά ἐστι· καὶ ἀπὸ τȣ̃ φό- 27 βȣ ἔκραξαν. Εὐθέως δὲ ἐλάλησεν αὐτοῖς ὁ Ἰησȣ̃ς, λέγων, 28 Θαρσεῖτε· ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε. Ἀποκριθεὶς δὲ αὐτῷ ὁ Πέτρος εἶπε, Κύριε, εἰ σὺ εἶ, κέλευσόν με πρός σε ἐλθεῖν 29 ἐπὶ τὰ ὕδατα. Ὁ δὲ εἶπεν, Ἐλθέ. Καὶ καταβὰς ἀπὸ τȣ̃ πλοίȣ ὁ Πέτρος, περιεπάτησεν ἐπὶ τὰ ὕδατα, ἐλθεῖν 30 πρὸς τὸν Ἰησȣ̃ν. Βλέπων δὲ τὸν ἄνεμον ἰσχυρὸν, ἐφοβήθη· καὶ ἀρξάμενος καταποντίζεσθαι, ἔκραξε, λέγων, Κύριε, σῶ-

de illius: hic est, 13 qui juxta viam seminatus fuit. At qui in petricosa semen jactum exceperat, 20 hic est, qui verbum audit, ac protinus cum gaudio accipit illud: 21 Verum non habet radicem in semetipso, 15 sed temporarius est: porro quum inciderit afflictio, aut persequutio propter sermonem, continuo offenditur. 22 At qui in spinas semen exceperat, hic est, qui verbum audit: & cura seculi hujus, 16 deceptioque divitiarum suffocat sermonem, & infrugifer redditur. 23 Cæterum qui in terram bonam excepit semen, 17 hic est, qui sermonem audit & intelligit, qui denique fructum quoque reddit ac facit, 18 alius quidem centuplum, alius vero sexagecuplum, alius vero trigecuplum. 24 Aliam parabolam proposuit eis, dicens, Assimilatum est regnum cœlorum homini seminanti bonum semen in agro suo: 25 Sed dormientibus hominibus venit illius inimicus, 19 & seminavit zizania inter triticum, abiitque. 26 20 Quum autem germinasset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. 27 Accedentes autem servi patrisfamilias, dixerunt illi, Domine, nonne bonum semen seminaras in tuo agro? unde igitur habet zizania? 28 Ille vero dixit illis, Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt illi, 21 Vis igitur abeamus & colligamus ea? 29 At ille dixit, Non: 22 ne dum colligitis zizania, eradicetis simul cum illis & triticum. 30 23 Sinite pariter crescere utraque usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus, Colligite primum zizania, & colligate ea in fasciculos 24 ad comburendum ea: triticum vero congregate in horreum meum. 31 Aliam parabolam proposuit eis dicens, Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod acceptum homo seminavit in agro suo: 32 25 Quod minimum est omnium seminum: cæterum ubi excreverit maximum est inter olera, & fit arbor, adeo ut veniant volucres cœli, 26 & nidulentur in ramis illius. 33 Aliam parabolam dixit illis, Simile est regnum cœlorum fermento, 27 quod acceptum mulier abscondidit 28 in farinæ satis tribus, donec fer-

13 *Qui juxta viam seminatus est*] ὁ σπαρείς. Seminatur semen, & seminatur terra. Sicut adspergitur humor, & adspergitur humore vestis. Sic igitur hic dicit *hominem seminari*, ut *terram satam* dicimus, & *agrum consitum*. Quanquam effugere poterat hanc sermonis duritiem, si dixisset, *in quem juxta viam incidit semen*.

14 *Hic est qui verbum Dei audit*] *Dei* nec additur apud Græcos, nec in aureo codice, nec in Donatianicis, sed articulus additus, τὸν λόγον, indicat de quo verbo loquatur. Jam hoc interim dissimulandum, quod *verbum* vice *sermonis* usurpat.

15 *Sed temporalis est*] ἀλλὰ πρόσκαιρος. Expressius Græce, quasi dicas, *ad tempus*, & non perpetuus, nec sibi constans, sed ad exortam occasionem mutabilis. Ac mox,

16 *Et fallacia divitiarum*] ἀπάτη τȣ̃ πλȣ́τȣ. Græca vox indicat *fallaces* dici, non quod fallant, hoc est, frustrentur hominem, sed quod a via deducant: id enim est proprie ἀπατᾷν. Siquidem πάτος, *via trita*.

17 *Hic est qui audit verbum*, &c.] Non est simpliciter, *& fructum affert*, sed ὃς δὴ, id est, *quod denique*, ut intelligas cæteros omnes infrugiferos, hunc demum reddere fructum. Cæterum articulus Græcus, ὁ μὲν, ὁ δὲ, potest vel ad verbum referri, vel ad hominem: quod λόγος *verbum* apud Græcos generis sit masculini. Quanquam ad *verbum* esse referendum arguit, quod superius idem tribuit semini jacto, quod hic verbo: nam verbum semen est.

18 *Aliud centesimum, aliud sexagesimum*] Græce quidem habetur ἑκατὸν, ἑξήκοντα, τριάκοντα, id est, *centum*, *sexaginta*, & *triginta*, atque itidem codex aureus. Quod ea, ut dixi, lingua careat nominibus numerorum distributivis. Sentit enim ex singulis granis plura provenisse, ex hoc centena, ex alio sexagena, ex alio rursum tricena. Mihi dudum non liquebat *centesimum* pro *centenum* aut *centuplum* apud probos Auctores reperiri. Videtur tamen in hunc sensum usurpasse Plinius lib. v. cap. IV. *Ita*, inquit, *appellatur fertilitatis eximia, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra.* Rursus lib. XVIII. cap. X. *Cum centesimo quidem & Leontini Siciliæ campi fundunt.* Porro quod torquetur hic Hieronymus, centuplum proventum referens ad virgines, sexagecuplum ad viduas & continentes, trigecuplum ad conjugatos, cum alii primum proventum tribuerint martyrio, secundum virginibus, tertium viduis & continentibus, nullum locum relinquentes honorabili connubio: Augustinus in Quæstionibus Evangeliorum quæstione nona primas tribuit martyribus, secundas viduis, tertias conjugatis: Theophylactus centesimum refert ad Anachoretas, ut apparet, hoc est, paupertatem perfectam assequutos, tantumque vacantes rebus divinis, sexagesimum ad Cœnobitas, qui laborent adhuc unde vivant, trigesimum ad conjugatos. Ego ut hanc piam diligentiam sanctamque curiositatem non improbo in Litteris Divinis, ita simplicius arbitror accipere, ut Christus docendi gratia posuerit *centuplum* pro summo, *trigecuplum* pro infimo, *sexagecuplum* pro mediocri: quemadmodum fecit in talentis *decem*, *quinque*, & *uno*. Atque id sane sic admonitum esse velim, ut nullius sententiæ sit præjudicatum a nobis. Apud Lucam nulla graduum mentio, tantum *centeni fructus* meminit. Augustinus libro de Civitate Dei vigesimo primo testatur quosdam hunc locum stultissime huc detorsisse, ut dicerent, impios a sanctis liberandos ab æterno supplicio, ab aliis trigenos, ab aliis sexagenos, ab aliis centenos, proportione meritorum. Verum quoniam certus sit præscriptus numerus, si hac fiducia negligamus fieri meliores, periculum esse, ne sanctorum numerus non respondeat tantæ multitudini malorum.

19 *Superseminavit*] καὶ ἔσπειρε, id est, *seminavit*. Apparet Interpretem legisse, ἐπέσπειρε. Ac paulo post,

20 *Cum autem crevisset herba*] ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος, id est, *cum autem germinasset*, sive *pullulasset herba*. Nam χόρτον aliquando vertit *herbam*, aliquando *fœnum*, nonnunquam *gramen*. Item,

21 *Vis imus & colligimus*] θέλεις οὖν ἀπελθόντες συλλέξωμεν, *vis igitur abeamus & colligamus ea?* Ac rursum,

22 Μήποτε] vertit, *ne forte*, pro *nequando*.

23 *Sinite utraque crescere*] ἄφετε συναυξάνεσθαι ἀμφότερα, *sinite pariter crescere ambo*. Rursus,

24 *Ad comburendum*] Græci codices addunt αὐτὰ, id est, *ea*: consentientibus & vetustis exemplaribus Latinis: quod tamen recte omissum est ab Interprete.

25 *Quod minus quidem est omnibus seminibus*] Quidam movent hic scrupulum, existimantes semen papaveris & rutæ minutius esse semine sinapis, quasi semen papaveris semper & ubique sit ejusdem magnitudinis. Satis est in genere verum esse quod dicit Dominus. Quin illud perpendendum est, hic *granum sinapis* non simpliciter conferri cum quibuslibet seminibus: alioqui vinceret cupressus arbor procera, cujus semen adeo minutum est, ut visum etiam fallat: sed cum seminibus *olerum* λαχάνων: atqui papaver non censetur inter olera, sicuti nec ruta, quod utraque herba in medicinis usum habet verius quam in culinis. Nam quod μικρότερον, id est, *minus*, Interpres vertit *minimum*, recte fecit. Atqui cur quod hic fecit in *minus*, non idem fecit in *majus est omnibus*, ut diceret, *maximum est omnium*. Ac mox,

26 *Et habitarent*] καὶ κατασκηνȣ̃ν, id est, *nidulentur*. Quandoquidem & ante κατασκηνώσεις vertit *nidos*. Rursus,

27 *Quod acceptum*] ἣν λαβȣ̃σα. Recte mutavit genus verbi, modo intelligamus ipsam mulierem cepisse fermentum.

28 *In farina satis tribus*] σάτα τρία. *Sata* non est hic participium a *serendo*, sed Hebræa, aut certe Syra vox est, significans mensuræ genus, quæ capit sesquimodium, juxta morem provin-

ciæ

31 σῶσόν με. Εὐθέως δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἐπελάβετο αὐτȣ̃, καὶ λέγει αὐτῷ, Ὀλιγόπιςε, εἰς τί ἐδίςασας; ρμϛ 32 Καὶ ἐμβάντων αὐτῶν εἰς τὸ πλοῖον, ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος. 33 Οἱ δὲ ἐν τῷ πλοίῳ, ἐλθόντες προσεκύνησαν αὐτῷ, λέγοντες, ρμγ ϛ 34 Ἀληθῶς Θεȣ̃ Υἱὸς εἶ. Καὶ διαπεράσαντες ἦλθον εἰς 35 τὴν γῆν Γεννησαρέτ. Καὶ ἐπιγνόντες αὐτὸν οἱ ἄνδρες τȣ̃ τόπȣ ἐκείνȣ, ἀπέςειλαν εἰς ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην, 36 καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τȣ̀ς κακῶς ἔχοντας. Καὶ παρεκάλȣν αὐτὸν ἵνα μόνον ἅψωνται τȣ̃ κρασπέδȣ τȣ̃ ἱματίȣ αὐτȣ̃· καὶ ὅσοι ἥψαντο, διεσώθησαν. XV. 1 ρμδ ϛ Τότε προσέρχονται τῷ Ἰησȣ̃ οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων Γραμματεῖς καὶ Φα- 2 ρισαῖοι, λέγοντες, Διατί οἱ μαθηταί σȣ παραβαίνȣσι τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων; ȣ̓ γὰρ νίπτονται τὰς 3 χεῖρας αὐτῶν, ὅταν ἄρτον ἐσθίωσιν. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Διατί καὶ ὑμεῖς παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τȣ̃ 4 Θεȣ̃ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν; Ὁ γὰρ Θεὸς ἐνετείλατο, λέγων, Τίμα τὸν πατέρα σȣ καὶ τὴν μητέρα· καί, Ὁ 5 κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω. Ὑμεῖς δὲ λέγετε, Ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρί, Δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμȣ̃, ὠφεληθῇς· καὶ ȣ̓ μὴ τιμήσῃ τὸν πατέρα αὐ- 6 τȣ̃ ἢ τὴν μητέρα αὐτȣ̃. Καὶ ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τȣ̃ Θεȣ̃ 7 διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν. Ὑποκριταί, καλῶς προεφήτευ- 8 σε περὶ ὑμῶν Ἡσαΐας, λέγων, Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς ȣ̃τος τῷ ςόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ· ἡ δὲ καρδία 9 αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμȣ̃. Μάτην δὲ σέβονταί με, 10 διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων. Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον, εἶπεν αὐτοῖς, Ἀκȣ́ετε καὶ 11 συνίετε. Οὐ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ ςόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον· ἀλλὰ τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τȣ̃ ςόματος, τȣ̃το κοινοῖ ρνι 12 τὸν ἄνθρωπον. Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτȣ̃ εἶπον αὐτῷ, Οἶδας ὅτι οἱ Φαρισαῖοι ἀκȣ́σαντες τὸν λόγον, 13 ἐσκανδαλίσθησαν; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε, Πᾶσα φυτεία, ἣν ȣ̓κ ἐφύτευσεν ὁ Πατήρ μȣ ὁ ȣ̓ράνιος, ἐκριζωθήσεται. ρνι 14 Ἄφετε αὐτȣ́ς· ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν· τυφλὸς δὲ τυ- ρμζ ϛ 15 φλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσȣ̃νται. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ, Φράσον ἡμῖν τὴν παραβο- 16 λὴν ταύτην. Ὁ δὲ Ἰησȣ̃ς εἶπεν, Ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνε- 17 τοί ἐςε; Οὔπω νοεῖτε ὅτι πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ ςόμα, εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλε- 18 ται; Τὰ δὲ ἐκπορευόμενα ἐκ τȣ̃ ςόματος, ἐκ τῆς καρδίας alias φθόνοι 19 ἐξέρχεται, κἀκεῖνα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. Ἐκ γὰρ τῆς καρ-

fermentaretur totum. Hæc omnia loquutus est Jesus per parabolas ad turbas: & sine parabola nihel loquutus est illis: Ut compleretur quod dictum fuerat per Prophetam, qui ait, 29 Aperiam in parabolis os meum: eructabo abscondita 30 a constitutione mundi. Tunc dimissis turbis, venit in domum Jesus: & accesserunt ad illum discipuli ejus, dicentes, 31 Explica nobis parabolam zizaniorum agri. At ille respondens dixit illis, Qui seminat bonum semen, est Filius hominis: Ager autem, est mundus: porro bonum semen, ii sunt filii regni: zizania vero, sunt 32 filii illius mali: Inimicus autem, qui seminat ea, est diabolus: messis vero, consummatio seculi est: messores autem, angeli sunt. Sicut igitur colliguntur zizania, & igni comburuntur: sic erit in consummatione seculi hujus. Mittet Filius hominis angelos suos: & colligent e regno illius omnia offendicula, & eos qui patrant iniquitatem, Ac mittent illos in caminum ignis: ibi erit ploratus stridorque dentium. Tunc justi fulgebunt ut sol in regno Patris sui. Qui habet aures ad audiendum, audiat. Rursum simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro: 33 quem repertum homo 34 abscondidit: & præ gaudio, quod habet super eo, abit, & omnia quæcunque habet, vendit, ac mercatur agrum illum. Rursum simile est regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti 35 pulchras margaritas: Qui quum invenisset unam pretiosam margaritam, abiens vendidit omnia quæ possidebat, & mercatus est illam. Rursum simile est regnum cœlorum 36 verriculo jacto in mare, & 37 ex omni genere contrahenti: Quod quum impletum fuisset, 38 subduxerunt in littus, & sedentes collegerunt quæ bona sunt in vasa, quæ vero 39 mala, foras abjecerunt. Sic futurum est in consummatione seculi: venient angeli, & segregabunt malos de medio justorum, Et mittent eos in caminum ignis: illic erit ploratus & stridor dentium. Dicit illis Jesus, 40 Intellexistis hæc omnia? Dicunt illi, 41 Etiam Domine. At ille dixit illis, Propterea omnis Scriba 42 doctus ad regnum cœlorum,

ciæ Palestinæ, auctore Hieronymo. Cujusmodi sunt & illa, *cabus*, & *batus*. Genesis capite decimo octavo, quod Hebraice legitur, שָׁלֹשׁ סְאִים קֶמַח, nostra Editio habet *sata*, quod ipsum nomen alias vertit *mensuras*. Atque ita legit hoc quoque loco divus Hilarius: *Abscondit in farina mensuris tribus*. Quanquam hæc vox *mensura* communis est Hebræis cum Latinis, quemadmodum *nuga* & aliæ nonnullæ, ut testis est Hieronymus in Commentariis, quos edidit in Esaiam. Porro *tribus* addidit, ut ostenderet ingentem farinæ magnitudinem, quæ tamen tota paululo fermento afficiatur. Et Chrysostomus putat *tria* positum pro multis. Hieronymus magis ad mysterium Trinitatis refert, gaudens in numero philosophari.

29 *Aperiam in parabolis os meum*] Admonet hoc loco divus Hieronymus, in plerisque codicibus scriptum fuisse, *per Esaiam Prophetam*. Deinde cum id nusquam reperiretur apud Esaiam, a prudentibus sublatum fuisse nomen *Propheta*. Conjectat autem primum ab Evangelista scriptum fuisse, non *Esaiam*, sed *Asaph*: deinde factum, ut Scriba, cum non agnosceret nomen *Asaph*, putans Librarii vitio vocem inductam, mutaverit *Asaph* in *Esaiam*: ut cujus nomen & notius esset, & subinde citaretur a Matthæo. Nam Psalmus septuagesimus sextus, unde mutuo sumptum est hoc testimonium, inscribitur *Asaph*. Cæterum non solum David, sed & cæteros omnes qui Psalmos scripsere, *Prophetas* vocari, ne in solos duodecim hoc cognominis putemus competere. Quanquam nec hic Evangelista superstitiose curavit Hebræa verba reddere, contentus explicuisse sententiam. Nam quod Septuaginta verterunt φθέγξομαι, id est, *loquar*, hic reddit ἐρεύξομαι, id est, *ructabo*: quod illi προβλήματα, id est, *problemata*, sive, ut nos legimus, *propositiones*, hic κεκρυμμένα, id est, *abscondita*. Nam Hebræa sic vertit Hieronymus: *Aperiam in parabola os meum, loquar ænigmata antiqua*.

30 *A constitutione mundi*] καταβολῆς, quod a καταβάλλω *dejicio* nomen habet, videlicet cum in imo jacitur fundamentum, quasi dicas, *a fundatione mundi*, sive *a jactis mundi fundamentis*. Et aliquanto inferius,

31 *Edissere nobis*] Φράσον ἡμῖν, id est, *Dic nobis*. Quanquam antiquissimi codices habent *dissere*, non *edissere*. Est autem φράσον omnino plus quiddam quam *loquere*. Hoc loco succurrit illud admonere, impostorem nescio quem, non solum edidisse permulta sua, nomine Hieronymi, verum etiam mediis illius Commentariis suas nænias intermiscuisse: id quod haud dubie fecit in hoc Psalmo, quem modo citavi. Rem ex Hieronymo sublegit: cæterum ineptia sermonis, ridiculi διαλογισμοὶ, βαττολογίαι, solœcismi, cæteræque id genus deliciæ ipsius sunt, ut alias evidentius aperiemus.

32 *Filii nequam*] εἰσὶν οἱ υἱοὶ τȣ̃ πονηρȣ̃. Obsecro, quis ex his Latinis possit percipere, quid sibi velint Græca? Nam *nequam* genitivus casus est Græcis: & videtur ad diabolum pertinere, propter additum articulum τȣ̃: ut impii dicantur *filii diaboli*: quem & in precatione signat hoc nomine. Nisi mavis πονηρȣ̃ sumi pro substantivo nomine neutri generis, ut intelligas *filios malitiæ*.

33 *Quem qui invenit*] ὁ εὑρών. Præteriti temporis est, *qui invenerat*.

34 *Abscondit*] Item præteriti temporis, ἔκρυψε. Multa minutula sciens ac prudens prætereo, ne nimium molestus sim Lectori.

35 *Bonas margaritas*] καλȣ́ς. Quod non solum *bonas* significat, sed frequentius *pulchras*. Siquidem in his pulchritudo pretium auget.

36 *Sagena missa*] Græcam vocem reliquit, cum ante speciem genere reddiderit in ἀμφίβληςρον. Retis est genus, quod Laurentius Latine dici putat *verriculum*, a verrendo mari dictum, quod ingens longissimis funibus circumducitur: βληθείσῃ rectius vertisset *jacta*, quam *missa*.

37 *Ex omni genere*] *Piscium*, non additur apud Græcos. Tantum est, ἐκ παντὸς γένȣς, etiamsi *piscium* subauditur. Ex Hieronymi Chrysostomique interpretatione non satis liquet, addiderint nec ne. Certe apud Origenem non additur, quum toties hunc locum iteret inter enarrandum. Deinde συναγαγȣ́σῃ rectius erat *contrahenti*, quam *congreganti*. Ac mox,

38 *Educentes, & secus littus sedentes*, &c.] Græca aliquanto secus habent, ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν, καθίσαντες συνέλεξαν τὰ καλὰ εἰς ἀγγεῖα, id est, *cum subduxissent in littus, sedentes collegerunt quæ bona erant in vasa*. Nec enim additur *sua*, ne in aureo quidem codice. Etiamsi in nonnullis exemplaribus scriptum deprehenditur, καὶ καθίσαντες, id est, *& cum sedissent*, Indicat enim id per otium fieri. Nec est *bonos*, sed absolute *bona*, ut ad genera referatur piscium, quod ante dixerit *ex omni genere*. Neque enim hic commemorandum arbitror, & aliud nonnunquam retibus attrahi: quod Plautino illi evenit, qui jacto reti, *Vidulum cepit*. Ac mox,

39 *Malos*] σαπρὰ, id est, *mala*, quod superius indicavimus magis sonare *putria*, sive *vitiosa*.

40 *Intellexistis hæc*] Hunc sermonem apud Græcos præcessit proxime, *Dicit illis Jesus*, Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησȣ̃ς. Et,

41 *Etiam*] Rursus est ναὶ, confirmantis adverbium. Pauloque post,

42 *Paterfamilias*] οἰκοδεσπότης, id est, *dominus domus*: ut accipiamus, non cui sint liberi, sed qui familiæ suæ jus habeat. Ac mox,

43 *Doctus*

καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροὶ, φόνοι, μοιχεῖαι,
20 πορνεῖαι, κλοπαὶ, ψευδομαρτυρίαι, βλασφημίαι. Ταῦ-
τά ἐϛι τὰ κοινῦντα τὸν ἄνθρωπον· τὸ δὲ ἀνίπτοις χερσὶ
21 φαγεῖν, ἐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. Καὶ ἐξελθὼν ἐκεῖθεν ὁ
22 Ἰησῦς, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη Τύρε καὶ Σιδῶνος. Καὶ
ἰδὲ γυνὴ Χαναναία ἀπὸ τῶν ὁρίων ἐκείνων ἐξελθῦσα, ἐ-
κραύγασεν αὐτῷ, λέγεσα, Ἐλέησόν με Κύριε, ὑὲ Δαβὶδ,
23 ἡ θυγάτηρ με κακῶς δαιμονίζεται. Ὁ δὲ ἐκ ἀπεκρίθη
αὐτῇ λόγον. Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτῦ, ἠρώτων
αὐτὸν, λέγοντες, Ἀπόλυσον αὐτὴν, ὅτι κράζει ὄπισθεν
ρπ ι 24 ἡμῶν. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Οὐκ ἀπεϛάλην εἰ μὴ εἰς τὰ
ρμθ ς 25 πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκε Ἰσραήλ. Ἡ δὲ ἐλθῦσα
26 προσεκύνει αὐτῷ, λέγεσα, Κύριε, βοήθει μοι. Ὁ δὲ
ἀποκριθεὶς εἶπεν, Οὐκ ἔϛι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν
27 τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις. Ἡ δὲ εἶπε, Ναὶ Κύριε·
καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων
28 ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν. Τότε ἀποκριθεὶς ὁ
Ἰησῦς εἶπεν αὐτῇ, Ὦ γύναι, μεγάλη σε ἡ πίϛις· γενηθή-
τω σοι ὡς θέλεις. Καὶ ἰάθη ἡ θυγάτηρ αὐτῆς ἀπὸ τῆς
ρξς 29 ὥρας ἐκείνης. Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν ὁ Ἰησῦς ἦλθε παρὰ τὴν
θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας· καὶ ἀναβὰς εἰς τὸ ὄρος, ἐκά-
30 θητο ἐκεῖ. Καὶ προσῆλθον αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ, ἔχοντες
μεθ' ἑαυτῶν χωλὲς, τυφλὲς, κωφὲς, κυλλὲς, καὶ ἑτέρες
πολλές· καὶ ἔρριψαν αὐτὲς παρὰ τὲς πόδας τῦ Ἰησοῦ· καὶ
31 ἐθεράπευσεν αὐτές. Ὥϛε τὲς ὄχλες θαυμάσαι, βλέπον-
τας κωφὲς λαλῦντας, κυλλὲς ὑγιεῖς, χωλὲς περιπατῦν-
τας, καὶ τυφλὲς βλέποντας· καὶ ἐδόξασαν τὸν Θεὸν Ἰ-
32 σραήλ. Ὁ δὲ Ἰησῦς προσκαλεσάμενος τὲς μαθητὰς αὐ-
τῦ, εἶπε, Σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον, ὅτι ἤδη ἡμέ-
ρας τρεῖς προσμένεσί μοι, καὶ ἐκ ἔχεσι τί φάγωσι· καὶ
ἀπολῦσαι αὐτὲς νήϛεις ἐ θέλω, μήποτε ἐκλυθῶσιν ἐν
33 τῇ ὁδῷ. Καὶ λέγεσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτῦ, Πόθεν ἡ-
μῖν ἐν ἐρημίᾳ ἄρτοι τοσῦτοι, ὥϛε χορτάσαι ὄχλον τοσῦ-
34 τον; Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησῦς, Πόσες ἄρτες ἔχετε; Οἱ
35 δὲ εἶπον, Ἑπτὰ, καὶ ὀλίγα ἰχθύδια. Καὶ ἐκέλευσε
36 τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. Καὶ λαβὼν τοὺς ἑπτὰ
ἄρτες

rum, ſimilis eſt homini 43 patrifamilias, qui de-
promit e theſauro ſuo nova & vetera. Et factum 53
eſt, ut quum finiſſet Jeſus ſermones hos, digrede-
retur illinc. Et quum veniſſet in patriam ſuam, 54
docuit in ſynagoga illorum, ita ut ſtuperent ac di-
cerent, Unde huic ſapientia hæc & virtutes? Non- 55
ne hic eſt ille 44 fabri filius? nonne mater ejus vo-
catur Mariam, 45 & fratres ejus Jacobus 46 & Jo-
ſes & Simon & Judas? Et ſorores illius nonne 56
omnes apud nos ſunt? Unde igitur huic hæc omnia?
Et offendebantur ſuper eo. Jeſus autem dixit il- 57
lis, Non eſt propheta 47 expers honoris, niſi in
patria ſua & domo ſua. Et non edidit illic virtu- 58
tes multas propter incredulitatem illorum. In illo XIV. 1
tempore audivit Herodes tetrarcha famam Jeſu. Et 2
dixit 1 famulis ſuis, Hic eſt Joannes Baptiſta: is
ſurrexit a mortuis, & ideo 2 virtutes agunt in illo.
Nam Herodes 3 ceperat Joannem, & vinxerat, ac 3
poſuerat in carcere propter 4 Herodiadem uxorem
Philippi fratris ſui. Dicebat enim illi Joannes, 4
Non licet tibi habere eam. Et quum vellet eum 5
occidere, metuebat multitudinem, propterea quod
illum ceu prophetam habebant. 5 Quum autem 6
celebraretur natalis Herodis, 6 ſaltabat filia He-
rodiadis in medio, & placuit Herodi. Unde cum 7
jurejurando pollicitus eſt, ſe daturum illi quicquid
7 peteret. At illa 8 prius inſtructa a matre ſua, 8
Da mihi, inquit, hic 9 in patina caput Joannis
Baptiſtæ. Et indoluit rex: attamen propter jus- 9
jurandum & eos qui ſimul accumbebant, juſſit ei
dari. 10 Et miſſis carnificibus, 11 amputavit caput 10
Joannis in carcere. Et allatum eſt caput ejus in pa- 11
tina, datumque eſt puellæ: 12 atque illa obtulit
matri ſuæ. Et acceſſerunt diſcipuli ejus, & ſuſ- 12
tulerunt corpus, ac ſepelierunt illud: abieruntque
& renunciarunt Jeſu. Id quum audiſſet Jeſus, ſe- 13
ceſſit

43 *Doctus in regno Dei*] Non eſt πεπαιδευμένος, ſed μαθητευθεὶς, ut intelligas ex diſcipulo factum doctorem. Nam ut nemo recte imperat, niſi qui prius ipſe paruerit imperio, juxta proverbium, ita nemo bene agit magiſtrum, niſi prius egerit bonum diſcipulum. Nec eſt *in regno*, ſed *ad regnum*, εἰς τὴν βασιλείαν, ut intelligas longe diverſum doctrinæ & inſtitutionis genus. Origenes inter enarrandum toties iterans hæc verba conſtanter legit τῇ βασιλείᾳ, hoc eſt, *ipſi regno doctus*, ut idem ſenſus ſit, *doctus regno* & *doctus in regnum*, quaſi dicas, rudiori doctrina præparatus regno, id eſt, doctrinæ ſpirituali. Rurſum quod ſequitur *virtutes*, eſt δυνάμεις, de quo jam ſæpe diximus.

44 *Fabri filius*] τέκτονος. Valla putat Græce τέκτονα *fabrum* eſſe *lignarium*: cum Suidas palam indicet vocabulum lapidariis ac lignariis eſſe commune. Apparet enim dictionem a τεύχω ductam. Ac nos cum Puteolis eſſemus, in antiquiſſimis ſaxis Templi vidimus nomina *tectonum* eſſe inſcripta, nimirum Græcam vocem Latinis litteris, quod ea pars Italiæ quondam græciſſaverit: id quod indicant antiqua monumenta. Porro apud alium Evangeliſtam ipſe Chriſtus *faber* appellatur, ut conſentaneum ſit eum aliquandiu manibus laboraſſe. Cæterum mater Jeſu, *Mariam* eſt hoc loco juxta ſermonem Hebraicum.

45 *Et fratres ejus*] Juxta morem Hebræorum, *fratres* vocat, non quibus communes eſſent parentes, ſed quibus ſtirps ac genus eſſet commune: qua de re doctiſſime ſimul & copioſiſſime diſſeruit Hieronymus in libro adverſus Helvidium. Cæterum illud obiter demiror, cur idem hunc enarrans locum ſcripſerit: *Miraris ſi errant in fratribus, cum errent in patre?* Nam in patre vere errabant, exiſtimantes Jeſum filium eſſe Joſeph, cui nupſerit Maria. At in fratribus quinam errabant, niſi forte iſti cognati erant Joſeph, non Mariæ, ut illorum affinitas nihil attinuerit ad Chriſtum: ad hoc ſane ut illius cognati hujus fratres dici poſſent. Licet eodem in opere, quo refellit Helvidium, divus Hieronymus fateatur illos non aliter dictos *fratres Jeſu*, quam Jeſus ipſe dictus ſit *filius Joſeph*. Atqui ſi falſo crediti ſunt fratres, quemadmodum Joſeph falſo creditus eſt pater, qui conſiſtit, quod paulo ante ſcripſit illos cognatione dictos fratres. Verum hæc ad vivum exigere non eſt hujus inſtituti proprium.

46 *Et Joſeph*] Ἰωσῆς, id eſt, *Joſes*, quod quidam inflectunt *Joſetis*. Id nomen quoties occurrit depravant in *Joſeph*. Atqui Hieronymus, citans hunc locum adverſus Helvidium, *Joſes* legit & *Joſetis*, non *Joſeph*. Item,

47 *Sine honore*] ἄτιμος, *vilis*, ſive *neglectus*, aut *contemptus*. Cui diverſum eſt ἔντιμος, *carus*, ſive *in pretio habitus*. Nam de virtutibus ſæpius jam admonui.

XIV.

1 *PUeris ſuis*] παισὶν, id eſt, *miniſtris*, ſeu *famulis*. Quanquam Græca vox & *ſervos*, & *ancillas*, & *liberos*, & *omnes* denique *domeſticos* complectitur, præter patremfamilias, & matremfamilias. Ac ſubinde,

2 *Virtutes operantur*] δυνάμεις ἐνεργῦσιν. Non eſt ἐργάζονται, quod ſignificat *operantur*: verum hac voce ἐνεργῦσιν vis quædam efficax ſignificatur, ut & alias indicavimus. Neque enim eſt idem verbum, quod alibi: *Pater meus uſque modo operatur*, *& ego operor*. Quem locum hic citat Laurentius, at parum in loco. Nec enim eſt idem verbum illic, quod hic. Alioqui ſi Valla nobis probare voluit *operari* vocem Latinam interdum accipi active, ridiculam ſumpſit operam. Illud admonere voluit: hoc loco *operantur* non poſſe paſſive accipi, quum Græce ſit ἐνεργῦσιν. Et,

Κρατήσας] magis eſt *cepit*, quam *tenuit*, aut *injecta manu*. Et in nonnullis exemplaribus habebatur ἐν φυλακῇ, in aliis rurſum εἰς φυλακήν.

4 *Herodiadem*] Patronymici ſpeciem habet, aut certe diminutivi nominis. Hieronymus tradit hanc fuiſſe filiam Aretæ Regis, haud ſcio an ejus cujus meminit Paulus. Eam Philippo Tetrarchæ Itureæ ac Trachonitidis locarat. Poſt orta inter ſe & generum ſimultate, filiam ab illo abductam, Herodi fratri, ſed inimico, copulavit, quo magis illum ureret. Cæterum hic Herodes filius eſſe traditur Herodis Aſcalonitæ, illius ſub quo Chriſtus fugit in Ægyptum, frater illius ſub quo paſſus eſt. Vero tamen propius eſt eſt eundem fuiſſe Herodem qui decollavit Joannem, & ſub quo paſſus eſt Dominus. Plurimum autem obſcuritatis attulit hiſtoriæ Regum quorundam ambitio, qui locis innovarunt vocabula, & vel tradito ſuo nomine volebant in poſteris eſſe ſuperſtitem ſui memoriam, quod accidit in Ptolemæis, aut celebrium Principum nomina ſibi uſurpabant, vel modica deflexione diſtinguebant ſucceſſorem, ut *Conſtans*, *Conſtantius*, *Conſtantinus*.

5 *Die autem natalis*] Γενεσίων δὲ ἀγομένων, id eſt, *Cum agerentur autem natalitia*. Atque ita legit Chryſoſtomi Interpres. Ac mox,

5 *Saltavit filia*] ὠρχήσατο. Non *ſubſiliit*, ut vulgus putat, ſed quemadmodum geſticulantur in choreis. Nam id proprie ſonat Latinis *ſaltare*, Græcis ὀρχεῖσθαι. Et paulo poſt,

7 *Poſtulaſſet ab eo*] *Ab eo*, præterquam quod barbare additum eſt, nec in Græcis habetur exemplaribus, *ab ipſo* dicendum erat. Et rurſum,

8 *Præmonita a matre*] προβιβασθεῖσα, id eſt, *prius inſtructa*: quod vulgo dicunt *informata*.

9 *In diſco*] ἐν πίνακι, quod alibi vertit *catinum*: etiamſi Græce magis ſonat *tabulam*. Quandoquidem quadris tabellis cibus apponitur. Apparet enim hoc ludibrii cauſa factum, quaſi & hic miſſus quidam eſſet genialis illius ac natalitii convivii. Pauloque poſt,

10 *Et miſit*] καὶ πέμψας. Commodius ſuppleſſet, *miſſo carnifice*, aut *miniſtro*: id quod alibi facit. Certe Marcus expreſſit, quod hic erat ſubaudiendum, καὶ ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτορα.

11 Porro quod hic vertit *decollavit*, Græce eſt ἀπεκεφάλισεν, quod ad verbum ſonat *decapitavit*. Quanquam *decollandi* verbo uſus eſt Seneca in ludo de morte Claudii: verum poterat eo uſus videri ludibrii cauſa, niſi idem verbum eſſet apud Suetonium in Caligula Cæſare. Imo apud eundem Senecam libro de Ira ad Novatum. Illud annotandum, cur dixerit, miſſos ab Herode qui Joanni caput præciderent, tamen mox ſubjicit, ipſum amputaſſe. Facit enim qui jubet.

12 *Et illa attulit matri*] *Illa* additum eſt explicandi gratia, alioqui

ἄρτυς καὶ τὺς ἰχθύας, εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἔδωκε 37 τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· οἱ δὲ μαθηταὶ τῷ ὄχλῳ. Καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν τὸ περισ-38 σεῦον τῶν κλασμάτων ἑπτὰ σπυρίδας πλήρεις. Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν τετρακισχίλιοι ἄνδρες, χωρὶς γυναικῶν καὶ 39 παιδίων. Καὶ ἀπολύσας τὺς ὄχλυς, ἐνέβη εἰς τὸ πλοῖον, XVI. 1 καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλά. Καὶ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδυκαῖοι, πειράζοντες ἐπηρώτησαν αὐτὸν 2 σημεῖον ἐκ τῦ οὐρανοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτοῖς. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ὀψίας γενομένης, λέγετε, Εὐδία· πυῤῥάζει 3 γὰρ ὁ οὐρανός. Καὶ πρωῒ, Σήμερον χειμών· πυῤῥάζει γὰρ συγνάζων ὁ οὐρανός. Ὑποκριταὶ, τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν, τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ 4 δύνασθε; Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ· καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ 5 τοῦ προφήτυ. Καὶ καταλιπὼν αὐτοὺς, ἀπῆλθε. Καὶ ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸ πέραν, ἐπελάθοντο ἄρτυς 6 λαβεῖν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ὁρᾶτε καὶ προσέχε-7 τε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδυκαίων. Οἱ δὲ διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς, λέγοντες, Ὅτι ἄρτυς οὐκ 8 ἐλάβομεν. Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Τί διαλογί-9 ζεσθε ἐν ἑαυτοῖς, ὀλιγόπιστοι, ὅτι ἄρτυς οὐκ ἐλάβετε; Οὔπω νοεῖτε, οὐδὲ μνημονεύετε τοὺς πέντε ἄρτυς τῶν πεντα-10 κισχιλίων, καὶ πόσυς κοφίνυς ἐλάβετε; Οὐδὲ τοὺς ἑπτὰ ἄρτυς τῶν τετρακισχιλίων, καὶ πόσας σπυρίδας ἐλάβετε; 11 Πῶς οὐ νοεῖτε, ὅτι οὐ περὶ ἄρτυ εἶπον ὑμῖν, προσέχειν 12 ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδυκαίων; Τότε συνῆκαν, ὅτι ὐκ εἶπε προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τῦ ἄρτυ, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διδαχῆς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδυκαίων. 13 Ἐλθὼν δὲ ὁ Ἰησῦς εἰς τὰ μέρη Καισαρείας τῆς Φιλίππυ, ἠρώτα τὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγων, Τίνα με λέγυσιν οἱ 14 ἄνθρωποι εἶναι, τὸν Υἱὸν τῦ ἀνθρώπυ; Οἱ δὲ εἶπον, Οἱ μὲν, Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν· ἄλλοι δὲ, Ἠλίαν· ἕτεροι 15 δὲ, Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν. Λέγει αὐτοῖς, Ὑ-16 μεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ Σίμων Πέ-17 τρος εἶπε, Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τῦ Θεῦ τῦ ζῶντος. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησῦς εἶπεν αὐτῷ, Μακάριος εἶ Σίμων Βαρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα ὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πα-18 τήρ μυ ὁ ἐν τοῖς ὐρανοῖς. Κἀγὼ δέ σοι λέγω, ὅτι σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μυ τὴν ἐκκλη-19 σίαν· καὶ πύλαι ᾅδυ ὐ κατισχύσυσιν αὐτῆς. Καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσαι δεδεμένον ἐν τοῖς ὐρανοῖς· καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς

cessit illinc in navi ad desertum locum seorsim. Et quum audissent turbæ, sequutæ sunt illum itinere pedestri relictis urbibus. Et egressus Jesus vidit 14 multam turbam: 13 & tactus est affectu misericordiæ erga illos, 14 sanavitque ex illis qui male valebant. 15 Porro quum appetisset vespera, adierunt eum discipuli ipsius dicentes, Desertus est locus, & hora jam præteriit: dimitte turbas, ut 15 abeant in vicos, & emant sibi cibaria. 16 16 At Jesus dixit illis, Non est illis necesse ut abeant, date illis vos quod edant. 17 At illi dicunt ei, Non habemus hic nisi quinque panes & duos pisces. 18 Ille vero dixit, Afferte mihi illos huc. 19 Et jussis 17 turbis discumbere 18 super gramina, sumptisque quinque panibus ac duobus piscibus, 19 sublatis in cœlum oculis, benedixit: 20 & quum fregisset, dedit discipulis panes, 21 discipuli vero turbis. 20 Et comederunt omnes, & saturati sunt: 22 & sustulerunt quod superfuerat de fragmentis duodecim cophinos plenos. 21 23 Porro qui comederant fuere viri ferme quinquies mille, præter mulieres ac pueros. 22 Et statim 24 compulit Jesus discipulos suos, ut conscenderent navim, 25 & præcederent se in ripam ulteriorem, donec 26 dimisisset turbas. 23 Ac dimissis turbis, adscendit in montem 27 solus ad orandum. Quum autem advenisset vespera, solus erat. 24 28 Cæterum navis jam in medio maris erat, 29 & affictabatur ab undis: nam ventus erat adversus. 25 Quarta autem noctis vigilia 30 abiit ad illos Jesus, ambulans super mare. 26 Et ubi vidissent eum discipuli super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes, 31 Spectrum est: ac præ metu exclamaverunt. 27 32 Sed statim loquutus est illis Jesus, dicens, 33 Bono animo este, ego sum, ne terreamini. 28 Respondens autem illi Petrus dixit, Domine, si tu es, jubeto me ad te venire 34 super aquas. 29 At ille dixit, Veni. Et quum descendisset e navi Petrus, ambulabat super aquas, ut iret ad Jesum. 30 Cæterum quum videret ventum validum, territus est: & quum cœpisset 35 demergi, clamavit, dicens, Domine serva me. 31 Continuo autem Jesus extenta manu apprehendit eum, & dixit illi, 36 Exigua fiducia prædite, 37 cur hæsitabas? 32 38 Et quum essent ingressi

alioqui nec in Græcis nec in Latinis vetustioribus codicibus habetur: postremo nec in aureo, nec in Constantiensi, & tamen additum probo. Ac rursum,

13 *Misertus est*] ἐσπλαγχνίσθη, de quo jam admonuimus. Ac mox,

14 *Et curavit languidos*] ἐθεράπευσε τὺς ἀῤῥώστυς, id est, *sanavit male valentes*, sive *qui mala erant valetudine*. Mirum enim quam Interpres hoc vocabulo *languoris* sit delectatus.

15 Ut interim prætereaim illa minutiora, quod ἀπελθεῖν pro *abire* vertit *ire*.

16 Quod ὁ δὲ εἶπεν, id est, *ille autem dixit*, vertit, *qui dixit*: quod & alias facit.

17 Quod ὄχλυς *turbam* pro *turbas*.

18 Quod ἐπὶ χόρτυς, id est, *super herbas*, sive *gramina*, transtulerit *super fœnum*, cum ante verterit *herbam*.

19 Quod ἀναβλέψας, *adspiciens* pro *suspiciens*, sive, ut temporis etiam habeatur ratio, *sublatis in cœlum oculis*.

20 Nam κλάσας ἔδωκε, id est, *fregit ac dedit*, tolerabilius est: quanquam apertius erat, *cum fregisset, dedit*. Denique quod,

21 *Discipuli dederunt turbis*] *Dederunt* verbum de suo addiderit, quod nec additum est a Græcis, nec in vetustis Latinorum codicibus invenitur. Nec erat opus addere.

22 *Et tulerunt reliquias*] Græca sic habent, *καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων δώδεκα κοφίνυς πλήρεις, & sustulerunt quod superfuerat fragmentorum duodecim cophinos plenos*. *Cophinus* autem Veteribus mensuræ genus fuit, auctore Julio Polluce: quanquam hic pro *sportis* positum apparet, quod Lucas σπυρίδας appellet, hoc est, *sportulas*.

23 *Manducantium autem*, &c.] *οἱ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι χωρὶς γυναικῶν καὶ παίδων*, id est, *erant autem qui comederant, ferme quinquies mille, præter mulieres ac pueros*. Verum hic Latinitatis duntaxat injuria est.

24 Cæterum quod *jussit* posuit pro *compulit*, sive id factum est ab Interprete, sive a Librario, cum sensus etiam injuria conjunctum est. Nam Græce plus est quam *jussit*, ἠνάγκασεν, id est, *coëgit*, sive *compulit*. Ut intelligamus eos invitos a præceptore discessisse, quem sic amabant, ut nec punctum temporis possent abesse. Quemadmodum annotavit & divus Hieronymus, qui *compulit* legit; non *jussit*. Annotavit idem Theophylactus. Et his omnibus antiquior Origenes, identidem iterans hanc vocem atque etiam interpretans. Certe *compulit* habet etiam codex aureus. Offendit aliquem inepte misericordem vox *compellendi* durior; atqui non *coëgit* Dominus, nisi jubendo. Verum ea vox dura commendat nobis & amorem discipulorum erga Dominum, & obedientiam. Quum enim illis dulcissimum esset semper adesse præceptori, tamen quod jubentur faciunt, non responsantes, secus quam vulgus discipulorum solet, qui & libenter absunt ab oculis magistri, & si quid imperatur adversum affectibus ipsorum, excusant responsantque. Ut illa dissimulem, quod

25 *Præcederent eum*] dixit pro *præcederent se*, aut *præcederent ipsum*. Nam quod Valla mavult *præirent*, quam *præcederent*, non video quid illum debuerit offendere. Et,

26 *Dimitteret turbas*] Eleganter vertit, si modo intelligamus eum non fugisse simpliciter turbas, sed ab se dimisisse, quo modo solemus amicos abeuntes dimittere. Quanquam ἀπολύω Græca vox anceps est ad multa, ad *absolvere*, *repudiare*, *dimittere* quomodocunque.

27 *Solus orare*] κατ' ἰδίαν, id est, *seorsum*, sive *privatim*, aut *secreto*, quemadmodum alibi vertit. Porro adverbium utrolibet referri potest, ad verbum superius *adscendit*, aut ad *ad orandum*: quanquam rectius ad posterius. Ac mox,

28 *Navicula autem*] τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης, id est, *navis autem jam medio mari*. Mirum enim quam hoc diminutivo delectetur. Deinde,

29 *Jactabatur*] Græce est ἦν βασανιζόμενον. Quod ante vertit *torqueri*, nos vertimus *afflictabatur*. Ac rursum,

30 *Venit ad eos*] ἀπῆλθεν, *abiit*. Quanquam apparet eum sic abusum hoc verbo ἀπελθεῖν, quemadmodum Græci ἀφικνεῖσθαι, id est, *pervenire*.

31 *Phantasma est*] Græcam dictionem reliquit, Latine poterat *spectrum* dicere: qua voce usus est Tullius, ac Plinius. Græcis etiam φάσμα dicitur.

32 Nam illa levicula sunt, quod εὐθέως δὲ, id est, *statim autem*, vertit, *statimque*.

33 Quod θαρσεῖτε, id est, *bono animo sitis*, sive *fidite*, vertit, *habete fiduciam*, otiosa periphrasi. Quod,

34 *Super aquam*] ἐφ' ὕδατα, pro *super aquas*.

35 Porro quod hic vertit *mergi*, Græcis est καταποντίζεσθαι, id est, *involvi undis marinis*.

36 De *modica fidei*, ὀλιγόπιστε, jam diximus. Ad hæc,

37 *Quare dubitasti*] εἰς τί ἐδίστασας, id est, *ad quid vacillasti?* Id enim Græca vox sonat, cum animus nunc huc, nunc illuc impellitur. Donec nihil spectabat nisi Christum, in tuto erat Petrus: at dum fluctuat animo, protinus periclitatur in fluctibus.

38 *Et cum adscendissent*] Καὶ ἐμβάντων αὐτῶν, id est, *Et ingressis*

ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσαι λελυμένον ἐν τοῖς ὀυρανοῖς. Τότε
ειλατο τοῖς μαθηταῖς αὐτῦ, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν ὅτι
ός ἐσιν Ἰησῦς ὁ Χρισός. Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησῦς δει-
ιν τοῖς μαθηταῖς αὐτῦ ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱε-
λυμα, καὶ πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν Πρεσβυτέρων καὶ
ιερέων καὶ Γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ
η ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι. Καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος,
ετο ἐπιτιμᾷν αὐτῷ, λέγων, Ἵλεώς σοι Κύριε, ὀ μὴ
ι σοι τῦτο. Ὁ δὲ σραφεὶς εἶπε τῷ Πέτρῳ, Ὕπαγε
σω μυ Σατανᾶ, σκάνδαλόν μυ εἶ· ὅτι ὀ φρονεῖς τὰ τῦ
ῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. Τότε ὁ Ἰησῦς εἶπε τοῖς
θηταῖς αὐτῦ, Εἴ τις θέλει ὀπίσω μυ ἐλθεῖν, ἀπαρνη-
σθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σαυρὸν αὐτῦ, καὶ ἀκολυ-
ίτω μοι. Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτῦ σῶσαι,
ολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτῦ ἕνε-
ἐμῦ, εὑρήσει αὐτήν. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος,
ι τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτῦ ζημιω-
; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτῦ;
έλλει γὰρ ὁ Υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τῦ
ατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτῦ· καὶ τότε ἀποδώ-
ι ἑκάσῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτῦ. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰ-
τινες τῶν ὧδε ἑσηκότων, οἵτινες ὀ μὴ γεύσωνται θανά-
ς, ἕως ἂν ἴδωσι τὸν Υἱὸν τῦ ἀνθρώπυ ἐρχόμενον ἐν τῇ βα-
λείᾳ αὐτῦ. Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς
τὸν

gressi navim, conquievit ventus. Porro qui erant in navi, accesserunt & adoraverunt eum, dicentes, Vere Dei Filius es. Et quum trajecissent, venerunt 39 in terram Gennesareth. 40 Et quum agnovissent illum viri loci illius, 41 emiserunt nuncios in totam undique finitimam regionem illam, & obtulerunt illi omnes male habentes. Et obsecrabant eum, 42 ut tantum tangerent fimbriam vestimenti ipsius: & quotquot tetigissent, salvi facti sunt. 1 Tunc accedunt ad Jesum, 2 qui ab Hierosolymis venerant, Scribæ & Pharisæi, dicentes, Quare discipuli tui transgrediuntur 3 traditionem Seniorum? non enim abluunt manus suas, quum edunt panem. At ille respondens dixit eis, Quare & vos transgredimini præceptum Dei propter traditionem vestram? 4 Nam Deus præcepit, dicens, 5 Honora patrem tuum & matrem: &, Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri aut matri, 6 Quidquid doni a me profecturum erat, id in tuum vertitur commodum: & non honorabit patrem suum aut matrem suam: Et irritum fecistis præceptum Dei propter traditionem vestram. Hypocritæ, recte de vobis prædixit Esaias, dicens, Appropinquat mihi

essis illis: Loquitur enim de Jesu & Petro simul ingressis. c mox, *αὖθις αὖ*, *naviculam* pro *navi*, cum sit *πλοῖον*. Nec t,

39 *In terram Genezar*] Sed *Gennezareth*. Quanquam apparet apud illos utrumque nomen esse ejusdem lacus. Nam sentit regionem ei lacui finitimam. Magno autem consensu *Genezar* legunt Chrysostomus & Hilarius, suffragantibus & vetustis exemplaribus. Cæterum Hieronymus hoc loco scribit in hunc modum: *Si sciremus quid in nostra lingua resonaret* Gennezareth, *intelligeremus quomodo Jesus per typum Apostolorum, & navis, Ecclesiam de persequutionum naufragio liberatam, transducat ad littus, & in tranquillissimo portu faciat requiescere.* Hæc Hieronymus. Primum, quid suam dicit linguam? non opinor Syrorum, inter quos habitabat id temporis: quam si callebat, non defuisset Latina vox, qua Syram expressisset. Dein cum ait, *si sciremus*, videtur confiteri incompertam ejus nominis interpretationem. In vulgatis Hebraicorum nominum collectaneis, legimus *Genesar* significare *ortus principium*, sive *initium nativitatis*, nec aliud significare *Gennezareth*, quam *Genesar*. Quanquam ad hanc interpretationem non video quid faciant verba Hieronymi.

40 *Cum cognovissent*] *ἐπιγνόντες*, id est, *cum agnovissent*. Est enim consentaneum multos illic fuisse, qui Jesum antea viderant: a qua sententia non abhorret Hieronymus. Ac mox,

41 *Miserunt*] *ἀπέστειλαν*. Cur non est ausus addere *nuncios?* Nec est, *in universam regionem*, sed *εἰς τὴν ὅλην περίχωρον*, *in totam undique finitimam regionem*. Nam illud,

42 *Ut vel fimbriam*] Eleganter vertit, cum sit Græce, *κἂν μόνον ἅψωνται*, id est, *ut vel tangerent duntaxat*. Et quod est *vestimenti*, Græcis est *ἱματίυ*: quod aliquando *pallium* vertit. Significat enim summam vestem, id quod ad *ἔμφασιν* facit.

XV.

1 T*Unc accesserunt*] *Τότε προσέρχονται*, id est, *Tunc accedunt*. Ac mox,

2 *Ab Hierosolymis Scribæ*] *οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων Γραμματεῖς*. Articulus facit, ut vertendum fuerit, *qui ab Hierosolymis venerant Scribæ*, sive *Hierosolymitani Scribæ*. Idem indicat Chrysostomus, hunc enarrans locum, nam erant & aliarum urbium Scribæ. Nec est,

3 *Traditiones*] Sed *παράδοσιν*, id est, *traditionem*, consentiente vetustissimo codice Latino, atque etiam Constantiensi. Nos *institutum*, sive *constitutionem*, vertere possumus. Nec enim queruntur de omnibus traditionibus, sed de una duntaxat: nempe de non lavando manus.

4 *Nam Deus dixit*] Græce est, *ἐνετείλατο λέγων*, id est, *præcepit dicens*. Ut respondeat ad id quod præcessit, *ἐντολὴν*, *mandatum*, sive, quod malim, *præceptum*. Cæterum,

5 *Honora*] Græce est *τίμα*, quod significat *honorem habe*. Verum, secundum consuetudinem sermonis Scripturarum, magis pertinet ad subsidium, quam ad honorem. Præcipit enim Deus id quod Gentilium quoque legibus cautum est, ut liberi parentibus, vel ætate defectis, vel inopia laborantibus, vel alioquin afflictis, opitulentur, &, ut Græci loquuntur, *ἀντιπελαργῶσι*. Id hodie quidam non intelligentes, parentes suos tantum non adorant, eumque honorem parentes a liberis exigunt, atque ita totum pietatis officium abunde persolutum arbitrantur. Ad eundem modum usus est Paulus scribens Timotheo: *Honora viduas, quæ vere viduæ sunt*. Ac rursus: *Presbyteri duplici honore digni sunt*. Quin & apud Latinos *honor* pro *præmio gratiaque* usurpatur, quæ pro merito refertur. Et apud Græcos *τιμὴ* a *τίω* deductum est, quod, quoties in bonam accipitur partem, significat *dependo*, sive *persolvo*.

6 *Munus quodcunque est*] *δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμῦ ὠφεληθῇς*, id est, *donum quodcunque ex me profectum fuerit adjuveris*. Cæterum sensus verborum est aliquanto obscurior, unde ab omnibus multifariam exponitur. Quidam enim hæc verba tribuunt filio, qui sic loquatur patri: *Donarium quod ex me venturum erat in corban*, nam Syram vocem posuit Marcus, hoc est, *in gazophylacium Templi, id totum consumitur in tuos usus, tibique juvando impenditur*, nimirum fraudato Templo. Atque ita prætextu pietatis bis violabant pietatem: primum desertis parentibus, velut in gratiam Dei: deinde Deum ridebant, non immolantes quod immolatum fingebant, ut ait Chrysostomus. Velut si pater ovem, aut simile quippiam petiisset a filio, ne deesset negandi prætextus, fingebat filius eam ovem Templo destinatam. Idque Scribæ nefas videri volebant, in privatos usus asserere quod Templo dicatum esset: perinde quasi Deus suo jure fraudaretur. Atque utinam hic Pharisæorum morbus a Christianorum moribus abesset! Hujusmodi captionum plena sunt omnia. Et Christi aut Mariæ peculium dicitur, quod vel in luxum Sacerdotum ac Monachorum servatur, vel in Principis alicujus prædam. Sacrilegium habetur hinc egenis subvenire. Horum laqueis testamenta transferuntur ad alendum otium & luxum quorundam religionem cultu tituloque profitentium, fraudatis & exclusis aliquoties & liberis: quasi quod datur alendis liberis aut cognatis, consecretur Diabolo. Cæterum ideo dixit Pharisæis, *Vos autem dicitis*, non quod hæc illorum sint verba, sed quod illi docerent liberos ad eum modum loqui patri: quo parentes, dum metu sacrilegii abstinebant ab his, quæ videbantur destinata Templo, penuria conficerentur: atque ita quod Deus jusserat impendi confovendis parentibus, id in lucrum cedebat Sacerdotum. Alii referunt hæc ad Pharisæos, qui verbis hujusmodi terrerent debitorem, gravantem reddere quod debebat. Nam arte id agebant Pharisæi, ut si quis debitor esset, unde vel ob inopiam, vel ob potentiam nihil posset extorqueri, creditor pecuniam eam consecraret corbonæ. Jamque jus exigendi transierat ad istos, qui debitorem territabant ad hunc modum: *Tu pecuniam Deo dicatam apud te detines, & in profanos consumis usus, quod Templo consecratum est?* Atque ita fraudabatur creditor sua pecunia. Verum hæc non video quid ad parentes honorandos pertineant, tametsi hunc quoque sensum recensent Hieronymus ac Theophylactus. Magis ad rem facit, ut filius dicat, *quicquid Templo dicavero, id patri impensum est*, nempe Deo, atque ita irrisum patrem destituat. Sic enim interpretabantur Legem Divinam, quæ providerat, ne parentibus, morbo, ætate, inopiave laborantibus, deesset subsidium, *Honora patrem & matrem*, patrem honora, id est, Deum patrem omnium, & Synagogam matrem. Nam illam interpretationem rejicit etiam Chrysostomus, si modo non fallit Interpres, (siquidem hactenus suppeditabat Græcum exemplar) ut filius dicat patri, *nullum honorem tibi debeo, sed si quid impendero, est donum*. Siquidem nec hoc ad Pharisæos pertinet, quo titulo filius officium præstet patri. Loci obscuritas fuit in causa, ut Interpretes alia atque alia divinarent. Quod autem affert Aurelius Augustinus in libro Quæstionum Evangelicarum primo, quæstione decima sexta, hisce verbis filios adultos negare sibi gratum esse, quod parentes pro ipsis offerrent munera, posteaquam ad eam ætatem pervenissent, ut ipsi pro se possent offerre donaria, an Evangelico congruat sensui, aliis expendendum relinquo. Mihi sane non admodum probatur. Sed hunc locum aliquanto dilucidius explanat Origenes in fragmento, quod nos vertimus. Cæterum in *ὃ ἐὰν ἐξ ἐμῦ*, omnino subaudiendum est aliquid, ut exprimas articuli Græci vim, & liberum est subaudire, quod sententiæ sit accommodum, *est*, aut *erit*, aut aliud simile. Deinde *ὠφεληθῇς*, magis legendum videtur *ὠφεληθῇ*, ut sit *juvaris*. *Tu juvaris omni dono, quod daturus eram Templo*. Quandoquidem Christus hoc velut exemplum contumeliæ commemorat, qua liberi edocti a Pharisæis afficiant suos parentes, nisi conjunctio *ἐὰν* referatur etiam ad verbum *ὠφεληθῇς*, ut accipiatur *δυνητικῶς*, id est, *juvaberis* sive *juvari poteris*. Deinde *τιμήσῃ*, si per *η* scribatur, sonat *honorabis*; si per *ει*, *honorabit*. Nostra vero Translatio, neque cum Græcis satis quadrat, neque sententiam ullam explicat. Proinde quantum licuit in tanta sententiarum varietate, id quod optimum judicavimus sequuti, vertimus ad hunc modum: *Quicquid doni a me profecturum erat, id in tuum vertitur commodum, & non honorabit patrem suum, aut ma-*

τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν αὐτȣ̃, καὶ ἀναφέρει
2 αὐτȣ̀ς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ᾽ ἰδίαν. Καὶ μετεμορφώθη ἔμ-
προσθεν αὐτῶν· καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτȣ̃ ὡς ὁ ἥλιος·
3 τὰ δὲ ἱμάτια αὐτȣ̃ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς. Καὶ ἰδȣ̀
ὤφθησαν αὐτοῖς Μωσῆς καὶ Ἠλίας, μετ᾽ αὐτȣ̃ συλλαλȣ̃ν-
4 τες. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπε τῷ Ἰησȣ̃, Κύριε, κα-
λόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· εἰ θέλεις, ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς
σκηνὰς, σοὶ μίαν, καὶ Μωσῇ μίαν, καὶ μίαν Ἠλίᾳ.
5 Ἔτι αὐτȣ̃ λαλȣ̃ντος, ἰδȣ̀ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν
αὐτȣ̀ς· καὶ ἰδȣ̀ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης λέγȣσα, Οὗτός ἐστιν
ὁ Υἱός μȣ ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτȣ̃ ἀκȣ́ετε.
6 Καὶ ἀκȣ́σαντες οἱ μαθηταὶ, ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν,
7 καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα. Καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησȣ̃ς ἥψατο
8 αὐτῶν, καὶ εἶπεν, Ἐγέρθητε, καὶ μὴ φοβεῖσθε. Ἐπά-
ραντες δὲ τȣ̀ς ὀφθαλμȣ̀ς αὐτῶν, ȣ̓δένα εἶδον, εἰ μὴ τὸν
9 Ἰησȣ̃ν μόνον. Καὶ καταβαινόντων αὐτῶν ἀπὸ τȣ̃ ὄρȣς,
ἐνετείλατο αὐτοῖς ὁ Ἰησȣ̃ς, λέγων, Μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅ-
10 ραμα, ἕως οὗ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπȣ ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ. Καὶ
ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, Τί οὖν οἱ
ρογ 11 Γραμματεῖς λέγȣσιν, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον; Ὁ
δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ἠλίας μὲν ἔρχεται
12 πρῶτον, καὶ ἀποκαταστήσει πάντα. Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι
Ἠλίας ἤδη ἦλθε· καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτὸν· ἀλλ᾽ ἐποίη-
σαν ἐν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν· οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπȣ
13 μέλλει πάσχειν ὑπ᾽ αὐτῶν. Τότε συνῆκαν οἱ μαθηταὶ,
ροδ β 14 ὅτι περὶ Ἰωάννȣ τοῦ Βαπτιστοῦ εἶπεν αὐτοῖς. Καὶ ἐλθόντων
αὐτῶν πρὸς τὸν ὄχλον, προσῆλθεν αὐτῷ ἄνθρωπος γονυ-
15 πετῶν αὐτῷ, Καὶ λέγων, Κύριε, ἐλέησόν μȣ τὸν υἱὸν, ὅ-
τι σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει· πολλάκις γὰρ πίπτει
16 εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ. Καὶ προσήνεγκα
αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς σȣ, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν αὐτὸν θερα-
17 πεῦσαι. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ὦ γενεὰ ἄπιστος
καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε ἔσομαι μεθ᾽ ὑμῶν; ἕως πότε
18 ἀνέξομαι ὑμῶν; Φέρετέ μοι αὐτὸν ὧδε. Καὶ ἐπετίμησεν
αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐξῆλθεν ἀπ᾽ αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον·
καὶ

A mihi populus hic ore suo, & 7 labiis me honorat: cæterum cor eorum procul abest a me. Sed 8 fru- 9 stra me colunt, docentes 9 doctrinas, præcepta hominum. 10 Et advocatis ad se turbis dixit eis, 10 Audite & intelligite. Non quod ingreditur in os, 11 11 impurat hominem: 12 sed quod egreditur ex ore, hoc impurum reddit hominem. Tunc accedentes 12 discipuli ejus dixerunt illi, 13 Nosti Pharisæos audito sermone isto offensos fuisse? At ille respondens 13 ait, Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur. Omittite illos: 14 14 duces sunt cæci cæcorum: porro si cæcus cæco dux fuerit, ambo in foveam cadent. Respondens autem 15 B Petrus dixit ei, 15 Dissere nobis parabolam istam. Jesus autem dixit, 16 Adhuc & vos intelligentia 16 caretis? Nondum intelligitis, quod quidquid ingre- 17 ditur in os, in alvum abit, & in secessum ejicitur? At ea, quæ proficiscuntur ex ore, ex ipso cor- 18 de egrediuntur, & illa impurum reddunt hominem. Nam ex corde exeunt 17 cogitationes ma- 19 læ, cædes, adulteria, stupra, furta, falsa testimonia, convitia. Hæc sunt quæ impurum red- 20 dunt hominem: cæterum illotis manibus capere cibum, non inquinat hominem. Et digressus illinc 21 C Jesus, secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce 22 mulier Cananæa, quæ a finibus illis venerat, clamabat ad illum dicens, Miserere mei Domine fili Da- λε vid, filia mea 18 misere a dæmonio agitatur. 19 Ille vero non respondit ei quicquam. Et acceden- 23 tes discipuli ejus 20 rogabant illum, dicentes, 21 Amitte illam, nam clamat post nos. At ille respon- 24 dens dixit, Non sum missus nisi 22 ad oves perditas domus Israeliticæ. Illa vero venit & adoravit eum, 25 dicens, Domine, 23 succurre mihi. At ille re- 26 spondens dixit, 24 Non est honestum sumere pa-

matrem suam, nempe filius sic edoctus a vobis. Et tamen quicunque sensus erit, durior est sermonis compositio, quod hæc particula, *quicunque dixerit patri & matri*, non habet quod respondeat, nisi subaudiamus, *benefacit*, aut aliud simile, quod nullus admonuit præter Glossam, quam adducit Catena aurea. Mirum est Lyranum sic scribere in hunc locum, quasi non legerit quenquam veterum Interpretum. Nec enim admodum refert attingere, quæ hoc loco adversus Lyranum disserit quidam, & rursus in hunc alius quispiam.

7 *Labiis me honorat*] Apud Græcos pluſculum est verborum, *Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς ȣ̃τος τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ*, id est, *Appropinquat mihi populus hic ore suo, & labiis me honorat.* Verum adjecit nonnihil aliquis, qui voluerit absolutum reddere Prophetæ testimonium, cum Hieronymus enarrans hunc Prophetæ locum indicet Evangelistam decerpsisse quod sibi commodum judicabat, & neque retulisse per omnia, ut in Hebræo scriptum est, neque ut a Septuaginta versum. Est autem locus apud Esaiam capite vigesimo nono. Hebraica sic reddit Hieronymus: *Pro eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me: cor autem ejus longe est a me, & timuerunt me mandato hominum, & doctrinis.* Septuaginta verterunt in hunc modum: *Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς ȣ̃τος ἐν τῷ στόματι αὐτȣ̃, καὶ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν τιμῶσί με· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ᾽ ἐμȣ̃· μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες ἐντάλματα ἀνθρώπων καὶ διδασκαλίας.* Id est, *Appropinquat mihi populus iste ore suo, & labiis suis honorat me: cor autem ejus longe est a me: frustra autem colunt me, docentes hominum præcepta atque doctrinas.* Ipsa igitur res indicat, hoc testimonium non ita legi a Græcis, ut est adductum ab Evangelista, sed ut est restitutum a studioso quopiam: qui cum deprehendisset locum apud Prophetam, quod mutilatum esse putabat, explevit: idque non ex Hebræorum libris, quos ignorabat, sed ex Editione Septuaginta, quam Græci sequuntur. Porro quod hoc loco Interpres, haud scio quis, vertit,

8 *Sine causa*] Græce est *μάτην*, id est, *frustra*, & *sine fructu* potius quam *sine causa*. Atque ita legitur in Translatione Septuaginta. Denique *longe est*, Græce est *ἀπέχει*, id est, *abest*. Nec est,

9 *Doctrinas & mandata hominum*] Apud Græcos enim hoc loco non additur conjunctio. Verum *διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων*, id est, *doctrinas, mandata hominum*, ut appositive legatur *doctrinas, quæ sunt mandata hominum*, non Dei. Atque ita comperi in vetustissimis illis, quæ jam compluſculis locis adduxi, Latinis exemplaribus: postremo in aureo Codice & in exemplari, quod erat ad manum quum hanc Editionem quartam adornaremus, Constantiensi. Et consentiunt Hebraica, מִצְוַת אֲנָשִׁים מְלֻמָּדָה, quod ad verbum ita reddere liceat, *mandata hominum doctrinas*. Nec tam est *colunt*, quam *reverentur*, *σέβονται*, quod propius etiam accedit ad Hebraicam veritatem, כַּבְּדוּנִי.

10 *Convocatis turbis*] *προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον*, id est, *advocata*, sive *vocata ad se turba*, aut *accersita*. Quod tamen ita ferme perpetuo transfert. Cæterum,

11 *Coinquinat*] Græcis est *κοινοῖ*, id est, *commune facit*: sive, ut Augustinus legit, *communicat*, libro adversus Faustum decimo sexto, capite trigesimo primo. Nam Judæi quod sanctum purumque non sit, id *commune* vocant, quod Latini *profanum, impurum*, aut *nefastum*. Nam pura, sancta, minimeque profana vocantur. Unde nos vertimus, *impurum reddunt*. Ac mox, *impurum reddit hominem*. Annotavit hoc Origenes, seu potius Origenis Interpres, edisserens caput Epistolæ ad Romanos decimum quartum, indicans in nonnullis exemplaribus Latinis fuisse scriptum *communicant*, in nonnullis *coinquinant*.

12 *Sed quod procedit*] Perdidit Interpres gratiam *προσονομασίας*, atque item *ἐναντιώσεως*, in his vocibus, *τὸ εἰσερχόμενον*, & *τὸ ἐξερχόμενον*, id est, *quod ingreditur*, & *quod egreditur*. Ac paulo post,

13 *Οἶδας ὅτι*] id est, *Nosti*, & *quia* vertendum erat in *quod*: aut certe per infinitum verbum reddendus sensus. Ad hæc, *ἀκȣ́σαντες τὸν λόγον τȣ̃τον*, pro *verbum* rectius vertisset *sermonem*: cum Græca vox *sermonem* significet magis, quam *verbum*, aut certe *dictum*. Ut ne dicam *scandalizatos* positum pro *offensos*.

14 *Cæci sunt duces cæcorum*] Græcus sermo festivior est, *ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν*, id est, *duces sunt cæci cæcorum*. Nam *ὁδηγοὶ* proprie dicuntur, *qui commonstrant viam*, ab *ὁδὸς via*, & *ἄγω duco*, sive *ἡγȣ̃μαι præcedo*. Ac mox,

15 *Φράσον*] *Edissere*, de quo superius admonuimus, etiamsi mihi non improbatur. Nec est,

16 *Non intelligitis*] Sed *οὔπω*, id est, *nondum*, ut respondeat ad *ἀκμὴν*, id est, *adhuc*, quod tamen vehementius quiddam est, quam *ἔτι*.

17 *Cogitationes malæ, homicidia*] In Græcis aliquot exemplaribus scriptum erat *φθόνοι*, id est, *invidiæ*. Atque ita sane habet Editio Aldina. Huic simillima vox est *φόνοι*, id est, *cædes* sive *homicidia*. Nec ex Chrysostomo nec ex Hieronymo liquet quid legerint.

18 *Male vexatur*] *κακῶς δαιμονίζεται*, id est, *misere*. Quanquam & *male* Latinis usurpatur pro *misere*. Ac rursum,

19 *Ὁ δὲ*] id est, *At ille ait*, vertit, *qui ait*, velut affectata dissonantia, tametsi id non magni refert. Item,

20 *Non respondit ei verbum*] *λόγον*. Rursus cur potius *verbum* quam *sermonem*? Nam sensus est, *non respondit illi quicquam*. Nec enim est idem tropus in sermone Græco, qui est in Latino: quemadmodum dicimus, *non rescripsit litteram*, pro eo, quod erat, *nihil omnino rescripsit*. Præterea,

21 *Ἠρώτησαν*] id est, *interrogabant*, quo tamen verbo nonnunquam abusus videtur pro *rogo*. Nam hæc vox Latinis est anceps. Item,

22 *Dimitte illam*] *ἀπόλυσον*, id est, *absolve illam*: sive ut impetrato quod petit abeat, sive ut aliquo pacto illi satisfiat. Nos vertimus, *amitte* pro eo quod est *ablegato*. Sic enim Terentius usus est *amittendi* verbo, ut opponatur *retinendi* verbo. Neque enim semper *amittere* idem est quod *perdere*.

23 *Ad oves quæ perierunt*] *τὰ ἀπολωλότα*, id est, *perditas*, ut sæpe citat Hieronymus. Cæterum articulus indicat non omnes oves intelligi, sed eas quæ perissent. Et,

24 *Adjuva*] *βοήθει*, rectius *succurre*. Nam adjuvamus laboran-

19 καὶ ἐθεραπεύθη ὁ παῖς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης. Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ κατ᾽ ἰδίαν, εἶπον, Διατί 20 ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν· ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, Μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ· καὶ μεταβήσεται· καὶ οὐδὲν ἀδυ- 21 νατήσει ὑμῖν. Τοῦτο δὲ τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται εἰ μὴ ἐν 22 προσευχῇ καὶ νηστείᾳ. Ἀναστρεφομένων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Μέλλει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώ- 23 που παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων. Καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται. Καὶ ἐλυπή- 24 θησαν σφόδρα. Ἐλθόντων δὲ αὐτῶν εἰς Καπερναοὺμ, προσῆλθον οἱ τὰ δίδραχμα λαμβάνοντες τῷ Πέτρῳ, καὶ 25 εἶπον, Ὁ διδάσκαλος ὑμῶν οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα; Λέγει, Ναί. Καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, προέφθασεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Τί σοι δοκεῖ, Σίμων; οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη, ἢ κῆνσον; ἀπὸ 26 τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων; Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος, Ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων. Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἄρα- 27 γε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί. Ἵνα δὲ μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτοὺς, πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν, βάλε ἄγκιστρον, καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον· καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, εὑρήσεις στατῆρα· ἐκεῖνον λαβὼν δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ.

XVIII. 1 Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ, λέγοντες, Τίς ἄρα μείζων ἐστὶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν 2 οὐρανῶν; Καὶ προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς παιδίον, ἔστησεν 3 αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν, Καὶ εἶπεν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ στραφῆτε, καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλ- 4 θητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὅστις οὖν ταπεινώσῃ ἑαυτὸν ὡς τὸ παιδίον τοῦτο, οὗτός ἐστιν ὁ μείζων ἐν τῇ βα- 5 σιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Καὶ ὃς ἐὰν δέξηται παιδίον τοιοῦτον 6 ἓν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται. Ὃς δ᾽ ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, συμφέρει αὐτῷ ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης. 7 Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων· ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι᾽ οὗ 8 τὸ σκάνδαλον ἔρχεται. Εἰ δὲ ἡ χείρ σου ἢ ὁ πούς σου σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτὰ, καὶ βάλε ἀπό σου· καλόν σοι ἐστὶν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν ἢ κυλλὸν, ἢ δύο χεῖρας 9 ἢ δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. Καὶ εἰ ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπό σου· καλόν σοι ἐστὶ μονόφθαλμον εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ

panem filiorum, & 25 objicere catellis. Hæc autem respondit, 26 Certe Domine: 27 etenim catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Jesus dixit illi, O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata fuit filia ejus ex eo tempore. Et progressus illinc Jesus, venit juxta mare Galilææ: & conscenso monte sedebat illic. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, 28 ducentes secum 29 claudos, cæcos, mutos, mutilos, & alios multos, & abjecerunt eos ad pedes Jesu: & sanavit eos: Adeo ut turbæ miratæ sint, quum viderent mutos loqui, mutilos esse sanos, claudos ambulare, cæcos videre, 30 & glorificabant Deum Israel. Jesus autem vocatis ad se discipulis suis dixit, Miseret me turbæ, propterea quod jam triduum perseverant apud me, & non habent quod edant: & dimittere eos jejunos nolo, 31 ne deficiant in via. Dicunt ei discipuli ejus, 32 Unde nobis in solitudine 33 panes tam multi, ut saturemus turbam tantam? Et dicit illis Jesus, Quot panes habetis? At illi dicunt, Septem, & paucos pisciculos. Et jussit turbas 34 discumbere in terra. Et sumpsit septem panes ac pisces: 35 & postquam gratias egisset, fregit, deditque discipulis suis: 36 discipuli vero turbæ: Comederuntque omnes, & saturati sunt: & sustulerunt quod supererat fragmentorum septem sportulas plenas. At ii qui comederant, erant 37 quater mille viri, præter mulieres & pueros. Et dimissis turbis, conscendit navim, venitque 38 in fines Magdala.

XVI. Et egressi Pharisæi una cum Sadducæis tentantes rogabant eum, ut signum e cœlo ostenderet sibi. At ille respondens dixit eis, Quum cœperit esse vespera, dicitis, 1 Serenitas erit: nam rubet cœlum: Et mane, 2 Hodie tempestas: 3 rubet enim cœlum triste. Hypocritæ, faciem cœli scitis dijudicare, signa vero temporum non potestis? Natio prava & adultera signum requirit, & signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetæ. Et relictis illis abiit. Et quum venissent discipuli ejus in ulteriorem ripam, per oblivionem non sumpserant panes. Jesus autem dixit illis, 5 Videte & cavete a fermento Pharisæorum ac Sadducæorum. At

rantem, & βοηθεῖν inde dictum, quod ad vocem periclitantis & quiritantis accurritur, id quod & βοηδρομεῖν vocant.

25 *Non est bonum*] Græce est καλὸν, quod magis *honestum* & *pulchrum* significat, quam *bonum*, ἀγαθόν. Nam indecorum est, cibum filiorum objicere canibus. Hæc enim Jesus ex publico Judæorum affectu dixit, qui se solos Deo caros & sanctos judicabant, cæteros omnes canum habebant loco: & *liberorum* est magis quam *filiorum*, τέκνων: ut ea vox filias quoque complectatur, præsertim cum mulieri loquatur.

26 *Mittere canibus*] βαλεῖν τοῖς κυναρίοις, id est, *abjicere catellis*. Eadem est vox, quam mox vertit diminutive,

27 *Nam & catelli edunt*] καὶ γὰρ τὰ κυνάρια. Ne quis in hujus mutatione vocis somniet subesse mysterium, cum apud Græcos utrobique sit eadem. Tametsi divus Hilarius videtur altero loco legisse *canibus*, nisi forte non consuluit exemplar Græcum. Ait enim mulierem diminutivi nominis blandimento canum opprobrium lenisse. Quod commentum non habet locum, nisi priore loco legas κυσί. Præterea,

28 *Etiam Domine*] Ναὶ Κύριε. Confirmantis est adverbium, non refellentis. Verum est quod dicis, *Turpe est panes filiorum abjici catellis, ego licet sim canis, micas peto, non panes.*

29 *Habentes secum*] ἔχοντες μεθ᾽ ἑαυτῶν, id est, *adducentes secum*. Nam id quoque significat ἔχω. Hieronymus interpretatur *deducentes*, sive *portantes*. Ac subinde,

30 *Mutos, cæcos, claudos, debiles*] χωλοὺς, τυφλοὺς, κωφοὺς, κυλλοὺς, id est, *claudos, cæcos, mutos, mutilos*, sive *mancos*. Hieronymus admonet, quod hic vertit *debiles*, Græcis esse κυλλοὺς: quod ita refertur ad manum, quemadmodum χωλὸς ad pedem: ut sicut qui uno pede claudicat, *claudus* dicitur, ita cui altera manus manca aut truncata sit, κυλλὸς dicatur. Nam *debilitas* generale malum est totius corporis. Unde cum paulo post, sanatos referens, dixisset *mutos loquentes, cæcos videntes, claudos ambulantes*, non repetit κυλλοὺς, quod nihil haberet, quod huic nomini responderet. Ex quibus Hieronymi verbis constat, id quod reperitur in Græcis exemplaribus κυλλοὺς ὑγιεῖς, id est, *debiles sanos*, additum a quopiam, qui id putaverit Librarii vitio prætermissum. Ut dissimulem, quod ἐδόξασαν verterit *magnificabant* pro *glorificabant*. Nam de illis, προσκαλεσάμενος, & σπλαγχνίζομαι, non semel jam admonuimus.

31 *Ne forte deficiant*] μή ποτε, id est, *ne*, aut *nequando*. Ac paulo post,

32 *Unde ergo nobis*] *Ergo* redundat: Πόθεν ἡμῖν, id est, *Unde nobis*.

33 *Panes tantos*] ἄρτοι τοσοῦτοι, id est, *tot panes*, sive *tam multi panes*, aut certe *tantum panum*. Nam Græca vox numerum significat, non magnitudinem, hoc est, quantitatem discretam, non continuam, ut loquuntur Dialectici. Porro,

34 *Ut discumberent*] Græcis est ἀναπεσεῖν, quod significat *humi considere*, non in lectis. Et,

35 *Gratias agens fregit*] εὐχαριστήσας ἔκλασεν, id est, *cum gratias egisset*, sive *gratiis actis fregit*. Ac rursum,

36 *Discipuli dederunt populo*] *Dederunt* Interpres Latinus addidit de suo. Nec est,

37 *Quatuor millia hominum*] sed τετρακισχίλιοι ἄνδρες, id est, *quater mille viri*. Nam quod χωρὶς vertit *extra* pro *præter*, laudo copiam, etiamsi nihil opus. Deinde παίδων *pueros* vertit *parvulos*, ita solet reddere νηπίους.

38 *In fines Magedan*] εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλὰ, id est, *in fines Magdala*. Atque ita legit divus Chrysostomus, addens Jesum abisse *in fines Magdalorum*. Sic enim vertit Interpres. Nam hic, ut ante dixi, destituit nos Græcum exemplar truncum. Ac meminit quidem Hieronymus *Magdali* in descriptione locorum. Cæterum hoc loco *Magedam* legit, non *Magdalam*, his quidem verbis: *Magedam, ad cujus fines Matthæus Evangelista scripsit Dominum pervenisse, sed & Marcus ejusdem recordatur. Nunc autem regio dicitur Macera, contra Jesuram.* Rursus interpretans voces Hebraicas apud Matthæum meminit *Mageda*. In vetustissimo codice, qui habebat Commentarios Theophylacti, scriptum erat ὄρη, non ὅρια, id est, *montes*, non *fines*. Sed *uni testi*, ut ajunt, *ne Catoni quidem creditur*. Marcus pro *Magedan* habet *Dalmanutha*, putantque locum fuisse binominem.

XVI.

1 *Serenum erit*] Εὐδία, id est, *Serenitas*, ut subaudias *erit*, sicut & in proximo,

2 *Hodie tempestas*] subauditur *erit*, Σήμερον χειμών. Ac magis exprimit certum prognostæ judicium hoc schema sermonis. Porro,

3 *Rutilat*] Idem verbum est, quod modo verterat, *rubicundum est*, πυῤῥάζει. Et,

4 *Non potestis scire*] *Scire* non additur nec in plerisque Græcis exemplaribus, nec in antiquis Latinis. Quanquam in nonnullis reperi scriptum, οὐ δύνασθε, *non potestis*, in quibusdam, οὐ συνίετε, id est, *non intelligitis*. Item,

5 *Intuemini & cavete*] Ὁρᾶτε καὶ προσέχετε, id est, *Videte & cavete*, sive, ut alibi vertit, *attendite*. Quis enim unquam dixit *intuemini* pro *cavete*? Nam hæc verborum idem significantium conduplicatio nihil aliud quam epitasin cautionis habet.

ἢ δύο ὀφθαλμὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν τῦ πυρός. ρπα 10 Ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τύτων· λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν ὐρανοῖς διὰ παντὸς 11 βλέπυσι τὸ πρόσωπον τῦ Πατρός μυ τῦ ἐν ὐρανοῖς. Ἦλθε ρπβ 12 γὰρ ὁ Υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ σῶσαι τὸ ἀπολωλός. Τί ὑμῖν δοκεῖ; ἐὰν γένηταί τινι ἀνθρώπῳ ἑκατὸν πρόβατα, καὶ πλανηθῇ ἓν ἐξ αὐτῶν, ὐχὶ ἀφεὶς τὰ ἐννενηκονταεννέα, 13 ἐπὶ τὰ ὄρη πορευθεὶς ζητεῖ τὸ πλανώμενον; Καὶ ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτὸ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι χαίρει ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον ἢ ἐπὶ τοῖς ἐννενηκονταεννέα τοῖς μὴ πεπλανημέ-14 νοις. Οὕτως ὐκ ἔσι θέλημα ἔμπροσθεν τῦ Πατρὸς ὑμῶν ρπγ 15 τῦ ἐν ὐρανοῖς, ἵνα ἀπόληται εἷς τῶν μικρῶν τύτων. Ἐὰν δὲ ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός συ, ὕπαγε, καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σῦ καὶ αὐτῦ μόνυ· ἐάν συ ἀκύσῃ, ἐκέρδη-ρπδ 16 σας τὸν ἀδελφόν συ· Ἐὰν δὲ μὴ ἀκύσῃ, παράλαβε μετὰ σῦ ἔτι ἕνα ἢ δύο· ἵνα ἐπὶ σόματος δύο μαρτύρων ἢ 17 τριῶν σαθῇ πᾶν ῥῆμα. Ἐὰν δὲ παρακύσῃ αὐτῶν, εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακύσῃ, ἔσω ρπε 18 σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅσα ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσαι δεδεμένα ἐν τῷ ὐρανῷ· καὶ ὅσα ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσαι λελυμένα ἐν τῷ ὐ-ρπϛ 19 ρανῷ. Πάλιν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν δύο ὑμῶν συμφωνήσωσιν ἐπὶ τῆς γῆς περὶ παντὸς πράγματος ὖ ἐὰν αἰτήσωνται, γενήσεται αὐτοῖς παρὰ τῦ Πατρός μυ τῦ ἐν οὐρανοῖς. 20 Οὗ γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ ρπζ 21 εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. Τότε προσελθὼν αὐτῷ ὁ Πέτρος, εἶπε, Κύριε, ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μυ, 22 καὶ ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις; Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Οὐ

At illi reputabant 6 intra sese, dicentes, Panes non 7 sumpsimus. Quod ubi cognovit Jesus, dixit illis, 8 Quid cogitatis intra vos ipsos, ô parum fidentes, quod panes non sumpseritis? Nondum intelligitis, 9 neque memoria tenetis 7 quinque illos panes quum homines essent quinquies mille, & quot cophinos sustuleritis? Neque septem illos panes quum homi- 10 nes essent quater mille, & quot sportas acceperitis? 8 Qui fit ut non intelligatis me non de pane dixisse 11 vobis illud, ut caveretis a fermento Pharisæorum & Sadducæorum? Tunc intellexerunt quod non 12 jussisset cavere a fermento panis, sed a doctrina Pharisæorum & Sadducæorum. Quum venisset au- 13 tem Jesus in partes 9 Cæsareæ ejus, quæ cognominatur Philippi, interrogavit discipulos suos, dicens, 10 Quem me dicunt homines esse 11 Filium illum hominis? Illi vero dicebant, Alii quidem Jo- 14 annem Baptistam, alii vero Heliam, alii vero Hieremiam, aut unum de numero Prophetarum. Di- 15 cit illis, At vos quem me dicitis esse? Respondens 16 autem Simon Petrus dixit, 12 Tu es Christus ille Filius Dei viventis. Et respondens Jesus dixit illi, 17 Beatus es 13 Simon bar Jona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui est in cœlis. At ego vicissim tibi dico, 14 Quod tu es Petrus, 18 & super hanc petram ædificabo meam Ecclesiam: & portæ inferorum 15 non valebunt adversus illam. Et dabo tibi claves regni cœlorum: & quicquid 19 alli-

6 *Inter se*] ἐν ἑαυτοῖς, *inter se mutuo*, sive *intra sese*. *Intra se* habet codex aureus, ut intelligas tacitam cogitationem. Nam διελογίζοντο quoque ambiguum est ad disputantem, & ad cogitantem. Ac mox, ἐν ἑαυτοῖς, id est, *inter vos*, sive *intra vos*. Ac paulo post,

7 *Quinque panum, & quinque millia*] Cur non potius *quinque millium?* Quanquam accusativus *panes* erat commodior ob turbam genitivorum. Quidam Latini codices habebant *quinque panum & quinque millium*, quidam *quinque panum in quinque millia*, quum emendatiores cum Græcis legant *quinque panum quinque millium*, ut non sit asyndeton, sed *panes illorum* dicantur qui eos comederunt: aut certe genitivo Græco absolute posito, quum essent *quinque millia*. Similis varietas est in proximo sermone, *septem panum & quatuor millia*, vel *in quatuor millia*, vetustiores habebant *septem panum, quatuor millium*. Cæterum articulus additus facit ut de certis panibus deque certis hominibus intelligamus τὺς πέντε ἄρτυς, & τῶν πεντακισχιλίων, *quinque illos panes, illorum quinque millium*. Poterat fortasse posterior genitivus absolute verti, *cum essent quinque millia hominum*. Et aliquanto post,

8 *Quare non intelligitis*] Πῶς ὐ νοεῖτε, id est, *Quomodo non intelligitis*, ut sit objurgantis, hoc est, *Qui fit, ut non intelligatis?*

9 *Cæsarea Philippi*] Καισαρείας τῆς Φιλίππυ. Dilucidius erat *Cæsarea ejus quæ cognominatur Philippi*. Siquidem articulus additus distinguit hanc *Cæsaream*, quæ *Philippi* cognomen habet, ab ea, quæ citra cognomen *Cæsarea* dicitur. Ea est, quam major ille Herodes Judæorum Rex instauravit, in honorem Augusti Cæsaris, quæ prius *Turris Stratonis* vocabatur. Cæterum *Cæsarea Philippi* ea est, quam exstruxit ejus filius Philippus Tetrarcha Itureæ & Trachonitidis, in honorem Tiberii Cæsaris, quæ, mutato nomine, deinde *Paneas* dicta est, in provincia Phœnices ad radices Libani, ubi Jordanis e duobus oritur fontibus, *Jor* & *Dan*, auctore Hieronymo.

10 *Quem dicunt homines*] Τίνα με λέγυσιν, id est, *Quem me dicunt*: atque ita scriptum deprehendi & in vetustissimis codicibus Latinis, nominatim in exemplari Paulino. Vetustissimus omnium Irenæus lib. III. cap. II. pronomen addidit, *Quem me dicunt*. In nonnullis Græcis tantum erat, *Quem me dicunt esse?* Quanquam Hieronymus in Commentariis negat Christum, velut arroganter de se percontantem dixisse, *Quem me dicunt esse*, sed *Quem dicunt esse Filium hominis*, etiamsi potest intelligi modestiæ argumentum non esse in omisso pronomine, sed in addita particula, *Filium hominis*. Nec ex Origene, nec ex Chrysostomo satis liquet additum fuisse *me*. Apud Theophylactum addi constat. Et,

11 *Filium hominis*] τὸν Υἱὸν τῦ ἀνθρώπυ. Neutrum expressit articulum, cum neuter sit otiosus. Nam certum filium, ac certum hominem significat, nempe *Ada*, qui apud Hebræos אָדָם, id est, *Homo*, dicitur. Proinde frivolum est istorum commentum, qui putant Christum ob id dici *Filium hominis*, quod ex matre duntaxat sit progenitus, cum hic homini præponatur articulus masculinus τῦ. Iidem in eo quod sequitur,

12 *Tu es Christus*] ὁ Χρισὸς, id est, *Tu es ille Christus*, & *Tu es ille Filius Dei*. Quin etiam participio ζῶντος articulus additus est apud Græcos, idque non abs re, quod subindicat Origenes, adducens illud, *Vivo ego, dicit Dominus*. Filius, non cujuslibet Dei; nam erant & gentibus sui Dii, sed Filius illius Dei, qui solus habet immortalitatem, quique fons est & parens omnis vitæ. Leviculum est, quod paulo ante, *Dicit illis Jesus*, *Jesus* additum est, cum absit in Græcis atque aureo codice.

13 *Simon Barjona*] Mirum cur id uterque Interpres alia lingua maluerit quam Græce, aut Latine. Nam alibi vertit, ut apud Joannem cap. primo, *Tu es Simon filius Joannis*, & rursus cap. XXI. *Simon Joannis diligis me plus his?* Nisi forte allusit ad mysterium revelationis. *Bar* בַּר enim *filium* sonat, & יוֹנָה *columbam*. Addito elemento יוֹחָנָן sonat *Joannem*. Porro *Joanna* interpretantur *Domini gratiam*. Hieronymus putat depravatum esse *Bar Johanna* in *Barjona*.

14 *Quia tu es*] ὅτι, *quod*, non *quia*, id est, *dico te esse Petrum*. *Petrus* autem Græcis *saxum* significat, πέτρος: quemadmodum & *Cephas* Syro sermone, ut testis est Hieronymus, non Hebraico, *soliditatem* sonat. *Saxum* enim illum appellat, quod solidus sit in confessione fidei, & non vulgarium opinionum levitate huc & illuc vacillet: *& super istam petram*, hoc est, *solidam istam fidei professionem, exstruam Ecclesiam meam, in quo fundamento si constiterit, nec inferi quicquam adversus illam poterunt, nedum homines*. In eam sententiam Theophylactus & Chrysostomus, quem citat Catena aurea. Etiamsi divus Augustinus in Homilia hujus loci hæc verba, *super hanc petram*, ipsi accommodat Christo, non Petro: *Tu es*, inquit, *Petrus, & super hanc petram, quam confessus es, super hanc petram, quam cognovisti, dicens, Tu es Christus Filius Dei vivi, ædificabo Ecclesiam meam*, id est, *super meipsum Filium Dei vivi ædificabo Ecclesiam meam. Super me ædificabo te, non me super te. Nam volentes homines ædificari super homines, dicebant, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ipse est Petrus. Et alii qui nolebant ædificari super Petrum, sed super petram, Ego autem sum Christi*. Idem libro Retractationum I. cap. XXI. recenset utramque sententiam, propensior tamen in hanc, ut Petrus profitens Christum *Filium Dei vivi* typum gerat Ecclesiæ, cui traditæ sint claves. Cæterum Lectori liberum facit eligere, utram voluerit. Proinde miror esse, qui locum hunc detorqueant ad Romanum Pontificem, in quem haud dubie competunt in primis velut in Christianæ fidei principem. At non in hunc unum, sed in omnes Christianos, quod eleganter indicat Origenes Homilia prima harum quas habemus. Verum sunt quibus nihil satis est, nisi quod sit immodicum. Ita quidam ad invidiam usque Franciscum prodigiosis efferunt laudibus, quem exprimere magis oportebat, quam in immensum attollere. Nam Deiparæ Virgini, & Christo fortasse non potest adscribi nimium. Quanquam hic quoque optarim omnes tam ad imitandi studium inflammatos, quam quosdam videmus sedulos in exaggerandis laudibus. Divus Cyprianus in Epistola primi libri tertia videtur accipere super Petrum esse fundatam Ecclesiam, *Petrus tamen*, inquiens, *super quem ab eodem Domino fundata fuerat Ecclesia*. Nisi forte sic excusandus est Cyprianus, quod *Petrum* hic non pro homine illo, sed pro typo accepit, quod propemodum indicant quæ sequuntur: unus pro omnibus loquens, & Ecclesiæ voce respondens, ait, *Domine quo ibimus?* Similiter excusari possunt loca, in quibus S. Hieronymus in Epistolis videtur dicere super Petrum fundatam Ecclesiam Christi. Itaque Petrus saxeus solidam Ecclesiæ fidem repræsentat. Cæterum nostra interpretatio verbis duntaxat dissidet ab Augustiniana, quam ideo induximus, quod illius videretur coactior, ad quam tamen maluit deflectere, quam in alterum incurrere scopulum, videlicet ut in homine poneret Ecclesiæ fundamentum.

15 *Non prævalebunt adversus eam*] Notavit hujus sermonis amphibologiam Origenes, quod pronomen *eam*, vel petram referre potest, vel Ecclesiam. Verum id ad sententiam perparvi refert. Porro *inferi* posuit pro *inferno*. Quanquam ne id quidem satis Latinum: Græcis est ᾅδυ, id est, *Tartari*, sive *Orci*, Lactantius tamen in carmine sic usus est:

Inferus insatiabiliter cava guttura pandens. Item,

16 *Erit*

Οὐ λέγω σοι ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. A
ρπη 123 Διὰ τοῦτο ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασι-
λεῖ, ὃς ἠθέλησε συνᾶραι λόγον μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ.
24 Ἀρξαμένου δὲ αὐτοῦ συναίρειν, προσηνέχθη αὐτῷ εἷς ὀφειλέ- λθ
25 της μυρίων ταλάντων. Μὴ ἔχοντος δὲ αὐτοῦ ἀποδοῦναι,
ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ πραθῆναι, καὶ τὴν γυναῖκα
αὐτοῦ, καὶ τὰ τέκνα, καὶ πάντα ὅσα εἶχε, καὶ ἀποδο-
26 θῆναι. Πεσὼν οὖν ὁ δοῦλος, προσεκύνει αὐτῷ, λέγων,
Κύριε, μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω.
27 Σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου, ἀπέλυσεν αὐ-
28 τὸν, καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ. Ἐξελθὼν δὲ ὁ δοῦλος
ἐκεῖνος εὗρεν ἕνα τῶν συνδούλων αὐτοῦ, ὃς ὤφειλεν αὐτῷ
ἑκατὸν δηνάρια· καὶ κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε, λέγων,
29 Ἀπόδος μοι ὅ τι ὀφείλεις. Πεσὼν οὖν ὁ σύνδουλος αὐ-
τοῦ εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, παρεκάλει αὐτὸν, λέγων, Μα- B
30 κροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ πάντα ἀποδώσω σοι. Ὁ δὲ οὐκ
ἤθελεν· ἀλλ' ἀπελθὼν ἔβαλεν αὐτὸν εἰς φυλακὴν, ἕως οὗ
31 ἀποδῷ τὸ ὀφειλόμενον. Ἰδόντες δὲ οἱ σύνδουλοι αὐτοῦ τὰ
γενόμενα, ἐλυπήθησαν σφόδρα, καὶ ἐλθόντες διεσάφησαν
32 τῷ κυρίῳ αὐτῶν πάντα τὰ γενόμενα. Τότε προσκαλεσά-
μενος αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ, λέγει αὐτῷ, Δοῦλε πονηρὲ,
πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ παρεκάλεσάς
33 με. Οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου, ὡς καὶ
34 ἐγώ σε ἠλέησα; Καὶ ὀργισθεὶς ὁ κύριος αὐτοῦ παρέδωκεν
αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς, ἕως οὗ ἀποδῷ πᾶν τὸ ὀφειλόμενον
35 αὐτῷ. Οὕτω καὶ ὁ Πατήρ μου ὁ ἐπουράνιος ποιήσει ὑμῖν,
ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν καρδιῶν
1 XIX. ὑμῶν τὰ παραπτώματα αὐτῶν. Καὶ ἐγένετο ὅτε ἐτέλε- C
ρπθ ϛ σεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους, μετῆρεν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας,
2 καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Καὶ
ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς
3 ἐκεῖ. Καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι, πειράζοντες αὐ-
τὸν,

alligaveris in terra, 16 erit alligatum in cœlis: & quidquid solveris in terra, erit solutum in cœlis. 17 Tunc edixit discipulis suis, ne cui dicerent, 18 (20) quod ipse esset Jesus Christus. Ex eo tempore cœpit Jesus indicare discipulis suis, 19 quod oporteret (21) ipsum abire Hierosolymam, ac multa pati 20 a senioribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & occidi, & tertio die resuscitari. 21 Et quum abduxisset eum Petrus, cœpit 22 illum increpare, (22) dicens, 23 Propitius tibi sis, Domine, nequaquam erit tibi hoc. At ille conversus dixit Petro, 24 (23) Abi post me Satana, 25 obstaculo es mihi: quia non sapis ea quæ sunt Dei, sed ea quæ sunt hominum. Tunc Jesus dixit discipulis suis, Si quis (24) vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, ac sequatur me. Qui enim voluerit animam suam servare, perdet eam: rursus, (25) qui perdiderit animam suam mea causa, inveniet eam. Quid enim prodest homini, si totum mundum lucratus fuerit, animæ vero suæ jacturam fecerit? 26 aut quid dabit homo, cujus permutatione redimat animam suam? Futurum est enim, ut (26) Filius hominis veniat in gloria Patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuique juxta facta (27) ipsius. Amen dico vobis, 27 sunt quidam hîc stantes, qui non gustabunt mortem, donec viderint (28) Filium hominis venientem in regno suo. 1 Et post XVII. 1 dies sex, 2 assumit Jesus Petrum ac Jacobum & Joannem fratrem ejus, 3 & subducit illos in montem excelsum seorsum. Transformatusque est coram illis: 4 & splenduit facies ejus sicut sol: ve- (2) stimenta autem illius facta sunt candida 5 sicut lumen.

16 *Erit ligatum & in cœlis*] *Et* conjunctio redundat, nec apud Græcos additur, nec in vetustis exemplaribus. Ad eundem modum, *solutum in cœlis* legendum pro *solutum & in cœlis*. Ac paulo post,

17 *Mandavit discipulis suis*] διεστείλατο. Quod verbum in Psalmos vertit *distinxit*. Rectius erat *edixit*. Nam hinc dictum videtur, quod *Edictum* ad omnes mitti solet. Ac rursum,

18 *Quia ipse esset Jesus Christus*] ὅτι vertendum erat per *quod*. Et *Jesus* non additur, nec in Græcis exemplaribus, nec in emendatis nostratibus. Quanquam in Paulino scriptum erat *Jesus Christus*, in altero, *quoniam ipse esset Christus Jesus*. Origenes Homilia in Matthæum prima frequenter adducit hunc locum juxta nostram sententiam: *Videamus ergo*, inquit, *si jam opera Apostolatus facientes eos volebat etiam prædicare, quoniam ipse erat Christus. Et si volebat, dignum est quærere quid est, quod nunc præcipit discipulis suis, ut nemini dicant, quoniam ipse est Christus.* Item aliquanto post: *Ideo & Salvator mittens Apostolos, volebat ut nemini dicerent manifeste, quoniam ipse erat Christus.* Ad eundem modum semel atque iterum repetit in sequentibus, distinguens tempus, quo satis erat prædicare Jesum, & tempus, quo prædicandus erat Christus. Et obstat sensui, si *Jesum* addas. Nihil enim magni erat esse *Jesum*, quod vocabulum erat hominis, haud dubium quin id temporis sexcentis commune; at *Messiam* esse, magnum erat. Alioqui perinde fuerit, ac si legas, *ut nemini dicerent se esse Jesum Christum*. Etenim quo minus huc confugiamus, ut dicamus accipi posse, *ne cui dicerent, quod Jesus esset Christus*, obstat primum pronomen *ipse*, deinde etiam ipse sermonis ordo. Neque enim quisquam ita loquitur, *nemo credit, quod fuit Plato Christianus*: sed, *nemo credit, quod Plato fuit Christianus*. Quanquam hoc sane mollius est aliquanto, quam quod hoc loco legimus. Nescio an hic *Jesus* non pro vocabulo hominis proprio, sed pro *Servatore* sit positum, ut intelligamus illum vetuisse, *ne se dicerent esse Servatorem Messiam*. Neque enim, opinor, *Jesus* sive *Josuah* simpliciter *Servatorem* sonat Hebræis, sed a salute denominatum est. Ac mox,

19 *Quia oportet ire*] ὅτι, *quod oporteret se abire*, aut *quod sibi esset abeundum*.

20 *A senioribus*] πρεσβυτέρων. Haud scio an rectius fuerit Græcam vocem relinquere, *a presbyteris*, quemadmodum ante fecit. Quandoquidem hic honoris vocabulum est potius quam ætatis. Ac paulo inferius,

21 *Et assumens eum*] καὶ προσλαβόμενος, *& apprehensum eum*, nimirum ut solent familiarius aliquid dicturi.

22 *Increpare eum*] Idem verbum quod aliquoties vertit *comminari*, nimirum ἐπιτιμᾶν.

23 *Absit a te, Domine*] Hieronymus annotavit significantius esse quod legitur a Græcis, Ἵλεώς σοι, Κύριε, id est, *Propitius tibi, Domine*, ut subaudias *esto* aut *sis*. Ad hunc modum legisse Origenem Homilia in Matthæum prima, declarat Interpres, & hunc secutus Chrysostomus Homilia quinquagesima quinta, ac rursus octogesima tertia. Nec dissonat Theophylactus. Atque ipsa verbi omissio facit ad affectum Petri, vehementer quod dictum erat abominantis. Est autem sermo abominantis, peculiaris Hebræis. Mihi magis videtur subaudiendum, *sit tibi Deus*, quam *sis*: quanquam ita visum est Hieronymo. Augustinus in Psalmum trigesimum quartum legit, *Propitius tibi esto, non fiet istud*. Item Sermone de verbis Domini ex Matthæo XIII. Rursum libro adversus Faustum XVI. capite XVII. Ac mox,

24 *Vade retro Satana*] Ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ, id est, *Abito post tergum meum Satana*. שָׂטָן Hebræis sonat *adversarium*. Unde Petrum *Satanam* vocat, non *Diabolum* intelligens, sed quod humano affectu adversaretur consilio divino. At totidem pene verbis nunc repellit Petrum, quibus ante tentantem Diabolum. Illud indicavit Origenes hoc loco dici Petro, *Vade post me*. Cæterum apud hunc ipsum Matthæum capite quarto, Diabolo tantum dici, Ὕπαγε, id est, *Abi*: nec addi *post me*, quod obedientiæ sit ire post Christum. Id autem in Apostolos quadrat, non in Diabolum, quemadmodum & illic admonuimus; licet hæc differentia, nec in Græcis codicibus, nec in nostris satis constanter observatur, haud scio an incuria Scriptorum.

25 *Scandalum es mihi*] Mirum quam hæc quoque Græca vox placuerit Christianis, quæ nobis *obstaculum* seu *impedimentum* sonat, ut testatur & Hieronymus in Dialogo adversus Pelagianos, σκῶλον & σκάνδαλον, a ruina dictum, quod occasio sit cadendi, si quid obstet eunti, & σκάζω *claudico*, quod claudus inflectens se, videatur tendere ad ruinam. Vertere poterat, *obstaculo mihi es*, etiamsi Græce est μου, non μοι, id est, *meum*, non *mihi*.

26 *Quam dabit homo commutationem*] ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; Hic ἀντάλλαγμα vocat id, quo dato redimitur aliquid, juxta Priscorum commercia, quæ non moneta, quemadmodum hodie, sed mutua rerum permutatione constabant. Est igitur sensus, omnium rerum jacturam esse faciendam citius quam vitæ. Quæ si semel pereat, nihil est tam carum, cujus permutatione possis illam redimere, quidquid dederis. Proinde nos vertimus, *aut quid dabit homo, quo redimat animam suam?* Sane animam *vitam* appellat. Quemadmodum & Horatius, *Animæque magnæ prodigum Paulum*: & in hunc certe sensum interpretatur Origenes. Sumitur enim similitudo a vita corporis, quæ cuique carissima est, ad vitam animi, quam oportet esse multo cariorem.

27 *De hic stantibus*] Nonnulli Græci codices habebant τῶν ὧδε ἑστῶτες, id est, *sunt quidam inter hos, qui hic sunt, stantes*, sive *sunt aliquot præsentium stantes*. Ut articulus τῶν referatur ad adverbium ὧδε, quemadmodum dicimus, τοὺς νῦν, τοὺς πάλαι. Origenes Homilia tertia nonnihil philosophatur de *stantibus*, quasi non omnes steterint, sed ii duntaxat, qui affixi essent Christo, quasique non omnes essent visuri regnum Dei.

XVII.

1 *ET post dies sex*] De numero dierum consentit Marcus cum Matthæo, cum Lucas tradat octo ferme dies intercessisse, id ita explicat Chrysostomus, ut dicat Matthæum ac Marcum eos tantum dies supputasse, qui medii intercesserant inter sermonem habitum & montem aditum: Lucam vero duos etiam extremos imputasse, nempe eum, quo prior habitus est sermo, & eum, quo montem conscenderunt.

2 *Assumpsit Jesus*] παραλαμβάνει, id est, *assumit*, præsentis temporis. Item paulo post,

3 *Duxit illos*] ἀναφέρει αὐτοὺς, id est, *subducit illos*, sive *abducit eos*. Nec est,

4 *Resplenduit*] sed ἔλαμψεν, id est, *fulsit* sive *splenduit*, non ἀπέλαμψεν. Ad hæc in omnibus, quæ quidem ego viderim, Græcis exemplaribus scriptum erat, non,

5 *Sicut nix*] sed ὡς τὸ φῶς, id est, *sicut lux*, consentiente etiam Editione Hispaniensi. Unde videri poterat errore Scribæ *lux* mutatum in *nix*, nisi tantus esset Latinorum codicum con-

τὸν, καὶ λέγοντες αὐτῷ, Εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι A
4 τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς μ
εἶπεν αὐτοῖς, Οὐκ ἀνέγνωτε ὅτι ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς,
5 ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς; Καὶ εἶπεν, Ἕνεκεν
τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα,
καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο
6 εἰς σάρκα μίαν. Ὥστε οὐκ ἔτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία·
7 ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. Λέγου-
σιν αὐτῷ, Τί οὖν Μωσῆς ἐνετείλατο δοῦναι βιβλίον ἀποστα-
8 σίου, καὶ ἀπολῦσαι αὐτήν; Λέγει αὐτοῖς, Ὅτι Μωσῆς
πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν ἀπολῦσαι
ρ γ α 9 τὰς γυναῖκας ὑμῶν· ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐ γέγονεν οὕτω. Λέγω
δὲ ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, εἰ μὴ ἐπὶ
πορνείᾳ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται· καὶ ὁ ἀπολελυ- B
ρ γ ᾶ ι 10 μένην γαμήσας, μοιχᾶται. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ
αὐτοῦ, Εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναι-
11 κὸς, οὐ συμφέρει γαμῆσαι. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Οὐ πάν-
12 τες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται. Εἰσὶ γὰρ
εὐνοῦχοι, οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτω· καὶ
εἰσιν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων·
καὶ εἰσιν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασι-
ρ γ ϛ β 13 λείαν τῶν οὐρανῶν. Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω. Τότε
προσηνέχθη αὐτῷ παιδία, ἵνα τὰς χεῖρας ἐπιθῇ αὐτοῖς,
14 καὶ προσεύξηται· οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπετίμησαν αὐτοῖς. Ὁ
δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἄφετε τὰ παιδία, καὶ μὴ κωλύετε αὐ-
τὰ ἐλθεῖν πρός με· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν
ρ γ γ β 15 οὐρανῶν. Καὶ ἐπιθεὶς αὐτοῖς τὰς χεῖρας, ἐπορεύθη ἐκεῖ- C
16 θεν. Καὶ ἰδοὺ εἷς προσελθὼν εἶπεν αὐτῷ, Διδάσκαλε μα
17 ἀγαθὲ, τί ἀγαθὸν ποιήσω, ἵνα ἔχω ζωὴν αἰώνιον; Ὁ
δὲ εἶπεν αὐτῷ, Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ
μὴ εἷς, ὁ Θεός· εἰ δὲ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν, τή-
18 ρησον τὰς ἐντολάς. Λέγει αὐτῷ, Ποίας; Ὁ δὲ Ἰησοῦς
εἶπε, Τὸ, Οὐ φονεύσεις· Οὐ μοιχεύσεις· Οὐ κλέψεις·
19 Οὐ ψευδομαρτυρήσεις· Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μη-
20 τέρα· καὶ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Λέ-
γει αὐτῷ ὁ νεανίσκος, Πάντα ταῦτα ἐφυλαξάμην ἐκ νεό-
ρ γ δ β 21 τητός μου, τί ἔτι ὑστερῶ; Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Εἰ θέλεις
τέλειος εἶναι, ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ
δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· καὶ δεῦρο,
ρ γ ε β 22 ἀκολούθει μοι. Ἀκούσας δὲ ὁ νεανίσκος τὸν λόγον, ἀπῆλ-
θε

men. Et ecce conspecti sunt illis Moses & Elias 6 cum illo colloquentes. 7 Respondens autem Petrus dixit Jesu, Domine, bonum est nos hîc esse: si vis faciamus hîc tria tabernacula, tibi unum, & Mosi unum, & Eliæ unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit illos: & ecce vox e nube, quæ diceret, Hic est Filius meus dilectus, 8 in quo mihi bene complacitum est: 9 ipsum audite. Et quum hæc audissent discipuli, prociderunt in faciem suam, & territi sunt vehementer. Et accedens Jesus tetigit illos, dixitque, Surgite, & ne timeatis. Ubi vero sustulissent oculos suos, neminem videbant, nisi Jesum solum. Et quum descenderent de monte, præcepit illis Jesus, dicens, Ne cui dixeritis visionem, donec Filius hominis a mortuis resurgat. Et interrogaverunt eum discipuli sui, dicentes, 10 Cur igitur Scribæ dicunt, 11 quod Eliam oporteat venire prius? Jesus autem respondens dixit illis, Elias quidem veniet prius, & restituet omnia. Cæterum dico vobis, Eliam jam venisse: & non agnoverunt eum: sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt: sic & Filius hominis passurus est ab illis. Tunc intellexerunt discipuli quod de Joanne Baptista dixisset ipsis. Et quum venissent ad turbam, accessit ad eum homo quidam, 11 flectens genua illi, Dicensque, Domine, miserere filii mei, quoniam lunaticus est, & misere affligitur: nam sæpe cadit in ignem, & sæpe in aquam. Et obtuli eum discipulis tuis, nec potuerunt eum sanare. Respondens autem Jesus dixit, O natio 13 incredula & distorta, 14 quousque tandem ero vobiscum? usquequo patiar vos? adducite illum huc. 15 Et increpavit illud Jesus, & exiit ab eo dæmonium: & sanatus est puer a tempore illo. Tunc accedentes discipuli ad Jesum seorsum, dixerunt, 16 Quare nos non potuimus ejicere illud? Jesus autem dixit illis, Propter incredulitatem vestram: amen quippe dico vobis, si habeatis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, 17 Demigra hinc illuc: & demigrabit: neque quicquam im-

D

sensus: præsertim cum alius Evangelista meminerit *fullonis*, cujus ars est candidare vestes. Apud Theophylactum contextus habet *sicut lux*, ex Commentariis non liquet quid legerit, ne ex Chrysostomi quidem aut Hieronymi. Inter colores plurimum lucis habet albus, & quæ lucent candida dicuntur, veluti luna. Faciem Domini comparavit soli, qui solus aureus est, vestimenta lumini reliquo, quod candorem habet, quanquam obscuratur a sole. Quanquam Valla de his verbosius argutatur: quæ si quis cupiat cognoscere, & si quid videbuntur ad Evangelii sensum facere, sunt in promptu. Dubium non est quin Origenes legerit, *sicut lumen*, Homilia tertia, non dissimulans interim apud Marcum non *luminis*, sed *nivis* fieri comparationem. Itidem citat Homilia xxx. Et,

6 *Cum eo loquentes*] συλλαλοῦντες, magis sonat *confabulantes*, ut familiare colloquium intelligamus. Et hoc loco rabula quispiam publicitus apud populum detulit Erasmi nomen, qui scripsisset, Evangelia nihil aliud esse quam fabulas aniles, cum ego nihil aliud annotassem quam Græcæ vocis proprietatem, neque mutarim in vertendo verbum *colloquendi*. Et hic tamen erat insignis cultu Dominicali, Baccalaureus sacrosanctæ Theologiæ, doctrinæ Evangelicæ præco. Non miror inter tot hujus Ordinis millia existere talia portenta: illud miror, non compesci a cæteris hujusmodi labes ac dedecora, non solum Ordinis sui, verum etiam totius populi Christiani. Pauloque post,

7 *Respondens autem Petrus*] Ἀποκριθείς. Abutitur & alias hoc verbo, cum nihil præcesserit, ad quod respondeat.

8 *In quo mihi complacui*] ἐν ᾧ εὐδόκησα. Quod Cyprianus ita reddit, *in quo bene sensi*. Itidem Irenæus.

9 *Ipsum audite*] Jam iterum ea vox audita summam auctoritatem arrogat Christo, unum hunc doctorem creavit ipse Deus Pater. Hoc auctoritatis nulli Theologorum, nulli Episcoporum, nulli Pontificum, aut Principum tributum est. Non quod his non sit parendum, sed quod Christo præcipue, & ob Christum illis, si modo Christo digna præcipient, & si sequentur eorum vestigia, de quibus dictum est, *Qui vos spernit, me spernit, & qui vos audit, me audit*. At nunc videmus dormitari passim ad Chisti doctrinam, ceu crassam ac rudem, & concionis auribus inculcari quid dixerit Scotus, quid Thomas, quid Durandus, & pluris fieri inter Monachos, quid statuerit Benedictus, aut Bernardus, aut Franciscus, quam quid is docuerit, de quo uno vox Patris audita est, *ipsum audite*. Illi ferre non possunt, si quis verbulo elevet Dominici aut Francisci auctoritatem, & nos feremus æquo animo servulos anteponi Domino? Illud obiter admonendum, ubi narratur vox hæc Patris audita jam baptizato Domino, non additur ab Evangelistis, *ipsum audite*, probabile tamen & hanc partem non abfuisse, & si non fuisset prolata, sensus eam includit. In hoc enim manifesto testimonio commendat Filium suum, ut illi fides haberetur. Unde cultus Ecclesiasticus in Epiphaniis canit publicitus, *Spiritus Sanctus visus est, paterna vox audita est, hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite.*

10 Cæterum quod ajunt sese ex Scribis audisse, id legitur in calce Malachiæ: *Ecce mittam vobis Heliam Prophetam, antequam veniet dies Domini magnus & horribilis, & convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam & percutiam terram anathemate.* Porro quod hic *Scribarum* fit mentio, non sic est accipiendum, quasi quorumlibet Scribarum partes fuerint ex Prophetarum oraculis respondere, sed erat hominum genus, quos Hebræi suo quodam nomine vocant, quorum hæc erat professio, ut quemadmodum olim apud Romanos in rebus dubiis ex Sibyllæ libris per aruspices responsa petebantur, ita isti consulti ex Prophetarum libris responderent, quos & Herodes consuluisse narratur.

E

11 *Heliam oportet primum venire*] ἐλθεῖν πρῶτον, id est, *venire prius*. Hic certe faciendum erat, quod alias facit, ut superlativum verteret per comparativum. Sentiunt enim Heliam venturum antequam veniret Christus.

12 *Genibus provolutus*] γονυπετῶν. Græcis unica dictio est, perinde sonans, quasi dicas, *accidens ad genua*. Et aliquanto post,

13 *Incredula & perversa*] διεστραμμένη, id est, *distorta*: ac recte sane vertit, modo recte intelligatur. *Perversum* enim proprie dicitur, quod a rectitudine deflexum est.

14 *Quousque ero*] ἕως πότε ἔσομαι, id est, *quousque tandem*. Nec enim otiosa est expletiva conjunctio, sed impatientiam quandam tædii indicat. Rursus aliquanto post,

15 *Et increpavit eum*] Ambigit & Hieronymus utro referendum sit *eum*, ad hominem an ad dæmonium. Quum enim ait, *sive*, subindicat variam sententiam. Mihi magis videtur ad dæmonium pertinere. Unde vertendum erat *illud*, non *illum*: certe ad dæmonium refert Chrysostomus in Catena aurea, & hunc sequutus Remigius. Theophylactus ad puerum refert. Ex Origene & cæteris parum liquet. Illud constat Christum nusquam increpare dæmoniacos, dæmones frequenter. Nam in eo quod sequitur,

F

16 *Quare nos non potuimus ejicere illum*] Apparet Librariorum errore factum, ut *illum* scriptum sit pro *illud*. Est enim Græce αὐτὸ, & dæmonium præcessit.

17 *Transi hinc*] Omissa est apud nos una vox, Μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ, id est, *Transi hinc illuc*, licet alterum adverbium non reperiam apud Chrysostomum. Omissum arbitror ab Interprete, certe apud Theophylactum est, quemadmodum & apud Origenem. Nec est,

18 Non

[23] θε λυπούμενος· ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι δυσκόλως πλούσιος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. [24] Πάλιν δὲ λέγω ὑμῖν, εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν [25] τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν. Ἀκούσαντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἐξεπλήσσοντο σφόδρα, λέγοντες, Τίς ἄρα δύναται σωθῆναι; [26] Ἐμβλέψας δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Παρὰ ἀνθρώποις τοῦ-ρνγ ι [27] το ἀδύνατόν ἐστι· παρὰ δὲ Θεῷ πάντα δυνατά ἐστι. Τότε ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ, Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν [28] πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι· τί ἄρα ἔσται ἡμῖν; Ὁ ρνζ ι δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, ὅταν καθίσῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ ρνη β [29] Ἰσραήλ. Καὶ πᾶς ὃς ἀφῆκεν οἰκίας, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, ἑκατονταπλασίονα λήψε-ρνθ β [30] ται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. Πολλοὶ δὲ ἔσονται [1 XX.] πρῶτοι, ἔσχατοι· καὶ ἔσχατοι, πρῶτοι. Ὁμοία γάρ μβ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶ-[2] να αὐτοῦ. Συμφωνήσας δὲ μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. [3] Καὶ ἐξελθὼν περὶ τὴν τρίτην ὥραν, εἶδεν ἄλλους ἑστῶτας ἐν [4] τῇ ἀγορᾷ ἀργούς· Κἀκείνοις εἶπεν, Ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς [5] εἰς τὸν ἀμπελῶνα· καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, δώσω ὑμῖν. Οἱ δὲ ἀπῆλθον. Πάλιν ἐξελθὼν περὶ ἕκτην καὶ ἐννάτην ὥραν, [6] ἐποίησεν ὡσαύτως. Περὶ δὲ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἐξελθὼν, εὗρεν ἄλλους ἑστῶτας ἀργοὺς, καὶ λέγει αὐτοῖς, Τί ὧδε ἑστή-

impossibile erit vobis. Sed hoc genus [18] non egreditur, nisi per deprecationem & jejunium. [21] Quum autem versarentur in Galilæa, dixit illis Jesus, [22] Futurum est ut Filius hominis tradatur in manus hominum. Et occident eum, ac tertio die resurget. [23] Et mœrore affecti sunt vehementer. Quum autem [24] venissent in oppidum Capernaum, accesserunt [19] qui didrachma solent accipere ad Petrum, dixeruntque, Præceptor vester [20] num solvit didrachma? Dicit, Etiam. Et quum ingressus fuisset in [25] domum, [21] prævenit illum Jesus, dicens, Quid tibi videtur Simon? reges terræ a quibus accipiunt [22] tributa aut censum? a filiis suis, an ab alienis? [26] Dicit illi Petrus, Ab alienis. Ait illi Jesus, Ergo liberi sunt filii. Verum ne simus illis offendiculo, [27] profectus ad mare, mitte hamum, & eum piscem, qui prodierit primus, tolle: & aperto ore illius invenies [23] staterem: acceptum eum da illis pro me & te. In illo tempore accesserunt discipuli ad [XVIII. 1] Jesum, dicentes, [1] Quis maximus est in regno cœlorum? [2] Et accersitum ad se puerum Jesus, statuit in medio illorum; [3] Et dixit, Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini [3] sicut pueri, non ingrediemini in regnum cœlorum. [4] Quisquis igitur demiserit semetipsum [4] sicut est puer iste, [5] hic est ille maximus in regno cœlorum. [5] Et qui receperit unum puellum talem in nomine meo, me recipit. [6] Qui autem offenderit unum [6] de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur [7] mola asinaria in collum ejus, ac demergatur [8] in

18 *Non ejicitur*] sed οὐκ ἐκπορεύεται, id est, *non egreditur.* Interpres legisse videtur ἐκβάλλεται: & ad sensum haud magni refert. Porro quod ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ, id est, *in oratione & jejunio*, transtulit *per orationem & jejunium*, bene mutavit Hebraicam figuram. Nam Hebræi בְּ, id est, *in*, ut בְּיָד חֲזָקָה *in manu forti*, בַּיהוָה *in Domino*, utuntur pro *per*, ut jam admonui.

19 *Qui didragmam accipiunt*] Bis in unica dictione peccamus: & quod per *g* scribimus, cum sit per *ch* scribenda: & quod singulari numero ac genere fœminino proferimus, quæ est neutri & pluralis, quæ vox emendate legitur in aureo codice, atque etiam in Donatiani voluminibus, atque etiam Constantiensi. Siquidem est Græcis τὰ δίδραχμα. Ait enim, *accipiunt*: ut intelligas eos solitos a singulis accipere, & idcirco absolute dixit multitudinis numero. Est enim Græcis δραχμὴ, id est, *drachma*, nomismatis genus, nempe sex continens obolos, minæ Atticæ centesima pars. Inde *didrachmum* nomismatis vocabulum duplum drachmæ, & *tridrachmum*, & *tetradrachmum.* Quorum omnium meminit Julius Pollux libro de rerum vocabulis nono. Et quod continenter sequitur,

20 *Non solvit didrachma*] *Solvit* præsentis est temporis, τελεῖ: ut intelligamus exactorem illum non hoc percontari, num Jesus jam solvisset vectigal, sed deberetne solvere, & an illius esset solvere. Alioqui mentitus erat Petrus, qui responderit Ναὶ, id est, *Etiam.* Cæterum quæ Lyranus nugatur hoc loco de didrachma ex Isidoro & Papia, quis posset absque risu legere?

21 *Prævenit illum Jesus*] προέφθασεν, id est, *occupavit* sive *antevertit.* Indicat enim Petrum ea de re Jesu locuturum fuisse, sed ille non exspectata oratione Petri antevertit. Nec est,

22 *Tributum*] sed *tributa*, τέλη. Nam quod addit κῆνσον, Latinam vocem Matthæus aut hujus Interpres usurpavit, nimirum quod res esset Latinorum, & solent plerunque res peregrinæ & aliunde invectæ suæ gentis vocabula secum adducere. Porro,

Στατὴρ] Tametsi ponderis quoque modus est, quem Hebræi שֶׁקֶל vocant, hoc sane loco nummum significat, qui quatuor continebat drachmas. Nam cum *didrachmum* exigeretur a singulis, Jesus *staterem* reddi jussit duorum nomine, suo ac Petri. Qua quidem ex re mox nata est inter discipulos disceptatio, quis primas teneret in regno cœlorum, quod Petrus æquatus Christo, cæteris antepositus videretur. Illud obiter annotare visum est, etiamsi ad hoc institutum proprie non pertinet, non satis intelligi mihi, quid sibi velit, quod in hunc locum scribit Hieronymus: *Dominus noster, & secundum carnem, & secundum spiritum, filius Regis erat, vel ex David stirpe generatus, vel omnipotentis verbum Patris. Ergo tributa quasi Regum filius non debebat: sed qui humilitatem carnis assumpserat, debuit adimplere omnem justitiam. Nos infelices, qui Christi censemur nomine, & nihil dignum tanta facimus majestate. Ille propter eximiam charitatem pro nobis & crucem sustinuit, & tributa reddidit, nos pro illius honore tributa non reddimus, & quasi filii Regis a vectigalibus immunes sumus.* Siquidem videtur Hieronymus hoc arrogantiæ tribuere, quod Ecclesiastici graventur tributum pendere Principibus, cum hodie summa pietas habeatur, pro immunitate Clericorum modis omnibus digladiari. Christus testatus se non debere, solvit tamen, at non pro suis omnibus, sed pro se duntaxat ac Petro, simul & detrectans solutionem, & obsequens illorum rapacitati. Fortassis illud docens, non dandum quod non debetur, & tamen, ubi res poscit, aliqua pecuniæ jactura redimendam magnatum offensam. Possunt & sic accipi Hieronymi dicta, Christus tantus pro nobis se submisit, & nos, qui Christi nomine gloriamur & fruimur immunes a vectigalibus, non respondemus illius erga nos charitati. Augustinus quæstione in Matthæum vicesima tertia ex hoc loco colligit immunitatem Christianorum: *Quod dixit*, inquiens, *ergo liberi sunt filii, in omni regno intelligendum est, liberos esse filios, id est, non esse vectigales: multo ergo magis liberi esse debent in quolibet regno terreno filii regni illius, sub quo sunt omnia regna terræ.* Hactenus Augustinus. Quod si recipimus, nulli Christiani debent vectigal suis Principibus, cum omnes sint illius regni filii. Atque haud scio, an mutato regno, vectigalis quoque genus fuerit mutandum, & num Augustinus de hoc agat tributo, quod nos Principi Christo debemus.

XVIII.

1 QUis putas] Τίς ἄρα μείζων. *Putas* Interpres posuit loco conjunctionis expletivæ. Et μείζων comparativum superlativi vice positum apparet, cum de pluribus fiat sermo. Certe sic legit Augustinus in Homiliis, quas edidit in Matthæum. Ac mox,

2 *Advocans parvulum*] προσκαλεσάμενος. Quod toties jam vertit *convocans*, ut ne quid interim causer de mutato participii tempore. Nec est *parvulum*, sed παιδίον, id est, *puellum*, diminutivum a *puero.* Etsi non sim nescius alicubi diminutivum hoc usurpari pro grandi puero, tamen hoc sane loco non fuerat otiosa diminutio. Facit enim ad emphasim, dum non solum invitat illos ad imitationem cujuscunque pueri, sed pueri admodum pusilli. Nec video, cur nonnullis *puelli* vocabulum mollius videatur, cum Prudentius non veritus sit Christum appellare *pusionem*; nec Hieronymus abhorruerit a vocabulo *puelli.* Cur autem obscœnius sit *puellus*, quam *puella*? Ac rursum,

3 *Sicut parvuli*] ὡς παιδία, id est, *sicut puelli.* Atque ita citat divus Hieronymus enarrans Esaiam. Et iterum,

4 *Sicut parvulus iste*] ὡς τὸ παιδίον, id est, *ut puellus*, sive *puerulus*, nam & hoc est apud probatos Auctores. Illud mirum, Interpretem, qui soleat copiam affectare, hoc loco non mutasse *parvulum.* Præsertim cum *parvuli* vocabulum non admodum faciat ad sensum Christi. Siquidem *parvulus* esse potest, & qui natu sit grandis, cujusmodi sunt Pumiliones, & Pygmæi, quibus a cubitali proceritate nomen est inditum. At hic innocentiam ac simplicitatem intelligi voluit, qua prima pueritiæ ætas prædita est. Sed hujusmodi quædam voces illa tempestate fuerant receptæ. Nec additur *iste* in plerisque Græcorum exemplaribus, nisi quod articulus τὸ ferme tantundem efficit. Dilucidius autem vertisset in hunc modum: *Nisi quis se reddiderit humilem, ut est puellus hic*, hoc est, *tantulum, quantulus hic puer est, & dejiciat semetipsum ad hujus modulum.* Cæterum Jesus per humilitatem corporis innuit ταπεινοφροσύνην, hoc est, *animi modestiam*, & per corporis proceritatem significat animum elatum.

5 *Hic major est in regno*] μείζων, id est, *maximus*, ut paulo superius indicavimus. Nam sunt, quorum est Origenes, qui hæc ad ipsum Christum pertinere putant, quo ut nihil humilius fuit, ita nihil majus. Nec otiose videtur additus articulus ὁ μείζων, quasi dicas *ille maximus*: ad quem quo quisque propius accesserit, hoc major erit in regno cœlorum. Quanquam & alioqui articulus reddit maximum illum, de quo disputabant Apostoli.

6 *De pusillis istis*] τῶν μικρῶν. Non est eadem vox Græcis, quæ modo fuit *parvulorum*, παιδίων. Atque hoc duntaxat loco Origenes, vel hujus potius Interpres, legit *pusillis*, sive *parvulis*, cum in superioribus legat *puerum.* Ac paulo post,

7 *Mola asinaria*] μύλος ὀνικός. Significat *ingens saxum.* Siqui-

ἄρτȢς καὶ τȢ̀ς ἰχθύας, εὐχαριςήσας ἔκλασε, καὶ ἔδωκε 37 τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· οἱ δὲ μαθηταὶ τῷ ὄχλῳ. Καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν τὸ περισ- 38 σεῦον τῶν κλασμάτων ἑπτὰ σπυρίδας πλήρεις. Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν τετρακισχίλιοι ἄνδρες, χωρὶς γυναικῶν καὶ ρξα δ 39 παιδίων. Καὶ ἀπολύσας τȢ̀ς ὄχλȢς, ἐνέβη εἰς τὸ πλοῖον, XVI. 1 καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλά. Καὶ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι καὶ ΣαδδȢκαῖοι, πειράζοντες ἐπηρώτησαν αὐτὸν ρξβ ε 2 σημεῖον ἐκ τȢ̃ οὐρανοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτοῖς. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ὀψίας γενομένης, λέγετε, Εὐδία· πυῤῥάζει 3 γὰρ ὁ οὐρανός. Καὶ πρωῒ, Σήμερον χειμών· πυῤῥάζει γὰρ συγνάζων ὁ οὐρανός. Ὑποκριταὶ, τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν, τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ ρξγ ϛ 4 δύνασθε; Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ· καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ ρξδ β 5 τοῦ προφήτȢ. Καὶ καταλιπὼν αὐτούς, ἀπῆλθε. Καὶ ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸ πέραν, ἐπελάθοντο ἄρτȢς 6 λαβεῖν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ὁρᾶτε καὶ προσέχε- ρξε ϛ 7 τε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ ΣαδδȢκαίων. Οἱ δὲ διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς, λέγοντες, Ὅτι ἄρτȢς οὐκ 8 ἐλάβομεν. Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Τί διαλογί- 9 ζεσθε ἐν ἑαυτοῖς, ὀλιγόπιςοι, ὅτι ἄρτȢς οὐκ ἐλάβετε; Οὔπω νοεῖτε, οὐδὲ μνημονεύετε τοὺς πέντε ἄρτȢς τῶν πεντα- 10 κισχιλίων, καὶ πόσȢς κοφίνȢς ἐλάβετε; Οὐδὲ τοὺς ἑπτὰ ἄρτȢς τῶν τετρακισχιλίων, καὶ πόσας σπυρίδας ἐλάβετε; 11 Πῶς οὐ νοεῖτε, ὅτι οὐ περὶ ἄρτȢ εἶπον ὑμῖν, προσέχειν 12 ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ ΣαδδȢκαίων; Τότε συνῆκαν, ὅτι ȣ̓κ εἶπε προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τȢ̃ ἄρτȢ, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διδαχῆς τῶν Φαρισαίων καὶ ΣαδδȢκαίων. ρξϛ α 13 Ἐλθὼν δὲ ὁ ἸησȢ̃ς εἰς τὰ μέρη Καισαρείας τῆς ΦιλίππȢ, ἠρώτα τȢ̀ς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγων, Τίνα με λέγȢσιν οἱ 14 ἄνθρωποι εἶναι, τὸν Υἱὸν τȢ̃ ἀνθρώπȢ; Οἱ δὲ εἶπον, Οἱ μὲν, Ἰωάννην τὸν Βαπτιςήν· ἄλλοι δὲ, Ἠλίαν· ἕτεροι 15 δὲ, Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν. Λέγει αὐτοῖς, Ὑ- 16 μεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ Σίμων Πέ- 17 τρος εἶπε, Σὺ εἶ ὁ Χριςὸς, ὁ Υἱὸς τȢ̃ ΘεȢ̃ τȢ̃ ζῶντος. Καὶ ρξζ ι ἀποκριθεὶς ὁ ἸησȢ̃ς εἶπεν αὐτῷ, Μακάριος εἶ Σίμων Βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα ȣ̓κ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πα- 18 τήρ μȣ ὁ ἐν τοῖς ȣ̓ρανοῖς. Κἀγὼ δέ σοι λέγω, ὅτι σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μȣ τὴν ἐκκλη- 19 σίαν· καὶ πύλαι ᾅδȣ ȣ̓ κατισχύσȣσιν αὐτῆς. Καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔςαι δεδεμένον ἐν τοῖς ȣ̓ρανοῖς· καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς

A cessit illinc in navi ad desertum locum seorsim. Et quum audissent turbæ, sequutæ sunt illum itinere pedestri relictis urbibus. Et egressus Jesus vidit 14 multam turbam: 13 & tactus est affectu misericordiæ erga illos, 14 sanavitque ex illis qui male valebant. Porro quum appetisset vespera, adierunt 15 eum discipuli ipsius dicentes, Desertus est locus, & hora jam præteriit: dimitte turbas, ut 15 abeant in vicos, & emant sibi cibaria. 16 At Jesus dixit il- 16 lis, Non est illis necesse ut abeant, date illis vos quod edant. At illi dicunt ei, Non habemus 17 hic nisi quinque panes & duos pisces. Ille vero 18 dixit, Afferte mihi illos huc. Et jussis 17 turbis 19 B discumbere 18 super gramina, sumptisque quinque panibus ac duobus piscibus, 19 sublatis in cœlum oculis, benedixit: 20 & quum fregisset, dedit discipulis panes, 21 discipuli vero turbis. Et come- 20 derunt omnes, & saturati sunt: 22 & sustulerunt λβ quod superfuerat de fragmentis duodecim cophinos plenos. 23 Porro qui comederant fuere viri ferme 21 quinquies mille, præter mulieres ac pueros. Et 22 statim 24 compulit Jesus discipulos suos, ut conscenderent navim, 25 & præcederent se in ripam ulteriorem, donec 26 dimisisset turbas. Ac dimissis 23 turbis, adscendit in montem 27 solus ad orandum. Quum autem advenisset vespera, solus erat. 28 C Cæterum navis jam in medio maris erat, 29 & af- 24 flictabatur ab undis: nam ventus erat adversus. Quarta autem noctis vigilia 30 abiit ad illos Jesus, 25 λγ ambulans super mare. Et ubi vidissent eum discipuli 26 super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes, 31 Spectrum est: ac præ metu exclamaverunt. 32 Sed 27 statim loquutus est illis Jesus, dicens, 33 Bono animo este, ego sum, ne terreamini. Respondens 28 autem illi Petrus dixit, Domine, si tu es, jubeto me ad te venire 34 super aquas. At ille dixit, Ve- 29 ni. Et quum descendisset e navi Petrus, ambulabat super aquas, ut iret ad Jesum. Cæterum 30 quum videret ventum validum, territus est: & quum D cœpisset 35 demergi, clamavit, dicens, Domine serva me. Continuo autem Jesus extenta manu ap- 31 prehendit eum, & dixit illi, 36 Exigua fiducia prædite, 37 cur hæsitabas? 38 Et quum essent in- 32 gressi

alioqui nec in Græcis nec in Latinis vetustioribus codicibus habetur: postremo nec in aureo, nec in Constantiensi, & tamen additum probo. Ac rursum,

13 *Misertus est*] ἐσπλαγχνίσθη, de quo jam admonuimus. Ac mox,

14 *Et curavit languidos*] ἐθεράπευσε τȢ̀ς ἀῤῥώςȢς, id est, *sanavit male valentes*, sive *qui malæ erant valetudine*. Mirum enim quam Interpres hoc vocabulo *languoris* sit delectatus.

15 Ut interim prætercam illa minutiora, quod ἀπελθεῖν pro *abire* vertit *ire*.

16 Quod ὁ δὲ εἶπεν, id est, *ille autem dixit*, vertit, *qui dixit*: quod & alias facit.

17 Quod ὄχλȢς *turbam* pro *turbas*.

18 Quod ἐπὶ χόρτȢς, id est, *super herbas*, sive *gramina*, transtulerit *super fœnum*, cum ante verterit *herbam*.

19 Quod ἀναβλέψας, *adspiciens* pro *suspiciens*, sive, ut temporis etiam habeatur ratio, *sublatis in cœlum oculis*.

20 Nam κλάσας ἔδωκε, id est, *fregit ac dedit*, tolerabilius est: quanquam apertius erat, *cum fregisset*, *dedit*. Denique quod,

21 *Discipuli dederunt turbis*] *Dederunt* verbum de suo addiderit, quod nec additum est a Græcis, nec in vetustis Latinorum codicibus invenitur. Nec erat opus addere.

22 *Et tulerunt reliquias*] Græca sic habent, καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων δώδεκα κοφίνȢς πλήρεις, *& sustulerunt quod superfuerat fragmentorum duodecim cophinos plenos*. *Cophinus* autem Veteribus mensuræ genus fuit, auctore Julio Polluce: quanquam hic pro *sportis* positum apparet, quod Lucas σπυρίδας appellet, hoc est, *sportulas*.

23 *Manducantium autem*, &c.] οἱ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι χωρὶς γυναικῶν καὶ παίδων, id est, *erant autem qui comederant, ferme quinquies mille, præter mulieres ac pueros*. Verum hic Latinitatis duntaxat injuria est.

24 Cæterum quod *jussit* posuit pro *compulit*, sive id factum est ab Interprete, sive a Librario, cum sensus etiam injuria conjunctum est. Nam Græce plus est quam *jussit*, ἠνάγκασεν, id est, *coëgit*, sive *compulit*. Ut intelligamus eos invitos a præceptore discessisse, quem sic amabant, ut nec punctum temporis possent abesse. Quemadmodum annotavit & divus Hieronymus, qui *compulit* legit; non *jussit*. Annotavit idem Theophylactus. Et his omnibus antiquior Origenes, identidem iterans hanc vocem atque etiam interpretans. Certe *compulit* habet etiam codex aureus. Offendit aliquem inepte misericordem vox *compellendi* durior; atqui non *coëgit* Dominus, nisi jubendo. Verum ea vox dura commendat nobis & amorem discipulorum erga Dominum, & obedientiam. Quum enim illis dulcissimum esset semper adesse præceptori, tamen quod jubentur faciunt, non responsantes, secus quam vulgus discipulorum solet, qui & libenter absunt ab oculis magistri, & si quid imperatur adversum affectibus ipsorum, excusant responsantque. Ut illa dissimulem, quod

25 *Præcederent eum*] dixit pro *præcederent se*, aut *præcederent ipsum*. Nam quod Valla mavult *præirent*, quam *præcederent*, non video quid illum debuerit offendere. Et,

26 *Dimitteret turbas*] Eleganter vertit, si modo intelligamus eum non fugisse simpliciter turbas, sed ab se dimisisse, quo modo solemus amicos abeuntes dimittere. Quanquam ἀπολύω Græca vox anceps est ad multa, ad *absolvere*, *repudiare*, *dimittere* quomodocunque.

27 *Solus orare*] κατ' ἰδίαν, id est, *seorsum*, sive *privatim*, aut *secreto*, quemadmodum alibi vertit. Porro adverbium utrolibet referri potest, ad verbum superius *adscendit*, aut ad *ad orandum*: quanquam rectius ad posterius. Ac mox,

28 *Navicula autem*] τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης, id est, *navis autem jam medio mari*. Mirum enim quam hoc diminutivo delectetur. Deinde,

29 *Jactabatur*] Græce est ἦν βασανιζόμενον. Quod ante vertit *torqueri*, nos vertimus *afflictabatur*. Ac rursum,

30 *Venit ad eos*] ἀπῆλθεν, *abiit*. Quanquam apparet eum sic abusum hoc verbo ἀπελθεῖν, quemadmodum Græci ἀφικνεῖσθαι, id est, *pervenire*.

31 *Phantasma est*] Græcam dictionem reliquit, Latine poterat *spectrum* dicere: qua voce usus est Tullius, ac Plinius. Græcis etiam φάσμα dicitur.

32 Nam illa levicula sunt, quod εὐθέως δὲ, id est, *statim autem*, vertit, *statimque*.

33 Quod θαρσεῖτε, id est, *bono animo sitis*, sive *fidite*, vertit, *habete fiduciam*, otiosa periphrasi. Quod,

34 *Super aquam*] ἐφ' ὕδατα, pro *super aquas*.

35 Porro quod hic vertit *mergi*, Græcis est καταποντίζεσθαι, id est, *involvi undis marinis*.

36 De *modica fidei*, ὀλιγόπιςε, jam diximus. Ad hæc,

37 *Quare dubitasti*] εἰς τί ἐδίςασας, id est, *ad quid vacillasti?* Id enim Græca vox sonat, cum animus nunc huc, nunc illuc impellitur. Donec nihil spectabat nisi Christum, in tuto erat Petrus: at dum fluctuat animo, protinus periclitatur in fluctibus.

38 *Et cum adscendissent*] Καὶ ἐμβάντων αὐτῶν, id est, *Et ingressis*

ρξη β 20 σης ἐπὶ τῆς γῆς, ἔςαι λελυμένον ἐν τοῖς ὐρανοῖς. Τότε διεςείλατο τοῖς μαθηταῖς αὐτῦ, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν ὅτι
21 αὐτός ἐςιν Ἰησῦς ὁ Χριςός. Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησῦς δεικνύειν τοῖς μαθηταῖς αὐτῦ ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν Πρεσβυτέρων καὶ Ἀρχιερέων καὶ Γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ
ρξθ β 22 τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι. Καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος, ἤρξατο ἐπιτιμᾷν αὐτῷ, λέγων, Ἵλεώς σοι Κύριε, ὐ μὴ
23 ἔςαι σοι τῦτο. Ὁ δὲ ςραφεὶς εἶπε τῷ Πέτρῳ, Ὕπαγε ὀπίσω μυ Σατανᾶ, σκάνδαλόν μυ εἶ· ὅτι ὐ φρονεῖς τὰ τῦ
ρο β 24 Θεῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. Τότε ὁ Ἰησῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτῦ, Εἴ τις θέλει ὀπίσω μυ ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν ςαυρὸν αὐτῦ, καὶ ἀκολυ-
25 θείτω μοι. Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτῦ ἕνε-
26 κεν ἐμῦ, εὑρήσει αὐτήν. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτῦ ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτῦ;
ροα ι 27 Μέλλει γὰρ ὁ Υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τῦ Πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτῦ· καὶ τότε ἀποδώ-
ροβ β 28 σει ἑκάςῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτῦ. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑςηκότων, οἵτινες ὐ μὴ γεύσωνται θανάτυ, ἕως ἂν ἴδωσι τὸν Υἱὸν τῦ ἀνθρώπυ ἐρχόμενον ἐν τῇ βα-
XVII. 1 σιλείᾳ αὐτῦ. Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν

gressi navim, conquievit ventus. Porro qui erant in navi, accesserunt & adoraverunt eum, dicentes, Vere Dei Filius es. Et quum trajecissent, venerunt 39 in terram Gennesareth. 40 Et quum agnovissent illum viri loci illius, 41 emiserunt nuncios in totam undique finitimam regionem illam, & obtulerunt illi omnes male habentes. Et obsecrabant eum, 42 ut tantum tangerent fimbriam vestimenti ipsius: & quotquot tetigissent, salvi facti sunt. 1 Tunc accedunt ad Jesum, 2 qui ab Hierosolymis venerant, Scribæ & Pharisæi, dicentes, Quare discipuli tui transgrediuntur 3 traditionem Seniorum? non enim abluunt manus suas, quum edunt panem. At ille respondens dixit eis, Quare & vos transgredimini præceptum Dei propter traditionem vestram? 4 Nam Deus præcepit, dicens, 5 Honora patrem tuum & matrem: &, Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri aut matri, 6 Quidquid doni a me profecturum erat, id in tuum vertitur commodum: & non honorabit patrem suum aut matrem suam: Et irritum fecistis præceptum Dei propter traditionem vestram. Hypocritæ, recte de vobis prædixit Esaias, dicens, Appropinquat mihi

gressis illis: Loquitur enim de Jesu & Petro simul ingressis. Ac mox, αὖθις αὖ, *naviculam* pro *navi*, cum sit πλοῖον. Nec est,

39 *In terram Genezar*] Sed *Gennezareth*. Quanquam apparet apud illos utrumque nomen esse ejusdem lacus. Nam sentit regionem ei lacui finitimam. Magno autem consensu *Genezar* legunt Chrysostomus & Hilarius, suffragantibus & vetustis exemplaribus. Cæterum Hieronymus hoc loco scribit in hunc modum: *Si sciremus quid in nostra lingua resonaret* Gennezareth, *intelligeremus quomodo Jesus per typum Apostolorum, & navis, Ecclesiam de persequutionum naufragio liberatam, transducat ad littus, & in tranquillissimo portu faciat requiescere.* Hæc Hieronymus. Primum, quid suam dicit linguam? non opinor Syrorum, inter quos habitabat id temporis: quam si callebat, non defuisset Latina vox, qua Syram expressisset. Dein cum ait, *si sciremus*, videtur confiteri incompertam ejus nominis interpretationem. In vulgatis Hebraicorum nominum collectaneis, legimus *Genesar* significare *ortus principium*, sive *initium nativitatis*, nec aliud significare *Gennezareth*, quam *Genesar*. Quanquam ad hanc interpretationem non video quid faciant verba Hieronymi.

40 *Cum cognovissent*] ἐπιγνόντες, id est, *cum agnovissent*. Est enim consentaneum multos illic fuisse, qui Jesum antea viderant: a qua sententia non abhorret Hieronymus. Ac mox,

41 *Miserunt*] ἀπέςειλαν. Cur non est ausus addere *nuncios*? Nec est, *in universam regionem*, sed εἰς τὴν ὅλην περίχωρον, *in totam undique finitimam regionem*. Nam illud,

42 *Ut vel fimbriam*] Eleganter vertit, cum sit Græce, κἂν μόνον ἅψωνται, id est, *ut vel tangerent duntaxat*. Et quod est *vestimenti*, Græcis est ἱματίυ: quod aliquando *pallium* vertit. Significat enim summam vestem, id quod ad ἔμφασιν facit.

XV. 1 T*Unc accesserunt*] Τότε προσέρχονται, id est, *Tunc accedunt*. Ac mox,

2 *Ab Hierosolymis Scribæ*] οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων Γραμματεῖς. Articulus facit, ut vertendum fuerit, *qui ab Hierosolymis venerant Scribæ*, sive *Hierosolymitani Scribæ*. Idem indicat Chrysostomus, hunc enarrans locum, nam erant & aliarum urbium Scribæ. Nec est,

3 *Traditiones*] Sed παράδοσιν, id est, *traditionem*, consentiente vetustissimo codice Latino, atque etiam Constantiensi. Nos *institutum*, sive *constitutionem*, vertere possumus. Nec enim queruntur de omnibus traditionibus, sed de una duntaxat: nempe de non lavando manus.

4 *Nam Deus dixit*] Græce est, ἐνετείλατο λέγων, id est, *præcepit dicens*. Ut respondeat ad id quod præcessit, ἐντολὴν, *mandatum*, sive, quod malim, *præceptum*. Cæterum,

5 *Honora*] Græce est τίμα, quod significat *honorem habe*. Verum, secundum consuetudinem sermonis Scripturarum, magis pertinet ad subsidium, quam ad honorem. Præcipit enim Deus id quod Gentilium quoque legibus cautum est, ut liberi parentibus, vel ætate defectis, vel inopia laborantibus, vel alioquin afflictis, opitulentur, &, ut Græci loquuntur, ἀντιπελαργῶσι. Id hodie quidam non intelligentes, parentes suos tantum non adorant, eumque honorem parentes a liberis exigunt, atque ita totum pietatis officium abunde persolutum arbitrantur. Ad eundem modum usus est Paulus scribens Timotheo: *Honora viduas, quæ vere viduæ sunt.* Ac rursus: *Presbyteri duplici honore digni sunt.* Quin & apud Latinos *honor* pro *præmio gratiaque* usurpatur, quæ pro merito refertur. Et apud Græcos τιμὴ a τίω deductum est, quod, quoties in bonam accipitur partem, significat *dependo*, sive *persolvo*.

6 *Munus quodcunque est*] δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμῦ ὠφεληθῇς, id est, *donum quodcunque ex me profectum fuerit adjuveris*. Cæterum sensus verborum est aliquanto obscurior, unde ab omnibus multifariam exponitur. Quidam enim hæc verba tribuunt filio, qui sic loquatur patri: *Donarium quod ex me venturum erat in corban*, nam Syram vocem posuit Marcus, hoc est, *in gazophylacium Templi, id totum consumitur in tuos usus, tibique juvando impenditur*, nimirum fraudato Templo. Atque ita prætextu pietatis bis violabant pietatem: primum desertis parentibus, velut in gratiam Dei: deinde Deum ridebant, non immolantes quod immolatum fingebant, ut ait Chrysostomus. Velut si pater ovem, aut simile quippiam petiisset a filio, ne deesset negandi prætextus, fingebat filius eam ovem Templo destinatam. Idque Scribæ nefas videri volebant, in privatos usus asserere quod Templo dicatum esset: perinde quasi Deus suo jure fraudaretur. Atque utinam hic Pharisæorum morbus a Christianorum moribus abesset! Hujusmodi captionum plena sunt omnia. Et Christi aut Mariæ peculium dicitur, quod vel in luxum Sacerdotum ac Monachorum servatur, vel in Principis alicujus prædam. Sacrilegium habetur hinc egenis subvenire. Horum laqueis testamenta transferuntur ad alendum otium & luxum quorundam religionem cultu tituloque profitentium, fraudatis & exclusis aliquoties & liberis: quasi quod datur alendis liberis aut cognatis, consecretur Diabolo. Cæterum ideo dixit Pharisæis, *Vos autem dicitis*, non quod hæc illorum sint verba, sed quod illi docerent liberos ad eum modum loqui patri: quo parentes, dum metu sacrilegii abstinebant ab his, quæ videbantur destinata Templo, penuria conficerentur: atque ita quod Deus jusserat impendi consovendis parentibus, id in lucrum cedebat Sacerdotum. Alii referunt hæc ad Pharisæos, qui verbis hujusmodi terrerent debitorem, gravantem reddere quod debebat. Nam arte id agebant Pharisæi, ut si quis debitor esset, unde vel ob inopiam, vel ob potentiam nihil posset extorqueri, creditor pecuniam eam consecraret corbonæ. Jamque jus exigendi transierat ad istos, qui debitorem territabant ad hunc modum: *Tu pecuniam Deo dicatam apud te detines, & in profanos consumis usus, quod Templo consecratum est?* Atque ita fraudabatur creditor sua pecunia. Verum hæc non video quid ad parentes honorandos pertineant, tametsi hunc quoque sensum recensent Hieronymus ac Theophylactus. Magis ad rem facit, ut filius dicat, *quicquid Templo dicavero, id patri impensum est*, nempe Deo, atque ita irrisum patrem destituat. Sic enim interpretabantur Legem Divinam, quæ providerat, ne parentibus, morbo, ætate, inopiave laborantibus, deesset subsidium, *Honora patrem & matrem*, patrem honora, id est, Deum patrem omnium, & Synagogam matrem. Nam illam interpretationem rejicit etiam Chrysostomus, si modo non fallit Interpres, (siquidem hactenus suppeditabat Græcum exemplar) ut filius dicat patri, *nullum honorem tibi debeo, sed si quid impendero, est donum*. Siquidem nec hoc ad Pharisæos pertinet, quo titulo filius officium præstet patri. Loci obscuritas fuit in causa, ut Interpretes alia atque alia divinarent. Quod autem affert Aurelius Augustinus in libro Quæstionum Evangelicarum primo, quæstione decima sexta, hisce verbis filios adultos negare sibi gratum esse, quod parentes pro ipsis offerrent munera, posteaquam ad eam ætatem pervenissent, ut ipsi pro se possent offerre donaria, an Evangelico congruat sensui, aliis expendendum relinquo. Mihi sane non admodum probatur. Sed hunc locum aliquanto dilucidius explanat Origenes in fragmento, quod nos vertimus. Cæterum in ὃ ἐὰν ἐξ ἐμῦ, omnino subaudiendum est aliquid, ut exprimas articuli Græci vim, & liberum est subaudire, quod sententiæ sit accommodum, *est*, aut *erit*, aut aliud simile. Deinde ὠφεληθῇς, magis legendum videtur ὠφεληθῇ, ut sit *juvaris*. *Tu juvaris omni dono, quod daturus eram Templo.* Quandoquidem Christus hoc velut exemplum contumeliæ commemorat, qua liberi edocti a Pharisæis afficiant suos parentes, nisi conjunctio ἐὰν referatur etiam ad verbum ὠφεληθῇς, ut accipiatur δυνητικῶς, id est, *juvaberis* sive *juvari poteris*. Deinde τιμήσῃ, si per η scribatur, sonat *honorabis*; si per ει, *honorabit*. Nostra vero Translatio, neque cum Græcis satis quadrat, neque sententiam ullam explicat. Proinde quantum licuit in tanta sententiarum varietate, id quod optimum judicavimus sequuti, vertimus ad hunc modum: *Quicquid doni a me profecturum erat, id in tuum vertitur commodum, & non honorabit patrem suum, aut ma-*

τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν αὐτȣ͂, καὶ ἀναφέρει 2 αὐτȣ̀ς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν. Καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν· καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτȣ͂ ὡς ὁ ἥλιος· τὰ δὲ ἱμάτια αὐτȣ͂ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς. 3 Καὶ ἰδȣ̀ ὤφθησαν αὐτοῖς Μωσῆς καὶ Ἠλίας, μετ' αὐτȣ͂ συλλαλȣ͂ντες. 4 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπε τῷ Ἰησȣ͂, Κύριε, καλόν ἐςιν ὑμᾶς ὧδε εἶναι· εἰ θέλεις, ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνὰς, σοὶ μίαν, καὶ Μωσῇ μίαν, καὶ μίαν Ἠλίᾳ. 5 Ἔτι αὐτȣ͂ λαλȣ͂ντος, ἰδȣ̀ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτȣ̀ς· καὶ ἰδȣ̀ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης λέγȣσα, Οὗτός ἐςιν ὁ Υἱός μȣ ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτȣ͂ ἀκȣ́ετε. 6 Καὶ ἀκȣ́σαντες οἱ μαθηταὶ, ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, 7 καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα. Καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησȣ͂ς ἥψατο 8 αὐτῶν, καὶ εἶπεν, Ἐγέρθητε, καὶ μὴ φοβεῖσθε. Ἐπάραντες δὲ τȣ̀ς ὀφθαλμȣ̀ς αὐτῶν, ȣ̓δένα εἶδον, εἰ μὴ τὸν 9 Ἰησȣ͂ν μόνον. Καὶ καταβαινόντων αὐτῶν ἀπὸ τȣ͂ ὄρȣς, ἐνετείλατο αὐτοῖς ὁ Ἰησȣ͂ς, λέγων, Μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅ-10 ραμα, ἕως οὗ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπȣ ἐκ νεκρῶν ἀναςῇ. Καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, Τί οὖν οἱ ρογ 11 Γραμματεῖς λέγȣσιν, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ἠλίας μὲν ἔρχεται 12 πρῶτον, καὶ ἀποκαταςήσει πάντα. Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι Ἠλίας ἤδη ἦλθε· καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτὸν· ἀλλ' ἐποίησαν ἐν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν· οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπȣ 13 μέλλει πάσχειν ὑπ' αὐτῶν. Τότε συνῆκαν οἱ μαθηταὶ, ροδ β 14 ὅτι περὶ Ἰωάννȣ τοῦ Βαπτιςοῦ εἶπεν αὐτοῖς. Καὶ ἐλθόντων αὐτῶν πρὸς τὸν ὄχλον, προσῆλθεν αὐτῷ ἄνθρωπος γονυπετῶν αὐτῷ, 15 Καὶ λέγων, Κύριε, ἐλέησόν μȣ τὸν υἱὸν, ὅτι σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει· πολλάκις γὰρ πίπτει 16 εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ. Καὶ προσήνεγκα αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς σȣ, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν αὐτὸν θεραπεῦσαι. 17 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ὦ γενεὰ ἄπιςος καὶ διεςραμμένη, ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν; ἕως πότε 18 ἀνέξομαι ὑμῶν; φέρετέ μοι αὐτὸν ὧδε. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον· καὶ

A mihi populus hic ore ſuo, & 7 labiis me honorat: cæterum cor eorum procul abeſt a me. Sed 8 fruſtra me colunt, docentes 9 doctrinas, præcepta hominum. 10 Et advocatis ad ſe turbis dixit eis, Audite & intelligite. Non quod ingreditur in os, 11 impurat hominem: 12 ſed quod egreditur ex ore, hoc impurum reddit hominem. Tunc accedentes diſcipuli ejus dixerunt illi, 13 Noſti Phariſæos audito ſermone iſto offenſos fuiſſe? At ille reſpondens ait, Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cœleſtis, eradicabitur. Omittite illos: 14 duces ſunt cæci cæcorum: porro ſi cæcus cæco dux fuerit, ambo in foveam cadent. Reſpondens autem B Petrus dixit ei, 15 Diſſere nobis parabolam iſtam. Jeſus autem dixit, 16 Adhuc & vos intelligentia caretis? Nondum intelligitis, quod quidquid ingreditur in os, in alvum abit, & in ſeceſſum ejicitur? At ea, quæ proficiſcuntur ex ore, ex ipſo corde egrediuntur, & illa impurum reddunt hominem. Nam ex corde exeunt 17 cogitationes malæ, cædes, adulteria, ſtupra, furta, falſa teſtimonia, convitia. Hæc ſunt quæ impurum reddunt hominem: cæterum illotis manibus capere cibum, non inquinat hominem. Et digreſſus illinc C Jeſus, ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Cananæa, quæ a finibus illis venerat, clamabat ad illum dicens, Miſerere mei Domine fili David, filia mea 18 miſere a dæmonio agitatur. 19 Ille vero non reſpondit ei quicquam. Et accedentes diſcipuli ejus 20 rogabant illum, dicentes, 21 Amitte illam, nam clamat poſt nos. At ille reſpondens dixit, Non ſum miſſus niſi 22 ad oves perditas domus Iſraeliticæ. Illa vero venit & adoravit eum, dicens, Domine, 23 ſuccurre mihi. At ille reſpondens dixit, 24 Non eſt honeſtum ſumere pa-

matrem ſuam, nempe filius ſic edoctus a vobis. Et tamen quicunque ſenſus erit, durior eſt ſermonis compoſitio, quod hæc particula, *quicunque dixerit patri & matri*, non habet quod reſpondeat, niſi ſubaudiamus, *benefacit*, aut aliud ſimile, quod nullus admonuit præter Gloſſam, quam adducit Catena aurea. Mirum eſt Lyranum ſic ſcribere in hunc locum, quaſi non legerit quenquam veterum Interpretum. Nec enim admodum refert attingere, quæ hoc loco adverſus Lyranum diſſerit quidam, & rurſus in hunc alius quiſpiam.

D

7 *Labiis me honorat*] Apud Græcos pluſculum eſt verborum, Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς ȣ̂τος τῷ ςόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, id eſt, *Appropinquat mihi populus hic ore ſuo, & labiis me honorat.* Verum adjecit nonnihil aliquis, qui voluerit abſolutum reddere Prophetæ teſtimonium, cum Hieronymus enarrans hunc Prophetæ locum indicet Evangeliſtam decerpſiſſe quod ſibi commodum judicabat, & neque retuliſſe per omnia, ut in Hebræo ſcriptum eſt, neque ut a Septuaginta verſum. Eſt autem locus apud Eſaiam capite vigeſimo nono. Hebraica ſic reddit Hieronymus: *Pro eo quod appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me: cor autem ejus longe eſt a me, &* E *timuerunt me mandato hominum, & doctrinis.* Septuaginta verterunt in hunc modum: Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς ȣ̂τος ἐν τῷ ςόματι αὐτȣ͂, καὶ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν τιμῶσί με· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμȣ͂· μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες ἐντάλματα ἀνθρώπων καὶ διδασκαλίας. Id eſt, *Appropinquat mihi populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis honorat me: cor autem ejus longe eſt a me: fruſtra autem colunt me, docentes hominum præcepta atque doctrinas.* Ipſa igitur res indicat, hoc teſtimonium non ita legi a Græcis, ut eſt adductum ab Evangeliſta, ſed ut eſt reſtitutum a ſtudioſo quopiam: qui cum deprehendiſſet locum apud Prophetam, quod mutilatum eſſe putabat, explevit: idque non ex Hebræorum libris, quos ignorabat, ſed ex Editione Septuaginta, quam Græci ſequuntur. Porro quod hoc loco Interpres, haud ſcio quis, vertit,

8 *Sine cauſa*] Græce eſt μάτην, id eſt, *fruſtra*, & *ſine fructu* potius quam *ſine cauſa*. Atque ita legitur in Tranſlatione Septua- F ginta. Denique *longe eſt*, Græce eſt ἀπέχει, id eſt, *abeſt*. Nec eſt,

9 *Doctrinas & mandata hominum*] Apud Græcos enim hoc loco non additur conjunctio. Verum διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων, id eſt, *doctrinas, mandata hominum*, ut appoſitive legatur *doctrinas, quæ ſunt mandata hominum*, non Dei. Atque ita comperi in vetuſtiſſimis illis, quæ jam compluſculis locis adduxi, Latinis exemplaribus: poſtremo in aureo Codice & in exemplari, quod erat ad manum quum hanc Editionem quartam adornaremus, Conſtantienſi. Et conſentiunt Hebraica, מִצְוַת אֲנָשִׁים מְלֻמָּדָה, quod ad verbum ita reddere liceat, *mandata hominum doctrinas*. Nec tam eſt *colunt*, quam *reverentur*, σέβονται, quod propius etiam accedit ad Hebraicam veritatem, כִּבְּדוּנִי.

10 *Convocatis turbis*] προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον, id eſt, *advocata*, ſive *vocata ad ſe turba*, aut *accerſita*. Quod tamen ita ferme perpetuo transfert. Cæterum,

11 *Coinquinat*] Græcis eſt κοινοῖ, id eſt, *commune facit*: ſive, ut Auguſtinus legit, *communicat*, libro adverſus Fauſtum decimo ſexto, capite trigeſimo primo. Nam Judæi quod ſanctum purumque non ſit, id *commune* vocant, quod Latini *profanum, impurum*, aut *nefaſtum*. Nam pura, ſancta, minimeque profana vocantur. Unde nos vertimus, *impurum reddunt*. Ac mox, *impurum reddit hominem*. Annotavit hoc Origenes, ſeu potius Origenis Interpres, ediſſerens caput Epiſtolæ ad Romanos decimum quartum, indicans in nonnullis exemplaribus Latinis fuiſſe ſcriptum *communicant*, in nonnullis *coinquinant*.

12 *Sed quod procedit*] Perdidit Interpres gratiam προσωνομασίας, atque item ἐναντιώσεως, in his vocibus, τὸ εἰσερχόμενον, & τὸ ἐξερχόμενον, id eſt, *quod ingreditur*, & *quod egreditur*. Ac paulo poſt,

13 Οἶδας ὅτι] id eſt, *Noſti*, & *quia* vertendum erat in *quod*: aut certe per infinitum verbum reddendus ſenſus. Ad hæc, ἀκȣ́σαντες τὸν λόγον τȣ͂τον, pro *verbum* rectius vertiſſet *ſermonem*: cum Græca vox *ſermonem* ſignificet magis, quam *verbum*, aut certe *dictum*. Ut ne dicam *ſcandalizatos* poſitum pro *offenſos*.

14 *Cæci ſunt duces cæcorum*] Græcus ſermo feſtivior eſt, ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν, id eſt, *duces ſunt cæci cæcorum*. Nam ὁδηγοὶ proprie dicuntur, *qui commonſtrant viam*, ab ὁδὸς *via*, & ἄγω *duco*, ſive ἡγȣ͂μαι *præcedo*. Ac mox,

15 Φράσον] *Ediſſere*, de quo ſuperius admonuimus, etiamſi mihi non improbatur. Nec eſt,

16 *Non intelligitis*] Sed οὔπω, id eſt, *nondum*, ut reſpondeat ad ἀκμὴν, id eſt, *adhuc*, quod tamen vehementius quiddam eſt, quam ἔτι.

17 *Cogitationes malæ, homicidia*] In Græcis aliquot exemplaribus ſcriptum erat φθόνοι, id eſt, *invidiæ*. Atque ita ſane habet Editio Aldina. Huic ſimillima vox eſt φόνοι, id eſt, *cædes* ſive *homicidia*. Nec ex Chryſoſtomo nec ex Hieronymo liquet quid legerint.

18 *Male vexatur*] κακῶς δαιμονίζεται, id eſt, *miſere*. Quanquam & *male* Latinis uſurpatur pro *miſere*. Ac rurſum,

19 Ὁ δὲ] id eſt, *At ille ait*, vertit, *qui ait*, velut affectata diſſonantia, tametſi id non magni refert. Item,

20 *Non reſpondit ei verbum*] λόγον. Rurſus cur potius *verbum* quam *ſermonem*? Nam ſenſus eſt, *non reſpondit illi quicquam*. Nec enim eſt idem tropus in ſermone Græco, qui eſt in Latino: quemadmodum dicimus, *non reſcripſit litteram*, pro eo, quod erat, *nihil omnino reſcripſit*. Præterea,

21 Ἠρώτησαν] id eſt, *interrogabant*, quo tamen verbo nonnunquam abuſus videtur pro *rogo*. Nam hæc vox Latinis eſt anceps. Item,

22 *Dimitte illam*] ἀπόλυσον, id eſt, *abſolve illam*: ſive ut impetrato quod petit abeat, ſive ut aliquo pacto illi ſatisfiat. Nos vertimus, *amitte* pro eo quod eſt *ablegato*. Sic enim Terentius uſus eſt *amittendi* verbo, ut opponatur *retinendi* verbo. Neque enim ſemper *amittere* idem eſt quod *perdere*.

23 *Ad oves quæ perierunt*] τὰ ἀπολωλότα, id eſt, *perditas*, ut ſæpe citat Hieronymus. Cæterum articulus indicat non omnes oves intelligi, ſed eas quæ periſſent. Et,

24 *Adjuva*] βοήθει, rectius *ſuccurre*. Nam adjuvamus laboran-

19 καὶ ἐθεραπεύθη ὁ παῖς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης. Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ κατ' ἰδίαν, εἶπον, Διατί 20 ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν· ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, Μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ· καὶ μεταβήσεται· καὶ οὐδὲν ἀδυ- 21 νατήσει ὑμῖν. Τοῦτο δὲ τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται εἰ μὴ ἐν 22 προσευχῇ καὶ νηστείᾳ. Ἀναστρεφομένων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Μέλλει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώ- 23 που παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων. Καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται. Καὶ ἐλυπή- 24 θησαν σφόδρα. Ἐλθόντων δὲ αὐτῶν εἰς Καπερναοὺμ, προσῆλθον οἱ τὰ δίδραχμα λαμβάνοντες τῷ Πέτρῳ, καὶ 25 εἶπον, Ὁ διδάσκαλος ὑμῶν οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα; Λέγει, Ναί. Καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, προέφθασεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Τί σοι δοκεῖ, Σίμων; οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη, ἢ κῆνσον; ἀπὸ 26 τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων; Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος, Ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων. Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἄρα- 27 γε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί. Ἵνα δὲ μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτοὺς, πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν, βάλε ἄγκιστρον, καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον· καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, εὑρήσεις στατῆρα· ἐκεῖνον λαβὼν δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ.

XVIII. 1 Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ, λέγοντες, Τίς ἄρα μείζων ἐστὶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν 2 οὐρανῶν; Καὶ προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς παιδίον, ἔστησεν 3 αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν, Καὶ εἶπεν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ στραφῆτε, καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλ- 4 θητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὅστις οὖν ταπεινώσῃ ἑαυτὸν ὡς τὸ παιδίον τοῦτο, οὗτός ἐστιν ὁ μείζων ἐν τῇ βα- 5 σιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Καὶ ὃς ἐὰν δέξηται παιδίον τοιοῦτον 6 ἓν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται. Ὃς δ' ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, συμφέρει αὐτῷ ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης. 7 Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων· ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' οὗ 8 τὸ σκάνδαλον ἔρχεται. Εἰ δὲ ἡ χείρ σου ἢ ὁ πούς σου σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτὰ, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· καλόν σοι ἐστὶν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν ἢ κυλλὸν, ἢ δύο χεῖρας 9 ἢ δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. Καὶ εἰ ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· καλόν σοι ἐστὶ μονόφθαλμον εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ

panem filiorum, & 25 objicere catellis. Hæc autem respondit, 26 Certe Domine: 27 etenim catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Jesus dixit illi, O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata fuit filia ejus ex eo tempore. Et progressus illinc Jesus, venit juxta mare Galilææ: & conscenso monte sedebat illic. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, 28 ducentes secum 29 claudos, cæcos, mutos, mutilos, & alios multos, & abjecerunt eos ad pedes Jesu: & sanavit eos: Adeo ut turbæ miratæ sint, quum viderent mutos loqui, mutilos esse sanos, claudos ambulare, cæcos videre, 30 & glorificabant Deum Israel. Jesus autem vocatis ad se discipulis suis dixit, Miseret me turbæ, propterea quod jam triduum perseverant apud me, & non habent quod edant: & dimittere eos jejunos nolo, 31 ne deficiant in via. Dicunt ei discipuli ejus, 32 Unde nobis in solitudine 33 panes tam multi, ut saturemus turbam tantam? Et dicit illis Jesus, Quot panes habetis? At illi dicunt, Septem, & paucos pisciculos. Et jussit turbas 34 discumbere in terra. Et sumpsit septem panes ac pisces: 35 & postquam gratias egisset, fregit, deditque discipulis suis: 36 discipuli vero turbæ: Comederuntque omnes, & saturati sunt: & sustulerunt quod supererat fragmentorum septem sportulas plenas. At ii qui comederant, erant 37 quater mille viri, præter mulieres & pueros. Et dimissis turbis, conscendit navim, venitque 38 in fines Magdala.

XVI. Et egressi Pharisæi una cum Sadducæis tentantes rogabant eum, ut signum e cœlo ostenderet sibi. At ille respondens dixit eis, Quum cœperit esse vespera, dicitis, 1 Serenitas erit: nam rubet cœlum: Et mane, 2 Hodie tempestas: 3 rubet enim cœlum triste. Hypocritæ, faciem cœli scitis dijudicare, signa vero temporum non potestis? Natio prava & adultera signum requirit, & signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetæ. Et relictis illis abiit. Et quum venissent discipuli ejus in ulteriorem ripam, per oblivionem non sumpserant panes. Jesus autem dixit illis, 5 Videte & cavete a fermento Pharisæorum ac Sadducæorum. At

rantem, & βοηθεῖν inde dictum, quod ad vocem periclitantis & quiritantis accurritur, id quod & βοηδρομεῖν vocant.

25 *Non est bonum*] Græce est καλὸν, quod magis *honestum* & *pulchrum* significat, quam *bonum*, ἀγαθόν. Nam indecorum est, cibum filiorum objicere canibus. Hæc enim Jesus ex publico Judæorum affectu dixit, qui se solos Deo caros & sanctos judicabant, cæteros omnes canum habebant loco: & *liberorum* est magis quam *filiorum*, τέκνων: ut ea vox filias quoque complectatur, præsertim cum mulieri loquatur.

26 *Mittere canibus*] βαλεῖν τοῖς κυναρίοις, id est, *abjicere catellis*. Eadem est vox, quam mox vertit diminutive,

27 *Nam & catelli edunt*] καὶ γὰρ τὰ κυνάρια. Ne quis in hujus mutatione vocis somniet subesse mysterium, cum apud Græcos utrobique sit eadem. Tametsi divus Hilarius videtur altero loco legisse *canibus*, nisi forte non consuluit exemplar Græcum. Ait enim mulierem diminutivi nominis blandimento canum opprobrium lenisse. Quod commentum non habet locum, nisi priore loco legas κυσί. Præterea,

28 *Etiam Domine*] Ναὶ Κύριε. Confirmantis est adverbium, non refellentis. Verum est quod dicis, *Turpe est panes filiorum abjici catellis, ego licet sim canis, micas peto, non panes.*

29 *Habentes secum*] ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν, id est, *adducentes secum*. Nam id quoque significat ἔχω. Hieronymus interpretatur *deducentes*, sive *portantes*. Ac subinde,

30 *Mutos, cæcos, claudos, debiles*] χωλοὺς, τυφλοὺς, κωφοὺς, κυλλοὺς, id est, *claudos, cæcos, mutos, mutilos*, sive *mancos*. Hieronymus admonet, quod hic vertit *debiles*, Græcis esse κυλλοὺς: quod ita refertur ad manum, quemadmodum χωλὸς ad pedem: ut sicut qui uno pede claudicat, *claudus* dicitur, ita cui altera manus manca aut truncata sit, κυλλὸς dicatur. Nam *debilitas* generale malum est totius corporis. Unde cum paulo post, sanatos referens, dixisset *mutos loquentes, cæcos videntes, claudos ambulantes*, non repetit κυλλοὺς, quod nihil haberet, quod huic nomini responderet. Ex quibus Hieronymi verbis constat, id quod reperitur in Græcis exemplaribus κυλλοὺς ὑγιεῖς, id est, *debiles sanos*, additum a quopiam, qui id putaverit Librarii vitio prætermissum. Ut dissimulem, quod ἐδόξασαν verterit *magnificabant* pro *glorificabant*. Nam de illis, προσκαλεσάμενος, & σπλαγχνίζομαι, non semel jam admonuimus.

31 *Ne forte deficiant*] μή ποτε, id est, *ne*, aut *nequando*. Ac paulo post,

32 *Unde ergo nobis*] *Ergo* redundat: Πόθεν ἡμῖν, id est, *Unde nobis*.

33 *Panes tantos*] ἄρτοι τοσοῦτοι, id est, *tot panes*, sive *tam multi panes*, aut certe *tantum panum*. Nam Græca vox numerum significat, non magnitudinem, hoc est, quantitatem discretam, non continuam, ut loquuntur Dialectici. Porro,

34 *Ut discumberent*] Græcis est ἀναπεσεῖν, quod significat *humi considere*, non in lectis. Et,

35 *Gratias agens fregit*] εὐχαριστήσας ἔκλασεν, id est, *cum gratias egisset*, sive *gratiis actis fregit*. Ac rursum,

36 *Discipuli dederunt populo*] *Dederunt* Interpres Latinus addidit de suo. Nec est,

37 *Quatuor millia hominum*] sed τετρακισχίλιοι ἄνδρες, id est, *quater mille viri*. Nam quod χωρὶς vertit *extra* pro *præter*, laudo copiam, etiamsi nihil opus. Deinde παίδων *pueros* vertit *parvulos*, ita solet reddere νηπίους.

38 *In fines Magedan*] εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλὰ, id est, *in fines Magdala*. Atque ita legit divus Chrysostomus, addens Jesum abisse *in fines Magdalorum*. Sic enim vertit Interpres. Nam hic, ut ante dixi, destituit nos Græcum exemplar truncum. Ac meminit quidem Hieronymus *Magdali* in descriptione locorum. Cæterum hoc loco *Magedam* legit, non *Magdalam*. his quidem verbis: *Magedam, ad cujus fines Matthæus Evangelista scripsit Dominum pervenisse, sed & Marcus ejusdem recordatur. Nunc autem regio dicitur Macera, contra Jesuram.* Rursus interpretans voces Hebraicas apud Matthæum meminit *Mageda*. In vetustissimo codice, qui habebat Commentarios Theophylacti, scriptum erat ὄρη, non ὅρια, id est, *montes*, non *fines*. Sed *uni testi*, ut ajunt, *ne Catoni quidem creditur*. Marcus pro *Magedan* habet *Dalmanutha*, putantque locum fuisse binominem.

XVI.

1 *Serenum erit*] Εὐδία, id est, *Serenitas*, ut subaudias *erit*, sicut & in proximo,

2 *Hodie tempestas*] subauditur *erit*, Σήμερον χειμών. Ac magis exprimit certum prognostæ judicium hoc schema sermonis. Porro,

3 *Rutilat*] Idem verbum est, quod modo verterat, *rubicundum est*, πυῤῥάζει. Et,

4 *Non potestis scire*] *Scire* non additur nec in plerisque Græcis exemplaribus, nec in antiquis Latinis. Quanquam in nonnullis reperi scriptum, οὐ δύνασθε, *non potestis*, in quibusdam, οὐ συνίετε, id est, *non intelligitis*. Item,

5 *Intuemini & cavete*] Ὁρᾶτε καὶ προσέχετε, id est, *Videte & cavete*, sive, vt alibi vertit, *attendite*. Quis enim unquam dixit *intuemini* pro *cavete*? Nam hæc verborum idem significantium conduplicatio nihil aliud quam epitasin cautionis habet.

ἢ δύο ὀφθαλμὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν τῦ πυρός. 10 Ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τύτων· λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν ὐρανοῖς διὰ παντὸς 11 βλέπυσι τὸ πρόσωπον τῦ Πατρός μυ τῦ ἐν ὐρανοῖς. Ἦλθε 12 γὰρ ὁ Υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ σῶσαι τὸ ἀπολωλός. Τί ὑμῖν δοκεῖ; ἐὰν γένηταί τινι ἀνθρώπῳ ἑκατὸν πρόβατα, καὶ πλανηθῇ ἓν ἐξ αὐτῶν, ὐχὶ ἀφεὶς τὰ ἐννενηκονταεννέα, 13 ἐπὶ τὰ ὄρη πορευθεὶς ζητεῖ τὸ πλανώμενον; Καὶ ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτὸ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι χαίρει ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον ἢ ἐπὶ τοῖς ἐννενηκονταεννέα τοῖς μὴ πεπλανημέ-14 νοις. Οὕτως ὐκ ἔςι θέλημα ἔμπροσθεν τῦ Πατρὸς ὑμῶν 15 τῦ ἐν ὐρανοῖς, ἵνα ἀπόληται εἷς τῶν μικρῶν τύτων. Ἐὰν δὲ ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός συ, ὕπαγε, καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σῦ καὶ αὐτῦ μόνυ· ἐάν συ ἀκύσῃ, ἐκέρδη-16 σας τὸν ἀδελφόν συ· Ἐὰν δὲ μὴ ἀκύσῃ, παράλαβε μετὰ σῦ ἔτι ἕνα ἢ δύο· ἵνα ἐπὶ ςόματος δύο μαρτύρων ἢ 17 τριῶν ςαθῇ πᾶν ῥῆμα. Ἐὰν δὲ παρακύσῃ αὐτῶν, εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακύσῃ, ἔςω 18 σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅσα ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔςαι δεδεμένα ἐν τῷ ὐρανῷ· καὶ ὅσα ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔςαι λελυμένα ἐν τῷ ὐ-19 ρανῷ. Πάλιν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν δύο ὑμῶν συμφωνήσωσιν ἐπὶ τῆς γῆς περὶ παντὸς πράγματος ὖ ἐὰν αἰτήσωνται, γενήσεται αὐτοῖς παρὰ τῦ Πατρός μυ τῦ ἐν οὐρανοῖς. 20 Οὗ γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ 21 εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. Τότε προσελθὼν αὐτῷ ὁ Πέτρος, εἶπε, Κύριε, ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μυ, 22 καὶ ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις; Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς,

Οὐ

At illi reputabant 6 intra sese, dicentes, Panes non 7 sumpsimus. Quod ubi cognovit Jesus, dixit illis, 8 Quid cogitatis intra vos ipsos, ô parum fidentes, quod panes non sumpseritis? Nondum intelligitis, 9 neque memoria tenetis 7 quinque illos panes quum homines essent quinquies mille, & quot cophinos sustuleritis? Neque septem illos panes quum homi-10 nes essent quater mille, & quot sportas acceperitis? 8 Qui fit ut non intelligatis me non de pane dixisse 11 vobis illud, ut caveretis a fermento Pharisæorum & Sadducæorum? Tunc intellexerunt quod non 12 jussisset cavere a fermento panis, sed a doctrina Pharisæorum & Sadducæorum. Quum venisset au-13 tem Jesus in partes 9 Cæsareæ ejus, quæ cognominatur Philippi, interrogavit discipulos suos, dicens, 10 Quem me dicunt homines esse 11 Filium illum hominis? Illi vero dicebant, Alii quidem Jo-14 annem Baptistam, alii vero Heliam, alii vero Hieremiam, aut unum de numero Prophetarum. Di-15 cit illis, At vos quem me dicitis esse? Respondens 16 autem Simon Petrus dixit, 12 Tu es Christus ille Filius Dei viventis. Et respondens Jesus dixit illi, 17 Beatus es 13 Simon bar Jona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui est in cœlis. At ego vicissim tibi dico, 14 Quod tu es Petrus, 18 & super hanc petram ædificabo meam Ecclesiam: & portæ inferorum 15 non valebunt adversus illam. Et dabo tibi claves regni cœlorum: & quicquid 19

alli-

6 *Inter se*] ἐν ἑαυτοῖς, *inter se mutuo*, sive *intra sese*. *Intra se* habet codex aureus, ut intelligas tacitam cogitationem. Nam διελογίζοντο quoque ambiguum est ad disputantem, & ad cogitantem. Ac mox, ἐν ἑαυτοῖς, id est, *inter vos*, sive *intra vos*. Ac paulo post,

7 *Quinque panum, & quinque millia*] Cur non potius *quinque millium?* Quanquam accusativus *panes* erat commodior ob turbam genitivorum. Quidam Latini codices habebant *quinque panum & quinque millium*, quidam *quinque panum in quinque millia*, quum emendatiores cum Græcis legant *quinque panum quinque millium*, ut non sit asyndeton, sed *panes illorum* dicantur qui eos comederunt: aut certe genitivo Græco absolute posito, quum essent *quinque millia*. Similis varietas est in proximo sermone, *septem panum & quatuor millia*, vel *in quatuor millia*, vetustiores habebant *septem panum, quatuor millium*. Cæterum articulus additus facit ut de certis panibus deque certis hominibus intelligamus τὺς πέντε ἄρτυς, & τῶν πεντακισχιλίων, *quinque illos panes*, *illorum quinque millium*. Poterat fortasse posterior genitivus absolute verti, *cum essent quinque millia hominum*. Et aliquanto post,

8 *Quare non intelligitis*] Πῶς ὐ νοεῖτε, id est, *Quomodo non intelligitis*, ut sit objurgantis, hoc est, *Qui fit, ut non intelligatis?*

9 *Cæsarea Philippi*] Καισαρείας τῆς Φιλίππυ. Dilucidius erat *Cæsarea ejus quæ cognominatur Philippi*. Siquidem articulus additus distinguit hanc *Cæsaream*, quæ *Philippi* cognomen habet, ab ea, quæ citra cognomen *Cæsarea* dicitur. Ea est, quam major ille Herodes Judæorum Rex instauravit, in honorem Augusti Cæsaris, quæ prius *Turris Stratonis* vocabatur. Cæterum *Cæsarea Philippi* ea est, quam exstruxit ejus filius Philippus Tetrarcha Itureæ & Trachonitidis, in honorem Tiberii Cæsaris, quæ, mutato nomine, deinde *Paneas* dicta est, in provincia Phœnices ad radices Libani, ubi Jordanis e duobus oritur fontibus, *Jor* & *Dan*, auctore Hieronymo.

10 *Quem dicunt homines*] Τίνα με λέγυσιν, id est, *Quem me dicunt*: atque ita scriptum deprehendi & in vetustissimis codicibus Latinis, nominatim in exemplari Paulino. Vetustissimus omnium Irenæus lib. III. cap. II. pronomen addidit, *Quem me dicunt*. In nonnullis Græcis tantum erat, *Quem me dicunt esse?* Quanquam Hieronymus in Commentariis negat Christum, velut arroganter de se percontantem dixisse, *Quem me dicunt esse*, sed *Quem dicunt esse Filium hominis*, etiamsi potest intelligi modestiæ argumentum non esse in omisso pronomine, sed in addita particula, *Filium hominis*. Nec ex Origene, nec ex Chrysostomo satis liquet additum fuisse *me*. Apud Theophylactum addi constat. Et,

11 *Filium hominis*] τὸν Υἱὸν τῦ ἀνθρώπυ. Neutrum expressit articulum, cum neuter sit otiosus. Nam certum filium, ac certum hominem significat, nempe *Adæ*, qui apud Hebræos אָדָם, id est, *Homo*, dicitur. Proinde frivolum est istorum commentum, qui putant Christum ob id dici *Filium hominis*, quod ex matre duntaxat sit progenitus, cum hic homini præponatur articulus masculinus τῦ. Itidem in eo quod sequitur,

12 *Tu es Christus*] ὁ Χριςὸς, id est, *Tu es ille Christus*, & *Tu es ille Filius Dei*. Quin etiam participio ζῶντος articulus additus est apud Græcos, idque non abs re, quod subindicat Origenes, adducens illud, *Vivo ego, dicit Dominus*. Filius, non cujuslibet Dei; nam erant & gentibus sui Dii, sed Filius illius Dei, qui solus habet immortalitatem, quique fons est & parens omnis vitæ. Leviculum est, quod paulo ante, *Dicit illis Jesus*, *Jesus* additum est, cum absit in Græcis atque aureo codice.

13 *Simon Barjona*] Mirum cur id uterque Interpres alia lingua maluerit quam Græce, aut Latine. Nam alibi vertit, ut apud Joannem cap. primo, *Tu es Simon filius Joannis*, & rursus cap. XXI. *Simon Joannis diligis me plus his?* Nisi forte allusit ad mysterium revelationis. *Bar* בַּר enim *filium* sonat, & יוֹנָה *columbam*. Addito elemento יוֹחָנָן sonat *Joannem*. Porro *Joanna* interpretantur *Domini gratiam*. Hieronymus putat depravatum esse *Bar Johanna* in *Barjona*.

14 *Quia tu es*] ὅτι, *quod*, non *quia*, id est, *dico te esse Petrum*. *Petrus* autem Græcis *saxum* significat, πέτρος: quemadmodum & *Cephas* Syro sermone, ut testis est Hieronymus, non Hebraico, *soliditatem* sonat. *Saxum* enim illum appellat, quod solidus sit in confessione fidei, & non vulgarium opinionum levitate huc & illuc vacillet: *& super istam petram*, hoc est, *solidam istam fidei professionem, exstruam Ecclesiam meam, in quo fundamento si constiterit, nec inferi quicquam adversus illam poterunt, nedum homines*. In eam sententiam Theophylactus & Chrysostomus, quem citat Catena aurea. Etiamsi divus Augustinus in Homilia hujus loci hæc verba, *super hanc petram*, ipsi accommodat Christo, non Petro: *Tu es*, inquit, *Petrus, & super hanc petram, quam confessus es, super hanc petram, quam cognovisti, dicens, Tu es Christus Filius Dei vivi, ædificabo Ecclesiam meam*, id est, *super meipsum Filium Dei vivi ædificabo Ecclesiam meam. Super me ædificabo te, non me super te. Nam volentes homines ædificari super homines, dicebant, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cepha, ipse est Petrus. Et alii qui nolebant ædificari super Petrum, sed super petram, Ego autem sum Christi*. Idem libro Retractationum I. cap. XXI. recenset utramque sententiam, propensior tamen in hanc, ut Petrus profitens Christum *Filium Dei vivi* typum gerat Ecclesiæ, cui traditæ sint claves. Cæterum Lectori liberum facit eligere, utram voluerit. Proinde miror esse, qui locum hunc detorqueant ad Romanum Pontificem, in quem haud dubie competunt in primis velut in Christianæ fidei principem. At non in hunc unum, sed in omnes Christianos, quod eleganter indicat Origenes Homilia prima harum quas habemus. Verum sunt quibus nihil satis est, nisi quod sit immodicum. Ita quidam ad invidiam usque Franciscum prodigiosis efferunt laudibus, quem exprimere magis oportebat, quam in immensum attollere. Nam Deiparæ Virgini, & Christo fortasse non potest adscribi nimium. Quanquam hic quoque optarim omnes tam ad imitandi studium inflammatos, quam quosdam videmus sedulos in exaggerandis laudibus. Divus Cyprianus in Epistola primi libri tertia videtur accipere super Petrum esse fundatam Ecclesiam, *Petrus tamen*, inquiens, *super quem ab eodem Domino fundata fuerat Ecclesia*. Nisi forte sic excusandus est Cyprianus, quod *Petrum* hic non pro homine illo, sed pro typo accepit, quod propemodum indicant quæ sequuntur: unus pro omnibus loquens, & Ecclesiæ voce respondens, ait, *Domine quo ibimus*? Similiter excusari possunt loca, in quibus S. Hieronymus in Epistolis videtur dicere super Petrum fundatam Ecclesiam Christi. Itaque Petrus saxeus solidam Ecclesiæ fidem repræsentat. Cæterum nostra interpretatio verbis duntaxat dissidet ab Augustiniana, quam ideo induximus, quod illius videretur coactior, ad quam tamen maluit deflectere, quam in alterum incurrere scopulum, videlicet ut in homine poneret Ecclesiæ fundamentum.

15 *Non prævalebunt adversus eam*] Notavit hujus sermonis amphibologiam Origenes, quod pronomen *eam*, vel petram referre potest, vel Ecclesiam. Verum id ad sententiam perparvi refert. Porro *inferi* posuit pro *inferno*. Quanquam ne id quidem satis Latinum: Græcis est ᾅδυ, id est, *Tartari*, sive *Orci*, Lactantius tamen in carmine sic usus est:

Inferus insatiabiliter cava guttura pandens. Item,

16 *Erit*

Οὐ λέγω σοι ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. 23 Διὰ τοῦτο ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὃς ἠθέλησε συνᾶραι λόγον μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ. 24 Ἀρξαμένου δὲ αὐτοῦ συναίρειν, προσηνέχθη αὐτῷ εἷς ὀφειλέτης μυρίων ταλάντων. 25 Μὴ ἔχοντος δὲ αὐτοῦ ἀποδοῦναι, ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ πραθῆναι, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὰ τέκνα, καὶ πάντα ὅσα εἶχε, καὶ ἀποδοθῆναι. 26 Πεσὼν οὖν ὁ δοῦλος, προσεκύνει αὐτῷ, λέγων, Κύριε, μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω. 27 Σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου, ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ. 28 Ἐξελθὼν δὲ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος εὗρεν ἕνα τῶν συνδούλων αὐτοῦ, ὃς ὤφειλεν αὐτῷ ἑκατὸν δηνάρια· καὶ κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε, λέγων, 29 Ἀπόδος μοι ὅ τι ὀφείλεις. Πεσὼν οὖν ὁ σύνδουλος αὐτοῦ εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, παρεκάλει αὐτὸν, λέγων, Μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ πάντα ἀποδώσω σοι. 30 Ὁ δὲ οὐκ ἤθελεν· ἀλλ' ἀπελθὼν ἔβαλεν αὐτὸν εἰς φυλακὴν, ἕως οὗ 31 ἀποδῷ τὸ ὀφειλόμενον. Ἰδόντες δὲ οἱ σύνδουλοι αὐτοῦ τὰ γενόμενα, ἐλυπήθησαν σφόδρα, καὶ ἐλθόντες διεσάφησαν 32 τῷ κυρίῳ αὐτῶν πάντα τὰ γενόμενα. Τότε προσκαλεσάμενος αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ, λέγει αὐτῷ, Δοῦλε πονηρὲ, πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ παρεκάλεσάς 33 με. Οὐκ ἔδει καὶ σε ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου, ὡς καὶ 34 ἐγώ σε ἠλέησα; Καὶ ὀργισθεὶς ὁ κύριος αὐτοῦ παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς, ἕως οὗ ἀποδῷ πᾶν τὸ ὀφειλόμενον 35 αὐτῷ. Οὕτω καὶ ὁ Πατήρ μου ὁ ἐπουράνιος ποιήσει ὑμῖν, ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν τὰ παραπτώματα αὐτῶν.

XIX. 1 Καὶ ἐγένετο ὅτι ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους, μετῆρεν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, 2 καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς 3 ἐκεῖ. Καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι, πειράζοντες αὐτὸν,

alligaveris in terra, 16 erit alligatum in cœlis: & quidquid solveris in terra, erit solutum in cœlis. 17 Tunc edixit discipulis suis, ne cui dicerent, 18 quod ipse esset Jesus Christus. Ex eo tempore cœpit Jesus indicare discipulis suis, 19 quod oporteret ipsum abire Hierosolymam, ac multa pati 20 a senioribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & occidi, & tertio die resuscitari. 21 Et quum abduxisset eum Petrus, cœpit 22 illum increpare, dicens, 23 Propitius tibi sis, Domine, nequaquam erit tibi hoc. At ille conversus dixit Petro, 24 Abi post me Satana, 25 obstaculo es mihi: quia non sapis ea quæ sunt Dei, sed ea quæ sunt hominum. Tunc Jesus dixit discipulis suis, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, ac sequatur me. Qui enim voluerit animam suam servare, perdet eam: rursus, qui perdiderit animam suam mea causa, inveniet eam. Quid enim prodest homini, si totum mundum lucratus fuerit, animæ vero suæ jacturam fecerit? 26 aut quid dabit homo, cujus permutatione redimat animam suam? Futurum est enim, ut Filius hominis veniat in gloria Patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuique juxta facta ipsius. Amen dico vobis, 27 sunt quidam hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec viderint Filium hominis venientem in regno suo.

XVII. 1 Et post dies sex, 2 assumit Jesus Petrum ac Jacobum & Joannem fratrem ejus, 3 & subducit illos in montem excelsum seorsum. Transformatusque est coram illis: 4 & splenduit facies ejus sicut sol: vestimenta autem illius facta sunt candida 5 sicut lumen.

16 *Erit ligatum & in cœlis*] *Et* conjunctio redundat, nec apud Græcos additur, nec in vetustis exemplaribus. Ad eundem modum, *solutum in cœlis* legendum pro *solutum & in cœlis*. Ac paulo post,

17 *Mandavit discipulis suis*] διεστείλατο. Quod verbum in Psalmos vertit *distinxit*. Rectius erat *edixit*. Nam hinc dictum videtur, quod *Edictum* ad omnes mitti solet. Ac rursum,

18 *Quia ipse esset Jesus Christus*] ὅτι vertendum erat per *quod*. Et *Jesus* non additur, nec in Græcis exemplaribus, nec in emendatis nostratibus. Quanquam in Paulino scriptum erat *Jesus Christus*, in altero, *quoniam ipse esset Christus Jesus*. Origenes Homilia in Matthæum prima frequenter adducit hunc locum juxta nostram sententiam: *Videamus ergo*, inquit, *si jam opera Apostolatus facientes eos volebat etiam prædicare, quoniam ipse erat Christus. Et si volebat, dignum est quærere quid est, quod nunc præcipit discipulis suis, ut nemini dicant, quoniam ipse est Christus.* Item aliquanto post: *Ideo & Salvator mittens Apostolos, volebat ut nemini dicerent manifeste, quoniam ipse erat Christus.* Ad eundem modum semel atque iterum repetit in sequentibus, distinguens tempus, quo satis erat prædicare Jesum, & tempus, quo prædicandus erat Christus. Et obstat sensui, si *Jesum* addas. Nihil enim magni erat esse *Jesum*, quod vocabulum erat hominis, haud dubium quin id temporis sexcentis commune; at *Messiam* esse, magnum erat. Alioqui perinde fuerit, ac si legas, *ut nemini dicerent se esse Jesum Christum.* Etenim quo minus huc confugiamus, ut dicamus accipi posse, *ne cui dicerent, quod Jesus esset Christus*, obstat primum pronomen *ipse*, deinde etiam ipse sermonis ordo. Neque enim quisquam ita loquitur, *nemo credit, quod fuit Plato Christianus:* sed, *nemo credit, quod Plato fuit Christianus.* Quanquam hoc sane mollius est aliquanto, quam quod hoc loco legimus. Nescio an hic *Jesus* non pro vocabulo hominis proprio, sed pro *Servatore* sit positum, ut intelligamus illum vetuisse, *ne se dicerent esse Servatorem Messiam.* Neque enim, opinor, *Jesus* sive *Josuah* simpliciter *Servatorem* sonat Hebræis, sed a salute denominatum est. Ac mox,

19 *Quia oportet ire*] ὅτι, *quod oporteret se abire*, aut *quod sibi esset abeundum.*

20 *A senioribus*] πρεσβυτέρων. Haud scio an rectius fuerit Græcam vocem relinquere, *a presbyteris*, quemadmodum ante fecit. Quandoquidem hic honoris vocabulum est potius quam ætatis. Ac paulo inferius,

21 *Et assumens eum*] καὶ προσλαβόμενος, *& apprehensum eum*, nimirum ut solent familiarius aliquid dicturi.

22 *Increpare eum*] Idem verbum quod aliquoties vertit *comminari*, nimirum ἐπιτιμᾶν.

23 *Absit a te, Domine*] Hieronymus annotavit significantius esse quod legitur a Græcis, Ἵλεώς σοι, Κύριε, id est, *Propitius tibi, Domine*, ut subaudias *esto* aut *sis*. Ad hunc modum legisse Origenem Homilia in Matthæum prima, declarat Interpres, & hunc secutus Chrysostomus Homilia quinquagesima quinta, ac rursus octogesima tertia. Nec dissonat Theophylactus. Atque ipsa verbi omissio facit ad affectum Petri, vehementer quod dictum erat abominantis. Est autem sermo abominantis, peculiaris Hebræis. Mihi magis videtur subaudiendum, *sit tibi Deus*, quam *sis*: quanquam ita visum est Hieronymo. Augustinus in Psalmum trigesimum quartum legit, *Propitius tibi esto, non fiet istud.* Item Sermone de verbis Domini ex Matthæo XIII. Rursum libro adversus Faustum XVI. capite XVII. Ac mox,

24 *Vade retro Satana*] Ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ, id est, *Abito post tergum meum Satana.* שָׂטָן Hebræis sonat *adversarium.* Unde Petrum *Satanam* vocat, non *Diabolum* intelligens, sed quod humano affectu adversaretur consilio divino. At totidem pene verbis nunc repellit Petrum, quibus ante tentantem Diabolum. Illud indicavit Origenes hoc loco dici Petro, *Vade post me.* Cæterum apud hunc ipsum Matthæum capite quarto, Diabolo tantum dici, Ὕπαγε, id est, *Abi*: nec addi *post me*, quod obedientiæ sit ire post Christum. Id autem in Apostolos quadrat, non in Diabolum, quemadmodum & illic admonuimus; licet hæc differentia, nec in Græcis codicibus, nec in nostris satis constanter observatur, haud scio an incuria Scriptorum.

25 *Scandalum es mihi*] Mirum quam hæc quoque Græca vox placuerit Christianis, quæ nobis *obstaculum* seu *impedimentum* sonat, ut testatur & Hieronymus in Dialogo adversus Pelagianos, σκῶλον & σκάνδαλον, a ruina dictum, quod occasio sit cadendi, si quid obstet eunti, & σκάζω *claudico*, quod claudus inflectens se, videatur tendere ad ruinam. Vertere poterat, *obstaculo mihi es*, etiamsi Græce est μου, non μοι, id est, *meum*, non *mihi.*

26 *Quam dabit homo commutationem*] ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; Hic ἀντάλλαγμα vocat id, quo dato redimitur aliquid, juxta Priscorum commercia, quæ non moneta, quemadmodum hodie, sed mutua rerum permutatione constabant. Est igitur sensus, omnium rerum jacturam esse faciendam citius quam vitæ. Quæ si semel pereat, nihil est tam carum, cujus permutatione possis illam redimere, quidquid dederis. Proinde nos vertimus, *aut quid dabit homo, quo redimat animam suam?* Sane animam *vitam* appellat. Quemadmodum & Horatius, *Animæque magnæ prodigum Paulum:* & in hunc certe sensum interpretatur Origenes. Sumitur enim similitudo a vita corporis, quæ cuique carissima est, ad vitam animi, quam oportet esse multo cariorem.

27 *De hic stantibus*] Nonnulli Græci codices habebant τῶν ὧδε ἑστῶτες, id est, *sunt quidam inter hos, qui hic sunt, stantes*, sive *sunt aliquot præsentium stantes.* Ut articulus τῶν referatur ad adverbium ὧδε, quemadmodum dicimus, τοὺς νῦν, τοὺς πάλαι. Origenes Homilia tertia nonnihil philosophatur de *stantibus*, quasi non omnes steterint, sed ii duntaxat, qui affixi essent Christo, quasique non omnes essent visuri regnum Dei.

XVII.

1 *Et post dies sex*] De numero dierum consentit Marcus cum Matthæo, cum Lucas tradat octo ferme dies intercessisse, id ita explicat Chrysostomus, ut dicat Matthæum ac Marcum eos tantum dies supputasse, qui medii intercesserant inter sermonem habitum & montem aditum: Lucam vero duos etiam extremos imputasse, nempe eum, quo prior habitus est sermo, & eum, quo montem conscenderunt.

2 *Assumpsit Jesus*] παραλαμβάνει, id est, *assumit*, præsentis temporis. Item paulo post,

3 *Duxit illos*] ἀναφέρει αὐτοὺς, id est, *subducit illos*, sive *abducit eos.* Nec est,

4 *Resplenduit*] sed ἔλαμψεν, id est, *fulsit* sive *splenduit*, non ἀπέλαμψεν. Ad hæc in omnibus, quæ quidem ego viderim, Græcis exemplaribus scriptum erat, non,

5 *Sicut nix*] sed ὡς τὸ φῶς, id est, *sicut lux*, consentiente etiam Editione Hispaniensi. Unde videri poterat errore Scribæ *lux* mutatum in *nix*, nisi tantus esset Latinorum codicum con-

τὸν, καὶ λέγοντες αὐτῷ, Εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι
4 τὴν γυναῖκα αὐτȣ̃ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς
εἶπεν αὐτοῖς, Οὐκ ἀνέγνωτε ὅτι ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς,
5 ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτȣ̀ς; Καὶ εἶπεν, Ἕνεκεν
τȣ́τȣ καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα,
καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτȣ̃, καὶ ἔσονται οἱ δύο
6 εἰς σάρκα μίαν. Ὥσε ȣ̓κ ἔτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία·
7 ὃ ȣ̓̃ν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. Λέγȣ-
σιν αὐτῷ, Τί ȣ̓̃ν Μωσῆς ἐνετείλατο δȣ̃ναι βιβλίον ἀποσα-
8 σίȣ, καὶ ἀπολῦσαι αὐτήν; Λέγει αὐτοῖς, Ὅτι Μωσῆς
πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν ἀπολῦσαι
ργα 9 τὰς γυναῖκας ὑμῶν· ἀπ' ἀρχῆς δὲ ȣ̓ γέγονεν ȣ̔́τω. Λέγω
δὲ ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτȣ̃, εἰ μὴ ἐπὶ
πορνείᾳ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται· καὶ ὁ ἀπολελυ-
ργᾶι 10 μένην γαμήσας, μοιχᾶται. Λέγȣσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ
αὐτȣ̃, Εἰ ȣ̔́τως ἐςὶν ἡ αἰτία τȣ̃ ἀνθρώπȣ μετὰ τῆς γυναι-
11 κὸς, ȣ̓ συμφέρει γαμῆσαι. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Οὐ πάν-
12 τες χωρȣ̃σι τὸν λόγον τȣ̃τον, ἀλλ' οἷς δέδοται. Εἰσὶ γὰρ
εὐνȣ̃χοι, οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν ȣ̔́τω· καὶ
εἰσιν εὐνȣ̃χοι, οἵτινες εὐνȣχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων·
καὶ εἰσιν εὐνȣ̃χοι, οἵτινες εὐνȣ́χισαν ἑαυτȣ̀ς διὰ τὴν βασι-
ργϛβ 13 λείαν τῶν ȣ̓ρανῶν. Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω. Τότε
προσηνέχθη αὐτῷ παιδία, ἵνα τὰς χεῖρας ἐπιθῇ αὐτοῖς,
14 καὶ προσεύξηται· οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπετίμησαν αὐτοῖς. Ὁ
δὲ Ἰησȣ̃ς εἶπεν, Ἄφετε τὰ παιδία, καὶ μὴ κωλύετε αὐ-
τὰ ἐλθεῖν πρός με· τῶν γὰρ τοιȣ́των ἐςὶν ἡ βασιλεία τῶν
ργγβ 15 ȣ̓ρανῶν. Καὶ ἐπιθεὶς αὐτοῖς τὰς χεῖρας, ἐπορεύθη ἐκεῖ-
16 θεν. Καὶ ἰδȣ̀ εἷς προσελθὼν εἶπεν αὐτῷ, Διδάσκαλε
17 ἀγαθὲ, τί ἀγαθὸν ποιήσω, ἵνα ἔχω ζωὴν αἰώνιον; Ὁ
δὲ εἶπεν αὐτῷ, Τί με λέγεις ἀγαθόν; ȣ̓δεὶς ἀγαθὸς, εἰ
μὴ εἷς, ὁ Θεός· εἰ δὲ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν, τή-
18 ρησον τὰς ἐντολάς. Λέγει αὐτῷ, Ποίας; Ὁ δὲ Ἰησȣ̃ς
εἶπε, Τὸ, Οὐ φονεύσεις· Οὐ μοιχεύσεις· Οὐ κλέψεις·
19 Οὐ ψευδομαρτυρήσεις· Τίμα τὸν πατέρα σȣ καὶ τὴν μη-
20 τέρα· καὶ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σȣ ὡς σεαυτόν. Λέ-
γει αὐτῷ ὁ νεανίσκος, Πάντα ταῦτα ἐφυλαξάμην ἐκ νεό-
ργδβ 21 τητός μȣ, τί ἔτι ὑςερῶ; Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησȣ̃ς, Εἰ θέλεις
τέλειος εἶναι, ὕπαγε, πώλησόν σȣ τὰ ὑπάρχοντα, καὶ
δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν ȣ̓ρανῷ· καὶ δεῦρο,
ργεβ 22 ἀκολȣ́θει μοι. Ἀκȣ́σας δὲ ὁ νεανίσκος τὸν λόγον, ἀπῆλ-
θε

men. Et ecce conspecti sunt illis Moses & Elias 3
4 cum illo colloquentes. 7 Respondens autem Pe-
trus dixit Jesu, Domine, bonum est nos hîc esse:
si vis faciamus hîc tria tabernacula, tibi unum, &
Mosi unum, & Eliæ unum. Adhuc eo loquente, 5
ecce nubes lucida obumbravit illos: & ecce vox e
nube, quæ diceret, Hic est Filius meus dilectus,
8 in quo mihi bene complacitum est: 9 ipsum audi-
te. Et quum hæc audissent discipuli, prociderunt 6
in faciem suam, & territi sunt vehementer. Et 7
accedens Jesus tetigit illos, dixitque, Surgite, &
ne timeatis. Ubi vero sustulissent oculos suos, ne- 8
minem videbant, nisi Jesum solum. Et quum de- 9
scenderent de monte, præcepit illis Jesus, dicens,
Ne cui dixeritis visionem, donec Filius hominis a
mortuis resurgat. Et interrogaverunt eum disci- 10
puli sui, dicentes, 10 Cur igitur Scribæ dicunt,
11 quod Eliam oporteat venire prius? Jesus autem 11
respondens dixit illis, Elias quidem veniet prius,
& restituet omnia. Cæterum dico vobis, Eliam 12
jam venisse: & non agnoverunt eum: sed fecerunt
in eo quæcunque voluerunt: sic & Filius hominis
passurus est ab illis. Tunc intellexerunt discipuli 13
quod de Joanne Baptista dixisset ipsis. Et quum 14
venissent ad turbam, accessit ad eum homo qui-
dam, 11 flectens genua illi, Dicensque, Domine, 15
miserere filii mei, quoniam lunaticus est, & mise-
re affligitur: nam sæpe cadit in ignem, & sæpe in
aquam. Et obtuli eum discipulis tuis, nec potue- 16
runt eum sanare. Respondens autem Jesus dixit, 17
O natio 13 incredula & distorta, 14 quousque tan-
dem ero vobiscum? usquequo patiar vos? adduci-
te illum huc. 15 Et increpavit illud Jesus, & exiit 18
ab eo dæmonium: & sanatus est puer a tempore
illo. Tunc accedentes discipuli ad Jesum seorsum, 19
dixerunt, 16 Quare nos non potuimus ejicere illud?
Jesus autem dixit illis, Propter incredulitatem ve- 20
stram: amen quippe dico vobis, si habeatis fidem
sicut granum sinapis, dicetis monti huic, 17 Demi-
gra hinc illuc: & demigrabit: neque quicquam
im-

sensus: præsertim cum alius Evangelista meminerit *fullonis*, cujus ars est candidare vestes. Apud Theophylactum contextus habet *sicut lux*, ex Commentariis non liquet quid legerit, ne ex Chrysostomi quidem aut Hieronymi. Inter colores plurimum lucis habet albus, & quæ lucent candida dicuntur, veluti luna. Faciem Domini comparavit soli, qui solus aureus est, vestimenta lumini reliquo, quod candorem habet, quanquam obscuratur a sole. Quanquam Valla de his verbosius argutatur: quæ si quis cupiat cognoscere, & si quid videbuntur ad Evangelii sensum facere, sunt in promptu. Dubium non est quin Origenes legerit, *sicut lumen*, Homilia tertia, non dissimulans interim apud Marcum non *luminis*, sed *nivis* fieri comparationem. Itidem citat Homilia xxx. Et,

6 *Cum eo loquentes*] συλλαλȣ̃ντες, magis sonat *confabulantes*, ut familiare colloquium intelligamus. Et hoc loco rabula quispiam publicitus apud populum detulit Erasmi nomen, qui scripsisset, Evangelia nihil aliud esse quam fabulas aniles, cum ego nihil aliud annotassem quam Græcæ vocis proprietatem, neque mutarim in vertendo verbum *colloquendi*. Et hic tamen erat insignis cultu Dominicali, Baccalaureus sacrosanctæ Theologiæ, doctrinæ Evangelicæ præco. Non miror inter tot hujus Ordinis millia existere talia portenta: illud miror, non compesci a cæteris hujusmodi labes ac dedecora, non solum Ordinis sui, verum etiam totius populi Christiani. Pauloque post,

7 *Respondens autem Petrus*] Ἀποκριθεὶς. Abutitur & alias hoc verbo, cum nihil præcesserit, ad quod respondeat.

8 *In quo mihi complacui*] ἐν ᾧ εὐδόκησα. Quod Cyprianus ita reddit, *in quo bene sensi*. Itidem Irenæus.

9 *Ipsum audite*] Jam iterum ea vox audita summam auctoritatem arrogat Christo, unum hunc doctorem creavit ipse Deus Pater. Hoc auctoritatis nulli Theologorum, nulli Episcoporum, nulli Pontificum, aut Principum tributum est. Non quod his non sit parendum, sed quod Christo præcipue, & ob Christum illis, si modo Christo digna præcipient, & si sequentur eorum vestigia, de quibus dictum est, *Qui vos spernit, me spernit, & qui vos audit, me audit*. At nunc videmus dormitari passim ad Chisti doctrinam, ceu crassam ac rudem, & concionis auribus inculcari quid dixerit Scotus, quid Thomas, quid Durandus, & pluris fieri inter Monachos, quid statuerit Benedictus, aut Bernardus, aut Franciscus, quam quid is docuerit, de quo uno vox Patris audita est, *ipsum audite*. Illi ferre non possunt, si quis verbulo elevet Dominici aut Francisci auctoritatem, & nos feremus æquo animo servulos anteponi Domino? Illud obiter admonendum, ubi narratur vox hæc Patris audita jam baptizato Domino, non additur ab Evangelistis, *ipsum audite*, probabile tamen & hanc partem non abfuisse, & si non fuisset prolata, sensus eam includit. In hoc enim manifesto testimonio commendat Filium suum, ut illi fides haberetur. Unde cultus Ecclesiasticus in Epiphaniis canit publicitus, *Spiritus Sanctus visus est, paterna vox audita est, hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite*.

10 Cæterum quod ajunt sese ex Scribis audisse, id legitur in calce Malachiæ: *Ecce mittam vobis Heliam Prophetam, antequam veniet dies Domini magnus & horribilis, & convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam & percutiam terram anathemate*. Porro quod hic *Scribarum* fit mentio, non sic est accipiendum, quasi quorumlibet Scribarum partes fuerint ex Prophetarum oraculis respondere, sed erat hominum genus, quos Hebræi suo quodam nomine vocant, quorum hæc erat professio, ut quemadmodum olim apud Romanos in rebus dubiis ex Sibyllæ libris per aruspices responsa petebantur, ita isti consulti ex Prophetarum libris responderent, quos & Herodes consuluisse narratur.

11 *Heliam oportet primum venire*] ἐλθεῖν πρῶτον, id est, *venire prius*. Hic certe faciendum erat, quod alias facit, ut superlativum verteret per comparativum. Sentiunt enim Heliam venturum antequam veniret Christus.

12 *Genibus provolutus*] γονυπετῶν. Græcis unica dictio est, perinde sonans, quasi dicas, *accidens ad genua*. Et aliquanto post,

13 *Incredula & perversa*] διεςραμμένη, id est, *distorta*: ac recte sane vertit, modo recte intelligatur. *Perversum* enim proprie dicitur, quod a rectitudine deflexum est.

14 *Quousque ero*] ἕως πότε ἔσομαι, id est, *quousque tandem*. Nec enim otiosa est expletiva conjunctio, sed impatientiam quandam tædii indicat. Rursus aliquanto post,

15 *Et increpavit eum*] Ambigit & Hieronymus utro referendum sit *eum*, ad hominem an ad dæmonium. Quum enim ait, *sive*, subindicat variam sententiam. Mihi magis videtur ad dæmonium pertinere. Unde vertendum erat *illud*, non *illum*: certe ad dæmonium refert Chrysostomus in Catena aurea, & hunc sequutus Remigius. Theophylactus ad puerum refert. Ex Origene & cæteris parum liquet. Illud constat Christum nusquam increpare dæmoniacos, dæmones frequenter. Nam in eo quod sequitur,

16 *Quare nos non potuimus ejicere illum*] Apparet Librariorum errore factum, ut *illum* scriptum sit pro *illud*. Est enim Græce αὐτὸ, & dæmonium præcessit.

17 *Transi hinc*] Omissa est apud nos una vox, Μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ, id est, *Transi hinc illuc*, licet alterum adverbium non reperiam apud Chrysostomum. Omissum arbitror ab Interprete, certe apud Theophylactum est, quemadmodum & apud Origenem. Nec est,

18 *Non*

23 θε λυπούμενος· ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι δυσκόλως πλούσιος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.
24 Πάλιν δὲ λέγω ὑμῖν, εὐκοπώτερόν ἐςι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν
25 τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν. Ἀκούσαντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἐξεπλήσσοντο σφόδρα, λέγοντες, Τίς ἄρα δύναται σωθῆναι;
26 Ἐμβλέψας δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Παρὰ ἀνθρώποις τοῦ-
ρνϛ 27 το ἀδύνατόν ἐςι· παρὰ δὲ Θεῷ πάντα δυνατά ἐςι. Τότε ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ, Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν
28 πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι· τί ἄρα ἔςαι ἡμῖν; Ὁ
ρνζ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, ὅταν καθίσῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ
ρνη 29 Ἰσραήλ. Καὶ πᾶς ὃς ἀφῆκεν οἰκίας, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, ἑκατονταπλασίονα λήψε-
ρνθ 30 ται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. Πολλοὶ δὲ ἔσονται
1 XX. πρῶτοι, ἔσχατοι· καὶ ἔσχατοι, πρῶτοι. Ὁμοία γάρ ἐςιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅςις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶ-
2 να αὐτοῦ. Συμφωνήσας δὲ μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, ἀπέςειλεν αὐτοὺς εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ.
3 Καὶ ἐξελθὼν περὶ τὴν τρίτην ὥραν, εἶδεν ἄλλους ἑςῶτας ἐν
4 τῇ ἀγορᾷ ἀργούς· Κἀκείνοις εἶπεν, Ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς
5 εἰς τὸν ἀμπελῶνα· καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, δώσω ὑμῖν. Οἱ δὲ ἀπῆλθον. Πάλιν ἐξελθὼν περὶ ἕκτην καὶ ἐννάτην ὥραν,
6 ἐποίησεν ὡσαύτως. Περὶ δὲ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἐξελθὼν, εὗρεν ἄλλους ἑςῶτας ἀργοὺς, καὶ λέγει αὐτοῖς, Τί ὧδε ἑςή-

A impossibile erit vobis. Sed hoc genus 18 non egreditur, nisi per deprecationem & jejunium. 21 Quum 22 autem versarentur in Galilæa, dixit illis Jesus, Futurum est ut Filius hominis tradatur in manus hominum. 23 Et occident eum, ac tertio die resurget. 24 Et mœrore affecti sunt vehementer. Quum autem venissent in oppidum Capernaum, accesserunt 19 qui didrachma solent accipere ad Petrum, dixeruntque, Præceptor vester 20 num solvit didrachma? 25 Dicit, Etiam. Et quum ingressus fuisset in domum, 21 prævenit illum Jesus, dicens, Quid tibi videtur Simon? reges terræ a quibus accipiunt 22 tributa aut censum? 26 a filiis suis, an ab alienis? B Dicit illi Petrus, Ab alienis. Ait illi Jesus, Ergo liberi sunt filii. 27 Verum ne simus illis offendiculo, profectus ad mare, mitte hamum, & eum piscem, qui prodierit primus, tolle: & aperto ore illius invenies 23 staterem: acceptum eum da illis pro me & te. XVIII. 1 In illo tempore accesserunt discipuli ad μβ Jesum, dicentes, 1 Quis maximus est in regno cœlorum? 2 2 Et accersitum ad se puerum Jesus, statuit in medio illorum, 3 Et dixit, Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini 3 sicut pueri, non ingrediemini in regnum cœlorum. 4 Quisquis igitur demiserit semetipsum 4 sicut est puer iste, C 5 hic est ille maximus in regno cœlorum. 5 Et qui receperit unum puellum talem in nomine meo, me recipit. 6 Qui autem offenderit unum 6 de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur 7 mola asinaria in collum ejus, ac demergatur 8 in

18 *Non ejicitur*] sed οὐκ ἐκπορεύεται, id est, *non egreditur*. Interpres legisse videtur ἐκβάλλεται: & ad sensum haud magni refert. Porro quod ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ, id est, *in oratione & jejunio*, transtulit *per orationem & jejunium*, bene mutavit Hebraicam figuram. Nam Hebræi בְּ, id est, *in*, ut בְּיָד חֲזָקָה *in manu forti*, בַּיהוָה *in Domino*, utuntur pro *per*, ut jam admonui.

19 *Qui didragmam accipiunt*] Bis in unica dictione peccamus: & quod per *g* scribimus, cum sit per *ch* scribenda: & quod singulari numero ac genere fœminino proferimus, quæ est neutri & pluralis, quæ vox emendate legitur in aureo codice, atque etiam in Donatiani voluminibus, atque etiam Constantiensi. Siquidem est Græcis τὰ δίδραχμα. Ait enim, *accipiunt*: ut intelligas eos solitos a singulis accipere, & idcirco absolute dixit multitudinis numero. Est enim Græcis δραχμὴ, id est, *drachma*, nomismatis genus, nempe sex continens obolos, minæ Atticæ centesima pars. Inde *didrachmum* nomismatis vocabulum duplum drachmæ, & *tridrachmum*, & *tetradrachmum*. Quorum omnium meminit Julius Pollux libro de rerum vocabulis nono. Et quod continenter sequitur,

20 *Non solvit didrachma*] *Solvit* præsentis est temporis, τελεῖ: ut intelligamus exactorem illum non hoc percontari, num Jesus jam solvisset vectigal, sed deberetne solvere, & an illius esset solvere. Alioqui mentitus erat Petrus, qui responderit Ναὶ, id est, *Etiam*. Cæterum quæ Lyranus nugatur hoc loco de didrachma ex Isidoro & Papia, quis posset absque risu legere?

21 *Prævenit illum Jesus*] προέφθασεν, id est, *occupavit* sive *antevertit*. Indicat enim Petrum ea de re Jesu locuturum fuisse, sed ille non exspectata oratione Petri antevertit. Nec est,

22 *Tributum*] sed *tributa*, τέλη. Nam quod addit κῆνσον, Latinam vocem Matthæus aut hujus Interpres usurpavit, nimirum quod res esset Latinorum, & solent plerunque res peregrinæ & aliunde invectæ suæ gentis vocabula secum adducere. Porro,

Στατῆρ] Tametsi ponderis quoque modus est, quem Hebræi שֶׁקֶל vocant, hoc sane loco nummum significat, qui quatuor continebat drachmas. Nam cum *didrachmum* exigeretur a singulis, Jesus *staterem* reddi jussit duorum nomine, suo ac Petri. Qua quidem ex re mox nata est inter discipulos disceptatio, quis primas teneret in regno cœlorum, quod Petrus æquatus Christo, cæteris antepositus videretur. Illud obiter annotare visum est, etiamsi ad hoc institutum proprie non pertinet, non satis intelligi mihi, quid sibi velit, quod in hunc locum scribit Hieronymus: *Dominus noster, & secundum carnem, & secundum spiritum, filius Regis erat, vel ex David stirpe generatus, vel omnipotentis verbum Patris. Ergo tributa quasi Regum filius non debebat: sed qui humilitatem carnis assumpserat, debuit adimplere omnem justitiam. Nos infelices, qui Christi censemur nomine, & nihil dignum tanta facimus majestate. Ille propter eximiam charitatem pro nobis & crucem sustinuit, & tributa reddidit, nos pro illius honore tributa non reddimus, & quasi filii Regis a vectigalibus immunes sumus.* Siquidem videtur Hieronymus hoc arrogantiæ tribuere, quod Ecclesiastici graventur tributum pendere Principibus, cum hodie summa pietas habeatur, pro immunitate Clericorum modis omnibus digladiari. Christus testatus se non debere, solvit tamen, at non pro suis omnibus, sed pro se duntaxat ac Petro, simul & detrectans solutionem, & obsequens illorum rapacitati. Fortassis illud docens, non dandum quod non debetur, & tamen, ubi res poscit, aliqua pecuniæ jactura redimendam magnatum offensam. Possunt & sic accipi Hieronymi dicta, Christus tantus pro nobis se submisit, & nos, qui Christi nomine gloriamur & fruimur immunes a vectigalibus, non respondemus illius erga nos charitati. Augustinus quæstione in Matthæum vicesima tertia ex hoc loco colligit immunitatem Christianorum: *Quod dixit*, inquiens, *ergo liberi sunt filii, in omni regno intelligendum est, liberos esse filios, id est, non esse vectigales: multo ergo magis liberi esse debent in quolibet regno terreno filii regni illius, sub quo sunt omnia regna terræ.* Hactenus Augustinus. Quod si recipimus, nulli Christiani debent vectigal suis Principibus, cum omnes sint illius regni filii. Atque haud scio, an mutato regno, vectigalis quoque genus fuerit mutandum, & num Augustinus de hoc agat tributo, quod nos Principi Christo debemus.

XVIII.

1 QUis putas] Τίς ἄρα μείζων. *Putas* Interpres posuit loco conjunctionis expletivæ. Et μείζων comparativum superlativi vice positum apparet, cum de pluribus fiat sermo. Certe sic legit Augustinus in Homiliis, quas edidit in Matthæum. Ac mox,

2 *Advocans parvulum*] προσκαλεσάμενος. Quod toties jam vertit *convocans*, ut ne quid interim causer de mutato participii tempore. Nec est *parvulum*, sed παιδίον, id est, *puellum*, diminutivum a *puero*. Etsi non sim nescius alicubi diminutivum hoc usurpari pro grandi puero, tamen hoc sane loco non fuerat otiosa diminutio. Facit enim ad emphasim, dum non solum invitat illos ad imitationem cujuscunque pueri, sed pueri admodum pusilli. Nec video, cur nonnullis *puelli* vocabulum mollius videatur, cum Prudentius non veritus sit Christum appellare *pusionem*; nec Hieronymus abhorruerit a vocabulo *puelli*. Cur autem obscœnius sit *puellus*, quam *puella*? Ac rursum,

3 *Sicut parvuli*] ὡς παιδία, id est, *sicut puelli*. Atque ita citat divus Hieronymus enarrans Esaiam. Et iterum,

4 *Sicut parvulus iste*] ὡς τὸ παιδίον, id est, *ut puellus*, sive *puerulus*, nam & hoc est apud probatos Auctores. Illud mirum, Interpretem, qui soleat copiam affectare, hoc loco non mutasse *parvulum*. Præsertim cum *parvuli* vocabulum non admodum faciat ad sensum Christi. Siquidem *parvulus* esse potest, & qui natu sit grandis, cujusmodi sunt Pumiliones, & Pygmæi, quibus a cubitali proceritate nomen est inditum. At hic innocentiam ac simplicitatem intelligi voluit, qua prima pueritiæ ætas prædita est. Sed hujusmodi quædam voces illa tempestate fuerant receptæ. Nec additur *iste* in plerisque Græcorum exemplaribus, nisi quod articulus τὸ ferme tantundem efficit. Dilucidius autem vertisset in hunc modum: *Nisi quis se reddiderit humilem, ut est puellus hic*, hoc est, *tantulum, quantulus hic puer est, & dejiciat semetipsum ad hujus modulum.* Cæterum Jesus per humilitatem corporis innuit ταπεινοφροσύνην, hoc est, *animi modestiam*, & per corporis proceritatem significat animum elatum.

5 *Hic major est in regno*] μείζων, id est, *maximus*, ut paulo superius indicavimus. Nam sunt, quorum est Origenes, qui hæc ad ipsum Christum pertinere putant, quo ut nihil humilius fuit, ita nihil majus. Nec otiose videtur additus articulus ὁ μείζων, quasi dicas *ille maximus*: ad quem quo quisque propius accesserit, hoc major erit in regno cœlorum. Quanquam & alioqui articulus reddit maximum illum, de quo disputabant Apostoli.

6 *De pusillis istis*] τῶν μικρῶν. Non est eadem vox Græcis, quæ modo fuit *parvulorum*, παιδίων. Atque hoc duntaxat loco Origenes, vel hujus potius Interpres, legit *pusillis*, sive *parvulis*, cum in superioribus legat *puerum*. Ac paulo post,

7 *Mola asinaria*] μύλος ὀνικός. Significat *ingens saxum*. Siqui-

7 ἑστήκατε ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοί; Λέγουσιν αὐτῷ, Ὅτι οὐδεὶς ἡμᾶς ἐμισθώσατο. Λέγει αὐτοῖς, Ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα· καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, λήψεσθε.
8 Ὀψίας δὲ γενομένης λέγει ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος τῷ ἐπιτρόπῳ αὐτοῦ, Κάλεσον τοὺς ἐργάτας, καὶ ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθὸν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἕως τῶν πρώτων.
9 Καὶ ἐλθόντες οἱ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν, ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον.
10 Ἐλθόντες δὲ οἱ πρῶτοι ἐνόμισαν ὅτι πλείονα λήψονται· καὶ ἔλαβον καὶ αὐτοὶ ἀνὰ δηνάριον.
11 Λαβόντες
12 δὲ ἐγόγγυζον κατὰ τοῦ οἰκοδεσπότου, Λέγοντες, Ὅτι οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν, καὶ ἴσους ἡμῖν αὐτοὺς ἐποίησας, τοῖς βαστάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν
13 καύσωνα. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν ἑνὶ αὐτῶν, Ἑταῖρε,
14 οὐκ ἀδικῶ σε· οὐχὶ δηναρίου συνεφώνησάς μοι; Ἆρον τὸ σὸν, καὶ ὕπαγε· θέλω δὲ τούτῳ τῷ ἐσχάτῳ δοῦναι ὡς καὶ
15 σοί. Ἢ οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς; ἢ ὁ
16 ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι; Οὕτως ἔσονται οἱ ἔσχατοι, πρῶτοι· καὶ οἱ πρῶτοι, ἔσχατοι·
17 πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί. Καὶ ἀναβαίνων ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα, παρέλαβε τοὺς δώδεκα
18 μαθητὰς κατ' ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς Ἀρχιερεῦσι καὶ Γραμματεῦσι, καὶ κα-
19 τακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ· Καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν εἰς τὸ ἐμπαῖξαι καὶ μαστιγῶσαι καὶ σταυρῶσαι· καὶ
20 τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. Τότε προσῆλθεν αὐτῷ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου, μετὰ τῶν υἱῶν αὐτῆς, προσκυνοῦσα
21 καὶ αἰτοῦσά τι παρ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ, Τί θέλεις; Λέγει αὐτῷ, Εἰπὲ ἵνα καθίσωσιν οὗτοι οἱ δύο υἱοί μου, εἷς ἐκ δεξιῶν σου, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.
22 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι; Λέγουσιν
23 αὐτῷ, Δυνάμεθα. Καὶ λέγει αὐτοῖς, Τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε· τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων μου, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ Πα-
24 τρός μου. Καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα ἠγανάκτησαν περὶ τῶν
25 δύο ἀδελφῶν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, εἶπεν, Οἴδατε ὅτι οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν
26 αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν. Οὐχ οὕτως δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γε-
27 νέσθαι, ἔσω ὑμῶν διάκονος. Καὶ ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν
28 εἶναι πρῶτος, ἔσω ὑμῶν δοῦλος. Ὥσπερ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦ-

A 8 in profundum maris. Væ mundo ab offendiculis: 7 necesse est enim ut veniant offendicula: verumtamen 9 væ homini, per quem offendiculum venit. Quod si manus tua, vel pes tuus, obstaculo est tibi, 10 abscide eum, & projice abs te: 8 bonum est tibi ad vitam ingredi claudum aut 11 mutilum, potius quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si 9 oculus tuus offendit te, erue eum, & projice abs te: bonum est tibi, ut 12 luscus intres in vitam, potius quam ut duos oculos habens mittaris in gehennam ignis. Videte ne contemnatis unum ex his 10 pusillis: dico enim vobis, quod angeli eorum in B cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est. 13 Venit enim Filius hominis servare quod 11 perierat. Quid vobis videtur? si fuerint alicui ho- 12 mini centum oves, & erraverit una ex eis, nonne relictis nonaginta novem in montibus, vadit & quærit 14 eam quæ erraverat? Et si contigerit ut in- 13 veniat eam, amen dico vobis, 15 gaudet super ea magis quam super nonaginta novem, quæ non erraverunt. Sic non est voluntas coram Patre vestro, 14 qui in cœlis est, 16 ut pereat unus de pusillis istis. Porro si peccaverit in te frater tuus, vade, & argue 15 C eum inter te & ipsum solum: si te audierit, 17 lucratus es fratrem tuum. Sin vero te non audierit, 16 adhibe tecum adhuc unum aut duos: ut in ore duorum aut trium testium consistat omne verbum. 18 Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ: quod 17 si ecclesiam non audierit, sit tibi velut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alliga- 18 veritis super terram, erunt ligata in cœlo: & quæcunque solveritis super terram, 19 erunt soluta in cœlo. 20 Rursum dico vobis, quod si duo ex vo- 19 bis consenserint super terram de omni re, quamcunque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in cœ- D lis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in 20 nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tunc ac- 21 cedens Petrus ad eum, dixit, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & remittam ei? num usque septies? Dicit illi Jesus, Non dico tibi usque 22 septies, 21 sed usque septuagies septies. Ideo as- 23 similatum est regnum cœlorum homini regi, qui voluit 22 conferre rationem cum servis suis. Et 24 quum cœpisset conferre, oblatus est ei unus qui de-
be-

quidem in molis saxum quod substernitur, ut alterum quod circumagitur sustineat, Græcis ὄνος, id est, *asinus*, dicitur, unde & proverbium, Ἀντρώνιος ὄνος, sicut in Chiliadibus annotavimus. Nec absurdum est tamen, quod secutus est Hilarius, ut *molam asinariam* accipiamus, quam asellus circumagat. Siquidem molæ leviores, quas *trusatiles* vocant, hominis manu circumferuntur. Cæterum graviores a jumentis, quibus occluduntur oculi, aguntur in gyrum. Expressit autem supplicii genus peculiare Palæstinis, ut indicat Hieronymus, quod ob enormia crimina solet exigi. Igitur ex atrocitate pœnæ crasso populo demonstrat culpæ magnitudinem. Cæterum,

8 *In profundum maris*] Græce est, ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης, id est, *in pelago maris*, pro eo quod est *in medio mari*. Nam longius a littore solet esse profundius. Quandoquidem qui Græcas tradunt etymologias, *pelagus* dictum putant, quod sit τῆλε τῆς γῆς, id est, *procul a terra*, quasi *telagus*. Certum igitur exitium duabus rebus significat, magnitudine saxi, & profunditate maris.

9 *Væ homini, per quem*] Plerique Græcorum codices addunt ἐκείνῳ, id est, *illi*. Et,

10 *Abscide eum*] Nonnulli codices habebant αὐτὰ, id est, *ea*, ut ad utrumque quod præcessit referatur. Et,

11 *Debilem*] Est κυλλὸν, de quo jam dictum est. Significat enim non quovis modo debilem, sed cui altera manus sit detruncata, aut alioqui manca. Et rursus,

12 *Cum uno oculo*] Græcis vox est composita, μονόφθαλμον, quod *unoculum* dicere poterat, sive *luscum*, quemadmodum vertit alibi.

13 *Venit enim Filius hominis servare quod perierat*] In nonnullis Græcis exemplaribus hæc verba non adscribuntur, nec apud Hieronymum in Commentariis horum ulla est mentio, ne Origenes quidem hanc particulam attingit. In nonnullis contra reperiuntur, velut apud Chrysostomum, Theophylactum, & Hilarium. Et,

14 *Quæ erravit*] Græcis est τὸ πλανώμενον, id est, *errantem*. Nec est,

15 *Quia gaudebit*] Sed ὅτι χαίρει, id est, *quod gaudet*, sive *gaudeat*. Ac paulo post,

16 *Ut pereat unus de pusillis istis*] Ἓν neutro genere, ut referat παιδίον. Unde recte vertisset, *unus puellus*. Nec est,

17 *Lucratus eris*] Sed ἐκέρδησας, id est, *lucrifecisti*, aut *lucratus fueris*. Quandoquidem peculiaris est hujus temporis usus.

18 *Quod si non audierit*] Ἐὰν δὲ παρακούσῃ, id est, *Quod si auditum neglexerit*, atque idem verbum mox repetitur. Quanquam in nonnullis priore loco erat μὴ ἀκούσῃ, posteriori παρακούσῃ. Ac mox,

E 19 *Erunt soluta & in cœlo*] Conjunctionem addidit de suo, ut superius indicatum est. In hoc autem mire philosophatur Origenes, quod hic dictum sit *in cœlo*, cum Petro tradantur claves regni cœlorum, ut quicquid ille solverit aut alligaverit in terris, id solutum aut alligatum dicatur *in cœlis* non *in cœlo*.

20 *Et iterum dico vobis*] Πάλιν ἀμὴν λέγω, id est, *Rursus amen dico*. Neque enim bis dixit idem, sed est initium alterius parabolæ. *Rursus* autem apud Latinos anceps est, ut apud Græcos πάλιν. At *iterum* apud nos non item.

21 *Usque septuagies septies*] ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ, id est, *usque septuagies septem*, sic enim Græca ad verbum reddi possunt, ut subaudias *peccata*, aut *vitia*, aut simile quippiam. Nec accipiendus est numerus *septuaginta septem* duntaxat, sed *quadringentorum nonaginta*: quandoquidem hanc summam efficiunt *septuagies septem*, interprete Theophylacto, & item Hieronymo. Nam ingentem numerum posuit pro infinito, quem tropum evidenter F indicavit Chrysostomus, quod probabile non sit quenquam toties offensam repetiturum. Ita loquimur, *trecentos insere*, pro innumeris, & *millies audivi*. In eadem sententia fuisse videtur Hilarius, quum ait: *Quanto magis oportere ostendit sine modo ac numero veniam a nobis esse reddendam*, &c. Atqui *septuaginta septem* non est numerus infinitus. Allusit autem Dominus ad locum, qui est Geneseos quarto: ubi Deus comminatur ei, qui occiderit Cain, *pœnam septuplam*. Lamech autem ait qui ipsum occidisset, daturum pœnas *septuagies septies*. Quem numerum Hebræi putant non excedere *septuaginta septem*. Itidem Origenes, aut certe hujus Interpres, in calce Homiliæ sextæ, videtur accipere simpliciter errata *septuaginta septem*. Major numerus bene convenit in condonando, at in ulciscendo non item.

22 *Rationem ponere*] συνᾶραι, id est, *conferre*, ac *simul subducere*, aut *suscipere computum*. Nam id hoc loco significat *ratio*. Ea tollendis calculis conficiebatur, aut certe explicandis aut complicandis digitis. Unde & Terentius *subducta ratione* dixit. Nam quod,

24 De-

29 δῦναι τὴν ψυχὴν αὐτῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν. Καὶ ἐκπορευομένων αὐτῶν ἀπὸ Ἰεριχὼ, ἠκολύθησεν αὐτῷ ὄχλος 30 πολύς. Καὶ ἰδὺ δύο τυφλοὶ καθήμενοι παρὰ τὴν ὁδὸν, ἀκύσαντες ὅτι Ἰησῦς παράγει, ἔκραξαν, λέγοντες, Ἐλέη- 31 σον ἡμᾶς Κύριε, υἱὸς Δαβίδ. Ὁ δὲ ὄχλος ἐπετίμησεν αὐτοῖς ἵνα σιωπήσωσιν· οἱ δὲ μεῖζον ἔκραζον, λέγοντες, 32 Ἐλέησον ἡμᾶς Κύριε, υἱὸς Δαβίδ. Καὶ στὰς ὁ Ἰησῦς ἐφώ- 33 νησεν αὐτὺς, καὶ εἶπε, Τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν; Λέγυσιν αὐτῷ, Κύριε, ἵνα ἀνοιχθῶσιν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοί. 34 Σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ Ἰησῦς ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν· καὶ εὐθέως ἀνέβλεψαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἠκολύθη- XXI. 1 σαν αὐτῷ. Καὶ ὅτε ἤγγισαν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἦλθον εἰς Βηθφαγῆ πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, τότε ὁ Ἰησῦς ἀπέ- 2 στειλε δύο μαθητὰς, Λέγων αὐτοῖς, Πορεύθητε εἰς τὴν κώμην τὴν ἀπέναντι ὑμῶν, καὶ εὐθέως εὑρήσετε ὄνον δεδεμένην, καὶ πῶλον μετ' αὐτῆς· λύσαντες ἀγάγετέ μοι. 3 Καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ τι, ἐρεῖτε ὅτι ὁ Κύριος αὐτῶν 4 χρείαν ἔχει· εὐθέως δὲ ἀποστελεῖ αὐτύς. Τῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῦ προφήτυ, 5 λέγοντος, Εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιὼν, Ἰδὺ ὁ βασιλεύς συ ἔρχεταί σοι πραῢς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον, καὶ 6 πῶλον υἱὸν ὑποζυγίυ. Πορευθέντες δὲ οἱ μαθηταὶ, καὶ 7 ποιήσαντες καθὼς προσέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησῦς, Ἤγαγον τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον, καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω αὐτῶν τὰ 8 ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἐπεκάθισαν ἐπάνω αὐτῶν. Ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ· ἄλλοι δὲ ἔκοπτον κλάδυς ἀπὸ τῶν δένδρων, καὶ ἐστρώννυον 9 ἐν τῇ ὁδῷ. Οἱ δὲ ὄχλοι οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολυθῦντες ἔκραζον, λέγοντες, Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίυ· Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψί- 10 στοις. Καὶ εἰσελθόντος αὐτῦ εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐσείσθη πᾶ- 11 σα ἡ πόλις, λέγυσα, Τίς ἐστιν ὗτος; Οἱ δὲ ὄχλοι ἔλεγον, Οὗτός ἐστιν Ἰησῦς ὁ προφήτης, ὁ ἀπὸ Ναζαρὲθ τῆς Γα-

bebat ei 23 decem millia talentorum. 24 Cæterum 25 quum is non esset solvendo, jussit eum dominus venundari, & uxorem ejus, & liberos, & omnia quæ habebat, ac fieri solutionem. Procidens autem 26 servus ille 25 adorabat eum, dicens, Domine, 26 esto patiens erga me, & omnia tibi reddam. 27 Misertus autem dominus servi illius, absolvit eum, 27 & æs alienum remisit ei. 28 Egressus vero servus ille, invenit unum de conservis suis, qui debebat sibi centum denarios: 28 & injecta in eum manu, obtorto collo trahebat, dicens, Solve quod debes. 29 Et procidens conservus ejus rogabat eum, dicens, Esto patiens erga me, & omnia reddam tibi. 30 At ille nolebat, sed abiit & conjecit eum in carcerem, donec redderet debitum. 31 Porro quum vidissent conservi ejus quæ fiebant, indoluerunt valde, & venerunt, 29 aperueruntque domino suo omnia quæ facta fuerant. 32 Tunc accersivit illum dominus suus, & ait illi, 30 Serve scelestе, 31 totum debitum illud remisi tibi, quum obsecrasses me: 33 nonne oportuit & te misereri conservi tui, sicut & ego tui misertus eram? 34 Et iratus dominus ejus, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet totum quod debebatur sibi. 35 Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis suo quisque fratri 32 ex cordibus vestris delicta illorum. XIX. 1 Et factum est quum consummasset Jesus sermones hos, demigravit a Galilæa, & venit in fines Judææ trans Jordanem. 2 Et sequutæ sunt eum turbæ multæ: & sanavit eos ibi. 3 Et accesserunt ad eum Pharisæi, tentantes eum, & dicentes ei, 1 Licet ne homini divortium facere cum uxore sua, 2 qualibet ex causa? 4 Qui respondens ait eis, An non legistis, quod is

23 *Decem millia talenta*] dixit, pro *talentorum*, Latinitatis duntaxat injuria factum est, sensu incolumi. Et mox,

24 *Non haberet unde redderet*] μὴ ἔχοντος δὲ αὐτῦ ἀποδῦναι, id est, *cum non posset autem solvere*. Siquidem ἔχω additum verbis infinitis plerunque significat *possum*. Latinissime dixisset, *cum non esset solvendo*. Pauloque post,

25 *Rogabat eum dicens*] Vetustissimi codices Latini scriptum habebant *orabat*. Plerique Græci προσεκύνει, *adorabat*, pro eo quod est *supplicabat*: quod supplices contacta gena & genu velut adorabant, obtestantes per Numen, cui supplices curæ sunt: nonnulli παρεκάλει, id est, *obsecrabat*.

26 *Et patientiam habe*] Græce est μακροθύμησον, id est, *longanimis esto*, sive *leni animo*, pro quo multi legunt *magnanimum*, & pro μακροθυμία, *magnanimitas*. Nam inter se natura cohærent, *magno esse animo*, & *leni*, quod vindictæ cupiditas arguat pusillum animum.

27 *Et debitum dimisit*] τὸ δάνειον ἀφῆκεν, id est, *mutuum remisit*, sive *æs alienum remisit*. Ac paulo post,

28 *Et suffocabat eum*] Et dilucidius & fidelius erat, κρατήσας αὐτὸν, ἔπνιγεν, id est, *injecta illi manu, obtorto collo trahebat*. Id enim est κρατεῖν & πνίγειν hoc loco, Nam κρατεῖν pro *injicere manum* & alias utuntur Evangelistæ. Porro quod addit, πνίγειν pertinet ad vi trahentem, vel in carcerem, vel ad judicem. Item,

29 *Narrarunt*] διεσάφησαν, id est, *indicarunt*, sive *aperuerunt*, aut *prodiderunt*. Rursus,

30 *Serve nequam*] πονηρὲ, id est, *male*, sive *scelestе*. Verum hujusmodi permulta prætereo sciens, ne morosiore diligentia molestus sim Lectori. Ac mox,

31 *Omne debitum remisi tibi*] πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκα, id est, *totum illud debitum remisi*. Ac subinde,

32 *De cordibus vestris*] Hic addunt Græci τὰ παραπτώματα αὐτῶν, id est, *errata ipsorum*, quod haud scio an explicandi causa sit additum, quandoquidem apud Hieronymum non additur. Etiamsi additur apud Chrysostomum ac Theophylactum.

XIX. 1 *SI licet*] Pro *licet ne*, Græce dixit magis quam Latine. Et ἀπολῦσαι *repudiare*, sive *abjicere*.

2 *Quacunque ex causa*] κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, id est, *ex quavis causa*. Nimirum illud sentientes, esse causas aliquas justas divortii, quemadmodum indicat Origenes. Siquidem Moses tantum juris permisit maritis, ut iniqua videatur lex adversus uxores, quibus nulla de causa licebat a marito divertere, cum his esset potestas ob quamlibet levem fœditatem abjicere uxores, tantum scripto libello repudii. Sic enim legimus Deuteronom. cap. XXIIII. *Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & illa non invenerit gratiam ante oculos ejus propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudii, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Cumque egressa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudii, & dimiserit de domo sua, vel certe mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in uxorem.* Proinde Christum tentant Pharisæi, ut si probasset Judæorum repudia tam licentiosa, videretur adversus naturalem æquitatem pronunciare, quæ Ethnicis quoque favorabilis est, apud quos jus erat mutui divortii, neque quavis tamen ex causa: sin secus, videretur in Mosaicam Legem contumeliosus. Illi putabant sibi licere quavis de causa quoties libuisset uxorem abjicere: id Christus adstringit, unicam duntaxat causam excipiens, nempe stupri. Annotavit hujus dictionis ἔμφασιν, is quisquis fuit, cujus exstat Homilia XXXVIII. inter mixtas Chrysostomi titulo. Origenes hunc edisserens locum putat & alia crimina, vel paria adulterio, vel etiam graviora, veluti veneficium, parricidium, dirimere matrimonium. Augustinus in causa divortii idololatriam æquat adulterio: quod cultus idolorum sit adulterio misceri cum immundis spiritibus. Sed ad hanc rationem omne peccatum, quod nos alienat a Deo, dirimet matrimonium. Ego puto ob id exceptum adulterium, quod hoc ex diametro pugnet cum natura matrimonii. Neque protinus tollitur matrimonii sacramentum, si in paucis conjugium male initum bene dirimatur: non profecto magis quam adulteriis, quæ nunc passim crebra sunt, aut divortio, quod nos indulsimus, male cohærentibus. Quanquam hanc rationem de sacramento nullus Veterum, quod sciam, adduxit, cum tamen super his crebra prolixaque sit disputatio, præsertim Augustino, ac Hieronymo. Neque statim homo disjungit, quod Deus conjunxit, imo quod per lenas ac lenones, per vinolentiam, per stultitiam, & incogitantiam male conjungit diabolus, id per Auctores ac Ministros Ecclesiæ suæ bene disjungit Deus. Atque utinam sic coirent inter Christianos omnia matrimonia, ut auctore Deo jure dici debeant inita: aut tales essemus omnes, ut non opus foret aliquo divortio: nec esset in nobis ea σκληροκαρδία, ob quam olim Judæis permissum est uxorem abjicere. Augustinus ad Pollentium exceptionem torquet ad partem duntaxat priorem, *facit eam mœchari*: ut ad hoc tantum valeat exceptio, non quo liber sit a matrimonio qui repudiat uxorem, sed ne videatur illam facere mœcham, cum mœcham repudiet. Cæterum quicunque eam duxerit, sive causa adulterii repudiatam, sive alia quavis de causa, committit adulterium. Quod Augustini commentum an perinde cum ipsa veritate naturaque consentiat, ut est argutum, eruditis expendendum relinquo. Certe locus hic difficultatum plenus est, ut de quo non eadem senserint Ecclesiastici Doctores: cum Ambrosius, exponens Epistolam ad Corinthios priorem, tribuat marito jus repudiandi, neque secus sentiat Origenes. Unde coacti sumus aliud quoddam divortii genus inducere, quod ita dirimat consuetudinem domesticam, ut nihilosecius maneat conjugii vinculum. Quod quidem divortii genus, imo nomen duntaxat divortii cum a nobis sit repertum, de hoc non percontatos fuisse Judæos per se liquet, quibus hoc prorsus erat incognitum. Porro quod hodie passim in Scholis dictitant, solo consensu contrahi matrimonium, utinam tam probatum esset, quam receptum est. Neque postulo ut hic quidquam de pristina Patrum constitutione demutet Ecclesia, si id antehac nunquam est factum. Quod si factum est aliis aliquot in rebus, optarim & hic fieri, si id pertineat ad salutem hominum. Si fieri non potest, certe votum a pietate proficiscitur: & optat sæpenumero charitas, non quod fieri possit, sed quod fieri velit. Sed hisce de rebus, ut antehac attigimus nonnihil, ita copiosius dicetur in Paulinis Epistolis 1. Corinth. VII. Quanquam hæc ipsa sic dicta velim accipi, non quasi asseram, sed qui proponam eruditis excutienda. Ac mox,

σιαα 12 Γαλιλαίας. Καὶ εἰσῆλθεν ὁ Ἰησῦς εἰς τὸ ἱερὸν τῦ Θεῦ, καὶ ἐξέϐαλε πάντας τὺς πωλῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ· καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυϐιςῶν κατέςρεψε, 13 καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλύντων τὰς περιςεράς. Καὶ λέγει αὐτοῖς, Γέγραπται, Ὁ οἶκός μυ οἶκος προσευχῆς κληθήσεται· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον ληςῶν. σιϐ 14 Καὶ προσῆλθον αὐτῷ τυφλοὶ καὶ χωλοὶ ἐν τῷ ἱερῷ· σιγ ϛ 15 καὶ ἐθεράπευσεν αὐτύς. Ἰδόντες δὲ οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς τὰ θαυμάσια ἃ ἐποίησε, καὶ τὺς παῖδας κράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ λέγοντας, Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ 16 Δαϐὶδ, ἠγανάκτησαν. Καὶ εἶπον αὐτῷ, Ἀκύεις τί ὗτοι λέγυσιν; Ὁ δὲ Ἰησῦς λέγει αὐτοῖς, Ναί· ὐδέποτε ἀνέγνωτε, Ὅτι ἐκ ςόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον; σιδ ϛ 17 Καὶ καταλιπὼν αὐτὺς, ἐξῆλθεν ἔξω 18 τῆς πόλεως εἰς Βηθανίαν, καὶ ηὐλίσθη ἐκεῖ. Πρωΐας 19 δὲ ἐπανάγων εἰς τὴν πόλιν, ἐπείνασε. Καὶ ἰδὼν συκῆν μίαν ἐπὶ τῆς ὁδῦ, ἦλθεν ἐπ' αὐτὴν, καὶ ὐδὲν εὗρεν ἐν αὐτῇ εἰ μὴ φύλλα μόνον· καὶ λέγει αὐτῇ, Μηκέτι ἐκ σῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ ἐξηράνθη 20 παραχρῆμα ἡ συκῆ. Καὶ ἰδόντες οἱ μαθηταὶ ἐθαύμασαν, λέγοντες, Πῶς παραχρῆμα ἐξηράνθη ἡ συκῆ; σιε ϛ 21 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίςιν, καὶ μὴ διακριθῆτε, ὐ μόνον τὸ τῆς συκῆς ποιήσετε, ἀλλὰ κἂν τῷ ὄρει τύτῳ εἴπητε, Ἄρθητι, καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν, γενήσεσιϛ δ 22 ται. Καὶ πάντα ὅσα ἂν αἰτήσητε ἐν τῇ προσευχῇ, πισιζϐ 23 ςεύοντες, λήψεσθε. Καὶ ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὸ ἱερὸν, προσῆλθον αὐτῷ διδάσκοντι οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Πρεσϐύτεροι τῦ λαῦ, λέγοντες, Ἐν ποίᾳ ἐξυσίᾳ ταῦτα ποιεῖς;

is qui fecit ab initio, 3 masculum & fœminam fecit eos? 4 Et dixit, Propterea deseret homo patrem 5 & matrem, 5 & agglutinabitur uxori suæ, 6 & erunt duo in carnem unam. 7 Itaque jam non sunt 6 duo, sed una caro. 8 Quod ergo Deus copulavit, homo ne separet. Dicunt illi, Cur ergo Moses 7 jussit dare libellum repudii, ac dimittere eam? Ait illis, Moses 9 ad duritiam cordis vestri per- 8 misit vobis repudiare uxores vestras: cæterum ab initio non fuit sic. Dico autem vobis, quod qui- 9 cunque repudiaverit uxorem suam, nisi ob stuprum, & aliam duxerit, is committit adulterium: & qui repudiatam duxerit, is adulterium committit. Dicunt ei discipuli ejus, Si ad istum modum 10 habet causa hominis cum uxore, 10 non expedit contrahere matrimonium. Qui dixit illis, 11 Non 11 omnes capaces sunt hujus dicti, sed ii quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero 12 sic nati sunt: & sunt eunuchi, 12 qui facti sunt eunuchi ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat. 13 Tunc oblati sunt ei pue- 13 ri, ut manus eis imponeret, & oraret: discipuli autem increpabant eos. Jesus vero ait eis, Sinite 14 pueros, & ne prohibeatis eos ad me venire: talium est enim regnum cœlorum. Et quum imposuisset 15 eis manus, abiit illinc. Et ecce unus accedens, 16 ait illi, Magister bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam? Qui dixit ei, 14 Cur me 17 vocas

3 *Masculum & fœminam*] ἄῤῥεν καὶ θῆλυ, neutri generis apud Græcos.

4 *Et dixit, Propter hoc dimittet homo*] Incertum erat an Deus ille Creator olim hoc dixerit, an Christus hæc locutus, illud adjecerit, *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem.* Augustinus libro de nuptiis & concupiscentiis secundo, capite quarto, sic accipit, quasi dixerit Deus: *Quod tamen*, inquiens, *Dominus Jesus in Evangelio* Deum dixisse *commemorat, quia Deus utique per hominem dixit, quod homo prophetando prædixit.* Quanquam & Genesis capite secundo, unde hæc desumpta sunt, ita referuntur hæc verba, ut vel ab Adam dicta videri possint, vel ab eo qui texuit orbis conditi historiam, vel ab ipso Deo. *Dimittet patrem & matrem*, καὶ καταλείψει. *Relinquet* seu *deseret* potius quam *dimittet*: *dimittimus* discedentem, *deserimus* cui periclitanti desumus.

5 *Et adhærebit uxori suæ*] προσκολληθήσεται, id est, *agglutinabitur.* Metaphora sumpta ab his, quæ glutino sic committuntur, ut putes unum esse. Annotavit emphasin verbi Chrysostomus Homilia sexagesima tertia. Ac mox,

6 *Duo in carne una*] δύο εἰς σάρκα μίαν, id est, *in carnem unam*, hoc est, *e duobus fiet unus*, sive *unum*: quandoquidem masculus & fœmina Græcis neutri generis sunt. Annotavit hanc sermonis Hebraici formam Augustinus libro hujus argumenti septimo. Quod genus sunt & illa libro Judicum, *Et eris nobis in caput omnibus habitantibus Galaad.* Item in Psalmis, *Esto mihi in Deum protectorem.* Ne articulus quidem videtur otiosus, καὶ ἔσονται οἱ δύο, hoc est, *erunt, qui duo fuerant, in carnem unam.* Nam totum hominem *carnem* vocat, ut & alias Scriptura Divina totum hominem *animam* appellat. Adstipulante nobis & divo Augustino libro de Civitate Dei decimo quarto. Quod genus & illud est Pauli ad Romanos, *Ex operibus Legis non justificabitur omnis caro.* Quid enim est *omnis caro*, nisi *omnes homines*? Et, *Verbum caro factum est*, id est, *Sermo Divinus homo factus est.* Porro *in carnem* legendum esse, non *in carne*, demonstravimus ex Hieronymo in Scholiis nostris, quibus illum illustravimus, ubi sic explicat Matthæi verba, *In unam dixit, non in duas.* Et Cyprianus Epistola libri secundi octava, *Erunt*, inquit, *duo in unam carnem.* Et Tertullianus libro adversus Marcionem tertio, *Et suggerens Ephesiis quod in primordio de homine prædicatum est*, relicturo patrem & matrem, & futuris duobus in unam carnem, *id est, in Christum & Ecclesiam.* Rursum libro de Monogamia, *Et erunt duo in unam carnem, non tres neque plures.* Hæc admonere visum est, ne quis hic frustra obscœni quippiam imaginetur, aut illud somniet, quod est in tabulis Græcorum, ἄρθρα ἐν ἀρθροῖς ἔχων. Tametsi in Genesi, unde locus hic sumptus est, non est, *erunt duo*, sed tantum *erunt*, וְהָיוּ לְבָשָׂר אֶחָד. *Duo* addidit Evangelista explicandi gratia, aut certe Interpres Græcus adjecit, si Matthæus scripsit Hebraice, quod mihi non fit verisimile. Ac mox,

7 *Itaque jam non sunt duo*] ὐκ ἔτι, id est, *posthac non sunt duo*: nempe post initum conjugium. Creati fuerant duo, non unus, nimirum masculus ac fœmina. Rursus copula matrimonii e duobus reddidit unum. Non abludit prorsus ab hac sententia fabula Aristophanis, quam apud Platonem adducit in convivio. Quanquam obscœnior est.

8 *Quod Deus conjunxit*] συνέζευξεν, id est, *conjugavit*, & *eodem junxit jugo.* Translatum a bubus simul ducentibus idem jugum. Nos vertimus *copulavit.* Et,

9 *Ad duritiem cordis*] Græcis unica dictio est, σκληροκαρδίαν.

10 *Non expedit nubere*] γαμῆσαι, id est, *ducere uxorem*, aut certe *contrahere matrimonium* sive *contraxisse.* Nam apud Latinos vir non dicitur *nubere*, nisi qui servit uxori, velut illa potius vir sit quam ille. Etiamsi Festus Pompejus indicat olim *nubere* Latinis etiam viris commune fuisse verbum, quemadmodum Græcis γαμεῖν. At apud Hebræos, ut dictum est, non erat mutuum repudiandi jus, quemadmodum apud Romanos, sed soli marito fas erat repudiare. Cujus etiam zelotypiæ mederi cogebatur uxor, fœdo horrendoque exemplo.

11 *Non omnes capiunt*] χωρῦσι. Hoc loco *capiunt* non pollet idem quod *intelligunt*, sive *apprehendunt*, ut Lyra videtur sensisse, qui commenti vice addidit: *Quia altus est status, ad quem infirmi non possunt adscendere.* Sed *capiunt*, id est, *capaces sunt*: quomodo locum *capacem* vocamus, qui tam est spatiosus, ut possit recipere quod infertur. Ita Paulus vult *dilatari* Corinthios, *quo se capiant.* Proclive est enim intelligere quod dictum est, verum id dictum non descendit in animos omnium, quod sint aliis affectibus occupati, ut illic non sit locus divino consilio. Atque idem verbum legis in eo quod sequitur: *Qui potest capere, capiat*, Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω.

12 *Qui facti sunt*] οἵτινες εὐνυχίσθησαν, *qui castrati sunt*, sive *qui facti sunt eunuchi.* Nam *eunuchi* repetendum erat. Atque idem verbum mox ipse vertit *castrati sunt.* Porro εὐνῦχος Græce sonat *cubilis custos*, quod barbari hujusmodi portentis suas uxores servandas committere soleant. Porro vi exsecti *spadones* dicuntur. Petrus Comestor *eunuchos* interpretatur *bene vincentes*, ab *eu*, *bene*, & *nuche*, *victoria*, quod sit summa victoria: quasi non sit durius vincere inanem gloriam, aut etiam pecuniæ studium, aut iram. *Eunuchus* autem dicitur ab εὐνὴ *cubile*, & ἔχω, sicut δᾳδῦχος & σκηπτῦχος. Idem *spadones* interpretatur a *spata* dictos: ad quam etymologiam omnes Germani *spadones* dici possint. Et hoc commentum sequitur Hugo Cardinalis. Quum tales Scriptores olim sint amplexi Theologi, nunc quidam Erasmum ferre non possunt. Quin Hugoni *castrati* dicuntur, quasi *castinati.* Dominus tria *eunuchorum* genera distinxerat. Unum eorum, qui natura non possunt aut non appetunt congredi cum muliere. Alterum eorum, qui vi exsecantur. Tertium, qui volentes ob regnum Dei sese continent. In qua classe ponemus eorum genus, qui vel arte vel metu detruduntur in cœlibatum, ut scortari liceat, uxorem ducere non liceat: adeo ut si profiteantur concubinam, sint catholici Sacerdotes, sin uxorem dici malint, conjiciantur in ignem. Mea sententia clementius tractarent suos liberos parentes, si quos cœlibatui destinassent, pueros etiamnum curarent exsecandos, quam si integros nolentes aut inscios conjicerent in hoc incendium libidinis. Ac rursus,

13 *Oblati sunt ei parvuli*] τὰ παιδία, id est, *puelli.*

14 *Quid me interrogas de bono*] Plerique Græci codices habent, Τί με λέγεις ἀγαθὸν; id est, *Quare me vocas bonum*? sed perperam, ni fallor, ex alio Evangelio verbis huc translatis. Quanquam ad eum modum legit Theophylactus & Hilarius. At secus Hieronymus, Origenes Homilia VIII. & Chrysostomus LXIV. Apparet offensum Lectorem parum attentum, quod non perinde videretur quadrare Christi responsum, *Solus Deus bonus est.* Atqui belle quadrat. Non enim hic objurgat eum, quod ipsum *bonum* diceret, quanquam *bone* apud Hilarium non additur, sed quod homo cum esset, de bono percontaretur, cum in hominibus nihil sit boni. Porro bonus est qui bene facit. Quod si nihil est vere boni in humanis factis, nec bonus dicetur quisquam. Quidquid enim in nobis boni est, divini muneris est. Quod si maxime legamus, *Quid me dicis bonum*, nihil est necesse ut Hæreticorum interpretationem recipiamus, qui putant *boni* cognomen in

24 εἷς; καὶ τίς σοι ἔδωκε τὴν ἐξȣσίαν ταύτην; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησȣ̃ς εἶπεν αὐτοῖς, Ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ λόγον ἕνα, ὃν ἐὰν εἴπητέ μοι, κἀγὼ ὑμῖν ἐρῶ ἐν ποίᾳ σιη̃ ι 25 ἐξȣσίᾳ ταῦτα ποιῶ. Τὸ βάπτισμα Ἰωάννȣ πόθεν ἦν; ἐξ ȣ̓ρανȣ̃, ἢ ἐξ ἀνθρώπων; Οἱ δὲ διελογίζοντο παρ' ἑαυτοῖς, λέγοντες, Ἐὰν εἴπωμεν, ἐξ ȣ̓ρανȣ̃· ἐρεῖ ἡμῖν, Δια-26 τί ȣ̃ν ȣ̓κ ἐπιστεύσατε αὐτῷ; Ἐὰν δὲ εἴπωμεν, ἐξ ἀνθρώπων· φοβȣ́μεθα τὸν ὄχλον· πάντες γὰρ ἔχȣσι τὸν Ἰωάννην ὡς 27 προφήτην. Καὶ ἀποκριθέντες τῷ Ἰησȣ̃ εἶπον, Οὐκ οἴδαμεν. Ἔφη αὐτοῖς καὶ αὐτὸς, Οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν ἐν ποίᾳ ἐξȣ-28 σίᾳ ταῦτα ποιῶ. Τί δὲ ὑμῖν δοκεῖ; Ἄνθρωπος εἶχε τέκνα δύο· καὶ προσελθὼν τῷ πρώτῳ, εἶπε, Τέκνον ὕπαγε, σή-29 μερον ἐργάζȣ ἐν τῷ ἀμπελῶνί μȣ. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς 30 εἶπεν, Οὐ θέλω· ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς ἀπῆλθε. Καὶ προσελθὼν τῷ δευτέρῳ, εἶπεν ὡσαύτως· Ὁ δὲ ἀποκρι-31 θεὶς εἶπεν, Ἐγὼ κύριε· καὶ ȣ̓κ ἀπῆλθε. Τίς ἐκ τῶν δύο ἐποίησε τὸ θέλημα τȣ̃ πατρός; Λέγȣσιν αὐτῷ, Ὁ πρῶτος. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησȣ̃ς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι προάγȣσιν ὑμᾶς εἰς τὴν 32 βασιλείαν τȣ̃ Θεȣ̃. Ἦλθε γὰρ πρὸς ὑμᾶς Ἰωάννης ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, καὶ ȣ̓κ ἐπιστεύσατε αὐτῷ· οἱ δὲ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι ἐπίστευσαν αὐτῷ· ὑμεῖς δὲ ἰδόν-σιθβ 33 τες ȣ̓ μετεμελήθητε ὕστερον, τȣ̃ πιστεῦσαι αὐτῷ. Ἄλλην παραβολὴν ἀκȣ́σατε. Ἄνθρωπός τις ἦν οἰκοδεσπότης, ὅστις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ φραγμὸν αὐτῷ περιέθηκε, καὶ ὤρυξεν ἐν αὐτῷ ληνὸν, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον, καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς· καὶ ἀπεδήμησεν. 34 Ὅτε δὲ ἤγγισεν ὁ καιρὸς τῶν καρπῶν, ἀπέστειλε τȣ̀ς δȣ́λȣς αὐτȣ̃ πρὸς τȣ̀ς γεωργȣ̀ς, λαβεῖν τȣ̀ς καρπȣ̀ς αὐ-35 τȣ̃. Καὶ λαβόντες οἱ γεωργοὶ τȣ̀ς δȣ́λȣς αὐτȣ̃, ὃν μὲν ἔδειραν, ὃν δὲ ἀπέκτειναν, ὃν δὲ ἐλιθοβόλησαν. 36 Πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλȣς δȣ́λȣς πλείονας τῶν πρώτων· καὶ

A vocas bonum? 15 Nullus est bonus, nisi unus, nempe Deus. Quod si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Dicit illi, Quæ? Jesus autem dixit, 18 μθ Non facies homicidium: Non committes adulterium: Non facies furtum: Non falsum dices testimonium: Honora patrem & matrem: 16 &, Di- 19 liges proximum tuum ut teipsum. Dicit illi ado- 20 lescens, Omnia hæc servavi a juventute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi Jesus, Si vis perfectus 21 esse, vade, 17 vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me. Quum audisset autem adolescens eum sermonem, 22 18 abiit tristis: erat enim habens possessiones mul-B tas. Jesus autem dixit discipulis suis, Amen dico 23 vobis, Dives difficile intrabit in regnum cœlorum. 19 Et iterum dico vobis, 20 Facilius est camelum 24 per foramen acus transire, quam divitem 21 in regnum Dei ingredi. Auditis autem his discipuli ex- 25 paverunt valde, dicentes, 22 Quis ergo potest salvus fieri? Intuitus autem illos Jesus dixit illis, 26 Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt. Tunc respondens Pe- 27 trus dixit ei, Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem 28 dixit illis, Amen dico vobis, quod vos, qui sequuti estis me in regeneratione, quum sederit Filius hominis 23 in sede majestatis suæ, sedebitis & vos su-C per sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domos, aut fratres, 29 aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, 24 centuplum accipiet, 25 & vitæ æternæ sortietur hæ-

in unum Patrem proprie competere. Imo Christus subindicat se esse Deum, & ob id juxta quorundam interpretationem objurgat hominem, quod ei tribueret cognomen *boni*, quem nondum crederet Deum, quod haud scio an quisquam Apostolorum adhuc perfecte crediderat. Hoc loco caute legendus est Origenes, alioqui sermo illius resipit Arianum quiddam, quasi ne Filius quidem dicatur proprie *bonus*, nec aliter Filii bonitas differat ab hominum bonitate, nisi quod Filius in omnibus bonis vicinior est Patri, quam cæteri Filio. Quemadmodum autem fatetur nullum hominem proprie dici *bonum* ad comparationem divinæ bonitatis, ita putant nullum hominis opus dici bonum, si ad divinam justitiam D conferatur. Et perturbate vertit,

15 *Unus est bonus Deus*] ȣ̓δεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς, id est, *nullus est bonus, nisi unus, nempe Deus*, ut ὁ sit articulus explicantis.

16 *Diliges proximum tuum sicut teipsum*] Origenes, hunc enarrans locum Homilia inter editas octava, testatur sibi videri hæc verba addita, nec esse scripta ab ipso Matthæo, idque duobus colligit argumentis. Primum, quod apud Marcum & Lucam nihil addatur hujusmodi, cum res alioqui eadem referatur. Deinde, cum Paulus in Epistola ad Romanos cap. decimo tertio testetur his verbis, *Diliges proximum tuum sicut teipsum*, summam totius Legis contineri: quî convenit, ut dicatur adhuc aliquid deesse, qui se prædicet hæc omnia præstitisse? Atque illic deplorat Librariorum incuria & Castigatorum vitio sic fuisse depravata Novi Testamenti exemplaria, ut difficillimum sit restituere. Quanquam ob contentiosos explicuit utcunque nodum E hunc ex Evangelio apocrypho, quod inscribitur *Hebræorum*. In quo de juvene hæc res exponitur hunc ad modum: *Dixit ad eum alter divitum, Magister, quid bonum faciens vivam? Dixit ei, Homo leges & prophetas fac. Respondit ad eum, Feci. Dixi ei, Vade, vende omnia quæ possides, & divide pauperibus, & veni, sequere me. Cœpit autem dives scalpere caput suum, & non placuit ei. Et dixit ad eum Dominus, Quomodo dicis, Legem feci & prophetas, quoniam scriptum est in lege, Diliges proximum tuum sicut teipsum? Et ecce multi fratres tui filii Abrahæ amicti sunt stercore, morientes præ fame, & domus tua plena est multis bonis, & non egreditur omnino aliquid ex ea ad eos. Et conversus dixit Simoni discipulo suo, sedenti apud se, Simon filius Joannæ, Facilius est camelum intrare per foramen acus, quam divitem in regnum cœlorum.* Ex his ratiocinatur Origenes, ut donemus sic fuisse scriptum ab Evangelista, quemadmodum nos legimus, tamen difficultatem quæstionis sic explicari posse, ut accipiamus F Christum redarguisse juvenem, credentem se legem implesse, cum id quod est caput legis præterisset, sinens pauperes inopia perire, cum ipse dives esset. Chrysostomus illud etiam addit, *quod elatus esset, quod mendax, quod tentandi animo percontaretur.* Verum ad hæc non quadrat id quod legimus apud Marcum, *& Jesus dilexit*, sive *osculatus est eum.* Mihi simplicius videtur, ut accipiamus adolescentem in suo genere bonum, ob imbecillitatem nondum fuisse capacem Evangelicæ perfectionis. Nec est,

17 *Vende omnia quæ habes*] Sed πώλησόν σȣ τὰ ὑπάρχοντα, id est, *vende tua*, sive *facultates tuas.* Nec apud Hieronymum additur *omnia.* Nec in aureo codice, nec additur apud Græcos conjunctio &. Tantum est, *vade, vende*, nec sua gratia caret ἀσύνδετον.

18 *Et abiit tristis*] Magis est, *dolens*, sive *mœstus*, λυπȣ́μενος. Et nonnulli codices habebant,

19 Καὶ πάλιν] At in emendatioribus scriptum est Πάλιν δὲ, *Rursus autem*, sive, *Imo iterum dico vobis.* Corrigit enim quod ante, licet mollius dictum, offenderat discipulos: idque durius repetit.

20 *Facilius est camelum*] Divus Hieronymus haud dubie *camelum* accepit pro animante, secutus, opinor, Origenem. Theophylactus dissentit, volens hoc loco significare *rudentem nauticum*, atque id sane magis quadrat ad foramen acus. Et apud D unum Suidam κάμηλον eo reperio significatu: post hunc Camers κάμηλον ait esse *rudentem*, sed nullum citat auctorem. Julius Pollux inter instrumenta nautica non meminit. Atque hac quidem in re magis assentior Hieronymo. Nam quod istos offendit, qui ex camelo funem faciunt nauticum, nempe quod absurdum videatur camelum duci per foramen acus, hoc ipsum pro nobis facit: siquidem Christus hoc exemplum velut ἀδύνατον proposuit. Vult enim omnino videri impossibile, ut camelus, ingens animal ac tortuosum, per foramen acus transeat. Quod si videtur subabsurda collatio, meminerit alibi reprehensum a Domino, qui paret ejicere festucam ex oculo fratris, quum ipse trabem in oculo suo non videat. Quid absurdius quam hominem gestare trabem in oculo? Verum hæc sermonis absurditas ad emphasim facit. Nec est, quod hic fabulas aniles comminiscantur, Hierosolymis fuisse portam, cui nomen fuerit *acus*: aut quod *impossibile* pro *difficile* positum interpretentur. Imo si divitem interpre-E tentur *fidentem suis divitiis*, id quod fere divitum vulgus facit, ita demum poterunt hunc explicare nodum. Atque hunc sensum aperuit nobis Marcus capite decimo: *Filii, quam difficile*, inquit, *est confidentes in pecuniis in regnum Dei introire.* Quod si verum est ingentes funes nauticos *camelos* vocari Græcis, apparet ab animantis & ingentis & distorti similitudine dictos: nisi forte ob id quod apud illos nautici funes e camelorum pilis texerentur. Neque vero meo animo per omnia satisfacit, quod Hieronymus annotavit non esse dictum a Christo, *impossibile est divitem intrare*, sed *difficile. Ubi difficile ponitur*, inquit, *non impossibilitas prætenditur, sed raritas demonstratur*: cum mox fateatur idem ab eodem dictum *impossibile.* Siquidem allata comparatione cameli per foramen acus euntis, *hoc dicto*, inquit, *ostenditur, non difficile esse, sed impossibile.* In dialogo adversus Pelagianos primo, diversa ratione explicat sese, negans esse eos divites, qui aliis divites fuerunt potius quam sibi. Quin & F illud, *per foramen acus*, bifariam accipi potest, sive pro foramine quod habet acus, sive pro foramine acu facto. Postremo non est,

21 *In regnum cœlorum*] Sed *in regnum Dei*, εἰς βασιλείαν τȣ̃ Θεȣ̃. Quanquam mihi magis probatur, quod lego apud Chrysostomum & Hieronymum, *regnum cœlorum.* Sentit enim divites non esse accommodos Evangelicæ doctrinæ, quam fere vocat *regnum cœlorum.*

22 *Quis ergo poterit*] Τίς ἄρα δύναται, id est, *Quisnam potest*, id quod supra vertit, *quis putas.* Et aliquanto post,

23 *In sede majestatis*] ἐπὶ θρόνȣ δόξης, id est, *in throno gloriæ.*

24 *Centuplum accipiet*] ἑκατονταπλασίονα, quasi dicas *singula centuplicata.* Est enim numerus multitudinis. Et,

25 *Vitam æternam possidebit*] κληρονομήσει, quod ad verbum

37 καὶ ἐποίησαν αὐτοῖς ὡσαύτως. Ὕστερον δὲ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, λέγων, Ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου. 38 Οἱ δὲ γεωργοὶ ἰδόντες τὸν υἱὸν, εἶπον ἐν ἑαυτοῖς, Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ κατάσχωμεν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. 39 Καὶ λαβόντες αὐτὸν, ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, 40 καὶ ἀπέκτειναν. Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶ-41 νος, τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις; Λέγουσιν αὐτῷ, Κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτούς· καὶ τὸν ἀμπελῶνα ἐκδόσεται ἄλλοις γεωργοῖς, οἵτινες ἀποδώσουσιν αὐτῷ 42 τοὺς καρποὺς ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Οὐδέποτε ἀνέγνωτε ἐν ταῖς γραφαῖς, Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας; παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καί ἐστι θαυ-43 μαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀρθήσεται ἀφ᾽ ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δοθήσε-44 ται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. Καὶ ὁ πεσὼν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον, συνθλασθήσεται· ἐφ᾽ ὃν δ᾽ ἂν πέσῃ, δκα 45 λικμήσει αὐτόν. Καὶ ἀκούσαντες οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι τὰς παραβολὰς αὐτοῦ, ἔγνωσαν ὅτι περὶ αὐ-46 τῶν λέγει. Καὶ ζητοῦντες αὐτὸν κρατῆσαι, ἐφοβήθη-1 XXII. σαν τοὺς ὄχλους, ἐπειδὴ ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον. Καὶ σκᾶ ἀποκριθεὶς Ἰησοῦς πάλιν εἶπεν αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς, 2 λέγων, Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ 3 βασιλεῖ, ὅστις ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ· Καὶ ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ καλέσαι τοὺς κεκλημένους εἰς τοὺς 4 γάμους· καὶ οὐκ ἤθελον ἐλθεῖν. Πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους, λέγων, Εἴπατε τοῖς κεκλημένοις, Ἰδοὺ τὸ ἄριστόν μου ἡτοίμασα, οἱ ταῦροί μου καὶ τὰ σιτιστὰ τεθυ-5 μένα, καὶ πάντα ἕτοιμα· δεῦτε εἰς τοὺς γάμους. Οἱ δὲ ἀμελήσαντες ἀπῆλθον, ὁ μὲν εἰς τὸν ἴδιον ἀγρὸν, 6 ὁ δὲ εἰς τὴν ἐμπορίαν αὐτοῦ· Οἱ δὲ λοιποὶ κρατήσαν-7 τες τοὺς δούλους αὐτοῦ, ὕβρισαν καὶ ἀπέκτειναν. Ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς ὠργίσθη· καὶ πέμψας τὰ στρατεύματα αὐτοῦ, ἀπώλεσε τοὺς φονεῖς ἐκείνους, καὶ τὴν πό-8 λιν αὐτῶν ἐνέπρησε. Τότε λέγει τοῖς δούλοις αὐτοῦ, Ὁ μὲν γάμος ἕτοιμός ἐστιν, οἱ δὲ κεκλημένοι οὐκ ἦσαν 9 ἄξιοι. Πορεύεσθε οὖν ἐπὶ τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν, καὶ 10 ὅσους ἂν εὕρητε, καλέσατε εἰς τοὺς γάμους. Καὶ ἐξελθόντες οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι εἰς τὰς ὁδοὺς, συνήγαγον πάντας ὅσους εὗρον, πονηρούς τε καὶ ἀγαθούς· καὶ ἐπλήσθη σκβ 11 ὁ γάμος ἀνακειμένων. Εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς θεάσασθαι τοὺς ἀνακειμένους, εἶδεν ἐκεῖ ἄνθρωπον οὐκ ἐνδε-12 δυμένον ἔνδυμα γάμου· Καὶ λέγει αὐτῷ, Ἑταῖρε, πῶς εἰσῆλθες ὧδε μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου; Ὁ δὲ ἐφι-

hæreditatem. Multi autem primi erunt novissimi, 30 & novissimi primi. XX. 1 [1] Nam simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit [2] primo statim diluculo ad conducendos operarios in vineam suam. 2 Conventione autem facta cum operariis [3] in singulos dies denario, misit eos in vineam suam. 3 Et egressus circiter horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, 4 & illis dixit, [4] Ite & vos in vineam: & quodcunque justum fuerit dabo vobis. 5 Illi autem abierunt. Rursum autem exiit circiter sextam & nonam horam, & fecit similiter. 6 Circa undecimam vero exiit, & invenit alios stantes otiosos, ac dicit illis, Cur hic statis totum diem otiosi? 7 Dicunt ei, Quia nemo nos conduxit. Dicit illis, [5] Abite & vos in vineam: & quicquid fuerit justum accipietis. 8 Quum autem vespera facta esset, dicit dominus vineæ procuratori suo, Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens a postremis usque ad primos. 9 Et quum venissent qui circa undecimam horam venerant, [6] acceperunt singuli denarium. 10 Venientes autem & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: & acceperunt ipsi quoque singuli denarium. 11 Et quum accepissent, murmurabant adversus patremfamilias, 12 Dicentes, [7] Hi novissimi unam horam fuerunt in opere, & illos pares nobis fecisti, qui portavimus pondus [8] diei & æstum. 13 At ille respondens uni eorum, dixit, Amice, non facio tibi injuriam: nonne denario pactus es mecum? 14 Tolle quod tuum est, & abi: [9] volo autem huic novissimo dare sicut & tibi. 15 [10] Annon licet mihi quod volo facere in rebus meis? [11] an 16 oculus tuus malus est, quod ego bonus sim? Sic novissimi erunt primi, & primi novissimi. [12] Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. 17 Et adscendens Jesus Hierosolyma, assumpsit duodecim discipulos 18 suos [13] solos in via, & ait illis, Ecce conscendimus Hierosolyma, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum ac Scribis, & condemnabunt 19 eum morte, Et tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum: & tertia die 20 resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab 21 eo. At ille dicit ei, Quid vis? Ait illi, Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dextram tuam, [14] 22 & alter ad sinistram in regno tuo. Respondens autem

vertit aliquoties *hæreditabit*. Nos circumlocuti sumus, *& vitæ æternæ sortietur hæreditatem*.

XX.

1 *Simile est regnum*] Ὁμοία γάρ ἐστιν, id est, *Simile est enim.* Cohæret enim cum superiori sententia.

2 *Et primo mane*] ἅμα πρωῒ, id est, *ipso statim diluculo*, seu *primo statim diluculo*, sive, *mox ut diluxit*. Pauloque post,

3 *Ex denario diurno*] ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν. Primum nihil opus erat addere Græcam præpositionem *ex*, quum Latini dicant *conductum denario*. Deinde *denarius* hic nummi Romani genus est, valens tres solidos & semissem, ut autumat Gulielmus Budæus homo nusquam non diligentissimus, non solum eruditissimus. Nec est *diurno*, sed *in singulos dies*, sive *dietim*. Unde verti poterat, *pactus cum operis in singulos dies denario*.

4 *Ite & vos in vineam meam*] *Meam* nec est apud Græcos, nec in aureo codice. Rursum, *quod justum fuerit*, καὶ ὃ ἐὰν, id est, *quodcunque*, sive *quidquid*. Ac mox de undecima conductis hora,

5 *Ite & vos in vineam*] In vulgatis Græcorum exemplaribus non additur *meam*, nec apud Theophylactum, nec apparet Hieronymum addidisse. Nec additum comperi in exemplari Constantiensi, nisi quod pronomen explicat vim articuli τὸν ἀμπελῶνα. Præterea hoc loco addunt Græci, quod in nostris exemplaribus non habetur, καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον λήψεσθε, id est, *quodcunque* sive *quidquid justum fuerit accipietis*. Verum id quoniam apud Hieronymum non additur, videri potest ex superiori loco repetitum. Item,

6 *Acceperunt singulos denarios*] ἀνὰ δηνάριον, id est, *denariatim*, ut ita loquar, & *singuli* potius quam *singulos*.

7 *Hi novissimi una hora fecerunt*] μίαν ὥραν ἐποίησαν, id est, *unam horam fecerunt*. Incertum an *unam horam* sit accusativus transitivus, an temporis, hoc est, ut accipiamus eos *fecisse horam*, qui spatium horæ peregerint in opere, an eos fecisse opus *horæ spatio*.

8 *Diei & æstus*] Non est *æstus*, sed *æstum*, βάρος τῆς ἡμέρας καὶ τὸν καύσωνα, id est, *pondus diei & æstum*. Siquidem in Græcorum exemplaribus magno consensu non solum habetur καύσωνα, sed etiam additur articulus τὸν καύσωνα, ut intelligas diversum esse sensum, quod prior particula referatur ad diuturnitatem laboris, posterior ad difficultatem temporis. Sive enim allegoriam accommodes ad Judæos prius vocatos & ad gentes posterius, sive ad eos qui juvenes vocantur, & ad eos qui senes: congruet *pondus diei*, quod Judæi post diutinam Legis observationem vocati sunt ad Evangelium: gentes subito ad eandem gratiam admissæ sunt. Cæterum *diei æstus* est, quod sub Lege magis fervebat concupiscentia, & in juvenibus gravius est incendium libidinis & iræ, quum hæc in senectute, quæ vespera est vitæ, remissiora sint. Non igitur est otiosa distinctio, utcunque in Latinos codices irrepsit error. Certe Augustinus Sermone LIX. de verbis Domini in Evangelium Joannis legit *æstum*, non *æstus*. Deinde,

9 *Volo autem & huic*] *Et* redundat, θέλω δὲ τούτῳ, *volo autem huic*. Rursum,

10 *Aut non licet mihi quod volo facere*] Græci addunt ἐν τοῖς ἐμοῖς, id est, *in rebus meis*, tametsi potest & ad personas referri. Augustinus loco, quem mox indicavi, legit juxta Græcos *de meo*. Et mox,

11 *An oculus tuus nequam est*, &c.] Apparet aurium errore variatam scripturam, quod εἰ *si*, & ἢ *vel* eadem voce sint apud Græcos. Si leges *si*, pendere potest a superioribus oratio, ut sit sensus: *Num ideo mihi minus licet benigniter facere de bonis meis ut volo, si tu oculum habeas malitiosum & invidum? cum ego certe non possim non esse bonus.* Si legis ἢ, *an* vertendum erat, non *aut*, ut sit sensus: *Num mea benignitas in cæteros cruciat tuos oculos?* Quandoquidem ex hujus beneficentia nata est illius invidentia, non ex injuria dantis id, quod erat in pactis. Certe *an* habet Codex aureus & Constantiensis. Etiamsi neque nescio, neque inficias eo, εἰ quoque Græcis nonnunquam habere vim percontandi: neque reclamo, si cui vetus translatio magis arridet.

12 *Multi sunt vocati*] Πολλοὶ γὰρ, id est, *Multi enim*. Et *vocati* & *electi* hoc loco nomina sunt, non participia, κλητοὶ, ἐκλεκτοὶ, quæ tamen propemodum vice participiorum videntur usurpari. Et aliquanto post,

13 *Secreto & dixit*] Desunt in nostris aliquot verba κατ᾽ ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ, id est, *seorsum in itinere*. Quanquam hic magis quadrabat *solos*, quod ita vertit nonnunquam. Noluit enim ullos itineris comites præter discipulos. Et aliquanto inferius,

14 *Et unus ad sinistram*] Ut ne commemorem interim Latinius fuisse futurum, *a dextris mihi*, quam *meis*. Hoc loco *a sini-*

13 ἐφιμώθη. Τότε εἶπεν ὁ βασιλεὺς τοῖς διακόνοις, Δήσαντες αὐτȣ̃ πόδας καὶ χεῖρας, ἄρατε αὐτὸν, καὶ ἐκβάλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔςαι ὁ κλαυθμὸς 14 καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, 15 ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί. Τότε πορευθέντες οἱ Φαρισαῖοι συμβȣ́λιον ἔλαβον, ὅπως αὐτὸν παγιδεύσωσιν ἐν 16 λόγῳ. Καὶ ἀποςέλλȣσιν αὐτῷ τοὺς μαθητὰς αὐτῶν μετὰ τῶν Ἡρωδιανῶν, λέγοντες, Διδάσκαλε, εἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ διδάσκεις, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός· οὐ γὰρ βλέ17πεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων. Εἰπὲ οὖν ἡμῖν, τί σοι 18 δοκεῖ; ἔξεςι δοῦναι κῆνσον Καίσαρι, ἢ οὔ; Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν πονηρίαν αὐτῶν, εἶπε, Τί με πειράζετε 19 ὑποκριταί; Ἐπιδείξατέ μοι τὸ νόμισμα τοῦ κήνσȣ. 20 Οἱ δὲ προσήνεγκαν αὐτῷ δηνάριον. Καὶ λέγει αὐτοῖς, 21 Τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή; Λέγȣσιν αὐτῷ, Καίσαρος. Τότε λέγει αὐτοῖς, Ἀπόδοτε ȣ̃ν τὰ Καί22σαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τȣ̃ Θεȣ̃ τῷ Θεῷ. Καὶ ἀκȣ́23σαντες ἐθαύμασαν· καὶ ἀφέντες αὐτὸν ἀπῆλθον. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ προσῆλθον αὐτῷ Σαδδȣκαῖοι, οἱ λέ24γοντες μὴ εἶναι ἀνάςασιν· καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, Λέγοντες, Διδάσκαλε, Μωσῆς εἶπεν, Ἐάν τις ἀποθάνῃ μὴ ἔχων τέκνα, ἐπιγαμβρεύσει ὁ ἀδελφὸς αὐτȣ̃ τὴν γυναῖκα αὐτȣ̃, καὶ ἀναςήσει σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐ25τȣ̃. Ἦσαν δὲ παρ' ἡμῖν ἑπτὰ ἀδελφοί· καὶ ὁ πρῶτος γαμήσας ἐτελεύτησε· καὶ μὴ ἔχων σπέρμα, ἀ26φῆκε τὴν γυναῖκα αὐτȣ̃ τῷ ἀδελφῷ αὐτȣ̃. Ὁμοίως καὶ 27 ὁ δεύτερος, καὶ ὁ τρίτος, ἕως τῶν ἑπτά. Ὕςερον δὲ 28 πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή. Ἐν τῇ ȣ̃ν ἀναςάσει, τίνος τῶν ἑπτὰ ἔςαι γυνή; πάντες γὰρ ἔσχον αὐτήν. 29 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησȣ̃ς εἶπεν αὐτοῖς, Πλανᾶσθε, μὴ 30 εἰδότες τὰς γραφὰς, μηδὲ τὴν δύναμιν τȣ̃ Θεȣ̃. Ἐν γὰρ τῇ ἀναςάσει ȣ̈τε γαμȣ̃σιν, ȣ̈τε ἐκγαμίζονται· ἀλλ' 31 ὡς ἄγγελοι τȣ̃ Θεȣ̃ ἐν ȣ̓ρανῷ εἰσι. Περὶ δὲ τῆς ἀναςάσεως τῶν νεκρῶν ȣ̓κ ἀνέγνωτε τὸ ῥηθὲν ὑμῖν ὑπὸ τȣ̃ 32 Θεȣ̃, λέγοντος, Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ; ȣ̓κ ἔςιν ὁ Θεὸς, Θεὸς νε33κρῶν, ἀλλὰ ζώντων. Καὶ ἀκȣ́σαντες οἱ ὄχλοι ἐξεπλήσ-

tem Jesus dixit, Nescitis quid petitis. 15 Potestis bibere poculum, quod ego bibiturus sum, 16 & baptismate, quo ego baptizor, baptizari? Dicunt ei, Possumus. Ait illis, Poculum quidem meum bibetis, & baptismate, quo ego baptizor, baptizabimini: sedere autem ad dexteram meam & sinistram meam, 17 non est meum dare, sed iis continget, quibus paratum est a Patre meo. Et quum audissent decem, indignati sunt de duobus fratribus. Jesus autem vocavit eos ad se, & ait, 18 Scitis quod principes gentium dominentur illis, 19 & qui magni sunt, 20 potestatem exerceant in eas. Non ita erit inter vos, sed 21 quicunque voluerit inter vos magnus fieri, sit vester minister: Et qui voluerit inter vos primus esse, sit vester servus. Sicut Filius hominis 22 non venit ut sibi ministraretur, sed ut ipse ministraret, utque daret animam suam redemptionem 23 pro multis. Et egredientibus illis ab Hiericho, sequuta est eum turba multa. Et ecce duo cæci sedentes juxta viam, quum audissent quod Jesus transiret, clamaverunt, dicentes, Domine miserere nostri fili David. Turba autem increpabat eos, ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes, Miserere nostri Domine fili David. Et stetit Jesus, & vocavit eos, & ait, Quid vultis ut faciam vobis? Dicunt illi, Domine, ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Jesus, tetigit oculos eorum: 24 & confestim visum receperunt oculi illorum, & sequuti sunt eum.

XXI. Et quum appropinquassent Hierosolymis, & venissent Bethphage 1 ad montem olivarum, tunc Jesus misit duos discipulos, Dicens eis, Ite 2 in castellum quod contra vos est, & statim invenietis asinam alligatam, & pullum cum ea, solvite & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, Dominus his opus habet: 3 & confestim emittet eos. 4 Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem, 5 Dicite filiæ Sion, Ecce

sinistris est εὐωνύμων. Sic enim Græcis ominis causa dicunt *sinistram corporis partem* εὐώνυμα, hoc est, *boni ominis*: sicut Poëtæ Furias vocant *Eumenidas*, ut apud Job *benedicere* positum est pro *maledicere*.

15 *Potestis bibere calicem*] ποτήριον, id est, *poculum*, quod tamen semper *calicem* vertit, cum *poculum* ad unguem exprimat Græcam vocem. *Poculum* enim quodvis vas unde bibitur, ut ποτήριον, & ipsum a *potando* dictum. At *calix* poculi species est, quæ Græcis sua voce κύλιξ dicitur. Est autem sermo proverbialis, *de eodem bibere poculo*, pro eo quod est, participem esse mali: quemadmodum fusius in Chiliadibus explicuimus. Et in emendatioribus Græcorum exemplaribus non legitur μέλλω πίνειν, id est, *bibiturus sum*, sed πίνω, id est, *bibo*, ut præsens narratur, quod instabat. Atque ita legit Chrysostomus. Insuper post hæc additur apud Græcos,

16 Καὶ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι] id est, *Baptismate, quo ego baptizor, baptizari?* Nam & apud Marcum hæc adduntur. Atque ad hunc modum eadem mox repetuntur, *Calicem quidem meum bibetis, & baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini.* Verum haud scio an hæc in locum ex Marco traducta sint: id quod sæpenumero solet accidere, præsertim cum apud Hieronymum addita non comperiam. Quanquam adduntur apud Origenem, & Chrysostomum, ac Theophylactum. Deinde,

17 *Non est meum dare vobis*] *Vobis* addidit aliquis de suo, apud Græcos tantum est, ȣ̓κ ἔςιν ἐμὸν δȣ̃ναι, id est, *non est meum dare*, ut sit absolutum, & intelligas totum hoc rejici in Patrem, atque ita legit Chrysostomus, consentiente Theophylacto. Verum ut adderent *vobis*, in causa fuit, quod sequitur, *sed quibus paratum est.* Verum ea oratio ἀκέφαλος est, subaudiendum enim, *id iis continget quibus præparatum est a Patre meo.* Neque tamen dissimularim Hieronymum sic interpretari, ut propemodum suspicari possis, eum legisse ut nos vulgo legimus, licet Patris quoque mentionem admisceat.

18 *Principes gentium dominantur eorum*] ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύȣσιν αὐτῶν. Cum præcesserit *gentium*, cur non repetit *earum*, imo cur non *eis*? Ac mox *in eas* magis quam *in eos*? Nam ἔθνος neutri generis est. Nec est simpliciter *dominantur*, sed κατακυριεύȣσι, *dominantur in eas*, sive *adversus eas*. Frequenter enim ea præpositio in malum sonat, quod tyranni populi malo gerant principatum. Nec est,

19 *Qui majores sunt*] sed οἱ μεγάλοι, id est, *magni* sive *magnates*. Siquidem id erat proprium cognomentum Regis Persarum, unde Alexander *magnus* est dictus. Ac rursum,

20 *Potestatem exercent*] κατεξȣσιάζȣσιν αὐτῶν, id est, *jus sive auctoritatem exercent*. Et præpositio similiter in partem malam sonat, indicans eam potestatem esse tyrannicam, & cum malo parentium esse conjunctam. Unde in quibusdam codicibus perperam mutatum est *inter eos* pro *in eos*. Porro quod hic Interpres Græcam vocem expressit periphrasi, poterat & in priore parte facere, *dominium exercent in eos.* Ac paulo post,

21 *Quicunque voluerit major fieri*] μέγας γενέσθαι, id est, *magnus fieri*. Atque ita citat Hieronymus edisserens caput Ezechielis XLV. Ne quis causificetur Græcam scripturam esse vitiatam.

22 *Non venit ministrari*] Quis unquam dixit *hominem ministrari*, cui ministerium exhibetur? Non hercle magis quam *benedici*, de quo quis bene loquatur, aut *annunciari*, cui nunciatur aliquid. Atqui sic loquuntur Græci, sed Latinorum auribus prorsus inauditum. Vertere commode poterat ad hunc modum: *Non venit ut sibi ministraretur, sed ut aliis ipse ministraret*, ȣ̓ διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι. Rursum hic *animam* vitam appellat, non eam partem, quæ est altera hominis. Rursum,

23 *Pro multis*] ἀντὶ πολλῶν. Aliud quiddam sonat Græcis, quam Latinis: apud nos tantum opponitur paucis, apud illos populi multitudinem sonat, atque id ferme quod Latinis sonat *vulgus*. Et *redemptionem*, Græce est λύτρον, quod proprie *pretium* significat, quo redimuntur captivi aut servi, quod Galli vocant *rançon*, a verbo λύω, quod est *solvo*. Deinde,

24 *Et confestim viderunt*] Græci nonnihil addunt verborum, ἀνέβλεψαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, id est, *visum receperunt illorum oculi*, quod antea mentio facta sit oculorum.

XXI. 1 *AD montem oliveti*] ἐλαιῶν est, id est, *olivarum*. Semel duntaxat in Actis Apostolorum legimus montem, qui dictus est Ἐλαιὼν, id est, *Olivetum*, si modo scriptura non fallit. Etenim eadem dictio, si ultima sit acuta, significat *olivetum*, sin circumflexa, *olivarum*. Hic certe est *olivarum*, propter additum articulum τῶν. Pauloque post,

2 *In castellum*] εἰς τὴν κώμην. *Vicum* aut *oppidum* sonat, ne quis putet arcem esse, aut magnatis palatium, quod opinari videtur Carrensis.

3 *Et confestim dimittit*] In nonnullis Græcis codicibus habetur ἀποςέλλει, præsentis temporis, ut pertineat ad discipulos. Verum quid opus erat repetere, *Et dimittet eos*, cum jam dixerit, *Ite in castellum.* Unde mihi legendum videtur ἀποςελεῖ, id est, *emittet*, ut referatur ad jumenta, quemadmodum legitur apud Marcum capite undecimo. Atque ita legit Chrysostomus, Theophylactus, ac Hieronymus, consentientibus Latinis exemplaribus vetustis: neque secus interpretatur Hilarius. Potest tamen fieri ut Matthæus aut hujus Interpres maluerit tempus præsens ad significandam celeritatem. Deinde quidam habebant,

4 *Hoc factum est*] Quidam, *Hoc totum factum est.* Neque magni refert. Chrysostomus non addit *totum*, si credimus Interpreti; nam Theophylactus addit.

5 *Dicite filiæ Sion*] Testimonium hoc sumptum est ex Zachariæ capite nono. Quanquam Evangelista nec usquequaque convenit cum Hebraica veritate, neque cum Septuaginta. Nam *dicite*, nec est apud Hebræos, nec apud Septuaginta. Rursum quod hic dicit,

σλδ 34 πλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι, ἀκούσαντες ὅτι ἐφίμωσε τοὺς Σαδδουκαίους, συνήχθησαν ἐπὶ τὸ 35 αὐτό. Καὶ ἐπηρώτησεν εἷς ἐξ αὐτῶν νομικὸς, πειράζων 36 αὐτὸν, καὶ λέγων, Διδάσκαλε, ποία ἐντολὴ μεγά- 37 λη ἐν τῷ νόμῳ; Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν ὅλῃ 38 τῇ ψυχῇ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου. Αὕτη ἐστὶ 39 πρώτη καὶ μεγάλη ἐντολή. Δευτέρα δὲ ὁμοία αὐτῇ, 40 Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέ- σλεβ 41 μανται. Συνηγμένων δὲ τῶν Φαρισαίων, ἐπηρώτησεν 42 αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, Λέγων, Τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ; 43 τίνος Υἱός ἐστι; Λέγουσιν αὐτῷ, τοῦ Δαβίδ. Λέγει αὐτοῖς, Πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι Κύριον αὐτὸν καλεῖ; 44 λέγων, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σλϛβ 45 σου. Εἰ οὖν Δαβὶδ καλεῖ αὐτὸν Κύριον, πῶς Υἱὸς αὐ- 46 τοῦ ἐστι. Καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο αὐτῷ ἀποκριθῆναι λόγον· οὐδὲ ἐτόλμησέ τις ἀπ᾽ ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐπερωτῆσαι XXIII. 1 αὐτὸν οὐκέτι. Τότε ὁ Ἰησοῦς ἐλάλησε τοῖς ὄχλοις καὶ σκζ ι 2 τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Λέγων, Ἐπὶ τῆς Μωσέως κα- 3 θέδρας ἐκάθισαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι. Πάντα οὖν ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖν, τηρεῖτε καὶ ποιεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε· λέγουσι γὰρ, σκηι 4 καὶ οὐ ποιοῦσι. Δεσμεύουσι γὰρ φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα, καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων· τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν οὐ θέλουσι κινῆσαι αὐτά. Πάν-

A ce rex tuus 6 venit tibi mansuetus, & 7 sedens super asinam & pullum filium subjugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præceperat illis Jesus. 6 Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt 7 super eos 8 vestimenta sua, & eum super illa collocarunt. Plurima autem turba straverunt vestimenta 8 sua in via: alii vero cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Porro turbæ, quæ præcedebant 9 & quæ sequebantur, clamabant, dicentes, 9 Hosanna filio David, 10 benedictus 11 qui venit in nomine Domini, hosanna in altissimis. Et quum 10 intrasset Hierosolyma, commota est universa civitas, dicens, Quis est hic? Turbæ autem dicebant, 11 B Hic est Jesus ille 12 propheta a Nazareth Galilææ. Et intravit Jesus in templum Dei, & ejiciebat 12 omnes vendentes & ementes in templo, 13 mensasque nummulariorum & cathedras vendentium columbas evertit, Et dixit eis, Scriptum est, Do- 13 mus mea domus deprecationis vocabitur: at vos fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt 14 ad eum cæci & claudi in templo, & sanavit eos. Quum vidissent principes Sacerdotum & Scribæ mi- 15 rabilia quæ fecerat, & pueros clamantes in templo, dicentes, Hosanna filio David, indignati sunt, C Et dixerunt ei, Audis quid isti dicunt? Jesus autem 16 dicit eis, Quid ni? Nunquam legistis, 14 Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Et re- 17 lictis

6 *Venit tibi mansuetus*] Hebræis est עָנִי, id est, *pauper*. Nam eadem dictio, si scribatur per ׳, *pauperem* sonat, si per ו, *mansuetum*. Hebræa sic reddidit Hieronymus: *Exsulta satis filia Sion: Jubila filia Hierusalem: ecce Rex tuus veniet tibi justus & salvator. Ipse pauper & adscendens super asinam & super pullum filium asinæ.* Juxta Septuaginta sic legimus: Χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιὼν, κήρυσσε θύγατερ Ἰερουσαλὴμ, ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι δίκαιος καὶ σώζων αὐτοὺς, πραΰς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον. Id est, *Gaude vehementer filia Sion, prædica filia Hierusalem: ecce Rex tuus venit tibi justus & salvans ipsos, mansuetus, & adscendens super subjugalem & pullum novum.* Interpres legisse videtur αὐτὸς, quum Aldina Editio habeat αὐτούς. Porro quod hic est *Salvator*, Hebræis est נושׁע, alludens ad nomen *Jesu*. Unde locum hunc Judæi juxta historiam referunt ad Christum. Item,

7 *Sedens super asinam*] ἐπιβεβηκὼς, id est, *conscensa asina.* Et rursum,

8 *Vestimenta*] Magis est *togas*, sive *pallia*, τὰ ἱμάτια, id est, *summas vestes.*

9 *Osanna filio David*] Non sine causa Matthæus, aut Interpres, Hebraicam reliquit vocem, opinor, quod peculiaris sit ejus gentis acclamatio: quemadmodum apud Romanos, *Io triumphe.* Verum super hac voce varia fuit Interpretum opinio. De quo qui volet edoceri plenius, legat Hieronymi libellum ad Damasum Pontificem Romanum, in quo notat Hilarium, quod ob imperitiam Hebraicæ linguæ *Osanna* interpretatus sit *redemptio domus David.* Licet ad eundem ferme modum interpretetur Ambrosius. Atque omnino sic interpretatus est Hilarius in Canone, quem scripsit in Matthæum: *Nam osanna*, inquit, *Hebraico sermone significatur redemptio domus David:* insigni nimirum lapsu, cum Hebræis, id quod constat, פדוה *redemptio* dicatur, tum *domus* בַּיִת. Porro *David* cum eadem vox sit apud Hebræos, quæ apud Græcos ac Latinos, vel ab ipso quantumvis inscio sermonis Hebræi deprehendi poterat, si modo animum advertisset. Verum conjicio sanctum Hilarium, cum hæreret ad eam vocem, ex Judæo quopiam sciscitatum, quid apud illos sonaret *osanna*, atque illum ut irrideret Christianum respondisse, quod in buccam veniebat, *redemptio domus David.* Vide quid est alienis cernere oculis, alienis ambulare pedibus. At idem in expositione Psalmi secundi non probat ullam interpretationem veteris Instrumenti, præter eam quæ fertur esse Septuaginta, propterea quod *Bresith* בְּרֵאשִׁית, quæ prima vox est libri Geneseos, apud Hebræos tria significet, *in principio*, *in filio*, & *in capite.* Nimirum sic est humanum ingenium, tantum probat quisque, quantum se confidit assequi posse. Græce utcunque noverat Hilarius. Nam prodidit Hieronymus, huic aurulam modo Græcanicæ litteraturæ fuisse gustatam. Et idcirco Græcorum flosculis libenter ornat sua Commentaria. Verum cum litteras Hebraicas prorsus ignoraret, interpretationi Septuaginta nihil volebat accedere. Porro divus Augustinus, quoniam ne is quidem Græce ad plenum sciebat, non probat Hieronymi studium, qui Novum Testamentum ex Græcorum fontibus, vel verterit, vel emendarit. Quanquam hoc utcunque tolerandum putat, propterea quod collatis codicibus deprehendisset Hieronymianam in ea re fidem. Nam Augustinus Græcas litteras puer utcunque degustarat, ad quas senex redire coactus est: quandoquidem & Epiphanii Græcum de hæresibus librum, ut potuit, est imitatus. Cæterum Hebræi sermonis quoniam prorsus erat ignarus, ferendum non putat, ut Hieronymus quidquam ex Hebræorum fontibus mutaret, idque cum fidem hominis in Novo Testamento jam haberet compertam. Et tamen hic ipse, qui vetat Hieronymum, trium linguarum egregie peritum, quidquam innovare in Sacris Libris, plurimos locos annotavit in voluminibus Instrumenti veteris, atque id sane non ex Hebræorum, sed Latinorum & Græcorum exemplaribus, quod genus illud libro ex Numeris adducto loco, *Et omnem multitudinem mulierum, quæ non novit concubitum masculi, vivificate.* Mox subjicit, *Nusquam certius apparet Hebræa locutione* mulieres *etiam dici* virgines *solere.* Sed qui nam id apparet, nisi vocem Hebræam proferat? Quod si contigisset Augustino linguarum peritia, quæ Hieronymo, non dubitasset facere, quod illum facere vetat. At hodie magni quidam, ut sibi videntur, Theologi, cum ne Latine quidem sciant, omnis antiquæ bonæque litteraturæ rudes, & ob id hostes, nihil admisceri velint Divinis Litteris, nisi quod ab ipsis possit intelligi. Verum quemadmodum Hebrææ litteræ ab Hilario neglectæ sui contemptum ultæ sunt in *osanna*, ita passim his temporibus ulciscuntur sui neglectum bonæ litteræ, dum subinde impingunt, nusquam non hærent, nusquam non labuntur, & eruditis viris de se vel risum vel commiserationem excitant. Hæc nequaquam dicta sunt in contumeliam Ordinis Theologici, sed in quosdam parum dignos hoc Ordine. Sed ut ad rem redeamus, Hieronymus indicat hunc locum sumptum ex Psalmo CXVII. in quo præter alia, quæ manifeste de Christo dicta reperiuntur, hoc quoque legitur: *O Domine salvum me fac, ô Domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine Domini.* Porro pro eo, quod habetur in Septuaginta, *O Domine salvum me fac*, in Hebræo legitur אָנָּא יְהוָה הוֹשִׁיעָה נָּא, quod manifestius interpretatus est Symmachus, dicens: *Obsecro Domine, salvum me fac obsecro.* Siquidem הוֹשִׁיעָה *salvifica* significat, & נָא interjectio est apud Hebræos, velut efflagitantis, aut obtestantis.

10 *Benedictus qui venit*] εὐλογητός. Hæc vox passim occurrit in arcanis litteris, aliena quidem a sermone Latino: nec est tamen quam illius vice subdamus, nisi placeret dicere, *laudandus*, aut *laudatus.* Græcis εὖ λέγει *benedicit* aliquis illum, de quo bene prædicat, & is *benedicitur*, de quo est honesta fama. Quemadmodum & *benefacit* aliquis illum, in quem confert beneficium. Et *bene passus* dicitur ille, qui beneficio fuerit adjutus. Quod dictum est de *benedicere* & *benedictus*, idem dictum puta de *maledicere* & *maledictus.* Quod si Christianum est, in his contempta linguæ Latinæ consuetudine peregrinum idioma recipere, & ceu novum sermonem Christianis peculiarem fingere, cur id non fit & in cæteris omnibus. Nam quod rectum est quodque judicio fit, id perpetuo factum oportuit? Nunc si temere & utcunque incidit in animum Interpreti, modo vitata est peregrini sermonis proprietas, modo recepta, quid vetat ab aliis eruditis quædam in melius restitui? Equidem arbitror ad hanc formam pertinere, quod Augustinus in annotandis tropis veteris Testamenti citat ex Deuteronomii capite undecimo: *Quæ fecit virtutem Ægyptiorum.* Atque is putat perperam a Latinis *virtutem* verti in *virtuti*, cum sensus sit: *Virtutem Ægyptiorum ad nihilum redactam*, videlicet non animadvertens idioma Græci sermonis; quod an cum Hebræis conveniat, non satis habeo compertum. Mirum autem cur hic non agnoverit idioma sermonis, seu Græci, seu Hebraici, cum mox libro sexto adducat exemplum, quo dictum est: *Ancillam tuam facias*, pro *Ancillæ tuæ facias.*

11 *Qui venit in nomine Domini*] ὁ ἐρχόμενος, *ille qui venturus erat* sive *est.* Potest enim esse futuri temporis, atque ita legitur in aureo codice, suffragantibus & Donatianicis.

12 *Propheta a Nazareth*] ὁ ἀπὸ Ναζαρὲθ, id est, *ille Nazarenus.* Ac quod paulo post adducit,

14 *Mensas numulariorum*] κολλυβιστῶν, qui iidem *trapezitæ* vocantur. Porro testimonium, quod adducit, sumptum est ex Esaiæ capite quinquagesimo sexto: *Domus enim mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus.* Consentientibus & Septuaginta.

14 *Ex ore lactentium & infantium*] Sumptum est ex Psalmo octavo.

5 Πάντα δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν ποιοῦσι πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις· πλατύνουσι δὲ τὰ φυλακτήρια αὐτῶν, 6 καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν. Φιλοῦσί τε τὴν πρωτοκλισίαν ἐν τοῖς δείπνοις, καὶ τὰς 7 πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, Καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώ- 8 πων Ῥαββί, Ῥαββί. Ὑμεῖς δὲ μὴ κληθῆτε Ῥαββί· εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ καθηγητὴς, ὁ Χριστός· πάντες δὲ ὑ- 9 μεῖς ἀδελφοί ἐστε. Καὶ πατέρα μὴ καλέσητε ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐ- 10 ρανοῖς. Μηδὲ κληθῆτε καθηγηταί· εἷς γὰρ ὑμῶν ἐστιν 11 ὁ καθηγητὴς, ὁ Χριστός. Ὁ δὲ μείζων ὑμῶν ἔσται 12 ὑμῶν διάκονος. Ὅστις δὲ ὑψώσει ἑαυτὸν, ταπεινωθή- 13 σεται· καὶ ὅστις ταπεινώσει ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται. Οὐαὶ δὲ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· ὑμεῖς γὰρ οὐκ εἰσέρχεσθε, οὐδὲ τοὺς εἰσερχομένους ἀφίετε 14 εἰσελθεῖν. Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι κατεσθίετε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι· διὰ τοῦτο λήψεσθε περισ- 15 σότερον κρίμα. Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν, ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον· καὶ ὅταν γένηται, ποι- 16 εῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν. Οὐαὶ ὑμῖν ὁδηγοὶ τυφλοὶ, οἱ λέγοντες, Ὃς ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ ναῷ, οὐδέν ἐστιν· ὃς δ' ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ χρυσῷ τοῦ ναοῦ, ὀφεί- 17 λει. Μωροὶ καὶ τυφλοὶ, τίς γὰρ μείζων ἐστὶν, ὁ χρυ- 18 σὸς, ἢ ὁ ναὸς ὁ ἁγιάζων τὸν χρυσόν; Καὶ, Ὃς ἐὰν ὀμόσῃ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, οὐδέν ἐστιν· ὃς δ' ἂν ὀμόσῃ 19 ἐν τῷ δώρῳ τῷ ἐπάνω αὐτοῦ, ὀφείλει. Μωροὶ καὶ τυφλοὶ, τί γὰρ μεῖζον, τὸ δῶρον, ἢ τὸ θυσιαστήριον τὸ 20 ἁγιάζον τὸ δῶρον; Ὁ οὖν ὀμόσας ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, 21 ὀμνύει ἐν αὐτῷ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐπάνω αὐτοῦ. Καὶ ὁ ὀμόσας ἐν τῷ ναῷ, ὀμνύει ἐν αὐτῷ καὶ ἐν τῷ κατοι- 22 κοῦντι αὐτόν. Καὶ ὁ ὀμόσας ἐν τῷ οὐρανῷ, ὀμνύει ἐν τῷ θρόνῳ τοῦ Θεοῦ καὶ ἐν τῷ καθημένῳ ἐπάνω αὐτοῦ. 23 Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ ἄνηθον καὶ τὸ κύμινον· καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν, καὶ τὸν ἔλεον, καὶ τὴν πίστιν· ταῦτα ἔδει ποιῆσαι, κά-

lictis illis 15 exiit e civitate in Bethaniam, 16 & diversatus est illic. Mane autem revertens in civita- 18 tem, esuriit. Et quum vidisset 17 fici arborem u- 19 nam 18 in via, venit ad eam, & nihil invenit in ea nisi folia tantum: & ait illi, Ne posthac ex te fructus nascatur in æternum. Et arefacta est continuo ficus. Et eo viso discipuli mirati sunt, dicen- 20 tes, 19 Quomodo continuo exaruit ficus? Respon- 21 dens autem Jesus ait eis: Amen dico vobis, si habueritis fidem, 20 & non hæsitaveritis, non solum hoc quod accidit ficui facietis, verum etiam si monti huic dixeritis, 21 Tollere, & projice te in mare, fiet. Et omnia quæcunque petieritis in depre- 22 catione, credentes, accipietis. Et quum venisset in 23 templum, accesserunt ad eum docentem principes Sacerdotum & Seniores populi, dicentes, 22 Qua auctoritate hæc facis? & quis tibi dedit istam auctoritatem? Respondens autem Jesus dixit eis, 24 Interrogabo vos & ego quiddam, quod si dixeritis mihi, & ego vobis dicam qua auctoritate hæc faciam. Baptismus Joannis unde erat? e cœlo, an ex 25 hominibus? 23 At illi cogitabant apud se, dicentes, Si dixerimus, e cœlo, dicet nobis, Quare ergo non credidistis illi? Sin autem dixerimus, ex ho- 26 minibus, timemus turbam: 24 omnes enim habent Joannem ut prophetam. Et respondentes Jesu, dixe- 27 runt, Nescimus. Ait illis & ipse, 25 Nec ego dico vobis qua auctoritate hæc faciam. Quid autem vo- 28 bis videtur? Homo habebat duos filios, & accedens ad priorem dixit, Fili, vade, hodie operare 26 in vinea mea. Ille autem respondens ait, Nolo: 29 postea vero pœnitentia motus, abiit. Accedens au- 30 tem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens ait, 27 Ego domine, & non abiit. Uter e duobus 31 fecit quod voluit pater? 28 Et dicunt ei, Prior. Dicit illis Jesus, Amen dico vobis, quod publicani & 29 meretrices præcedunt vos in regnum Dei. Venit enim ad vos Joannes per viam justitiæ, & non 32 credidistis ei: publicani autem & meretrices crediderunt ei: vos autem quum vidissetis, non fuistis com-

octavo. Porro quod hic vertit *infantium*, Græce est νηπίων, quod hactenus vertit *parvulos*.

15 *Abiit foras extra civitatem*] ἐξῆλθεν ἔξω τῆς πόλεως. Quid opus erat *foras? Exivit e civitate*, sat erat, aut *abiit extra civitatem*. Ac subinde,

16 *Et mansit ibi*] ηὐλίσθη, quasi dicas, *stabulavit*, hoc est, *diversatus est*. Unde illud in Actis Apostolorum, συναυλιζόμενος, de quo suo dicemus loco. Pauloque post,

17 *Fici arborem*] συκῆν μίαν, id est, *ficum quandam*. Siquidem Hebræi *unum* pro *quodam* usurpant. Interpres addidit *arborem*, ne de fructu acciperemus, ob quod alias atque adeo mox vertit *ficulneam*, non satis probato apud Latinos vocabulo, quum *ficulnus* sit appositivum a *ficu*, quemadmodum *quernus* a *quercu*. Nec est,

18 *Secus viam*] sed ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, id est, *in via*. Hæc est illa ficus, cujus foliis nonnulli suam obtegunt inscitiam: cum ea signarit magis istos, qui cultu, qui titulis, qui splendidis verbis sanctimoniam præ se ferunt, cum vita non respondeat. At isti sedulo cavent, ne quid bonarum attingant litterarum: & dicunt quam possunt insulsissime, ne quid affinitatis habeant cum hac ficu. Cæterum ista ratione maxime in ficum incidunt. Audio incultam ac sordidam orationem, exspecto vitam simplicem & innocentem, hoc est, fructum, quem orationis species, id est, folia pollicebantur. Ubi propius ventum est, Sardanapalos invenio, invenio Midas ac Satrapas: omnia tyrannica: solus sermo refert Apostolos. Hæc est illa ficus, quam odit & exsecratur Christus: cui si putet elata doctrina & fastuosa eloquentia, quanto magis oderit arrogantem ac superciliosam inscitiam, & sanctimoniæ fuco personatam infantiam? Verum hæc ut πάρεργα missa faciamus.

19 *Quomodo continuo aruit*] In vulgatis Græcorum codicibus repetitur *ficus*, sed a Librariis, ut opinor, additum: quandoquidem in vetustis exemplaribus non repetitur, nec apud Hieronymum.

20 *Et non hæsitaveritis*] μὴ διακριθῆτε, id est, *non dijudicaveritis*. Etenim qui diffidit, dispicit ac dijudicat. Ac mox, τὸ τῆς συκῆς ποιήσετε, id est, *id quod accidit ficui facietis*. Deinde,

21 *Tolle, & jacta*] Ἄρθητι, καὶ βλήθητι, id est, *Tollere*, *ac mittere* passive, quasi dicas, *Tollitor*, *ac projicitor*. Et rursum aliquanto post,

22 *In qua potestate*] Utrobique *potestas* hic Græcis est ἐξουσία, quod *jus* & *auctoritatem* significat, non *potentiam*, aut *vires*. Item,

23 *Cogitabant inter se*] παρ' ἑαυτοῖς, id est, *apud sese*. Et aliquanto post,

24 *Omnes enim habebant Joannem*] Emendati codices Græcorum habent ἔχουσιν, id est, *habent*, ut referatur ad ipsos Pharisæos ita cogitantes, suffragante Latino codice Corsendoncensi, atque item aureo, consentientibus & duobus Donatianicis, denique Constantiensi.

25 *Nec ego dicam vobis*] *Dico*, ex Græcorum codicum & aurei codicis auctoritate.

26 *In vineam meam*] ἐν τῷ ἀμπελῶνί μου, id est, *in vinea mea*, suffragantibus & vetustissimis Latinorum exemplaribus. Et ibidem,

27 *Eo Domine*] In Græcis legitur *Ego Domine*, non *eo*. Qui sermo est sese præsto ac promptum offerentis ad quidvis. Ita puer Samuel quum se vocatum crederet ab Heli, dicebat, *Ecce ego*, pro quo Latini dicunt, *Eccum*, sive *Præsto sum*. Origenes legit Ναὶ Κύριε, id est, *Etiam Domine*. In nonnullis tamen Græcis reperio pro ἐγὼ ὑπάγω, id est, *abeo*, sed, ut arbitror, ad Latinorum exemplaria castigatis.

28 *Et dicunt ei, Primus*] Πρῶτος. Augustinus, annotans idioma sermonis Hebraici, libro sexto, commonstravit hic improprie positum superlativum, cum de duobus fiat sermo. Nisi quod illic *novissimus* scriptum est, lapsu, ni fallor, memoriæ, nisi malumus id Scribæ imputare, qui putarit & illic *novissimus* scribendum, quod superius de *novissimo* facta sit mentio in parabola vineæ. Atqui *novissimus* scriptum comperi in exemplari, quod exhibuit Constantia, ut casu factum videri non queat. Unde colligitur aut narrationis diversum fuisse ordinem in his libris, quos habuit Augustinus, aut *novissimum* dictum, de quo primum facta sit mentio. Is enim a præsenti loco *novissimus* est, hoc est, *extremus*. Quemadmodum a patre sursum genealogiam supputanti *novissimus* est tritavus, ita qui *primus* erat in proponendo, *novissimus* est in responsione. Hieronymus meminit utriusque lectionis, sed hanc, qua nos utimur, magis probat, quam eum & fuisse sequutum liquet ex ipsius interpretatione, ut accipiamus Judæos ex ipsorum responsione coargui. Et tamen, si cui placet altera lectio, sic nodum explicat, ut dicat Judæos perverse respondisse, quod intelligerent se captari quæstiuncula. Atqui cur hic vitent captionem, cum in proxima parabola respondeant, *malos male perdet*. Obiter & illud indicabitur. Quum hic locus ex Hieronymo referatur in Catena aurea, nec in his Commentariis illius, quos habemus, reperiatur, nec alibi in ejus scriptis, certe quod meminerim, argumentum est hos fuisse decurtatos, quam suspicionem meam & alias significavi. Divus Hilarius *primum* & *alterum* dictum esse putat pro *majore natu* & *minore*. Ac mox,

29 *Meretrices præcedent*] προάγουσιν, *præcedunt* præsentis temporis, suffragantibus vetustis exemplaribus Latinis, cumque his aureo codice & Constantiensi. Sentit enim illas esse promptiores ad accipiendam Evangelii doctrinam. Nec est, *in regno Dei*, sed

σλε 24 κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι. Ὁδηγοὶ τυφλοὶ, οἱ διυλίζοντες σλϛ 25 τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες. Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι καθαρίζετε τὸ ἔξωθεν τῦ ποτηρίυ καὶ τῆς παροψίδος· ἔσωθεν 26 δὲ γέμυσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας. Φαρισαῖε τυφλὲ, καθάρισον πρῶτον τὸ ἐντὸς τῦ ποτηρίυ καὶ τῆς πα- σλζ 27 ροψίδος, ἵνα γένηται καὶ τὸ ἐκτὸς αὐτῶν καθαρόν. Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις, οἵτινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμυσιν ὀςέων νεκρῶν καὶ 28 πάσης ἀκαθαρσίας. Οὕτω καὶ ὑμεῖς ἔξωθεν μὲν φαίνεσθε τοῖς ἀνθρώποις δίκαιοι· ἔσωθεν δὲ μεςοί ἐςε ὑπο- σλη 29 κρίσεως καὶ ἀνομίας. Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι οἰκοδομεῖτε τὺς τάφυς τῶν προ- σλθ 30 φητῶν, καὶ κοσμεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων. Καὶ λέγετε, Εἰ ἦμεν ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, ὐκ ἂν ἦμεν κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τῶν προφη- 31 τῶν. Ὥςε μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς, ὅτι υἱοί ἐςε τῶν φονευ- 32 σάντων τὺς προφήτας. Καὶ ὑμεῖς πληρώσατε τὸ μέ- 33 τρον τῶν πατέρων ὑμῶν. Ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν, σμ 34 πῶς φύγητε ἀπὸ τῆς κρίσεως τῆς γεέννης; Διὰ τῦτο ἰδὺ ἐγὼ ἀποςέλλω πρὸς ὑμᾶς προφήτας, καὶ σοφὺς, καὶ γραμματεῖς· καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε καὶ ςαυρώσετε,

A commoti pœnitentia postea, ut crederetis ei. Aliam 33 parabolam audite, Homo quidam erat paterfamilias, qui plantavit vineam, & sepem circumdedit ei, 30 & fodit in ea torcular, & ædificavit turrim, & locavit eam agricolis, ac peregre profectus est. Quum autem tempus fructuum appropinquasset, 34 misit servos suos ad agricolas, ut acciperent fructus ipsius. Et agricolæ apprehensis servis ejus, alium 35 ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidaverunt. Iterum misit alios servos plures prioribus: 36 & fecerunt illis similiter. Novissime autem misit ad 37 eos filium suum, dicens, 31 Reverebuntur filium meum. Agricolæ autem viso filio 32 dixerunt in- 38 B tra se, Hic est hæres, venite, occidamus eum, 33 & occupemus hæreditatem ejus. Et apprehensum 39 eum ejecerunt ex vinea, & occiderunt. Quum ergo 40 venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Ajunt illi, Mali quum sint, 34 male perdet il- 41 los: & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Dicit illis Jesus, 42 Nunquam legistis in Scripturis, Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, 35 hic factus est in caput anguli. 36 A Domino factum est hoc, 37 & est mirabile

sed, *in regnum Dei*. Græcis exemplaribus suffragatur codex aureus.

30 *Et fodit in ea torcular*] ληνόν. Nam lacunis olim effossis vinum recens expressum excipiebatur. Unde & alibi *lacum* vertit. Hinc Bacchus Poëtis *Lenæus* dicitur. Ac paulo post,

31 *Verebuntur forte filium meum*] *Forte*, nec est apud Græcos, nec in vetustis Latinorum exemplaribus, nec in aureo codice, ne in Constantiensi quidem, qui mihi postremus contigit, nec apud Hieronymum. Additum apparet a quopiam, qui verebatur, ne Deus aut mentitus videretur, qui futurum dixerit quod non evenit, aut inscius futuri. Quasi vero necesse sit, ut per omnia quadrent, &, ut ajunt, *ad amussim* parabolæ. Quædam admiscentur ut expleatur narrationis ordo, id quod testatur & Augustinus in opere de Doctrina Christiana. Locus hic a duobus impetitus est gravi calumnia, qui contendunt ab Evangelistis scriptum fuisse, *Forte verebuntur*: videlicet a Matthæo hoc loco, & a Marco capite XII. sed vocem erasam a falsariis nescio quibus, præsertim cum apud Lucam capite vigesimo sine controversia addatur *forsan*, ἴσως. Primum non hoc, opinor, exiget a me quisquam, ut quidquid plus minusve sit apud aliquem Evangelistam, id ad cæteros illico transferatur. Præterea pro me facit codicum Græcorum omnium consensus. Ad hæc Latinorum fere omnium, quos ego sane viderim, præsertim emendatiorum. Consentit & Editio Basiliensis, quam fratres Amerbachii e vetustissimis exemplaribus nobis summa fide dederunt. Ac ne Hieronymus quidem, hunc locum enarrans, usquam admiscet adverbium *forte*. De quo mox plura dicam. Certe Origenes, exponens hunc Matthæi locum, tota enarratione declarat se legisse quod nos legimus. Siquidem Homilia XIX. movet hujusmodi quæstionem: *Cum paterfamilias Deus dixerit*, Verebuntur filium meum, *& exitus doceat illos non fuisse reveritos, apparet Deum ignorasse quid esset futurum.* Hujus quæstionis nodum ita solvit, ut dicat id, quod in genere dictum est, *Reverebuntur filium meum*, constare, propterea quod aliqui, qui Christum amplexi sunt, non illum occiderunt, sed reveriti sunt. Nimirum hoc agit Origenes, ut si Deus prædixit futurum, quod non evenit, aut ignorarit quid esset futurum, aut mentitus sit. Cumque inter tractandum subinde repetat Evangelistæ verba, nusquam tamen addit *forte*: ut id casu factum videri non possit. Nec aliter quæstionem hanc ingreditur Hieronymus, quam Origenes: *Porro*, inquit, *quod jungitur*, Verebuntur filium meum, *non de ignorantia venit. Quid enim nesciat paterfamilias, qui hoc loco Deus Pater intelligitur?* Ex his nimirum liquet hoc offendi Hieronymum, quod secus evenit, quam paterfamilias eventurum prædixerat. Sed apertius pro nobis facit, quod legitur eodem in loco apud eundem Hieronymum? *Interrogemus Arium & Eunomium: Ecce Pater dicitur ignorare, & sententiam temperat, & quantum in vobis est, probatur esse mentitus.* Si legit hic Hieronymus, *Forte reverebuntur filium meum*, potuisset videri *inscius futuri* Deus, *mentitus* videri non poterat. Nam qui sic loquitur, *Cras forte Rex appellet*: si non appulerit, nemini dicetur *mentitus*, cum nihil certi pronunciarit. Quid est igitur *temperare sententiam?* Relinquere locum resipiscentiæ, dum sermone suo spem aliquam sibi reliquam esse significat. Verum illud adversum nos facere videtur, quod Hieronymus meminit de ambigendo: *sed semper*, inquit, *Deus ambigere dicitur.* Etenim qui hoc animo dicit aliquid futurum, ut animum addat, aut spem faciat, is nimirum videtur *ambigere*. Sic enim deprecamur pro vapulaturis: *Posthac erit bona frugi.* Et cum animum addimus, dicimus: *Posthac non committes, ut quisquam te officio superet*, aut *Dabis operam, ut hunc lapsum officio penses.* Ad eumdem modum Deus, cum præsciret Judæos interfecturos Filium suum, tamen ut admoneat illos, quid facere debeant, ita loquitur, quasi spes esset fore, ut reveriti Filium tandem resipiscerent, qui toties Prophetas occiderant. Ac rursus pro diversa parte stare videtur Chrysostomus Homilia sexagesima nona. Nam hunc objiciunt. Ad hoc ita respondeo. Primum fieri potest, ut hic *forte* Interpres addiderit de suo. Fieri potest, ut Chrysostomus adverbium hoc retulerit ex Luca: quemadmodum enarrans Matthæum, e Luca retulit, *De domo & familia David*, quod apud Matthæum in contextu non erat. Denique quod ad sensum attinet, nihil est in Chrysostomo, quod cogat addi *forte*. Cum enim ait: *Non ignorantis certe, absit hoc enim, sed magnitudinem peccati volentis ostendere, cujus nullam unquam satisfactionem ostendere potuerunt*: magis videtur ignorare qui prædicit futurum quod futurum non est, quam qui dicit, *Forte futurum est.* Item magis ostendit magnitudinem peccati, qui hoc dicit futurum, quod omnino fieri debuit, quam qui dicit, *Forte facient.* Probabile est igitur apud Chrysostomum Græcum non addi *forte*, quando nec apud Theophylactum additur. Cæterum similia loca, quæ proferuntur ex Prophetis, *Si forte vel ipsi audiant*, &, *Si forte quiescant*, non est in Græcis ἴσως, sed ἐὰν ἄρα. Quid sit apud Hebræos nescio. Porro quod addit Hieronymus in Commentariis, simile quiddam haberi & in Evangelio, *Forte verebuntur filium meum*, non dubium est, quin ex Luca citarit, sensum referens potius, quam verba. Hæc visum est adscribere, non quod absurdum existimem, si quod addit Lucas, & hic adjectum esset, sed ut integritatem lectionis ac nostram industriam a calumniis defendam. Illud non omittam, quod legimus in Commentariolo Hieronymi, quo locum hunc explanat: *Sed semper ambigere dicitur Deus*, suspicor Librariorum vitio pro *sæpe* mutatum *semper*. Neque enim *semper* sic loquitur in Sacris Litteris Deus.

32 *Dixerunt intra se*] ἐν ἑαυτοῖς. Græcis quidem anceps est sermo, utrum sentiat *intra se*, an *inter se*. Quanquam accommodatius est *inter se*, ut intelligas illos colloquio conspirasse adversus filium. Nec est,

33 *Et habebimus hæreditatem*] Sed κατασχῶμεν, id est, *occupemus*, sive *obtineamus*, aut, ut legit Chrysostomus, *ut possideamus*. Ac subinde, *Et ejecerunt extra vineam*, ἔξω τῦ ἀμπελῶνος. Latinius erat, *e vinea*, pro *extra vineam*: etiamsi Qu. Curtius scripsit, *extra munimenta se volvit*. Et in,

34 *Male perdet*] Græcus addidit αὐτὺς, id est, *eos*, juxta morem Hebræorum, Latinus Interpres recte omisit.

35 *In caput anguli*] εἰς κεφαλὴν γωνίας. Hebraica figura dixit: *Factus est in caput*, pro eo quod erat, *Cœpit esse caput anguli.* Unde Paulus scribens Corinthiis vocat eum ἀκρογωνιαῖον, id est, *summum in angulo*. Is enim solidissimus ac maximus sit oportet, qui parietem utrumque committat & contineat. Et rursus ibidem,

36 *A Domino factum est istud*] *Istud*, sive *hoc*, non pertinet ad totum hoc quod præcessit, sed vel ad *caput*, vel ad *angulum*: quod utrumque Græcis sit generis fœminini, velut αὕτη pronomen. Similiter id quod sequitur,

37 *Et est mirabile*] θαυμαςὴ, id est, *admirandus angulus*, sive *admirabile caput anguli*. Sic enim interpretatur Origenes Homilia decima nona. Cujus verba non pigebit hic adscribere, quantum ad hujus rei probationem attinet: *Et iste lapis donum est donatum a Deo ædificio universo, & admirabile caput in oculis nostris, qui possumus eum videre oculis mentis.* Qui Chrysostomum Latine reddidit, ita vertit, ut nos vulgo legimus. Mihi tamen subolet Chrysostomum ad lapidem angularem retulisse pronomen, qui duos maxime inter se dissidentes populos in eandem religionem coagmentarit, quando ita scribit: *Et ut videant nihil horum Deo esse adversum, sed valde acceptum atque gratum, mirabile præterea stuporisque plenum a Domino factum esse, subjunxit lapidem.* Hæc, & quæ sequuntur, si conferas, Lector, videbitur Chrysostomus de lapide loqui, quamvis Interpres, aut fortassis Scriba, sequutus suam memoriam, lectionem perturbarit. Subindicat enim Chrysostomus Doctores Judæorum voluisse ædificare, sed absque lapide Christo, qui connecteret utrumque populum. Atque hæc ex conjectura duntaxat divinamus, certius judicaturi, si Græci codicis esset copia. Certe manifestum est Theophylactum legere *factum esse*, & *mirabilem* referre ad angulum. Sic enim exponit: Ἡ γωνία δὲ αὕτη θαυμαςή ἐςι, καὶ παρὰ Κυρίυ ἐγένετο, id est, *Hic autem angulus admirabilis est, & a Deo*

σετε, καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε ἐν ταῖς συναγωγαῖς 35 ὑμῶν, καὶ διώξετε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν. Ὅπως ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον, ἐκχυνόμενον ἐπὶ τῆς γῆς, ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου, ὃν ἐφονεύσατε μεταξὺ τοῦ 36 ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἥξει ταῦ- σμᾶ 37 τα πάντα ἐπὶ τὴν γενεὰν ταύτην. Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; 38 39 Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. Λέγω γὰρ ὑμῖν, Οὐ μή με ἴδητε ἀπ' ἄρτι, ἕως ἂν εἴπητε, Εὐλο- XXIV. 1 γημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. Καὶ ἐξελθὼν ὁ σμϐ β Ἰησοῦς ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ· καὶ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτῷ τὰς οἰκοδομὰς τοῦ ἱεροῦ. 2 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐ βλέπετε πάντα ταῦτα; Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε λίθος ἐπὶ σμγ β 3 λίθον, ὃς οὐ μὴ καταλυθήσεται. Καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ καθ' ἰδίαν, λέγοντες, Εἰπὲ ἡμῖν, πότε ταῦτα ἔσται; καὶ τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας, καὶ τῆς συντε- 4 λείας τοῦ αἰῶνος; Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐ- 5 τοῖς, Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ. Πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες, Ἐγώ εἰμι ὁ 6 Χριστός· καὶ πολλοὺς πλανήσουσι. Μελλήσετε δὲ ἀκούειν πολέμους καὶ ἀκοὰς πολέμων· ὁρᾶτε μὴ θροεῖσθε· δεῖ 7 γὰρ πάντα γενέσθαι, ἀλλ' οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος. Ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν· καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ λοιμοὶ καὶ σεισμοὶ κατὰ 8 σμδ α 9 τόπους. Πάντα δὲ ταῦτα ἀρχὴ ὠδίνων. Τότε παραδώσουσιν ὑμᾶς εἰς θλίψιν, καὶ ἀποκτενοῦσιν ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων ἐθνῶν διὰ τὸ ὄνομά μου. σμε ι 10 Καὶ τότε σκανδαλισθήσονται πολλοὶ, καὶ ἀλλήλους πα- 11 ραδώσουσι, καὶ μισήσουσιν ἀλλήλους. Καὶ πολλοὶ ψευδο-

A rabile in oculis nostris? Ideo dico vobis, 38 auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti 39 facienti fructus ejus. 43 Et qui ceciderit super lapidem istum, 44 confringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum. 45 Et quum audissent principes Sacerdotum ac Pharisæi parabolas ejus, cognoverunt quod de se diceret. 46 Et quærentes illi 40 manus injicere, timuerunt turbas, quoniam 41 tanquam prophetam eum habebant. XXII 1 Et respondens Jesus, iterum dixit eis per parabolas, & ait, 2 Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo: 3 Et emisit servos suos, ut vocarent invitatos ad nuptias: & nolebant venire. 4 B Rursus emisit alios servos dicens, Dicite invitatis, Ecce prandium meum paravi, tauri mei 1 & altilia mactata sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. 5 Illi autem neglexerunt, & abierunt: alius 2 in villam suam, alius vero ad negociationem suam. 6 Reliqui vero tenuerunt servos ejus, & contumeliis affectos occiderunt. 7 Rex autem quum audisset, iratus est, & missis exercibus suis, perdidit homicidas illos, & civitatem illorum succendit. 8 Tunc ait servis suis, Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui invitati erant, non fuerunt digni. 9 Ite ergo ad exitus viarum, & quotcunque inveneritis, vocate ad nuptias. 10 C 3 Et egressi servi ejus in vias, congregaverunt omnes 4 quotquot invenerunt, 5 malos pariter ac bonos: 6 & impletæ sunt nuptiæ discumbentibus. 11 Ingressus autem rex ut videret discumbentes, ubi vidit illic hominem non vestitum veste nuptiali, 12 ait illi, Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. 13 Tunc dixit rex ministris, 7 Ligatis pedibus & manibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. 14 8 Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Deo factus. Jam quid Hieronymus verterit ex Hebræo, non satis liquet, cum constet pleraque ejus volumina fuisse depravata a sciolis Scribis: nec ipsis voluminibus inter se consentientibus. D Proinde fieri potest, ut ex sua memoria reposuerit illud, *factum est istud, & hoc est mirabile.* Quod si maxime demus ita versum ab Hieronymo, tamen *istud* ad *caput* referri potest, hoc est, ad Christum. Nec est necesse ut ad complexum orationis, quæ præcessit, referatur. Certe Hieronymus enarrans Psalmum CXVII. legit & exponit hunc in modum: *Et est mirabilis in oculis nostris. Non in illorum, qui eum reprobaverunt, sed in nostris, qui eum credendo suscepimus.* Hactenus Hieronymus. In genere nobiscum facit Augustinus, tametsi locus mendo non caret, ni fallor. Ipse sermonis tenor docet sic esse legendum, id est, *caput anguli a Domino factus est.* Quod si maxime legimus, *factum est ei*, tamen quæ sequuntur arguunt quid senserit. Sequuntur enim hæc: *Quamvis enim hoc non esset factus, nisi fuisset passus, non tamen hoc ab eis, a quibus passus est, factus est.* Quin & Arnobius *mirabilis* refert ad *lapidem*, non ad complexum sermonis: *Et ipsum*, inquit, *lapidem mirabilem in suis oculis habentes, confitentur*, &c. Porro sive referas ad *lapidem*, sive ad E *caput*, sive ad *angulum*, sensus est idem, & ad Christum pertinet. Cum tot Auctores tam graves sequutus sim in annotatione mea, cum sensus optime quadret ad nostram lectionem, tamen exstitit quidam, qui tragicis verbis exaggeravit hîc inextricabilem errorem meum, ex Hebræi sermonis idiomate petens hujusmodi solutionem: *Hebrai*, inquit, *cum careant neutro genere, abutuntur fæminino. Hujus generis esse quod legitur Josue capite tertio:* In hoc scietis: *cum Hebrais sit*, In hac scietis. *Et Psal.* XL. In hoc cognovi, *pro*, In hac cognovi. *Porro Psal.* XXVI. *Interpres etiam Hebraicum genus reliquit*, Unam petii a Domino, hanc requiram. In hanc ferme sententiam ille. Quæ ut demus maxime esse vera, nihil aliud efficiunt, nisi ut intelligamus sic posse legi ac verti, quemadmodum habet Editio Vulgata. Non consequitur autem, ut necesse sit, cum commodior etiam sit sensus, ut ad *caput* seu *angulum*, hoc est, ad Christum, referatur, quemadmodum faciunt probatissimi Interpretes. Ubi est igitur error F ille inextricabilis ac periculosus, nisi hic novus Hebræus succurrisset? Addam ridiculum quiddam: A duobus, ut dixi, locus hic fuit impetitus, quorum prior confessus est apud Hebræos sic haberi, quemadmodum ego notaram, alter affirmat contra haberi, uterque se profitetur scire Hebraice, & uterque suam sententiam scriptis evulgavit, & interim Erasmus vocatur intractabilis, qui diffidat talibus monitoribus. Atque ego sane vix unquam duos vidi, qui in re Hebraica consentirent, sive hoc linguæ, sive hominum est vitium. Porro testimonium conflatum est e duobus locis, prior pars e Psalmo centesimo decimo septimo, secunda ex Esaia capite vigesimo octavo. Nempe ea quæ mox subsequitur, *Qui ceciderit super lapidem*, &c. Non quod Dominus referat verba Prophetæ, sed quod ad illa alludens velut interpretetur. Nam Propheta sic loquitur, juxta Translationem Septuaginta, *Qui crediderit, non confundetur.* Ex quo colligitur sensus contrarius, *Qui non crediderit, confundetur. Non credere* impingere est, & *confundi* conteri.

38 *Quia auferetur*] ὅτι, *quia.* Quod Interpres aliquot locis recte prætermisit, hic sine causa addidit, ut hoc magis sit oscitantiæ, quam imperitiæ, aut superstitionis. Nam si religio fuit quidquam omittere, cur omisit alibi? si judicio omisit, cur alibi apponit? Item,

39 *Facienti fructus ejus*] *Ejus* ad regnum refertur, non ad Deum, αὐτῆς, quod Græca legentibus per se liquet. Pauloque post,

40 *Tenere*] κρατῆσαι, quod melius *capere*, sive *manus injicere.* Et,

41 *Sicut prophetam*] Commodius erat, *tanquam prophetam*, sive *velut prophetam.* In vetustissimo exemplari, nempe Corsendoncensi, scriptum reperi *habent*, præsentis temporis verbo. Quanquam hoc sane loco duriusculum est, & refragabatur alter codex, nempe Paulinæ Bibliothecæ. Certe Græcis est εἶχον.

XXII.

1 ET *altilia*] καὶ σιτιστά. Belle respondet vox Latina Græcæ. Ut enim *altilia* ab *alendo* dicuntur, ita σιτιστὰ a σιτίζω, quod est *cibo*, sive *nutrio.* Irenæus, aut hujus Interpres, alicubi vertit *saginata.* Cæterum, *occisa* parum apte reddidit: nam τεθυμένα magis sonat *immolata*, aut certe *mactata*, quod olim in nuptiis sacris epulis agerentur convivia. Cæterum,

2 *In villam suam*] Non admodum incommode, εἰς τὸν ἴδιον ἀγρὸν, id est, *in proprium agrum*, ut verbo reddam verbum, aut *in rus suum*, ut sensum magis exprimam. Porro *villa* domus est in agro. Et aliquanto inferius,

3 *Et egressi servi ejus*] ἐκεῖνοι, id est, *illi*, non *ejus.* Nec est,

4 *Quos invenerunt*] sed ὅσους, id est, *quotquot repererunt.* Ad hæc,

5 *Malos ac bonos*] Græce est, πονηρούς τε καὶ ἀγαθοὺς, id est, *malosque ac bonos*, si quis ad verbum reddi velit. Aut si Latine, *seu malos seu bonos*, ut intelligas nullo delectu. Nam hic est sensus, ut *boni* pertineat ad Judæos, qui sibi & hodie videntur boni, *mali* ad gentes. Ex Judæorum enim affectu loquutus est Christus, cum utrique fuerint mali. Ac mox,

6 *Et impleta sunt nuptiæ discumbentium*] Interpres dormitans Græcum genitivum reliquit, cum dicere debuerit, *discumbentibus.* Neque enim verisimile est eum affectasse Virgilii more loqui,

Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ.

Jam quanquam alicubi licet reperire, *Implentur veteris Bacchi, Totam Siciliam implevit nominis sui*, & *Implevit socios spei*, haud tamen invenias, *Domus impletur hominum*, ut jam contemnas amphibologiam. Denique patiar Interpretem hic affectasse Liviano more voluisse loqui, nisi alias sic impingit ad eundem lapidem, ut nulla sit excusatio.

7 De *tenebris exterioribus* jam ante dictum est. In nonnullis Græcis codicibus sic legitur, Δήσαντες αὐτοῦ πόδας καὶ χεῖρας, ἄρατε αὐτὸν, ἐκβάλλετε εἰς τὸ σκότος, id est, *Ligatis manibus ac pedibus ejus, tollite eum, ejicite in tenebras*, &c. Ac rursum,

8 *Vocati & electi*] nomina sunt Græcis, non participia, κλητοὶ

12 δοπροφῆται ἐγερθήσονται, καὶ πλανήσουσι πολλούς. Καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυχήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. 13 Ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. 14 Καὶ κηρυχθήσεται τοῦτο τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς 15 ἔθνεσι· καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος. Ὅταν οὖν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ· (ὁ ἀναγινώσκων νοείτω) 16 Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη. 17 Ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβαινέτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰ- 18 κίας αὐτοῦ. Καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, μὴ ἐπιστρεψάτω ὀπί- 19 σω ἆραι τὰ ἱμάτια αὐτοῦ. Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέ- 20 ραις. Προσεύχεσθε δὲ ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν 21 χειμῶνος, μηδὲ ἐν σαββάτῳ. Ἔσται γὰρ τότε θλίψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς κόσμου ἕως τοῦ νῦν, 22 οὐδ' οὐ μὴ γένηται. Καὶ εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ· διὰ δὲ τοὺς ἐκ- 23 λεκτοὺς κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι. Τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, Ἰδοὺ ὧδε ὁ Χριστὸς, ἢ ὧδε· μὴ πιστεύσητε. 24 Ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δώσουσι σημεῖα μεγάλα καὶ τέρατα· ὥστε πλανῆσαι, 25 εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς. Ἰδοὺ προείρηκα ὑμῖν. 26 Ἐὰν οὖν εἴπωσιν ὑμῖν, Ἰδοὺ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐστί· μὴ ἐξέλ- 27 θητε· Ἰδοὺ ἐν τοῖς ταμείοις· μὴ πιστεύσητε. Ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν· οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. 28 Ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ 29 ἀετοί. Εὐθέως δὲ μετὰ τὴν θλίψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρα- 30 νοῦ, καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται. Καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ τότε κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ὄψονται τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. 31 Καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος φωνῆς

A eis. Tunc abeuntes Pharisaei consilium ceperunt, 15 9 ut illaquearent eum in sermone. Et ad illum emit- 16 tunt discipulos suos cum 10 Herodianis, dicentes, Magister, scimus quod verax sis, & viam Dei in veritate doceas, neque cures quemquam: non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid 17 tibi videtur? Licet censum dari Caesari, an non? 11 Cognita autem Jesus malitia eorum ait, Quid 18 me tentatis hypocritae? Ostendite mihi numisma 19 census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis, 20 Cujus est imago haec & 12 inscriptio? Dicunt ei, 21 Caesaris. Tunc ait illis, 13 Reddite ergo quae sunt Caesaris, Caesari: & quae sunt Dei, Deo. Et 22 his auditis, mirati sunt, & omisso eo abierunt. In 23 B illo die accesserunt ad eum Sadducaei, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogaverunt eum, Dicentes, Magister, Moses dixit, 14 Si quis mor- 24 tuus fuerit non habens filium, ut ducat frater ejus uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Erant 25 autem apud nos septem fratres: & primus uxore ducta defunctus est: ac non habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo: Similiter secundus, & 26 tertius, usque ad septimum. Novissime autem omni- 27 um defuncta est & mulier. In resurrectione ergo 28 cujus e septem illius erit uxor? omnes enim habuerunt eam. Respondens autem Jesus ait illis, Erra- 29 C tis, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei. In 30 resurrectione enim 15 neque matrimonium contrahunt, neque elocantur, 16 sed sunt sicut angeli Dei in coelo. De resurrectione vero mortuorum 31 non legistis quod vobis dictum est a Deo, qui ait, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus 32 Jacob? 17 Deus non est Deus mortuorum, sed viventium. Et quum audissent turbae, stupuerunt de 33 doctrina ejus. Pharisaei autem, quum audissent 18 34 quod obturasset os Sadducaeis, convenerunt in unum: Et interrogavit eum unus ex eis 19 legis do- 35 ctor

τοὶ καὶ ἐκλεκτοὶ, cum paulo ante fuerit, *Εἴπατε τοῖς κεκλημένοις*, *Dicite invitatis*.

9 *Ut eum caperent*] παγιδεύσωσιν, id est, *illaquearent*: παγὶς enim *laqueus*, quo feram capimus, aut avem. Caeterum,

D 10 *Herodianos*] appellat milites Herodis. Is fuit Antipatri filius, quem alienigenam ac proselytum Augustus praefecerat Judaeis dato regno, ut ab iis Imperatoris Romani nomine tributa colligeret. In hac sententia video fuisse Hieronymum, quicum res erat, haud mecum illi, qui locum hunc calumniatus est. Theophylactus putat *Herodianos* dictos, non quod essent illius ministri, sed factio quaepiam Judaeorum affirmantium Herodem esse Christum, quod homo non Judaeus apud Judaeos regnaret omnium primus, nempe filius Antipatri, quod ridiculum putat Hieronymus. Verum Pharisaei contendebant Judaeorum populum, qui decimas solveret, essetque Deo dicatus, non debere solvere tributum Caesari, nec profanis parere legibus. *Herodiani* contra Principis sui negotium agebant. Proinde simul adeunt Christum, uni pariter utrique molientes insidias, ut quidquid respondisset, alterutri factioni redderetur obnoxius. Chrysostomus putat Theodam & Ju- E dam, quorum mentio fit in Actis, ob id interisse, quod negarent tributum oportere pendi Caesari. Hujus autem dogmatis auctor fuit Judas quidam Gaulonites, qui Essenis, Sadducaeis, & Pharisaeis quartam sectam adjunxit. Vide Josephum libro Antiquitatum XVIII. cap. II.

11 *Cognita autem Jesus nequitia*] πονηρίαν, id est, *malitia*, seu *versutia*. Nam *nequitia* magis ad libidinem pertinet.

12 Deinde cur non potius dixit *inscriptio*, quam *superscriptio*? cum Graece sit ἐπιγραφή. Ac paulo post,

13 *Reddite igitur Caesari*] Mire Christus temperavit responsum: rogatus insidiose de re mundana, jubet ostendi numisma, velut ignotum: ubi ostensum est, sic agit quasi non agnoscat imaginem, neque inscriptionem. Quod ubi didicit ab illis, non dixit absolute, *Reddite quae sunt Caesaris Caesari*, sed, *Reddite igitur*. Quasi diceret, *Si verum est quod dicitis, hac esse Caesaris, solvite illi quod illius est*. Neque enim continuo quidquid imaginem habet Caesaris, debetur Caesari, aut Principi. Fortassis alienius fue- F rit admonere Graecam vocem ἀπόδοτε esse ancipitem, quod accipi possit pro *reddite* vel *redditis*, ut intelligamus Christum arrepta occasione notasse vitam illorum, qui solliciti quid deberetur Caesari, non illud potius curabant quid deberetur Deo. *Redditis Caesari quod illius habet imaginem*, & illud *reddite Deo, quod Dei habet inscriptionem atque imaginem*, nempe *animam*.

14 *Si quis mortuus fuerit non habens filium*] Ita magno consensu habent omnes Latini codices, quos mihi videre contigit, etiam vetusti ac manu descripti, quum Graeci constanter habeant, μὴ ἔχων τέκνα, id est, *non habens liberos*. Deuteronomii XXV. pro *liberis* habetur *semen*, hoc est, *posteritas*. Fortassis apud Hebraeos nomen non transibat ad posteros nisi per masculos, alioqui Graecis τέκνον tam *filia* dicitur quam *filius*. Et apud Latinos *liberorum parens* dicitur is quoque cui unica proles est. Quisquis enim orbus non est, *liberorum parens* dicitur. Apud Marcum cap. duodecimo habetur τέκνα, & Interpres vertit *filios*. Fortassis hic sciolus aliquis metuens, ne mulier unius filii mater cogeretur fratri conjugis defuncti nubere, *filios* mutavit in *filium*, quum haec cavillatio sit plane sophistica. Ad sensum enim nihil refert, utrum dicas, *non reliquit filium*, an *non reliquit filios*, propterea quod hic non agitur de numero, sed de specie. Itaque *filios non habere* dicitur, qui nullam habet prolem.

15 *Neque nubent, neque nubentur*] Neque temporis ratio servata est, neque Latinitatis. Nam Graece est, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίζονται, id est, *neque ducunt uxores, neque nuptum dantur*: ut γαμοῦσιν pertineat ad sponsos, & ἐκγαμίζονται ad puellas. Quis enim unquam audivit *nubentur*? Quanquam interim periit schematis gratia, quae & ipsa servari poterat, *neque ducunt uxores, neque ducuntur*. Augustinus in Commentario in Sermonem Domini in monte habitum primo legit, *neque nubent, neque ducent uxores*. Sed arbitror locum a Librariis depravatum. Rursum Sermone primo de verbis Apostoli, nisi quod hic depravatoris incogitantia *nubent* legitur, non *nubunt*, quum sequatur, *ducunt*, non *ducent*, nempe juxta Graecos. Depravasset & hunc locum, si fuisset attentus. Consimiliter adducit hunc locum & Ambrosius in Expositione Psalmi CXVIII. Sermone undecimo, *neque nubunt, neque uxores ducunt*. Non enim designat tempus, sed vitae genus exprimit.

16 *Sed erunt sicut angeli Dei*] ἀλλ' ὡς ἄγγελοι Θεοῦ εἰσὶ, id est, *velut angeli Dei sunt*. Atque ad eum modum comperi scriptum & in vetustis exemplaribus Latinis, nominatim in aureo, tum in vetustissimo, quod exhibuit in hunc usum Ecclesia divi Pauli Londinensis. Atque item in eo, quod exhibuerunt Canonici Collegii Corsendoncensis in Brabantia. Postremo quod praebuit Collegium Constantiense. Ex quo satis, opinor, liquet in superioribus verbis tempus Librarii vitio mutatum. Offendit Lectorem aliquem, quod resurrectio nondum accidisset, atque ea gratia futurum tempus magis convenire. At Christus indicat resurrectionis tempus jam adesse. Sic enim resurrectioni destinatos vocat *resurrectionem*, sicut Evangelicam sequentes doctrinam vocat *regnum coelorum*. Post apparebit in nobis resurrectio, at interim peragitur in nobis resurrectionis negotium. Quin & Origenis Interpres ita vertit Homilia vigesima secunda: *In resurrectione neque nubunt, neque uxores accipiunt, sed sunt sicut angeli in coelo*. Itaque paulo post repetit, ne quis casum esse causetur.

17 *Non est Deus mortuorum*] In exemplaribus, quae mihi videre contigit, repetebatur haec vox *Deus*, οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς, Θεὸς νεκρῶν, id est, *non est Deus, Deus mortuorum*. Verum idem non reperio apud ullum Interpretem. Unde conjectandum est, quod erat subaudiendum, id abs quopiam adjectum fuisse, nisi quod Theophylactus ut legit, ita repetit, enarrans, *Deus, Deus*.

18 *Quod silentium imposuisset*] ἐφίμωσεν, id est, *obturasset os* sive *occlusisset os*. Et in Paulo, *non alligabis bovi*, est, οὐ φιμώσεις, *non occludes eos*. Nec est,

19 *Legis doctor*] sed νομικὸς, id est, *qui versatur in negotiis le-*

τῆς μεγάλης· καὶ ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων
32 αὐτῶν. Ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολήν· ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς γένηται ἁπαλὸς, καὶ τὰ φύλλα ἐκφύῃ, γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος.
33 Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ἴδητε πάντα ταῦτα, γινώσκετε
34 ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, ἕως ἂν πάντα ταῦτα γένηται.
35 Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται· οἱ δὲ λόγοι μου οὐ
σξϛ 36 μὴ παρέλθωσι. Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, εἰ μὴ ὁ
σξα 37 Πατήρ μου μόνος. Ὥσπερ δὲ αἱ ἡμέραι τοῦ Νῶε, οὕ-
38 τως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Ὥσπερ γὰρ ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ τρώγοντες καὶ πίνοντες, γαμοῦντες καὶ ἐκγαμίζοντες,
39 ἄχρι ἧς ἡμέρας εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτόν· Καὶ οὐκ ἔγνωσαν, ἕως ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ ἦρεν ἅπαντας· οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.
σξβ 40 Τότε δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ· ὁ εἷς παραλαμβάνεται,
41 καὶ ὁ εἷς ἀφίεται. Δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι· μία
σξγ 42 παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται. Γρηγορεῖτε οὖν,
σξδ 43 ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κύριος ὑμῶν ἔρχεται. Ἐκεῖνο δὲ γινώσκετε, ὅτι εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἐγρηγόρησεν ἂν, καὶ οὐκ ἂν
44 εἴασε διορυγῆναι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς γίνεσθε ἕτοιμοι· ὅτι ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀν-
σξε 45 θρώπου ἔρχεται. Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος, ὃν κατέστησεν ὁ κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θεραπείας
σξϛ 46 αὐτοῦ, τοῦ διδόναι αὐτοῖς τὴν τροφὴν ἐν καιρῷ; Μακά-

ctor quispiam, tentans eum, & dicens, Magister, 36
quod est mandatum magnum in Lege? Ait illi Je- 37
sus, Diliges Dominum Deum tuum 20 ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.
21 Hoc est primum & magnum mandatum. Se- 38 39
cundum autem simile est huic, Diliges proximum
tuum 22 perinde atque teipsum. In his duobus man- 40
datis 23 tota Lex & Prophetæ pendent. Congre- 41
gratis autem Pharisæis, interrogavit eos Jesus, di- 42
cens, Quid vobis videtur de Christo? cujus filius
est? Dicunt ei, David. Ait illis, Quomodo ergo 43
David in spiritu vocat eum Dominum? dicens,
Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, 44
donec ponam inimicos tuos subsellium pedum tuorum. Si ergo David vocat eum Dominum, quo- 45
modo filius ejus est? Et nemo poterat ei responde- 46
re quicquam, neque ausus fuit quisquam ex eo die
eum amplius interrogare. Tunc Jesus loquutus est XXIII. 1
ad turbas & ad discipulos suos, Dicens, 1 In cathe- 2
dra Mosis sedent Scribæ & Pharisæi: Omnia ergo 3
2 quæcunque jusserint vos servare, servate & facite: secundum vero opera eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. Colligant enim onera 4
gravia difficiliaque portatu, & imponunt in humeros hominum: cæterum digito suo nolunt ea movere. Omnia vero opera sua faciunt in hoc, 3 ut 5
spectentur ab hominibus: dilatant autem 4 phylacteria sua, 5 & magnificant fimbrias palliorum suorum. 6 Amantque primos accubitus in cœnis, & 6
primo

legalibus, ad verbum sonat *legalis*, sive *legitimus*, etiamsi non damno quod vertit Interpres. Nec est,

20 *Ex toto corde*] sed *in toto corde*, ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ. Etiamsi apud Græcos ac Latinos supervacanea est præpositio. Et rursum non est,

21 *Hoc est maximum & primum*] sed πρώτη καὶ μεγάλη, id est, *primum ac magnum*, quanquam hic *primum* dixit *præcipuum*. Hilarius legit, *quod est magnum ac primum*.

22 *Sicut teipsum*] ὡς σεαυτόν. Græcis unicum adverbium est ὡς, quod nos vix duodecim reddimus. Proinde frustra cavillantur, qui putant hic non modum amoris æqualem significari, sed similitudinem, ut amemus proximum, non æque atque nosipsos, sed simili genere amoris. Horum argutationes licebat excludere, si vertisset, *proximum tuum perinde ut teipsum*. Neque enim hujus est loci refellere eos, qui nimis Aristotelice inducunt charitatis ordines. Magis placet mihi Paulina similitudo de membris corporis, in quo plus etiam honoris adhibemus iis, quæ per se sunt infirmiora. Porro quod Interpres vertit *proximum*, Græce est τὸν πλησίον. Eam vocem frequenter obviam in Sacris Litteris, ne quis ut parum Latinam fastidiat, est apud Suetonium in Othone: *Alii febrim simulasse ajunt, eamque excusationem* proximis *mandasse*; nisi quod apud Græcos familiares duntaxat dicuntur οἱ πλησίον. Familiaritatis autem est hærere lateri. Nec est,

23 *Universa lex*] Sed *tota*, ὅλος ὁ νόμος.

XXIII. 1 *Super cathedram Moysi*] ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας, id est, *in Moysi sede*. Porro pro *sederunt* rectius diceretur *sedent*, sive *consederunt*, quemadmodum adducit Augustinus adversus Faustum lib. XVI. cap. XXIX. In his enim verbis sic usurpamus vocem præteriti temporis, ut intelligamus actum etiamnum manentem, velut in *stetit*, & *appropinquavit*. Hunc locum quidam eo torquent, quasi parendum sit omnibus, quæ præcipiunt Episcopi, aut præpositi, etiam impii, ob muneris auctoritatem: cum Christus de iis loquatur, qui recte docerent Legem Mosaicam, non qui suis constitutiunculis illaquearent homines. Ita nunc quoque fortassis audiendus sit Episcopus, qui recte doceat Evangelium, etiamsi ipse parum Evangelice vivat. Cæterum quis ferat eos adversus Christi doctrinam, pro suo commodo fixis ac refixis legibus, meram tyrannidem exercentes in populum, suoque quæstu ac majestate metientes omnia? Qui constitutiunculis ad quæstum, ad tyrannidem excogitatis irretiunt populum, non sedent in cathedra Evangelica, sed in cathedra Simonis Magi, aut Caiphæ. Atque hoc ita dictum sit de malis Episcopis, qui utinam nulli sint usquam, ut bonorum auctoritati nulla in parte derogetur. Id adjicere supervacaneum erat, nisi hoc seculo nihil non arroderet calumnia.

2 *Quæcunque dixerint vobis, servate*] Apud Græcos additur una dictio, ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖν, τηρεῖτε, id est, *quæcunque dixerint vobis servare, servate*. Positum est autem *dixerint* Græco more, pro *jusserint*.

3 *Ut videantur ab hominibus*] πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις, id est, *ad hoc ut spectentur hominibus*, hoc est, *spectaculo sint hominibus*, sive *conspicui sint*. Convenit enim *spectaculi* verbum histrionibus, ut & superius indicatum est. Cæterum,

4 Φυλακτήριον] *Phylacterium* Græca vox Latinis est *conservatorium*, quod in his servatur memoria Legis, a verbo φυλάττω, quasi sic præstarent id quod Deus jubet per Mosen, servari præcepta sua. Nam hujus superstitionis occasionem sumpsisse videntur partim ex Deuteronom. cap. XVI. *Audi Israël, Dominus Deus vester, Deus unus est. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens. Et ligabis ea quasi signum in manu tua. Eruntque & movebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine & ostiis domus tuæ.* Proinde Pharisæi, quo viderentur admodum observantes Legis, scribebant Decalogum in membranis, ceu duobus voluminibus, quorum alterum fronti coronæ vice circumponebant, alterum brachio: ut sive quo manum porrigerent essent in conspectum, sive caput movissent ob oculos essent. Itaque personati sese plebis ac muliercularum oculis venditabant. Hunc morem testatur Hieronymus ad suam usque ætatem durasse apud Judæos, Persas, ac Babylonios, atque eos qui id facerent apud illos habitos ceu religiosos. Velut hodie apud nos habentur, qui diversis ac novis cultuum formis & coloribus sanctimoniam apud vulgus profitentur, quum non omnes suo respondeant ornatui. Partim ex Numerorum cap. XVI. legimus enim illic hunc in modum: *Loquere filiis Israël, & dices ad eos, ut faciant sibi fimbrias per angulos quatuor palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas, quas cum viderint recordentur omnium mandatorum Domini.* Siquidem hinc hypocritæ captantes auram popularem, atque ex mulierculis sectantes lucra, faciebant grandes fimbrias, & acutissimas in eis spinas ligabant, quo videlicet ambulantes aut sedentes aliquando pungerentur, nec sinerentur usquam oblivisci legum. Et quo quisque latiores fimbrias circumferret, hoc religiosior habebatur apud superstitiosos ac simplices. Atque utinam hoc histrionum genus non adeo passim esset apud Christianos, ad quos collati Pharisæi sinceri simplicesque queant videri. Non quod non oporteat pietatem etiam cultus aut victus simplicitate munditieque profiteri, sed quod superstitionem & ostentationem ubique oporteat abesse, & præcipuam pietatis partem in animo ac moribus deceat esse sitam. Damnat hoc loco Hieronymus muliercularum quarundam superstitionem, quæ quod olim in phylacteriis faciebant Pharisæi, id tum facerent in parvulis Evangeliis, & in crucis ligno, aliisque rebus hujusmodi: *Quæ habent*, inquit, *zelum Dei, sed non juxta scientiam, culicem liquantes, & camelum glutientes.* Si vir sanctissimus hæc sentit de mulierculis, quarum infirmitati par erat nonnihil condonare, quid dicturus sit, si videat hodie passim ad quæstum ostentari lac Mariæ, quod honore propemodum æquant corpori Christi consecrato? prodigiosum oleum, fragmentula ligni crucis, tam multa, ut si in acervum redigantur, vix una navis oneraria vehat: hic ostentari Francisci cucullam, illic intimam vestem Mariæ Virginis, alibi pectinem Annæ, alibi caligam Joseph, alibi calceum Thomæ Cantuariensis, alibi Christi præputium: quod cum sit res incerta, religiosius adorant, quam totum Christum. Neque vero hæc ita proferuntur tanquam ferenda, & plebeculæ donanda affectibus, verum huc fere summa religionis vocatur, avaritia Sacerdotum, & Monachorum quorundam hypocrisi, quos alit populi stultitia. Atque in hisce comœdiis primas agunt Episcopi quidam factitii, ne nusquam valere videantur, hæc suis diplomatis approbant, suis condonationibus ornant, tanta gravitate, ut quoties mihi legitur istorum comprobatio, minus credam, quam antea credebam. Quibus in rebus, nisi gravis inesset veræ pietatis jactura, Christus non tam acriter in hoc hominum genus inveheretur, cum alioqui lenis sit in peccatores.

5 *Ac magnificant fimbrias*] Græcis additur hic, τῶν ἱματίων αὐτῶν, id est, *vestimentorum*, sive *palliorum suorum*. Etiamsi Latinius erat *dilatant*.

6 *Primos recubitus*] Græcis jucundior est elocutio per dictiones compositas, πρωτοκλισίαν καὶ πρωτοκαθεδρίαν, quasi dicas, *præcubitum & præsidentiam*. Et,

κάριος ὁ δȣ̃λος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ κύριος αὐτȣ̃ εὑρήσει
47 ποιȣ̃ντα ȣ̃τως. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς
σξζ ι 48 ὑπάρχȣσιν αὐτȣ̃ καταστήσει αὐτόν. Ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ κακὸς δȣ̃λος ἐκεῖνος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτȣ̃, Χρονίζει ὁ κύριός
49 μȣ ἐλθεῖν. Καὶ ἄρξηται τύπτειν τȣ̀ς συνδȣ́λȣς, ἐσθίειν
50 δὲ καὶ πίνειν μετὰ τῶν μεθυόντων. Ἥξει ὁ κύριος τȣ̃ δȣ́λȣ ἐκείνȣ ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ȣ̓ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ ᾗ ȣ̓ γι-
51 νώσκει. Καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος αὐτȣ̃ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ
XXV. 1 σξη ι ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Τότε ὁμοιωθήσεται ἡ βασιλεία τῶν ȣ̓ρανῶν δέκα παρθένοις, αἵτινες λαβȣ̃σαι τὰς λαμπάδας αὐτῶν, ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν τȣ̃ νυμφίȣ.
2 Πέντε δὲ ἦσαν ἐξ αὐτῶν φρόνιμοι, καὶ αἱ πέντε μω-
3 ραί. Αἵτινες μωραὶ λαβȣ̃σαι τὰς λαμπάδας ἑαυτῶν,
4 ȣ̓κ ἔλαβον μεθ' ἑαυτῶν ἔλαιον. Αἱ δὲ φρόνιμοι ἔλαβον ἔλαιον ἐν τοῖς ἀγγείοις αὐτῶν μετὰ τῶν λαμπάδων αὐ-
5 τῶν. Χρονίζοντος δὲ τȣ̃ νυμφίȣ, ἐνύσταξαν πᾶσαι, καὶ
6 ἐκάθευδον. Μέσης δὲ νυκτὸς κραυγὴ γέγονεν, Ἰδοὺ ὁ
7 νυμφίος ἔρχεται, ἐξέρχεσθε εἰς ἀπάντησιν αὐτȣ̃. Τότε ἠγέρθησαν πᾶσαι αἱ παρθένοι ἐκεῖναι, καὶ ἐκόσμη-
8 σαν τὰς λαμπάδας αὐτῶν. Αἱ δὲ μωραὶ ταῖς φρονίμοις εἶπον, Δότε ἡμῖν ἐκ τȣ̃ ἐλαίȣ ὑμῶν· ὅτι αἱ λαμ-
9 πάδες ἡμῶν σβέννυνται. Ἀπεκρίθησαν δὲ αἱ φρόνιμοι, λέγȣσαι, Μήποτε ȣ̓κ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν· πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τȣ̀ς πωλȣ̃ντας, καὶ ἀγοράσατε ἑαυταῖς.
10 Ἀπερχομένων δὲ αὐτῶν ἀγοράσαι, ἦλθεν ὁ νυμφίος· καὶ αἱ ἕτοιμοι εἰσῆλθον μετ' αὐτȣ̃ εἰς τȣ̀ς γάμȣς· καὶ ἐ-
11 κλείσθη ἡ θύρα. Ὕστερον δὲ ἔρχονται καὶ αἱ λοιπαὶ
12 παρθένοι, λέγȣσαι, Κύριε, Κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ȣ̓κ οἶδα ὑμᾶς.
13 Γρηγορεῖτε ȣ̃ν, ὅτι ȣ̓κ οἴδατε τὴν ἡμέραν ȣ̓δὲ τὴν ὥραν
σξθ β 14 ἐν ᾗ ὁ Υἱὸς τȣ̃ ἀνθρώπȣ ἔρχεται. Ὥσπερ γὰρ ἄνθρω-
σο ι πος ἀποδημῶν ἐκάλεσε τȣ̀ς ἰδίȣς δȣ́λȣς, καὶ παρέδωκεν
15 αὐτοῖς τὰ ὑπάρχοντα αὐτȣ̃. Καὶ ᾧ μὲν ἔδωκε πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ δύο, ᾧ δὲ ἕν, ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἰδίαν
16 δύναμιν· καὶ ἀπεδήμησεν εὐθέως. Πορευθεὶς δὲ ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν εἰργάσατο ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐποίησεν

primo sedere loco in conciliis, Et salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. 7 Vos autem nolite vocari Rabbi: 8 unus est enim magister vester, nempe Christus: omnes autem vos fratres estis. 9 Et patrem nolite vocare vobis in terra: unus est enim pater vester, qui in cœlis est. 10 Nec voccemini magistri: unus enim vester est magister, nempe Christus. 11 Qui maximus est vestrum, erit minister vester. 12 Qui autem se exaltaverit, humiliabitur: & qui se humiliaverit, exaltabitur. 13 Væ autem vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, 9 quia clauditis regnum cœlorum ante homines: vos enim non intratis, nec advenientes sinitis intrare. 14 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, 10 idque prætextu prolixæ precationis: propter hoc gravius puniemini. 15 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia circumitis 11 mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: & quum fuerit factus, 12 facitis eum filium gehennæ duplo magis quam vos estis. 16 Væ vobis duces cæci, quia dicitis, Quicunque juraverit per templum, nihil est: qui autem juraverit per aurum templi, 13 reus est. 17 14 Stulti & cæci: utrum enim majus est? aurum, an templum, quod sanctificat aurum? 18 Et quicunque juraverit per altare, nihil est: quicunque autem juraverit per donum quod est super illud, reus est. 19 Stulti ac cæci, utrum enim majus est? donum, an altare, quod sanctificat donum? 20 Qui ergo juraverit per altare, jurat per ipsum & per omnia quæ super illud sunt. 21 Et qui juraverit per templum, jurat per illud & per eum qui habitat in ipso. 22 Et qui juraverit per cœlum, jurat per thronum Dei & per eum qui sedet super illum. 23 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentham & anethum & cyminum, & reliquistis quæ graviora sunt Legis, judicium & misericordiam ac fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere.

7 *Nolite vocari Rabbi*] Græcis in nonnullis exemplaribus congeminatur Ῥαββεὶ Ῥαββεὶ, id est, *Rabbi Rabbi*. Ad eundem modum & Judas salutat Dominum, *Rabbi Rabbi*. Videtur autem ea conduplicatio apud Hebræos honoris aliquid habere; unde morem hunc exprimens Christus, *Non omnis*, inquit, *qui dicit mihi Domine Domine, intrabit*, &c. Et hodie Sacerdotes & Episcopos honoris gratia bis *Dominos* facimus. Quanquam nec apud Hieronymum, nec apud Origenem, nec apud Chrysostomum, nec apud Theophylactum hujusce rei certum invenio vestigium. Augustinus in Annotationibus troporum veteris Instrumenti conmonstrat varie conduplicari dictionem apud Hebræos, aliquoties ita significari multitudinem, aut distributionem: quod genus est illud in Exodo, juxta veterem Editionem, *Et colligebant acervos acervos*, quasi dicas *acervatim*. Nonnunquam indicari vehementiam: quale est illud apud Hieremiam, *Ficus bonas bonas*, & *ficus malas malas*. Interim generalitatis habet significationem: quod genus illud in Levitico, *Homo homo si maledixerit Deum, suum peccatum accipiet*, pro eo quod erat, *Homo quicunque is fuerit*. Item in Numeris, *Viri viri, si prævaricata fuerit uxor ejus*. Huic affine tropo est, quod Latini quoque passim usurpant, *ut ut*, pro *utcunque*: *ubi ubi*, pro *ubicunque*: *qualis qualis*, pro *qualiscunque*. Item cum *ter beatum* vocant, *magnopere beatum*. Jam de tropo sermonis, qui sic accipiendus est, non ut intelligamus vetitum quocunque modo vocari *magistros*, sed certo modo vetari, diligenter & copiose disputat Augustinus Sermone de verbis Domini ex Matthæo XI.

8 *Unus est enim vester magister*] Addunt Græci ὁ Χριστὸς, id est, *qui est Christus*. Eadem vox paulo post repetitur, *Nec vocemini magistri*. Si *Rabbi* idem sonat quod *Magistri*, videtur idem bis dixisse, cum paulo superius dixerit: *Nolite vocari Rabbi*. Ni forte *Rabbi* præceptoris est vocabulum, nempe qui docet: unde & apud Hebræos רַב a multitudine scientiarum dicta est vox. Et nonnulli Græcorum codices non utrobique repetunt, *Unus est magister vester* καθηγητὴς, sed priore loco habent διδάσκαλος, quod *doctorem* sonat, & respondet vocabulo *Rabbi*. In altero ponitur καθηγητὴς, quod *gubernatorem* ac *moderatorem vitæ* significat.

9 *Qui clauditis*] ὅτι κλείετε, id est, *quia clauditis*, non *qui*, suffragante & Paulino codice Latino, & eo quem sequuti sunt fratres Amerbachii. In Constantiensi rasura declarabat scriptum fuisse *quia*. Ac mox item, *qui circuitis mare*, ὅτι περιάγετε, id est, *quia circumitis*, ut paulo superius, ὅτι κατεσθίετε: quod utrobique Librariorum errore factum apparet, quanquam id ad sensum haud magni refert.

10 *Orationes longas orantes*] Græce est, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι, id est, ut ad verbum reddam, *& prætextu longum orantes*, hoc est, *sub prætextu longæ precationis*, qua sanctimoniæ venabantur opinionem. Sic enim vertit eadem apud Marcum, *sub obtentu longæ orationis*. Et apud Lucam, *simulantes orationem longam*. Interpres Origenis vertit, *longa occasione orantes*. Is autem legisse videtur μακρᾷ dandi casu. Neque vero est otiosa conjunctio καί. Sentit enim illos hoc gravius esse puniendos, quod non solum explerent ventres suos facultatibus viduarum, quarum tenuitati magis debebant subvenire, verum etiam rem impiam facerent, prætextu pietatis, id quod diligenter annotavit & Chrysostomus. Utinam hic locus emendet quosdam, qui simili arte devorant domos, non modo viduarum, sed uxorum, virginum, senum, adolescentum, rusticorum, atque etiam Principum, nec devorant tantum, sed etiam contaminant & inficiunt. Hos ventres orbi pestilentes taxat hoc loco Chrysostomus.

11 *Mare & aridam*] Hebraico more terram, *aridam* vocat יַבָּשָׁה. Et *proselytus* Græca vox est, προσήλυτος, *nobis advena*. Sic enim dicebatur Hebræis, quem ex aliena natione in suæ legis consortium recepissent, illi vocant גֵּר. Ac mox,

12 *Et facitis eum filium gehennæ duplo quam vos*] Græce est διπλότερον ὑμῶν, id est, *duplicius quam vos estis*. Quasi utrique sint duplici nomine *filii gehennæ*, verum hic advena magis quam illi. Ita citat Augustinus libro secundo contra litteras Petiliani cap. LXXII. *Facitis eum filium gehennæ duplicius quam vos*. Id enim sonat sermo Græcus: etiamsi secus interpretantur omnes: nempe ut intelligamus illos uno duntaxat nomine malos esse, quod non servarent Legem, in qua nati essent: advenam gemino nomine, primum quod Ethnicus & idololatra, mox nec Judæus probus, dum relabitur in vitam pristinam, & ex malo Ethnico fit pejor Judæus. Fortassis & hoc ad nostros mores pertinet, qui magnum quiddam existimamus, Judæum ad baptismum pellexisse. Non quod hoc non sit optandum omnibus nobis, ut omnes Judæi resipiscant: sed quod quidam ex ea re suæ gloriæ consulunt, nec ea via pelliciunt, qua oportet, & pellectum non ea docent, quæ vere sunt Christianismi. Nam qui fieri potest, ut alios reddamus Christianos, nisi prius ipsi fuerimus Christiani? Fit igitur aliquoties, ut pro scelerato Judæo sceleratiorem habeamus Christianum, cujus rei vel Hispaniæ testes esse possunt. Et sunt qui novo exemplo armis Christianos faciant, sub religionis ampliandæ prætextu, suis opibus suæque ditioni consulentes. Nihil agetur his rebus, nisi negotium animo pure Christiano suscipiatur. Huic confine est, quod Monachorum nonnulli faciunt, qui partim astu, partim studio pietatis, sed absque judicio, quos possunt ad suum quisque vitæ institutum pelliciunt, præsertim quos augurentur sibi futuros usui: ac miris technis rudi simplicique insidiantur ætati, quæ nondum novit, neque se, neque veram Religionem.

13 *Debitor est*] ὀφείλει, *debet*, hoc est, *reus est*, ac *pœnæ debitor*: quod Lex vetet jurare per nomen Dei. Totus autem hic locus pertinet ad eos, qui, quod caput est omnis religionis, tacent apud populum, si quid minus ad rem pertineat, id inculcant: veluti de potestate Pontificis, de condonationibus, de opinionibus Thomistarum, aut Scotistarum.

14 *Stulti & cæci*] Apud Græcos repetitur & in altero loco, Μωροὶ καὶ τυφλοί.

15 Qui

17 σεν ἄλλα πέντε τάλαντα. Ὡσαύτως καὶ ὁ τὰ δύο, 18 ἐκέρδησε καὶ αὐτὸς ἄλλα δύο. Ὁ δὲ τὸ ἓν λαβὼν, ἀπελθὼν ὤρυξεν ἐν τῇ γῇ, καὶ ἀπέκρυψε τὸ ἀργύριον 19 τοῦ κυρίου αὐτοῦ. Μετὰ δὲ χρόνον πολὺν ἔρχεται ὁ κύριος τῶν δούλων ἐκείνων, καὶ συναίρει μετ᾽ αὐτῶν λό- 20 γον. Καὶ προσελθὼν ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, προσήνεγκεν ἄλλα πέντε τάλαντα, λέγων, Κύριε, πέντε τάλαντά μοι παρέδωκας· ἴδε ἄλλα πέντε τάλαντα 21 ἐκέρδησα ἐπ᾽ αὐτοῖς. Ἔφη δὲ αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ, Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ· ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου. 22 Προσελθὼν δὲ καὶ ὁ τὰ δύο τάλαντα λαβὼν, εἶπε, Κύριε, δύο τάλαντά μοι παρέδωκας· ἴδε ἄλλα δύο 23 τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ᾽ αὐτοῖς. Ἔφη αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ, Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ· ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν 24 τοῦ κυρίου σου. Προσελθὼν δὲ καὶ ὁ τὸ ἓν τάλαντον εἰληφὼς, εἶπε, Κύριε, ἔγνων σε ὅτι σκληρὸς εἶ ἄνθρωπος, θερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρας, καὶ συνάγων ὅθεν οὐ 25 διεσκόρπισας. Καὶ φοβηθεὶς ἀπελθὼν ἔκρυψα τὸ τά- 26 λαντόν σου ἐν τῇ γῇ. ἴδε ἔχεις τὸ σόν. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ κύριος αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ, Πονηρὲ δοῦλε καὶ ὀκνηρὲ, ᾔδεις ὅτι θερίζω ὅπου οὐκ ἔσπειρα, καὶ συνάγω ὅ- 27 θεν οὐ διεσκόρπισα. Ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις, καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ 28 ἐμὸν σὺν τόκῳ. Ἄρατε οὖν ἀπ᾽ αὐτοῦ τὸ τάλαντον, 29 καὶ δότε τῷ ἔχοντι τὰ δέκα τάλαντα. Τῷ γὰρ ἔχοντι παντὶ δοθήσεται, καὶ περισσευθήσεται· ἀπὸ δὲ 30 τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ᾽ αὐτοῦ. Καὶ τὸν ἀχρεῖον δοῦλον ἐκβάλλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. 31 Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ᾽ αὐτοῦ, τότε καθί- 32 σει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ. Καὶ συναχθήσεται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀφοριεῖ αὐτοὺς ἀπ᾽ ἀλλήλων, ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ 33 τῶν ἐρίφων. Καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐ- 34 τοῦ, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων. Τότε ἐρεῖ ὁ Βασιλεὺς τοῖς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ

tere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, 15 quia purgatis exteriorem poculi patinæque partem: cæterum intus 16 plena sunt rapina & intemperantia. Pharisæe cæce, purga prius quod est intra poculum & patinam, ut & exteriores horum partes puræ reddantur. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, 17 quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris quidem apparent speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum omnique spurcitia. Sic & vos foris quidem 18 apparetis hominibus justi, intus autem pleni estis fictione & iniquitate. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, 19 quia ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta justorum: Et dicitis, 20 Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non fuissemus socii eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio estis vobismetipsis, quod filii sitis eorum qui prophetas occiderunt. Vos quoque implete mensuram patrum vestrorum. Serpentes, 21 progenies viperarum, quomodo effugietis judicium gehennæ? Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas, & illorum aliquot occidetis crucifigetisque, & illorum nonnullos flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de civitate in civitatem: Ut veniat super vos omnis sanguis justus, qui effusus est super terram, a sanguine Abel justi usque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam. Hierusalem, Hierusalem, 22 quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos 23 sub alas, & noluistis? 24 Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, haudquaquam me videbitis posthac, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini. Et egressus Jesus discedebat a templo: & accesserunt discipuli ejus, ut ostenderent ei structuras templi. 1 Jesus autem dixit illis, 2 Nonne videtis hæc omnia? Amen

15 *Qui mundatis*] ὅτι καθαρίζετε, id est, *quia mundatis*, consentientibus & nostris emendatioribus, præsertim aureo. Cæterum, *Quod intus est calicis, & quod deforis.* Quæ Græce pure dicuntur, parum munde reddidit Latine, τὸ ἔξωθεν καὶ τὸ ἐντός. Vertere poterat, *exteriorem poculi partem, & id quod intus est.* Nec est,

16 *Pleni estis*] Sed *plena sunt*, γέμουσιν, ut pertineat non ad Pharisæos, sed ad poculum & catinum. Consentiunt Latini codices vetusti cum Græcis exemplaribus. In Constantiensi depravator veram lectionem eraserat. Nam sensus est, *Pocula & patinas Pharisæis foris esse nitidas ac bene lotas: cæterum ipsum vinum ipsosque cibos esse immundos, utpote partos rapinis & fraude:* atque hanc immunditiam præcipue vitandam iis, qui vere mundi videri vellent. Id cum quidam non intelligerent, ἀδικίαν, id est, *injustitiam*, verterunt in *immunditiam.* Quamquam in nonnullis exemplaribus ἀκρασίαν, id est, *intemperantiam*, invenio, quomodo legisse videtur Origenes. Noster Interpres legisse videtur ἀκαθαρσίαν. In summa videtur hic locus apud Chrysostomum & alios Veteres varius habitus fuisse. Augustinus Sermone trigesimo legit, *Pleni estis dolo & rapina*, sed Lucam, opinor, edisserens. Porro παροψὶς Græcis *patella* est, aut *disculus*, quo apponitur cibus aut condimentum. Quandoquidem apud Italos sua cuique patella apponitur, distributo in partes convivio. Parsimonia communem patinam invenit. Legitur & παραψὶς eodem sensu apud Suidam, vocem dictam apparet a rotunditate flexuque.

17 *Quia similes estis*] Germana lectio apud nos durat, haud scio quo casu; cum in *qui mundatis* fuerit depravata in multis. Et, *dealbatis*, est κεκονιασμένοις, id est, *incrustatis*, quod opus albarium dicitur. Incrustantur enim gypso, aut calce. Et,

18 Φαίνεσθε] *Paretis*: cur non potius *apparetis*, sive *videmini*?

19 *Qui ædificatis*] ὅτι οἰκοδομεῖτε, id est, *quia ædificatis.* Ut dissimulem,

20 *Si fuissemus, non essemus*] Pro, *Si fuissemus, non fuissemus*, cum Græcis idem verbum repetatur, ἤμεν, οὐκ ἤμεν, sive, ut in quibusdam est scriptum, ἤμεθα ἤμεθα. Merito movet hoc loco quæstionem Origenes, cur imprecetur hoc nomine, *Væ Pharisæis.* Neque enim ideo sunt exsecrandi quod exstruerent monumenta Prophetarum, neque in hoc quod ab homicidis Prophetarum essent progeniti: cum in altero sit officium, alterum non sit in manu nostra unde nascamur. Verum ideo reprehenduntur, quod ad simulandam sanctimoniam exstruerent monumenta sanctorum, & falso negarent se consensuros fuisse in illorum cædem, si iisdem temporibus vixissent, cum reipsa declararent se crudelius etiam sævituros fuisse in Prophetas, cum ipsum Christum pararent occidere. Addit illud Chrysostomus, illos haudquaquam studio erga Prophetas exstruxisse monumenta illorum, sed ne non exstaret trophæum ac vestigium egregii facinoris a majoribus patrati, atque ita deterrerentur cæteri a libertate reprehendendi. Cæterum de Zacharia filio Barachiæ quæstio est impeditior, neque prorsus adhuc a quoquam explicata. Quidam fabulam adducunt ex apocryphis Libris, fuisse in templo certum locum designatum, ubi inter sacra peragenda consisterent virgines, in eo dum staret Maria mater Jesu, jam autem constabat eam peperisse, nec vulgus intelligebat divinitus concepisse, id populus indigne ferebat. Hic cum a Zacharia patre Joannis defenderetur, per tumultum interfectum fuisse inter ædem posteriorem & altare. Ita ferme Origenes, eadem ferme Hieronymus, nisi quod hic variat, dicens Zachariam patrem Joannis Baptistæ ideo fuisse occisum, quod Christi prædicarit adventum. Alii referunt ad Zachariam Barachiæ filium, qui in duodecim Prophetis habetur undecimus. Verum quamquam in hoc patris nomen consentit, tamen parum est verisimile, quod hujusmodi nihil reperiatur in Historiis divinis de Zacharia Propheta. Ad hæc cum illis temporibus vix exstiterint ullæ templi ruinæ. Tertia opinio propior vero est, ut intelligamus de Zacharia filio Jojadæ, quem, in libris Regum & Paralipomenon, occidit Rex Joas inter aram & templum. Res & nomen convenit, solum patris nomen reclamat, quod is Jojadæ filius scribatur, non Barachiæ. Ex hac postrema difficultate bifariam elabuntur. Hieronymus testatur in Evangelio Nazarenorum, cum hæc refertur historia, Zachariam non Barachiæ dici filium, sed Jojadæ: nimirum innuens in codicibus Librariorum errore pro *Jojada* scriptum *Barachiam.* Chrysostomus aliam aperit fenestram, videlicet, Barachiam binominem, eundem *Jojadam* dictum fuisse.

21. *Genimina viperarum*] γεννήματα, quod superius recte verterat *progenies.*

22. *Quæ occidis prophetas*] ἡ ἀποκτείνουσα. Quoniam participio præsentis temporis est usus, & sermo Christi ad utrumque tempus respicit, accipi potest actus citra temporis certam rationem, perinde quasi dicas, *interfectrix prophetarum*, quæ & occidisti, & occidis, & occisura es. Hoc ideo admonui, quod videam Origenem vehementer torqueri, quo explicet rationem historiæ, cum nusquam legamus Hierosolymis occisos, aut lapidatos Prophetas plures. Opinor & *Hierusalem* nomine, quæ caput erat Judaææ, totam intelligi regionem.

23 *Et sub alas suas*] *Suas* addidit de suo nescio quis. Nam nec apud Græcos est, nec in aureo codice, nec in Constantiensi. Nec est,

24 *Ecce relinquetur*] futuro tempore, sed præsenti, ἀφίεται, id est, *relinquitur*, suffragantibus & vetustis Latinorum exemplaribus.

XXIV.

1 *Ipse autem respondens dixit*] Apud Græcos non est *ipse*, nec *respondens*, nihil enim interrogabant discipuli, sed, *Jesus autem dixit illis.* Nec est,

2 *Videtis hæc*] sed Οὐ βλέπετε ταῦτα. Ita legit & Theophylactus, id est, *Nonne videtis hæc?* Et,

35 ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Ἐπείνασα γάρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, 36 καὶ συνηγάγετέ με· Γυμνός, καὶ περιεβάλετέ με· ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ 37 ἤλθετε πρός με. Τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ οἱ δίκαιοι, λέγοντες, Κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, καὶ ἐθρέ-38 ψαμεν; ἢ διψῶντα, καὶ ἐποτίσαμεν; Πότε δέ σε εἴδομεν ξένον, καὶ συνηγάγομεν; ἢ γυμνόν, καὶ 39 περιεβάλομεν; Πότε δέ σε εἴδομεν ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυ-40 λακῇ, καὶ ἤλθομεν πρός σε; Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Βασιλεὺς ἐρεῖ αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ᾽ ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιή-41 σατε. Τότε ἐρεῖ καὶ τοῖς ἐξ εὐωνύμων, Πορεύεσθε ἀπ᾽ ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμα-42 σμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Ἐπείνασα γάρ, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ 43 ἐποτίσατέ με· Ξένος ἤμην, καὶ οὐ συνηγάγετέ με· γυμνός, καὶ οὐ περιεβάλετέ με· ἀσθενὴς καὶ ἐν φυλα-44 κῇ, καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθέ με. Τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ καὶ αὐτοί, λέγοντες, Κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, ἢ διψῶντα, ἢ ξένον, ἢ γυμνόν, ἢ ἀσθενῆ, 45 ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι; Τότε ἀποκριθήσεται αὐτοῖς, λέγων, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ᾽ ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε. 46 Καὶ ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.

XXVI. 1 (σοδ α) Καὶ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς πάντας τοὺς λόγους τούτους, εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐ-2 τοῦ, Οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ Πάσχα γίνεται, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς τὸ σταυ-3 (σοε ε) ρωθῆναι. Τότε συνήχθησαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ Ἀρ-4 χιερέως τοῦ λεγομένου Καϊάφα. Καὶ συνεβουλεύσαντο 5 ἵνα τὸν Ἰησοῦν κρατήσωσι δόλῳ, καὶ ἀποκτείνωσιν. Ἔλεγον δέ, Μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, ἵνα μὴ θόρυβος γένηται 6 (σοϛ α) ἐν τῷ λαῷ. Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γενομένου ἐν Βηθανίᾳ ἐν οἰ-7 κίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ, Προσῆλθεν αὐτῷ γυνὴ ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα βαρυτίμου, καὶ κατέχεεν ἐπὶ τὴν κε-

A Amen dico vobis, 3 non relinquetur hîc lapis super lapidem, qui non destruetur. 3 Sedente autem eo 4 in monte olivarum, accesserunt ad eum discipuli 5 secreto, dicentes, Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum adventus tui, & consummationis seculi? 4 Et respondens Jesus dixit eis, Videte ne quis vos seducat. 5 Multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus: multosque seducent. 6 Audituri enim estis 6 bella & rumores bellorum: videte ne turbemini. 7 Oportet enim omnia fieri: 8 sed nondum est finis. 7 Consurget enim gens contra gentem, & regnum contra regnum: 9 B & erunt pestilentiæ & fames & terræ motus singulis locis. 8 Hæc autem omnia initia sunt dolorum. 9 Tunc tradent vos in afflictionem, & occident vos, & eritis invisi cunctis gentibus propter nomen meum. 10 Et tunc offendiculum patientur multi, & alius alium invicem tradent, seque odio habebunt invicem. 11 10 Et multi pseudoprophetæ surgent, ac seducent multos. 12 11 Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. 13 Qui autem perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit. 14 Et prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus: 12 & tunc veniet consummatio. 15 C Quum ergo videritis abominationem desolationis, 13 quæ dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto: (qui legit, intelligat) 16 Tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes: 17 14 Qui in tecto, non descendat ut tollat quidquam de domo sua: 18 Et qui in agro, 15 non revertatur 16 ut tollat vestes suas. 19 Væ autem 17 prægnantibus & lactantibus in illis diebus. 20 Orate autem, ut non fiat fuga vestra 18 hyeme, neque sabbato. 21 Erit enim tunc afflictio magna, qualis non fuit ab initio mundi 19 ad hoc usque tempus, 20 neque fiet. (ξβ) 22 21 Et nisi decurtati fuissent dies illi, 22 non fieret salva omnis caro: sed propter electos decurtabuntur dies illi. 23 Tunc si quis vo-

D 3 *Non relinquetur hic lapis*] *Hic* hoc loco adverbium est, ὧδε, id est, *in hac structura.* Siquidem hoc animo discipuli ostendebant structuras templi, ut Christus, commotus operis magnificentia, mutaret sententiam, nec sineret evenire, quod eventurum paulo ante prædixerat: aut certe sentiebant, opus esse majus, aut munitius, quam ut quisquam posset demoliri.

4 *In montem Oliveti*] ἐλαιῶν, id est, *olivarum.* Et mox,

5 *Secreto*] κατ' ἰδίαν, ie est, *seorsim*, sive *privatim*: hoc est, *semotis turbis.* Et aliquanto inferius,

6 *Prælia & opiniones præliorum*] πολέμους καὶ ἀκοὰς πολέμων, id est, *bella & rumores*, sive *famam bellorum.* Siquidem ἀκοὰς ad verbum sonat *auditiones.* Interpres nullum facit discrimen inter *prælium* & *bellum.* Deinde *opinio* nonnunquam pro *fama* reperitur usurpatum, sed cum ad hominem refertur, non cum ad rem. Alioquin *opinio belli* est, quoties putatur esse bellum, cum non sit. Est autem *rumor belli* nonnunquam tristior ipso bello.

E 7 *Oportet enim hæc fieri*] Pro *hæc* Græci legunt τὰ πάντα, id est, *omnia.*

8 *Sed nondum est finis*] Nonnulli codices habebant ἔσται, id est, *erit finis.*

9 *Pestilentiæ & fames*] Jucundam vocum affinitatem Latinus Interpres non potuit reddere in λιμοὶ, & λοιμοὶ, quæ scriptura magis quam pronunciatione discerni possunt. Deinde in tribus dictionibus gratiam habet ὁμοιόπτωτον, λιμοὶ, λοιμοὶ, σεισμοί. Et ad harmoniam facit τὸ ἀσύνδετον. Et,

10 *Pseudopropheta*] Unica dictio est composita, quam vulgus illiteratum dividit, ψευδοπροφῆται. Nec significat Prophetam mendacem, sed qui falso nomine Propheta vocetur, cum non sit: sicut ψευδαπόστολοι, qui sibi vindicant eum titulum falso.

F 11 *Quoniam abundabit iniquitas*] διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν ψυχήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. Verbum infinitum præteriti temporis, quoniam adhæret verbo futuri temporis, transit & ipsum in vim futuri. Quanquam commodius vertisset per participium ad hunc modum, *Multiplicata iniquitate frigescet charitas multorum*, ut locis aliquot citat divus Hieronymus. Nisi quod hic præpositionis vis non redditur, διὰ τὸ, quæ facit ut intelligamus frigus charitatis non aliunde proficisci, quam ex magnitudine iniquitatis.

12 *Et tunc veniet consummatio*] τέλος, quod hactenus vertit *finis.* Et paulo superius & hic addidit articulum, τὸ τέλος, quasi dicas, *ille finis* qui exspectabatur. Facit enim articulus ut certum aliquem finem intelligas.

13 *A Daniele*] διὰ Δανιὴλ, id est, *per Danielem.* Est autem locus apud hunc Prophetam in calce capitis noni: *Consummabit autem pactum multis hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis, & usque ad consummationem & finem perseverabit desolatio.* Porro quod Græcus appellat βδέλυγμα, id est, *abominationem*, sive *exsecrationem*, hoc loco idolum intelligitur, interprete Hieronymo. Idque nonnulli de statua Adriani Cæsaris interpretantur, quæ usque ad ætatem Hieronymi steterit in eo loco, in quo antea fuerat sanctum sanctorum, & ob id addit *desolationis*, quod templum dirutum fuerit. Et nonnulli codices habebant, τὰ ἐκ τῆς οἰκίας, id est, *res domesticas*, sive *supellectilem domesticam.*

14 *In tecto*] ἐπὶ τοῦ δώματος, aut *cœnaculum* intelligit, aut ipsum *tectum*, in quo Veteres inambulabant. Cæterum non est simpliciter,

15 *Non revertatur*] sed μὴ ἐπιστρεψάτω ὀπίσω, id est, *ne redeat retro*, hoc est & Latinius, & apertius, *ne rursum redeat.* Nec est,

16 *Tollere tunicam*] sed τὰ ἱμάτια, id est, *vestimenta*, sive *pallia*, hoc est, *summas vestes.* Quanquam Hilarius legit *tunicam.*

17 *Prægnantibus & nutrientibus*] *Prægnantibus* recte mutavit, & Latinius extulit, quam si Græca ut sunt reddidisset, ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις, id est, *in utero habentibus*, ut alias solet transferre. Cæterum *nutrientibus*, Græce est accommodatius, θηλαζούσαις, *lactantibus*, sive *mamma nutrientibus*, quod θηλὴ *papillam fœmineæ mammæ* significat. Unde Augustinus, edisserens Psalmum trigesimum nonum, *mammantibus* dixit, pro *nutrientibus.* Itidem citat libro de Triade IX. cap. IX. juxta fidem veterum exemplarium manu descriptorum. Nec est,

18 *Hyeme vel sabbato*] sed χειμῶνος μηδὲ ἐν σαββάτῳ, id est, *hyeme neque sabbato.* Hyems ad iter faciendum incommoda est. Et sabbatis nefas erat Judæis iter facere, nisi ad pauca stadia. Sentit enim Christus celerrime ac procul esse fugiendum, ideoque cavendum, ne quid obstet celeritati fugæ. Magna pars Evangelicæ intelligentiæ in tropis est sita.

19 *Usque modo*] μέχρι τοῦ νῦν, id est, *usque ad præsens tempus*, aut quod apertius erat, *usque nunc*, etiamsi parum Latinum & hoc.

20 *Neque fiet*] οὐδὲ οὐ μὴ γένηται, id est, *neque fiat*, ut sit abominantis. Quamquam video illos nonnunquam his verbis abuti pro futuro, si gemina præcedat negatio οὐ μή. Porro congeries trium negationum emphasim habet negandi.

21 *Nisi breviati fuissent*] ἐκολοβώθησαν, id est, *decurtati fuissent*, cum aliquid amputatur ac præciditur. Unde Græcis κολοβῶται dicuntur, qui verba trunca ac dimidiata pronunciant. Nec est,

22 *Fieret salva*] sed οὐκ ἂν ἐσώθη, id est, *nequaquam esset servata*, sive *haudquaquam fuisset incolumis omnis caro.* Ac rursum Hebræorum more *carnem* pro homine posuit, tametsi absolutius quiddam habet *caro*: veluti cum Latini *omnes mortales* pro omnes homines dicunt. Sunt enim *mortales*, qui homines non sunt: & *caro* est, quæ non sit hominis. Illud haud scio, an sit admonendum.

23 Ecce

8 κεφαλὴν αὐτῦ ἀνακειμένυ. Ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτῦ ἠγανάκτησαν, λέγοντες, Εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη; 9 Ἠδύνατο γὰρ τῦτο τὸ μύρον πραθῆναι πολλῦ, καὶ δοθῆναι 10 πτωχοῖς. Γνὺς δὲ ὁ Ἰησῦς εἶπεν αὐτοῖς, Τί κόπυς παρέχετε τῇ γυναικί; ἔργον γὰρ καλὸν εἰργάσατο 11 εἰς ἐμέ. Πάντοτε γὰρ τὺς πτωχὺς ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν· 12 ἐμὲ δὲ ὐ πάντοτε ἔχετε. Βαλῦσα γὰρ αὕτη τὸ μύρον τῦτο ἐπὶ τῦ σώματός μυ, πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι μὲ 13 ἐποίησεν. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅπυ ἐὰν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τῦτο ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, λαληθήσεται καὶ ὃ ἐ-14 ποίησεν αὕτη εἰς μνημόσυνον αὐτῆς. Τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Ἰῦδας Ἰσκαριώτης, πρὸς τὺς 15 Ἀρχιερεῖς, Εἶπε, Τί θέλετέ μοι δῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀρ-16 γύρια. Καὶ ἀπὸ τότε ἐζήτει εὐκαιρίαν ἵνα αὐτὸν πα-17 ραδῷ. Τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησῦ, λέγοντες αὐτῷ, Πῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν 18 σοι φαγεῖν τὸ Πάσχα; Ὁ δὲ εἶπεν, Ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν πρὸς τὸν δεῖνα, καὶ εἴπατε αὐτῷ, Ὁ διδάσκαλος λέγει, Ὁ καιρός μυ ἐγγύς ἐστιν, πρός σε ποιῶ 19 τὸ Πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μυ. Καὶ ἐποίησαν οἱ μαθηταὶ ὡς συνέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησῦς· καὶ ἡτοίμασαν 20 τὸ Πάσχα. Ὀψίας δὲ γενομένης ἀνέκειτο μετὰ τῶν 21 δώδεκα. Καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν, εἶπεν, Ἀμὴν λέγω ὑ-22 μῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. Καὶ λυπύμενοι σφόδρα, ἤρξαντο λέγειν αὐτῷ ἕκαστος αὐτῶν, Μήτι 23 ἐγώ εἰμι, Κύριε; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμῦ ἐν τῷ τρυβλίῳ τὴν χεῖρα, ὗτός με πα-

vobis dixerit, 23 Ecce hîc Christus, aut illic: nolite credere. Surgent enim 24 pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, 24 ita ut in errorem inducantur, 25 si fieri possit, etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, 25 26 Ecce in deserto est: nolite exire: Ecce in penetralibus: nolite credere. 27 Sicut enim fulgur exit ab 27 oriente, & apparet usque in occidentem: ita erit adventus Filii hominis. 28 Ubicunque enim fuerit 28 cadaver, illic congregabuntur & aquilæ. Statim 29 autem post afflictionem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commovebuntur: & tunc apparebit signum Filii hominis in 30 cœlo. Et tunc 29 plangent omnes tribus terræ, & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli 30 cum virtute & gloria multa. 31 Et mittet an- 31 gelos suos 32 cum tubæ voce magna: & congregabunt electos ejus a quatuor ventis, 33 a summis cœlorum usque ad terminos eorum. 34 Ab arbore au- 32 tem fici 35 discite similitudinem: quum jam ramus ejus 36 tener fuerit, & folia fuerint enata, scitis quod prope sit æstas. Ita & vos, quum videritis 33 hæc omnia, 37 scitote quod prope sit 38 in foribus. Amen dico vobis, non præteribit 39 ætas hæc, 40 34 donec omnia ista fiant. Cœlum & terra præteri- 35 bunt, verba autem mea 41 non præteribunt. Cæ- 36 terum de die illo & hora nemo scit, 42 ne angeli qui-

23 *Ecce hic Christus*] *Hic* adverbium esse, non pronomen, ὧδε: & ὁ Χριστὸς, *ille Christus*, ut certum aliquem intelligas. Elegantior autem est sermo, non addito verbo *est*, quod non additur in aureo codice. In Constantiensi quidam interversus adscripserat barbarica manu, *est*. Neque enim significat quemvis unctum e multis, sed unicum illum, qui ab omnibus exspectabatur. Hunc locum enarrans divus Augustinus in Quæstionibus Evangelicis recte quidem interpretatur, his verbis excludi schismata Hæreticorum, sed cavendum est, ne ad nos quoque pertineant, qui nobis Orthodoxi videmur. Audimus Monachos passim clamantes, (de superstitiosis loquor, non de piis) *Ecce Christus hic est*, nec hos tamen inter se consentire. Observantes dicunt, apud Coletas & Conventuales non est Christus, sed hic est. Jacobitæ clamant, *Hic est Christus*, apud Augustinienses non est. Rursus Benedictini clamant, *Hic est Christus*, non apud Mendicantes. Denique clamat hoc genus omne, *Hic est Christus*, apud Sacerdotes, qui cucullam non gestant, Christus non est. Tot undique voces obstrepunt clamantium, *Hic est Christus*. Sed quid ait ipse Christus? *Nolite credere*. Non est divisus Christus, non est in rebus corporalibus. Nusquam non est Christus, ubicumque sunt affectus Christo digni. Vult ille communis esse omnium, qui Sol est mundi. Non dignatur circumscribi loco, non includi titulis humanis, aut cultu, ceremoniisve. Denique non vult ostendi digito, sed affectibus vult exprimi. Hîc denuo testandum est, me non damnare ceremonias, quæ conducunt ad pietatem, dissidium damno & superstitiosam fiduciam, atque utinam eò proficiat omnium pietas, ut hæc mihi sine causa dicta videri queant, aut certe tanto cum fructu dicantur, quam sincero animo dicuntur a nobis.

24 *Pseudochristi*] Unica dictio est, ψευδόχριστοι, ne quis & hanc dirimat, id est, *falso nomine Christi*, quod modo indicavimus. Item illud, ὥστε πλανᾶσθαι, maluissem vertere, *ut fallendi sint*, propter verba futuri temporis, ad quæ referuntur hæc,

25 *Si fieri potest*] εἰ δυνατόν. Cur non potius, *si fieri possit?*

26 *Si in penetralibus*] Græce est ἐν τοῖς ταμείοις, quod ante vertit, *in cubiculis*. Sunt enim ταμεῖα, loca in ædibus abstrusa ac penitiora, in quibus reponimus quæ volumus esse tuta. Unde & a *penitus penu* dictum est.

27 *Sicut fulgur*] ὥσπερ ἀστραπή. Nihil fulgure celerius, & quanquam fulgur non pertingit ab Oriente usque ad Occidentem, tamen nobis ita videtur. Certe brevissimo tempore immensum conficit spatium. De fulgore solis non potest accipi: sol enim paulatim oritur, ejusque adventus diu præsentitur antequam appareat. Denique ἀστραπὴ nihil aliud sonat quam *fulgur*. Neque revera fulgur emicat e cœlo, sed regione nubium: neque Dominus dicit quod fulgur ab Oriente pertingat usque Occasum, sed quod emicans ab Oriente subito appareat in diversa parte cœli. Lucas dicit *emicare de sub cœlo in ea quæ sub cœlo sunt*. Quod si quis dicat Christum non loqui more Poëtarum apparentia, sed vera, dicendum est, ad exprimendum subitum & inexspectatum, sed omnibus conspicuum adventum Christi, satis esse accommodare quod apparet oculis nostris. Tonitru exspectatur viso fulgure, sed quando sit erupturum fulgur, nullo indicio præsentitur, sed antequam exspectes, jam emicuit & abiit.

28 *Ubicunque fuerit corpus*] πτῶμα Græcis est, id est, *cadaver*, illis a πίπτειν dictum, quemadmodum & *cadaver* Latinis a *cadere*. Loquitur enim de corpore animantis mortui. Atque ita frequenter adducit hunc locum Origenes Homilia trigesima. Quanquam Hieronymus frequenter adducens hunc locum, *corpus* legit, non *cadaver*: admonet tamen significantius dici *cadaver*. Chrysostomus Homilia septuagesima *corpus* legit, non *cadaver*, id est, σῶμα, non πτῶμα, si modo non fallit Interpres. Nam Theophylactus πτῶμα legit, non σῶμα. Item qui scripsit Homilias in Lucam, quas habemus Origenis titulo, Homilia decima sexta, *cadaver* legit. Nec addunt Græci conjunctionem, *& aquilæ*, sed οἱ ἀετοί, id est, *aquilæ*. Convolant enim aquilæ, & maxime vultures, ad animantium cadavera.

29 *Plangent*] κόψονται, ut intelligas planctum insanum: qui fit, ubi quis præ doloris impatientia suum ipsius corpus cædit ac lacerat.

30 *Cum virtute multa & majestate*] μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς, id est, *cum potentia & gloria multa*. *Gloriam* certe legit Hieronymus, citans hunc locum in Commentariis Zachariæ. Rursum,

31 *Emittet*] est magis quam *mittet*, ἀποστελεῖ. Nec est,

32 *Cum tuba & voce magna*] sed μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης, id est, *cum tuba vocis magnæ*, ut intelligas tubam vocalem & procul sonantem: aut *cum tuba voce magna*: nam Græcus sermo anceps est.

33 *A summis cœlorum*] ἀπ' ἄκρων ὐρανῶν, id est, *a summis cœlis*, hoc est, *a summis verticibus cœlorum*. Et quod hic vertit, *ad terminos eorum*, Græce est, ἕως ἄκρων αὐτῶν, id est, *usque ad summos eosdem*, sive *usque ad summa eorum*, ut duo summa intelligas, suprema & ima.

34 *Ab arbore fici*] Græce est ἀπὸ τῆς συκῆς, *a ficu*. Sed quoniam vox Latina est anceps, bene reddidit periphrasi. Et mox,

35 *Discite parabolam*] Hîc certe magis conveniebat Latine loqui, *Discite similitudinem*, sive *collationem*, ne quis somniet ficum parabolas dicere.

36 *Tener fuerit*] Gemmam sentit in surculis, unde erumpunt frondes. Nec est *nata*, sed *enata*, ἐκφυῇ.

37 *Et scitote*] γινώσκετε. Anceps verbum est, quod modo vertit *scitis*. Ut omittam quod ὅτι transtulit *quia*, non suo loco. Et,

38 *In januis*] Rectius erat, *in foribus*, sive *ad fores*. Est enim sermo proverbialis, quo significamus aliquid esse in proximo.

39 *Generatio hæc*] ἡ γενεὰ αὕτη. Illud obiter annotandum, γενεὰν apud Græcos aliquoties accipi, non pro ipsa *natione*, seu *gente*, sed pro eo, quod Latini nunc *ætatem* vocant, nunc *memoriam*, nonnunquam & *seculum*. Unde Nestor τρεῖς γενεὰς vixisse legitur, quod tres hominum ætates duraverat. Ad eum modum videtur hoc accipi loco.

40 *Donec omnia fiant*] ταῦτα πάντα, id est, *hæc omnia*.

41 *Non præteribunt*] παρέλθωσιν. Et paulo superius, ὐ μὴ παρέλθῃ. Abuti videtur his verbis, præsertim cum his vocibus ὐ μή: alioqui magis sonat, *non prætereant*, sive *præterire non possint*, δυνητικῶς.

42 *Nec angeli cœlorum*] Expressius erat, *ne angeli quidem*. Cæterum in Marco additum est, μηδὲ ὁ Υἱὸς, id est, *neque Filius*. Et fatetur divus Hieronymus hoc adscriptum fuisse etiam apud Matthæum in nonnullis Latinis codicibus, in Græcis non haberi, præsertim in exemplaribus Adamantii ac Pierii. Atqui ex Homiliis Origenis, quas scripsit in Matthæum, apparet illum addidisse Filium, cujus hæc sunt verba: *Qui non cognoverunt de die illo & hora, neque angeli cœlorum, neque Filius. Præparat enim Filius scientiam diei illius & horæ cohæredibus promissionis illius, ex quo se ipsum exinanivit*. Ac paulo post: *Et præparans omnem quem vult scire illum diem & horam cum sanctis angelis, & cum ipso Domino nostro Jesu Christo*. Ad eundem modum legit Augustinus in Homiliis, quas edidit in Matthæum, Serm. xxi.

24 παραδώσει. Ὁ μὲν Υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ ὑπάγει, καθὼς σπβ ϛ γέγραπται περὶ αὐτῦ· ὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' ὖ ὁ Υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ παραδίδοται· καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ σπγ 1 25 ὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος. Ἀποκριθεὶς δὲ Ἰύδας, ὁ παραδιδὺς αὐτὸν, εἶπε, Μήτι ἐγώ εἰμι, Ῥαββί; σπγα 26 Λέγει αὐτῷ, Σὺ εἶπας. Ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησῦς τὸν ἄρτον, καὶ εὐλογήσας, ἔκλασε, καὶ ἐδίδυ τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἶπε, Λάβετε, φάγετε· τῦτό ἐςι σπεβ 27 τὸ σῶμά μυ. Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, καὶ εὐχαριςήσας, ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων, Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες· 28 Τοῦτο γάρ ἐςι τὸ αἷμά μυ, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, σπϛϛ 29 τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπ' ἄρτι ἐκ τούτυ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλυ, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πα- 30 τρός μυ. Καὶ ὑμνήσαντες, ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν σπζδ 31 ἐλαιῶν. Τότε λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Πάντες ὑμεῖς σπη ϛ σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ· γέγραπται γὰρ, Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπι- 32 σθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. Μετὰ δὲ τὸ ἐγερ- σπθα 33 θῆναί με, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ, Εἰ καὶ πάντες σκανδαλισθήσονται ἐν σοὶ, ἐγὼ οὐδέποτε σκανδαλισθήσομαι. 34 Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. σγ ϛ 35 Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος, Κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι. Ὁμοίως καὶ πάντες οἱ μαθηταὶ εἶπον. σγᾱα 36 Τότε ἔρχεται μετ' αὐτῶν ὁ Ἰησοῦς εἰς χωρίον λεγόμενον Γεθσημανῆ· καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς, σγβ ϛ Καθίσατε αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀπελθὼν προσεύξωμαι ἐκεῖ. Καὶ

XXI. nec legit solum, verum etiam interpretatur. Cumque hoc Hilarius, cum ait in expositione Canonis, *dicens diem illum omnibus esse incognitum, & non solum angelis, sed etiam Filio ignoratum.* Legit & interpretatur eodem modo Chrysostomus. Apud Theophylactum in contextu quidem nescio quo casu non additur, quum interpretetur particulam de Filio. Denique & Hieronymus ipse in progressu enarrationis sequitur hanc lectionem. Et cum Marcus ἐπιτομὴν scripserit Matthæi, consentaneum est illum non hoc addidisse de suo. Proinde suspicor hoc à nonnullis subtractum, ne Arianis esset ansa confirmandi Filium esse Patre minorem, qui nobiscum aliquid ignoraret. Verum erat igitur ex Marco item eradendum, ubi plane legitur. Neque convenit hac via tollere occasiones Hæreticorum, alioqui bona pars Evangeliorum foret eradenda. Et in primis illud, *Pater major me est.* Interpretatione medendum erat huic malo, non rasura, calamo, non scalpello.

43 *Sicut autem in diebus Noë*] Etiamsi nihil refert ad sensum, tamen non est, *in diebus Noë*, sed ὥσπερ αἱ ἡμέραι τῦ Νῶε, id est, *sicut dies illi Noë, sic erit*, &c.

44 *Nubentes & nuptui tradentes*] γαμοῦντες καὶ ἐκγαμίζοντες. Rursum, *nubentes* accommodavit viris. Dicere poterat, *ducentes uxores, & nuptum dantes*, ut alterum ad viros pertineat, seu magis ad utrosque, sponsum ac sponsam: alterum ad soceros & socrus.

45 *Unus assumetur*] Latinius, *unus & unus*, vertisset in *unus & alter*, aut in *alter & alter*. Deinde Librarius, opinor, mutavit tempus verborum. Nam Græcis est, ἀφίεται & παραλαμβάνεται, id est, *relinquitur & assumitur*. Nec est otiosa temporis catachresis. Indicat enim rem mox ac certo futuram. Quandoquidem Christus voluit suos in hac esse opinione, ut extremum illum judicii diem semper exspectarent parati, ceu mox venturum, non quod vellet eos errare, sed quod vere mox venit, etiam quod post aliquot annorum millia venit, si quis æternitatem contempletur. Et quod certo scitur esse venturum, nec scitur quando, semper velut instet exspectatur. Atque in hac opinione fuisse videmus Petrum, Paulum, Hieronymum, Gregorium, cumque his innumeros alios. *Duo in lecto, unus assumetur, & unus relinquetur.* Hanc particulam hoc loco non addunt Græci codices. Nec apud Theophylactum, vel legitur, vel exponitur. Chrysostomus tamen exponit, nescio an aliunde adscitum. Videtur huc adscriptum ex Lucæ cap. XVII. Græcæ lectioni suffragabantur duo codices, divi Donatiani, & Constantiensis. Nec est,

46 *Si sciret*] sed εἰ ᾔδει, id est, *si scisset.*

47 *Qua hora fur venturus esset*] Nonnulli Græci codices scriptum habebant, ποίᾳ φυλακῇ, id est, *qua custodia.* Atque ita legit Origenes in Homiliis. Porro *custodiam* vocavit tempus excubiarum. Veteres enim noctem in aliquot excubias dividebant, quas alicubi *vigilias* vocat. Ponit enim duas personas, patremfamilias excubantem, & furem insidiantem. Nec est,

48 *Sineret*] sed εἴασε, id est, *passus fuisset*, aut *sivisset.* Fingit enim alicui parum vigilanti domum perfossam a furibus, non id passuro, si scisset tempus nocturnum quo fures essent aggressuri. Porro *furem* vult intelligi diem illum extremum, *patremfamilias* unumquemlibet nostrum. Ergo cum ille veluti fur obrepere tentet, & incertum sit quo tempore, nobis videlicet jugiter est excubandum, ne dormitantes opprimat. Unde miror Hilarium furem hunc interpretari diabolum, licet auctorem sequutus sit Origenem, sed sæpe coactius enarrantem Sacras Litteras.

quidem cœlorum, nisi Pater meus solus. 43 Sed sic- 37 ut erant dies Noe, ita erit & adventus Filii hominis. Sicut enim erant in diebus, qui præcesserunt 38 diluvium, edentes & bibentes, 44 contrahentes matrimonium & nuptum dantes, usque ad eum diem quo intravit Noe in arcam: Et non cognoverunt, 39 donec venisset diluvium, & sustulisset universos: ita erit & adventus Filii hominis. Tunc duo erunt 40 in agro: 45 unus assumitur, & alter relinquitur. Duæ molentes in mola: una assumitur, & altera 41 relinquitur. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora 42 dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, 46 43 si scisset paterfamilias, 47 qua hora fur venturus fuisset, vigilasset utique, & non 48 sivisset perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati: 49 quia 44 qua hora non putatis, ea Filius hominis venturus est. 50 Quisnam est fidelis servus & prudens, 51 45 quem præfecit dominus 52 famulitio suo, ut det illis cibum in tempore? Beatus servus ille, quem, 46 quum venerit dominus ejus, 53 invenerit sic facientem. Amen dico vobis, 54 super omnia bona sua 47 constituet eum. Quod si dixerit servus ille malus in 48 corde suo, 55 Cunctatur dominus meus venire: Cœ- 49 peritque percutere conservos, 56 imo edere & bibere cum ebriis. Veniet dominus servi illius 57 in 50 die quo non exspectat, & hora qua ignorat: 58 Et 51 dissecabit eum, partemque ejus ponet cum hypocritis: illic erit ploratus & stridor dentium. Tunc XXV. 1 simile fiet regnum cœlorum decem virginibus, quæ sumptis lampadibus suis exierunt 1 in occursum spon-

Nihil enim est quod nos offendat dissimilitudo rerum, aut personarum collatarum. Satis est in hoc constare similitudinem, ad quod adhibetur. Fur non exspectatus obrepit: eaque res facit, ut semper vigilet paterfamilias: ita dies ille inopinantes opprimet, ni semper excubuerimus.

49 *Quia nescitis qua hora venturus sit Filius hominis*] Græci sic habent, ὅτι ᾗ ὥρᾳ ὐ δοκεῖτε, Υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ ἔρχεται, id est, *quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.* Ita legit Chrysostomus, vel hujus Interpres, etiamsi secus legit Theophylactus, quem Græcum habebamus.

50 *Quis putas*] τίς ἄρα, id est, *quisnam.* Nam ita mavult Valla.

51 *Quem constituet*] κατέςησεν, *constituit*, præteriti temporis est. Ponit enim quod acciderit ad similitudinem.

52 *Familiam suam*] θεραπείας, id est, *famulitium*, ut intelligatur eum præfectum famulis. Ut dissimulem, quod,

53 Εὑρήσει] rectius vertisset *offenderit*, sive *repererit*, quam *invenerit.*

54 *Super omnia bona*] ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχυσιν αὐτῦ, id est, *super omnes res suas*: sive, ut alicubi citat Hieronymus, *super universam substantiam*: propius accedens ad Græcum sermonem exprimendum. Etiamsi non male vertit Interpres.

55 *Moram facit dominus meus venire*] χρονίζει ἐλθεῖν, id est, *cunctatur redire*, sive *differt reditum.* Nec additur *suos*, sed tantum est, *conservos.*

56 *Manducet autem & bibat*] ἐσθίειν τε καὶ πίειν, id est, *edereque & bibere*, ut pendeat a verbo *incipiet.* Quanquam in nonnullis est ἐσθίειν δὲ, id est, *edere vero.*

57 *Qua non sperat*] ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ὐ προσδοκᾷ, id est, *in die quo non exspectat.* Mirum autem cur hîc Interpretem delectarit ἀκυρολογία, qui *sperare* maluerit, quam *exspectare*, cum Græce sit *exspectare.*

58 *Et dividet eum*] καὶ διχοτομήσει, id est, *dissecabit*: a δίχα τέμνειν, id est, *in duas dissecare partes.*

XXV 1 Obviam *sponso & sponsæ*] *Et sponsæ*, non additur in Græcis codicibus. Nec apud Chrysostomum aut Hilarium ulla fit *sponsæ* mentio, apud Chrysostomum Homilia septuagesima nona, qua locum hunc edisserit: ac ne in contextu quidem, qui præferri solet, nec in tota enarratione, *sponsa* nominatur, quod attinet ad occursum: quemadmodum nec apud Theophylactum. Quanquam apud Origenem Homilia trigesima secunda, in titulo Historiæ Evangelicæ, nescio quis adjecit, cum ipse differens nullam *sponsæ* faciat mentionem: aut potius sic facit mentionem, ut declaret, se *sponso* tantum legisse, non *sponso & sponsæ.* Sic enim exponit: *Omnes isti sensus lampadas suas accipiunt, id est, organa sua naturalia, sive secundum verbum Dei uti volentes, sive & contra voluntatem Dei, tamen accipiunt eas, quando recipiunt sponsum esse Ecclesiæ, verbum Dei, & Filium Dei. Et egrediuntur de mundo, & de erroribus Deorum multorum; & veniunt obviam Salvatori, qui semper paratus est venire ad virgines eas, ut simul ingrediatur cum dignis earum ad beatum sponsam Ecclesiam.* Hactenus Origenes. Ex his liquet obviam iri sponso eunti ad sponsam, ut illum deducant in ædes sponsæ. Nam sponsa domi sedet, sponsum operiens. Non prodit foras, velut avida viri. Item in cæteris. Cum repetitur de mora sponsi, de clamore coorto, *Ecce sponsus venit*, de sponsa siletur. Tantum uno loco videtur Origenes *occursum* & ad sponsam referre, cum ait, *oportere obviam ire sponso verbo, & Ecclesia immaculata.* Atqui ubi de clamore dicitur, quo omnes vocantur

37 Καὶ παραλαβὼν τὸν Πέτρον καὶ τοὺς δύο υἱοὺς Ζεβεδαίȣ, ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. 38 Τότε λέγει αὐτοῖς, Περίλυπός ἐςιν ἡ ψυχή μȣ ἕως θανάτȣ· μείνατε ὧδε, καὶ γρηγορεῖτε μετ' ἐμȣ̃. 39 Καὶ προελθὼν μικρὸν, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτȣ̃, προσευχόμενος, καὶ λέγων, Πάτερ μȣ, εἰ δυνατόν ἐςι, παρελθέτω ἀπ' ἐμȣ̃ τὸ ποτήριον τȣ̃το· πλὴν ȣ̓χ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. 40 Καὶ ἔρχεται πρὸς τȣ̀ς μαθητὰς, καὶ εὑρίσκει αὐτȣ̀ς καθεύδοντας· καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ, Οὕτως ȣ̓κ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμȣ̃; 41 Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν· τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. 42 Πάλιν ἐκ δευτέρȣ ἀπελθὼν προσηύξατο, λέγων, Πάτερ μȣ, εἰ ȣ̓ δύναται τȣ̃το τὸ ποτήριον παρελθεῖν ἀπ' ἐμȣ̃, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σȣ. 43 Καὶ ἐλθὼν εὑρίσκει αὐτȣ̀ς πάλιν καθεύδοντας· ἦσαν γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι. 44 Καὶ ἀφεὶς αὐτȣ̀ς, ἀπελθὼν πάλιν, προσηύξατο ἐκ τρίτȣ, τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών. 45 Τότε ἔρχεται πρὸς τȣ̀ς μαθητὰς αὐτȣ̃, καὶ λέγει αὐτοῖς, Καθεύδετε τὸ λοιπὸν, καὶ ἀναπαύεσθε· ἰδȣ̀, ἤγγικεν ἡ ὥρα, καὶ ὁ Υἱὸς τȣ̃ ἀνθρώπȣ παραδίδοται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν. 46 Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδȣ̀, ἤγγικεν ὁ παραδιδȣ̀ς με. 47 Καὶ ἔτι αὐτȣ̃ λαλȣ̃ντος, ἰδȣ̀ Ἰȣ́δας, εἷς τῶν δώδεκα, ἦλθε, καὶ μετ' αὐτȣ̃ ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, ἀπὸ τῶν Ἀρχιερέων καὶ Πρεσβυτέρων τȣ̃ λαȣ̃. 48 Ὁ δὲ παραδιδȣ̀ς αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον, λέγων, Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐςι· κρατήσατε αὐτόν. 49 Καὶ εὐθέως προσελθὼν τῷ Ἰησȣ̃, εἶπε, Χαῖρε Ῥαββί· καὶ κατεφίλησεν αὐτόν. 50 Ὁ δὲ Ἰησȣ̃ς εἶπεν αὐτῷ, Ἑταῖρε ἐφ' ᾧ πάρει; Τότε προσελθόντες ἐπέβαλον τὰς χεῖρας ἐπὶ τὸν Ἰησȣ̃ν, καὶ ἐκράτησαν αὐτόν. 51 Καὶ ἰδȣ̀, εἷς τῶν μετὰ Ἰησȣ̃, ἐκτείνας τὴν

cantur ad occursus officium, constat nullam fieri *sponsæ* mentionem. Ait enim, *Ecce sponsus venit, exite obviam ei.* Nec statim consequens est, si enarratio facit mentionem *sponsæ*, ab Evangelista *sponsam* expressam esse. In relativis enim alterum ex altero intelligitur. Nemo potest sponsum animo concipere, nisi simul & sponsam cogitet. Hac ratione solvi poterat, quod Hilarius *sponsæ* meminit, in una persona Christi sponsum & sponsam interpretans, ut sponsum accipiamus naturam divinam, sponsam humanam, nisi ipse Hilarius indicasset se legisse *sponso* & *sponsæ*, his verbis: *Denique tuba excitante sponso tantum obviam proditur. Erant enim jam ambo unum, quia in gloriam spiritualem carnis humilitas excesserit.* Ex his verbis apparet Hilarium priore loco legisse, *sponso* & *sponsæ*, posteriore *sponso* tantum. Nec Hieronymus in hujus loci Commentario ullam facit *sponsæ* mentionem. Quanquam hac de re non est, quod quisquam contendat. Quod si quis alicubi repererit additum *sponsam*, intelligat & sponsam aliquousque sponso occurrere, ut sponsi comites recte dicantur utrique occurrisse. Sponsus Christus est, & huc spectat tota parabola, ut illi jam advenienti fide ac piis factis obviam eamus. Ad sponsam nulla parabolæ pars pertinet: imo illi ipsi qui bene occurrunt, sponsa sunt, etiamsi me non fugit, apud Augustinum addi *sponsæ* mentionem, Epistola centesima vigesima. At rursum Sermone de verbis Domini ex Matthæo vigesimo secundo, locum hunc edisserens, nec legit, nec enarrat *sponsæ* vocabulum.

2 *Non sumpserunt*] ἔλαβον. Aptius erat *sumpserant*. In his enim præterito imperfecto aut secundo indefinito, vice præteriti plusquam perfecti, abutimur.

3 *Ne forte non sufficiat*] μήποτε, id est, *ne non sufficiat*: aut si mavis exprimere conjunctionem expletivam, *ne quando non sufficiat*. Nec est simpliciter,

4 *Emite vobis*] Sed ἀγοράσατε ἑαυταῖς, id est, *emite vobis ipsis*. Est autem inabsoluta oratio, ni subaudias, *timemus*, aut *periculum est*, aut *non faciemus*. Intelligitur enim id, quod non explicatur, prudentes virgines negasse illis oleum. Nec est,

5 *Dum irent emere*] Sed ἀπερχομένων δὲ αὐτῶν ἀγοράσαι, id est, *abeuntibus autem illis ad emendum, venit sponsus*, &c.

6 *Novissime*] Ὕστερον, id est, *Deinde*, sive *Posterius*. Quod ut alias tolerabile sit, hîc certe non quadrabat, cum de duobus virginum ordinibus loquatur. *Verò* non additur nec apud Græcos, nec in codice aureo, ne in Constantiensi quidem, nisi quod hîc quoque quidam diversa manu adjecerat *vero*.

7 *Vigilate itaque*] Quidam addunt, *& orate*, quod nec in Græcis invenitur, nec in nostris emendatioribus. Imo totam hanc particulam nec legit nec attingit enarrans Theophylactus, quemadmodum nec Origenes, nec Hilarius: tametsi Hieronymus & legit & interpretatur non indiligenter. Similiter & Chrysostomus. Si adjectitia est, adscripta videri potest ex Marci cap. XIII.

8 *Quia nescitis diem neque horam*] Hoc loco repetunt Græci codices, quod superius addebatur, *in qua Filius hominis veniet*, ἐν ᾗ ὁ Υἱὸς τȣ̃ ἀνθρώπȣ ἔρχεται.

9 *Bona sua*] τὰ ὑπάρχοντα, *facultates suas*, sive *substantiam suam*, uti superius admonuimus.

10 *Propriam virtutem*] δύναμιν, id est, *facultatem*, sive *potestatem*: ut ad vires, non ad probitatem pertineat.

11 *Et lucratus est*] καὶ ἐποίησε, id est, *fecit* sive *confecit*. Et Latinius,

sponso. 2 Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. 3 Quæ erant fatuæ, acceptis lampadibus suis, [2] non sumpserant oleum secum. 4 Prudentes vero sumpserant oleum in vasis suis una cum lampadibus. 5 Tardante vero sponso, dormitaverunt omnes, ac dormierunt. 6 Porro medio noctis clamor factus est, Ecce sponsus venit, exite obviam ei. 7 Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & paraverunt lampades suas. 8 Fatuæ autem prudentibus dixerunt, Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ exstinguuntur. 9 At responderunt prudentes, Nequaquam, [3] ne non sufficiat nobis & vobis: sed ite potius ad eos qui vendunt, [4] & emite vobis ipsis. 10 Porro [5] dum irent emptum, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, clausaque est janua. 11 [6] Postea vero veniunt & reliquæ virgines, dicentes, Domine, Domine, aperi nobis. 12 At ille respondens ait, Amen dico vobis, non novi vos. 13 [7] Vigilate itaque, [8] quia nescitis diem neque horam in qua Filius hominis veniet. 14 Sicut enim homo quidam peregre proficiscens, vocavit servos suos, & tradidit illis [9] bona sua: 15 Et huic quidem dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum: unicuique secundum [10] propriam facultatem: & profectus est statim. 16 Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & negotiatus est per ea, [11] & confecit altera quinque talenta. 17 Similiter & qui duo acceperat, lucratus est & ipse [12] altera duo. 18 Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. 19 Post multum vero temporis [13] venit dominus servorum illorum, [14] & ponit rationem cum eis. 20 Et accedens is qui quinque talenta acceperat, [15] attulit altera quinque talenta, dicens, Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce altera quinque talenta [16] lucratus sum per ea. 21 Ait illi dominus ejus, [17] Euge serve bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. 22 Accedens autem & qui duo talenta acceperat, ait, Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucrata sum per ea. 23 Ait illi dominus ejus, Euge serve bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. 24 Accedens autem & qui unum talentum acceperat, ait, Domine, noveram te quod homo durus sis, metens ubi non seminasti, & inde [18] congregans ubi non sparsisti: 25 ac territus abii, abscondique talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum est. 26 Respondens autem dominus ejus dixit ei, Serve male & piger, sciebas quod [19] metam ubi non seminavi, & congregem illinc ubi non sparsi: 27 Oportuit ergo te [20] committere pecuniam meam mensariis, & veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura. 28 Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. 29 Omni enim habenti dabitur, & abundabit. Qui vero non habet, [21] etiam

12 *Altera duo*] quam *alia duo*.

13 *Venit, & posuit*] Utrumque præsentis est temporis, ἔρχεται, καὶ συναίρει, id est, *venit, & subducit*, sive *ponit*. Ac paulo post,

14 Προσήνεγκεν] Id est, *attulit* potius quam *tulit*.

15 *Superlucratus sum*] ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς, id est, *lucratus sum supra*, sive *ultra ea*: quod idem & postea simili modo repetitur. Certe *lucratus sum* habebat codex aureus. Quidam codices pro ἐπ' αὐτοῖς habebant ἐν αὐτοῖς, id est, *in illis*, Hebraico more, pro eo quod est, *per illa*.

16 *Euge serve*] Εὖ δȣ̃λε, id est, *Bene*, seu *Recte serve*. Vox est collaudantis & applaudentis ei qui functus officio. Licet idem polleat *euge*, εὖγε, *bene sane*.

17 *Congregans ubi non sparsisti*] καὶ συνάγων ὅθεν ȣ̓ διεσκόρπισας, id est, *congregans inde ubi non sparsisti*.

18 *Meto ubi non semino*] θερίζω ὅπȣ ȣ̓κ ἔσπειρα, id est, *meto ubi non seminavi*: præsertim quum sequatur, *& congrego ubi non sparsi*. Ac paulo ante servus ita loquitur, *Metis ubi non seminasti*, quæ verba dominus retorquet in famulum. Nec est,

19 *Pecuniam*] Græce, sed ἀργύριον, id est, *argentum*. Quam vocem divus Hieronymus ad mysterium accommodat, etiamsi Græcis nonnunquam pro *pecunia* usurpatur, sed *argentea*, per synecdochen, quemadmodum pro *gladio* dicimus *ferrum*.

20 *Committere pecuniam meam*] *Committere* non est hîc *credere*, sed βαλεῖν, hoc est, *deponere*. Quanquam sensum bene reddidit Interpres. Ac *mittere* comperi scriptum in codice aureo. In codice Constantiensi rasuræ vestigium testabatur scriptum fuisse

 mit-

τὴν χεῖρα, ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν αὐτȣ̃· καὶ πατάξας τὸν δȣ̃λον τȣ̃ Ἀρχιερέως, ἀφεῖλεν αὐτȣ̃ τὸ ὠτίον. 52 Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησȣ̃ς, Ἀπόςρεψόν σȣ τὴν μάχαιραν εἰς τὸν τόπον αὐτῆς· πάντες γὰρ οἱ λαβόντες μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀπολȣ̃νται. 53 Ἢ δοκεῖς ὅτι ȣ̓ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν Πατέρα μȣ, καὶ παραςήσει μοι πλείȣς ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων; 54 Πῶς ȣ̃ν πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ, ὅτι ȣ̃τω δεῖ γενέσθαι; 55 Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ εἶπεν ὁ Ἰησȣ̃ς τοῖς ὄχλοις, Ὡς ἐπὶ λῃςὴν ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με· καθ᾽ ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ ȣ̓κ ἐκρατήσατέ με. 56 Τȣ̃το δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ τῶν προφητῶν. Τότε οἱ μαθηταὶ πάντες ἀφέντες αὐτὸν ἔφυγον. 57 Οἱ δὲ κρατήσαντες τὸν Ἰησȣ̃ν ἀπήγαγον πρὸς Καϊάφαν τὸν Ἀρχιερέα, ὅπȣ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Πρεσβύτεροι συνήχθησαν. 58 Ὁ δὲ Πέτρος ἠκολȣ́θει αὐτῷ ἀπὸ μακρόθεν ἕως τῆς αὐλῆς τȣ̃ Ἀρχιερέως· καὶ εἰσελθὼν ἔσω, ἐκάθητο μετὰ τῶν ὑπηρετῶν, ἰδεῖν τὸ τέλος. 59 Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Πρεσβύτεροι καὶ τὸ συνέδριον ὅλον ἐζήτȣν ψευδομαρτυρίαν κατὰ τȣ̃ Ἰησȣ̃, ὅπως αὐτὸν θανατώσωσι. 60 Καὶ ȣ̓χ εὗρον· καὶ πολλῶν ψευδομαρτύρων προσελθόντων, ȣ̓χ εὗρον. 61 Ὕςερον δὲ προσελθόντες δύο ψευδομάρτυρες, Εἶπον, Οὗτος ἔφη, Δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τȣ̃ Θεȣ̃, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν. 62 Καὶ ἀναςὰς ὁ Ἀρχιερεὺς εἶπεν αὐτῷ, Οὐδὲν ἀποκρίνῃ; Τί ȣ̃τοί σȣ καταμαρτυρȣ̃σιν; 63 Ὁ δὲ Ἰησȣ̃ς ἐσιώπα. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἀρχιερεὺς εἶπεν αὐτῷ, Ἐξορκίζω σε κατὰ τȣ̃ Θεȣ̃ τȣ̃ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς, εἰ σὺ εἶ ὁ Χριςὸς ὁ Υἱὸς τȣ̃ Θεȣ̃. 64 Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησȣ̃ς, Σὺ εἶπας. Πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπ᾽ ἄρτι ὄψεσθε τὸν Υἱὸν τȣ̃ ἀνθρώπȣ καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τȣ̃ οὐρανοῦ. 65 Τότε ὁ Ἀρχιερεὺς διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, λέγων, Ὅτι ἐβλασφήμησε· τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων; Ἴδε νῦν ἠκούσατε τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ. 66 Τί ὑμῖν δοκεῖ; Οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπον, Ἔνοχος θανάτȣ ἐςί. 67 Τότε ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἐκολάφισαν αὐτόν· οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν, 68 Λέγοντες, Προφήτευσον ἡμῖν Χριςὲ, τίς ἐςιν ὁ παίσας σε; 69 Ὁ δὲ Πέτρος ἔξω ἐκάθητο ἐν τῇ αὐλῇ· καὶ προσῆλθεν αὐτῷ μία παιδίσκη, λέγȣσα, Καὶ σὺ ἦσθα

21 etiam id quod habet auferetur ab eo. Et inutilem servum ejicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium. Quum autem venerit Filius hominis in gloria sua, & omnes sancti angeli cum eo, tunc sedebit super sedem 22 gloriæ suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, 23 & separabit eos, alteros ab alteris, sicut pastor segregat oves ab hœdis: Statuet oves quidem a dextris suis, hœdos autem a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris sibi erunt, Venite benedicti Patris mei, possidete regnum paratum vobis ab exordio mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi edere. Sitivi, & dedistis mihi bibere. Hospes eram, 24 & collegistis me. Nudus, & operuistis me. Infirmus, & visitastis me. In carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei justi, dicentes, Domine, quando te vidimus esurientem, & pavimus? aut sitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens rex dicit illis, Amen dico vobis, quatenus fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. 25 Tunc dicet & his qui a sinistris erunt, Discedite a me 26 maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus. Esurivi enim, & non dedistis mihi cibum. Sitivi, & non dedistis mihi potum. Hospes eram, & non collegistis me. Nudus, & non operuistis me. Infirmus, & in carcere eram, & non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes, Domine, quando te vidimus esurientem, 27 aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens, Amen dico vobis, quatenus non fecistis uni de 28 minimis his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternum, justi vero in vitam æternam.

XXVI. Et factum est quum consummasset Jesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quod post biduum 1 Pascha fit, & Filius hominis traditur ut crucifigatur. Tunc congregati sunt principes Sacerdotum & Scribæ & Seniores populi in atrium principis Sacerdotum, qui dicebatur 2 Cajaphas: Et consilium inierunt, ut Jesum dolo caperent, & occiderent. Dicebant autem, Non in die festo, 3 ne tumultus fiat in populo. Quum autem Jesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi, Accessit ad eum mulier habens 4 alabastrum unguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli indignati sunt, dicentes, 5 Ad quid perditio hæc? Potuit enim istud unguentum venundari 6 magno, & dari pauperibus. Eo autem cognito, Jesus ait illis, 7 Quid molesti estis mulieri? 8 Opus enim bonum operata est erga me. Nam semper pauperes habetis vobiscum, 9 me vero non semper habetis. 10 Quod enim hæc unguentum hoc misit super corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, 11 hoc quoque quod hæc fecit narrabitur 12 in memoriam ipsius. Tunc abiit unus de

mittere. Καταβαλεῖν Græcis dicuntur, qui præsentem numerant pecuniam, & crumena βαλάντιον dicta videtur, quod in eam mittatur pecunia.

21 *Et quod videtur habere*] καὶ ὃ ἔχει, id est, *& quod habet.* Atque ita legit & Hilarius, unde apparet ex altero Evangelista huc transscriptum, quod absurdum videbatur tollere quidquam ab eo, qui nihil habeat.

22 *Majestatis suæ*] δόξης, id est, *gloriæ.* Nam ita frequenter gaudet vertere.

23 *Et separabit eos ab invicem*] Cum præcesserit *gentes*, tamen mutato genere subjecit *eos*, quod tamen Interpreti non potest imputari, cum sic habeatur in Græco. Verum *ab invicem* Latinius certe reddi poterat, *separabit eos, alios ab aliis,* sive *alteros ab alteris:* cum de duobus loquatur ordinibus, altero piorum, altero impiorum. Porro,

24 Συνηγάγετε] belle vertit *collegistis*, pro *hospitio excepistis hospitem & errantem.*

25 *Tunc dicet rex & his qui a sinistris*] *Rex* nec additur apud Græcos, nec in aureo Codice.

26 *Maledicti*] κατηραμένοι, id est, *exsecrati*, sive *devoti.*

27 *Sitientem*] ἢ διψῶντα, id est, *aut sitientem:* consentientibus & antiquis Latinorum codicibus.

28 *Fratribus meis minimis*] ἐλαχίςων. Mirum quid Interpreti venerit in mentem, ut eandem vocem paulo post verteret per comparativum *minoribus*, cum de eisdem loquatur. Et tamen ex hoc loco, puto, sibi cognomen *Minorum* sumpserunt quidam Franciscanæ familiæ.

XXVI. 1 *Pascha fiet*] γίνεται, καὶ παραδίδοται, id est, *fit, & traditur.* Utrumque Græcis præsentis est temporis.

2 *Cajaphas*] Græci scribunt Καϊάφας, id est, *Caïaphas*, quatuor syllabis.

3 *Ne forte tumultus fieret*] ἵνα μὴ θόρυβος γίνηται, id est, *ne tumultus fiat*, ut referatur ad personam Pharisæorum, his verbis inter se consultantium, *ne quid tentemus in die festo, ne tumultus oriatur in plebe per occasionem diei festi.* Nam *forte* addidit de suo Interpres.

4 *Alabastrum*] ἀλάβαςρον, delicata pyxis unguentaria vitrea, ita dicta a λαβεῖν *prehendere*, & particula privativa α, addita per pleonasmum ς, quod ob lævorem comprehendi non possit. Sic & Horatius: *Nardi parvus onyx.* Et, *pretiosi*, est βαρυτίμȣ, quasi dicas, *gravis pretii*, quod olim appenderetur æs, non numeraretur.

5 *Ut quid perditio*] Non est hic ἵνα τί, sed εἰς τί, id est, *ad quid*, sive *quorsum.*

6. *Multo*] Est quidem Græce πολλȣ̃, tamen Latinius, opinor, erat *magno.*

7 *Quid molesti estis*] Τί κόπȣς παρέχετε, id est, *Quid molestias exhibetis*, aut *Cur negotium facessitis?* Quanquam recte vertit Interpres.

8 *Opus bonum*] ἔργον καλὸν, quod non simpliciter *bonum*, sed *egregium* ac *pulchrum* significat. Et,

9 *Meipsum autem non semper habebitis*] Utrobique Græcis est ἔχετε, id est, *habetis*, præsentis temporis. Nec est ἀεὶ, aut διὰ παντὸς, id est, *semper*, sed *quovis tempore*, πάντοτε, quod πᾶν, unde compositum est, ad hunc quoque modum possit accipi.

10 *Mittens enim*] βαλȣ̃σα præteriti temporis est, unde plenius sic extulisset, *Nam quod hæc misit unguentum hoc in corpus meum, id fecit in sepulturam mei,* ut significet se brevi moriturum.

11 *Dicetur quod hæc*] λαληθήσεται καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη, id est, *dicetur & hoc quod hæc fecit.* Nam *quod* hoc loco non est conjunctio, sed nomen relativum.

12 *In memoriam ejus*] εἰς μνημόσυνον αὐτῆς. *Ejus*, fœminini generis est, unde ad ipsam refertur mulierem: magis congruebat *ipsius.* Porro μνημόσυνον non simpliciter significat *memoriam*, sed *pignus* aliquod, aut *monumentum*, quod amicus apud amicum relin-

70 ἦσθα μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Γαλιλαίου. Ὁ δὲ ἠρνήσατο ἔμ-
71 προσθεν πάντων, λέγων, Οὐκ οἶδα τί λέγεις. Ἐξελ-
θόντα δὲ αὐτὸν εἰς τὸν πυλῶνα, εἶδεν αὐτὸν ἄλλη·
καὶ λέγει τοῖς ἐκεῖ, Καὶ οὗτος ἦν μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Να-
72 ζωραίου. Καὶ πάλιν ἠρνήσατο μεθ' ὅρκου, Ὅτι οὐκ οἶ-
73 δα τὸν ἄνθρωπον. Μετὰ μικρὸν δὲ προσελθόντες οἱ ἑ-
στῶτες, εἶπον τῷ Πέτρῳ, Ἀληθῶς καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ·
74 καὶ γὰρ ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ. Τότε ἤρξατο
καταναθεματίζειν καὶ ὀμνύειν, Ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄν-
75 θρωπον. Καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησε. Καὶ ἐμνήσθη ὁ Πέ-
τρος τοῦ ῥήματος τοῦ Ἰησοῦ εἰρηκότος αὐτῷ, Ὅτι πρὶν
ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. Καὶ ἐξελθὼν
ἔξω ἔκλαυσε πικρῶς.

XXVII. 1 Πρωΐας δὲ γενομένης, συμβούλιον
ἔλαβον πάντες οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ
κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὥστε θανατῶσαι αὐτόν. 2 Καὶ δήσαν-
τες αὐτὸν ἀπήγαγον, καὶ παρέδωκαν αὐτὸν Ποντίῳ
Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι. 3 Τότε ἰδὼν Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς
αὐτὸν, ὅτι κατεκρίθη, μεταμεληθεὶς ἀπέστρεψε τὰ τριά-
κοντα ἀργύρια τοῖς Ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς Πρεσβυτέροις.
4 Λέγων, Ἥμαρτον, παραδοὺς αἷμα ἀθῶον. Οἱ δὲ εἶπον,
Τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει. 5 Καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν
τῷ ναῷ, ἀνεχώρησε, καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο. 6 Οἱ δὲ
Ἀρχιερεῖς λαβόντες τὰ ἀργύρια, εἶπον, Οὐκ ἔξεστι βα-
λεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν· ἐπεὶ τιμὴ αἵματός ἐστι.
7 Συμβούλιον δὲ λαβόντες, ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν
τοῦ κεραμέως, εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις. 8 Διὸ ἐκλήθη ὁ
ἀγρὸς ἐκεῖνος, ἀγρὸς αἵματος, ἕως τῆς σήμερον. 9 Τότε
ἐπλη-

de duodecim, qui dicebatur 13 Judas Iſcariotes, ad 15 principes Sacerdotum, Et ait illis, Quid vultis mi- 16 hi dare, & ego vobis tradam illum? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos. Et ex eo tempore quærebat opportunitatem ut eum traderet. 14 Cæ- 17 terum primo die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum, dicentes ei, Ubi vis paremus tibi ad edendum Paſcha? At ille dixit, Ite in civitatem 15 ad 18 quendam, & dicite ei: Magiſter dicit, Tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis. Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis 19 Jeſus, & paraverunt Paſcha. Veſpere autem fa- 20 cto, diſcumbebat cum duodecim: Et edentibus illis, 21 dixit, Amen dico vobis, quod unus veſtrum me proditurus eſt. Et mœſti redditi vehementer, cœ- 22 perunt ſinguli dicere ei, Num ego ſum, Domine? At ipſe reſpondens ait, 16 Qui intinxit mecum ma- 23 num 17 in catino, hic me proditurus eſt. Filius 24 quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo. Væ autem homini illi, 18 per quem Filius hominis proditur: bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. Reſpondens autem Judas 19 qui tradidit eum, 25 dixit, Num ego ſum, Rabbi? Ait illi, Tu dixiſti. 20 Veſcentibus autem eis, accepit Jeſus panem, 26 & quum egiſſet gratias, fregit, deditque diſcipulis, & ait, 21 Accipite, comedite: hoc eſt corpus meum. 22 Et accepto poculo, & gratiis actis, dedit 27 illis, dicens, Bibite ex hoc omnes: 23 Hic eſt enim 28 ſanguis meus, qui eſt 24 novi Teſtamenti, 25 qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum. Dico 29 autem vobis, non bibam poſthac ex hoc fructu vitis uſque in diem illum, quum illud bibam vobiſcum novum in regno Patris mei. 26 Et quum hymnum 30 ceciniſſent, exierunt in montem 27 olivarum. Tunc 31 dicit illis Jeſus, Omnes vos offendiculum patiemini mea cauſa in nocte hac: ſcriptum eſt enim, 28 Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves gregis. Poſt- 32 quam autem reſurrexero, præcedam vos in Galilæam. Reſpondens autem Petrus ait illi, Etſi 33 omnes offendiculum paſſi fuerint tua cauſa, ego tamen nunquam offendiculum patiar. Ait illi Jeſus, 34 Amen

relinquit, quod illum ſui commonefaciat. Unde non inepte vertiſſet, *in monumentum ipſius*. Cæterum hæc particula, *in memoriam ejus*, non refertur ad propius verbum *fecit*, ſed ad prius *dicetur*.

13 *Judas Scariot*] Ἰσκαριώτης, id eſt, *Iſcariotes*: de quo jam admonuimus.

14 *Primo autem die*] *Die* apud Græcos ſubauditur, non explicatur: ſicut & illic, *Prima autem ſabbati*. Hîc Τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων, id eſt, ut verbum verbo reddam, *Primo infermentatorum*, ut ſubaudias totidem ſubſtantiva, quot ſunt articuli, *Primo die panum infermentatorum*.

15 *Ad quendam*] Non eſt πρός τινα, ſed πρὸς τὸν δεῖνα, id eſt, *ad illum*. Sic autem loquuntur Græci, cum ſignificant certum hominem, quem tamen non nominent. Unde apparet Chriſtum edidiſſe nomen, cæterum Evangeliſtam obticuiſſe. Hic ſcrupulus vehementer torſit Auguſtinum libro de conſenſu Evang. cap. LXXX.

16 *Qui intingit mecum*] ὁ ἐμβάψας, id eſt, *qui intinxit*. Etenim ſi, illo intingente manum, dixiſſet, *Qui intingit mecum, hic me prodet*, indubitatum ac manifeſtum fuiſſet ſignum. Nunc autem voluit etiam locum dare pœnitentiæ Judæ. Et tamen propius argumentum dixit, indicans illum non ſolum adeſſe in convivio, verum etiam in eadem patina, in idem jus immergere manum, quod eſt intimæ familiaritatis. Quemadmodum annotavit & Origenes Homilia trigeſima quinta, ſic enarrans hunc locum, ut hoc ſermone Chriſti magis ſit exaggerata inſignis Judæ malitia, quem ne menſæ quidem communis familiaritas, quæ ſolet Ethnicis quoque haberi ſacra, a deſtinato facinore retraheret.

17 *In paropſide*] ἐν τρυβλίῳ, id eſt, *in catino*, ſive *patina*. Mirum cur libuerit Græcam vocem altera Græca reddere.

18 *Per quem Filius hominis tradetur*] παραδίδοται, id eſt, *traditur*, præſentis temporis verbum. Jam enim hoc agebatur, nimirum præſtituta pecunia. Et mox,

19 *Qui tradidit illum*] ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, id eſt, *qui tradebat*, ſive *traditor illius*.

20 *Cœnantibus autem*] ἐσθιόντων, id eſt, *edentibus*, ſive *veſcentibus*.

21 *Accipite & comedite*] Λάβετε, φάγετε, *Sumite, edite*, citra copulam. Et hîc Chryſoſtomus enarrans, repetit illa ex Paulo, *quod pro vobis frangitur*. Seu magis ex Lucæ cap. XXII. ubi legitur, *quod pro vobis datur*, hoc eſt, *diſtribuitur*: quemadmodum de poculo dixerat, *dividite inter vos*, panis autem frangendo diſtribuitur. Theophylactus admonet fuiſſe verum corpus, non corporis figuram, quod panis ineffabili modo transformetur.

22 *Et accipiens calicem*] καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔδωκεν αὐτοῖς. *Et ſumpto poculo, & gratiis actis, dedit illis*.

23 *Hic eſt enim ſanguis*] *Enim* non eſt in nonnullis Græcis codicibus, ut nec paulo ante in conſecratione corporis.

24 *Novi Teſtamenti*] Articulus additus ſignificantiorem Græcis reddit orationem, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, id eſt, *qui eſt novi Teſtamenti*. Significat autem hîc *Teſtamentum*, quod condunt morituri.

25 *Qui pro multis effundetur*] τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον, id eſt, *qui pro multis effunditur*. Quanquam reperio hoc nonnunquam pro futuro poni, ſicut ἐρχόμενος: niſi quod Paulus utrumque præſentis temporis participio extulit, τὸ κλώμενον, & τὸ ἐκχυνόμενον, id eſt, *quod frangitur, quod effunditur*, quemadmodum ſuo annotabimus loco. *Effunditur* legit & Interpres Origenis Homilia trigeſima quinta.

26 *Et hymno dicto*] Καὶ ὑμνήσαντες, id eſt, *Cum dixiſſent*, ſive *ceciniſſent laudes*, ut intelligas Apoſtolos dixiſſe hymnos, non tantum Chriſtum.

27 *Oliveti*] Rurſum ἐλαιῶν, id eſt, *olivarum*, quod jam toties fuit obvium.

28 *Percutiam paſtorem*] Vaticinium eſt apud Zachariam Prophetam capite decimo tertio. Convenit autem Editio Septuaginta cum Hebraica veritate, niſi quod pro eo, quod Hieronymus vertit, *ſuper virum adhærentem mihi*, Septuaginta verterint, ἐπὶ ἄνδρα πολίτην αὐτοῦ, id eſt, *ſuper virum civem ejus*. Id Hieronymus accidiſſe putat ambiguitate unius elementi ו, quod non diſcrepet a י, niſi ſola magnitudine: & ſi י legatur, *meum* ſignificat, ſi ו, *ejus*. Septuaginta verterunt hoc modo, Πάταξον τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήτωσαν τὰ πρόβατα. Ex πάταξον Evangeliſta fecit πατάξω, & ex διασκορπισθήτωσαν fecit διασκορπισθήσονται. Præterea quod illic dictum eſt ſub perſona Prophetæ rogantis, ut Deus percutiat paſtorem, Evangeliſta accommodavit ad perſonam ipſius Dei. Id enim prodidit Hieronymus libro de optimo genere interpretandi ad Pammachium: atque eadem fere repetit, enarrans hunc Prophetæ locum. Atqui hac ſane in re, aut ego prorſus hallucinor, aut lapſus eſt Hieronymus: quem ut fateor virum fuiſſe ſumma doctrina, pari eloquentia, incomparabili ſanctimonia, ita hominem fuiſſe non poſſum diffiteri. Etenim ſi quis attentius expendat eum Prophetæ locum, is comperiet, nihil eſſe neceſſe, imo non niſi dure hæc ad Prophetæ perſonam accommodari. Quod quo magis perſpicuum fiat, ipſa verba ſubſcribam: *Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum*. Hæc certe palam eſt dici ſub perſona Dei, cum addiderit, *dicit Dominus exercituum*. Ac mox ſequitur: *Percute paſtorem, & diſpergentur oves*. Hæc quoque ſunt Dei verba alloquentis gladium ſuum. Quod ſi quis velit alio torquere, certe quod ſequitur non ſinet: *Et convertam manum meam ad parvulos*. Atque adeo reclamat evidentius, quod continenter adjungitur: *Et erunt in omni terra, dicit Dominus*. Hunc quoque locum magnis tragœdiis calumniatus eſt quidam, qui ſi tam eſſet ad docendum quæ recta ſunt inſtructus, quam videtur animatus ad calumniandum aliena, dignus eſſet qui inter celebres Scriptores annumeraretur. Cum nemo plus tribuat Hieronymo, cum illud in me criminati ſint quidam, libris etiam editis, quod Hieronymum Auguſtino, alioqui ſummo, prætulerim: hic me clamitat mihi Hieronymum unum ex omnibus delegiſſe, quicum monomachiam ſuſciperem, & canit frigidum Hieronymi encomium, quaſi non ante ſit a me majore ſpiritu laudatus. Quanquam hoc ipſum laudis, quod hic tribuit Hieronymo, mutuatus videtur ex meis ſcriptis. Et hos tumultus cit homo turbulentus, quod in re minime periculoſa diſſenſerim ab Hieronymo, cum ſumma tamen honoris præfatione, præſertim cum ipſe Hieronymus ſibi parum conſtet. Ego ſacrilegus, qui Hieronymum dixerim ho-

ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος, Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ 10 τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ· Καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, καθὰ συνέ- 11 ταξέ μοι Κύριος. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔστη ἔμπροσθεν τοῦ ἡγεμόνος, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ ἡγεμὼν, λέγων, Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔφη αὐτῷ, 12 Σὺ λέγεις. Καὶ ἐν τῷ κατηγορεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν 13 Ἀρχιερέων καὶ τῶν Πρεσβυτέρων, οὐδὲν ἀπεκρίνατο. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Πιλάτος, Οὐκ ἀκούεις πόσα σου καταμαρ-

minem esse. Quid autem dici potest clementius? Et actum erat de honore Hieronymi, ni lapis iste viri patrocinium tanto spiritu suscepisset. Sed ut, omissis cavillis, rem Lectori paucis aperiamus, in libello de optimo genere interpretandi, cum hoc ageret ex professo Hieronymus, ut ostenderet quædam apud Hebræos discrepare ab interpretatione Septuaginta, aut Apostolorum citationibus, adduxit & hunc Zachariæ locum, sic distinguens personas, ut argumento, quod instituerat tunc, congruebat. Cæterum in Commentariis, quibus locum hunc Evangelistæ enarrat, sic temperat sententiam, ut quod in libello de optimo genere interpretandi scripserat, propemodum recantare videatur: *Hoc*, inquit, *aliis verbis in Zacharia Propheta scriptum est, & ni fallor, ex persona Prophetæ ad Deum dicitur, Percute pastorem.* Porro quod hunc sensum confirmat consensu Psalmi sexagesimi: *Quoniam quem tu percussisti, persequuti sunt*; ut demus hoc sensisse Psalmographum, quod interpretatur Hieronymus, haud cogit tamen, ut persona loquentis mutetur. Cum enim constet priorem partem vaticinii, *Framea suscitare super pastorem meum*, pertinere ad Deum Patrem, si quod mox sequitur ad eundem referatur, *Percute pastorem*, &c. tamen idem existit sensus, Christum a Patre fuisse percussum, qui suo gladio mandavit, ut percuteret. Percutit enim, qui percutiendum tradit. Cæterum Hieronymus enarrans ipsum Prophetam magis etiam a se ipso dissentit, & accommodat totam orationem Patri. Quod quo magis perspicuum sit, ipsius verba subscribam: *Nec putandum est de altero loco assumptum testimonium, quia in Evangelio Deus a se pastorem dicit esse percussum, & in præsenti loco gladio atque mucroni legimus imperatum, Percute pastorem, & dispergentur oves.* Hactenus Hieronymus. Vides palam Patris imperantis mucroni suo vocem esse, *Percute pastorem*, non autem verba Prophetæ obsecrantis. Vides nullam esse mentionem ejus rei, quam posuerat in libello de optimo genere interpretandi, cum hic maxime tempestivum fuerit hoc inculcare. Quid igitur dissonat in Matthæo? Verba dissonant, res eadem est. Quisquis enim loquitur gladio suo, *Percute*, significat se mox velle percutere, & ideo Matthæus verbis omissis sensum expressit, *Percutiam pastorem.* Quin & pronomen omisit Matthæus, quum in Propheta sit, *super pastorem meum.* Quod ipsum etiam invitat, ut sermonem Patri potius accommodemus. *Suum* enim vocat unicum illum se dignum, cum aliis alii sint pastores, quorum nonnulli tales sunt, ut illis percussis melius habeat grex. Sed exsultat calumniator, docens nos personas in Litteris Divinis aliquando mutari subito. Nihil erat necesse, ut hoc ab isto disceremus, quod toties in libris nostris testati sumus. Verum hic nihil cogebat mutare personam. Et apparet Hieronymum suæ sententiæ pœnituisse. Atque hic est doctor iste egregius, qui omnibus rebus instructus, accessit ad tractandas Sacras Litteras, quas ego heri aut nudiustertius cœpi attingere. Cum ante annos viginti scripserim Enchiridion: & in hoc opere tumultuario, quod inficiari non possum, plura citem ex diversis Auctoribus, quam operis ratio postulet. Ipse tantum in his quæ a nobis citantur obambulet, venans quod arrodat. Ac ne hoc quidem, quanquam non tumultuanter, sed per otium agat, illi feliciter succedit. Sed ut missum faciam hunc lapidem, arbitror Hieronymum hac in parte æquiorem esse suo Antimacho, quam tali Symmacho.

29 *Gallus cantet*] φωνῆσαι, id est, *sonet*. Et Græcus quidem sermo per se anceps est, nisi hypostigme jungat *ter* adverbium verbo *abnegabis*: etiamsi apud alios Evangelistas non est eadem ambiguitas.

30 *Tunc venit Jesus*] *Venit* præsentis est temporis, ἔρχεται.

31 *In villam quæ dicitur Gethsemane*] εἰς χωρίον, id est, *in locum*: quando ita mavult Valla. Nam ad sensum haud magni refert. Alibi vertit *agrum*, & *agrum* hoc loco legit Hilarius. Porro *Gethsemane* Hebræis sonat *vallis pinguedinum*. Nam גיא *vallem*, שמן *pinguedinem* significat. Ea est ad radices montis Oliveti, ut testatur Hieronymus in locis Hebraicis.

32 *Contristari & mœstus esse*] λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν, id est, *dolere & graviter angi*. Nam ἀδημονεῖν impotentem animi molestiam significat: quo verbo usus est & Paulus, ut suo demonstrabimus loco.

33 *Tristis est anima mea*] *Triste* magis dicitur, quod tristitiam affert, seu molestiam. Latinius erat, *in dolore est*, sive *mœret*, aut *mœsta est anima mea.*

34 *Sustinete hic*] μείνατε ὧδε, id est, *manete hic*. Et aliquanto inferius,

35 *Iterum secundo abiit*] Latinius erat, *Et rursus iterum abiit*, Πάλιν ἐκ δευτέρου ἀπελθών.

36 *Venit & invenit*] Utrumque præsentis temporis, ἔρχεται καὶ εὑρίσκει, & *reperit* potius quam *invenit.*

37 *Sic non potuistis*] Οὕτως οὐκ ἰσχύσατε, id est, *Adeo non potuistis*, sive *Siccine non potuistis*: suffragante & aureo codice.

38 *Transire nisi bibam illum*] παρελθεῖν ἀπ' ἐμοῦ ἵνα μὴ αὐτὸ πίω, id est, *transire a me, ut non bibam*, sive *quo minus bibam illum.* Atque ita sane legit Chrysostomi Interpres Homilia trigesima quinta.

Amen dico tibi, quod in hac nocte, antequam 29 35 gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus, Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. 30 Tunc venit Jesus cum illis 31 in villam quæ dicitur Gethsemane: & dixit discipulis, Sedete hic donec vadam & orem 37 illic. Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, 38 cœpit 32 affici dolore & mœstitudine. Tunc ait illis Jesus, 33 Mœsta est anima mea usque ad mortem: 39 34 manete hic, & vigilate mecum. 35 Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans ac dicens, Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste: 40 veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. 36 Et venit ad discipulos, & reperit eos dormientes, & dicit Petro, 37 Adeo non potuistis una hora vigi- 41 lare mecum? Vigilate & orate, ut ne intretis in tentationem: spiritus quidem promptus est, at caro infirma. Rursus altera vice abiit, & oravit, di- 42 cens, Pater mi, si non potest hoc poculum 38 transire a me, nisi bibam illud, fiat voluntas tua. 39 Et 43 venit, & reperit eos iterum dormientes: erant enim oculi eorum gravati. Et relictis illis, iterum abiit, 44 & oravit tertio, eundem sermonem dicens. 40 Tunc 45 venit ad discipulos suos, & dicit illis, 41 Dormite jam, & requiescite: 42 ecce appropinquavit hora, 43 & Filius hominis traditur in manus peccatorum. Surgite, eamus: 44 ecce appropinquavit qui me tra- 46 dit. Adhuc eo loquente, ecce Judas unus de nume- 47 ro duodecim venit, & cum eo turba multa 45 cum gladiis & fustibus, 46 missi a principibus Sacerdotum & Senioribus populi. Is vero qui prodebat 48 eum, dedit illis signum, dicens, Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Et confestim ac- 49 cedens ad Jesum dixit, Ave Rabbi. Et osculatus est eum. Dixitque illi Jesus, Amice, 47 ad quid ades? 50 Tunc accesserunt, & manus injecerunt in Jesum, & ceperunt eum. Et ecce unus ex his qui erant cum 51 Jesu, extendens manum, exemit gladium suum, & percutiens servum principis Sacerdotum, 48 amputavit auriculam ejus. Tunc ait illi Jesus, Conver- 52 te gladium tuum in locum suum: omnes enim qui acceperint gladium, 49 gladio peribunt. An putas 53 quod

39 *Et venit iterum*] Καὶ ἐλθὼν εὗρεν αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας, id est, *Et cum venisset, reperit eos denuo dormientes.*

40 *Tunc venit ad discipulos*] Hic *venit & dicit* utrumque præsentis est temporis, ἔρχεται καὶ λέγει.

41 *Dormite jam & requiescite*] Dubium erat, an legendum esset, *Dormite & requiescite*, an *Dormitis & requiescitis*, nisi addidisset λοιπὸν, id est, *posthac*, sive *de cætero*, pro quo Interpres posuit *jam*: nec id sane male. Argutatur hoc loco Laurentius Valla nescio quid, non convenire, ut qui paulo ante objurgaverit suos quod dormierant, nunc dormire jusserit: præsertim cum mox subjiciat, *Surgite, eamus hinc.* Quanquam Origenes, Chrysostomus, Hilarius, & Hieronymus in hunc sensum interpretantur, ut Christus jusserit eos dormire, & allegoriis rem explicant. Verum, salvo aliorum judicio, potest sermo Christi habere nonnullam ironiam: *Hactenus non potui a vobis impetrare, ut paulisper mecum vigilaretis, nunc ipsa res excitabit vos, cum videritis meum supplicium, & vestrum periculum.* Atque ita probe quadrant ea quæ consequuntur, *Surgite, ecce appropinquat.* Atque hæc mea sententia minus mihi displicere cœpit, posteaquam comperissem Theophylactum in Marcum multis verbis eam inculcare.

42 *Ecce appropinquabit*] ἰδοὺ ἤγγικεν, id est, *ecce appropinquavit*, præteriti temporis, sive *adest*, aut *in propinquo est.*

43 *Et Filius hominis tradetur*] *Traditur* est Græce, præsentis temporis, παραδίδοται.

44 *Ecce appropinquabit qui me tradet*] ἤγγικεν ὁ παραδιδούς με, id est, *appropinquavit qui me tradit.*

45 *Cum gladiis & fustibus*] καὶ ξύλων, id est, *& lignis*. Atque ita vertit alibi.

46 *Missi a principibus*] *Missi* addidit Interpres explicandi causa, quanquam non habita generis ratione, cum præcesserit turba: ut dicendum potius fuerit *missa.*

47 *Ad quid venisti*] ἐφ' ᾧ πάρει, id est, *ad quid ades*, sive *advenis*. Nec ita potest accipi, ut intelligamus, *quo malorum venisti*, sed *cujus rei gratia venisti?* quandoquidem articulus est dandi casu ᾧ. Etiamsi in nonnullis exemplaribus scriptum reperio ἐφ' ὅ. Quanquam omnino nove articulus postpositivus usurpatus est vice τίνι aut τί.

48 *Amputavit*] ἀφεῖλεν, id est, *abstulit.*

49 *Gladio peribunt*] *In gladio* est Græce, tametsi præpositionem recte omisit Interpres. Nec est *peribunt* in nonnullis exemplaribus, sed *morientur*, ἀποθανοῦνται. Atque ita legit Augustinus

14 ταμαρτυροῦσι; Καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ πρὸς οὐδὲ ἓν 15 ῥῆμα· ὥστε θαυμάζειν τὸν ἡγεμόνα λίαν. Κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν ἕνα τῷ ὄχλῳ δέ-16 σμιον, ὃν ἤθελον. Εἶχον δὲ τότε δέσμιον ἐπίσημον, 17 λεγόμενον Βαραββᾶν. Συνηγμένων οὖν αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, Τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν; Βα-18 ραββᾶν, ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; Ἤδει γὰρ 19 ὅτι διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτόν. Καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος, ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν ἡ γυνὴ αὐτοῦ, λέγουσα, Μηδέν σοι καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ· 20 πολλὰ γὰρ ἔπαθον σήμερον κατ᾽ ὄναρ δι᾽ αὐτόν. Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Πρεσβύτεροι ἔπεισαν τοὺς ὄχλους ἵνα αἰτήσωνται τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀπολέ-21 σωσιν. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἡγεμὼν εἶπεν αὐτοῖς, Τίνα θέλετε ἀπὸ τῶν δύο ἀπολύσω ὑμῖν; Οἱ δὲ εἶπον, 22 Βαραββᾶν. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, Τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; Λέγουσιν αὐτῷ πάντες, 23 Σταυρωθήτω. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἔφη, Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; Οἱ δὲ περισσῶς ἔκραζον, λέγοντες, Σταυρω-24 θήτω. Ἰδὼν δὲ ὁ Πιλάτος ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον θόρυβος γίνεται, λαβὼν ὕδωρ ἀπενίψατο τὰς χεῖρας ἀπέναντι τοῦ ὄχλου, λέγων, Ἀθῶός εἰμι ἀπὸ 25 τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου τούτου· ὑμεῖς ὄψεσθε. Καὶ ἀποκριθεὶς πᾶς ὁ λαὸς εἶπε, Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ᾽ ἡμᾶς, 26 καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. Τότε ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν· τὸν δὲ Ἰησοῦν φραγελλώσας, παρέδωκεν 27 ἵνα σταυρωθῇ. Τότε οἱ στρατιῶται τοῦ ἡγεμόνος παραλαβόν-

quod non possum nunc rogare Patrem meum, 50 & exhibebit mihi plus quam duodecim 51 legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ, 52 quod sic oportet fieri? In illa hora dixit Jesus turbis, Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus ad comprehendendum me: quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me cepistis. Hoc autem totum factum est, 53 ut complerentur scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. At illi comprehensum Jesum duxerunt ad Cajapham principem Sacerdotum, ubi Scribæ & Seniores convenerant. Petrus autem sequebatur eum procul 54 usque ad atrium principis Sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, ut videret finem. Principes autem Sacerdotum & Seniores & totum concilium quærebant falsum testimonium contra Jesum, 55 ut morti eum traderent: 56 Et non inveniebant: etiam quum multi falsi testes accessissent, non inveniebant. 57 Novissime autem venerunt duo falsi testes, Et dixerunt: Hic dixit, Possum destruere templum Dei, 58 & in triduo ædificare illud. Et surgens princeps Sacerdotum, ait illi, Nihil respondes? 59 Cur isti adversum te testimonium dicunt? Jesus autem tacebat. Et respondens princeps Sacerdotum, ait illi: 60 Adjuro te per Deum viventem, ut dicas nobis, 61 an tu sis Christus Filius Dei. 62 Dicit illi Jesus, Tu dixisti. Veruntamen dico vobis, a modo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis, & venientem in nubibus cœli. Tunc princeps Sacerdotum discidit vestimenta sua, dicens, 63 Proloquutus est blasphemiam: 64 quid insuper egemus testibus? Ecce nunc 65 audistis blasphemiam ejus. Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt, Reus est mortis. Tunc exspuerunt in faciem ejus, & colaphis eum cæciderunt: alii autem 66 palmas in faciem ejus dederunt, Dicentes, Vaticinare nobis Christe, quis est qui te percussit? Petrus vero sedebat foris in atrio, & accessit ad eum 67 una ancillula, dicens, Et tu cum Jesu Galilæo eras. At ille negavit coram omnibus, dicens, Nescio quid dicas. 68 Quum autem exisset in vestibulum, vidit eum 69 altera ancilla, & ait his qui erant ibi, Et hic erat cum Jesu Nazareno. Et iterum negavit cum jurejurando, Non novi hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro, Vere & tu ex illis es: nam & loquela tua te manifestum facit. Tunc cœpit 70 exsecrari & jurare, 71 quod non nosset hominem. Et continuo 72 gallus cantavit. Et recordatus est Petrus verbi Jesu, 73 qui dixerat ei, Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus

nus secundo Commentario, quo explicat sermonem Christi habitum in monte. Locus hic nonnihil distorsit divum Augustinum, quod palam refelli possit hic sermo, gladio perituros, quicunque gladium sumpserint, cum constet latrones etiam aliquot non perire gladio. Proinde interpretatur gladio peccati jugulari animam ejus qui gladio percusserit. Quod si verum est, quid opus erat verbum futuri temporis *morietur*? Jam enim mortua est anima percussoris etiam priusquam gladium vibret in proximum. Itaque mea quidem sententia simplicius erit, ut dicamus Christum in genere sensisse, non esse Apostolicum uti hujusmodi defensione, ut ferrum ferro repellamus, & injuriam injuria retaliemus. Nec enim ad eum modum vitari malum, sed fieri ut mutuis injuriarum vicibus sine fine propagetur malum. Alioqui si ad vivum exigamus hunc sermonem; imo si ad verba, quid faciemus Judici & Magistratui gladium portanti? quid Imperatori, qui solenni etiam ritu gladium accipit a Christi Vicario? Sunt hujusmodi permulta Christi dicta, in quibus sententiæ summam spectare convenit.

50 *Et exhibebit mihi modo*] *Modo* in locum non suum translatum est, cum debuerit adjungi verbo *rogare*, ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι, id est, *quod non possim nunc rogare*. Suffragatur & codex aureus. In Constantiensi rasura declarabat studium depravatoris.

51 *Legiones*] Hîc quoque Græcus usurpavit vocem Latinam λεγεῶνας.

52 *Quia sic oportet fieri*] Si *quod* accipitur εἰδικῶς, supplendum est aliquid ad sensum, *Scripturæ quæ dicunt, quod ita oportet fieri*.

53 *Ut adimplerentur*] πληρωθῶσιν, *ut impleantur*, ut ad Christi loquentis personam referatur. Quanquam potest & ad Apostoli personam scribentis referri.

54 *Usque in atrium*] ἕως τῆς αὐλῆς, id est, *usque atrium*, sive *usque ad atrium*.

55 *Ut eum morti traderent*] ὡς, sive ὅπως θανατώσωσιν, id est, *ut occiderent*: aut si placet periphrasis, *morte afficerent*: etiamsi Virgilius dixit, *dede neci*.

56 *Et non invenerunt*] In Græcis codicibus bis ponitur, *& non invenerunt*, sive *inveniebant*. Καὶ οὐχ εὗρον. Καὶ πολλῶν ψευδομαρτύρων προσελθόντων οὐχ εὗρον, id est, *Et non invenerunt. Et cum accessissent multi falsi testes, non invenerunt*. Ad eum modum legit Interpres Origenis Homilia trigesima quinta. Nec est otiosa repetitio. Itidem legit & Theophylactus.

57 *Novissime*] ὕστερον, id est, *deinde*, sive *posterius*: quod jam sæpius ita vertit. Fortasse comparativum positum pro superlativo.

58 *Et post triduum reædificare illud*] καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτὸν, id est, *per tres dies*, sive *triduo ædificare illud*. Sic enim mox exprobrant: *Qui destruis templum Dei, & in triduo ædificas*, non *reædificas*.

59 *Ad ea quæ isti adversus te testificantur*] τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσι, id est, *quid*, sive *cur isti contra te dicunt testimonium?*

60 *Adjuro te*] Ἐξορκίζω, *Exorcizo*. Idem verbum quo utimur in consecratione aquæ sacræ, & ejiciendis immundis spiritibus. Sed ubi est interim, quod tam magnifice præcipit Calepinus quidam, clamas ἐξορκίζειν verbum est barbarum, & solœcismos nostros rideri a spiritibus immundis, quoties legimus, *exorcizo te*, cum dicendum sit, *exorgizo te*: idque probat admodum dialectice: *Suidas*, inquit, *scribit ἐξοργιζεῖν esse εἰς τὴν ὀργὴν ἐμβαλεῖν*. Quod perinde est ac si quis dicat, *cape herbam significat*, igitur *sæpe vidi*, non Latine dicitur. Et tamen sunt qui mihi indignantur, quod ab hoc ausim dissentire.

61 *Si tu es Christus Filius Dei vivi*] *Vivi* nec est in Græcis, nec in aureo codice.

62 *Dixit illi Jesus*] *Dicit* est & in Græcis, & in antiquis Latinis.

63 *Blasphemavit*] ὅτι ἐβλασφήμησεν, id est, *quod blasphemavit*. Quanquam *quod* conjunctio, ut supervacanea, recte omissa est. Nam ut Græcis habet vim affirmandi, ita Latinis vitiaret sermonis puritatem. Porro *blasphemandi* verbum scio Latinum non esse, sed *blasphemiam* tamen reliqui, quod nobis atrocius quiddam sonat quam *convitium*, nempe *convitium in Deum*.

64 *Quid adhuc*] τί ἔτι, *quid præterea*, aut, *quid insuper*.

65 *Audistis blasphemiam*] Græci addunt αὐτοῦ, id est, *ejus*; sive *ipsius*.

66 *Palmas in faciem dederunt*] Græcis unica dictio est ἐῤῥάπισαν, id est, *alapas impegerunt*. Non reprehendo tamen, quod periphrasis exprimat indignitatem rei.

67 *Una ancilla*] παιδίσκη. Potest accipi, ut sonet *puellam*. Est enim diminutivum a παῖς.

68 *Exeunte autem illo*] Græce accusativus est, ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν, id est, *egressum autem eum*. Nec est *in januam*, sed *in vestibulum*, εἰς πυλῶνα, sive *in vestibulo*, aut *janua*.

69 *Alia ancilla*] *Ancilla* addidit Interpres, εἶδεν αὐτὸν ἄλλη, *vidit illum altera*.

70 *Detestari*] ἀναθεματίζειν, id est, *devovere*, aut *exsecrari*, sive, ut in quibusdam legitur, καταναθεματίζειν, quod gravius est quam ἀναθεματίζειν.

71 *Quia non novisset*] ὅτι οὐκ οἶδα, id est, *quia non novi*. Quanquam conjunctio ὅτι non respondet Latino: & recte mutavit Interpres figuram Hebraicam. Quod tamen alias nescio qua superstitione non audet: velut ibi, *& confessus est, quia non sum ego Christus*.

72 *Gallus cantavit*] ἐφώνησε, id est, *clamavit*, sive *sonuit*. Quanquam recte *gallicinium*, sive *galli cantus* dicitur.

73 *Quod Jesus dixerat*] Græci addunt αὐτῷ, id est, *sibi* sive *ipsi*. Et *qui* legendum est, non *quod*, τοῦ εἰρηκότος, id est, *qui dixerat*. Id palam fit ex interpretatione Origenis: cujus Interpres

pro

λαβόντες τὸν Ἰησοῦν εἰς τὸ πραιτώριον, συνήγαγον ἐπ'
28 αὐτὸν ὅλην τὴν σπεῖραν. Καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν, περιέ-
29 θηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην. Καὶ πλέξαντες στέ-
φανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ,
καὶ κάλαμον ἐπὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ· καὶ γονυπετήσαν-
τες ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ἐνέπαιζον αὐτῷ, λέγοντες, Χαῖρε
φλϛ 30 ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Καὶ ἐμπτύσαντες εἰς αὐτὸν,
ἔλαβον τὸν κάλαμον, καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν
31 αὐτοῦ. Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν
χλαμύδα, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ
σλᾶ α 32 ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ σταυρῶσαι. Ἐξερχόμενοι δὲ εὗ-
ρον ἄνθρωπον Κυρηναῖον, ὀνόματι Σίμωνα· τοῦτον ἠγ-
λτϛ α 33 γάρευσαν ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. Καὶ ἐλθόντες εἰς
τόπον λεγόμενον Γολγοθᾶ, ὅς ἐστι λεγόμενος κρανίου τό-
τλγ δ 34 πος, Ἔδωκαν αὐτῷ πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμέ-
τλδ α 35 νον· καὶ γευσάμενος οὐκ ἤθελε πιεῖν. Σταυρώσαντες δὲ
αὐτὸν, διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, βάλλοντες κλῆ-
ρον· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ προφήτου, Διεμερί-
σαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν
36 μου ἔβαλον κλῆρον. Καὶ καθήμενοι ἐτήρουν αὐτὸν ἐκεῖ.
Καὶ

egressus foras, flevit amare. Mane autem facto, XXVII. 1 consilium inierunt omnes principes Sacerdotum & Seniores populi adversus Jesum, ut eum morti traderent. Et vinctum eum adduxerunt & tradiderunt 2 Pontio Pilato præsidi. Tunc videns Judas qui eum 3 prodiderat, quod damnatus esset, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos ¹ principibus Sacerdotum & Senioribus. Dicens, Peccavi, prodens ² sanguinem innoxium. At illi dixerunt, Quid ad nos? 4 ³ tu videris. Et projectis argenteis in templo, recessit, & abiens ⁴ laqueo se suspendit. Principes 5 6 autem Sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt, Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex 7 illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum: quapropter vocatus est ⁵ ager ille, ager sanguinis, 8 usque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod 9 dictum est per Hieremiam Prophetam dicentem, Et acceperunt triginta argenteos pretium æstimati, ⁶ quem æstimatum emerunt a filiis Israel, Et dede- 10 runt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. Jesus autem stetit ante præsidem, & inter- 11 roga-

pro, *quod dixit*, vertit, *dicentis*: sensus enim est, *qui dixerat ita futurum*. Quandoquidem hujusmodi participium servit utrique tempori, præterito perfecto, & præterito plusquam perfecto. Idem Interpres pro eo, quod Græcis est αὐτῷ, vertit, *ad se*. Ne quis hoc omnino contemnat, per nos annotatum.

XXVII. 1 P*Rincipibus Sacerdotum & Senioribus populi*] Hoc loco non additur *populi*, nec apud Græcos, nec in aureo codice, sed subauditur e loco qui proxime præcessit.

2 *Sanguinem justum*] ἀθῶον, id est, *insontem*, sive *innocentem*. Ita mox vertit, *Innocens ego sum a sanguine justo*.

3 *Tu videris*] σὺ ὄψει, id est, *tu videbis*, sive *videris*, prima acuta, ut sit futurum verbi subjunctivi a *videro*. Nec video qui constet ratio sermonis, nisi aut dicamus indicandi modum usurpatum pro modo imperandi, aut imaginemur ab ὄψομαι futurum, præsens ὀψέω: unde sit imperativum ὄψει, sicut a ποιέω ποίει.

4 *Laqueo se suspendit*] ἀπήγξατο. Unum verbum tribus est circumloquutus, & recte. Tantum enim valet ea dictio, ac si dicas, *laqueo se præfocavit*. De *corbona* dictum est alias, quod aliter vocant *gazophylacium*.

5 *Ager ille Acheldemah*] Græci codices non habent vocem Hebraicam, sed tantum, *dictus est ager ille, ager sanguinis*. Annotavit hunc quoque locum divus Hieronymus in libro, cui titulus, de optimo genere interpretandi, negans quod hic citat ex Hieremia Matthæus, prorsus exstare apud Hieremiam: verum esse apud Zachariam Prophetam, sed ita ut quæ retulit Evangelista, parum respondeant ad Hebraicam veritatem, ac multo minus ad vulgatam Editionem Septuaginta; etenim ut idem sit sensus, tamen inversa esse verba, imo pene diversa. Ob calumniosos, ipsius Hieronymi verba subscribam: *Rursus in Matthæo, redditis a Juda proditore triginta argenteis, & empto ex eis agro figuli, scribitur:* Tunc impletum est, quod scriptum est per Hieremiam prophetam dicentem: Et acceperunt, &c. *Hoc in Hieremia penitus non invenitur, sed in Zacharia aliis multo verbis, ac toto ordine discrepante. Vulgata quippe Editio ita se habet:* Et dicam ad eos, Si bonum est coram vobis, date mercedem mihi, aut renuite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Dixitque Dominus ad me, Pone illos in conflatorium, & considera si probatum sit, sicut probatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & misi eos in domo Domini in conflatorium. *Quantum distet ab Evangelistæ testimonio Septuaginta Translatio, perspicuum est. Sed & in Hebræo, cum sensus sit idem, verba præpostera sunt, & pene diversa.* Et dixit, *inquit*, ad eos, Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam, & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me, Projice illud ad statuarium, decorum pretium, quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & projeci eos in domo Domini ad statuarium. *Accusent Apostolum falsitatis, quod nec cum Hebraico, nec cum Septuaginta congruat Translatoribus, & quod his majus, erret in nomine, pro Zacharia quippe Hieremiam posuit. Sed absit hoc de pedisequo Christi dicere, cui curæ fuit non verba aut syllabas aucupari, sed sententias dogmatum ponere.* Hactenus Hieronymi verba retulimus. Is excusari facile potest, quod hic aliud agens non explicuerit nodum propositæ quæstionis. Magis mirum, cur nec ipsum Prophetæ locum edisserens, nec Matthæum enarrans diluat, quod fatetur etiam majus esse quam verbis & ordine discrepare, pro *Zacharia* positum *Hieremiam*: præsertim cum idem in hujus Evangelistæ capite decimo tertio, ubi itidem ex Esaia citatur, quod est *Asaph*, dicat Scriptoris accidisse vitio. Origenes ingenue fassus, quæ hic citantur ex Hieremia, nusquam apud Hieremiam legi, ne apud Hebræos quidem, duplicem aperit rationem expediendæ quæstionis. Aut enim culpa Scribarum commutatum nomen, præsertim cum inter voces nonnulla sit affinitas: aut testimonium assumptum ex libro, qui inscribitur Apocrypha, hoc est, Occulta Hieremiæ, quæ Hieronymus fatetur a se lecta; quamquam non probat, ut ad apocryphorum auctoritatem locus hic referatur. Nec mihi sane probatur, præsertim cum adducatur, non monendi, arguendi, aut hortandi causa: quas ad res nonnunquam & Ethnicorum testimoniis abutimur: sed ut serium oraculum, quo passionis mysterium sit explicatum. Origenes minus iniquus apocryphis quam Hieronymus, existimat hoc e libris apocryphis peti posse: sicut illud quod adducit Paulus in Epistola ad Corinthios priore, *Quod oculus non vidit*, &c. ex Heliæ apocryphis desumptum arbitratur. Item in Epistola ad Timotheum secunda, capite tertio, de *Jamnes & Mambres*, qui restiterunt Moysi, cum horum in Exodo nulla fiat mentio, desumpta videri ex apocrypho libro, cui titulus, *Jamnes & Mambres*. Nec defuisse, qui ob hanc causam contenderint, hanc ad Timotheum Epistolam, Pauli non esse, sed frustra: cum eodem nomine nemo taxaverit priorem ad Corinthios. Chrysostomus autem enarrans Epistolam ad Timotheum, indicat alias duas vias explicandæ quæstionis de nomine: quarum altera est, quod Judæi quædam habuerint, quæ citra librorum monumenta per manus tradebant viva voce, ea vocabant ἄγραφα, sive *traditiones*. Fieri autem posse, ut hujusmodi loca ab illis hausta sint. Altera est, quod ait fieri potuisse, ut licet hæc scripta non fuerint, nec ab aliis audierit, tamen afflatu Sancti Spiritus didicerit Apostolus. Mihi vero proximum videtur, apud Græcos errore Scriptorum mutatum nomen: atque inde deceptum Interpretem Latinum, nobis tradidisse quod legerat. Equidem arbitror nihil esse hujusmodi in Evangelistis. Glossa, quam vocant ordinariam, haud scio unde hauserit, quod indicat in quibusdam codicibus non haberi nomen *Hieremiæ*, sed tantum, *per Prophetam*. Addit aliam elabendi viam: Quoniam eodem Spiritu afflati scripsere Prophetæ, non absurde uni cuipiam tribuebatur quod ab alio dicitur, nec oblivionem fuisse, quod Matthæo pro nomine *Zachariæ* occurrerit nomen *Hieremiæ*, sed moderationem divini Spiritus. Aperit & aliam rimam, quod nonnihil hujus prophetiæ sit apud Hieremiam capite trigesimo secundo, videlicet de agro empto. Cæterum hæc verba, *quem appretiaverunt*, nec apud Hieremiam esse, nec apud Zachariam, sed addita sub persona Evangelistæ. Hæc in medium profero, judicium Lectori relinquens. Cæterum etiamsi fuisset in nomine duntaxat memoriæ lapsus, non opinor quemquam adeo morosum esse oportere, ut ob eam causam totius Scripturæ Sacræ labasceret auctoritas, præsertim quum Augustinus libro de consensu Evangelistarum III. cap. VII. tribuat audaci imperitiæ, quod in nonnullis codicibus pro *Hieremia* scriptum inveniatur *Zacharia*: putat autem germanam & apostolicam scripturam esse *Hieremiæ*. Nominis autem errorem tribuit lapsui memoriæ, cui aliud nomen pro alio occurrerit, ita occultis de causis Spiritu Sancto moderante Scriptoris mentem. Idem in hoc opere multis locis tribuere videtur oblivionem quandam & reminiscentiam Evangelistis, sive dum post illis in mentem venit quod multo ante fuerat gestum, atque hinc subinde distinguit ordinem recordationis ab ordine rerum gestarum: sive dum aliis verbis eamdem efferunt sententiam, veluti quum unus ait, *non sum dignus portare calceamenta illius*, alius, *non sum dignus solvere corrigiam calceamenti illius*: quum uterque declaret summam excellentiam Christi. Item in Quæstionibus cap. XV. sic loquitur de Evangelista: *Non enim omnino secundum rerum gestarum ordinem, sed secundum suæ quisque recordationis facultatem, narrationem, quam orsus est, ordinavit.* Hæc Augustini verba nec tueri nec refellere propositum est: mihi illud adversus quosdam omnia calumniantes satis est, quod vir pius hujusmodi multa commemorat, non ad infirmandam Evangeliorum auctoritatem, sed ad retundendam illorum impudentiam, qui vanitatem impingebant Evangelistis. Addam de meo quintam extricandæ quæstionis rationem. Si dixerimus *Zachariam* fuisse binominem, sicuti paulo ante dictum est de *Zacharia* filio *Barachiæ*, qui idem sit dictus *Jojadas*: refert Hieronymus *Hieremiam* apocryphum sibi exhibitum a quodam Judæo factionis Nazarenæ, in quo hæc ad verbum, ut ab Evangelista citantur, haberentur. Verum, ut dixi, non probat ut Apostolus ex apocryphis adduxerit testimonium: præsertim cum hic mos sit Evangelistis & Apostolis, ut neglectis verbis sensum utcunque reddant in citandis testimoniis. Porro Syris חֲקַל est *ager*, דְמָא *sanguis*. Hieronymus testatur & sua ætate locum exstitisse Hierosolymis ad latus australe montis Sion, ubi tum quoque pauperum ac tenuium cadavera partim terra obruebantur, partim sub dio putrescebant.

6 *Quod appretiaverunt*] ὃν ἐτιμήσαντο, id est, *quem appretiaverunt*, hoc est, *quem pretio æstimaverunt*.

7 Tu

37 Καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτȣ̃ τὴν αἰτίαν αὐτȣ̃ γεγραμμένην, Οὗτός ἐςιν Ἰησȣ̃ς ὁ βασιλεὺς τῶν 38 Ἰȣδαίων. Τότε ςαυρȣ̃νται σὺν αὐτῷ δύο λῃςαὶ, εἷς 39 ἐκ δεξιῶν, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων. Οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμȣν αὐτὸν, κινȣ̃ντες τὰς κεφαλὰς αὐ-40 τῶν, Καὶ λέγοντες, Ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτόν· εἰ Υἱὸς εἶ 41 τȣ̃ Θεȣ̃, κατάβηθι ἀπὸ τȣ̃ ςαυρȣ̃. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς, ἐμπαίζοντες μετὰ τῶν Γραμματέων καὶ 42 Πρεσβυτέρων, ἔλεγον, Ἄλλȣς ἔσωσεν, ἑαυτὸν ȣ̓ δύναται σῶσαι· εἰ βασιλεὺς Ἰσραήλ ἐςι, καταβάτω νῦν 43 ἀπὸ τȣ̃ ςαυρȣ̃, καὶ πιςεύσομεν αὐτῷ. Πέποιθεν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ῥυσάσθω νῦν αὐτὸν, εἰ θέλει αὐτόν· εἶπε 44 γὰρ, Ὅτι Θεȣ̃ εἰμι Υἱός. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ οἱ λῃςαὶ, 45 οἱ συςαυρωθέντες αὐτῷ, ὠνείδιζον αὐτῷ. Ἀπὸ δὲ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐν-46 νάτης. Περὶ δὲ τὴν ἐννάτην ὥραν ἀνεβόησεν ὁ Ἰησȣ̃ς φωνῇ μεγάλῃ, λέγων, Ἠλὶ, Ἠλὶ, λαμὰ σαβαχθανί; τȣ̃τ' ἔςι, Θεέ μȣ, Θεέ μȣ, ἱνατί με ἐγκατέλι-47 πες; Τινὲς δὲ τῶν ἐκεῖ ἑςώτων ἀκȣ́σαντες, ἔλεγον, 48 ὅτι Ἠλίαν φωνεῖ ȣ̃τος. Καὶ εὐθέως δραμὼν εἷς ἐξ αὐτῶν, καὶ λαβὼν σπόγγον, πλήσας τε ὄξȣς, καὶ περιθεὶς

rogavit eum præses, dicens, 7 Tu es rex Judæorum? Dicit illi Jesus, Tu dicis. Et quum accusaretur a principibus Sacerdotum & Senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus, Non audis quam multa adversum te dicunt testimonia? Et non respondit ei 8 ad ullum verbum, ita ut miraretur præses vehementer. 9 In festo autem consueverat præses 10 turbæ dimittere unum vinctum quem voluissent. 11 Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus, Utrum vultis dimittam vobis, Barabbam an Jesum, qui dicitur Christus? Sciebat enim quod propter invidiam tradidissent eum. Sedente autem illo 12 pro tribunali, misit ad eum uxor ejus dicens, 13 Nihil tibi cum justo illo: multa enim passa sum hodie 14 in somnis propter eum. Principes autem Sacerdotum & Seniores 15 persuaserunt turbis, ut peterent Barabbam, Jesum vero perderent. Respondens autem præses ait illis, Utrum vultis vobis e duobus dimittam? At illi dixerunt, Barabbam. Dixit illis Pilatus, 16 Quid igitur faciam Jesu, qui dicitur Christus? 17 Dicunt ei omnes, Crucifigatur. Præses autem 18 ait, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes, Crucifigatur. Videns autem Pilatus quod nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, 19 accepta aqua 20 abluit manus coram populo, dicens, 21 Innocens ego sum a sanguine hujus justi: 22 vos videritis. Et respondens universus populus, dixit, Sanguis ejus super nos & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbam, Jesum autem 23 flagellatum 24 tradidit ut crucifigeretur. Tunc milites præsidis 25 suscipientes Jesum in prætorio, congregaverunt ad eum universam 26 cohortem. Et quum exuissent eum, circumdederunt ei chlamydem 27 coccinam: Et 28 coronam de spinis contextam 29 imposuerunt super caput ejus, & arundinem in dexteram ejus: & genu flexo ante eum illudebant ei, dicentes, Ave rex Judæorum. 30 Et cum exspuissent in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus. 31 Et postquam illusissent ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis suis, & abduxerunt eum 32 ut crucifigerent. Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: 33 hunc adegerunt, ut tolleret crucem ejus. Et venerunt in locum 34 qui dicitur Golgotha, quod est

7 *Tu es rex*] ὁ βασιλεὺς, id est, *ille rex*: ut de eo rege intelligas, qui tum a Judæis exspectabatur.

8 *Ad ullum verbum*] πρὸς ȣ̓δὲ ἓν ῥῆμα. Sermo Græcus anceps est. Siquidem hic potest esse sensus, *& non respondit ei verbum ad quidquam*, sive, *non respondit ei ad ullum verbum.*

9 *Per diem autem solennem*] Κατὰ δὲ ἑορτὴν, id est, *In festo vero.* Nec opus erat periphrasi.

10 *Populo dimittere*] τῷ ὄχλῳ, id est, *turbæ*, sive *multitudini.*

11 *Habebat autem tunc unum vinctum*] *Unum* non est in Græcis, nec in antiquis Latinorum codicibus. Nec *vinctum* apud Græcos participium est, sed nomen, δέσμιον.

12 *Pro tribunali*] ἐπὶ βήματος, id est, *in tribunali.* Quanquam Latine vertit Interpres, & eleganter magis quam suo more: ut hic quoque admonendus sit Lector, ne fallatur.

13 *Nihil tibi & justo*] Latinius certe fuerat, *Ne quid rei tibi sit cum justo illo.* Ut Christi innocentia undique meruit testimonium, Judæ, Pilati, hujus uxoris, Annæ, testium, latronis, satellitum qui missi fuerant ad comprehendendum eum, Magorum, Chananæorum, Samaritanorum, centurionum. Sed hoc uni illi contigit, quo certius foret, totum hoc quod ille passus est, nobis impensum esse.

14 *Per visum*] κατ' ὄναρ, id est, *in somnis.* Sic enim vertit in initio hujus Evangelii, & recte. De quibus pluribus verbis differit Valla, qui ὅραμα, id est, *visum*, putat esse vigilantium, cum ὄναρ *somnium* sit, & quod in somnis apparet, ἐνύπνιον Græcis dicatur.

15 *Persuaserunt populis*] Et hic rursus est *turbis*, non *populis*, ὄχλȣς.

16 *Quid igitur faciam de Jesu*] *De* præpositio non est in Græcis, Τί ȣ̓̃ν ποιήσω Ἰησȣ̃ν τὸν λεγόμενον Χριςόν; Cæterum Græci abutuntur in his verbis accusandi casu pro dativo, ubi significant bene aut male fieri cuipiam. Unde vertendum erat, *Quid faciam Jesu, qui dicitur Christus?*

17 *Dicunt omnes*] Λέγȣσιν αὐτῷ, id est, *Dicunt ei*: quanquam hic Græca variant exemplaria.

18 *Ait illis*] *Illis* non est in Græcis, Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἔφη, *Præses autem ait.*

19 *Lavit*] ἀπενίψατο, id est, *abluit.* Et, *Accepta aqua*, λαβὼν, id est, *cum accepisset*, sive *sumpsisset.*

20 *Innocens*] Idem est verbum, quod paulo superius verterat *justum*, ἀθῶος, id est, *insons* & *innoxius.*

21 *Vos videritis*] ὑμεῖς ὄψεσθε, id est, *vos videbitis.* Sicut & antea, *tu videris*, ut sit medium activæ significationis verbum futuri temporis.

22 *Flagellatum*] φραγελλώσας. Et hic Romana voce Græce scribens est usus commutata una littera: quod damnatos ante ultimum supplicium virgis cædere ex more esset Romano.

23 *Tradidit eis*] *Eis* non est in Græcis emendatioribus, & officit nonnihil sensui. Neque enim Judæis tradidit Jesum, sed suis militibus, supplicii ministris. Etiamsi haud scio quo casu in nostra prima Editione fuit additum. Atque ita legisse Hieronymum, ut nos indicavimus, testatur illius in hunc locum interpretatio.

24 *Suscipientes*] παραλαβόντες, id est, *accipientes*, vel potius *acceptum*: ut sæpe alias mutat genus verbi, quo respondeat tempus.

25 *Cohortem*] τὴν σπεῖραν, quod & *funem* significat Græcis. Nam *cohors* rusticana militum manus est.

26 *Coccineam*] κοκκίνην, *coccinam* magis. Nam *coccus*, sive *coccum*, granum. Et grana vulgo vocantur, quibus tinguntur rubra quædam, quod lucem addant colori: vide Plinium lib. nono cap. quadragesimo primo. Porro *chlamys* pallium est militare: ut & color & forma vestis militaris sit: eoque magis ad ludibrium faciens, cum pius impiorum vestem gestaret.

27 *Plectentes coronam*] πλέξαντες, id est, *plexam* sive *concinnatam*, ut conveniat tempus.

28 *Deposuerunt super caput*] ἐπέθηκαν, id est, *imposuerunt.* In nonnullis habebatur *posuerunt.*

29 *Exspuentes in eum*] καὶ ἐμπτύσαντες εἰς αὐτὸν, id est, *cum inspuissent in eum.*

30 *Et postquam illuserunt*] καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν, id est, *cum illusissent.*

31 *Ut crucifigerent*] εἰς τὸ ςαυρῶσαι, id est, *ad crucifigendum.* Et paulo ante, *vestimentis ejus*: magis quadrasset, *vestimentis suis.*

32 *Hunc angariaverunt*] Mirum cur hic delectarit peregrina vox, cum dicere potuerit, *adegerunt*, sive *compulerunt.* Siquidem Suidas indicat vocem esse Persicam, quod apud illos regii nuncii ἄγγαροι dicerentur. Unde & qui literas invicem tradunt perferendas, *angari* dicuntur, quos eosdem ἀςάνδας appellabant. Denique translata vox est ad quosvis, qui servorum aut jumentorum ritu bajularent onera. Fortassis ea vox jam militibus erat usurpata, quemadmodum habebant sua castrensia.

33 *Qui dicitur Golgotha*] Hieronymus in libro, quo explicat voces Hebraicas apud Matthæum, admonet *Golgotha* Syrum esse verbum, non Hebræum, sonareque *locum calvi*, sive *calvariæ.* Sunt qui malint Chaldaicum esse, & *Golgoltha* pronunciandum, addito altero Lambda. Equidem non arbitror operæ pretium de barbarica vocula vehementius contendere, & magis libet Latinorum & Græcorum in hoc consensum sequi. Cujuscunque linguæ est, ita dictus est locus in Ælia ad septentrionalem partem montis Sion, quod in eo jacerent capita hominum damnatorum. Nam quod nonnulli dicunt illic sepultum Adam, unde loco inditum sit vocabulum, eam fabulam rejicit Hieronymus, cum Adam sepultus legatur in Arba juxta Hebron.

34 *Dederunt ei vinum*] Quidam Græci codices non habebant *vinum*, sed *acetum cum felle mixtum.* Quemadmodum legit & interpretatur Hieronymus. Quanquam Hilarius *vinum* legit, Chrysostomus *acetum.* Tametsi non multum interest inter *acetum* & *acidum vinum.* Certe paulo post mentio fit *aceti*, non *vini*, neque *fellis.* *Implevit spongiam aceto.* Origenes illud annotavit, *quod Matthæus dixerat acetum felle mixtum, Marcus vinum myrrhatum, Joannes acetum cum felle*, ex quo palam est Origenem quoque *acetum* legisse, non *vinum.* Et magis congruit cum Propheta, qui dicit, *dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto.* Illud admonendus Lector, non videri eundem potum hic datum Christo, qui datur in cruce pendenti. Apparet enim bis datum, semel antequam tolleretur in crucem ex more, ni fallor, quod & hodie servatur: rursus in cruce

τμγα 49 ριθεὶς καλάμῳ, ἐπότιζεν αὐτόν. Οἱ δὲ λοιποὶ ἔλεγον, Ἄφες, ἴδωμεν εἰ ἔρχεται Ἠλίας σώσων αὐτόν. 50 Ὁ δὲ Ἰησοῦς πάλιν κράξας φωνῇ μεγάλῃ, ἀφῆκε τὸ τμδβ 51 πνεῦμα. Καὶ ἰδοὺ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο, ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω· καὶ ἡ γῆ ἐσείσθη· τμει 52 καὶ αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν· Καὶ τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν· καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠ- 53 γέρθη. Καὶ ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ, εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἐνε- τμϛβ 54 φανίσθησαν πολλοῖς. Ὁ δὲ ἑκατόνταρχος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ τηροῦντες τὸν Ἰησοῦν, ἰδόντες τὸν σεισμὸν καὶ τὰ γενόμενα, ἐφοβήθησαν σφόδρα, λέγοντες, Ἀληθῶς τμζϛ 55 Θεοῦ Υἱὸς ἦν οὗτος. Ἦσαν δὲ ἐκεῖ γυναῖκες πολλαὶ ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι, αἵτινες ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ 56 ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, διακονοῦσαι αὐτῷ. Ἐν αἷς ἦν Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ τμηα 57 Ἰωσῆ μήτηρ, καὶ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου. Ὀψίας δὲ γενομένης, ἦλθεν ἄνθρωπος πλούσιος ἀπὸ Ἀριμαθαίας, τοὔνομα Ἰωσὴφ, ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε 58 τῷ Ἰησοῦ. Οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ, ᾐτήσατο τὸ σῶμα

est calvariæ locus. 33 Et dederunt ei acetum bibere 34 cum felle mixtum: & quum gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, divise- 35 runt vestimenta ejus, sortem mittentes: 36 ut impleretur quod dictum est per Prophetam: 37 Diviserunt sibi vestimenta mea, & 38 super vestimentum meum miserunt sortem. 39 Et sedentes serva- 36 bant eum ibi. Et imposuerant 40 super caput ejus 37 41 causam ipsius scriptam, Hic est Jesus rex Judæorum. 42 Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones, 38 unus a dextris, & alter a sinistris. Prætereuntes 39 autem convitia jaciebant in eum, moventes capita sua, Et dicentes, 43 Tu ille qui destruebas tem- 40 plum, & in triduo 44 ædificabas, serva temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce. Similiter & prin- 41 cipes Sacerdotum, illudentes cum Scribis & Senioribus, dicebant, Alios servavit, seipsum non potest 42 servare: si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, 45 & credemus ei. 46 Confidit in Deo, 47 liberet 43 eum nunc si vult eum: dixit enim, Filius Dei sum. Id ipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum 44 eo, 48 exprobrabant ei. 49 A sexta autem hora 50 45 tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamavit Jesus 46 voce magna, dicens, 51 Heli, Heli, lama sabachthani? hoc est, Deus meus, Deus meus, cur deseruisti me? Quidam autem illic stantium, quum audissent, 47 dicebant, 52 Heliam vocat iste. Et continuo cur- 48 rens unus ex eis, quum acceptam 53 spongiam implesset aceto, imposuit arundini, dabatque ei ut biberet. Cæteri vero dicebant, Sine, videamus an 49 veniat

cruce poscenti, sic enim narrat Matthæus: *Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est calvariæ locus, & dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum.* Marcus hunc in modum: *Et perducunt illum in Golgotha locum, quod est interpretatum calvariæ locus, & dabant illi bibere myrrhatum vinum, & non accepit: & crucifigentes eum,* &c. Quod autem nonnulli putant in narratione temporis ordinem inversum esse, durius est, quum mox sequatur apud eundem Evangelistam: *Et continuo currens unus ex eis acceptam spongiam implevit aceto & imposuit arundini & dabat illi bibere*, præsertim quum in priore loco nominetur *vinum felle mixtum*, in altero *acetum*, similiter narrante Marco. Et ad pietatem conducibilius est, si hanc quoque Dominicæ crucis partem non ignoremus. Meminit & Augustinus lib. de consensu Evang. tertio separatim potus ante crucifixionem exhibiti. Theophylactus putat hic porrectum acetum, ut citius moreretur, priusquam veniret Helias. Nam suspicabantur eum implorasse Heliam, quum diceret *Heli Heli*. At id facit, quod alii dicunt, *Sine, videamus an veniat Helias.*

35 *Ut impleretur quod*] Hoc Prophetæ testimonium non citatur in plerisque Græcorum codicibus. Et Hieronymus enarrans hunc locum nullam omnino de eo facit mentionem. Lyranus addit, juxta Hieronymum, hoc testimonium a Matthæo non fuisse positum, sed duntaxat ab Joanne, nec inveniri in vetustis exemplaribus. Certe non addebatur in uno vetustissimo codice divi Donatiani: ne in Constantiensi quidem, nec in alio quodam vetustæ Editionis typographicæ, qui est apud me. Cæterum locus est in Psalmo vigesimo primo.

36 Leviculum est, quod Interpres de suo addidit *sibi*, cum pronomen nec sit apud Græcos, nec in aureo codice, *diviserunt sibi vestimenta mea.*

37 *Super vestem meam*] καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου. Quod magis sonat *vestitum* quam *vestem*. Ut non multum agant qui hinc ratiocinantur Christo fuisse quinque vestes. Duas fuisse constat ex Evangelio. Magis autem videtur ejusdem verbi aut similis repetitio, ex proprietate sermonis prophetici. Satis enim constat unam vestem consutilem fuisse divisam in quatuor partes.

38 *Et sedentes servabant eum*] Græci addunt ἐκεῖ, id est, *illic.*

39 *Super caput*] ἐπάνω τῆς κεφαλῆς, id est, *supra caput.* Non enim erat titulus in capite.

40 *Causam*] αἰτίαν. Quæ vox apud Græcos & *causam* significat, & *accusationem*, sive *crimen.*

41 *Tunc crucifixi sunt*] Τότε σταυροῦνται, id est, *Tunc crucifiguntur*, præsentis temporis: ut historico more res jam geri putetur.

42 *Vah qui destruis*] Interjectio, *vah*, non additur in Matthæo, sed in Marco; unde huc addita videtur. In Constantiensi codice rasura testabatur depravationem. Et articulus ὁ nonnullam habet ἔμφασιν, quasi dicas, *Tu ille destructor templi.*

43 *Reædificas*] οἰκοδομῶν, id est, *ædificas*, ut superius admonui. Origenis Interpres vertit, *qui destruebas*, &, *qui ædificabas*. In aliquot vetustis exemplaribus scriptum erat, *destruit* & *reædificat*, tertia persona. Consentiebat Constantiensis.

44 *Et credemus ei*] καὶ πιστεύσομεν ἐπ' αὐτῷ, id est, *& credemus in eo.* Quanquam paulo inferius est *ei*, ut nihil intersit utrum legas.

45 *Confidit*] Πέποιθεν, id est, *Confisus est*, sive, *Fiduciam habet in Deo*: quandoquidem in his, ut dictum est, abutuntur tempore.

46 *Liberet eum nunc si vult*] Græci addunt alterum pronomen, εἰ θέλει αὐτὸν, id est, *si vult eum.* Videntur enim alludere ad illud Psalmi: *Speravit in Domino, eripiet eum, salvum faciet eum, quoniam vult eum.* Alioqui convitium videbatur non in Christum modo, verum etiam in Deum recidere.

47 *Improperabant ei*] ὠνείδιζον αὐτὸν, id est, *opprobrabant*, sive *eadem probra dicebant in illum.* Augustinus explicans tropos Exodi, libro Annotationum suarum tertio, putat hic ἐναλλαγὴν esse, ac numerum multitudinis positum pro numero singulari, propterea quod apud alios Evangelistas alter duntaxat convitia dicit in Christum. Unde mirum est, cur Hieronymus in Commentariis *syllepsin* appellet, tropum quidem agnoscens, sed aliam subnectens rationem, qua tropo non sit opus: ut primum uterque convitiatus sit Christo, mox mota terra alter resipuerit. Hugo Cardinalis quasi neutrum legerit, ut arbitror, *Hoc*, inquit, *videtur falsum.* Tam civiliter movet de fide Evangelistarum quæstionem. Ac mox, *ad hoc*, inquit, *dicitur, ut putes dictum inter pocula.* O Theologum sobrie ac reverenter tractantem Sacras Litteras! Et me sacrilegii reum agunt quidam, quod hunc non habeam pro Deo, cum fuerit Ordinis Jacobitici.

48 *Et tenebræ factæ sunt ab hora sexta*] Jam igitur tribus horis pependerat in cruce: siquidem Marcus testatur eum hora tertia fuisse crucifixum. Quanquam & de illius loci lectione variatum est olim, ut suo demonstrabimus loco.

49 *Tenebræ factæ sunt super universam terram*] ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, id est, *in totam terram*, sive *super totam terram.* Neque enim illæ tenebræ occupabant universum terrarum orbem, ut meo judicio recte sentit Origenes, sed Judæam duntaxat, aut terram Hierosolymitanam, dissentiente Theophylacto. Alioqui vel casu meminissent hujus prodigii rerum gestarum Scriptores. Quemadmodum & *universus orbis* apud Lucam *describi* dicitur, cum intelligatur orbis duntaxat Romanus descriptus. Indicat Origenes in nonnullis codicibus adjectum fuisse, *Tenebræ factæ sunt super totam terram deficiente sole*, quasi solis deliquium eas induxerit tenebras. Atque ita certe tradit Epistola, quæ nomine Dionysii circumfertur, mihi ψευδεπίγραφος videtur. Verum hanc opinionem longe rejicit Origenes, & scripturam mutatam improbat.

50 Hebraica Græci scribunt ad hunc modum, Ἠλὶ, Ἠλὶ, λαμὰ σαβαχθανὶ, id est, *Heli, Heli, lama sabachtani.* Ac mirum non est si peregrinæ linguæ verba depravatim scribunt & pronunciant Græci, Latinique. Cæterum in sua lingua scribuntur ad hunc modum אֵלִי אֵלִי לָמָה עֲזַבְתָּנִי, id est, *Deus meus, Deus meus, cur me deseruisti?* Est enim primus versiculus Psalmi vigesimi primi, in quo vertendo Septuaginta cur tria verba de suo admiscuerint, amota una dictione, mirum est. Sic enim illi reddiderunt: *Deus Deus meus, respice in me, quare me deseruisti.* At Matthæus ita retulit, ut habetur apud Hebræos. Porro Hebræa distinguenda sunt ad hunc modum, אֵלִי, id est, *Deus meus*, אֵלִי, id est, *Deus meus*, לָמָה, *ut quid*, עֲזַבְתָּנִי *dereliquisti me.* Siquidem probabile est Christum verba Psalmi pronunciasse, ut ab ipso Psalmographo descripta sunt. Alioqui videri poterat usus Chaldæorum lingua, qui *sabactani* pronunciant, quod Hebræi *azabthani*. Hoc visum est adscribere, quo, quandoquidem hæc verba publice recitantur in templis, minus depravate posthac pronuncientur. Nec est simpliciter apud Græcos κατέλιπες, id est, *reliquisti*, sed ἐγκατέλιπες, quod proprie significat *in discrimine deserere*: veluti si quis deserat hominem immersum luto, ut ita loquar docendi gratia.

51 *Heliam vocat iste*] Φωνεῖ, quod expressius reddidisset, *inclamat*, sive *invocat.*

52 *Et implevit aceto*] Hic palam *aceti* fit mentio. Porro legimus apud Plutarchum in Vita M. Antonii, *vinum Antonio datum, quo celerius ex vulnere moreretur, quod ea res mortem acceleret.* Siquidem similis est penetrandi vis vino & aceto: idque indicat obiter & Hieronymus, cum ait hunc edisserens locum, *ut eum consopiant*: quemadmodum paulo ante notavimus ex Theophylacto.

53 *Liberans eum*] σῶσαι αὐτὸν, id est, *ad liberandum eum.* Nonnulli codices habebant σώσων αὐτὸν, *liberaturus eum.* Interpres legisse videtur σώζων.

54 Cla-

σῶμα τῦ Ἰησῦ. Τότε ὁ Πιλάτος ἐκέλευσεν ἀποδοθῆναι 59 τὸ σῶμα. Καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ὁ Ἰωσὴφ, ἐνετύλιξεν 60 αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ, Καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ καινῷ αὐτῦ μνημείῳ, ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ· καὶ προσκυλίσας λίθον μέγαν τῇ θύρᾳ τῦ μνημείυ, ἀπῆλθεν. 61 Ἦν δὲ ἐκεῖ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη Μαρία, 62 καθήμεναι ἀπέναντι τῦ τάφυ. Τῇ δὲ ἐπαύριον, ἥτις ἐςὶ μετὰ τὴν παρασκευὴν, συνήχθησαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ 63 οἱ Φαρισαῖοι πρὸς Πιλάτον, Λέγοντες, Κύριε, ἐμνήσθημεν ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν ἔτι ζῶν, Μετὰ τρεῖς 64 ἡμέρας ἐγείρομαι. Κέλευσον ὖν ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας· μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτῦ νυκτὸς κλέψωσι αὐτὸν, καὶ εἴπωσι τῷ λαῷ, Ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν· καὶ ἔςαι ἡ ἐσχάτη 65 πλάνη χείρων τῆς πρώτης. Ἔφη δὲ αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, Ἔχετε κυςωδίαν· ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε. 66 Οἱ δὲ πορευθέντες ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, σφραγίσαντες τὸν λίθον μετὰ τῆς κυςωδίας. XXVIII 1 Ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκύσῃ εἰς μίαν σαββάτων, ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη Μαρία, θεωρῆσαι τὸν τά- 2 φον. Καὶ ἰδὺ, σεισμὸς ἐγένετο μέγας· Ἄγγελος γὰρ Κυρίυ καταβὰς ἐξ ὑρανῦ, προσελθὼν ἀπεκύλισε τὸν λί- 3 θον ἀπὸ τῆς θύρας, καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐτῦ. Ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτῦ ὡς ἀςραπὴ, καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτῦ 4 λευκὸν ὡσεὶ χιών. Ἀπὸ δὲ τῦ φόβυ αὐτῦ ἐσείσθησαν 5 οἱ τηρῦντες, καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἄγγελος εἶπε ταῖς γυναιξὶ, Μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς· οἶδα 6 γὰρ ὅτι Ἰησῦν τὸν ἐςαυρωμένον ζητεῖτε. Οὐκ ἔςιν ὧδε· ἠγέρθη γὰρ, καθὼς εἶπε· δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον ὅπυ

veniat Helias 53 liberaturus eum. Jesus autem 50 quum iterum clamasset 54 voce magna, emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est in 51 duas partes, a summo usque ad imum: & terra mota est: & petræ scissæ sunt: Et monumenta aperta 52 sunt: 55 & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. Et egressi e monumentis post re- 53 surrectionem ejus, venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis. Centurio vero & qui cum 54 eo erant custodientes Jesum, viso terræ motu & his quæ facta fuerant, timuerunt valde, dicentes, Vere filius Dei erat iste. 56 Erant autem ibi mulie- 55 res multæ e longinquo spectantes, quæ sequutæ fuerant Jesum a Galilæa, ministrantes ei. Inter quas 56 erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi 57 & Jose mater, & mater filiorum Zebedæi. 58 Quum au- 57 tem vespera facta esset, venit 59 homo dives ab Arimathæa, nomine 60 Joseph, qui & ipse 61 discipulus erat Jesu. Hic accessit ad Pilatum, ac postula- 58 vit corpus Jesu. Tunc Pilatus jussit reddi corpus. Et quum accepisset corpus Joseph, involvit illud 59 sindone munda, Posuitque illud in monumento suo 60 novo, quod exciderat in petra: & advoluto saxo ingenti ad ostium monumenti, abiit. Erat autem 61 ibi 62 Maria Magdalene, & altera Maria, sedentes contra sepulchrum. 63 Postera autem die, quæ se- 62 quitur parasceven, convenerunt principes Sacerdotum & Pharisæi ad Pilatum, Dicentes, Domine, 63 recordati sumus 64 quod impostor ille dixit adhuc vivens, 65 Post tres dies resurgo. Jube ergo mu- 64 niri sepulchrum usque in diem tertium: 66 ne quando veniant discipuli ejus, & furentur eum, dicantque plebi, Surrexit a mortuis: & erit novissimus error pejor illo priore. Ait illis Pilatus, 67 Ha- 65 betis custodiam: 68 ite, munite sicut scitis. Illi 66 autem abientes munierunt sepulchrum, obsignato lapide, 69 adhibitis custodibus. 1 Vespera autem XXVIII 1 sabbatorum, quæ lucescit 2 in unam sabbatorum, venit Maria Magdalene, & altera Maria, ut viderent sepulchrum. Et ecce terræmotus factus est 2 magnus: Angelus enim Domini descendit de cœlo, & accedens 3 devolvit lapidem ab ostio, sedebatque 4 super eum. Erat autem 5 adspectus ejus sicut 3 fulgur, 6 & vestimentum ejus candidum sicut nix. Præ timore autem ejus concussi sunt 7 custodes, & 4 facti sunt velut mortui. 8 Respondens autem An- 5 gelus dixit mulieribus, Nolite timere vos: scio enim quod Jesum, qui crucifixus est, quæritis. Non 6 est

54 *Clamans voce magna*] κράξας, id est, *cum clamasset*: ne quis putet simul & clamasse & exspirasse. Quanquam hoc ipsum mirum, parumque ex communi hominum more, statim a magno clamore emori.

55 *Et multa corpora quæ dormierant*] Græci sic distinguunt, ut appareat eos statim mortuo Christo resurrexisse: verum non egressos e monumentis, nec apparuisse, priusquam resurrexisset Christus. Unde *resurrexerunt* positum est pro *revixerunt*. Atque id satis indicat Hieronymus, scribens in hunc locum: *Quomodo Lazarus mortuus resurrexit, sic & multa corpora sanctorum resurrexerunt, ut Dominum ostenderent resurgentem. Et tamen cum monumenta aperta sint, non ante resurrexerunt quam Dominus resurgeret, ut esset primogenitus ex mortuis.* Idem indicat Chrysostomus, cum ait: *Ad Christi morientis vocem excitatos mortuos, qui postea, resurgente Christo, pariter exirent.* Idque declarat apertius Origenes hunc enarrans locum. Sed hanc sententiam vix recipit Theophylactus, existimans eos, qui tum revixerunt, post denuo fuisse mortuos: quemadmodum Lazarus & cæteri, quos vel a Domino vel ab Apostolis resuscitatos legimus, bis mortui sunt. Augustinus Epistola XCIX. putat per anticipationem dictum, quod resurrexerint, quæ paulo post resurrexerunt.

56 *Erant autem hic mulieres*] Quidam Græci codices habebant καὶ γυναῖκες, id est, *& mulieres*. Et in Græcis non solum habetur *a longe*, sed *eminus spectantes*, ἀπὸ μακρόθεν θεωρῦσαι. Ita sane legit & interpretatur Origenes, adducens illud ex Esaia vaticinium, *Mulieres venite ad spectaculum. Non enim est populus habens sapientiam.*

57 *Et Joseph*] Græce est *Jose*, diversus ab *Joseph*, de quo antea admonui. Licet Origenes non videatur distinguere hunc *Joseph* sive *Jose* ab eo *Joseph* filio Jacob Patriarchæ. Sic enim ait, *Et Joseph mater, secundum nomen Patriarchæ Jacob supplantatoris fratris sui, & Joseph super quem natum genitrix dicit, Adjiciat mihi Dominus filium alterum.*

58 *Cum autem sero esset factum*] ὀψίας. Cur non potius *vespera*, quam *sero*?

59 *Quidam homo*] *Quidam* non est apud Græcos, sed tantum *homo*.

60 *Joseph*] Hic Græcus habet Ἰωσὴφ, id est, *Joseph*.

61 *Discipulus fuerat Jesu*] ἐμαθήτευσεν τῷ Ἰησῦ, id est, *discipulum præbuerat ipsi Jesu*. Quo verbo alias usus est transitive, μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν. Et rursum in proximo capite, Μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, id est, *Docete omnes gentes*.

62 *Maria Magdalene*] *Mariam* jam bis posuit *Magdalenam*, Hebraica pronunciatione, cum cæteras *Marias* dixerit, non *Mariam*, licet hîc varient Græci codices.

63 *Altera autem die*] Τῇ δ' ἐπαύριον, id est, *Postero autem die*, sive *Postridie*.

64 *Quia seductor ille*] ὁ πλάνος, *planus*, id est, *impostor*. Sic enim vertit Augustinus Homilia ex quinquaginta trigesima sexta: *Domine, audivimus quia planus ille*, id est, *impostor*. Porro recte Interpres addidit *ille*, vim exprimens articuli. Cæterum quod ajunt *post tres dies*, etiamsi non negem sic posse rejici, quod hoc non ab Evangelista, sed a Pharisæis dicitur, tamen licebit & ad hunc intelligi modum, mea quidem sententia, ut post tres dies dictum factumve dicatur, quod a tertio die cœpto factum est per tropum, qui *synecdoche* dicitur. Cur enim vereamur in tertio die recipere tropum, cum in primo necessario recipiamus? Sed hac de re in Marco plusculum dicemus.

65 *Post tres dies resurgam*] ἐγείρομαι, id est, *resurgo*, præsentis.

65 *Ne forte*] μήποτε. Quod ita gaudet vertere. Et quidam codices addunt hic νυκτὸς, id est, *noctu*.

67 *Habetis custodiam*] Ἔχετε κυςωδίαν. Incertum est an sit *habete* modo imperandi, an *habetis* indicandi. Et *custodia* vocem Latinam Græci jam usurpabant. Cujus meminit etiam Suidas.

68 *Ite, custodite*] ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε, id est, *abite, munite*. Nam ἀσφαλίζεσθαι est *rem tutam reddere*. Quemadmodum mox vertit, ἠσφαλίσαντο, id est, *munierunt*. Cum & superius verterit *custodiret*.

69 *Cum custodibus*] μετὰ τῆς κυςωδίας, *cum custodia*. Quanquam hoc loco *custodiam* pro grege ac turba custodum posuit. Apparet autem ejusmodi ferme genus hominum fuisse, cujusmodi sunt Parisiis quadringenti, ad publicam civitatis custodiam designati.

XXVIII.

1 *Vespere autem sabbati*] Ὀψὲ δὲ σαββάτων, id est, *Vespere sabbatorum*. Et *quod* aut *qui lucescit* dicendum erat, non *quæ*, ut referatur ad *vesperum*, aut *vesper*, nisi legas *Vespera sabbatorum*.

2 *In prima sabbati*] εἰς μίαν σαββάτων, id est, *in unam sabbatorum*, ut intelligas unum diem e septem. Sentit enim, ni fallor, crepusculum extremi diei præcedentis hebdomadis, lucescens in sequentem diem, qui primus erat succedentis sabbati. Nisi forte juxta sermonis Hebræi proprietatem *unum* dicitur quod *primum* est, sicut nos *alterum* dicimus quod *secundum* est.

3 *Revolvit lapidem*] Græci addunt ἀπὸ τῆς θύρας, id est, *ab ostio*.

4 *Super eum*] ἐπάνω αὐτῦ, id est, *supra eum*.

5 *Adspectus ejus*] ἰδέα αὐτῦ, id est, *species ejus*, sive *forma*.

6 *Et vestimenta*] Et Græci & vetusti codices Latini habent *vestimentum*, Græci addunt *album ut nix*.

7 *Custodes*] οἱ τηρῦντες, id est, *qui servabant*.

8 *Respondens autem Angelus*] ἀποκριθεὶς. Abusus est enim eo verbo, cum illæ nihil interrogassent, nisi quod ad cogitationes respondet.

7 ὅπου ἔκειτο ὁ Κύριος. Καὶ ταχὺ πορευθεῖσαι εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν· καὶ ἰδοὺ προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ αὐτὸν ὄψε-
8 σθε· ἰδοὺ εἶπον ὑμῖν. Καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἀπὸ τοῦ μνημείου μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς μεγάλης, ἔδραμον
9 ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ ὁ Ἰησοῦς ἀπήντησεν αὐταῖς, λέγων, Χαίρετε. Αἱ δὲ προσελθοῦσαι ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ προσεκύνησαν αὐ-
10 τῷ. Τότε λέγει αὐταῖς ὁ Ἰησοῦς, Μὴ φοβεῖσθε· ὑπάγετε, ἀπαγγείλατε τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἵνα ἀπέλθω-
11 σιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κἀκεῖ με ὄψονται. Πορευομένων δὲ αὐτῶν, ἰδού τινες τῆς κουστωδίας ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἀπήγγειλαν τοῖς Ἀρχιερεῦσιν ἅπαντα τὰ γενό-
12 μενα. Καὶ συναχθέντες μετὰ τῶν Πρεσβυτέρων, συμβούλιόν τε λαβόντες, ἀργύρια ἱκανὰ ἔδωκαν τοῖς στρα-
13 τιώταις, Λέγοντες, Εἴπατε, Ὅτι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ
14 νυκτὸς ἐλθόντες ἔκλεψαν αὐτὸν ἡμῶν κοιμωμένων. Καὶ ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐ-
15 τὸν, καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν. Οἱ δὲ λαβόντες τὰ ἀργύρια ἐποίησαν ὡς ἐδιδάχθησαν· καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς σή-
16 μερον. Οἱ δὲ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, εἰς τὸ ὄρος οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ
17 Ἰησοῦς. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν, προσεκύνησαν αὐτῷ· οἱ
18 δὲ ἐδίστασαν. Καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς, ἐλάλησεν αὐτοῖς, λέγων, Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ
19 καὶ ἐπὶ γῆς. Πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη· βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.
20 Διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Ἀμήν.

ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ

ΤΕΛΟΣ.

A est hic: surrexit enim, sicut dixit: 9 venite, videte locum ubi positus erat Dominus. Et cito euntes 7 dicite discipulis ejus, quod surrexit a mortuis: & ecce 10 præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis: 11 ecce dixi vobis. Et digressæ celeriter a monu- 8 mento cum timore & gaudio magno, currebant ut renunciarent discipulis ejus. Quum autem issent ad renunciandum discipulis ejus, 12 & ecce Jesus oc- 9 currit illis, dicens, Avete. Illæ autem accesserunt & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum. Tunc 10 ait illis Jesus, Nolite timere: ite, renunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, 13 & ibi me videbunt. Quæ quum abissent, ecce quidam e custodibus ve- 11 B nerunt in civitatem, ac renunciaverunt principibus Sacerdotum omnia quæ acciderant. Et congregati 12 cum Senioribus, consilio habito, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes, 14 Dicite quod 13 discipuli ejus nocte venerint, & furati sint eum nobis dormientibus. Et si hoc 15 auditum fuerit sub 14 præside, 16 nos persuadebimus ei, 17 & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut 15 erant edocti: & divulgatus est hic sermo apud Judæos usque in hodiernum diem. Undecim autem 16 discipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi constituerat illis Jesus. Et quum vidissent illum, ado- 17 C raverunt eum: quidam autem dubitaverunt. Et ac- 18 cedens Jesus, loquutus est eis, dicens, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. 18 Euntes 19 ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Docentes eos 20 servare omnia quæcunque præcepi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

EVANGELII SECUNDUM MATTHÆUM

FINIS.

9 *Venite, & videte*] *Et* non est in Græcis, sed δεῦτε, ἴδετε, *venite, videte.*

10 *Et præcedet*] Et Græci & antiqui Latini habent *præcedit* præsentis temporis, προάγει.

11 *Ecce prædixi*] ἰδοὺ εἶπον, id est, *ecce dixi*, non *prædixi*.

12 *Et ecce Jesus*] Ab hoc loco in nostris codicibus desunt aliquot verba, quæ videntur incuria Scribarum omissa, qui fere labi solent, quoties eadem dictio diversas claudit orationes, Ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, id est, *Cum autem issent ad renunciandum discipulis illius.*

13 *Ibi me videbunt*] Omissa est conjunctio, κἀκεῖ, id est, *& illic.*

14 *Dicite quia discipuli eius*] Hic certe omittenda fuerat Græca conjunctio, propter pronomen sequens, *nobis dormientibus.*

15 *Auditum fuerit a præside*] ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, id est, *sub præside*, hoc est, *si res apud illum judicem agatur.*

16 *Nos suadebimus ei*] Πείθω Græcis tria significat, *pareo* si- D ve *morem gero*, *suadeo*, & *persuadeo*. Sensus igitur postulabat, ut hic diceret *persuadebimus* potius quam *suadebimus*, sive *nos placabimus eum.*

17 *Et securos vos*] ἀμερίμνους, id est, *securos vos reddemus*, aut *liberabimus vos omni solicitudine*: id enim sonat ἀμερίμνους, quod plus est quam reddere ἀκινδύνους, id est, *expertes periculi.*

18 *Euntes ergo*] *Ergo* non invenio in Græcis codicibus. In nonnullis codicibus pro *ergo* reperio *autem*. Nescio quo casu acciderit, ut nec Origenes, nec Chrysostomus, quum in cætera scribant Commentarios, in hoc unum caput quidquam ediderint, nisi forte desierunt apud populum loqui, quod hæc ad resurrectionem pertineant. Theophylactus tamen enarrat, & Catena aurea crebro citat Chrysostomum in hoc capite, quemadmodum in cæteris. Anianus vero præfans in versionem suam testatur Chrysostomum in Matthæum scripsisse λόγους nonaginta unum, quum in Editione Vulgata non habeamus nisi LXXXIX. unde probabile est duas Homilias intercidisse.

DESIDERII ERASMI ROTERODAMI

ANNOTATIONUM IN EVANGELIUM MATTHÆI

FINIS.

Β Ι Ο Σ

τοῦ

Μ Α Ρ Κ Ο Υ

ΚΑΤΑ ΣΩΦΡΟΝΙΟΝ.

Μάρκος μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου, καθὼς τοῦ Πέτρου ἐξηγουμένου ἀκήκοε, παρακληθεὶς ἐν τῇ Ῥώμῃ παρὰ τῶν ἀδελφῶν, βραχὺ συνέταξεν Εὐαγγέλιον· ὅπερ ἐντυχὼν Πέτρος ἐδοκίμασε, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθησόμενον αὐθεντίσας ἐξέδωκε, καθὰ συνεγράψατο Κλήμης ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν Ὑποτυπώσεων λόγῳ· καὶ Παπίας Ἱεραπολίτης Ἐπίσκοπος μέμνηται τούτου τοῦ Μάρκου· καὶ Πέτρος ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιστολῇ, ἐπ' ὀνόματι Βαβυλῶνος, εἰκονικῶς Ῥώμην σημαίνων· ἀσπάζεται ὑμᾶς, φησὶν, ἡ ἐν Βαβυλῶνι συν τῇ ἐκλεκτῇ, καὶ Μάρκος ὁ ἐμὸς υἱός· παραλαβὼν τοιγαροῦν τὸ Εὐαγγέλιον, ὅπερ αὐτὸς συνέταξε, καταλαμβάνει τὴν Αἴγυπτον, καὶ πρῶτος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἰησοῦν Χριστὸν κηρύττων, κατεστήσατο ἐκκλησίαν· τοσαύτῃ παιδεύσει καὶ βίου καρτερίᾳ διέπρεψεν, ὥστε πάντας τοὺς ἀκολουθοῦντας τῷ Χριστῷ ἕπεσθαι τῇ τούτου διαγωγῇ· ὅθεν καὶ Φίλων ὁ τῶν Ἰουδαίων ἐλλογιμώτατος, ὁρῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρώτην ἐκκλησίαν ἔτι Ἰουδαΐζουσαν, ὡσανεὶ εἰς ἔπαινον τοῦ οἰκείου ἔθνους, βίβλον περὶ τῆς τούτων διαγωγῆς συνεγράψατο· καὶ ὥσπερ Λουκᾶς διηγεῖται τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις πιστεύσαντας πάντα ἐσχηκέναι κοινὰ, οὕτως κἀκεῖνος ὅπερ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπὶ Μάρκου τοῦ διδασκάλου ἑώρα γινόμενον, τῇ μνήμῃ παρέδωκε· τελευτήσας δὲ τῷ ὀγδόῳ τοῦ Νέρωνος ἔτει, ἀπετέθη ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, διαδεξαμένου αὐτὸν Ἀνανίου.

Υ Π Ο Θ Ε Σ Ι Σ.

εἰς τὸ

ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΟΝ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ

τοῦ Θεοφυλάκτου, ὡς δοκεῖ.

Τὸ κατὰ Μάρκον Εὐαγγέλιον μετὰ δέκα ἔτη τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως συνεγράφη ἐν Ῥώμῃ· ἦν μὲν γὰρ οὗτος ὁ Μάρκος Πέτρου μαθητὴς, ὃν υἱὸν αὐτοῦ ὁ Πέτρος ὀνομάζει πνευματικὸν πάντως· ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἰωάννης· ἀνεψιὸς δὲ Βαρνάβα· ἀλλὰ καὶ Παύλου συνέκδημος· τέως μέν τοι Πέτρῳ συνῆν τὰ πλεῖστα, καὶ ἐν Ῥώμῃ συνῆν· ἠτήσαντο οὖν αὐτὸν οἱ ἐν Ῥώμῃ πιστοὶ, μὴ μόνον ἀγράφως κηρύσσειν, ἀλλὰ καὶ ἐγγράφως ἐκθέσθαι τὴν κατὰ Χριστὸν πραγματείαν· μόλις οὖν πεισθεὶς συνεγράψατο· τῷ δὲ Πέτρῳ ἀπεκαλύφθη παρὰ Θεοῦ, ὅτι Μάρκος συνέγραψεν Εὐαγγέλιον· ἰδὼν οὖν καὶ ἐπιβεβαιώσας ὡς ἀληθὲς, εἶτα καὶ Ἐπίσκοπον αὐτὸν ἀπέστειλεν εἰς Αἴγυπτον· ἔνθα δὴ καὶ κηρύξας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τε ἐκκλησίαν συστησάμενος, τοὺς πρὸς τῷ μεσημβρινῷ κλίματι πάντας ἐφώτισεν· ἔστιν οὖν ὁ χαρακτὴρ τοῦ Εὐαγγελίου σαφὴς, καὶ οὐδὲν ἔχων περινενοημένον· σχεδόν τε κατὰ πάντα τῷ Ματθαίῳ συντρέχων ὁ παρὼν Εὐαγγελιστὴς, πλὴν ὅσον ὁ Ματθαῖος πλατύτερος, καὶ ὅτι ὁ μὲν Ματθαῖος τῆς κατὰ σάρκα γενήσεως τοῦ Κυρίου ἐν ἀρχῇ μνημονεύει, οὗτος δὲ ἀπὸ τοῦ Προφήτου ἤρξατο Ἰωάννου· ὅθεν τινὲς, εἰ καὶ περιεργότερον δοκεῖ, τοιοῦτόν τι νόημα εἶπον ἐπὶ τοῖς Εὐαγγελισταῖς· ὁ ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καθήμενος Θεὸς, ἃ τετραπρόσωπα ἡ γραφὴ λέγει, παρέδωκεν ἡμῖν τετράμορφον τὸ Εὐαγγέλιον ἑνὶ πνεύματι συνεχόμενον· ὥσπερ οὖν τὰ Χερουβὶμ ἕκαστον, ἓν μὲν πρόσωπον εἶχεν ὅμοιον λέοντι, ἕτερον δὲ ἀνθρώπῳ, καὶ ἕτερον ἀετῷ, καὶ ἕτερον μόσχῳ, οὕτως καὶ ἡ τοῦ Εὐαγγελικοῦ κηρύγματος πραγματεία. Τὸ μὲν κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον ἔχει λεοντοπρόσωπον· βασιλικὸν γὰρ ὁ λέων, καὶ ἡγεμονικόν ἐστιν· ὁμοίως οὖν καὶ ὁ Ἰωάννης ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ καὶ δεσποτικοῦ ἀξιώματος τῆς θεότητος τοῦ Λόγου ἤρξατο, εἰπὼν, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν. Τὸ δὲ κατὰ Ματθαῖον, ἀνθρωποπρόσωπον· ἀπὸ γὰρ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως τοῦ Λόγου ἤρξατο. Τὸ δὲ κατὰ Μάρκον, ἀετῷ παρεικαζόμενον· ἀπὸ γὰρ Προφήτου ἤρξατο τοῦ Ἰωάννου· ἡ δὲ προφητικὴ χάρις προορατικὴ οὖσα καὶ ὀξέως τὰ πόῤῥω βλέπουσα, ἀετός ἐστι· φασὶ γὰρ τὸν ἀετὸν ὀξυδερκέστατον εἶναι, ὥστε καὶ μόνον ἐκ τῶν ἄλλων ζώων πρὸς τὸν ἥλιον δύνασθαι ἀτενίζειν μὴ καμμύοντα. Μόσχῳ δὲ ὅμοιον τὸ κατὰ Λουκᾶν, διότι ἀπὸ τῆς ἱερατείας τοῦ Ζαχαρίου ἤρξατο, ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ λαοῦ θυμιῶντος· μόσχος δὲ ἦν ὁ θυόμενος τότε· ἄρχεται οὖν ὁ Μάρκος τοῦ Εὐαγγελίου ἀπὸ τῆς τοῦ προδρόμου διαγωγῆς καὶ ἐνδείξεως. Ἄκουε οὖν τί φησίν.

EVANGELIUM SECUNDUM MARCUM.

1 ἈΡΧΗ τοῦ Εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. ᾱ β 2 Ὡς γέγραπται ἐν τοῖς Προφήταις, Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. β α 3 Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. γ ϛ 4 Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ κηρύσ-

A 1 INITIUM Evangelii Jesu Christi Filii Dei. 2 Sicut scriptum est in [2] Prophetis, Ecce ego mitto nuncium meum [3] ante faciem tuam, [4] qui præparabit viam tuam ante te. 3 Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. 4 Baptizabat Joannes in deser-

QUONIAM comperiebamus opus in modum longe majorem opinione succrescere, nam hæc simul & scribebantur a nobis, & typis excudebantur, visum est idem compendii, quod Marcus in contrahendo Matthæi Evangelio præstitit, in nostris præstare annotamentis: quo simul & Lectoris & nostro tædio alioqui intolerabili medeamur, & intra sui temporis stadium operis cursus expleatur. Pauculos enim menses ad hunc laborem ab illustrissimi Burgundionum Principis Caroli obsequiis, in cujus famulitium nuper adsciti fuimus, usurpavimus verius quam impetravimus, idque testor Jesum, non sine gravi rei familiaris jactura. Quanquam ea sane me leviter commovet. Res pecuniaria vel sarciri potest, vel negligi. Cæterum ut est boni viri non deesse suo officio, ita probi ac verecundi est hominis, non committere ut cuiquam videatur oblitus officii. Memini quantum debeam maximo illi Philippo Maximiliani filio, non solum ut Principi, addam, non solum ut optimo Principi, verum etiam ut de me magnificentissime merito. Quidquid autem debebam patriæ, quidquid Principi, quidquid optimo Principi, quidquid bene merito, id totum est mihi refundendum in Carolum, quandoquidem illum, sic fatis visum est, cernere licuit verius quam frui. Jam nominis proprii citius queam oblivisci, quam benignissimi illius Mœcenatis mei, Gulielmi Vuarami Archiepiscopi Cantuariensis, qui sic meritus est de probis ac litteratis viris, ut ab omnibus probitatis ac litterarum cultoribus certatim debeat celebrari. Porro me tantis prosecutus est officiis, tanta obruit benignitate, ut omnia posthabenda sint, quoties officii ratio jubet hujus obsequi voluntati. Proinde cum utrique debeamus patriæ, nam in altera geniti, in alteram cooptati sumus: cum utrique debeamus Principi, quorum alteri jam plurimis ac maximis beneficiis sumus adstricti, ab altero humanissime invitamur ad ea quæ nec promeremur, nec postulamus, atque hoc ipso nomine plus debemus: non fuit mihi integrum opus hoc longius producere, maturum utrisque reditum pollicito. Rem tamen ita moderati sumus, ut nonnihil adjecerimus moræ, nonnihil item contraxerimus operis modum. Quanquam id quoque hactenus ut verborum magis quam rerum esset parsimonia, quo simul & operi & officio, qua licuit, satisfaceremus. Porro mihi sane spes est fore pariter, ut & brevitas, quæ nobis fuit necessaria, Lectori quoque commoda sit, & grata. Quis enim tam patientis est stomachi, ut in his rerum minutiis citra fastidium diu versari possit? Quanquam quantula quæso hujus molestiæ portio redit ad Lectorem? At nos dum inter tot Græcos, Latinos, Hebræos codices sursum ac deorsum discurrimus, velut aciculam, quod ajunt, in acervo quærentes: dum excutimus, quid ille verterit, quid alius legerit, quid ibi sit depravatum, quid hic interpretetur, quid ille correxerit, quid ipsi signaverimus, ubi Latini codices cum Græcis, Hebræi cum utrisque dissentiant, aut etiam consentiant: denique quæ sit ejusdem linguæ codicum inter se vel pugna vel concordia: dum, inquam, inter has spinas distringimur ac torquemur, non unam aut alteram horam, sed menses ferme sex, cogita, quæso, Lector optime, quantum tædii utilitatis publicæ gratia devoremus. Neque vero pigebit, si posthac per otium continget alia conquirere, quæ possint opus hoc vel locupletius reddere, vel emendatius, illa quoque in communem usum adjicere. Plusculum autem præsidii nobis suppetebat in Matthæo ex Veterum Commentariis, ut in quem complures scripserunt, Origenes, Chrysostomus, Hieronymus. In hunc nihil habemus, quod equidem sciam, vetustum. Nam Theophylactus neotericus est: & ii Commentarii, qui Hieronymi titulo circumferuntur, ut non sint usquequaque rejiciendi, tamen non magis sapiunt Hieronymum, quam sorba ficum. Cæterum quo pauciores in hunc scripserint, illud opinor in causa fuisse, quod explicato Matthæo, & hunc explicatum esse putarent. Jam illud te nolim lateat Lector, quod hactenus præfati sumus in Marcum, ad primam hujus operis Editionem pertinere, cum hæc sit Editio quinta, qua decrevimus esse contenti: non quod ullum sit opus, cui non possit adjici, quodve non possit reddi melius: sed quod videam Sycophantis nunc ubique regnantibus dandum esse locum, & existimem in tam humili tamque inamœno argumento diligentiam immodicam merito reprehendendam esse.

1 *INitium Evangelii*] Et hic Hebræorum more exorsus est ab ipso operis titulo, quemadmodum Matthæus, cujus epitomen scripsit Marcus, auctore Augustino.

2 *In Esaia Propheta*] In Græcorum exemplaribus, quæ quidem ego viderim, *Esaia* nomen non exprimitur, sed tantum, ἐν Προφήταις, id est, *in Prophetis*. Verum id apparet mutatum data opera a doctis, qui deprehenderant hoc testimonium e duobus Prophetis esse conflatum: quemadmodum indicat Hieronymus in libro de optimo genere interpretandi. Siquidem prior pars, nempe illa, *Ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te*, est apud Malachiam cap. tertio. Quo sane loco illud obiter annotandum, Hieronymum in eo, quod modo citavimus, opere memoria lapsum videri posse, cum ait, hoc testimonium haberi in fine Malachiæ. Nam cum totum hujus Prophetæ vaticinium quatuor capitibus absolvatur, & hic locus in ipsa statim fronte tertii capitis, in medio verius est, quam in fine. Verum suspicor quæ res imposuerit Hieronymianæ memoriæ, nimirum quod in extremo calce habeatur non dissimile vaticinium, quod & ipsum de Joanne interpretantur: *Ecce ego mittam vobis Heliam Prophetam, antequam veniet dies Domini.* Neque enim mihi satis facit excusatio cujusdam, qui putat in fine dictum esse, quod sit paulo infra medium. Sunt qui indicent in Bibliotheca Vaticana haberi codicem Græcum majusculis descriptum, qui consentiat cum Latina Editione. Quid mirum si consentiat ad Latinorum exemplaria castigatus? Quanquam arbitror hanc germanam esse lectionem. Duriusculum est quod affert Beda, Augustinum, ni fallor, sequutus, fieri potuisse ut Marco scribenti aliud nomen pro alio occurrerit, quod tamen admonitus non putarit corrigendum, eo quod arbitraretur non temere permisisse Spiritum Sanctum, ut nomen pro nomine tum occurrerit scribentis animo. Frigidior est & illa solutio, quoniam Prophetæ licet diversis modis eadem prædixerunt eodem Spiritu, omnium omnia esse communia. Quod si recipimus, non refert quo titulo citetur aliquid e Sacris Voluminibus. Certum est hic

E alteram vaticinii partem esse apud Esaiam. Sed hoc quæri poterat, cur geminum adducens vaticinium, unum tantum Prophetam nominet. Quod ad sensum attinet, unum revera vaticinium est. Sed apud Matthæum IV. quem sequitur Marcus, solus Esaias nominatur, & hujus tantum verba citantur: Marcus Esaiæ vaticinio prætexuit vaticinium Malachiæ, contentus nominare Prophetam celeberrimi nominis. Cæterum quanquam sententiæ summa consentit, verba tamen Evangelistæ nonnihil dissident tum a Septuaginta, tum ab Hebraica veritate. Siquidem Hebræa sic reddidit Hieronymus: *Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam*, consentientibus per omnia Septuaginta, nisi quod *mitto* verterunt in futurum *mittam*, in quo Marcus concordat cum Hebræis. Cæterum addidit *tuam*, cum tantum sit *viam*. Et rursum quod illic est, *ante faciam meam*, hic refert *ante faciem tuam*, mutata persona loquentis. Nam apud Prophetam hæc verba videntur esse Christi de se loquentis, etiamsi mox mutata persona de se tanquam de alio loquatur: *Et statim veniet ad templum Dominator.* Contra apud Evangelistam hæc verba Patris sunt loquentis ad Filium, *Qui præparabit viam tuam ante te.* F Jam posterior pars, *Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini*, &c. est apud Esaiam cap. quadragesimo. Hebraica sic vertit Hieronymus: *Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri.* In nullo dissentientibus Septuaginta ab Hebræis. Dissentiunt & hic nonnihil Evangelistæ, sed in verbis duntaxat. Nam quod cæteri dixerunt, *Rectas facite semitas ejus*, Joannes dixit, *Dirigite viam Domini.* Deinde quod habet Hebraica veritas, & Septuaginta transtulerunt, *Rectas facite semitas Dei nostri*, Matthæus, Marcus, & Lucas posuerunt *semitas ejus*: opinor quod Evangelistæ, cum Hebraice scirent, non indigerent translatione Septuaginta: deinde cum ab Hebræis non anxie decerperent quod scriptum esset, sed quod memoria suggerebat describerent, verbis nonnunquam dissident, in sententia concordant, id quod pluribus in locis admonuit divus Hieronymus. Jam illud, quando notum est iis quoque qui Græce nesciunt, *angelum* significare *nuncium*, non arbitror admonendum. Fortassis hic melius vertisset *nuncium*. Deinde non dixit sim-

κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. 5 Καὶ ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ Ἰυδαία χώρα, καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται· καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ ὑπ' αὐτῦ, ἐξομολογύμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. 6 Ἦν δὲ Ἰωάννης ἐνδεδυμένος τρίχας καμήλυ καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφῦν αὐτῦ, καὶ 7 ἐσθίων ἀκρίδας καὶ μέλι ἄγριον. Καὶ ἐκήρυσσε, λέγων, Ἔρχεται ὁ ἰσχυρότερός μυ ὀπίσω μυ, ὗ ὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτῦ. 8 Ἐγὼ μὲν ἐβάπτισα ὑμᾶς ἐν ὕδατι· αὐτὸς δὲ βαπτίσει ὑμᾶς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. 9 Καὶ ἐγένετο ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ἦλθεν Ἰησῦς ἀπὸ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννυ εἰς τὸν Ἰορδάνην. 10 Καὶ εὐθέως ἀναβαίνων ἀπὸ τῦ ὕδατος, εἶδε σχιζομένυς τὺς ὐρανὺς, καὶ τὸ Πνεῦμα, ὡσεὶ περιστερὰν, καταβαῖνον ἐπ' αὐτόν. 11 Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῶν ὐρανῶν, 12 Σὺ εἶ ὁ Υἱός μυ ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. 13 Καὶ εὐθὺς τὸ Πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλλει εἰς τὴν ἔρημον. Καὶ ἦν ἐκεῖ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἡμέρας τεσσαράκοντα, πειραζόμενος ὑπὸ τῦ Σατανᾶ, καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων· καὶ οἱ Ἄγγελοι διηκόνυν αὐτῷ. 14 Μετὰ δὲ τὸ παραδοθῆναι τὸν Ἰωάννην, ἦλθεν ὁ Ἰησῦς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κηρύσσων 15 τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας τῦ Θεῦ, Καὶ λέγων, Ὅτι πεπλήρωται ὁ καιρὸς, καὶ ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῦ Θεῦ· μετανοεῖτε, καὶ πιστεύετε ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ.

Πε-

serto, 5 prædicans baptismum pœnitentiæ 6 in remissionem peccatorum. 5 Et egrediebantur ad eum tota 7 Judæa regio, 8 ac Hierosolymitæ: & baptizabantur omnes ab illo 9 in Jordane flumine, confitentes peccata sua. 6 10 Erat autem Joannes vestitus pilis cameli 11 & zona pellicea circa lumbos suos, 12 vescebaturque locustis ac melle sylvestri: 7 & prædicabat, dicens, 13 Venit is qui fortior est me post me, 14 cujus non sum idoneus, ut procumbens solvam corrigiam 15 calceamentorum. 8 16 Ego quidem baptizavi vos aqua: illa vero baptizabit vos 17 Spiritu sancto. 9 Et factum est in diebus illis, venit Jesus a Nazareth Galilææ, & baptizatus est a Joanne in Jordane. 10 Et statim 18 quum adscenderet ex aqua, vidit diffindi cœlos, 19 & Spiritum, quasi columbam, 20 descendentem super illum. 11 Et vox facta est de cœlis, Tu es ille Filius meus 21 dilectus, 22 in quo mihi bene complacitum est. 12 Et continuo Spiritus illum 23 expellit in desertum. 13 24 Et erat illic in deserto dies quadraginta, & tentabatur a Satana, eratque cum feris: & Angeli ministrabant illi. 14 Postquam autem comprehensus esset Joannes, venit Jesus in Galilæam, prædicans Evangelium regni Dei, 15 & dicens, 25 Impletum est tempus, 26 instatque regnum Dei: 27 resipiscite, & credite Evangelio.

28 Quum

simpliciter *angelum*, sed addito articulo, τὸν ἄγγελον, ut certum aliquem angelum sive nuncium intelligas designari: cum omnes alioqui Prophetæ nuncii fuerint venturi Christi. At hic unicus ille & eximius fuit nuncius, qui non solum prænunciarit adventum Domini procul adventantis, sed qui præcurrens ipse præpararit viam jam advenientis. Præterea quod ait,

3 *Ante faciem tuam*] Non est Græcis ἔμπροσθεν, aut ἐνώπιον, quod aliquoties ita vertit, hoc est, *coram te*, & *in conspectu tuo*, sed πρὸ προσώπυ, ut intelligas hunc nuncium præcedere, & hoc discutiente obstacula viæ, jam videri, & apparere faciem advenientis Domini. Mox autem,

4 *Qui præparabit viam tuam ante te*] Græce est ἔμπροσθέν συ, quasi dicas, *a fronte tua*: ut intelligas Christum qui nunciabatur jam adesse. Aliter enim dicitur, *ante Ciceronem dixit hoc Cato*, id est, *priusquam Cicero diceret*.

5 *Fuit in deserto*] Quidam offensi hyperbato, sic legunt, *Joannes baptizans in deserto, fuit initium Evangelii.* Non absurde tamen, ut mihi quidem videtur, hæc verba, *Initium Evangelii Jesu Christi*, &c. tituli loco erunt, qui mos est Prophetis, & Herodoto quoque, atque in totum illi genti. Porro quod Valla mavult *exstitit* pro *fuit*, & arguatur nescio quid de *Fuit Joannes baptizans*, haud multum ad rem Theologicam pertinet. Erat enim idioma sermonis Hebræi, quod tamen reperies & apud Atticos. *Erat baptizans*, id est, *baptizabat*, ἐτύγχανε βαπτίζων. *Baptizans*, articulum non addidit Græcus, unde perinde valere potest, ac si dicas, *cœpit baptizare*, ἐγένετο βαπτίζων, *factus est baptizans*, sive *cœpit baptizare. Fuit in deserto.* Apud Græcos alius est verborum ordo. *Fuit Joannes baptizans in deserto.* Ac rectius *erat*, quam *fuit*.

6 *In remissionem peccatorum*] *In* hîc præparationem significat, non effectum; nam Joannis baptismus præparabat ad Christi baptismum, quo remittebantur peccata. Fortassis & illud annotandum, quod Apostoli jubentur prius docere, postea baptizare. Joannes prius baptizare dicitur, deinde prædicare baptismum. Judæus per ceremonias ducitur ad cognitionem, Christianus prius discit: nisi mavis intelligere de baptismo Christi, quem post suum baptismum prædicabat Joannes. Sequitur enim: *Ego quidem baptizavi vos in aqua; ille vero baptizabit vos*, &c. Hinc apparet quod baptizatis ab ipso prædicarit Christi baptismum mox sequuturum, ne ipsius baptismo confiderent.

7 *Judææ regio*] ἡ Ἰυδαία χώρα, id est, *Judæa regio*, ut cohæreant duo nomina substantiva.

8 *Et Hierosolymitæ universi*] Græci secus distinguunt, καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες, id est, *& Hierosolymitæ & baptizabantur omnes.* Nec enim veniebant omnes *Hierosolymitæ*, sed *ex omni Judæa & Hierosolyma qui venerunt baptizabantur*. Nam *omnem Judæam* dixit pro eo quod erat, *ex omnibus Judææ partibus*. Nec est,

9 *In Jordanis flumine*] sed *in Jordane fluvio*, sive *fluvio Jordane*. Addidit autem, quod vox *Jordanis* esset plerisque ignota.

10 *Et erat*] Ἦν δὲ, id est, *Erat autem. Vestitus*, ἐνδεδυμένος, id est, *indutus*. Et *pilis camelorum. Cameli* est Græcis, & item in aureo codice, item in Constantiensi. Quanquam hoc nihil ad sensum. *Camelus* enim hîc speciem notat animantis, non unum aliquod ejus generis. Suffragabantur aureo codici Volumina divi Donatiani. Speciem animantis expressit, ut ostenderet vestis asperitatem, juxta Domini testimonium, *qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt.* Pictores onerant Joannem exuvio cameli, quemadmodum Græci vestiunt Herculem exuvio leonis. Imo vestis erat contexta non e lana Britannica, aut serum velleribus, aut lino Hollandico, sed *e pilis camelorum.* Asperitatem augebat zona pellicea premens ilia.

11 *Et zona pellicea*] καὶ ζώνην δερματίνην. Ablativus est nobis, non nominativus, & refertur ad participium, *vestitus*, sicut & ablativus, *pilis*. Et *lumbos suos* dicendum erat, non *ejus*.

12 *Mel sylvestre edebat*] ἐσθίων, id est, *edens*, ut pertineat ad verbum quod præcessit, *erat*. Quanquam hoc recte variavit, nisi quod aptius erat *vescebatur*, quam *edebat*, aut certe *victitabat*, sive *esitabat*, cum de genere cibi loqueretur.

12 *Venit*] ἔρχεται, *venit*, Græce vel præsentis est temporis, vel futuri. In Donatiani lib. habebatur *veniet*. Et notandus est articulus ὁ ἰσχυρότερος, id est, *ille qui me fortior & potentior est*.

14 *Non sum dignus*] ὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, id est, *non sum idoneus*, aut *sufficiens*, ut vulgo loquuntur.

15 *Et calceamentorum ejus*] *Ejus* addidit Hebræorum more, Latinis non est fas ita loqui.

16 *Ego baptizavi*] Ἐγὼ μὲν. Non in tempore omisit *quidem* conjunctionem, quæ hanc partem opponit Spiritui.

17 *Spiritu sancto*] *In Spiritu sancto* est Græcis, tametsi præpositionem recte omisit Interpres. Quidam codex Græcus hoc quoque loco addebat *& igni*, καὶ πυρὶ, ex Matthæo, sicuti conjicio, quanquam Theophylactus non addit.

18 *Adscendens vidit*] Sermo Græcus anceps est, utrum Joannes viderit, an Christus. *Vidit cœlos apertos*, εἶδε σχιζομένυς τὺς ὐρανὺς, id est, *vidit scindi*, sive *diffindi cœlos*. Nam participium est passivum præsentis temporis, quod non per *scissos*, ut Laurentio visum est, sed per verbum erat transferendum. Elegantius autem vertisset, *diduci cœlos*, sive *findi*.

19 *Et Spiritum sanctum*] *Sanctum* non additur, nec in Græcis, nec in antiquissimis Latinis codicibus, nec in aureo codice, ne in Constantiensi quidem. Porro articulus additus indicat intelligendum de Spiritu sancto, de quo paulo ante meminit. Similiter paulo post, *Et statim Spiritus expulit eum*, ut de eodem accipias Spiritu.

20 *Descendentem & manentem*] *Et manentem* non additur in Græcis, videtur adscriptum ex Evangelio Joannis. Ex sermone Græco non potest aliud intelligi, quam Spiritus descendens a Christo visus fuisse, cum res magis postulet, ut intelligatur a Joanne cæterisque visus descendere. Deinde si Christum accipimus vidisse, dicendum erat ἐφ' αὐτὸν, id est, *super se*, non ἐπ' αὐτὸν, id est, *super eum*. Neque video tamen quo pacto queat res explicari, nisi dixerimus ἀναβαίνων rectum casum positum loco paterni ἀναβαίνοντος, id est, *quum adscenderet ex aqua Jesus, vidit*, &c. Nisi accipiamus Joannem una cum Jesu descendisse in flumen ad tingendum eum, atque ita legamus, *Joannes adscendens ab aqua, vidit*, &c.

21 *Dilectus*] ὁ ἀγαπητός. Articulus non caret emphasi, quasi dicas, *ille dilectus*. Idem additur Filio ὁ Υἱός: multi filii, multi dilecti, at hic ille eximius & unice dilectus. Deinde nomen hic est, non participium, *dilectus*, quod vertere solet *carissimus*.

22 *Complacui*] εὐδόκησα, quasi dicas, *bonam habeo opinionem*, sive *bene complacitum est mihi*.

23 *Expulit*] ἐκβάλλει, id est, *emittit*, præsentis temporis. Quanquam ἐκβάλλειν aliquando est *ejicere*, sive *extrudere*. Significat autem impetum spiritus rapientis hominem quocunque velit. Theophylactus & Chrysostomus in Catena citatus admonet significari, non esse committendum ut homo semet conjiciat in periculum tentationis, sed, si Deo volente incidat, fortiter agendum.

24 *Et erat in deserto*] Quidam codex Græcus tantum habebat, *Et erat ibi*. Alter præterea addit, *in deserto*. Quorsum autem attinebat repetere *desertum*, cum mox præcessisset? *Quadraginta diebus*, in Græcis non additur, *& quadraginta noctibus*.

25 *Quoniam impletum*] ὅτι hoc loco fuerat omittendum Interpreti.

26 *Appropinquabit*] ἤγγικεν. *Et appropinquavit*, sive *appropinquat*, ut in hujusmodi verbis Græci nonnunquam utuntur præteritis loco præsentium, ut non semel jam admonuimus.

27 *Pœnitemini*] Μετανοεῖτε, id est, *Pœniteat vos*, quod consuevit

16 Περιπατῶν δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, εἶδε Σίμωνα καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτȣ͂, βάλλοντας 17 ἀμφίβληςρον ἐν τῇ θαλάσσῃ· ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησȣ͂ς, Δεῦτε ὀπίσω μȣ, καὶ ποιήσω 18 ὑμᾶς γενέσθαι ἁλιεῖς ἀνθρώπων. Καὶ εὐθέως ἀφέντες 19 τὰ δίκτυα αὐτῶν, ἠκολȣ́θησαν αὐτῷ. Καὶ προβὰς ἐκεῖθεν ὀλίγον, εἶδεν Ἰάκωβον τὸν τȣ͂ Ζεβεδαίȣ, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτȣ͂, καὶ αὐτȣ̀ς ἐν τῷ πλοίῳ κα- 20 ταρτίζοντας τὰ δίκτυα. Καὶ εὐθέως ἐκάλεσεν αὐτȣ́ς· καὶ ἀφέντες τὸν πατέρα αὐτῶν Ζεβεδαῖον ἐν τῷ πλοίῳ 21 μετὰ τῶν μισθωτῶν, ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτȣ͂. Καὶ εἰσπορεύονται εἰς Καπερναȣ́μ· καὶ εὐθέως τοῖς σάββασιν 22 εἰσελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν ἐδίδασκε. Καὶ ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτȣ͂· ἦν γὰρ διδάσκων αὐτȣ̀ς ὡς 23 ἐξȣσίαν ἔχων, καὶ ȣ̓χ ὡς οἱ Γραμματεῖς. Καὶ ἦν ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, 24 καὶ ἀνέκραξε, Λέγων, Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ, Ἰησȣ͂ Ναζαρηνέ; ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς; οἶδά σε τίς εἶ, ὁ 25 ἅγιος τȣ͂ Θεȣ͂. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησȣ͂ς, λέγων, 26 Φιμώθητι, καὶ ἔξελθε ἐξ αὐτȣ͂. Καὶ σπαράξαν αὐτὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον, καὶ κράξαν φωνῇ μεγάλῃ, 27 ἐξῆλθεν ἐξ αὐτȣ͂. Καὶ ἐθαμβήθησαν πάντες, ὥςε συζητεῖν πρὸς αὐτȣ̀ς, λέγοντας, Τί ἐςι τȣ͂το; τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη, ὅτι κατ' ἐξȣσίαν καὶ τοῖς πνεύμασι τοῖς ἀκαθάρτοις ἐπιτάσσει, καὶ ὑπακȣ́ȣσιν αὐτῷ; 28 Ἐξῆλθε δὲ ἡ ἀκοὴ αὐτȣ͂ εὐθὺς εἰς ὅλην τὴν περίχωρον 29 τῆς Γαλιλαίας. Καὶ εὐθέως ἐκ τῆς συναγωγῆς ἐξελθόντες, ἦλθον εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος καὶ Ἀνδρέȣ μετὰ 30 Ἰακώβȣ καὶ Ἰωάννȣ. Ἡ δὲ πενθερὰ Σίμωνος κατέκειτο πυρέσσȣσα· καὶ εὐθέως λέγȣσιν αὐτῷ περὶ αὐτῆς. 31 Καὶ προσελθὼν ἤγειρεν αὐτὴν, κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς· καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετὸς εὐθέως, καὶ διηκόνει 32 αὐτοῖς. Ὀψίας δὲ γενομένης, ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος, ἔφερον πρὸς αὐτὸν πάντας τȣ̀ς κακῶς ἔχοντας, καὶ τȣ̀ς 33 δαιμονιζομένȣς. Καὶ ἡ πόλις ὅλη ἐπισυνηγμένη ἦν πρὸς 34 τὴν θύραν. Καὶ ἐθεράπευσε πολλȣ̀ς κακῶς ἔχοντας ποικίλαις νόσοις· καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλε, καὶ ȣ̓κ ἤφιε 35 λαλεῖν τὰ δαιμόνια, ὅτι ᾔδεισαν αὐτόν. Καὶ πρωῒ ἔννυχον

28 Quum ambularet autem juxta mare Galilææ, vidit Simonem & Andream 29 fratrem ejus, jacientes retia in mare: erant enim piscatores. Et dixit 17 eis Jesus, Sequamini me, & faciam ut efficiamini piscatores hominum. Ac protinus relictis retibus 18 suis, sequuti sunt eum. Et progressus illinc pusillum, 19 vidit Jacobum filium Zebedæi, & Joannem fratrem ejus, qui & ipsi in navi 30 reconcinnabant retia. Statimque vocavit illos: & illi relicto patre suo Ze- 20 bedæo in navi cum mercenariis, 31 sequuti sunt eum. Et ingrediuntur Capernaum: & statim sabbatis in- 21 gressus in synagogam docebat. Et stupebant super 22 doctrina ejus: erat enim docens eos 32 tanquam auctoritate præditus, & non sicut Scribæ. Et erat 23 in synagoga eorum homo 33 obnoxius spiritui immundo, & exclamavit, Dicens, Ah, 34 quid rei no- 24 bis tecum est, Jesu Nazarene? 35 venisti ad perdendum nos? 36 novi te quis sis, 37 nimirum ille sanctus Dei. 38 Et increpavit illum Jesus, dicens, Obmu- 25 tesce, & exi 39 ab homine. 40 Et quum discerpsisset 26 eum spiritus immundus, exclamassetque voce magna, exiit ab eo. Et obstupuerunt omnes, ita ut 27 conquirerent inter se, dicentes, 41 Quid est hoc? 42 quæ doctrina nova hæc, 43 quia cum auctoritate etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei? 44 Emanavit autem fama ejus statim in totum undi- 28 que 45 regionem Galilææ finitimam. Et protinus e 29 synagoga egressi, venerunt in domum Simonis & Andreæ cum Jacobo & Joanne. Socrus autem Simo- 30 nis 46 decumbebat febricitans: & continuo dicunt ei de illa. Et accedens erexit eam, 47 apprehensa 31 manu ejus: & reliquit eam febris illico, ac ministrabat eis. Vesperi vero, quum occidisset sol, afferebant 32 ad eum omnes male habentes, & qui a dæmoniis agitabantur. 48 Et civitas tota congregata erat ad 33 ostium. Et sanavit multos 49 qui ægrotabant variis 34 morbis: & dæmonia multa ejiciebat: & non sinebat loqui dæmonia, 50 quod ipsum nossent. 51 Et 35 mane

suevit vertere, *Pœnitentiam agite*, aut quod ego malim, *Resipiscite. Et credite Evangelio*, ἐν Εὐαγγελίῳ, id est, *in Evangelio*, tametsi id ex proprietate est sermonis Hebræi. Theophylactus putat hic abrogatam Legis observationem, quum ait, *credite Evangelio*, quasi dicat, *Cessent umbræ, lux adest.* Ad id facit quod præcessit, *tempus impletum est.* Proinde non omnino idem docuit Christus initio quod Joannes.

28 *Et præteriens*] Περιπατῶν δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν, id est, *Ambulans autem ad mare*, sive *juxta mare.* Quanquam alius codex habebat, Καὶ παράγων παρὰ τὴν θάλασσαν, id est, *Et præteriens juxta mare.* Porro lacum *mare* vocat.

29 *Fratrem ejus*] Pro *ejus* Græce est *Simonis.* Quidam utrumque repetunt, αὐτȣ͂ τȣ͂ Σίμωνος, id est, *ipsius Simonis*, sive *ejus* nempe *Simonis*, quod opinor additum a quopiam qui voluerit effugere ἀμφιβολογίαν, ne intelligeremus fratrem ipsius Christi. Nec est hoc loco *retia*, ut paulo post δίκτυα, sed ἀμφίβληςρον, id est, genus retis, cujus meminit Julius Pollux.

30 *Componentes retia*] καταρτίζοντας, id est, *sarcientes*, sive *reconcinnantes.*

31 *Secuti sunt eum*] ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτȣ͂, id est, *abierunt post eum*, ut verbum verbo reddatur. Quod & alias verti poterat, ὕπαγε ὀπίσω μȣ, *sequere me.* Theophylactus putat hic narrari secundam vocationem, eo quod narratio Lucæ v. dissonet a narratione Matthæi & Marci. Cæterum quod addit Petrum & Andream fuisse discipulos Joannis Baptistæ, qui permoti illius de Christo testimonio Christum sequi cœperint, sed Joanne conjecto in carcerem redierint ad pristinum quæstum, unde denuo vocati protinus sequuti sint, quoniam nulla Scripturæ auctoritate nititur, pro conjectura humana habendum censeo.

32 *Quasi potestatem habens*] ὡς, id est, *tanquam.* Quanquam hoc *quasi*, & quod mox sequitur, *sic*, eidem Græcæ voci respondent ὡς, unde vertere poterat utrobique, *ut.* Porro de potestate ἐξȣσίᾳ diximus in Matthæo.

33 *In spiritu immundo*] Quid hac forma loquendi durius Latinis simul & Græcis auribus? Dici poterat, *obnoxius immundo spiritui.*

34 *Quid nobis & tibi*] Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοί; id est, *Sine, quid nobis & tibi?* Quanquam ἔα rectius accipitur, ut sit adverbium Græcis, nobis interjectio exclamantis: & Latine vertisset, *Quid rei nobis tecum est?* Aut, quod pollet idem, *Quid tibi nobiscum est rei?*

35 *Venisti ante tempus perdere nos*] *Ante tempus*, nec additur apud Græcos, nec in codice aureo, ne in Constantiensi quidem. Videtur huc adjectum e Matthæi capite octavo.

36 *Scio quod sis*] οἶδά σε τί εἶ, id est, *scio te qui sis*, & sic habent antiqui nostri codices, *qui sis*, non *quod sis*, sive *novi te quis es*, ut magis ad verbum exprimam.

37 *Sanctus Dei*] ὁ ἅγιος τȣ͂ Θεȣ͂. Nec hic articulus otiose additur, ut alias sæpius indicatum est. Nec enim est simpliciter *sanctus*, sed ὁ ἅγιος, ut certum & insignem intelligamus, videlicet illum unum vere sanctum, & omnis humanæ sanctimoniæ fontem. Proinde dilucidius erat, *novi te qui sis, nempe sanctus ille Dei.*

38 *Et comminatus est*] Καὶ ἐπετίμησεν, id est, *Et increpavit.*

39 *De homine*] Græcis est ἐξ αὐτȣ͂, id est, *ex eo.*

40 *Et discerpens eum, & exclamans*] Utrumque participium Græcis præteriti temporis est, σπαράξαν, καὶ κράξαν, quasi dicas, *discerpto illo, & clamore emisso.*

41 *Quidnam est hoc*] Τί ἐςι τȣ͂το; Particulam *nam* addidit Interpres de suo, cum alias negligat exprimere, nimirum ad hunc modum paria faciens. Et rursum,

42 *Quænam doctrina*] τίς ἡ διδαχὴ, *quæ doctrina*, de suo addidit *nam.*

43 *Quia in potestate & spiritibus imperat*] *Quia in potestate & spiritibus*, habetur tum in Græcis, tum in antiquis Latinis, ut conjunctio addat epitasin. Cæterum Græci codices locum bifariam distinguunt. Nonnulli sic legunt, *quæ est hæc doctrina, quoniam secundum potestatem*, ut subaudias *est.* Alii conjungunt hæc cum his quæ mox sequuntur, *quæ est doctrina hæc, quoniam cum auctoritate spiritibus quoque immundis imperat.*

44 *Et processit*] Καὶ ἐξῆλθεν, id est, *Et exivit*, sive *emanavit. Rumor ejus*, ἡ ἀκοὴ αὐτȣ͂, id est, *fama ejus*, quod alicubi vertit *opinio.* Cæterum ut *famam hominis* dicimus, ita non dicimus *rumorem hominis* in eodem sensu. *Rumor* enim magis ad rem refertur, ut *rumor belli. Fama* generale nomen est.

45 *Regionem*] περίχωρον, id est, *totam undique regionem Galilææ finitimam*, ut intelligamus & ultra Galilææ fines famam Jesu progressam.

46 *Recumbebat*] κατέκειτο, id est, *decumbebat*, ut & antiqui codices habent, cumque his aureus ille, atque etiam Constantiensis. *Recumbit* enim quiescens & supinus. *Accumbitur* in convivio. *Decumbit* ægrotus lecto affixus.

47 *Apprehensa manu ejus*] κρατήσας, quod toties vertit *tenuit*, veluti de Jesu capto, *tenuerunt eum*, ubi tempestivius erat *comprehenderunt.* Et cur non potius *reliquit* quam *dimisit*, ἀφῆκεν; nisi forte febris dicto vale discessit.

48 *Omnis civitas*] ἡ πόλις ὅλη, id est, *civitas tota*, ne plures civitates intelligas.

49 *Qui vexabantur*] κακῶς ἔχοντας, id est, *male habentes*, sive *male affectos. Variis languoribus*, ποικίλαις νόσοις, id est, *variis morbis*: quod tamen ita perpetuo fere vertit.

50 *Quoniam sciebant eum*] Græce sic est, ὅτι ᾔδεισαν αὐτὸν Χριςὸν εἶναι, id est, *quod noverant ipsum Christum esse.* Nam hæc duo verba adduntur in nonnullis Græcis exemplaribus, velut in Theophylacto; in nostris tantum est, *quoniam sciebant eum.* Græcus tamen sermo ambiguus est, *non passus eos hoc proloqui quod agnoscerent Jesum*: sive, *non passus est eos omnino loqui, propterea quod agnoscerent Christum esse Messiam*, ne id ante tempus effutirent. In priore sensu magis conveniebat *ipsum*, quam *eum.*

51 *Et diluculo valde*] Καὶ πρωῒ ἔννυχον λίαν, id est, *Et mane*-

νυχὸν λίαν ἀναςὰς ἐξῆλθε, καὶ ἀπῆλθεν εἰς ἔρημον τόπον, κἀκεῖ προσηύχετο. 36 Καὶ κατεδίωξαν αὐτὸν ὁ Σίμων καὶ οἱ μετ' αὐτῦ. 37 Καὶ εὑρόντες αὐτὸν, λέγυσιν αὐτῷ, 38 Ὅτι πάντες ζητῦσί σε. Καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἄγωμεν εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις, ἵνα κἀκεῖ κηρύξω· 39 εἰς τῦτο γὰρ ἐξελήλυθα. Καὶ ἦν κηρύσσων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, εἰς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν, καὶ τὰ δαιμόνια ἐκβάλλων. 40 Καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτὸν λεπρὸς, παρακαλῶν αὐτὸν, καὶ γονυπετῶν αὐτὸν, καὶ λέγων αὐτῷ, 41 Ὅτι, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι. Ὁ δὲ Ἰησῦς σπλαγχνισθεὶς, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτῦ, 42 καὶ λέγει αὐτῷ, Θέλω, καθαρίσθητι. Καὶ εἰπόντος αὐτῦ, εὐθέως ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῦ ἡ λέπρα, καὶ 43 ἐκαθαρίσθη. Καὶ ἐμβριμησάμενος αὐτῷ, εὐθέως ἐξέβαλεν αὐτόν. 44 Καὶ λέγει αὐτῷ, Ὅρα μηδενὶ μηδὲν εἴπῃς· ἀλλ' ὕπαγε, σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε περὶ τῦ καθαρισμῦ σῦ ἃ προσέταξε Μωσῆς, 45 εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. Ὁ δὲ ἐξελθὼν ἤρξατο κηρύσσειν πολλὰ, καὶ διαφημίζειν τὸν λόγον, ὥςε μηκέτι αὐτὸν δύνασθαι φανερῶς εἰς πόλιν εἰσελθεῖν· ἀλλ' ἔξω ἐν ἐρήμοις τόποις ἦν, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν πανταχόθεν.

II. 1 Καὶ πάλιν εἰσῆλθεν εἰς Καπερναὺμ δι' ἡμερῶν· καὶ ἠκύσθη 2 ὅτι εἰς οἶκόν ἐςι. Καὶ εὐθέως συνήχθησαν πολλοὶ, ὥςε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν· καὶ ἐλάλει 3 αὐτοῖς τὸν λόγον. Καὶ ἔρχονται πρὸς αὐτὸν, παραλυτικὸν 4 φέροντες, αἰρόμενον ὑπὸ τεσσάρων. Καὶ μὴ δυνάμενοι προσεγγίσαι αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον, ἀπεςέγασαν τὴν ςέγην ὅπυ ἦν, καὶ ἐξορύξαντες χαλῶσι τὸν 5 κράββατον, ἐφ' ᾧ ὁ παραλυτικὸς κατέκειτο. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησῦς τὴν πίςιν αὐτῶν, λέγει τῷ παραλυτικῷ, Τέκνον, 6 ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σῦ. Ἦσαν δέ τινες τῶν Γραμματέων ἐκεῖ καθήμενοι, καὶ διαλογιζόμενοι ἐν ταῖς 7 καρδίαις αὐτῶν, Τί ὗτος ὕτω λαλεῖ βλασφημίας; τίς 8 δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός; Καὶ εὐθέως ἐπιγνῦς ὁ Ἰησῦς τῷ πνεύματι αὐτῦ, ὅτι ὕτως διαλογίζονται ἐν ἑαυτοῖς, εἶπεν αὐτοῖς, Τί ταῦτα 9 διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; Τί ἐςιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν τῷ παραλυτικῷ, Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι· ἢ εἰπεῖν, Ἔγειραι, καὶ ἆρόν σῦ τὸν κράββατον, 10 καὶ περιπάτει; Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξυσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ ἀφιέναι ἐπὶ τῆς γῆς ἁμαρτίας, λέ-11 γει τῷ παραλυτικῷ· Σοὶ λέγω, Ἔγειραι, καὶ ἆρον 12 τὸν κράββατόν σῦ, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σῦ. Καὶ ἠγέρθη εὐθέως, καὶ ἄρας τὸν κράββατον ἐξῆλθεν ἐναντίον πάντων· ὥςε ἐξίςασθαι πάντας καὶ δοξάζειν τὸν

mane multa adhuc nocte quum surrexisset, egressus est, & abiit Jesus in desertum locum, ibique orabat. 36 Et prosequuti sunt eum Simon & qui cum illo erant. 37 Et quum invenissent eum, [52] dicunt ei, Omnes te quærunt. 38 Et ait illis, Eamus [53] in proximos vicos, [54] ut & ibi prædicem: in hoc enim egressus sum. 39 Et prædicabat in synagogis eorum, [55] in tota Galilæa, & dæmonia ejiciebat. 40 Et venit ad eum leprosus, deprecans eum, eique ad genua accidens, ac dicens illi, [56] Si vis, potes me mundare. 41 Jesus autem misertus, protensa manu, tetigit illum, & dicit ei, [57] Volo, mundus esto. 42 Et quum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. 43 [58] Et comminatus ei, statim emisit illum. 44 Dicitque ei, [59] Vide ne cui quicquam dicas: sed abi, [60] teipsum ostende sacerdoti, & offer pro emundatione tui quæ præcepit Moses, in testimonium illis. 45 At ille egressus [61] cœpit prædicare multa, & [62] divulgare sermonem, [63] ita ut jam non posset Jesus manifeste introire in civitatem: sed foris [64] in desertis locis erat, [65] & veniebant ad eum undique.

II. 1 Et iterum intravit Capernaum [1] post dies aliquot: & auditum est quod in domo esset. 2 [2] Et protinus congregati sunt multi, adeo ut jam non caperent eos [3] nec illa loca quæ erant circa januam: & loquebatur eis sermonem. 3 [4] Et veniunt ad eum, ferentes paralyticum, qui a quatuor portabatur. 4 Et quum non possent appropinquare illi præ turba, [5] nudaverunt tectum ædium in quibus erat, [6] perfossoque tecto funibus [7] demittunt grabatum, [8] in quo paralyticus decumbebat. 5 Quum autem vidisset Jesus fidem illorum, ait paralytico, Fili, remittuntur tibi peccata tua. 6 Erant autem illic quidam de Scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis, 7 [9] Quid hic sic loquitur blasphemias? quis potest remittere peccata, [10] nisi solus Deus? 8 Et protinus ubi cognovisset Jesus spiritu suo, quod sic cogitarent intra sese, dicit illis, Quid ista cogitatis in cordibus vestris? 9 Utrum est facilius dicere paralytico, [11] Remittuntur tibi peccata: an dicere, Surge, & tolle grabatum tuum, & ambula? 10 Ut autem sciatis quod Filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata, ait paralytico: 11 Tibi dico, Surge, ac tolle grabatum tuum, & abi in domum tuam. 12 Et statim surrexit, sublatoque grabato egressus est in conspectu omnium: [12] adeo ut stupescerent omnes &

ne multa adhuc nocte. Nam id sonat ἔννυχον, cum adhuc aliquantum est noctis.

52 *Dixerunt*] λέγυσι, id est, *dicunt.* Et mox, *Quia omnes*, ὅτι conjunctio fuerat omittenda.

53 *In proximos*] εἰς τὰς ἐχομένας, id est, *adhærentes*, sive *contiguos. Vicos & civitates*, Græcis est dictio composita, κωμοπόλεις, quod quidam interpretantur *municipia. Oppidula rusticana* significat, quæ vel *vici*, vel *oppida* videri possint. Siquidem ex *vico* & *oppido* Græca vox composita est.

54 *Ut ibi prædicem*] Græce est ἵνα καὶ ἐκεῖ, *ut & ibi.* Consentientibus & antiquis exemplaribus nostris. Et *in hoc*, apertius erat, *ad hoc*, sive *hac gratia*, εἰς τῦτο.

55 *Et in omni Galilæa*] *Et* non est Græcis, sed *in synagogis illorum per totam Galilæam.*

56 *Si vis*] Hoc loco Interpres recte omisit ὅτι: quod cum alicubi faciat, mirandum, cur non idem perpetuo faciat, quoties sermonis exigit ratio.

57 *Volo, mundare*] *Mundare* hic passivum est, imperandi modo, Θέλω, καθαρίσθητι, quemadmodum est in Matthæo.

58 *Et comminatus est*] Καὶ ἐμβριμησάμενος αὐτῷ, εὐθέως ἐξέβαλεν, id est, *Et comminatus ei, statim ejecit*, hoc est, *acriter interminatus, necubi proferret.* Et *ejecit* dixit pro *ablegavit*, sive quod celeriter, sive quod invitum.

59 *Vide nemini*] Ὅρα μηδενὶ, id est, *Vide ne cui.*

60 *Ostende te*] ἑαυτὸν δεῖξον, id est, *teipsum ostende.* Quanquam Interpres hujusmodi composita pronomina plerunque vertit per simplicia. Et quod in nostris codicibus legitur *principi sacerdotum*, apud Græcos est τῷ ἱερεῖ, nisi forte id efficit articulus, ut de summo sacerdote dictum accipiatur.

61 *Cœpit prædicare*] Græci addunt πολλὰ, id est, *multum* sive *multa.*

62 *Diffamare*] διαφημίζειν Græce non sonat in malam partem. Verti poterat *spargere* seu *divulgare.*

63 *Ita ut non posset jam*] Ex Græcis verbis apparet de mundato dictum. Proinde ne quid hîc hæreret Lector, pro αὐτὸν subjecimus *Jesus*, hoc est, nomen pro pronomine. Ne quis hoc ut temere factum statim corrigat.

64 *In desertis locis esse*] *Erat* Græce est, non *esse*, ἦν.

65 *Et conveniebant*] καὶ ἤρχοντο, id est, *& veniebant.*

1 *Post dies*] δι' ἡμερῶν, id est, *per dies.* Nec addendum est *octo*, quod in quibusdam habetur codicibus Latinis. Certe in Paulino habebatur *post dies*, in Corsendoncensi recenti manu additum erat *octo.* Sed lucidius erat *diebus aliquot*, sive *post dies aliquot.* Nam *post dies* Latine nihil significat.

2 *Et convenerunt*] Καὶ εὐθέως συνήχθησαν, id est, *Et confestim convenerunt*, sive *collecti sunt.*

3 *Nec ad januam*] Græca sic habent, ὥςε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν, id est, *ita ut jam non caperent ne ea quidem quæ erant juxta januam*, ut intelligas domum adeo fuisse refertam, ut ne vestibulum quidem & partes ostio vicinæ caperent turbam. Aureus codex habebat *non caperet*, itidem Constantiensis, denique meus vetustæ typographiæ: ut *caperet* verbum pertineat ad domum, sitque gemina negatio, *nec domus capiebat, nec loca vicina januæ*, hoc est, *vestibulum.*

4 *Et venerunt*] Καὶ ἔρχονται, id est, *Et veniunt.*

5 *Nudaverunt tectum*] ἀπεςέγασαν τὴν ςέγην, id est, *detexerunt tectum.* Est enim προσονομασία, quasi dicas, *detegulaverunt tegulas.*

6 *Et patefacientes*] καὶ ἐξορύξαντες, id est, *cum effodissent*, ut intelligamus etiam superne perfodi tecta.

7 *Submiserunt*] χαλῶσι, id est, *demittunt*, proprie *funibus*, quemadmodum demittitur ancora, aut saxum e sublimi.

8 *In quo paralyticus jacebat*] κατέκειτο, id est, *decumbebat* quod paulo ante depravatum erat *recumbebat.*

9 *Quid hic sic loquitur, blasphemat*] Græce est *blasphemias*, βλασφημίας, *loquitur blasphemias.*

10 *Nisi solus Deus*] εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός, id est, *nisi unus qui est Deus.*

11 *Dimittuntur*] ἀφέωνται, id est, *remittuntur*, sive *remissa sunt.* Nam videtur esse præteritum Atticum pro ἀφεῖνται. Thema activum est ἀφεῖκα, passivum ἀφεῖνται. Ita tradit Herodianus. Fortassis Interpres legit ἀφίονται per ο micron, ut deducatur a verbo ἕω, unde ἵημι. Ut nos superiore Editione poneremus *remittantur*, in causa fuit quidam insigniter Græce doctus, ad hæc non mediocri vir auctoritate, qui consultus super hoc loco, jussit ut suo periculo verterem *remittantur.* Obsequutus sum, & falsus. Id quum mihi non semel acciderit, tamen audio pertinax, & nulli cedens.

12 *Ut mirarentur*] Plus dixit Græcus sermo, ὥςε ἐξίςασθαι, id est, *ut essent attoniti, & velut extra se.* Nam ab hoc verbo dicta *ecstasis*, quæ est raptus mentis.

13 *Ho-*

κα β 13 τὸν Θεὸν, λέγοντας, Ὅτι οὐδέποτε οὕτως εἴδομεν. Καὶ ἐξῆλθε πάλιν παρὰ τὴν θάλασσαν· καὶ πᾶς ὁ ὄχλος 14 ἤρχετο πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐδίδασκεν αὐτούς. Καὶ παράγων εἶδε Λευῒν τὸν τοῦ Ἀλφαίου καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, καὶ λέγει αὐτῷ, Ἀκολούθει μοι. Καὶ ἀναστὰς κϐ β 15 ἠκολούθησεν αὐτῷ. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακεῖσθαι αὐτὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, καὶ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· 16 ἦσαν γὰρ πολλοὶ, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ. Καὶ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἰδόντες αὐτὸν ἐσθίοντα μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν, ἔλεγον τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Τί ὅτι μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν κγ β 17 ἐσθίει καὶ πίνει; Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς, Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς 18 εἰς μετάνοιαν. Καὶ ἦσαν οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων νηστεύοντες· καὶ ἔρχονται, καὶ λέγουσιν αὐτῷ, Διατί οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων 19 νηστεύουσιν, οἱ δὲ σοὶ μαθηταὶ οὐ νηστεύουσι; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστι, νηστεύειν; ὅσον χρόνον 20 μεθ' ἑαυτῶν ἔχουσι τὸν νυμφίον, οὐ δύνανται νηστεύειν. Ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ 21 τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. Καὶ οὐδεὶς ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· εἰ δὲ μὴ αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ τὸ καινὸν τοῦ παλαιοῦ, καὶ χεῖ- 22 ρον σχίσμα γίνεται. Καὶ οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μὴ ῥήσσει ὁ οἶνος ὁ νέος τοὺς ἀσκοὺς, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται· ἀλλὰ οἶνον νέον κδ β 23 εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον. Καὶ ἐγένετο παραπορεύεσθαι αὐτὸν ἐν τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων, καὶ ἤρξαντο οἱ 24 μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν τίλλοντες τοὺς στάχυας. Καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἔλεγον αὐτῷ, Ἴδε, τί ποιοῦσιν ἐν τοῖς σάβ- 25 βασιν ὃ οὐκ ἔξεστι; Καὶ αὐτὸς ἔλεγεν αὐτοῖς, Οὐδέποτε ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε χρείαν ἔσχε, καὶ 26 ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ; Πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ Ἀρχιερέως, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν, οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦ- κε β 27 σι, καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσι; Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο, οὐχ ὁ ἄνθρωπος 28 διὰ τὸ σάββατον. Ὥστε κύριός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ

III. 1 τοῦ σαββάτου. Καὶ εἰσῆλθε πάλιν εἰς τὴν συναγωγήν· καὶ ἦν 2 ἐκεῖ ἄνθρωπος ἐξηραμμένην ἔχων τὴν χεῖρα. Καὶ παρετήρουν αὐτὸν, εἰ τοῖς σάββασι θεραπεύσει αὐτὸν, ἵνα κατηγορήσω- 3 σιν αὐτοῦ. Καὶ λέγει τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ἐξηραμμένην ἔχοντι τὴν

A & 13 glorificarent Deum, dicentes, Nunquam sic vidimus. Et egressus est rursus ad mare: omnisque turba veniebat ad eum, ac docebat eos. Et quum præteriret Jesus, vidit 14 Levi Alphæi filium sedentem 15 ad telonium, & ait illi, Sequere me. Isque surgens sequutus est eum. Et factum est, quum accumberet in domo illius, multi etiam publicani & peccatores simul discumbebant cum Jesu & discipulis ejus: erant enim multi qui sequuti fuerant eum. Et Scribæ ac Pharisæi 16 quum vidissent eum capientem cibum cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis ejus, 17 Quid est quod cum publicanis & peccatoribus edit ac bibit? Hoc audito Jesus ait illis, 18 Non opus habent qui bene valent medico, sed qui B male habent: non veni 19 ad vocandum justos, sed peccatores ad pœnitentiam. Et discipuli Joannis 20 ac Pharisæorum jejunabant, veniuntque, & dicunt illi, Quare discipuli Joannis & Pharisæorum jejunant, tui autem discipuli non jejunant? Et ait illis Jesus, 21 Num possunt 22 filii thalami nuptialis, in quo cum illis sponsus est, jejunare? quandiu habent secum sponsum, non possunt jejunare. Venient autem dies, quum auferetur ab eis sponsus, & tunc jejunabunt in illis diebus. Et nemo 23 assumentum panni rudis assuit vestimento veteri, alioquin 24 aufert supplementum ejus novum a veteri, & pejor scissura fit. Et ne- C mo mittit vinum mustum in utres veteres, alioqui disrumpit vinum mustum utres, & vinum effunditur, & utres pereunt: 25 sed vinum mustum in utres novos mitti debet. Et accidit, ut transiret sabbatis per segetes, & 26 cœperunt discipuli ejus inter viam vellere spicas. Et Pharisæi dicebant, 27 Ecce, cur faciunt sabbatis quod non licet? Et ipse ait illis, Nunquam legistis quid fecerit David, quum opus haberet, & esuriret ipse & qui cum eo erant? quomodo ingressus sit in domum Dei 28 sub Abiathar principe Sacerdotum, & panes propositionis comederit, quos non licet edere 29 nisi sacerdotibus, 30 & dederit etiam iis qui secum erant? Et dicebat illis, Sabbatum propter hominem factum est, non homo propter D sabbatum. Itaque dominus est Filius hominis etiam ζ sabbati. Et introivit iterum in synagogam: & III. 1 erat ibi homo arefactam habens manum. Et observa- 2 bant eum, an sabbatis sanaturus esset eum, ut accusarent illum. Et ait homini habenti manum arefa- 3 ctam,

13 *Honorificarent*] δοξάζειν, id est, *glorificarent*.

14 *Levi Alphai*] τὸν τοῦ Ἀλφαίου, id est, *Alphai filium*.

15 *Ad teloneum*] Græcam vocem reliquit, τελώνιον, quæ mensa est aut locus publicanorum, ubi colligunt vectigal, quod Græce τέλος dicitur.

16 *Videntes quia manducaret*] ἰδόντες αὐτὸν ἐσθίοντα, id est, *cum vidissent eum edentem*. Mirum cur hic placuerit solœcismus, quum Græcus sermo non præbuerit occasionem.

17 *Quare*] Τί ὅτι, id est, *Quid quod*, id est, *Quid est quod*. *Magister vester*. Laurentius negat hæc addita in exemplaribus, quibus est usus. In nonnullis tamen addita comperi; tametsi Theophylactus non addit. In Constantiensi fuit erasum.

E

18 *Non necesse habent*] οὐ χρείαν ἔχουσι, id est, *non opus habent*. *Sani*, ἰσχύοντες, id est, *valentes*, sive *qui valent*.

19 *Vocare justos*] Græci addunt εἰς μετάνοιαν, id est, *ad pœnitentiam*. Quanquam id suspicor adjectum a quopiam. Nam nec in antiquissimis codicibus nostris reperitur, nec in Constantiensi, nec in meo vetustæ typographiæ, etiamsi apud Theophylactum additum est.

20 *Et Pharisæi*] Quidam Græcus codex habebat καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων, id est, *& Pharisæorum*, ut subaudias *discipuli*, quemadmodum est item paulo post: nisi mavis, *ii qui sunt ex Pharisæis*, hoc est, *e factione Pharisaica*.

21 *Nunquid possunt*] Μὴ δύνανται, id est, *Num possunt*.

22 *Filii nuptiarum*] Græca nonnihil dissonant, οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστὶν, νηστεύειν, id est, *filii thalami nuptialis, in quo sponsus cum eis est, jejunare*. Νυμφὼν enim *nuptiale cubiculum* significat, interprete Suida. Deinde continenter ipse sibi respondet, ὅσον χρόνον μετ' αὐτῶν ἔχουσι τὸν νυμφίον, οὐ δύνανται νηστεύειν, id est, *quanto tempore secum habent sponsum, non possunt jejunare*.

F

23 *Assumentum*] ἐπίβλημα, quod ante verterat *commissuram*, ut Matthæi nono, & Lucæ quinto, ad verbum sonat *immissuram*. Dilucide tamen vertit Interpres. *Panni rudis*, ῥάκους ἀγνάφου, id est, *panni nondum a fullone curati*. Nam hunc *rudem* vocat Interpres. Siquidem γναφεὺς *fullonem* significat.

24 *Aufert supplementum novum*] Græcus addidit *ejus*, ut subaudias *vestis*. Quod hic vertit *supplementum*, alias verterat *plenitudinem*, πλήρωμα, ut Matthæi nono. Sic autem vocat eam panni particulam, qua vestis lacera sarcitur & expletur. Multa prudens prætereo, quod de his jam dictum sit in Matthæo.

25 *Vinum novum in utres novos*] Græcis non est eadem προσονομασία, cum illis habeatur νέον & καινούς, quorum prius illud aptius dicitur de iis quæ sentiunt ætatem.

26 *Cœperunt progredi*] ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν, id est, *cœperunt discipuli ejus iter facere*. Nam quod Græcus habet sermo, ἤρξαντο, id est, *cœperunt*, hoc Interpres retulit ad personam: veluti cum dicitur, ἄρχεσθαι λέγειν, non qui initium dicendi facit, cum ante tacuisset, sed qui primus & ante alios incipit verba facere, & ob id vertit *progredi*. Nimirum offensus absurditate sermonis, quod cum paulo ante dictum esset, *Jesum iter fecisse per segetes*, nunc idem subjiciat de discipulis, quod *cœpissent iter ingredi*. Verum hic nec initium itineris significatur, nec ordo ingredientium, sed vellendi initium. Jam enim *inter eundum cœperunt vellere spicas*. Et *vellere spicas*, τίλλοντες, id est, *vellentes*, sive *vellendo*.

27 *Ecce quid faciunt discipuli tui sabbatis*] Ut paulo superius non addebatur *magister vester*, ita hic non additur apud Græcos *discipuli tui*. Quorsum enim attinebat eos nominare, cum digito illos ostenderent, *ecce?*

28 *Sub Abiathar principe Sacerdotum*] Divus Hieronymus in libello de optimo genere interpretandi indicat nomen *Abiathar* pro *Achimelech* esse positum, propterea quod libro Regum primo capite XXII. ubi refertur hujusce rei historia, nulla mentio fiat *Abiathar*, sed duntaxat *Achimelech*; sive id acciderit vitio Scriptorum, sive quod ejusdem hominis vocabulum sit *Abiathar* & *Achimelech*. Nam Lyranus putat hunc *Abiathar* fuisse filium *Achimelech*, qui sub patre functus sit officio paterno, & eo cæso jussu Saülis, comes fuerit fugæ Davidicæ. Hieronymus ut nectit nodum, ita non explicat. Theophylactus aperit aliam rimam, ut accipiamus alium fuisse *Achimelech*, qui in libro Regum tantum sacerdos sit dictus ἱερεὺς, quum hic *Abiathar* dicatur Ἀρχιερεύς. Mirum quum Latini codices constanter habeant *Achimelech*, cur in Græcis Evangeliis semper habeatur *Abimelech*, nisi quod Suidas in dictione εἰσήγγειλεν admonet eundem utroque nomine signari.

29 *Nisi solis*] *Solis* non additur apud Græcos, nec erat in codice Constantiensi.

30 *Et dedit eis*] Græci addunt καὶ, καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσι. Pro *eis* melius vertisset, *qui secum erant*; *& dederit his quoque qui secum erant*.

1 Bene-

4 τὴν χεῖρα, Ἔγειραι εἰς τὸ μέσον. Καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἔξεστι τοῖς σάββασιν ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; ψυχὴν 5 σῶσαι, ἢ ἀποκτεῖναι; Οἱ δὲ ἐσιώπων. Καὶ περιβλεψάμενος αὐτὺς μετ᾽ ὀργῆς, συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν, λέγει τῷ ἀνθρώπῳ, Ἔκτεινον τὴν χεῖρά συ. Καὶ ἐξέτεινε· καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ 6 αὐτῦ ὑγιὴς, ὡς ἄλλη. Καὶ ἐξελθόντες οἱ Φαρισαῖοι, εὐθέως μετὰ τῶν Ἡρωδιανῶν συμβύλιον ἐποίυν κατ᾽ αὐ-7 τῦ, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσι. Καὶ ὁ Ἰησῦς ἀνεχώρησε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτῦ πρὸς τὴν θάλασσαν· καὶ πολὺ πλῆθος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἠκολύθησαν αὐτῷ, καὶ 8 ἀπὸ τῆς Ἰυδαίας, Καὶ ἀπὸ Ἱεροσολύμων, καὶ ἀπὸ τῆς Ἰδυμαίας, καὶ πέραν τῦ Ἰορδάνυ· καὶ οἱ περὶ Τύρον καὶ Σιδῶνα, πλῆθος πολὺ, ἀκούσαντες ὅσα ἐποίει, 9 ἦλθον πρὸς αὐτόν. Καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτῦ, ἵνα πλοιάριον προσκαρτερῇ αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον, ἵνα μὴ 10 θλίβωσιν αὐτόν. Πολλὺς γὰρ ἐθεράπευσεν, ὥστε ἐπιπίπτειν αὐτῷ, ἵνα αὐτῦ ἅψωνται, ὅσοι εἶχον μάστιγας. 11 Καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα, ὅταν αὐτὸν ἐθεώρει, προσέπιπτεν αὐτῷ, καὶ ἔκραζε, λέγοντα, Ὅτι σὺ εἶ 12 ὁ Υἱὸς τῦ Θεῦ. Καὶ πολλὰ ἐπετίμα αὐτοῖς, ἵνα μὴ 13 αὐτὸν φανερὸν ποιήσωσι. Καὶ ἀναβαίνει εἰς τὸ ὄρος, καὶ προσκαλεῖται ὓς ἤθελεν αὐτός· καὶ ἀπῆλθον πρὸς αὐ-14 τόν. Καὶ ἐποίησε δώδεκα, ἵνα ὦσι μετ᾽ αὐτῦ, καὶ ἵνα 15 ἀποστέλλῃ αὐτὺς κηρύσσειν, Καὶ ἔχειν ἐξυσίαν θερα-16 πεύειν τὰς νόσυς, καὶ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια. Καὶ ἐπέ-17 θηκε τῷ Σίμωνι ὄνομα Πέτρον· Καὶ Ἰάκωβον τὸν τῦ Ζεβεδαίυ, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν τῦ Ἰακώβυ, καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς ὀνόματα Βοανεργὲς, ὅ ἐστιν, υἱοὶ 18 βροντῆς· Καὶ Ἀνδρέαν, καὶ Φίλιππον, καὶ Βαρθολομαῖον, καὶ Ματθαῖον, καὶ Θωμᾶν, καὶ Ἰάκωβον τὸν τῦ Ἀλφαίυ, καὶ Θαδδαῖον, καὶ Σίμωνα 19 τὸν Καναναίτην, Καὶ Ἰύδαν Ἰσκαριώτην, ὃς καὶ παρέ-20 δωκεν αὐτόν. Καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον· καὶ συνέρχεται πάλιν ὄχλος, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτὺς μήτε ἄρτυς φαγεῖν. 21 Καὶ ἀκύσαντες οἱ παρ᾽ αὐτῦ, ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν· 22 ἔλεγον γὰρ, Ὅτι ἐξέστατο. Καὶ οἱ Γραμματεῖς, οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβάντες, ἔλεγον, Ὅτι Βεελζεβὺλ ἔχει, καὶ ὅτι ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ

Alias ἐξίστη

A ctam, Surge in medium. Et dicit illis, Utrum licet 4 sabbatis 1 benefacere, an malefacere? animam servare, 2 an occidere? At illi tacebant. 3 Et quum circumspexisset eos cum iracundia, 4 condolescens super 5 cæcitate cordis eorum, dicit homini, Extende manum tuam. Et extendit: 5 & restituta est manus illius sana, ut altera. Egressi vero Pharisæi, statim 6 una cum Herodianis consilium inibant adversus eum, ut illum perderent. Jesus autem cum discipulis suis 7 secessit ad mare: & ingens multitudo a Galilæa sequuta est eum, & ab Judæa, Et ab Hierosolymis, & 8 ab Idumæa, & trans Jordanem: & qui circa Tyrum B habitabant ac Sidonem, hominum multitudo magna, quum audissent quæ faciebat, venerunt ad eum. Et jussit discipulis suis, 6 ut navicula sibi de- 9 serviret propter turbam, 7 ne ipsum premerent. Multos enim sanaverat, ita ut irruerent in eum, 10 quo illum tangerent, quotquot 8 affligebantur. Et 11 spiritus immundi, quum illum vidissent, procidebant ei, & 9 clamabant, dicentes, Tu es Filius Dei. Et ve- 12 hementer 10 interminabatur eis, ne se manifestum facerent. 11 Et adscendit in montem, ac vocabat ad 13 se quos voluit ipse: & venerunt ad eum. 12 Et fecit 14 ut duodecim essent secum, & ut emitteret eos ad C prædicandum, 13 Utque haberent potestatem sanan- 15 di morbos, ejiciendique dæmonia. 14 Et imposuit 16 Simoni nomen Petrus: Et Jacobum filium Zebedæi, 17 & Joannem fratrem Jacobi, & imposuit eis nomina 15 Boanerges, quod est, filii tonitrui: Et Andream, & 18 Philippum, & Bartholomæum, 16 & Matthæum, & Thomam, & Jacobum Alphæi filium, & Thaddæum, & Simonem Cananæum, Et Judam Iscariotem, qui 19 & prodidit illum. Et veniunt in domum: 17 & con- 20 venit iterum turba, 18 sic ut non liceret illis vel panes edere. 19 Et quum audissent qui ad illum attine- 21 bant, 20 exierunt ut manus injicerent in eum: dicebant enim, 21 In furorem versus est. Et Scribæ, 22 D qui ab Hierosolymis descenderant, dicebant, 22 Beelzebul habet, & 23 per principem dæmoniorum ejicit

1 Benefacere] ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι, quod non sonat simpliciter facere rem malam aut bonam, sed mala re aut bona afficere quempiam, quasi dicas, *Utrum prodesse fas est sabbatis an lædere?*

2 *Aut perdere*] ἢ ἀποκτεῖναι, id est, *an occidere?*

3 *Et circumspiciens*] περιβλεψάμενος, id est, *cum circumspexisset*. Nec est,

4 *Contristatus*] sed συλλυπούμενος, id est, *condolens* seu verius *condolescens*.

5 *Et restituta est manus illius*] Græce est, καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτῦ ὑγιὴς, ὡς ἡ ἄλλη, id est, *& restituta est manus illius sana, ut altera*. Verum haud scio an verbis aliquot ex Matthæo huc adscriptis.

6 *Ut navicula sibi deserviret*] ἵνα πλοιάριον προσκαρτερῇ αὐτῷ, id est, *ut navicula inserviret sibi*, hoc est, *ut navicula esset sibi usui*, sive *adhiberetur sibi*. Nam προσκαρτερεῖν sæpe alias vertit *assistere*, sive *insistere*.

7 *Non comprimerent eum*] μὴ θλίβωσιν αὐτὸν, id est, *ne se premerent*. Primum Latinius, deinde accommodatius ad Græcum sermonem.

8 *Plagas*] μάστιγας, id est, *flagella*. Sic enim vocat afflictionem, qua Deus corripit homines.

9 *Clamabant, dicentes*] λέγοντα, *dicentes*, ad ipsos spiritus refertur, quod ea vox Græcis est neutri generis.

10 *Comminabatur*] ἐπετίμα, id est, *increpabat*. Quanquam hoc loco tolerabilius erat, *interminabatur*.

11 *Et adscendens in montem advocavit*] Græce est ἀνέβη καὶ προσκαλεῖται, id est, *adscendit & advocat*, ut posterius sit præsentis temporis.

12 *Et fecit duodecim*] Græca nonnihil dissident, Καὶ ἐποίησε δώδεκα, ὓς καὶ Ἀποστόλυς ὠνόμασεν, ἵνα ὦσιν μετ᾽ αὐτῦ, id est, *Et fecit duodecim, quos & Apostolos nominavit, ut essent secum*. Quanquam id in emendatioribus Græcorum exemplaribus non est adscriptum: & magis convenit breviloquentiæ Marci, ut omittatur. Atque hic quoque multa prudens dissimulo, vel quod minutula sint, vel quod in Matthæo jam annotata.

13 *Et dedit*] καὶ ἔχειν, id est, *& habere*, sive *ut haberent*. Pendet enim a superioribus, *ut essent secum, & haberent potestatem*: aut certe cum proximo verbo connectendum, κηρύσσειν καὶ ἔχειν *mitteret eos ad prædicandum utque haberent*.

14 *Et imposuit Simoni*] Ante hæc verba habent nonnulli Græci codices πρῶτον Σίμωνα, id est, *primum Simonem*. Verum id in emendatioribus non reperitur, & videtur ex Matthæo desumptum. Certe apud Theophylactum non reperi, nec in Editione Aldina. *Et imposuit Simoni nomen Petrus*. Græce quidem est Πέτρον. Sed *Petrus*, aut *Petro*, aut *Petri*, Latinius est, ni fallor, nisi magis placet periphrasis.

15 *Boanerges*] Nam Hebræis בְּנֵי *filios* sonat, רֶגֶשׁ *tonitrui* vel *fremitus*. Ita nos docet libellus de nominum Hebraicorum interpretatione, incerto titulo. Tametsi Hieronymus putat vocem esse depravatam, ac legendum esse *Banerrem*: רֶגֶשׁ enim Hebræis sonare *fremitum*, nisi malis רַעַשׁ *tumultus* vel *commotio*, non raro enim ע per *g* enunciarunt Septuaginta, ut est videre in *Gomorrha*. Quanquam *fremitus* minimum abest a *tonitruo*. Cum Homerus Jovem ὑψιβρεμέτην & ἐρίγδυπον appellet, non ob aliud quam ob *tonitrua*. Porro quid est quod Hieronymus appellat corruptum? An quod Syro sermone aut Chaldaico deflexum est. Hujusmodi verbis subinde utuntur Evangelistæ. Imo hac lingua Christus videtur fuisse loquutus, quæ tum communi populo fuit quam maxime familiaris. Quod si Evangelista corrupit, non temere corrupit, neque nobis pro corrupto debet haberi quod scripsit Evangelista a Christo prolatum, quodque Græce nobis dignatus est interpretari. Quare nihil erat cur in me debaccharetur quidam, quod hîc Evangelistæ auctoritatem sequi maluerim quam Hieronymi: præsertim cum hic in hujusmodi rebus nonnunquam vel conniveat, vel parum sibi constet, neque dubitandum quin alicubi fallatur.

16 *Et Matthæum*] Quidam Græcus codex addit τὸν τελώνην, id est, *publicanum*. Quanquam nec id reperio in emendatioribus ac vetustis exemplaribus.

17 *Et convenit iterum turba*] καὶ συνέρχεται πάλιν. *Convenit* præsentis temporis est, ut prima syllaba pronuncietur acuta. Id tametsi minutulum est, tamen haud indignum judicavi quod indicaretur, propterea quod in re tam sacra nefas sit vel minima negligere.

18 *Sic ut non possent*] Græcis quidem duæ sunt negationes, ὡς μὴ δύνασθαι αὐτὺς μήτε ἄρτυς φαγεῖν. Quod duobus modis Latine reddi poterat, *Convenit iterum turba tanta, ut non possent ne panibus quidem vesci*. Aut sic, *ut non possent vel panes edere*. Sentit enim tantam fuisse multitudinem, ut non solum non suppeterent obsonia, sed ne panum quidem satis esset in cibum. Aut certe tantum fuisse confluxum, ut discipulis non esset otium sumendi cibi, tantum aberat, ut ad alia foret otium: qui posterior sensus meo judicio verior est.

19 *Et cum audissent sui*] οἱ παρ᾽ αὐτῦ, *qui ad illum pertinebant, & ex illius erant familia* seu *cognatione*. Itidem paulo inferius τὰ παρ᾽ αὐτῦ vertit *sua*. Sentit enim, *cognatos*, & *affines ejus*.

20 *Exierunt tenere eum*] κρατῆσαι αὐτὸν, id est, *ut comprehenderent eum*, sive *ut manus injicerent*. Nam id est agnatorum, si quis commotæ mentis esse cœperit.

21 *In furorem versus est*] id est, ἐξέστατο, *mente captus est*, sive, ut in quibusdam legitur, ἐξίστη.

22 *Beelzebub*] Βεελζεβὺλ, id est, *Beelzebul*, de quo diximus in Matthæo.

23 *Quia in principe*] Hîc omittendum erat ὅτι, aut vertendum erat,

λγ β 23 τὰ δαιμόνια. Καὶ προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, ἐν παραβολαῖς ἔλεγεν αὐτοῖς, Πῶς δύναται Σατανᾶς Σατανᾶν 24 ἐκβάλλειν; Καὶ ἐὰν βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν με-25 ρισθῇ, οὐ δύναται σαθῆναι ἡ βασιλεία ἐκείνη. Καὶ ἐὰν οἰκία ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ, οὐ δύναται σαθῆναι ἡ οἰ-26 κία ἐκείνη. Καὶ εἰ ὁ Σατανᾶς ἀνέςη ἐφ' ἑαυτὸν καὶ 27 μεμέρισαι, οὐ δύναται σαθῆναι, ἀλλὰ τέλος ἔχει. Οὐ δύναται οὐδεὶς τὰ σκεύη τοῦ ἰσχυροῦ, εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον τὸν ἰσχυρὸν λδ β 28 δήσῃ· καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πάντα ἀφεθήσεται τὰ ἁμαρτήματα τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, καὶ βλασφημίαι, ὅσας ἂν βλασφημή-29 σωσιν. Ὃς δ' ἂν βλασφημήσῃ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἔχει ἄφεσιν εἰς τὸν αἰῶνα, ἀλλ' ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου 30 31 κρίσεως. Ὅτι ἔλεγον, Πνεῦμα ἀκάθαρτον ἔχει. Ἔρχονται λε δ οὖν ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ, καὶ ἔξω ἑσῶτες ἀπέ-32 στειλαν πρὸς αὐτὸν φωνοῦντες αὐτόν. Καὶ ἐκάθητο ὄχλος περὶ αὐτόν· εἶπον δὲ αὐτῷ, Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελ-33 φοί σου ἔξω ζητοῦσί σε. Καὶ ἀπεκρίθη αὐτοῖς, λέγων, Τίς 34 ἐστιν ἡ μήτηρ μου, καὶ οἱ ἀδελφοί μου; Καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν μαθητὰς καθημένους, λέγει, Ἴδε ἡ μή-35 τηρ μου, καὶ οἱ ἀδελφοί μου. Ὃς γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, οὗτος ἀδελφός μου καὶ ἀδελφή μου καὶ μήτηρ IV. 1 ἐστί. Καὶ πάλιν ἤρξατο διδάσκειν παρὰ τὴν θάλασσαν· καὶ λς ϛ συνήχθη πρὸς αὐτὸν ὄχλος πολὺς, ὥστε αὐτὸν ἐμβάντα εἰς τὸ πλοῖον καθῆσθαι ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ πᾶς ὁ ὄχλος πρὸς 2 τὴν θάλασσαν ἐπὶ τῆς γῆς ἦν. Καὶ ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν παραβολαῖς πολλὰ, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ 3 αὐτοῦ, Ἀκούετε, Ἰδοὺ ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι. 4 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ σπείρειν, ὃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγεν 5 αὐτό. Ἄλλο δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὸ πετρῶδες, ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλήν· καὶ εὐθέως ἐξανέτειλε, διὰ τὸ μὴ ἔχειν 6 βάθος γῆς. Ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος, ἐκαυματίσθη· καὶ 7 διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν, ἐξηράνθη. Καὶ ἄλλο ἔπεσεν εἰς τὰς ἀκάνθας· καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι, καὶ συνέπνιξαν 8 αὐτὸ, καὶ καρπὸν οὐκ ἔδωκε. Καὶ ἄλλο ἔπεσεν εἰς τὴν γῆν τὴν καλήν· καὶ ἐδίδου καρπὸν ἀναβαίνοντα καὶ αὐξάνοντα· καὶ ἔφερεν ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, 9 καὶ ἓν ἑκατόν. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ὁ ἔχων ὦτα 10 ἀκούειν, ἀκουέτω. Ὅτε δὲ ἐγένετο καταμόνας, ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ περὶ αὐτὸν σὺν τοῖς δώδεκα τὴν παρα-11 βολήν. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὸ μυ-λζ α στήριον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ· ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔξω 12 ἐν παραβολαῖς τὰ πάντα γίνεται· Ἵνα βλέποντες βλέπωσι, καὶ μὴ ἴδωσι· καὶ ἀκούοντες ἀκούωσι, καὶ μὴ συνιῶσι· μήποτε ἐπιστρέψωσι, καὶ ἀφεθῇ αὐτοῖς τὰ ἁ-13 μαρτήματα. Καὶ λέγει αὐτοῖς, Οὐκ οἴδατε τὴν παραβολὴν ταύτην; καὶ πῶς πάσας τὰς παραβολὰς γνώσεσθε;

A cit dæmonia. Et ad se vocatis eis, in parabolis dicebat illis, Quomodo potest Satanas Satanam ejicere? 23 Et si regnum adversus sese divisum fuerit, non potest stare regnum illud. 24 Et si domus [24] contra semetipsam [25] divisa fuerit, non potest stare domus illa. 25 Et si Satanas insurrexit adversus semetipsum ac [26] divisus est, non potest stare, sed finem habet. 26 Non potest quisquam vasa fortis, ingressus in domum illius, diripere, nisi prius fortem alligarit: & tunc domum ejus diripiet. 27 Amen dico vobis, omnia remittentur filiis hominum peccata, & convitia, [27] quibuscunque convitiati fuerint. 28 At qui convitium dixerit in Spiritum sanctum, [28] non habet remissionem in æternum, sed obnoxius est [29] æterno judicio. 29 B Dicebant enim, Spiritum immundum habet. 30 Et veniunt mater ejus & fratres, & foris stantes miserunt ad eum qui evocarent eum. 31 Et sedebat turba circa eum: dicuntque ei, Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. 32 Et respondit eis, dicens, 33 Quæ est mater mea, & fratres mei? [30] Et quum circumspexisset in circuitu circum se discipulos sedentes, ait, Ecce mater mea, & fratres mei. 34 Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus & soror mea & mater est. 35 IV. 1 Et iterum cœpit docere juxta mare: & congregata est ad eum turba multa, ita ut navim C ingressus sederet in mari, & tota turba juxta mare in terra erat. 2 Et docebat eos per parabolas multa, & dicebat illis in doctrina sua, 3 Audite, Ecce exibat seminator ad seminandum. 4 Et accidit inter seminandum, aliud quidem cecidit [1] secus viam, veneruntque volucres cœli, & comederunt illud. 5 Aliud vero cecidit super petrosa, ubi non habuit terram multam: & statim exortum est, quod non haberet altitudinem terræ. 6 Sole autem exorto, [2] æstu affectum est: & eo quod non haberet radicem, exaruit. 7 Et aliud cecidit in spinas, & succreverunt spinæ, ac suffocaverunt illud, & fructum non dedit. 8 Et aliud cecidit in terram bonam: & dabat fructum [3] emergentem atque crescentem: & afferebat unum triginta, & unum sexaginta, [4] & unum centum. 9 Ac D dicebat illis, Qui habet aures ad audiendum, audiat. 10 [5] Quum autem cœpisset esse solus, interrogaverunt eum [6] hi qui circum illum erant cum duodecim de parabola. 11 Et dicebat eis, Vobis datum est nosse [7] mysterium regni Dei: [8] illis autem qui foris sunt per parabolas omnia fiunt: 12 [9] Ut videntes videant, & non cernant: & audientes audiant, & non intelligant: nequando convertantur, & remittantur eis peccata. 13 Et ait illis, Nescitis parabolam hanc? & quomodo

erat, *quod ejiceret*, quemadmodum illud quod proxime præcessit, *quoniam Beelzebub habet*.

24 *In se*] ἐφ' ἑαυτὴν, id est, *in seipsam*, sive *adversus seipsam*.

25 *Dispertiatur*] Idem verbum quod modo vertit *dividatur*, μερισθῇ.

26 *Dispertitus est*] Græca sic habent, Καὶ εἰ ὁ Σατανᾶς ἀνέςη ἐφ' ἑαυτὸν καὶ μεμέρισαι, οὐ δύναται σαθῆναι, id est, *Et si Satanas insurrexit in seipsum ac divisus est, non potest stare.*

27 *Quibus blasphemaverunt*] ὅσας ἂν βλασφημήσωσι, id est, *quascunque blasphemaverint*. Sic enim loquuntur Attici, *convitia convitiantur*, & *fugam fugiunt*.

28 *Non habebit remissionem*] οὐκ ἔχει, id est, *non habet*. Ita legit codex aureus, atque etiam Constantiensis.

29 *Æterni delicti*] αἰωνίου κρίσεως, id est, *æterni judicii*, sive *æterna damnationis*. Quanquam hoc nihil refert ad sensum. Per Synecdochen enim aliud ex alio intelligitur.

30 *Et circumspiciens*] Καὶ περιβλεψάμενος τοὺς κύκλῳ περὶ αὐτὸν μαθητὰς καθημένους, id est, *Et cum circumspexisset in circuitu circum se discipulos sedentes*. Quanquam in quibusdam exemplaribus μαθητὰς non additur, & est alius ordo, περιβλεψάμενος κύκλῳ περὶ αὐτὸν καθημένους. In priore lectione sensus est, discipulos undique Dominum circumsedisse: in posteriore intelligimus Dominum circumtulisse oculos per auditores, ut nulli sederint a tergo Jesu.

1 *Secus viam*] Hic reliquimus præpositionem *secus*, quod in progressu jacientis semen motus quidam sit. Nam vocem esse Latinam alias docuimus.

2 *Exæstuavit*] ἐκαυματίσθη, id est, *exustum est*, sive *æstu periit*.

3 *Adscendentem*] ἀναβαίνοντα καὶ αὐξάνοντα. Ut prius verbum pertineat ad herbam *emergentem e terra*, posterius ad herbam *grandescentem* & *adolescentem*.

4 *Unum centesimum*] καὶ ἔφερεν ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατὸν, id est, *attulit unum triginta*, & *unum sexaginta*, & *unum centum*. Laurentius Valla declarat se legisse ἐν præpositionem, non ἓν nomen numerandi. Et ipse sic scriptum

E comperi in libris emendatioribus: nominatim in vetustissimo codice, qui habebat Commentarios Theophylacti, quanquam dissentiebat Editio Aldina. Quo modo si legamus, ad verbum ita reddi potest: *Et afferebat in triginta & in sexaginta & in centum*: ut præpositio ἐν posita sit pro ἀνὰ, quasi dicas *per triginta*, *per sexaginta*, *per centum*, quod tamen commode verti poterat, *& afferebat tricena*, *& sexagena*, *& centena*, ut ex singulis granis tantum granorum intelligatur enatum. Quanquam paulo inferius idem occurrit locus, itidem per præpositionem scriptus. Cæterum quoniam in hoc facile labi potuit Librarius, rem Lectoris arbitrio committo, præsertim cum & altera lectio probe defendi possit. Nisi quod in posteriore loco, quum Dominus discipulis explicat parabolam, duriuscule dicitur *unum & unum*, cum de hominibus loquatur, non de seminibus. Proinde nos periphrasi sumus usi.

5 *Cum esset singularis*] Ὅτι δὲ ἐγένετο καταμόνας, id est, *Cum autem cœpisset esse solus*, sive *solitarius*. Nam *solus* vertit in Luca, *Cum autem esset solus orans*.

6 *Qui cum eo erant duodecim*] Hic variant Græci codices: nam Laurentii codex habebat, οἱ περὶ αὐτὸν σὺν τοῖς δώδεκα, id est, *qui circa illum erant cum duodecim*. Atque ita sane scriptum erat in libro qui habebat Commentarios Theophylacti, F consentiente Editione Hispanica, & Aldina. Mei habebant, ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, id est, *interrogaverunt eum discipuli ejus*.

7 *Mysterium regni*] μυστήριον, id est, *arcanum*, sive *secretum*, non communicandum profanis, quod aliquoties vertit *sacramentum*.

8 *Illis autem qui foris sunt*] τοῖς ἔξω. Rectius vertisset per adjectivum, id est, *exteris*, *extraneis*, sive *externis*, aut *exoticis*.

9 *Videant, & non videant*] Græcus mutavit verbum, ἵνα βλέποντες βλέπωσι, καὶ μὴ ἴδωσι, id est, *ut cernentes cernant*, & *non videant*. Quasi plus sit *videre* quam *cernere*. Nam intuemur quædam, quæ tamen non videmus, animo aliud agente. Quanquam refragantur magno consensu Latini codices, nec apud Theo-

14 15 σεσθε; Ὁ σπείρων τὸν λόγον σπείρει. Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ παρὰ τὴν ὁδὸν, ὅπȣ σπείρεται ὁ λόγος· καὶ ὅταν ἀκȣ́σωσιν, εὐθέως ἔρχεται ὁ Σατανᾶς, κα αἴρει τὸν λόγον τὸν ἐσπαρμένον ἐν ταῖς καρ-16 δίαις αὐτῶν. Καὶ ȣ̃τοί εἰσιν ὁμοίως οἱ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπειρόμενοι· οἳ, ὅταν ἀκȣ́σωσι τὸν λόγον, εὐθέως 17 μετὰ χαρᾶς λαμβάνȣσιν αὐτὸν, Καὶ ȣ̓κ ἔχȣσι ῥίζαν ἐν ἑαυτοῖς, ἀλλὰ πρόσκαιροί εἰσιν· εἶτα γενομένης θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον, εὐθέως 18 σκανδαλίζονται. Καὶ ȣ̃τοί εἰσιν οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας 19 σπειρόμενοι· ȣ̃τοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον ἀκȣ́οντες, Καὶ αἱ μέριμναι τȣ̃ αἰῶνος τȣ́τȣ, καὶ ἡ ἀπάτη τȣ̃ πλȣ́τȣ, καὶ αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι εἰσπορευόμεναι 20 συμπνίγȣσι τὸν λόγον, καὶ ἄκαρπος γίνεται. Καὶ ȣ̃τοί εἰσιν οἱ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν σπαρέντες, οἵτινες ἀκȣ́ȣσι τὸν λόγον, καὶ παραδέχονται, καὶ καρποφορȣ̃σιν, ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν.

λθ ϛ 21 Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Μήτι ὁ λύχνος καίεται, ἵνα ὑπὸ τὸν μόδιον τεθῇ, ἢ ὑπὸ τὴν κλίνην; ȣ̓χ ἵνα ἐπὶ τὴν 22 λυχνίαν ἐπιτεθῇ; Οὐ γάρ ἐςί τι κρυπτὸν, ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ· ȣ̓δὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ᾽ ἵνα εἰς φανε-23 24 ρὸν ἔλθῃ. Εἴτις ἔχει ὦτα ἀκȣ́ειν, ἀκȣέτω. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Βλέπετε τί ἀκȣ́ετε· ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν, καὶ προςεθήσεται ὑμῖν τοῖς 25 ἀκȣ́ȣσιν. Ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ· καὶ ὃς οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ᾽ αὐτοῦ.

Alias ἔρχεται

μγ ι 26 Καὶ ἔλεγεν, Οὕτως ἐςὶν ἡ βασιλεία τȣ̃ Θεοῦ, ὡς 27 ἐὰν ἄνθρωπος βάλῃ τὸν σπόρον ἐπὶ τῆς γῆς, Καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ ὁ σπόρος βλαςάνῃ καὶ μηκύνηται ὡς οὐκ οἶδεν αὐ-28 τός. Αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ, πρῶτον χόρτον, εἶτα ςάχυν, εἶτα πλήρη σῖτον ἐν τῷ ςάχυϊ. 29 Ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπὸς, εὐθέως ἀποςέλλει τὸ 30 δρέπανον, ὅτι παρέςηκεν ὁ θερισμός. Καὶ ἔλεγε, Τίνι ὁμοιώσωμεν τὴν βασιλείαν τȣ̃ Θεοῦ; ἢ ἐν τίνι 31 παραβολῇ παραβάλωμεν αὐτὴν; Ὡς κόκκῳ σινάπεως, ὃς, ὅταν σπαρῇ ἐπὶ τῆς γῆς, μικρότερος πάν-32 των τῶν σπερμάτων ἐςὶ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ὅταν σπαρῇ, ἀναβαίνει, καὶ γίνεται πάντων τῶν λαχάνων μείζων, καὶ ποιεῖ κλάδȣς μεγάλȣς, ὥςε δύνασθαι ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ τὰ πετεινὰ τοῦ ȣ̓ρανοῦ κα-33 τασκηνοῦν. Καὶ τοιαύταις παραβολαῖς πολλαῖς ἐλά-34 λει αὐτοῖς τὸν λόγον, καθὼς ἠδύναντο ἀκȣ́ειν. Χωρὶς δὲ παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς· κατ᾽ ἰδίαν δὲ τοῖς μα-

Alias ποίᾳ

modo omnes parabolas cognoscetis? Seminator ille 14 sermonem seminat. Isti vero sunt, quorum alii juxta 15 viam dicuntur, ubi seminatur sermo: & quum audierint, confestim venit Satanas, & aufert sermonem qui seminatus est in cordibus eorum. Et alii sunt si-16 militer qui in petrosa semen excipiunt: qui, quum audierint sermonem, cum gaudio accipiunt illum, Et non habent radicem in se, sed temporarii sunt: 17 deinde coorta afflictione aut persequutione propter sermonem, confestim offenduntur. Et alii sunt qui 18 in spinas semen excipiunt: hi sunt qui sermonem audiunt, 10 Et sollicitudines seculi hujus, ac deceptio 19 divitiarum, cæterarumque rerum cupiditates introeuntes suffocant sermonem, ac redditur infructifer. 11 Et alii sunt qui in terram bonam semen exceperunt, 20 qui audiunt sermonem, & suscipiunt, & fructificant, ita ut aliud granum afferat 12 triginta, aliud sexaginta, aliud centum. Et dicebat illis, 13 Num lucer-21 na incenditur, ut subter modium ponatur, aut subter lectum? nonne ut super candelabrum ponatur? 14 Non est enim quicquam occultum, quod non ma-22 nifestetur: 15 neque fuit secretum, sed ut in propatulum veniat. Si quis habet aures ad audiendum, au-23 diat. Et dicebat illis, 16 Videte quid audiatis: qua 24 mensura metimini, eadem vobis fiet admensio, & adjicietur vobis qui auditis. Qui enim habet, dabi-25 tur illi: & qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo. Et dicebat, Sic est regnum Dei, quem-26 admodum si homo jaciat semen in terram, Ac dor-27 miat, atque exsurgat ille 17 nocte ac die, 18 segesque germinet ac surgat in altum dum nescit ille. Ultro 28 enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Quum au-29 tem productus fuerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis. Et dicebat, Cui assimilabi-30 mus regnum Dei? 19 aut qua collatione conferemus illud? Est sicut granum sinapis, quod, quum semina-31 tum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quæ sunt in terra. 20 Et quum seminatum fuerit, 21 exsur-32 git, & fit majus omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita ut possint sub umbra ejus aves cœli 22 nidificare. Et talibus multis parabolis loquebatur eis 33 sermonem, prout poterant audire. Sine parabola ve-34 ro non loquebatur eis. Seorsim autem discipulis suis 23 ex-

Theophylactum licet ex ipsius enarratione lectionem hanc deprehendere.

10 *Et ærumnæ*] καὶ αἱ μέριμναι, id est, *sollicitudines.*

11 *Hi autem sunt qui* &c.] Abusus videtur semel atque iterum ȣ̃τοι pro οἱ: velut demonstret hos & illos, quod solemus docendi causa & gestu repræsentare. Et *seminari* dicitur semen quod jacitur, item ager in quem jacitur, quemadmodum adspergitur aqua & adspergitur homo. Notat Laurentius, quod Interpres *sementem* dixerit pro *semine*, quum *sementis* sit ipsa satio, *semen* quod jacitur. *Sementem facere* Latine dicitur, *semen facere* non item.

12 *Unum tricesimum*] *Triginta, sexaginta, centum*, ut paulo superius admonui, consentientibus & pervetustis Latinis codicibus, de quo copiosius diximus in Matthæum.

13 *Nunquid venit*] Græce est, Ἴδετε, μή τι λύχνος καίεται, ἵνα ὑπὸ τὸν μόδιον τεθῇ; id est, *Videte, num lucerna incenditur, ut sub modium ponatur?* Quanquam illud ἴδετε in multis Græcorum codicibus non reperio adscriptum, velut in Theophylacto. In Editione Aldina scriptum est ἔρχεται pro καίεται, quemadmodum & in Theophylacto.

14 *Non est enim*] Οὐ γάρ ἐςι τὶ κρυπτὸν, εἰ μὴ ἵνα φανερωθῇ, id est, *Non est enim quicquam absconditum, nisi ut manifestetur.* Tametsi dissentiunt hic exemplaria. Theophylactus legit, Οὐ γάρ ἐςι κρυπτὸν, ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ, id est, *Non est enim occultum quicquam, quod non patefiat.*

15 *Neque factum est*] ȣ̓δὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ᾽ ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ, id est, *neque factum est occultum, sed ut in apertum veniat.* Etiamsi legi potest, *neque fuit occultum.* Videtur autem in nostro sermone oratio parum absoluta, supplebitur hunc in modum: *Neque factum est occultum, ut maneat occultum, sed ut veniat in apertum.* Hæc sententia pulchre quadrat in doctrinam Evangelicam. Occultata sunt quædam, non ut semper laterent, sed ut suo tempore proferrentur in lucem.

16 *Videte quid audiatis*] Hîc quoque Græca dissident, tametsi Latina exemplaria magis consentiunt quam Græca, Βλέπετε τί ἀκȣ́ετε, καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκȣ́ȣσιν. Ὃς ἔχει γὰρ, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ ὃς ȣ̓κ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ᾽ αὐτȣ̃, id est, *Videte quid audiatis, & apponetur vobis audientibus. Qui enim habet, dabitur ei, & qui non habet, etiam quod habet tolletur ab eo.* Græcæ lectioni suffragabatur codex Donatiani. Deinde sequitur, ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν, καὶ προστεθήσεται ὑμῖν, id est, *in qua mensura metimini, metietur vobis, & adjicietur vobis.* Theophylactus ita legit, Βλέπετε τί ἀκȣ́ετε, ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκȣ́ȣσιν. Ὃς γὰρ ἐὰν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ ὃς ȣ̓κ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ᾽ αὐτȣ̃, id est, *Videte quid audiatis, in qua mensura metimini, in ea alii metientur vobis, qui auditis. Quisquis enim habuerit, ei dabitur, & qui non habet, etiam quod habet tolletur ab eo.* Huic lectioni consentiebat codex aureus, & item Constantiensis.

17 *Nocte & die*] Quidam utrumque verbum, *dormiat & exsurgat*, putant referendum ad eum qui jecit semen: ita ut intelligamus illum dormire nocte & exsurgere die: & in hunc quidem sensum interpretatur Theophylactus. Ego magis arbitror posterius verbum referendum ad semen, quod nullo colente tacitis auctibus & nocte & die proficit usque ad maturitatem. Nam *dormire* dicitur, qui securus est nec jam laborat. Hunc sensum sequutus est, quisquis scripsit in Marcum Scholia, quæ Hieronymo tribuuntur. Sic enim loquitur: *Homo jactans semen Filius hominis est, semen verbum vitæ, terra corda humana: dormitatio hominis mors est Salvatoris: exsurgit semen nocte & die*, &c.

18 *Et increscat dum nescit ille*] Sermo Græcus ambiguus est, καὶ ὁ σπόρος βλαςάνῃ, καὶ μηκύνηται ὡς ȣ̓κ οἶδεν αὐτός. Potest enim accipi ut semen exoriatur & exsurgat vi naturæ, cum ipsum hoc nesciat, eo quod σπόρος *semen* sit masculini generis.

19 *Cui parabolæ comparabimus*] ἢ ἐν τίνι παραβολῇ αὐτὴν θῶμεν, id est, *aut in qua parabola illud ponemus* sive *ponamus.* Etiamsi nonnulli codices pro θῶμεν habeant παραβάλωμεν, id est, *per quam collationem conferemus.* Quandoquidem παραβολὴν Cicero vertit *collationem.* Et præpositione *in* Hebræi abutuntur pro *per*. In aliis pro τίνι scriptum est ἐν ποίᾳ. Verum hæc minutiora duxi quam quæ annotentur.

20 *Et cum natum fuerit, adscendit in arborem*] Græcis hîc repetitur, καὶ ὅταν σπαρῇ, id est, *cum seminatum fuerit*, suffragante & codice aureo, Constantiensi, aliisque multis. Offendit Lectorem, quod absurde videatur idem repeti, *& quum seminatum fuerit.*

21 *Adscendit in arborem*] ἀναβαίνει, id est, *surgit.* Porro illud *in arborem*, nec additur apud Græcos, nec in antiquis codicibus nostris, nec in aureo. Adscriptum apparet ex Lucæ & Matthæi decimo tertio.

22 *Habitare*] κατασκηνȣ̃ν, quod alibi vertit *nidificare*, verbum a σκηνὴ *scena* dictum.

μζ β 35 μαθηταῖς αὐτοῦ ἐπέλυε πάντα. Καὶ λέγει αὐτοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὀψίας γενομένης, Διέλθωμεν εἰς τὸ 36 πέραν. Καὶ ἀφέντες τὸν ὄχλον, παραλαμβάνουσι αὐτὸν ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ· καὶ ἄλλα δὲ πλοιάρια ἦν μετ' αὐτοῦ. 37 Καὶ γίνεται λαίλαψ ἀνέμου μεγάλη· τὰ δὲ κύματα 38 ἐπέβαλλεν εἰς τὸ πλοῖον, ὥστε αὐτὸ ἤδη γεμίζεσθαι. Καὶ ἦν αὐτὸς ἐπὶ τῇ πρύμνῃ ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον καθεύδων· καὶ διεγείρουσιν αὐτὸν, καὶ λέγουσιν αὐτῷ, Διδάσκαλε, 39 οὐ μέλει σοι ὅτι ἀπολλύμεθα; Καὶ διεγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ, καὶ εἶπε τῇ θαλάσσῃ, Σιώπα, πεφίμωσο. Καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος, καὶ ἐγένετο γαλήνη με-40 γάλη. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Τί δειλοί ἐστε οὕτω; πῶς οὐκ 41 ἔχετε πίστιν; Καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν, καὶ ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους, Τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ ὁ ἄνεμος καὶ

V. 1 ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ; Καὶ ἦλθον εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν. 2 Καὶ ἐξελθόντι αὐτῷ ἐκ τοῦ πλοίου εὐθέως ἀπήντησεν αὐτῷ ἐκ τῶν μνημείων ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρ-3 τῳ, Ὃς τὴν κατοίκησιν εἶχεν ἐν τοῖς μνημείοις, καὶ 4 οὔτε ἁλύσεσιν οὐδεὶς ἠδύνατο αὐτὸν δῆσαι· Διὰ τὸ αὐτὸν πολλάκις πέδαις καὶ ἁλύσεσι δεδέσθαι, καὶ διεσπάσθαι ὑπ' αὐτοῦ τὰς ἁλύσεις, καὶ τὰς πέδας συντετρίφθαι· καὶ 5 οὐδεὶς αὐτὸν ἴσχυε δαμάσαι. Καὶ διαπαντὸς νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ἐν τοῖς μνήμασιν ἦν κράζων, καὶ 6 κατακόπτων ἑαυτὸν λίθοις. Ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ μα-7 κρόθεν, ἔδραμε, καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ. Καὶ κράξας φωνῇ μεγάλῃ εἶπε, Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ Ἰησοῦ Υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου; ὁρκίζω σε τὸν Θεὸν, μή με βασανίσῃς. 8 Ἔλεγε γὰρ αὐτῷ, Ἔξελθε τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἐκ 9 τοῦ ἀνθρώπου. Καὶ ἐπηρώτα αὐτὸν, Τί σοι ὄνομα; Καὶ ἀπεκρίθη λέγων, Λεγεὼν ὄνομά μοι· ὅτι πολλοί ἐ-10 σμεν. Καὶ παρεκάλει αὐτὸν πολλὰ, ἵνα μὴ αὐτοὺς ἀπο-11 στείλῃ ἔξω τῆς χώρας. Ἦν δὲ ἐκεῖ πρὸς τὰ ὄρη ἀγέλη 12 χοίρων μεγάλη βοσκομένη. Καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν πάντες οἱ δαίμονες, λέγοντες, Πέμψον ἡμᾶς εἰς τοὺς χοίρους, 13 ἵνα εἰς αὐτοὺς εἰσέλθωμεν. Καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς εὐθέως ὁ Ἰησοῦς. Καὶ ἐξελθόντα τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα εἰσῆλθον εἰς τοὺς χοίρους· καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, (ἦσαν δὲ ὡς δισχίλιοι) καὶ 14 ἐπνίγοντο ἐν τῇ θαλάσσῃ. Οἱ δὲ βόσκοντες τοὺς χοίρους ἔφυγον, καὶ ἀνήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν, καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς. 15 Καὶ ἐξῆλθον ἰδεῖν τί ἐστι τὸ γεγονός. Καὶ ἔρχονται πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ θεωροῦσι τὸν δαιμονιζόμενον καθήμενον, καὶ ἱματισμένον, καὶ σωφρονοῦντα, τὸν ἐσχηκότα τὸν λεγεῶνα· 16 καὶ ἐφοβήθησαν. Καὶ διηγήσαντο αὐτοῖς οἱ ἰδόντες, πῶς 17 ἐγένετο τῷ δαιμονιζομένῳ, καὶ περὶ τῶν χοίρων. Καὶ ἤρξαντο

23 exponebat omnia. Et ait illis in die illo, quum facta esset vespera, 24 Transeamus in ulteriorem ripam. Et dimissa turba, assumunt eum ita ut erat in 36 navi: sed & aliæ naviculæ erant cum illo. 25 Et oritur 37 procella venti magna: & fluctus 26 irruebant in navim, ita ut illa jam impleretur. Et erat ipse in pup-38 pi 27 super cervical dormiens: & excitant eum, dicuntque illi, Præceptor, 28 non est tibi curæ 29 quod perimus? 30 Et excitatus increpavit ventum, dixit-39 que mari, Tace, 31 obmutesce. Et conquievit ventus, factaque est tranquillitas magna. Et ait illis, 32 40 Quid timidi estis adeo? 33 quî fit ut non habeatis fi-41 duciam? Et timuerunt timore magno, dicebantque 34 inter sese, 35 Quisnam hic est, quia & ventus & mare obediunt ei? Et venerunt 1 trajecto mari in regio-

V. 1 nem 2 Gadarenorum. Egressoque ei de navi statim 2 occurrit e monumentis homo spiritui obnoxius immundo, Qui domicilium habebat in monumentis, & 3 neque catenis quisquam poterat eum ligare: Propter-4 ea quod quum sæpe compedibus & catenis vinctus fuisset, discerptæ essent ab illo catenæ, & compedes essent comminutæ: neque quisquam valuisset eum domare. Et semper die ac nocte in montibus & in 5 monumentis erat clamans, & concidens seipsum lapidibus. Quum vidisset autem Jesum eminus, cucur-6 rit, & adoravit eum. Et clamans voce magna dixit, 7 Quid mihi tecum est Jesu Fili Dei altissimi? adjuro te per Deum, ne me torqueas. Dicebat enim illi, Exi 8 spiritus immunde ab homine. Et interrogabat eum, 9 Quod tibi nomen est? Et respondit dicens, 3 Legio mihi nomen est: quia multi sumus. Et deprecabatur 10 eum multum, ne se emitteret extra regionem. Erat 11 autem ibi juxta montes grex porcorum magnus 4 pascens. Et deprecabantur eum omnes dæmones, di-12 centes, Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. Et 13 permisit eis statim Jesus. Et egressi spiritus immundi ingressi sunt in porcos: 5 & ferebatur grex per præceps in mare, (erant autem 6 ferme bis mille) & suffocati sunt in mari. Porro qui pascebant porcos fugerunt, 14 & renunciaverunt in civitatem, & in agros. Et egressi sunt ad videndum 7 quid esset quod acciderat. 8 Et ve-15 niunt ad Jesum, & vident illum, qui a dæmonio vexabatur, sedentem, ac vestitum, 9 & sanæ mentis, qui habuerat legionem: & timuerunt. Et narraverunt 16 illis qui viderant, qualiter accidisset ei qui dæmonium habuerat, & de porcis. Et rogare cœperunt eum, 17 ut

23 *Differebat*] ἐπέλυεν, id est, *dissolvebat*, sive *exponebat*: aut quo alias est usus, *edifferebat*. *Solvuntur* enim ænigmata, & obscura veluti nodosa.

24 *Transeamus contra*] Διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν, id est, *Transeamus in ulteriorem partem*: sive, ut sæpe jam vertit, *trans fretum*.

25 *Et facta est*] Καὶ γίνεται, id est, *Et fit*, sive *oritur*, quasi res jam geratur.

26 *Mittebat in navim*] ἐπέβαλλεν εἰς τὸ πλοῖον, id est, *irruebat in navim*, ut sit verbum neutrum quod ad significatum attinet.

27 *Super cervical dormiens*] ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον, quod inde Græcis nomen habet, quod capiti admoveatur. Ezechiel exsecratur eos, *qui consuunt pulvillos sub omni cubito, & cervicalia sub omni capite*. Quod tum exhibuit Jesus, id hodie in nobis agitur. Quam periculose indormiunt hodie pulvillis ac cervicalibus hujusmodi Præsules ac Pontifices quidam horum temporum! Periclitatur universus populus, nec est qui Christum excitet in illis profundissime dormientem. Imo nolunt excitari, & habent qui somnum hunc pestilentissimum foveant, occinentes ad aurem blando susurro, Euge, euge. Expergiscere tandem optime Jesu, ne pereamus.

28 *Non ad te pertinet*] οὐ μέλει σοι, id est, *non est tibi cura*. Nam aliud est *pertinere ad nos*, aliud *esse curæ*. Siquidem multa ad nos maxime pertinent, quæ minime sunt curæ.

29 *Quia perimus*] ὅτι, id est, *quod*, hoc sane loco.

30 *Exsurgens comminatus est*] Καὶ ἐγερθεὶς ἐπετίμησεν, id est, *Et excitatus increpavit*.

31 *Obmutesce*] πεφίμωσο. Augmentum additum etiam celeritatem indicat: veluti dicas, *mox obmutesce*.

32 *Quid timidi estis*] Τί οὕτως δειλοί ἐστε; id est, *Quid adeo timidi estis?* Alii habebant Τί δειλοί ἐστε οὕτως; id est, *Quid timidi estis adeo?*

33 *Necdum habetis*] οὔπω, id est, *nondum*. Alii habebant, πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν, id est, *quî fit ut non habeatis fidem?* Et οὕτως referunt ad præcedentem orationis partem. Laurentius ad sequentem adjunxit: *Siccine nondum habetis fidem?* Porro *quomodo* parum Latine reddidit πῶς, quod ita vertendum erat, *quî fit ut non habeatis fidem?* Est enim non interrogantis, sed objurgantis.

34 *Ad alterutrum*] πρὸς ἀλλήλους, id est, *inter sese*. Quod crebrius jam admonui. Verum Interpres perpetuo peccat in hoc verbo, tanquam prudens.

35 *Quis putas*] Τίς ἄρα. Melius *quisnam*, aut certe *quis*. Nam hoc loco vix habet Latinus sermo, quod respondeat ἄρα.

1 TRans fretum] εἰς τὸ πέραν, quod superius vertit *contra*, id est, *in ulteriorem partem*. Quanquam in Matthæo sæpenumero vertit *trans fretum*. Lacum, ut dixi, appellant *mare*: tamen iisdem verbis uti licuisset, etiam amne transmisso, aut aggere, aut monte. *Fretum* vero non idem est quod *mare*, etiamsi fretum omne dicitur mare.

2 *Gerasenorum*] Γαδαρηνῶν, id est, *Gadarenorum*. Ad eundem modum legimus & apud Lucam, cum Matthæus vocet *Gergesenorum*, de quo nonnihil attigimus in Matthæo capite octavo.

3 *Legio mihi nomen*] λεγεών. Græce scribens usus est voce Latina, tametsi mutato genere.

4 *Pascens in agris*] *In agris*, hîc nec apud Græcos additur, nec in codice aureo, nec in Donatianicis, nec in Constantiensi.

5 *Et magno impetu*] καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ, id est, *& impetu ferebatur grex per præceps in mare*. *Magno* addidit Interpres de suo.

6 *Ad duo millia*] ἦσαν δὲ ὡς δισχίλιοι, id est, *erant autem ferme duo millia*, sive *bis mille*: & subaudiendum est *porci*, non *spiritus*: quod *spiritus* Græce est neutri generis, & δισχίλιοι masculini, ut ad spiritus referri non possit.

7 *Quid esset facti*] τί ἐστὶ τὸ γεγονὸς, id est, *quid esset quod factum erat*, sive *quod acciderat*. Quanquam haud male vertit Interpres.

8 *Et venerunt*] Καὶ ἔρχονται, id est, *Et veniunt*, præsentis temporis. Et ita habent codices emendatiores Latini.

9 *Et sana mentis*] Post hæc verba Græci codices addunt, quod in Latinis non habetur, τὸν ἐσχηκότα τὸν λεγεῶνα, id est, *eum qui habuerat legionem*: quod quoniam visum est super esse, cum modo facta esset mentio dæmoniaci, eraserunt. At repetitur ad emphasim miraculi, *esse jam sana mentis*, qui non solum fuerit obnoxius dæmonio, verum etiam legioni dæmonum.

10 Cumque

το παρακαλεῖν αὐτὸν ἀπελθεῖν ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν. 18 Καὶ ἐμβάντος αὐτῦ εἰς τὸ πλοῖον, παρεκάλει αὐτὸν ὁ δαιμονισθεὶς, ἵνα ᾗ μετ' αὐτῦ. 19 Ὁ δὲ Ἰησῦς ὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν, ἀλλὰ λέγει αὐτῷ, Ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν συ πρὸς τὺς σὺς, καὶ ἀνάγγειλον αὐτοῖς ὅσα σοι ὁ Κύριος ἐποίησε, καὶ ἠλέησέ σε. 20 Καὶ ἀπῆλθε, καὶ ἤρξατο κηρύσσειν ἐν τῇ Δεκαπόλει, ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ Ἰησῦς· καὶ πάντες ἐθαύμαζον. 21 Καὶ διαπεράσαντος τῦ Ἰησῦ ἐν τῷ πλοίῳ πάλιν εἰς τὸ πέραν, συνήχθη ὄχλος πολὺς ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἦν παρὰ τὴν θάλασσαν. 22 Καὶ ἰδὺ ἔρχεται εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων, ὀνόματι Ἰάειρος· καὶ ἰδὼν αὐτὸν, πίπτει πρὸς τὺς πόδας αὐτῦ. 23 Καὶ παρεκάλει αὐτὸν πολλὰ, λέγων, Ὅτι τὸ θυγάτριόν μυ ἐσχάτως ἔχει, ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς χεῖρας, ὅπως σωθῇ· καὶ ζήσεται. 24 Καὶ ἀπῆλθε μετ' αὐτῦ· καὶ ἠκολύθει αὐτῷ ὄχλος πολὺς, καὶ συνέθλιβον αὐτόν. 25 Καὶ γυνή τις ὖσα ἐν ῥύσει αἵματος ἔτη δώδεκα, 26 Καὶ πολλὰ παθῦσα ὑπὸ πολλῶν ἰατρῶν, καὶ δαπανήσασα τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα, καὶ μηδὲν ὠφεληθεῖσα, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὸ χεῖρον ἐλθῦσα. 27 Ἀκύσασα περὶ τῦ Ἰησῦ, ἐλθῦσα ἐν τῷ ὄχλῳ ὄπισθεν, ἥψατο τῦ ἱματίυ αὐτῦ. 28 Ἔλεγε γὰρ, Ὅτι κἂν τῶν ἱματίων αὐτῦ ἅψωμαι, σωθήσομαι. 29 Καὶ εὐθέως ἐξηράνθη ἡ πηγὴ τῦ αἵματος αὐτῆς· καὶ ἔγνω τῷ σώματι, ὅτι ἴαται ἀπὸ τῆς μάστιγος. 30 Καὶ εὐθέως ὁ Ἰησῦς ἐπιγνὺς ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐξ αὐτῦ δύναμιν ἐξελθῦσαν, ἐπιστραφεὶς ἐν τῷ ὄχλῳ, ἔλεγε, 31 Τίς μυ ἥψατο τῶν ἱματίων; Καὶ ἔλεγον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτῦ, Βλέπεις τὸν ὄχλον συνθλίβοντά σε, καὶ λέγεις, 32 Τίς μυ ἥψατο; Καὶ περιεβλέπετο ἰδεῖν τὴν τῦτο ποιήσασαν. 33 Ἡ δὲ γυνὴ φοβηθεῖσα καὶ τρέμυσα, εἰδυῖα ὃ γέγονεν ἐπ' αὐτῇ, ἦλθε καὶ προσέπεσεν αὐτῷ, καὶ εἶπεν αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. 34 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ, Θύγατερ, ἡ πίστις συ σέσωκέ σε· ὕπαγε εἰς εἰρήνην, καὶ ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός συ. 35 Ἔτι αὐτῦ λαλῦντος, ἔρχονται ἀπὸ τῦ ἀρχισυναγώγυ, λέγοντες, Ὅτι ἡ θυγάτηρ συ ἀπέθανε· τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον; 36 Ὁ δὲ Ἰησῦς εὐθέως ἀκύσας τὸν λόγον λαλύμενον, λέγει τῷ ἀρχισυναγώγῳ, Μὴ φοβῦ, μόνον πίστευε. 37 Καὶ ὐκ ἀφῆκεν ὐδένα αὐτῷ συνακολυθῆσαι, εἰ μὴ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν Ἰακώβυ. 38 Καὶ ἔρχεται εἰς τὸν οἶκον τῦ ἀρχισυναγώγυ, καὶ θεωρεῖ θόρυβον, κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλά. 39 Καὶ εἰσελθὼν λέγει αὐτοῖς, Τί θορυβεῖσθε καὶ κλαίετε; τὸ παιδίον ὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει. 40 Καὶ κατεγέλων αὐτῦ· ὁ δὲ ἐκβαλὼν ἅπαντας, παραλαμβάνει τὸν πατέρα τῦ παιδίυ καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὺς μετ' αὐτῦ,

(Margin: μϛ̄ κ; μθ ϛ; ιϛ; ιγ; Alias ἔρχονται.)

ut discederet de finibus ipsorum. 18 10 Et quum ingressus esset navim, rogabat illum qui fuerat a dæmonio correptus, ut esset cum illo. 19 Jesus autem 11 non permisit eum, sed ait illi, Abi in domum tuam ad tuos, & annuncia illis 12 quanta tibi Dominus fecerit 13 & misertus sit tui. 20 Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta sibi fecisset Jesus: & omnes mirabantur. 21 Et quum trajecisset Jesus navi rursus in ulteriorem ripam, convenit turba multa ad eum, & erat circa mare. 22 14 Et ecce venit quidam principum Synagogæ, nomine Jairus: & quum vidisset eum, procidit ad pedes ejus. 23 Et deprecabatur eum multum, dicens, 15 Filiola mea in extremis est, *oro* ut venias & imponas illi manus, 16 ut salva sit: & vivet. 24 Et abiit cum illo: & sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum. 25 Et mulier quædam, quæ fuerat obnoxia profluvio sanguinis annos duodecim, 26 Fueratque multa perpessa a compluribus medicis, & insumpserat omnia sua, neque quicquam adjumenti senserat, sed magis in deterius venerat, 27 Quum audisset de Jesu venit in turba a tergo, & tetigit vestimentum ejus. 28 Dicebat enim, Si vel vestimenta ejus tetigero, salva ero. 29 Et confestim siccatus est fons sanguinis ejus, 17 & sensit corpore 18 quod sanata esset ab eo flagello. 30 Et statim Jesus in semetipso 19 cognoscens virtutem ex sese prodisse, conversus in turba ajebat, Quis tetigit vestimenta mea? 31 Et dicebant ei discipuli ipsius, Vides turbam undique prementem te, & dicis, Quis me tetigit? 32 Et circumspiciebat, ut videret eam quæ hoc fecerat. 33 Mulier vero timens & tremens, sciens quod factum esset in se, venit & accidit ei, dixitque ei 20 omnem veritatem. 34 Ille autem dixit ei, Filia, fides tua te servavit: vade cum pace, & esto sana a flagello tuo. 35 Adhuc eo loquente 21 veniunt a principe synagogæ, qui dicerent, Filia tua mortua est, quid ultra vexas magistrum? 36 22 Jesus autem protinus audito sermone qui dicebatur, ait principi synagogæ, Ne metuas, tantummodo crede. 37 Et non 23 permisit ut quisquam se sequeretur, præter Petrum & Jacobum & Joannem fratrem Jacobi. 38 Et venit in domum principis synagogæ, 24 videtque tumultum, *ac* flentes 25 & ejulantes multum. 39 Et ingressus ait illis, 26 Quid tumultuamini & ploratis? puella non est mortua, sed dormit. 40 27 Et irridebant eum: ipse vero ejectis omnibus, assumit patrem & matrem puellæ

10 *Cumque adscenderet*] Καὶ ἐμβάντος αὐτῦ εἰς τὸ πλοῖον, id est, *Ingresso eo navim*, sive *conscensa navi.*

11 *Non admisit*] ὐκ ἀφῆκεν, id est, *non permisit*, sive *non passus est.*

12 *Quanta*] ὅσα, quod sæpenumero significat *quæcunque*. Hîc Interpres legisse videtur πόσα, non ὅσα.

13 *Et misertus sit tui*] Hoc non parum dure cohæret cum eo quod præcedit, *quanta tibi fecerit Deus*. Vertendum erat, *quæ tibi fecerit Deus*, *& in quibus misertus tui fuerit*, sive, *quantopere misertus sit tui.*

14 *Et venit quidam*] καὶ ἔρχεται εἷς, id est, *& venit unus*. Sed utinam Interpres Hebraicam figuram, ut hic mutavit, itidem mutasset ubique, tantum abest, ut reprehendam. Et *Jairus* penultima acuta pronunciandum est Latinis, ob diphthongum Ἰάειρος.

15 *Quoniam filia*] Nec in Græcis est ὅτι, quod tamen erat omittendum, si fuisset. Hîc addidit de suo *quoniam*. *Filia mea*, θυγάτριον, id est, *filiola*. Est enim Græcis diminutivum. *In extremis est*, ἐσχάτως ἔχει, ad verbum sonat, *extreme habet*, perinde valet ac si dicas, *pessime affecta est*, sive *in summo vitæ discrimine est.*

16 *Ut salva sit & vivat*] ὅπως σωθῇ, καὶ ζήσεται, id est, *ut salva fiat*, *& vivet*. Ut verbum posterius sit futuri temporis. Alioqui quid aliud est ægrotam *servari*, quam *vivere?* Nam sensus est, *Impone illi manus, ut servetur: quod si non gravaberis facere, futurum est ut vivat*. Nam fieri potest, ut imponat aliquis manus ægroto, ad hoc ut sanetur, & tamen moriatur ægrotus. Quanquam hoc vitio Interpretis non accidit, sed Librariorum. Ut opinor, tribuunt huic archisynagogo fidem imperfectam. Non credebat excitari posse mortuam: ægrotam sanari posse credebat, si modo dignaretur illi Dominus imponere manus. Ad hunc intellectum facit annotatio mea.

17 *Et sensit corpore*] καὶ ἔγνω τῷ σώματι, id est, *cognovit corpore*, quod Interpres non inepte vertit *sensit*. Nam sensus est: Illam hoc cognovisse ex ipso sensu corporis, quod jam carebat cruciatu & fluxu.

18 *Quia sanata esset a plaga*] μάστιγος, id est, *flagello*, quemadmodum superius indicatum est. Et *quia* ὅτι vertendum erat in *quod*.

19 *Cognoscens virtutem quæ exierat*] ἐπιγνὺς ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐξ αὐτῦ δύναμιν ἐξελθῦσαν. Quæso, quod hoc sermonis dedecus? Num qua virtus erat illi incognita? Proinde participium vertendum erat in verbum infinitum: *Jesus autem ut agnovit*, sive *sensit in seipso*, *virtutem prodisse ex sese*. Nec enim hoc loco ferendum erat *de illo*, pro *ex se*, quod nostra habet Editio.

20 *Omnem veritatem*] ἔμπροσθεν πάντων πᾶσαν τὴν αἰτίαν αὐτῆς, id est, *coram omnibus omnem causam suam*, etiamsi illud *coram omnibus* non reperi scriptum in omnibus Græcorum exemplaribus. Et in nonnullis pro αἰτίαν scriptum erat ἀλήθειαν. Quod nos sequi maluimus, vel ob hoc, quod cum Latinis exemplaribus concordaret. Porro Lucas αἰτίαν habet.

21 *Veniunt nuncii*] *Nuncii* addiderunt nescio qui, quanquam non male. Certe non erat in codicibus Donatiani, ne in Constantiensi quidem. Nec est, *ad archisynagogum*, sed *ab archisynagogo*, magno consensu Græcorum codicum, ut intelligas ab illius venisse domo, qui nunciarent mortem filiæ. Cæterum non animadvertens, sive Lector, sive Interpres hanc loquendi figuram, *Eamus ad me*, pro eo quod est, *ad domum meam*, &, *a vobis exit*, id est, *e domo vestra*, existimavit non posse vitari, quin illi ad archisynagogum venerint: quandoquidem is jam erat apud Jesum. Verum & ab illo venerunt & ad illum, hoc est, ab illius ædibus ad ipsum. Germanam scripturam cum Græcis consentientem reperi in codice Constantiensi. Tametsi sermo Græcus potest videri dictus κατ' ἔλλειψιν, quemadmodum dicunt ἐν ᾄδυ, & *venimus ad Vestæ*. Ita *veniunt ab archisynagogi*, subaudi *domo*.

22 *Jesus autem*] Græci addunt εὐθέως, id est, *statim*.

23 *Admisit*] ἀφῆκεν, id est, *permisit*, sive *passus est*. Nam quis dicat, *admisit sequi*. Mire lascivit sua copia, cum hoc verbum solitus sit vertere *dimisit*.

24 *Et vidit*] καὶ θεωρεῖ, id est, *& videt*, præsentis temporis.

25 *Et ejulantes*] ἀλαλάζοντας, quod in Psalmis vertit *jubilare*. Nam ὀλολύζειν est *ejulare*, vox ab illa non multum dissimilis. Quanquam Valla ex auctoritate Varronis ostendit *jubilatum* esse clamorem rusticorum, ut *quiritatum* urbanorum. Certe Chrysostomus Homilia prima adversus Judæos ὀλολύζειν dicit pastores clamore deterrentes lupum ab ovili.

26 *Quid turbamini*] Τί θορυβεῖτε, id est, *Quid tumultuamini*, ab eadem voce, quam modo verterat *tumultum*, θόρυβος.

27 *Et deridebant eum*] Græci nonnulli addunt, εἰδότες ὅτι ἀπέ-

αὐτῦ, καὶ εἰσπορεύεται ὅπυ ἦν τὸ παιδίον ἀνακείμενον.
41 Καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς τῦ παιδίυ, λέγει αὐτῇ, Ταλιθὰ κῦμι· ὅ ἐςι μεθερμηνευόμενον, Τὸ κοράσιον, σοὶ λέγω,
42 ἔγειραι. Καὶ εὐθέως ἀνέςη τὸ κοράσιον, καὶ περιεπάτει·
43 ἦν γὰρ ἐτῶν δώδεκα· καὶ ἐξέςησαν ἐκςάσει μεγάλῃ. Καὶ διεςείλατο αὐτοῖς πολλὰ ἵνα μηδεὶς γνῷ τῦτο· καὶ εἶπε δοθῆναι αὐτῇ φαγεῖν.
VI. 1 Καὶ ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν πατρίδα αὐτῦ· καὶ ἀκολυθῦσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ
2 αὐτῦ. Καὶ γενομένυ σαββάτυ, ἤρξατο ἐν τῇ συναγωγῇ διδάσκειν· καὶ πολλοὶ ἀκύοντες ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες, Πόθεν τύτῳ ταῦτα; καὶ τίς ἡ σοφία ἡ δοθεῖσα αὐτῷ, καὶ δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτῦ
3 γίνονται; Οὐχ ὗτός ἐςιν ὁ τέκτων, ὁ υἱὸς Μαρίας, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβυ καὶ Ἰωσῆ καὶ Ἰύδα καὶ Σίμωνος; καὶ ὐκ εἰσὶν αἱ ἀδελφαὶ αὐτῦ ὧδε πρὸς ἡμᾶς; Καὶ ἐσκανδαλί-
4 ζοντο ἐν αὐτῷ. Ἔλεγε δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησῦς, Ὅτι ὐκ ἔςι Προφήτης ἄτιμος εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτῦ, καὶ ἐν τοῖς
5 συγγενέσι, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῦ. Καὶ ὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ ὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι, εἰ μὴ ὀλίγοις ἀῤῥώςοις ἐπιθεὶς
6 τὰς χεῖρας, ἐθεράπευσε. Καὶ ἐθαύμαζε διὰ τὴν ἀπιςίαν αὐτῶν· καὶ περιῆγε τὰς κώμας κύκλῳ, διδάσκων.
7 Καὶ προσκαλεῖται τὺς δώδεκα, καὶ ἤρξατο αὐτὺς ἀποςέλλειν δύο δύο, καὶ ἐδίδυ αὐτοῖς ἐξυσίαν τῶν πνευμάτων τῶν
8 ἀκαθάρτων. Καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς ὁδὸν, εἰ μὴ ῥάβδον μόνον, μὴ πήραν, μὴ ἄρτον, μὴ εἰς
9 τὴν ζώνην χαλκόν· Ἀλλ' ὑποδεδεμένυς σανδάλια· καὶ μὴ

læ & eos [28] qui cum ipso erant, & ingreditur eo ubi puella erat jacens. 41 Et apprehensa manu puellæ, ait illi, [29] Talitha cumi: quod est, si quis interpretetur, [30] Puella, tibi dico, surge. 42 Et confestim surrexit puella, & ambulabat: erat enim annorum duodecim: & obstupuerunt stupore magno. 43 Et præcepit illis vehementer ne quisquam id sciret: & jussit ut daretur illi quod ederet. VI. 1 Et egressus est illinc, venitque in patriam suam: & sequuntur eum discipuli sui. 2 Quumque adesset sabbatum, cœpit in synagoga docere: multique audientes obstupuerunt, dicentes, Unde huic hæc? & quæ est sapientia quæ data est illi, & virtutes tales per manus ejus efficiuntur? 3 [1] Nonne hic est faber ille, filius Mariæ, frater Jacobi [2] & Jose & Judæ & Simonis? nonne & sorores ejus hîc nobiscum sunt? Et offendebantur per eum. 4 Dicebat autem illis Jesus, [3] Non est Propheta contemptus nisi in patria sua, [4] & inter cognatos, & in familia sua. 5 Et non poterat ibi virtutem ullam edere, [5] nisi quod paucos infirmos impositis manibus sanavit. 6 Ac mirabatur propter incredulitatem eorum: & obambulabat per vicos undique circumjacentes, docens. 7 [6] Et accersit duodecim, cœpitque eos emittere [7] binos, ac dabat illis [8] potestatem adversus spiritus immundos. 8 Et præcepit illis ne quid tollerent in viam, nisi virgam tantum, non peram, non panem, non in zona æs: 9 Sed [9] calcearentur sandaliis: &

ἀπέθανεν, id est, *scientes quod esset mortua*, sive *cum scirent esse mortuam*. Verum id suspicor huc adscriptum ex Matthæo.

28 *Qui secum erant*] Legendum est, *& qui secum erant*, *καὶ τὺς μετ' αὐτῦ*, ut intelligas paucos illos, quos passus fuerat sequi, nempe discipulos quos nominatim recensuit.

29 *Tabitha cumi*] *Talitha* per *λάμβδα* scribunt Græci, non *Tabitha* per *βῆτα*, suffragantibus Græcæ lectioni vetustissimis codicibus Donatianicis, atque item Constantiensi. Deinde,

30 *Puella, tibi dico*] *Tibi dico* de suo adjecit, sive is fuit Evangelista, sive alius quispiam, quo significantius redderet, & sensum vocantis, & auctoritatem imperantis: ut testatur & Hieronymus ad Pammachium, in Libello, cui titulus, *De optimo genere interpretandi*. Hebræas voces Marcus ipse, qui sine controversia Græce scripsit Evangelium, nobis interpretatur, *Puella surge*. Divus Hieronymus in Libello, quo colligit voces Hebraicas Evangeliorum, admonet hunc sermonem, *Tabitha cumi*, (sic enim illic scribitur) corrupte ut arbitror, Syrum esse, non Hebraicum. טַלִיתָא Syriace *puellam* significat. At idem in Libro, *De optimo genere interpretandi*, fatetur Hebræum esse: *Arguatur*, inquit, *Evangelista mendacii*, *quare addiderit*, tibi dico, *cum in Hebræo tantum sit*, Puella surge, *nisi forte quod Chaldaicum aut Syriacum sit, id Hebræum dici possit, non contra, quod Chaldæorum aut Syrorum sermo nihil aliud sit quam Hebræus, non eodem modo depravatus, exceptis paucis vocibus, quas, ut fit, aliunde sibi adsciverunt.* Nisi probabilius videtur Hebræos, posteaquam in Syriam demigrarant, illius gentis linguam didicisse, atque ea lingua Libros Sacros, qui interciderant, per Esdram fuisse restitutos. Porro sermonem vulgarem nunquam diutius eundem esse, vel in quavis hujus ætatis lingua perspicuum esse potest. Tanta est rerum humanarum volubilitas. Neque vero mihi dissimile veri est, Christum populari sermone usum, qui tum promiscuæ multitudini erat in usu: præsertim cum apud populum verba faceret. Qui profitentur hoc litterarum genus, ajunt *Talitha*, quemadmodum magno consensu legimus in Græcis codicibus, Chaldæis sonare *puellam*. Et fieri potest ut vox sit utrisque communis.

1 *Faber filius Mariæ*] Antiqui codices aliquot habent, *fabri filius & Mariæ*, suffragantibus & Græcis, *ὁ τῦ τέκτονος υἱὸς καὶ Μαρίας*. Verum in aliis erat scriptum, *Οὐχ ὗτός ἐςιν ὁ τέκτων ὁ υἱὸς Μαρίας*, id est, *Nonne hic est faber ille filius Mariæ?* Atque hanc quoque scripturam reperimus in vetustis Latinorum exemplaribus, nominatim in Corsendoncensi. Deinde annotandum est, Græcum articulum utrobique esse appositum, *ὁ τέκτων ὁ υἱὸς Μαρίας*, id est, *ille faber ille filius Mariæ*. Præterea vel ex hoc loco licet colligere, nihil referre, *Mariam* dicas more Hebræorum, an *Maria* more Græcorum: qua de re multis verbis disceptat Valla. Postremo notandum & hoc, apud Matthæum non *fabrum* vocari Christum, sed *fabri filium*. Hinc accipimus illum & patris sui legalis exercuisse artem. Cur enim hoc recusasset nostra causa Dei Filius, qui ne crucem quidem recusavit, neque Paulum tantum videlicet Apostolum puduit opera manuaria parare, quo victitaret. Quanquam non inficior, in Græcis verbis facillimum esse lapsum in *τέκτονος υἱὸς*, & *τέκτων ὁ υἱὸς*, nisi quod parum apte adhæret *Mariæ*. Proinde curatum est a Spiritu Sancto ne multa proderentur litteris de rebus externis Domini Jesu, veluti de forma habituque corporis, de cibis ac vestibus, ne mentibus hominum ad superstitionem pronis daretur occasio: quandoquidem ex hoc, quod Evangelistæ tradunt Jesum fuisse *fabri filium* ac *fabrum* ipsum, exortum est genus hominum, qui *Jesuitæ* vocari volunt, quod in Monasteriis fabrilem artem exerceant, malleumque gerunt pro insigni, quum incertum sit quod genus fabricæ exercuerit Joseph ac Dominus. Sunt enim fabri aurarii, argentarii, ærarii, ferrarii, lignarii, & lapidarii. Miror non extitisse, qui gerant intonsum capillitium, aut qui summam tunicam gestent inconsutilem. Ad harum rerum imitationem non invitavit nos Dominus, in quibus ipse se gessit ut unum quemlibet e numero multitudinis, nec hinc *Jesuitæ* dici meremur: sed si auscultemus illi dicenti: *Discite a me quod mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris.* Qui gratis docent Evangelium, qui pro convitiis & calumniis reponunt salutiferam doctrinam, pro malefactis beneficentiam, qui nusquam spectant ad emolumentum aut gloriam suam, sed proximorum commodum ac Dei gloriam in omnibus habent pro scopo, in hos magis competit *Jesuitarum* cognomen.

2 *Et Joseph*] Ἰωσῆ, id est, *Jose*, legit Laurentius. Nonnulli codices habebant Ἰώσητος, id est, *Josetis*, juxta Græcam inflexionem: ut *Crates Cratetis*, *Chremes Chremetis*.

3 *Quia non est*] *Quia* de suo addidit, cum nihil sit opus. *Sine honore*, *ἄτιμος*, id est, *inhonoratus*, sive *contemptus*. Cui contrarium est *ἔντιμος* sive *τίμιος*, id est, *in pretio habitus*.

4 *Et in domo, & in cognatione sua*] Communissimum enim est *patria*, deinde *cognatio*, proximum *domus* ac *familia*. Deinde additur, *& in cognatione sua*, *καὶ ἐν τοῖς συγγενέσι*, id est, *& inter cognatos*.

5 *Nisi paucos infirmos*] Latinitatis ratio postulabat, ut adderet *quod*, *nisi quod*. Deinde *infirmos*, Græcis est *ἀῤῥώςυς*, id est, *adversa valetudine laborantes*.

6 *Et convocavit*] *προσκαλεῖται*, id est, *advocat*, sive *accersit*, præsentis temporis. Reclamabit aliquis forte morosulus, dum hujusmodi sectamur minutias, cur potius *advocat* quam *convocat*, & cur *advocat* potius quam *advocavit?* Cui totidem respondebo verbis, cur *convocavit* potius quam *advocavit*, & cur *advocavit* magis quam *advocat?* quod posterius ut elegantius est, ita scriptum ab Evangelista.

7 *Binos*] *δύο δύο*. Eleganter expressit Interpres Latinus, cum Græce sit, *duos duos*, hoc est, *per paria*, sive *per juga*, ut intelligas omnes duodecim fuisse missos, sed sena juga. Quandoquidem & Matthæus recensens duodecim Apostolorum nomina, binos copulavit.

8 *Potestatem spirituum immundorum*] Quo vitaremus amphibologiam, vertimus, *potestatem in spiritus immundos*. Nam potestas dicitur tum ejus qui habet, tum ejus rei cujus potentes sumus.

9 *Calceatos sandaliis*] *Σανδάλιον* Græcis est calceamenti genus, conveniens mulieribus, quod plantas pedum modo tuebatur ab injuria, superne ansulis quibusdam aut funiculis alligatum. *Ὑποδήματα* vero, quæ frequenter hic vertit *calceamenta*, inde nomen habent, quod pedibus subligentur. Unde probabile est Evangelistas inter *ὑποδήματα* & *sandalia* nullum posuisse discrimen, præsertim quum hic utrumque conjungat *ὑποδεδεμένυς σανδάλια*. Cæterum quæ hic Græca voce *sandalia* dicuntur, in Actis cap. XII. Interpres vertit *caligas*, *ὑπόδυσαι τὰ σανδάλιά συ*. Veteres autem non noverunt hoc caligarum genus quod nunc tegit etiam ilia, sed erat & hoc calceamenti genus. Unde Cajo Imperatori *Caligulæ* cognomen militari joco fuit additum, & *caligæ Maximini* castrensi joco abiit in proverbium, quod calceus illius argueret illi fuisse pedes supra justam longitudinem. Auctores Suetonius, Ausonius, & Julius Capitolinus. Postremo Plinius meminit de calceatu equorum, quibus tamen adduntur soleæ tantum. Itaque meo judicio frustra quidam hic disputant an sandalia calceorum nomine contineantur, & an Christus usus sit calceis, deque duplici calceamentorum genere, altero quod gestatur in pedibus, altero quod gestatur in tergo, ex hoc colligentes Christum fuisse nudipedem, quod in convivio peccatrix unxerit Jesu pedes, & lacrymis humectatos capillis suis extersit. Probabile est Christum aliquando fuisse usum calceamentis, aliquando non fuisse usum, videlicet prout res præsens exigebat. Alioqui Baptista non pronunciasset se indignum qui solveret corrigiam calceamentorum Jesu. Nec magnum erat olim in calidis regionibus incalceatum ingredi. Apud Horatium libri secundi satyra ultima, Nasidienus, qui jam accubuerat, dum parat redire ad culinam curaturus reliquum

νθ ϛ 10 μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ὅπȣ ἐὰν εἰσέλθητε εἰς οἰκίαν, ἐκεῖ μένετε ἕως ἂν ἐξέλθητε
ν ϛ 11 ἐκεῖθεν. Καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, μηδὲ ἀκȣ́σωσιν ὑμῶν, ἐκπορευόμενοι ἐκεῖθεν, ἐκτινάξατε τὸν χȣ̃ν τὸν ὑποκάτω τῶν ποδῶν ὑμῶν, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔςαι Σοδόμοις ἢ Γομόῤῥοις ἐν ἡμέρᾳ
νϛ η 12 κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ. Καὶ ἐξελθόντες ἐκήρυσσον,
13 ἵνα μετανοήσωσι. Καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλλον, καὶ
νζ ϛ 14 ἤλειφον ἐλαίῳ πολλȣ̀ς ἀῤῥώςȣς, καὶ ἐθεράπευον. Καὶ ἤκȣσεν ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης, (φανερὸν γὰρ ἐγένετο τὸ ὄνομα αὐτȣ̃) καὶ ἔλεγεν, Ὅτι Ἰωάννης ὁ βαπτίζων ἐκ νεκρῶν ἠγέρ-
15 θη, καὶ διὰ τȣ̃το ἐνεργȣ̃σιν αἱ δυνάμεις ἐν αὐτῷ. Ἄλλοι ἔλεγον, Ὅτι Ἡλίας ἐςίν· ἄλλοι δὲ ἔλεγον, Ὅτι Προ-
νη ι 16 φήτης ἐςὶν, ἢ ὡς εἷς τῶν Προφητῶν. Ἀκȣ́σας δὲ ὁ Ἡρώδης,

A

10 & ne induerentur binis tunicis. Et dicebat eis, Ubicunque introieritis in domum, illic manete donec exeatis illinc.
11 Et quicunque non receperint vos, neque audierint vos, exeuntes illinc, excutite pulverem qui est sub pedibus vestris, [10] in testimonium illis. Amen dico vobis, tolerabilius erit Sodomis aut Gomorrhis in die judicii, quam civitati illi.
12 Et egressi prædicabant, ut resipiscerent.
13 Et dæmonia multa ejiciebant, [11] & ungebant oleo multos ægros, & sanabant.
14 [12] Et audivit rex Herodes, (innotuerat enim nomen ejus) dicebatque, Joannes ille qui baptizabat resurrexit a mortuis, & propterea virtutes agunt in illo.
15 Alii dicebant, Helias est: alii vero dicebant, Propheta est, vel tanquam unus ex Prophetis.
16 Quum audisset autem Herodes,

B

quum apparatum, poscit soleas. Et ut narrat Plinius junior in Epistola ad Tacitum, *Avunculus quum absque soleis studeret, conscensurus locum unde prospici poterat Vesuvii montis incendium, poscit soleas.* Apud Platonem autem in convivio Aristodemus, ni fallor, admiratur Socratem soleatum ad Agathonis convivium accedere, positurum utique in accubitu calceamenta. Et apud Priscos aliter discumbebant in conviviis quam hodie discumbimus. Ad hæc videtur id olim hospitalitatis fuisse, convivæ aut hospiti ante discubitum lavare pedes. Superest scrupulus de dissonantia Matthæi x. apud quem Dominus vetat ne ituri ad prædicandum Evangelium gestent calceamenta, quum diversum scribat Marcus. Ad hoc non absurde respondent quidam, Apostolos non fuisse prohibitos in pedibus gestare calceamenta, sed in sarcinis. Videmus & hodie morem esse, præsertim apud Hispanos, ut famulus hero gestet togam humero pulchre complicatam, si forte oboriatur pluvia. Eoque non absurde Baptista pronunciat se indignum qui bajularet calceamenta Jesu. Verum simplicius est dicere, Christum discipulis adhuc rudibus crasso more loquendi voluisse persuadere, ut absque sarcinulis & impedimentis aggrederentur prædicandi negotium, nec ulla de re solliciti, nisi ut annunciarent regnum cœlorum. Nec puto Christo fuisse displiciturum, si quis Apostolorum, vel ob itineris asperitatem, vel ob pedem offensum, usus fuisset calceis. Eodem sensu vetuit ne quem salutarent in via, per hyperbolen summum studium accelerandi negotii significans. Sic 4 Reg. IV. Helizæus, mittens famulum cum baculo suo, vetat ne quem obvium salutet, non hoc sentiens ne cui dicat salve, sed ut quam maxime properaret. Itaque hæc ad litteram urgere tendit ad superstitionem. Paulus, ille insignis Evangelii præco, 2 Tim. IV. jubet sibi remitti penulam Troade relictam, præterea libros præsertim in membranis descriptos. Hoc plus est quam habere calceamenta mutatoria. Non est igitur Evangelicæ perfectionis Christum in externis anxie exprimere. Non venit in mundum, ut doceret nos quomodo oporteat calceari aut vestiri. Simili studio, quo Christum faciunt nudipedem, faciunt & mendicum. Paupertas convenit Christo, mendicitas derogat illius dignitati. Mendicitatem enim nulla res excusat, nisi inevitabilis necessitas. Eoque Pontificum constitutionibus cautum est, ne quis ad Presbyteri gradum recipiatur, nisi paratum sit unde vivat. Quam ob rem? Ne per inopiam adigantur ad mendicitatem, quæ derogat Sacerdotis dignitati. Stulta vero constitutio, si mendicitas est pars Evangelicæ perfectionis. Paulus apud Corinthios ne mendicaret, non dico ostiatim, in diversoriis & in navibus, sed ne quid peteret a quoquam, noctu consuit pelles in usum tabernaculorum. Christus in egenos erat benignus, tantum abest ut ipse mendicaret, ac interdum mittit Apostolos ut emant cibum. Nec dissimile veri est, Dominum ex bonis paternis ac maternis, aut etiam ex opificio nonnihil habuisse suum. Alioqui quomodo legitur a Nazareth commigrasse Capharnaum, ibique habuisse domicilium, si nec domum habuit, nec supellectilem? Quin & illud probabile est, Christum fuisse mundo honestoque amictu. Alioqui milites non fuissent inter se partiti laceros pannos. Porro quod sponte dabatur ab amicis opulentis, aut piis mulieribus, multum abest a mendicitate. Nec urget quod ipse dicit Filium hominis non habere ubi caput suum reclinet. Siquidem hic sermo non proprie pertinet ad inopiam, sed ad omnia in quibus hominum mundo deditorum animus conquiescit. Hoc autem in affectibus situm est, non in rebus externis. Affectus autem gloriæ periculosior est, quam affectus divitiarum. Quid sequantur, qui hoc ipso videri volunt homines Apostolici & Evangelicæ perfectionis, quod privatim ac publice mendicent, ipsi viderint. Certe nusquam legimus Dominum mendicasse: quod enim afferunt de Samaritana frivolum est. Sic potuisset quivis rex mendicare. Nec tamen constat Dominum bibisse, sed quæsivit occasionem insinuandi muliercula quis esset. Nec usquam legimus Apostolos mendicasse, nec ut id facerent unquam a Domino jussos. Ne paupertas quidem per se virtus est, quemadmodum nec opulentia vitium. Est autem duplex paupertas, altera quæ suppeditat frugalem victum, nihil habens superflui. Huic pulchre convenit cum Evangelica philosophia. Est altera quæ urget ac premit, ac frequenter ad graviora scelera sollicitat, quam divitiæ. Proinde Solomon Proverb. XXX. utrumque pariter deprecatur, divitias, quia nonnunquam gignunt oblivionem Dei, paupertatem, quia sollicitat ad furandum & ad pejerandum nomen Dei, quod utique blasphemiæ genus est. Verum ad multa alia pertrahit inopia, quæ non commemorat Solomon, ad sacrilegia, ad veneficia, ad lenocinia, ad latrocinia, ad parricidia. Laudandi igitur qui divitiis sine fraude quæsitis recte utuntur: & laudandi sunt, qui paupertatem adactam patienter alacriterque ferunt. Nec vituperandos arbitror, qui spontaneam paupertatem amplectuntur, modo ea conducat ad parandum ac propagandum regnum Dei, rejicienda, si officiat. Sunt item qui nolunt Christum exercuisse paternum opificium, quod tales operæ retrahant intentionem mentis ab iis quæ propius faciunt ad regnum Dei, velut a studio Theologiæ, a contemplatione rerum cœlestium, a pure orando. Verum ab hoc impedimento nihil erat periculi Christo, nec Paulum avocavit ab Evangelii negotio, quod consuit coria. Fateor tamen illis recte concedi otium, qui sese toto pectore parant ad prædicandum verbum Dei. Verum an hoc otium mereantur qui nihil aliud quam canunt, aliorum esto judicium. Apud Veteres Laicorum erat cantus, quæ nunc summa Sacerdotum est religio. Postremo sunt qui contendunt Apostolos emisisse vota, videlicet illa tria substantialia. In cujus manus? Haud dubium est, quin in manus Christi Abbatis omnium supremi. Utinam ea potius studeamus æmulari in Christo, quorum imitatio reddit beatos, & quibus Apostoli Dominum imitantes vere magni fuerunt, & in quibus beatus Paulus profitetur se imitatorem Jesu Christi. Quid prodest non gestare æs in zona, si gestes in linteolo, aut si habeas penes receptores depositum? Quid autem magni est, si pro sandaliis habeas calceos superne fenestratos? Quantus porro numerus est eorum, qui ideo profitentur paupertatem, ut effugiant paupertatem? Aut etiam ut accepta Abbatia possideant opimas divitias? Professio trium votorum non affert perfectionem Evangelicam, sed imitatio Christi. Sic enim audit adolescens qui jubetur vendere omnia & dare pauperibus, & veni sequere me. Paulus autem Corinthios hortatur, ut ipsum imitentur, quemadmodum ipse imitabatur Christum. Sed in quibus? Hoc paulo ante exprestit: *Usque in hanc horam*, inquit, *& esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur & benedicimus, persequutionem patimur & sustinemus, blasphemamur & obsecramus, tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus omnium, propter ipsum usque adhuc.* Similiter Petrus Apostolus, adhortans ad imitationem Christi, non commemorat cibos, vestes, aut pedes incalceatos. Sed quid? *Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus. Qui quum malediceretur, non remaledicebat, quum pateretur, non comminabatur*, &c. Sed hisce de rebus jam plus satis opinor. Est alter scrupulus de *virga*, quam Dominus apud Matthæum x. & Lucam IX. vetat tolli, hic concedit. Augustinus, ut elabatur e quæstionis angustia, confugit ad allegoriam: ut accipiamus *virgam* prohibitam, quæ ad defensionem corporis gestatur a viatoribus, sed *virgam* potestatis vivendi ex Evangelio concessam. Hoc commentum eo valet, ne nihil respondisse videatur. Atqui durum est, quum cætera simpliciter ac citra allegoriam accipiantur, subito *virgam* accipere pro potestate Evangelica. Deinde quid opus erat hoc sub ænigmate *virgæ* concedere, quod apertis verbis concessit, videlicet ut ederent ac biberent quæ apud illos essent, quibus annunciabant Evangelium. Præstat igitur mea sententia tropum in omnibus accipere, ut intelligamus ista non simpliciter prohibita, alioqui nec hodie fas esset Ecclesiasticis aliquid horum in via tollere, sed Dominum voluisse suos Apostolos in legatione Evangelica liberos & expeditos esse ab omni sollicitudine, quæ torquet alios peregrinationem inituros. Provident sibi de commeatu, armant se calceis ac vestibus adversus injuriam cœli, baculo adversus vim hominum, instruunt se viatico ne quid desit; nimirum hoc est æs in zonis, commeatus in pera, calceamenta & altera tunica in sarcinis, & baculus ad pugnam apparatus. Sed conceduntur *sandalia* in pedibus, quia nec impediunt iter, nec aliquid addunt sarcinæ: conceditur & *virga*, non illa gravis quæ gestatur ad pugnam, sed quæ sublevat euntem, & lassum recreat. Fortasse nec illud fuisset piaculum, si quis Apostolorum forte habuisset aliquid nummulorum in crumenula, sed ista Dominus apud Matthæum prohibet possideri, hoc est, sollicita providentia parari tanquam ad Evangelii prædicationem necessaria. Quemadmodum non violassent præceptum Domini, si cui forte obvio dixissent ave, nullo susceptæ legationis dispendio. His igitur tropis animorum sollicitudo adimitur Apostolis potius quam res ipsæ interdicuntur.

10 *In testimonium illis*] Addunt hoc loco Græci codices, an recte nescio, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔςαι Σοδόμοις ἢ Γομόῤῥοις ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ, id est, *Amen dico vobis, tolerabilius erit Sodomis aut Gomorrhis in die judicii, quam civitati illi.* Verum haud scio an id sit ex Matthæo huc transscriptum. Quod in Marco, qui fere consentit cum Matthæo, nisi quod brevius narrat, frequentius accidit. Quanquam consentiunt Græcorum exemplaria, quæ quidem mihi videre contigit.

11 *Et ungebant oleo*] Hinc natum apparet, quod hodie sacro oleo unguntur periculose laborantes, non perinde ut revalescant, atque ut tutius emigrent: cujus rei meminit & Jacobus.

12 *Et audivit rex Herodes*] Quidam Græci codices addunt τὴν ἀκοὴν Ἰησȣ̃, id est, *famam Jesu?* aliunde, ni fallor, adscriptum.

13 *Herodes*

Ἡρώδης, εἶπεν, Ὅτι ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗ-
17 τός ἐστιν· αὐτὸς ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν. Αὐτὸς γὰρ ὁ Ἡρώδης, ἀποστείλας, ἐκράτησε τὸν Ἰωάννην, καὶ ἔδησεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ διὰ Ἡρωδιάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀ-
18 δελφοῦ αὐτοῦ, ὅτι αὐτὴν ἐγάμησεν. Ἔλεγε γὰρ ὁ Ἰωάννης τῷ Ἡρώδῃ, Ὅτι οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖ-
19 κα τοῦ ἀδελφοῦ σου. Ἡ δὲ Ἡρωδιὰς ἐνεῖχεν αὐτῷ, καὶ
20 ἤθελεν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, καὶ οὐκ ἠδύνατο. Ὁ γὰρ Ἡρώδης ἐφοβεῖτο τὸν Ἰωάννην, εἰδὼς αὐτὸν ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον, καὶ συνετήρει αὐτόν· καὶ ἀκούσας αὐτοῦ πολλὰ
21 ἐποίει, καὶ ἡδέως αὐτοῦ ἤκουε. Καὶ γενομένης ἡμέρας εὐκαίρου, ὅτε Ἡρώδης τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσι καὶ τοῖς χιλιάρχοις καὶ τοῖς πρώτοις
22 τῆς Γαλιλαίας, Καὶ εἰσελθούσης τῆς θυγατρὸς αὐτῆς τῆς Ἡρωδιάδος, καὶ ὀρχησαμένης, καὶ ἀρεσάσης τῷ Ἡρώδῃ καὶ τοῖς συνανακειμένοις, εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ κορασίῳ,
23 Αἴτησόν με ὃ ἐὰν θέλῃς, καὶ δώσω σοί. Καὶ ὤμοσεν αὐτῇ, ὅτι ὃ ἐάν με αἰτήσῃς, δώσω σοί, ἕως ἡμίσους τῆς βασι-
24 λείας μου. Ἡ δὲ ἐξελθοῦσα εἶπε τῇ μητρὶ αὐτῆς, Τί αἰτήσομαι; Ἡ δὲ εἶπε, Τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βα-
25 πτιστοῦ. Καὶ εἰσελθοῦσα εὐθέως μετὰ σπουδῆς πρὸς τὸν βασιλέα, ᾐτήσατο, λέγουσα, Θέλω ἵνα μοι δῷς ἐξαυτῆς
26 ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ. Καὶ περίλυπος γενόμενος ὁ βασιλεὺς, διὰ τοὺς ὅρκους, καὶ
27 τοὺς συνανακειμένους, οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν ἀθετῆσαι. Καὶ εὐθέως ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτορα, ἐπέταξεν ἐνεχθῆναι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἀπελθὼν ἀπεκεφά-
28 λισεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ. Καὶ ἤνεγκε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐπὶ πίνακι, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν τῷ κορασίῳ· καὶ τὸ
29 κοράσιον ἔδωκεν αὐτὴν τῇ μητρὶ αὐτῆς. Καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἦλθον, καὶ ἦραν τὸ πτῶμα αὐτοῦ, καὶ
30 ἔθηκαν αὐτὸ ἐν μνημείῳ. Καὶ συνάγονται οἱ Ἀπόστολοι πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ πάντα, καὶ ὅσα ἐποίη-
31 σαν, καὶ ὅσα ἐδίδαξαν. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ κατ' ἰδίαν εἰς ἔρημον τόπον, καὶ ἀναπαύσασθε ὀλίγον. Ἦσαν γὰρ οἱ ἐρχόμενοι καὶ οἱ ὑπάγοντες πολλοὶ, καὶ οὐδὲ
32 φαγεῖν ηὐκαίρουν. Καὶ ἀπῆλθεν εἰς ἔρημον τόπον τῷ πλοίῳ
33 κατ' ἰδίαν. Καὶ εἶδον αὐτοὺς ὑπάγοντας οἱ ὄχλοι· καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν πολλοί· καὶ πεζῇ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδραμον ἐκεῖ, καὶ προῆλθον αὐτοὺς, καὶ συνῆλθον πρὸς αὐ-
34 τόν. Καὶ ἐξελθὼν εἶδεν ὁ Ἰησοῦς πολὺν ὄχλον, καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς, ὅτι ἦσαν ὡς πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα·
35 καὶ ἤρξατο διδάσκειν αὐτοὺς πολλά. Καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης, προσελθόντες αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγουσιν,
36 Ὅτι ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ἤδη ὥρα πολλή. Ἀπόλυσον αὐτοὺς, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς καὶ κώμας
37 ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς ἄρτους· τί γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσιν. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. Καὶ λέγουσιν αὐτῷ, Ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν διακοσίων δηνα-
38 ρίων ἄρτους, καὶ δῶμεν αὐτοῖς φαγεῖν; Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς, Πό-

Herodes, ait, Cui ego præcidi caput, Joannes iste est: ipse surrexit a mortuis. 17 Nam ipse Herodes, missis satellitibus, manus injecerat in Joannem, & vinxerat eum in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam uxorem. 18 Dicebat enim Joannes Herodi, Non licet tibi habere uxorem fratris tui. 19 Herodias autem insidiabatur illi, volebatque occidere eum, nec poterat. 20 [13] Herodes enim metuebat Joannem, sciens eum virum justum ac sanctum, [14] & observabat eum: auditoque eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. 21 Et quum dies opportunus accidisset, [15] quum Herodes in natalitiis suis cœnam faceret primatibus [16] ac tribunis & primoribus Galilææ, 22 Quumque introisset [17] filia ipsius Herodiadis, ac saltasset, placuissetque Herodi ac simul accumbentibus, rex ait puellæ, Pete a me quod vis, & dabo tibi. 23 Et juravit illi, quicquid a me petieris, dabo tibi, [18] usque ad dimidium regni mei. 24 At illa egressa dixit matri suæ, Quid petam? Illa vero dixit, Caput Joannis Baptistæ. 25 Et ingressa statim cum festinatione ad regem, petivit, dicens, Volo ut protinus des mihi in lance caput Joannis Baptistæ. 26 [19] Et dolore affectus rex, propter jusjurandum, eosque qui simul accumbebant, [20] noluit eam rejicere. 27 Et confestim rex [21] misso spiculatore, jussit inferri caput ejus. At ille abiit, ac 28 decollavit eum in carcere. Et attulit caput ejus in lance, & dedit illud puellæ: & puella dedit illud matri 29 suæ. Quo audito, discipuli ejus venerunt, [22] & sustulerunt cadaver ejus, posueruntque illud in monumento. 30 Et congregantur Apostoli ad Jesum, & renunciaverunt ei omnia, [23] & quæ egissent, quæque docuissent. 31 Et ait illis, [24] Venite vos soli seorsim in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui venirent & abirent multi, ac ne cibum quidem capere vacabat. 32 Et abiit in desertum locum navigio seorsim. 33 [25] Et viderunt eos abeuntes turbæ: & agnoverunt eum multi: & itinere pedestri ex omnibus civitatibus concurrerunt illuc, & prævenerunt eos, convenerunt que ad illum. 34 Et egressus vidit turbam multam Jesus, & affectu misericordiæ tactus est erga eos, quia erant velut oves non habentes pastorem: & cœpit illos docere multa. 35 [26] Et quum jam multum diei præteriisset, accesserunt ad illum discipuli ejus, dicentes, Desertus est locus, & jam multum temporis effluxit. 36 Dimitte illos, ut abeant [27] in circumjacentes villas ac vicos, [28] emantque sibi panes: [29] nam quod edant non habent. 37 At ille respondens ait illis, [30] Date illis vos quod edant. Et dixerunt ei, Euntes emamus ducentis denariis panes, [31] & demus illis quod edant? 38 At ille dicit eis, Quot panes habetis? ite & videte.

13 *Herodes autem metuebat*] *Enim* legunt Græci, non *autem*, consentientibus & antiquis exemplaribus. Addidit autem paulo superius αὐτὸς, id est, *ipse*, ut intelligeremus hunc eundem esse qui Joannem occidit & qui Christo male volebat, diversum ab eo, sub quo fugit Dominus. Siquidem illi misere exstincto successit Archelaus filius, cui post decem annos regno depulso successit frater Herodes junior, cujus hic mentio, regno jam in Tetrarchias diviso, inter hunc Philippum & Lysaniam. Sic refert Eusebius in Ecclesiastica Historia libro primo, capite octavo, nono, & decimo.

14 *Et custodiebat*] καὶ συνετήρει, id est, *conservabat*, vel magis *observabat*. Id quod indicant ea quæ mox subsequuntur.

15 *Herodes natalis sui*] ὅτε Ἡρώδης τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ δεῖπνον ἐποίησεν, id est, *cum Herodes natalitiis suis cœnam faceret*, sive *in natalitiis suis convivium exhiberet*. Et *principibus* est μεγιστᾶσι, id est, *primatibus* sive *primoribus*. Quo verbo usus est & Suetonius in Caligula Cæsare, *Regem etiam Regum & exercitatione venandi & convictu* megistanum *abstinuisse*.

16 *Et tribunis*] καὶ χιλιάρχοις, quod Græce sonat eos, qui millenis præfecti sint, ut *militum tribunos* intelligas.

17 *Filia ipsius Herodiadis*] Sermo Græcus habet amphibologiam. Potest enim & hic accipi sensus: *Cum esset ingressa filia ipsa Herodiadis*: id quod per se liquebit Græca relegenti.

18 *Licet dimidium*] ἕως ἡμίσους, *usque ad dimidium*.

19 *Et contristatus est rex*] Græca sic habent, Καὶ περίλυπος γενόμενος ὁ βασιλεὺς, διὰ τοὺς ὅρκους, καὶ τοὺς συνανακειμένους, οὐκ ἤθελεν αὐτὴν ἀθετῆσαι, id est, *Et dolore affectus rex, propter jusjurandum, & eos qui simul accumbebant, noluit eam rejicere* sive *spernere*. Quanquam ex Matthæo liquet, post *rex* hypostigmen apponendam esse, ut intelligas eum non contristatum propter jusjurandum, sed propter jusjurandum ac propter simul accumbentes noluisse frustrari puellam, quum Joannem vellet incolumem. Nec est hoc loco,

20 *Noluit eam contristare*] Quemadmodum in Matthæo λυπεῖσθαι, sed ἀθετῆσαι, id est, *rejicere* sive *repellere*, quod miror cur Laurentius vertendum putarit *fraudare* aut *frustrari*.

21 *Misso spiculatore*] Καὶ εὐθέως ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτορα. Evangelista Latinam usurpavit vocem, mutata vocali, quum prima *spiculatoris* sit longa. Ac mox,

22 *Et tulerunt corpus ejus*] πτῶμα est, hoc est, *cadaver*. Interpres legisse videtur σῶμα.

23 *Quæ egerant & docuerant*] Græcus sermo geminat conjunctionem, καὶ ὅσα ἐποίησαν, καὶ ὅσα ἐδίδαξαν, id est, *& quæ egissent, & quæ docuissent*.

24 *Venite seorsum*] Δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ κατ' ἰδίαν, id est, *Venite vos ipsi seorsum*. Porro αὐτοὶ positum est pro *soli*, hoc est, dimissis cæteris: quemadmodum καθ' ἑαυτὸν esse dicitur, qui solus est, & absque arbitris.

25 *Et viderunt eos abeuntes*] Græce est, Καὶ εἶδον αὐτοὺς ὑπάγοντας οἱ ὄχλοι, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν, id est, *Et viderunt eos abeuntes turba, & agnoverunt eum*: ut prius pronomen ad omnes communiter pertineat, posterius ad Christum solum.

26 *Et cum jam hora multa fieret*] Græci sermonis sensus est, *Cum jam admodum tempestivum esset sumere cibum*. Nam ex aliis Evangelistis apparet jam diei vesperum appetisse.

27 *In proximas villas*] εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς, id est, *in circumjacentes agros*. Et quoniam ex agris nihil emitur, nisi villæ sint, vertit *villas*. Nam *villa* domus sunt in agro.

28 *Emant sibi cibos*] ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς ἄρτους, id est, *emant sibi ipsis panes*. Nam Hebræi omne edulium *panis* nomine complectuntur.

29 *Quos manducent*] Pro hoc Græce est, τί γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσιν, id est, *nam quid edant non habent*. Etiam τί nove positum est.

30 *Date illis manducare*] Græci addunt *vos*, Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. Atque ita habent antiqui codices Latini, *Date illis manducare vos*.

31 *Et dabimus*] καὶ δῶμεν, id est, *demus*.

32 Secun-

Πόσυς ἄρτυς ἔχετε; ὑπάγετε καὶ ἴδετε. Καὶ γνόντες, 39 λέγυσι, Πέντε, καὶ δύο ἰχθύας. Καὶ ἐπέταξεν αὐτοῖς ἀνακλῖναι πάντας συμπόσια συμπόσια ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρ- 40 τῳ. Καὶ ἀνέπεσαν πρασιαὶ πρασιαὶ ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ 41 πεντήκοντα. Καὶ λαβὼν τὺς πέντε ἄρτυς καὶ τὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν ὐρανὸν, εὐλόγησε, καὶ κατέκλασε τὺς ἄρτυς, καὶ ἐδίδυ τοῖς μαθηταῖς αὐτῦ, ἵνα παρα- 42 θῶσιν αὐτοῖς· καὶ τὺς δύο ἰχθύας ἐμέρισε πᾶσι. Καὶ ἔ- 43 φαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν. Καὶ ἦραν κλασμάτων δώδεκα κοφίνυς πλήρεις, καὶ ἀπὸ τῶν ἰχθύων. 44 Καὶ ἦσαν οἱ φαγόντες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι ἄν- 45 δρες. Καὶ εὐθέως ἠνάγκασε τὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον, καὶ προάγειν εἰς τὸ πέραν πρὸς Βηθ- 46 σαϊδὰν, ἕως αὐτὸς ἀπολύσῃ τὸν ὄχλον. Καὶ ἀποταξάμε- 47 νος αὐτοῖς, ἀπῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι. Καὶ ὀψίας γενομένης, ἦν τὸ πλοῖον ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης, καὶ αὐτὸς 48 μόνος ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ εἶδεν αὐτὺς βασανιζομένυς ἐν τῷ ἐλαύνειν· (ἦν γὰρ ὁ ἄνεμος ἐναντίος αὐτοῖς) καὶ περὶ τετάρτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἔρχεται πρὸς αὐτὺς, πε- 49 ριπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης· καὶ ἤθελε παρελθεῖν αὐτύς. Οἱ δὲ ἰδόντες αὐτὸν περιπατῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἔδοξαν 50 φάντασμα εἶναι, καὶ ἀνέκραξαν. Πάντες γὰρ αὐτὸν εἶδον, καὶ ἐταράχθησαν· καὶ εὐθέως ἐλάλησε μετ' αὐτῶν, 51 καὶ λέγει αὐτοῖς, Θαρσεῖτε, ἐγώ εἰμι· μὴ φοβεῖσθε. Καὶ ἀνέβη πρὸς αὐτὺς εἰς τὸ πλοῖον· καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος· καὶ λίαν ἐκ περισσῦ ἐν ἑαυτοῖς ἐξίσαντο, καὶ ἐθαύμαζον. 52 Οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις· ἦν γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν 53 πεπωρωμένη. Καὶ διαπεράσαντες, ἦλθον ἐπὶ τὴν γῆν 54 Γεννησαρὲτ, καὶ προσωρμίσθησαν. Καὶ ἐξελθόντων αὐ- 55 τῶν ἐκ τῦ πλοίυ, εὐθέως ἐπιγνόντες αὐτὸν· Περιδραμόντες ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην, ἤρξαντο ἐπὶ τοῖς κραβάτοις τοὺς κακῶς ἔχοντας περιφέρειν, ὅπυ ἤκυον ὅτι 56 ἐκεῖ ἐςι. Καὶ ὅπυ ἂν εἰσεπορεύετο εἰς κώμας, ἢ πόλεις, ἢ ἀγροὺς, ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἐτίθυν τοὺς ἀσθενοῦντας, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, ἵνα κἂν τοῦ κρασπέδυ τοῦ ἱματίυ αὐτοῦ ἅψωνται· καὶ ὅσοι ἂν ἥπτοντο αὐτοῦ, ἐσώζοντο.

VII. 1 Καὶ συνάγονται πρὸς αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι, καί τινες τῶν Γραμματέων, ἐλθόντες ἀπὸ Ἱεροσολύμων. 2 Καὶ ἰδόντες τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ κοιναῖς χερσὶ, 3 τοῦτ' ἔςιν, ἀνίπτοις, ἐσθίοντας ἄρτους, ἐμέμψαντο. Οἱ γὰρ Φαρισαῖοι καὶ πάντες οἱ Ἰυδαῖοι, ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, ὐκ ἐσθίυσι, κρατοῦντες τὴν πα- 4 ράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων. Καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, ὐκ ἐσθίυσι· καὶ ἄλλα πολλά ἐςιν ἃ παρέλαβον

dete. Et quum cognovissent, dicunt, Quinque, & duos pisces. Et præcepit illis ut accumbere facerent 39 omnes 32 distributis conviviis 33 in viridi gramine. 34 Et discubuerunt divisi in viridaria 35 centeni & 40 quinquageni. Et quum accepisset quinque panes ac 41 duos pisces, 36 sublatis in cœlum oculis, benedixit, ac fregit panes, deditque discipulis suis, ut apponerent illis: & duos pisces divisit omnibus. Et comederunt 42 omnes, & saturati sunt. 37 Et sustulerunt fragmento- 43 rum duodecim cophinos plenos, & de piscibus. Erant 44 autem qui comederant circiter quinque millia virorum. 38 Et statim coëgit discipulos suos conscendere 45 navim, ut præcederent transmisso mari Bethsaidam, dum ipse dimitteret turbam. 39 Et quum dimisisset eos, 46 abiit in montem ad orandum. Et quum vespera ad- 47 venisset, erat navis in medio mari, & ipse solus in terra. 40 Viditque eos laborantes in remigando: (erat 48 enim ventus contrarius eis) at circa quartam vigiliam noctis venit ad eos, ambulans super mare, & volebat præterire eos. At illi ut viderunt eum ambulantem 49 super mare, putaverunt spectrum esse, & exclamaverunt. Omnes enim videbant eum, & conturbati 50 sunt: & statim loquutus est cum eis, dixitque eis, Confidite, ego sum: ne terreamini. Et adscendit ad illos in 51 navim: & conquievit ventus: 41 & vehementer supra modum intra sese stupebant, & admirabantur. Non 52 enim intellexerant de panibus: erat enim cor eorum obcœcatum. Et quum trajecissent, venerunt in ter- 53 ram Genezareth, & applicuerunt in portum. Quum- 54 que egressi essent de navi, continuo 42 agnoverunt eum: Ac percurrentes totam undique regionem illam, 55 cœperunt in grabatis eos qui male habebant circumferre, 43 quum audissent eum illic esse. Et quocun- 56 que introisset in vicos, aut in civitates, aut in villas, 44 in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent: & quotquot tangebant eum, salvi fiebant. Et conveniunt 1 VII. ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis, qui venerant Hierosolymis. Et quum vidissent quosdam ex disci- 2 pulis ejus communibus manibus, id est, illotis, edere panes, 1 incusabant. Nam Pharisæi & omnes Judæi, 3 2 nisi crebro laverint manus, non capiunt cibum, tenentes instituta majorum. 3 Et a foro *venientes*, nisi 4 loti fuerint, non comedunt: & alia multa sunt 4 quæ susce-

32 *Secundum contubernia*] συμπόσια συμπόσια, id est, *convivia convivia*, hoc est, *distributis conviviis*, ut ante dixit, δύο δύο. Laurentius mallet *manipulatim*.

33 *Super viride fœnum*] ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ, id est, *in viridi herba*.

34 *Et discubuerunt in partes*] Καὶ ἀνέπεσαν πρασιαὶ πρασιαὶ, id est, *Et discubuerunt prasia prasia*. Dicuntur autem *prasia* herbaria, cujusmodi sunt areolæ hortorum: πράσιον enim *viride*. Cæterum & hoc *prasia prasia*, & illud συμπόσια συμπόσια, dictum est juxta proprietatem sermonis Hebraici. Ad quam formam multa annotavit divus Augustinus in libris, quos scripsit de tropis veteris Instrumenti, velut illud: *Decima decima agno uni septem agnis*. Et *mille ex tribu & mille ex tribu*, pro eo quod est, ex singulis tribubus millenos.

35 *Per centenos & quinquagenos*] ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα, ut ad verbum reddam, id est, *per centum & per quinquaginta*. Ut intelligas loca fuisse distincta sulco, aut simili intervallo: & pro magnitudine in aliis accubuisse centenos, in aliis quinquagenos.

36 *Intuens in cœlum*] ἀναβλέψας, id est, *suspiciens*, sive *sublatis oculis*.

37 *Et sustulerunt*] Καὶ ἦραν κλασμάτων δώδεκα κοφίνυς πλήρεις, id est, *Et sustulerunt fragmentorum duodecim cophinos plenos*. Genitivus referri potest vel ad *plenos* vel ad *cophinos*.

38 *Et statim coëgit*] ἠνάγκασεν, idem verbum quod in Matthæo verterat *jussit*, sed perperam, ut illic indicavimus.

39 *Et cum dimisisset eos*] Καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς. Non est idem verbum, quod paulo superius, ἕως ἀπολύσῃ, verum aliud, quod non significat simpliciter *dimittere*, sed *dimittere dicto vale ac mandatis quæ volueris mandare*: quemadmodum solemus *dimittere* notos & amicos. Eandem vocem in Actis capite decimo octavo vertit *valefaciens*. Similiter 2 Corinthiorum 11. Græca vox sonat, quasi dicas *amandare*.

40 *Et vidit eos laborantes*] βασανιζομένυς, in Matthæo vertit *vexatos*, alias *jactatos*. *In remigando*, ἐν τῷ ἐλαύνειν, quod significat *agere* ac *regere* vel navem, vel equum, vel currum, vel simile quippiam. Nam *remigare* Græcis ἐρέσσειν dicitur, ἐλαύνειν generale verbum est.

41 *Et plus magis*] καὶ λίαν ἐκ περισσῦ, id est, *valde ex abundanti*, sive *valde supra modum*. Rursus hic est ἐξίσαντο, quod vehementem significat admirationem, ut homo præ admiratione non sit apud se; & tamen in Græcis codicibus additur καὶ ἐθαύμαζον, *& admirabantur*: velut interpretetur Evangelista quid dixisset ἐξιςᾶναι, quod tamen haud scio an casu sit adjectum.

42 *Et cognoverunt eum*] Addunt Græci, οἱ ἄνδρες τῦ τόπυ, id est, *viri loci*. Quanquam id in plerisque codicibus non invenitur.

43 *Ubi audiebant eum esse*] ὅπυ ἤκυον ὅτι ἐκεῖ ἐςι, id est, *simulatque audissent quod illic esset*, ut intelligas eos qui agnoverant Jesum renunciare cæteris, illum adesse.

44 *In plateis*] ἐν ταῖς ἀγοραῖς, id est, *in foris*. Quanquam & *platea* via fusior ac laxior, *forum* esse potest.

1 V*ituperaverunt*] ἐμέμψαντο, id est, *accusarunt*, sive *incusabant*, sive *questi sunt*.

2 *Nisi crebro laverint manus*] ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας. Theophylactus interpretatur πυγμῇ, ut sit adverbium, pro eo quod est *usque ad cubitum*, sive, ut quidam interpretatus est, *cubitaliter*, quod ex instituto Pharisæorum soliti sint ante cibum lavare manus usque ad cubitum, id quod Lex non præcipit. Equidem reperio apud Græcos Etymologistas πυγμὴν significare duo, *pugnum*, hoc est, manum complicatam, a verbo πτύσσω, quod est *plico*, unde πυγμὴ, quasi dicas πτυγμὴ, & *cubitum*, quem Græci πῆχυν vocant: nam hac parte brachium est complicatile. Hinc & Pygmæos populos appellari putant, quorum meminit Homerus, quod cubitali sint proceritate. Verum non reperio πυγμῇ apud Græcos usurpatum adverbii loco, & haud scio an a substantiæ vocibus similia veniant, quemadmodum a πᾶς πάντη, ἔρημος ab ἐρήμη. Quod si maxime fieret, tamen magis quadrabat πυγμῆθεν, id est, *a cubito* sive *cubito tenus*, quam πυγμῇ. Ad hæc nihil video causæ, cur hæc fabula de lotione cubitali huc accersatur. Nam si constaret hoc a Lege præscriptum, ne quis caperet cibum nisi lotis manibus, probabiliter videri poterat inducta cubitalis lotio. Tum enim adderetur aliquid Legis præscripto. Nunc tale nihil a Lege præcipi testatur Dominus, dicens, *non lotis manibus manducare non coinquinat hominem*. Unde probabile est, in vetustioribus codicibus scriptum fuisse, non πυγμῇ, sed πυκνῶς, aut πυκνὰ, aut πυκνῇ, quod sonat *frequenter*, aut *crebro*, sive *subinde*. Verum hoc eruditis expendendum relinquo.

3 *Et a foro venientes*] *Venientes* tametsi non male addidit, tamen non est in Græcis codicibus. Et *a foro*, idem nomen est quod modo vertit *plateam*, ἀγορᾶς.

4 *Quæ tradita sunt illis*] Sensus omnino convenit, tamen Græce est, ἃ παρέλαβον τηρεῖν, sive, ut nonnulli codices habent,

λαβον κρατεῖν, βαπτισμοὺς ποτηρίων καὶ ξεστῶν καὶ χαλ- 5 κίων καὶ κλινῶν. Ἔπειτα ἐπερωτῶσιν αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ Γραμματεῖς, Διατί οἱ μαθηταί σου οὐ περιπατοῦσι κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων, ἀλλὰ ἀνίπτοις χερσὶν ἐ- 6 σθίουσι τὸν ἄρτον; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ὅτι καλῶς προεφήτευσεν Ἡσαΐας περὶ ὑμῶν τῶν ὑποκριτῶν, ὡς γέγραπται, Οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία 7 αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Μάτην δὲ σέβονταί με, δι- 8 δάσκοντες διδασκαλίας ἐντάλματα ἀνθρώπων. Ἀφέντες γὰρ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, κρατεῖτε τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, βαπτισμοὺς ξεστῶν καὶ ποτηρίων· καὶ ἄλλα πα- 9 ρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Καλῶς ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, ἵνα τὴν παράδοσιν ὑμῶν τη- 10 ρήσητε. Μωσῆς γὰρ εἶπε, Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου· καὶ, Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανά- 11 τῳ τελευτάτω· Ὑμεῖς δὲ λέγετε, Ἐὰν εἴπῃ ἄνθρωπος τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ, Κορβᾶν, (ὅ ἐστι, δῶρον) ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ, 12 ὠφεληθῇς. Καὶ οὐκέτι ἀφίετε αὐτὸν οὐδὲν ποιῆσαι τῷ πα- 13 τρὶ αὐτοῦ ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ· Ἀκυροῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ τῇ παραδόσει ὑμῶν, ᾗ παρεδώκατε· καὶ παρόμοια τοιαῦ- 14 τα πολλὰ ποιεῖτε. Καὶ προσκαλεσάμενος πάντα τὸν ὄχλον, ἔλεγεν αὐτοῖς, Ἀκούετέ μου πάντες, καὶ συνίετε. 15 Οὐδέν ἐστιν ἔξωθεν τοῦ ἀνθρώπου εἰσπορευόμενον εἰς αὐτὸν, ὃ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι· ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα ἀπ' αὐ- 16 τοῦ, ἐκεῖνά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον. Εἴ τις ἔχει ὦτα 17 ἀκούειν, ἀκουέτω. Καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς οἶκον ἀπὸ τοῦ ὄχλου, ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ τῆς παρα- 18 βολῆς. Καὶ λέγει αὐτοῖς, Οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; οὐ νοεῖτε, ὅτι πᾶν τὸ ἔξωθεν εἰσπορευόμενον εἰς τὸν ἄνθρω- 19 πον, οὐ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι; Ὅτι οὐκ εἰσπορεύεται αὐτοῦ εἰς τὴν καρδίαν, ἀλλ' εἰς τὴν κοιλίαν· καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται, καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα. 20 Ἔλεγε δὲ ὅτι τὸ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορευόμενον, ἐκεῖνο κοι- 21 νοῖ τὸν ἄνθρωπον. Ἔσωθεν γὰρ ἐκ τῆς καρδίας τῶν ἀνθρώπων οἱ διαλογισμοὶ οἱ κακοὶ ἐκπορεύονται, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, 22 φόνοι, Κλοπαὶ, πλεονεξίαι, πονηρίαι, δόλος, ἀσέλγεια, ὀφθαλμὸς πονηρὸς, βλασφημία, ὑπερηφανία, ἀφροσύνη. 23 Πάντα ταῦτα τὰ πονηρὰ ἔσωθεν ἐκπορεύεται, καὶ κοινοῖ τὸν 24 ἄνθρωπον. Καὶ ἐκεῖθεν ἀναστὰς ἀπῆλθεν εἰς τὰ μεθόρια Τύρου καὶ Σιδῶνος, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν, οὐδένα ἤθελε 25 γνῶναι, καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν. Ἀκούσασα γὰρ γυνὴ περὶ αὐτοῦ, ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς πνεῦμα ἀκάθαρτον, ἐλ- 26 θοῦσα προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ, (Ἦν δὲ ἡ γυνὴ Ἑλληνὶς, Συροφοίνισσα τῷ γένει) καὶ ἠρώτα αὐτὸν, ἵνα τὸ 27 δαιμόνιον ἐκβάλλῃ ἐκ τῆς θυγατρὸς αὐτῆς. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ, Ἄφες πρῶτον χορτασθῆναι τὰ τέκνα· οὐ γὰρ καλόν ἐστι λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς 28 κυναρίοις. Ἡ δὲ ἀπεκρίθη, καὶ λέγει αὐτῷ, Ναὶ Κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ὑποκάτω τῆς τραπέζης ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων

susceperunt servanda, nempe 5 lotiones poculorum 6 & urceorum & æramentorum & lectorum. 7 Deinde 5 interrogant eum Pharisæi & Scribæ, Quare discipuli tui non ambulant juxta ritum traditum a majoribus, sed illotis manibus edunt panem? At ille re- 6 spondens dixit eis, 8 Bene vaticinatus est Esaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. In vanum autem me colunt, docentes 9 doctrinas 7 præcepta hominum. Nam omisso 10 præcepto Dei, 8 tenetis constitutionem hominum, ablutiones urceorum & poculorum: aliaque similia his facitis multa. Et dicebat illis, Bene 11 rejicitis præceptum Dei, 9 ut constitutionem vestram servetis. Moses enim di- 10 xit, Honora patrem tuum & matrem tuam: &, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos au- 11 tem dicitis, 12 Si dixerit homo patri vel matri, Korban, (quod est, donum) quodcunque ex me, in tuum cedet commodum. Et præterea non sinitis eum quicquam 12 facere patri suo aut matri suæ: Et 13 irritum facitis 13 verbum Dei per constitutionem vestram, quam tradidistis: & similia hujusmodi multa facitis. Et quum 14 advocasset ad se 14 totam turbam, dicebat illis, Audite me omnes, & intelligite. 15 Nihil est extra homi- 15 nem introiens in eum, quod possit eum inquinare: sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ inquinant hominem. Si quis habet aures ad audiendum, 16 audiat. Et quum introisset in domum semotus a tur- 17 ba, interrogabant eum discipuli ejus 16 de similitudine. Et ait illis, Adeo & vos 17 intelligentia caretis? 18 nondum intelligitis, quod omne foris introiens in hominem, non potest eum inquinare? Quia non intrat 19 in ejus cor, sed in ventrem: & in secessum exit, 18 repurgans omnes escas. Dicebat autem quod ab homi- 20 ne exit, illud inquinat hominem. Ab interioribus 21 enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, stupra, homicidia, Furta, avaritiæ, 22 fraudes, dolus, impudicitia, 19 malus oculus, convitia, superbia, stultitia. Omnia hæc mala ab internis 23 procedunt, & inquinant hominem. Et inde surgens 24 abiit 20 in confinia Tyri ac Sidonis, & ingressus domum, neminem voluit scire, nec potuit latere. Mu- 25 lier enim statim ut audivit de eo, cujus filiola habebat spiritum immundum, venit, & accidit 21 ad pedes ejus, (Erat enim mulier Græca, Syrophœnissa gene- 26 re) & rogabat eum, ut dæmonium ejiceret de filia sua. Jesus autem dixit, Sine prius saturari filios. Non 27 est enim honestum sumere panem filiorum, & projicere catellis. At illa respondit, & dicit illi, 22 Etiam 28 Do-

κρατεῖν, *quæ acceperunt servanda* sive *tenenda*. Verum quoniam *παραλαμβάνειν* videtur esse *ab alio traditum accipere*, idcirco Interpres conatus est explanatius efferre sententiam.

5 *Baptismata*] Miror cur Interpres maluerit dicere Græce quam Latine, *lotiones*, sive *ablutiones*, cum hîc de vulgari lotione sit mentio.

6 *Et urceorum*] ξεστῶν, apparet intelligenda esse lignea, quod subjecit *æramentorum*: ξεστὰ autem dixit, quod torno poliantur, aut quod sculpturis ornata sint, quod poculorum genus & hodie reperitur apud Helvetios. Cæterum *lectos* appellat *spondas*, in quibus accumbebant sumentes cibum, non solum in quibus dormitur.

7 *Et interrogabant*] Ἔπειτα ἐπερωτῶσιν, *Deinde interrogant*.

8 *Bene prophetavit Esaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est*] Cum Græca congruant, tamen haud scio quo casu ita scriptum comperi in aureo codice, *Bene prophetavit de vobis Esaias, dicens*.

9 *Doctrinas & præcepta*] *Et* conjunctio tollenda, *διδασκαλίας ἐντάλματα*, id est, *doctrinas mandata*, per appositionem: sicut admonitum est in Matthæo. Vera lectio superest adhuc in codice Constantiensi.

10 *Mandata Dei*] ἐντολὴν, id est, *mandatum*, quemadmodum & *παράδοσιν*, id est, *traditionem*. Proponit enim Dominus exemplum in uno præcepto & una traditione.

11 *Irritum fecistis*] ἀθετεῖτε, id est, *irritum facitis*. Consentientibus & antiquis codicibus nostris, atque in his aureo. Quanquam potius erat *rejicitis*, quemadmodum & Cyprianus legit.

12 *Si dixerit homo*] Hîc explicat quod obscurius erat in Matthæo, his verbis a Pharisæis instrui quosdam, ut parentibus desertis pecuniam conferant in donaria Templi. Quanquam sermo videtur parum absolutus, sed subaudiendum, *satis est*, aut simile quippiam.

13 *Rescindentes verbum Dei*] ἀκυροῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, id est, *irritum facientes*, sive *abrogantes*, aut *antiquantes*. Nam ἀκυροῦν est proprie *detrahere auctoritatem*, & *irritum facere*, quod aliquando fuerit comprobatum.

14 *Iterum turbas*] πάντα τὸν ὄχλον, id est, *totam turbam*.

15 *Nihil est extra hominem*] Οὐδέν ἐστιν ἔξω τοῦ ἀνθρώπου εἰσπορευόμενον εἰς αὐτὸν, id est, *Nihil est quod aliunde quam ab homine ingreditur in eum*: quasi dicas, *deforis*, ut paulo post vertit, *omne extrinsecus introiens*, τὸ ἔξωθεν εἰσπορευόμενον.

16 *Parabolam*] περὶ παραβολῆς, id est, *de parabola*, sive *de similitudine*.

17 *Imprudentes*] ἀσύνετοι, id est, *absque intellectu*, ut ante verterat: aut *expertes intelligentiæ*. Et melius erat, *Siccine vos quoque*, quam *Sic & vos*: aut *Itane vos quoque*.

18 *Purgans*] ἐκκαθαρίζον, id est, *expurgans*, ad verbum.

19 *Oculus malus*] ὀφθαλμὸς πονηρός. Cur non & hîc dixit, *oculus nequam*, sicut in Matthæo, *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus?* Nam eadem verba Græca sunt utrobique. Sentit autem oculum non simplicem & purum, sed fascinatorem & invidum atque iniquum.

20 *In fines Tyri*] μεθόρια, id est, *confinia*, hoc est, *Tyro finitimas regiones*, sive *quæ interjacent inter Tyrum & Sidonem*. Quanquam paulo post utitur simplici voce ὁρίων in eundem sensum.

21 *Ad pedes ejus*] Hoc loco sequitur, Ἦν δὲ ἡ γυνὴ Ἑλληνὶς, Συροφοίνισσα τῷ γένει, id est, *Erat autem mulier Græca, Syrophœnissa genere*. Alii codices habebant, Σύρα Φοινίκισσα, sed mendose: nam si Syra erat, & regionis Phœnices, quæ sine dubio Judæorum est, quî potuit esse Græca natione. Cæterum quod *gentilem* dixit, non est Græce ἐθνικὴ, sed Ἑλληνὶς, ut non patriam intelligas designatam, sed quo declaret non esse Judæam religione. Siquidem gente Chananæa erat, non Græca, sed Græca dicitur ex Hebræorum consuetudine, quod esset aliena a religione Legis Mosaicæ. Frequenter enim Ἕλληνα *Gentilem* vertit Interpres. Est autem una Syriæ pars quæ dicitur *Syrophœnice*, in qua est Damascus, ut indicat Tertullianus lib. adversus Marcionem tertio.

22 *Utique Domine*] In codicibus, quos hactenus viderim, nihil

29 ψιχίων τῶν παιδίων. Καὶ εἶπεν αὐτῇ, Διὰ τȣ̃τον τὸν λόγον ὕπαγε, ἐξελήλυθε τὸ δαιμόνιον ἐκ τῆς θυγατρός σȣ. 30 Καὶ ἀπελθȣ̃σα εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, εὗρε τὸ δαιμόνιον ἐξεληλυθὸς, καὶ τὴν θυγατέρα βεβλημένην ἐπὶ τῆς κλίνης. 31 Καὶ πάλιν ἐξελθὼν ἐκ τῶν ὁρίων Τύρȣ καὶ Σιδῶνος, ἦλθε πρὸς τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων Δεκαπόλεως. 32 Καὶ φέρȣσιν αὐτῷ κωφὸν μογιλάλον, καὶ παρακαλȣ̃σιν αὐτὸν, ἵνα ἐπιθῇ αὐτῷ τὴν χεῖρα. 33 Καὶ ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τȣ̃ ὄχλȣ κατ' ἰδίαν, ἔβαλε τȣ̀ς δακτύλȣς αὐτȣ̃ εἰς τὰ ὦτα αὐτȣ̃· καὶ πτύσας ἥψατο τῆς γλώσσης αὐτȣ̃. 34 Καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν ȣ̓ρανὸν, ἐστέναξε, καὶ λέγει αὐτῷ, Ἐφφαθὰ, ὅ ἐστι, Διανοίχθητι. 35 Καὶ εὐθέως διηνοίχθησαν αὐτȣ̃ αἱ ἀκοαί· καὶ ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτȣ̃, καὶ ἐλάλει ὀρθῶς. 36 Καὶ διεστείλατο αὐτοῖς, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν· ὅσον δὲ αὐτὸς αὐτοῖς διεστέλλετο, μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον. 37 Καὶ ὑπερπερισσῶς ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες, Καλῶς πάντα πεποίηκε· καὶ τȣ̀ς κωφȣ̀ς ποιεῖ ἀκȣ́ειν, καὶ τȣ̀ς ἀλάλȣς λαλεῖν.

VIII. 1 Ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις παμπόλλȣ ὄχλȣ ὄντος, καὶ μὴ ἐχόντων τί φάγωσι, προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησȣ̃ς τȣ̀ς μαθητὰς αὐτȣ̃, λέγει αὐτοῖς, 2 Σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον, ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς 3 προσμένȣσί μοι, καὶ ȣ̓κ ἔχȣσι τί φάγωσι. Καὶ ἐὰν ἀπολύσω αὐτȣ̀ς νήστεις εἰς οἶκον αὐτῶν, ἐκλυθήσονται ἐν τῇ ὁδῷ· τινὲς γὰρ αὐτῶν μακρόθεν ἥκȣσι. 4 Καὶ ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτȣ̃, Πόθεν τȣ́τȣς δυνήσεταί 5 τις ὧδε χορτάσαι ἄρτων ἐπ' ἐρημίας; Καὶ ἐπηρώτα αὐτȣ̀ς, Πόσȣς ἔχετε ἄρτȣς; Οἱ δὲ εἶπον, Ἑπτά. 6 Καὶ παρήγγειλε τῷ ὄχλῳ ἀναπεσεῖν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ λαβὼν τȣ̀ς ἑπτὰ ἄρτȣς, εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἐδίδȣ τοῖς μαθηταῖς αὐτȣ̃, ἵνα παραθῶσι· καὶ παρέθηκαν τῷ ὄχλῳ. 7 Καὶ εἶχον ἰχθύδια ὀλίγα· καὶ εὐλογήσας, εἶπε παραθεῖναι καὶ αὐτά. 8 Ἔφαγον δὲ, καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν περισσεύματα κλασμάτων ἑπτὰ σπυρίδας. 9 Ἦσαν δὲ οἱ φαγόντες ὡς τετρακισχίλιοι· καὶ ἀπέλυσεν αὐτȣ́ς. 10 Καὶ εὐθέως ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτȣ̃, ἦλθεν εἰς τὰ μέρη Δαλμανȣθά. 11 Καὶ ἐξῆλθον οἱ Φαρισαῖοι, καὶ ἤρξαντο συζητεῖν αὐτῷ, ζητȣ̃ντες παρ' αὐτȣ̃ σημεῖον ἀπὸ τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃, πειράζοντες αὐτόν. 12 Καὶ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτȣ̃, λέγει, Τί ἡ γενεὰ αὕτη σημεῖον ἐπιζητεῖ; ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον. 13 Καὶ ἀφεὶς αὐτȣ̀ς, ἐμβὰς πάλιν εἰς τὸ πλοῖον, ἀπῆλθεν εἰς τὸ πέραν. 14 Καὶ ἐπελάθοντο λαβεῖν ἄρτȣς· καὶ εἰ μὴ ἕνα

Domine: 23 nam catelli quoque comedunt sub mensa de micis filiorum. Et ait illi, Propter istum 29 sermonem vade, exiit dæmonium a filia tua. Et quum 30 abisset in domum suam, 24 reperit dæmonium exisse, & filiam jacentem super lectum. Et rursum egressus 31 de finibus Tyri ac Sidonis, venit ad mare Galilææ, per medios 25 fines Decapolis. Et adducunt 26 ei surdum, impeditæque linguæ, & deprecabantur eum, 32 ut imponat illi manum. Et quum apprehendisset eum 33 de turba seorsim, misit digitos suos in auriculas ejus, & sputo emisso tetigit linguam ejus. Ac suspiciens in 34 cœlum, ingemuit, & ait illi, 27 Ephphata, quod est, Aperire. Et statim apertæ sunt ejus aures, & solutum 35 est vinculum linguæ ejus, ac loquebatur recte. Ac 36 præcepit illis, ne cui dicerent: sed quo magis ille eis præceperat, 28 hoc potius amplius prædicabant. Et 37 supra modum stupebant, dicentes, Bene omnia fecit: 29 & surdos facit audire, & mutos loqui. VIII. 1 In diebus illis 1 quum turba admodum multa esset, nec haberent quod manducarent, accersitis ad se Jesus discipulis suis, ait illis, 2 Misericordia tangor erga turbam, quia jam triduo 2 manent apud me, nec habent quod 3 edant. Et si dimisero eos jejunos in domum suam, deficient in via: quidam enim ex eis e longinquo venerunt. 4 Et responderunt ei discipuli sui, 3 Unde 5 istos quis poterit hic satiare panibus in solitudine? Et interrogavit eos, Quot panes habetis? Illi vero dixerunt, Septem. 6 Et præcepit turbæ discumbere super terram: & acceptis septem panibus, quum gratias egisset, fregit, deditque discipulis suis, ut apponerent: & apposuerunt turbæ. 7 Et habebant pisciculos paucos: 4 & quum benedixisset, jussit apponi & hos. 8 Comederunt autem, & saturati sunt: ac sustulerunt quæ superfuerant, fragmentorum septem sportas. 9 Erant autem qui comederant 5 ferme quater mille: & dimisit illos. 10 Et mox ingressus in navim cum discipulis suis, venit 6 in partes Dalmanutha. 11 Et egressi sunt Pharisæi, 7 cœperuntque disputare cum illo, quærentes ab eo signum e cœlo, tentantes eum. 12 8 Et quum ingemuisset spiritu suo, dicit, Cur generatio hæc signum quærit? amen dico vobis, 9 si dabitur generationi huic signum. 13 Et relictis illis, ingressus rursus navim, abiit trajecto lacu. 14 10 Et obliti fuerant sumere pa-

hil erat loco *utique*, sed tantum Κύριε, καὶ τὰ κυνάρια, id est, *Domine, & catelli*; quanquam postea in nonnullis reperi.

23 *Nam & catelli*] Eadem vox est Græcis, *canibus* & *catellis*: quanquam utrobique diminutivum est apud illos κυνάριον, ut admonuimus. Ad hoc παιδίων rectius vertisset *filiorum* quam *puerorum*, cum præcessit τέκνων.

24 *Invenit puellam jacentem supra lectum; & dæmonium exisse*] In vulgatis Græcorum codicibus ordo sermonis inversus est. Nam illic, *reperit exisse dæmonium, & puellam lecto decumbentem*, & *super lectum*, Latinis erat, ἐπὶ κλινῆς.

25 *Fines Decapoleos*] Δεκαπόλεως. Regio est trans Jordanem decem civitatum: unde & nomen habet Græcis, circa Hippum, Pellen, & Gadaram, ut testis est Hieronymus in locis Hebraicis.

26 *Surdum & mutum*] κωφὸν μογιλάλον, id est, *surdum impedita lingua*, sive *balbum*, dictione composita a μόγις *vix*, & λαλεῖν *loqui*. Est autem id vitii pene perpetuum insanis aut melancholicis, aut fatuis natura, ut testis est Aristoteles.

27 *Adaperire*] *Aperire*, Ἐφφαθὰ, vocem Hebraicam & hic adjicit, quemadmodum & superius in *cumi*. Est autem הִפָּתַח unum ex eo verborum genere, quæ Hebræi gravia vocant, & quæ vim habeant transitivam, quasi dicas, *Præsta te apertum*, sive *Fias apertus*. Neque vero libet hîc commemorare ridiculam differentiam inter *aperire* & *adaperire*, quam Laurentius argutius irridet quam gravem deceat virum, etiamsi merito id facit. Certe apud Evangelistam nulla differentia est, cum idem utrobique sit verbum διανοίχθητι & διηνοίχθησαν, quorum alterum vertit *adaperire*, alterum *apertæ sunt*: perinde quasi nefas esset Latinis eandem vocem repetere.

28 *Tanto magis plus*] Græci quidem codices ita distinguunt, ut *magis* non referatur ad *præcipiebat*, quod præcesserit ὅσον, non ὅσῳ, vel ὅσȣ, sed ad idem verbum ad quod refertur, nempe ad *prædicabant plus*: licet Græci videantur ὅσον usurpare nonnunquam adverbialiter: sed περισσότερον verti poterat *vehementer*, aut *magnopere*, ut comparativum positum sit loco positivi: aut μᾶλλον vertendum erat *potius*, ut non habeat vim comparandi, sed corrigendi: perinde quasi dicas, *Tantum aberat ut facerent id quod erant jussi, ut hæc amplius etiam prædicarent quod essent vetiti.*

29 *Et surdos fecit audire*] Ut ne quid causer de integritate Latini sermonis, quod Romanis auribus aliud quiddam sonat, *facit loqui*, & *facit currere*, rectius fuisse futurum, *efficit ut surdi audiant, muti loquantur*. Tempus quoque verbi mutavit Interpres, aut certe Librarius. Est enim ποιεῖ, id est, *facit*: idque absolutius est. Laurentius testatur in nonnullis exemplaribus Latinis conduplicari conjunctionem, *& surdos fecit audire, & mutos loqui*. *Et mutos loqui*, ἀλάλȣς λαλεῖν. Gratiam annominationis non potuit Interpres reddere, quasi dicas, *elingues linguaces*, aut *infantes fari*.

1 *Cum turba multa esset*] Græce est παμπόλλȣ, id est, *admodum multa*, sive *plurima*. Nec additur *cum Jesu*, nec apud Græcos, nec in vetustis exemplaribus, nec in aureo, nec in Constantiensi denique.

2 *Sustinent me*] προσμένȣσί μοι, id est, *manent apud me*.

3 *Unde istos*] πόθεν, quo Græci utuntur in negatione pro *qui* aut *quomodo*.

4 *Et ipsos benedixit*] καὶ αὐτὰ εὐλογήσας, id est, *& cum his benedixisset*. Quanquam in nonnullis exemplaribus sic habebatur, καὶ εὐλογήσας, εἶπε παραθῆναι καὶ αὐτὰ, id est, *& cum benedixisset, jussit apponi & hos*.

5 *Quasi quatuor millia*] ὡς, id est, *ferme*, aut *circiter quatuor millia*.

6 *In partes Dalmanutha*] Quidam Græcus codex habebat Μαγδαλὰ, cujus meminit Matthæus, sive, ut quidam legunt, *Magedam*. Nec apud quemquam adhuc reperi hujus loci descriptionem, nisi quod in collectaneis Hebraicarum vocum hanc quoque reperio expositam, sed ita, ut ad hunc locum nihil attineat. Augustinus *de Consensu Evangelistarum* putat ejusdem regionis plura esse vocabula, addens, quod hoc quoque loco quidam codices habebant *Mageda*.

7 *Conquirere cum eo*] Laurentianum exemplar, ut videtur, secus habuit. Meum ad hunc modum, ἤρξαντο συζητȣ̃ντες παρ' αὐτȣ̃ σημεῖον, id est, *cœperunt simul quærere ab eo signum*. Quanquam postea nactus sum, in quibus ita scriptum reperi, καὶ ἤρξαντο συζητεῖν αὐτῷ, καὶ ζητεῖν παρ' αὐτȣ̃ σημεῖον, id est, *& cœperunt disputare cum eo, & requirere ab eo signum*. In quibusdam pro καὶ ζητεῖν erat ζητȣ̃ντες.

8 *Ingemiscens spiritu*] Græci addunt *suo*, Καὶ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτȣ̃.

9 *Si dabitur generationi isti signum*] *Si* hoc loco est abjurantis, quemadmodum & illic, *Si introibunt in requiem meam*. Latini addunt, *emoriar, dispeream*, aut simile quippiam. Mire retudit arrogantiam Pharisæorum, qui videri volebant eum cœlo habere commercium, cum essent sceleratissimi. At Christus illis ex imo corde terræ signum promittit diversissimum ab eo quod postulabant.

10 *Et obliti sunt sumere panes*] Quidam Græcus codex addidit, *discipuli ejus*: mihi magis placet non addi.

15 ἕνα ἄρτον οὐκ εἶχον μεθ' ἑαυτῶν ἐν τῷ πλοίῳ. Καὶ διεστέλλετο αὐτοῖς, λέγων, Ὁρᾶτε, βλέπετε ἀπὸ τῆς 16 ζύμης τῶν Φαρισαίων, καὶ τῆς ζύμης Ἡρώδου. Καὶ διελογίζοντο πρὸς ἀλλήλους, λέγοντες, Ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχο- 17 μεν. Καὶ γνοὺς ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς, Τί διαλογίζεσθε, ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχετε; οὔπω νοεῖτε, οὐδὲ συνίετε; ἔτι 18 πεπωρωμένην ἔχετε τὴν καρδίαν ὑμῶν; Ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐ βλέπετε, καὶ ὦτα ἔχοντες οὐκ ἀκούετε; καὶ 19 οὐ μνημονεύετε; Ὅτε τοὺς πέντε ἄρτους ἔκλασα εἰς τοὺς πενταχισχιλίους, πόσους κοφίνους πλήρεις κλασμάτων ἤρα- 20 τε; Λέγουσιν αὐτῷ, Δώδεκα. Ὅτε δὲ τοὺς ἑπτὰ εἰς τοὺς τετρακισχιλίους, πόσων σπυρίδων πληρώματα κλασμάτων 21 ἤρατε; Οἱ δὲ εἶπον, Ἑπτά. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Πῶς οὐ 22 συνίετε; Καὶ ἔρχεται εἰς Βηθσαϊδάν· καὶ φέρουσιν αὐτῷ 23 τυφλὸν, καὶ παρακαλοῦσιν αὐτὸν, ἵνα αὐτοῦ ἅψηται. Καὶ ἐπιλαβόμενος τῆς χειρὸς τοῦ τυφλοῦ, ἐξήγαγεν αὐτὸν ἔξω τῆς κώμης· καὶ πτύσας εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ, καὶ ἐπιθεὶς 24 τὰς χεῖρας αὐτῷ, ἐπηρώτα αὐτὸν, εἴ τι βλέπει. Καὶ ἀναβλέψας ἔλεγε, Βλέπω τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι ὡς δένδρα 25 ὁρῶ περιπατοῦντας. Εἶτα πάλιν ἐπέθηκε τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι· καὶ ἀποκατεστάθη, καὶ διέβλεψε τηλαυγῶς ἅπαντας. 26 Καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, λέγων, Μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώ- 27 μῃ. Καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὰς κώμας Καισαρείας τῆς Φιλίππου· καὶ ἐν τῇ ὁδῷ ἐπηρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγων αὐτοῖς, Τίνα με 28 λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι; Οἱ δὲ ἀπεκρίθησαν, Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν, καὶ ἄλλοι Ἠλίαν, ἄλλοι δὲ ἕνα 29 τῶν Προφητῶν. Καὶ αὐτὸς λέγει αὐτοῖς, Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος λέγει 30 αὐτῷ, Σὺ εἶ ὁ Χριστός. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, ἵνα 31 μηδενὶ λέγωσι περὶ αὐτοῦ. Καὶ ἤρξατο διδάσκειν αὐτοὺς, ὅτι δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν Πρεσβυτέρων καὶ Ἀρχιερέων καὶ Γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ μετὰ τρεῖς

panes, nec præter unum panem habebant secum in navi. Ac præcepit illis, dicens, 11 Videte, cavete a 15 fermento Pharisæorum, 12 & a fermento Herodis. Et disputabant inter sese, dicentes, Panes non habe- 16 mus. Et eo cognito Jesus dicit illis, Quid disputatis, 17 quod panes non habetis? nondum animadvertitis, nec intelligitis? adhuc obcæcatum habetis cor vestrum? Oculos habentes non cernitis, & aures habentes non 18 auditis? & non meministis? Quum quinque panes fre- 19 gissem in hominum quinque millia, quot cophinos fragmentis plenos sustulistis? Dicunt ei, Duodecim. Quum autem septem in quatuor millia, quot sportas 20 ex reliquiis fragmentorum tulistis? Illi vero dixerunt, Septem. Et dixit illis, Quî fit ut non intelligatis? 21 Et venit Bethsaidam: & adducunt illi cæcum, & ob- 22 secrant eum, ut illum tangeret. Et apprehensa ma- 23 nu cæci, eduxit illum extra vicum, & quum exspuisset in oculos illius, imposuissetque illi manus, interrogavit eum, si quid videret. 13 Et recepto visu 24 dicebat, 14 Video homines, quoniam velut arbores cerno ambulantes. Deinde rursum imposuit manus 25 super oculos illius, 15 & fecit ut visum reciperet: 16 & restitutus est, ac denuo videbat dilucide omnes. Et 26 dimisit illum in domum suam, dicens, 17 Neque in vicum ingrediaris, neque dixeris cuiquam in vico. Et 27 egressus est Jesus & discipuli illius 18 in vicos Cæsareæ, quæ cognominatur Philippi: & in via interrogavit discipulos suos, dicens illis, Quem me dicunt homines esse? Illi vero responderunt, Joannem Ba- 28 ptistam, & alii Eliam, 19 alii rursus unum de numero Prophetarum. Et ipse dicit illis, At vos quem me di- 29 citis esse? Respondens autem Petrus dicit illi, 20 Tu es ille Christus. 21 Et interminatus est eis, ne cui di- 30 cerent de se. 22 Et cœpit docere eos, quod oporteret 31 Filium hominis multa pati, & reprobari a Senioribus summisque Sacerdotibus ac Scribis, & occidi, & 23 post

11 *Videte & cavete*] Ὁρᾶτε, βλέπετε. Duo verba sunt Græcis idem significantia, citra interventum conjunctionis, quasi dicas, *Videte*, *cernite*, sive *Cavete*, *fugite*, quo diligentiorem cautionem exprimeret.

12 *A fermento Herodis*] Ἡρωδιανῶν, id est, *Herodianorum*, pro *Herodis* habebant nonnulli. Et in Matthæo mentio fit *Herodianorum*, veluti factionis cujusdam, quæ simul cum Pharisæis aggressa sit Christum.

13 *Et adspiciens*] ἀναβλέψας, id est, *recepto visu*.

14 *Video homines*] Βλέπω τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας, id est, *Video homines, quoniam velut arbores video ambulantes*. Et *ambulantes* apud Græcos ad homines duntaxat referri potest, quod illis *arbores* sint neutri generis.

15 *Et cœpit videre*] καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι, id est, *& fecit eum denuo videre*. Bis enim recepit visum, primum utcunque, deinde perspicue.

16 *Et restitutus est*] Ante hoc addit Græcus codex, καὶ διέβλεψεν, id est, *& pervidit*. Nec est *omnia*, sed ἅπαντας, id est, *omnes*: etiamsi hic facillimus in scriptura lapsus.

17 *Et si in vicum introieris*] Palam est Græca exemplaria passim discrepare. Nam Laurentianus codex habebat, *Et neque in vicum introieris, neque cuipiam dixeris in vico*. Meus autem habebat, Καὶ ἐὰν εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδενὶ εἴπῃς, μηδ' ἐν τῇ κώμῃ, id est, *Et si oppidum ingressus fueris, ne cui dixeris, ne in oppido quidem*. Tamen postea nactus sum exemplar consentiens cum codice Laurentiano: atque id sequi malui, præsertim cum ita legat Theophylactus.

18 *In castella*] εἰς κώμας, eadem vox, quam toties vertit *vicum*.

19 *Alii vero quasi*] *Quasi* non additur apud Græcos.

20 *Tu es Christus*] Additum arbitror ex alio loco, *Filium Dei vivi*, quod tamen in emendatioribus exemplaribus Latinis non additur apud Marcum, sed apud Matthæum.

21 *Et comminatus est*] ἐπετίμησεν, id est, *increpavit*. Quanquam hîc tolerari poterat, *interminatus est*: cum additis minis aliquid interdicimus. *De illo*, περὶ αὐτοῦ, id est, *de se*.

22 *Et cœpit*] Καὶ ἀπὸ τότε ἤρξατο, id est, *Ex tunc*, sive *ex eo tempore cœpit*: ut habebatur in quibusdam exemplaribus. *Quoniam*, ὅτι, id est, *quod*.

23 *Post tres dies*] In paucis scriptum reperi τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, id est, *tertio die*: sed apparet data opera mutatam scripturam, quod prima fronte falsum esse videatur, Christum resurrexisse post tres dies, qui tertio die surrexerit: præsertim cum emendatissima Græcorum exemplaria cum nostra consentiant Editione. Atque hac quidem de re diligenter disseruit Jacobus Faber Stapulensis in libello, cui titulum fecit, *de Magdalenis, ac triduo Christi*, nullum non movens lapidem ut hanc explicet difficultatem, nunc addens horas aliquot ei diei quo revixit Christus, proximæ nocti detractas, nunc eundem ante diem præmittens ad inferos, cum in horto tæderet ac mœreret, nunc uni diei geminas addens noctes, videlicet parasceves. Mihi vero non est necesse de singulis illius disputationis partibus quid sentiam aperire. Certe non video cur Bedam notandum existimarit, qui tridui mysterium conatus sit per Synecdochen explicare, nimirum figuram grammaticam. Quasi vero non totam historiam Evangelicam grammaticis figuris debeamus, aut quasi non Veteres ad unum omnes tum Græci tum Latini quæstionem hanc per Synecdochen explicent: inter quos est & Thomas, enarrans prioris ad Corinthios Epistolæ caput decimum quintum. Quoties per Hyperbolen, Enallagen, similesque tropos sensum Divinorum Voluminum explicant sacri Doctores? Jam allegoria, parabola, vocabula passim in arcanis litteris obvia, nonne Grammaticorum sunt schemata? Quid est quod tam procul a sacris ablegamus Grammaticos de Divinis Litteris aliquanto melius meritos, quam sint frigidi quidam ac jejuni Dialectici, ne dicam Sophistæ. Imo ipse Faber qua tandem bipenni Gordianum hunc nodum dissecuit: nonne ab Apollonio porrecta, primum Ethnico, deinde qui nihil aliud sit quam Grammaticus? Qui nisi succurrisset, totus adhuc erraret mundus, & in Marco legeret Christum resurrecturum *post tres dies*. Sic enim argumentatur: *Non surgit post tres dies, qui surgit tertio die, sed constat Christum tertio die surrexisse. Adversatur igitur Evangeliis, adversatur articulis fidei, adversatur omni veritati, quisquis ait Christum post triduum surrexisse*. Atque ita sane tot jam seculis magno consensu Græca pariter ac Latina legit, canit, & scribit Ecclesia. Neque quisquam adhuc mortalium tam impium errorem animadvertit, nec erat elabendi spes, nisi Apollonius rei litterariæ peritissimus commonstrasset, μετὰ Græcis nonnunquam usurpari vice ἐν vel διά. Tantum habet pondus unicum unius Grammatici testimonium, quoties nobis ita collubuit. Quanquam nec hoc exemplum, quod ex Apollonio produxit Faber, videtur ad sermonem Evangelicum respondere. Neque enim simile est, μετὰ χεῖρας εἶχεν, & μεθ' ἡμέραν, ei quod ait Marcus, μετὰ τρεῖς ἡμέρας. Siquidem apud Apollonium μετὰ positum videtur pro μεταξὺ, aut certe pro κατά. Quo tamen modo non liceat abuti, si certum addas numerum. Jam constat μετὰ frequenter ab Evangelistis usurpari ad hunc modum, nec aliud significari quam *post*. Velut apud Matthæum capite vigesimo sexto, *post biduum pascha fiet*, μετὰ δύο ἡμέρας. Item apud Lucam, *post dies octo*. Apud Marcum, *post dies sex*. In Actibus, *non post multos hos dies*. Aliisque locis compluribus. Sed ut his omissis, quod sentio, paucis expediam, mihi nihil causæ videtur, cur hîc excitemus hujusmodi tragœdiam, aut cur ad tam coactam ac violentam interpretationem confugiamus, quum nodus bifariam explicari possit, haud magno negotio. Primum, si tertium diem numeremus non a morte Servatoris, sed a tota passione, quæ cœpit pridie parasceves, cum jam iniretur consilium de comprehendendo Jesu, cum venderetur, cum tæderet ac mœreret. Siquidem passionis summam videtur & ipse Marcus suis verbis complecti: *Et cœpit*, inquit, *docere eos, quod oporteret Filium hominis multa pati, & reprobari a Senioribus summisque Sacerdotibus ac Scribis, & occidi, & post tres dies resurgere*. Sic enim recensuit, ut *post tres dies* ad totum sermonem qui præcessit referri possit, non tantum ad id quod erat postremum, *occidi*. Quemadmodum proximo capite recensuit, *Filius hominis traditur in manus hominum, & occi-*

πδ 32 τρεῖς ἡμέρας ἀναςῆναι. Καὶ παῤῥησίᾳ τὸν λόγον ἐλάλει. Καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος, ἤρξατο ἐπιτι-
33 μᾷν αὐτῷ. Ὁ δὲ ἐπιςραφεὶς, καὶ ἰδὼν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἐπετίμησε τῷ Πέτρῳ, λέγων, Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ· ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώ-
πε ϛ 34 πων. Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς, Ὅςις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν ςαυρὸν αὐτοῦ, καὶ
35 ἀκολουθείτω μοι. Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, οὗτος σώ-
36 σει αὐτήν. Τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπον, ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ;
37 Ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;
πϛ ϛ 38 Ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ μοιχαλίδι καὶ ἁμαρτωλῷ, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτὸν, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ
πζ ϛ 39 τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν Ἀγγέλων τῶν ἁγίων. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑςηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴ-
IX. 1 δωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει. Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον καὶ τὸν Ἰάκωβον καὶ τὸν Ἰωάννην, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν μόνους· καὶ μετε-
2 μορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν. Καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο ςίλβοντα, λευκὰ λίαν ὡς χιὼν, οἷα γναφεὺς
3 ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι. Καὶ ὤφθη αὐτοῖς Ἠλίας σὺν Μωσεῖ, καὶ ἦσαν συλλαλοῦντες τῷ Ἰη-
4 σοῦ. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος λέγει τῷ Ἰησοῦ, Ῥαββὶ, καλόν ἐςιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· καὶ ποιήσωμεν σκηνὰς τρεῖς, σοὶ μίαν, καὶ Μωσεῖ μίαν, καὶ Ἠλίᾳ
5 6 μίαν. Οὐ γὰρ ᾔδει τί λαλήσῃ· ἦσαν γὰρ ἔκφοβοι. Καὶ ἐγένετο νεφέλη ἐπισκιάζουσα αὐτοῖς· καὶ ἦλθε φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα, Οὗτός ἐςιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός·
7 αὐτοῦ ἀκούετε. Καὶ ἐξάπινα περιβλεψάμενοι, οὐκ ἔτι οὐδένα εἶδον, ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον μεθ' ἑαυτῶν.
8 Καταβαινόντων δὲ αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, διεςείλατο αὐτοῖς, ἵνα μηδενὶ διηγήσωνται ἃ εἶδον, εἰ μὴ ὅταν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀν-
πη ι 9 θρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναςῇ. Καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν πρὸς ἑαυτοὺς, συζητοῦντες, τί ἐςι τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναςῆναι.
πθ ϛ 10 Καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες, Ὅτι λέγουσιν οἱ Γραμ-
11 ματεῖς, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον, ἀποκαθιςᾷ πάντα· καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώ-
12 που, ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ. Ἀλλὰ λέγω ὑμῖν, ὅτι καὶ Ἠλίας ἐλήλυθε, καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν,

post tres dies resurgere. 24 Et aperte sermonem lo- 32 quebatur. Et apprehendit illum Petrus, cœpitque increpare eum. At ille conversus, & intuitus discipulos 33 suos, 25 increpavit Petrum, dicens, 26 Abi post me Satana: quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum. Et quum ad se vocasset turbam una cum di- 34 scipulis suis, dixit illis, Quicunque vult sequi me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, ac sequatur me. Nam quisquis voluerit animam suam servare, 35 perdet eam: quisquis autem perdiderit animam suam causa mea & Evangelii, hic servabit eam. Quid enim 36 profuerit homini, si lucratus fuerit mundum totum, & animæ suæ jacturam fecerit? 27 Aut quid daturus 37 est homo, quo repenset animam suam? 28 Quemcun- 38 que enim puduerit mei ac meorum sermonum in generatione hac adultera & peccatrice, pudebit illius & Filium hominis, ubi venerit in gloria Patris sui cum Angelis sanctis. Et dicebat illis, Amen dico vobis, 39 sunt quidam inter eos qui hic stant, qui non gustabunt mortem, donec viderint 29 regnum Dei venisse cum virtute. 1 Ac post dies sex assumit Jesus Petrum 1 IX. & Jacobum & Joannem, 2 & subducit eos in montem excelsum 3 seorsim solos: 4 & transformatus fuit coram illis. Et vestimenta illius facta sunt 5 splendida, 2 candida valde veluti nix, 6 quam candida facere non potest fullo super terram. Et conspectus est illis Elias 3 cum Mose, colloquebanturque cum Jesu. Et respon- 4 dens Petrus dicit Jesu, Rabbi, bonum est nos hic esse, 7 & faciamus tabernacula tria, tibi unum, & Mosi unum, & Eliæ unum. Non enim noverat quid loque- 5 retur: erant enim expavefacti. Et facta est nubes, quæ 6 obumbravit illos: & venit vox e nube, dicens, Hic est Filius meus 8 dilectus: ipsum audite. Et repente quum 7 circumspexissent, non amplius viderunt quemquam, sed solum Jesum esse secum. Porro quum descende- 8 rent de monte, præcepit illis, ne cui dicerent ea quæ viderant, nisi quum Filius hominis a mortuis resurrexisset. Ac verbum hoc tenuerunt apud sese, inter 9 se disputantes, quod esset hoc, quod dixerat, e mortuis resurgere. Et interrogabant illum, dicentes, 9 Quid 10 est quod Scribæ dicunt, Eliam oportere venire prius? Ille vero respondens dixit illis, Elias quidem ubi ve- 11 nerit prius, 10 restituit omnia: & quemadmodum scriptum est de Filio hominis, ut multa patiatur & contemnatur. Verum dico vobis, Eliam venisse, & fece- 12 runt illi quæcunque voluerunt, sicut scriptum erat de

occident eum, & occisus tertio die resurget. Hic quoniam triduum numerat ab occisione, *tertio die* dixit, non *post triduum.* Alter modus est, si per Synecdochen accipiamus, factum *post tres dies*, quod factum sit *post tertium diem exortum.* Quemadmodum & vulgo loquimur, *Ab eo die cœpit odisse me*, cum eodem die cœperit odisse. Et *post eum diem desiit amare*, cum eodem die desierit. Hæc, ni fallor, minus certe coacta sunt, quam quæ Stapulensis tanto molimine prodidit. Quod si quis adduxerit his etiam meliora, non gravabimur sequi.

24 *Et palam*] καὶ παῤῥησίᾳ, id est, *libere & audacter.* Neque enim hoc dicebat, nisi suis, sed *aperte*, & *sine involucro*, quemadmodum solet: tametsi sermo hic esset durissimus.

25 *Comminatus est Petro*] Miræ deliciæ hujus Interpretis, qui quod alias vertit *increpare*, idem nunc vertit *comminari*, cum nec ad sententiam quadret *comminari.* Nam quod sequitur,

26 *Vade retro me Satana*] Nimirum increpantis est, non comminantis. Postremo ut legimus *interminari* pro *interdicere*, ita *comminari* in eundem sensum non memini legere. Est autem ὀπίσω μου, quod in Matthæo notavimus.

27 *Aut quid dabit homo commutationis*] τί ἀντάλλαγμα, id est, *quam commutationem*: de quo quid nobis videretur, indicavimus in Matthæo.

28 *Qui enim me confessus*] Antiqui codices magno consensu pro *confessus*, & *confitebitur*, habebant *confusus fuerit*, & *confundetur*: suffragante his & aureo codice, & meo vetustæ Typographiæ. In Constantiensi rasura prodebat operam depravatoris. Atque ita habent Græca, Ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, id est, *Quicunque enim erubuerit me & meos sermones.* Ac paulo post, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτὸν, id est, *& Filius hominis erubescet de eo*: aut, *Filium hominis pudebit illius.* Pro nobis facit interpretatio Theophylacti. Apud Bedam in contextu quidem legitur *confessus*, & *confitebitur*, sed ipsa enarratio, quæ verecundiæ meminit, declarat illum legisse *confusus*, & *confundetur.* Idem liquet ex verbis Gregorii, quæ referuntur in Catena. In eundem sensum legit divus Augustinus, refellens Adimantum Manichæum: *Omnis qui confusus fuerit me in gente ista adultera & peccatrice, & Filius hominis confundetur illum, cum venerit in gloria Patris sui.* Quin & Irenæus lib. tertio cap. vigesimo ad eundem modum abutitur

confusus & *confundi.* Satis hic apparet, *confessus* & *confitebitur* verba esse supposita ab audaculo quopiam. Cæterum an satis Latine dicamus, *confundor te*, pro eo quod *pudet me tui*, viderint litteratores.

29 *Regnum Dei veniens*] ἐληλυθυῖαν, id est, *venisse.* Est enim participium præteriti temporis, quod vertendum erat per infinitum, ob inopiam Latini sermonis.

1 ET *post dies sex*] Lucas facit, *dies ferme octo.* Marcus consentit cum Matthæo in numero. Hoc admonui ne quis temere scripturam mutet: difficultatem quæstionum explicant Doctores.

2 *Et duxit*] καὶ ἀναφέρει, id est, *subducit*, præsentis temporis, ut & *assumit*, παραλαμβάνει.

3 *Seorsum solos*[Sic habebat antiquissimus codex, κατ' ἰδίαν μόνους, id est, *seorsum solos.* Latina vetera consentiebant in *seorsum*, sed Paulinum habebat *solus*, Corsendoncense *solos.* Itidem & Constantiense. Aliquis offensus perissologia, vocem alteram ut supervacaneam reliquit. Verum hoc modo voluit Evangelista significare secessum vehementer secretum.

4 *Et transfiguratus est*] Græce est, καὶ ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτοὺς, μετεμορφώθη, id est, *& dum orant illi, transfiguratus est.* Quanquam illud, *dum orant*, in plerisque Græcorum codicibus non additur, nec a nobis est additum. Apparet huc transscriptum ex Lucæ nono: quando Theophylactus nec legit, nec attingit hanc particulam.

5 *Splendentia & candida*] Abest in Græcis conjunctio, ςίλβοντα, λευκὰ λίαν, ut intelligas ex insigni candore fuisse relucentia. Hoc & ideo visum est admonere, quo minus absurdum videatur quod in Matthæo Græci legunt, *ut lux*, non *ut nix.*

6 *Qualia fullo*] Poterat vitare absurditatem sermonis, si οἷα vertisset in adverbium, *quam candida reddere non potest fullo.*

7 *Et faciamus*] θέλεις ποιήσωμεν, id est, *vis faciamus.* Quanquam pleraque Græcorum exemplaria consentiunt cum nostra Editione vulgata.

8 *Charissimus*] est ἀγαπητὸς, id est, *dilectus* sive *charus*, nisi quod articulus additus indicat *unice dilectum*, ὁ ἀγαπητός.

9 *Quid ergo dicunt*] Πῶς οὖν λέγουσι, id est, *Quomodo ergo dicunt.* Quanquam emendati codices habebant, Ὅτι λέγουσι, id est, *Quod dicunt.* Et mox,

10 *Primo restituet omnia*] ἀποκαθιςᾷ, id est, *restituit*, præsentis

13 σαν, καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτόν. Καὶ ἐλθὼν πρὸς τὺς μαθητὰς, εἶδεν ὄχλον πολὺν περὶ αὐτὺς, καὶ Γραμ-14 ματεῖς συζητῦντας αὐτοῖς. Καὶ εὐθέως πᾶς ὁ ὄχλος ἰδὼν αὐτὸν ἐξεθαμβήθη· καὶ προστρέχοντες ἠσπάζοντο αὐ-15 τόν. Καὶ ἐπηρώτησε τὺς Γραμματεῖς, Τί συζητεῖτε πρὸς 16 αὐτύς; Καὶ ἀποκριθεὶς εἷς ἐκ τῦ ὄχλυ εἶπε, Διδάσκαλε, ἤνεγκα τὸν υἱόν μυ πρός σε, ἔχοντα πνεῦμα 17 ἄλαλον. Καὶ ὅπυ ἂν αὐτὸν καταλάβῃ, ῥήσσει αὐτόν· καὶ ἀφρίζει, καὶ τρίζει τὺς ὀδόντας αὐτῦ, καὶ ξηραίνεται· καὶ εἶπον τοῖς μαθηταῖς συ, ἵνα αὐτὸ ἐκβάλωσι, 18 καὶ ὐκ ἴσχυσαν. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ, λέγει, Ὦ γενεὰ ἄπιστος, ἕως πότε πρὸς ὑμᾶς ἔσομαι; ἕως πότε ἀνέξομαι 19 ὑμῶν; φέρετε αὐτὸν πρός με. Καὶ ἤνεγκαν αὐτὸν πρὸς αὐτόν· καὶ ἰδὼν αὐτὸν, εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξεν αὐτόν· 20 καὶ πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς ἐκυλίετο ἀφρίζων. Καὶ ἐπηρώτησε τὸν πατέρα αὐτῦ, Πόσος χρόνος ἐστὶν, ὡς τῦτο γέγονεν αὐ-21 τῷ; Ὁ δὲ εἶπε, Παιδιόθεν. Καὶ πολλάκις αὐτὸν καὶ εἰς πῦρ ἔβαλε καὶ εἰς ὕδατα, ἵνα ἀπολέσῃ αὐτόν· ἀλλ' εἴ τι 22 δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν, σπλαγχνισθεὶς ἐφ' ἡμᾶς. Ὁ δὲ Ἰησῦς εἶπεν αὐτῷ, Τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι· πάντα δυνα-23 τὰ τῷ πιστεύοντι. Καὶ εὐθέως κράξας ὁ πατὴρ τῦ παιδίυ μετὰ δακρύων ἔλεγε, Πιστεύω, Κύριε, βοήθει μυ τῇ ἀ-24 πιστίᾳ. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησῦς, ὅτι ἐπισυντρέχει ὄχλος, ἐπετίμησε τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, λέγων αὐτῷ, Τὸ πνεῦμα τὸ ἄλαλον καὶ κωφὸν, ἐγώ σοι ἐπιτάσσω, 25 Ἔξελθε ἐξ αὐτῦ, καὶ μηκέτι εἰσέλθῃς εἰς αὐτόν. Καὶ κράξαν, καὶ πολλὰ σπαράξαν αὐτὸν, ἐξῆλθε· καὶ ἐγέ-26 νετο ὡσεὶ νεκρὸς, ὥστε πολλὺς λέγειν, Ὅτι ἀπέθανεν. Ὁ δὲ Ἰησῦς κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρὸς, ἤγειρεν αὐτόν· καὶ ἀ-27 νέστη. Καὶ εἰσελθόντα αὐτὸν εἰς οἶκον, οἱ μαθηταὶ αὐτῦ ἐπηρώτων αὐτὸν κατ' ἰδίαν, Ὅτι ἡμεῖς ὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβα-28 λεῖν αὐτό; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Τῦτο τὸ γένος ἐν οὐδενὶ δύναται ἐξελθεῖν, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ. 29 Καὶ ἐκεῖθεν ἐξελθόντες παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλι-30 λαίας· καὶ ὐκ ἤθελεν ἵνα τὶς γνῷ. Ἐδίδασκε γὰρ τὺς μαθητὰς αὐτῦ, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ὅτι ὁ Υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ παραδίδοται εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, καὶ ἀποκτενῦσιν αὐτόν· καὶ ἀποκτανθεὶς, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστή-31 σεται. Οἱ δὲ ἠγνόυν τὸ ῥῆμα, καὶ ἐφοβοῦντο αὐτὸν 32 ἐπερωτῆσαι. Καὶ ἦλθεν εἰς Καπερναύμ· καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος, ἐπηρώτα αὐτὺς, Τί ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς ἑ-33 αυτὺς διελογίζεσθε; Οἱ δὲ ἐσιώπων· πρὸς ἀλλήλυς γὰρ 34 διελέχθησαν ἐν τῇ ὁδῷ, τίς μείζων. Καὶ καθίσας ἐφώνησε τὺς δώδεκα, καὶ λέγει αὐτοῖς, Εἴ τις θέλει πρῶτος εἶναι, ἔσται πάντων ἔσχατος, καὶ πάντων διά-35 κονος. Καὶ λαβὼν παιδίον ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐ-36 τῶν· καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὸ, εἶπεν αὐτοῖς, Ὃς ἐὰν ἓν τῶν τοιύτων παιδίων δέξηται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μυ, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, ὐκ ἐμὲ δέ-37 χεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με. Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης, λέγων, Διδάσκαλε, εἴδομέν τινα ἐν τῷ ὀνόματί συ ἐκβάλλοντα δαιμόνια, ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν· καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν. Ὁ

de illo. Et quum venisset ad discipulos suos, vidit 13 turbam multam circum illos, & Scribas disputantes cum eis. Et protinus universa turba quum vidisset 14 eum obstupuit: & accurrentes salutaverunt eum. Et 15 interrogavit Scribas, [11] Quid disputatis inter vos? Et 16 respondens unus e turba dixit, Præceptor, adduxi filium meum ad te, habentem spiritum mutum. Et 17 quandocunque eum corripuerit, lacerat eum: atque ille spumat, ac stridit dentibus suis, & arescit: & dixi discipulis tuis, ut ejicerent, & non potuerunt. At il- 18 le respondens ei, dicit, O natio incredula, quousque apud vos ero? quousque patiar vos? adducite illum ad me. Et adduxerunt illum ad eum: at viso 19 illo, [12] continuo spiritus discerpebat eum: [13] & prolapsus in terra volvebatur spumans. Et interrogavit 20 patrem illius, Quantum temporis est, quod hoc accidit ei? At ille dixit, [14] A puero. Et frequenter illum 21 & in ignem abjecit, & in aquas, quo perderet eum. Age si quid potes, subveni nobis, misertus nostri. Je- 22 sus autem dixit ei, [15] Illud si potes credere: omnia possibilia credenti. Et confestim exclamans pater pue- 23 ri cum lacrymis dixit, Credo, Domine, succurre incredulitati meæ. Quum vidisset autem Jesus, quod tur- 24 ba simul accurreret, increpavit spiritum immundum, dicens illi, Spiritus mute & surde, ego tibi impero, Exi ab eo, & ne posthac ingrediaris in illum. Et quum 25 clamasset spiritus, multumque discerpsisset eum, exivit: & factus est tanquam mortuus, adeo ut multi dicerent, Mortuus est. At Jesus correpta manu illius, 26 erexit eum: & ille surrexit. Et quum esset ingressus 27 domum, discipuli illius interrogabant eum seorsim, Cur nos non quivimus ejicere illum? Et dixit illis, 28 Hoc genus nulla re potest exire, nisi per deprecationem & jejunium. Et illinc digressi [16] iter fece- 29 runt per Galilæam, nec volebat ut quisquam sciret. Docebat enim discipulos suos, & dicebat illis, [17] Fi- 30 lius hominis traditur in manus hominum, & occident eum: & occisus, tertio die resurget. [18] At illi ignora- 31 bant quod dixerat, & timebant eum interrogare. Et 32 venit Capernaum: [19] & quum venisset in domum, interrogavit illos, Quid in itinere inter vos disputabatis? At illi siluerunt: nam inter se disputaverant in- 33 ter viam, [20] quis esset major. Et quum consedisset, 34 accersivit duodecim, & dicit illis, Si quis vult primus esse, is erit omnium postremus, & omnium minister. Atque arreptum puerum statuit in medio illorum: 35 & [21] quum cepisset illum in ulnas suas, dixit illis, Quisquis unum ex talibus pueris receperit nomine 36 meo, me recipit: & quicunque me recipit, [22] non me recipit, sed eum qui misit me. Respondit autem 37 ei Joannes, dicens, Præceptor, vidimus quemdam nomine tuo ejicere dæmonia, nec sequitur nos: [23] & prohibuimus illum, propterea quod non sequitur nos. At

sentis temporis, ut referatur ad prophetiam Malachiæ, quæ prædixit id futurum, non ad tempus aliquod definitum; & *primum* Græcis dictum pro *prius*.

11 *Quid inter vos conquiritis*] Καὶ ἐπηρώτησε τὺς Γραμματεῖς, Τί συζητεῖτε πρὸς αὐτύς. Potest & hic sensus accipi, *Et interrogavit Scribas, Quid conquiritis*, sive *disputatis adversos illos*, sive *cum illis*. Apparet Interpretem legisse πρὸς ἑαυτὺς, sive πρὸς αὐτὺς, id est, *inter vos*. Sed alias admonuimus hanc orthographiæ rationem passim negligi in Græcis codicibus.

12 *Spiritus conturbavit*] Græce est, εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξε τὸ παιδίον, id est, *statim spiritus discerpsit puerum*. Opinor Interpretem legisse ἐτάραξε, ac fortasse rectius. Quanquam in plerisque exemplaribus non erat παιδίον, sed αὐτόν: apparet enim jam non fuisse puerum, cum pater respondeat hoc illi a puero accidisse: etiamsi paulo post vocat eum puerum pater pueri.

13 *Elisus in terram*] καὶ πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς, id est, *& lapsus in terra*.

14 *Ab infantia*] παιδιόθεν, id est, *a puero*. Sed recte mutavit Interpres, nisi dicere maluisset *a prima pueritia*: jam enim puer erat, cum sanaretur. Et *in aquam*, Græcis est *in aquas*, εἰς ὕδατα, consentientibus & vetustis exemplaribus, nominatim Constantiensi.

15 *Si potes credere*] Τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι. Addidit articulum, qui tamen ad superiora referri potest, ut respondeat *Dixit ei*, videlicet *illud* quod audies, sive ad sequentia: *Hoc si potes* nempe *credere*. Quemadmodum dicitur Græcis, τὸ μηδὲν ἄγαν, ἄγαν μὲ τέρπει. Nec enim est hîc otiosus articulus, qui magno consensu habetur in Græcorum exemplaribus.

16 *Prætergrediebantur Galilæam*] παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας. Præpositio παρὰ facit, ut intelligas illos clam, aut celeriter & in transcursu, velutque obiter fecisse iter per Galilæam, ita ut nec aperirent se usquam, nec commorarentur: & videri poterant declinasse Galilæam in discessu, nisi obstaret præpositio διὰ, quæ facit, ut non possit aliud accipi, quam illis iter esse factum per Galilæam.

17 *Filius hominis tradetur*] παραδίδοται, id est, *traditur*, ut intelligas mox futurum.

18 *Et illi ignorabant verbum, & timebant eum interrogare*] Hæc non habentur in Editione Aldina. Quod an casu factum sit nescio. Poterat videri factum ab eo, quisquis fuit, qui sibi videtur habuisse studio, ut assutis aliunde fragmentis redderet Marci Evangelium aliquanto copiosius; nam hæc habentur in Luca, nisi consentirent Latini codices cum Græcis.

19 *Qui cum domi esset*] καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος, id est, *& cum esset in domo*, sive *in ædibus*, non utique suis.

20 *Quis eorum major esset*] Græce tantum est, τίς μείζων, id est, *quis major*. Reliqua addita sunt explicandæ rei gratia.

21 *Quem cum complexus esset*] καὶ ἐναγκαλισάμενος, id est, *& cum posuisset in ulnis*, ut solemus infantulos. *Complectimur* enim & eos, quos in ulnas non sumimus.

22 *Non me suscipit*] ὐκ ἐμὲ δέχεται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀποστείλαντά με, id est, *non me recipit solum, sed eum qui me misit*. Sic habebant nonnulli Græcorum codices, verum altera lectio mihi magis probatur. Nec enim hîc negatio removet, sed corrigit magis: quasi dicas, *non tam me recipit, quam eum qui misit me*.

23 *Et prohibuimus eum*] Post hæc in Græcis exemplaribus repetitur ὅτι ὐκ ἀκολυθεῖ ἡμῖν, id est, *quod non sequeretur nos*. Probabile est aliquem offensum iteratione sustulisse posteriorem particulam.

24 Ca-

γηϛ 38 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε, Μὴ κωλύετε αὐτόν· οὐδεὶς γάρ ἐστιν ὃς ποιήσει δύναμιν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, καὶ δυνήσεται 39 ταχὺ κακολογῆσαί με. Ὃς γὰρ οὐκ ἔστι καθ᾽ ἡμῶν, 40 ὑπὲρ ἡμῶν ἐστιν. Ὃς γὰρ ἂν ποτίσῃ ὑμᾶς ποτήριον ὕδατος ἐν τῷ ὀνόματί μου, ὅτι Χριστοῦ ἐστὲ, ἀμὴν λέγω γθ β 41 ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ. Καὶ ὃς ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον, εἰ περίκειται λίθος μυλικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ βέβληται εἰς τὴν θάλασ- ρ ϛ 42 σαν. Καὶ ἐὰν σκανδαλίζῃ σε ἡ χείρ σου, ἀπόκοψον αὐτήν· καλόν σοι ἐστὶ, κυλλὸν εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ τὰς δύο χεῖρας ἔχοντα ἀπελθεῖν εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ ρα ι 43 πῦρ τὸ ἄσβεστον. Ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, 44 καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται. Καὶ ἐὰν ὁ πούς σου σκανδαλίζῃ σε, ἀπόκοψον αὐτόν· καλόν ἐστί σε εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν, ἢ τοὺς δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι 45 εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον. Ὅπου ὁ σκώ- 46 ληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται. Καὶ ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζῃ σε, ἔκβαλε αὐτόν· καλόν σοι ἐστὶ, μονόφθαλμον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἢ δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέεν- 47 ναν τοῦ πυρός. Ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ 48 τὸ πῦρ οὐ σβέννυται. Πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται· καὶ ρβ β 49 πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται. Καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον γένηται, ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε; ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας, καὶ εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις.

X. 1 Κἀκεῖθεν ἀναστὰς ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας ργ ϛ διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου· καὶ συμπορεύονται πάλιν ὄχλοι πρὸς αὐτὸν, καὶ, ὡς εἰώθει, πάλιν ἐδίδασκεν αὐ- 2 τούς. Καὶ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι ἐπηρώτησαν αὐτὸν, Εἰ ἔξεστιν ἀνδρὶ γυναῖκα ἀπολῦσαι; πειράζοντες αὐτόν. 3 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Τί ὑμῖν ἐνετείλατο Μω- 4 σῆς; Οἱ δὲ εἶπον, Μωσῆς ἐπέτρεψε βιβλίον ἀποστα- 5 σίου γράψαι, καὶ ἀπολῦσαι. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἔγραψεν ὑμῖν τὴν 6 ἐντολὴν ταύτην. Ἀπὸ δὲ ἀρχῆς κτίσεως ἄρσεν καὶ θῆ- 7 λυ ἐποίησεν αὐτοὺς ὁ Θεός. Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσ- 8 κολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. Καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ μία 9 σάρξ. Ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωρι- ρδ ι 10 ζέτω. Καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ πάλιν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ ρε β 11 τοῦ αὐτοῦ ἐπηρώτησαν αὐτόν. Καὶ λέγει αὐτοῖς, Ὃς ἐὰν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, 12 μοιχᾶται ἐπ᾽ αὐτήν. Καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄν- ρϛ β 13 δρα αὐτῆς, καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται. Καὶ προσέφερον αὐτῷ παιδία, ἵνα ἅψηται αὐτῶν· οἱ δὲ μα- 14 θηταὶ ἐπετίμων τοῖς προσφέρουσιν. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς, ἠγανάκτησε, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά· τῶν γὰρ 15 τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἐὰν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ὡς παι- 16 δίον, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτήν. Καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὰ, τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ᾽ αὐτὰ, ηὐλόγει αὐτά.

A At Jesus ait, Ne prohibeatis illum: nullus enim est, 38 qui si fecerit virtutem per nomen meum, possit cito male loqui de me. Qui enim non est adversus nos, 39 pro nobis est. Quisquis enim ad bibendum dederit 40 vobis [24] calicem aquæ nomine meo, quod sitis Christi, amen dico vobis, [25] nequaquam perditurus est mercedem suam. Et quisquis offenderit unum ex pu- 41 sillis, qui confidunt in me, melius foret illi, si circumdaretur [26] saxum molare circa cervicem ejus, & abjiceretur in mare. Et si tibi fuerit obstaculo manus 42 tua, amputa illam: bonum est tibi, [27] mutilum ad vitam ingredi, potius quam duas manus habentem abire in B gehennam, in ignem inexstinguibilem. [28] Ubi ver- 43 mis illorum non moritur, & ignis non exstinguitur. Et si pes tuus fuerit tibi obstaculo, amputa illum: 44 bonum est ut ingrediaris ad vitam claudus, potius quam duos pedes habens mittaris in gehennam, in ignem inexstinguibilem. Ubi vermis illorum non mo- 45 ritur, & ignis non exstinguitur. Et si oculus tuus ti- 46 bi obstaculo est, erue illum: bonum est tibi, ut [29] luscus introeas in regnum Dei, potius quam ut duos oculos habens mittaris in gehennam ignis. Ubi ver- 47 mis eorum non moritur, & ignis non exstinguitur. Nam [30] omnis homo igne salietur: & omnis victima 48 C sale salietur. Bona res est sal: cæterum [31] si sal insul- 49 sus fuerit, [32] per quid ipsum condietis? [33] Habete in vobis salem, & pacem habete inter vos invicem.

X. Et quum inde surrexisset, venit in fines Judææ per 1 regionem quæ est [1] ultra Jordanem: & conveniunt κη rursum turbæ ad illum, &, sicut consueverat, rursum docebat eas. Et adeuntes Pharisæi interrogabant il- 2 lum, Licetne viro uxorem repudiare? tentantes illum. At ille respondens dixit illis, Quid vobis præ- 3 cepit Moses? At illi dixerunt, Moses permisit libel- 4 lum repudii scribere, ac dimittere. Et respondens Je- 5 sus dixit illis, Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis D præceptum istud. Cæterum ab initio creationis ma- 6 sculum & fœminam fecit illos Deus. Propter hoc re- 7 linquet homo patrem suum [2] & matrem, & adhærebit uxori suæ. Et fient duo caro una: itaque non jam 8 sunt duo, sed una caro. [3] Quod igitur Deus copula- 9 vit, homo ne separet. Et in domo rursum discipuli 10 illius eadem de re interrogaverunt illum. Et dicit il- 11 lis, Quicumque repudiaverit uxorem suam, & duxerit aliam, [4] adulterium committit adversus illam. Et 12 si mulier repudiaverit virum suum, & nupserit alteri, adulterium committit. [5] Et attulerunt ad illum pue- 13 ros, ut tangeret illos: discipuli vero [6] increpabant eos qui adducebant. Quum vidisset autem Jesus, indi- 14 gnatus est, & dixit illis, [7] Sinite pueros venire ad me, E ne prohibete illos: talium enim est regnum Dei. A- 15 men dico vobis, quicumque non acceperit regnum Dei tanquam puer, [8] haudquaquam ingredietur in illud. [9] Et quum cepisset illos in ulnas, impositis ma- 16 nibus

24 *Calicem aquæ frigidæ*] *Frigidæ*, nec in Græcis additur exemplaribus, nec apud Hieronymum in Editione Basiliensi, nec in vetustissimis exemplaribus, nominatim in Paulino, nec in Corsendoncensi, nec in Constantiensi, nec in aureo denique.

25 *Non perdet mensuram suam*] *Mercedem* legendum pro *mensura*. Atque ita scriptum est in emendatioribus Latinorum exemplaribus.

26 *Mola asinaria*] Græci legunt, *λίθος μυλικὸς*, id est, *saxum molare*. Apud Matthæum autem *mola asinaria*.

27 *Debilem*] *κυλλόν*. *Cyllus* proprie Græcis dicitur, cui altera manus trunca sit, aut manca. Nam *debilitas* ad omnia membra pertinet, quemadmodum *χωλὸς* ad pedes proprie pertinet.

28 *Ubi vermis*] Ὅπου ὁ σκώληξ. Alibi vertit *æruginem*, quod hîc *vermem*. Cæterum *moritur* & *exstinguitur*, utrumque præsentis temporis est Græcis. Licet in Latinis codicibus aliquot depravare cœperint, *morietur*, & *exstinguetur*. Qui ex hoc loco contendunt ignem apud inferos esse materialem, necesse est ut fateantur illic & vermem esse materialem; quod si hîc tropum admittunt, *vermem* interpretantes *remorsum conscientiæ*, poterant & per *ignem* accipere *perpetuum cruciatum animæ*; in quem sensum hunc locum interpretatur Theophylactus.

29 *Luscum*] *μονόφθαλμον*, id est, *unoculum*. Quod tamen eleganter vertit hoc sane loco. *Luscus* enim Latinis dicitur, non qui strabis ac distortis sit oculis, sed qui altero careat oculorum.

30 *Omnis enim igne salietur*] Quo sermo foret mollior, nos de nostro addidimus, *omnis homo*.

31 *Si sal insulsum fuerit*] Reddidit *προσονομασίαν*, ἐὰν ἅλας ἄναλον, id est, *si sal sale caruerit*.

32 *In quo illud condietur*] *Condietis* lego in vetustis codicibus, *ἀρτύσετε*. Sic enim legisse videtur qui sic vertit. Et aptius erat *ipsum*, quam *illud*.

33 *Habete in vobis*] *Salem* hîc usurpavit masculino genere, nihil aliud, opinor, sequutus, quam dictionis euphoniam.

1 Ultra *Jordanem*] *διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου*, quod magis sonat, *per regionem*, sive *ripam, quæ est ultra Jordanem*. Etiamsi sensum expressit Interpres.

2 *Et erunt duo*] *οἱ δύο*, *qui duo fuerant*, ut intelligamus e duobus hominibus velut unum fieri. Nec est, *in carne una*. Quod sordide quidam interpretantur de coitu, sed *unam*, ut & alias indicavimus.

3 *Quod Deus conjunxit*] *συνέζευξεν*, id est, *conjugavit*, si quis ad verbum malit reddere.

4 *Mœchatur*] Græce est idem verbum, quod modo vertit *adulterium committit*, *μοιχᾶται*. Quid autem est, *super eam*, *ἐπ᾽ αὐτήν*. Cur non potius *adversus illam*, sive *in illam*, hoc est, *in injuriam illius*?

5 *Offerebant illi parvulos*] *παιδία*, id est, *pueros*, sive *puellos*.

6 *Comminabantur*] *ἐπετίμων*, id est, *increpabant*. Mirum cur hanc vocem plerumque Interpres gaudeat vertere *comminabantur*, etiam refragante sententia.

7 *Sinite parvulos*] *τὰ παιδία*, id est, *puellos*, ut modo dictum est. Nec additur apud Græcos conjunctio, *nec prohibueritis*. Vividius enim est, *Sinite, ne prohibueritis*. Anadiplosis sententiæ facit ad epitasin.

8 *Non intrabit*] *οὐ μὴ εἰσέλθῃ*. Conduplicata negatio vim addit futuri, aut certe modi potentialis.

9 *Et complexans*] *Καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὰ*, id est, *Et suscipiens eos in ulnas*: sicut paulo ante dictum est. 10 Pro-

ρζϛ 17 αὐτά. Καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδὸν, προσδραμὼν εἷς, καὶ γονυπετήσας αὐτὸν, ἐπηρώτα αὐτὸν, Διδάσκαλε ἀ-
18 γαθὲ, τί ποιήσω, ἵνα ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀ-
19 γαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός. Τὰς ἐντολὰς οἶδας, Μὴ μοιχεύσῃς. Μὴ φονεύσῃς. Μὴ κλέψῃς. Μὴ ψευδομαρτυρήσῃς. Μὴ ἀποστερήσῃς. Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μη-
20 τέρα. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ, Διδάσκαλε, ταῦ-
ρη β 21 τα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ, ἠγάπησεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἕν σοι ὑστερεῖ· ὕπαγε, ὅσα ἔχεις πώλησον, καὶ δὸς τοῖς πτωχοῖς· καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· καὶ δεῦρο, ἀκολούθει
ρθ β 22 μοι, ἄρας τὸν σταυρόν. Ὁ δὲ στυγνάσας ἐπὶ τῷ λόγῳ,
23 ἀπῆλθε λυπούμενος· ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά. Καὶ περιβλεψάμενος ὁ Ἰησοῦς, λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ
24 Θεοῦ εἰσελεύσονται. Οἱ δὲ μαθηταὶ ἐθαμβοῦντο ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς πάλιν ἀποκριθεὶς λέγει αὐτοῖς, Τέκνα, πῶς δύσκολόν ἐστι τοὺς πεποιθότας ἐπὶ χρήμασιν εἰς
25 τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν. Εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τῆς τρυμαλιᾶς τῆς ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλού-
26 σιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν. Οἱ δὲ περισσῶς ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες πρὸς ἑαυτοὺς, Καὶ τίς δύ-
27 ναται σωθῆναι; Ἐμβλέψας δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς λέγει, Παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον, ἀλλ᾽ οὐ παρὰ τῷ Θεῷ· πάν-
28 τα γὰρ δυνατά ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ. Καὶ ἤρξατο ὁ Πέτρος λέγειν αὐτῷ, Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ
ρι β 29 ἠκολουθήσαμέν σοι. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐδείς ἐστιν ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγε-
30 λίου, Ἐὰν μὴ λάβῃ ἑκατονταπλασίονα νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, οἰκίας, καὶ ἀδελφοὺς, καὶ ἀδελφὰς, καὶ μητέρας, καὶ τέκνα, καὶ ἀγροὺς, μετὰ διωγμῶν, καὶ ἐν
ρια β 31 τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον. Πολλοὶ δὲ ἔσονται
ριβ β 32 πρῶτοι ἔσχατοι· καὶ οἱ ἔσχατοι πρῶτοι. Ἦσαν δὲ ἐν τῇ ὁδῷ ἀναβαίνοντες εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἦν προάγων αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐθαμβοῦντο, καὶ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο. Καὶ παραλαβὼν πάλιν τοὺς δώδεκα, ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν τὰ
33 μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν, Ὅτι ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς Ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς Γραμματεῦσι· καὶ κατακρινοῦσιν αὐ-
34 τὸν θανάτῳ, καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσι, Καὶ ἐμπαίξουσιν αὐτῷ, καὶ μαστιγώσουσιν αὐτὸν, καὶ ἐμπτύσουσιν αὐτῷ, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν· καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ
ριγ ϛ 35 ἀναστήσεται. Καὶ προσπορεύονται αὐτῷ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου, λέγοντες, Διδάσκαλε, θέλομεν
36 ἵνα ὃ ἐὰν αἰτήσωμεν ποιήσῃς ἡμῖν. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς,
37 Τί θέλετε ποιῆσαί με ὑμῖν; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Δὸς ἡμῖν, ἵνα εἷς ἐκ δεξιῶν σου, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων σου καθίσωμεν ἐν
38 τῇ δόξῃ σου. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε· δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ ἐγὼ πίνω; καὶ τὸ βά-
39 πτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Δυνάμεθα. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Τὸ μὲν ποτήριον, ὃ ἐγὼ πίνω, πίεσθε, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ
ριδ β 40 βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε. Τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων μου, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ᾽ οἷς ἡτοί-

A nibus super illos, benedixit eis. Et quum exiret in 17 viam, 10 accurrit quidam, genua flexit illi, & interrogabat eum, Præceptor bone, quid faciam, 11 ut vitam æternam possideam? Jesus autem dixit illi, Cur 18 me dicis bonum? nemo bonus, 12 nisi unus, nempe Deus. Præcepta nosti, Ne committas adulterium. 19 Ne occidas. Ne fureris. Ne falsum testimonium dicas. 13 Ne fraudes. Honora patrem tuum & matrem. At ille respondens dixit illi, Præceptor, hæc omnia 20 servavi ab adolescentia mea. 14 Jesus autem intuitus 21 illum, dilexit eum, & dixit illi, Unum tibi deest: abi, quæcumque habes vende, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cœlo: 15 & veni, sequere me, B sublata *in humeros* cruce. At ille molestia affectus pro- 22 pter sermonem, discedebat mœrens: habebat enim possessiones multas. Et quum circumspexisset Jesus, 23 dicit discipulis suis, Quam difficulter hi, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. Discipuli vero ob- 24 stupuerunt super verbis illius. At Jesus rursum respondens dicit illis, 16 Filii, quam difficile est 17 eos, qui fiduciam habent in pecuniis, regnum Dei ingredi. Facilius est camelum per foramen acus ingredi, 25 quam divitem in regnum Dei ingredi. Illi vero 18 su- 26 pra modum admirati sunt, dicentes intra sese, Et quis potest esse salvus? Intuitus autem Jesus illos dicit, 27 C Apud homines impossibile, sed non apud Deum: nam omnia possibilia sunt apud Deum. Et cœpit Petrus di- 28 cere illi, Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Respondens autem Jesus dixit, Amen dico vobis, 29 nullus est qui reliquit domum, aut fratres, aut sorores, 19 aut patrem, aut matrem, aut uxorem, 20 aut liberos, aut agros, mea causa & Evangelii, Quin reci- 30 piat centupla nunc in tempore hoc, domus, & fratres, & sorores, & matres, & liberos, & agros, cum persecutionibus, ac in seculo venturo vitam æternam. Multi autem primi erunt postremi: & postremi 31 primi. Erant autem in via adscendentes Hierosolymam, 32 & præcedebat illos Jesus, erantque pavefacti, & sequentes timebant. Et assumptis Jesus rursum duode- D cim, cœpit illis dicere quæ sibi eventura essent, Ec- 33 ce adscendimus Hierosolymam, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis: & condemnabunt eum ad mortem, & tradent illum gentibus, Et illudent illi, & flagellabunt eum, & inspuent in 34 illum, & occident eum: & tertia die resurget. Et acce- 35 dunt ad eum Jacobus & Joannes filii Zebedæi, dicentes, Præceptor, volumus ut quicquid petierimus facias nobis. Ille vero dixit eis, Quis me vultis face- 36 re vobis? Illi vero dixerunt ei, Da nobis, ut unus ti- 37 bi a dextris, & alter tibi a sinistris sedeamus in gloria tua. Jesus autem dixit illis, Nescitis quid petatis: 38 E potestis bibere poculum, quod ego bibo? & baptismate, quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerunt 39 ei, Possumus. Jesus autem dixit illis, Poculum quidem, quod ego bibo, bibetis, & baptismate, quo ego baptizor, baptizabimini. Cæterum sedere mihi 21 a dextris 40 ac sinistris, non est meum dare, 22 sed his *continget* qui-

10 *Procurrens*] προσδραμὼν, id est, *accurrens*. Interpres, nisi dormitavit, legisse videtur προδραμὼν, id est, *præcurrens*.

11 *Vitam æternam percipiam*] κληρονομήσω, quod alias vertit *hæreditabunt*.

12 *Nisi unus Deus*] εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς, id est, *nisi unus, qui est Deus*, sive *nempe Deus*, ut articulus vim habeat velut interpretantis, quis sit ille unus.

13 *Ne fraudem feceris*] Μὴ ἀποστερήσῃς, id est, *Ne fraudaveris*. Fraudamus enim illum, quem privamus re debita; quanquam & qui spoliat, Græcis ἀποστερεῖ.

14 *Et intuitus eum Jesus, dilexit eum*] ἠγάπησεν αὐτόν. Origenes videtur legisse ἐφίλησεν, non ἠγάπησεν. Argumento est quod Homilia in Matthæum adducens hunc locum, ita legit, *dilexit eum*, sive *osculatus est eum*. Neque enim ἠγάπησεν, opinor, ad osculi significationem potest pertinere. Cæterum de dilectione, nec apud Matthæum, nec apud Lucam, ulla fit mentio. Et fieri potest ut aliquis, offensus vel ambiguitate vocis, vel osculo adolescentis, ex ἐφίλησεν fecerit ἠγάπησεν: quanquam & in Græcis Lexicis invenio ἀγαπάζομαι pro *amplector*, sed ut amplectimur quod probamus, velut *amplectimur bonas litteras*.

15 *Et veni, sequere me*] Addunt hic Græci codices, ἄρας τὸν σταυρὸν, id est, *sublata cruce*, quum tamen hoc non habeatur in veteribus codicibus, nec reperiatur apud alios Evangelistas, ut illinc huc adscriptum videri possit.

16 *Filioli*] Τέκνα, id est, *Filii*, sive *Nati*. Neque enim hic F est diminutivum, quemadmodum illud apud Paulum ad Galatas, Τεκνία μου, *Filioli mei*.

17 *Confidentes in pecuniis*] πεποιθότας, *fretos*, sive *fisos*. Etenim quum *confidere* sit idem quod *fidere*, tamen *confidens* non idem valet, ut indicavit M. Tullius. Nec videtur participium, sed nomen, eoque ponitur absolute, *homo confidens non confidens mihi*. Hic satis aperit, quos dixerit *divites*, non quibus divitiæ obvenerunt, sed qui juxta divitum vulgus multum tribuunt divitiis.

18 *Qui magis admirabantur*] ἐξεπλήσσοντο, id est, *obstupescebant*. Verbum Græcum est vehementius.

19 *Aut patrem, aut matrem*] Hoc loco Græci codices addunt, ἢ γυναῖκα, id est, *aut uxorem*. Quod tamen perperam a quopiam additum, vel hinc licet conjicere, quod mox cum repetit res relictas, non addit *uxores*. Verisimile est *uxoris* nomen hic adjectum ex Matthæo & Luca. Verum Marcus brevitatis studiosus, sub nomine *domus* judicavit contineri *uxorem*.

20 *Aut filios*] τέκνα, id est, *liberos*, ut utrumque sexum complectaris.

21 *Ad dextram meam vel ad sinistram*] Ut sensus sit idem, Latinius est, *sedere mihi a dextris, & sedere mihi a sinistris*. Nec est in Græcis, *meum dare vobis*, sed solum, *non est meum dare*. Consentiebat cum Græcis codex Constantiensis.

22 *Sed quibus paratum est*] Sermoni parum absoluto adjecimus duo verba. Subauditur enim, *sed ii sedebunt a dextris ac sinistris mihi, quibus* &c.

23 Et

41 ἡτοίμαςαι. Καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα, ἤρξαντο ἀγα-42 νακτεῖν περὶ Ἰακώβου καὶ Ἰωάννου. Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, λέγει αὐτοῖς, Οἴδατε ὅτι οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ 43 οἱ μεγάλοι αὐτῶν κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν. Οὐχ οὕτω δὲ ἔςαι ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ γενέσθαι μέγας ἐν 44 ὑμῖν, ἔςαι διάκονος ὑμῶν. Καὶ ὃς ἂν θέλῃ ὑμῶν γε-45 νέσθαι πρῶτος, ἔςαι πάντων δοῦλος. Καὶ γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν. 46 Καὶ ἔρχονται εἰς Ἱεριχώ· καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἀπὸ Ἱεριχὼ, καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ ὄχλου ἱκανοῦ, υἱὸς Τιμαίου Βαρτίμαιος ὁ τυφλὸς ἐκάθητο παρὰ 47 τὴν ὁδὸν προσαιτῶν. Καὶ ἀκούσας ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖός ἐςιν, ἤρξατο κράζειν καὶ λέγειν, Ὁ υἱὸς Δα-48 βὶδ Ἰησοῦ, ἐλέησόν με. Καὶ ἐπετίμων αὐτῷ πολλοὶ, ἵνα σιωπήσῃ· ὁ δὲ πολλῷ μᾶλλον ἔκραζεν, Υἱὲ Δα-49 βὶδ, ἐλέησόν με. Καὶ ςὰς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτὸν φωνηθῆναι· καὶ φωνοῦσι τὸν τυφλὸν, λέγοντες αὐτῷ, Θάρ-50 σει, ἔγειραι, φωνεῖ σε. Ὁ δὲ ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον 51 αὐτοῦ, ἀναςὰς ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Καὶ ἀποκρι-52 θεὶς λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Τί θέλεις ποιήσω σοι; Ὁ δὲ τυφλὸς εἶπεν αὐτῷ, Ῥαββονὶ, ἵνα ἀναβλέψω. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ὕπαγε, ἡ πίςις σου σέσωκέ σε· καὶ εὐθέως ἀνέβλεψε, καὶ ἠκολούθει τῷ Ἰησοῦ ἐν τῇ ὁδῷ.

XI. 1 Καὶ ὅτε ἐγγίζουσιν εἰς Ἱερουσαλὴμ εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, ἀποςέλ-2 λει δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Καὶ λέγει αὐτοῖς, Ὑπάγετε εἰς τὴν κώμην τὴν κατέναντι ὑμῶν· καὶ εὐθέως εἰσπορευόμενοι εἰς αὐτὴν, εὑρήσετε πῶλον δεδεμένον, ἐφ' ὃν οὐδεὶς ἀνθρώπων κεκάθικεν· λύσαντες αὐ-3 τὸν ἀγάγετε. Καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, Τί ποιεῖτε τοῦτο; εἴπατε, Ὅτι ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει· καὶ 4 εὐθέως αὐτὸν ἀποςελεῖ ὧδε. Ἀπῆλθον δὲ, καὶ εὗρον τὸν πῶλον δεδεμένον πρὸς τὴν θύραν ἔξω ἐπὶ τοῦ ἀμ-5 φόδου, καὶ λύουσιν αὐτόν. Καί τινες τῶν ἐκεῖ ἑςηκότων 6 ἔλεγον αὐτοῖς, Τί ποιεῖτε λύοντες τὸν πῶλον; Οἱ δὲ εἶπον αὐτοῖς, καθὼς ἐνετείλατο ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἀφῆκαν 7 αὐτούς. Καὶ ἤγαγον τὸν πῶλον πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐπέβαλον αὐτῷ τὰ ἱμάτια αὐτῶν· καὶ ἐκάθισεν ἐπ' 8 αὐτῷ. Πολλοὶ δὲ τὰ ἱμάτια αὐτῶν ἔςρωσαν εἰς τὴν ὁδόν· ἄλλοι δὲ ςοιβάδας ἔκοπτον ἐκ τῶν δένδρων, καὶ 9 ἐςρώννυον εἰς τὴν ὁδόν. Καὶ οἱ προάγοντες, καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες, ἔκραζον, λέγοντες, Ὡς αννὰ, εὐλογημέ-10 νος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. Εὐλογημένη ἡ ἐρχομένη βασιλεία ἐν ὀνόματι Κυρίου τοῦ πατρὸς ἡμῶν 11 Δαβὶδ, Ὡς αννὰ ἐν τοῖς ὑψίςοις. Καὶ εἰσῆλθεν εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ Κύριος καὶ εἰς τὸ ἱερόν· καὶ περιβλεψάμενος πάντα, ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας, ἐξῆλ-12 θεν εἰς Βηθανίαν μετὰ τῶν δώδεκα. Καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξελθόντων αὐτῶν ἀπὸ Βηθανίας, ἐπείνασε. 13 Καὶ ἰδὼν συκῆν μακρόθεν, ἔχουσαν φύλλα, ἦλθεν εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ· καὶ ἐλθὼν ἐπ' αὐτὴν, οὐδὲν εὗρεν εἰ μὴ φύλλα· οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων. Καὶ

41 quibus paratum est. 23 Et quum audissent decem, cœperunt indignari de Jacobo & Joanne. 42 Jesus autem quum vocasset eos ad se, dicit illis, Scitis quod qui videntur imperare gentibus, dominium exercent adversus illas, 24 & qui magnates sunt inter eas, potestatem exercent in illas. 43 Verum non sic erit inter vos: sed quicunque voluerit ex vobis 25 fieri magnus inter vos, erit minister vester. 44 Et quicunque voluerit ex vobis esse primus, erit omnium servus. 45 Nam & Filius hominis non venit ut sibi ministraretur, sed ut ipse ministraret, ac daret animam suam redemptionem pro multis. 46 Et veniunt Hiericho: 26 quumque egrederetur ab urbe Hiericho, ac discipuli illius, & turba copiosa, filius Timæi 27 Bartimæus cæcus sedebat juxta viam mendicans. 47 Et quum audisset quod Jesus Nazarenus esset, cœpit clamare & dicere, Fili David Jesu, miserere mei. 48 28 Et increpabant illum multi, ut taceret. At ille multo magis clamabat, Fili David, miserere mei. 49 Et stetit Jesus, ac jussit illum vocari: & vocant cæcum, dicentes illi, 29 Bono animo esto, surge, vocat te. 50 Ille vero abjecto pallio suo, 30 surrexit & venit ad Jesum. 51 Et respondens dicit illi Jesus, Quid vis faciam tibi? Cæcus autem dixit ei, 31 Rabboni, ut visum recipiam. 52 Jesus autem dixit illi, Abi, fides tua salvum te reddidit: 32 & protinus recepit visum, & sequebatur Jesum in via.

XI. 1 Et quum appropinquant Hierosolymis ad Bethphage & Bethaniam juxta montem olivarum, emittit duos e discipulis suis, 2 Et dicit illis, Abite in vicum qui contra vos est: & statim ingredientes in illum, invenietis pullum alligatum, supra quem nullus hominum sedit: solvite eum & adducite. 3 Et si quis vobis dixerit, 2 Cur facitis hoc? dicite, Quod Dominus eo opus habet: & continuo illum mittet huc. 4 Abierunt autem, & invenerunt pullum alligatum juxta januam foris in bivio, & solvunt illum. 5 Et nonnulli eorum, qui illic stabant, 6 dicebant illis, Quid facitis solventes pullum? At illi dixerunt eis, quemadmodum præceperat Jesus: & sinebant illos. 7 Et adduxerunt pullum ad Jesum, & injecerunt illi vestimenta sua: 3 seditque super illum. 8 Multi vero vestimenta sua sternebant in viam: alii vero frondes incidebant ex arboribus, & sternebant in viam. 9 Et qui præcedebant, quique sequebantur, clamabant, dicentes, Hos anna, benedictus qui venit in nomine Domini. 10 Benedictum, quod venit, regnum in nomine Domini patris nostri David, Hos anna in altissimis. 11 Et ingressus est Hierosolymam Dominus & in templum: & quum circumspexisset omnia, 4 jamque tempus esset vespertinum, egressus est Bethaniam cum duodecim. 12 5 Et postero die quum exissent Bethania, esuriit. 13 Quumque vidisset arborem fici procul, habentem folia, veniebat 6 si videlicet inventurus esset aliquid in illa: & quum venisset ad illam, nihil invenit nisi folia: non enim erat tempus ficorum. Et

23 *Et audientes decem indignati sunt*] ἤρξαντο ἀγανακτεῖν, id est, *cœperunt indignari*. Et sic habent vetusti codices nostri.

24 *Et principes*] καὶ οἱ μεγάλοι αὐτῶν, id est, *& magni illorum*. Quod tamen haud male vertit, nisi malis dici, *& qui magni sint inter eos*, aut *magnates illorum*.

25 *Fieri major*] μέγας, id est, *magnus*, & in hunc modum subinde citat Hieronymus. Allusit Christus ad vitam communem hominum, inter quos magnates & optimates e sublimi despiciunt infimates, nec præ se ducunt pro hominibus, cum ipsis nihil sit abjectius, si velimus hominem suis æstimare virtutibus.

26 *Et proficiscente eo*] καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ, *& egrediente eo*.

27 *Bartimæus*] *Filius Timæi*, additum videri potest interpretandi causa. Nam id sonat *Bartimæus*. Hebræis enim בַּר *filius*, & *Timæus*: quemadmodum & *Bartholomæus*, *filius Ptolemæi*, conflatis diversarum linguarum vocibus, & depravata, ni fallor, una aut altera litterula. Cæterum quod diximus de *Bartimæo*, quidam miro cachinno prosequitur in suis Annotationibus, cum id hauserim ex Hieronymi Commentario in Epistolæ ad Galatas cap. IV. In illum igitur suos cachinnos torqueat, non in me.

28 *Et comminabantur*] Καὶ ἐπετίμων, id est, *Et increpabant*.

29 *Animæquior esto*] Θάρσει, id est, *Bono animo esto*, sive *Confide*. Nec enim est comparativum, sed positivum: & aliud est *fidere*, hoc est, θαῤῥεῖν, quam *æquo animo esse*. *Æquo animo est*, qui boni consulit, ac tolerat. *Fidit* cui certa spes est.

30 *Exsiliens venit*] Græce non est ἐξαλλόμενος, sed ἀναςὰς, id est, *surgens*. Nam paulo ante dictus est sedere juxta viam. In Actis capite tertio de claudo legitur ἐξαλλόμενος, id est, *exsiliens*, nam ea vox ad miraculi magnitudinem declarandam facit, quia qui sanabatur, adeo claudus erat, ut a bajulis gestaretur. Hic in oculis, non in pedibus, miraculum est.

31 *Rabboni, ut videam*] Rursus Hæbræorum vocem posuit, pronunciatione nonnihil mutata, cum alibi *Rabbi* sit, quod Hebræorum lingua, Chaldæorum, ac Syriacæ commercio vitiaretur: quemadmodum & hodie Judæi *Rabeni* Magistrum vocant, sed insignem & eminentem. *Ut videam*, ἵνα ἀναβλέψω, id est, *ut visum recipiam*.

32 *Et confestim vidit*] ἀνέβλεψε, id est, *visum recepit*.

1 *ET cum appropinquarent Hierosolymæ*] Hîc Græcus codex addit *Bethphage*, ut sint tria loca, *Hierosolyma*, *Bethphage*, *Bethania*. Siquidem mons Oliveti duobus passuum millibus abest ab Hierosolymis, in cujus latere est Bethania, Bethphage in ipso monte sita est.

2 *Quid facitis*] Τί ποιεῖτε τοῦτο, id est, *Cur facitis hoc*.

3 *Et sedit super eum*] Nonnulli Græci codices habent ἐπ' αὐτῷ, ut sit asinus, aut certe pullus asinæ. Nonnulli ἐπ' αὐτὴν, id est, *super illam*, ut sit asina fœmina. Quod posterius consentit cum Matthæo.

4 *Cum vespera esset hora*] ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας, id est, *cum vespertinum jam esset tempus*. Siquidem *horam*, Græce loquens, pro *tempore* posuit.

5 *Et alia die*] Καὶ τῇ ἐπαύριον, id est, *Postridie*, sive *Postero die*.

6 *Si quid forte*] εἰ ἄρα εὑρήσει τί, id est, *si quid inventurus esset*. Conjunctionem expletivam vertit in *forte*, idque suo mo-

14 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησῦς εἶπεν αὐτῇ, Μηκέτι ἐκ σῦ εἰς τὸν αἰῶνα μηδεὶς καρπὸν φάγοι. Καὶ ἤκȣον οἱ μαθηταὶ αὐτῦ. 15 Καὶ ἔρχονται εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ εἰσελθὼν ὁ Ἰησῦς εἰς τὸ ἱερὸν, ἤρξατο ἐκβάλλειν τὺς πωλῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιςῶν καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλύντων τὰς περιςερὰς κατέστρεψε. 16 Καὶ ὐκ ἤφιεν, ἵνα τὶς διενέγκῃ σκεῦος διὰ τῦ ἱερῦ. 17 Καὶ ἐδίδασκε, λέγων αὐτοῖς, Οὐ γέγραπται, Ὅτι ὁ οἶκός μυ οἶκος προσευχῆς κληθήσεται πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν; ὑμεῖς δὲ 18 ἐποιήσατε αὐτὸν σπήλαιον λῃςῶν. Καὶ ἤκυσαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς, καὶ ἐζήτυν πῶς αὐτὸν ἀπολέσυσι· ἐφοβοῦντο γὰρ αὐτὸν, ὅτι πᾶς ὁ ὄχλος ἐξεπλήσσετο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτῦ. 19 Καὶ ὅτε ὀψὲ ἐγένετο, ἐξεπορεύετο ἔξω τῆς πόλεως. 20 Καὶ πρωῒ παραπορευόμενοι, εἶδον τὴν συκῆν ἐξηραμμένην ἐκ ῥιζῶν. 21 Καὶ ἀναμνησθεὶς ὁ Πέτρος λέγει αὐτῷ, Ῥαββὶ, ἴδε ἡ συκῆ, ἣν κατηράσω, ἐξήρανται. 22 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησῦς λέγει αὐτοῖς, Ἔχετε πίςιν Θεῦ. 23 Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν εἴπῃ τῷ ὄρει τύτῳ, Ἄρθητι καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῦ, ἀλλὰ πιςεύσῃ, ὅτι ἃ λέγει γίνεται, ἔςαι αὐτῷ ὃ ἐὰν εἴπῃ. 24 Διὰ τῦτο λέγω ὑμῖν, Πάντα ὅσα ἂν προσευχόμενοι αἰτεῖσθε, πιςεύετε ὅτι λαμβάνετε, καὶ ἔςαι ὑμῖν. 25 Καὶ ὅταν ςήκητε προσευχόμενοι, ἀφίετε εἴ τι ἔχετε κατά τινος, ἵνα καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν, ὁ ἐν τοῖς ὐρανοῖς, ἀφῇ ὑμῖν τὰ παραπτώματα ὑμῶν. 26 Καὶ ἔρχονται πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ ἐν τῷ ἱερῷ περιπατῦντος αὐτῦ, ἔρχονται πρὸς αὐτὸν οἱ Ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ Γραμματεῖς, καὶ οἱ Πρεσβύτεροι, 27 Καὶ λέγυσιν αὐτῷ, Ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; καὶ τίς σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἔδωκεν, ἵνα ταῦτα ποιῇς; 28 Ὁ δὲ Ἰησῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ἐπερωτήσω ὑμᾶς καὶ ἐγὼ ἕνα λόγον, καὶ ἀποκρίθητέ μοι· 29 καὶ ἐρῶ ὑμῖν ἐν ποίᾳ ἐξυσίᾳ ταῦτα ποιῶ. Τὸ βάπτισμα Ἰωάννυ ἐξ ὐρανῦ ἦν, ἢ ἐξ ἀνθρώπων; ἀποκρίθητέ μοι. 30 Καὶ ἐλογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς, λέγοντες, Ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ ὐρανῦ· ἐρεῖ, Διατί οὖν οὐκ ἐπιςεύσατε αὐτῷ; 31 Ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ ἀνθρώπων· ἐφοβῦντο τὸν λαόν· ἅπαντες γὰρ εἶχον τὸν Ἰωάννην, ὅτι ὄντως Προφήτης ἦν. 32 Καὶ ἀποκριθέντες λέγυσι τῷ Ἰησῦ, Οὐκ οἴδαμεν. Καὶ ὁ Ἰησῦς ἀποκριθεὶς λέγει αὐτοῖς, Οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν ἐν ποίᾳ ἐξυσίᾳ ταῦτα ποιῶ.

XII. 1 Καὶ ἤρξατο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λέγειν. Ἀμπελῶνα ἐφύτευσεν ἄνθρωπος, καὶ περιέθηκε φραγμὸν, καὶ ὤρυξεν ὑπολήνιον, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον, καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησε. 2 Καὶ ἀπέςειλε πρὸς τὺς γεωργοὺς τῷ καιρῷ δοῦλον, ἵνα παρὰ τῶν γεωργῶν λάβῃ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος. 3 Οἱ δὲ λαβόντες αὐτὸν ἔδειραν, καὶ ἀπέςειλαν κενόν. 4 Καὶ πάλιν ἀπέςειλε πρὸς αὐτοὺς ἄλλον δῦλον· κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, 5 καὶ ἀπέςειλαν ἠτιμωμένον. Καὶ πάλιν ἄλλον ἀπέςειλε· κἀκεῖνον ἀπέκτειναν, καὶ πολλὺς ἄλλυς, τὺς μὲν δέ-

14 Et respondens Jesus dixit ficui, Ne posthac ex te in æternum quisquam fructum edat. Et audiebant discipuli illius. 15 Veniuntque Hierosolymam: & ingressus Jesus in templum, cœpit ejicere eos qui vendebant & emebant in templo, & mensas argentariorum & sellas vendentium columbas subvertit. 16 Et non permisit, ut quisquam deportaret vas per templum. 17 Et docebat, dicens illis, Nonne scriptum est, Domus mea domus precationis vocabitur omnibus gentibus? vos autem fecistis eam speluncam latronum. 18 Et audierunt Scribæ principesque Sacerdotum, & quærebant quomodo illum essent perdituri: timebant enim eum, quod tota turba admirabatur doctrinam illius. 19 Et quum vespera jam esset, egressus est Jesus e civitate. 20 Et mane prætereuntes, viderunt ficum exaruisse radicitus. 21 Et recordatus Petrus dicit illi, Rabbi, ecce ficus illa, 7 quam execratus es, exaruit. 22 Et respondens Jesus dicit illis, 8 Confidite Deo. 23 Amen dico vobis, quod quicunque dixerit monti huic, 9 Tollaris ac mittaris in mare, & non hæsitaverit in corde suo, sed crediderit fore quæ dixerit, erit illi quicquid dixerit. 24 Propterea dico vobis, Quæcunque orantes petitis, credite quod accipitis, & erunt vobis. 25 10 Et quum steteritis orantes, remittite si quid habetis adversus aliquem, ut & Pater vester, qui in cœlis est, remittat vobis 11 delicta vestra. 26 Et veniunt rursum Hierosolymam: & quum ambularet in templo, veniunt ad illum principes Sacerdotum, & Scribæ, & Seniores, 27 Et dicunt illi, Qua auctoritate hæc facis? & quis tibi dedit auctoritatem istam, ut ista facias? 28 Jesus autem respondens, dixit illis, Quæram a vobis & ipse 12 quiddam, & respondete mihi: & dicam vobis qua auctoritate hæc faciam. 29 13 Baptismus Joannis utrum e cœlo erat, an ex hominibus? respondete mihi. 30 Et cogitabant apud se, dicentes, Si dixerimus, E cœlo: dicet, Cur igitur non credidistis illi? 31 At si dixissent, Ex hominibus: 14 timebant populum: omnes enim habebant Joannem, 15 quod vere Propheta fuisset. 32 Et respondentes dicunt Jesu, Nescimus. Et Jesus respondens dicit illis, Nec ego dicam vobis, qua auctoritate hæc faciam.

XII. 1 Et cœpit illis per parabolas loqui. Vineam 1 plantavit homo, & circumdederat sepem, 2 & foderat lacum, & ædificaverat turrim, & elocaverat eam agricolis, & peregre profectus est. 2 Et misit ad agricolas, quum opportunum esset, servum, ut ab agricolis acciperet de fructu vineæ. 3 At illi arreptum illum ceciderunt, ac remiserunt vacuum. 4 Et rursum misit ad illos alium servum: & illi conjectis in eum saxis 3 comminuerunt illi caput, 4 & remiserunt contumeliis affectum. 5 Et rursum alium misit: & illum occiderunt, mul-

re, sed nullius erudiri hominis exemplo. Quorsum enim attinebat addere *forte*, cum Dominus plane speraret cibum, aut certe volebat videri sperare.

7 *Cui maledixisti*] ἣν κατηράσω, id est, *quam devovisti*, sive *quam execratus es*, sive *cui male precatus es*.

8 *Habete fidem Dei*] Bona fide Græca reddidit Interpres πίςιν Θεῦ. Cæterum sentit *fiduciam erga Deum*.

9 *Tollere & mittere*] Ἄρθητι καὶ βλήθητι, passiva sunt imperativi modi.

10 *Cum stabitis ad orandum*] Καὶ ὅταν ςήκητε προσευχόμενοι, id est, *Et cum steteritis deprecantes*. Ex quo apparet olim stantes precari solitos.

11 *Peccata vestra*] Augustinus libro *de Civitate Dei* vigesimo primo capite vigesimo septimo annotavit vim & emphasim hujus pronominis *vestra*. Nam intelligit peccata non quælibet, aut quamlibet gravia, sed ejusmodi, sine quibus non vivunt etiam probi, quales tum erant Apostoli, quibus hæc dicuntur. *Quod si vos non dimiseritis*. Hæc in Græcis plerisque codicibus non adduntur; nec Theophylactus legit aut interpretatur. Videri potest huc adscriptum ex Matthæi sexto.

12 *Unum verbum*] ἕνα λόγον, id est, *unum sermonem*, potius hoc certe loco.

13 *Baptismum Joannis*] βάπτισμα, id est, *baptisma*, sive *baptismus*. Cum enim habeamus *hoc baptisma* & *hunc baptismum* a Græcis, quorsum opus erat confingere barbaram vocem tertiam, *hoc baptismum*? Adeo nihil interesse putant quidam, quomodo loquantur. Hujusmodi ferme destomachatur hoc loco Laurentius Valla non absque causa, licet ignarus, ut apparet, Augustinum ita frequenter loqui, & adeo frequenter, ut non queat prætexi scriptoris error. Sic enim loquitur tractatu in Joannem quarto in caput primum: *Itaque non duravit diu baptismum Joannis*. Rursus tractatu proximo: *Illi enim nullum baptismum erat necessarium*. Ac mox: *Quoniam ergo Joannes acceperat baptismum, quod proprie Joannis diceretur*. Iterum paulo inferius: *Tale erat baptismum Joannis*. Nec alibi tamen raro idem facit. Etiamsi & in Homiliis Origenis semel atque iterum sic positum offendimus. Et apud Irenæum, ut appareat eruditos in hoc populi imperitiæ gessisse morem.

14 *Timemus populum*] ἐφοβῦντο τὸν λαὸν, id est, *timebant populum*. Atque ita habent vetustissimi codices Latini, nominatim exemplar Paulinum & Constantiense. In Corsendoncensi videre erat etiamnum rasuræ vestigium. Offendit autem castigatorem persona dure subitoque mutata, quasi vero hoc esset novum in Evangelistis. Id incommodi vitari poterat mutata sermonis figura, *metuendus est nobis populus*, aut mutata alterius verbi persona, quemadmodum nos fecimus, *At si dixissent ex hominibus*.

15 *Quia vere Propheta*] ὅτι, id est, *quod* potius, quam *quia*, & *fuisset* potius, quam *esset*. Opinor enim Joannem jam fuisse mortuum, ex ipsius Marci narratione.

1 *Pastinavit*] ἐφύτευσεν, id est, *plantavit*. Vox a *pastino* dicta, quæ declarat instrumentum bifurcum, quo semina panguntur, unde vites sterilescentes quum refodiuntur dicuntur *repastinari*.

2 *Et fodit lacum*] ὑπολήνιον, in quod excipitur liquor uvarum.

3 *In capite vulneraverunt*] λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, id est, *jactis lapidibus capitaverunt*, ut ad verbum reddam, hoc est, *comminuerunt caput*. Verum quoniam Interpres vidit illum redisse vivum, vertit *vulneraverunt*, ne putaretur exstinctus.

4 *Et contumeliis affecerunt*] καὶ ἀπέςειλαν ἠτιμωμένον, id est, *& remiserunt affectum contumelia* seu potius *ignominia*. Nam *contumelia* magis in verbis est.

5 Cha-

δέροντες, τοὺς δὲ ἀποκτείνοντες. 6 Ἔτι οὖν ἕνα υἱὸν ἔχων ἀγαπητὸν αὐτοῦ, ἀπέστειλε καὶ αὐτὸν πρὸς αὐτοὺς ἔσχατον, λέγων, Ὅτι ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου. 7 Ἐκεῖνοι δὲ οἱ γεωργοὶ εἶπον πρὸς ἑαυτοὺς, Ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ ἡμῶν ἔσται ἡ κληρονομία. 8 Καὶ λαβόντες αὐτὸν ἀπέκτειναν, καὶ ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος. 9 Τί οὖν ποιήσει ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος; ἐλεύσεται, καὶ ἀπολέσει τοὺς γεωργοὺς, καὶ δώσει τὸν ἀμπελῶνα ἄλλοις. 10 Οὐδὲ τὴν γραφὴν ταύτην ἀνέγνωτε; Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας· 11 Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. 12 Καὶ ἐζήτουν αὐτὸν κρατῆσαι, καὶ ἐφοβήθησαν τὸν ὄχλον· ἔγνωσαν γὰρ, ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν εἶπε· καὶ ἀφέντες αὐτὸν ἀπῆλθον. 13 Καὶ ἀποστέλλουσι πρὸς αὐτόν τινας τῶν Φαρισαίων καὶ τῶν Ἡρωδιανῶν, ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσωσι λόγῳ. 14 Οἱ δὲ ἐλθόντες λέγουσιν αὐτῷ, Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός· οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ διδάσκεις· Ἔξεστι κῆνσον Καίσαρι δοῦναι, ἢ οὔ; δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν; 15 Ὁ δὲ εἰδὼς αὐτῶν τὴν ὑπόκρισιν, εἶπεν αὐτοῖς, Τί με πειράζετε; φέρετέ μοι δηνάριον, ἵνα ἴδω. 16 Οἱ δὲ ἤνεγκαν. Καὶ λέγει αὐτοῖς, Τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Καίσαρος. 17 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. Καὶ ἐθαύμασαν ἐπ᾽ αὐτῷ. 18 Καὶ ἔρχονται Σαδδουκαῖοι πρὸς αὐτὸν, οἵτινες λέγουσιν ἀνάστασιν μὴ εἶναι· καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες, 19 Διδάσκαλε, Μωσῆς ἔγραψεν ἡμῖν, ὅτι ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ, καὶ καταλείπῃ γυναῖκα, καὶ τέκνα μὴ ἀφῇ, ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἐξαναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ. 20 Ἑπτὰ ἀδελφοὶ ἦσαν, καὶ ὁ πρῶτος ἔλαβε γυναῖκα, καὶ ἀποθνήσκων οὐκ ἀφῆκε σπέρμα. 21 Καὶ ὁ δεύτερος ἔλαβεν αὐτὴν, καὶ ἀπέθανε, καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἀφῆκε σπέρμα· καὶ 22 ὁ τρίτος ὡσαύτως. Καὶ ἔλαβον αὐτὴν οἱ ἑπτὰ, καὶ οὐκ ἀφῆκαν σπέρμα· ἐσχάτη πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή. 23 Ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, ὅταν ἀναστῶσι, τίνος αὐτῶν ἔσται γυνή; 24 οἱ γὰρ ἑπτὰ ἔσχον αὐτὴν γυναῖκα. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς, μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ; 25 Ὅταν γὰρ ἐκ νεκρῶν ἀναστῶσιν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ᾽ εἰσὶν ὡς Ἄγγελοι οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. 26 Περὶ δὲ τῶν νεκρῶν, ὅτι ἐγείρονται, οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῇ βίβλῳ Μωσέως, ἐπὶ τῆς βάτου ὡς εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, λέγων, Ἐγὼ ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς

multosque alios, hos quidem cædentes, illos vero occidentes. 6 Itaque quum unum adhuc haberet filium suum [5] dilectum, misit etiam illum ad illos postremum, dicens, [6] Reverebuntur filium meum. 7 Illi vero agricolæ dicebant inter sese, Hic est hæres, venite, occidamus eum, & nostra erit hæreditas. 8 Et arreptum illum occiderunt, & ejecerunt e vinea. 9 Quid igitur facturus est dominus vineæ? veniet, & perdet agricolas, & dabit vineam aliis. 10 An ne hanc quidem scripturam legistis? Lapidem quem reprobaverunt ii qui ædificabant, hic factus est caput anguli: 11 [7] A Domino factum est hoc, & est [8] admirabile in oculis nostris. 12 Et quærebant eum comprehendere, & metuebant turbam: sciebant enim, quod adversus ipsos parabolam dixisset: & relicto illo abierunt. 13 Ac mittunt ad illum quosdam e Pharisæis & Herodianis, [9] ut eum captarent sermone. 14 Illi vero quum venissent, dicunt ei, Præceptor, scimus quod verax es, [10] & non curas quemquam: non enim respicis [11] personam hominum, sed cum veritate viam Dei doces: [12] Licet censum Cæsari dare, an non? demus, [13] an non demus? 15 [14] Ille vero sciens illorum simulationem, dixit illis, Quid me tentatis? afferte mihi denarium, ut videam. 16 Illi vero attulerunt. Et dicit eis, Cujus est imago hæc & inscriptio? Illi vero dixerunt ei, Cæsaris. 17 Et respondens Jesus dixit illis, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & [15] quæ Dei sunt Deo. Et admirati sunt de eo. 18 [16] Et veniunt Sadducæi ad illum, qui dicunt non esse resurrectionem: interrogaveruntque eum, dicentes, 19 Præceptor, Moses scripsit nobis, si cujus frater moriatur, ac relinquat uxorem, [17] & liberos non relinquat, ut accipiat frater ejus uxorem illius, [18] & suscitet semen fratri suo. 20 Septem fratres fuerunt, ac primus accepit uxorem, isque moriens non reliquit semen. 21 Et secundus accepit illam, ac mortuus est, & nec ipse reliquit semen: & tertius similiter. 22 Et acceperunt eam septem, nec reliquerunt semen: postrema vero omnium mortua est & uxor. 23 In resurrectione igitur, quum resurrexerint, cujus illorum erit uxor? nam septem habuerunt eam uxorem. 24 Et respondens Jesus dixit eis, [19] An non propterea erratis, quod nesciatis scripturas, neque virtutem Dei? 25 Quum enim a mortuis resurrexerint, [20] neque contrahunt matrimonium, neque nuptum dantur, sed sunt velut Angeli qui in cœlis sunt. 26 Cæterum de mortuis, quod resuscitantur, non legistis in libro Mosis, quomodo in rubo loquutus sit illi Deus, dicens, Ego ille Deus Abra-

5 *Charissimum*] ἀγαπητὸν, id est, *dilectum*.

6 *Quia reverebuntur*] ἴσως ἐντραπήσονται, *forsitan reverebuntur*. Quanquam nonnulli Græcorum codices habebant ὅτι pro ἴσως. Sic enim legit Theophylactus & Editio Hispaniensis. Certe Latini codices vetusti habent *quia* pro *forte*. Quæ lectio magis mihi probatur. Nec enim est consentaneum diffidere eum, qui mittit filium unicum. Et ὅτι quanquam Latine reddi non potest hoc loco, tamen apud Græcos vim habet confirmandi.

7 *A Domino factum est istud*] *Istud* referendum est ad *caput*: aut certe ad *angulum*; id quod sermo Græcus indicat, εἰς κεφαλὴν γωνίας· Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, id est, *in caput anguli: A Domino factum est hoc*, subaudi *caput*, nisi malis *angulum*, de quo dictum est in Matthæo. Illud extra controversiam est, αὕτη Theophylacto referri ad *angulum*, quam interpretatur Ecclesiam, quod utrumque populum connectat in fide Christi. Hieronymus enarrans Psalmum CXVIII. unde hoc desumptum est testimonium, legit, *factus est iste*, ut ad lapidem & Christum referatur.

8 *Mirabile*] θαυμαστή. Et hoc ad *caput*, sive ad *angulum* refertur, quemadmodum *factum est*.

9 *Ut eum caperent*] ἀγρεύσωσι, id est, *captarent*, sive *venarentur*. Et cur non potius *in sermone*, quam *in verbo*, cum Græca vox *sermonem* significet magis, quam *verbum*.

10 *Non curas quemquam*] οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενὸς, id est, *non est tibi cura de quoquam*: tametsi Græcis οὐδενὸς, vel ad hominem referri potest, vel ad rem. Hoc est, *non curas ullum hominem*, aut *non curas rem ullam*: quanquam quod sequitur indicat ad hominem magis esse referendum, quod alii verum reticerent, ne quosdam offenderent.

11 *In faciem hominum*] εἰς πρόσωπον τῶν ἀνθρώπων, id est, *ad personam hominum*. Quanquam Græce πρόσωπον utrumque significat, *faciem* & *personam*, hoc tamen loco mollius erat *persona*, quam *facies*: atque ita verterat eandem dictionem in Matthæo cap. XXII.

12 *Licet dare tributum*] κῆνσον, id est, *censum*, quæ vox Latina est, ut jam indicavimus.

13 *An non dabimus*] Græce est, Ἔξεστι κῆνσον Καίσαρι δοῦναι, ἢ οὔ; δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν; id est, *Licetne censum dare Cæsari, an non? demus, an non demus?* Urgent enim hac iteratione responsum, quasi futurum sit, ut si responderit non dandum, daturi non sint, sin dandum, daturi. Hic consentiebat codex Hispaniensis cum Theophylacto. Licet Theophylactus non attingat hanc lectionem in Commentario. Opinor hic Latinam esse veriorem. Alioqui bis idem quæritur in priore parte, *licet dare*, & *dabimus*. Qui depravavit locum non animadvertit ἢ μὴ δῶμεν habere vim potentialem, quasi dicas *an non debemus dare*, ut respondeat illi, *licetne dare*. Græci nimium sibi permiserunt in Sacris Libris, præsertim in Marco & Actis Apostolorum: tametsi Scribis hoc potissimum imputandum, qui, quod studiosus aliquis sibi notarat in suo codice, retulerunt in contextum.

14 *Qui sciens versutiam*] ὑπόκρισιν, id est, *simulationem*, quod miror quare libuerit Interpreti mutare, nisi forte legit πονηρίαν.

15 *Quæ sunt Dei Deo*] Haud scio casu ne factum sit, an data opera, quod *Deo* bis addidit articulum, *Cæsari* nequaquam, τὰ Καίσαρος Καίσαρι, τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ: tanquam Cæsarem velut incertum & ignotum nominet, quod multi sint ejus nominis, Deum veluti certum designet.

16 *Et venerunt super eum*] Καὶ ἔρχονται πρὸς αὐτὸν, id est, *Et veniunt ad eum*.

17 *Et filios non reliquerit*] τέκνα, *liberos*, nam Græca vox etiam *filias* complectitur. Matthæi cap. XXII. quum Græci magno consensu legant τέκνα, tamen Latini codices habent *filium*, non *filios*, quanquam ad sensum nihil refert, utrum legas. Nec est,

18 *Suscitet semen fratris sui*] Sed *fratri suo*, dandi casu, ἀδελφῷ αὐτοῦ. *Semen* enim appellat *posteritatem*, sive *prolem*, quam frater fratri suscitat, non sibi, eo quod in mortui nomen transit quod nascitur. Hac enim ratione mortuis quodam modo adoptabantur filii.

19 *Nonne ideo erratis*] Οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε; *Annon igitur erratis?* ut referatur ad id, quod sequitur, & sit sensus, eos ob id errare, quod non intelligerent Scripturas. Siquidem Pharisæi errabant, non quod ignorarent Scripturas, sed quod avaritia & ambitione forent excæcati. Sadducæi labebantur ob imperitiam Scripturarum.

20 *Neque nubentur*] Græce γαμεῖν verbum est commune, & viro, & mulieri. Verum de hoc dictum est in Matthæo.

27 Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ; Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς νεκρῶν, 28 ἀλλὰ Θεὸς ζώντων· ὑμεῖς οὖν πολὺ πλανᾶσθε. Καὶ προσελθὼν εἷς τῶν Γραμματέων, ἀκούσας αὐτῶν συζητούντων, εἰδὼς ὅτι καλῶς αὐτοῖς ἀπεκρίθη, ἐπηρώτησεν 29 αὐτόν, Ποία ἐστὶ πρώτη πασῶν ἐντολή; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίθη αὐτῷ, Ὅτι πρώτη πασῶν τῶν ἐντολῶν, Ἄκουε Ἰ-30 σραήλ, Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, Κύριος εἷς ἐστι· Καὶ ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, καὶ ἐξ 31 ὅλης τῆς ἰσχύος σου· αὕτη πρώτη ἐντολή. Καὶ δευτέρα ὁμοία αὕτη, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν· 32 μείζων τούτων ἄλλη ἐντολὴ οὐκ ἔστι. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Γραμματεύς, Καλῶς διδάσκαλε ἐπ' ἀληθείας εἶπας, ὅτι 33 εἷς ἐστι Θεός, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ· Καὶ τὸ ἀγαπᾶν αὐτὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς συνέσεως, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος, καὶ τὸ ἀγαπᾶν τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν, πλεῖόν ἐστι πάντων 34 τῶν ὁλοκαυτωμάτων καὶ τῶν θυσιῶν. Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἰδὼν αὐτόν, ὅτι νουνεχῶς ἀπεκρίθη, εἶπεν αὐτῷ, Οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Καὶ οὐδεὶς οὐκέτι ἐτόλμα 35 αὐτὸν ἐπερωτῆσαι. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἔλεγε, διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ, Πῶς λέγουσιν οἱ Γραμματεῖς, ὅτι ὁ 36 Χριστὸς υἱός ἐστι Δαβίδ; Αὐτὸς γὰρ Δαβὶδ εἶπεν ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον 37 τῶν ποδῶν σου. Αὐτὸς οὖν Δαβὶδ λέγει αὐτὸν Κύριον· καὶ πόθεν υἱὸς αὐτοῦ ἐστι; Καὶ ὁ πολὺς ὄχλος ἤκουεν αὐτοῦ ἡ-38 δέως. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, Βλέπετε ἀπὸ τῶν Γραμματέων, τῶν θελόντων ἐν στολαῖς περιπα-39 τεῖν, καὶ ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, Καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ πρωτοκλισίας ἐν τοῖς 40 δείπνοις. Οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι· οὗτοι λήψονται περισσότερον 41 κρίμα. Καὶ καθίσας ὁ Ἰησοῦς κατέναντι τοῦ γαζοφυλακίου, ἐθεώρει πῶς ὁ ὄχλος βάλλει χαλκὸν εἰς τὸ γαζοφυ-42 λάκιον· καὶ πολλοὶ πλούσιοι ἔβαλλον πολλά. Καὶ ἐλθοῦσα μία χήρα πτωχὴ ἔβαλε λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης. 43 Καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγει αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἡ χήρα αὕτη ἡ πτωχὴ πλεῖον πάν-44 των βέβληκε τῶν βαλόντων εἰς τὸ γαζοφυλάκιον. Πάντες γὰρ ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον· αὕτη δὲ ἐκ τῆς ὑστερήσεως αὐτῆς πάντα ὅσα εἶχεν ἔβαλεν, ὅλον τὸν βίον αὐτῆς.

XIII. 1 Καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἐκ τοῦ ἱεροῦ, λέγει αὐτῷ εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Διδάσκαλε, ἴδε ποταποὶ 2 λίθοι καὶ ποταπαὶ οἰκοδομαί. Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ, Βλέπεις ταύτας τὰς μεγάλας οἰκοδομάς; 3 οὐ μὴ ἀφεθῇ λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ. Καὶ καθημένου αὐτοῦ εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν κατέναντι τοῦ ἱεροῦ, ἐπηρώτων αὐτὸν κατ' ἰδίαν Πέτρος καὶ Ἰάκωβος 4 καὶ Ἰωάννης καὶ Ἀνδρέας· Εἰπὲ ἡμῖν πότε ταῦτα ἔσται, καὶ τί τὸ σημεῖον ὅταν μέλλῃ πάντα ταῦτα συντελεῖσθαι; 5 Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς αὐτοῖς, ἤρξατο λέγειν, Βλέπετε 6 μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ. Πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες, Ὅτι ἐγώ εἰμι· καὶ πολλοὺς πλανή-7 σουσιν. Ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους καὶ ἀκοὰς πολέμων, μὴ

braham, & Deus Isaac, & Deus Jacob? Non est Deus 27 mortuorum, sed Deus viventium: vos igitur multum erratis. Et quum accessisset quidam e Scribis, & au- 28 disset eos [21] simul disputantes, videretque quod bene respondisset eis, interrogavit illum, Quod est primum omnium præceptorum? Jesus autem respondit illi, 29 Primum omnium præceptum est, Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus unus est: Et diliges 30 Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, [22] & ex totis viribus: hoc est primum præceptum. Et secundum 31 [23] simile hoc est, Diliges proximum tuum ut teipsum: majus his aliud præceptum non est. Et dixit 32 illi Scriba, Bene præceptor cum veritate dixisti, quod unus sit Deus, & non sit alius præter illum: Quodque 33 diligere eum ex toto corde, & ex tota intelligentia, & ex tota anima, & ex totis viribus, ac diligere proximum ut seipsum, plus sit quam universa holocautomata & victimæ. At Jesus quum videret [24] quod cor- 34 date respondisset, dixit illi, Haud longe abes a regno Dei. Et nemo post illa audebat illum interrogare. [25] Et respondens Jesus dicebat, docens in templo, 35 Quomodo dicunt Scribæ, Christum esse filium David? Nam ipse David dixit afflatus Spiritu sancto, 36 Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris mihi, donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo David vocat eum Dominum: & un- 37 de filius ejus est? Et pleraque turba audiebat illum libenter. Et dicebat illis in doctrina sua, Cavete a 38 Scribis, qui amant stolati obambulare, & amant salutationes in foris, Primasque sellas in congregationibus, 39 [26] & primos accubitus in cœnis. [27] Qui devorant do- 40 mos viduarum, & sub prætextu longas faciunt preces: isti accipient [28] graviorem damnationem. Et quum 41 sederet Jesus ex adverso gazophylacii, spectabat quomodo turba [29] mitteret æs in gazophylacium: & multi divites mittebant multa. Et venit quædam vidua 42 pauper, misitque minuta duo, [30] quod est quadrans. [31] Vocatisque ad se discipulis suis, dicit illis, Amen 43 dico vobis, quod vidua hæc pauper plus misit quam omnes qui miserunt in gazophylacium. Nam omnes 44 ex eo quod ipsis supererat miserunt: at hæc e penuria sua omnia quæcunque habebat misit, totam substantiam suam. Et quum exiret e templo, dicit illi 1 XIII. quidam e discipulis illius, Præceptor, vide [1] quales lapides & quales substructiones. Et Jesus respondens 2 ait illi, [2] Vides has magnas substructiones? non relinquetur lapis super lapidem, qui non diruatur. Et 3 quum sederet in monte olivarum e regione templi, interrogabant illum secreto Petrus & Jacobus & Joannes & Andreas: Dic nobis quando hæc erunt, & quod 4 signum est quando hæc omnia sint consummanda? At 5 Jesus respondens illis, cœpit dicere, Videte ne quis vos fallat. Multi enim venient in nomine meo, [3] dicentes, 6 Ego sum Christus: multosque decipient. Quum autem 7 audie-

21 *Conquirentes*] συζητοῦντας, id est, *simul disputantes.*

22 *Ex tota virtute*] ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, id est, *ex toto robore tuo.* Nam ipse mox vertit *fortitudine.* *Virtus* enim apud Latinos ambigua vox est.

23 *Simile est illi*] Græce est, *Et simile est illud.* Καὶ δευτέρα ὁμοία αὕτη. Primum præceptum est, *Diliges Dominum Deum tuum.* Et alterum simile, videlicet hoc, *Diliges proximum,* &c. Interpres legisse videtur ταύτῃ pro αὕτη.

24 *Quod sapienter respondisset*] νουνεχῶς. Composita dictio est ab eo quod est, νοῦν ἔχειν, id est, *mentem habere,* qua periphrasi Græci significant *sapere,* sive *cordatum esse,* unde *cordate* vertimus.

25 *Et respondens Jesus dicebat, docens*] Καὶ ἀποκριθείς. Reperies aliquot locis hoc participium ita positum, ut sensus magis exigat, ἀνακρινόμενος, id est, *interrogans.* Nisi mavis ex hoc intelligi sermonem aliorum præcessisse, quem Evangelista non retulerit.

26 *Et primos discubitus*] Debebat sibi constare Interpres, posteaquam cœperat nomina vertere in verba; sic enim est Græce, τῶν θελόντων ἐν στολαῖς περιπατεῖν, καὶ ἀσπασμοὺς ἐν ἀγοραῖς, καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν συναγωγαῖς, καὶ πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις, id est, *volentibus in stolis obambulare, & salutationes in foris, & præsidentias in synagogis, & primos accubitus in cœnis:* aut, *qui cupiunt in stolis obambulare, ac salutari in foris, & primas tenere cathedras in synagogis, primoque loco accumbere in cœnis.*

27 *Qui devorant domos* &c.] Græca sic habent, Οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι, id est, *Devorantes domos viduarum, & prætextu longas facientes precationes,* sive *sub prætextu prolixe precantes.*

28 *Prolixius*] περισσότερον, id est, *abundantius,* sive *plus judicii.* Porro *judicium* appellat *condemnationem,* quemadmodum frequenter accipitur in arcanis litteris. Quam rem annotavit & divus Augustinus libro *de Agone Christiano,* capite vigesimo septimo.

29 *Jactaret*] βάλλει, id est, *mitteret,* sive *jaceret.* Nam jactu mittunt hujusmodi.

30 *Quod est quadrans*] Græce scribens abusus est voce Latina, κοδράντης, licet depravata.

31 *Et convocans*] προσκαλεσάμενος, id est, *advocans,* sive *cum ad se vocasset.*

1 *Quales lapides*] ποταποί. Miror cur Laurentius *quales* mutandum putarit in *quantos:* ποταποὺς enim sonat *cujusmodi,* sed ita ut non simplicem habeat interrogationem, ut ποῖος, sed admirationem potius in bonam partem, velut si de ignoto sciscitaris, recte dixeris, ποῖος οὗτος, sed ποταπὸς non recte dixeris.

2 *Vide has omnes*] Βλέπεις, id est, *Vides.* In nonnullis erat Βλέπετε, id est, *Videtis.*

3 *Dicentes quia ego sum*] Ὅτι ἐγώ εἰμι. *Quia* hoc loco tantum affirmat, & ob id erat omittendum. Sermo neque ad Græcam proprietatem respondet, neque ad Romanam. Potest autem bifariam accipi: *Dicentes, Ego sum,* ut subaudias *Christus.* Aut, *Dicentes, se esse eum qui ego sum.* Incommodum vitari poterat, si vertisset, *Dicentes, Ego sum Christus.*

8 μὴ θροεῖθε· δεῖ γὰρ γενέσθαι· ἀλλ' ἔπω τὸ τέλος. Ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν· καὶ ἔσονται σεισμοὶ κατὰ τόπυς, καὶ ἔσονται λιμοὶ 9 καὶ ταραχαί· ἀρχαὶ ὠδίνων ταῦτα. Βλέπετε δὲ ὑμεῖς ἑαυτὺς· παραδώσυσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια καὶ εἰς συναγωγάς· δαρήσεσθε, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων 10 ἀχθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. Καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη δεῖ πρῶτον κηρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον. 11 Ὅταν δὲ ἀγάγωσιν ὑμᾶς παραδιδόντες, μὴ προμεριμνᾶτε τί λαλήσητε, μηδὲ μελετᾶτε· ἀλλ' ὃ ἐὰν δοθῇ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, τῦτο λαλεῖτε· ὐ γάρ ἐςε ὑμεῖς οἱ λα- 12 λῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνον· καὶ ἐπανα- 13 ςήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς, καὶ θανατώσυσιν αὐτύς. Καὶ ἔσεσθε μισύμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μυ· ὁ δὲ ὑπο- 14 μείνας εἰς τέλος, ὗτος σωθήσεται. Ὅταν δὲ ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τῦ προφήτου, ἑςὸς ὅπυ ὐ δεῖ, ὁ ἀναγινώσκων νοείτω, τότε οἱ 15 ἐν τῇ Ἰυδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη. Ὁ δὲ ἐπὶ τῦ δώματος, μὴ καταβάτω εἰς τὴν οἰκίαν, μηδὲ εἰσελθέτω ἆραί 16 τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτῦ. Καὶ ὁ εἰς τὸν ἀγρὸν ὤν, μὴ ἐπι- 17 ςρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω, ἆραι τὸ ἱμάτιον αὐτῦ. Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαςρὶ ἐχύσαις καὶ ταῖς θηλαζύσαις ἐν ἐκείναις 18 ταῖς ἡμέραις. Προσεύχεσθε δὲ, ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑ- 19 μῶν χειμῶνος. Ἔσονται γὰρ αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι θλίψις, οἵα ὐ γέγονε τοιαύτη ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως, ἧς ἔκτισεν ὁ Θεὸς, ἕως 20 τῦ νῦν, καὶ ὐ μὴ γένηται. Καὶ εἰ μὴ ὁ Κύριος ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας, ὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ· ἀλλὰ διὰ τὺς ἐκ- 21 λεκτὺς, ὓς ἐξελέξατο, ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας. Καὶ τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, Ἰδὺ ὧδε ὁ Χριςὸς, ἰδὺ ἐκεῖ, μὴ πι- 22 ςεύετε. Ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριςοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δώσυσι σημεῖα καὶ τέρατα πρὸς τὸ ἀποπλα- 23 νᾷν, εἰ δυνατὸν, καὶ τὺς ἐκλεκτύς. Ὑμεῖς δὲ βλέ- 24 πετε· ἰδὺ προείρηκα ὑμῖν πάντα. Ἀλλ' ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις μετὰ τὴν θλίψιν ἐκείνην ὁ ἥλιος σκοτισθή- 25 σεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, Καὶ οἱ ἀςέρες τῦ ὐρανῦ ἔσονται ἐκπίπτοντες, καὶ αἱ δυνά- 26 μεις αἱ ἐν τοῖς ὐρανοῖς σαλευθήσονται. Καὶ τότε ὄψονται τὸν Υἱὸν τῦ ἀνθρώπυ ἐρχόμενον ἐν νεφέλαις μετὰ δυνά- 27 μεως πολλῆς καὶ δόξης. Καὶ τότε ἀποςελεῖ τὺς Ἀγγέλυς αὐτῦ, καὶ ἐπισυνάξει τὺς ἐκλεκτὺς αὐτῦ ἐκ τῶν τεσ- 28 σάρων ἀνέμων, ἀπ' ἄκρυ γῆς ἕως ἄκρυ ὐρανῦ. Ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολήν· ὅταν αὐτῆς ἤδη ὁ κλάδος ἁπαλὸς γένηται, καὶ ἐκφυῇ τὰ φύλλα, γινώσκετε 29 ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος ἐςίν· Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ταῦτα ἴδητε γινόμενα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐςιν ἐπὶ θύραις. 30 Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, μέ- 31 χρις ὗ πάντα ταῦτα γένηται. Ὁ ὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύ- 32 σονται, οἱ δὲ λόγοι μυ ὐ μὴ παρέλθωσι. Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας ὐδεὶς οἶδεν, ὐδὲ οἱ Ἄγγελοι οἱ 33 ἐν ὐρανῷ, ὐδὲ ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατήρ. Βλέπετε, ἀγρυπνεῖ- 34 τε, καὶ προσεύχεσθε· ὐκ οἴδατε γὰρ πότε ὁ καιρός ἐςιν. Ὡς ἄνθρωπος ἀπόδημος ἀφεὶς τὴν οἰκίαν αὐτῦ, καὶ δὺς τοῖς δύλοις αὐτῦ τὴν ἐξυσίαν, καὶ ἑκάςῳ τὸ ἔργον αὐτῦ, καὶ 35 τῷ θυρωρῷ ἐνετείλατο ἵνα γρηγορῇ. Γρηγορεῖτε ὖν· (ὐκ οἴδατε γὰρ πότε ὁ κύριος τῆς οἰκίας ἔρχεται, ὀψὲ, ἢ μεσο-

audieritis bella 4 & rumores bellorum, ne turbemini: oportet enim fieri: at nondum finis. Insurget enim 8 gens adversus gentem, 5 & regnum adversus regnum: & erunt terræmotus in singulis locis, & erunt fames ac turbationes: initia dolorum hæc. Sed 6 cavete vos 9 vobis: tradent enim vos 7 in concilia & in synagogas: cædemini, 8 & sub præsidibus ac regibus ducemini propter me in testimonium illis. Et apud omnes gentes 10 oportet prius prædicari Evangelium. Quum autem 11 duxerint vos tradentes, 9 ne præcogitetis quid dicturi sitis, neque meditemini: 10 sed quicquid datum fuerit vobis in illa hora, hoc loquamini: 11 non enim estis vos qui loquimini, sed Spiritus sanctus. Traditurus est 12 autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & 12 insurgent filii adversus parentes, ac morte afficient eos. Et eritis odio habiti ab omnibus propter nomen 13 meum: sed qui perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit. Porro quum videritis 13 abominationem de- 14 solationis, de qua dictum est a Daniele propheta, stantem 14 ubi non oportet, qui legerit, intelligat, tunc qui fuerint in Judæa, fugiant ad montes. Qui vero 15 fuerit in tecto, ne descendat in domum, nec ingrediatur ut quicquam tollat e domo sua. Et qui fuerit in agro, 16 ne revertatur ad ea quæ reliquit a tergo, ad tollendum pallium suum. Væ autem prægnantibus 15 & lactanti- 17 bus in illis diebus. Sed orate, ne fiat fuga vestra hye- 18 me. Erunt enim dies illi talis 16 afflictio, qualis non fuit 19 a primordio 17 rerum conditarum, quas condidit Deus, usque ad hoc tempus, 18 nec futura est. Et nisi Domi- 20 nus 19 abbreviasset dies, haudquaquam salva fuisset universa caro: sed propter electos, quos elegit, abbreviavit dies. Ac tum si quis vobis dixerit, 20 Ecce hic Christus, 21 ecce illic, ne credatis. Exorientur enim pseudochri- 22 sti & pseudoprophetæ, & edent signa ac prodigia ad decipiendum, si fieri possit, etiam electos. Vos autem 23 cavete: ecce prædixi vobis omnia. Cæterum in illis 24 diebus post afflictionem illam sol obtenebrabitur, & luna non dabit splendorem suum, Et stellæ cœli deci- 25 dent, & virtutes quæ in cœlis sunt concutientur. Et 26 tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum potestate multa & gloria. Et tunc mittet Ange- 27 los suos, & aggregabit electos suos a quatuor ventis, a summo terræ usque ad summum cœli. A ficu vero di- 28 scite similitudinem: quum ramus ejus jam tener fuerit, produxeritque folia, scitis quod prope sit æstas. Sic 29 & vos, quum hæc videritis fieri, scitote quod prope sit in foribus. Amen dico vobis, quod non præteribit gene- 30 ratio hæc, donec omnia hæc facta fuerint. Cœlum & 31 terra præteribunt, sed verba mea non præteribunt. Cæterum de die illo ac tempore nemo novit, 21 ne 32 Angeli quidem qui in cœlo sunt, nec ipse Filius, sed solus Pater. Cavete, vigilate, & orate: nescitis enim 33 quando tempus sit. Sicut homo qui peregre agit reli- 34 cta domo sua, deditque servis suis potestatem, 22 ac suum cuique opus, & janitori mandavit ut vigilaret. Vigilate igitur: (nescitis enim quando dominus domus 35 ven-

4 *Et opiniones*] ἀκοὰς, id est, *rumores.* Nam ad verbum sonat *auditiones.*

5 *Et regnum super regnum*] Cur non potius, *contra regnum?* Sicut modo verterat. Nam eadem est præpositio Græcis, ἐπί.

6 *Videte vosmetipsos*] Consentiunt quidem Græci codices, verum mutanda erat hoc loco Græci sermonis figura: *Cavete vobisipsis.* Neque vero est otiosa pronominis additio, quo discernuntur discipuli a cæteris. Et haud scio, an scriptum fuerit a Marco, ἑαυτοῖς.

7 *In conciliis*] Rectius erat, *in concilia*, εἰς συνέδρια.

8 *Et ante præsides*] καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων ἀχθήσετε, id est, *& sub præsidibus & regibus ducemini*, ut intelligas eos ad judices duci.

9 *Nolite præcogitare*] μὴ προμεριμνᾶτε, id est, *ne ante sitis solliciti*, sive *anxii*, sive *ne cum sollicitudine præcogitetis*, id quod solent acturi causam apud Principes.

10 *Quod datum vobis*] ὃ ἐὰν δοθῇ, id est, *quodcunque datum fuerit.*

11 *Non enim vos estis loquentes*] ὐ γάρ ἐςε ὑμεῖς οἱ λαλῦντες, id est, *non enim vos estis qui loquimini*, ut vertit in Matthæo.

12 *Et consurgent*] ἐπαναςήσονται, id est, *insurgent.*

13 *Abominationem desolationis*] τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως. Sed hoc loco addunt Græci codices, an recte, viderint alii, τὸ ῥηθὲν ἀπὸ Δανιὴλ τῦ προφήτυ, id est, *dictum a Daniele propheta.* Apparet enim ex Matthæo huc adjectum. Quanquam & illic ab alio quopiam additum videri poterat, nisi sic ab Origene citaretur.

14 *Ubi non debet*] ὅπυ ὐ δεῖ, *ubi non oportet.*

15 *Et nutrientibus*] καὶ θηλαζύσαις, id est, *lactantibus.*

16 *Tribulationes*] θλίψις, id est, *tribulatio, qualis non fuit:* ut sit appositio ad epitasin faciens, cum dies calamitosos *calamitatem* vocet.

17 *Creatura*] κτίσεως. Ut sit verbale. Quanquam reperimus hanc dictionem ancipitem in Litteris Sacris. Aliquoties usurpatur pro ipsa *conditione* seu *creatione*, nonnunquam pro *rebus conditis.*

18 *Neque fient*] ὐδὲ ὐ μὴ γένηται, id est, *neque fiat.* Quanquam videtur abusus tempore, ut sæpenumero occurrunt hujusmodi, præsertim addita gemina negatione, ὐ μή.

19 *Abbreviasset dies*] ἐκολόβωσε, id est, *decurtasset*, amputata parte aliqua prioris mensuræ. Nam hoc est κολοβῦν, ut admonuimus in Matthæo.

20 *Ecce hic est*] Ἰδὺ ὧδε ὁ Χριςὸς, id est, *Ecce hic Christus.* Et *hic* adverbium est, non nomen.

21 *Neque Angeli in cælo*] οἱ ἐν τῷ ὐρανῷ, id est, *qui sunt in cælo.* Apud Matthæum non est mentio Filii.

22 *Potestatem cujusque operis*] Græce est, ἑκάςῳ τὸ ἔργον αὐτῦ, id est, *unicuique opus suum.* Cæterum in nonnullis codicibus Græcis habebatur τὴν ὐσίαν, id est, *substantiam*, in aliis τὴν ἐξυσίαν, id est, *potestatem.* Prior lectio magis congruit cum parabola quæ est apud Matthæum de bonis in famulos distributis.

36 σονυκτίυ, ἢ ἀλεκτοροφανίας, ἢ πρωΐ) Μὴ ἐλθὼν ἐξ-
37 αίφνης, εὕρῃ ὑμᾶς καθεύδοντας. Ἃ δὲ ὑμῖν λέγω,
XIV. 1 πᾶσι λέγω, Γρηγορεῖτε. Ἦν δὲ τὸ Πάσχα, καὶ τὰ
ρυτ α Ἄζυμα μετὰ δύο ἡμέρας· καὶ ἐζήτυν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ
ρυζ ς οἱ Γραμματεῖς, πῶς αὐτὸν ἐν δόλῳ κρατήσαντες ἀποκτεί-
2 νωσιν. Ἔλεγον δὲ, Μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, μήποτε θόρυβος
ρυῆ α 3 ἔσαι τῦ λαῦ. Καὶ ὄντος αὐτῦ ἐν Βηθανίᾳ ἐν τῇ οἰκίᾳ
Σίμωνος τῦ λεπρῦ, κατακειμένυ αὐτῦ, ἦλθε γυνὴ ἔχυ-
σα ἀλάβαστρον μύρυ νάρδυ πιςικῆς πολυτελῦς, καὶ
συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον, κατέχεεν αὐτῦ κατὰ τῆς
4 κεφαλῆς. Ἦσαν δέ τινες ἀγανακτῦντες πρὸς ἑαυτὺς,
καὶ λέγοντες, Εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη τῦ μύρυ γέ-
5 γονεν; Ἠδύνατο γὰρ τῦτο πραθῆναι ἐπάνω τριακο-
σίων δηναρίων, καὶ δοθῆναι τοῖς πτωχοῖς· καὶ ἐνεβρι-
6 μῶντο αὐτῇ. Ὁ δὲ Ἰησῦς εἶπεν, Ἄφετε αὐτήν· τί
αὐτῇ κόπυς παρέχετε; καλὸν ἔργον εἰργάσατο εἰς
7 ἐμέ. Πάντοτε γὰρ τὺς πτωχὺς ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν,
καὶ ὅταν θέλητε, δύνασθε αὐτὺς εὖ ποιῆσαι· ἐμὲ δὲ
ρυθ δ 8 ὐ πάντοτε ἔχετε. Ὃ εἶχεν αὕτη ἐποίησε· προέλα-
9 βε μυρίσαι μυ τὸ σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμόν. Ἀμὴν
λέγω ὑμῖν, ὅπυ ἂν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τῦτο εἰς ὅ-
λον τὸν κόσμον, καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη, λαληθήσεται εἰς
ρξ β 10 μνημόσυνον αὐτῆς. Καὶ ὁ Ἰῦδας ὁ Ἰσκαριώτης, εἷς τῶν
δώδεκα, ἀπῆλθε πρὸς τὺς Ἀρχιερεῖς, ἵνα παραδῷ αὐ-
11 τὸν αὐτοῖς. Οἱ δὲ ἀκύσαντες ἐχάρησαν, καὶ ἐπηγ-
γείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δῦναι· καὶ ἐζήτει πῶς εὐκαί-
12 ρως αὐτὸν παραδῷ. Καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν Ἀζύ-
μων, ὅτε τὸ Πάσχα ἔθυον, λέγυσιν αὐτῷ οἱ μαθη-
ταὶ αὐτῦ, Πῦ θέλεις ἀπελθόντες ἑτοιμάσωμεν, ἵνα φά-
13 γῃς τὸ Πάσχα; Καὶ ἀποςέλλει δύο τῶν μαθητῶν αὐ-
τῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς, Ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἀ-
παντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαςάζων, ἀκο-
14 λυθήσατε αὐτῷ· Καὶ ὅπυ ἐὰν εἰσέλθῃ, εἴπατε τῷ οἰ-
κοδεσπότῃ, Ὅτι ὁ διδάσκαλος λέγει, Πῦ ἐςι τὸ κατά-
λυμα, ὅπυ τὸ Πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μυ φάγω;
15 Καὶ αὐτὸς ὑμῖν δείξει ἀνώγεον μέγα, ἐςρωμένον, ἕτοι-
16 μον· ἐκεῖ ἑτοιμάσατε ἡμῖν. Καὶ ἐξῆλθον οἱ μαθηταὶ
αὐτῦ, καὶ ἦλθον εἰς τὴν πόλιν, καὶ εὗρον καθὼς εἶ-
ρξᾱ δ 17 πεν αὐτοῖς, καὶ ἡτοίμασαν τὸ Πάσχα. Καὶ ὀψίας γε-
18 νομένης, ἔρχεται μετὰ τῶν δώδεκα. Καὶ ἀνακειμένων
αὐτῶν καὶ ἐσθιόντων, εἶπεν ὁ Ἰησῦς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν,
ρξβ α 19 ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με, ὁ ἐσθίων μετ' ἐμῦ. Οἱ
δὲ ἤρξαντο λυπεῖσθαι, καὶ λέγειν αὐτῷ εἷς καθ' εἷς,
Μή-

A venturus sit, sero, an medio noctis, 23 an in gallicinio, an diluculo) Ne si venerit repente, offendat vos 36 dormientes. Cæterum quæ dico vobis, omnibus di- 37 co, Vigilate. Erat autem 1 Pascha, & Azymorum XIV. 1 dies futuri post biduum: & quærebant summi Sacerdotes & Scribæ, quomodo eum 2 per dolum comprehensum occiderent. 3 Dicebant autem, Non in 2 die festo, 4 ne tumultus fiat populi. Et quum esset 3 Bethaniæ in domo Simonis leprosi, accumbente eo, venit mulier habens alabastrum unguenti 5 nardi pisticæ pretiosæ, & comminuto alabastro, effudit illi in caput. Erant autem quidam qui indignarentur apud 4 sese, ac dicerent, 6 Ad quid perditio hæc unguenti? B Nam poterat hoc vendi pluris quam trecentis denariis, 5 ac dari pauperibus: & infremuerunt adversus illam. At Jesus dixit, Sinite illam: cur illi molesti 6 estis? bonum opus operata est erga me. Semper enim 7 pauperes habetis vobiscum, & quandocunque volueritis, potestis illis bene facere: me vero non semper habetis. Quod potuit hæc fecit: 7 prævenit ut ungeret 8 meum corpus ad sepulturam. Amen dico vobis, 9 ubicunque prædicatum fuerit Evangelium hoc in totum mundum, etiam hoc quod fecit hæc, dicetur C 8 in memoriam ipsius. Et Judas Iscariotes, unus e duo- 10 decim, abiit ad summos Sacerdotes, ut proderet eum illis. Quo audito illi gavisi sunt, & polliciti sunt ei 11 pecuniam se daturos: & quærebat quomodo opportune illum traderet. Ac primo die Azymorum, quum 12 Pascha immolarent, dicunt illi discipuli sui, Ubi vis ut abeamus & paremus, ut edas Pascha? Et emittit 13 duos e discipulis suis, & dicit illis, Ite in civitatem, & occurret vobis homo 9 hydriam fictilem aquæ plenam bajulans, sequimini illum: Et quocunque ingres- 14 sus fuerit, dicite patrifamilias, Magister dicit, 10 Ubi est diversorium, ubi Pascha cum discipulis meis edam? D Et ille vobis ostendet 11 triclinium magnum, 12 stra- 15 tum, paratum: illic parate nobis. Et exierunt disci- 16 puli ejus, & venerunt in civitatem, & repererunt quemadmodum dixerat illis, paraveruntque Pascha. Et quum vespera jam esset, venit cum duodecim. 17 Et quum accumberent ederentque, dixit Jesus, Amen 18 dico vobis, unus ex vobis proditurus est me, qui edit mecum. At illi cœperunt esse mœsti, ac dicere illi 19 sin-

23 *An galli cantu*] ἀλεκτοροφωνίας, id est, *gallicinio*. Est enim Græcis dictio composita, sicut & illa, μεσονυκτίυ, quasi dicas *medinoctio*.

1 **P**Ascha & *Azyma*] *Azyma* pluralis est numeri, quemadmodum dicimus *Lupercalia*, *Saturnalia*, unde vertere poterat, *tempus azymorum*, quo abstinebant a fermentatis.

2 *Dolo tenerent*] ἐν δόλῳ κρατήσαντες ἀποκτείνωσιν, id est, *per dolum captum* sive *comprehensum occiderent*. *In* enim præpositio pro *per* usurpatur Hebræis.

3 *Dicebant enim*] Ἔλεγον δὲ, *Dicebant autem*. Quanquam id minimum refert.

4 *Ne forte tumultus*] μήποτε, id est, *ne*, aut *nequando*; de quo non semel jam admonuimus.

5 *Nardi spicati*] *Pistica* legendum, quod *nardus* sit fœminini generis. Laurentius existimat *pistiicam* vocari, *probatam* & *spectatam*, arguens divum Augustinum, qui putet a loco dictum. Allusum autem ad fidem Christianam, quod Græce πίςις dicatur *fides*. Interpres vertit *spicatam*, eo quod nardi genus quoddam vocetur *spica*, sive *spicum nardi*. Theophylactus Græcus Interpres, licet recentior, ambigit utrum *pistica* dicatur, species nardi ejus cognominis, an *probata*, velut ἄδολος, hoc est, *germana*, nulla arte vitiata. At Dioscorides complura nardorum genera commemorans, quibus cognomina sint a locis addita, *pistica* nullam mentionem fecit, neque Plinius. Is, cujus exstant in Marcum Commentaria Hieronymi nomine, sed falso, belle & expedite scilicet interpretatur *pisticam*, hoc est, *mysticam*. Hugo Carrensis interpretatur *unguentum mixtum*, quod non solum e foliis ac radice, verum etiam e spicis nardi conflatum sit, quasi vero non longe optimum sit quod e foliis conficiatur. Plinius enim libro duodecimo cap. duodecimo tradit folium nardi in unguentis tenere principatum. Quo loco licebit plura de generibus nardi discere, si cui vacat. Inibi fit mentio *pseudonardi* passim nascentis: hanc herbam esse puto quam vulgo dicimus *lavendulam*, *crassiore*, ut inquit, *atque latiore folio*, & *colore languido in candidum vergente*. Veram autem nardum depingit his verbis: *Frutex est gravi & crassa radice, sed brevi ac nigra fragilique quamvis pingui, situm redolente ut cyperi, aspero sapore, folio parvo densoque. Cacumina in aristas se spargunt, ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrant.* Fieri tamen potuit, ut Marcus vulgari more loquens Latinam vocem corrupte posuerit, *pisticum* appellans pro *spicatam*. Mirum enim quam depravate Græci Latinorum nomina usurpent. De *alabastrite* lapide meminit idem lib. trigesimo sexto cap. septimo. Quum enim proximo capite meminisset *onychis*, ita prosequitur: *Hunc alioqui lapidem alabastritem vocant, quem cavant ad vasa unguentaria, quoniam optime ea incorrupta servare dicitur.* Hæc consentiunt cum eo quod scribit Horatius in Odis,

Nardi parvus onyx eliciet cadum.

Beda refert de *nardo* & *alabastro* ex his duobus Plinii locis, quos indicavi, mutatis aliquot verbis, mire dissimulans auctorem, quasi Plinius sit auctor pudendus, præsertim quum de rebus naturalibus agitur. Quanquam fieri potest, ut Beda Plinium in spatio marginis annotarit, quemadmodum in præfatione testatur se annotasse titulos eorum, e quibus hauserat quæ refert. Verum hos omisit Scribarum inertia. Quod idem factum est in Commentariis, quos edidit in Evangelium Lucæ, quum ipse Lectorem aut Scribam obsecret, ne has nomenclaturas omitteret. Cautius fecit Thomas Aquinas, qui in Catena sua titulos auctorum ipsi contextui admiscuit. Ex Catena videtur & Theophylactus id temporis fuisse versus, adeo conveniunt quæ illic referuntur nomini Theophylacti. Quin & illud mirandum, quum pleraque Græcorum monumenta tum in Sacris Litteris tum in philosophicis appareat tum fuisse versa, sic interisse, ut nusquam exstent. Id casu factum videri vix potest. Lyranus macerat sese, num herba sit *nardus*, an frutex, an parvula arbuscula.

6 *Ut quid*] Εἰς τί, id est, *Ad quid*.

7 *Prævenit ungere corpus meum*] Non est χρίσαι, quod est *quocunque illitu ungere*, sed μυρίσαι, quod proprie est *unguentis & odoramentis ungere*.

8 *In memoriam ejus*] εἰς μνημόσυνον αὐτῆς, id est, *in monumentum ejus*, subaudi *mulieris*, de quo in Matthæo admonuimus.

9 *Lagenam*] κεράμιον, id est, *vas fictile*, sive *aqualem fictilem*, nisi quod dure *hydria* sive *aquali* additur *aqua*. Mollius erit si dicas *aqua plenam*; nam *aqualis* est etiam vacua.

10 *Ubi est refectio*] κατάλυμα. Laurentius mavult *diversorium*, ut vertit apud Lucam, quanquam utrumque vox Græca significat.

11 *Cœnaculum*] ἀνώγεον, *triclinium* intelligit, sed lectis stratis, in quibus olim discumbebatur. Dictum est autem Græcis ἀνώγεον, quod subductius sit a solo, quod Veteres in superiore ædium parte cœnitarent.

12 *Stratum*] Post hoc in Græcis codicibus additur ἕτοιμον, id est, *paratum*, sed aliunde, ni fallor, huc transcriptum.

13 *Num-*

20 Μήτι ἐγώ; καὶ ἄλλος, Μήτι ἐγώ; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Εἷς ἐκ τῶν δώδεκα ὁ ἐμβαπτόμενος 21 μετ' ἐμȣ͂ εἰς τὸ τρυβλίον. Ὁ μὲν Υἱὸς τȣ͂ ἀνθρώπȣ ὑπάγει, καθὼς γέγραπται περὶ αὐτȣ͂· ȣ᾽αὶ δὲ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' ȣ͂ ὁ Υἱὸς τȣ͂ ἀνθρώπȣ παραδίδοται· 22 καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ ȣ᾽κ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος. Καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησȣ͂ς ἄρτον, εὐλογήσας ἔκλασε, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ εἶπε, Λάβετε, φάγετε, 23 τȣ͂τό ἐςι τὸ σῶμά μȣ. Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, εὐχαριςήσας ἔδωκεν αὐτοῖς· καὶ ἔπιον ἐξ αὐτȣ͂ πάντες. 24 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Τȣ͂τό ἐςι τὸ αἷμά μȣ τὸ τῆς καινῆς 25 διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ȣ᾽κ ἔτι ȣ᾽ μὴ πίω ἐκ τȣ͂ γεννήματος τῆς ἀμπέλȣ, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω καινὸν ἐν 26 τῇ βασιλείᾳ τȣ͂ Θεȣ͂. Καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄ- 27 ρος τῶν ἐλαιῶν. Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησȣ͂ς, Ὅτι πάντες σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ· ὅτι γέγραπται, Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσεται 28 τὰ πρόβατα. Ἀλλὰ μετὰ τὸ ἐγερθῆναί με, προάξω 29 ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Ὁ δὲ Πέτρος ἔφη αὐτῷ, Καὶ 30 εἰ πάντες σκανδαλισθήσονται, ἀλλ' ȣ᾽κ ἐγώ. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησȣ͂ς, Ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι σήμερον ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, πρὶν ἢ δὶς ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ 31 με. Ὁ δὲ ἐκ περισσȣ͂ ἔλεγε, Μᾶλλον ἐάν με δέῃ συναποθανεῖν σοι, ȣ᾽ μή σε ἀπαρνήσομαι. Ὡσαύτως δὲ 32 καὶ πάντες ἔλεγον. Καὶ ἔρχονται εἰς χωρίον, ȣ͂ τὸ ὄνομα Γεθσημανῆ. Καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτȣ͂, Καθίσατε ὧδε, 33 ἕως ἀπελθὼν προσεύξωμαι. Καὶ παραλαμβάνει τὸν Πέτρον καὶ τὸν Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην μεθ' ἑαυτȣ͂, καὶ ἤρξατο ἐκ- 34 θαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. Καὶ λέγει αὐτοῖς, Περίλυπός ἐςιν ἡ ψυχή μȣ ἕως θανάτȣ· μείνατε ὧδε, καὶ γρη- 35 γορεῖτε. Καὶ προελθὼν μικρὸν, ἔπεσεν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ προσηύχετο, ἵνα, εἰ δυνατόν ἐςι, παρέλθῃ ἀπ' αὐτȣ͂ ἡ 36 ὥρα. Καὶ ἔλεγεν, Ἀββᾶ ὁ Πατὴρ, πάντα δυνατά σοι, παρένεγκε τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμȣ͂ τȣ͂το· ἀλλ' ȣ᾽ τί ἐγὼ θέ- 37 λω, ἀλλὰ τί σύ. Καὶ ἔρχεται, καὶ εὑρίσκει αὐτȣ͂ς καθεύδοντας· καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ, Σίμων καθεύδεις; ȣ᾽κ 38 ἴσχυσας μίαν ὥραν γρηγορῆσαι; Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν· τὸ μὲν πνεῦμα πρό- 39 θυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. Καὶ πάλιν ἀπελθὼν προσηύξα- 40 το, τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών. Καὶ ὑποςρέψας εὗρεν αὐτȣ͂ς πάλιν καθεύδοντας, (ἦσαν γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν βεβαρη-

singulatim, [13] Num ego? & alius, Num ego? Ille 20 vero respondens dixit illis, Unus e duodecim [14] qui intingit mecum in catinum. Filius quidem 21 hominis vadit, sicut scriptum est de illo: sed væ homini illi, per quem [15] Filius hominis proditur: bonum erat illi, si natus non fuisset homo ille. Et edentibus illis, sumpto Jesus pane, [16] quum 22 benedixisset, fregit, & dedit illis, ac dixit, [17] Sumite, comedite, hoc est corpus meum. Et accepto po- 23 culo, quum gratias egisset, dedit illis: & biberunt ex eo omnes. Et dixit illis, Hic est sanguis meus novi 24 testamenti, [18] qui pro multis effunditur. Amen di- 25 co vobis, [19] posthac non bibam [20] de fructu vitis, usque ad diem illum, quum illud bibero novum in regno Dei. [21] Et quum hymnum dixissent, exierunt 26 in montem olivarum. Et dicit illis Jesus, Omnes of- 27 fendiculum patiemini propter me in nocte hac: quia scriptum est, Percutiam pastorem, & dispergentur oves. Sed posteaquam resurrexero, præcedam vos in 28 Galilæam. Petrus autem dicit illi, Etiam si omnes 29 offendiculum passi fuerint, at non ego. Et dicit illi 30 Jesus, Amen dico tibi, quod hodie in nocte hac, [22] prius quam bis gallus cecinerit, ter abnegabis me. [23] At ille vehementius dicebat, Imo si me oportuerit 31 commori tibi, non te abnegabo. Similiter autem & omnes dicebant. Et veniunt [24] in locum, cujus no- 32 men Gethsemane. Et dicit discipulis suis, Sedete hic, donec digressus oravero. Et assumit Petrum & Jaco- 33 bum & Joannem secum, cœpitque [25] expavescere & angi. Et dicit illis, Dolore afficitur anima mea usque 34 ad mortem: manete hic, & vigilate. Et progressus 35 paululum, prostratus est in terram, & oravit, ut, si possibile esset, transiret a se hora. Et dicebat, [26] Ab- 36 ba Pater, omnia possibilia sunt tibi, aufer poculum a me hoc: verumtamen [27] non quid ego velim, sed quid tu. [28] Et venit, & offendit eos dormientes, dicitque 37 Petro, Simon dormis? non potuisti unam horam vigilare? Vigilate & orate, ne veniatis in tentatio- 38 nem: spiritus quidem promptus, at caro infirma. Et 39 rursum digressus orabat, & eumdem dixit sermonem. [29] Et reversus offendit illos rursum dormientes, (erant 40 enim oculi eorum gravati) neque sciebant quid illi respon-

13 *Nunquid ego*] Græci sic habent, *Μήτι ἐγώ; καὶ ἄλλος, Μήτι ἐγώ;* id est, *Nunquid ego? & alius, Nunquid ego?* At mihi sane videtur hoc ex interpretamento quopiam adjectum. Nam cum semel dixisset, *εἷς καθ' εἷς*, quid erat necesse addere, *& alius, & deinde alius?* Præsertim quum Marcus nihil aliud fere scripserit, quam Matthæi compendium.

14 *Qui intingit manum*] *ὁ ἐμβαπτόμενος*, id est, *qui intingit. Manum* Interpres addidit de suo. Atque sic habent antiquissimi codices: quanquam in Matthæo erat *ἐμβαψάμενος*, id est, *qui intinxit*. Nec hic necesse est accipi exacte temporis rationem. Non enim hoc expressit quid tum ageret Judas, sed his verbis indicavit ad quantam familiaritatem admissus esset, qui ex eadem patella cum Christo peteret intinctum.

15 *Filius hominis tradetur*] *παραδίδοται*, id est, *traditur*, præsentis temporis, sed usurpatum vice futuri. Sunt qui moveant scrupulum de verbo *trado*, cui non putant esse locum, nisi cum res in manum datur, aut posteris traditur: cum *prodere* sit nonnunquam *indicare*, nonnunquam *deserere*, aliquoties *in manum dare*, sed in malam partem.

16 *Et benedicens fregit*] *καὶ εὐλογήσας ἔκλασε*, id est, *cum benedixisset fregit*, non enim simul benedixit ac fregit. Et *benedicere* non est pingere gestu manus signum crucis, sed laudes Deo canere, & verba boni ominis dicere.

17 *Sumite, hoc est*] Græci addunt *Λάβετε, φάγετε*, id est, *Sumite, edite*, quemadmodum erat in Matthæo.

18 *Qui pro multis effundetur*] *τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον*, id est, *qui pro multis effunditur*. Jam enim hoc repræsentabat, quod paulo post esset futurum. Qui tantopere asseverant, quibus verbis Christus consecraverit, cum id nusquam expresse legatur, hunc annotent locum, quo res ita narratur, quasi Christus poculum porrexerit, deinde ubi bibissent, tum demum dixerit, *Hic est calix*, &c. Sic enim habent verba Evangelistæ, *Et accepto calice gratias agens, dedit eis: & biberunt ex illo omnes. Et ait illis, Hic est sanguis meus*, &c. Quanquam hac in re nolim esse perverse contentiosus, cum locus excusari possit per figuram *πρωθύστερον*.

19 *Quod jam*] *ὅτι ȣ᾽κ ἔτι*. *Jam* posuit pro *posthac*, nec male, quanquam obscurius.

20 *Ex hoc genimine*] *ἐκ τȣ͂ γεννήματος*. *Γέννημα* Græca vox est, quæ verti poterat *fructu*, sive *fœtu*. Et, *hoc*, pronomen, nec additur in Græcis exemplaribus, nec in antiquis Latinis, ut sit sensus, illum *nullum vinum postea gustaturum*. Unde & in cruce vinum myrrhatum admotum ori rejecit: nisi quod articulus *τȣ͂* nonnullam habet emphasin.

21 *Et hymno dicto*] *Καὶ ὑμνήσαντες*, id est, *Postquam dixissent laudes*, ut intelligas ab omnibus decantatas laudes.

22 *Bis vocem dederit*] Quod erat anceps in Matthæo, Marcus expedite dixit, ut *bis* referatur ad cantum galli. Noctem enim Veteres sic dividebant, occidente sole dicebatur *vespera*, ab hoc tempore prima fax, deinde *concubia*, & *intempesta*, quod noctis est medium. Mox *inclinatio noctis*, deinde *gallicinium*, inde *conticinium*, quum & galli conticescunt, & homines etiamnum quiescunt. Post hæc *diluculum*, quo rarescunt tenebræ. Deinde *mane clarum*. Ita Juvenalis,

Quod tamen ad galli cantum facit ille secundum,
Proximus ante diem caupo sciet. ---

23 *At ille amplius loquebatur*] *Ὁ δὲ ἐκ περισσȣ͂ ἔλεγε Μᾶλλον.* Rursum conduplicavit comparativum, exprimere volens vehementem asseverationem Petri. Nisi mavis *μᾶλλον* distinctione semovere a superioribus, & annectere his quæ consequuntur, *Μᾶλλον ἐάν με δέῃ*, id est, *Quin si me oporteat* &c. Ac mox conduplicata negatio, *ȣ᾽ μὴ*, non caret emphasi constantis asseverationis, quasi dicas *haud unquam*.

24 *In prædium*] *εἰς χωρίον*, quod alias vertit *agrum*, alias *villam*, significat autem *locum*. Cæterum *Gethsemane* locus est ad radices montis Oliveti. De quo admonuimus in Matthæo.

25 *Pavere & tædere*] *ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν*, id est, *expavescere & anxius esse*. Est enim posterius hoc impotenter angi animo, & supra modum ægrescere: cujusmodi affectio corripit hominem primo objectu magni discriminis, ut aliquandiu non sit apud se.

26 *Abba Pater*] Evangelista vocem Syriacam posuit, eamque velut interpretatur, subjiciens *ὁ Πατήρ*. Augustinus Epistola centesima septuagesima octava putat *Abba* vocem esse Græcam, nisi forte vitiata est scriptura. Nam *de consensu Evang.* lib. III. cap. IV. dicit *Abba* vocem Hebraicam esse. Sed hac de re nonnihil attingemus in Epistola Pauli ad Romanos cap. VIII.

27 *Non quod ego*] Græce est, *ἀλλ' ȣ᾽ τί ἐγὼ, ἀλλὰ τί σὺ*, id est, *at non quid ego, sed quid tu*. Quanquam hic Græca variant exemplaria; nonnulla habebant, *ἀλλ' ȣ᾽χ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σὺ*, id est, *non ut ego volo, sed ut tu*. In aliis sic erat, *ἀλλ' ȣ᾽ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σὺ*, id est, *non quid ego velim, sed quid tu*. Nam omnino sermo est inabsolutus.

28 *Et venit, & invenit*] Utrumque præsentis temporis, *ἔρχεται, καὶ εὑρίσκει*. *Venit* priore circumflexa, & *invenit* prima acuta, ne quis hic indecore vel hæsitet, vel erret.

29 *Et reversus denuo*] *Denuo* apud Græcos refertur ad *dormientes*, non ad *reversus*, *εὗρεν αὐτȣ͂ς πάλιν καθεύδοντας*. Certe sermo Græcis est anceps.

30 *Suff-*

41 βαρημένοι) καὶ οὐκ ᾔδεισαν τί αὐτῷ ἀποκριθῶσι. Καὶ ἔρχεται τὸ τρίτον, καὶ λέγει αὐτοῖς, Καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε· ἀπέχει, ἦλθεν ἡ ὥρα, ἰδοὺ παραδίδοται ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εἰς τὰς χεῖρας τῶν 42 ἁμαρτωλῶν. Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδοὺ ὁ παραδιδούς 43 με ἤγγικε. Καὶ εὐθέως, ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, παραγίνεται Ἰούδας, εἷς ὢν τῶν δώδεκα, καὶ μετ᾽ αὐτοῦ ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων παρὰ τῶν Ἀρχιερέων καὶ τῶν Γραμματέων καὶ τῶν Πρεσβυτέ- 44 ρων. Δεδώκει δὲ ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν σύσσημον αὐτοῖς, λέγων, Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι· κρατήσατε αὐτὸν, 45 καὶ ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς. Καὶ ἐλθὼν, εὐθέως προσελθὼν αὐτῷ, λέγει αὐτῷ, Ῥαββὶ, Ῥαββί· καὶ κατεφίλησεν αὐ- 46 τόν. Οἱ δὲ ἐπέβαλον ἐπ᾽ αὐτὸν τὰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ 47 ἐκράτησαν αὐτόν. Εἷς δέ τις τῶν παρεστηκότων σπασάμενος τὴν μάχαιραν ἔπαισε τὸν δοῦλον τοῦ Ἀρχιερέως, 48 καὶ ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν 49 καὶ ξύλων συλλαβεῖν με. Καθ᾽ ἡμέραν ἤμην πρὸς ὑμᾶς ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με· 50 ἀλλ᾽ ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαί. Καὶ ἀφέντες αὐ- 51 τὸν πάντες ἔφυγον. Καὶ εἷς τις νεανίσκος ἠκολούθει αὐτῷ, περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ· καὶ κρα- 52 τοῦσιν αὐτὸν οἱ νεανίσκοι. Ὁ δὲ καταλιπὼν τὴν σιν- 53 δόνα, γυμνὸς ἔφυγεν ἀπ᾽ αὐτῶν. Καὶ ἀπήγαγον τὸν Ἰησοῦν πρὸς τὸν Ἀρχιερέα· καὶ συνέρχονται αὐτῷ πάντες 54 οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Πρεσβύτεροι καὶ οἱ Γραμματεῖς. Καὶ ὁ Πέτρος ἀπὸ μακρόθεν ἠκολούθησεν αὐτῷ, ἕως ἔσω εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ Ἀρχιερέως, καὶ ἦν συγκαθήμενος μετὰ τῶν ὑ- 55 πηρετῶν, καὶ θερμαινόμενος πρὸς τὸ φῶς. Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς καὶ ὅλον τὸ συνέδριον ἐζήτουν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ μαρ- 56 τυρίαν, εἰς τὸ θανατῶσαι αὐτὸν, καὶ οὐχ εὕρισκον. Πολλοὶ γὰρ ἐψευδομαρτύρουν κατ᾽ αὐτοῦ, καὶ ἴσαι αἱ μαρ- 57 τυρίαι οὐκ ἦσαν. Καί τινες ἀναστάντες ἐψευδομαρτύρουν κατ᾽ αὐτοῦ, λέγοντες, Ὅτι ἡμεῖς ἠκούσαμεν αὐτοῦ λέ- 58 γοντος, Ὅτι ἐγὼ καταλύσω τὸν ναὸν τοῦτον τὸν χειροποίητον, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλλον ἀχειροποίητον οἰ- 59 κοδομήσω. Καὶ οὐδὲ οὕτως ἴσαι ἦσαν αἱ μαρτυρίαι αὐτῶν. 60 Καὶ ἀναστὰς ὁ Ἀρχιερεὺς εἰς τὸ μέσον, ἐπηρώτησε τὸν Ἰησοῦν, λέγων, Οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν; Τί οὗτοί σου καταμαρ- 61 τυροῦσιν; Ὁ δὲ ἐσιώπα, καὶ οὐδὲν ἀπεκρίνατο· Πάλιν ὁ Ἀρχιερεὺς ἐπηρώτα αὐτὸν, καὶ λέγει αὐτῷ, Σὺ εἶ ὁ 62 Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ εὐλογητοῦ; Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἐγώ εἰμι. Καὶ ὄψεσθε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρα- 63 νοῦ. Ὁ δὲ Ἀρχιερεὺς διαρρήξας τοὺς χιτῶνας αὐτοῦ λέ- 64 γει, Τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων; Ἠκούσατε τῆς βλασφημίας. Τί ὑμῖν φαίνεται; Οἱ δὲ πάντες κατέ- 65 κριναν αὐτὸν εἶναι ἔνοχον θανάτου. Καὶ ἤρξαντό τινες ἐμπτύειν αὐτῷ, καὶ περικαλύπτειν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ κολαφίζειν αὐτὸν, καὶ λέγειν αὐτῷ, Προφήτευσον. 66 Καὶ οἱ ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον. Καὶ ὄντος τοῦ Πέτρου ἐν τῇ αὐλῇ κάτω, ἔρχεται μία τῶν παιδισκῶν 67 τοῦ Ἀρχιερέως· Καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον θερμαινόμενον, ἐμβλέψασα αὐτῷ, λέγει, Καὶ σὺ μετὰ τοῦ Ναζαρη- 68 νοῦ Ἰησοῦ ἦσθα; Ὁ δὲ ἠρνήσατο, λέγων, Οὐκ οἶδα, οὐδὲ ἐπίσταμαι τί λέγεις· Καὶ ἐξῆλθεν ἔξω εἰς τὸ προ-

responderent. Et venit tertio, dicitque illis, Dormi- 41 te posthac & requiescite: 30 sufficit, venit hora, ecce 31 traditur Filius hominis in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce 32 qui prodit me appropinquat. 42 Et continuo, adhuc eo loquente, accedit Judas, qui 43 erat unus e duodecim, & cum illo turba multa cum gladiis & fustibus a summis Sacerdotibus & Scribis & Senioribus. Dederat autem is, qui prodebat eum, 33 44 commune signum illis, dicens, Quemcunque osculatus fuero, is est: comprehendite illum, 34 & abducite caute. Et quum venisset, protinus accedit ad illum, 45 dicitque ei, 35 Rabbi, Rabbi: ac deosculatus est eum. Illi vero injecerunt in illum manus suas, & compre- 46 henderunt eum. Unus autem quispiam adstantium edu- 47 cto gladio percussit servum summi Sacerdotis, & amputavit ejus auriculam. Et respondens Jesus dixit illis, 48 Tanquam ad latronem existis cum gladiis ac fustibus ad comprehendendum me? Quotidie eram apud vos 49 in templo docens, & non comprehendistis me: 36 sed *ista fiunt* ut impleantur scripturæ. Et relicto illo 50 omnes fugerunt. Et unus quispiam adolescentulus se- 51 quebatur illum, circumamictus sindone super nudum: 37 & comprehenderunt illum adolescentuli. Ille ve- 52 ro relicta sindone, nudus effugit ab illis. Et adduxe- 53 runt Jesum ad summum Sacerdotem: & conveniunt cum illo omnes summi Sacerdotes & Seniores & Scribæ. Et Petrus eminus sequebatur illum, *donec venisset* in atrium summi Sacerdotis, & erat sedens una 54 cum ministris, 38 & calefiebat ad lumen. Summi ve- 55 ro Sacerdotes & totum concilium quærebant adversus Jesum testimonium, ut morti traderent eum, nec inveniebant. Nam multi falsum testimonium dixe- 56 rant adversus illum, 39 nec erant satis idonea testimonia. Et quidam assurgebant & falsum testimonium 57 ferebant adversus illum, dicentes, Nos audivimus 58 eum dicentem, Ego diruam 40 templum hoc, quod est manibus factum, 41 & tribus diebus aliud sine manibus factum exstruam. 42 Et ne sic quidem satis 59 idonea erant testimonia illorum. Et surgens summus 60 Sacerdos in medium, interrogabat Jesum, dicens, Non respondes quicquam? 43 Quid isti adversum te dicunt testimonia? At ille tacebat, neque quicquam 61 respondebat. Rursum summus Sacerdos interrogavit eum, & dicit illi, Tu es ille Christus, Filius benedicti? Jesus autem dixit, Ego sum. Et videbitis Filium ho- 62 minis sedentem a dextris virtutis, & venientem in nubibus cœli. Summus autem Sacerdos dilaceratis ve- 63 stibus suis dixit, 44 Quid præterea opus habemus testibus? Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? 64 Illi vero omnes condemnaverunt eum esse reum mortis. Et cœperunt quidam conspuere in eum, & obve- 65 lare faciem illius, & colaphis eum cædere, & dicere illi, Divina. Ac ministri alapas illi impingebant. Et 66 quum esset Petrus in atrio inferius, venit una ancillarum summi Sacerdotis: Quumque vidisset Petrum 67 calefacientem se, intuita illum, dicit, Et tu cum Nazareno Jesu fuisti? At ille negavit, dicens, Non novi, 68 ne-

30 *Sufficit*] ἀπέχει τὸ τέλος. Etiamsi τὸ τέλος in quibusdam codicibus non reperitur, neque nobis visum est addere. Porro quod hic Christi sermo magis sit exprobrantis, quam jubentis, admonuimus in Matthæo.

31 *Et Filius hominis tradetur*] *Traditur* & in Græcis & in antiquis Latinis exemplaribus, παραδίδοται.

32 *Qui me tradet*] ὁ παραδιδούς με, id est, *qui me tradit. Prope est*, ἤγγικε, id est, *appropinquavit*, sive *adest*. Hic Interpres recte mutavit verbi tempus.

33 *Signum*] σύσσημον, quod sonat *commune signum* de composito datum, cujusmodi sunt quæ milites vocant *symbola*, quorum alia sunt vocalia, alia muta.

34 *Et ducite caute*] ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς, id est, *abducite tuto*, sive *certo*, hoc est, exacta custodia, ne qua posset elabi.

35 *Rabbi*] Græci congeminant, Ῥαββὶ Ῥαββί, *Rabbi Rabbi*, an recte nescio.

36 *Sed ut impleantur scripturæ*] Abruptus est sermo, subaudiendum enim, *Hæc fiunt, ut impleantur*, &c.

37 *Et tenuerunt eum*] Nonnulli Græci codices sic habebant, quod & nos sequuti sumus, haud scio an perperam, καὶ κρατοῦσιν αὐτὸν οἱ νεανίσκοι, id est, *& tenent eum adolescentes*, sive *comprehendunt eum*, aut *injiciunt illi manus*, ut juvenes juveni manum injecerint. Quidam divinant hunc adolescentulum fuisse e familia ubi Dominus comederat Pascha. Alii putant fuisse Jacobum fratrem Domini, cui cognomentum est additum *Justi*. Gregorius suspicatur de Joanne Evangelista. Cæterum illam vocem νεανίσκοι Theophylactus legit quidem, verum in enarrando non attingit. Additur & in Editione Hispaniensi.

38 *Et calefaciebat se ad lumen*] καὶ θερμαινόμενος πρὸς τὸ φῶς. Illud, *ad lumen*, referendum ad *sedens*, non ad *calefaciebat*. Siquidem lumen illum prodidit.

39 *Non erant convenientia*] καὶ ἴσαι αἱ μαρτυρίαι οὐκ ἦσαν, id est, *& æqualia testimonia non erant. Paria* vocavit, opinor, *satis idonea*, sive ἴσα, quod inter se non consentirent. Nam hoc indicio primum coarguuntur falsa testimonia.

40 *Templum hoc manufactum*] Græcæ compositæ dictiones, *manufactum*, χειροποίητον, & *non manufactum*, ἀχειροποίητον. Alioqui quis dicitur ædificaturus, quod manufactum sit? Græcæ voces perinde sonant, quasi dicas *templum operis manuarii & opificii non manuarii.*

41 *Post triduum*] διὰ τριῶν ἡμερῶν, id est, *per tres dies*, sive *triduo*, non μετὰ τρεῖς ἡμέρας. Suffragatur Græcæ lectioni codex aureus, & exemplaria S. Donatiani, denique & Constantiense, in quibus habetur *per triduum.*

42 *Et non erat conveniens*] Καὶ οὐδὲ οὕτως, id est, *Et ne sic quidem*. Jam enim semel rejecta fuerant illorum testimonia.

43 *Quæ tibi objiciuntur*] Græce est, Τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν, id est, *Quid*, sive *Cur isti adversus te testificantur?*

44 *Quid adhuc desideramus testes*] Τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων; id est, *Quid adhuc opus habemus testibus?* Ac proprie quidem

69 προαύλιον· καὶ ἀλέκτωρ ἐφώνησε. Καὶ ἡ παιδίσκη ἰδοῦσα αὐτὸν, πάλιν ἤρξατο λέγειν τοῖς παρεστηκόσιν, Ὅτι οὗτος 70 ἐξ αὐτῶν ἐστιν. Ὁ δὲ πάλιν ἠρνεῖτο. Καὶ μετὰ μικρὸν πάλιν οἱ παρεστῶτες ἔλεγον τῷ Πέτρῳ, Ἀληθῶς ἐξ αὐτῶν εἶ· καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ, καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιά-71 ζει. Ὁ δὲ ἤρξατο ἀναθεματίζειν καὶ ὀμνύειν, Ὅτι οὐκ οἶδα 72 τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ὃν λέγετε. Καὶ ἐκ δευτέρου ἀλέκτωρ ἐφώνησε· καὶ ἀνεμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ ῥήματος οὗ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι δὶς, ἀπαρνή-σῃ με τρίς· καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε.

XV. 1 Καὶ εὐθέως ἐπὶ τὸ πρωῒ συμβούλιον ποιήσαντες οἱ Ἀρχιερεῖς μετὰ τῶν Πρεσβυτέρων καὶ Γραμματέων καὶ ὅλου τοῦ συνεδρίου, δήσαντες τὸν Ἰησοῦν ἀπήνεγκαν, καὶ παρέδωκαν τῷ Πι-2 λάτῳ. Καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ Πιλάτος, Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ, Σὺ 3 4 λέγεις. Καὶ κατηγόρουν αὐτοῦ οἱ Ἀρχιερεῖς πολλά. Ὁ δὲ Πιλάτος πάλιν ἐπηρώτησεν αὐτὸν, λέγων, Οὐκ 5 ἀποκρίνῃ οὐδέν; ἴδε πόσα σου καταμαρτυροῦσιν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκέτι οὐδὲν ἀπεκρίθη, ὥστε θαυμάζειν τὸν Πιλάτον. 6 Κατὰ δὲ ἑορτὴν ἀπέλυεν αὐτοῖς ἕνα δέσμιον, ὅνπερ 7 ᾐτοῦντο. Ἦν δὲ ὁ λεγόμενος Βαραββᾶς, μετὰ τῶν συστασιαστῶν δεδεμένος, οἵτινες ἐν τῇ στάσει φόνον ἐπεποιή-8 κεισαν. Καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος, ἤρξατο αἰτεῖσθαι, καθὼς 9 ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς. Ὁ δὲ Πιλάτος ἀπεκρίθη αὐτοῖς, λέγων, Θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; 10 Ἐγίνωσκε γὰρ ὅτι διὰ φθόνον παραδεδώκεισαν αὐτὸν οἱ 11 Ἀρχιερεῖς. Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον, ἵνα 12 μᾶλλον τὸν Βαραββᾶν ἀπολύσῃ αὐτοῖς. Ὁ δὲ Πιλάτος ἀποκριθεὶς πάλιν εἶπεν αὐτοῖς, Τί οὖν θέλετε ποιήσω ὃν λέ-13 γετε βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; Οἱ δὲ πάλιν ἔκραξαν, 14 Σταύρωσον αὐτόν. Ὁ δὲ Πιλάτος ἔλεγεν αὐτοῖς, Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; Οἱ δὲ περισσοτέρως ἔκραξαν, Σταύ-15 ρωσον αὐτόν. Ὁ δὲ Πιλάτος βουλόμενος τῷ ὄχλῳ τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι, ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν, καὶ πα-16 ρέδωκε τὸν Ἰησοῦν φραγελλώσας, ἵνα σταυρωθῇ. Οἱ δὲ στρατιῶται ἀπήγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστι πραι-17 τώριον, καὶ συγκαλοῦσιν ὅλην τὴν σπεῖραν, Καὶ ἐνδύουσιν αὐτὸν πορφύραν, καὶ περιτιθέασιν αὐτῷ πλέξαντες 18 ἀκάνθινον στέφανον, Καὶ ἤρξαντο ἀσπάζεσθαι αὐτὸν, 19 Χαῖρε βασιλεῦ τῶν Ἰουδαίων. Καὶ ἔτυπτον αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν καλάμῳ, καὶ ἐνέπτυον αὐτῷ, καὶ τιθέν-20 τες τὰ γόνατα προσεκύνουν αὐτῷ. Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν πορφύραν, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια τὰ ἴδια· καὶ ἐξάγουσιν αὐτὸν, ἵνα σταυ-21 ρώσωσιν αὐτόν. Καὶ ἀγγαρεύουσι παράγοντά τινα Σίμωνα Κυρηναῖον, ἐρχόμενον ἀπ᾽ ἀγροῦ, τὸν πατέρα Ἀλεξάνδρου καὶ Ῥούφου, ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν 22 αὐτοῦ. Καὶ φέρουσιν αὐτὸν ἐπὶ Γολγοθᾶ τόπον, 23 ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, Κρανίου τόπος. Καὶ ἐδίδουν αὐτῷ πιεῖν ἐσμυρνισμένον οἶνον· ὁ δὲ οὐκ ἔλαβε.

neque scio quid dicas. Et exivit foras 45 in vestibulum: & gallus cecinit. Et ancilla quum vidisset eum, 69 rursum cœpit dicere his qui adstabant, Hic ex illis est. 70 At ille rursum negabat. At paulo post iterum, qui adstabant, dicebant Petro, Vere ex illis es: 46 nam & Galilæus es, & loquela tua convenit. 71 At ille cœpit 47 exsecrari ac dejerare, Non novi hominem istum de quo dicitis. 72 48 Et iterum gallus cecinit: recordatusque est Petrus verbi quod dixerat illi Jesus, Prius quam gallus cecinerit bis, abnegabis me ter: 49 cœpitque flere.

XV. 1 Et confestim diluculo consilio inito summi Sacerdotes cum Senioribus & Scribis 1 ac toto consessu vinctum Jesum abduxerunt, tradideruntque Pilato. 2 Et interrogavit eum Pilatus, Tu es ille rex Judæorum? At ille respondens dixit illi, Tu dicis. 3 Et accusabant eum summi Sacerdotes de multis. 4 Pilatus autem rursus interrogavit illum, dicens, Non respondes quicquam? ecce quam multa adversus te testantur? 5 Jesus autem deinde nihil respondit, adeo ut admiraretur Pilatus. 6 Cæterum in festo dimittebat illis unum vinctum, quemcunque postulassent. 7 Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum seditionis auctoribus fuerat vinctus, qui per seditionem cædem patraverant. 8 2 Et quum acclamasset turba, 3 cœpit flagitare, 4 *ut faceret* quemadmodum semper fecerat ipsis. 9 Pilatus autem respondit eis, dicens, Vultis dimittam vobis regem illum Judæorum? 10 Sciebat enim quod propter invidiam tradidissent illum summi Sacerdotes. 11 5 Summi vero Sacerdotes 6 concitaverunt turbam, ut potius Barabbam dimitteret ipsis. 12 Pilatus autem respondens rursum ait illis, Quid igitur vultis faciam ei, quem dicitis regem Judæorum? 13 At illi rursum clamaverunt, Crucifige istum. 14 7 Pilatus autem dicebat illis, Quid enim mali fecit? At illi vehementius clamaverunt, Crucifige eum. 15 Pilatus vero volens turbæ facere satis, dimisit illis Barabbam, & tradidit Jesum flagellatum, ut crucifigeretur. 16 Milites autem abduxerunt eum intro 8 in atrium, quod est prætorium, & convocant totam cohortem, 17 Et induunt illum purpura, & circumponunt ei contextam spinis coronam, 18 Et cœperunt salutare illum, Ave rex Judæorum. 19 Et verberabant illius caput arundine, & inspuebant in illum, & positis genibus adorabant illum. 20 Et quum illusissent ei, exuerunt eum purpura, & induerunt illum vestibus propriis: & educunt eum, ut crucifigerent eum. 21 Et coegerunt prætereuntem quemdam Simonem Cyrenensem, qui veniebat ex agro, 9 patrem Alexandri & Rufi, ut tolleret crucem ejus. 22 Et ducunt eum in Golgotha locum, quod est, 23 si interpreteris, Calvariæ locus. Et dederunt illi bibere

dem & eleganter vertit Interpres, *desideramus*, pro *requirimus*. Verum haud scio, an Lector tantum exspectet.

45 *Ante atrium*] εἰς τὸ προαύλιον, id est, *in vestibulum atrii*, sive *locum, qui erat ante atrium.*

46 *Nam Galilæus es*] Addunt hîc Græci codices, καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει, id est, *& loquela tua similis est*, sive *convenit*: ex Matthæo, ni fallor, adscriptum in hunc locum.

47 *Anathematizare*] Quod in Actis Apostolorum vertit *devovere*, in Matthæo *detestari*, hîc reliquit.

48 *Et iterum gallus cantavit*] ἐφώνησε, idem verbum quod ante, tametsi verbis non iisdem, verterat *vocem dederit* φωνῆσαι. Quum autem res eadem narratione iteretur, convenientius erat vocem eamdem repetere. Proinde non in tempore hîc affectata est varietas.

49 *Et cœpit flere*] καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε, *& erumpens*, sive *subito flevit*, aut *prorupit in fletum*. Siquidem ἐπιβάλλειν inter varias significationes interdum declarat *aggredi*, sive *impetum sumere* ad aliquid agendum, hinc ἐπιβολὴ pro *impetu*. Hoc igitur verbo Marcus exprimere studuit vehementem ac subitam Petri mutationem.

1 ET *universo concilio*] Cum hic bis dicatur *concilium*, Græce diversæ sunt dictiones. Prior est συμβούλιον *conciliabulum*, posterior συνέδριον, id est, *consessus*, sive *conventus*.

2 *Et cum adscendit turba*] Καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος, id est, *Et cum acclamasset turba.* Quoniam vero constanter dissonant a Latinis exemplaria Græca, in conjecturam venio, Interpretem aliud, atque nos legimus, legisse, nisi fallor, ἀναβήσας, pro ἀναβοήσας. Etiamsi ἀναβοήσας legit Theophylactus, consentiente Hispana Editione, quanquam ex interpretatione Theophylacti non liquet quid legerit.

3 *Cœpit rogare*] ἤρξατο αἰτεῖσθαι, id est, *cœpit petere* sive *postulare.* Nam ita modo verterat, ὅνπερ ᾐτοῦντο, id est, *quemcunque petissent.*

4 *Sicut semper faciebat illis*] Ut sermo sit absolutus, supplendum est, *Ut faceret sicut semper fecerat ipsis.*

5 *Pontifices autem*] Quod modo dixit *summos Sacerdotes*, nunc vertit *Pontifices.* Nam Græcis eadem est vox, Ἀρχιερεῖς.

6 *Concitaverunt turbam*) ἀνέσεισαν. Nonnulli Græcorum codices habebant ἀνέπεισαν, id est, *persuaserunt*, sive *retraxerunt in hanc sententiam.*

7 *Pilatus vero dicebat illis, Quid enim mali fecit*] Divus Augustinus libro *de consensu Evang.* III. cap. XIII. ut rem seriam annotavit, quod hic Evangelista dixerit, *Pilatus dicebat*, non *Pilatus dixit*, nimirum subindicans non semel hoc a Præside dictum, sed multum temporis in hoc sermone consumptum. Et Græcis quidem est ἔλεγεν. Atqui in Matthæo est εἶπεν verbum ejusdem temporis, ubi Interpres vertit *dixit*, non *dicebat*. Idem fecit in Luca. Hoc ideo tantum annotavi, ut ostenderem, quam omnia quamvis minuta rapiamus ad causæ præsidium, quoties constringimur angustiis.

8 *In atrium prætorii*] ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστι πραιτώριον, id est, *in atrium, quod est prætorium.* Et hîc Græce scribens, Romana voce abusus est.

9 *Patrem Alexandri & Rufi*] πατέρα Ἀλεξάνδρου τοῦ Ῥούφου, id est, *patrem Alexandri Rufi*, sive *Rufi filium.* Nonnulli Græcorum codices cum nostra Editione consentiebant: ut accipiamus Simoni fuisse duos filios. Sic enim interpretatur Theophylactus, addita filiorum nomina, quo certior esset narrationis fides. Eamdem lectionem sequitur is qui scholia scripsit in Marcum, quæ Hieronymo adscribuntur, qui putat *Alexandrum* & *Rufum* fuisse discipulos Domini, quum pater esset Cyrenensis, & Cyrenæ sit Libyæ civitas. Adeo late se jam tum propagaverat Judaica religio. Siquidem in Actis inter varias nationes, quæ stupebant ob linguarum miraculum, commemorantur & qui habitabant partes Libyæ circa Cyrenen. Rursus ejusdem operis cap. VI. inter eos, qui disputabant cum Stephano, commemoratur Synagoga Libertinorum Cyrenensium & Alexandrinorum. Item cap. XI. fit mentio quorumdam Cypriorum ac Cyrenæorum utique Judæorum.

24 βε. Καὶ ϛαυρώσαντες αὐτὸν, διεμέριζον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, βάλλοντες κλῆρον ἐπ' αὐτὰ, τίς τί ἄρῃ. 25 Ἦν δὲ ὥρα τρίτη, καὶ ἐϛαύρωσαν αὐτόν. 26 Καὶ ἦν ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ ἐπιγεγραμμένη, 27 Ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰȣδαίων. Καὶ σὺν αὐτῷ ϛαυροῦσι δύο λῃϛὰς, ἕνα ἐκ δεξιῶν, καὶ ἕνα ἐξ εὐωνύμων αὐτοῦ. 28 Καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ, ἡ λέγουσα, Καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. 29 Καὶ οἱ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες, Οὐαὶ ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν 30 ἡμέραις οἰκοδομῶν· Σῶσον σεαυτὸν, καὶ κατάβα ἀπὸ τοῦ ϛαυροῦ. 31 Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς ἐμπαίζοντες πρὸς ἀλλήλȣς μετὰ τῶν Γραμματέων, ἔλε-32 γον, Ἄλλȣς ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. Ὁ Χριϛὸς ὁ βασιλεὺς τȣ̃ Ἰσραὴλ καταβάτω νῦν ἀπὸ τȣ̃ ϛαυρȣ̃, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιϛεύσωμεν. Καὶ οἱ συνεϛαυ-33 ρωμένοι αὐτῷ ὠνείδιζον αὐτόν. Γενομένης δὲ ὥρας ἕκτης, σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν γῆν, ἕως ὥρας ἐννά-34 της. Καὶ τῇ ὥρᾳ τῇ ἐννάτῃ ἐβόησεν ὁ Ἰησȣ̃ς φωνῇ μεγάλῃ, λέγων, Ἐλωὶ Ἐλωὶ, λαμμᾶ σαβαχθανί; ὅ ἐϛι μεθερμηνευόμενον, Ὁ Θεός μȣ, ὁ Θεός μȣ, εἰς 35 τί με ἐγκατέλιπες; Καί τινες τῶν παρεϛηκότων ἀκȣ-36 σαντες, ἔλεγον, Ἰδȣ̀ Ἠλίαν φωνεῖ. Δραμὼν δὲ εἷς, καὶ γεμίσας σπόγγον ὄξȣς, περιθείς τε καλάμῳ, ἐπότιζεν αὐτὸν, λέγων, Ἄφετε, ἴδωμεν εἰ ἔρχεται 37 Ἠλίας καθελεῖν αὐτόν. Ὁ δὲ Ἰησȣ̃ς ἀφεὶς φωνὴν με-38 γάλην ἐξέπνευσε. Καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ 39 ἐσχίσθη εἰς δύο, ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. Ἰδὼν δὲ ὁ κεντυρίων, ὁ παρεϛηκὼς ἐξ ἐναντίας αὐτȣ̃, ὅτι ȣ̓́τως κράξας ἐξέπνευσεν, εἶπεν, Ἀληθῶς ὁ ἄνθρωπος οὗ-40 τος Υἱὸς ἦν Θεοῦ. Ἦσαν δὲ καὶ γυναῖκες ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι, ἐν αἷς ἦν καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Μαρία Ἰακώβȣ τοῦ μικροῦ καὶ Ἰω-41 σῆ μήτηρ, καὶ Σαλώμη, Αἳ καὶ, ὅτε ἦν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, ἠκολȣ́θουν αὐτῷ, καὶ διηκόνουν αὐτῷ, καὶ ἄλλαι πολλαὶ αἱ συναναβᾶσαι αὐτῷ εἰς Ἱεροσόλυ-42 μα. Καὶ ἤδη ὀψίας γενομένης, (ἐπεὶ ἦν παρα-43 σκευὴ, ὅ ἐϛι προσάββατον) Ἦλθεν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, εὐσχήμων βȣλευτὴς, ὃς καὶ αὐτὸς ἦν προσδεχόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεȣ̃, τολμήσας εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον, καὶ ᾐτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. 44 Ὁ δὲ Πιλάτος ἐθαύμασεν, εἰ ἤδη τέθνηκε, καὶ προσκαλεσάμενος τὸν κεντυρίωνα, ἐπηρώτησεν αὐτὸν, εἰ πάλαι

bere myrrhatum vinum: ſed ille non ſumpſit. Quumque crucifixiſſent eum, partiti ſunt veſtimen- 24 ta ejus, mittentes ſortem ſuper illa, quis quid tolleret. [11] Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Et 25 26 erat inſcriptio cauſæ illius inſcripta, Rex Judæorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones, unum a dextris, 27 & alterum a ſiniſtris ejus. Et impleta eſt ſcriptura, 28 quæ dicit, Et cum iniquis deputatus eſt. Et qui præ- 29 teribant, convitiabantur illi, moventes capita ſua, ac dicentes, [12] Væ qui demoliris templum, & in tribus diebus exſtruis: Serva teipſum, & deſcende de cruce. 30 Similiter & ſummi Sacerdotes illudentes inter ſeſe 31 cum Scribis, dicebant, Alios ſervavit, ſeipſum ſervare non poteſt. Chriſtus ille rex Iſrael deſcendat nunc 32 de cruce, ut videamus & credamus. Et qui crucifixi fuerant cum illo, probra jaciebant in eum. Quum 33 vero facta eſſet hora ſexta, tenebræ ortæ ſunt ſuper totam terram, uſque ad horam nonam. Et hora no- 34 na clamavit Jeſus voce magna, dicens, [13] Eloi, Eloi, lamma ſabachthani? quod eſt, ſi quis interpretetur, [14] Deus meus, Deus meus, [15] cur me deſeruiſti? Et qui- 35 dam adſtantium quum audiſſent, dicebant, Ecce Heliam vocat. Accurrit autem quidam, & impleta ſpon- 36 gia aceto, [16] impoſitaque arundini, porrexit illi potum, dicens, Sinite, videamus an venturus ſit Helias ad deponendum eum. Jeſus autem emiſſa voce ma- 37 gna exſpiravit. Et velum templi ſciſſum eſt in duas 38 partes, a ſummo uſque ad imum. [17] Quum vidiſſet 39 autem centurio, qui adſtabat ex adverſo illi, quod ſic [18] emiſſo clamore exſpiraſſet, dixit, Vere homo hic Filius erat Dei. Erant autem & mulieres e longin- 40 quo ſpectantes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria [19] Jacobi parvi & Joſe mater, & Salome, Quæ etiam, quum eſſet in Galilæa, ſequutæ fuerant 41 illum, & miniſtraverant ei, aliæque complures, quæ ſimul adſcenderant cum eo Hieroſolymam. Et quum jam 42 veniſſet veſpera, (quoniam erat paraſceve, [20] quæ præcedit ſabbatum) [21] Venit Joſeph ortus ex civi- 43 tate Arimathæa, [22] honeſtus ſenator, qui & ipſe erat exſpectans regnum Dei, [23] & ſumpta audacia ingreſſus eſt ad Pilatum, & petiit *ab eo* corpus Jeſu. Pila- 44 tus autem admiratus eſt, [24] ſi jam mortuus eſſet, & accerſito ad ſe centurione, interrogavit illum, an jamdu-

Nec eſt *angariaverunt*, ſed *angariant*, ἀγγαρεύȣσι, de qua voce dictum eſt nobis alibi.

10 *Et crucifigentes eum*] Καὶ ϛαυρώσαντες αὐτὸν, id eſt, *Cum crucifixiſſent eum.*

11 *Erat autem hora tertia*] Admonet hoc loco Petrus Comeſtor ex auctoritate divi Hieronymi, in Marco ſcriptum fuiſſe, quod Dominus crucifixus fuerit *hora ſexta*, verum id Græci Scriptoris accidiſſe vitio, qui pro ϛ, quæ Græcis littera non eſt, ſed litteris mixta eſt nota numeri, nec alium habens uſum, ſequitur enim litteram ε, quæ Græcis ſignificat *quinque*, & præcedit ζ, quæ notat *ſeptem*, pinxerit γ, quæ ſignat *tria*. Locus eſt apud Hieronymum in expoſitione Pſalmi LXXVII. Idem paulo ante citat eum ex Breviario majore, quod opus non agnoſcimus, niſi forte deſignat, opinor, Commentarios in Pſalmos, ut in Matthæum ſit Breviarium minus, quod hic ſit contractior. Quod ſi Hieronymi ſententiam recipimus, facilis exitus eſt hujus quæſtionis, in qua mire ſe torquet Auguſtinus libro *de conſenſu Evangeliſtarum* III. cap. Et ad eumdem modum explicatur nodus lib. *Quæſtionum veteris & novi Teſtam.* quæſt. LXV. Inde petat qui volet. Nos adjecimus quod nacti ſumus.

12 *Qui readificas*] Græcus ſermo ambiguus eſt propter participia. At Hieronymus in Eſajam citat perſona tertia: *Vah qui deſtruit templum, & in triduo inſtaurat illud.* Atque ita ſcriptum comperi in codice S. Donatiani, item in Conſtantienſi. Illud annotandum, quod in Græcis codicibus non additur *Dei*, ſed *templum* tantum eſt: ſuffragantibus libris divi Donatiani & Conſtantienſi. Et in noſtris aliquot pro *adificas* perperam mutatum eſt *readificas.*

13 *Eloi, Eloi, lamma ſabachthani*] Non eſt dubitandum, quin Evangeliſta voces Hebræas, ſive Syras recte reddiderit, utcunque a nobis ſonantur, de quo dictum eſt a nobis in Matthæo.

14 *Deus Deus meus*] In Græcis exemplaribus, Librariorum, opinor, incuria, non repetitur pronomen *meus*, cum apud Hebræos repetatur, *Deus meus, Deus meus.* Proinde non dubitavimus apponere: præſertim hoc freti, quod videamus apponi apud Matthæum. Poſt comperimus additum & in Græcis, velut in Hiſpanienſi, & in Theophylacti vetuſtiſſimo codice non addebatur, quemadmodum nec in Editione Aldina, quod incuria Librarii factum arbitror. Quum enim in Hebræo ſit *Eloi, Eloi*, id eſt, *Deus meus, Deus meus*, qui convenit ab hoc diſcrepare interpretationem Evangeliſtæ.

15 *Ut quid*] εἰς τί, id eſt, *ad quid.*

16 *Circumponenſque calamo*] Paulo ſuperius *calamum* vertit *arundinem*. Nunc oblitus, opinor, Græcam vocem reliquit: quod idem fecit in Pſalmo: *Emittens chryſtallum ſicut buccellam*, cum pro *chryſtallo* vertere debuerit *glaciem*: fit enim mentio de nive, deque frigore.

17 *Videns autem centurio*] Et hic uſus eſt Romana voce Evangeliſta, Ἰδὼν δὲ ὁ κεντυρίων, quem alias vocat ἑκατόνταρχον, Græca voce. Nec eſt,

18 *Clamans exſpiraſſet*] ſed κράξας, hoc eſt, *clamore emiſſo*, ſive *cum clamaſſet*, mox enim a clamore exſpiravit.

19 *Jacobi minoris*] τȣ̃ μικρȣ̃. Græcis poſitivum eſt *parvi*, non comparativum *minoris*. Et apparet fuiſſe cognomen. *Et Joſeph*, Ἰωσῆ, id eſt, *Joſe.*

20 *Quod eſt ante ſabbatum*] Græcis una dictio eſt, προσάββατον, quaſi dicas *præſabbatum*, hoc eſt, *initium ſabbati.*

21 *Venit Joſeph ab Arimathæa*] Non poteſt accipi, quod ab eo loco venerit, cum intercedat articulus ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, id eſt, *Arimathæus*, ut patriam additam intelligas. Hieronymus in Catalogo locorum indicat dictam *Arimatha ſophim*, civitatem Elchanæ & Samuelis in regione Tamnitica, juxta Dioſpolim, patriam Joſeph, cujus hic fit mentio.

22 *Nobilis decurio*] εὐσχήμων βȣλευτὴς, id eſt, *honeſtus ſenator*. Laurentius admonet hic *Decurionem* accipiendum pro *Senatore municipiali.*

23 *Audacter introivit*] τολμήσας, id eſt, *ſumpta audacia*, quanquam probe vertit Interpres. Ne quis hunc arbitretur a me ſuggillatum, quod aliter verterimus Porro audacia non ſemper opponitur conſilio, ſed ſæpe refertur ad periculum. Sentit enim hoc Evangeliſta, Decurionem hoc non ſine periculo fuiſſe auſum amore Jeſu.

24 *Si jam mortuus*] εἰ πάλαι ἀπέθανε, id eſt, *ſi dudum*, aut *jamdudum mortuus eſſet.* Etiamſi nonnulli codices pro πάλαι habent ἤδη. Atque ita poſt reperi in Editione Aldina, conſentiente Hiſpanienſi, atque item Theophylacto. Proinde non aſſentior eruditis quibuſdam, qui putant hic εἰ valere idem quod conjunctio *quod*. Siquidem adhuc dubitaſſe Pilatum indicant ea quæ mox ſequuntur: *Et re cognita ex centurione.* Porro forma ſermonis neminem debet offendere, cum ita loquatur Terentius: *Mirabar ſi ſic abiret.* Ex hoc loco Origenes colligit animam Chriſti non reliquiſſe corpus ſuum more vulgari hominum morientium, ſed ultro exceſſiſſe e corpore, cum viſum eſſet. Neque enim juxta naturam tam mature reliquiſſet corpus juvenile, præſertim cum illi crura non eſſent fracta, quod aliis fieri ſolet ad maturandam mortem.

25 Ma-

45 λαι ἀπέθανε. Καὶ γνοὺς ἀπὸ τοῦ κεντυρίωνος, ἐδωρήσατο τὸ σῶμα τῷ Ἰωσήφ. 46 Καὶ ἀγοράσας σινδόνα, καὶ καθελὼν αὐτὸν ἐνείλησε τῇ σινδόνι, καὶ κατέθηκεν αὐτὸν ἐν μνημείῳ, ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας, καὶ προσεκύλισε λίθον ἐπὶ τὴν θύραν τοῦ μνημείου. 47 Ἡ δὲ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία Ἰωσῆ ἐθεώρουν ποῦ τίθεται.

XVI. 1 Καὶ διαγενομένου τοῦ σαββάτου, Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία Ἰακώβου καὶ Σαλώμη ἠγόρασαν ἀρώματα, ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν αὐτόν. 2 Καὶ λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, 3 Καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτὰς, Τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου; 4 Καὶ ἀναβλέψασαι θεωροῦσιν ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος· ἦν γὰρ μέγας σφόδρα. 5 Καὶ εἰσελθοῦσαι εἰς τὸ μνημεῖον, εἶδον νεανίσκον καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς, περιβεβλημένον στολὴν λευκήν· καὶ ἐξεθαμβήθησαν. 6 Ὁ δὲ λέγει αὐταῖς, Μὴ ἐκθαμβεῖσθε· Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν Ναζαρηνὸν τὸν ἐσταυρωμένον, ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν ὧδε· ἴδε ὁ τόπος ὅπου ἔθηκαν αὐτόν. 7 Ἀλλ' ὑπάγετε, εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ τῷ Πέτρῳ, ὅτι προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε, καθὼς εἶπεν ὑμῖν. 8 Καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἔφυγον ἀπὸ τοῦ μνημείου· εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος καὶ ἔκστασις, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον· ἐφοβοῦντο γάρ. 9 Ἀναστὰς δὲ πρωῒ, πρώτῃ σαββάτου ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια. 10 Ἐκείνη πορευθεῖσα ἀπήγγειλε τοῖς μετ' αὐτοῦ γενομένοις, πενθοῦσι καὶ κλαίουσι. 11 Κἀκεῖνοι ἀκούσαντες ὅτι ζῇ, καὶ ἐθεάθη ὑπ' αὐτῆς, ἠπίστησαν. 12 Μετὰ δὲ ταῦτα δυσὶν ἐξ αὐτῶν περιπατοῦσιν ἐφανερώθη ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ, πορευομένοις εἰς ἀγρόν. 13 Κἀκεῖνοι ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν τοῖς λοιποῖς· οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν. 14 Ὕστερον ἀνακειμένοις αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα ἐφανερώθη, καὶ ὠνείδισε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, καὶ σκληροκαρδίαν, ὅτι τοῖς θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερμένον οὐκ ἐπίστευσαν. 15 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει· 16 Ὁ πιστεύσας, καὶ βαπτισθεὶς, σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας κατακριθήσεται. 17 Σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι ταῦτα παρακολουθήσει, Ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι· γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς· 18 Ὄφεις ἀροῦσι· κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψει· ἐπὶ ἀῤῥώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσιν. 19 Ὁ μὲν οὖν Κύριος, μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς, ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. 20 Ἐκεῖνοι δὲ ἐξελθόντες ἐκήρυξαν πανταχοῦ, τοῦ Κυρίου συνεργοῦντος, καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων.

ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ

ΤΕΛΟΣ.

45 dudum mortuus fuisset. Et re cognita ex centurione, donavit corpus ipsi Joseph. 46 Et is mercatus sindonem, depositum eum involvit sindoni, deposuitque in monumento, quod erat excisum e petra, & advolvit lapidem ad ostium monumenti. 47 At Maria Magdalene & [25] Maria Jose spectabant ubi poneretur.

XVI. 1 Et cum præteriisset sabbatum, Maria Magdalene & Maria Jacobi & Salome emerunt aromata, ut venirent & ungerent eum. 2 Et summo diluculo diei primi sabbatorum veniunt ad monumentum, exorto sole, 3 Dicebantque inter sese, Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti? 4 Et quum respexissent, vident lapidem esse revolutum: nam erat magnus valde. 5 Et ingressæ in monumentum, viderunt adolescentem sedentem a dextris, [1] amictum stola candida: & expaverunt. 6 At ille dicit eis, [2] Ne expavescatis: Jesum quæritis Nazarenum, qui fuit crucifixus, surrexit, non est hîc: ecce locus ubi posuerant illum. 7 Sed abite, dicite discipulis ejus & Petro, quod ille præcedit vos in Galilæam: illic eum videbitis, sicut dixit vobis. 8 Et abeuntes cito fugerunt a monumento: [3] habebat enim illas tremor & stupor, neque cuiquam quicquam dicebant: timebant enim. 9 Quum surrexisset autem *Jesus* mane, [4] primo die sabbati apparuit primum Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat septem dæmonia. 10 Illa profecta renunciavit iis qui cum illo fuerant, lugentibus ac flentibus. 11 Et illi quum audissent quod viveret, ac visus esset ab illa, non crediderunt. 12 Posthæc autem duobus ex ipsis ambulantibus apparuit in alia forma, euntibus rus. 13 Et illi abierunt ac renunciarunt reliquis: nec his illi crediderunt. 14 [5] Postea discumbentibus [6] illis undecim apparuit, & exprobravit illis incredulitatem suam, & cordis duritiem, quod his, [7] qui ipsum vidissent resuscitatum, non credidissent. 15 Et dicebat eis, Ite in mundum universum, & prædicate Evangelium omni creaturæ: 16 Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. 17 Porro signa eos, qui crediderint, hæc subsequentur, Per nomen meum dæmonia ejicient: linguis loquentur novis: 18 Serpentes tollent: & si quid letale biberint, non nocebit eis: super ægrotos manus imponent, & bene habebunt. 19 Itaque Dominus quidem, postquam loquutus fuisset eis, receptus est in cœlum, & consedit a dextris Dei. 20 Illi vero egressi prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante per signa subsequentia.

EVANGELII SECUNDUM MARCUM

FINIS.

25 *Maria Joseph*] Rursum est *Jose*, non *Joseph*.

1 *Coopertum stola*] περιβεβλημένον, id est, *amictum*. Nam *coopertus* esse potest, qui non sit *amictus*.

2 *Nolite expavescere*] Μὴ ἐκθαμβεῖσθε. Idem est verbum Græcis, quod vertit modo *obstupuerunt*.

3 *Invaserat enim eas timor*] εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος καὶ ἔκστασις, *habebat autem eas tremor ac stupor*, sive *ecstasis*.

4 *Prima sabbati*] σαββάτων habent plerique Græci codices.

5 *Novissime recumbentibus illis*] Augustinus *de concordia Evangelistrum* lib. III. torquet seipsum quæstione, qui consistat quod Marcus dicit hîc Jesum novissime apparuisse, quum Joannes referat illum post apparuisse suis ad mare Tiberiadis. Hunc nodum sic explicat, ut *novissime* referatur, non ad numerum apparitionum simpliciter, sed ad apparitiones eo die factas. Atqui quum Græce sit ὕστερον, quod sonat *deinde* sive *postea*, non erat cur moveret quæstionem, si Græcos consuluisset codices: quanquam nolim dissimulare comparativa nonnunquam usurpari vice superlativorum. Quoniam itaque dixerat *primum*, Interpres hîc maluit dicere *postremum*.

6 *Illis undecim*] αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα. Divus Augustinus ex addito pronomine *illis*, & ex articulo Græco colligit hunc locum non posse accipi nisi de Apostolis. Atqui Græce non est ἐκείνοις αὐτοῖς, quod si relative sumatur, sonat, Jesum iisdem duodecim Apostolis apparuisse, quibus prius apparuerat. Sin discretive, sensus erit, Jesum apparuisse, non mulieribus aut quibuslibet discipulis, de quibus ante dictum erat, sed ipsis undecim nimirum Apostolis, qui narrantibus non crediderant. Etiamsi Marcus ita contexit quasi hoc senserit. *Primum* apparuit Mariæ Magdalenæ. *Posthæc* duobus ambulantibus in villam. *Postremo* recumbentibus undecim. Nec obstat huic sensui, si jam uni aut alteri ex Apostolis apparuerat. Certe undecim simul discumbentibus nondum apparuerat.

7 *Qui viderant eum resurrexisse*] Græce est ἐγηγερμένον, *suscitatum* sive *excitatum*. Nec video causam cur hîc Gregorius aut Bernardus inducant Angelos, qui soli viderint Dominum resurgentem. Qui prius mortuum viderant, ac mox vivum, utique viderunt eum resurrexisse. Illi fortassis legebant, *qui viderant eum resurgentem*, ut hîc Interpres frequenter participia præteriti temporis vertit in participia præsentis temporis. Divus Hieronymus in Epistola ad Hedibiam quæstione tertia indicat hoc extremum Marci caput a plerisque non fuisse receptum, quod in raris Latinorum codicibus, Græcorum pene nullis habebatur, præsertim quum videatur narrare quædam manifeste pugnantia cum aliis Evangelistis. Velut illud quod refert Dominum resurrexisse *mane prima sabbati*, quum Matthæus tradat eum resurrexisse *vespera sabbati, qua lucescit in prima sabbati*. Pugnant autem inter sese *vespere* & *mane*. Hujus difficultatis ostendit Hieronymus geminam solutionem, quarum prior hæc est. *Aut enim*, inquit, *non recipimus Marci testimonium, quod in raris fertur Evangeliis, omnibus Græciæ libris pene hoc capitulum in fine non habentibus*. Hæc solutio impia erat, si tum temporis hoc capitulum idem habebat auctoritatis, quod reliquum Marci Evangelium. Admonet autem & illud Hieronymus, subdistinctionem esse faciendam ante *mane*: ut intelligamus Christum *vespere* surrexisse, deinde *prima sabbati* visum esse Mariæ, hoc modo legentes: *quum surrexisset Jesus*, & hîc interposita hypostigme sequatur, *mane prima sabbati apparuit primo Mariæ*. Hanc distinctionem indicat & Theophylactus. Nos, quo dilucidior esset sermo, pr[illegible]στὰς, quod Interpres vertit *surgens*, vertimus *quum surrexisset*. [illegible] enim participium præteriti temporis, quod circumitione reddendum erat. Idem Hieronymus in secundo Dialogo adversus Pelagium disputans, narrat in fine Evangelii juxta Marcum, in nonnullis exemplaribus maxime Græcorum coronidem fuisse adjectam hisce Marci verbis: *Postea quum accubuissent undecim, apparuit illis Jesus, & exprobravit incredulitatem & duritiem cordis eorum, quod multis, qui viderant eum resurgentem, non crediderunt*. Hîc additum erat: *Et illi satisfaciebant dicentes: Seculum istud iniquitatis & incredulitatis substantia est, quæ non sinit per immundos spiritus veram Dei apprehendi virtutem. Idcirco jam nunc revela justitiam tuam*. Cæterum ut hoc extremum Marci caput hodie habetur in omnibus, quæ sane viderim, Græcorum exemplaribus, quod enarrat etiam Theophylactus: ita coronidem hanc ex apo-

apocrypho quopiam Evangelio adscriptam apparet a Lectore nimium audaci. Nam Evangelium Hebræorum, quod tum a Nazaræis & Essenis legebatur, Hebraicis scriptum litteris, sed sermone Chaldaico, Hieronymus testatur a se versum in linguam Græcam, & ex eo nonnulla profert testimonia, in quo leguntur quædam his non dissimilia. Hoc autem assumentum, quoniam nihil habet Evangelisticæ gravitatis, sed olet potius dogma Manichæorum, merito resectum ac rejectum est tam a Græcis, quam a Latinis. Beda testatur divum Ambrosium accurate scripsisse in hunc Evangelistam, e cujus Commentariis fatetur se multa decerpsisse. Hoc opus nobis intercidit, nisi forte Beda sensit Commentarios in Marcum, qui feruntur Hieronymi titulo, esse Ambrosii. Quod ego nec refello, nec assevero. Videntur enim hominis nec infantis, nec inerudití, cui illud certe cum Ambrosio commune, quod multus est in allegoriis & affectibus. Præfationem autem ineptam & indoctam addidisse videntur Librarii, quo gratiosi nominis lenocinio allicerent emptorem. Illud addam, quod Hieronymus aliis verbis refert hunc locum quam habetur in Marco Latinæ Editionis, quum tamen adversus Pelagianos scripserit admodum senex: unde conjectare licet, aut hanc Editionem non esse Hieronymi, aut ipsum neglexisse quod tradiderat. Nam quod hic indico, perquam frequens est illi in eo opere.

DESIDERII ERASMI ROTERODAMI

ANNOTATIONUM IN EVANGELIUM MARCI

FINIS.

ΒΙΟΣ

τῦ

ΛΟΥΚΑ

ΚΑΤΑ ΣΩΦΡΟΝΙΟΝ.

Λουκᾶς ἰατρὸς Ἀντιοχεὺς, καθὼς τὰ συγγράμματα αὐτῦ δηλοῖ, τῦ Ἑλληνικῦ ὐκ ἄπειρος, σπυδαςὴς Παύλυ ἀποςόλυ, καὶ πάσης αὐτῦ τῆς ἀλλοδαπῆς ἀκόλυθος, συνέταξεν εὐαγγέλιον, περὶ ῦ αὐτὸς Παῦλος, Ἀπεςείλαμέν, φησι, σὺν αὐτῷ τὸν ἀδελφὸν, ῦ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ κατὰ πάσας τὰς ἐκκλησίας. Καὶ πρὸς τὺς Κολοσσαεῖς, Ἀσπάζεται ὑμᾶς Λυκᾶς ὁ ἰατρὸς ὁ ἀγαπητός. Καὶ πρὸς Τιμόθεον, Λυκᾶς ἐςὶ μετ' ἐμῦ μόνος. Καὶ ἕτερον δὲ ἐξέδωκε τεῦχος ἐξαίρετον, ἐπιγράφην πράξεις ἀποςόλων, ῦ ἡ ἱςορία ἕως διετείας διάγοντος ἐν τῇ Ῥώμῃ Παύλυ ἐκτείνεται, τυτέςιν, ἕως τετάρτυ Νέρωνος ἐνιαυτῦ. Ἀφ' ὧν πεπείσμεθα, ἐν τῇ αὐτῇ πόλει τὴν βίβλον συντετάχθαι. Ἡ γὰρ περίοδος Παύλυ καὶ Θέκλας, καὶ πᾶς ὁ μῦθος ὡσανεὶ λέοντος βαπτισθέντος, εἰς τὰς ἀποκρύφυς γραφὰς ψηφισθήσεται. Οὐ δὲ γὰρ ἐνεχώρει τὸν ἀχώριςον τῦ ἀποςόλυ, μεταξὺ τῶν λοιπῶν αὐτῦ πράξεων τῦτο ἠγνοηκέναι. Ἀλλὰ καὶ Τερτυλλιανὸς ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἀναφέρει πρεσβυτερόν τινα ἐν τῇ Ἀσίᾳ, σπυδαςὴν Παύλυ ἀποςόλυ, ἐλεγχθέντα ἐπὶ Ἰωάννυ, οἷα παρ' αὐτῦ συνταγείσης βίβλυ, ὡμολογηκέναι φίλτρῳ κατεχόμενον Παύλυ, τῦτο πεποιηκέναι. Διὸ καὶ ἐκβεβλῆσθαι τῦτον τινὲς ὑπολαμβάνυσιν. Ὁσάκις γὰρ Παῦλος ἐν ταῖς οἰκείαις ἐπισολαῖς λέγει, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον μυ, δῆλον ὡς περὶ τῦ τεύχυς τῦ κατὰ Λυκᾶν σημαίνει. Καὶ Λυκᾶν ὐ μόνον παρὰ τῦ ἀποςόλυ Παύλυ μεμαθηκέναι τὸ εὐαγγέλιον, οἷα μετὰ τῦ Κυρίυ τηνικαῦτα ἐν τῷ σώματι μὴ γενομένυ, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν λοιπῶν ἀποςόλων, ὅπερ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ἀρχῇ τῦ ἰδίυ συντάγματος περιφανῶς λέγει. Καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται. Τοιγαρῦν τὸ εὐαγγέλιον καθὼς ἀκήκοεν ἔγραψε. Τὰς δὲ πράξεις τῶν ἀποςόλων, καθὰ ἱςόρησεν αὐτὸς, καὶ συνέταξεν. Ἠνέχθη τὰ λείψανα αὐτῦ, καὶ ἀπετέθη ἐν Κωνςαντινοπόλει, εἰς ἣν πόλιν τῷ εἰκοςῷ Κωνςαντίνυ ἐνιαυτῷ τὸ τύτυ σῶμα μετὰ τῶν λειψάνων Ἀνδρέα τῦ ἀποςόλυ μετηνέχθη.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

εἰς τὸ

ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ

τῦ Θεοφυλάκτυ.

Λουκᾶς ὁ θεῖος, Ἀντιοχεὺς μὲν ἦν, ἰατρὸς δὲ, καὶ τὴν ἔξω σοφίαν πολὺς, ὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν Ἑβραϊκὴν παιδείαν ἐξησκήσατο, τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπιφοιτήσας, ὅτε δὴ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐδίδασκεν. Ὥςε φασὶ τινὲς, ἵνα καὶ αὐτὸν γενέσθαι τῶν ἑβδομήκοντα ἀποςόλων, καὶ ἐκ νεκρῶν δὲ ἀναςάντι τῷ Χριςῷ συναντῆσαι μετὰ Κλεόπα. Ἀναληφθέντος δὲ τῦ Κυρίυ, καὶ τῦ Παύλυ πιςεύσαντος, γενέσθαι συνέκδημον αὐτῦ. Φημὶ δὲ τῦ Παύλυ, καὶ δὴ συγγράψασθαι τὸ εὐαγγέλιον μετὰ πάσης ἀκριβείας. Ὡς καὶ αὐτὸ τὸ προοίμιον αὐτῦ ἐμφαίνει, μετὰ πεντεκαίδεκα ἔτη τῆς τῦ Χριςῦ ἀναλήψεως. Γράφει δὲ πρὸς Θεόφιλον συγκλητικὸν ὄντα, καὶ ἄρχοντα ἴσως. Τὸ γὰρ κράτιςος ἐπὶ τῶν ἀρχόντων καὶ ἡγεμόνων ἐλέγετο, ὡς καὶ ὁ Παῦλος φησὶ πρὸς τὸν ἡγεμόνα Φῆσον, Κράτιςε Φῆςε. Καὶ πᾶς δὲ ἄνθρωπος θεοφιλὴς, καὶ κράτος κατὰ παθῶν ἀναδεξάμενος, θεόφιλός ἐςι κράτιςος, ὃς καὶ ἄξιος τῷ ὄντι ἐςὶν ἀκύειν τῦ εὐαγγελίυ.

EVAN-

EVANGELIUM SECUNDUM LUCAM.

1 ΕΠΕΙΔΗΠΕΡ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων, 2 Καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ᾽ ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου· 3 Ἔδοξε κἀμοὶ, παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς, καθεξῆς σοι γράψαι, κρά-

A

1 QUONIAM complures aggressi sunt 2 contexere narrationem earum, 3 quæ inter nos certissimæ fidei sunt, rerum, 4 Sicuti tradiderunt nobis hi 5 qui ab initio suis oculis viderant ac pars aliqua fuerant eorum quæ narrabant: 3 Visum est & mihi,

1 Quoniamquidem] Solus Lucas & præfatur operi suo, & nominatim dicat libros suos. Is tametsi cæteris purior est ac dilucidior in eloquendo, ob Græcarum peritiam litterarum, quam in Catalogo Scriptorum tribuit illi Hieronymus, tamen multum & ipse admiscet ex idiomate sermonis Hebræi. Cæterum quod hîc vertit ἐπειδήπερ, *quoniamquidem*, haud scio, num apud emendate loquentes reperiatur *quoniamquidem* in priore sermonis parte. Ego maluissem *quoniam*, aut *posquam*, aut *quandoquidem*. Quanquam haud omnino male vertit ἐπεχείρησαν *conati sunt*: ut intelligamus illos voluisse magis quam præstitisse, & tentasse rem verius quam effecisse. Neque enim Matthæi tantum id temporis exstabat Evangelium aut Marci, sed multa ferebantur Evangelia, Nazaræorum, Thomæ, Matthiæ, secundum Ægyptios, secundum duodecim, Nicodemi, atque item aliorum, quæ deinde velut apocrypha rejecit Ecclesia. Porro ἐπιχειρεῖν proprie est *aliquid in manus sumere & aggredi*.

2 *Ordinare narrationem*] ἀνατάξασθαι. Quod ego vertissem *digerere*, sive *contexere*: siquidem id est in ordinem disponere, quod cæteri carptim, aut non juxta perpetuam rerum gestarum seriem prodidissent quædam. Quin & Matthæus ipse, quanquam cæteris est plenior, & ab ipsa Christi nativitate exorditur historico more, tamen totam fere pueritiam & adolescentiam Christi prætermisit. Porro Marci Evangelium ejus, quod a Matthæo proditum est, videri possit epitome, multa prætermittens, & historiam Evangelicam auspicans a prædicatione Joannis. Joannes quædam attingit carptim, velut ab aliis omissa. Proinde Ambrosius tribuit Lucæ stilum historicum ceu peculiarem. Cum enim sua singulis attribuisset, inquit: *At vero sanctus Lucas velut quemdam historicum ordinem tenuit, & plura nobis gestorum Domini miracula revelavit: ita tamen ut omnes sapientiæ virtutes Evangelii istius complecteretur historia.* Idem aliquanto post: *Historico enim stilo diximus hunc Evangelii librum esse digestum. Denique describendis rebus, quam exprimendis præceptis, studium uberius, comparatione aliorum, videmus impensum. Et ipse Evangelista historico more de narratione sumpsit exordium*, Fuit, *inquit*, in diebus Herodis Regis Judææ, sacerdos quidam nomine Zacharias, *eamque historiam plena digestione prosequitur.*

3 *Quæ in nobis completa sunt, rerum*] Quæso quis ex hac interpretatione percipere queat, quid senserit Evangelista? Nec enim simpliciter accipiendum est accidisse, quæ narraturus est, sed certissima fide comperta esse, & argumentis indubitatis persuasa. Id enim sonat Græcis πεπληροφορημένων, a verbo πληροφορέω, quod est, *plenam facio fidem*. Unde πληροφορία, *certa fides* quæ fit argumentis aut re exhibita: & πληροφόρημα vocant, quod nos vulgo dicimus *certificationem* Et πληροφορεῖσθαι dicitur, cui certa fit rei fides, ut jam nihil addubitet: hinc voce composita, quod adducantur, quæ ad plenam rei comprobationem requiri solent. Proinde in Epistola Pauli ad Romanos, capite quarto, πληροφορηθεὶς, Interpres vertit, *plenissime sciens*. Et rursum in eadem, capite decimo quarto, *Unusquisque in suo sensu abundet*, Græce est πληροφορείσθω, hoc est, *Unicuique sua mens satisfaciat, & in eo conquiescat.* Utitur eodem verbo Paulus in aliis complusculis locis: atque adeo Lucas ipse in Actis Apostolorum, id quod indicabimus suo loco. Quin & Origenis Interpres vertit ad hunc modum: *Quæ in nobis manifestissime sint ostensa*: & subjicit idem, πεπληροφορημένων, quod uno verbo Latinus sermo non explicat: certa enim fide & ratione cognoverat. Quanquam ex his verbis colligere licet, Scriptorem hunc, aut Paraphrasten Origenis fuisse, non Interpretem, aut nonnihil addidisse de suo, quo res esset explanatior. In eandem sententiam interpretatur Theophylactus, Græcus Interpres recentior, sed haudquaquam malus, mea sententia. Ait enim: Πεπληροφορημένων δὲ εἶπε πραγμάτων· οὐ γὰρ κατὰ ψιλὴν παράδοσιν εἰσὶ τὰ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ᾽ ἐν ἀληθεῖ καὶ βεβαίᾳ πίστει, καὶ μετὰ πάσης πληροφορείας. Πῶς δὲ εἰσὶ πεπληροφορημένα ταῦτα, εἰπὲ ὦ Λουκᾶ; Καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ᾽ ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου. Id est, *Res autem gestas dixit* πεπληροφορημένας: *non enim gesta Christi simpliciter vulgarique more tradita sunt, sed vera firmaque, cum omni certitudine constant. Sed age dic Luca, unde ista rerum certitudo? Sicut tradiderunt nobis ab initio qui ipsi ab initio spectatores ac ministri fuerunt eorum quæ narrant.* Indicat hujusmodi nonnihil & Ambrosius, licet obscurius, scribens hunc in modum: *Quæ in nobis completa sunt, vel quæ in nobis redundant. Quod enim redundat nulli deficit: de completo nemo dubitat, cum fidem effectus adstruat, exitus prodat.* Ac mox: *Ergo fundatus in petra, & qui omnem fidei sumpserit plenitudinem, firmamentumque constantiæ, recte dicit*, Quæ in nobis completæ sunt. Argute quidem lusit in verbis Ambrosius, sed interim gnarus Græcæ Linguæ satis indicat vim Græcæ vocis πεπληροφορημένων. Nescio, an illud sit operæpretium adjicere, vocem hanc & ad rem accommodari, & ad personam. Nam cui persuasum est, πληροφορηθεὶς dicitur, & quorum est facta fides, πεπληροφορημένα dicuntur, quemadmodum & homini fit fides, & rei fidem facimus. Suetonius suo more Græcam loquutionem referens scripsit in Tiberio, *Persuasionisque plenus cuncta facto agi*, velut exprimens Græcam vocem πληροφορηθείς.

4 *Sicut tradiderunt*] Vel hinc liquet, Lucam Evangelistam ab aliis audita scribere. *Traditur* enim id quod narratione transfunditur ab aliis in alios. Nisi sic malumus accipere, *Sicut nobis tradiderunt* absolute dici: ut ipse Lucas sit e numero eorum qui tradiderunt, & *nobis* ad omnes referatur, qui ex prædicatione Apostolorum Christum didicerunt. Verum id ut est a nemine dictum, ita coactius est, mea quidem sententia. Quorsum autem opus est hîc laborare in probationibus, cum divus Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum ingenue fateatur Lucam ea stilo fuisse prosequutum, quæ ab aliis acceperat, sed fidei certissimæ viris, hoc est, non a quibuslibet, sed ab iis qui omnibus quæ narrabant interfuissent. Hieronymi verba super hac re subscribam, si quis forte requiret: *Et Lucam*, inquit, *non solum ab Apostolo Paulo didicisse Evangelium, qui cum Domino in carne non fuerat, sed a cæteris Apostolis. Quod ipse quoque in principio sui voluminis declarat:* Sicut tradiderunt nobis qui a principio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis. *Igitur Evangelium sicut audierat scripsit. Acta vero Apostolorum sicut viderat composuit.* Et apertius etiam in Præfatione, quam præfixit Commentariis in Matthæum: *Tertius*, inquit, *Lucas, medicus, natione Syrus, Antiochensis, cujus laus in Evangelio, qui & ipse discipulus Apostoli Pauli, in Achaja Bœotiaque partibus volumen condidit, quædam altius repetens, & ut ipse in prœmio confitetur, audita magis quam visa describens.* Hactenus Hieronymus. Verum de hoc paulo post, per occasionem aliarum vocum, aliquanto plura dicemus. Dubitari poterat utro referenda esset hæc particula, *Sicut tradiderant nobis*, ad superiora, ut sit sensus, certitudinem persuasionis hinc esse, quod qui ea retulerant; non solum ipsi interfuerant, ceu testes ac spectatores rerum gestarum, verum ipsi quoque rerum aliquarum partem gessissent; an ad sequentia, ut sit sensus, se quoque velle contexere Christi vitam, bona fide, quam totam pleneque a gravissimis auctoribus didicisset.

5 *Qui ab initio ipsi viderunt*] Quod Interpres circumloquutus est, *qui ipsi viderant*, Græcis est unica dictio, αὐτόπται, a pronomine αὐτὸς *ipse*, & ὄπτω *video*. Certissimus enim habetur testis oculatus, ut ajunt. Hoc quoque indicio colligere licet, Lucam non vidisse quæ scribit in hoc libro: cum ipse se scriptorem fateatur, illos αὐτόπτας, non a sese, sed ab illis auctoritatem fidemque mutuans. Cæterum eos qui pars aliqua fuerunt rerum gestarum vocat ὑπηρέτας, hoc est, *ministros*. Subservit enim qui adjuvat in re peragenda: αὐτόπται erant cum cernerent ejicientem dæmonium, ὑπηρέται cum solverent Lazarum, cum & ipsi jussu Domini ederent miracula, cum illius causa periclitarentur. Græci litteratores vocem existimant ductam ab ὑπὸ & ἐρέσσειν, hoc est, *ab subremigando*, quod nauclero remiges subserviant. Cæterum quoniam dure videbatur Latinis dici *minister negotii*, non qui fuerit exequutor, sed qui partem ipse gesserit ac passus sit, maluimus ita reddere, *ac pars aliqua fuerunt eorum quæ narrabant*. Sic & Virgilianus Æneas sibi fidem conciliat:

----- Quæque ipse miserrima vidi,
Et quorum pars magna fui. -----

Hieronymus in Præfatione, quam edidit in omnia Evangelia, paulo aliter legit: *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt sermonem, & ministraverunt ei.* Neque vero quicquam ad rem facit quod argutatur Valla, hîc λόγου potius vertendum fuisse *verbi*, quam *sermonis*, quo commodius possit ad Christum referri. Quandoquidem hoc loco λόγον vocat ipsas res gestas quæ narrantur. Qui sermonis typus in Libris Sacris haudquaquam est novus. Quod genus est libri Reg. III. cap. XV. *Non declinasset ab omnibus quæ præceperat ei, cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Uriæ Ethæi.* Nihil enim hîc dixisse fertur Urias, sed intelligi voluit facinus nefarium, quod David in illum perpetrarat, cujus rumor jam pervenerat ad multos. Nec huic arbitror dissimile, quod legimus apud hunc ipsum Evangelistam: *Videamus hoc verbum quod factum est nobis.* Sentiunt enim se velle experiri, quod audierant nunciantibus Angelis. Nec illlepidum est quod hic philosophantur Origenes & Ambrosius, quomodo *verbum*, quod magis auditu percipitur, quam oculis, hic dicatur

4 κράτιστε Θεόφιλε· Ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης 5 λόγων τὴν ἀσφάλειαν. Ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας ἱερεύς τις ὀνόματι Ζαχαρίας, ἐξ ἐφημερίας Ἀβιά· καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρὼν, καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς Ἐλι- 6 ζάβετ. Ἦσαν δὲ δίκαιοι ἀμφότεροι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι 7 τοῦ Κυρίου ἄμεμπτοι. Καὶ οὐκ ἦν αὐτοῖς τέκνον, καθότι ἡ Ἐλιζάβετ ἦν στεῖρα, καὶ ἀμφότεροι προβεβηκότες ἐν 8 ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἦσαν. Ἐγένετο δὲ, ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ ἔναντι

A mihi, 6 ut, cunctis ab initio exacta diligentia pervestigatis, deinceps tibi scriberem, 7 optime Theophile: 8 Quo agnoscas eorum, 9 de quibus edoctus fueras, 10 4 certitudinem. 11 Erat in diebus Herodis regis Judææ 5 sacerdos quidam nomine Zacharias, 12 de vice Abia: & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen ejus Elizabet. Erant autem justi ambo coram Deo, versantes 6 in omnibus præceptis & justificationibus Domini 13 irreprehensibiles. Nec erat illis proles, eo quod esset 7 Elizabet sterilis, & ambo provectæ jam essent ætatis. 14 Factum est autem, 15 quum is sacerdotio fungere- 8 tur

tur *cerni*, propterea quod ait, *Videamus*, & hic habetur αὐτόπται τοῦ λόγου. Neque falsa est distinctio *verbi substantialis*, ut appellant, quod caro factum est, & *verbi*, quod aëris ictu pertingit ad aures. Neque non verum est, factis esse præstandum, quod intellectu cognoris, quodque animo destinaris. Nam huc detorquent illud, *ministri verbi*. Sed tamen hoc in loco non videntur admodum tempestiva. Ubi allegoriæ nubilum admittit hujusmodi conjecturas, non improbarim Lectoris animum avocari similibus commentatiunculis, ne vel desperans desinat legere, vel offensus absurditate sensus historici resiliat. In cæteris probarim sensum simplicissimum, minimeque detortum in Sacris Litteris. Jam quod negat Valla Christum in mysticis litteris usquam *sermonem* dici, sed duntaxat *verbum*, in promptu est refellere, cum passim reperiatur, non apud Lactantium modo, quem is unum excipit, verum etiam apud Cyprianum, Hilarium, Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, Prudentium, & his recentiores Bedam, Anselmum, ac Remigium: quemadmodum satis declaravimus in apologia, quam hac de re conscripsimus, & in Evangelio secundum Joannem carptim attingemus.

6 *Assequuto omnia*] παρηκολουθηκότι. *Assequuto* non est hic accipiendum, quemadmodum utuntur Latini, quibus *assecutus omnia* dicitur is, qui nulla in re frustratus sit, quod Græci vocant τυχεῖν, cui diversum est ἀτυχεῖν. Sed παρακολουθεῖν est *assectari*, & *adesse*, & *subsequi* potius quam *assequi*. Ut enim *assidere* dicitur *littera*, qui nusquam discedit a littera; ita παρακολουθεῖν dicitur, qui, quoquoversum te conferas, adest, & assectatur individuus comes. Neque vero desunt qui ex occasione hujus verbi sic interpretentur, Lucam ab initio interfuisse omnibus quæ scribit. Sic enim istis, opinor, visus est sentire, quisquis fuit, cujus exstant in Lucam Commentarii, Adamantii titulo. Verum huic interpretationi palam reclamant ea, quæ præcedunt in hoc ipso sermone Lucæ, quæ quantumvis torqueas, obsecro num omnibus interfuit Lucas quæ narrat? Num etiam colloquio Mariæ cum Angelo, num spectaculo Jesu transfigurati? Quanquam si quis Origenis sermonem diligentius expendat, sentiet illum non hoc affirmare, quod Lucas interfuerit omnibus, quæ texit in historia, verum negat se carptim & ex rumore cognovisse, hoc est, dubio atque incerto auctore, sed rem omnem ordine ex gravissimis ac certissimis testibus. Verba ipsius subscribam: Visum & mihi assequuto ab initio: *Inculcat ac replicat, quoniam ea, quæ scripturus est, non rumore cognoverit, sed ab initio ipse fuerit consequutus. Unde & ab Apostolo merito collaudatur, dicentis:* Cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias. Hactenus ille. Certe Lucas obambulans per omnes Ecclesias, non vidit ea quæ gessit Christus, sed ab ipsis Discipulis & Apostolis cognovit ac didicit, quæ gesserat ac docuerat. Atque illos non esse vanos auctores, & vita ipsorum ac miracula declarabant. Neque tamen hoc sentio, πᾶσιν referendum ad personam, ut intelligamus Lucam omnibus Apostolis adsuisse, sed ad rem, ut sensus sit, illum omnia ordine persequutum, & sic omnia cognovisse ex his, qui quæ viderant memorabant, ut nihil prætermiserit, quod ad historiæ seriem pertineret. Augustinus libro *de consensu Evang.* IV. cap. VIII. legit, *assequuto a principio omnibus*, servata constructione Græca. Scripsit autem non *omnia*, sed *ex omnibus*, ut annotavit Ambrosius. Porro ne quis nobis diffidat, usus est hoc verbo Demosthenes, ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας: Ἵνα ὡς μετὰ πλείστης συγγνώμης παρ᾽ ὑμῶν, ὁ τὰ τούτου πονηρεύματα εἰδὼς ἐγὼ, καὶ παρακολουθηκὼς ἅπασι, κατηγορῶ. Sentit autem non se fuisse spectatorem ac testem, quæ gesserat Æschines, sed omnia pervestigasse. Idem alibi: Ὑμεῖς γὰρ δικασταὶ ῥᾷον παρακολουθήσετε πᾶσι τοῖς λεγομένοις. Sequitur enim cogitatio judicis, ordinem referentis. Et apud Galenum legimus παρακολουθῆσαί τινι θεωρίᾳ, quod animi contemplatio sequatur orationem: quod non faciunt ii, qui parum attenti sunt iis quæ dicuntur. Usus est aliquoties hoc verbo & Paulus in suis Epistolis in eumdem ferme sensum, velut ad Timotheum capite quarto: Ταῦτα ὑποτιθέμενος τοῖς ἀδελφοῖς, καλὸς ἔσῃ διάκονος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως, καὶ τῆς καλῆς διδασκαλίας, ᾗ παρηκολούθηκας. Id est, *De his si commonefeceris fratres, bonus eris minister Jesu Christi, enutritus in sermonibus fidei, & bonæ doctrinæ, quam usque sequutus es.* Neque enim assentior iis, qui idem putant esse Græcis παρακολουθεῖν & ἐπιτυχεῖν, sive ἐφικνεῖσθαι. Siquidem assequimur expetita ac difficilia. Assectamur & παρακολουθοῦμεν, a quibus non recedimus. Qua de re plura dicemus in locum Pauli, quem modo adduximus. Jam quod dixit ἄνωθεν, aut intelligendum est *ab initio & ordine*, ut intelligamus nihil prætermissum, aut *denuo ac deintegro*, ut quod alii vel carptim vel parum certa fide narrarunt, ipse *denuo* plena certissimaque fide eisdem de rebus texat historiam. Siquidem hæc vox ἄνωθεν Græcis tria declarat, *desuper*, hoc est, *e supernis*, *ab integro*, sive *denuo*, & *ab initio usque ad finem*, sive *a summo usque ad imum*.

7 *Optime Theophile*] Miror unde Lyranus suspicatus sit Theophilum magnatem quempiam aut principem fuisse, quod Lucas *optimi* cognomen addiderit. Ita ne primates *optimos* vocare solemus, aut num illis peculiare est *optimos* esse? Verum id Lyranus in aliquo legerat glossemate, quod ut legere potuit, ita ob inscitiam Græcæ linguæ intelligere non potuit. Nam apud Græcos κράτος *robur* sonat, sive *imperium*. Et κρατεῖν est *vincere*, sive *compotem esse*, unde Paulus in Actis Apostolorum *Festum* κράτιστον vocat, quasi dicas *plurimum pollentem*. Id quod attestantur & Interpretes, Origenes, Theophylactus, Ambrosius. Quanquam κρείττων non solum *potentiorem* significat, ac *superiorem*, cui respondet ἥττων, verum etiam *potiorem*, ac *pluris faciendum*, cui superlativi vice est κράτιστος. Qui vertit Homilias Origenis in Lucam annotavit κράτιστον significare *optimum*, sive *potentissimum*. Cæterum *Theophilus* sonat *amans Dei*, sive *gratus Deo*, quod utrum proprium sit nomen, an epitheton pii Lectoris, alii disputent. Ego proprium hominis vocabulum esse puto.

8 *Ut cognoscas*] Ἵνα ἐπιγνῷς. Annotat hoc & Theophylactus, non dictum esse ἵνα γνῷς, id est, *cognoscas*, sed ἐπιγνῷς, *agnoscas*. *Cognoscimus* enim quæ discimus antea nobis incognita. *Agnoscimus* quæ prius utcunque novimus, velut faciem ante annos aliquot visam agnoscimus. Indicat hanc elegantiam duorum verborum & divus Hieronymus, cum alias, tum in apologiis adversus Rufinum.

9 *De quibus eruditus es*] περὶ ὧν κατηχήθης. Olim qui baptismatis essent candidati, iis tradebantur fidei Christianæ mysteria, sed viva voce, sine scripto, quemadmodum priscis illis Theologis mos erat apud Ægyptios, & apud Gallos Druidibus. Id erat initiari mysteriis, quod Paulus & Lucas vocant κατηχεῖν: ἠχεῖν enim est *voce sonare*. Inde κατηχεῖν *voce erudire*, quæ scripto nolis committere. Unde qui docebantur ad eum modum, *Catechumeni*, sive κατήχητοι, vocabantur, qui docebant *Catechistæ*, quos Dionysiacus Interpres *susceptores*, ut arbitror, nominat, vulgo *compatres* dicuntur. Usurpavit hoc verbi Lucianus in Asino: Ἐμὲ δὲ ἀπέδωκεν ἀπελευθέρῳ τινὶ τῶν αὐτοῦ νεανίσκων, καὶ εἶπε κατηχεῖν, ὅσα ποιῶν, μάλιστα ψυχαγωγεῖν αὐτὸν δυναίμην. Id est, *Me vero tradidit libertino cuipiam ex suis adolescentulis, jussitque ut doceret quæ facienda essent, quibus maxime sibi voluptati esse possem.* Ridicule Lucianus facit puerum asini catechistam. Etiamsi in Actis Apostolicis Lucas κατηχήθη usurpavit pro *rescivit*, sive *edoctus est*, non de fidei mysteriis agens, sed de præfecto præmonito. Verum Ecclesia sic verbum hoc suum fecit, ut non aliter quam *Catechumenos* vocent, etiam ii quid sit *Catechumenus* non intelligunt. Sensus igitur hic est, meo quidem judicio, ut ea, quæ olim catechumenus viva voce didicisti, nunc plenius ac certius scripto cognoscas. Opponit enim hæc inter se ceu pugnantia γράψαι, & κατηχήθης. Quanquam, ut dixi, in Actis semel atque iterum usus est hoc verbo, κατηχήθη, pro *auditum est*, simpliciter.

10 *Eruditus es veritatem*] Græcis est non ἀλήθειαν, sed ἀσφάλειαν, id est, *certitudinem*. Nam *veritas* & *fides* constabat etiam iis quæ in catechismo didicerat. Cæterum ἀσφαλὴς dicitur quod *certum* est ac *tutum*, & in quo nullum sit lapsus aut erroris periculum. Hinc enim Græca vox dicta est a σφάλλομαι, *labor*, & α particula privativa. Certius enim scimus, quæ scripto & ordine cognoscimus, maxime si prius eadem ab aliis audierimus, aut etiam ab iisdem eadem. Quandoquidem ipsa narrationis constantia cumprimis fidem arrogat rebus.

11 **F**uit in diebus] Ἐγένετο, *Erat* potius.

12 *De vice Abia*] ἐξ ἐφημερίας. Græca vox evidentior est, indicans certos dies esse præscriptos, in quibus certi Sacerdotum ordines administrarent. Nec est *uxor ei*, dandi casu, sed αὐτοῦ, id est, *illius*, atque ita legitur & in Latinis codicibus emendatis. Licet ad sensum nihil referat.

13 *Sine querela*] Græcis unica dictio est, ἄμεμπτοι, quod sonat, quasi dicas ejusmodi, ut de his nemo queri possit: dicere poterat *inculpati*, sive *irreprehensibiles*. Nam quod mutat Valla *innoxii* sive *insontes*, mihi non perinde probatur. Major enim quædam laus videtur esse, ἄμεμπτον esse quam *innoxium*. Maximum enim est sic temperare mores ac vitam omnem, ut hominum etiam judicio satisfacias, ut improbis quoque, quod in te est, placeas. Porro quod vertit *processissent*, &c. προβεβηκότας, usitatius *provectæ ætatis* dicimus.

14 *Factum est autem*] Hæc orationis forma frequens est apud Lucam, quasi dicas, *factum est, ut Petrus me inviseret*, pro eo quod erat, *accidit ut me inviseret*.

15 *Cum sacerdotio fungeretur Zacharias*] Græcis pro *Zacharias* est αὐτὸν, quod tamen nihil refert ad sensum. Nec additur in aureo codice, nec in Donatianicis, nec in Constantiensi. Pronomen αὐτὸς ita reddi poterat, *cum is sacerdotio fungeretur*. Et *in ordine vicis*, rursum est ἐφημερίας. Cæterum quod sequitur *secundum consuetudinem sacerdotii*, non est Græcis ἱερωσύνης, sed ἱερατείας, nomen ab eo verbo, quod modo melius verterat, *sacerdotio fungeretur*. Potuit igitur & hic transferre, *juxta consuetudinem functionis sacerdotalis*.

16 Sor-

9 τι τοῦ Θεοῦ, Κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας, ἔλαχε 10 τοῦ θυμιάσαι, εἰσελθὼν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Κυρίϰ. Καὶ πᾶν τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ ἦν προσευχόμενον ἔξω τῇ ὥ- 11 ρᾳ τοῦ θυμιάματος. Ὤφθη δὲ αὐτῷ Ἄγγελος Κυρίϰ, 12 ἑςὼς ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαςηρίϰ τοῦ θυμιάματος. Καὶ ἐταράχθη Ζαχαρίας ἰδὼν, καὶ φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' 13 αὐτόν. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἄγγελος, Μὴ φοβοῦ Ζαχαρία· διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σϰ· καὶ ἡ γυνή σϰ Ἐλιζάβετ γεννήσει υἱόν σοι, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα 14 αὐτοῦ Ἰωάννην· Καὶ ἔςαι χαρά σοι καὶ ἀγαλλίασις, 15 καὶ πολλοὶ ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ χαρήσονται. Ἔςαι γὰρ μέγας ἐνώπιον τοῦ Κυρίϰ, καὶ οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ· καὶ Πνεύματος ἁγίϰ πλησθήσεται ἔτι ἐκ 16 κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ· Καὶ πολλοὺς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ 17 ἐπιςρέψει ἐπὶ Κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν. Καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἡλίϰ, ἐπιςρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων, ἑτοιμάσαι Κυρίῳ λαὸν κα- 18 τεσκευασμένον. Καὶ εἶπε Ζαχαρίας πρὸς τὸν Ἄγγελον, Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; ἐγὼ γάρ εἰμι πρεσβύτης, καὶ ἡ γυνή μϰ προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐ- 19 τῆς. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἄγγελος εἶπεν αὐτῷ, Ἐγώ εἰμι Γαβριὴλ, ὁ παρεςηκὼς ἐνώπιον τϰ̃ Θεϰ̃, καὶ ἀπεστάλην λαλῆσαι πρός σε, καὶ εὐαγγελίσασθαί σοι ταῦ- 20 τα. Καὶ ἰδϰ̀ ἔσῃ σιωπῶν, καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι ἄχρι ἧς ἡμέρας γένηται ταῦτα, ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίςευσας τοῖς λόγοις μϰ, οἵτινες πληρωθήσονται εἰς τὸν καιρὸν 21 αὐτῶν. Καὶ ἦν ὁ λαὸς προσδοκῶν τὸν Ζαχαρίαν, καὶ 22 ἐθαύμαζον ἐν τῷ χρονίζειν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ. Ἐξελθὼν δὲ ϰ̓κ ἠδύνατο λαλῆσαι αὐτοῖς· καὶ ἐπέγνωσαν ὅτι ὀπτασίαν ἑώρακεν ἐν τῷ ναῷ· καὶ αὐτὸς ἦν διανεύων 23 αὐτοῖς, καὶ διέμεινε κωφός. Καὶ ἐγένετο, ὡς ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτϰργίας αὐτϰ̃, ἀπῆλθεν εἰς τὸν 24 οἶκον αὐτοῦ. Μετὰ δὲ ταύτας τὰς ἡμέρας συνέλαβεν Ἐλιζάβετ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ περιέκρυβεν ἑαυτὴν 25 μῆνας πέντε, λέγϰσα, Ὅτι ϰ̔́τως μοὶ πεποίηκεν ὁ Κύριος ἐν ἡμέραις, αἷς ἐπεῖδεν ἀφελεῖν τὸ ὄνειδός μϰ ἐν ἀν-

tur in ordine vicis suæ coram Deo, Secundum consuetudinem functionis sacerdotalis, 16 sors illi obvenit, 17 ut odores incenderet, ingressus in templum Domini. 10 Et omnis multitudo populi precabatur foris tempore thymiamatis. 11 18 Apparuit autem illi Angelus Domini, stans a dextris altaris, in quo thymiamata solent adoleri. 12 Et Zacharias turbatus est eo viso, ac timor irruit super eum. 13 Ait autem ad illum Angelus, Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua: uxorque tua Elizabet pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem: 14 Et erit gaudium tibi & exsultatio, 19 & multi super ejus nativitate gaudebunt. 15 Erit enim magnus coram Domino, 20 & vinum siceramque non bibet: & Spiritu sancto replebitur 21 jam inde ab utero matris suæ: 16 Multosque filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum. 17 Et ipse præcedet ante illum cum spiritu 22 & virtute Heliæ, ut convertat corda patrum in filios, 23 & inobedientes 24 ad prudentiam justorum, 25 ut paret Domino 26 plebem perfectam. 18 Et dixit Zacharias ad Angelum, Quo argumento istuc cognoscam? ego enim sum senex, & uxor mea provectæ ætatis est. 19 Ac respondens Angelus dixit ei, Ego sum Gabriel, qui adstiti in conspectu Dei, missusque sum ut loquar ad te, & hæc tibi læta nunciem. 20 Et ecce futurum est ut sis tacitus, nec fari possis ad eum usque diem quo hæc fiant, eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. 21 Et erat populus exspectans Zachariam, & mirabantur 27 quod moraretur in templo. 22 Egressus autem non poterat loqui illis: & cognoverunt quod visionem vidisset in templo: & ipse innuebat illis, 28 permansitque mutus. 23 Et accidit, ut impleti sunt 29 dies officii ejus, abiit in domum suam. 24 Post hos autem dies concepit Elizabet uxor ejus, & occultabat se mensibus quinque, dicens, 25 30 Sic mihi fecit Dominus in diebus, quibus 31 me respexit, ut auferret probrum meum inter

16 *Sorte exiit*] Græcis est ἔλαχεν, id est, *sortitus est*, quod Interpres, ni fallor, volens dilucidius reddere periphrasi verterat, *sors exiit*, quod sortibus missis in urnam, sors illius, aut illius exisse diceretur. Id aliquis depravavit in *sorte exiit*, proinde nos vertimus, *sorte illi obvenit*. Alioqui Zacharias ingressus est, non exiit. Quod subindicat Ambrosius: *Sorte ergo eligebatur*, inquit, *ut introiret templum Sacerdos*. Sermo perinde sonat, quasi inter Sacerdotes sortitio facta sit, quis ingrederetur, immolaturus incensum: & tamen quidam, quorum est Beda, putant illi suum sacerdotium prius obtigisse sorte: quod an verum sit, aliis judicandum relinquo. Nam fieri potest, ut inter plures Sacerdotes primarios in ipsa functione sors deligeret ingressurum.

17 *Ut incensum poneret*] τϰ̃ θυμιάσαι, id est, *ut adoleret thymiamata*, sive *odores incenderet*. Nam *incensum* non probatur Laurentio, quod ea vox non per omnia respondeat huic rei, Latini *suffitum* vocant. Quanquam mox quoque *hora incensi* vertit, τῇ ὥρᾳ τϰ̃ θυμιάματος, & paulo post, *a dextris altaris incensi*.

18 *Apparuit autem*] Non est ἐφάνη, sed ὤφθη, id est, *visus est*, sive *conspectus est*. Nam apparent & quæ non sunt: quanquam non reprehendo quod transtulit Interpres. Hoc indicare visum, quod Augustinus Epistola centesima duodecima sequutus Ambrosium philosophatur de verbo *apparuit*, quæ non admodum ad rem pertinent.

19 *Multi in nativitate ejus gaudebunt*] ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτϰ̃, id est, *de nativitate ejus*, sive *super nativitate ejus*.

20 *Vinum & ciceram*] *Sicera* scribendum est per *s*, non per *c*. Nec enim a *cicere* dicitur leguminis genere, verum vox est Hebraica, quæ per *Sin* apud illos scribitur, a verbo שָׁכַר, quod sonat *inebriari*. Unde apud illos omnis potus factitius, qui possit inebriare, *sicera* dicitur. Porro vini factitii usum fuisse apud Ægyptios, testis est Diodorus Siculus Historiæ suæ libro primo, quod sua lingua vocarent *zuthum*, sive ut in quibusdam habetur, corrupte opinor, *citon*, id quod olim Galli *cervisiam* vocabant, Hispani *cœliam*, teste Plinio. Cujus meminit & Dioscorides libro secundo, docens ex hordeo potissimum fieri, confici tamen & ex triticea fruge, qua soleant uti gentes occidentales Hiberiæ ac Britanniæ. Cæterum potionis genus vehementer improbat, ut multis modis noxium.

21 *Adhuc ex utero*] ἔτι ἐκ κοιλίας. Verba quidem annumeravit bona fide. Cæterum purius ac Latinius extulisset, *jam inde ab utero matris*: sic enim significamus longe repetitum initium.

22 *Et virtute Heliæ*] δυνάμει. Ut intelligas vim miraculorum, non solum probitatem, ut crebro jam admonuimus, licet non exstet in litteris Joannem edidisse miracula, aderat tamen fidei robur usque ad vitæ contemptum. Hoc autem convenit cum vaticinio Malachiæ, qui prædixit Heliam venturum, priusquam veniret dies Domini magnus, ut indicavimus in Matthæo. At ne Lucas quidem, aut Angelus, cujus verba refert, citat ad verbum Malachiæ testimonium, sic enim legimus juxta veritatem Hebraicam, interprete Hieronymo: *Et convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum*. Pro quo legunt Septuaginta, ὃς ἀποκαταςήσει καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱὸν, καὶ καρδίαν ἀνθρώπϰ πρὸς τὸν πλησίον αὐτϰ̃, id est, *qui convertet cor patris ad filium, & cor hominis ad proximum suum*.

23 *Et incredulos*] *Incredulos* Græce est ἀπειθεῖς, quod aliquoties vertit *inobedientes*; hic fortasse magis quadrabat, cum mentio facta sit patrum & filiorum. Nam *incredibiles* pro *incredulos*, quod legisse videtur Valla, quandoquidem notat, ego nusquam adhuc scriptum offendi, præterquam in duobus vetustis exemplaribus: denique & in Constantiensi.

24 *Ad prudentiam justorum*] Nescio an Lucas abusus sit præpositione ἐν pro εἰς, quemadmodum fecit cap. XXIII. ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ βασιλείᾳ σϰ. Certe est, *in prudentia justorum*. Et tamen altera lectio mollior est. Alioqui sensus esse poterat, adducet eos, non vi, sed *prudentia justorum*; justi enim non ulciscuntur, sed sobrietate persuadent.

25 *Parare Domino*] Recte taxat Interpretem Laurentius, quod sive oscitans, sive varietatem affectans, alterum infinitum verterit in modum finitum: alterum ut erat reliquerit, *ut convertat corda patrum & parare Domino*: cum eadem opera dicere potuerit, *ut convertat & paret*. Quod tamen ita crebro facit, ut studio fecisse videatur. Quod si verum est, miror cur affectarit, quod erat fugiendum. Itidem in Psalmis: *Insidiatur ut rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum*. Cum utrobique sit ἁρπάσαι. Et aliquanto post, *Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui*, cum Græce sit ποιῆσαι & μνησθῆναι. Ac rursum, *illuminari his, qui in tenebris & umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes*, cum sit ἐπιφᾶναι & κατευθῦναι, utrumque verbum infinitivum.

26 *Plebem perfectam*] κατεσκευασμένον. Quod magis sonat *instructam* & *adornatam* sive *apparatam*. In hoc enim præcursor erat Joannes, ut suo baptismo, prædicatione, ac testimonio de Christo, Judæorum animos dociles redderet Evangelicæ philosophiæ, quod diligenter explicat Theophylactus. Interpres noster legisse videtur κατηρτισμένον.

27 *Quod tardaret ipse in templo*] ἐν τῷ χρονίζειν αὐτὸν. *Ipse* non erat hoc loco reddendum, si voluisset Latine loqui, quod tamen alias in consimili sermonis genere non semel ausus est omittere.

28 *Et permansit mutus*] Mirum cur Laurentium offendat *mutus*, quasi κωφὸς tantum significet *surdum*. Unde igitur proverbium illud, Κωφὸν πρόσωπον, id est, *Muta persona*? Is qui collegit Græcarum vocum etymologias, citatis auctoribus docet κωφὸν dici Græcis, non solum qui *surdus* sit, verum etiam qui *mutus*, quem ἄλαλον vocant, neque quicquam interesse, nisi quod ἄλαλος dicatur, qui fari per ætatem non possit, velut infantes, κωφὸς, cui nulla sit omnino vox.

29 *Dies officii*] λειτϰργίας, id est, *ministerii*, quod tamen plerumque de sacris ministeriis accipitur.

30 *Quia sic fecit*] Ὅτι conjunctio erat omittenda Latine vertenti, quod alicubi tamen ausus est.

31 *Et respexit auferre*] ἐπεῖδεν ἀφελεῖν, id est, *respexit*, subaudi

26 ἀνθρώποις. Ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ Ἄγγελος Γαβριὴλ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ᾗ ὄνομα 27 Ναζαρὲθ, Πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσὴφ, ἐξ οἴκου Δαβὶδ, καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθέ-28 νου Μαριάμ. Καὶ εἰσελθὼν ὁ Ἄγγελος πρὸς αὐτὴν εἶπεν, Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, εὐλογημένη 29 σὺ ἐν γυναιξίν. Ἡ δὲ ἰδοῦσα, διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ· καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. 30 Καὶ εἶπεν ὁ Ἄγγελος αὐτῇ, Μὴ φοβοῦ Μαριάμ· εὗρες γὰρ 31 χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. Ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ 32 υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ 33 Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, Καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς 34 βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Εἶπε δὲ Μαριὰμ πρὸς τὸν Ἄγγελον, Πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; 35 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἄγγελος εἶπεν αὐτῇ, Πνεῦμα ἅγιον ἐπε-

ter homines. 26 In mense autem sexto missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, 27 Ad virginem [32] desponsam [33] viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, [34] ac nomen virginis Maria. 28 Et ingressus Angelus ad eam dixit, [35] Ave gratiosa, Dominus tecum, [36] benedicta tu inter mulieres. 29 [37] Illa vero quum vidisset, turbata est super oratione ejus: & cogitabat [38] qualis esset illa salutatio. 30 Et ait Angelus ei, Ne timeas Maria: [39] nacta es enim gratiam apud Deum. 31 Ecce concipies in utero, & paries filium, ac vocabis nomen ejus Jesum. 32 Hic erit magnus, [40] & Filius Altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus sedem [41] David patris ipsius, 33 Regnabitque super domum Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. 34 Dixit autem Maria ad Angelum, Quomodo erit istud, quandoquidem [42] virum non cognosco? 35 Et respondens Angelus dixit ei, Spiritus

audi *me*, *ut auferret*, &c. id est, *misertus mei abstulit opprobrium*.

32 *Desponsatam viro*] *Desponsam* & *desponsatam* utrumque reperio apud probos auctores, Græce est μεμνηστευμένην, quod est proprie *proco tradere sponsam*. Jam enim, ut apparet, puella cum sponso habitabat, etiamsi coitus non intercesserat.

33 *Viro, cui nomen erat Joseph, de domo David*] Chrysostomus Homilia in Matthæum secunda indicat hoc loco legi, *de domo ac familia*, ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς. Sic accipiens quasi *domus* appellatio latius pateat, *familia* pertineat ad pauciores. Quanquam nec apud Ambrosium ita legimus, nec in antiquissimis exemplaribus. Verum *familia* nomen additur proximo capite: *Adscendit autem & Joseph a Galilæa de civitate Nazareth in Judæam in civitatem David, quæ vocatur Bethleem, eo quod esset de domo & familia David.* Consentientibus nostris exemplaribus cum Græcis. Proinde fieri potest, ut Chrysostomus memoria lapsus sit, præsertim cum locum hunc secus adducat, quam habeatur apud Lucam: adducit enim hunc in modum, *Audi ad Gabriel loquentem Dominum: Vade ad virginem desponsatam viro, cui nomen Joseph, ex familia & domo David.* Licet Chrysostomus ex altero loco idem poterat conficere, quod conficere volebat ex hoc. Neque enim hic contendit ad virginem esse referendum quod dicitur, *de domo & familia David*, sed ad Joseph; verumtamen hinc colligi Mariam ejusdem fuisse tribus. Quod si utroque loco agebatur de *domo* & *familia*, mirum cur Chrysostomus non utrumque adduxerit. Certe Theophylactus hoc loco *familia* non meminit.

34 *Et nomen virginis Maria*] Μαριὰμ voce & accentu Hebræo. Quanquam ostendimus hoc non observari perpetuo: sive id accidit incuria Librariorum, sive quod nihil intersit.

35 *Ave gratia plena*] Χαῖρε κεχαριτωμένη. Idem verbum χαίρειν apud Græcos tria significat, *gaudere*, *salvere*, & *valere*. Unde nihil referebat, *salve* vertisset, an *ave*. Nec est *gratia plena*, sed, ut ad verbum reddam, *gratificata*. Verbo, unde hoc participium deductum est, utitur Paulus in Epistola ad Ephesios cap. primo: *Gratificavit nos in dilecto Filio suo*, ἐχαρίτωσεν, hoc est, *gratos & charos reddidit*. Quanquam participio, quod idem pollet, Homerus usus est pro unice dilecto, ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ, id est, *meo dilecte animo*. Nam *charus* esse potest, qui se nobis suis officiis commendavit. At κεχαριτωμένος non dicetur, nisi quem gratuito quodam animi favore complectimur. Porro *gratiosi* Latinis dicuntur, quibus favetur, propenso quodam animi studio. Est autem vox velut amorem alicujus erga virginem nunciantis, eo quod sonat blandum quiddam. Unde & *turbata* virgo *cogitabat*, *qualis esset ea salutatio*. Annotavit & Origenes hanc salutandi formam nusquam exstare in Libris Sacris, nec ad virum ullum, nec ad mulierem. Itaque novitas quoque ipsa stuporem auxit virginis. Ad id facit, quod Græce non est ποῖος, sed ποταπὸς, ut insignem ac miram accipias salutationem. Nam solennis Judæorum salutatio pacem optabat. Cæterum aptissimum erat, ut gaudii vocabulo salutaretur, quæ veræ voluptatis auctorem erat conceptura: & gratiæ vocabulo compellaretur, quæ Jesum erat paritura, finem ceremoniarum frigidarum, & salutaris gratiæ principem auctoremque. Video Theologos quosdam, viros alioqui doctos ac pios, quorum est Bernardus, mire philosophatos in his verbis, *gratia plena*, velut hoc peculiariter competat in Mariam, *gratia plenam* appellari; cum nec hoc loco dixerit Lucas *gratia plenam*, & is sermo multis promiscue tributus in arcanis litteris reperiatur. Siquidem de Joanne Baptista legimus: *Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ.* Rursum de Elizabet: *Repleta est Spiritu sancto.* Ac mox: *Zacharias Spiritu sancto repletus* legitur. Et in Actibus Apostolicis, *Spiritu sancto repleti* leguntur qui convenerant. Et *Stephanus plenus Spiritu sancto* dicitur, ac *plenus gratia & virtute.* Nec ista cuiquam videri oportet negligenda. Siquidem, ut est elegans in hujusmodi minutiis apte philosophari in arcanis litteris, ita fœdum extra rem nugari. Proinde ne quis ad eumdem impingat lapidem, nos vertimus *gratiosa*.

36 *Benedicta tu*] εὐλογημένη, quod sonat *laudatam* sive *præclara fama*, de qua omnes bene loquantur. Licet autem *benedictus* ac *maledictus* pro *laudato* & *illaudato* non reperiatur apud Latinos auctores, tamen velimus nolimus ad quædam ejusmodi connivendum est, receptiora quam ut citra tumultum mutari possint. Et, *in mulieribus*, ἐν γυναιξὶν, id est, *inter mulieres*: quod ipse paulo post ad eum transtulit modum, & ita legit divus Ambrosius. Quanquam haud sum nescius *in* pro *inter* usurpari, nonnunquam apud Latinos quoque.

37 *Quæ cum audisset*] Græci secus habent, Ἡ δὲ ἰδοῦσα, id est, *At illa cum vidisset*. Ita scriptum fuisse in nonnullis vetustis codicibus attestatur Valla. In codice Constantiensi rasor nescio quis ex *vidisset* fecerat *audisset*. Et ne quis pergat causari, sic legit divus Ambrosius. Quanquam apud hunc non est *turbata in sermone*, sed *introitu*. Legit enim ad hunc modum: *Ipsa autem ut vidit eum, mota est in introitu ejus.* Et ne quis causetur, casu mutatam scripturam subjicit, interpretans quid legerit: *Trepidare virginum est, & ad omnes viri ingressus pavere, omnes viri affatus vereri.* Nisi forte hîc Ambrosius nonnihil immutavit de suo. Quanquam his consentanea dicit libro off. 1. cap. decimo octavo: *Quod salutata ab Angelo tacet & mota est in introitu ejus, quod ad virilis sexus speciem peregrinam turbatur adspectus virginis.* Jam & in Catena aurea referuntur verba Græci nescio cujus, ex quibus satis liquet & ipsum legisse *cum vidisset*, non *cum audisset*. Sic habent: *Quum assueta foret his visionibus, Evangelista non visioni, sed relationibus turbationem attribuit, dicens*, Turbata est in sermone ejus, &c. Et paulo post, *& cogitabat qualis esset ista salutatio, non conceptio; nam adhuc ignorabat immensitatem mysterii, sed salutatio, nunquid libidinosa, ut a viro ad virginem, an divina, dum Dei faceret mentionem, dicens*, Dominus tecum. Hæc Græcus ille. Quum ego tribus verbis annotassem, Angeli salutationem *amatorium quiddam ac procorum præ se tulisse*, & ob id Mariam principio fuisse turbatam, Deum immortalem! quas hîc tragœdias excitavit quidam, & alius ab integro renovavit, quum hæc retulerit divus Thomas in Catena sua, nequaquam relaturus si blasphema essent & impia. Ego dixeram *amatorium quiddam ac nescio quid procorum*, extenuans utrumque, hic plus ausus meminit *libidinis*. Cum his vero sic concordat Theophylactus, ut ipsius verba relata videri queant in Catena, cujus verba subscribam: Διελογίζετο δὲ περὶ τοῦ ἀσπασμοῦ, ποταπὸς εἴη οὗτος, μὴ ἄρα ἄτοπός τις καὶ πορνικὸς, ὡς ἐξ ἀνδρὸς πρὸς κόρην, ἢ θεῖος, ἐπειδὴ καὶ Θεοῦ μνήμη σύνεστι τῷ ἀσπασμῷ, τὸ ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Id est, *Cogitabat autem de salutatione, qualis esset ista, utrum absurda quapiam ac scortatoria, veluti a viro proficiscens ad puellam, an divina, quandoquidem Dei mentio salutationi miscetur, in hoc quod ait, Dominus tecum.* Hæc Theophylactus. Ego *procorum* memineram tantum, & *proci* vocabulum non minus honestum est, quam *sponsi*, & *amatorium* dixi, quæ vox non est obscœna, sponsus enim sponsæ scribit amatorias litteras, & vociferantur rem esse plenam blasphemiæ: hic meminit *libidinis* & *scortationis*. Quid cæcius istorum judicio? Jam non expendo quale sit hoc quod prior ille Græcus ait, *virginem non turbatam adspectu, sed oratione, eo quod assuevisset Angelorum visioni*: primum enim non constat, an virgo sic assueverit, ut non turbaretur primo adspectu: & si agnovit Angelum, quid est quod metuit a sermone, aut cur dubitat utrum salutatio libidinosa sit, an ex Deo: illud mihi satis est, quod legerit, *cum vidisset*. Alioqui frivolum erat annotare virginem sermone fuisse turbatam, non adspectu, nisi adspectus simul & visionis facta fuisset mentio. Proinde pium arbitror credere virginem pudicam, initio tum adspectu juvenis, tum blanda novaque salutandi forma fuisse turbatam. Cæterum quod Laurentius subindicat hoc loco nescio quid argutulum, *Nolo*, inquiens, *disputare nunc quare sit melius*, Quæ cum vidisset, *quam* Quæ cum audisset, *ne de fide Scripturæ dubitare videar*, quid sibi velit, ut ingenue dicam, non satis intelligo. Nam ipse puto Evangelistam sic esse locutum, ut ostenderet virginem duplici nomine turbatam fuisse: primum, quod videret juvenem ad se ingredientem, deinde quod audiret salutationem novam ac præter solitum blandam. Et quo castior erat virgo, hoc magis suæ pudicitiæ metuebat, ne quis clamitet indignum hunc metum tribuere me virgini, quem in illa laudavit Ambrosius.

38 *Qualis esset*] Rursus hîc est, ut dixi, ποταπὸς, quod in Marco Laurentius transferre volebat per *quantus*. Et aptius erat,

39 *Reperisti*, sive *nacta es gratiam*, quam *invenisti*, hoc est, *obtigit tibi esse gratiosam apud Deum.* Nam apud Græcos εὑρεῖν polysemon est. Unde qui hîc philosophantur, non inveniri, nisi quod periit, argute magis quam apposite disserunt.

40 *Et Filius Altissimi*] Ὑψίστου. Quod quidam legit *summi*. Idem verbum, quod alias vertit *in excelsis*, ἐν ὑψίστοις.

41 *David patris ejus*] Latinius erat *patris sui*, atque ita legitur in nonnullis exemplaribus. Et pro *in æternum* est εἰς τοὺς αἰῶνας, id est, *in secula*. Nam quod πῶς ἔσται, id est, *quomodo erit*, vertit, *quomodo fiet*, nihil peccavit Interpres.

42 *Virum non cognosco*] Cum hîc consentiant Latina cum Græcis

ἐπελεύσεται ἐπί σε, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ.
36 Καὶ ἰδοὺ Ἐλιζάβετ ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρᾳ αὐτῆς· καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐ-
37 τῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ· Ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ
38 Θεῷ πᾶν ῥῆμα. Εἶπε δὲ Μαριάμ, Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ
39 Ἄγγελος. Ἀναστᾶσα δὲ Μαριὰμ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς εἰς πόλιν Ἰού-
40 δα, Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου, καὶ ἠσπά-
41 σατο τὴν Ἐλιζάβετ. Καὶ ἐγένετο, ὡς ἤκουσεν ἡ Ἐλιζάβετ τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς· καὶ ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου ἡ Ἐλιζάβετ,
42 Καὶ ἀνεφώνησε φωνῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν, Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας
43 σου. Καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου
44 μου πρός με; Ἰδοὺ γὰρ, ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ σου εἰς τὰ ὦτά μου, ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει τὸ βρέφος
45 ἐν τῇ κοιλίᾳ μου. Καὶ μακαρία ἡ πιστεύσασα, ὅτι ἔσται
46 τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου. Καὶ
47 εἶπε Μαριάμ, Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον. Καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ σωτῆρί μου,
48 Ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ· ἰδοὺ γὰρ

ritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: quapropter & 43 quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. Atque ecce Elizabet co- 36 gnata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis est sextus illi, quæ dicebatur sterilis: 44 Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. 37 Dixit autem Maria, Ecce ancilla Domini, fiat mihi 38 secundum verbum tuum. Ac discessit ab illa Angelus. Exsurgens autem Maria in diebus his, abiit 45 in mon- 39 tana cum festinatione in civitatem Juda, Et intravit in 40 domum Zachariæ, ac salutavit Elizabet. Et factum 41 est, ut audivit 46 salutationem Mariæ Elizabet, 47 saliit infans in utero ejus: & repleta est Spiritu sancto Elisabet, Exclamavitque voce magna, & dixit, Be- 42 nedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini 43 mei ad me? Ecce enim, ut facta est vox salutationis 44 tuæ in auribus meis, exsultavit præ gaudio infans in utero meo. 48 Et beata quæ credidit, quoniam per- 45 ficientur ea 49 quæ dicta sunt ei a Domino. 50 Et ait 46 Maria, 51 Magnificat anima mea Dominum. Et ex- 47 sultavit spiritus meus in Deo 52 servatore meo, Quia 48 respexit 53 ad humilitatem ancillæ suæ: ecce enim 54 ex

cis exemplaribus, mirum est, unde Ambrosius unus legat *cognovi*, non *cognosco*, nisi forte hoc Librariorum errore inductum est, qui *novi* verterint in *cognovi*. Siquidem præsens verbi tempus melius explicat virginis propositum.

43 *Quod nascetur ex te*] τὸ γεννώμενον, id est, *quod natum fuerit*. Cæterum illa duo verba, *ex te*, nec in ullis Græcorum exemplaribus addita reperi, nec apud Theophylactum quidem, nec in antiquis codicibus Latinis, præterquam in uno, in quo nescio quis in margine adjecerat. Proinde miror, unde in primam hujus operis Editionem invaserint. Est autem absolutior sermo, si non addantur. Non enim hîc agitur de persona concipientis, sed de novo modo concipiendi, deque fœtus excellentia. Apparet adjecta ab explanatore quopiam: tametsi in Aldina Editione comperi addita.

44 *Quoniam non erit impossibile*] ἀδυνατήσει, verbo composito. Sensus est, nihil a Deo promitti tam novum aut magnum, quod ipse non queat præstare. Atque hic plane *verbum* posuit pro *oratione*, ῥῆμα. Ac paulo post, *Fiat mihi secundum verbum tuum*, ῥῆμά σου. Nisi forte licet ῥῆμα nativo significatu usurpare, quo ῥῆσιν vocamus *orationem*.

45 *In montana*] εἰς ὀρεινὴν, id est, *in montanam*, ut subaudias *regionem*. Eadem vox est aliquanto inferius: *Et factus est timor super omnia montana Judææ*, ἐν ὅλῃ τῇ ὀρεινῇ. Quanquam Interpres probe reddidit sententiam: ne quis putet illum a me reprehendi.

46 *Salutationem Mariæ*] Hîc certe *Mariam* pronunciavit inflexione Græca, non Hebraico more.

47 *Exsultavit*] ἐσκίρτησεν, *saliit*, sive *subsultavit*, idem est paulo post, *exsultavit in gaudio*. Nec est, ἐν χαρᾷ, sed ἀγαλλιάσει, quod gesticulationem magis sonat lætantis quam ipsum gaudium. Unde in Psalmis ἀγαλλιασώμεθα vertit *exsultemus*. Quoniam *in* positum erat pro *per*, vertimus *præ gaudio*.

48 *Et beata quæ credidisti*] Quoniam Græce participium est ἡ πιστεύσασα, poterat & ad secundam personam sermo referri, quemadmodum fecit Interpres. Id erit commodius etiam, si αὐτῇ, quod sequitur, habeat adspirationem αὑτῇ, ut sit pro ἑαυτῇ. Neque vero nescio, neque non testor alicubi, hanc differentiam non observari in Sacris Libris, incertum qua de causa. Nos itaque vertimus per tertiam personam, non quod damnemus id quod vertit Interpres, sed quod hic sermo videatur habere quiddam propheticum. Certe utraque persona eumdem reddit sensum. Et in vetustis aliquot exemplaribus ita scriptum visitur, *Beata quæ credidit*, velut in meo veteris typographiæ, similiter in Constantiensi.

49 *Quæ dicta sunt tibi a Domino*] παρὰ Κυρίου. Quod ita sonat, non quasi Dominus dixerit, sed quod nomine Domini, & illius, ut nos loquimur, verbis, hæc illi dicta fuerint, quemadmodum dicimus, *Dic illi ex me salutem*. Potest & sic ordinari, *perficientur a Domino*.

50 *Et ait Maria*] In Homiliis scriptis in Lucam, quas Origenis titulo legimus, indicatum est in nonnullis codicibus fuisse scriptum *prophetavit*, pro *ait*. Et stilus cantici propheticum quiddam sapit. Nam Origenes *vaticinium* appellat.

51 *Magnificat anima mea*] μεγαλύνει. Aptius erat *magnifacit* quam *magnificat*. Quanquam *magnificat* positum est pro *extollit* & *effert laudibus*, quemadmodum & *beatificare* dicimus pro *beatum prædicare*.

52 *Salutari meo*] pro Σωτῆρί μου, id est, *Salvatore meo*, sive, ut Latini loqui malunt, *Servatore meo*, Interpres legisse videtur σωτηρίῳ.

53 *Humilitatem ancillæ*] ταπείνωσιν. Ut intelligas *parvitatem*, non animi virtutem, quam suo vocabulo Græci vocant ταπεινοφροσύνην. Nec est, *respexit humilitatem*, sed *adspexit ad humilitatem*, ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν, ut sit contrarium ei, quod est *aversari*. Sitque sensus, Etsi sim infima ancilla, tamen non est aversatus me. Rideat qui volet has Grammatistarum annotationes, modo fateatur terque quaterque Theologos in his labi. Tolerabile, si tantum laberentur, nisi lapsui jungerent impudentiam calumniandi. Etenim quum hæc Editio, quam quartam damus, adornaretur, Theologus quidam Parisiensis, qui sibi videtur præcipuus Atlas nutantis Ecclesiæ, ex hoc loco probat Mariam virtute humilitatis promeruisse, ut fieret Dei mater, Lutheranismum impingens, quod exponens Angeli sermonem, *invenisti gratiam*, & κεχαριτωμένη, scripserim, non est meriti tui, sed favoris divini. Certe quatenus erat gratiæ, non erat meriti. Aliquousque fuisse meriti non sum inficiatus. Verum quod in Evangelio scriptum reperi, ut Paraphrastes sum interpretatus; quod non reperi, non habebam necesse attingere. Verum ut demus ταπείνωσιν accipi pro virtute, quæ Græcis ταπεινοφροσύνη, Latinis *modestia* dicitur, ut demus esse verum, Mariam animi modestia promeruisse tantam felicitatem, quî convenit, ut Maria, quæ se ancillam professa cœperit magnificare Dominum, mox extollat seipsam, dicens quod virtute sua promeruerit tantam dignitatem, ut Deum virgo pareret. Igitur ex hoc loco probari non poterat Virginem modestia virtute promeruisse quod accepit. Si promeruit, ubi est gratia, quam prædicat Angelus? Si virtute sua promeruit, quomodo cohæret, *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*. Nullus enim felix dicitur ob hæc quæ sua virtute sibi paravit. Deinde quî congruit, *Quia fecit mihi magna*. Non dixit, *remuneravit me magnifice*. Nec addit, *quia justus est*, sed *quia potens est* & *misericors*. Sequitur enim, & *misericordia ejus a progenie in progeniem*. Non hæc eò spectant ut Virgini sanctissimæ detrahamus meritum, sed ut arguamus hæc, quæ Theologus Atlanticus adduxit adversus meam interpretationem, magis adversari sententiæ, quam conatur defendere. Jam vero non me fallit esse qui occasione hujus vocis, *humilitatem*, multa prædicent de modestia, præsertim is qui mihi suspecto Origenis titulo scripsit Homilias in Lucam. Verum hujus auctoritate, quem nemo novit, non patiar me premi, nisi si quis omnia probarit, quæ in illis habentur. Habentur autem permulta, quæ damnantur a Theologis. Quod si permittunt sibi, ut ab hoc opere in multis dissentiant, æquum est ut mihi dent veniam, si uno in loco sequi malo sententiam aliorum, quæ mihi videtur probabilior. Ne persequar autem omnes omnium opiniones, unum duntaxat adducam Theophylactum, cujus verba referuntur in Catena Thomæ, sed truncatim. Sic autem ille scripsit Græce: *Παρθένος τὸ τελειότερον πληροφορηθεῖσα δοξολογεῖ τὸν Θεὸν, ἐκείνῳ ἐπιγράφουσα τὸ θαῦμα, οὐχ ἑαυτῇ. Ἐκεῖνος γάρ, φησιν, ἐπέβλεψεν ἐπ' ἐμὲ τὴν ταπεινὴν, οὐκ ἐγὼ πρὸς ἐκεῖνον ἀνέβλεψα. Ἐκεῖνός με ἠλέησεν, οὐκ ἐγὼ αὐτὸν ἐζήτησα. Καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαὶ, οὐ μόνη δὲ Ἐλιζάβετ, ἀλλὰ καὶ τῶν πιστευσάντων γενεαί. Διατί δὲ μακαριοῦσιν; Ἆρα διὰ τὴν ἐμὴν ἀρετήν; Οὐχί· ἀλλ' ὅτι ἐποίησε μετ' ἐμοῦ μεγαλεῖα ὁ δυνατός. Δυνατὸν δὲ ὀνόμασεν αὐτὸν, ἵνα μηδεὶς ἀπιστήσῃ τοῖς λεγομένοις, λογισάμενος, ὅτι δυνατός ἐστι ταῦτα ποιεῖν ὁ Κύριος. Ἅγιον δὲ εἶπε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, δηλοῦσα ὅτι οὐδὲ μολύνεται γυναικὸς μήτρᾳ συλλαμβανόμενος ὁ καθαρώτατος, ἀλλ' ἅγιος μένει. Οὐκ εἰς ἐμὲ δὲ μόνην τὸ ἔλεος αὐτοῦ, ἀλλ' εἰς πάντας τοὺς φοβουμένους αὐτόν.* Quæ nec interpretari gravabimur ob Græci sermonis ignaros: *Virgo*, inquit, *plenius edocta glorificat Deum, illi miraculum adscribens, non sibi ipsi. Ille enim*, inquit, *respexit ad me humilem, non ego illum suspexi. Ille mei misertus est, non ego illum quæsivi. Et ex hoc tempore beatam me dicent omnes generationes, non sola vero Elizabet, sed & omnes credentium generationes. Sed quam ob causam beatam me dicent? Num propter meam virtutem? Nequaquam: sed quia fecit mecum magnifica is qui potens est. Nam potentem eum appellavit, ne quis non habeat fidem iis quæ narrantur, nimirum reputans quod Dominus potest hæc facere. Porro sanctum dixit nomen ejus, declarans quod nec utero muliebri conceptus polluitur ille purissimus, sed sanctus manet. Cæterum non in me solam illius misericordia, sed in omnes qui timent ipsum.* Hæc tam multa inter se congruentia satis declarant Mariam non prædicare suam modestiam, qua promeruerit fieri mater Dei, sed Dei gratiam ac misericordiam erga ipsam & erga omnes extollere. Quanto melius ageretur cum re Theologica, si qui Theologiam absolutam profitentur, a linguacibus & Grammatistis comiter acciperent, quod illi pro sua qualicunque portione conferunt in medium: & illis vicissim illa sublimiora mysteria fraterne commu-

γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί· 49 Ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατὸς, καὶ ἅγιον τὸ 50 ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τοῖς 51 φοβουμένοις αὐτόν. Ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ· 52 διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν. Κα-53 θεῖλεν δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς. Πει-νῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κε-54 νούς. Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι 55 ἐλέους (Καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ) εἰς τὸν αἰῶνα. 56 Ἔμεινε δὲ Μαριὰμ σὺν αὐτῇ ὡσεὶ μῆνας τρεῖς, καὶ ὑ-57 πέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς. Τῇ δὲ Ἐλιζάβετ ἐπλή-58 σθη ὁ χρόνος τοῦ τεκεῖν αὐτὴν, καὶ ἐγέννησεν υἱόν. Καὶ ἤκουσαν οἱ περίοικοι καὶ οἱ συγγενεῖς αὐτῆς, ὅτι ἐμεγά-λυνε Κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ μετ' αὐτῆς, καὶ συνέχαι-59 ρον αὐτῇ. Καὶ ἐγένετο, ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἦλθον πε-ριτεμεῖν τὸ παιδίον, καὶ ἐκάλουν αὐτὸ ἐπὶ τῷ ὀνόματι 60 τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ζαχαρίαν. Καὶ ἀποκριθεῖσα ἡ μή-τηρ αὐτοῦ εἶπεν, Οὐχί· ἀλλὰ κληθήσεται Ἰωάννης. 61 Καὶ εἶπον πρὸς αὐτὴν, Ὅτι οὐδείς ἐστιν ἐν τῇ συγ-62 γενείᾳ σου, ὃς καλεῖται τῷ ὀνόματι τούτῳ. Ἐνένευον δὲ 63 τῷ πατρὶ αὐτοῦ, τὸ τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτόν. Καὶ αἰτήσας πινακίδιον ἔγραψε, λέγων, Ἰωάννης ἐστὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ ἐθαύμασαν πάντες. Ἀνεῴχθη

ex hoc 55 beatam me dicent omnes generationes: Quia fecit mihi 56 magnifica qui potens est, 57 & sanctum nomen ejus. Et misericordia ejus 58 in progeniem & progeniem timentibus ipsum. 59 Præstitit robur per brachium suum: dispersit superbos cogitatione 60 cordis ipsorum. 61 Detraxit potentes de sedibus, & evexit humiles. Esurientes implevit bonis, & divites 62 dimisit inanes. 63 Suscepit Israel puerum suum, 64 ut memor esset misericordiæ 65 (Sicut locutus est ad patres nostros, nimirum 66 Abrahamo, & semini ejus) 67 in ævum. Mansit autem Maria cum illa 68 circiter mensibus tribus, & reversa est in domum suam. Elizabetæ vero impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati ejus, quod magnifice Dominus misericordia sua usus esset erga illam, 69 & gratulabantur ei. Et factum est, in die octavo 70 venerunt ad circumcidendum puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater ejus dixit, Nequaquam: sed vocabitur Joannes. Et dixerunt ad illam, 71 Nemo est in cognatione tua, qui vocetur isto nomine. Innuebant autem patri ejus, 72 quid vellet vocari eum. 73 Isque postulatis tabellis 74 scripsit, dicens, Joannes est nomen ejus. Et admirati sunt universi.

municarent, hoc majore modestia, quo penitius ingressi sunt in ejus philosophiæ penetralia, quæ dedocet fastum omnem ac supercilium, docetque summam tolerantiam erga imbecilles.

54 *Ex hoc*] ἀπὸ τοῦ νῦν, id est, *posthac*, sive ad verbum, *ex hoc nunc*, quod tamen aliquoties non dubitat ita vertere. Neque tamen parum Latine vertit Interpres, si modo Latine scripsit Suetonius in Claudio Cæsare: *Atque ex eo nunquam non in Senatu novissimus Consularium sententiam dixit.*

55 *Beatam me dicent*] μακαριοῦσι, id est, *beatificabunt*, quod tamen apud Græcos significat *felicem judicare*, sicut & *magnificare laudibus tollere*. Quemadmodum & εὐδαιμονίζειν, pro *fortunatum dicere*, sive *felicem judicare*.

56 *Magna qui potens est*] μεγαλεῖα, quod alias vertit *magnalia*. Et, *qui potens est*, ὁ δυνατὸς, id est, *ille potens*, sive *qui potest*.

57 *Et sanctum nomen ejus*] Beda hanc particulam refert ad proxima, *qui potens est*, exponens quid Græce sonet ἅγιος, quasi ἄγεως, id est, *procul a terra*, ut intelligas divinam virtutem, quum Græci putent ἅγιον dici ab ἅζομαι, τὸ σέβομαι, id est, *veneror religiose*, quasi dicas ἅζιος. Mihi magis referendum videtur ad superiora, *& misericordia ejus*. *Sanctum* enim dixit *gloriosum*. Tum enim glorificatur nomen Dei, quum nihil nostris meritis, sed totum tribuitur illius misericordiæ.

58 *A progenie in progeniem*] εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν, id est, *in generationem & generationem*. Laurentius legit in suis exemplaribus, εἰς γενεὰς γενεῶν, id est, *in generationes generationum*. Ut intelligas ætates innumerabiles. Atque ita sane legit quisquis fuit auctor Homiliarum in Lucam, quas Origenis titulo legimus, Homilia octava. Et ipse in uno duntaxat ita scriptum reperi. Ostendit idem in nostris quoque exemplaribus variam fuisse scripturam. In duobus omnium vetustissimis scriptum erat, *in progenies & progenies*, quod perinde valet ac si dicas, *in progenies innumeras*, Hebræorum more.

59 *Fecit potentiam*] κράτος, *robur* sive *imperium*. Nam utrumque significat κράτος. Et *in brachio*, pro eo, quod est *per brachium*, Hebræorum more dixit.

60 *Cordis sui*] καρδίας αὐτῶν. Græca vox indicat *sui* non esse referendum ad Deum, sed ad superbos. Nec est *mente* proprie, sed διανοίᾳ *cogitatione*, ut intelligas superbos suis ipsorum consiliis dispergi.

61 *Deposuit potentes*] Καθεῖλεν δυνάστας, id est, *Detraxit primores*, sive *magistratus*. Nam δυνάστης proprie, qui potestate fungitur publica in civitate, velut hi, qui sunt in imperio. Neque est *de sede*, sed ἀπὸ θρόνων, id est, *a sedibus*.

62 *Dimisit*] Non est hîc *permisit*, sed *emisit a se*, ἐξαπέστειλε, veluti frustratos. Cæterum participia Græca commodius vertisset per verba, *eos qui esuriebant implevit bonis, & eos qui divites erant dimisit inanes* sive *vacuos*.

63 *Suscepit Israel*] ἀντελάβετο. Quod proprie est succurrentis, ac manum porrigentis.

64 *Memorari*] μνησθῆναι, id est, *ut memor esset*. Primum abusus est modo verbi Interpres. Deinde haud scio an usquam legatur *memorari* pro *recordari*. At chorus Ecclesiasticus hodie canit, *Recordatus misericordiæ suæ*. Nec *sua* additur apud Græcos, sed tantum est *misericordia*, licet reclamantibus cunctis Latinis, quæ sane viderim, exemplaribus.

65 *Sicut loquutus est*] ἐλάλησεν. Quoniam verbum est præteriti temporis, sed indefiniti, rectius hîc vertisset, *sicut locutus fuerat*. Est enim gemini præteriti temporis significatio.

66 *Abraham, & semini*] *Abraham* tametsi est indeclinabile, tamen articulus appositus indicat esse dativi casus, τῷ Ἀβραὰμ, hoc est, *ipsi Abraham*, ut dilucide loquar potius quam Latine. Nimirum *Abrahamo* & Latinum erat & ambiguo vacat. Cæterum quod Laurentius disputat, dicendum potius, *apud patres nostros*, quam *ad patres nostros*, somnium est. An sic Deus locutus est *apud patres Judæorum*, ut nos loquimur apud judicem aut principem? Quod si alicubi πρὸς sonat *apud*, ut illic, *Verbum erat apud Deum*, non statim oportet ubique idem exigere. Imo quemadmodum Latine dicimus, *scribo tibi*, & *scribo ad te*: *mitto tibi*, & *mitto ad te*: *loquor tibi*, & *loquor ad te*, itidem & Græci. Proinde quoniam utroque modo licuit dicere, Lucas variavit sermonis figuram. Sentit autem Maria hoc Deum præstitisse jam humano generi, quod olim majoribus fuerat pollicitus. Quibus autem majoribus? Nempe *Abraham*, ad quem loquitur Deus, *Et in semine tuo benedicentur omnes gentes*. Deinde *semini*, id est, posteris hujus, nempe *David*, cui promissum est, *De fructu tuo ponam super sedem tuam*. Et hunc locum Monachi quidam impudentissime calumniati fuerant apud Cardinalem Sedunensem, cui persuaserant, me pro *semini* mutasse *seminibus*, idque volebant hæresim sapere, quod pugnaret cum verbis Pauli, qui scripsit, *Non in seminibus, quasi multis, sed in uno semine, quod est Jesus Christus*. Ac super hac re me serio vir ille admonuit, cum a prandio litteratis fabulis tempus falleremus, sollicitus de meo periculo, pro suo erga me studio. Qua calumnia nihil unquam audivi impudentius. Nec eram cuiquam crediturus, nisi post sexcentas comperissem his non dissimiles. Quibus rebus adeo proficiunt, ut non pro Theologis, sed pro scurris habeantur apud cordatos, ac ne tum quidem illis habeatur fides, cum vera prædicant. Primum impudens mendacium erat me mutasse, quod non mutaram. Deinde si Græci legerent *seminibus*, nihil facerent adversus modo citata verba Pauli. Cum Paulus illic agat de Christo, per quem unum nobis erat promissa salus Evangelica, hîc Maria non loquatur de Christo, sed de Abraham, & posteris Abrahæ, quibus promissus erat Servator Jesus. Hoc tametsi non erat hujus instituti, tamen obiter indicare volui, ut posteritas norit, quas belluas habuerit hoc seculum: qui cum ventri suo serviant, tam stolidis sycophantiis obstrepunt alienæ industriæ. Et hi falsa opinione doctrinæ falsaque specie sanctimoniæ, quas res titulis tragicoque cultu sibi comparant apud simplices & imperitos, habentur bases & columnæ Ecclesiæ Catholicæ, cum illius vomicæ sint verius quam membra.

67 *In secula*] εἰς τὸν αἰῶνα, id est, *in ævum*. Quanquam apud quosdam lego ἕως αἰῶνος, id est, *usque in ævum*.

68 *Quasi mensibus*] ὡσεὶ, id est, *fere*, sive *circiter*, aut *plus minus*.

69 *Et congratulabantur*] συνέχαιρον, id est, ut ad verbum reddam, *congaudebant*, quod Latini fere dicunt *gratulari*. Quanquam *congaudere* potest qui non gratuletur, cum illud sit animi, hoc voce testantis gaudium.

70 *Venerunt circumcidere*] Sunt qui hoc putent & ad Mariam pertinere, quæ interfuerit circumcisioni Joannis, & per tropum excusant quod ante dicta sit reversa in domum suam. Verum hæc quid ad rem pertineant non video, non hercle magis quam quod Joannes Gerson torquet sese quot annos natus Joseph duxerit Mariam, & quo tempore facta sit celebritas nuptiarum, quam Gerson factam existimat posteaquam deprehenderat uxorem gravidam: huc enim torquet illud, *priusquam convenirent*, quasi *convenirent* hic aliud sonet quam *coirent*: item illud, *noli timere accipere Mariam conjugem tuam*, præter omnium Veterum interpretationem, & an idem fuerit Angelus qui apparuit Mariæ, & qui Joseph.

71 *Quia nemo est*] ὅτι prorsus hîc erat omittendum, cum sermo Latinus hujusmodi genus orationis respuat.

72 *Quem vellet vocari*] τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι, id est, *quid vellet vocari*, hoc est, *quo nomine*.

73 *Et postulans pugillarem*] Quomodo scripsit in pugillaribus, postulans ut afferrentur? Proinde Græcum participium præteriti temporis ita vertendum erat, *& postulata tabella*. Sentit enim *tabellam ceratam*, quam πινακίδιον vocat, in his enim olim scribebatur.

74 *Scripsit, dicens*] Si *dixit*, quid opus erat *scribere*? Unde *dicens* hoc loco referendum est, non ad Zachariam loquentem, sed scripturam loquentem. Aut, ut dicam apertius, ad Zachariam

64 Ἀνεῴχθη δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα, καὶ ἡ γλῶσ-
65 σα αὐτοῦ, καὶ ἐλάλει εὐλογῶν τὸν Θεόν. Καὶ ἐγένετο ἐπὶ πάντας φόβος τοὺς περιοικοῦντας αὐτούς· καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ὀρεινῇ τῆς Ἰουδαίας διελαλεῖτο πάντα τὰ ῥήματα
66 ταῦτα· Καὶ ἔθεντο πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, λέγοντες, Τί ἄρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔσται;
67 Καὶ χεὶρ Κυρίου ἦν μετ' αὐτοῦ. Καὶ Ζαχαρίας ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου, καὶ προεφήτευσε,
68 λέγων, Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι
69 ἐπεσκέψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ, Καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ παι-
70 δὸς αὐτοῦ. Καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων
71 τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ, Σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν
72 ἡμῶν, καὶ ἐκ χειρὸς πάντων τῶν μισούντων ἡμᾶς. Ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ μνησθῆναι
73 διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ. Ὅρκον ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραὰμ
74 τὸν πατέρα ἡμῶν, τοῦ δοῦναι ἡμῖν, Ἀφόβως, ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυσθέντας, λατρεύειν αὐτῷ,
75 Ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ ἐνώπιον αὐτοῦ πάσας τὰς
76 ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν. Καὶ σὺ παιδίον, προφήτης Ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου Κυ-
77 ρίου, ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ, Τοῦ δοῦναι γνῶσιν σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν αὐτῶν.
78 Διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν, ἐν οἷς ἐπεσκέψατο
79 ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους· Ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις, τοῦ κατευθῦναι τοὺς πόδας
80 ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης. Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, καὶ ἦν ἐν ταῖς ἐρήμοις ἕως ἡμέ-
II. 1 ρας ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ. Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσα-
2 ρος Αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συ-
3 ρίας Κυρηνίου. Καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι ἕκα-

versi. Apertum est autem os ejus illico, & lingua ejus, 64 & loquebatur laudans Deum. Et pervasit timor omnes 65 vicinos eorum: & per omnem montanam regionem Judææ divulgabantur omnia verba hæc: Et posuerunt 66 omnes qui audierant in corde suo, dicentes, 57 Quid nam puer hic erit? Et manus Domini erat cum illo. Et Zacharias pater ejus repletus est Spiritu sancto, 67 prophetavitque, dicens, Laudandus Dominus 68 Deus Israel, quia visitavit & fecit redemptionem 76 populo suo, Et erexit cornu salutis nobis in domo 69 David pueri sui. Sicut loquutus est per os sanctorum, 70 qui a seculo fuerunt, 77 prophetarum suorum, 78 Fore ut servaremur ab inimicis nostris, & de manu 71 omnium qui oderunt nos. 79 Ut uteretur misericordia 72 erga patres nostros, ac memor esset testamenti sui sancti. *Præstaretque* jusjurandum quod juravit ad 73 Abraham patrem nostrum, 80 ac daret nobis, Ut sine 74 timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, serviremus ipsi, Cum sanctitate & justitia coram 75 ipso cunctis diebus vitæ nostræ. Et tu puer, propheta 76 Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini, 81 ad parandum vias ejus, 82 Ac dandam 77 scientiam salutis populo ipsius 83 per remissionem peccatorum ejus. Per viscera misericordiæ Dei nostri, 78 84 quibus visitavit nos oriens ex alto: 85 Ut illucesceret 79 his qui in tenebris & umbra mortis sedebant, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem 80 crescebat 86 & corroborabatur spiritu, & erat in desertis donec veniret dies, 87 quo ostendendus erat apud Israelitas. Factum est autem in diebus illis, 1 II. exiit 1 decretum a Cæsare Augusto, ut censeretur totus orbis. Hæc descriptio prima facta est præside 2 Syriæ 2 Cyrenio. Et ibant omnes 3 ut profiterentur 3 4 in

riam non lingua, sed scripto loquentem. Nam mox subditur apertam fuisse linguam illius & cœpisse loqui.

75 *Quis putas*] Τίς ἄρα, id est, *Quis nam*. Nam ἄρα conjunctio est expletiva. Plerique codices habebant, Τί ἄρα, id est, *Quid nam*. Nam *puer* Græcis neutri generis est, παιδίον. Certe *quid* legit Augustinus lib. *de consensu Evang.* secundo.

76 *Plebis suæ*] τῷ λαῷ αὐτοῦ, id est, *populo suo*, consentientibus & vetustis Latinorum exemplaribus, in quibus est *plebi suæ*. Laurentius Latinitatis observantissimus mavult *populo* quam *plebi*, quod *populus* universos civitatis ordines complectatur, *plebs* infima pars sit.

77 *Prophetarum ejus*] *Suorum* erat dicendum Latine, &, *qui a seculo fuerunt* potius quam *sunt*.

78 *Salutem ex inimicis*] σωτηρίαν. Quod magis sonat *servationem* sive *incolumitatem*. Σωτὴρ enim *servator* sive *sospitator*, inde σωτηρία. Quanquam superius idem verbum fuit, *Erexit cornu salutis*, & paulo post, *Ad dandam scientiam salutis plebi ejus*. Porro versus aliquot sequentes pendent ab eo, quod præcessit, *Sicut locutus est*. Quid locutus est? *Salutem ab inimicis*, locutus est, *quod faceret misericordiam, ac memor esset testamenti*: locutus est, *quod præstaret jusjurandum*: & locutus est, *fore ut daret nobis, ut sine timore* &c. Proinde nos hæc liberius explanavimus interpretatione, ne quis calumnietur, si quid prima fronte dissonat.

79 *Ad faciendam* &c. *memorari*] Utrumque Græcis est verbum infinitum, ποιῆσαι, μνησθῆναι, id est, *ut faceret* & *memor esset*.

80 *Daturum se*] δοῦναι ἡμῖν, id est, *dare nobis*. Quanquam Græca verba nonnihil aliud significant, quam nos accipimus, τοῦ δοῦναι ἡμῖν ἀφόβως ἐκ χειρῶν τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυσθέντας λατρεύειν αὐτῷ, id est, *ut daret nobis absque metu de manibus inimicorum nostrorum liberatos servire sibi*.

81 *Parare vias ejus*] ἑτοιμάσαι, id est, *ad parandum*.

82 *Ad dandam scientiam salutis*] Cum mox reliquerit infinitum ἑτοιμάσαι, nunc vertit in gerundium τοῦ δοῦναι, *ad dandum*. Atque hæc ad puerum quoque, quem alloquitur, probe referri possunt: *Præibis enim ante faciem Domini, ut pares vias illius, & des cognitionem salutis populo illius in remissionem peccatorum*. Joannis enim prædicatio fecit, ut intelligerent instare salutem, quæ contingeret *in remissione*, hoc est, *per remissionem peccatorum*. Neque enim est *in remissionem* Græcis, sed ἐν ἀφέσει. Non quod ipse Joannes remiserit peccata, sed quod suo baptismo præparaverit illos ad pœnitentiam. Alioqui remissionem peccatorum non fuisse ex Joanne, palam arguit quod mox sequitur, *per viscera misericordiæ*. Certe de Joanne interpretatur Theophylactus, & Ambrosius, cæterique, quod ad priorem partem attinet.

83 *In remissionem peccatorum*] Ita & Græce legitur, & in vetustis Latinorum exemplaribus. Cæterum quando ad sensum nihil intererat, ad effugiendum τὸ δύσφθεγκτον maluimus *ejus* aut *ipsius*.

84 *In quibus*] Dictum est pro *per quæ* viscera misericordiæ. *Oriens* non est hîc participium, sed nomen substantivum, ἀνατολή. Quæ vox significat exortum solis, aut regionem, unde oritur. Christum igitur ipsum, Solem vocat orientem. Quod diligenter annotavit Theophylactus. Addit ἐξ ὕψους, id est, *ex altitudine* sive *sublimitate*, ad differentiam corporei solis, qui nobis oritur ab inferis surgens in altum, hic Sol contra e sublimi exortus descendit ad nos, ut nobis illucesceret.

85 *Illuminare*] ἐπιφᾶναι, id est, *illuce*, sive *illucesce*, sive *exorere*. Quanquam magis placet, ut sit infinitum verbum, quod tamen in alium modum erat vertendum: *Visitavit nos Oriens ex alto, ut illucesceret his qui in tenebris & umbra mortis sedebant*, sive *nobis qui sedebamus, & dirigeret pedes nostros*. Alioqui mutanda erat persona, quum hactenus sermo ad Joannem habitus sit. Theophylactus nobiscum facit, & conjunctim legit.

86 *Et confortabatur*] ἐκραταιοῦτο, hoc est, *fiebat robustus* ac *validus*, non corpore tantum, sicut vulgus, sed *spiritu*. Nam ætas corpori robur ac vires paulatim addit, quod hic transtulit ad animum. Nec est simpliciter *crescebat*, sed ηὔξανεν, id quod peculiare est plantis & animantibus. Cæterum hic accommodatius dixisset *adolescebat*.

87 *Ostensionis suæ ad Israel*] ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ. Quorum verborum hic sensus est, Donec denuo proferretur & ostenderetur apud populum Israel, qualis esset. Nam interea veluti latebat, suo tempore proditurus.

1 *Edictum*] δόγμα, id est, *decretum*, quod tamen recte mutavit Interpres. Nos *decretum* vertimus, non corrigentes quod ille vertit, sed explanantes.

2 *Cyrino*] Κυρηνίου, id est, *Cyrenio*. Tametsi sunt qui putent hanc vocem corrupte prolatam ab Evangelista, quomodo sæpe Græci pronunicant Latinas, & pro *Quirino* dictum Κυρήνιος; præsertim cum Josephus Antiquitatum Judaicarum lib. XVII. *Cyrinum* appellet hunc censui faciendo præfectum, non *Cyrenium*. Cui sententiæ ut non est consilium admodum repugnare, ita libentius accederem, nisi Evangelista pro ι posuisset η, & rursum ος vertisset in ιος. Præterea si Ruffinus vertisset *Quirinus*, non *Cyrinus*. Nec est *a præside*, sed ἡγεμονεύοντος, id est, *præsidem agente*, sive *præside*. Porro *prima* referri potest ad præsidem Cyrenium, ut non accipias simpliciter *primam*, sed *primam sub illo indictam*.

3 *Ut profiterentur*] ἀπογράφεσθαι. Idem verbum, quod hactenus vertit *describeretur*. Cæterum eadem res, cum agitur in re militari, vocatur *dare nomen*, cum in æstimandis facultatibus & expendendo numero capitum, appellatur *census*. Sic enim Ulpianus, *Vitia priorum censuum editis novis professionibus evanescunt*. Proinde Magistratus *censet*, populus *profitetur*. Et superius Latinius vertisset *censeretur* quam *describeretur*. Et *professio* rectius quam *descriptio*. Declarat & Ambrosius hoc loco nihil aliud esse *professionem* quam *censum*. *Professio*, inquiens, *ista fidei, census animorum est*. Porro quod dixit, *universus orbis*, Ambrosius ad allegoriam trahere mavult, cum Augustus id temporis nec Armeniis nec Gothis imperarit. Verum ut historiæ quoque sua constet fides, *totus orbis* aut accipiendus est per synecdochen, ut intelligas maximam orbis partem, aut ut intelligas totum orbem Romanum. Ex hoc enim loco colligunt nonnulli ad Imperatorem totius orbis imperium pertinere, cum nec hoc agat Lucas, nec Augustus ipse totius orbis imperium tenuerit. Quanquam ut non improbarim, si quis unus totius orbis imperio potiatur, modo is quantum præemineret auctoritate, tantum & præstaret prudentia simul & integritate: ita stultissimum arbitror id somniare, quod nec fuerit unquam, & hoc ipsum quod fuit, jam olim e vita hominum sublatum sit: crudelissimum autem hujusmodi

4 ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν. Ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ἐκ πόλεως Ναζαρὲθ, εἰς τὴν Ἰουδαίαν, εἰς πόλιν Δαβὶδ, ἥτις καλεῖται Βηθλεὲμ, διὰ 5 τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ, Ἀπογράψεσθαι σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικὶ, οὔσῃ 6 ἐγκύῳ. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν 7 αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν. Καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ 8 καταλύματι. Καὶ ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες, καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς 9 ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν. Καὶ ἰδοὺ Ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη αὐτοῖς, καὶ δόξα Κυρίου περιέλαμψεν αὐτούς· καὶ ἐφοβή- 10 θησαν φόβον μέγαν. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἄγγελος, Μὴ φοβεῖσθε· ἰδοὺ γὰρ εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην, 11 ἥτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ, Ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον σω- 12 τὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος, ἐν πόλει Δαβίδ. Καὶ τοῦτο ὑμῖν τὸ σημεῖον, Εὑρήσετε βρέφος ἐσπαργανωμένον, κείμενον 13 ἐν φάτνῃ. Καὶ ἐξαίφνης ἐγένετο σὺν τῷ Ἀγγέλῳ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου, αἰνούντων τὸν Θεὸν, καὶ λεγόντων, 14 Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις

4 in ſuam quiſque civitatem. Adſcendit autem & Joſeph a Galilæa, de civitate Nazareth, 5 in Judæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, eo quod eſſet de domo 6 & familia David, 5 Ut profiteretur cum Maria deſponſa ſibi 7 uxore, quæ erat prægnans. 6 Accidit autem quum eſſent ibi, completi ſunt dies pariendi. 7 Et peperit filium ſuum 8 primogenitum, 9 ac faſciis eum involvit, reclinavitque eum in præſepi, 10 quod non eſſet eis locus in diverſorio. 8 Et paſtores erant in regione eadem 11 vigilantes, 12 & excubantes excubias nocte ſuper gregem ſuum. 9 Et ecce Angelus Domini 13 adſtitit illis, 14 & claritas Domini circumfulſit illos: & timuerunt timore magno. 10 Et dixit illis Angelus, Ne timeatis: ecce enim annuncio vobis gaudium magnum, quod futurum eſt toti populo, 11 Quia natus eſt vobis hodie ſervator, qui eſt Chriſtus Dominus, in civitate David. 12 Et hoc vobis ſignum, Invenietis infantem 15 faſciis involutum, poſitum in præſepi. 13 Et ſubito facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis, laudantium Deum, & dicentium, 14 Gloria in altiſſimis Deo, ac in terra pax, 16 in hominibus

modi factitios titulos, tanto rerum omnium tumultu, tantaque ſanguinis jactura, perſequi. Poſtremo neutiquam tutum rebus humanis, tantam poteſtatem unius hominis libidini committere, qui vir peſſimus atque etiam ſtultiſſimus poſſit obtingere. Neque video quorſum hoc ſit evaſurum, niſi ut creſcat tyrannis miſeræ plebi.

4 *In ſuam civitatem*] Hic licebat vertere, *in ſua civitate*, hoc eſt, *in ſua quiſque civitate*, niſi referas ad *ibant*.

5 *In Judæam civitatem*] εἰς τὴν Ἰουδαίαν, εἰς πόλιν Δαβὶδ, *in Judæam, in civitatem David*. Deeſt *in* præpoſitio, *in civitatem*. Prius enim poſuit nomen regionis, deinde civitatis.

6 *Et familia*] καὶ πατριᾶς. Idem verbum, quod in Paulinis Epiſtolis vertit *paternitas*: *Ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur*; ſed hac de re proximo capite nonnihil annotabimus.

7 *Uxore prægnante*] Ita vertit Interpres, ut Joſeph videatur duxiſſe Mariam uxorem jam tunc prægnantem ante conjugium initum, cum Græce ſit οὔσῃ ἐγκύῳ; id eſt, *quæ erat gravida*, ſive *quæ ferebat uterum*. Ordo ſermonis nonnihil habet amphibologiæ, quod ordinari poſſit hunc in modum: *Adſcendit Joſeph cum uxore prægnante*, aut *adſcendit ut profiteretur cum uxore prægnante*. Id tamen ante nos annotavit Petrus Comeſtor, ne quem omnino ſua laude fraudemus.

8 *Primogenitum*] πρωτότοκον, etiam Ethnicis *primogenitus* dicitur, ante quem nemo natus eſt, etiamſi nemo ſequatur: addidit autem *primogeniti* nomen, quod is partus ſacer eſſet juxta Legem, & primi partus in aliis ſunt difficiliores.

9 *Et pannis involvit*] ἐσπαργάνωσεν. Ad verbum ſonat *infaſciavit*, id eſt, *faſciis involvit*, ne quis imaginetur laceros pannos. Opinor enim Mariæ paupertatem fuiſſe mundam. Porro quod Suidas ait, σπάργανα proprie dici τὰ ῥάκη, non eſt neceſſe, ut de vetuſtate laceris pannis intelligamus, cum apud Matthæum ῥάκος ἄγναφον dicatur *rudis* ac *recens pannus*.

10 *Non erat ei locus*] *Eis* eſt Græce, αὐτοῖς, ut accipias de ambobus. Cæterum quî convenit non fuiſſe locum in diverſorio, cum præſepe pars, opinor, fuerit diverſorii: niſi quod alibi κατάλυμα vertit *refectionem*, & *cœnaculum*. Non erat locus aptus parturienti, quæ ſolitudinem requirit.

11 *Vigilantes*] ἀγραυλοῦντες, id eſt, *in agris agentes*, ſive *ſtabulantes*. Nam hinc Græcis eſt compoſita dictio, ἀγρὸς *ager*, αὐλὴ *ſtabulum*. In ſeptis enim noctu ſervantur greges, ob incurſum luporum, verum ea ſepta in agris ſunt.

12 *Et cuſtodientes vigilias*] φυλάσσοντες φυλακὰς, id eſt, *cuſtodientes cuſtodias*, ſive *excubantes excubias*.

13 *Stetit juxta illos*] ἐπέστη αὐτοῖς. Magis ſignificat Angelum *imminuiſſe* ex alto ſupra illos, quam *adſtitiſſe*. Hoc admonuiſſe contenti reliquimus quod vertit Interpres, propterea quod Græca præpoſitio ſit anceps. Et fieri potuit, ut *adſtiterit* qui nunciavit primus.

14 *Et claritas*] καὶ δόξα, id eſt, *gloria*, quod aliquoties vertit *majeſtatem*.

15 *Involutum pannis*] ἐσπαργανωμένον. Participium eſt ejus verbi, de quo paulo ante diximus, id eſt, *faſciis puerilibus involutum*, ne rurſum mendicorum pannos imaginemur. Nam ut parentibus Jeſu tenuitatem ac paupertatem libenter tribuimus, ita ſordes ac mendicitatem procul amovemus. Habet & paupertas ſuam munditiem. Nam quo minus in conclavi pepererit Maria, non paupertas obſtitit, ſed diverſantium turba. Alioqui ſi Chriſto tantopere placuiſſet mendicitas, ut quidam putant, in ptochodochio naſci poterat. Nunc *Mendicantium* vocabulo ſeſe venditant & ii qui Satraparum opes domi poſſident. Nec inſector quorumdam inſtitutum, qui vere mendicato vivunt, ſed rectius opinor facturos, ſi qui valent, ut valent permulti, manibus pararent, unde tum ſibi, tum aliis egenis poſſent ſuppeditare.

16 *Hominibus bonæ voluntatis*] καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, id eſt, *& in terra pax, in hominibus bona voluntas*. Ut intelligas tria diſtributa, ac ſingula ſingulis reddita, *gloriam* uni Deo tribuit, idque *in altiſſimis*: terræ *pacem*: hominibus *bonam voluntatem*, εὐδοκίαν, quod alias vertit *beneplacitum*. Siquidem homines veluti tertios ac medios inter cœlum & terram ponit. Neque vero ſic accipiendum, opinor, ut ipſis hominibus ſit bona voluntas, ſed ut intelligant hanc gloriam, hanc pacem, non ex hominum meritis exhibitam mundo, ſed duntaxat ex beneplacito Dei, cui ſic viſum fuit hominibus gratificari. Atque ita ſane interpretatur Chryſoſtomus in Commentariis, quos ſcripſit in Epiſtolam ad Coloſſenſes. Porro cum ita conſtanter habeatur in omnibus Græcis exemplaribus, & ad eum modum Chryſoſtomus exponat, & Theophylactus, mirum eſt nuſquam hanc lectionem, nec apud Hieronymum deprehendi, nec apud Ambroſium, nec apud Auguſtinum. Theophylactum inſpicere cuivis promptum eſt, qui plane legit ἐν ἀνθρώποις, diſtinguens hanc particulam a ſuperiore, εὐδοκίαν *in hominibus* interpretans *requiem ac refocillationem Dei in hominibus*, quam in illis prius non invenerat: ut ex eo palam ſit *bonam voluntatem* non pertinere ad homines, quaſi qui bonam habebant voluntatem, ſed ad Deum, qui propitius factus ſit hominibus per Filium ſuum. Cujus verba ſubſcribam, eo quod is, qui nuper vertit, ſubobſcure videtur reddidiſſe ſententiam: Δόξα γὰρ τῷ Θεῷ, φασίν· ἐπὶ γῆς γὰρ εἰρήνη νῦν γέγονε. Πρώην μὲν γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἔχθραν εἶχε πρὸς Θεὸν, νυνὶ δὲ τοσοῦτον κατηλλάγη, ὥστε καὶ προσεπλάκη τῷ Θεῷ, καὶ ἡνώθη αὐτῷ σαρκωθέντι. Ὁρᾷς οὖν εἰρήνην τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν ἄνθρωπον. Καὶ ἄλλως δὲ νοηθήσεται. Εἰρήνη ἐστὶν αὐτὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Ἐγὼ γάρ, φησιν, ἡ εἰρήνη. Αὕτη οὖν ἡ εἰρήνη ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐπὶ γῆς γέγονε. Καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις εὐδοκία, τουτ' ἔστιν, ἐπανάπαυσις τοῦ Θεοῦ. Ἐπανεπαύθη γὰρ ὁ Θεὸς νῦν, καὶ εὐηργετήθη ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ὡς πρώην γε οὐκ ηὐδόκει, οὐδὲ ἠρέσκετο ἐν τοῖς ἀνθρώποις. Id eſt, *Gloria enim Deo, inquiunt: nam in terra pax nunc facta eſt. Prius ſiquidem humana natura inimicitiam habebat adverſus Deum, nunc vero adeo reconciliata eſt, ut & conglutinata ſit Deo, & unita illi incarnato. Vides igitur pacem Dei cum homine. Poteſt & aliter intelligi. Pax eſt ipſe Filius Dei. Ego enim, inquit, ſum pax. Hæc igitur pax, nempe Filius Dei, in terra facta eſt. Et in hominibus bona voluntas*, ſeu *beneplacitum, hoc eſt, refocillatio Dei. Refocillatus eſt enim Deus nunc, & bene habitus eſt in hominibus, quemadmodum prius quidem non ſibi complacuit, nec bonum affectum habuit in hominibus.* Hic certe pro nobis in hoc facit, quod *bonam voluntatem* refert non ad homines, ſed ad Deum, quodque *pacem* refert ad Dei erga nos bonam voluntatem, hoc eſt, animum tranquillum, ut ita loquar, ac poſita ira, amanter affectum erga nos, undecunque irrepſit huc conjunctio, quæ ſenſui obſtat, nec eſt in Latinis codicibus, nec in Græcis emendatioribus. Cæterum Chryſoſtomus in Epiſtolam ad Coloſſenſes his verbis utitur: Διὰ τοῦτο εὐχαριστοῦντες λέγομεν, Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Ἰδοὺ, φησι, καὶ ἄνθρωποι ἐφάνησαν εὐαρεστοῦντες. Λοιπὸν, τί ἐστιν εὐδοκία; καταλλαγή. Οὐκ ἔτι μέτοιχόν ἐστιν ὁ οὐρανός. Id eſt, *Propterea gratias agentes dicimus, Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Ecce, inquit, & homines declarati ſunt gratioſi. Supereſt, quid ſit bona voluntas? reconciliatio. Jam non amplius interſtitium eſt cœlum.* Ex his palam eſt illum & diſtinguere, quemadmodum diſtinguunt Græci codices, & interpretari, quemadmodum nos admonuimus. Quod enim Deo reconciliati ſumus, id non contigit ex noſtris meritis, ſed illius gratuita in nos benevolentia. Quin & in his libris, quos habemus ex Chryſoſtomo verſos, reperitur hæc lectio, nominatim in Homiliis *de vita Monachorum*. In nonnullis Græcorum codicibus reperio præpoſitionem ἐν non addi, *hominibus bona voluntas*, manente tamen recto caſu. Jam ex Origenis verbis, quæ referuntur in Catena aurea, colligi poteſt illum ſentire nobiſcum, ſunt autem hæc: *Sed diligens Lector inquirat quomodo Salvator dicat*, Non veni pacem mittere ſuper terram, *& nunc Angeli de ejus nativitate cantant*, in terra pax hominibus, *ſed hoc quod pax eſſe dicitur in hominibus bonæ voluntatis ſolvit quæſtionem. Pax enim, quam non dat Dominus ſuper terram, non eſt pax bonæ voluntatis.* Hic perſpicuum eſt *bonam voluntatem* non referri ad homines, ſed ad pacem: præterea non additur conjunctio *&*, & additur præpoſitio *in*, quæ in vulgatis Latinorum codicibus non additur. Nam codex, quem nobis poſtremum exhibuit Collegium Conſtantienſe, habebat præpoſitionem vetuſta manu adſcriptam. Ad hanc ſententiam pene compellit nos ipſa dictio Græca εὐδοκία. Nam ſi dixiſſet ἀγαθὸν θέλημα, quadrare poterat in hominem, nunc non item; neque enim apte

15 ποις εὐδοκία. Καὶ ἐγένετο, ὡς ἀπῆλθον ἀπ' αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανὸν οἱ Ἄγγελοι, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες εἶπον πρὸς ἀλλήλους, Διέλθωμεν δὴ ἕως Βηθλεὲμ, καὶ ἴδωμεν τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γεγονὸς, ὃ ὁ Κύριος ἐγνώ-
16 ρισεν ἡμῖν. Καὶ ἦλθον σπεύσαντες, καὶ ἀνεῦρον τήν τε Μαριὰμ καὶ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τὸ βρέφος κείμενον ἐν
17 τῇ φάτνῃ. Ἰδόντες δὲ, διεγνώρισαν περὶ τοῦ ῥήματος
18 τοῦ λαληθέντος αὐτοῖς περὶ τοῦ παιδίου τούτου. Καὶ πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν περὶ τῶν λαληθέντων
19 ὑπὸ τῶν ποιμένων πρὸς αὐτούς. Ἡ δὲ Μαριὰμ πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα, συμβάλλουσα ἐν τῇ καρ-
20 δίᾳ αὐτῆς. Καὶ ὑπέστρεψαν οἱ ποιμένες, δοξάζοντες καὶ αἰνοῦντες τὸν Θεὸν ἐπὶ πᾶσιν, οἷς ἤκουσαν καὶ εἶδον,
21 καθὼς ἐλαλήθη πρὸς αὐτούς. Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ τοῦ περιτεμεῖν τὸ παιδίον, καὶ ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦς, τὸ κληθὲν ὑπὸ τοῦ Ἀγγέλου πρὸ
22 τοῦ συλληφθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ κοιλίᾳ. Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν κατὰ τὸν νόμον Μωσέως, ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς Ἱεροσόλυμα, παραστῆσαι
23 τῷ Κυρίῳ· Καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ Κυρίου, Ὅτι πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσε-

minibus bona voluntas. Et factum est, ut discesserunt 15 ab eis Angeli in cœlum, [17] & homines pastores loquebantur inter sese, [18] Transeamus jam Bethleem usque, & videamus [19] hoc quod audivimus accidisse, quod Dominus [20] aperuit nobis. Et venerunt festi- 16 nantes, [21] & invenerunt Mariam & Joseph, & infantem positum in præsepi. Quum vidissent autem, [22] di- 17 vulgaverunt de verbo, quod dictum erat ipsis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt de his 18 quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos. [23] Porro Ma- 19 ria conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et reversi sunt pastores, glorificantes ac lau- 20 dantes Deum [24] super omnibus, quæ audierant & viderant, [25] ita ut dictum fuerat ipsis. Et postquam con- 21 summati sunt dies octo ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum erat ab Angelo priusquam in utero conciperetur. Et postea- 22 quam completi fuissent [26] dies purgationis eorum secundum legem Mosis, adduxerunt eum Hierosolymam, [27] ut sisterent eum Domino: Sicut scriptum est 23 in lege Domini, Omne masculinum [28] adaperiens vul-

apte dixeris εὐδοκίαν hominis erga Deum. Quare puto Veteres, qui Græce sciebant, idem sensisse quod interpretati sunt. Alios minus attentos quid fefellerit videor mihi deprehendisse. *Pacem* hîc vocat *reconciliationem*. Ita Christus apud Paulum dicitur *pax nostra*, hoc est, *reconciliatio*, & idem suis precatur *pacem*, hoc est, *peccatorum remissionem*. Cæterum nominativus hic εὐδοκία per appositionem refertur ad *pax*, perinde quasi percontanti, unde ista pax quam nunciatis, respondeant Angeli, non est ex meritis vestris, sed hæc pax est pius affectus Dei erga homines. Sic enim ordinandus est sermo: *in terris pax, quæ est bona voluntas Dei in hominibus*, id est, *erga homines*. Nam hæc sermonis forma congruit cum illa, *in quo mihi complacui*, ἐν ᾧ εὐδόκησα. Quemadmodum enim illic dictum est, *in quo mihi complacui*, pro eo quod erat, *erga quem habeo bonum affectum*, ita hîc dicitur, *beneplacitum in hominibus*, pro *bono affectu erga homines*. Similiter loquutus est Paulus 1. Corinth. x. ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν εὐδόκησεν ὁ Θεὸς, id est, *sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo*. Multisque aliis Scripturæ locis ponitur εὐδοκία, ad exprimendum liberam & gratuitam Dei benevolentiam, velut hujus Evangelistæ cap. x. Ναὶ ὁ Πατὴρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. Porro Latinus Interpres nominativum appositivum vertit in genitivum, quemadmodum dicimus *urbem Romæ* pro *urbe Roma*. Quoniam autem genitivus referri videtur ad id, quod est proximum, videlicet *hominibus*, data est Latinis lapsus occasio, quum referatur ad *pacem*. Itaque tres particulæ seu duæ potius ad idem pertinent. Angeli nunciant adesse tempus, quo Deus constituerat ex sua misericordia gratuita servare genus hominum: pro qua bonitate admirabili stupescunt Angeli, & canunt gloriam Deo in altissimis, ubi nullum erat peccatum, & ob id nulla reconciliatio, sed pacem annunciant terris, hoc est, abolitionem peccatorum, quæ gratis datur per fidem: & ob id hanc pacem vocat εὐδοκίαν, hoc est, *amicum ac benevolum affectum Dei erga homines*. Itaque nullus erit scrupulus si legamus ac distinguamus hunc in modum: *Gloria in excelsis Deo*, & hîc interposito puncto, sequatur, *& in terra pax*. Rursus interjecta hypostigme, addatur, *in hominibus bona voluntas*. Ad sensum tamen haud ita magni refert, si genitivus *bonæ voluntatis* referatur ad *homines*, modo intelligamus homines sic dici *bonæ voluntatis*, quemadmodum dicuntur *filii gratiæ*, *filii charitatis*, *filii electionis*, & *filii iræ*, quos Deus sua gratia suaque charitate dignatur, aut quos elegit, aut in quos exercet iram suam; ita dicantur *homines bonæ voluntatis*, erga quos Deus gerit bonam voluntatem, qui non secundum justitias nostras, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit. Quæ sententia congruit cum verbis beati Pauli compluribus locis, nominatim 2 Tim. 1. *non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam*. Quod hîc vocat εὐδοκίαν, illic appellat πρόθεσιν καὶ χάριν. Ad hanc rationem hæc particula, *in hominibus bonæ voluntatis*, adstringit eam quæ proxime præcessit, *super terram pax*. Ne quis eam pacem putaret ad omne genus animantium in terra degentium pertinere, adjecit *in hominibus*. Rursus ne putaremus eam pacem cunctis hominibus promiscue dandam, addidit *bonæ voluntatis*, ut intelligamus electos tantum designari, quos Deus libera voluntate sua dignatus est Evangelica gratia. Alioqui hominis *bona voluntas* gratiæ donum est. Hæc opinor candido Lectori fore satis. Nam arbitror me quod verum est deprehendisse. Canticum Angelorum, quod hodie canitur in templis, auctum est per Telesphorum. Hoc eò partim admonui, quod Petrus Comestor indicarit esse in vitis Pontificum: partim ut intelligeres quibus modis creverit Missa, abbreviatis iis quæ erant præcipua, & adjectis quæ minus ad rem pertinebant. Nam quæ adjecit Telesphorus, si tamen hoc verum est, plus habent verborum quam sententiæ, & utinam vel illa magis quadrarent ad argumentum Cantici, quæ divinis attexuit humana. Hoc exemplum latius serpsit. In multis Ecclesiis publice consecratur aqua, & canitur responsorium, pro Missæ introitu. Psalmus qui totus cani solet abbreviatus est. Ante Evangelium canuntur Prosæ nonnunquam indoctæ, & præmittitur Symbolum fidei. Ante canonem Missæ canitur præfatio aucta, sub consecrationem canitur Sanctus: quum ostenduntur mysteria, canitur cantio implorans opem beatæ Virginis, aut S. Rochi, & supprimitur precatio Dominica. Hæc impia non sunt, sed recedunt a gravitate pristini cultus, & si nullus obsistat, tendunt ad superstitionem.

17 *Pastores loquebantur*] In plerisque Græcis codicibus sic erat scriptum, καὶ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες εἶπον, id est, *& homines illi pastores dicebant*, ut homines opponantur Angelis. Consentiebat hîc Editio Hispaniensis. Jam vero illud, *ad invicem*, pro *inter sese*, crebrius occurrit quam ut libeat admonere.

18 *Transeamus usque*] Græci addunt conjunctionem expletivam, Διέλθωμεν δὴ, quæ nonnunquam [illegible]gens quiddam habet, ut hîc emphasim habeat accelerantium [illegible] gestientium abire.

19 *Verbum hoc quod factum est*] Nihil obsto quo minus hîc philosophetur, qui volet, de *verbo facto*, modo sciat juxta proprietatem Hebræi sermonis *verbum* dici rem novam quæ rumore divulgetur: & ita esse deprehendet, quisquis observare voluerit. Annotavit hoc & ante nos Augustinus libro *de idiomate veteris Instrumenti*, locum adducens ex Josue cap. VIII. *Quid verbum hoc fecisti nobis, ut non vocares nos?* Non est autem hîc λόγος, qua voce designatur aliquoties Filius Dei, sed ῥῆμα. Nec est,

20 *Ostendit nobis*] sed ἐγνώρισεν, id est, *notificavit*, sive mavis, *notum fecit*, aut *indicavit*, & *aperuit*. Quis enim alioqui dicitur *ostendisse verbum*?

21 *Et invenerunt Mariam*] Deest una conjunctio, καὶ εὗρον τήν τε Μαριὰμ καὶ τὸν Ἰωσὴφ, id est, *& invenerunt Mariamque & Joseph*. Quanquam hoc loco pene fuit otiosa prima conjunctio Latinis: & Græcis aliquoties sic apponitur, ut videatur magis ad venustatem facere sermonis, quam emphasim, quo sermonis genere videmus delectatum Ennium.

22 *Et cognoverunt de verbo*] Ἰδόντες δὲ διεγνώρισαν, id est, *Ubi vidissent notum fecerunt*, sive *divulgarunt*: ut intelligas illos, quod viderant, aliis, qui non viderant, prædicasse. Est enim verbum compositum a γνωρίζειν, quod modo vertit *ostendit nobis*. Adstipulatur huic interpretationi Theophylactus, in hanc enarrans sententiam: *Officium itaque spiritualium pastorum fuerit quærere panem cœlestem, quem quum viderint, debent illum & aliis prædicare, sicut & pastores, qui viderunt infantem, loquuti sunt de eo & aliis.* Ne quid tamen dissimulem, Græca vox διαγνωρίζειν anceps est, ad *cognoscere*, seu potius *pernosse*, & *in aliorum notitiam adducere*. Itaque magis quadrabat *pernoverunt*, quod perfecta cognitio sit ab oculis magis quam ab auribus. Pastores autem vulgasse quod viderant, colligi potest ex eo quod sequitur, *Et omnes qui audierunt, mirati sunt.*

23 *Maria vero*] Ἡ δὲ Μαριάμ. Expressius erat, si vertisset, *Ipsa vero Maria*, propter additum articulum, quo magis distinguatur ab aliis, qui hisce de rebus loquebantur, ipsa tacente.

24 *In omnibus*] ἐπὶ πᾶσι, id est, *super omnibus*, sive *de omnibus*.

25 *Sicut dictum est ad illos*] Hæc clausula referenda est duntaxat ad proximum verbum, *& viderant*. Audierant enim, & audita viderant.

26 *Dies purificationis ejus*] Unus codex habebat αὐτοῦ, ut purificationem referas ad Christum. Hispaniensis Editio αὐτῆς, ut referatur ad Mariam. Tertius αὐτῶν, ut ad utrumque. Atque ita sane legit & enarrat Origenes, aut quisquis fuit, Homilia decima quarta, scribens hunc in modum: *Si scriptum esset*, propter purgationem ejus, *id est, Maria, quæ pepererat, nihil quæstionis oriretur, & audacter diceremus, Mariam, quæ homo erat, purgatione indiguisse post partum. Nunc vero in eo, quod ait*, dies purgationis eorum, *non videtur unum significare, sed alterum, sive plures.* Rursum Homilia decima octava refert oblationem oblatam pro mundatione Christi, non id sentiens, quod Christus esset immundus, sed quod eodem ritu purgatus sit, quo cæteri solent sordibus obnoxii. Ne quid hîc frustra philosophetur aliquis de purificatione Mariæ. Nam *purificationem* vocat eas ceremonias, quibus olim & puerpera, & fœtus lustrabatur. Vox autem *purificationis* in eodem sensu usurpatur a Suetonio in Octavio Augusto, *Quasi a concubitu mariti purificasse se.* Id admonere visum, ob quosdam plus satis morosos in excutiendis vocabulis.

27 *Ut sisterent*] παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ, id est, *ut exhiberent* sive *commendarent Domino*. Nam utrumque significat Græca vox.

28 *Adaperiens vulvam*] διανοῖγον μήτραν, *aperiens uterum*; sic enim mavult Laurentius, homo superstitiose verecundus, quasi vero *vulva* sit obscœnum vocabulum, aut quasi legis hujus verba de

24 θήσεται. Καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ Κυρίȣ, ζεῦγος τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσȣ̀ς περι-
25 ϛερῶν. Καὶ ἰδȣ̀ ἦν ἄνθρωπος ἐν Ἱερȣσαλὴμ, ᾧ ὄνομα Σιμεών· καὶ ὁ ἄνθρωπος ȣ̂τος δίκαιος καὶ εὐλαβὴς, προσδεχόμενος παράκλησιν τοῦ Ἰσραήλ· καὶ Πνεῦμα ἅ-
26 γιον ἦν ἐπ᾽ αὐτόν· Καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τȣ̂ Πνεύματος τοῦ ἁγίȣ, μὴ ἰδεῖν θάνατον, πρὶν ἢ
27 ἴδῃ τὸν Χριϛὸν Κυρίȣ. Καὶ ἦλθεν ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὸ ἱερόν· καὶ ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν τȣ̀ς γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησȣ̂ν, τȣ̂ ποιῆσαι αὐτȣ̀ς κατὰ τὸ εἰθισμένον τȣ̂ νόμȣ
28 περὶ αὐτȣ̂, Καὶ αὐτὸς ἐδέξατο αὐτὸ εἰς τὰς ἀγκάλας
29 αὐτȣ̂, καὶ εὐλόγησε τὸν Θεὸν, καὶ εἶπε, Νῦν ἀπολύεις τὸν δȣ̂λόν σȣ δέσποτα κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν
30 εἰρήνῃ. Ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μȣ τὸ σωτήριόν σου,
31 32 Ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν· Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαȣ̂ σȣ Ἰσραήλ.
33 Καὶ ἦν ὁ πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ αὐτȣ̂ θαυμάζοντες ἐπὶ τοῖς
34 λαλȣμένοις περὶ αὐτȣ̂. Καὶ εὐλόγησεν αὐτȣ̀ς Σιμεὼν, καὶ εἶπε πρὸς Μαριὰμ τὴν μητέρα αὐτȣ̂, Ἰδȣ̀ ȣ̂τος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάϛασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ,
35 καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. Καὶ σȣ̂ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ

vulvam, ſanctum Domino vocabitur. Et ut darent 24 hoſtiam ſecundum quod dictum eſt in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. 29 Et ec- 25 ce homo erat Hieroſolymis, cui nomen Simeon: & homo iſte juſtus 30 ac pius, exſpectans conſolationem Iſrael: & Spiritus ſanctus erat ſuper eum: 31 Et reſpon- 26 ſum acceperat a Spiritu ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Domini. Et venit 27 per ſpiritum in templum: & quum inducerent puerum Jeſum 32 parentes, ut facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo, Ipſe quoque accepit eum in 28 ulnas ſuas, & laudavit Deum, ac dixit, 33 Nunc di- 29 mittis ſervum tuum Domine ſecundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, 30 Quod paraſti 34 ante faciem omnium populorum: 31 Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis 32 tuæ Iſrael. 35 Et erat pater & mater ejus mirantes 33 ſuper his quæ dicebantur de illo. 36 Et benedixit il- 34 lis Simeon, & dixit ad Mariam matrem ejus, Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum 37 cui contradicitur. 38 Quin & tuam ipſius animam penetrabit gladius, 35 ut

de Maria proprie dicta ſint, ac non potius de omnibus fœminis quæcunque pariunt. Siquidem *adaperiens vulvam* juxta ſermonis Hebraici proprietatem dictum eſt, pro *naſcens*. Atque idem quiſquis fuit, in Homilia XIV. cujus modo teſtimonium adduximus, putat & Chriſtum matris adaperuiſſe vulvam, ſed nequaquam more cæterorum. Cæterorum enim conceptus quoque mulieris uterum aperit, cum Chriſtus clauſo virginis utero ſit conceptus, citra virilem operam, ubi virtus Altiſſimi obumbrans cœlitus, vice complexus fuit, Spiritus ſanctus illabens vice ſeminis maſculini. Porro naſcens aperuit uterum, ſed ita ut non convelleret clauſtra pudicitiæ virginalis. Atque hæc quidem eſt illius ſententia, pro qua non eſt animus in præſentia digladiari, etiamſi pugnant cum eo quod jam olim pia credulitas omnium animis infixit, Chriſtum ſine ſordibus, ſine nixu ac labore parturientis, clauſo virginis utero prodiſſe. Quæ ſane ut ſunt dictu plauſibilia, nec irreligioſa, ita certis Scripturarum Sacrarum teſtimoniis doceri non poſſunt. Certe divus Ambroſius non abhorret ab illius ſententia, hunc enarrans locum; nam Commentarium his clauſit verbis: *Qui enim vulvam ſanctificavit alienam, ut naſceretur propheta, hic eſt qui aperuit matris ſuæ vulvam, ut immaculatus exiret.* Poteſt enim ſic religioſe intelligi prodiſſe clauſo virginis utero, ut virginei pudoris clauſtra non violarit.

29 *Et ecce homo erat*] Ex his verbis colligit Theophylactus Simeonem non fuiſſe Sacerdotem, ſed tantum virum juſtum, ut ex omni hominum genere Chriſtus haberet teſtimonium. Lyranus affirmat fuiſſe Sacerdotem, ſed argumento plane frivolo. Juſtitiæ nomine pietatiſque commendatur, non ſacerdotii.

30 *Et timoratus*] εὐλαβὴς, id eſt, *pius*, ſive *religioſus*. Inde dicta vox quod reverenter ac circumſpecte tractetur aliquid.

31 *Et reſponſum acceperat*] Hic *reſponſum* accipe *oraculum*. Καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον, id eſt, *Et erat illi promiſſum oraculo*.

32 *Parentes ejus*] *Ejus* non additur apud Græcos, ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν τȣ̀ς γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησȣ̂ν, id eſt, *cum inducerent parentes puerum Jeſum*.

33 *Nunc dimittis*] ἀπολύεις. Annotavit hunc locum Auguſtinus libro *de veteris Inſtrumenti tropis* quarto, quod raro reperiatur de morte dictum. Nam ἀπολύεται uxor, quæ repudiatur. Adducit locum, qui eſt in Numeris, *Et vidit omnis ſynagoga, quia dimiſſus eſt Aaron*, pro quo noſtra habet Editio, *Omnis autem multitudo videns occubuiſſe Aaron flevit* &c.

34 *Ante faciem omnium*] κατὰ πρόσωπον. Quod magis ſonat *in conſpectu*.

35 *Et erat pater & mater*] In Græcis aliquot codicibus lego pro *pater*, *Joſeph*: quod arbitror immutatum a quopiam, qui vereretur Joſeph vocare *patrem Jeſu*, cum poſtea ipſa Maria vocet illum *patrem Jeſu*. Certe Auguſtinus lib. *de conſenſu Evang.* II. cap. I. citat hunc locum juxta noſtram lectionem.

36 *Et benedixit illis*] Quoniam proxime præceſſit mentio patris, matris, & filii, poteſt *illis* ad omnes referri. Nec eſt abſurdum, ſi quis dicatur benedicere Chriſto, ſive optemus illi gloriam, ſive prædicemus illius laudes. Optando dicimus Patri, *Sanctificetur nomen tuum*. Et in Pſalmis, *Omnia opera Domini benedicant Domino*. Qui offenduntur *benedicendi* verbo, imaginantur talem fuiſſe Simeonis benedictionem, qualis eſt hodie Epiſcoporum. Major enim benedicit minori. Olim parentes benedicebant filiis. Quid abſurdi, ſi Simeon ſenex ut pater benedicit puero, optans illi ſucceſſum negotii, ad quod erat miſſus. Votum eſt hæc benedictio. Cæterum differentia, quam quidam afferunt inter *benedico te* & *benedico tibi*, plane ridicula eſt, quum hoc ipſo loco ſit idem verbum Græcum εὐλόγησεν, & utrobique ſit additus accuſandi caſus τὸν Θεὸν, ac mox αὐτȣ̀ς, deinde quum Eccleſia cantet, *Benedicite cœli Domino*. Et tamen hanc retruſam diſtinctionem multis convitiis docuit quidam τρὶς μέγιϛος Rabbinus Pariſienſis, quod tamen citra ordinis contumeliam dictum videri velim, nequaquam dicturus niſi ipſo libro prodito gloriaretur hoc ſe docuiſſe.

37 *Cui contradicetur*] ἀντιλεγόμενον, id eſt, *cui contradicitur*, ut abſolute accipiamus. Atque ita citat Auguſtinus cum alias, tum vero Pſalmum enarrans LXXXVIII. Atque ita ſubinde adducit Origenes in Homiliis, quibus hunc explicat Evangeliſtam, ſi verax eſt titulus operis. Item Tertullianus libro de carne Chriſti, *Et in ſignum*, inquit, *quod contradicitur*. Ac mox, *Agnoſcimus*, inquit, *ergo ſignum contradicibile, conceptum & partum virginis*.

38 *Et tuam ipſius animam*] Καὶ σȣ̂ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται, id eſt, *Et tuam autem ipſius animam pertranſibit*. Nec eſt otioſa conjunctio δὲ, ſignificans mutari perſonam, & veluti novi doloris initium. Neque vero lubet hic referre varias interpretationes, quas Lyranus & Carrenſis in hunc congerunt locum, quorum poſterior etiam citat auctorem Chryſoſtomum hujus ſententiæ, quod Simeon dixerit *tuam ipſius animum*, id eſt, animam filii tui, quam ut tuam ipſius animam diligis. Quanquam hoc ipſum commentum hauſit ex Petro Comeſtore. Illud conſtat, *ipſius* non poſſe referri niſi ad Mariam, cum ſit αὐτῆς. Nec eſt quod hic prodigioſas interpretationes comminiſcamur, cum ſenſus ſit expeditus, fore ut Chriſto reclametur, & hinc nonnullam doloris portionem ad matrem redituram. Cæterum iſtos illoto ſermoni magis aſſuetos offendit, *tuam ipſius*, elegantius dictum, quam pro illorum auribus. Quanquam venuſtius erat *penetrabit* quam *pertranſibit*, vel ob id quod *pertranſit* etiam quod *præterit*. Atque hinc hauſiſſe videtur Auguſtinus lib. *Quæſtionum veteris & novi Teſtamenti*, quæſtione ſeptuageſima tertia, cum ſcribit, Mariam quoque Jeſu matrem nonnihil in fide vacillaſſe, cum videret exſtinctum filium, ſed tantiſper donec a mortuis reſurgeret, & ob eam cauſam *pertranſiit gladius*, quod hæc dubitatio non inſederit illius animo, ſed *pertranſierit* duntaxat. Hæc quoniam præter publicam Theologorum opinionem dicta ſunt, ne quis me vocet in jus, ipſius verba ſubſcribam: *Quod autem adjecit dicens*, Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius, ut revelentur multorum cordium cogitationes, *hoc utique ſignificavit, quia etiam Maria, per quam geſtum myſterium incarnationis Salvatoris, in morte Domini dubitaret: ita tamen ut in reſurrectione firmaretur, omnes ſtupore quodam in morte Domini dubitarent. Quis enim non ambigeret, videns eum, qui ſe Filium Dei dicebat, humiliatum, ut uſque ad mortem deſcenderet? Et quia, ut dixi, omnis ambiguitas in reſurrectione Domini receſſura erat*, pertranſire *dixit* gladium, *non* ſupercadere *aut* contingere tranſeuntem *membrum aliquod. Ut ſicut gladius miſſus, pertranſiens juxta hominem, timorem facit, & tamen non percutit, ita & dubitatio mœſtitiam faceret, non tamen occideret, quia non ſedit in anima, ſed* pertranſiit *quaſi per umbram contingens corda diſcipulorum*. Hactenus Auguſtinus. Theophylactus indicat intelligi poſſe, vel de dolore paſſionis, vel de ſubdubia cogitatione, quum videret filium ſic natum, tot miraculis clarum in cruce mori. Nec arbitror ab hac ſententia abhorruiſſe Chryſoſtomum, qui Mariæ tribuit nonnihil affectus, qualem habet matrum vulgus erga filios, de quorum factis ſibi gloriæ nonnihil vindicant: *Conſidera*, inquit, *tam matris quam fratrum importunitatem: nam cum debuiſſent intrare, atque cum turbis ſimul audire, aut ſaltem exſpectare foris ſermonis finem, ac demum accedere, ambitione quadam ac oſtentatione commoti, foris eum in præſentia omnium evocaverunt* &c. Idem enarrans Joannis Evangeliſtæ capitulum ſecundum, Homilia viceſima, conſimilem affectum tribuit Mariæ: *Optabat enim*, inquit, *ut jam hominum gratiam conciliaret, & fortaſſis aliquo humano afficiebatur affectu, quemadmodum & fratres ejus, cum dixerunt, Oſtende teipſum mundo.* Et aliquanto poſt: *Siquidem non adhuc debitam de ipſo opinionem habebant, ſed more matrum Maria jure omnia filio ſe præcepturam cenſebat, cum tanquam dominum colere & revereri liceret.* Ad hæc is, quiſquis fuit, qui ſcripſit Homilias in Lucam, quas habemus ex Merlini cujuſdam Editione, Origeni inſcriptas, apertius etiam docet, ſcandali gladium attigiſſe Mariæ pectus: *Quid putamus*, inquit, *quod ſcandalizatis Apoſtolis mater Domini a ſcandalis fuerit immunis? ſi ſcandalum in Domini paſſione paſſa non eſt, non eſt mortuus Jeſus pro peccatis ejus. Si autem omnes peccaverunt, & egent gloria Dei juſtificati gratia ejus & redempti, utique & Maria illo tempore ſcandalizata eſt.* Ac mox ibidem: *Pertranſibit infidelitatis gladius, & ambiguitatis mucrone ferieris, & cogitationes tuæ te in diverſa lacerabunt* &c. Idem Homilia vigeſima Joſeph & Mariæ

36 ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί. Καὶ ἦν Ἄννα προφῆτις θυγάτηρ Φανουὴλ ἐκ φυλῆς Ἀσήρ· αὕτη προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς, ζήσασα ἔτη μετὰ 37 ἀνδρὸς ἑπτὰ ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς. Καὶ αὕτη χήρα ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων, ἣ οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα 38 νύκτα καὶ ἡμέραν. Καὶ αὕτη, αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐπιστᾶσα, ἀνθωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἱερουσα-39 λήμ. Καὶ ὡς ἐτέλεσαν ἅπαντα τὰ κατὰ τὸν νόμον Κυρίου, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν εἰς τὴν πόλιν 40 αὐτῶν Ναζαρέθ. Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας, καὶ χάρις Θεοῦ ἦν 41 ἐπ᾽ αὐτῷ. Καὶ ἐπορεύοντο οἱ γονεῖς αὐτοῦ κατ᾽ ἔτος εἰς 42 Ἱερουσαλὴμ τῇ ἑορτῇ τοῦ Πάσχα. Καὶ ὅτε ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα, ἀναβάντων αὐτῶν εἰς Ἱεροσόλυμα κατὰ 43 τὸ ἔθος τῆς ἑορτῆς, Καὶ τελειωσάντων τὰς ἡμέρας ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτοὺς, ὑπέμεινεν Ἰησοῦς ὁ παῖς ἐν Ἱε-44 ρουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἔγνωσαν οἱ γονεῖς αὐτοῦ. Νομίσαντες δὲ αὐτὸν ἐν τῇ συνοδίᾳ εἶναι, ἦλθον ἡμέρας ὁδὸν, καὶ ἀνεζήτουν αὐτὸν ἐν τοῖς συγγενέσιν καὶ ἐν 45 τοῖς γνωστοῖς. Καὶ μὴ εὑρόντες αὐτὸν, ὑπέστρεψαν 46 εἰς Ἱερουσαλὴμ, ζητοῦντες αὐτόν. Καὶ ἐγένετο μεθ᾽ ἡμέρας τρεῖς, εὗρον αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ καθεζόμενον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων, καὶ ἀκούοντα αὐτῶν, καὶ ἐπε-47 ρωτῶντα αὐτούς. Ἐξίσταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες αὐ-48 τοῦ ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν ἐξεπλάγησαν. Καὶ πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ εἶπε, Τέκνον, τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; ἰδοὺ ὁ 49 πατήρ σου κἀγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Τί ὅ τι ἐζητεῖτέ με; οὐκ ᾔδειτε, ὅτι ἐν τοῖς 50 τοῦ Πατρός μου δεῖ εἶναί με; Καὶ αὐτοὶ οὐ συνῆκαν τὸ ῥῆμα,

ut retegantur ex multis cordibus cogitationes. 36 Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser: hæc processerat in multam ætatem, & vixerat cum viro annis septem a virginitate sua. 37 [39] Et hæc vidua annorum ferme octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo, jejuniis ac [40] deprecationibus serviens nocte ac die. 38 [41] Et hæc, eadem hora [42] superveniens, vicissim [43] confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui exspectabant [44] redemptionem Hierosolymis. 39 Et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galilæam in civitatem suam Nazareth. 40 Puer autem succrescebat, [45] corroborabaturque spiritu, & implebatur sapientia, & gratia Dei erat super illum. 41 Et ibant parentes ejus [46] quotannis Hierosolymam [47] in die festo Paschæ. 42 Et quum factus esset annorum duodecim, adscendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi, 43 Consummatisque diebus [48] quum redirent illi, remansit puer Jesus Hierosolymis, [49] & non cognoverunt parentes ejus. 44 Cæterum rati illum esse [50] in comitatu, venerunt itinere diei, & requirebant eum inter cognatos & inter notos. 45 Et quum non invenissent eum, reversi sunt Hierosolymam, quærentes eum. 46 Et accidit post triduum, invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, & audientem illos, & interrogantem eos. 47 [51] Stupebant autem omnes qui eum audiebant super intelligentia & responsis ejus: & viso eo admirati sunt. 48 Et dixit mater ejus ad illum, Fili, cur fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. 49 Et ait ad illos, Quid est quod quærebatis me? an nesciebatis, quod in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? 50 [52] Et illi non in-

riæ tribuit fidem nondum perfectam, cum puerum reprehensum e templo abducerent. De quorum opinione aliorum facio judicium. Ego ut pro hac sententia nolim digladiari, ita non probo quorumdam vel audaciam, vel pertinaciam, qui quantum animo possunt imaginari tribuunt Mariæ, atque id ita tuentur, quasi sit oraculum Evangelicum, hæreticum clamitantes, si quis addubitarit. Cæterum cum Christus ineffabili novoque consilio redimere voluerit genus humanum, impiæ cujusdam audaciæ videtur, si quis ei præscribere contendat, quibus rationibus id egerit, præsertim in hujusmodi rebus, quæ nobis certo sciri non queunt. Certe quod ad præsens munus attinet, multo aliud est Græcis διελθεῖν & παρελθεῖν, hoc est, *pertransire* & *praterire*. Atqui Lucas ait, διελεύσεται, hoc est, *per medium ibit*, & *medium cor scindet*. Eamus nunc & ceu rem supervacaneam irrideamus Græcæ linguæ cognitionem, cum hoc videamus accidisse tam insigni Ecclesiæ Doctori, quod Græce vel parum calluerit, vel non consuluerit. Quod tamen nemo sic interpretabitur, quasi dictum sit in tam sacri Doctoris contumeliam, sed potius ad excitanda bonorum juvenum studia. Sunt enim quidam sic addicti certis auctoribus, ut protinus non ferendam contumeliam clament, si quis vel unguem latum ab hoc aut illo discrepet. Franciscanus non fert usquam discedi a suffragio Lyrani: Prædicator non tolerat quicquam convelli ex Thomæ aut Carrensis placitis: Augustiniensis non patitur ab Augustino dissentiri. Atqui si hoc recipimus, ut suum quisque auctorem mordicus teneat, fiet tandem ut prorsus a nemine liceat dissentire, cum ipsi auctores inter sese non consentiant, imo cum singuli a se ipsis aliquoties dissentiant. Nullius auctoritati debet addictus esse, qui veritatis agit negotium, neque par est hoc cuiquam hominum tribuere, quod nec ipsi sibi postulant, & si postularent, tanto minus erat tribuendum.

39 *Et hæc vidua usque*] Καὶ αὕτη χήρα ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων, *Et hæc vidua circiter annorum octoginta quatuor*. Interpres legisse videtur ἕως pro ὡς. Quod tamen ita est accipiendum, ut annorum numerus non ad ætatem mulieris pertineat, sed ad spatium viduitatis, in qua tot annos perseverarat. Id palam ostendit Ambrosius: *Non otiose tamen*, inquiens, *annos octoginta quatuor viduitatis expressit*. Ita quidem Ambrosius, etiam si subdurum est creditu, tantum annorum exactum fuisse a conjugio, nisi vehementer anus fuit, aut admodum mature nupsit.

40 *Obsecrationibus*] δεήσεσι. Miror quare displicuerit Interpreti *precibus* aut *deprecationibus*, cum *obsecratio* aliud quiddam significet, nempe quoties per rem sacram obtestamur, quod Græci vocant ποτνιᾶν. *Jejuniis & obsecrationibus serviens*. Incertum an hi dativi Græcis sint ad aliquid, an instrumentales, veluti dicas, *servio lucro*, & *servio corpore*, hoc est, an intelligendum, illam servisse Deo, an eam illum coluisse talibus victimis jejuniorum & deprecationum.

41 *Hac ipsa hora*] αὐτῇ ὥρᾳ. Clarius erat *eadem hora*.

42 *Superveniens*] ἐπιστᾶσα, id est, *assistens*. Quod autem Valla monet, frivolum est, potest enim *supervenire*, dum hæc fiunt, quæ tamen in aliqua templi parte sit.

43 *Confitebatur Domino*] ἀνθωμολογεῖτο. Non est simpliciter *confitebatur*, sed *confessione respondebat*, ut referatur ad confessionem Simeonis & aliorum, quorum hæc confessioni respondebat.

44 *Redemptionem Israel*] Non est *Israel* in Græcis, sed *in Hierusalem*, ἐν Ἱερουσαλήμ. Vetustissimi codices habent *Hierusalem* absque præpositione. Et ita legit divus Irenæus. Item Augustinus *de consensu Evang*. lib. II. cap. V. nec aliter legit Beda.

45 *Et confortabatur*] Græci codices addunt *spiritu*, τῷ πνεύματι. Porro quod sequitur, *plenus*, non est nomen πλήρης, sed πληρούμενον, quod indicat illum jam impleri accessu ætatis, non quod proficeret hominum vulgarium more cum ætate, sed quod paulatim emicaret in illo divina gratia, ne res ante tempus prodigiosa videretur. Ita quidem Theophylactus, mecum faciens, quod quidem attinet ad emphasim participii. Cæterum vix hominum est definire, quomodo & quatenus divina natura sese communicaverit humanæ naturæ in Christo.

46 *Per omnes annos*] κατ᾽ ἔτος, id est, *annue*, sive *in singulos annos*, sive *quotannis*.

47 *In die solenni Pascha*] τῇ ἑορτῇ τοῦ Πάσχα, id est, *in festo Pascha*. Quorsum enim pertinebat periphrasis? Ac paulo post,

48 *Cum redirent*] Dilucidius erat, si addidisset *illi*. Eo quod mox consequitur, *remansit puer Jesus*. Et Græce est, ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτούς. Hoc pronomen ut alias citra incommodum nonnunquam omittitur, ita hoc loco commodum erat addere.

49 *Et non cognoverunt parentes ejus*] Græci codices habent, καὶ οὐκ ἔγνω Ἰωσὴφ, καὶ μήτηρ αὐτοῦ, id est, *& non cognovit Joseph, & mater ejus*, quod & ipsum mutatum arbitror, præsertim cum in nonnullis exemplaribus secus habeatur, nempe οἱ γονεῖς αὐτοῦ, id est, *parentes ejus*, quemadmodum paulo superius.

50 *In comitatu*] ἐν συνοδίᾳ. Quod proprie sonat comites & socios ejusdem itineris.

51 *Stupebant*] Ἐξίσταντο, quod significat vehementem admirationem, aut metum, ita ut quis non sit apud se: cui finitimum est illud, quo mox utitur, ἐξεπλάγησαν, quasi dicas, *attoniti facti sunt*.

52 *Et ipsi non intellexerunt verbum*] Hoc sane loco ῥῆμα positum est pro *sermone*, sive *dicto*. Quid autem facient huic loco quidam, qui sedulo magis quam circumspecte beatæ Virgini fere tantum tribuunt felicitatis jam inde ab initio, quantum nunc possidet? Certe non obscure locutus est Christus, & tamen subjicit Evangelista, ab illis non fuisse intellectum, quod dixerat Jesus. Quin & illud annotandum, quam non blande respondet parentibus puer objurgatus, imo pene objurgat objurgantes. Neque enim hoc veritus est dicere Ambrosius, sic enim ille scribit hunc in locum: *Duæ sunt in Christo generationes, una est paterna, materna altera. Paterna divinior, materna qua in nostrum laborem usumque descendit. Et ideo quæ supra naturam, supra ætatem, supra consuetudinem fiunt, non humanis assignanda virtutibus, sed divinis referenda sunt potestatibus. Alibi cum ad mysterium mater impellit, hic mater arguitur, quia adhuc quæ humana sunt exigat.* Cæterum in his quæ sequuntur suspicor subesse mendum. *Sed quum*, inquit, *hic duodecim describatur annorum, illic discipulos habere dicatur, vides matrem didicisse a filio, ut exigeret a validiore mysterium, qua stupebant in juniore miraculum.* In libris enim emendatioribus ita legitur, *Vides matrem didicisse a filio, ut exigeret a validiore miraculum, qua stupebat in juniore mysterium.* Prius enim obstupuerat, quum reperisset in medio Doctorum. Ita Lucas, ἰδόντες αὐτὸν ἐξεπλάγησαν. Hinc fiduciam concepit, ut in nuptiis flagitaret miraculum. Sed in priore loco, *ad mysterium mater* impel-

51 ῥῆμα, ὃ ἐλάλησεν αὐτοῖς. Καὶ κατέβη μετ' αὐτῶν, καὶ ἦλθεν εἰς Ναζαρὲθ, καὶ ἦν ὑποτασσόμενος αὐτοῖς. Ἡ δὲ μήτηρ αὐτȣ̃ διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα ἐν τῇ
52 καρδίᾳ αὐτῆς. Καὶ Ἰησȣ̃ς προέκοπτε σοφίᾳ, καὶ ἡλικίᾳ,
III. 1 καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. Ἐν ἔτει δὲ πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίȣ Καίσαρος, ἡγεμονεύοντος Ποντίȣ Πιλάτȣ τῆς Ἰȣδαίας, καὶ τετραρχȣ̃ντος τῆς Γαλιλαίας Ἡρώδȣ, Φιλίππȣ δὲ τȣ̃ ἀδελφȣ̃ αὐτȣ̃ τετραρχȣ̃ντος τῆς Ἰτȣραίας καὶ Τραχωνίτιδος χώρας, καὶ Λυ-
2 σανίȣ τῆς Ἀβιληνῆς τετραρχȣ̃ντος, Ἐπ' Ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα, ἐγένετο ῥῆμα Θεȣ̃ ἐπὶ Ἰωάννην τὸν τȣ̃ Ζα-
3 χαρίȣ υἱὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Καὶ ἦλθεν εἰς πᾶσαν τὴν περίχωρον τȣ̃ Ἰορδάνȣ, κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς
4 ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ λόγων Ἡσαΐȣ τȣ̃ προφήτȣ, λέγοντος, Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίȣ, εὐθείας ποιεῖτε τὰς
5 τρίβȣς αὐτȣ̃. Πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βȣνὸς ταπεινωθήσεται· καὶ ἔσαι τὰ σκολιὰ εἰς εὐ-

intellexerunt sermonem, quem loquutus est ipsis. Et 51 descendit cum eis, venitque Nazareth, 53 eratque subditus illis. Mater autem ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo. 54 Et Jesus proficiebat sapien- 52 tia, & ætate, & gratia apud Deum atque homines.
III. 1 Anno autem decimo quinto imperii Tiberii Cæsaris, 1 Pontio Pilato præside Judææ, 2 tetrarcha vero Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus tetrarcha Ituræ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilenes tetrarcha,
2 Sub Pontificibus Anna & Cajapha, factum est verbum Domini super Joannem Zachariæ filium in deserto.
3 Et venit 3 in omnem regionem finitimam Jordani, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.
4 Sicut scriptum est in libro sermonum Hesaiæ prophetæ, dicentis, Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, 4 rectas facite semitas ejus.
5 Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis reddetur humilis: 5 & fient quæ obliqua

impellit, haud dubium est, quin legendum sit, *ad ministerium*, hoc est, ad obsequium; legitur enim, *Et subditus fuit illis:* in juniore stupebant mysterium, quia legitur, *Et ipsi non intellexerunt verbum*: mysterium occultum est. Obsequium igitur filii pueri docuit matrem, ut in nuptiis a grandiore exigeret ministerium. Adeo Christus suum negotium, quod totum e cœlo pendebat, purum esse voluit ab humanis affectibus, nec hic ullam hominis auctoritatem passus est admisceri: sic & Petrum admonentem ne iret Hierosolymam statim rejecit, *Abi retro Satana.* Nunc humanis cupiditatibus geruntur omnia, quæ tamen cum primis cœlestia videri volumus. Tum inter docendum a matre & fratribus interpellatus parum blande respondet, *Quæ est mater mea?* Similiter & in nuptiis compellatus de vino deficiente. Hoc quod arguit, interpellantis est; quod non intellectus obtemperat, obsequii est, quæ res & illi conveniebat ætati, & parentum infirmitati obsecundabat. Quidam metum parentum ad unum Joseph referunt, similiter & objurgationem filii, *Quid est* &c. Postremo & illud, *Et ipsi non intellexerunt verbum*, quasi nihil horum convenerit in Virginem, quæ non tam sollicita fuerit de filio ne quid illi accidisset, quam ne quid ipsi per negligentiam omisissent. Equidem ut fateor esse pium affectum istorum, qui Virgini sanctissimæ dotes quam perfectissimas tribuere gaudent, ita non nimium abest a periculo temeritatis præter auctoritatem Scripturarum definire quibus gradibus Christus matrem suam ad perfectam sui cognitionem evexerit.

53 *Et erat subditus illis*] ὑποτασσόμενος, *subjiciebatur*, id est, *obsecundabat.* Nec enim statim minor est qui obsecundat. Sæpenumero pater obsecundat filio, dominus servo, non ex necessitate, sed ex humanitate. Durum est quod asseverant quidam, Christum etiam in Evangelico negotio debuisse matri obedientiam, cum qui rempublicam administrat non teneatur auctoritate patris. Neque enim patris est Episcopo præscribere, quomodo debeat administrare doctrinam Evangelicam. Sed multo durius est, quod iidem docent, beatam Virginem etiam nunc ut homini posse imperare Christo, & hoc esse quod canit Ecclesia: *Monstra te esse matrem, sumat per te precem* &c. id est, præcipe filio tuo ut nos exaudiat. Hoc si verum est, mater imploranda est potius quam filius, nec omnis potestas tradita est Christo etiam juxta naturam humanam, si tenetur matris imperio. Nec illa filio remisit adhuc jus maternum, quum Pater Filio tradiderit omnem potestatem in cœlo & in terra. Jus civile per emancipationem consuluit libertati filiorum, & Christus adhuc in potestate matris est. Jam illud qui convenit, quod negant in contrahendo matrimonio liberos teneri potestate parentum, similiter nec in professione vitæ monasticæ, & virgini matri fuisse jus præscribendi filio in negotio Evangelico? Filius ideo præcipitur obedire parentibus, quod ætas imprudens eget alienis consiliis. Nec tamen parentibus arbitror perpetuum esse jus præscribendi filiis quæ velint. Dominus non egebat maternis monitis, ad exemplum tamen præstitit summam obedientiam non tantum matri, sed etiam Joseph, qui pater non erat. Durum mihi verbum videtur in Christo, *debuit obedientiam.* Qui debet, peccat nisi præstet. Clamare solent, hæc offendunt pias aures. At ista certe offendunt aures meas. Verum hæc πάρεργα missa faciamus.

54 *Et Jesus proficiebat* &c.] Non me fugit, quibus rationibus explicent hunc locum Interpretes, Christum profecisse, non quod illi quicquam accesserit a tempore, quo conceptus est in utero matris, sed quod dotes suas, quibus erat cumulatissimus, magis ac magis expromeret exerceretque, idque tum apud homines, quorum saluti consulebat, tum apud Deum, cujus gloriam illustrabat. Rursum sunt qui sic expediant, ut dicant Christo dotes easdem aliter contigisse, & quod prius afflatu tenebat, mox usu studioque humano comparasse. Quorum ego sententiam non refello, tantum illud velim expendat Lector, num incolumi fidei sinceritate sentiri possit, cum extra controversiam sit dotes omnes, quibus præditus fuit Jesus ut homo, beneficentiæ fuisse divinæ, Deitatem per gradus quosdam eas impartisse naturæ humanæ assumptæ, præsertim cum id apud Lucam eodem capite bis legamus; ait enim paulo superius: *Puer autem crescebat & confortabatur, plenus sapientia.* Quod enim corroboratur, auctu quodam virium fulciri videtur. Ac rursum apertius hoc loco, *Et Jesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum & apud homines.* Cum enim tria conjungat, *sapientiam*, *ætatem*, & *gratiam*, sicut vere profecit ætatis accessu, ita vere profecisse videtur dotium incrementis. Nam quod afferunt quidam, Jesum ab initio gratia plenum fuisse, non impedit profectum, cum idem de Joanne, deque aliis dictum sit, quibus gradus & accessionem virtutum nihilosecius tribuimus. Neque vero perinde nos moveat, si id pugnet cum aliquo placito Scholasticorum, aut alicujus hominis opinione: sed an quod aperte scripsit Lucas fidei sinceræ adversetur, cui semper est modis omnibus adhærendum. Atque hoc ipsum quicquid est haud alio studio proposui, quam ut Lector prius & eruditus secum expendat. Jam illud etiam excutiendum, cur ætatem mediam fecerit inter sapientiam & gratiam, cum ætati ceu parti levissimæ primus locus magis competere videatur: nisi forte *ætatis* vocabulum hic omnes dotes complectitur, quas anni subolescentes solent advehere. Rursum *gratia* anceps est, an sentiat eum profecisse dotibus divinitus infusis, an gratiosiorem fuisse factum commendatione virtutum in eo sese proferentium. Cæterum quod hic vertit *ætatem*, eadem vox est Græce, quam Matthæi capite sexto transtulerat *staturam*, nimirum ἡλικίαν. Item hujus ipsius Evangelistæ cap. XIX. *quia statura pusillus erat.*

1 PRocurante Pontio] Interpres delectatus est varietate, qui nunc vertat *procurante*, quod modo verterat *præside*, ἡγεμονεύοντος, id est, *præsidem agente.*

2 *Tetrarcha autem*] Et hæc apud Græcos participia sunt absolute posita, τετραρχȣ̃ντος, id est, *tetrarcham agente.* Erat Herodes major, Antipatri Ascalonitæ & matris Cypridis Arabicæ filius. Is alienigena favore Octavii Augusti Cæsaris & Senatus accepit regnum Judææ, per quem & sacerdotium profanatum & in alienos translatum est juxta prophetiam. Sub hoc natus est mundi Redemptor, sub eodem fugit in Ægyptum. Is Herodes, quum diu regnasset, periit morbo pediculari, relictis quatuor filiis, Archelao, Herode juniore, Philippo, & Lysania, quanquam de Lysania an fuerit filius Herodis quidam addubitant. Beda hunc enarrans locum, ait Lysaniam, Herodem juniorem, & Philippum fuisse filios Herodis sub quo natus est Dominus. Id sequuta est Glossa ordinaria, similiter & Catena aurea. Tametsi Lyranus adjicit id nullo gravi auctore proditum fuisse. Quod Beda scribit sensisse videtur Theophylactus ita scribens in hunc locum: *Tetrarchiam autem Herodis Ascalonitæ filiis tenentibus* &c. nulla nota distinguens Lysaniam ab Herode & Philippo. Josephus libro Judaicarum Antiquitatum XIV. cap. XXI. meminit Lysaniæ, qui Ptolemæo Mineæ patri in regnum successerit, matre Alexandra Aristobuli filia. Hunc Petrus Comestor, Josephum, opinor, sequutus, ait sub Libano habitasse. Archelaus autem ob immanitatem decimo principatus sui anno relegatur Viennam Galliarum urbem. Romani vero, quo frangerent potentiam regni, tetrarchias inter fratres Herodis filios distribuerunt, sic ut Herodes, quem arbitror Antipatrum cognominatum, administraret Galilæam; nam Judæam Pontius Pilatus præses administrabat, Philippus autem Ituræam & Trachonitidem, quas Hieronymus sic recenset, quasi sit eadem regio duplici nomine, dicens, *Trachonitidis regio, sive Ituræa, cujus tetrarches fuit Philippus, in qua est Cæsarea Philippi, eadem dicta Paneas.* Lysanias obtineret Abilenen, quæ est inter Libanum & Antilibanum, quam Ptolemæus *Lysanion* appellat. Hoc ex historicis attigisse satis ad hunc locum & hoc institutum arbitror.

3 *In omnem regionem*] ἐπὶ πᾶσαν τὴν περίχωρον τȣ̃ Ἰορδάνȣ, *in omnem regionem circa Jordanem*, sive *finitimam*, aut *circumjacentem Jordani.*

4 *Rectas facite semitas ejus*] Et hic pro *Dei nostri*, quod est apud Hebræos, ac Septuaginta, mutavit *ejus*, de quo admonuimus superius. Nisi quod Lucas longius prosecutus est Esaiæ testimonium, in quo consentit cum Hebraica veritate simul & Septuaginta; nam pro eo quod habet Hebraica veritas, *Et videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum est*, hic velut interpretans cum Septuaginta dixit, τὸ σωτήριον τȣ̃ Θεȣ̃, id est, *salutare Dei.* Cæterum Hebraica sic extulit Hieronymus: *Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt prava in directa, & aspera in vias planas, & revelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum est.*

5 *Prava in directa*] τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, id est, *obliqua in rectam*, ut subaudias *viam.* Nam hic Interpres *prava* posuit non pro *malis*, sed pro *distortis.* Usus est autem figura Hebraica, qua illi sic loquuntur, *erit mihi in patrem*, *erunt duo in carnem unam*, pro eo quod est, *erit mihi pater*, & *erunt duo una caro.*

6 εὐθεῖαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας· Καὶ ὄψε-
7 ται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. Ἔλεγεν οὖν τοῖς ἐκπορευομένοις ὄχλοις βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς
8 μελλούσης ὀργῆς; Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας· καὶ μὴ ἄρξησθε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι δύναται ὁ Θεὸς
9 ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται· πᾶν οὖν δένδρον, μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς
10 πῦρ βάλλεται. Καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ ὄχλοι, λέγον-
11 τες, Τί οὖν ποιήσομεν; Ἀποκριθεὶς δὲ λέγει αὐτοῖς, Ὁ ἔχων δύο χιτῶνας, μεταδότω τῷ μὴ ἔχοντι· καὶ
12 ὁ ἔχων βρώματα, ὁμοίως ποιείτω. Ἦλθον δὲ καὶ τελῶναι βαπτισθῆναι, καὶ εἶπον πρὸς αὐτὸν, Διδάσκα-
13 λε, τί ποιήσομεν; Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Μηδὲν
14 πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε. Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν καὶ στρατευόμενοι, λέγοντες, Καὶ ἡμεῖς τί ποιήσομεν; Καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Μηδένα διασείσητε, μηδὲ συκοφαντήσητε, καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς
15 ὀψωνίοις ὑμῶν. Προσδοκῶντος δὲ τοῦ λαοῦ, καὶ διαλογιζομένων πάντων ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν περὶ τοῦ
16 Ἰωάννου, μή ποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστός; Ἀπεκρίνατο ὁ Ἰωάννης, ἅπασι λέγων, Ἐγὼ μὲν ὕδατι βαπτίζω ὑμᾶς· ἔρχεται δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ, αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυ-
17 ρί. Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ

A qua sunt directa, 6 & asperæ *vertentur* in vias planas: Et videbit omnis caro salutare Dei. Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant ut baptizarentur ab ipso, 7 Progenies viperarum, 8 quis submonstravit vobis ut fugeretis a ventura ira? Facite ergo fructus 9 dignos pœnitentiæ: 10 & ne cœperitis dicere intra vosipsos, Patrem habemus Abrahamum: dico enim vobis, potens est Deus de lapidibus istis suscitare 11 filios Abrahamo. 12 Jam vero & securis 13 ad radicem arborum posita est: omnis ergo arbor, non faciens fructum bonum, 14 exciditur, & in ignem conjicitur. Et interrogabant eum turbæ, dicentes, Quid ergo faciemus? Respondens autem dicit illis, Qui habet duas tunicas, 15 impertiat non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Venerunt autem & publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum, Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos, Ne quid amplius 16 quam quod constitutum est vobis exigatis. Interrogabant autem eum & milites, dicentes, Et nos quid faciemus? Et ait illis, Ne quem concutiatis, 17 neque calumniemini, & contenti estote 18 stipendiis vestris. 19 Exspectante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joanne, 20 num ipse esset ille Christus? Respondit Joannes, dicens universis, Ego quidem aqua baptizo vos: sed veniet fortior me, 21 cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum, ipse vos baptizabit Spiritu sancto & igni. 22 Cujus ventilabrum in manu ipsius, & purgabit aream suam, & congregabit

6 *Et aspera in vias*] καὶ τραχεῖαι, id est, *& aspera*, ut subaudias *viæ*. Et *planas*, Græce est λείας, *leves*, quod prima syllaba producta opponitur aspero.

7 *Genimina viperarum*] γεννήματα, quod alias vertit *progenies*, id quod non semel jam admonuimus.

8 *Quis ostendit*] τίς ὑπέδειξεν, quod magis sonat *subindicavit*, hoc est, *clam commonstravit*, quemadmodum solemus instante periculo.

9 *Dignos pœnitentiæ*] ἀξίους τῆς μετανοίας. Potest accipi & ita, *dignos pœnitentia*. Nam *dignus* apud Græcos gignendi casum habet. Verum hoc admonuimus in Matthæo.

10 *Ne cœperitis dicere*] Quod in Matthæo dictum est, μὴ δόξητε, hic dixit, μὴ ἄρξητε. Græci hic addunt, ἐν ἑαυτοῖς, id est, *in vobis ipsis*, sive *intra vos*, hoc est, *in animo vestro*.

11 *Et filios Abrahæ*] *Abrahæ* Græcus dativus casus est, τῷ Ἀβραὰμ, hoc est, *ipsi Abrahæ*.

12 *Jam enim securis*] Græci addunt copulam, *& securis*, καὶ ἀξίνη, quæ sane non est otiosa: significat enim præsens periculum, ni resipiscant.

13 *Ad radicem arboris*] *Arborum* est & apud Græcos, & in vetustissimis nostris codicibus, τῶν δένδρων. Sentit enim de cunctis hominibus; atque ita legit Ambrosius.

14 *Excidetur*] *Exciditur & mittitur* est Græcis, ἐκκόπτεται καὶ βάλλεται, quemadmodum & in Matthæo.

15 *Det non habenti*] μεταδότω, id est, *communicet*, sive *impartiat*. Neque enim jubet dari duas tunicas, sed e duabus unam. Nam id est μεταδοῦναι.

16 *Quam quod constitutum est vobis faciatis*] Miror non esse animadversum nec a Laurentio, nec a quopiam alio, ne a Beda quidem, πράσσετε hic vertendum fuisse non *faciatis*, sed *exigatis*: cum loquatur de publicanis, hoc est, publicorum vectigalium redemptoribus: quibus hic & hodie mos extorquere a plebecula, non quantum Princeps jusserit, quod ipsum per se iniquum est, sed quantum omnino possint, utrumque enim significat πράττω. Unde πράκτορες, *exactores*. Et aliquanto post semel atque iterum πράκτορας vertit *exactores*, & capite decimo nono, ἔπραξα vertit *exegissem*. Atque ita sane legisse videtur Ambrosius, hujus loci sententiam reddens his verbis: *Singulis quoque generibus hominum conveniens tribuit sanctus Joannes Baptista responsum, unum omnibus, ita publicanis, ne ultra præscriptum exigant, militibus, ne calumniam faciant, ne prædam requirant.* Consimiliter Augustinus Sermone de verbis Domini ex Matthæo decimo nono legit & interpretatur: *Nihil amplius exigatis, quam quod constitutum est vobis.* Theophylactus etiam exponit Græcam vocem alia Græca, εἰσπράσσειν, τοῦτ' ἔστιν ἀπαιτεῖν, id est, *exigere, hoc est poscere*. Nam utroque modo dicitur, πράττειν & εἰσπράττειν.

17 *Calumniam faciatis*] συκοφαντήσητε. Συκοφαντεῖν apud Græcos non uno sumitur modo, verum plerunque συκοφαντεῖν est *falso deferre*, & crimen data opera impingere, quo nonnihil emolumenti extorqueatur a reo. Duo igitur vult abesse a militibus, vim, qua provinciales opprimebant, & calumniam, qua deferebant illos apud suos præsides, quo sine vi, sed non minus perniciose spoliarent. Interdum spoliant homines naves aut vicos, ac post confingunt illos favisse hosti, aliudve quippiam peccasse. Audivi ducem quemdam ita suos admonentem, prædarentur quicquid possint, sive essent inimicorum bona sive amicorum, ut enim res pessime caderet, cogerentur ad restituendum, sed interim aliquam prædæ portionem residere penes raptorem. Mihi vero non admodum probatur, quod quidam ex hoc loco probare nituntur bellum: quasi vero Joannes hæc dixerit Christianis, ac non potius Ethnicis, aut certe profanissimis Judæis, si qui tamen Judæi meruerunt unquam sub Ethnicis: aut hoc egerit, ut præscriberet cujusmodi deberent esse milites, & non illud potius, ut qui pessimi erant, inciperent esse minus mali. Notat id eleganter Theophylactus: *Turbas*, inquit, *hortatur ut aliquid boni faciant, hoc est, sua impartiant, publicanos autem ac milites ut desistant a malis; neque enim capaces illi erant, neque bonum quippiam facere poterant, sed sufficiebat eis non facere malum.* Ita Theophylactus. Miles enim, qui spoliat injuste, ne miles quidem bonus est, tantum abest ut sit vir bonus. Sic enim undique præparabat viam Domini. Alioqui qui potuisset Joannes ab illis extorquere militiam, cum Christus a Judæis non extorserit ceremonias & superstitionem Mosaicæ Legis, & hominum constitutiunculas? Quis negat Judæis permissum fuisse bellum? sed iisdem, quibus permissum fuit odium inimici. Bellasse Judæos legimus, stipendiis meruisse sub alienis ducibus non legimus. Bellabant Judæi, sed jussu Numinis. An ob id volumus Christianos contra Christi jussum belligerari? Imo ferrum & lanienam habere venalem? Gregorius negotiationem inter eas artes ponit, ad quas a baptismo non sit fas redire, & nos homines facinorosos, qui quavis mercede pellecti advolant ad bellum & cædem Christianorum, imo, si desit conductor, ultro erumpunt, inter Christianos habemus, & hos Evangelico patrocinio tuemur? Neque vero me fugit, quid hic disputet Augustinus, cum alias, tum adversus Faustum: sed fas esse puto Christi & Apostolorum doctrinam anteponere Augustini sententiæ. Nec tamen ille probat hoc bellorum genus, quibus nos sine fine collidimur. Pro publica Christianorum pace tuenda, Cæsari Cæsarisque præfectis concedit arma. Verum hæc non est purissima pars corporis Christi. Religiosus erat id temporis Imperator, quisquis non opprimeret Ecclesiam, & alicubi faveret. Nunc belligerantur Episcopi, nec aliud fere quam belligerantur. Ambrosius libro de viduis palam declarat, quibus armis velit esse instructos Sacerdotes & pure Christianos. *Arma*, inquit, *Ecclesiæ fides est: arma Ecclesiæ oratio est, qua adversarium vincit.* Atque inibi: *Ecclesia autem non armis secularibus vincit adversarias potestates, sed armis spiritualibus, quæ sunt fortia Deo.* Sit igitur bellum, si videtur, inter necessaria mala, si modo legitimum sit. Nec est necesse, ut hoc jus ex Evangelii præscriptis repetamus. Sed hisce de rebus alius dabitur dicendi locus.

18 *Stipendiis vestris*] ὀψωνίοις ὑμῶν, quo verbo Terentius usus est pro *cibis lautioribus*. Quanquam Paulus quoque semel atque iterum usus est hoc verbo pro *stipendio*, sive *auctoramento militari*. Apte vero præmium sordidorum hominum sordido vocabulo expressit. Siquidem *opsonium* ventris præmium est, dignum iis, qui ventri militant.

19 *Existimante*] Προσδοκῶντος δὲ, id est, *Exspectante*, sive *Sperante*, velut ex eventu judicaturus esset. Ambrosius legit *Æstimante*, nec addit, *cogitantibus omnibus*, sed tantum *Æstimante populo & cogitante*. Nisi quod ex interpretatione propemodum licet subodorari, Ambrosium legisse *Exspectante*. Sic enim ait inter cætera: *Erat enim qui exspectabatur, & ipse utique qui exspectabatur, non is qui non exspectabatur, advenit.* Cum autem vetustissimi codices consentiant cum Editione Vulgata, non satis queo conjectare quid legerit Interpres, nisi forte pro προσδοκῶντος legit δοκοῦντος.

20 *Ne forte*] μή ποτε. *Num* ipse mallem, quam *ne*. Nam πότε hic plane conjunctio est expletiva.

21 *Cujus non sum dignus*] Ambrosius videtur hoc loco legere, *cujus non sum dignus calceamenta portare*, quemadmodum legimus in Matthæo.

22 *Cujus ventilabrum*] τὸ πτύον: quod inde dictum, quod paleas secernat a granis. Nam πτύω est *exspuo*, velut *abjicio ac repurgo*.

ριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον εἰς τὴν ἀποθήκην αὐτοῦ, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀ-
18 σβέσῳ. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἕτερα παρακαλῶν εὐηγ-
ιϛ ϛ 19 γελίζετο τῷ λαῷ. Ὁ δὲ Ἡρώδης ὁ τετράρχης ἐλεγχόμενος ὑπ᾽ αὐτοῦ περὶ Ἡρωδιάδος τῆς γυναικὸς Φιλίππȣ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ περὶ πάντων ὧν
20 ἐποίει πονηρῶν ὁ Ἡρώδης, Προσέθηκε καὶ τοῦτο ἐπὶ πᾶσι, καὶ κατέκλεισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ.
γ α 21 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ βαπτισθῆναι ἅπαντα τὸν λαὸν, καὶ Ἰησοῦ βαπτισθέντος καὶ προσευχομένου ἀνεῳ-
22 χθῆναι τὸν οὐρανὸν, Καὶ καταβῆναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον σωματικῷ εἴδει ὡσεὶ περιςερὰν ἐπ᾽ αὐτὸν, καὶ φωνὴν ἐξ ȣρανοῦ γενέσθαι, λέγȣσαν, Σὺ εἶ ὁ
ιϑ γ 23 Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν σοὶ ηὐδόκησα. Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησȣ̃ς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὢν, ὡς
24 ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσὴφ, τȣ̃ Ἡλὶ, Τȣ̃ Ματθὰτ, τȣ̃
25 Λευὶ, τȣ̃ Μελχὶ, τȣ̃ Ἰαννὰ, τȣ̃ Ἰωσὴφ, Τȣ̃ Ματταθίȣ,
26 τȣ̃ Ἀμὼς, τȣ̃ Ναȣ̀μ, τȣ̃ Ἑσλὶ, τȣ̃ Ναγγὲ, Τȣ̃ Μαὰθ,
27 τȣ̃ Ματταθίȣ, τȣ̃ Σεμεὶ, τȣ̃ Ἰωσὴχ, τȣ̃ Ἰȣ́δα, Τȣ̃ Ἰωαν-
28 νᾶ, τȣ̃ Ῥησὰ, τȣ̃ Ζοροβάβελ, τȣ̃ Σαλαθιὴλ, τȣ̃ Νηρὶ, Τȣ̃ Μελ-

gabit triticum 23 in horreum suum, paleas autem comburet igni inexstinguibili. Multa quidem & alia ex-
18 hortans evangelizabat populo. Herodes autem te-
19 trarcha, quum corriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris sui, deque omnibus malis quæ faciebat
20 Herodes, 24 Adjecit & hoc super omnia, & inclusit Joannem in carcere. 25 Factum est autem quum bapti-
21 zaretur omnis populus, ut & Jesu baptizato & orante apertum sit cœlum, Ac descendit Spiritus sanctus cor-
22 porali specie 26 quasi columba in ipsum, & vox de cœlo facta est, quæ diceret, 27 Tu es Filius ille meus di-
23 lectus, in te complacitum est mihi. Et ipse Jesus 28 incipiebat esse ferme annorum triginta, ut putabatur filius Joseph, 29 qui fuit filius Heli, Qui fuit Mathat,
24 qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit 30 Jannæ, qui fuit Joseph, Qui fuit Matathiæ, qui fuit Amos, qui fuit
25 Naum, qui fuit Esli, qui fuit Nagge, Qui fuit Maath,
26 qui fuit Matathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Josech, qui fuit Juda, Qui fuit Joanna, qui fuit Rhesa, qui fuit 31
27 Zorobabel, qui fuit 32 Salathiel, qui fuit 33 Neri, Qui
28 fuit

23 *In horreum suum*] εἰς τὴν ἀποθήκην αὐτȣ̃. Incertum, an pronomen *suum* referatur ad *triticum*, an ad *Christum*, sed magis opinor ad triticum, ut indicatum est in superioribus.

24 *Adjecit & super hoc omnia*] Librarii vitio depravatus ordo. Legendum autem, *Adjecit & hoc super omnia*, quemadmodum reperio scriptum & in emendatioribus Latinorum codicibus.

25 *Factum est autem*] Poterant commodius reddi Græca, *Accidit autem cum baptizaretur totus populus, ut Jesu quoque baptizato & orante aperiretur cœlum, & descenderet Spiritus sanctus corporali specie veluti columba super illum, & vox e cœlo proficisceretur, quæ diceret.*

26 *Sicut columba*] ὡσεὶ περιςερά. Laurentius mavult, *velut columba*, quod alioqui videatur sensus, & columbam descendisse in Jesum. Nunc vero senuit Spiritum sanctum descendisse, sed *specie columbæ.*

27 *Tu es Filius meus*] Σὺ εἶ ὁ Υἱός μȣ, id est, *Tu es ille Filius meus*, propter Græcum articulum, cujus vis non est hoc loco otiosa.

28 *Quasi annorum*] ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, id est, *annorum circiter triginta.* Quanquam nonnulli codices sic habebant, Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησȣ̃ς ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὢν, ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσήφ. Quorum verborum hic est sensus, *Et ipse Jesus ingressus erat annum trigesimum, ut putabatur filius Joseph*: aut certe ad hunc modum, *Et ipse Jesus accedebat ad annum trigesimum*: ut intelligamus illum, aut agere cœpisse trigesimum annum, aut accessisse jam ad illud ætatis. Cæterum participium verbi substantivi ὢν ita positum est, ut possit vel ad superiora, vel ad inferiora referri. Origenes, si modo non fallit inscriptio, Homilia in Lucam XXVIII. palam admonet, in Luca tantum esse verbum *incipiendi*, trahens ad allegoriam, quod a baptismo ceu renati esse incipimus. Verum qui potuit esse filius Joseph, si putabatur tantum, & non erat? Unde res ipsa cogit, ut ad superiora referatur, & accipiamus participium usurpatum vice verbi infiniti, nempe ὢν pro εἶναι, *qui incipiebat esse*, quod sane non infrequens est apud Græcos.

29 *Qui fuit Heli*] τȣ̃ Ἡλὶ, id est, *qui fuit filius Heli.* Græce hæc nomina connectuntur per articulos. Proinde nostrum *qui* non est referendum ad Joseph, nec ad Christum, sed ad proximum nomen, excepto primo, quod ad proximum Joseph pertinet. Ut intelligamus Joseph fuisse filium Heli, rursum Heli fuisse filium Mathat, atque item de cæteris. Quanquam Augustinus Quæst. veteris & novi Testamenti quæstione LVI. negat Heli fuisse patrem Joseph. Vult enim sic Christum dici filium Heli, quemadmodum dicitur filius David. Joseph enim & Heli erant fratrum filii. In recensendis nominibus mira in Græcorum codicibus confusio, ne Latinis quidem inter se consentientibus, alibi deerat, alibi supererat, inversa ac depravata pleraque, quæ nos diligentissima collatione, qua licuit, restituimus. Cæterum quod Matthæus discrepat a Luca in recensenda genealogia Christi, quod hic per Nathan stirpis seriem deducat ad David, ille per Solomonem, longum sit altius repetere Theologorum quorumdam super hac re digladiationem, quorum nonnulli volunt hunc Nathan non fuisse filium David, sed prophetam, quem David adoptarit in filii vicem, suum videlicet objurgatorem: & ne ipsa temporis ratione refellantur, volunt Nathan μακροβιώτατον fuisse, cæteros, qui ante hunc regnaverunt a Solomone, μινυνθαδίȣς, ut Homerico utar verbo. Et in hac quidem sententia video propemodum fuisse divum Hieronymum, Ambrosium, & ante hos Origenem. Nam Augustinus opinionis suæ canit palinodiam, quum alias, tum lib. *Retractationum* II. cap. XVI. his quidem verbis: *Item ubi dixi, Lucas vero per ipsum David ad Nathan adscendit, per quem prophetam Deus peccatum ipsius expiavit: per cujus nominis prophetam dicere debui, ne putaretur idem fuisse homo, quum alter fuerit, quamvis & ipse hoc vocaretur.* Quanquam nihil erat opus ad hæc suffugia divertere, si perpendissent apud Hebræos duplici ratione dici filios, juxta legem, & juxta naturam. Lex erat, Si quis sine liberis decessisset, ut hujus frater instauraret posteritatem defuncti. Itaque qui sic natus erat, duos habebat patres, alterum naturalem, ex quo natus erat, alterum legalem, in cujus nomen & progeniem succedebat, nempe defuncti. Ad hunc modum cum posteritas Solomonis defecisset in Ochozia, ex Simeon cognominato Joas, qui prognatus erat e stirpe Nathan filii David, instaurata est posteritas Solomonica, ut mox latius docebimus. Quod quidem palam arguit illa Præfatio, haud scio cujus, quæ Lucæ Evangelio præfertur. Nam ab Hieronymiano stilo tantum abest, ut nullius omnino Latini videri possit, sed Græci cujuspiam, eruditi tamen, & eloquentis. Quidam Isidoro tribuunt, sed nihil minus congruit. In ea sic legimus: *Cui ideo post baptismum Filii Dei, a perfectione generationis in Christo completa, repetenda a principio nativitatis humanæ potestas permissa est, ut requirentibus demonstraret, in quo apprehendens erat per Nathan filium David, introitu generationis recurrentis in Deum admisso, indisseparabilis Dei, ut prædicans hominibus Christum suum perfecti opus hominis redire in se per filium faceret, qui per David patrem venientibus iter præbebat in Christo.* Obsecro quis hunc sermonem adscribat Hieronymo? Sed ut ad rem, hic, quisquis est, palam asseverat stirpem Davidicam intercidisse, & per Nathan filium David restitutam seriem generis. Suffragatur huic sententiæ & Gregorius Nazianzenus in carmine genealogico, duos recensens Δαυίδα, id est, *filios David*, *Solomonem* & *Nathan*, nec ullam adoptionis faciens mentionem. In opere, quod fertur Augustini titulo, *de Quæstionibus veteris & novi Testamenti*, quæst. LVI. habentur hæc: *Heli autem filius Mathat a David per Nathan filium ejusdem David ordinem tenet.* Idem repetit & inculcat toto capite. Nec refert hoc opus non esse Augustini, quum res indicet esse alicujus in Sacris Litteris exercitatioris quam fuit Augustinus. Quin libro Paralipomenon primo cap. tertio palam inter filios, quos David suscepit ex Bethsabea Hierosolymis, nominatim recensetur Nathan, ordine prior Solomone. Porro omnem adoptionis causationem palam excludit, quod additur, *Filiis David ex Bethsabea.* Disseruit accuratius hac de re magnus ille bonarum litterarum antistes Jacobus Faber Stapulensis in Commentariis, quos edidit in Epistolam ad Hebræos. Neque pauca refert Joannes Annius ex Philone. Ea quanquam admodum probabilia sunt, tamen quoniam is non tam certo citat quam vellem, præsertim in re controversa, neque nobis erat Græci Philonis copia, paucis attingenda judicavimus, & in hoc duntaxat, quo Lectori diligenti cætera pervestigandi præberemus ansam, præsertim cum hæc pene πάρεργα sint huic instituto. Jam quoniam hinc plerique falluntur, quod nonnulli sint ὁμώνυμοι, nonnulli binomines, aut etiam trinomines, interdum cognomina addita ipsis misceantur nominibus, pauca recensebimus, quibus cognitis, minor sit errandi occasio. Primum *Elih*. Idem est cum *Jehojakim*, quem corrupte vocant *Joachim*, pater naturalis Mariæ virginis, & avus Jesu Christi secundum carnem. Quod testatur & Hieronymus. Atque hinc colligere licet, Lucam naturalem Christianæ genealogiæ seriem secutum esse, non legalem, siquidem ad Christum respicias, sin ad Joseph referas, contra erit. Nam Matthæus per naturæ lineam devenit ad Joseph, quæ ad Christum tendendi legalis est.

30. Deinde *Jane*. Et hunc & *Janum*, qui præcessit, una cum his, qui inter hos duos intercedunt, Philo testatur Israelitico functos imperio. Recensentur autem his insigniti cognomentis, *Janeus secundus*, *Hircanus*, *Joseph junior*, *Arses*, *Matthatia*, *Siloa*, *Amos*, *Shyrach*, *Nahum*, *Maslot*, *Hesli*, *Aglai*, *Nagid*, *Artaxat*, *Maath*, *Aser*, *Elih*, *Matthathias*, *Semei*, *Abner*, *Joseph primus*, *Judas primus*, *Hircanus*, *Jana*, *Janeus primus.*

31 Præterea *Zorobabel*. Idem dictus *Barachias*, duos habuit filios; unum *Resa* nomine, cognomine *Misclollam*, quemadmodum legis in Neemia; hujus propaginem Lucas narrat: alterum *Abiud*, cognomento *Anania*; cujus stirpem Matthæus prosequitur. Ex horum stirpe descendunt, & qui apud Lucam, & qui apud Matthæum deinceps referuntur.

32 Ad hæc *Salathiel*. Rectius, ni fallor, dicendus שְׁאַלְתִּיאֵל *Shealthiel*, si modo vocem Hebraicam reddere volumus, idem alio nomine dictus *Mezebeel* & *Zorobabel*, tam apud Lucam quam apud Matthæum recensentur: ut conjectare liceat hos ex *Nathan* ortos.

33 Jam & *Neri*. Idem est, qui apud Matthæum dicitur *Jechonias*. Id cognominis illi tributum est a populo, posteaquam ereptus e carcere, in pretio habitus est apud Evilmerodach, quod lucerna Davidici generis, quæ videbatur exstinguenda, redaccensa sit in hoc. Is igitur tum genuit *Salathiel*. Proinde frustra Ju-

lianus

Μελχὶ, τῦ Ἀδδὶ, τῦ Κωσὰμ, τῦ Ἐλμωδὰμ, τῦ 29 Ἢρ, Τῦ Ἰησῶ, τῦ Ἐλιέζερ, τῦ Ἰωρεὶμ, τῦ Ματ- 30 θὰτ, τῦ Λευὶ, Τῦ Συμεὼν, τῦ Ἰϋδα, τῦ Ἰωσὴφ, 31 τῦ Ἰωνὰμ, τῦ Ἐλιακεὶμ, Τῦ Μελεᾶ, τῦ Μαϊνὰν, 32 τῦ Ματταθὰ, τῦ Ναθὰν, τῦ Δαβὶδ, Τῦ Ἰεσσαὶ, 33 τῦ Ὠβὴδ, τῦ Βοὸζ, τῦ Σαλμὼν, τῦ Ναασσὼν, Τῦ Ἀμιναδὰβ, τῦ Ἀρὰμ, τῦ Ἐσρὼμ, τῦ Φαρὲς, τῦ Ἰϋ- 34 δα, Τῦ Ἰακὼβ, τῦ Ἰσαὰκ, τῦ Ἀβραὰμ, τῦ Θάρα, 35 τῦ Ναχὼρ, Τῦ Σαρϋχ, τῦ Ῥαγαῦ, τῦ Φαλὲκ, τῦ 36 Ἐβὲρ, τῦ Σαλὰ, Τῦ Καϊνὰν, τῦ Ἀρφαξὰδ, τῦ 37 Σὴμ, τῦ Νῶε, τῦ Λάμεχ, Τῦ Μαθυσάλα, τῦ Ἐ- 38 νὼχ, τῦ Ἰαρὲδ, τῦ Μαλελεὴλ, τῦ Καϊνὰν, Τῦ Ἐνὼς, τῦ Σὴθ, τῦ Ἀδὰμ, τῦ Θεῦ.

IV. 1 Ἰησῦς δὲ Πνεύματος ἁγίυ πλήρης ὑπέστρεψεν ἀπὸ τῦ Ἰορδάνυ, καὶ ἤγετο ἐν 2 τῷ Πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον, Ἡμέρας τεσσαράκοντα πειραζόμενος ὑπὸ τῦ διαβόλυ, καὶ ὐκ ἔφαγεν ὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις· καὶ συντελεσθεισῶν αὐτῶν, ὕστερον 3 ἐπείνασε. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ διάβολος, Εἰ Υἱὸς εἶ τῦ 4 Θεῦ, εἰπὲ τῷ λίθῳ τύτῳ, ἵνα γένηται ἄρτος. Καὶ ἀπεκρίθη Ἰησῦς πρὸς αὐτὸν, λέγων, Γέγραπται, Ὅτι ὐκ ἐπ᾽ ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ᾽ ἐπὶ παν- 5 τὶ ῥήματι Θεῦ. Καὶ ἀναγαγὼν αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν, ἔδειξεν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τῆς 6 οἰκυμένης ἐν στιγμῇ χρόνυ, Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ διάβο- λος, Σοὶ δώσω τὴν ἐξυσίαν ταύτην ἅπασαν καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν, ὅτι ἐμοὶ παραδέδοται, καὶ ᾧ ἐὰν θέ- 7 λω δίδωμι αὐτήν. Σὺ ὖν ἐὰν προσκυνήσῃς ἐνώπιόν 8 μυ, ἔσται συ πάντα. Καὶ ἀποκριθεὶς αὐτῷ εἶπεν ὁ Ἰησῦς, Ὕπαγε ὀπίσω μυ Σατανᾶ· γέγραπται γὰρ, Προσκυνήσεις Κύριον τὸν Θεόν συ, καὶ αὐτῷ μόνῳ 9 λατρεύσεις. Καὶ ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἰερυσαλὴμ, καὶ ἔστησεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τῦ ἱερῦ, καὶ εἶπεν αὐ- τῷ,

fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit 34 Coſam, qui fuit Elmodam, qui fuit Er, 29 Qui fuit Jeſo, qui fuit Eliezer, qui fuit 35 Joram, qui fuit Matthat, qui fuit Levi, 30 Qui fuit Simeon, qui fuit Juda, qui fuit Joſeph, qui fuit Jonam, qui fuit Eliachim, 31 Qui fuit Melea, qui fuit Maïnan, qui fuit Mattatha, qui fuit Nathan, qui fuit David, 32 Qui fuit Ieſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naaſſon, 33 Qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Eſrom, qui fuit Phares, qui fuit Judæ, 34 Qui fuit Jacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Tharæ, qui fuit Nachor, 35 Qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalec, qui fuit Heber, qui fuit Sale, 36 Qui fuit Caïnan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, 37 Qui fuit Mathuſala, qui fuit Enoch, qui fuit Jared, qui fuit Malelehel, qui fuit Caïnan, 38 Qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

VI. 1 Jeſus autem plenus Spiritu ſancto 1 regreſſus eſt a Jordane, 2 & 2 actus eſt per Spiritum 3 in deſertum, 4 Ac diebus quadraginta tentabatur a diabolo, nihilque comedit in diebus illis: & conſummatis illis, deinde eſuriit. 3 Dixit autem illi diabolus, Si Filius es Dei, dic lapidi huic, ut panis fiat. 4 Et reſpondit ad illum Jeſus, dicens, Scriptum eſt, Non pane ſolo 5 vivet homo, ſed omni verbo Dei. 5 Et ſubduxit illum diabolus in montem excelſum, & oſtendit illi omnia regna orbis terræ 6 in puncto temporis, 6 Et ait illi diabolus, Tibi dabo poteſtatem hanc univerſam & gloriam illorum, quia mihi tradita ſunt, 7 & cuicunque volo do illam. 7 8 Tu ergo ſi adoraveris provolutus coram me, erunt tua omnia. 8 Et reſpondens Jeſus dixit illi, 9 Abi poſt me Satana: ſcriptum eſt enim, Adorabis Dominum Deum tuum, & illum ſolum 10 coles. 9 Et duxit illum Hieroſolymam,

lianus calumniam ſtruit Evangeliſtis, quaſi duos patres uni tribuant filio, cum idem ſit *Neri* & *Jechonias*, quemadmodum cæteri quoque Reges, qui hunc præceſſerunt, *πολυώνυμοι* fuerunt, uſque ad *Joas*, qui eſt *Simeon* apud Lucam, haud ille quidem e ſtirpe *Solomonis*, quæ jam interciderat in *Ochozia*, ſed ex *Nathan*, cujus poſteritas jus habebat hactenus in regnum ſuccedendi. Cæterum quod parum reſpondeat numerus eorum, qui apud Lucam referuntur, & qui apud Matthæum, haud ita mirum videbitur, ſi quis perpenderit, primum quod & Hieronymus indicavit, & ante hunc Origenes, nonnullos in genealogiæ ſerie fuiſſe prætermiſſos, idque data opera, quemadmodum annotavimus in Matthæum. Quandoquidem nec *Joas* uſquam recenſetur. Quos ſi cæteris adjeceris, comperies & numerum conſentire. Præterea *Jechonias*. Idem eſt cum eo, qui dictus eſt *Neri*. Hujus pater *Joachim*, prætermiſſus apud Matthæum, idem eſt cum *Melchi*, ante quem regnavit menſibus tribus *Joachaz*, quem ne ipſum quidem commemoravit Matthæus. Et haud ſcio an huic reſpondeat *Addi*.

34 Rurſus *Joſias*, *Amon*, *Manaſſes*, *Ezechias*, & *Achas* cognomentis deſignantur hiſce, *Coſam*, *Elmodam*, *Er*, *Jeſo*, *Eliezer*; quorum ſane cognominum & Philo meminit.

35 Deinde *Joathan*, *Aſarias*, *Amaſias*, *Joas* adnominati ſunt his nominibus, quæ ſunt apud Lucam, *Joram*, *Matthat*, *Levi*, *Simeon*, quorum Matthæus omnino non minit. Quin & *Simeon*, qui eſt apud Lucam, trinominis fuit, idem dictus *Simeon*, *Heli*, & *Joas*. Hic primus ortus eſt ex poſteritatis Davidicæ inſtauratoribus, quos Hebræi אֲחֶשָׁרִים *Acheſarim* vocant, ceu regni adjutores, cum jam in *Ochozia* poſteritas *Solomonis* defeciſſet: nec hæc modo, verum etiam ipſa familia *Acheſarim*, nimirum omnibus ab *Athalia* interemptis, hoc ſolo ſuperſtite, quod hunc *Joſaba Ochozia* ſoror ſervaſſet, etiamnum in cunis agentem. Neque enim erat is *Joas* filius *Ochozia* natura, ſed ſucceſſione duntaxat, juxta jus *Acheſarim*. Licet libro Regum quarto, capite undecimo, vocetur *Ochozia filius*. Philo tamen aperte pronunciat, hunc natura filium non fuiſſe, ſed, ut modo dictum eſt, jure ſucceſſionis. Proinde ab hoc reliqua poſteritas omnis ad *Nathan* pertinet, ut unde duxerit genus, licet in ſorte collocetur *Solomonis*. Quod ſi ſtirps regia defecit in *Sedechia*, ſicut apparet ex quarto Regum, capite ultimo, & Hieremiæ cap. XXII. non protinus conſequitur antea non defeciſſe. Porro *Nathan* hic, de quo cœperamus in initio dicere, filius fuit *David*, frater *Solomonis* ex *Bethſabea*, quemadmodum legis Paralipomenon libro primo; capite tertio. Is, ut dixi, nec erat propheta, nec adoptatus a David in jus filiorum, verum hujus poſteritatem jus regni manebat, idque ex edicto David, ſi quando Solomonis ſtirps intercidiſſet, id quod Annio citante docet Philo. Idem propemodum colligere licet ex libro Regum tertio, capite quarto: nempe quod *Nathan Achiſar* inſtitutus fuerit, hoc eſt, regiæ ſtirpis inſtaurator. Sic enim & illic appellatur *filius Nathan*, quem אֲחִשָׁר Lucas vocat *Nathan*. Hujus partes erant, univerſam familiam regiam moderari: & ob id jus dicebantur Hebræis מְתֻתִּים, id eſt, *donati ad ſuccedendum*, & אֲחֵישָׂרִים, hoc eſt, *fratres Principum*, quia in pari honore cum Regum filiis habebantur. Ad hos pertinebat tribus Benjamin, cum ad poſteritatem Solomonis ſola domus Juda pertineret. Hæc pauca e multis carptim delibavimus, ne nihil lucis præberemus avidis eadem exactius inquirendi, præſertim cum ad hiſtoriæ fidem faciant. Neque rurſum probarim in hujuſmodi quæſtionibus vel anxie diſtorqueri, vel contentioſe digladiari: in quibus haud multo plus fructus eſſe video, quam illa nobili pugna Theologorum de conceptione Deiparæ Virginis. Et Paulus non uno loco monet, piis hominibus hujuſmodi genealogias & nunquam finiendas quæſtiones eſſe vitandas, quod non ſolum nihil conducant ad pietatem, verum etiam pariant lites & contentiones, peſtem Chriſtianæ concordiæ.

1 *EGreſſus eſt a Jordane*] *Regreſſus* legendum eſt, *ὑπέστρεψεν*, *revertit*, ſive *reverſus eſt*. Certe *regreſſus* conſtanter habent vetuſti codices.

2 *Et agebatur*] καὶ ἤγετο, id eſt, *& ductus eſt*, ſive *actus*, cum alibi dicatur *expulſus a Spiritu*.

3 *In deſerto*] εἰς τὴν ἔρημον, id eſt, *in deſertum*, accuſandi caſu.

4 *Diebus quadraginta*] Ἡμέρας τεσσαράκοντα πειραζόμενος, id eſt, *Quadraginta dies tentatus eſt*. Nam *quadraginta dies* ita poſitum eſt, ut poſſit vel ad ſuperiora, vel ad ſequentia accommodari, verum mollius eſt, ut ad inferiora pertineat: non quod toto hoc tempore tentatus ſit a diabolo, ſed quod aliqua parte hujus temporis. Certe Origenes, aut quiſquis fuit alius, Homilia vigeſima nona ita legit, ut ſentiat eum quadraginta diebus tentatum. Nec abhorret ab hac ſententia quod ſcribit Marcus capite primo: *Et ſtatim Spiritus expulit eum in deſertum, & erat in deſerto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur a Satana*. Sed magis etiam facit ad hunc ſenſum ſermo Græcus, qui habet πειραζόμενος. Matthæus capite quarto ſic narrat, quaſi poſt quadrageſimum, aut quadrageſimo demum die tentatus ſit, quanquam fieri poteſt, ut & aliis diebus fuerit tentatus, aliis rationibus.

5 *Vivit homo*] Græcis eſt ζήσεται, id eſt, *victurus eſt*, ſive *vivet*, verbum futuri temporis. Conſentientibus vetuſtis Latinorum exemplaribus, nominatim codice Corſendoncenſi. In Conſtantienſi raſor mutarat *e* in *i*.

6 *In momento temporis*] ἐν στιγμῇ χρόνυ, id eſt, *in puncto temporis*, qua Græci proverbiali figura breviſſimum tempus indicant. Sumptum eſt a puncto mathematico.

7 *Et cui volo*] καὶ ᾧ ἐὰν θέλω, id eſt, *& cuicunque volo*, ſive *velim*.

8 *Si procidens adoraveris*] Σὺ ὖν ἐὰν προσκυνήσῃς ἐνώπιόν μυ, id eſt, *Tu igitur ſi adoraveris coram me*. Atque ita ſane legitur in vetuſtis Latinæ linguæ codicibus, nominatim in Corſendoncenſi, & item aureo, Conſtantienſi, ac meo vetuſtæ typographiæ, ſed refragante Paulino. Proinde quiſquis addidit *procidens*, rem fecit explanatiorem. Eſt enim προσκυνεῖν *adorare*, ſed geſtu corporis, verbum vel a moto galero dictum Græcis, vel ab oſculando.

9 *Scriptum eſt*] Hic Græci codices addunt, Ὕπαγε ὀπίσω μυ Σατανᾶ, id eſt, *Vade poſt me Satana*. Sic enim erat in Matthæo, ſed in Petrum dictum, diabolus tantum audivit ὕπαγε. Verum apparet huc adſcriptum ex eo loco: quo ſtudio mira depravatio irrepſit in Sacros Libros; quando nec apud Ambroſium quicquam hujuſmodi legitur, nec apud Origenem, cujus titulo habemus Homilias in hunc Evangeliſtam. Imo cum is annotarit ὀπίσω μυ non addi, quum jubetur abire diabolus. Apud Theophylactum tamen additur Ὕπαγε ὀπίσω μυ Σατανᾶ: contra Origenis annotationem: & Theophylacto conſentiebat Editio Hiſpanica. In Latinis codicibus nihil horum verborum eſt.

10 *Servies*] λατρεύσεις. Quod plerunque ad divinum cultum pertinet, unde & *latria* dicta eſt.

τῷ, Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλλε σεαυτὸν ἐντεῦθεν κάτω.
10 Γέγραπται γὰρ, Ὅτι τοῖς Ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ
11 σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε, Καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μή-
12 ποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου. Καὶ ἀποκριθεὶς
εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι εἴρηται, Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον
13 τὸν Θεόν σου. Καὶ συντελέσας πάντα πειρασμὸν ὁ διάβο-
14 λος ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ ἄχρι καιροῦ. Καὶ ὑπέστρεψεν ὁ Ἰησοῦς
ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος εἰς τὴν Γαλιλαίαν· καὶ φή-
15 μη ἐξῆλθε καθ' ὅλης τῆς περιχώρου περὶ αὐτοῦ. Καὶ αὐτὸς
ἐδίδασκεν ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, δοξαζόμενος ὑπὸ
16 πάντων. Καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Ναζαρὲθ, οὗ ἦν τεθραμμένος· καὶ
εἰσῆλθε κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων
17 εἰς τὴν συναγωγήν· καὶ ἀνέστη ἀναγνῶναι. Καὶ ἐπεδόθη αὐ-
τῷ βιβλίον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον,
18 εὗρε τὸν τόπον, οὗ ἦν γεγραμμένον, Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ,
οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με,
ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμα-
λώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἀποστεῖλαι τεθραυ-
19 20 σμένους ἐν ἀφέσει, Κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν. Καὶ
πτύξας τὸ βιβλίον, ἀποδοὺς τῷ ὑπηρέτῃ, ἐκάθισε· καὶ πάν-
των ἐν τῇ συναγωγῇ οἱ ὀφθαλμοὶ ἦσαν ἀτενίζοντες αὐτῷ.
21 Ἤρξατο δὲ λέγειν πρὸς αὐτοὺς, Ὅτι σήμερον πεπλήρωται
22 ἡ γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν. Καὶ πάντες ἐμαρτύρουν
αὐτῷ, καὶ ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος, τοῖς
ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἔλεγον, Οὐχ οὗτός
23 ἐστιν ὁ υἱὸς Ἰωσήφ; Καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Πάντως ἐρεῖτέ
μοι τὴν παραβολὴν ταύτην, Ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτόν·
ὅσα ἠκούσαμεν γενόμενα ἐν τῇ Καπερναοὺμ, ποίησον καὶ ὧ-
24 δε ἐν τῇ πατρίδι σου. Εἶπε δὲ, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ-
25 δεὶς προφήτης δεκτός ἐστιν ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ. Ἐπ' ἀλη-
θείας δὲ λέγω ὑμῖν, πολλαὶ χῆραι ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις
Ἠλίου ἐν τῷ Ἰσραὴλ, ὅτε ἐκλείσθη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ ἔτη τρία
καὶ μῆνας ἕξ, ὡς ἐγένετο λιμὸς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν,
26 Καὶ πρὸς οὐδεμίαν αὐτῶν ἐπέμφθη Ἠλίας, εἰ μὴ εἰς Σά-
27 ρεπτα τῆς Σιδῶνος πρὸς γυναῖκα χήραν. Καὶ πολλοὶ λε-
προὶ ἦσαν ἐπὶ Ἐλισσαίου τοῦ προφήτου ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ
28 οὐδεὶς αὐτῶν ἐκαθαρίσθη, εἰ μὴ Νεεμὰν ὁ Σύρος. Καὶ ἐ-
πλήσθησαν πάντες θυμοῦ ἐν τῇ συναγωγῇ, ἀκούοντες ταῦ-
29 τα. Καὶ ἀναστάντες ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως, καὶ
ἤγαγον αὐτὸν ἕως τῆς ὀφρύος τοῦ ὄρους, ἐφ' οὗ ἡ πόλις
30 αὐτῶν ᾠκοδόμητο, εἰς τὸ κατακρημνίσαι αὐτόν. Αὐτὸς δὲ
31 διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν ἐπορεύετο. Καὶ κατῆλθεν εἰς Κα-
περναοὺμ πόλιν τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦν διδάσκων αὐτοὺς
32 ἐν τοῖς σάββασι. Καὶ ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ,
33 ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ. Καὶ ἐν τῇ συναγωγῇ ἦν
ἄνθρωπος ἔχων πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου, καὶ ἀνέκραξε
34 φωνῇ μεγάλῃ, Λέγων, Ἔα, τί ἡμῖν καί σοι Ἰησοῦ Να-
ζαρηνέ; ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς; οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος
35 τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Φιμώ-
θητι, καὶ ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ· καὶ ῥίψαν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον
εἰς τὸ μέσον, ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ, μηδὲν βλάψαν αὐτόν.
36 Καὶ ἐγένετο θάμβος ἐπὶ πάντας· καὶ συνελάλουν πρὸς ἀλ-
λή-

lymam, statuitque eum super pinnam templi, & dixit
illi, Si Filius Dei es, mitte teipsum hinc deorsum. Scri- 10
ptum est enim, quod Angelis suis 11 mandavit de te, ut
servent te, Et in manibus tollent te, 12 ne offendas ad 11
lapidem pedem tuum. Et respondens Jesus ait illi, Di- 12
ctum est, Non tentabis Dominum Deum tuum. Et 13
consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo
usque ad tempus. Et reversus est Jesus virtute Spiritus 14
in Galilæam: & fama exiit 13 per universam regionem
de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum, 14 & glo- 15
rificabatur ab omnibus. Et venit Nazareth, ubi erat 16
nutritus: & intravit secundum consuetudinem suam 15
die sabbatorum in synagogam: & surrexit ut legeret.
Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ, 16 & ut ex- 17
plicuit librum, invenit locum, ubi scriptum erat, 17
Spiritus Domini super me, 18 propter ea quod unxit 18
me: ad evangelizandum pauperibus misit me, ut sanem
contritos corde, ut prædicem captivis remissionem,
19 & cæcis visum, ut emittam confractos per remissio-
nem, Ut prædicem annum Domini acceptum. Et com- 19 20
plicato libro, reddidit ministro, ac resedit: & omnium
in synagoga oculi erant defixi in eum. Cœpit autem 21
dicere ad illos, Hodie 20 impleta est hæc scriptura in
auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabant, & 22
mirabantur super gratia sermonum, qui procedebant
ex ore ipsius, dicebantque, Nonne hic est filius Joseph?
Et ait illis, 21 Omnino dicetis mihi hanc similitudi- 23
nem, Medice, cura teipsum: 22 quæcumque audivimus
facta in Capernaum, fac & hîc in patria tua. Ait autem, 24
Amen dico vobis, Nemo propheta acceptus est in pa-
tria sua. 23 Sed in veritate dico vobis, multæ viduæ 25
erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cœ-
lum annis tribus & mensibus sex, quum facta esset fa-
mes magna per omnem terram, Et ad nullam illarum 26
missus est Elias, nisi in Sarepta Sidonis ad mulierem
viduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Elisæo pro- 27
pheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Sy-
rus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audien- 28
tes. Et insurrexerunt ejecruntque illum e civitate, 29
& duxerunt illum usque ad supercilium montis, su-
per quem civitas illorum erat ædificata, ut præcipita-
rent eum. Ipse autem transiens per medium illorum 30
ibat. Et descendit Capernaum civitatem Galilææ, ibi- 31
que docebat illos sabbatis. Et stupebant super doctrina 32
ejus, 24 quia cum potestate conjunctus erat sermo
ipsius. Et in synagoga erat homo habens spiritum dæ- 33
monis immundi, & exclamavit voce magna, Dicens, 34
25 Eia, quid tibi nobiscum est Jesu Nazarene? venisti
ad perdendum nos? 26 Scio te qui sis, sanctus ille Dei.
Et increpavit illum Jesus, dicens, Obmutesce, & exi ab 35
eo: & quum projecisset illum dæmonium in medium,
exiit ab illo, nihilque illi nocuit. 27 Et factus est pavor 36
super

11 *Mandavit de te*] ἐντελεῖται, id est, *mandabit*, futuri temporis, ut indicatum est a nobis & alibi.

12 *Ne fortè*] μήποτε, id est, *nequando*, sive *ne*. Quorsum autem erat opus *forte?*

13 *Per universam regionem*] καθ' ὅλης τῆς περιχώρου, id est, *per totam finitimam regionem*, sive *per omnem undique regionem*.

14 *Et magnificabatur*] δοξαζόμενος, id est, *glorificabatur*. Non satis video, cur hîc Laurentium offendere debuerit conjunctio. Mavult enim ille, *docebat in synagogis eorum, omnibus eum glorificantibus*.

15 *In die sabbati*] σαββάτων, id est, *sabbatorum*.

16 *Et revolvit librum*] καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον. Quod ego maluissem vertere, *& explicito libro*, nam ipse mox vertit, *cum plicuisset librum*, καὶ πτύξας τὸ βιβλίον.

17 *Spiritus Domini super me*] Locus est apud Esaiam capite sexagesimo primo. Quanquam hoc sane loco citatio Lucæ magis consentit cum Editione Septuaginta, quam cum Hebraicis voluminibus, etiamsi dissonat ab utrisque. Siquidem Hebræa vertit ad hunc modum Hieronymus: *Spiritus Domini Dei super me, eo quod unxit me Dominus. Ad annunciandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem captivis indulgentiam, & clausis apertionem, & annunciarem annum placabilem Domino.* Porro juxta Septuaginta legimus ad hunc modum: Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, καλέσαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν. Id est, *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, & cæcis ut videant, vocare annum acceptabilem Domino.*

18 *Eo quod unxit me*] οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με, id est, *propter quod unxit me.* Atque ita legitur in antiquissimis Latinis exemplaribus, sed Græcis ad verbum redditis magis quam eleganter.

19 *Et cæcis visum*] καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. Quod magis sonat *redditum visum*, quam *visum*, quasi dicas, *revidentiam*. *Et diem retributionis.* Hæc verba non adduntur in Græcis voluminibus, nec adduntur ab Hieronymo, qui citat hunc locum e Luca, edisserens Esaiam prophetam. Quemadmodum nec illud congruit, *dimittere confractos in remissionem.*

20 *Impleta est scriptura*] *Hæc* addendum est, & ita legitur in emendatioribus libris, *impleta est hæc scriptura.*

21 *Utique dicetis*] Πάντως ἐρεῖτε, id est, *Omnino dicetis.* Est enim adverbium confirmandi.

22 *Quanta audivimus*] ὅσα, id est, *quæ*, sive *quæcunque.* Atque ita legit auctor Homiliarum in Lucam, quas Origenis titulo legit vulgus.

23 *In veritate dico vobis*] Græci addunt conjunctionem non otiosam, Ἐπ' ἀληθείας δὲ λέγω ὑμῖν, *Sed in veritate dico vobis.* Adversatur enim hæc pars superiori quæ de contemptu meminit. Atque ita concinnandus ordo, *Contemnitis me, quod præsto sim, verum non omnibus datum est habere talem, qualis ego sum.*

24 *Quia in potestate erat sermo ipsius*] Nemo nescit quid sit *esse in potestate.* Atqui hîc, juxta proprietatem Hebræi sermonis, sentit sermonem Jesu cum auctoritate & potestate fuisse conjunctum. Ita alias, *in virtute veniet* dictum est pro *cum virtute veniet.*

25 *Sine*] Ἔα. Quod tamen aliquoties est adverbium exclamantis. De figura sermonis, *quid tibi & mihi*, jam dictum est non semel.

26 *Scio te quis sis*] οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ, id est, *novi te quis es, nempe sanctus ille Dei.*

27 *Et factus est pavor*] θάμβος, quod sæpe vertit *stupor.* Est
autem

λήλυς, λέγοντες, Τίς ὁ λόγος ὗτος, ὅτι ἐν ἐξυσίᾳ καὶ δυνάμει ἐπιτάσσει τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ ἐξέρχονται; 37 Καὶ ἐξεπορεύετο ἦχος περὶ αὐτῦ εἰς πάντα τόπον 38 τῆς περιχώρυ. Ἀνασὰς δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς, εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος· ἡ πενθερὰ δὲ τοῦ Σίμωνος ἦν συνεχομένη πυρετῷ μεγάλῳ, καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν περὶ αὐτῆς. 39 Καὶ ἐπισὰς ἐπάνω αὐτῆς, ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ· καὶ ἀφῆκεν αὐτήν· καὶ παραχρῆμα ἀνασᾶσα διηκόνει αὐτοῖς. 40 Δύνοντος δὲ τῦ ἡλίυ, πάντες ὅσοι εἶχον ἀσθενοῦντας νόσοις ποικίλαις, ἤγαγον αὐτὺς πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ ἑνὶ ἑκάσῳ 41 αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐπιθεὶς, ἐθεράπευσεν αὐτύς. Ἐξήρχετο δὲ καὶ δαιμόνια ἀπὸ πολλῶν, κράζοντα καὶ λέγοντα, Ὅτι σὺ εἶ ὁ Χρισὸς ὁ Υἱὸς τῦ Θεῦ. Καὶ ἐπιτιμῶν, ὐκ 42 εἴα αὐτὰ λαλεῖν, ὅτι ᾔδεισαν τὸν Χρισὸν αὐτὸν εἶναι. Γενομένης δὲ ἡμέρας ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἔρημον τόπον· καὶ οἱ ὄχλοι ἐζήτυν αὐτὸν, καὶ ἦλθον ἕως αὐτῦ, καὶ κατεῖχον 43 αὐτὸν τῦ μὴ πορεύεσθαι ἀπ᾽ αὐτῶν. Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτὺς, Ὅτι καὶ ταῖς ἑτέραις πόλεσιν εὐαγγελίσασθαί με 44 δεῖ τὴν βασιλείαν τῦ Θεῦ, ὅτι εἰς τῦτο ἀπέσαλμαι. Καὶ ἦν κηρύσσων ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῆς Γαλιλαίας.

V. 1 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ, τῦ ἀκύειν τὸν λόγον τῦ Θεῦ, καὶ αὐτὸς ἦν ἑσὼς παρὰ τὴν λίμνην Γενησαρέθ. 2 Καὶ εἶδε δύο πλοῖα ἑσῶτα παρὰ τὴν λίμνην· οἱ δὲ ἁλιεῖς 3 ἀποβάντες ἀπ᾽ αὐτῶν, ἀπέπλυνον τὰ δίκτυα. Ἐμβὰς δὲ εἰς ἓν τῶν πλοίων, ὃ ἦν τῦ Σίμωνος, ἠρώτησεν αὐτὸν, ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν ὀλίγον, καὶ καθίσας ἐδίδασκεν 4 ἐκ τῦ πλοίυ τὺς ὄχλυς. Ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλῶν, εἶπε πρὸς τὸν Σίμωνα, Ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄγραν. 5 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Σίμων εἶπεν αὐτῷ, Ἐπισάτα, δι᾽ ὅλης τῆς νυκτὸς κοπιάσαντες ὐδὲν ἐλάβομεν· ἐπὶ δὲ τῷ ῥήματί συ χαλάσω τὸ 6 δίκτυον. Καὶ τῦτο ποιήσαντες, συνέκλεισαν πλῆθος ἰχ- 7 θύων πολύ· διερρήγνυτο δὲ τὸ δίκτυον αὐτῶν. Καὶ κατένευσαν τοῖς μετόχοις, τοῖς ἐν τῷ ἑτέρῳ πλοίῳ, τῦ ἐλθόντας συλλαβέσθαι αὐτοῖς· καὶ ἦλθον, καὶ ἔπλησαν ἀμφότερα 8 τὰ πλοῖα, ὥσε βυθίζεσθαι αὐτά. Ἰδὼν δὲ Σίμων Πέτρος, προσέπεσε τοῖς γόνασι τῦ Ἰησῦ, λέγων, Ἔξελθε 9 ἀπ᾽ ἐμῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι, Κύριε. Θάμβος γὰρ περιέσχεν αὐτὸν, καὶ πάντας τὺς σὺν αὐτῷ, ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ 10 τῶν ἰχθύων, ᾗ συνέλαβον, Ὁμοίως δὲ καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, υἱὺς Ζεβεδαίυ, οἳ ἦσαν κοινωνοὶ τῷ Σίμωνι· καὶ εἶπε πρὸς τὸν Σίμωνα ὁ Ἰησῦς, Μὴ φοβῦ, ἀπὸ τῦ νῦν 11 ἀνθρώπυς ἔσῃ ζωγρῶν. Καὶ καταγαγόντες τὰ πλοῖα ἐπὶ 12 τὴν γῆν, ἀφέντες ἅπαντα ἠκολύθησαν αὐτῷ. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν μιᾷ τῶν πόλεων, καὶ ἰδὺ ἀνὴρ πλήρης λέπρας· καὶ ἰδὼν τὸν Ἰησῦν, πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, ἐδεήθη αὐτῦ, λέγων, Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθα- 13 ρίσαι. Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτῦ, εἰπὼν, Θέλω, 14 καθαρίσθητι· καὶ εὐθέως ἡ λέπρα ἀπῆλθεν ἀπ᾽ αὐτῦ. Καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν· ἀλλὰ ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε περὶ τῦ καθαρισμῦ συ, 15 καθὼς προσέταξε Μωσῆς εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. Διήρχετο δὲ

super omnes: & colloquebantur inter sese, dicentes, Quis sermo hic est, quia cum auctoritate ac potestate imperat immundis spiritibus, & exeunt? 28 Et divulgabatur fama de illo in omnem locum undique finitimæ regionis. 38 Quum surrexisset autem Jesus de synagoga, introivit in domum Simonis: socrus autem Simonis tenebatur 29 febri magna, & rogaverunt illum pro ea. 39 30 Et adstans supra illam, 31 increpavit febrem: & febris dimisit illam: statimque 32 surgens ministrabat illis. 40 33 Quum autem sol occideret, omnes qui habebant infirmos morbis variis, ducebant illos ad eum: at ille singulis manus imponens, sanabat eos. 41 Exibant autem & dæmonia a multis, clamantia ac dicentia, Tu es Christus ille Filius Dei. Et increpans, non sinebat ea loqui, 34 quod sciebant ipsum esse Christum. 42 Facto autem die egressus ibat in desertum locum: & turbæ quærebant eum, & venerunt usque ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis. 43 Quibus ille ait, 35 Et aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei, nam in hoc missus sum. 44 Et prædicabat in synagogis Galilææ.

V. 1 Factum est autem 1 quum turba immineret ei, ut audiret verbum Dei, & ipse stabat juxta stagnum Genesareth. 2 Et vidit duas naves stantes ad stagnum: piscatores autem descenderant ex illis, & abluebant retia. 3 Ingressus autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum, ut a terra abduceret pusillum, & sedens docebat de navi turbas. 4 Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem, Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. 5 Et respondens Simon dixit illi, 2 Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: tamen tuo jussu laxabo rete. 6 Et quum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam: rumpebatur autem rete eorum. 7 Et annuerunt sociis qui erant in altera navi, 3 ut venirent & adjuvarent ipsos. Et venerunt atque impleverunt ambas naves, 4 ita ut mergerentur. 8 Quod quum videret Simon Petrus, accidit ad genua Jesu, dicens, Discede a me Domine, quia homo peccator sum. 9 Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo fuerant, 5 super captu piscium quem ceperant, 10 Similiter autem Jacobum & Joannem filios Zebedæi, qui erant socii Simoni. Et ait ad Simonem Jesus, Ne metuas, 6 posthac homines 7 capies. 11 Et subductis in terram navibus, relictis omnibus sequuti sunt eum. 12 Et accidit quum esset in quadam civitate, & ecce vir plenus lepra: quumque vidisset Jesum, prostratus in faciem rogavit eum, dicens, Domine, si vis, potes me mundare. 13 Et protensa manu tetigit eum, dicens, 8 Volo, mundus esto: & confestim lepra discessit ab illo. 14 Et ipse præcepit illi, ne cuiquam diceret: 9 sed vade, *inquit*, ostende teipsum sacerdoti, & offer pro emundatione tui, quemadmodum præcepit Moses in testimonium illis. 15 Pervagabatur autem magis rumor

autem plus quiddam quam *timor* aut *admiratio*. Nam hoc loco magis videtur admirantium esse, quam timentium.

28 *Divulgabatur fama*] ἐξεπορεύετο ἦχος αὐτῦ. Nomen est a verbo ἠχεῖν, quod est *resonare*, unde & *Echo* dicta est, quæ vocem acceptam reddit, quod fama tinniat, & pro una voce plurimas reddat. Ab eodem composita est vox *Catechumenus*.

29 *Magnis febribus*] πυρετῷ μεγάλῳ, id est, *febre magna*. Dices Lector quid refert, *magnis febribus* legas, an *magna febri*. Ne quis hîc sine causa philosophetur tractans sensum allegoricum, quomodo multæ febres teneant eamdem mulierem. Nec est *tenebatur*, sed συνεχομένη, quod alias vertit *coarctari*. Attamen Interpres Latine reddidit sensum.

30 *Et stans super illam*] Καὶ ἐπισὰς ἐπάνω αὐτῆς. Interpretis sermo perinde sonat quasi Jesus pede calcaverit mulierem. Hoc an verum sit nescio: probabilius videtur *adstitisse* & inflexo corpore incubuisse in illam, velut appellantem dormientem.

31 *Imperavit febri*] ἐπετίμησε, id est, *increpavit*. Forte scriptum erat *increpavit febri*, more Græcorum. Et offensus quispiam novitate constructionis, mutavit *increpavit* in *imperavit*: id quod & alias factum deprehendimus, & suo commonstrabimus loco. Porro quod sequitur, *& dimisit illam*, maluissem reddi, *eaque reliquit illam*, ne Christus videatur reliquisse mulierem. Ut ne addam,

32 *Et surgens ministrabat illis*] Parum commode redditum, cum dicendum fuerit, *erecta ministravit illis*, sive *surrexit ac ministravit illis*.

33 *Cum autem sol occidisset*] Δύνοντος δὲ τῦ ἡλίυ, id est, *Cum occideret sol*, sive, *Occidente vero sole*. Consentaneum est autem eos magis accelerasse quod nox immineret.

34 *Quia sciebant*] ὅτι ᾔδεισαν τὸν Χρισὸν αὐτὸν εἶναι. Et hic sensus esse potest, *quod scirent se*, sive *ipsum*, *Christum esse*. Ut intelligamus eos vetitos dicere, quod nossent eum. Sunt enim qui putent hoc mysterium non liquido fuisse cognitum dæmonibus ante mortem Christi.

35 *Quia & aliis civitatibus*] Hîc conjunctionem redundare notavit & Hugo Cardinalis, scribens esse pleonasmum ex idiomate sermonis Hebraici.

1 *Irruerent in eum*] ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ, id est *cum turba irrueret illi*, sive *urgeret eum*.

2 *Præceptor*] Ἐπισάτα. Non est διδάσκαλε, neque καθηγητὰ, sed tertium quoddam, quod sonat, quasi *præfectum*.

3 *Venirent & adjuvarent eos*] *Se* dicendum erat, non *eos*, & *in altera navi* potius quam *alia*.

4 *Ita ut pene mergerentur*] *Pene* non additur, nec in Græcis, nec in vetustis exemplaribus, nominatim in aureo. Verum Lector aliquis, nolens illic perire Apostolos, addidit *pene*.

5 *In captura piscium*] Hæc pars non est referenda ad verbum *erant*, sed ad verbum *pavor habebat*, ut intelligas eos stupefactos ob tantum piscium captum.

6 *Ex hoc jam*] ἀπὸ τῦ νῦν, id est, *posthac*.

7 *Eris capiens*] ζωγρῶν. Est autem ζωγρεῖν proprie *capere vivum*, quemadmodum fit in bello, dictione composita ex ζῶ, *vivo*, & ἀγρεύω, *venor*, sive *venatu capio*. Nunc qui Turcas invadunt, ut illos jugulent ac spolient, mortuos capere malunt, quam vivos. Imo pecunias Turcarum venamur potius quam Turcas ipsos.

8 *Volo, mundare*] *Mundare* passivum est, & imperativi modi, καθαρίσθητι.

9 *Sed vade, ostende*] Hic nonnihil addendum erat, nempe, *inquit*. *Sed vade, inquit, ostende te sacerdoti.* Quod ne quis putet illum religione non fecisse, fecit idem in Actis Apostolicis, *Quam audistis, inquit, per os meum.*

δὲ μᾶλλον ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ· καὶ συνήρχοντο ὄχλοι πολλοὶ ἀκούειν, καὶ θεραπεύεσθαι ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀσθενειῶν λι β 16 αὐτῶν. Αὐτὸς δὲ ἦν ὑποχωρῶν ἐν ταῖς ἐρήμοις, καὶ προσευλε β 17 χόμενος. Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, καὶ αὐτὸς ἦν διδάσκων, καὶ ἦσαν καθήμενοι Φαρισαῖοι καὶ Νομοδιδάσκαλοι, οἳ ἦσαν ἐληλυθότες ἐκ πάσης κώμης τῆς Γαλιλαίας καὶ Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλήμ· καὶ δύναμις Κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶλζ α 18 σθαι αὐτούς. Καὶ ἰδοὺ ἄνδρες φέροντες ἐπὶ κλίνης ἄνθρωπον, ὃς ἦν παραλελυμένος, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν εἰσενεγκεῖν, 19 καὶ θεῖναι ἐνώπιον αὐτοῦ. Καὶ μὴ εὑρόντες διὰ ποίας εἰσενέγκωσιν αὐτὸν διὰ τὸν ὄχλον, ἀναβάντες ἐπὶ τὸ δῶμα, διὰ τῶν κεράμων καθῆκαν αὐτὸν σὺν τῷ κλινιδίῳ εἰς 20 τὸ μέσον ἔμπροσθεν τοῦ Ἰησοῦ. Καὶ ἰδὼν τὴν πίστιν αὐτῶν, 21 εἶπεν αὐτῷ, Ἄνθρωπε, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. Καὶ ἤρξαντο διαλογίζεσθαι οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, λέγοντες, Τίς ἐστιν οὗτος, ὃς λαλεῖ βλασφημίας; Τίς δύναται 22 ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός; Ἐπιγνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν, ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς αὐτούς, 23 Τί διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; Τί ἐστιν εὐκοπώτερον εἰπεῖν, Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου· ἢ εἰπεῖν, 24 Ἔγειραι καὶ περιπάτει; Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἶπε τῷ παραλελυμένῳ, Σοὶ λέγω, Ἔγειραι, καὶ ἄρας τὸ κλινίδιόν Alias 25 σου, πορεύου εἰς τὸν οἶκόν σου. Καὶ παραχρῆμα ἀναστὰς ἐνώπιον ἐφ᾽ ᾧ αὐτῶν, ἄρας ἐφ᾽ ὃ κατέκειτο, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, 26 δοξάζων τὸν Θεόν. Καὶ ἔκστασις ἔλαβεν ἅπαντας, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεόν, καὶ ἐπλήσθησαν φόβου, λέγοντες, Ὅτι εἴδολη β 27 μεν παράδοξα σήμερον. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐξῆλθε, καὶ ἐθεάσατο τελώνην, ὀνόματι Λευΐν, καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, 28 καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἀκολούθει μοι. Καὶ καταλιπὼν ἅπαντα, λθ β 29 ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ. Καὶ ἐποίησε δοχὴν μεγάλην Λευῒς αὐτῷ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἦν ὄχλος τελωνῶν πολύς, 30 καὶ ἄλλων, οἳ ἦσαν μετ᾽ αὐτῶν κατακείμενοι. Καὶ ἐγόγγυζον οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγοντες, Διατί μετὰ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν μ β 31 ἐσθίετε καὶ πίνετε; Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτούς, Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ᾽ οἱ κακῶς 32 ἔχοντες. Οὐκ ἐλήλυθα καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς 33 εἰς μετάνοιαν. Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν, Διατί οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου νηστεύουσι πυκνά, καὶ δεήσεις ποιοῦνται, ὁμοίως καὶ οἱ 34 τῶν Φαρισαίων· οἱ δὲ σοὶ ἐσθίουσι καὶ πίνουσιν; Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς, Μὴ δύνασθε τοὺς υἱοὺς τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος 35 μετ᾽ αὐτῶν ἐστι, ποιῆσαι νηστεύειν; Ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, καὶ ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ᾽ αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν ἐν 36 ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. Ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν πρὸς αὐτούς, Ὅτι οὐδεὶς ἐπίβλημα ἱματίου καινοῦ ἐπιβάλλει ἐπὶ ἱμάτιον παλαιόν· εἰ δὲ μήγε καὶ τὸ καινὸν σχίζει, καὶ τῷ πα37 λαιῷ οὐ συμφωνεῖ ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ. Καὶ οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μήγε ῥήξει ὁ νέος οἶνος τοὺς ἀσκούς, καὶ αὐτὸς ἐκχυθήσεται, καὶ οἱ ἀσκοὶ 38 ἀπολοῦνται. Ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον, καὶ 39 ἀμφότεροι συντηροῦνται. Καὶ οὐδεὶς πιὼν παλαιὸν εὐθέως θέλει νέον· λέγει γάρ, Ὁ παλαιὸς χρηστότερός ἐστιν.

VI. 1 Ἐγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ διαπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ τῶν σπορίμων, καὶ ἔτιλλον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τοὺς στάχυας, 2 καὶ ἤσθιον, ψώχοντες ταῖς χερσί. Τινὲς δὲ τῶν Φαρισαίων εἶπον αὐτοῖς, Τί ποιεῖτε ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν τοῖς σάββασι; 3 Καὶ ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτοὺς εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, Οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε ὃ ἐποίησε Δαβίδ, ὁπότε ἐπείνασεν αὐτός, καὶ οἱ μετ᾽ 4 αὐτοῦ ὄντες, Ὡς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔλαβε, καὶ ἔφαγε, καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς μετ᾽ 5 αὐτοῦ, οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν, εἰ μὴ μόνους τοὺς ἱερεῖς; Καὶ ἔλε-

A mor de illo: & conveniebant turbæ multæ ut audirent, & sanarentur per illum ab infirmitatibus suis. Ipse au- 16 tem agebat in secessu in desertis, & orabat. Et factum 17 est quodam die, 10 & ipse docebat, erantque Pharisæi sedentes ac Legis Doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ & Judææ & Hierusalem: & virtus Domini aderat ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in 18 lecto hominem, qui erat paralyticus, & quærebant eum inferre, & ponere ante illum. Et non invenientes 19 qua parte illum inferrent præ turba, adscenderunt super tectum, ac per tegulas demiserunt eum cum lectulo in medium ante Jesum. Quorum fidem ut vidit, 20 B dixit illi, Homo, remittantur tibi peccata tua. Et cœ- 21 perunt cogitare Scribæ & Pharisæi, dicentes, Quis est is, qui loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata, nisi solus Deus? Ut cognovit autem Jesus co- 22 gitationes eorum, respondens dixit ad illos, 11 Quid cogitatis in cordibus vestris? Utrum est facilius dice- 23 re, Remittantur tibi peccata: an dicere, Surge & ambula? Ut autem sciatis quod Filius hominis habet 24 potestatem in terra remittendi peccata, ait paralytico, Tibi dico, Surge, tolle lectulum tuum, & vade in domum tuam. Isque confestim surgens coram illis, tolle- 25 bat in quo jacuerat, abiitque in domum suam, 12 glorificans Deum. Et stupor corripuit omnes, 13 & glori- 26 C ficabant Deum, & repleti sunt timore, dicentes, 14 Vidimus incredibilia hodie. Et post hæc exiit, ac vi- 27 dit publicanum, 15 nomine Levi, sedentem ad telonium, & ait illi, Sequere me. Atque is relictis omni- 28 bus, surgens sequutus est eum. Et fecit ei 16 convivium 29 magnum Levi in domo sua, & erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cum illis accumbebant. Et 30 murmurabant Scribæ & Pharisæi adversus discipulos ejus, dicentes, Quare cum publicanis & peccatoribus editis & bibitis? Et respondens Jesus dixit ad illos, Non 31 egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Non 32 veni ad vocandum justos, sed peccatores ad pœnitentiam. At illi dixerunt ad eum, Quare discipuli Joannis 33 jejunant frequenter, & obsecrationes faciunt, simili- D ter & Pharisæorum, tui vero edunt & bibunt? Quibus 34 ipse ait, 17 Num potestis facere, ut filii thalami, dum cum illis est sponsus, jejunent? Venient autem dies, & 35 quum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc jejunabunt in illis diebus. Dicebat autem & similitudinem ad illos, 36 Nemo 18 immissuram novi vestimenti immittit in vestimentum vetus, alioquin & novum rumpit, & veteri non convenit immissura ex novo. Et nemo mittit vi- 37 num novum in utres veteres, alioqui rumpet vinum novum utres, & ipsum effundetur, & utres peribunt. Sed vinum mustum in utres novos mittendum est, & 38 utraque conservantur. Et nemo qui biberit vetus, sta- 39 E tim vult novum: dicit enim, 19 Vetus melius est.

VI. 1 Accidit autem ut 1 in sabbato secundo primo transiret per sata, ac vellebant discipuli ejus spicas, edebantque, confricantes manibus. Quidam autem Pharisæorum 2 dicebant illis, Quid facitis quod non licet facere in sabbatis? Et respondens Jesus ad eos dixit, Ne hoc qui- 3 dem legistis quod fecit David, quum esurisset ipse, & qui cum illo erant, Quomodo intravit in domum Dei, 4 & panes propositionis sumpsit, editque, ac dedit etiam his qui secum erant, quos non licet edere, nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis, Dominus est Filius ho- 5 minis

10 *Et ipse sedebat docens*] Ad eum quidem modum habent Græca. Verum Lucas aliquoties adhibet eam conjunctionem καὶ, ut plane videatur superesse.

11 *Quid cogitatis mala*] *Mala* superest, nec additur apud Græcos, nec in emendatioribus Latinis. Jesus enim civiliter sic taxat illorum impias cogitationes, ut non prodat tamen apud populum, quod essent impiæ.

12 *Magnificans Deum*] δοξάζων τὸν Θεόν, id est, *glorificans Deum*. Ac mox,

13 *Et magnificabant Deum*] καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεόν.

14 *Quia vidimus mirabilia*] παράδοξα. Quod aliquando vertunt *nova*, aut *incredibilia*.

15 *Nomine Levi*] Lucas inflexit Λευΐν, velut a nominativo *Levis*.

16 *Convivium magnum*] δοχὴν μεγάλην, id est, ut ad verbum reddam, *acceptionem magnam*, inde dictum, quod accipiantur invitati. Unde & *splendide acceptos* dicimus, qui lauto convivio pasti sint. Athenæus libro *Dipnosophistarum* quinto splendida con-

F vivia ὑποδοχὰς vocat. Ac rursum libro octavo splendidum epulum δοχὴν appellat. Hoc admonendum duximus, ne quis de nomine cavilletur, ut sunt nonnulli in his anxii.

17 *Non potestis filios sponsi*] νυμφῶνος, id est, *thalami*, sed proprie in quo sponsus & sponsa versantur, ut & ante commonstravimus.

18 *Commissuram a vestimento*] Rursus est ἐπίβλημα ἐπιβάλλει, id est, *immissuram immittit*.

19 *Vetus melius est*] Græce est χρηστότερος, quod magis sonat *suavius*, aut *blandius*. Sic enim vertit, *Jugum meum suave est*, χρηστός. Siquidem ut poma, ita & vina per se austera mitescunt vetustate, ita leviora nobis videntur, quibus assuevimus.

1 IN *sabbato secundo-primo*] δευτεροπρώτῳ. Annotavit Ambrosius nove positum a Luca *secundo-primum sabbatum* potius quam *primo-secundum*, cum magis debuerit præferri quod natura prius est. Verum nihil explicat præter allegoriam, dicens hac dictione significari *sabbatum Evangelicum*, quod est spiritale. Id & *secundum* dicitur, & *primum*, *secundum*, quia successit

ἔλεγεν αὐτοῖς, Ὅτι κύριός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ 6 τοῦ σαββάτου. Ἐγένετο δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ σαββάτῳ, εἰσελθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν συναγωγὴν καὶ διδάσκειν. Καὶ ἦν ἐκεῖ ἄν- 7 θρωπος, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἡ δεξιὰ ἦν ξηρά. Παρετήρουν δὲ αὐτὸν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, εἰ ἐν τῷ σαββάτῳ 8 θεραπεύσῃ, ἵνα εὕρωσι κατηγορίαν κατ᾽ αὐτοῦ. Αὐτὸς δὲ ᾔδει τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν, καὶ εἶπεν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ξηρὰν ἔχοντι τὴν χεῖρα, Ἔγειραι, καὶ στῆθι εἰς τὸ μέσον. Ὁ δὲ ἀναστὰς 9 ἔστη. Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς αὐτοὺς, Ἐπερωτήσω ὑμᾶς, τί ἔξεστι τοῖς σάββασιν, ἀγαθοποιῆσαι ἢ κακοποιῆσαι, ψυχὴν 10 σῶσαι ἢ ἀπολέσαι; Καὶ περιβλεψάμενος πάντας αὐτοὺς, εἶπεν τῷ ἀνθρώπῳ, Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. Ὁ δὲ ἐποίησε, 11 καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. Αὐτοὶ δὲ ἐπλήσθησαν ἀνοίας, καὶ διελάλουν πρὸς ἀλλήλους, τί 12 ἂν ποιήσειαν τῷ Ἰησοῦ. Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐξῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι, καὶ ἦν διανυκτε- 13 ρεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡμέρα, προσεφώνησε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· καὶ ἐκλεξάμενος ἀπ᾽ αὐτῶν 14 δώδεκα, οὓς καὶ Ἀποστόλους ὠνόμασε· Σίμωνα, ὃν καὶ ὠνόμασε Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, Ἰάκωβον καὶ 15 Ἰωάννην, Φίλιππον καὶ Βαρθολομαῖον, Ματθαῖον καὶ Θωμᾶν, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἀλφαίου καὶ Σίμωνα τὸν καλούμενον 16 Ζηλωτὴν, Ἰούδαν Ἰακώβου καὶ Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς καὶ 17 ἐγένετο προδότης. Καὶ καταβὰς μετ᾽ αὐτῶν, ἔστη ἐπὶ τόπου πεδινοῦ, καὶ ὄχλος μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ πλῆθος πολὺ τοῦ λαοῦ ἀπὸ πάσης τῆς Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς παραλίου Τύρου καὶ Σιδῶνος, οἳ ἦλθον ἀκοῦσαι αὐτοῦ, καὶ ἰαθῆναι ἀ- 18 πὸ τῶν νόσων αὐτῶν. Καὶ οἱ ὀχλούμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀ- 19 καθάρτων, καὶ ἐθεραπεύοντο. Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐζήτει ἅπτεσθαι αὐτοῦ, ὅτι δύναμις παρ᾽ αὐτοῦ ἐξήρχετο, καὶ ἰᾶτο πάν- 20 τας. Καὶ αὐτὸς ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τοὺς μαθητὰς, ἔλεγε. Μακάριοι οἱ πτωχοὶ, ὅτι ὑμετέρα ἐστὶν ἡ 21 βασιλεία τοῦ Θεοῦ. Μακάριοι οἱ πεινῶντες νῦν, ὅτι χορτασθή- 22 σεσθε. Μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν, ὅτι γελάσετε. Μακάριοί ἐστε, ὅταν μισήσωσιν ὑμᾶς οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἀφορίσωσιν ὑμᾶς, καὶ ὀνειδίσωσί, καὶ ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πο- 23 νηρὸν, ἕνεκα τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Χαίρετε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καὶ σκιρτήσατε· ἰδοὺ γὰρ ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς· κατὰ ταῦτα γὰρ ἐποίουν τοῖς προφήταις οἱ πατέρες 24 αὐτῶν. Πλὴν οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις, ὅτι ἀπέχετε τὴν πα- 25 ράκλησιν ὑμῶν. Οὐαὶ ὑμῖν οἱ ἐμπεπλησμένοι, ὅτι πεινάσετε. Οὐαὶ ὑμῖν οἱ γελῶντες νῦν, ὅτι πενθήσετε καὶ κλαύσετε.

minis etiam sabbati. Factum est autem & in alio sab- 6 bato, ut intraret in synagogam ac doceret. Et erat ibi homo, & manus ejus dextera erat arida. Observabant 7 autem eum Scribæ ac Pharisæi, an in sabbato sanaturus esset, ut invenirent unde accusarent eum. Ipse 8 vero sciebat cogitationes eorum, & ait homini qui habebat manum aridam, Surge, & sta in medio. Ille vero surgens stetit. Ait igitur ad illos Jesus, 2 Inter- 9 rogabo vos, 3 utrum licet sabbatis benefacere an malefacere, animam servare an perdere? Et circumspe- 10 ctis omnibus illis, dixit homini, Extende manum tuam. Ille autem fecit, & 4 restituta est manus ejus sana sicut altera. Ipsi autem 5 repleti sunt amentia, & collo- 11 quebantur inter sese, quidnam facerent Jesu. Factum 12 est autem in illis diebus, exiit in montem ad orandum, eratque pernoctans in deprecatione Dei. Et quum dies 13 factus esset, vocavit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit: 6 Simo- 14 nem, quem & nominavit Petrum, & Andream fratrem ejus, Jacobum & Joannem, Philippum & Bartholomæum, Matthæum & Thomam, 7 Jacobum Al- 15 phæi filium & Simonem, qui vocatur Zelotes, 16 Judam Jacobi & Judam Iscariotem, qui idem fuit proditor. Et descendens cum illis, stetit in loco cam- 17 pestri, turbaque discipulorum ejus, & multitudo copiosa plebis ex omni Judæa & Hierusalem, 8 & a maritima Tyro 9 & Sidone, qui venerant ut audirent eum, & sanarentur a morbis suis. Et qui vexabantur a 18 spiritibus immundis, & sanabantur. Et omnis turba 19 quærebat eum tangere, quia virtus ab illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse attollens oculos suos in discipu- 20 los, dicebat. 10 Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Beati qui esuritis nunc, quia saturabimini. 21 Beati qui fletis nunc, quia ridebitis. Beati eritis, quum 22 vos oderint homines, & separaverint vos, & 11 exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum propter Filium hominis. Gaudete in illo die & ex- 23 ultate: ecce enim merces vestra multa est in cœlis: secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum. Veruntamen væ vobis divitibus, quia habetis 24 consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis, 25 quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis

cessit Legis carnali sabbato; *primum*, quia prælatum ei sabbato cui successit, quemadmodum *secundus Adam* prælatus est *priori Adam*. Hunc sequutus Beda similia ferme congerit. Divus Hieronymus in Epistola ad Rusticum Monachum narrat se, cum versaretur apud Nazianzenum, hanc illi proposuisse quæstionem, quid sibi vellet apud Lucam sabbatum *δευτερόπρωτον*. At illum, cum, opinor, non haberet in promptu quod responderet, elusisse joco, *Docebo te*, inquit, *apud populum, ubi acclamantibus & applaudentibus cunctis velis nolis cogeris nobis assentiri*. Lyranus salebram hanc fortiter transilit. Hugo Carrensis addit *secundo-primum sabbatum* dici, quod a præcedenti proximum sit. Atqui juxta hanc rationem omnia sabbata *δευτερόπρωτα* erunt, excepto eo quod fuit omnium primum. Admonet idem nimirum homo diligens, *secundo primo* duas esse dictiones, ne quis vel imprudens bene posset errare: ut, quemadmodum apud Græcos e duabus unica composita est dictio, itidem apud Latinos unam faceret, & ita diceret *secundoprimo*, quemadmodum Plautus dixit *Tragicocomœdiam*, & nos dicimus *Gallogræciam*. Equidem super hac re nihil adhuc apud auctores comperi, quod satis faciat. Cæterum quod Theophylactus Græcus Interpres, etiamsi recentior, in hunc prodidit locum hîc adscribam, & quidem ipsius verbis: Οἱ Ἰουδαῖοι πᾶσαν ἑορτὴν σάββατον ὠνόμαζον· ἀνάπαυσις γὰρ τὸ σάββατον. Πολλάκις οὖν ἀπήντα ἡ ἑορτὴ ἐν τῇ παρασκευῇ, καὶ ἐκάλουν τὴν παρασκευὴν σάββατον διὰ τὴν ἑορτήν. Εἶτα τὸ κυρίως σάββατον ὠνόμαζον δευτερόπρωτον, ὡς δεύτερον ὂν προηγησαμένης ἄλλης ἑορτῆς καὶ σαββάτου. Quæ quidem ut non gravatus sum adscribere in eorum gratiam qui diffidunt, ita non pigebit interpretari Latine propter eos, qui Græce nesciunt: *Judæi*, inquit, *omne festum sabbatum vocabant: nam sabbatum requiem sonat. Sæpenumero igitur incidebat festum in parasceven, & vocabant parasceven sabbatum propter festum. Itaque quod proprie sabbatum erat nominabant secundoprimum, quod secundum esset ab altero festo & sabbato quod præcesserat.* Hactenus Theophylactus. Chrysostomus Homilia in Matthæum quadragesima indicat hoc esse sabbatum, cujus meminit ille capite duodecimo: addens *secundoprimum* vocari, quando quies atque otium duplex erat, tam sabbati Domini, quam solennitatis alterius succedentis. Miserabile vero dictu, quam hoc loco sese torqueat Petrus Comestor, explicare conans quid sit *primosecundum*, vertens sese in omnia, ac ne sic quidem elabens. Nec multo minus Carrensis. Simplicius erat dicere, nescio. Nec libet excutere quid hîc divinet Isidorus, aut alius huic similis. Hæc rectius explicaret Judæus, si quid tamen illi possunt afferre quod ad rem pertineat. Nuper quidam Monachus & idem Theologiæ Professor, in convivio rogatus ab erudito quopiam, sed tamen aliud studiorum genus professo, quid sibi vellet apud Lucam *sabbatum secundoprimum*, negavit quicquam tale reperiri usquam in Evangeliis, quæ alioqui probe teneret. Cumque alter asseveraret apud Lucam esse, ibi provocat vir fortissimus ad certaminis periculum: *Hanc*, inquit, *cappam meam depono, si quid tale scripsit usquam Lucas.*

2 *Interrogo vos*] Ἐπερωτήσω, id est, *Interrogabo.*

3 *Si licet sabbatis*] τί ἔξεστι, id est, *quid liceat*, sive *utrum liceat*, quandoquidem de duobus interrogat. Interpres pro τί legisse videtur εἰ.

4 *Restituta est manus ejus*] Exemplar Græcum addit ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη, id est, *sana quemadmodum altera.* Verum haud scio an aliunde huc adscriptum.

5 *Repleti sunt insipientia*] ἀνοίας, id est, *dementia.*

6 *Simonem, quem cognominavit*] ὃν καὶ ὠνόμασε Πέτρον, id est, *quem & nominavit Petrum*, sive *quem eumdem*, ut binominem intelligas, quanquam alias cognomen appellat.

7 *Jacobum Alphæi*] Subaudi *filium*; quanquam Interpres addere debuit, quod in articulo Græco subauditur.

8 *Et maritima & Tyro*] καὶ τῆς παραλίου Τύρου, id est, & *maritima Tyro*, citra conjunctionem. Siquidem olim Tyrus insula fuit, post facta peninsula per Alexandrum magnum regaliter insanientem. Potest tamen accipi *maritima* substantive, ut subaudias *regione*, quemadmodum ante dixit *montanam Judææ*. In Constantiensi codice rasura mutarat locum, videbatur fuisse scriptum *maritimis & Tyri & Sidonis*; nam utraque civitas emporium est ad littus maris.

9 *Et Sidonis*] Mirum cur hîc reliquerit Græcum genitivum, nisi, ut dixi, putavit utrumque relinquendum fuisse, ut subaudias *regione*, ad hunc modum, *a maritima parte Tyri & Sidonis*, hoc est, *ab extrema parte*, qua spectat ad mare. Aut *a maritima parte Judææ, nempe Tyro & Sidone.*

10 *Beati pauperes*] Hîc aperit cœlestis ille Doctor arcanam illam suam philosophiam, quam ut traderet suis, e cœlo descenderat in terras: & hanc Christianorum vulgus libenter antiquari sinimus, ac velut obsolescere, & alias nugas agimus, cum hæc in primis sint inculcanda animis omnium. Quod si fieret, non ita passim omnes pro rebus frivolis, pro pecuniola, pro vanissimis imperii titulis, pro quavis injuriola digladiaremur. Hæc demum sunt, quæ vere reddunt Christianos, non argutiæ Scotistarum, aut Occanistarum, frigidæve hominum constitutiunculæ.

11 *Exprobraverint*] ὀνειδίσωσι, id est, *probris affecerint.*

12 Væ

26 τε. Οὐαὶ ὑμῖν, ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι· κατὰ ταῦτα γὰρ ἐποίουν τοῖς ψευδοπροφήταις οἱ πα-
27 τέρες αὐτῶν. Ἀλλ' ὑμῖν λέγω τοῖς ἀκούουσιν, Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν· καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς.
28 Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ
29 τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς. Τῷ τύπτοντί σε ἐπὶ τὴν σιαγόνα πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην· καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντός σου τὸ ἱμάτιον
30 καὶ τὸν χιτῶνα μὴ κωλύσῃς. Παντὶ δὲ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου,
31 καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ μὴ ἀπαίτει. Καὶ καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς
32 ὁμοίως. Καὶ εἰ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτοὺς ἀ-
33 γαπῶσι. Καὶ ἐὰν ἀγαθοποιῆτε τοὺς ἀγαθοποιοῦντας ὑμᾶς, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τὸ αὐτὸ ποιοῦ-
34 σι. Καὶ ἐὰν δανείζητε παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτωλοῖς δα-
35 νείζουσιν, ἵνα ἀπολάβωσι τὰ ἴσα. Πλὴν ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ ἀγαθοποιεῖτε, καὶ δανείζετε, μηδὲν ἀπελπίζοντες· καὶ ἔσται ὁ μισθὸς ὑμῶν πολύς, καὶ ἔσεσθε υἱοὶ τοῦ Ὑψίστου· ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους
36 καὶ πονηρούς. Γίνεσθε οὖν οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ
37 ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστί. Καὶ μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε. Μὴ καταδικάζετε, καὶ οὐ μὴ καταδικασθῆτε. Ἀπολύετε,
38 καὶ ἀπολυθήσεσθε. Δίδοτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. Μέτρον καλὸν πεπιεσμένον, καὶ σεσαλευμένον, καὶ ὑπερεκχυνόμενον δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν· τῷ γὰρ αὐτῷ μέτρῳ, ᾧ με-
39 τρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Εἶπε δὲ παραβολὴν αὐτοῖς· Μήτι δύναται τυφλὸς τυφλὸν ὁδηγεῖν; οὐχὶ ἀμφό-
40 τεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται; Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ· κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδά-
41 σκαλος αὐτοῦ. Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ δοκὸν τὴν ἐν τῷ ἰδίῳ ὀφθαλ-
42 μῷ οὐ κατανοεῖς; Ἢ πῶς δύνασαι λέγειν τῷ ἀδελφῷ σου, Ἀδελφὲ, ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου, αὐτὸς τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου δοκὸν οὐ βλέπων; Ὑποκριτὰ, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλ-
43 μῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου. Οὐ γάρ ἐστι δένδρον καλὸν, ποιοῦν καρπὸν σαπρόν· οὐδὲ δένδρον σαπρὸν, ποιοῦν καρπὸν κα-
44 λόν. Ἕκαστον γὰρ δένδρον ἐκ τοῦ ἰδίου καρποῦ γινώσκεται· οὐ γὰρ ἐξ ἀκανθῶν συλλέγουσι σῦκα, οὐδὲ ἐκ βάτου τρυγῶσι

bitis & flebitis. [12] Væ vobis, quum laudaverint vos 26 omnes homines: secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum. Sed vobis dico qui auditis, 27 Diligite inimicos vestros: benefacite his qui vos oderunt. Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro 28 calumniantibus vos. [13] Percutienti te in maxillam 29 præbe & alteram: & ab eo, qui [14] aufert tibi pallium, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem exigenti 30 abs te tribue, & ab eo, qui aufert quæ tua sunt, ne reposcas. Et prout vultis ut faciant vobis homines, vos 31 quoque facite illis similiter. Et si diligitis eos, qui vos 32 diligunt, quæ vobis est gratia? nam & peccatores eos, a quibus diliguntur, diligunt. [15] Et si benefeceritis his, 33 qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? [16] siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis 34 a quibus speratis vos recepturos, quæ gratia est vobis? nam & [17] peccatores peccatoribus dant mutuum, ut recipiant paria. [18] Quinimo diligite inimicos ve- 35 stros, & benefacite, & mutuum date, [19] nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filii Altissimi: [20] quia ipse benignus est erga ingratos ac malos. Estote ergo misericordes, sicut & Pater vester mise- 36 ricors est. Nolite judicare, & non judicabimini. No- 37 lite condemnare, & non condemnabimini. [21] Remittite, & remittetur vobis. Date, & dabitur vobis. Men- 38 suram bonam [22] confertam, & concussam, [23] atque exundantem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura, qua metimini, metientur alii vobis. Dicebat 39 autem illis similitudinem: Nunquid potest cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foveam cadent? Non est 40 discipulus supra magistrum suum: perfectus autem omnis erit [24] sicut magister ipsius. Quid autem vides 41 festucam in oculo fratris tui, [25] trabem autem, quæ in oculo proprio est, non animadvertis? Aut quomodo 42 potes dicere fratri tuo, Frater, sine ejiciam festucam quæ in oculo tuo est, ipse in oculo tuo trabem non videns. Hypocrita, ejice primum trabem ex oculo tuo, & tunc perspicies ut ejicias festucam quæ est in oculo fratris tui. Non est enim arbor bona, quæ facit fructum 43 malum: neque arbor mala, faciens fructum bonum. Unaquæque enim arbor ex fructu suo cognoscitur: 44 ne-

12 *Væ cum benedixerint vobis omnes homines*] Aut, ut in vetustis legitur, *cum bene vobis dixerint. Secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum.* Græci legunt non *prophetis*, sed ψευδοπροφήταις, id est, *falso prophetis*, consentientibus & Latinorum codicibus emendatioribus nonnullis, sed reclamante Paulino. In Corsendoncensi *pseudo* adscriptum erat manu recentiore, quemadmodum & in Constantiensi. Unde mihi suboritur suspicio utriusque linguæ exemplaria variasse. Et haud scio an germana lectio sit *prophetis*. Cæterum quoniam sententia prima specie videtur durior, opinor offensum eruditulum quempiam mutasse scripturam. Meo judicio probe quadrat, ut hîc quoque legamus *prophetis*, illic ejiciebant prophetas, quod vera loquerentur, hîc ita faciebant prophetis, quod ab eis assentationem exigebant potius quam veritatem. Quod si cui magis placet diversa lectio, non admodum repugnarim. Superius enim totidem verbis de prophetis locutus est. At hîc de adulatoribus prophetis. Illic *faciebant* significabat *affligebant*: hîc *faciebant* significat *præbebant sese, & demulcebantur illorum assentatione.* Ex Ambrosio colligi non potest quid legerit. Certe Beda legit & interpretatur *prophetis*, Irenæus *pseudoprophetis*. Theophylactus *prophetis* legit, sed in enarrando non attingit hanc dictionem.

13 *Et qui te percusserit*] Subito mutatus numerus facit ad inculcandum præceptum, quod unusquisque sic audire debeat, quasi sibi uni dicatur. Ac paulo post redit ad numerum multitudinis, *& prout vultis ut faciant.*

14 *Aufert tibi vestimentum*] ἱμάτιον, id est, *pallium*, hoc est, summam vestem. Nam tunica infra pallium est. Unde Plautinum illud, *Tunica pallio propior est.*

15 *Et si benefeceritis iis, qui vos diligunt*] Καὶ ἐὰν ἀγαθοποιῆτε τοὺς ἀγαθοποιοῦντας, id est, *Et si benefeceritis benefacientibus*: consentiunt & Latinorum vetusti codices. Interpres legisse videtur τοὺς ἀγαπῶντας.

16 *Siquidem & peccatores hoc faciunt*] τὸ αὐτὸ ποιοῦσι, id est, *idem faciunt.*

17 *Peccatores peccatoribus fœnerantur*] δανείζουσι, id est, *mutuum dant.* Nam est idem verbum quod superius ita transtulit. Cæterum Interpres intelligens *fœnerari* vitio datum, non ausus est uti eo verbo, de probis verba faciens. Illic igitur dixit *mutuum dare*, hîc *fœnerare*, cum Græcis utrobique idem sit verbum, quod tamen illis anceps est. Nam & qui citra usuram dat mutuum δανείζει, & qui ad usuram dat δανείζει. Verum hîc perpetuo vertendum erat, *dare mutuum.* Agit enim non de quæstu fœneratorum, sed de mutuis officiis amicorum inter ipsos. At inter impios quoque reperias, qui amico credat pecuniam mutuam. Idem si faciunt discipuli Christi, nihil magni faciunt. Extenuat enim Christus vulgaria officia, utpote communia cum Ethnicis ac malis, ut ad illa provocet quæ peculiaria sunt Christianorum, ut sit in quo cæteros antecellant. Verum eò redierunt mores, ut, si titulum, si ceremonias subduxeris, hac nota vix possis Christianum ab Ethnico dignoscere. De vulgo Christianorum loquor, non de omnibus.

18 *Verum tamen*] Πλὴν, id est, *Imo.*

19 *Nihil inde sperantes*] μηδὲν ἀπελπίζοντες. Græcis composita dictio est, ἀπελπίζειν, *ex re quapiam sperare.* Sentit enim, opinor, de fœnore, quod ex mutuo redit. Nam in hunc sensum interpretantur Veteres.

20 *Quia ipse benignus est*] χρηστὸς, quod sæpenumero vertit *bonus.* Sonat autem *commodum*, & *humanum*, ac *facilem ad gratificandum*, id quod propemodum declarat & *benignus*; qua de re complusculis locis & dictum est, & dicetur.

21 *Dimittite, & dimittetur vobis*] Latinius erat, *Remittite, & remittetur.* Credi vix possit, quantas tragœdias excitarint apud indoctam plebeculam sycophantæ quidam, cuculla personati, quod in Oratione Dominica maluerim, *Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus*, quasi sit atrox contumelia facta Christo, si quis malit dicere *remitte* quam *dimitte.* Atqui divus Augustinus libro quinquaginta Homiliarum, Homilia vigesima nona, adducens hunc locum, legit, *Remittite, & remittetur*: cur non æque clamant in illum?

22 *Confertam & coagitatam*] πεπιεσμένον, quod sonat *pressam.* Id enim fit in aridis, quo plus capiat mensura. Et *coagitatam*, est σεσαλευμένον, id est, *concussam.* Nam & hoc pacto fit, ut plus capiat vas quo metimur. Gaudet enim Christus harum rerum collationibus uti, quæ sensibus omnium notissimæ sunt.

23 *Et supereffluentem*] ὑπερεκχυνόμενον. Satis expressit Interpres Græcam vocem inde dictam, quod superne effundatur id quod mensura non capit.

24 *Si sit sicut magister ejus*] Græca secus habent, nempe ad hunc modum, κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, id est, *perfectus autem omnis erit sicut magister ipsius.* Non enim vetat Christus, ne sit perfectus discipulus, at non vult, ut discipulus usurpet sibi, quæ præceptor non usurpaverit, ac præire conetur: sed ita perfectus erit, si per omnia imitetur suum præceptorem. Et in hanc sententiam legit & interpretatur Theophylactus. Itaque citat Irenæus circa finem operis sui. Christus non usurpavit opes & honores hujus mundi, hæc si affectet Christi vicarius, videtur plus quiddam usurpare sibi, quam usurparit Christus.

25 *Trabem autem, quæ in oculo tuo*] ἐν τῷ ἰδίῳ ὀφθαλμῷ, id est, *in tuo ipsius oculo*, sive *in proprio oculo.*

26 Qui

45 σι σαφυλήν. Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τῦ ἀγαθῦ θησαυρῦ τῆς καρδίας αὐτῦ προφέρει τὸ ἀγαθόν· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τῦ πονηρῦ θησαυρῦ τῆς καρδίας αὐτῦ προφέρει τὸ πονηρόν· ἐκ γὰρ τῦ περισσεύματος τῆς καρδίας λα-
46 λεῖ τὸ σόμα αὐτῦ. Τί δέ με καλεῖτε, Κύριε, Κύριε,
47 καὶ ὐ ποιεῖτε ἃ λέγω; Πᾶς ὁ ἐρχόμενος πρός με, καὶ ἀκύων μυ τῶν λόγων, καὶ ποιῶν αὐτὺς, ὑποδείξω ὑμῖν
48 τίνι ἐσὶν ὅμοιος. Ὅμοιός ἐσιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομῦντι οἰκίαν, ὃς ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε, καὶ ἔθηκε θεμέλιον ἐπὶ τὴν πέτραν· πλημμύρας δὲ γενομένης, προσέῤῥηξεν ὁ ποταμὸς τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ ὐκ ἴσχυσε σαλεῦσαι αὐτήν· τεθεμελίωτο
49 γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν. Ὁ δὲ ἀκύσας, καὶ μὴ ποιήσας, ὅμοιός ἐσιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομήσαντι οἰκίαν ἐπὶ τὴν γῆν χωρὶς θεμελίυ, ᾗ προσέῤῥηξεν ὁ ποταμὸς, καὶ εὐθέως ἔπεσε, καὶ ἐγένετο τὸ ῥῆγμα τῆς οἰκίας ἐκείνης μέγα.

VII. 1 Ἐπεὶ δὲ ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα αὐτῦ εἰς τὰς ἀκοὰς τῦ λαῦ, εἰσ-
2 ῆλθεν εἰς Καπερναύμ. Ἑκατοντάρχυ δέ τινος δῦλος κα-
3 κῶς ἔχων, ἤμελλε τελευτᾷν, ὃς ἦν αὐτῷ ἔντιμος. Ἀκύσας δὲ περὶ τῦ Ἰησῦ, ἀπέσειλε πρὸς αὐτὸν Πρεσβυτέρυς τῶν Ἰυδαίων, ἐρωτῶν αὐτὸν, ὅπως ἐλθὼν διασώσῃ τὸν δῦ-
4 λον αὐτῦ. Οἱ δὲ παραγενόμενοι πρὸς τὸν Ἰησῦν, παρεκάλυν αὐτὸν σπυδαίως, λέγοντες, Ὅτι ἄξιός ἐσιν ᾧ πα-
5 ρέξει τῦτο. Ἀγαπᾷ γὰρ τὸ ἔθνος ἡμῶν, καὶ τὴν συναγω-
6 γὴν αὐτὸς ᾠκοδόμησεν ἡμῖν. Ὁ δὲ Ἰησῦς ἐπορεύετο σὺν αὐτοῖς· ἤδη δὲ αὐτῦ ὐ μακρὰν ἀπέχοντος ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν ὁ ἑκατόνταρχος φίλυς, λέγων αὐτῷ, Κύριε, μὴ σκύλλυ· ὐ γάρ εἰμι ἱκανὸς, ἵνα ὑπὸ τὴν σέ-
7 γην μυ εἰσέλθῃς. Διὸ ὐδὲ ἐμαυτὸν ἠξίωσα πρός σε ἐλ-
8 θεῖν· ἀλλὰ εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μυ. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξυσίαν τασσόμενος, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν σρατιώτας, καὶ λέγω τύτῳ, Πορεύθητι, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ, Ἔρχυ, καὶ ἔρχεται· καὶ τῷ δύλῳ
9 μυ, Ποίησον τῦτο, καὶ ποιεῖ. Ἀκύσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰησῦς, ἐθαύμασεν αὐτόν· καὶ σραφεὶς, τῷ ἀκολυθῦντι αὐτῷ ὄχλῳ εἶπε, Λέγω ὑμῖν, ὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίσιν
10 εὗρον. Καὶ ὑποσρέψαντες οἱ πεμφθέντες εἰς τὸν οἶ-
11 κον, εὗρον τὸν ἀσθενῦντα δῦλον ὑγιαίνοντα. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἑξῆς ἐπορεύετο εἰς πόλιν, καλυμένην Ναΐν, καὶ συνεπορεύοντο αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἱκανοὶ, καὶ
12 ὄχλος πολύς. Ὡς δὲ ἤγγισε τῇ πύλῃ τῆς πόλεως, καὶ ἰδοὺ ἐξεκομίζετο τεθνηκὼς υἱὸς μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτῦ· καὶ αὕτη ἦν χήρα, καὶ ὄχλος τῆς πόλεως ἱκανὸς σὺν
13 αὐτῇ. Καὶ ἰδὼν αὐτὴν ὁ Κύριος, ἐσπλαγχνίσθη ἐπ'
14 αὐτὴν, καὶ εἶπεν αὐτῇ, Μὴ κλαῖε. Καὶ προσελθὼν ἥψατο τῆς σορῦ· οἱ δὲ βασάζοντες ἔσησαν, καὶ εἶπε,
15 Νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι. Καὶ ἀνεκάθισεν ὁ νεκρὸς, καὶ ἤρξατο λαλεῖν, καὶ ἔδωκεν αὐτὸν τῇ μητρὶ
16 αὐτῦ. Ἔλαβε δὲ φόβος πάντας, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν, λέγοντες, Ὅτι προφήτης μέγας ἐγήγερται ἐν ἡ-
17 μῖν, καὶ ὅτι ἐπεσκέψατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτῦ. Καὶ ἐξῆλθεν ὁ λόγος ὗτος ἐν ὅλῃ τῇ Ἰυδαίᾳ περὶ αὐτῦ, καὶ ἐν
18 πάσῃ τῇ περιχώρῳ. Καὶ ἀπήγγειλαν Ἰωάννῃ οἱ μαθηταὶ αὐτῦ περὶ πάντων τύτων. Καὶ προσκαλεσάμενος δύο
19 τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτῦ ὁ Ἰωάννης, Ἔπεμψε πρὸς τὸν Ἰησῦν, λέγων, Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν;
20 Παραγενόμενοι δὲ πρὸς αὐτὸν οἱ ἄνδρες, εἶπον, Ἰωάννης ὁ Βαπτισὴς ἀπέσαλκεν ἡμᾶς πρός σε, λέγων, Σὺ εἶ ὁ ἐρχό-
21 μενος, ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν; Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ ἐθεράπευσε πολλὺς ἀπὸ νόσων καὶ μασίγων καὶ πνευμάτων πονη-
22 ρῶν, καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησῦς εἶπεν αὐτοῖς, Πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἃ εἴδετε καὶ ἠκύσατε, ὅτι τυφλοὶ ἀναβλέπυσι, χωλοὶ

neque enim e spinis colligunt ficus, neque e rubo vindemiant uvam. 45 Bonus homo ex bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo ex malo thesauro cordis sui profert malum: ex abundantia enim cordis loquitur os ejus. 46 Quid autem vocatis me, Domine, Domine, & non facitis quæ dico? 47 Quisquis venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis sit. 48 Similis est homini ædificanti domum, [26] qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram: inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam movere: fundata enim erat super petram. 49 Qui autem audivit, & non fecit, similis est homini [27] qui ædificavit domum suam super terram absque fundamento, in quam illisus est fluvius, & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

VII. 1 Quum autem consummasset omnia verba sua audiente populo, intravit Capernaum. 2 [1] Centurionis autem cujusdam servus male habens, [2] agebat animam, [3] qui illi erat charus. 3 Quum audisset autem de Jesu, misit ad eum Seniores Judæorum, rogans eum, ut veniret & servaret servum suum. 4 At illi quum venissent ad Jesum, rogabant eum [4] studiose, dicentes, Dignus est ut hoc illi præstes. 5 Diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificavit nobis. 6 Jesus autem ibat cum illis: & quum jam non longe abesset a domo, misit ad eum centurio amicos, dicens ei, Domine, noli vexari: non enim sum dignus, ut sub tectum meum intres. 7 Quapropter nec meipsum sum dignum arbitratus, ut venirem ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus. 8 Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, Vade, ac vadit: & alteri, Veni, ac venit: & servo meo, Fac hoc, ac facit. 9 Auditis autem his Jesus, miratus est eum, & conversus, sequenti se turbæ dixit, Dico vobis, [5] ne in Israel quidem tantam fidem inveni. 10 Et reversi qui missi fuerant in domum, repererunt servum, qui languerat, sanum. 11 Et factum est deinceps ibat in civitatem, quæ vocatur Nain, & ibant cum illo [6] discipuli ejus multi, turbaque copiosa. 12 Quum autem appropinquaret portæ civitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ: & hæc vidua erat, & turba civitatis multa cum illa. 13 Quam quum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi, Noli flere. 14 Et accessit tetigitque loculum: Porro qui portabant substiterunt, & ait, Adolescens, tibi dico, surge. 15 Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ. 16 Accepit autem omnes timor, & glorificabant Deum, dicentes, Propheta magnus surrexit inter nos, & Deus visitavit plebem suam. 17 Et exiit hic rumor in universam Judæam de eo, & omnem finitimam regionem. 18 Et nunciaverunt Joanni discipuli ipsius de his omnibus. Et convocavit duos de discipulis suis Joannes, 19 Misitque ad Jesum, dicens, Tu es qui venturus es, an alium exspectamus? 20 Quum autem venissent ad eum viri, dixerunt, Joannes Baptista misit nos ad te, dicens, Tu es ille qui venturus erat, an alium exspectamus? 21 [7] In eadem autem hora multos sanavit a morbis ac plagis & spiritibus malis, & cæcis multis donavit visum. 22 Et respondens dixit illis, Euntes renunciate Joanni quæ vidistis & audistis, quod cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi

26 *Qui fodit in altum*] Sensum recte vertit; cæterum Græce est, ὃς ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε, hoc est, ut ad verbum reddam, *qui fodit & profundavit*.

27 *Ædificanti domum suam*] οἰκοδομήσαντι, id est, *qui ædificavit*, præteriti temporis. Nec est *supra petram*, quod Græci dicunt ἄνω πέτρας, sed ἐπὶ πέτρας, id est, *supra petra*, sive *in petra*.

1 *Centurionis autem*] Ex hoc loco constat, quem Matthæus παῖδα vocat, non *filium* fuisse, sed *famulum*: δῦλος enim nihil aliud quam *servum* aut *famulum* significat. Et quod hic vertit,

2 *Erat moriturus*] ἤμελλε τελευτᾷν, vertere poterat, *agebat animam*, aut *erat in periculo mortis*, aut certe *incipiebat mori*. Sic enim vertit aliquoties. Deinde,

3 *Qui erat illi pretiosus*] Nove dixit. *Charus* enim tum ad rem, tum ad hominem pertinet. *Pretiosus* non nisi ad rem, nisi per metaphoram. Proinde ἔντιμος vertendum erat *charus*, aut *in pretio habitus*.

4 *Sollicite*] σπυδαίως, *diligenter*, sive, ut magis ad verbum, *studiose*, ac *sedulo*. Et *quia* conjunctio erat omittenda. Annotandum autem quam Judaica commendatio, quam non sine causa recensuit Lucas: *Amat*, inquiunt, *gentem nostram, & synagogam nostram ipse ædificavit nobis*. Ad eumdem modum & hodie quidam, quæstui prætexentes pietatem, adulantur divitibus. Benigne largitur Fratribus, exstruxit nobis Monasterii partem, favet Ordini nostro, tantum legavit, fraudatis etiam liberis. Quasi quod illis datur, fortassis ad luxum, Deo detur, quod liberis aut cognatis egentibus relinquitur, Deo non detur. Hæc non eò spectant, ut damnem benignitatem in Monachos præsertim pios, sed ut admoneam quosdam nihil aliud agentes, quam ut captent divites.

5 *Nec in Israel tantam fidem inveni*] Ambrosius ostendit olim in Latinis codicibus hanc fuisse lectionem, *in nullo tantam fidem inveni in Israel*, quum juxta Græcos legendum sit, *nec in Israel tantam fidem inveni*.

6 *Discipuli ejus*] Græci addunt ἱκανοὶ, id est, *multi*.

7 *In ipsa autem hora*] Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ, *In eadem autem hora*: quanquam hoc loco tempus significat potius quam horam.

χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται, πτωχοὶ εὐαγγελίζονται. 23 Καὶ μακάριός ἐστιν ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί. 24 Ἀπελθόντων δὲ τῶν ἀγγέλων Ἰωάννου, ἤρξατο λέγειν πρὸς τοὺς ὄχλους περὶ Ἰωάννου, Τί ἐξεληλύθατε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον; 25 Ἀλλὰ τί ἐξεληλύθατε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες, ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσίν. 26 Ἀλλὰ τί ἐξεληλύθατε ἰδεῖν; προφήτην; Ναὶ λέγω ὑμῖν, καὶ περισσότερον προφήτου. 27 Οὗτός ἐστι περὶ οὗ γέγραπται, Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν Ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. 28 Λέγω γὰρ ὑμῖν, Μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν προφήτης Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ οὐδείς ἐστιν· ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, μείζων αὐτοῦ ἐστι. 29 Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἀκούσας καὶ οἱ τελῶναι ἐδικαίωσαν τὸν Θεὸν, βαπτισθέντες τὸ βάπτισμα Ἰωάννου. 30 Οἱ δὲ Φαρισαῖοι καὶ οἱ Νομικοὶ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτοὺς, μὴ βαπτισθέντες ὑπ᾽ αὐτοῦ. 31 Εἶπε δὲ ὁ Κύριος, Τίνι οὖν ὁμοιώσω τοὺς ἀνθρώπους τῆς γενεᾶς ταύτης, 32 καὶ τίνι εἰσὶν ὅμοιοι; Ὅμοιοί εἰσι παιδίοις τοῖς ἐν ἀγορᾷ καθημένοις, καὶ προσφωνοῦσιν ἀλλήλοις, καὶ λέγουσιν, Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε, ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκλαύσατε. 33 Ἐλήλυθε γὰρ Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς, μήτε ἄρτον ἐσθίων, μήτε οἶνον πίνων, καὶ λέγετε, Δαιμόνιον ἔχει. 34 Ἐλήλυθεν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων, καὶ λέγετε, Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν. 35 Καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς πάντων. 36 Ἠρώτα δέ τις αὐτὸν τῶν Φαρισαίων, ἵνα φάγῃ μετ᾽ αὐτοῦ· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Φαρισαίου ἀνεκλίθη. 37 Καὶ ἰδοὺ γυνὴ ἐν τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς, ἐπιγνοῦσα ὅτι ἀνάκειται ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Φαρισαίου, κομίσασα ἀλάβαστρον μύρου, 38 Καὶ στᾶσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὀπίσω κλαίουσα, ἤρξατο βρέχειν τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσι, καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμασσε, καὶ κατεφίλει τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἤλειφε τῷ μύρῳ. 39 Ἰδὼν δὲ ὁ Φαρισαῖος ὁ καλέσας αὐτὸν, εἶπεν ἐν ἑαυτῷ, λέγων, Οὗτος εἰ ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν ἂν, τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνὴ, ἥτις ἅπτεται αὐτοῦ, ὅτι ἁμαρτωλός ἐστι. 40 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτὸν, Σίμων, ἔχω σοί τι εἰπεῖν· Ὁ δέ φησι, Διδάσκαλε, εἰπέ. 41 Δύο χρεωφειλέται ἦσαν δανειστῇ τινι, ὁ εἷς ὤφειλε δηνάρια πεντακόσια, ὁ δὲ ἕτερος πεντήκοντα. 42 Μὴ ἐχόντων δὲ αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο. Τίς οὖν αὐτῶν, εἰπὲ, πλεῖον αὐτὸν ἀγαπήσει; 43 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Σίμων εἶπεν, Ὑπολαμ-

A di audiunt, mortui resurgunt, [8] pauperibus annunciatur Evangelium. 23 Et beatus est quicunque non fuerit offensus per me. 24 Et quum discessissent nuncii Joannis, cœpit de Joanne dicere ad turbas, [9] Quid existis in desertum ut videretis? arundinem [10] vento agitari? 25 Sed quid existis visuri? hominem mollibus vestimentis indutum? ecce qui [11] vestitu splendido vestiuntur, & in deliciis agunt, in aulis regum sunt. 26 Sed quid existis ad videndum? prophetam? [12] Utique dico vobis, & plus quam prophetam. 27 Hic est de quo scriptum est, Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. 28 Dico enim vobis, Major inter natos mulierum propheta Joanne Baptista nemo est: attamen qui minor est in regno Dei, major est illo. 29 Et omnis populus audiens & publicani justificaverunt Deum, baptizati baptismo Joannis. 30 Pharisæi autem & B Legis periti consilium Dei [13] spreverunt adversus semetipsos, non baptizati ab eo. 31 Ait autem Dominus, Cui ergo similes dicam homines generationis hujus, & cui similes sunt? 32 Similes sunt pueris sedentibus in foro, [14] & acclamantibus inter se, ac dicentibus, Cantavimus vobis tibiis, & non saltastis: cecinimus vobis lugubria, & non plorastis. 33 [15] Venit enim Joannes Baptista, neque edens panem, neque bibens vinum, & dicitis, Dæmonium habet. 34 Venit Filius hominis edens ac bibens, & dicitis, Ecce homo edax [16] & vinipotor, amicus publicanorum ac peccatorum. 35 Et justificata est [17] sapientia a filiis suis omnibus. 36 C Rogabat autem illum quidam e Pharisæis, ut caperet cibum cum ipso: & ingressus domum Pharisæi accubuit. 37 [18] Et ecce mulier, quæ fuerat in civitate peccatrix, ut cognovit quod accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti, 38 Stansque ad pedes ejus a tergo flens, [19] lacrymis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui extergebat, & deosculabatur pedes ejus, & unguento ungebat. 39 Videns autem Pharisæus, qui vocaverat eum, ait intra se, dicens, Hic si esset propheta, sciret utique, [20] quæ & qualis est mulier, quæ tangit ipsum, quia peccatrix est. 40 Et respondens Jesus dixit ad illum, Simon, habeo quiddam quod tibi dicam. At ille ait, Magister, dic. 41 Duo debitores erant [21] cuidam creditori, [22] unus debebat denarios quingentos, & alter quinquaginta. 42 Quum autem illi non essent solvendo, D [23] condonavit utrisque. [24] Horum igitur, dic, uter eum plus diliget? 43 Respondens Simon dixit, [25] Exi-

8 *Pauperes evangelizantur*] Demiror quid Laurentio acciderit, cum hoc loco mavult *evangelizant*, quam *evangelizantur*. Quasi vero sensus sit, pauperes prædicasse Evangelium, ac non potius accepisse Evangelium. Etenim ut Græci dicunt, *evangelizo te*, pro eo, quod est, affero tibi bonum nuncium, ita dicunt, *ille evangelizatur*, pro eo, quod est, accipit lætum nuncium, ut & alias indicavimus. Id quanquam ad Apostolos pertinere potest, tamen hoc non erat argumentum venisse Messiam, quod Apostoli prædicarent Evangelium, sed quod humiles & idiotæ reciperentur ad Evangelii gratiam. Dominus autem alludit ad prophetiam, *Evangelizare pauperibus misit me*. Hoc indicio significat se esse Christum. Porro *pauperes* vocat mites, sive mansuetos, Hebræorum more, quibus עָנִי ab Hieronymo vertitur *pauper*, a Septuaginta *mansuetus*, quod fere divitias comitetur ferocia, & E ferocia indocilis sit.

9 *Quid existis*] In nonnullis vetustis codicibus hic locus alio pacto distinguitur. *Quid existis in desertum? Videre arundidem vento moveri? Sed quid existis? Videre prophetam?* Eadem distinctio posset esse in Græcis, etiamsi id nihil refert ad sententiam.

10 *Vento agitatam*] σαλευόμενον, id est, *quæ agitatur*, sive *vacillantem*. Est enim passivum præsentis temporis. Proinde Ambrosius legit *arundinem vento moveri*, participio verso in verbum, ut temporis ratio conveniret. Atque ita sane legitur in codice aureo, in Constantiensi, aliisque multis.

11 *In veste pretiosa*] ἐνδόξῳ, id est, *gloriosa*, sive *splendida*. Nec enim est ἐντίμῳ, sive πολυτελεῖ. Quod si Latine loqui voluisset, mutanda erat forma Græcanici sermonis. Nam illi τὸν ἐν πορφύρᾳ dicunt, hoc est, *illum qui est in purpura*, pro *purpurato*, sive *purpuram induto*. Vertendum igitur erat ad hunc modum: *Qui splendido vestitu utuntur, & in deliciis versantur, in regiis sunt*, sive *in regum palatiis sunt*. Est enim Græcis ἐν τοῖς βασιλείοις.

12 *Utique dico*] Ναὶ, quod est affirmantis.

13 *Spreverunt in semetipsos*] ἠθέτησαν εἰς ἑαυτοὺς, id est, *adspernati sunt adversus seipsos*. Sentit enim illos recepisse in suum bonum, hos in suum malum rejecisse. Ambrosius legit *in se*. Potest & εἰς accipi positum vice ἐν, atque ita fuerit sensus, *intra sese*, hoc est, *in animo suo*, cum non auderent palam damnare, quod impense placeret populo.

14 *Et loquentibus ad invicem*] καὶ προσφωνοῦσιν ἀλλήλοις, id est, *& acclamantibus inter sese*. De cæteris item, quæ sequuntur, diximus in Matthæo.

15 *Venit autem*] Ἐλήλυθε γὰρ, id est, *Venit enim*, suffragantibus & antiquis exemplaribus. Nec est *devorator*, sed *edax*, φάγος.

16 *Et bibens vinum*] οἰνοπότης, id est, *vinipotor*, seu *vinibibus*, contumeliæ vox.

17 *Sapientia ab omnibus filiis suis*] Apud Lucam additur *omnibus*, πάντων, ut intelligamus Christi doctrinam placuisse *omnibus*, qui essent filii sapientiæ. Atque ita legit Ambrosius, nec legit modo, verum etiam interpretatur: atque itidem scriptum est in libris emendatioribus, tum Græcis, tum etiam Latinis.

18 *Ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix*] Καὶ ἰδοὺ γυνὴ ἐν τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς, id est, *Et ecce mulier in civitate, quæ erat peccatrix*, sive *quæ fuerat peccatrix*.

19 *Lacrymis cœpit rigare*] Interpres omisit dictionem κλαίουσα, quæ tamen haud scio an addita sit a studioso quopiam. Siquidem per se *flere* intelligitur & *affatim flere*, quæ lacrymis rigarit pedes, Καὶ στᾶσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὀπίσω κλαίουσα, ἤρξατο βρέχειν, id est, *Et stans juxta pedes illius a tergo flens, cœpit rigare lacrymis* &c. Cæterum conjicere licet triclinium more veterum in edito fuisse, ut stans attigerit pedes, a tergo lectis patentibus, in quibus discumbebatur.

20 *Quæ & qualis*] Rursum est ποταπὴ, quod alibi Laurentius verti voluit in *quanta*, quod hîc certe non poterat, nisi dixisset, *quanta peccatrix*. Certe vox admirationem habet.

21 *Cuidam fœneratori*] δανειστῇ, quod non solum *fœneratorem* sonat, verum etiam *creditorem*, nomen verbale, a verbo δανείζω, de quo supra diximus. Hoc sane loco magis quadrabat *creditori*, quandoquidem de officio loquitur. Alioqui quis unquam audivit fœneratorem condonasse cuiquam æs alienum?

22 *Unus debebat denarios*] *Unus & alter* dicendum erat, non *alius*, aut *alter & alter*, si Latine loqui studuisset.

23 *Donavit utrisque*] ἐχαρίσατο, melius hîc erat *condonavit*.

24 *Quis ergo plus diligit*] Græci habent Τίς οὖν αὐτῶν, εἰπὲ, πλεῖον αὐτὸν ἀγαπήσει; *Horum igitur, dic, uter eum plus diliget?*

25 *Æstimo*] Ὑπολαμβάνω, id est, *Opinor*, sive *Existimo*.

26 *Pe-*

λαμβάνω ὅτι ᾧ τὸ πλεῖον ἐχαρίσατο. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, 44 Ὀρθῶς ἔκρινας. Καὶ στραφεὶς πρὸς τὴν γυναῖκα, τῷ Σίμωνι ἔφη, Βλέπεις ταύτην τὴν γυναῖκα; εἰσῆλθόν σου εἰς τὴν οἰκίαν, ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας μου οὐκ ἔδωκας· αὕτη δὲ τοῖς δάκρυσιν ἔβρεξέ μου τοὺς πόδας, καὶ ταῖς θριξὶ τῆς 45 κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμαξε. Φίλημά μοι οὐκ ἔδωκας· αὕτη δὲ, ἀφ᾽ ἧς εἰσῆλθον, οὐ διέλιπε καταφιλοῦσά μου τοὺς πόδας. 46 Ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου οὐκ ἤλειψας· αὕτη δὲ μύρῳ ἤλει- 47 ψέ μου τοὺς πόδας. Οὗ χάριν λέγω σοι, Ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαὶ, ὅτι ἠγάπησε πολύ· ᾧ 48 δὲ ὀλίγον ἀφίεται, ὀλίγον ἀγαπᾷ. Εἶπε δὲ αὐ- 49 τῇ, Ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι. Καὶ ἤρξαντο οἱ συνανακείμενοι λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, Τίς οὗτός ἐστιν, ὃς καὶ ἁμαρτίας 50 ἀφίησιν; Εἶπε δὲ πρὸς τὴν γυναῖκα, Ἡ πίστις σου σέσωκέ VIII. 1 σε· πορεύου εἰς εἰρήνην. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ καθεξῆς, καὶ αὐτὸς διώδευε κατὰ πόλιν καὶ κώμην, κηρύσσων καὶ εὐαγγελιζόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ δώδεκα σὺν αὐ- 2 τῷ, Καὶ γυναῖκές τινες, αἳ ἦσαν τεθεραπευμέναι ἀπὸ πνευμάτων πονηρῶν καὶ ἀσθενειῶν, Μαρία ἡ καλουμένη 3 Μαγδαληνὴ, ἀφ᾽ ἧς δαιμόνια ἑπτὰ ἐξεληλύθει, Καὶ Ἰωάννα γυνὴ Χουζᾶ ἐπιτρόπου Ἡρώδου, καὶ Σουσάννα, καὶ ἕτεραι πολλαὶ, αἵτινες διηκόνουν αὐτῷ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόν- 4 των αὐταῖς. Συνιόντος δὲ ὄχλου πολλοῦ, καὶ τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων πρὸς αὐτὸν, εἶπε διὰ παραβο- 5 λῆς· Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν, ὃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ κατεπατήθη, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κα- 6 τέφαγεν αὐτό. Καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ 7 φυὲν ἐξηράνθη, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἰκμάδα. Καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν, καὶ συμφυεῖσαι αἱ ἄκανθαι ἀ- 8 πέπνιξαν αὐτό. Καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, καὶ φυὲν ἐποίησε καρπὸν ἑκατονταπλασίονα. Ταῦ- 9 τα λέγων ἐφώνει, Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, Τίς εἴη ἡ 10 παραβολὴ αὕτη. Ὁ δὲ εἶπεν, Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ· τοῖς δὲ λοιποῖς ἐν παραβολαῖς, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ συν- 11 ιῶσιν. Ἔστι δὲ αὕτη ἡ παραβολή· Ὁ σπόρος ἐστὶν ὁ λό- 12 γος τοῦ Θεοῦ. Οἱ δὲ παρὰ τὴν ὁδὸν, εἰσὶν οἱ ἀκούοντες· εἶτα ἔρχεται ὁ διάβολος, καὶ αἴρει τὸν λόγον ἀπὸ τῆς 13 καρδίας αὐτῶν, ἵνα μὴ πιστεύσαντες σωθῶσιν. Οἱ δὲ ἐπὶ τῆς πέτρας, οἳ ὅταν ἀκούσωσι, μετὰ χαρᾶς δέχονται τὸν λόγον, καὶ οὗτοι ῥίζαν οὐκ ἔχουσιν, οἳ πρὸς καιρὸν πι- 14 στεύουσι, καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ἀφίστανται. Τὸ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας πεσὸν, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκούσαντες, καὶ ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου πορευόμενοι συμ- 15 πνίγονται, καὶ οὐ τελεσφοροῦσι. Τὸ δὲ ἐν τῇ καλῇ γῇ, οὗτοί εἰσιν, οἵτινες ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ ἀκούσαντες τὸν λόγον κατέχουσι, καὶ καρποφοροῦσιν ἐν ὑπομο- 16 νῇ. Οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας καλύπτει αὐτὸν σκεύει, ἢ ὑποκάτω κλίνης τίθησιν, ἀλλ᾽ ἐπὶ λυχνίας ἐπιτίθησιν, 17 ἵνα οἱ εἰσπορευόμενοι βλέπωσι τὸ φῶς. Οὐ γάρ ἐστι κρυπτὸν, ὃ οὐ φανερὸν γενήσεται· οὐδὲ ἀπόκρυφον, ὃ οὐ γνω-

Exiſtimo quod is cui plus condonavit. At ille dixit ei, Recte judicaſti. Et converſus ad mulierem, dixit 44 Simoni, Vides hanc mulierem? intravi in domum tuam, aquam [26] pedibus meis non dediſti: hæc autem lacrymis rigavit pedes meos, & capillis capitis ſui extersit. Oſculum mihi non dediſti: hæc autem, ex quo 45 intravi, [27] non ceſſavit deoſculari pedes meos. Oleo 46 caput meum non unxiſti: hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi, Remittantur pec- 47 cata ejus multa, quoniam dilexit multum: [28] cui autem minus remittitur, is minus diligit. Dixit autem ad 48 illam, Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui ſi- 49 mul accumbebant dicere [29] intra ſe, Quis eſt hic, qui etiam peccata remittit? Dixit autem ad mulierem, Fi- 50 des tua te ſalvam fecit: vade cum pace. Et factum eſt 1 VIII. deinceps, & ipſe iter faciebat [1] per ſingulas civitates & caſtella, prædicans & annuncians regnum Dei, & duodecim cum illo, Simulque mulieres aliquæ, quæ erant 2 ſanatæ a ſpiritibus malis & infirmitatibus, Maria quæ vocatur Magdalene, de qua ſeptem dæmonia exierant, Et Joanna uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & 3 Suſanna, & aliæ multæ, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. Quum autem turba plurima conveniret, 4 [2] & e ſingulis civitatibus properarent ad eum, dixit per ſimilitudinem: Exiit qui ſementem faciebat ad ſe- 5 minandum ſemen ſuum, & inter ſeminandum, aliud cecidit circa viam, & conculcatum eſt, & volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit ſuper petram, & 6 enatum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud 7 cecidit [3] inter ſpinas, [4] & ſimul enatæ ſpinæ ſuffocaverunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ena- 8 tum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat, Qui habet aures ad audiendum, audiat. Interrogabant 9 autem eum diſcipuli ejus, dicentes, Quæ eſſet iſta parabola. At ille dixit, Vobis datum eſt noſſe myſteria regni 10 Dei: cæteris autem per parabolas, ut videntes non videant, & audientes non intelligant. Eſt autem hæc para- 11 bola: Semen eſt ſermo Dei. Qui autem juxta viam, hi 12 ſunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit ſermonem de corde eorum, ne credentes ſerventur. [5] Nam 13 qui ſuper petram, ii ſunt qui quum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt ſermonem, & hi radices non habent, [6] qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in ſpinas cecidit, hi ſunt qui au- 14 dierunt, & a ſolicitudinibus & divitiis ac voluptatibus vitæ [7] euntes ſuffocantur, [8] nec referunt fructum. Quod 15 autem in bonam terram, hi ſunt qui [9] in corde honeſto ac bono audientes ſermonem retinent, & fructum afferunt per patientiam. Nemo vero quum lucernam ac- 16 cenderit, operit eam vaſe, [10] aut ſubter lectum ponit, ſed ſuper candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen. Non eſt enim occultum, [11] quod non manifeſtum ſit 17 futurum: nec abſconditum, quod non ſit cognoſcendum

12 &

26 *Pedes meos*] ἐπὶ τοὺς πόδας μου, id eſt, *in pedes meos.*

27 *Non ceſſavit oſculari*] οὐ διέλιπε καταφιλοῦσα. Belle participium mutavit in verbum infinitum. Eſt enim Græce, *non defecit deoſculans.*

28 *Cui autem minus dimittitur*] ὀλίγον eſt Græce, id eſt, *parum*, ſive *paulum*, non *minus.*

29 *Intra ſe*] Græcus ſermo anceps eſt; accipi poteſt, *intra ſeſe*, ut cogitarint duntaxat, aut *inter ſeſe*, ut collocuti ſint.

1 *Per civitates & caſtella*] Vetuſti codices habent, *per civitatem & caſtellum*, numero ſingulari, nimirum Græcis ad verbum redditis, κατὰ πόλιν καὶ κώμην. Verum id perinde valet Græce, ac ſi dicas *oppidatim & caſtellatim*, id eſt, *per ſingulas civitates & caſtella.* Unde Interpres non omnino perperam mutavit numerum.

2 *De civitatibus*] καὶ τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων, id eſt, *& eorum qui oppidatim accedebant*, hoc eſt, *e ſingulis civitatibus.*

3 *Inter ſpinas*] ἐν μέσῳ ἀκανθῶν, id eſt, *in medio ſpinarum.* Quanquam & hoc recte mutavit Interpres.

4 *Et exortæ ſpinæ*] καὶ συμφυεῖσαι αἱ ἄκανθαι, id eſt, *& ſimul enatæ ſpinæ*, hoc eſt, una cum herba ſegetis.

5 *Nam qui ſupra petram*] Οἱ δὲ ἐπὶ τῆς πέτρας, οἳ ὅταν ἂν ἀκούσωσι, id eſt, *Qui vero in petra, qui cum audierint*, ut ſubaudias, *ſeminati ſunt*, aut *ſemen acceperunt.*

6 *Quia ad tempus credunt*] οἳ *qui* eſt, non *quia*, ὅτι: ſuffragantibus etiam vetuſtis exemplaribus.

7 *Euntes ſuffocantur*] Pro *euntes* Græce eſt πορευόμενοι. Apparet hoc participium non uſurpatum, ut ſit deponens, ſed ut ſit paſſivum, a πορεύω: quod ut conſtat ſignificare *ago*, ſive *duco*, ita haud ſcio an idem ſignificet *copiam affero.* Id enim eſt πορεῖν, & περίζειν, ut ordinemus ad hunc modum, συμπνίγονται πορευόμενοι ὑπὸ μεριμνῶν, καὶ πλούτου, καὶ ἡδονῶν, id eſt, *ſuffocantur dum obruuntur a curis, ac divitiis, & voluptatibus.* Verum hoc Lectoris eruditi judicio relinquo. Nam intelligi poteſt, progreſſu temporis accreſcente divitiarum copia. Quid ſi πορευόμενοι dictum eſt pro ἐμπορευόμενοι, ut ad negotiatores pertineat.

8 *Non referunt fructum*] τελεσφοροῦσι. Unicam dictionem Græcam duabus reddidit. Sonat autem Græca vox non ſolum *fructum*, ſed *fructum perfectum* & abſolutum ſuo tempore *ferunt.* Herbeſcunt enim & illa ſemina, cæterum non edunt fructum, quem exſpectat agricola. Τέλος Græcis ut ſignificat *finem*, ita etiam ſignificat *vectigal*, ſive *emolumentum*, quod ex re quacunque capitur. Hoc ſenſit Euripides quum dixit, τῶν ἀχαλίνων στομάτων τὸ τέλος εἶναι δυστυχίαν. Ex arbore mala malus fructus provenit. Idem Græcis ſonat φόρος, ab afferendo, ſicut τέλος a fine, quod fructus ſuo tandem tempore proveniunt. Hinc compoſita vox τελεσφορία.

9 *Bono & optimo*] ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ, id eſt, *in corde honeſto & bono*, utrumque poſitivum eſt. Sed conduplicatio facit ad epitaſin, quaſi dicas, *egregie bono.* Hoc loco in quibuſdam libris comperi adſcriptum, ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

10 *Et ſubtus lectum*] Valla recte mutat *ſubtus* adverbium in *ſubter* præpoſitionem.

11 *Quod non manifeſtetur*] Græcis utrumque verbum futuri temporis eſt, φανερὸν γενήσεται, & γνωσθήσεται. Proinde mutato duntaxat verbi modo, ſic commode reddidiſſet, *Nibil enim eſt occultum, quod non futurum ſit manifeſtum: & nihil abſconditum, quod non ſit cognoſcendum & in propatulum venturum.*

πα 18 γνωσθήσεται, καὶ εἰς φανερὸν ἔλθῃ. Βλέπετε ȣ̃ν πῶς ἀκȣ́ετε· ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ ὃς ἂν πβ β 19 μὴ ἔχῃ, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτȣ̃. Παρεγένοντο δὲ πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτȣ̃, καὶ 20 ȣ̓κ ἠδύναντο συντυχεῖν αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον. Καὶ ἀπηγγέλθη αὐτῷ, λεγόντων, Ἡ μήτηρ σȣ καὶ οἱ ἀδελφοί σȣ 21 ἑστήκασιν ἔξω, ἰδεῖν σε θέλοντες. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς αὐτȣ̀ς, Μήτηρ μȣ καὶ ἀδελφοί μȣ ȣ̃τοί εἰσιν, οἱ τὸν λόπγβ 22 γον τȣ̃ Θεȣ̃ ἀκȣ́οντες, καὶ ποιȣ̃ντες αὐτόν. Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, καὶ αὐτὸς ἀνέβη εἰς πλοῖον, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτȣ̃, καὶ εἶπε πρὸς αὐτȣ̀ς, Διέλθωμεν εἰς τὸ πέ23 ραν τῆς λίμνης· καὶ ἀνήχθησαν. Πλεόντων δὲ αὐτῶν, ἀφύπνωσε, καὶ κατέβη λαῖλαψ ἀνέμȣ εἰς τὴν λίμνην, καὶ 24 συνεπληρȣ̃ντο καὶ ἐκινδύνευον. Προσελθόντες δὲ διήγειραν αὐτὸν, λέγοντες, Ἐπιστάτα, ἐπιστάτα, ἀπολλύμεθα. Ὁ δὲ ἐγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ καὶ τῷ κλύδωνι τȣ̃ ὕ- πγ 25 δατος· καὶ ἐπαύσαντο, καὶ ἐγένετο γαλήνη. Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Πȣ̃ ἐστιν ἡ πίστις ὑμῶν; Φοβηθέντες δὲ ἐθαύμασαν, λέγοντες πρὸς ἀλλήλȣς, Τίς ἄρα ȣ̃τός ἐστιν, ὅτι καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπιτάσσει καὶ τῷ ὕδατι, καὶ ὑπακȣ́ȣσιν αὐτῷ; 26 Καὶ κατέπλευσαν εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν, ἥτις ἐστὶν 27 ἀντιπέραν τῆς Γαλιλαίας. Ἐξελθόντι δὲ αὐτῷ ἐπὶ τὴν γῆν, ὑπήντησεν αὐτῷ ἀνήρ τις ἐκ τῆς πόλεως, ὃς εἶχε δαιμόνια ἐκ χρόνων ἱκανῶν, καὶ ἱμάτιον ȣ̓κ ἐνεδιδύσκετο, καὶ 28 ἐν οἰκίᾳ ȣ̓κ ἔμενεν, ἀλλ' ἐν τοῖς μνήμασιν. Ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησȣ̃ν, καὶ ἀνακράξας, προσέπεσεν αὐτῷ, καὶ φωνῇ μεγάλῃ εἶπε, Τί ἐμοὶ καί σοι Ἰησȣ̃ Υἱὲ τȣ̃ Θεȣ̃ τȣ̃ ὑ29 ψίστȣ; δέομαί σȣ, μή με βασανίσῃς. Παρήγγειλε γὰρ τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ ἐξελθεῖν ἀπὸ τȣ̃ ἀνθρώπȣ· πολλοῖς γὰρ χρόνοις συνηρπάκει αὐτὸν, καὶ ἐδεσμεῖτο ἁλύσεσι, καὶ πέδαις φυλασσόμενος, καὶ διαρρήσσων τὰ 30 δεσμὰ ἠλαύνετο ὑπὸ τȣ̃ δαίμονος εἰς τὰς ἐρήμȣς. Ἐπηρώτησε δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησȣ̃ς, λέγων, Τί σοι ἐστὶν ὄνομα; Ὁ δὲ εἶπε, Λεγεὼν, ὅτι δαιμόνια πολλὰ εἰσῆλθεν εἰς κδ 31 αὐτόν. Καὶ παρεκάλȣν αὐτὸν, ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοῖς 32 εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν. Ἦν δὲ ἐκεῖ ἀγέλη χοίρων ἱκανῶν βοσκομένων ἐν τῷ ὄρει· καὶ παρεκάλȣν αὐτὸν, ἵνα ἐπιτρέψῃ αὐτοῖς εἰς ἐκείνȣς εἰσελθεῖν· καὶ ἐπέτρεψεν 33 αὐτοῖς. Ἐξελθόντα δὲ τὰ δαιμόνια ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπȣ εἰσῆλθεν εἰς τοὺς χοίρȣς, καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ 34 τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν λίμνην, καὶ ἀπεπνίγη. Ἰδόντες δὲ οἱ βόσκοντες τὸ γεγενημένον, ἔφυγον, καὶ 35 ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τȣ̀ς ἀγρȣ́ς. Ἐξῆλθον δὲ ἰδεῖν τὸ γεγονός· καὶ ἦλθον πρὸς τὸν Ἰησȣ̃ν, καὶ εὗρον καθήμενον τὸν ἄνθρωπον, ἀφ' ȣ̃ τὰ δαιμόνια ἐξεληλύθει, ἱματισμένον, καὶ σωφρονȣ̃ντα, παρὰ τȣ̀ς πόδας τοῦ Ἰησȣ̃, 36 καὶ ἐφοβήθησαν. Ἀπήγγειλαν δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ ἰδόν37 τες, πῶς ἐσώθη ὁ δαιμονισθείς. Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν ἅπαν τὸ πλῆθος τῆς περιχώρȣ τῶν Γαδαρηνῶν ἀπελθεῖν πδ η ἀπ' αὐτῶν, ὅτι φόβῳ μεγάλῳ συνείχοντο· αὐτὸς δὲ ἐμβὰς

12 & in propatulum venturum. 13 Videte ergo quo- 18 modo audiatis: 14 quisquis enim habet, dabitur illi, & quicunque non habet, etiam 15 quod putat se habere, auferetur ab illo. Venerunt autem ad illum mater 19 & fratres ejus, 16 & non poterant adire eum præ turba. Et nunciatum est illi, dictumque, Mater tua & fra- 20 tres tui stant foris, volentes te videre. Qui respondens 21 dixit ad eos, Mater mea & fratres mei hi sunt, qui sermonem Dei audiunt, ac faciunt illum. Factum est au- 22 tem quodam die, & ipse adscendit 17 in navim, ac discipuli ejus, & ait ad illos, 18 Trajiciamus in ulteriorem ripam stagni: ac solverunt. Cæterum navigantibus il- 23 lis, obdormivit, & ingruit procella venti in stagnum, & 19 complebantur ac periclitabantur. Accedentes au- 24 tem suscitaverunt eum, dicentes, 20 Præceptor, præceptor, perimus. 21 At ille experrectus increpavit ventum ac tempestatem aquæ: & cessaverunt, factaque est tranquillitas. Dixit autem illis, Ubi est fides 25 vestra? Timentes autem mirati sunt, inter se dicentes, Quis putas hic est, quia ventis quoque & aquæ imperat, & obediunt ei? Et navigaverunt ad regionem 22 26 Gadarenorum, quæ est contra Galilæam. Et quum de 27 navi egressus esset ad terram, occurrit illi 23 vir quidam e civitate, qui habebat dæmonium jam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. Is ut vidit Jesum, & ex- 28 clamasset, procidit ante illum, ac voce magna dixit, Quid mihi rei tecum est Jesu Fili Dei altissimi? obsecro te, ne me torqueas. Præcipiebat enim spiritui immun- 29 do ut exiret ab homine: frequenter enim 24 corripuerat illum, & vinciebatur catenis, 25 & compedibus custodiebatur, & ruptis vinculis agebatur a dæmonio 26 in deserta. Interrogavit autem illum Jesus, dicens, 30 Quod tibi nomen est? At ille dixit, Legio, quia intraverunt dæmonia multa in eum. Et rogaverunt il- 31 lum, ne imperaret ipsis, ut 27 in abyssum irent. Erat 32 autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabant eum, ut permitteret ipsis in illos ingredi: & permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab 33 homine, & intraverunt in porcos, & impetu abiit grex 28 per præceps in stagnum, & suffocatus est. Porro ut 34 viderunt quod acciderat ii qui pascebant, fugerunt, rumoremque nunciaverunt in civitatem ac villas. Exie- 35 runt autem ut viderent quod factum erat: & venerunt ad Jesum, & invenerunt hominem sedentem, a quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente, ad pedes Jesu, & timuerunt. Nunciaverunt autem illis etiam 36 qui viderant quomodo sanus factus esset 29 is qui agitabatur a dæmonio. Et rogaverunt illum 30 omnis mul- 37 titudo Gadarenorum ut discederet ab ipsis, quia magno

12 *In palam*] εἰς φανερὸν, id est, *in apertum*, aut *in propatulum*. Nec Latine locutus est Interpres, nec Græca reddidit verba.

13 *Videte igitur quid audiatis*] πῶς ἀκȣ́ετε, id est, *quomodo audiatis*.

14 *Qui enim habet*] ὃς γὰρ ἐὰν ἔχῃ, id est, *quicunque enim habet*, sive *habuerit*.

15 *Quod putat se habere*] ὃ δοκεῖ ἔχειν, id est, *quod videtur habere*. Licet Græcus sermo ancipitem habeat sensum, videtur habere sibi, & videtur aliis.

16 *Et non poterant audire*] *Adire* legendum est, suffragantibus vetustis codicibus. Nam Græce est, ȣ̓κ ἠδύναντο συντυχεῖν αὐτῷ, id est, *& non poterant convenire eum*. Verum id non accidit Interpretis culpa, sed Librariorum.

17 *In naviculam*] εἰς πλοῖον, id est, *in navim*, ut hunc præter diminuta nihil delectat.

18 *Transfretemus trans stagnum*] Διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν τῆς λίμνης, id est, *Transeamus in ulteriora stagni*. Deinde, *& adscenderunt*, ἀνήχθησαν, potius est *solverunt*, hoc est, *discesserunt a littore subducti*. Non jam excutio, an apte dicatur *transfretari stagnum*, cum fretum sit rapidum, stagnum a stando nomen habeat, quemadmodum & λίμνη Græci dictam putant ἀπὸ τȣ̃ λίαν μένειν: quanquam Homero & *oceanus* dicitur λίμνη, ut in Iliade,

Ἠέλιος δ' ἀνόρουσε λιπὼν περικαλλέα λίμνην.

Et hic lacus Tiberiadis alicubi *mare* dicitur Evangelistis. Siquidem hunc esse lacum indicat Hieronymus in locis Hebraicis: *Gergessa*, inquit, *ubi qui a dæmonibus vexabantur Salvator restituit sanitati, hodieque super montem viculus demonstratur juxta stagnum Tiberiadis, in quod porci præcipitati sunt*.

19 *Compellebantur*] Hoc scio depravatum a Librariis, tamen quia tam prope accedit ad veram lectionem, ne invalescat error, admonendum duxi, *complebantur* esse legendum, concordantibus & vetustissimis exemplaribus Latinis, nominatim aureo, συνεπληρȣ̃ντο. Latinus quidam codex addit *fluctibus*.

20 *Præceptor*] Græce est, Ἐπιστάτα, ἐπιστάτα, id est, *Præceptor, præceptor*, ut intelligas & Jesum altum dormisse somnum, & discipulos instanter inclamasse.

21 *At ille surgens*] Ὁ δὲ ἐγερθεὶς, id est, *At ille experrectus*.

22 *Gerasenorum*] τῶν Γαδαρηνῶν, id est, *Gadarenorum*, de quo jam ante non semel disseruimus.

23 *Vir quidam*] Græci addunt, ἐκ τῆς πόλεως, id est, *e civitate*, quod tamen nusquam additum reperio apud Latinos: nec ex Ambrosianis Commentariis conjicere licuit illum ita legisse. Apud Theophylactum Græcum reperio. Quanquam magis vertendum erat, *ex ea civitate*, ut accipias dæmoniacum prodisse e civitate Gadara.

24 *Arripiebat illum*] συνηρπάκει αὐτὸν, id est, *corripuerat illum*. Nec est,

25 *Et compedibus custoditus*] καὶ πέδαις φυλασσόμενος, καὶ διαρρήσσων τὰ δεσμὰ ἠλαύνετο, id est, *& compedibus servabatur, ac disrumpens vincula agebatur* &c. Quod tamen mollius verti potuit ad hunc modum, *cumque compedibus servaretur, tamen disrumpens vincula ferebatur a spiritu in loca deserta*.

26 *In deserto*] εἰς τὰς ἐρήμȣς, id est, *in deserta*, ut subaudiamus *loca*. Atque ita legitur in codicibus Latinorum emendatioribus.

27 *In abyssum*] Græca vox est, Latine *vorago* dicitur.

28 *Præceps*] κατὰ τȣ̃ κρημνȣ̃, id est, *per præceps*, sive *per præcipitium*. Et sic habent vetustissimi Latini codices.

29 *A legione*] ὁ δαιμονισθεὶς, id est, *a dæmonio vexatus*, sive *a dæmonibus agitatus*.

30 *Multitudo regionis Gerasenorum*] ἅπαν τὸ πλῆθος τῆς περιχώρȣ τῶν Γαδαρηνῶν, id est, *universa multitudo regionis undique finitima Gadarenis*. Ambrosius aut legit *Gerasenos*, aut eosdem putavit *Gerasenos & Gadarenos*, cum paulo post ait, *Reliquerat in Gerasenis synagogam Christus* &c.

31 *Di-*

38 βὰς εἰς τὸ πλοῖον ὑπέστρεψεν. Ἐδέετο δὲ αὐτοῦ ὁ ἀνὴρ, ἀφ᾽ οὗ ἐξεληλύθει τὰ δαιμόνια, εἶναι σὺν αὐτῷ· 39 ἀπέλυσε δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Ὑπόστρεψον εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ διηγοῦ ὅσα ἐποίησέ σοι ὁ Θεός. Καὶ ἀπῆλθε καθ᾽ ὅλην τὴν πόλιν, κηρύσσων ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς. 40 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ὑποστρέψαι τὸν Ἰησοῦν, ἀπεδέξατο αὐτὸν ὁ ὄχλος· ἦσαν γὰρ πάντες προσδοκῶντες αὐτόν. 41 Καὶ ἰδοὺ ἦλθεν ἀνὴρ, ᾧ ὄνομα Ἰάειρος, καὶ αὐτὸς ἄρχων τῆς συναγωγῆς ὑπῆρχε, καὶ πεσὼν παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, παρεκάλει αὐτὸν εἰσελθεῖν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. 42 Ὅτι θυγάτηρ μονογενὴς ἦν αὐτῷ ὡς ἐτῶν δώδεκα, καὶ αὕτη ἀπέθνησκεν. Ἐν δὲ τῷ ὑπάγειν αὐτὸν, οἱ ὄχλοι συνέπνιγον αὐτόν. 43 Καὶ γυνὴ οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος ἀπὸ ἐτῶν δώδεκα, ἥτις εἰς ἰατροὺς προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον, οὐκ ἴσχυσεν ὑπ᾽ οὐδενὸς θεραπευθῆναι, 44 Προσελθοῦσα δὲ ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ, καὶ παραχρῆμα ἔστη ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος αὐτῆς. 45 Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, Τίς ὁ ἁψάμενός μου; Ἀρνουμένων δὲ πάντων, εἶπεν ὁ Πέτρος, καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ, Ἐπιστάτα, οἱ ὄχλοι συνέχουσί σε καὶ ἀποθλίβουσι, 46 καὶ λέγεις, Τίς ὁ ἁψάμενός μου; Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἥψατό μου τίς· ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ᾽ ἐμοῦ. 47 Ἰδοῦσα δὲ ἡ γυνὴ, ὅτι οὐκ ἔλαθε, τρέμουσα ἦλθε, καὶ προσπεσοῦσα αὐτῷ, δι᾽ ἣν αἰτίαν ἥψατο αὐτοῦ, ἀπήγγειλεν αὐτῷ ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ ὡς ἰάθη παραχρῆμα. 48 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ, Θάρσει θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· πορεύου εἰς εἰρήνην. 49 Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἔρχεταί τις παρὰ τοῦ ἀρχισυναγώγου, λέγων αὐτῷ, Ὅτι τέθνηκεν ἡ θυγάτηρ σου, μὴ σκύλλε τὸν διδάσκαλον. 50 Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀκούσας, ἀπεκρίθη αὐτῷ, λέγων, Μὴ φοβοῦ, μόνον πίστευε, καὶ σωθήσεται. 51 Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, οὐκ ἀφῆκεν εἰσελθεῖν οὐδένα, εἰ μὴ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, καὶ τὸν πατέρα τῆς παιδὸς καὶ τὴν μητέρα. 52 Ἔκλαιον δὲ πάντες καὶ ἐκόπτοντο αὐτήν. Ὁ δὲ εἶπε, Μὴ κλαίετε, οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει. 53 Καὶ κατεγέλων αὐτοῦ, εἰδότες ὅτι ἀπέθανεν. 54 Αὐτὸς δὲ ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς, ἐφώνησε, λέγων, Ἡ παῖς, ἐγείρου. 55 Καὶ ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα αὐτῆς, καὶ ἀνέστη παραχρῆμα· καὶ διέταξεν αὐτῇ δοθῆναι φαγεῖν. 56 Καὶ ἐξέστησαν οἱ γονεῖς αὐτῆς. Ὁ δὲ παρήγγειλεν αὐτοῖς μηδενὶ εἰπεῖν τὸ γεγονός.

IX. 1 Συγκαλεσάμενος δὲ τοὺς δώδεκα, ἔδωκεν αὐτοῖς δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια, καὶ νόσους θεραπεύειν. 2 Καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς κηρύσσειν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἰᾶσθαι τοὺς ἀσθενοῦντας. 3 Καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδὸν, μήτε ῥάβδον, μήτε πήραν, μήτε ἄρτον, μήτε ἀργύριον, μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν. 4 Καὶ εἰς ἣν ἂν οἰκίαν

gno timore tenebantur. Ipse autem conscensa navi reversus est. 38 Rogaverat enim illum vir, a quo dæmonia exierant, ut cum eo esset: 31 sed ablegavit eum Jesus, dicens, Redi in domum tuam, & narra quæcunque tibi fecerit Deus. 39 Et abiit per totam civitatem, prædicans quæcunque sibi fecisset Jesus. 40 Factum est autem quum rediret Jesus, excepit illum turba: nam omnes exspectabant eum. 41 Et ecce venit vir, cui nomen Jairus, & ipse princeps synagogæ erat, accidit que ad pedes Jesu, rogans eum ut intraret in domum suam. 42 Quoniam unica filia erat ei fere annorum duodecim, 32 & hæc moriebatur. 33 Verum inter eundum, 34 turbæ coarctabant eum. 43 Et mulier, quæ erat obnoxia profluvio sanguinis ab annis duodecim, 35 quæ in medicos impenderat omnem substantiam, nec ab ullo potuerat curari, 44 Accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti ejus, & confestim sistebatur fluxus sanguinis ejus. 45 Et ait Jesus, Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant, Præceptor, 36 turbæ te constringunt & affligunt, & dicis, Quis me tetigit? 46 Et dixit Jesus, Tetigit me aliquis: 37 nam ego novi 38 virtutem a me exisse. 47 Videns autem mulier, quod non latuisset, tremens venit, ac procidit ante pedes ejus, & ob quam causam tetigisset eum, indicavit ei coram toto populo, & quemadmodum confestim sanata fuisset. 48 At ipse dixit ei, Confide filia, fides tua te servavit: 39 vade cum pace. 49 Adhuc illo loquente, 40 venit quidam a domo principis synagogæ, dicens ei, Mortua est filia tua, noli vexare magistrum. 50 Jesus autem audito hoc verbo, respondit patri puellæ, Noli timere, crede tantum, & salva erit. 51 Et quum venisset in domum, non permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum & Jacobum & Joannem, & patrem ac matrem puellæ. 52 Flebant autem omnes & plangebant illam. At ille dixit, Nolite flere, non est mortua *puella*, sed dormit. 53 Et deridebant eum, scientes quod mortua esset. 54 41 Ipse autem ejectis foras omnibus, apprehensa manu ejus, clamavit, dicens, Puella, surge. 55 42 Et reversus est spiritus ejus, & surrexit continuo: ac jussit illi dari cibum. 56 Et stupuerunt parentes ejus. At ille præcepit eis, ne cui dicerent quod factum erat. IX. 1 Convocatis autem *Jesus* duodecim, dedit illis potestatem & auctoritatem super omnia dæmonia, & ut morbos sanarent. 2 Et misit illos ut prædicarent regnum Dei, & sanarent infirmos. 3 Et ait ad illos, Ne quid tuleritis 1 in viam, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, 2 neque binas tunicas habeatis. 4 Et in quamcun-

31 *Dimisit autem eum Jesus, dicens*] Quoniam Interpres alicubi usurpat *dimisit*, pro *sivit*, sive *permisit*, sciat Lector hîc esse ἀπέλυσε, hoc est, *non passus est esse secum, sed ablegavit a se.*

32 *Et hæc moriebatur*] ἀπέθνησκεν, Poterat esse, *& mortua erat*, ut intelligamus jam tum puellam exspirasse, licet id nondum sciret pater, qui reliquerat agentem animam. Imo haud scio an hoc verbo secus liceat uti.

33 *Et contigit dum iret*] Etiamsi ad sensum nihil omnino habet momenti, tamen in Græcis, quos ego viderim, non additur καὶ ἐγένετο.

34 *A turbis comprimebatur*] οἱ ὄχλοι συνέπνιγον αὐτὸν, id est, *turbæ suffocabant eum*, hoc est, *constringebant* & *arctabant*, diversum verbum ab eo, quod mox vertit *comprimunt*.

35 *Quæ in medicos erogaverat*] ἥτις εἰς ἰατροὺς προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον, οὐκ ἴσχυσεν ὑπ᾽ οὐδενὸς θεραπευθῆναι, id est, *quæ cum insumpsisset in medicos totam substantiam, non potuit a quoquam sanari.* Et aliquanto post,

36 *Turbæ te comprimunt & affligunt*] συνέχουσί σε καὶ ἀποθλίβουσι. Malim, *coarctant te*, sive *distringunt te atque affligunt*.

37 *Nam & ego novi*] In Græcis tantum est, *nam ego novi*, consentiente exemplari Paulino, sed dissentiente Corsendoncensi. Ambrosius consentit cum Paulino.

38 *Virtutem de me exisse*] ἐξελθοῦσαν ἀπ᾽ ἐμοῦ. Recte sane hoc loco Interpres mutavit participium in verbum infinitum, quod tamen in Matthæo & Marco non fecit.

39 *Vade in pace*] εἰς εἰρήνην, id est, *in pacem*: quæ Græca præpositio anceps est.

40 *Venit quidam ad principem synagogæ*] Ita quidem constanter habebant Latini codices, etiam vetusti. Ex Ambrosio non liquet quid legerit. Cæterum Græce est, παρὰ τοῦ ἀρχισυναγώγου λέγων αὐτῷ, id est, *a principe synagogæ dicens ei.* Verum offensus aliquis absurditate, quam prima fronte præ se fert sermo, mutavit *a principe* in *ad principem*. Atqui erat subaudiendum *domo*, ut fieri solet in hujusmodi orationibus. Verum de hoc quoque superius dictum est copiosius in Marci caput quintum.

41 *Ipse autem*] Hîc addunt Græci, ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, id est, *foras ejectis omnibus*: id quod additur in cæteris Evangelistis. Quanquam apud Ambrosium non reperio additum, & haud scio an aliunde huc transscriptum sit. Argutatur Valla non convenire parentes solos obstupuisse, si turba aderat illa tota, cujus ante facta est mentio. Præterea quorsum attinebat, inquit, interdicere, ne cui dicerent, si res tot testibus acta est? Ob hæc necesse putat adjici hæc verba, quæ sane in Græcis codicibus constanter adscripta visuntur, *ejectis omnibus*. Mihi, ut dixi, videntur ex Marco ac Matthæo addita, quorum uterque testatur turbam fuisse ejectam. Matthæus capite nono narrat turbam ejectam, idem dicens quod Marcus capite quinto, qui prodidit omnes fuisse ejectos, præter parentem utrumque puellæ, ac discipulos quos secum habebat, nimirum tres, Jacobum, Petrum, & Joannem, quos paulo ante solos jusserat sequi. Neque erat causa cur hîc adderetur, *ejectis foras omnibus*, cum Lucas paulo ante testatus sit, Jesum non passum esse quemquam ingredi eò, ubi funus erat puellæ, præter patrem & matrem, ac tres modo dictos discipulos. Quos ejectos intelligamus, quomodo dicuntur obstupuisse? Neque periculum erat ne res celari non posset, tam paucis testibus gesta. Nihil est igitur quod hoc loco cavillatur Laurentius. Unus modo scrupulus restat. Si juxta Lucam Jesus non est passus turbam ingredi, quomodo dicitur *ejecta*? sed fieri potuit, ut in vestibulo aut in atrio constiterit turba, funus autem in interioribus ædibus positum fuerit.

42 *Et reversus est spiritus ejus*] ἐπέστρεψε. *Conversus* potius quam *reversus*: nisi forte Interpres legit ἀνέστρεψε.

1 *IN via*] εἰς τὴν ὁδὸν, id est, *in viam*. Et *tuleritis*, non est a verbo *fero*, sed a *tollo*. *Ne quid tollatis in viam*, sive *ad iter*, hoc est, *Ne quid deportetis.*

2 *Neque duas tunicas*] μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας, id est, *neque binas tunicas*, id est, singuli duas. Cæterum ἔχειν infinitum verbum positum est vice imperativi, more Græcanico. *Tunicam* autem dixit non pro quavis veste, sed pro specie vestis, ut intelligas, alteram indui, alteram deportari in sarcina pro mutatoria.

5 κίαν εἰσέλθητε, ἐκεῖ μένετε, καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε. Καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, ἐξερχόμενοι ἀπὸ τῆς πόλεως ἐκείνης, καὶ τὸν κονιορτὸν ἀπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν ἀ-6 ποτινάξατε εἰς μαρτύριον ἐπ' αὐτούς. Ἐξερχόμενοι δὲ διήρχοντο κατὰ τὰς κώμας, εὐαγγελιζόμενοι καὶ θε-7 ραπεύοντες πανταχοῦ. Ἤκουσε δὲ Ἡρώδης ὁ τετράρχης τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ πάντα, καὶ διηπόρει, διὰ τὸ λέγεσθαι ὑπό τινων, ὅτι Ἰωάννης ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν· 8 Ὑπό τινων δὲ, ὅτι Ἡλίας ἐφάνη· ἄλλων δὲ, ὅτι προφή-9 της εἷς τῶν ἀρχαίων ἀνέστη. Καὶ εἶπεν Ἡρώδης, Ἰωάννην ἐγὼ ἀπεκεφάλισα· τίς δέ ἐστιν οὗτος, περὶ οὗ ἐγὼ ἀκούω 10 τοιαῦτα; καὶ ἐζήτει ἰδεῖν αὐτόν. Καὶ ὑποστρέψαντες οἱ Ἀπόστολοι διηγήσαντο αὐτῷ ὅσα ἐποίησαν. Καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς, ὑπεχώρησε κατ' ἰδίαν εἰς τόπον ἔρημον 11 πόλεως, καλουμένης Βηθσαϊδά. Οἱ δὲ ὄχλοι γνόντες, ἠκολούθησαν αὐτῷ· καὶ δεξάμενος αὐτοὺς, ἐλάλει αὐτοῖς περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς χρείαν 12 ἔχοντας θεραπείας ἰᾶτο. Ἡ δὲ ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν, προσελθόντες δὲ οἱ δώδεκα εἶπον αὐτῷ, Ἀπόλυσον τὸν ὄχλον, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κύκλῳ κώμας καὶ τοὺς ἀγροὺς καταλύσωσι, καὶ εὕρωσιν ἐπισιτισμόν, ὅτι ὧδε 13 ἐν ἐρήμῳ τόπῳ ἐσμέν. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς, Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. Οἱ δὲ εἶπον, Οὐκ εἰσὶν ἡμῖν πλεῖω ἢ πέντε ἄρτοι, καὶ δύο ἰχθύες, εἰ μή τι πορευθέντες ἡμεῖς ἀγοράσωμεν εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον βρώματα. 14 Ἦσαν γὰρ ὡσεὶ ἄνδρες πεντακισχίλιοι. Εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, Κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας ἀνὰ 15 πεντήκοντα. Καὶ ἐποίησαν οὕτως, καὶ κατέκλιναν ἅπαν-16 τας. Λαβὼν δὲ τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐλόγησεν αὐτοὺς, καὶ κατέκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς παρατιθέναι 17 τῷ ὄχλῳ. Καὶ ἔφαγον, καὶ ἐχορτάσθησαν πάντες· καὶ ἤρθη τὸ περισσεῦσαν αὐτοῖς κλασμάτων κόφινοι δώ-18 δεκα. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν προσευχόμενον καταμόνας, συνῆσαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ, καὶ ἐπηρώτησεν 19 αὐτοὺς, λέγων, Τίνα με λέγουσιν οἱ ὄχλοι εἶναι; Οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπον, Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν, ἄλλοι δὲ Ἡλίαν, ἄλλοι δὲ ὅτι προφήτης τὶς τῶν ἀρχαίων 20 ἀνέστη. Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ Πέτρος εἶπε, Τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ. 21 Ὁ δὲ ἐπιτιμήσας αὐτοῖς, παρήγγειλε μηδενὶ εἰπεῖν τοῦ-22 το· Εἰπὼν, Ὅτι δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν Πρεσβυτέρων καὶ Ἀρχιερέων καὶ Γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ 23 τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι. Ἔλεγε δὲ πρὸς πάντας, Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καθ' ἡμέραν, καὶ ἀκολουθείτω μοι. 24 Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, 25 οὗτος σώσει αὐτήν. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, κερδήσας τὸν κόσμον ὅλον, ἑαυτὸν δὲ ἀπολέσας, ἢ ζη-26 μιωθείς; Ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, τοῦτον ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ τῶν ἁγίων 27 Ἀγγέλων. Λέγω δὲ ὑμῖν ἀληθῶς, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἳ οὐ μὴ γεύσονται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὴν 28 βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ἐγένετο δὲ μετὰ τοὺς λόγους ὡσεὶ

cunque domum intraveritis, illic manete, 3 atque illinc exeatis. Et quicunque non receperint vos, 5 exeuntes de civitate illa, etiam pulverem e pedibus vestris excutite 4 in testimonium adversus illos. 6 Egressi autem circumibant per castella, evangelizantes & curantes ubique. 7 Audivit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, 5 & hæsitabat, eo quod diceretur a quibusdam, quod Joannes surrexisset a mortuis: 8 A quibusdam vero, quod Elias apparuisset: ab aliis autem, quod propheta quispiam ex antiquis surrexisset. 9 Et ait Herodes, Joannem ego decollavi: quis est autem iste, de quo ego talia audio? & quærebat videre eum. 10 Et reversi Apostoli narraverunt illi quæcunque fecerant. Et assumptis illis secessit seorsum in locum desertum civitatis, 6 quæ vocatur Bethsaïda. 11 Quod quum cognovissent turbæ, sequutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos 7 qui curatione indigebant sanabat. 12 Dies autem cœperat declinare, & accedentes duodecim dixerunt illi, Dimitte turbas, ut euntes in castella 8 villasque vicinas divertant, 9 & inveniant escas, quia hîc in loco deserto sumus. 13 Ait autem ad illos, Vos date illis quod edant. At illi dixerunt, Non sunt nobis plures quam quinque panes, & duo pisces, nisi nos eamus & emamus in omnem hunc populum escas. 14 Erant autem fere viri quinquies mille. Ait autem ad discipulos suos, Facite illos discumbere 10 in singulo quoque discubitu quinquagenos. 15 Atque ita fecerunt, 11 & fecerunt omnes discumbere. 16 Acceptis autem quinque panibus & duobus piscibus, sublatis in cœlum oculis, benedixit illis, & fregit, distribuitque discipulis, ut apponerent turbæ. 17 Et comederunt omnes, & saturati sunt: & sublatum est quod superfuit illis fragmentorum cophini duodecim. 18 Et factum est quum solus esset orans, erant cum illo & discipuli, interrogavitque illos, dicens, Quem 19 me dicunt esse turbæ? At illi responderunt & dixerunt, Joannem Baptistam, alii autem Heliam, alii vero quod propheta quispiam de antiquis surrexit. 20 Dixit autem illis, Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Petrus dixit, Christum Dei. 21 12 At ille comminatus illis, præcepit ne cui dicerent hoc: 13 22 Dicens, Oportet Filium hominis multa pati, & reprobari a Senioribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere. 23 Dicebat autem ad omnes, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, 14 & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. 24 Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet illam: 15 qui vero perdiderit animam suam propter me, is salvam faciet illam. 25 Quid enim proficit homo, si lucretur universum mundum, se autem ipsum perdat, aut jacturam suiipsius faciat? 16 26 Nam quem mei meorumque sermonum puduerit, hujus & Filium hominis pudebit, quum venerit in majestate sua, & Patris, sanctorumque Angelorum. 27 Dico autem vobis vere, sunt quidam hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei. 28 Factum est autem post hæc verba fere diebus octo, & assum-

3 *Et inde ne exeatis*] Græce secus est, *καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε*, id est, *& inde exite*. Sentit enim ut unis duntaxat ædibus uterentur: ne aliunde exirent relicturi civitatem quam quo ingressi fuissent advenientes, ne cui parum stabiles viderentur. Ad eumdem modum non legit modo Theophylactus, verum etiam interpretatur. Verum hoc non Interpretis culpa, sed Librariorum vitio mutatum esse constat.

4 *In testimonium supra illos*] *ἐπ' αὐτούς*. Quæso cur non potius *adversus illos* quam *supra illos?* adeone studio fuit corrupte dicere?

5 *Et hæsitabat*] *διηπόρει*. Quod ut significat *hæsitare*, ita significat & *perplexum esse* atque *ancipitis consilii*, & *animi dubium*. Metuebat enim, si is resurrexisset quem occiderat.

6 *Qui est Bethsaïda*] *εἰς τόπον ἔρημον πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδὰ*, id est, *in locum solitarium civitatis, quæ dicitur Bethsaïda*. In vetustis lego, *qui est Bethsaïda*, ut intelligas desertum Bethsaïdæ vicinum.

7 *Qui cura indigebant*] *θεραπείας*. Cur non potius *curatione*, cum de morbis loquatur, cum & Latinius sit, & ad Græcam vocem exprimendam accommodatius?

8 *Villasque quæ circa sunt*] *εἰς τὰς κύκλῳ κώμας*, id est, *in circumjacentes vicos*, sive *oppidula*. Et rursus *agros* vertit in *villas*, nec id sane male, modo bene intelligatur.

9 *Inveniant escas*] *ἐπισιτισμὸν*, id est, *commeatum*: *ἐπισιτίζειν* enim est *cibariis instruere*.

10 *Per convivia*] *κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα*, id est, *in singulo quoque accubitu quinquaginta*. Nam id intelligit Interpres *per convivia*. Neque enim est hic *συμπόσια*, ut in Matthæo, sed *κλισίαι*, quod sonat *accubitus*, sive *discubitus*.

11 *Et discubuerunt omnes*] *καὶ κατέκλιναν ἅπαντας*, id est, *& discumbere fecerunt omnes*, quomodo legitur & in aureo codice. Interpres legisse videtur *ἅπαντες*, ut subaudias *ἑαυτοὺς*, aut verbum transitivum usurpes pro neutro. Alioqui videtur bis idem dixisse: *Et fecerunt sic, & discumbere fecerunt omnes*.

12 *At ille increpans illos*] Antehac Interpres pene perpetuo transtulit *ἐπιτιμᾶν comminari*, quod si usquam alias, hîc certe faciendum erat. Cur enim increparet Christus discipulos ob hoc responsum, ob quod tantopere collaudatus est Petrus, juxta alios Evangelistas? Proinde vertendum erat, *interdixit eis*, sive *interminatus eis, præcepit ne cui dicerent*.

13 *Dicens, quia oportet Filium hominis*] Aut omittenda erat Interpreti conjunctio *ὅτι*, aut vertendum erat, *quod oporteret* &c.

14 *Tollat crucem suam quotidie*] *Quotidie* nonnullis Græcis codicibus non addebatur, sed refragantibus vetustissimis Latinis.

15 *Nam qui perdiderit*] *ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ*, *quicumque vero perdiderit*, nisi *nam* positum est loco *autem*.

16 *Nam qui me erubuerit*] An hic sermo sit Latinus nescio, certe apud Q. Curtium legimus, *erubuit fateri*, & *erubescunt fortuna*.

ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτὼ, καὶ παραλαϐὼν τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην
29 καὶ Ἰάκωϐον, ἀνέϐη εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι. Καὶ ἐγένετο,
ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτὸν, τὸ εἶδος τῦ προσώπυ αὐτῦ ἕτε-
30 ρον, καὶ ὁ ἱματισμὸς αὐτῦ λευκὸς ἐξαςράπτων. Καὶ ἰδὺ ἄν-
δρες δύο συνελάλυν αὐτῷ, οἵτινες ἦσαν Μωσῆς καὶ Ἡλίας.
31 Οἳ ὀφθέντες ἐν δόξῃ, ἔλεγον τὴν ἔξοδον αὐτῦ, ἣν ἔμελλε
32 πληρῦν ἐν Ἱερυσαλήμ. Ὁ δὲ Πέτρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἦσαν
βεϐαρημένοι ὕπνῳ· διαγρηγορήσαντες δὲ εἶδον τὴν δόξαν
33 αὐτῦ, καὶ τὺς δύο ἄνδρας τὺς συνεςῶτας αὐτῷ. Καὶ ἐγέ-
νετο ἐν τῷ διαχωρίζεσθαι αὐτὺς ἀπ᾽ αὐτῦ, εἶπεν ὁ Πέτρος
πρὸς τὸν Ἰησῦν, Ἐπιςάτα, καλόν ἐςιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι, καὶ
ποιήσωμεν σκηνὰς τρεῖς, μίαν σοὶ, καὶ Μωσεῖ μίαν, καὶ
34 μίαν Ἡλίᾳ, μὴ εἰδὼς ὃ λέγει. Ταῦτα δὲ αὐτῦ λέγοντος,
ἐγένετο νεφέλη, καὶ ἐπεσκίασεν αὐτύς· ἐφοϐήθησαν δὲ ἐν
35 τῷ ἐκείνυς εἰσελθεῖν εἰς τὴν νεφέλην. Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ
τῆς νεφέλης, λέγυσα, Οὗτός ἐςιν ὁ Υἱός μυ ὁ ἀγαπητὸς,
36 αὐτῦ ἀκύετε. Καὶ ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνὴν, εὑρέθη ὁ Ἰησῦς
μόνος, καὶ αὐτοὶ ἐσίγησαν, καὶ ὐδενὶ ἀπήγγειλαν ἐν ἐκεί-
37 ναις ταῖς ἡμέραις ὐδὲν ὧν ἑωράκασιν. Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ ἑξῆς
ἡμέρᾳ, κατελθόντων αὐτῶν ἀπὸ τῦ ὄρυς, συνήντησεν αὐτῷ
38 ὄχλος πολύς. Καὶ ἰδὺ ἀνὴρ ἀπὸ τῦ ὄχλυ ἀνεϐόησε, λέ-
γων, Διδάσκαλε, δέομαί συ, ἐπίϐλεψαι ἐπὶ τὸν υἱόν μυ, ὅ-
39 τι μονογενής ἐςί μοι. Καὶ ἰδὺ πνεῦμα λαμϐάνει αὐτὸν, καὶ
ἐξαίφνης κράζει, καὶ σπαράσσει αὐτὸν μετὰ ἀφρῦ, καὶ μό-
40 γις ἀποχωρεῖ ἀπ᾽ αὐτῦ συντρίϐον αὐτόν. Καὶ ἐδεήθην τῶν
41 μαθητῶν συ, ἵνα ἐκϐάλλωσιν αὐτὸ, καὶ ὐκ ἠδυνήθησαν. Ἀ-
ποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησῦς εἶπεν, Ὦ γενεὰ ἄπιςος καὶ διεςραμ-
μένη, ἕως πότε ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἀνέξομαι ὑμῶν;
42 προσάγαγε ὧδε τὸν υἱόν συ. Ἔτι δὲ προσερχομένυ αὐτῦ,
ἔῤῥηξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον, καὶ συνεσπάραξεν. Ἐπετίμησε δὲ
ὁ Ἰησῦς τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, καὶ ἰάσατο τὸν παῖδα,
43 καὶ ἀπέδωκεν αὐτὸν τῷ πατρὶ αὐτῦ. Ἐξεπλήσσοντο δὲ πάν-
τες ἐπὶ τῇ μεγαλειότητι τῦ Θεῦ. Πάντων δὲ θαυμαζόντων
ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐποίησεν ὁ Ἰησῦς, εἶπε πρὸς τὺς μαθητὰς αὐ-
44 τῦ, Θέσθε ὑμεῖς εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν τὺς λόγυς τύτυς· ὁ γὰρ
Υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ μέλλει παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώ-
45 πων. Οἱ δὲ ἠγνόυν τὸ ῥῆμα τῦτο, καὶ ἦν παρακεκαλυμμέ-
νον ἀπ᾽ αὐτῶν, ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτό· καὶ ἐφοϐῦντο ἐρω-
46 τῆσαι αὐτὸν περὶ τῦ ῥήματος τύτυ. Εἰσῆλθε δὲ διαλογι-
47 σμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ, τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν. Ὁ δὲ Ἰησῦς ἰ-
δὼν τὸν διαλογισμὸν τῆς καρδίας αὐτῶν, ἐπιλαϐόμενος παι-
48 δίυ, ἔςησεν αὐτὸ παρ᾽ ἑαυτῷ, Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὃς ἐὰν δέ-
ξηται τῦτο παιδίον ἐπὶ τῷ ὀνόματί μυ, ἐμὲ δέχεται· καὶ
ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, δέχεται τὸν ἀποςείλαντά με· ὁ γὰρ
49 μικρότερος ἐν πᾶσιν ὑμῖν ὑπάρχων, ὗτος ἔςαι μέγας. Ἀπο-
κριθεὶς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶπεν, Ἐπιςάτα, εἴδομέν τινα ἐπὶ τῷ ὀ-
νόματί συ ἐκϐάλλοντα τὰ δαιμόνια, καὶ ἐκωλύσαμεν αὐ-
50 τὸν, ὅτι ὐκ ἀκολυθεῖ μεθ᾽ ἡμῶν. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰη-
σῦς, Μὴ κωλύετε· ὃς γὰρ ὐκ ἔςι καθ᾽ ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἐςιν.
51 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ συμπληρῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως
αὐτῦ, καὶ αὐτὸς τὸ πρόσωπον αὐτῦ ἐςήριξε τῦ πορεύεσθαι
52 εἰς Ἱερυσαλήμ. Καὶ ἀπέςειλεν ἀγγέλυς πρὸ προσώπυ αὐ-
τῦ, καὶ πορευθέντες εἰσῆλθον εἰς κώμην Σαμαρειτῶν, ὥςε
53 ἑτοιμάσαι αὐτῷ. Καὶ ὐκ ἐδέξαντο αὐτὸν, ὅτι τὸ πρόσωπον
αὐ-

A ſumpſit Petrum & Joannem & Jacobum, & adſcendit in montem ut oraret. Et facta eſt, dum oraret, 17 ſpecies vultus ejus alia, 18 & veſtitus ejus candidus ac refulgens. 30 Et ecce duo viri loquebantur cum illo, qui erant Moſes & Elias. 31 Qui viſi 19 in majeſtate, dicebant 20 exceſſum ejus, quem completurus erat Hieroſolymis. 32 Petrus vero & qui cum illo erant gravati erant ſomno: experrecti autem viderunt majeſtatem ejus, & duos viros qui ſtabant cum illo. 33 Et factum eſt quum diſcederent ab illo, ait Petrus ad Jeſum, Præceptor, bonum eſt nos hîc eſſe, & faciamus tria tabernacula, unum tibi, & unum Moſi, & unum Eliæ, neſciens quid diceret. 34 Hæc autem illo loquente, facta eſt nubes, & obumbravit eos: timuerunt autem intrantibus illis in B nubem. 35 Et vox facta eſt de nube, dicens, Hic eſt Filius meus dilectus, ipſum audite. 36 Et dum fieret vox, inventus eſt Jeſus ſolus, & ipſi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quæ viderant. 37 Factum eſt autem in ſequenti die, deſcendentibus illis de monte, occurrit illi turba multa. 38 Et ecce vir de turba exclamavit, dicens, Magiſter, obſecro te, reſpice ad filium meum, quia unicus eſt mihi. 39 Et ecce ſpiritus apprehendit eum, & ſubito clamat, & diſcerpit eum cum ſpuma, & vix diſcedit ab eo 21 dilanians eum. 40 Et rogavi diſcipulos tuos, ut ejicerent illum, & non potuerunt. 41 Reſpondens autem Jeſus dixit, O natio infidelis & perverſa, uſquequo ero apud vos, ac patiar vos? adduc huc filium tuum. 42 Quum adhuc C autem accederet, 22 laniavit illum dæmonium, & diſſipavit. Increpavit autem Jeſus ſpiritum immundum, & ſanavit puerum, & reddidit illum patri ſuo. 43 Stupebant autem omnes 23 ſuper magnificentia Dei. Sed omnibus mirantibus ſuper omnibus quæ faciebat, dixit ad diſcipulos ſuos, 44 24 Ponite vos in auribus veſtris ſermones iſtos: Filius enim hominis futurum eſt ut tradatur in manus hominum. 45 At illi ignorabant verbum iſtud, & erat 25 abſconditum ab illis, ut non intelligerent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo. 46 26 Intravit autem cogitatio inter eos, quis eorum major eſſet. 47 27 At Jeſus videns cogitationem cordis illorum, apprehendit puerum, & ſtatuit illum juxta ſe, 48 Et D ait illis, Quicumque receperit puerum hunc nomine meo, me recipit: & quicumque me receperit, recipit eum qui me miſit: nam qui minor eſt inter omnes vos, 28 hic erit magnus. 49 Reſpondens autem Joannes dixit, Præceptor, vidimus quemdam ſub nomine tuo ejicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcum. 50 Et ait ad illum Jeſus, Nolite prohibere: qui enim non eſt adverſum nos, pro nobis eſt. 51 Factum eſt autem dum complerentur dies aſſumptionis ejus, & ipſe faciem ſuam obfirmaverat ut iret Hieroſolymam. 52 Et miſit nuncios ante conſpectum ſuum, & euntes intraverunt 29 in civitatem Samaritanorum, ut pararent illi. 53 Et non receperunt eum, quia E 30 fa-

tuna. Nam apud exactius loquentes *erubeſcere* ferme verbum eſt abſolutum. Certe optarim eſſe Latinum quod poſuit Interpres, nec ipſe talibus offenderer, niſi eſſent aures meis delicatiores. Tolerabilius tamen hoc illo, quod alibi notavimus, *qui me confuſus fuerit.*

17 *Species vultus ejus altera*] τὸ εἶδος τῦ προσώπυ αὐτῦ ἕτερον. Maluiſſem ita reddere, *ſpecies adſpectus ejus alia*, *diverſa*: aut, ſi licet a verbis diſcedere, *mutata eſt ſpecies vultus ejus.*

18 *Et veſtitus ejus albus & refulgens*] ἐξαςράπτων. Quaſi dicas, *ex ſe mittens fulgur*, & *effulgurans.* Convenit cum eo, quod annotavimus in Matthæo, *ſicut lux* pro *ſicut nix.* Deinde illud, quod mox præceſſit,

19 *In majeſtate*] ἐν δόξῃ, id eſt, *in gloria*, quemadmodum vertit & paulo ſuperius.

20 *Exceſſum ejus*] *Exceſſum* mortem intelligit. Nam Græce eſt ἔξοδον, id eſt, *exitum*, non ἔκςασιν. Quandoquidem & *exceſſum* & *exitum* uſurpari pro morte compluribus exemplis docet Laurentius, a quo petat, ſi quis forte diffidet. Nos compendio ſtudemus.

21 *Dilanians eum*] καὶ μόγις ἀποχωρεῖ ἀπ᾽ αὐτῦ συντρίϐοντος αὐτὸν, id eſt, *& vix diſcedit ab illo lacerante ſe*, ut intelligas puerum vix effugere a ſpiritu. Quanquam hoc loco variant exemplaria Græcorum. Quædam habebant συντρίϐον, id eſt, *comminuens* aut *diſcerpens*, quæ lectio mihi magis probatur, ut accipiamus ſpiritum dilaniare puerum.

22 *Eliſit eum dæmonium, & diſſipavit*] ἔῤῥηξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον, καὶ συνεσπάραξεν, id eſt, *laniavit illum dæmonium, & concerpſit.* Interpres pro ἔῤῥηξεν legiſſe videtur ἔῤῥιψεν, pro quo reddidit *eliſit.* Nec mihi diſplicet hæc lectio.

23 *In magnitudine Dei*] ἐν μεγαλειότητι, id eſt, *in magnificentia*, ſive *majeſtate.* Dictum eſt enim ab eo nomine, quod ſolet vertere *magnalia*, μεγαλεῖα.

24 *Ponite vos in cordibus veſtris*] Græce eſt, εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν, id eſt, *in aures veſtras*, hoc eſt, *Diligenter auſcultate quæ dicturus ſum.* Refertur enim ad ſequentia. Porro, *in auribus* dixit potius quam *in cordibus*, propterea quod non eſſent intellecturi. Sequitur enim mox, *At illi ignorabant verbum iſtud.*

25 *Velatum ante eos*] παρακεκαλυμμένον ἀπ᾽ αὐτῶν, id eſt, *abſconditum ab illis.*

26 *Intravit autem*] Εἰσῆλθε, id eſt, *Subiit. Cogitatio*, διαλογισμὸς, id eſt, *diſputatio.* Quanquam Græca vox anceps eſt. Cæterum ex aliis Evangeliſtis liquet inter illos hac de re diſceptatum fuiſſe, neque rem intra tacitam animi cogitationem conſtitiſſe. Atqui in eo, quod mox ſequitur,

27 *At Jeſus videns cogitationem cordis*] ſignificat ſe de cogitatione loqui. F Eſt enim & hîc eadem vox, διαλογισμόν. Eſt autem in hoc loco magna inter Evangeliſtas diverſitas, quæ tamen haud magno negotio redigi poteſt in concordiam. Jam articulus Græcus, quem addit Lucas, τὸ, τίς ἂν εἴη μείζων, ita reddi potuit, *de hoc quisnam eſſet futurus major*, ſive *maximus.*

28 *Hic major eſt*] Græce ſic habet, ὁ γὰρ μικρότερος ἐν πᾶσιν ὑμῖν ὑπάρχων, ὗτος ἔςαι μέγας, id eſt, *qui enim minor fuerit inter vos omnes, hic magnus erit.* Jam ante demonſtratum eſt, *magnum* dici magnatem, & *minorem* infimatem.

29 *In civitatem*] εἰς κώμην, id eſt, *in caſtellum.* Nam ita plerunque vertit: tametſi quidam codices habent πόλιν, id eſt, *civitatem.* Atque ita legiſſe videtur Interpres. Nam aliquanto poſt, εἰς ἑτέραν κώμην, vertit *in aliud caſtellum.*

30 Fa-

54 αὐτȣ͂ ἦν πορευόμενον εἰς Ἱερȣσαλήμ. Ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτȣ͂, Ἰάκωϐος καὶ Ἰωάννης, εἶπον, Κύριε, θέλεις εἴπωμεν, πῦρ καταϐῆναι ἀπὸ τȣ͂ ȣ̓ρανȣ͂, καὶ ἀναλῶσαι αὐτȣ̀ς, 55 ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε; Στραφεὶς δὲ ὁ Ἰησȣ͂ς, ἐπετίμησεν αὐτοῖς, καὶ εἶπεν, Οὐκ οἴδατε οἵȣ πνεύματός ἐστε ὑμεῖς. 56 Ὁ γὰρ Υἱὸς τȣ͂ ἀνθρώπȣ ȣ̓κ ἦλθε ψυχὰς ἀνθρώπων ἀπολέσαι, ἀλλὰ σῶσαι. 57 Καὶ ἐπορεύθησαν εἰς ἑτέραν κώμην. Ἐγένετο δὲ πορευομένων αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ, εἶπέ τις πρὸς αὐτὸν, 58 Ἀκολȣθήσω σοι ὅπȣ ἂν ἀπέρχῃ. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησȣ͂ς, Αἱ ἀλώπεκες φωλεȣ̀ς ἔχȣσι, καὶ τὰ πετεινὰ τȣ͂ ȣ̓ρανȣ͂ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ Υἱὸς τȣ͂ ἀνθρώπȣ ȣ̓κ ἔχει πȣ͂ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ. 59 Εἶπε δὲ πρὸς ἕτερον, Ἀκολȣ́θει μοι. Ὁ δὲ εἶπε, Κύριε, ἐπίτρεψόν μοι ἀπελθόντι πρῶτον θάψαι τὸν πατέρα μȣ. 60 Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησȣ͂ς, Ἄφες τȣ̀ς νεκρȣ̀ς θάψαι τȣ̀ς ἑαυτῶν νεκρȣ́ς· σὺ δὲ ἀπελθὼν διάγγελλε τὴν βασιλείαν τȣ͂ Θεȣ͂. 61 Εἶπε δὲ καὶ ἕτερος, Ἀκολȣθήσω σοι Κύριε· πρῶτον δὲ ἐπίτρεψόν μοι ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μȣ. 62 Εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησȣ͂ς, Οὐδεὶς ἐπιϐαλὼν τὴν χεῖρα αὐτȣ͂ ἐπ' ἄροτρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

X. 1 Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνέδειξεν ὁ Κύριος καὶ ἑτέρȣς ἑϐδομήκοντα, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἀνὰ δύο πρὸ προσώπȣ αὐτοῦ εἰς πᾶσαν πόλιν καὶ τόπον οὗ ἔμελλεν αὐτὸς ἔρχεσθαι. 2 Ἔλεγεν οὖν πρὸς αὐτοὺς, Ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι· δεήθητε οὖν τοῦ Κυρίȣ τοῦ θερισμοῦ, ὅπως ἐκϐάλλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ. 3 Ὑπάγετε, ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ἄρνας ἐν μέσῳ λύκων. 4 Μὴ βαστάζετε βαλάντιον, μὴ πήραν, μηδὲ ὑποδήματα, καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε. 5 Εἰς ἣν δ' ἂν οἰκίαν εἰσέρχησθε, πρῶτον λέγετε, Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ. 6 Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἐκεῖ ὁ υἱὸς εἰρήνης, ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἡ εἰρήνη ὑμῶν, εἰ δὲ μήγε, ἐφ' ὑμᾶς ἀνακάμψει. 7 Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ μένετε, ἐσθίοντες καὶ πίνοντες τὰ παρ' αὐτῶν· ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης

30 facies ejus erat euntis Hierosolymam. 54 Quum vidissent autem discipuli ejus, Jacobus & Joannes, dixerunt, Domine, 31 vis dicamus, ut ignis descendat de cœlo, 32 & consumat illos, quemadmodum & Elias fecit? 55 Conversus autem Jesus, increpavit illos, dicens, Nescitis cujus spiritus estis vos. 56 Filius enim hominis 33 non venit ad perdendum animas hominum, sed ad servandum. Et abierunt in aliud castellum. 57 Factum est autem ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum, Sequar te 34 quocunque ieris. 58 Dixit illi Jesus, Vulpes cavernas habent, & volucres cœli nidos: Filius autem hominis non habet 35 ubi caput reclinet. 59 Ait autem ad alterum, Sequere me. Ille autem dixit, Domine, permitte mihi ut prius abeam ac sepeliam patrem meum. 60 Dixit autem ei Jesus, Sine ut mortui sepeliant mortuos suos: tu vero vade & annuncia regnum Dei. 61 Et ait alius, Sequar te Domine, sed permitte mihi prius ut 36 dicam vale iis, qui sunt domi meæ. 62 Ait ad illum Jesus, 37 Nemo qui manu sua admota aratro, respexerit a tergo, aptus est regno Dei.

X. 1 Post hæc autem designavit Dominus 1 & alios septuaginta, misitque illos binos ante faciem suam in omnem civitatem & locum quo erat ipse venturus. 2 Dicebat ergo illis, Messis quidem multa, sed operarii pauci: 2 rogate ergo Dominum messis, 3 ut extrudat operarios in messem suam. 3 Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos 4 inter lupos. 4 Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, & neminem per viam salutaveritis. 5 In quamcunque domum intraveritis, primum dicite, Pax huic domui. 6 Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra, 5 sin minus, ad vos revertetur. 7 In eadem autem domo manete, edentes & bibentes 6 quæ dantur ab illis: dignus enim est operarius mercede sua.

30 *Facies ejus erat euntis*] τὸ πρόσωπον αὐτȣ͂ ἦν πορευόμενον, id est, *facies ejus erat vadens.* Quanquam nihil refert ad sententiam. Et utinam frequentius id ausus esset, Evangelistæ sensum magis quàm verba reddere. Sicut enim oculi *loqui* dicuntur, qui innuunt quod dictum velit, ita facies *ire* dicitur, quæ præ se ferat iter aliquo destinatum esse.

31 *Vis dicimus*] θέλεις εἴπωμεν, id est, *vis dicamus.*

32 *Et consumat illos*] ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε, id est, *quemadmodum & Elias fecit.* Hoc additum reperio in Græcorum codicibus, quos quidem viderim, omnibus. Verum haud scio an velut ab explicante locum aliquo sit huc adscriptum. Neque enim in ullo veterum exemplarium nostrorum comperi, etiamsi sic legit & Theophylactus.

33 *Non venit animas perdere, sed servare*] In Græcis, quos videre memini, codicibus additur *hominum*, sed reclamantibus vetustis exemplaribus pluribus, atque etiam vulgatis, nec refert ad sensum. Quin totum hoc, *Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare*, non attigit Theophylactus, nec legens, nec interpretans, quod an casu acciderit incertum, videtur incuria prætermissum. Alioqui videri poterat huc adjectum ex Matth. cap. XVIII.

34 *Quocunque ieris*] ἀπέρχῃ, id est, *abieris.*

35 *Ubi caput suum reclinet*] *Suum* apud Latinos additum admonuimus alias.

36 *Renunciare iis quæ domi sunt*] Ex Græcis non liquet an legendum sit, *iis quæ domi sunt*, an *iis qui domi sunt.* Nisi quod vetustissimus codex habebat *iis qui domi sunt*, genere masculino, consentiente & Corsendoncensi exemplari, nimirum ut ad personam referatur. Quanquam idem Lucas eodem verbo sic usus est hujus Evangelii capite decimo quarto, ut ad rem pertineat, *Nisi quis renunciaverit*, & cætera. Quemadmodùm & *hominem* jubemus *valere*, & *voluptates valere* jubemus. Poterat igitur & hîc accipi, *renunciare negotiis domesticis.* Quod Interpres hîc vertit *renunciare*, alibi vertit *valefacere:* velut in Epistola ad Corinthios posteriore, capite secundo, ἀλλ' ἀποταξάμενος αὐτοῖς, *sed valefaciens eis.* Rursus in Actis Apostolorum capite vicesimo: *Et exhortatus eum, valedixit.* Nam illic Interpres legisse videtur ἀποταξάμενος, licet nostri codices habent ἀσπασάμενος. Rursum ejusdem operis capite decimo octavo, *Fratribus valefaciens navigavit in Syriam*, τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος. Est autem proprie ἀποτάσσεσθαι, mandatis iis, quæ velis, aliquem dimittere. An idem polleat *renunciandi* verbum, mihi non admodum liquet. Aliquoties *renunciare* comperio positum pro *nunciare* quod gestum est, aliquoties pro *nuncio misso interdicere*, ut *renunciavit illi hospitium*, apud Ciceronem, & apud Suetonium in Caligula, *renunciavit amicitiam qui denunciat inimicitiam*, & apud eumdem in Galba, *renunciat vitæ, qui decreverat mori.* Nos, quo dilucidior esset sermo, vertimus *valedicere*, pro *renunciare.*

37 *Nemo mittens manum*] ἐπιϐαλὼν, καὶ βλέπων. Alterum participium est præteriti temporis, alterum præsentis. Ea sic commode reddi poterant, *Nemo, si, postquàm admovit manum aratro, in tergum respexerit, accommodus est regno Dei.*

1 ET *alios septuaginta duos*] Quod Laurentius arguit Interpretes veteris Testamenti, cum numero fuerint *septuaginta duo*, quippe a singulis tribubus delecti sex, tamen incertum errore, an studio *septuaginta* vocari, non aliter quam apud Romanos *Centumviri* dicti sunt judices e singulis tribubus, quæ triginta quinque erant, delecti terni, utique numero *centum & quinque*, verum sit necne, non admodum arbitror ad hunc locum pertinere. Certe probabile est. Illud mirum quod e *septuaginta* Discipulis fecerint *septuaginta duos*: velut idem oportuerit factum in Discipulis, quod factum est in Septuaginta Interpretibus, cum Apostolos duodecim elegerit, verum non hos quidem e singulis tribubus singulos. Cæterum Græci codices consentiunt in *septuaginta.* Atque ita legisse videtur & divus Ambrosius, cum exponens hunc locum, Ecce ego mitto vos sicut oves inter lupos, *Ad septuaginta*, inquit, *Discipulos dicit hoc.* Pro nobis facit & typus veteris Testamenti, ubi duodecim fontes & septuaginta palmæ in deserto repertæ præfigurant duodecim Apostolos & septuaginta Discipulos. Quod diligenter annotavit Theophylactus, & Cyrillus, qui citatur in Catena, consentit, præter duodecim fontes & septuaginta palmas, commemorat etiam illos septuaginta Judices, quos Moses delegit jussu Domini, & impleti sunt Spiritu sancto. Ac ne quis causetur solos Græcos ita legisse, divus Hieronymus ad Fabiolam Mansione sexta scribit hunc in modum: *Nunquam prius occurrerunt fontes purissimi, nisi ubi magistrorum doctrina prorupit, nec dubium quin de duodecim Apostolis sermo sit, de quorum fontibus derivata aqua totius mundi siccitatem rigant. Juxta has aquas septuaginta creverant palmæ, quos & ipsos secundi ordinis intelligimus præceptores, Luca Evangelista testante duodecim fuisse Apostolos & septuaginta Discipulos minoris gradus, quos & binos Dominus ante se præmittebat.* Ex his perspicuum est Augustino fuisse mendosum codicem, quemadmodum & aliis locis fuisse demonstrabimus. Objicitur nobis unus codex e Bibliotheca Pontificia, quasi nesciamus, post Græcos in concordiam Romanæ sedis receptos, & codices illorum ad Latinorum exemplaria fuisse emendatos. Quorum de numero multis argumentis colligo fuisse codicem illum majusculis descriptum. Nam si nos movet Pontificiæ Bibliothecæ auctoritas, etiam is codex, quem Romanus Pontifex misit Francisco Card. Toletano, erat ejusdem Bibliothecæ. Ratio, quam adducit Beda, de duodecim tribubus Israel, & septuaginta duabus orbis reliqui gentibus, frigida est. Nec multo solidior, quam adducit Augustinus de ter viginti quatuor horis, qui numerus conficit septuaginta duos. Quin & Dorotheus martyr in compendio rerum Apostolicarum & Propheticarum nominatim recensens Discipulos, *septuaginta* duntaxat facit, non *septuaginta duos.* Et his antiquior Irenæus cum alias, tum lib. III. cap. XIII. LXX. legit, non LXXII. Postremo Eusebius Ecclesiasticæ Historiæ libro primo capite duodecimo *septuaginta* tantum refert fuisse delectos. Et tamen paulo inferius in vulgatis codicibus repetuntur *septuaginta duo: Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio*, ut appareat non casu, sed studio factum. Atque in hoc mire consentiunt exemplaria Latinorum.

2 *Rogate autem*] *Rogate igitur* legendum est, δεήθητε οὖν.

3 *Ut mittat operarios*] ὅπως ἐκϐάλλῃ, id est, *ut extrudat*, sive *ejiciat:* ut intelligamus, aut invitos emittendos, aut celeriter extrudendos, ut annotatum est in superioribus.

4 *Inter lupos*] ἐν μέσῳ λύκων, id est, *in medio luporum.* Et Valla mavult, *velut oves*, quam *sicut oves.*

5 *Sin autem*] εἰ δὲ μήγε, id est, *sin minus*, hoc est, *si non fuerit illic filius pacis.* Nec est,

6 *Quæ apud illos sunt*] Sed τὰ παρ' αὐτῶν, hoc est, *quæ ab illis offeruntur*, alioqui dixisset, τὰ παρ' αὐτοῖς.

7 Pa-

της τῦ μισθῦ αὐτῦ ἐςι. Μὴ μεταβαίνετε ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν. 8 Καὶ εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ δέχωνται ὑμᾶς, 9 ἐσθίετε τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν· Καὶ θεραπεύετε τὺς ἐν αὐτῇ ἀσθενεῖς, καὶ λέγετε αὐτοῖς, Ἤγγικεν ἐφ' 10 ὑμᾶς ἡ βασιλεία τῦ Θεῦ. Εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ μὴ δέχωνται ὑμᾶς, ἐξελθόντες εἰς τὰς πλατείας αὐ-11 τῆς, εἴπατε, Καὶ τὸν κονιορτὸν, τὸν κολληθέντα ἡμῖν ἐκ τῆς πόλεως ὑμῶν, ἀπομασσόμεθα ὑμῖν· πλὴν τῦτο γι-12 νώσκετε, ὅτι ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τῦ Θεῦ. Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι Σοδόμοις ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀνεκτό-13 τερον ἔςαι, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ. Οὐαί σοι Χωραζὶν, ὐαί σοι Βηθσαϊδὰ, ὅτι εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις, αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σπο-14 δῷ καθήμεναι μετενόησαν. Πλὴν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀ-15 νεκτότερον ἔςαι ἐν τῇ κρίσει, ἢ ὑμῖν. Καὶ σὺ Καπερναῦμ, 16 ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδυ καταβιβασθήσῃ. Ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκύει· καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ· ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποςείλαντά με. 17 Ὑπέςρεψαν δὲ οἱ ἑβδομήκοντα μετὰ χαρᾶς, λέγοντες, Κύριε, καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεται ἡμῖν ἐν τῷ ὀνόματί 18 σῦ. Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ἐθεώρυν τὸν Σατανᾶν ὡς ἀςραπὴν 19 ἐκ τῦ ὐρανῦ πεσόντα. Ἰδὺ δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξυσίαν τῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν 20 δύναμιν τῦ ἐχθρῦ· καὶ ὐδὲν ὑμᾶς ὐ μὴ ἀδικήσει. Πλὴν ἐν τύτῳ μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ πνεύματα ὑμῖν ὑποτάσσεται, χαίρετε δὲ μᾶλλον, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν 21 ἐγράφη ἐν τοῖς ὐρανοῖς. Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι ὁ Ἰησῦς, καὶ εἶπεν, Ἐξομολογῦμαί σοι Πάτερ, Κύριε τῦ ὐρανῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις· ναὶ ὁ Πατὴρ, ὅτι ὕτως ἐγένετο εὐδοκία 22 ἔμπροσθέν σῦ. Πάντα παρεδόθη μοι ὑπὸ τῦ Πατρός μυ· καὶ ὐδεὶς γινώσκει, τίς ἐςιν ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· καὶ τίς ἐςιν ὁ Πατὴρ, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν βύληται 23 ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψαι. Καὶ ςραφεὶς πρὸς τὺς μαθητὰς, κατ' ἰδίαν εἶπε, Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ βλέποντες ἃ ὑμεῖς 24 βλέπετε. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς ἠθέλησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ ὐκ εἶδον· καὶ 25 ἀκῦσαι ἃ ἀκύετε, καὶ ὐκ ἤκυσαν. Καὶ ἰδὺ νομικός τις ἀνέςη, ἐκπειράζων αὐτὸν, καὶ λέγων, Διδάσκαλε, τί 26 ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐ-27 τὸν, Ἐν τῷ νόμῳ τί γέγραπται; πῶς ἀναγινώσκεις; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σῦ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σῦ, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σῦ, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σῦ, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σῦ, καὶ τὸν πλη-28 σίον σῦ ὡς σεαυτόν. Εἶπε δὲ αὐτῷ, Ὀρθῶς ἀπεκρίθης· τῦ-29 το ποίει, καὶ ζήσῃ. Ὁ δὲ θέλων δικαιῦν ἑαυτὸν, εἶπε 30 πρὸς τὸν Ἰησῦν, Καὶ τίς ἐςί μυ πλησίον; Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησῦς εἶπεν, Ἄνθρωπός τις κατέβαινεν ἀπὸ Ἱερυσαλὴμ εἰς Ἱεριχὼ, καὶ λῃςαῖς περιέπεσεν, οἳ καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν, καὶ πληγὰς ἐπιθέντες ἀπῆλθον, ἀφέντες ἡμιθανῆ τυγχά-

sua. Nolite transire de domo in domum. 8 Et in quamcunque civitatem intraveritis, & susceperint vos, edite quæ apponuntur vobis: 9 Et sanate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis, Appropinquavit in vos regnum Dei. 10 In quamcunque autem civitatem intraveritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateas ejus, dicite, 11 Etiam pulverem, qui adhæsit nobis de civitate vestra, extergimus in vos: tamen hoc scitote, quod appropinquavit in vos regnum Dei. 12 Dico vobis, quod Sodomis in die illo remissius erit, quam illi civitati. 13 Væ tibi Chorazin, væ tibi Bethsaïda, quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes scelerum suorum 7 egissent pœnitentiam. 14 Veruntamen Tyro & Sidoni remissius erit in judicio, quam vobis. 15 Et tu Capernaum, quæ usque ad cœlum elata es, usque ad infernum demergeris. 16 Qui vos audit, me audit: & 8 qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. 17 9 Reversi sunt autem septuaginta cum gaudio, dicentes, Domine, etiam dæmonia subjiciuntur nobis per nomen tuum. 18 Ait autem illis, 10 Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. 19 11 Ecce do vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. 20 Veruntamen in hoc nolite gaudere, quod spiritus vobis subjiciuntur, sed gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in cœlis. 21 In eadem hora 12 exsultavit spiritu Jesus, & dixit, Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ, quod abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & revelasti ea 13 parvulis: 14 etiam Pater, 15 quoniam sic complacitum est coram te. 22 16 Omnia mihi tradita sunt a Patre meo: & nemo scit, quis sit Filius, nisi Pater: & quis sit Pater, nisi Filius, & cui voluerit Filius aperire. 23 17 Et conversus ad discipulos, seorsim dixit, Beati oculi qui vident quæ vos videtis. 24 Dico enim vobis, quod multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. 25 Et ecce quidam legisperitus surrexit, tentans illum, & dicens, Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? 26 At ille dixit ad eum, In lege quid scriptum est? quomodo legis? 27 Ille respondens dixit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota mente tua, & proximum tuum sicut teipsum. 28 Dixitque illi, Recte respondisti: hoc fac, & vives. 29 Ille autem volens justificare seipsum, dixit ad Jesum, Et quis est meus proximus? 30 18 Respondens autem Jesus dixit, Homo quidam descendebat ab Hierosolymis in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum vestibus, ac vulneribus inflictis abierunt, 19 se-

7 *Pœniteret*] *μετενόησαν*. Cur non potius *pœnituissent*, cum sit præteriti temporis? quandoquidem hoc verbum personaliter usurpatum ex Pacuvio citat Nonius Marcellus. Aliis magis arridet periphrasis, *scelerum pœnitentiam egissent*: quæ hoc sane loco non pessime quadrat, quod mentio fiat de sacco & cinere. Et quanquam resipiscentem sequitur dolor, de iis quæ præcesserunt, non tamen Græcis *μετάνοια* dicitur a *pœna*, nec Latinis, ut opinor, *pœnitere*, sed potius a *pone tenendo*, quod post factum teneamus & intelligamus errorem. Postremo qui resipiscit, non statim a sceleribus resipiscit, sed interdum ab ignorantia aut errore simplici.

8 *Qui vos spernit, me spernit*] Hieronymus alicubi vertit, *qui vos reprobat, me reprobat*. Est enim Græcum verbum *ἀθετεῖ*, quod est *rejicit* & *aversatur*; & ita legit Cyprianus in Epistola ad Cornelium fratrem. Et hunc locum detorquemus ad nostram tyrannidem. Christum spernit, qui spernit Episcopum, qui spernit Pontificem: verum est, sed Apostolorum similes, & Christi negotium agentes, qui vos tales spernit, me spernit. Quin utrique demus operam, ut meminerimus officii: Sacerdotes tales esse studeant, quales erant Apostoli, nos ut Christum ipsos recipiemus & obtemperabimus. Cæterum ubi Sacerdos tyrannum agit, ventris negotium persequitur, non Christi, nescio an in tempore citetur, *qui vos spernit, me spernit*. Scio tamen etiam malis obtemperandum interdum, ne dissidium excitetur, modo ne cogant ad impietatem.

9 *Reversi sunt autem septuaginta duo*] Rursum addidit *duo*, cum Græcis non sint nisi *septuaginta*.

10 *Videbam Satanam*] *Ἐθεώρυν*, in quodam Latino codice reperi *videbant*, nam Græca vox ambiguitatem habet. Quanquam de prima persona interpretantur omnes. Theophylactus hic inducit novum sensum, videlicet hunc, *Non mirum est dæmones vobis subjici, quum ipsorum princeps jam deciderit ac dejectus sit.*

11 *Ecce dedi*] *Ἰδὺ δίδωμι*, id est, *Ecce do.*

12 *Exsultavit in Spiritu sancto*] *Ἐν αὐτῇ ὥρᾳ ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι ὁ Ἰησῦς*, id est, *In eadem hora exsultavit spiritu Jesus.* Nec additur *sancto*, nec præpositio *in*, sed refragantibus vetustis Latinorum exemplaribus. In quibus ut apponitur epitheton *sancto*, ita *Jesu* nomen non apponitur. Certe articulus facit, ut de *Spiritu sancto* intelligamus.

13 *Parvulis*] *νηπίοις*. Quod hoc sane loco magis vertendum erat *stultis*, aut *insipientibus*, ut opponatur ei, quod præcessit, *sapientibus*, nisi sermo duriusculus videretur. Quanquam & de hoc dictum est alias.

14 *Etiam Pater*] *ναί*. Quod superius vertit *utique*. Est autem adverbium confirmantis.

15 *Quum sic placuit ante te*] *ὅτι ὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σῦ*, id est, *quia sic fuit bona voluntas coram te.* Sic enim vertit Hieronymus. Eadem vox quam usi sunt Angeli nunciantes pacem in terris, in hominibus bonæ voluntatis, qua significatur gratuita benevolentia favorque Numinis erga mortales.

16 *Omnia mihi tradita*] Ante hæc verba Græci codices aliquot addunt, *Καὶ ςραφεὶς πρὸς μαθητὰς εἶπε*, id est, *Et conversus ad discipulos dixit.* Deinde sequitur, *Omnia mihi tradita sunt.* Et error hinc ortus, quod mox sequitur eadem oratio.

17 *Et conversus ad discipulos suos*] Verum hîc addit Græcus codex, *κατ' ἰδίαν*, id est, *seorsim*: atque ita separatur a superiore, licet reclament Latinorum exemplaria.

18 *Suspiciens autem Jesus*] *Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησῦς*, id est, *Suscipiens autem Jesus.* Atque ita legitur in antiquissimis Latinorum exemplaribus. Positum est autem *suscipiens* pro *excipiens* & succedens in vicem respondendi. Ad eumdem modum Virgilius,

Excipit Ascanius. -----

Et Xenophon, *Καὶ ὁ Κῦρος ὑπολαβὼν εἶπε*, id est, *Et Cyrus susci-*

31 τυγχάνοντα. Κατὰ συγκυρίαν δὲ ἱερεύς τις κατέβαινεν ἐν τῇ ὁδῷ ἐκείνῃ, καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἀντιπαρῆλθεν. 32 Ὁμοίως δὲ καὶ Λευΐτης, γενόμενος κατὰ τὸν τόπον, ἐλ-33 θὼν καὶ ἰδὼν, ἀντιπαρῆλθεν. Σαμαρείτης δέ τις ὁδεύων, ἦλ-34 θε κατ᾽ αὐτὸν, καὶ ἰδὼν αὐτὸν, ἐσπλαγχνίσθη, Καὶ προσελθὼν κατέδησε τὰ τραύματα αὐτοῦ, ἐπιχέων ἔλαιον καὶ οἶνον, ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος, ἤγαγεν 35 αὐτὸν εἰς πανδοχεῖον, καὶ ἐπεμελήθη αὐτοῦ. Καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον ἐξελθὼν, ἐκβαλὼν δύο δηνάρια ἔδωκε τῷ πανδοχεῖ, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἐπιμελήθητι αὐτοῦ· καὶ ὅ τι ἂν προσδαπανήσῃς, ἐγὼ, ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαί με, ἀποδώσω 36 σοι. Τίς οὖν τούτων τῶν τριῶν δοκεῖ σοι πλησίον γεγο-37 νέναι τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς; Ὁ δὲ εἶπεν, Ὁ ποιήσας τὸ ἔλεος μετ᾽ αὐτοῦ. Εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, 38 Πορεύου, καὶ σὺ ποίει ὁμοίως. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτοὺς, καὶ αὐτὸς εἰσῆλθεν εἰς κώμην τινά· γυνὴ δέ τις ὀνόματι Μάρθα ὑπεδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν 39 οἶκον αὐτῆς. Καὶ τῇδε ἦν ἀδελφὴ, καλουμένη Μαρία, ἣ καὶ παρακαθίσασα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, ἤκουε 40 τὸν λόγον αὐτοῦ. Ἡ δὲ Μάρθα περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν, ἐπιστᾶσα δὲ εἶπε, Κύριε, οὐ μέλει σοι, ὅτι ἡ ἀδελφή μου μόνην με κατέλειπε διακονεῖν; εἰπὲ οὖν αὐτῇ, 41 ἵνα μοι συναντιλάβηται. Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Μάρθα, Μάρθα, μεριμνᾷς, καὶ τορβάζῃ περὶ 42 πολλά· ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ᾽ αὐτῆς.

XI. ρηγ 1 Καὶ ἐγένετο, ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τόπῳ τινὶ προσευχόμενον, ὡς ἐπαύσατο, εἶπέ τις τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν, Κύριε, δίδαξον ἡμᾶς προσεύχεσθαι, καθὼς καὶ Ἰωάννης ἐδί-2 δαξε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ. Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ὅταν προσεύχησθε, λέγετε, Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλη-3 μά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Τὸν ἄρτον ἡμῶν 4 τὸν ἐπιούσιον δίδου ἡμῖν τὸ καθ᾽ ἡμέραν. Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίεμεν παντὶ ὀφείλοντι ἡμῖν· καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ρκδ 5 ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Τίς ἐξ ὑμῶν ἕξει φίλον, καὶ πορεύσεται πρὸς αὐτὸν μεσονυκτίου, 6 καὶ εἴπῃ αὐτῷ, Φίλε, χρῆσόν μοι τρεῖς ἄρτους. Ἐπειδὴ φίλος μου παρεγένετο ἐξ ὁδοῦ πρός με, καὶ οὐκ ἔχω ὃ παραθή-

19 semimortuo relicto. Accidit autem ut sacerdos 31 quidam descenderet eadem via, visoque illo præteriit. Similiter & Levita, quum iret juxta locum, quum 32 accessisset ac vidisset eum, præteriit. Samaritanus 33 autem quidam iter faciens, venit ad eum, & viso eo, misericordia motus est, Et accedens obligavit vul- 34 nera ejus, infundens oleum ac vinum, & imponens illum in suum jumentum, duxit 20 in diversorium, & curam ejus egit. 21 Et postero die egrediens, deprom- 35 ptos duos denarios dedit 22 hospiti, & ait ei, Curam illius habe, & quodcunque præterea insumpseris, ego, quum rediero, reddam tibi. Quis ergo horum trium 36 videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui exercuit misericordiam in il- 37 lum. Ait igitur illi Jesus, Vade, & tu fac similiter. Factum est autem dum irent, ut ipse intraret 23 in 38 quoddam oppidulum: ac mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Et huic erat so- 39 ror, nomine Maria, quæ etiam assidens ad pedes Jesu, audiebat sermonem illius. Martha autem 24 dis- 40 trahebatur 25 circa frequens ministerium, quæ assistens ait, Domine, non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me ut sola ministrem? dic ergo illi, ut me adjuvet. Et respondens dixit illi Jesus, Martha, Mar- 41 tha, solicita es, & tumultuaris 26 circa multa: 27 at- qui unum est necessarium. Maria 28 bonam partem 42 delegit, quæ non auferetur ab ea. Et factum est, quum 1 XI. oraret quodam in loco, ut cessavit, dixit quidam ex discipulis ejus ad eum, Domine, doce nos orare, sicut & Joannes docuit discipulos suos. Et ait illis, 2 Cum oratis, dicite, Pater noster qui es in cœlis: sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra. Panem nostrum quotidianum 1 da nobis quo- 3 tidie. 2 Et remitte nobis peccata nostra, siquidem & 4 ipsi remittimus omni debenti nobis: & ne nos inducas in tentationem, 3 sed libera nos a malo. Et ait ad 5 illos, Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum 6 media nocte, & dicet illi, Amice, 4 da mihi mutuo tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, &

suscipiens dixit. Ne id quidem commissum est Interpretis vitio, sed scioli cujuspiam, cui visum est *suscipiens* hoc loco nihil significare, & vertit in *suspiciens*, quasi Jesus responsurus homini suspexerit in cœlum. Nos vertimus *respondens*, ne rursus ad eumdem lapidem Lector impingeret.

19 *Semivivo*] ἀφέντες ἡμιθανῆ, id est, *relicto semimortuo.* Hieronymus in Epitaphio Paulæ vertit *seminece.* Quanquam id quidem ad sententiam nihil habet momenti.

20 *In stabulum*] εἰς πανδοχεῖον, id est, *in diversorium.* Nam Græca vox hinc dicta est, quod accipiat quoslibet, quod Latini vocant *diversorium meritorium.* Nec Interpres sensit de stabulo jumentorum, sed de loco in quo statur: unde & *stabulari* dicuntur, qui locum habent alicubi.

21 *Ex altera die*] Καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον, id est, *Et postero die.*

22 *Stabulario*] πανδοχεῖ, id est, *hospiti*, sed *meritorio.*

23 *In quoddam castellum*] εἰς κώμην τινὰ, id est, *in oppidulum*, sive *vicum quemdam*, ne quis imaginetur arcem potentem similem iis, quæ nunc *castella* vulgo vocantur.

24 *Satagebat*] περιεσπᾶτο, id est, *distrahebatur*, sive *distendebatur.* Quanquam Interpres elegantius vertit, quam ut rudis Lector animadvertat; siquidem *satagere* proprie est, anxie torqueri difficultate rei conficiendæ. At Græca vox aptius quadrat cum eo quod sequitur, *porro unum est necessarium.* Pugnant enim *distrahi* & *intentum esse in uno.*

25 *Circa frequens ministerium*] περὶ πολλὴν διακονίαν, id est, *circa multam ministrationem.*

26 *Erga plurima*] περὶ πολλὰ, id est, *circa multa*, sive *plura:* suffragantibus & antiquissimis libris nonnullis. Et haud scio an Interpres scripserit *plura* pro *multa.* Quod ita quispiam vertit in *plurima*, ut in preculis solennibus legimus *plurimorum martyrum*, pro *plurium.*

27 *Porro unum est necessarium*] Ἑνός ἐστι χρεία, id est, *Uno opus est*, ut opponatur *multa*, quæ vox præcessit. Quod ad historicum sensum attinet, Dominus videtur in Martha reprehendere, non quod apparet convivium, sed quod nimis varium & accuratum. Id enim ante dixit Lucas πολλὴν διακονίαν, quasi dicas *variam administrationem*, quum simplex apparatus sufficiat naturæ. Hoc est quod Jesus negans opus esse multis, dicit unum esse necessarium. Attingit hunc sensum & Theophylactus.

28 *Optimam partem*] τὴν ἀγαθὴν μερίδα, id est, *bonam partem*: nisi quod articulus additus declarat plusculum, nempe partem illam certam, quæ vere bona sit. Augustinus Sermone in Lucam XXVI. non *optimam* legit, sed *meliorem*: *Meliorem*, inquiens, *partem elegit, non tu malam, sed illa meliorem.* Neque secus legisse videtur Ambrosius, in Commentariolis hæc subjiciens: *Nec Martha tamen in bono ministerio reprehenditur, sed Maria, quod meliorem partem sibi elegerit, antefertur.* Sunt quibus placeat juxta proprietatem Hebræi sermonis positivum positum vice comparativi aut superlativi, quod ea lingua careat hujusmodi vocibus. Quod quidem commentum ut mihi non usquequaque displicet, ita non video cur hîc magis valere debeat, quam aliis locis ter centum.

1 D*A nobis hodie*] Hîc variant Græci codices. In nonnullis scriptum erat, δὸς ἡμῖν τὸ καθ᾽ ἡμέραν, id est, *da nobis quotidie.* Atque ita scriptum erat in codice aureo, atque item Constantiensi. Offendit Lectorem vox eadem repetita, *quotidianum quotidie.* Atqui non est Græce *quotidianum*, sed ἐπιούσιον, quod magis sonat *crastinum.* Non enim petunt commeatum in multos annos, sed tantum in proximum diem. Et qui vesperi orat pro victu postridiano, quid aliud petit quam victum quotidianum? Hoc admoneo, ne quis arbitretur multum esse discriminis in sensu. Quanquam de hoc alias dictum aliquanto copiosius.

2 *Dimitte nobis peccata*] τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Sunt qui putent esse discrimen inter *debita*, id est, ὀφειλήματα, & *peccata*, quod *debiti* nomen complectatur non modo culpam, verum etiam obligationem ad satisfactionem. At Lucas non existimavit quicquam interesse. Nec Augustinus de verbis Domini: *Debitum autem*, inquit, *quid est nisi peccatum?*

3 *Sed libera nos a malo*] Hoc in quibusdam Latinis exemplaribus apud Lucam non additur, sicut & alia nonnulla, quæ videntur ex aliis Evangelistis adjecta, ne viderentur dissentire. Id quod conjicio factum & aliis item compluribus locis. Siquidem apud Lucam hæc Oratio multo pauciora complectitur quam apud cæteros, ad hunc modum, *Pater, sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem.* Sic enim habebatur scriptum in vetustissimis codicibus, quos id temporis nobis exhibebant Amerbachii, Paulino, & Corsendoncensi, denique & Constantiensi. Cæteri nec admodum hinc discrepant, nec omnino consentiunt, ne inter se quidem. In Græcis codicibus Precatio Dominica ferebatur absoluta, excepta coronide, quam additam alias indicavimus. Vel hinc palam est, quam Evangelistæ non fuerint superstitiosi de verbis. Præscripserat hanc precandi formam, non Episcopus quispiam, non Pontifex Romanus, sed ipse Christus, & tamen in tantula precatiuncula quantam partem omisit Lucas. Et certe consentaneum vero est, eum sic orasse, ut nobis orandi formam tradat auctore Christo. Et ubi sunt interim qui misere trepidant, quoties ex humanis preculis vocula fuerit omissa? At iidem fortes sunt & intrepidi, quoties virulenta lingua fratris lacerant famam. Nec hoc dixerim, quo minus attenti simus in precibus, sed ne præpostere simus superstitiosi.

4 *Commoda*] χρῆσον, id est, *mutua*, sive *mutuum da.* Quanquam

7 ραθήσω αὐτῷ. Κἀκεῖνος ἔσωθεν ἀποκριθεὶς εἴπῃ, Μή μοι κόπους πάρεχε, ἤδη ἡ θύρα κέκλεισαι, καὶ τὰ παιδία μου μετ' ἐμοῦ εἰς τὴν κοίτην εἰσὶν, οὐ δύναμαι 8 ἀναστὰς δοῦναί σοι. Λέγω ὑμῖν, εἰ καὶ οὐ δώσει αὐτῷ ἀναστὰς, διὰ τὸ εἶναι αὐτοῦ φίλον, διά γε τὴν ἀναί- 9 δειαν αὐτοῦ ἐγερθεὶς δώσει αὐτῷ ὅσων χρήζει. Κἀγὼ ὑμῖν λέγω, Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· ζητεῖτε, καὶ 10 εὑρήσετε· κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. Πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ τῷ κρούοντι 11 ἀνοιγήσεται. Τίνα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; εἰ καὶ ἰχθῦν, μὴ ἀν- 12 τὶ ἰχθύος ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ; Ἢ καὶ ἐὰν αἰτήσῃ ὠὸν, 13 μὴ ἐπιδώσει αὐτῷ σκορπίον; Εἰ οὖν ὑμεῖς πονηροὶ ὑπάρχοντες, οἴδατε ἀγαθὰ δόματα διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ Πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ δώσει Πνεῦμα ἅ- 14 γιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν; Καὶ ἦν ἐκβάλλων δαιμόνιον, καὶ αὐτὸ ἦν κωφόν· ἐγένετο δὲ, τοῦ δαιμονίου ἐξελθόντος, 15 ἐλάλησεν ὁ κωφὸς, καὶ ἐθαύμασαν οἱ ὄχλοι. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν εἶπον, Ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκ- 16 βάλλει τὰ δαιμόνια. Ἕτεροι δὲ πειράζοντες, σημεῖον 17 παρ' αὐτοῦ ἐζήτουν ἐξ οὐρανοῦ. Αὐτὸς δὲ εἰδὼν αὐτῶν τὰ διανοήματα, εἶπεν αὐτοῖς, Πᾶσα βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν 18 διαμερισθεῖσα ἐρημοῦται, καὶ οἶκος ἐπὶ οἶκον πίπτει. Εἰ δὲ καὶ ὁ Σατανᾶς ἐφ' ἑαυτὸν διεμερίσθη, πῶς σταθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ; ὅτι λέγετε ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλ- 19 λειν με τὰ δαιμόνια. Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; διὰ τοῦ- 20 το κριταὶ ὑμῶν αὐτοὶ ἔσονται. Εἰ δὲ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία 21 τοῦ Θεοῦ. Ὅταν ὁ ἰσχυρὸς καθωπλισμένος φυλάσσει τὴν 22 ἑαυτοῦ αὐλὴν, ἐν εἰρήνῃ ἐστὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ. Ἐπὰν δὲ ὁ ἰσχυρότερος αὐτοῦ ἐπελθὼν νικήσῃ αὐτὸν, τὴν πανοπλίαν αὐτοῦ αἴρει, ἐφ' ᾗ ἐπεποίθει, καὶ τὰ σκῦλα αὐ- 23 τοῦ διαδίδωσιν. Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι· καὶ 24 ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει. Ὅταν τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, ζητοῦν ἀνάπαυσιν, καὶ μὴ εὑρίσκον, λέγει, 25 Ὑποστρέψω εἰς τὸν οἶκόν μου, ὅθεν ἐξῆλθον. Καὶ ἐλθὸν, εὑρί- 26 σκει σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον. Τότε πορεύεται, καὶ παραλαμβάνει ἑπτὰ πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ, καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ· καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ 27 ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν ταῦτα, ἐπάρασά τις γυνὴ φωνὴν ἐκ τοῦ ὄχλου, εἶπεν αὐτῷ, Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά 28 σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας. Αὐτὸς δὲ εἶπε, Μενοῦνγε μακάριοι οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ φυ- 29 λάσσοντες αὐτόν. Τῶν δὲ ὄχλων ἐπαθροιζομένων, ἤρξατο λέγειν, Ἡ γενεὰ αὕτη πονηρά ἐστι· σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ

7 & non habeo quod apponam illi. Et ille intus respondens dicat, Noli mihi molestus esse, jam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere & dare tibi. Dico vobis, etiam si non 8 daturus sit illi surgens, eo quod amicus ejus sit, 5 propter improbitatem tamen ejus surget, ac dabit illi quotquot habet opus. Et ego dico vobis, Petite, 9 & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit, & 10 qui quærit, invenit, & pulsanti aperietur. 6 Quis 11 autem ex vobis pater, a quo si filius petierit panem, num lapidem dabit illi? Aut si piscem, num pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ovum, num por- 12 riget illi scorpium? Si ergo vos quum sitis mali, no- 13 stis 7 bona dona dare filiis vestris, quanto magis Pater vester cœlestis 8 dabit Spiritum sanctum poscentibus se. Et erat ejiciens dæmonium, 9 & illud erat 14 mutum: quumque ejecisset dæmonium, loquutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex 15 eis dixerunt, Per Beelzebul principem dæmoniorum ejicit dæmonia. Et alii tentantes, signum de cœlo 16 quærebant ab eo. Ipse autem quum sciret cogitatio- 17 nes eorum, dixit eis, Omne regnum adversus seipsum divisum 10 desolatur, & domus super domum cadit. Quod si Satanas quoque adversus seipsum divisus est, 18 quomodo stabit regnum ejus? quia dicitis per Beelzebul ejicere me dæmonia. Quod si ego Beelzebul 19 præsidio ejicio dæmonia, filii vestri cujus præsidio ejiciunt? ideo ipsi judices vestri erunt. Porro si di- 20 gito Dei ejicio dæmonia, profecto pervenit ad vos regnum Dei. Quum fortis armatus custodit atrium 21 suum, 11 in pace sunt ea quæ possidet. Ubi vero for- 22 tior eo superveniens vicerit eum, 12 universa arma ejus 13 aufert, in quibus confidebat, & spolias ejus distribuit. Qui non est mecum, contra me est: & qui 23 non colligit mecum, dispergit. Quum immundus 24 spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arentia, quærens requiem, & non inveniens, dicit, Revertar in domum meam, unde exivi. Et quum venerit, 14 25 invenit eam scopis mundatam atque ornatam. Tunc 26 vadit, & assumit septem alios spiritus secum nocentiores ipso, & ingressi habitant ibi: & fiunt extrema hominis illius pejora primis. Factum est autem quum 27 hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi, Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti. At ille dixit, 15 Quinimo beati qui 28 audiunt sermonem Dei, & custodiunt illum. 16 Tur- 29 bis autem condensantibus se, cœpit dicere, Natio hæc mala est: signum quærit, & signum non dabitur ei,

quam Græca vox anceps est ad rem quæ usu absumitur, & ad eam quæ non absumitur. Etenim qui petit panem, dicit, *χρῆσόν μοι ἄρτον*, & qui petit canistrum, dicit, *χρῆσόν μοι μάκτραν*. Latinis vero diversa sunt verba, sed apud eosdem pecunia peculiare verbum habet *δανείζειν*. Apud Latinos *commodatur*, cujus usus modo præstatur, ut equus, vestis, patella. *Mutuum datur*, quod usu absumitur, quem Jurisconsulti vocant *abusum*, ut oleum, triticum, aut quod non idem redditur. *Si perseveraverit pulsans.* Hæc in plerisque Græcorum codicibus non reperi, consentiente vetustissimo codice Latino, quem exhibuit Bibliotheca Ecclesiæ Paulinæ apud Londinum, sed dissentiente Corsendoncensi.

5 *Propter improbitatem*] *διά γε τὴν ἀναίδειαν*, id est, *propter impudentiam.* Eleganter quidem vertit Interpres, si modo recte intelligatur. Nam ut *probus* dicitur *bonus*, ita *improbus malus*; sed tamen qui urget nec cessat, interdum *improbus* vocatur, nonnunquam & in bonam partem; ut Virgilius,

----- Labor omnia vincit
Improbus. -----

6 *Quis ex vobis patrem*] Græca nonnihil discrepant, *Τίνα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον*, id est, *Quem autem ex vobis patrem poscet filius panem.* Ea nos reddidimus in hunc modum, *Quis autem ex vobis pater, a quo si filius petierit panem, num lapidem dabit illi?* Quanquam & hic sermo duriusculus est, opinor ex idiomate linguæ Hebrææ. Videtur autem allusum ad jocum vulgarem, quo panem exspectanti lapidem porrigunt, juxta Plautinum illud,

Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera.

Item scorpium porrigunt vacuo ovi putamini inclusum. Sic & ipsæ dipsades fallunt, struthiocamelorum inanibus putaminibus occultantes sese.

7 *Bona data*] *ἀγαθὰ δόματα*, id est, *bonas dationes*, si sic liceat loqui.

8 *Dabit Spiritum bonum*] Græci codices, qui tum aderant, habebant *Πνεῦμα ἅγιον*, id est, *Spiritum sanctum*, sed magno consensu reclamantibus exemplaribus Latinis, etiam vetustis, quibus ego sane magis assentior. Ex Ambrosio, quoniam carptim ista tractat, nihil potest elici.

9 *Et illud erat mutum*] Hallucinatur & hoc loco Valla, in *mutum* & *mutus*, *κωφὸν* & *κωφὸς* putans utrobique *surdum* vertendum fuisse, non *mutum*, aut non intelligens, aut certe non animadvertens utrumque Græcis sonare *κωφόν*. Quemadmodum & mox, *Omne regnum in seipsum divisum*, mavult *in seipso* sive *super seipsum*, cum sit *adversus seipsum*: quod Græcis hæc præpositio sit anceps, ut fere sunt omnes.

10 *Desolabitur*] *ἐρημοῦται*, id est, *desolatur.* Et paulo post, *πίπτει*, id est, *cadit*, non *cadet*, suffragantibus & antiquissimis exemplaribus Latinis.

11 *In pace sunt omnia quæ possidet*] *τὰ ὑπάρχοντα*, id est, *ea quæ possidet*, consentiente codice aureo.

12 *Universa arma*] *τὴν πανοπλίαν.* Qua voce Græci declarant, quicquid ad justum apparatum armati viri pertinet.

13 *Auferet*] *αἴρει*, id est, *tollit*, & *distribuit*, non *distribuet*, *διαδίδωσιν*, ut præsentis sint temporis, non futuri. Nec enim vaticinatur quid futurum, sed quod fieri solet proponit, similitudinem conferens.

14 *Invenit eam scopis mundatam*] *εὑρίσκει*, id est, *invenit*, præsentis temporis, prima syllaba acuta. *Scopis mundatam.* Græci codices addunt, *καὶ κεκοσμημένον*, id est, *& ornatam*, quod haud scio an ex aliis Evangelistis sit huc adscriptum. Cæterum illud *scopis mundatam*, Græcis unica dictio est *σεσαρωμένον*, id est, *versam*, a verbo *verro*, non *verto*.

15 *Quinimo*] *Μενοῦνγε.* Ea conjunctio neque negat quod dictum, neque rejicit, sed infert quod est certius. Augustinus lib. *de sancta virginitate* cap. III. pro *quinimo* legit *imo*, ut sit corrigentis. Vides autem ut hîc quoque Christus sui similis, haud multum tribuit cognationis affectui.

16 *Turbis autem concurrentibus*] *ἐπαθροιζομένων*, id est, *coacervantibus*, *conglobantibus*, sive *condensantibus se*, aut *Cum turba densius affluerent.* Græcis enim *συναθροισμὸς* dicitur, cum omnia confertim in unum conferuntur locum.

30 τοῦ Προφήτου. Καθὼς γὰρ ἐγένετο Ἰωνᾶς σημεῖον τοῖς Νινευΐταις, ὕτως ἔςαι καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τῇ γε-
31 νεᾷ ταύτῃ. Βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῶν ἀνδρῶν τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινεῖ αὐτοὺς, ὅτι ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν Σολομῶνος· καὶ ἰδοὺ πλεῖον Σολομῶνος ὧ-
32 δε. Ἄνδρες Νινευΐται ἀναςήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὴν, ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ· καὶ ἰδοὺ πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε.
ρλγ 6 33 Οὐδεὶς λύχνον ἅψας εἰς κρυπτὸν τίθησιν, οὐδὲ ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, ἵνα οἱ εἰσπορευόμενοι τὸ φῶς βλέπωσιν. (Alias φέγγος) ρλδ ε 34 Ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐςιν ὁ ὀφθαλμός· ὅταν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, καὶ ὅλον τὸ σῶμά σε φωτεινόν ἐςιν· ἐπὰν δὲ πονη-
35 ρὸς ᾖ, καὶ τὸ σῶμά σε σκοτεινόν ἐςι. Σκόπει οὖν, μὴ τὸ
36 φῶς, τὸ ἐν σοὶ, σκότος ἐςίν. Εἰ οὖν τὸ σῶμά σε ὅλον φωτεινὸν, μὴ ἔχον τὶ μέρος σκοτεινὸν, ἔςαι φωτεινὸν
ρλε ε 37 ὅλον, ὡς ὅταν ὁ λύχνος τῇ ἀςραπῇ φωτίζει σε. Ἐν δὲ τῷ λαλῆσαι, ἠρώτα αὐτὸν Φαρισαῖός τις, ὅπως ἀριςήσῃ
38 παρ' αὐτῷ· εἰσελθὼν δὲ ἀνέπεσεν. Ὁ δὲ Φαρισαῖος ἰδὼν ἐθαύμασεν, ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη πρὸ τοῦ ἀρί-
39 ςυ. Εἶπε δὲ ὁ Κύριος πρὸς αὐτὸν, Νῦν ὑμεῖς οἱ Φαρισαῖοι τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίυ καὶ τοῦ πίνακος καθαρίζετε, τὸ δὲ ἔσωθεν ὑμῶν γέμει ἁρπαγῆς καὶ πονηρίας.
40 Ἄφρονες, ὐχ ὁ ποιήσας τὸ ἔξωθεν, καὶ τὸ ἔσωθεν ἐ-
41 ποίησε; Πλὴν τὰ ἐνόντα, δότε ἐλεημοσύνην, καὶ ἰδοὺ
ρλϛ ε 42 πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἐςιν. Ἀλλ' οὐαὶ ὑμῖν τοῖς Φαρισαίοις, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον, καὶ τὸ πήγανον, καὶ πᾶν λάχανον, καὶ παρέρχεσθε τὴν κρίσιν καὶ τὴν ἀγάπην τῦ Θεῦ· ταῦτα ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀ-
ρλζ 6 43 φιέναι. Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς Φαρισαίοις, ὅτι ἀγαπᾶτε τὴν πρωτοκαθεδρίαν ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς

ci, niſi ſignum Jonæ Prophetæ. Nam ſicut fuit Jo- 30 nas ſignum Ninivitis, ita erit & Filius hominis nationi iſti. Regina auſtri ſurget in judicio cum viris 31 nationis hujus, & condemnabit illos, quia venit a finibus terræ, ut audiret ſapientiam Solomonis: & ecce [17] plus quam Solomon hoc in loco. Viri Ninivi- 32 tæ ſurgent in judicio cum natione hac, & condemnabunt illam, quia ad pœnitentiam adducti ſunt prædicatione Jonæ: & ecce plus quam Jona hoc in loco. Nemo lucernam accendit, & in abſcondito po- 33 nit, neque ſubter modium, ſed ſuper candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen videant. [18] Lucerna cor- 34 poris eſt oculus: quum igitur oculus tuus fuerit ſimplex, totum quoque corpus tuum lucidum erit: quod ſi malus fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit. Vide ergo, [19] ne lumen, quod in te eſt, tenebræ ſint. 35 Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non ha- 36 bens aliquam partem tenebroſam, ſic erit lucidum totum, [20] ut cum lucerna fulgore illuminat te. Et 37 quum loqueretur, rogavit illum quidam Phariſæus, ut pranderet apud ſe: Jeſus autem ingreſſus accubuit. Phariſæus autem quum vidiſſet, admiratus eſt, 38 quod non prius [21] laviſſet ante prandium. Et ait Do- 39 minus ad illum, Nunc vos Phariſæi exteriora poculi [22] catinique mundatis, & quod [23] intus eſt veſtri plenum eſt rapina & malitia. Stulti, nonne qui fecit 40 quod foris eſt, etiam id quod intus eſt fecit? Ve- 41 runtamen [24] quod ſupereſt, [25] date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Sed væ vobis Phari- 42 ſæis, [26] quia decimatis mentam, & rutam, & quodvis olus, & præteritis judicium & charitatem Dei. Imo hæc oportuit facere, & illa non omittere. Væ vo- 43 bis

17 *Plus quam Solomon hic*] ὧδε. *Hic* adverbium eſt hoc loco, non pronomen. Similiter & paulo inferius, *plus quam Jona hic*, ut Chriſtus intelligatur major templo, Solomone, & Jona.

18 *Lucerna corporis tui*] *Tui* non additur a Græcis, & ſenſus magis quadrat eo amoto. Fit enim catholica ſententia, ut & ſuperius indicavimus.

19 *Ne lumen, quod in te eſt*] μὴ τὸ φῶς. Poteſt accipi, & *num lumen, quod in te eſt?* &c. quod adverbium μὴ ad utrumque ſenſum ſit accommodum, interrogantis & prohibentis.

20 *Et ſicut lucerna*] ὡς ὅταν ὁ λύχνος τῇ ἀςραπῇ φωτίζει σε, *ut cum lucerna fulgore illuminat te*. Ut ſit ſenſus, non aliter tuum corpus erit lucidum oculo puro, quam domus tua lucida eſt tibi accenſa lucerna. Nec eſt *illuminabit*, ſed *illuminat*. Alioqui ſermo videri poſſit ſubabſurdus, *ſi totum lucidum fuerit, totum lucidum erit*. Proinde nos de noſtro adjecimus *ſic*, quo magis ſentiretur collatio.

21 *Baptizatus eſſet*] ἐβαπτίσθη. Cur non potius *lotus eſſet*, cum de ſimplici manuum lotione loquatur?

22 *Catini*] τῦ πίνακος. Quod non ſolum *catinum*, ſed etiam *quadram* aut *tabellam* ſignificat.

23 *Intus eſt veſtrum*] *Veſtri* mavult Laurentius, ut ſit genitivus pronominis primitivi. Ut non ad ſupellectilem, ſed ad ipſos Phariſæos referatur. Quod apud Matthæum XXIII. ambigue dictum fuit, Lucas explanat addito pronomine ὑμῶν. Quidam enim illic interpretantur immundum eſſe quod in catinis & poculis continebatur, eo quod fraude ac vi partum eſſet. Lucas autem videtur totum hominem ligneis ac fictilibus vaſculis comparare, quæ quum ſint extra hominem, tamen in his mundandis nonnullam religionem ſitam arbitrabantur. Similiter in lotionibus corporum, quæ pars hominis eſt externa, videlicet animi domicilium, quum ipſam mentem ſinerent vitiorum ſordibus inquinatiſſimam eſſe. Commemorat autem duo vitia, quæ penitius latent in animo, *avaritiam* ac *malitiam*, quam Theophylactus interpretatur *invidiam*. Neque enim Græcis eſt κακία, aut ἀνομία, quam fere vertit *iniquitatem*, ſed πονηρία, quæ *perverſam mentem* ſignificat: eoque Dominus oſtendit remedium maxime adverſans avaritiæ & invidiæ, *eleemoſynam*. Qui largitur ſua, multum abeſt ab alienorum rapina: & qui miſeretur indoleſcens malis alienis, multum abeſt ab invidia, quæ gaudet aliorum incommodis, ac maceratur commodis. Et tamen ſenſus ille, quem primo recenſui loco, non repugnat huic comparationi, poteſt enim ſic accipi: Vos Phariſæi præpoſtero judicio pluris facitis externa quam interna, in diſcis & poculis quod externum eſt mundatis, nec datis operam ut cibus potuſque veſter ſit mundus. Apud Deum enim immundum eſt quicquid fraude partum eſt. Itidem crebris lotionibus curatis corporum munditiem, quum mentem habeatis illotam. Huic interpretationi conſentanea ſcribunt Ambroſius ac Theophylactus.

24 *Quod ſupereſt*] τὰ ἐνόντα. Diverſa vox eſt ab ea, quæ frequentior eſt ac tritior, τὸ λοιπόν. Cæterum quod noſter Interpres vertit, *quod ſupereſt*, longe ſecus interpretatur Theophylactus. Ejus verba ſubſcribam: Τὰ ἐνόντα ὖν, τῦτ' ἐςι, τὰ ὑπάρχοντα ὑμῖν. Καλῶς δὲ εἶπεν ἐνόντα, καὶ ὐκ εἶπεν ὄντα, διότι τὰ χρήματα ἔνεισι τῇ καρδίᾳ τῦ φιλοχρημάτυ, καὶ ἐγκάθηνται αὐτῇ. Διὸ καὶ ὁ Δαβὶδ φησι μὴ προςίθεσθαι τὴν καρδίαν τῷ πλύτῳ. Id eſt, *Quæ inſunt igitur, hoc eſt, quæ ſuppetunt vobis. Recte autem dixit* quæ inſunt, *& non dixit* quæ ſunt, *propterea quod pecuniæ inſint cordi avari, atque inſideant ei. Quapropter & David monet non apponendum eſſe cor divitiis.* Theophylactus accipere videtur, ut τὰ ἐνόντα & ἐλεημοσύνην appoſitive jungantur, *date res veſtras eleemoſynam*. Poteſt autem & ſic accipi, ut ſubaudiatur κατὰ, *juxta ea quæ ſuppetunt vobis, date eleemoſynam*. Interpres intellexiſſe videtur, *juxta ea quæ ſunt in vobis*. At quod præteriit non eſt in nobis, atque ob id vertit, *quod ſupereſt*. Quanquam ἔνεςι ſonat *licet*, unde & ἐνόντα dici poſſunt, *quæ ſunt in noſtra poteſtate*. Quidam interpretantur *quod ſupereſt*, id eſt, *quod redundat*, ſed male. Expendat Lector eruditus, num τὰ ἐνόντα poſitum ſit abſolute, pro τὸ ἐνὸν, ut intelligas quæ facta ſunt non poſſe fieri infecta, illud reſtare quod eſt in poteſtate noſtra, ut rapinas penſemus eleemoſynis. Et hunc ſenſum attingit Beda. Illud annotandum, cum modo fecerit mentionem rapinæ, in remedio non fieri mentionem reſtitutionis, tantum pollicetur, eleemoſyna data, omnia fore munda. Sed qui jubetur dare iis, quibus nihil debet, multo magis jubetur reddere, ſi quid cui debet. Præterea *rapinam* Dominus appellat *avaritiam*: ut quod Phariſæi colligebant ex decimationibus licet jure, tamen, quoniam cupiditati ſuæ ſerviebant ſub obtentu Legis obſervandæ, rapina fuerit. Poſtremo *rapina* eſt, quod dives licet recte partum poſſidet, ſi non impartiat egenti proximo. In his non exigitur reſtitutio, ſed ſufficit animi vitium eleemoſyna redimere.

25 *Date eleemoſynam*] δότε ἐλεημοσύνην. Anceps eſt, utrum ſit *date* an *datis*, indicandi modo an imperandi. Juxta poſteriorem lectionem ſenſus erit, Exiſtimatis vos data eleemoſyna liberari ab omni rapina, ſi paululum ex ea contuleritis in pauperes? Siquidem objicit alibi Phariſæis, quod eleemoſynam ſuam facerent coram hominibus. Juxta priorem lectionem ſenſus manifeſtus eſt. Sed tamen hæc adhortatio duriuſcule cohæret cum iis, quæ præcedunt ac ſequuntur, quæ magis exprobrationem habent quam admonitionem. Alioqui quî convenit, ut quos modo fecerit tam ſceleroſos, ſubito data eleemoſyna velit undiquaque mundos videri.

26 *Qui decimatis*] Græcis eſt ὅτι, *quia*, quemadmodum & in cæteris conſentit exemplar aureum. *Mentam*, ἡδύοσμον. Vox dicta ab odoris gratia. Nominat autem duas herbas viles nec admodum neceſſarias ad uſum humanæ vitæ. Et *omne olus* dixit pro *quodvis olus*, hoc eſt, quantumlibet contemptum, inſignem illorum notans avaritiam. Etiamſi divus Ambroſius *decimatis* accipere videtur pro *decimas datis*. Sic enim ſcribit: *Breviter autem vitia eorum multa perſtringit, qui viliorum fructuum decimis conferendis omne ſtudium intendunt ſuum.* Neque ſecus interpretantur Theophylactus & Cyrillus. Cumque hac ſententia magis congruit quod ſequitur, *& præteritis judicium & charitatem Dei.* Judicium hominum eſt, cum quis ex hujuſmodi obſervatiunculis judicatur pius, ſi quis crebro jejunet, ſi quis multum precularum dicat, ſi quis ſordide veſtiatur. Judicium Dei eſt, cum ex animi affectu pietas hominis æſtimatur. Charitas hominum eſt, cum leviculo beneficio juvatur quiſpiam, quod aliquoties præſtabat collatum non eſſe. Charitas Dei eſt, cum in his ſuccurritur homini, quæ ad illius æternam ſalutem pertinent, cum hic affectus præſtatur & inimicis. Et haud ſcio, an hic Chriſti ſermo ad iſtos pertineat, qui benignitate ſua rem augent Monaſteriorum, aut Collegiorum, fortaſſis etiam Pontificum opibus plus ſatis affluentium, præteritis egenis, nonnunquam cognatis, aut etiam liberis.

ρλη ε 44 σμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς. Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἐςὲ ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ περιπατοῦντες ἐπάνω ὐκ οἴδασιν. ρλθ ε 45 Ἀποκριθεὶς δέ τις τῶν Νομικῶν λέγει αὐτῷ, 46 Διδάσκαλε, ταῦτα λέγων καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις. Ὁ δὲ εἶπε, Καὶ ὑμῖν τοῖς Νομικοῖς οὐαὶ, ὅτι φορτίζετε τὺς ἀνθρώπυς φορτία δυσβάσακτα, καὶ αὐτοὶ ἑνὶ τῶν δακτύλων ὑμῶν ὐ προσψαύετε τοῖς φορτίοις. Οὐαὶ ὑμῖν, ρμ ε 47 ὅτι οἰκοδομεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν Προφητῶν, οἱ δὲ πα- 48 τέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν αὐτύς. Ἄρα μαρτυρεῖτε καὶ συνευδοκεῖτε τοῖς ἔργοις τῶν πατέρων ὑμῶν, ὅτι αὐτοὶ μὲν ἀπέκτειναν αὐτὺς, ὑμεῖς δὲ οἰκοδομεῖτε αὐτῶν τὰ ρμα ε 49 μνημεῖα. Διὰ τῦτο καὶ ἡ σοφία τῦ Θεῦ εἶπεν, Ἀποσελῶ εἰς αὐτὺς Προφήτας καὶ Ἀποσόλους, καὶ ἐξ 50 αὐτῶν ἀποκτενῦσι καὶ διώξουσιν. Ἵνα ἐκζητηθῇ τὸ αἷμα πάντων τῶν Προφητῶν, τὸ ἐκχυνόμενον ἀπὸ κα- 51 ταβολῆς κόσμου ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης, Ἀπὸ τῦ αἵματος Ἄβελ ἕως τῦ αἵματος Ζαχαρίου τῦ ἀπολομένου μεταξὺ τῦ θυσιαςηρίυ καὶ τῦ οἴκου· ναὶ λέγω ρμβ ε 52 ὑμῖν, ἐκζηθήσεται ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης. Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς Νομικοῖς, ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως, αὐτοὶ ὐκ εἰσήλθετε, καὶ τὺς εἰσερχομένους ἐκωλύσα- ρμγ ε 53 τε. Λέγοντος δὲ αὐτῦ ταῦτα πρὸς αὐτὺς, ἤρξαντο οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι δεινῶς ἐνέχειν, καὶ απο- 54 σομίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων, Ἐνεδρεύοντες αὐτὸν, καὶ ζητῦντες θηρεῦσαί τι ἐκ τῦ σόματος αὐτῦ, ἵνα XII. 1 κατηγορήσωσιν αὐτῦ. Ἐν οἷς ἐπισυναχθεισῶν τῶν μυριάδων τῦ ὄχλου, ὥςε καταπατεῖν ἀλλήλους, ἤρξα- ρμδ ,ϛ το λέγειν πρὸς τὺς μαθητὰς αὐτῦ, Πρῶτον προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων, ἥτις ἐςὶν ὑπόκρισις.

Alias τοῖς ἀνθρώποις.

A bis Pharisæis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Væ vobis Scribæ & 44 Pharisæi hypocritæ, quia estis ut monumenta quæ non apparent, & homines ambulantes super ea nesciunt. Respondens autem quidam ex Legisperitis 45 ait illi, Magister, hæc dicens etiam nos afficis contumelia. At ille ait, Et vobis Legisperitis væ, quia one- 46 ratis homines oneribus 27 quæ portare non possunt, & ipsi uno digito vestro 28 non attingitis sarcinas. Væ vobis, quia ædificatis monumenta Prophetarum, 47 patres autem vestri occiderunt illos. Profecto testa- 48 mini 29 quod comprobatis facta patrum vestrorum, quoniam illi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulchra. Propterea & sapientia Dei 49 dixit, Mittam ad illos Prophetas & Apostolos, & ex illis occident & persequentur. Ut requiratur sanguis 50 omnium Prophetarum, qui effunditur a constitutione mundi 30 a natione ista, A sanguine Abel usque 51 B ad sanguinem Zachariæ, qui periit 31 inter altare & ædem: 32 profecto dico vobis, requiretur ab hac natione. Væ vobis Legisperitis, quia 33 tulistis clavem 52 scientiæ, ipsi non introistis, & eos, qui introibant, vetuistis. Quum autem hæc ad illos diceret, cœpe- 53 runt Scribæ & Pharisæi graviter 34 insistere, 35 & captiose interrogare eum de multis, Insidiantes ei, 54 & quærentes aliquid venari ex ore ejus, quo accusarent eum. Quum autem convenisset 1 innumera 1 XII. turbæ multitudo, adeo ut se invicem conculcarent, C cœpit dicere 2 ad discipulos suos, Primum 3 cavete vobisipsis a fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.

27 *Quæ portare non possunt*] δυσβάσακτα, id est, *difficilia portatu.*

28 *Non tangitis sarcinas*] τοῖς φορτίοις. Idem verbum, quod modo vertit *onera.* Et significantius erat *attingitis*, quam *tangitis*, & appositius ad Græcam vocem. Hic locus ad eos pertinet, qui constitutionibus humanis illaqueant populum, non aliò spectantibus quam ad commodum eorum qui instituunt.

29 *Quod consentitis*] συνευδοκεῖτε, id est, *comprobatis.*

30 *A generatione*] Γενεὰ, quo sæpe utuntur Sacræ Litteræ, Græcis sonat *ætatem.* Neque enim est hîc eadem vox, qua Matthæus utitur in generatione Christi.

31 *Inter altare & ædem*] καὶ τῦ οἴκυ, id est, *domum*, sed partem templi intelligit.

32 *Ita dico vobis*] *Ita* non est hîc ὕτως, sed ναὶ, quod aliquoties transfert *etiam*, aliquoties *utique*, adverbium vehementer affirmantis. Verti poterat *profecto* sive *certe.*

33 *Tulistis clavem*] ἤρατε. A *tollo*, hoc est, *recepistis in vos. Tollimus* enim gladium ad iter, & *tollimus*, quod ab aliis auferimus.

34 *Insistere*] συνέχειν, id est, *cohibere.* Verum emendatiores codices habebant ἐνέχειν, id est, *immittere*, sive *urgere*, atque ita consentaneum est Interpretem legisse.

35 *Et os ejus opprimere*] ἀποσομίζειν. Interpres legisse videtur ἐπισομίζειν, quod significat *obturare os*, nec sinere loqui. At Græci codices habent ἀποσομίζειν, quod magis significat *pendere ab ore*, & observare quid dicatur. Atque id longe rectius quadrat cum his, quæ præcesserunt & sequuntur: *Insistebant ei, & insidiabantur, & quærentes capere aliquid ex ore ejus.* Neque enim hæc competunt in eum, qui occludat os loquentis. Denique ad hunc modum interpretantur Græci Interpretes. Quod si quis mihi parum habet fidei, ipsius Theophylacti verba subscribam, quod ad hunc attinet locum: Καὶ δὲ ἀποσομίζειν αὐτὸν ἤρξαντο, τῦτ' ἔςι, πυκνῶς ἐρωτᾷν αὐτὸν καὶ ἀπορεῖν. Γίνεται γὰρ τὸ ἀποσομίζειν, ὅταν πλείονες ἐρωτῶσιν ἕνα περὶ ἄλλων καὶ ἄλλων ὑποθέσεων· τότε γὰρ μὴ δυνάμενος ἀποκρίνεσθαι, ἔμφασιν δίδωσι τῦ ἀνοήτυ ἐξαπορηθῆναι. Τῦτο τοίνυν ἐσοφίζοντο καὶ οἱ κατάρατοι ἐκεῖνοι κατὰ Χριςῦ. Πολλοὶ γὰρ ἐρωτῶντες τὸν ἕνα, ἐδόκυν ἀποσοματίζειν αὐτὸν, καὶ εἰς ἀπορίαν ἄγειν, ὡς μὴ δυνάμενον ἀποκρίνεσθαι· ὅπερ εἰκότως ἐγένετο. Πῶς γὰρ ὁ εἷς δύναιτο πολλοῖς ἀποκρίνεσθαι, ἄλλα καὶ ἄλλα ἐρωτῶσιν; Δύναται δὲ τὸ ἀποσομίζειν, καὶ ὕτως νοηθῆναι, ἀντὶ τῦ παγιδεύειν αὐτὸν, καὶ ἀπὸ τῦ σόματος κρατεῖν. Ὅταν γάρ τις κρατηθῇ ἀφ' ὧν λέγει, ἀποσομίζεσθαι δοκεῖ, τῦτ' ἔςιν, ἀπὸ τῦ σόματος ἕλκεσθαι καὶ κατακρίνεσθαι. Δηλοῖ δὲ τῦτο καὶ τὰ ἐφεξῆς. Ζητῦντες γὰρ, φησι, θηρεῦσαί τι ἐκ τῦ σόματος αὐτῦ. Ὅπερ γὰρ πρὸ ὀλίγυ εἶπεν ἀποσοματίζειν, τῦτο νῦν λέγει θηρεῦσαί τι ἐκ τῦ σόματος αὐτῦ. Quæ nec transferre gravabor in gratiam eorum, qui Græce nesciunt. *Verum* ἀποσομίζειν *etiam illum cœperunt, hoc est, frequenter interrogare eum & perplexum reddere. Fit enim* τὸ ἀποσομίζειν, *cum plures interrogant unum de aliis atque aliis argumentis: tum enim qui non potest respondere, speciem præbet stulti, quod hæreat. Hoc sane tunc moliebantur etiam scelesti illi adversus Christum. Nam cum multi interrogarent unum, videbantur* ἀποσομίζειν *illum, & ad hæsitantiam deducere, ut qui non posset respondere: id quod probabiliter accidisset. Quo pacto enim unus posset multis respondere, alia atque alia interrogantibus. Quanquam potest* ἀποσομίζειν *& sic accipi, pro eo, quod est illaqueare eum, & ab ore capere. Cum enim quis capitur ex his, quæ dicit,* ἀποσομίζεσθαι *videtur, hoc est, ab ore trahi ac condemnari. Declarant autem hoc & ea quæ sequuntur. Quærentes enim, inquit, venari quippiam ex ore illius. Quod enim paulo ante dixerat* ἀποσομίζειν, *hoc nunc dicit venari quippiam ex ore ejus.* Hactenus Theophylactus. Cæterum ne Laurentius quidem satis attentus fuit hoc loco, qui ἀποσομίζειν, sive ἀποσοματίζειν, nam utrumque reperio, putat unico verbo reddi potuisse, *interpellare*, sive *obstrepere*, sive *obloqui.* Et tamen is ἐπισοματίζειν legit, non ἀποσομίζειν. Equidem non memini legere verbum hoc apud alios auctores præter quam apud paucos, nempe Athenæum lib. *Dipnosophistarum* octavo, pro eo quod est *memoriter recitare*, nullo codicis auxilio, quod vulgo dicunt *oretenus dicere.* Ejus verba subscribam: Καὶ ὁ Πλύταρχος ἔφη Ῥοδιακὴν εἶναι λεγομένην ἱςορίαν, ἣν ἐπὶ τῦ παρόντος ἀποσοματίζειν ὐ δύνασθαι, τῷ πάνυ πρὸ πολλῦ ἐντετυχηκέναι τῷ ταῦτα περιέχοντι βιβλίῳ. Id est, *Et Plutarchus ajebat esse fabulam, quæ Rhodiaca diceretur, sed quam in præsentia non posset memoriter referre, quod ante plurimum temporis incidisset in eum librum, in quo illa continerentur.* Adstipulatur & Hesychius, ἀποσομίζειν, inquiens, ἀπὸ μνήμης ἀξιῦν λέγειν, id est, *memoriter velle dicere.* Quanquam idem mox interpretatur ἀποσομίζων φιμῶν, id est, *obturans* sive *occludens os.* Quod quidem posterius propius accedit ad sensum Evangelistæ. Verum haud scio an ἐπισομίζειν legendum sit pro ἀποσομίζειν. Quo verbo usus est Athenæus eodem in libro paulo inferius: Πάντας γὰρ ἐπισομίζειν πειρώμενος, ὐδενὸς μὲν ἀμαθίαν κατέγνως, σαυτὸν δὲ ἀποφαίνεις κενώτερον λεβηρίδος. Id est, *Etenim dum omnibus studes occludere os, non alios inscitiæ condemnas, sed teipsum ostendis inaniorem leberide.* Consimilem in modum usus est Paulus in Epistola ad Titum cap. 1. ὓς δεῖ ἐπισομίζειν, ubi Hieronymus vertit *silentium indici.* Theophylacti Interpres *redargui.* Cujus verbi meminit Julius Pollux lib. 11. exponens ἐπισομίσαι, τὸ ἐπισχεῖν τὸν λέγοντα, id est, *cohibere loquentem.* Idem indicat ἀποσοματίζεσθαι & apud Platonem inveniri, qui scripserit alicubi, τὺς παῖδας ἀποσοματίζεσθαι, quoties exigentibus præceptoribus pueri reddunt memoriter quæ præcepta sunt. Quin & ipsum quod redditur, ἀποσοματίζεσθαι dici, ut vel ad rem, vel ad personam referatur. Nos certe comperimus apud Aristotelem in Elenchis consimili sensu. Quod ipsum non male congruit huic loco. Etenim præceptores solent, quum examinant discipulos, frequenter interpellare rogatiunculis, tentantes an intelligant quæ pronunciant, ut, si quid errarint, corrigant. Sic isti, quemadmodum interpretatur Cyrillus, multis quæstiunculis interpellabant Dominum, ut, si non responderet, videretur indoctus: sin male responderet, coargueretur: aut si bene quoque responderet, tamen ex multis præberetur ansa reprehendendi. Quæ nobis apud idoneos auctores super hoc verbo comperta sunt, in medium attuli, prudenti Lectori judicium relinquens ac delectum.

1 *Multis turbis*] τῶν μυριάδων τῦ ὄχλυ, id est, *myriadibus turbæ.* Μυριὰς autem Græce significat *decem millia.* Quanquam ea voce abutuntur pro innumerabili multitudine. Unde verti poterat, *innumera turba multitudo.* Nec est *concurrentibus*, sed ἐπισυναχθεισῶν, id est, *simul aggregatis.* Vetusti codices habebant *circumstantibus.*

2 *Ad discipulos*] Hîc Græci addunt πρῶτον, id est, *prius* sive *primum.* Qaunquam adverbium ita positum est, ut possit utrovis referri, *Primum dixit ad discipulos*, sive *Primum attendite.* Deinde est,

3 *Attendite*] προσέχετε ἑαυτοῖς.

 4 Re-

ρμε 2 κρίσεις. Οὐδὲν δὲ συγκεκαλυμμένον ἐστὶν, ὃ οὐκ ἀποκα- 3 λυφθήσεται, καὶ κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται. Ἀνθ᾽ ὧν ὅσα ἐν τῇ σκοτίᾳ εἴπατε, ἐν τῷ φωτὶ ἀκουσθήσεται, καὶ ὃ πρὸς τὸ οὖς ἐλαλήσατε ἐν τοῖς ταμείοις, κηρυχθήσεται 4 ἐπὶ τῶν δωμάτων. Λέγω δὲ ὑμῖν τοῖς φίλοις μου, Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, καὶ μετὰ 5 ταῦτα μὴ ἐχόντων περισσότερόν τι ποιῆσαι. Ἀποδείξω δὲ ὑμῖν τίνα φοβηθῆτε· φοβήθητε τὸν μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι ἐξουσίαν ἔχοντα ἐμβαλεῖν εἰς τὴν γέενναν· ναὶ λέγω 6 ὑμῖν, τοῦτον φοβήθητε. Οὐχὶ πέντε στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίων δύο; καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐκ ἐπιλελησμένον ἐνώπιον 7 τοῦ Θεοῦ. Ἀλλὰ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ὑμῶν πᾶσαι ἠρίθμηνται. Μὴ οὖν φοβεῖσθε· πολλῶν στρουθίων δια- 8 φέρετε. Λέγω δὲ ὑμῖν, Πᾶς ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁμο- ρμϛ 9 λογήσει ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τῶν Ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ ἀρνησάμενός με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ἀπαρνηθήσεται ρμζ 10 ἐνώπιον τῶν Ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ. Καὶ πᾶς ὃς ἐρεῖ λόγον εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· τῷ δὲ εἰς ρμη 11 τὸ ἅγιον Πνεῦμα βλασφημήσαντι οὐκ ἀφεθήσεται. Ὅταν δὲ προσφέρωσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὰς συναγωγὰς, καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας, μὴ μεριμνᾶτε, πῶς ἢ τί ἀπολογήση- 12 σθε, ἢ τί εἴπητε. Τὸ γὰρ ἅγιον Πνεῦμα διδάξει ὑ- ρμθ 13 μᾶς ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ἃ δεῖ εἰπεῖν. Εἶπε δέ τις αὐτῷ ἐκ τοῦ ὄχλου, Διδάσκαλε, εἰπὲ τῷ ἀδελφῷ μου με- 14 ρίσασθαι μετ᾽ ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Ἄνθρωπε, τίς με κατέστησε δικαστὴν ἢ μεριστὴν ἐφ᾽ 15 ὑμᾶς; Εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς, Ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας, ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ 16 αὐτοῦ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ. Εἶπε δὲ παραβολὴν πρὸς αὐτοὺς, λέγων, Ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου εὐφό- 17 ρησεν ἡ χώρα· Καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῷ, λέγων, Τί 18 ποιήσω, ὅτι οὐκ ἔχω ποῦ συνάξω τοὺς καρπούς μου; Καὶ εἶπε, Τοῦτο ποιήσω· καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω, καὶ συνάξω ἐκεῖ πάντα τὰ γεννή- 19 ματά μου, καὶ τὰ ἀγαθά μου, Καὶ ἐρῶ τῇ ψυχῇ μου, Ψυχὴ ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλὰ, ἀνα- 20 παύου, φάγε, πίε, εὐφραίνου. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Θεὸς, Ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ 21 σοῦ· ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται; Οὕτως ὁ θησαυρίζων 22 ἑαυτῷ, καὶ μὴ εἰς Θεὸν πλουτῶν. Εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μα- ρν 1 θητὰς αὐτοῦ, Διὰ τοῦτο ὑμῖν λέγω, μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε, μηδὲ τῷ σώματι, τί ἐνδύσησθε. 23 Ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύ- 24 ματος. Κατανοήσατε τοὺς κόρακας, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν, οἷς οὐκ ἔστι ταμεῖον, οὐδὲ ἀποθήκη, καὶ ὁ Θεὸς τρέφει αὐτούς· πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς διαφέρετε τῶν πετει- 25 νῶν; Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ 26 τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα; Εἰ οὖν οὔτε ἐλάχιστον δύ- 27 νασθε, τί περὶ τῶν λοιπῶν μεριμνᾶτε; Κατανοήσατε τὰ κρίνα πῶς αὐξάνει, οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει· λέγω δὲ ὑμῖν, οὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς

crisis. Nihil enim opertum est, quod non 4 revelabitur, neque absconditum, quod non scietur. 3 Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine audientur, & quod in aurem loquuti estis 5 in conclavibus, prædicabitur in tectis. 4 Dico autem vobis amicis meis, Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent quod amplius faciant. 5 Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem conjiciendi in gehennam: 6 certe dico vobis, hunc timete. 6 Nonne quinque passerculi veneunt 7 minutis assibus duobus? & unus ex illis non est 8 in oblivione coram Deo. 7 Quin & pili capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis. 8 Dico autem vobis, Omnis quicunque 9 confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei. 9 Qui autem negaverit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei. 10 Et quisquis loquitur dictum in Filium hominis, remittetur illi: ei vero, qui in Spiritum sanctum convitium dixerit, non remittetur. 11 Quum autem adduxerint vos ad synagogas, & magistratus, ac potestates, nolite solliciti esse, 10 qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. 12 Spiritus enim sanctus docebit vos in eadem hora, quid oporteat vos dicere. 13 Ait autem ei quidam de turba, Magister, dic fratri meo ut dividat mecum hæreditatem. 14 At ille dixit ei, Homo, quis me constituit judicem aut divisorem super vos? 15 Dixitque ad illos, Videte & cavete 11 ab avaritia, quia non in abundantia cujusquam vita ejus est ex his quæ possidet. 16 Dixit autem similitudinem ad illos, dicens, Hominis cujusdam divitis uberes fructus ager attulit: 17 Et cogitabat intra se, dicens, Quid faciam, quod non habeam quo congregem fructus meos? 18 Et dixit, Hoc faciam: destruam horrea mea, & majora exstruam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi bona mea, 19 Et dicam animæ meæ, Anima habes multa bona reposita in annos multos, requiesce, comede, bibe, 12 gaude. 20 Dixit autem illi Deus, Stulte, hac nocte animam tuam 13 repetunt abs te: quæ vero parasti, 14 cui cedent? 21 15 Sic qui recondit sibi, nec est erga Deum dives. 22 Dixitque ad discipulos suos, Ideo dico vobis, Nolite solliciti esse animæ vestræ, quid edatis, neque corpori, quid induamini. 23 Anima plus est quam esca, & corpus plus quam indumentum. 24 Considerate corvos, quia non seminant, neque metunt, 16 quibus non est penuarium, neque horreum, & Deus pascit illos: quanto magis vos 17 præstatis volucribus? 25 Quis autem vestrum 18 sollicitudine sua potest adjicere ad staturam suam cubitum unum? 26 Si ergo ne id quidem quod minimum est potestis, quid de cæteris solliciti estis? 27 Considerate lilia quomodo cre-

4 *Reveletur*] *Revelabitur* est Græce, & *scietur*, non *sciatur*, *ἀποκαλυφθήσεται, γνωσθήσεται.*

5 *In cubiculis*] *ἐν τοῖς ταμείοις*, id est, *in penetralibus*, sive *intimis ædium*.

6 *Ita dico vobis*] Rursum est *ναὶ*, de quo modo admonui, affirmantis adverbium.

7 *Dupondio*] Exposuit Interpres quod vertit. Nam Græce est, *ἀσσαρίων δύο*, id est, *assibus duobus*. Quanquam Græca vox diminutiva est, sicut & *passerculi*.

8 *In oblivione*] *ἐπιλελησμένον*. Quasi passive dicas *oblitum*.

9 *Confessus fuerit me*] Græce est, *ἐν ἐμοὶ*, id est, *in me*. Sic non est, *confitebitur eum*, sed *in eo*, id tamen ad sensum nihil refert, tantum est idiomatis Hebraici.

10 *Qualiter aut quid respondeatis*] *τί ἀπολογήσησθε*, id est, *quid responsuri sitis*, sed proprie accusanti. Hoc est, quibus modis verba facturi sitis, & qua ratione instituturi defensionem, quidve adducturi pro defensione causæ, quemadmodum vulgus reorum facit, qui solent utroque modo periclitari, si vel formam agendi nesciant, vel parum instructi sint ad refellendum quod objicitur.

11 *Ab omni avaritia*] *Omni* non additur in Græcis codicibus. Nec est simpliciter *avaritia*, quæ magis dicitur *φιλαργυρία*, sed est *πλεονεξία*, nomen *a plus habendo* dictum, quo sæpenumero usus est divus Paulus. Ubi quis fraudatis aliis plus usurpat sibi quam par est.

12 *Epulare*] *εὐφραίνου*, id est, *lætare*. Neque enim opus erat repetere *epulare*, cum ante dictum sit, *comede*, *bibe*. Cæterum verbum *εὐφραίνομαι* inde dictum, quod animo bene sit, omnes vitæ voluptates complectitur, quibus animus oblectat se. Proinde in Psalmis, *Et vinum lætificat cor hominis*, Græcis est, *εὐφραίνει*. At hic perpetuo vertit *epulari*. Nam & aliquanto post, videlicet cap. xv. *Adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur*, *εὐφρανθῶμεν*. Ac rursum, *Et cœperunt epulari*, *εὐφραίνεσθαι*. Id secutus, opinor, quod *epulari* non sit simpliciter agere convivium, sed genialiter & opipare comessari.

13 *Repetent*] *ἀπαιτοῦσιν*, id est, *repetunt*, sive *reposcunt*. Sic & Hieronymus subinde citat, ut sit præsentis temporis: & aptior est hypallage ad mox imminens periculum significandum. Cyprianus in Precationem Dominicam adducit his verbis, *Stulte, hac nocte expostulatur anima tua*. Et *repetunt* habebat exemplar Constantiense.

14 *Cujus erunt*] *τίνι ἔσται*, id est, *cui erunt?* hoc est, *cui cedent*, & quem dominum sortientur. Et apud Paulum hic color, *si fuerit alteri viro*, id est, *cum altero viro*.

15 *Sic est qui sibi*] *Est* non additur in Græcis exemplaribus, ut liberum sit subaudire, quod commodissimum sit.

16 *Quibus non est cellarium*] Pro *cellario* Græcis idem verbum est, quod jam aliquoties vertit *cubiculum*, *ταμεῖον*. Qui proprie locus est in ædibus, in quo esculenta poculentaque reponuntur, a *ταμιεύειν*, quod est *dispensare victum*, & *ταμίας promus-condus*. Porro quod Laurentius cavillatur, *cellam* accipi pro *vinaria* duntaxat, & corvos esse hydropotas, bis erravit. Nam primum *cella*, a *celando* dicta, non vini tantum reconditorium est. Deinde, si corvi non bibunt vinum, hoc magis facit ad sensum Evangelicum, ut qui quovis potu contenti, quem passim obvium præbet omnibus natura, non egeant cellis vinariis.

17 *Pluris estis illis*] *διαφέρετε τῶν πετεινῶν*, id est, *præcellitis volucribus*. Nam *διαφέρειν*, tametsi significat *differre*, usurpatur tamen sæpenumero pro *præstare* & *antecellere*. In quem sensum usus est & Paulus ad Philippenses cap. primo. Item ad Romanos cap. secundo.

18 *Cogitando*] *μεριμνῶν*, id est, *sollicitudine*. Quanquam Græce

28 ὡς ἓν τέτων. Εἰ δὲ τὸν χόρτον, ἐν τῷ ἀγρῷ σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον, ὁ Θεὸς ὕτως ἀμφιέννυσι, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγόπιςοι; 29 Καὶ ὑμεῖς μὴ ζητεῖτε τί φάγητε, ἢ τί πίητε· καὶ 30 μὴ μετεωρίζεσθε. Ταῦτα γὰρ πάντα τὰ ἔθνη τῦ κόσμυ ἐπιζητεῖ· ὑμῶν δὲ ὁ Πατὴρ οἶδεν, ὅτι χρῄζετε τέτων. 31 Πλὴν ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τῦ Θεῦ, καὶ ταῦτα 32 πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. Μὴ φοβηθῆτε τὸ μικρὸν ποίμνιον, ὅτι εὐδόκησεν ὁ Πατὴρ ὑμῶν δῦναι ὑ-33 μῖν τὴν βασιλείαν. Πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, καὶ δότε ἐλεημοσύνην. Ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια μὴ παλαιέμενα, θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς ὐρανοῖς, 34 ὅπου κλέπτης ὐκ ἐγγίζει, ὐδὲ σὴς διαφθείρει. Ὅπυ γάρ ἐςιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία ὑμῶν 35 ἔςαι. Ἔςωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι, καὶ 36 οἱ λύχνοι καιόμενοι. Καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον αὐτῶν, πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων, ἵνα, ἐλθόντος καὶ κρύσαντος, εὐθέως ἀνοίξω-37 σιν αὐτῷ. Μακάριοι οἱ δῦλοι ἐκεῖνοι, ὓς ἐλθὼν ὁ κύριος εὑρήσει γρηγορῦντας· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι περιζώσεται, καὶ ἀνακλινεῖ αὐτὺς, καὶ παρελθὼν διακονήσει 38 αὐτοῖς. Καὶ ἐὰν ἔλθῃ ἐν τῇ δευτέρᾳ φυλακῇ, καὶ ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ ἔλθῃ, καὶ εὕρῃ ὕτως, μακάριοί εἰσιν 39 οἱ δῦλοι ἐκεῖνοι. Τῦτο δὲ γινώσκετε, ὅτι εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης, ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἐγρηγόρησεν 40 ἂν, καὶ ὐκ ἂν ἀφῆκε διορυγῆναι τὸν οἶκον αὐτῦ. Καὶ ὑμεῖς ὖν γίνεσθε ἕτοιμοι, ὅτι ᾗ ὥρᾳ ὐ δοκεῖτε, ὁ Υἱὸς 41 τῦ ἀνθρώπυ ἔρχεται. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Πέτρος, Κύριε, πρὸς ἡμᾶς τὴν παραβολὴν ταύτην λέγεις, ἢ καὶ 42 πρὸς πάντας; Εἶπε δὲ ὁ Κύριος, Τίς ἄρα ἐςὶν ὁ πιςὸς οἰκονόμος καὶ φρόνιμος, ὃν καταςήσει ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ, τοῦ διδόναι ἐν καιρῷ τὸ σι-43 τομέτριον; Μακάριος ὁ δῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ 44 κύριος αὐτοῦ εὑρήσει ποιοῦντα οὕτως. Ἀληθῶς λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῦ καταςήσει 45 αὐτόν. Ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, Χρονίζει ὁ κύριός μου ἔρχεσθαι, καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς παῖδας καὶ τὰς παιδίσκας, ἐσθίειν τε 46 καὶ πίνειν καὶ μεθύσκεσθαι. Ἥξει ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ γινώσκει, καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ 47 μετὰ τῶν ἀπίςων θήσει. Ἐκεῖνος δὲ ὁ δοῦλος ὁ γνὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ, καὶ μὴ ἑτοιμάσας, μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται πολλάς. 48 Ὁ δὲ μὴ γνοὺς, ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσεται ὀλίγας. Παντὶ δὲ ᾧ ἐδόθη πολὺ, πολὺ ζητήσεται παρ' αὐτοῦ, καὶ ᾧ παρέθεντο πολὺ, περισσό-49 τερον αἰτήσουσιν αὐτόν. Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ

crescunt, non laborant, neque nent: dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut unum ex istis. [19] Si autem gramen, quod hodie 28 est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, [20] quanto magis vos *vestiet*, ô parum fidentes? Et vos nolite quærere quid esuri sitis, aut quid bibi- 29 turi: & nolite [21] in sublime tolli. Hæc enim omnia 30 gentes mundi quærunt: Pater autem vester scit, quod istis indigeatis. Quin potius quærite regnum Dei, 31 & hæc omnia adjicientur vobis. Noli timere pusille 32 grex, quia complacitum est Patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosy- 33 nam. Parate vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis, quo fur non accedit, neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus ve- 34 ster est, ibi & cor vestrum erit. Sint lumbi vestri præ- 35 cincti, & lucernæ accensæ. Et vos similes homini- 36 bus exspectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis, ut, quum venerit ac pulsaverit, confestim aperiant ei. Beati servi illi, quos, quum vene- 37 rit dominus, invenerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigi- 38 lia, & si in tertia vigilia venerit, atque ita invenerit, beati sunt servi illi. Hoc autem scitote, quod [22] si 39 scisset paterfamilias, qua hora fur venturus fuisset, vigilasset utique, nec passus fuisset perfodi domum suam. Et vos igitur estote parati, quia qua hora non 40 putatis, Filius hominis veniet. Ait autem ei Petrus, 41 Domine, ad nos dicis istam parabolam, an etiam ad omnes? Dixit autem Dominus, Quisnam est fidelis 42 dispensator ac prudens, quem constituet dominus [23] super famulitium suum, ut det illis in tempore [24] demensum cibum? Beatus ille servus, quem, quum vene- 43 rit dominus, invenerit ita facientem. Vere dico vo- 44 bis, quod omnibus, quæ possidet, præficiet illum. Quod si dixerit servus in corde suo, Differt dominus 45 meus reditum, cœperitque percutere servos & ancillas, & edere bibereque & inebriari. Veniet dominus 46 servi illius in die quo non sperat, & hora qua nescit, & dissecabit eum, partemque ejus [25] cum infidis ponet. Ille autem servus qui cognovit voluntatem do- 47 mini sui, & non se præparavit, nec fecit secundum voluntatem ejus, [26] plagis vapulabit multis. Qui au- 48 tem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Porro cuicumque multum datum est, multum quæretur ab eo, & cui commendaverunt multum, plus petent ab eo. Ignem veni missurus in ter- 49 ram,

Græce participium est, quasi dicas *curans*, sive *sollicite cogitans*.

19 *Si autem fœnum*] τὸν χόρτον. Cur non potius *gramen* aut *herba*, quemadmodum & alias transtulit? Nisi forte nihil interest inter *fœnum* & *gramen*. Ad hoc enim adhibetur similitudo, ut intelligamus Deum non neglecturum nos, cum curet & gramen, quod eodem die viret, & desectum eodem die exarescit, maxime in æstuosis regionibus.

20 *Quanto magis vos pusillæ fidei*] *Vos* accusandi casu profertur, ὑμᾶς, ut subaudias *vestiet*. Et *modicæ fidei*, Græcis composita dictio est, ὀλιγόπιςοι, quod sonat *parum fidentes*. Nam fides est præstantis, & fides est fidentis. Sic enim nos abutimur Christiani.

21 *Nolite in sublime tolli*] μὴ μετεωρίζεσθε. Quod non proprie pertinet ad tumorem, quod Græci vocant μεγάλα φρονεῖν, sed magis ne curemus ea quæ supra nos sunt: μετέωρα enim vocantur, quæ sunt in nubibus, & in sublimi aëris regione: de quibus *Meteorologica* scripsit Aristoteles. Consentit cum doctrina Christi dictum illud Socraticum, *Quæ supra nos, nihil ad nos*. Nec video quomodo hæc particula quadret cum præcedentibus ac sequentibus, nisi sentiatur de his, qui ex astrorum cursu procul in futurum consulunt, qui fere mos est divitum ac principum. Theophylactus aliique Græci interpretantur μετεωρίζεσθαι, qui præsentibus non est contentus, sed semper inhiat majoribus, quæ profecto cupiditatum humanarum est natura. Et quodammodo supra conditionem hominis attollit sese, qui congerit opes in longinquum, ignarus an postridie sit victurus. *Et justitiam ejus*. Hæc verba non adduntur apud hunc Evangelistam, nec in Græcis nec in vetustis Latinorum exemplaribus, verum ex alio loco huc translata sunt. Atque adeo nec *primum* adverbium additur. Consentit cum Græca lectione codex aureus, atque etiam Donatianici, postremo & Constantiensis. In quibus scriptum reperi, *Quærite regnum Dei, & hæc omnia adjicientur* &c. Verum quod deesse videbatur in Luca, studiosus aliquis adjecit ex sexto capite Matthæi.

22 *Si sciret paterfamilias*] Lucas usus est verbis præteriti temporis, *Si scisset, vigilasset, & non sivisset*, ᾔδει, ἐγρηγόρησεν, ἀφῆκε. Ponit enim veluti parabolam alicujus, cujus domus perfossa sit.

23 *Super familiam*] ἐπὶ τῆς θεραπείας, id est, *supra famulitium*, ut intelligas tantum præfectum famulis, non etiam liberis. Quod genus servorum *columen familiæ* vocant. Jam illud, Τίς ἄρα, *Quis putas* vertit suo more, pro *Quis*, sive *Quisnam*. Nec est *constituit*, præsentis temporis, sed καταςήσει, *constituet*, futuri temporis, suffragante exemplari Paulino, licet in Matthæo habeatur *constituit*.

24 *Tritici mensuram*] σιτομέτριον. Referri potest ad omnem cibum. Id quod Latine vocant *demensum*, sive quod ad certum modum tribuatur, sive quod in singulos menses redderetur, ut Donato placet. Ita Terentius in Phormione: *Quod ille unciatim vix de demenso suo, suum defraudans genium, comparsit miser*. Et Plautus in Sticho: *Vos meministis quot calendis petere demensum cibum*. Cæterum Græcis dictio composita est σιτομέτριον, ex *frumento* & *mensura*, non ex *tritico*. Quanquam σῖτος Græcis aliquando *frumentum*, aliquando mutato genere *quemlibet cibum* significat. Neque enim servi solo tritico alebantur. Atque illud *dividet*, est διχοτομήσει, id est, *in duas dividet partes*, sive *dissecabit*.

25 *Cum infidelibus*] μετὰ τῶν ἀπίςων, id est, *cum infidis*, pro quo Matthæus dixit, *cum hypocritis*. Nam qui fidus est, non simulat, neque dissimulat.

26 *Vapulabit multis*] Ac paulo post *plagis vapulabit*. Cur non utrobique addidit *plagis*, aut utrobique omisit? Quandoquidem apud Græcos utrobique subauditur *plagis*. Verum hoc nos distinctione corrupimus: etenim ablativus *plagis*, quem nos referimus ad *paucis*, ad *digna* fuerat referendum, ἄξια πληγῶν, atque ita utroque loco in πολλὰς & ὀλίγας subaudiendum πληγάς. Sic enim distinguunt Græci, Ὁ δὲ μὴ γνὺς, ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσεται ὀλίγας. Ea vero forma dixit *vapulare multas plagas*, qua dicimus Attico more *gaudere gaudium*, & *dolere dolorem*. Augustinus ad Valentinum *de gratia & libero arbitrio* capite III. nescio quid sequutus legit, *vapulabit pauca*, & *vapulabit multa*.

27 Et

50 καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη; Βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτι-
51 σθῆναι· καὶ πῶς συνέχομαι, ἕως οὗ τελεσθῇ; Δοκεῖτε, ὅτι
εἰρήνην παρεγενόμην δοῦναι ἐν τῇ γῇ; Οὐχὶ, λέγω ὑμῖν,
52 ἀλλ' ἢ διαμερισμόν. Ἔσονται γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν πέντε ἐν
οἴκῳ ἑνὶ διαμεμερισμένοι, τρεῖς ἐπὶ δυσὶ, καὶ δύο ἐπὶ
53 τρισίν. Διαμερισθήσεται πατὴρ ἐφ' υἱῷ, καὶ υἱὸς ἐπὶ πα-
τρὶ, μήτηρ ἐπὶ θυγατρὶ, καὶ θυγάτηρ ἐπὶ μητρὶ, πενθε-
ρὰ ἐπὶ τὴν νύμφην αὐτῆς, καὶ νύμφη ἐπὶ τὴν πενθερὰν αὐ-
ρξα ι 54 τῆς. Ἔλεγε δὲ καὶ τοῖς ὄχλοις, Ὅταν ἴδητε τὴν νεφέλην
ἀνατέλλουσαν ἀπὸ δυσμῶν, εὐθέως λέγετε, Ὄμβρος ἔρχε-
55 ται, καὶ γίνεται οὕτως· Καὶ ὅταν νότον πνέοντα, λέγετε,
56 Ὅτι καύσων ἔσται, καὶ γίνεται. Ὑποκριταὶ, τὸ πρόσωπον
τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ οἴδατε δοκιμάζειν, τὸν δὲ καιρὸν τοῦ-
57 τον πῶς οὐ δοκιμάζετε; Τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν οὐ κρίνετε
ριϛ ι 58 τὸ δίκαιον; Ὡς γὰρ ὑπάγεις μετὰ τοῦ ἀντιδίκου σου ἐπ' ἄρ-
χοντα ἐν τῇ ὁδῷ, δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ,
μήποτε κατασύρῃ σε πρὸς τὸν κριτὴν, καὶ ὁ κριτής σε πα-
ραδῷ τῷ πράκτορι, καὶ ὁ πράκτωρ σε βάλλῃ εἰς φυλακήν.
59 Λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως οὗ καὶ τὸ ἔσχατον λε-
XIII. 1 πτὸν ἀποδῷς. Παρῆσαν δέ τινες ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ ἀπαγ-
ρξγ ι γέλλοντες αὐτῷ περὶ τῶν Γαλιλαίων, ὧν τὸ αἷμα Πιλά-
2 τος ἔμιξε μετὰ τῶν θυσιῶν αὐτῶν. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰη-
σοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Δοκεῖτε, ὅτι οἱ Γαλιλαῖοι οὗτοι ἁμαρ-
τωλοὶ παρὰ πάντας τοὺς Γαλιλαίους ἐγένοντο, ὅτι τοι-
3 αῦτα πεπόνθασιν; Οὐχὶ, λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἐὰν μὴ με-
4 τανοῆτε, πάντες ὡσαύτως ἀπολεῖσθε. Ἢ ἐκεῖνοι οἱ δέ-
κα καὶ ὀκτὼ, ἐφ' οὓς ἔπεσεν ὁ πύργος ἐν τῷ Σιλωὰμ,
καὶ ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, δοκεῖτε, ὅτι ὀφειλέται ἐγένοντο
παρὰ πάντας ἀνθρώπους τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἱερουσαλήμ;
5 Οὐχὶ, λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοῆτε, πάντες ὁ-
ρξδ ι 6 μοίως ἀπολεῖσθε. Ἔλεγε δὲ ταύτην τὴν παραβολήν· Συ-
κῆν εἶχέ τις ἐν τῷ ἀμπελῶνι αὐτοῦ πεφυτευμένην, καὶ
7 ἦλθε καρπὸν ζητῶν ἐν αὐτῇ, καὶ οὐχ εὗρεν. Εἶπε δὲ
πρὸς τὸν ἀμπελουργὸν, Ἰδοὺ τρία ἔτη ἔρχομαι ζητῶν
καρπὸν ἐν τῇ συκῇ ταύτῃ, καὶ οὐχ εὑρίσκω, ἔκκοψον αὐ-
8 τήν· ἱνατί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέ-
γει αὐτῷ, Κύριε, ἄφες αὐτὴν καὶ τοῦτο τὸ ἔτος, ἕως ὅ-
9 του σκάψω περὶ αὐτὴν, καὶ βάλω κοπρίαν. Κἂν μὲν ποιή-
σῃ καρπὸν, εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐ-
10 τήν. Ἦν δὲ διδάσκων ἐν μιᾷ τῶν συναγωγῶν ἐν τοῖς
11 σάββασι. Καὶ ἰδοὺ γυνὴ ἦν πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας
ἔτη δέκα καὶ ὀκτὼ, καὶ ἦν συγκύπτουσα, καὶ μὴ δυ-
ναμένη

A ram, 27 & quid volo, si jam accensus est? Sed ba- 50
ptismo habeo baptizari: & quomodo coarctor, do-
nec perficiatur? Putatis, quod pacem venerim missu- 51
rus in terram? Non, dico vobis, imo separationem.
28 Erunt enim ex hoc quinque in domo una divisi, 52
tres adversus duos, 29 & duo contra tres. Dividetur 53
pater adversus filium, & filius adversus patrem, ma-
ter adversus filiam, & filia adversus matrem, socrus
adversus nurum suam, & nurus adversus socrum suam.
Dicebat autem & ad turbas, Quum videritis nubem 54
orientem ab occasu, statim dicitis, Imber venit, 30
& ita fit: Et quum austrum flantem, dicitis, Quod 55
æstus erit, & fit. Hypocritæ, faciem cœli & terræ 56
B nostis probare, hoc autem tempus quî fit ut non pro-
betis? 31 Cur autem & ex vobisipsis non judicatis quod 57
justum est? 32 Quum enim vadis cum adversario tuo 58
33 ad magistratum in via, da operam ut libereris ab
illo, ne forte 34 pertrahat te ad judicem, & judex
35 tradat te exactori, & exactor conjiciat te in car-
μζ cerem. Dico tibi, non exibis inde, donec ultimum 59
etiam minutum reddas. Aderant autem quidam eo- 1 XIII.
dem in tempore nunciantes illi de Galilæis, quorum
sanguinem Pilatus miscuerat cum sacrificiis ipsorum.
Et respondens Jesus dixit illis, Putatis, quod hi Ga- 2
C lilæi præ cunctis Galilæis peccatores fuerint, quia
talia passi sunt? Non, dico vobis, imo nisi resipueri- 3
tis, omnes similiter peribitis. Aut illi decem & octo, 4
supra quos cecidit turris 1 in Siloa, & occidit eos,
putatis, quod debitores fuerint ultra cunctos homi-
nes habitantes Hierosolymis? Non, dico vobis, imo 5
nisi resipueritis, omnes similiter peribitis. Dicebat 6
& hanc similitudinem: Arborem fici habebat quidam
plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in
illa, & non invenit. Dixit autem ad cultorem vineæ, 7
Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum 2
in ficu hac, & non invenio, succide illam: ad quid
D vel 3 terram occupat? At ille respondens dixit illi, 8
Domine, sine illam & hoc anno, donec fodero cir-
cum illam, 4 & mitto stercus. Et si quidem fecerit 9
fructum, 5 sin minus, in posterum succides eam. Do- 10
μη cebat autem in una synagogarum sabbatis. Et ecce 11
mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis de-
cem

27 *Et quid volo, nisi ut ardeat*] καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη, id est, & *quid volo, si jam accensus est*? Sic adducit Hilarius Commentario in Canticum graduum. Etiamsi secus legit Ambrosius, ac Hieronymus, quorum hic in Jonam ita citat, *Ignem veni mittere in terram, & quem volo ut ardeam*. Verum opinor pro *quam* depravatum fuisse *quem*. Nam aliis in locis *quam* invenio. Apparet Interpretem legisse, καὶ τί θέλω εἰ μὴ ἀνῆφθαι, id est, & *quid volo nisi accendi*. Aut certe, quod vero propius est, τί θέλω, ἢ ἤδη ἀνῆφθαι, id est, *quid velim, nisi mox accensum esse*. Quandoquidem Græcis ἢ adjungitur etiam positivis, subaudito ἄλλο, quemadmodum Latini *quam* addunt positivis, subaudito *post*, aut simili voce. Ut, *tertio die quam a me discessisti*. Theophylactus non legit tantum, verum etiam interpretatur juxta nostram Editionem. Nam *quid volo* positum est pro eo, quod erat, *nihil aliud volo*; & *si jam accensus est*, celeritatis habet emphasim: & in *si* subest tacita significatio voti.

28 *Erunt enim ex hoc*] ἀπὸ τοῦ νῦν, id est, *posthac*, sive *a modo*, ut loquuntur nonnulli Græcam formam reddentes.

29 *Et duo in tres dividentur*] Et hunc locum corrupta distinctione depravarunt Librarii, verbum *dividentur* referentes ad superiora, cum quibus ut cohæreret mutato numero ex *dividetur*, διαμερισθήσεται, fecerunt *dividentur*. At quid opus erat repetere in hac parte *dividentur*, cum jam dictum sit, *Erunt quinque in domo una divisi*. Sic itaque distinguendum erat: *Dividetur pater adversus filium* &c. Siquidem *dividi* vocat *habere dissidium*. Proinde melius vertisset *adversus filium*, quam *in filium*, cum anceps sit Græca præpositio. Hujus casum, si quem id forte moveat, mutavit eodem in loco Lucas: qui cum ante cœperit adjungere dativum, ἐπὶ δυσὶν, mox addit accusativum, ἐπὶ τὴν νύμφην.

30 *Et ita fiet*] *Fit* legendum est. Et Laurentius mavult *imbrem* quam *nimbum*, cum Græce sit ὄμβρος.

31 *Quid autem & a vobis ipsis*] Τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν. Dilucidius erat, *Cæterum cur non etiam ex vobis ipsis judicatis quid sit justum*: ut sit sensus, Aliunde captatis argumenta, ex quibus conjectetis ea quæ sunt extra vos: & earum rerum, quæ intra vos sunt, & quarum ex vobis ipsis colligi possunt argumenta, nullam facitis conjecturam.

32 *Cum autem vadis*] Græcis *enim* est pro *autem*. Cohæret enim cum iis, quæ præcedunt, ut intelligant adesse tempus resipiscendi, quod ni fecerint, fore, ut durius cum illis in posterum agatur, si tam obviam clementiam Dei neglexerint.

33 *Ad principem in via*] ἐπ' ἄρχοντα. Quod Ambrosius haud male vertit, *ad magistratum*. Et *in via* rectius refertur ad sequentia, *in via da operam*.

34 *Trahat te ad judicem*] Demiror quid legerit Ambrosius, qui pro *trahat* habet *condemnet*: nisi forte pro κατασύρῃ legit κατακρίνῃ. Ac sensus sane magis quadrat. Nec enim videtur alius esse *judex*, quam is, quem paulo ante dixit *principem*. Nam id vult agi cum adversario inter eundum, ne sit opus ad judicem pervenire. Origenes, seu quisquis fuit, Homilia in Lucam XXV. annotat amphibologiam esse in *trahat*, quod subaudiri possit vel *princeps* vel *adversarius*.

35 *Tradat te exactori*] πράκτορι, a verbo πράττω *exigo*, quod ante vertit *facio*, non recte, sicut admonuimus in Matthæo.

1 IN *Siloë*] ἐν τῷ Σιλωὰμ, Hebræi sonant *Siloah*. Arbitror hanc esse civitatem in qua primum fuit tabernaculum, cujus meminit Psalmus LXXVII. *Et repulit tabernaculum Silo*, ubi Græcus Σιλὼμ legit. Item Hieremias cap. VII. Quoniam hîc additur articulus τῷ, videtur significare fluvium *Siloë*, qui civitati suppeditat aquam, quum nec perpetuus sit nec copiosus. In vetustissimis Latinis alibi scriptum erat *Siloa*, alibi *Siloam*.

2 *In ficulnea*] ἐν τῇ συκῇ, id est, *in ficu*. Eadem vox est, quam modo vertit *arborem fici*, immodicus copiæ affectator, ne dicam intempestivus.

3 *Terram occupat*] καταργεῖ, id est, *onerat*, sed inutili onere, hoc est enim proprie καταργεῖν. Et illud, *etiam terram*, ego sane maluissem vertere, *cur vel terram occupat*, ut intelligamus infrugiferam, non solum indignam stercoratione & cultu, verum etiam loco, quem occupabat.

4 *Et mittam stercora*] κοπρίαν, id est, *stercus*, aut potius *fimum*: mox vertit *sterquilinium*. Nam Græca vox *stercorationem* sonat magis quam *stercus*. Et stercoratio non solum fit ex animantium excrementis, verum etiam e stipulis, culmis, aut terræ medulla, quam *mergam* vocant Britanni, teste Plinio. Ambrosius legit *cophinum stercoris*.

5 *Sin autem*] εἰ δὲ μήγε, id est, *sin vero minus*, aut *sin secus*. Et *si quidem fructum fecerit*, sermo imperfectus est, ut subaudias, *sinemus illam*, aut aliud commodius. Est enim ellipsis aut aposiopesis, sive, ut Budæo nostro placet, ἀνανταπόδοτον, qui hujus formæ exemplum unum & alterum ex Aristophane Ciceroneque adducit in Annotationibus, quas scripsit in Pandectas Juris. Nec enim est quisquam sua fraudandus laude. Porro quod hîc Interpres vertit, *sin autem*, parum Latine, tolerabilius aliquando vertit, *alioqui*.

6 *Nec*

12 ναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελές. Ἰδὼν δὲ αὐτὴν ὁ Ἰησῦς, προσεφώνησε, καὶ εἶπεν αὐτῇ, Γύναι, ἀπολέλυσαι ἀπὸ 13 τῆς ἀσθενείας σῦ. Καὶ ἐπέθηκεν αὐτῇ τὰς χεῖρας, καὶ πα- 14 ραχρῆμα ἀνωρθώθη, καὶ ἐδόξαζε τὸν Θεόν. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος, ἀγανακτῶν ὅτι τῷ σαββάτῳ ἐθεράπευσεν ὁ Ἰησῦς, ἔλεγε τῷ ὄχλῳ, Ἓξ ἡμέραι εἰσὶν, ἐν αἷς δεῖ ἐργάζεσθαι, ἐν ταύταις ὖν ἐρχόμενοι θεραπεύεσθε, ρξεϛ 15 καὶ μὴ τῇ ἡμέρᾳ τῦ σαββάτυ. Ἀπεκρίθη ὖν αὐτῷ ὁ Κύριος, καὶ εἶπεν, Ὑποκριτὰ, ἕκαςος ὑμῶν τῷ σαββάτῳ ὐ λύει τὸν βῦν αὐτῦ ἢ τὸν ὄνον ἀπὸ τῆς φάτνης, καὶ ἀ- 16 παγαγὼν ποτίζει; Ταύτην δὲ θυγατέρα Ἀβραὰμ ὖσαν, ἣν ἔδησεν ὁ Σατανᾶς ἰδὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη, ὐκ ἔδει λυθῆναι ἀπὸ τῦ δεσμῦ τύτυ τῇ ἡμέρᾳ τῦ σαββάτυ; ρξϛ 17 Καὶ ταῦτα λέγοντος αὐτῦ, κατησχύνοντο πάντες οἱ ἀντικείμενοι αὐτῷ, καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἔχαιρεν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ρξζϛ 18 ἐνδόξοις τοῖς γινομένοις ὑπ᾽ αὐτῦ. Ἔλεγε δὲ, Τίνι ὁμοία ἐςὶν ἡ βασιλεία τῦ Θεῦ, καὶ τίνι ὁμοιώσω αὐτήν; 19 Ὁμοία ἐςὶ κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔβαλεν εἰς κῆπον ἑαυτῦ, καὶ ηὔξησε, καὶ ἐγένετο εἰς δένδρον μέγα, καὶ τὰ πετεινὰ τῦ ὐρανῦ κατεσκήνωσεν ἐν τοῖς κλά- ρξη 20 δοις αὐτῦ. Καὶ πάλιν εἶπε, Τίνι ὁμοιώσω τὴν βασιλείαν 21 τῦ Θεῦ; Ὁμοία ἐςὶ ζύμῃ, ἣν λαβῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν ρξθϛ 22 εἰς ἀλεύρυ σάτα τρία, ἕως ὗ ἐζυμώθη ὅλον. Καὶ διεπορεύετο κατὰ πόλεις καὶ κώμας, διδάσκων, καὶ πορείαν ρο 23 ποιύμενος εἰς Ἱερυσαλήμ. Εἶπε δέ τις αὐτῷ, Κύριε, εἰ 24 ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι; Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτὺς, Ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς ςενῆς πύλης, ὅτι πολλοὶ, λέγω ὑμῖν, ροα 25 ζητήσυσιν εἰσελθεῖν, καὶ ὐκ ἰσχύσυσιν. Ἀφ᾽ ὗ ἂν ἐγερθῇ ὁ οἰκοδεσπότης, καὶ ἀποκλείσῃ τὴν θύραν, καὶ ἄρξησθε ἔξω ἑςάναι, καὶ κρύειν τὴν θύραν, λέγοντες, Κύριε, Κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν· καὶ ἀποκριθεὶς ἐρεῖ ὑμῖν, Οὐκ οἶδα 26 ὑμᾶς πόθεν ἐςέ. Τότε ἄρξεσθε λέγειν, Ἐφάγομεν ἐνώπιόν σῦ καὶ ἐπίομεν, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἡμῶν ἐδί- 27 δαξας. Καὶ ἐρεῖ, Λέγω ὑμῖν, ὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐςέ· 28 ἀπόςητε ἀπ᾽ ἐμῦ πάντες οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας. Ἐκεῖ ροβ ἔςαι ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ὅταν ὄψησθε Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ πάντας τὺς Προφήτας ἐν τῇ βασιλείᾳ τῦ Θεῦ, ὑμᾶς δὲ ἐκβαλλομένυς ἔξω. 29 Καὶ ἥξυσιν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν καὶ βοῤῥᾶ καὶ νότυ, καὶ ἀνακλιθήσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῦ Θεῦ. ρογϛ 30 Καὶ ἰδὺ εἰσὶν ἔσχατοι οἳ ἔσονται πρῶτοι, καὶ εἰσὶν πρῶτοι ροδ 31 οἳ ἔσονται ἔσχατοι. Ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ προσῆλθόν τινες Φαρισαῖοι, λέγοντες αὐτῷ, Ἔξελθε καὶ πορεύυ ἐντεῦθεν, 32 ὅτι Ἡρώδης θέλει σε ἀποκτεῖναι. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Πορευθέντες εἴπατε τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ, Ἰδὺ ἐκβάλλω δαιμόνια, καὶ ἰάσεις ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον, καὶ τῇ τρί- 33 τῃ τελειῦμαι. Πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι, ὅτι ὐκ ἐνδέχεται, Προφήτην ἀπολέ- ροε 34 σθαι ἔξω Ἱερυσαλήμ. Ἱερυσαλὴμ, Ἱερυσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνυσα τὺς Προφήτας, καὶ λιθοβολῦσα τὺς ἀπεςαλμένυς πρὸς αὐτὴν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυνάξαι τὰ τέκνα σῦ, ὃν τρόπον ὄρνις τὴν ἑαυτῆς νοσσιὰν ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ ὐκ 35 ἠθελήσατε; Ἰδὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. Λέγω

cem & octo, eratque contracta, [6] nec omnino poterat erigere caput. Quam quum videret Jesus, [7] vocavit eam ad se, & ait illi, Mulier, liberata es ab infirmitate tua. 13 Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deum. 14 Respondens autem princeps synagogæ, indignans quod sabbato sanasset Jesus, dicebat turbæ, Sex dies sunt, in quibus oporter operari, in his ergo venite ut sanemini, & non in die sabbati. 15 Respondens autem ad illum Dominus, dixit, Hypocrita, unusquisque vestrum sabbato nonne solvit bovem suum aut asinum a præsepi, & ducit aquatum? 16 Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligavit Satanas ecce decem & octo annis, non oportuit solvi a vinculo isto die sabbati? 17 Et quum hæc diceret, erubescebant omnes adversarii ejus, & omnis populus gaudebat super universis quæ cum gloria fiebant ab eo. 18 Dicebat ergo, Cui simile est regnum Dei, & cui simile faciam illud? 19 Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & crevit, & evasit in arborem magnam, & volucres cœli [8] nidulabantur in ramis ejus. 20 Et iterum dixit, Cui simile faciam regnum Dei? 21 Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ [9] sata tria, donec fermentetur totum. 22 Et ibat per civitates & castella, docens, & iter faciens Hierosolymam. 23 Ait autem illi quidam, Domine, [10] an pauci sunt qui salutem consequuntur? Ille vero dixit ad illos, 24 [11] Contendite intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. 25 Quum autem surrexerit paterfamilias, & clauserit ostium, & cœperitis foris stare, & pulsare ostium, dicentes, Domine, Domine, aperi nobis: & respondens dicet vobis, Nescio vos unde sitis. 26 Tunc incipietis dicere, Edimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. 27 Et dicet, Dico vobis, nescio vos unde sitis: discedite a me omnes qui patratis iniquitatem. 28 Ibi erit fletus & stridor dentium, quum videritis Abraham & Isaac & Jacob & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. 29 Et venient ab oriente & occidente & aquilone & austro, & accumbent in regno Dei. 30 Et ecce sunt postremi qui erunt primi, & sunt primi [12] qui erunt postremi. 31 Eodem die accesserunt quidam Pharisæorum, dicentes illi, Exi & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. 32 Et ait illis, [13] Ite, dicite vulpi illi, Ecce ejicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, [14] & tertia die consummor. 33 Veruntamen oportet me hodie & cras & perendie ambulare, [15] quia fieri non potest, ut Propheta pereat alibi quam Hierosolymis. 34 Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos [16] qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos, [17] quemadmodum avis nidum suum sub pennas, & noluistis? 35 [18] Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. Di- co

6 *Nec omnino*] εἰς τὸ παντελὲς, quod alias vertit *in æternum*. Nec est *inclinata*, sed συγκύπτυσα, id est, *toto corpore deflexa in terram*, & *contracta*, cui contrarium est, quod sequitur, ἀνακύψαι, quod vertit, *sursum adspicere*, hoc est, *erigere caput*. Nec enim est mentio de adspiciendo, sed de gestu corporis, quo utuntur qui cupiunt sursum adspicere. Proinde & παράκυψις *prospectus* dicitur, ubi quis obliquato capite e fenestra prospicit.

7 *Vocavit ad se*] προσεφώνησεν. Potest accipi quod appellaverit eam, hoc est, *allocutus sit*. Nam *ad se* non additur apud Græcos.

8 *Requieverant*] κατεσκήνωσεν. Quod aliquoties vertit *nidificare*, alias *habitare*.

9 *Sata tria*] σάτα τρία. Superius admonuimus, *satum* non esse vocem Latinam, sed Syram, quæ apud illos mensuræ genus declaret capientis sesquimodium. Apud Ambrosium non additur *sata tria*. Tantum est, *abscondit in farina, donec fermentatum est totum*. Atque adeo interpretans indicat hoc ex Matthæo huc transscriptum, cum ait ad hunc modum: *Et quia in Matthæo tribus mensuris absconditum esse fermentum* &c. Quorsum enim attinebat ex Matthæo citare, si idem legisset in Luca? Sed hoc jam in Evangelicis voluminibus novum videri non debet, neque quemquam magnopere commovere, cum nec moribus piis, nec fidei sinceritati quicquam officiat.

10 *Si pauci sunt qui salvantur*] *Si* non est anceps apud Latinos, ut εἰ apud Græcos, unde vertendum erat in *an*, quandoquidem interrogant.

11 *Contendite intrare*] Ἀγωνίζεσθε, id est, *Certate*, sive *Laborate*. Quanquam apte vertit Interpres, si modo intelligamus. Nam *contendit* & qui acriter adnititur.

12 *Qui erant novissimi*] *Erunt* utrobique legendum, ἔσονται. *Sunt postremi, qui futuri sunt primi, & sunt primi, qui futuri sunt postremi*. Agit enim de invertendo ordine inter eos, qui tum erant, & qui successuri essent in Evangelio.

13 *Ite & dicite*] *Ite, dicite*, legitur in antiquis, Πορευθέντες εἴπατε.

14 *Tertio die consumor*] *Consummor* legendum est, duplicato *m*. Est enim τελειῦμαι. Quod quoniam medium est verbum, satius erat vertere active, ut intelligamus illum tertio die absoluturum opus suum. Quanquam ea consummatio mors erat & resurrectio.

15 *Quia non capit*] ἐνδέχεται. Quod Matthæus dixit χωρεῖ. Est autem velut impersonale, quasi dicas, ipsa natura rerum non fert. Idem autem aliquanto post dixit ἀνένδεκτόν ἐςιν, pro eo quod est ἀδύνατόν ἐςι. Loquitur ad hunc modum subinde Tertullianus, *capit* pro *convenit*, aut *decet*, & *non capit*, pro *non convenit*.

16 *Qui mittuntur ad te*] πρὸς αὐτὴν, id est, *ad se*, tertiæ personæ, nisi componatur cum alio pronomine. Ad hunc ferme modum sonat Græcis: *Hierusalem, Hierusalem, illa quæ occidit prophetas, & lapidat missos ad se*. Deinde subito mutat personam. Sic & nos miscemus tertiam personam primæ, *Tu illa lapidatrix prophetarum*. Et tamen si cui magis placet secunda persona, cum hoc non est animus digladiari, propter pronomen anceps αὐτὴν, sive αὑτὴν, quod quidem arbitrantur omni personæ congruere. Certe de sensu nulla est ambiguitas. Ne illud quidem ad sensum refert, quod cum in plerisque libris haberetur ἀπεςαλμένυς, in uno quopiam habebatur ἀποςελλομένυς.

17 *Quemadmodum avis*] ὄρνις, quod est anceps ad *avem* & *gallinam*. Est enim mirus amor avibus ad confovendos pullos, sed præcipue gallinis. Augustinus *de consensu Evangelistarum* lib. II. cap. LXXV. legit *avis*.

18 *Ecce relinquetur*] ἀφίεται, id est, *relinquitur*, ut admonuimus & antea.

λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι οὐ μή με ἴδητε ἕως ἂν ἥξῃ ὅτε εἴπητε, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. XIV. 1 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς οἶκόν τινος τῶν ἀρχόντων τῶν Φαρισαίων σαββάτῳ φαγεῖν ἄρτον, καὶ αὐτοὶ ἦσαν παρατηρούμενοι αὐτόν. 2 Καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπός τις ἦν ὑδρωπικὸς ἔμπροσθεν αὐτοῦ. 3 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς τοὺς Νομικοὺς καὶ Φαρισαίους, λέγων, Εἰ ἔξεστιν 4 ἐν τῷ σαββάτῳ θεραπεύειν; Οἱ δὲ ἡσύχασαν. Καὶ ἐπι5λαβόμενος ἰάσατο αὐτὸν, καὶ ἀπέλυσε. Καὶ ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτοὺς εἶπε, Τίνος ὑμῶν ὄνος ἢ βοῦς εἰς φρέαρ ἐμπεσεῖται, καὶ οὐκ εὐθέως ἀνασπάσει αὐτὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ 6 τοῦ σαββάτου; Καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἀνταποκριθῆναι αὐτῷ 7 πρὸς ταῦτα. Ἔλεγε δὲ πρὸς τοὺς κεκλημένους παραβολὴν, ἐπέχων πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο, λέγων 8 πρὸς αὐτούς, Ὅταν κληθῇς ὑπό τινος εἰς γάμους, μὴ κατακλιθῇς εἰς τὴν πρωτοκλισίαν, μήποτε ἐντιμότερός σου 9 ᾖ κεκλημένος ὑπ' αὐτοῦ, Καὶ ἐλθὼν ὁ σὲ καὶ αὐτὸν καλέσας, ἐρεῖ σοι, Δὸς τούτῳ τόπον· καὶ τότε ἄρξῃ μετ' 10 αἰσχύνης τὸν ἔσχατον τόπον κατέχειν. Ἀλλ' ὅταν κληθῇς, πορευθεὶς ἀνάπεσον εἰς τὸν ἔσχατον τόπον, ἵνα ὅταν ἔλθῃ ὁ κεκληκώς σε, εἴπῃ σοι, Φίλε, προσανάβηθι ἀνώτερον· τότε ἔσται σοι δόξα ἐνώπιον τῶν συνανακειμέ11νων σοι. Ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· 12 καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται. Ἔλεγε δὲ καὶ τῷ κεκληκότι αὐτὸν, Ὅταν ποιῇς ἄριστον ἢ δεῖπνον, μὴ φώνει τοὺς φίλους σου, μηδὲ τοὺς ἀδελφούς σου, μηδὲ τοὺς συγγενεῖς σου, μηδὲ γείτονας πλουσίους· μήποτε καὶ αὐ13τοί σε ἀντικαλέσωσι, καὶ γένηταί σοι ἀνταπόδομα. Ἀλλ' ὅταν ποιῇς δοχὴν, κάλει πτωχοὺς, ἀναπήρους, χωλοὺς, 14 τυφλούς· Καὶ μακάριος ἔσῃ, ὅτι οὐκ ἔχουσιν ἀνταποδοῦναί σοι· ἀνταποδοθήσεται γάρ σοι ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δι15καίων. Ἀκούσας δέ τις τῶν συνανακειμένων, εἶπεν αὐτῷ, Μακάριος ὃς φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ 16 τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Ἄνθρωπός τις ἐποίησε δεῖ17πνον μέγα, καὶ ἐκάλεσε πολλούς· Καὶ ἀπέστειλε τὸν δοῦλον αὐτοῦ τῇ ὥρᾳ τοῦ δείπνου, εἰπεῖν τοῖς κεκλημένοις, 18 Ἔρχεσθε, ὅτι ἤδη ἕτοιμά ἐστι πάντα. Καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες. Ὁ πρῶτος εἶπεν αὐτῷ, Ἀγρὸν ἠγόρασα, καὶ ἔχω ἀνάγκην ἐξελθεῖν καὶ ἰδεῖν αὐτόν· ἐρω19τῶ σε, ἔχε με παρῃτημένον. Καὶ ἕτερος εἶπε, Ζεύγη βοῶν ἠγόρασα πέντε, καὶ πορεύομαι δοκιμάσαι αὐτά· ἐρωτῶ 20 σε, ἔχε με παρῃτημένον. Καὶ ἕτερος εἶπε, Γυναῖκα ἔγη21μα, καὶ διὰ τοῦτο οὐ δύναμαι ἐλθεῖν. Καὶ παραγενόμενος ὁ δοῦλος, ἀπήγγειλε τῷ κυρίῳ αὐτοῦ ταῦτα. Τότε ὀργισθεὶς ὁ οἰκοδεσπότης εἶπε τῷ δούλῳ αὐτοῦ, Ἔξελθε ταχέως εἰς τὰς πλατείας καὶ ῥύμας τῆς πόλεως, καὶ τοὺς πτωχοὺς καὶ ἀναπήρους καὶ χωλοὺς καὶ τυφλοὺς εἰσάγαγε 22 ὧδε. Καὶ εἶπεν ὁ δοῦλος, Κύριε, γέγονεν ὡς ἐπέταξας, 23 καὶ ἔτι τόπος ἐστί. Καὶ εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τὸν δοῦλον, Ἔξελθε εἰς τὰς ὁδοὺς καὶ φραγμοὺς, καὶ ἀνάγκασον εἰσελ24θεῖν, ἵνα γεμισθῇ ὁ οἶκός μου. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῶν κεκλημένων γεύσεταί μου τοῦ δείπνου. 25 Συνεπορεύοντο δὲ αὐτῷ ὄχλοι πολλοί, καὶ στραφεὶς εἶπε 26 πρὸς αὐτούς, Εἴ τις ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τὰς ἀδελφὰς, ἔτι δὲ καὶ 27 τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, οὐ δύναταί μου μαθητὴς εἶναι. Καὶ ὅστις οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἔρχεται ὀπίσω μου, 28 οὐ δύναταί μου μαθητὴς εἶναι. Τίς γὰρ ἐξ ὑμῶν, θέλων πύρ-

co autem vobis, quod non videbitis me donec venerit tempus quum dicetis, Benedictus qui venit in nomine Domini. 1 Et accidit ut introiret in domum cujusdam principis Pharisæorum sabbato ad capiendum cibum, & ipsi observabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens Jesus dixit ad Legisperitos & Pharisæos, dicens, Num licet sabbato sanare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanavit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos dixit, Cujus vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi. 2 Dicebat autem ad invitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos, Quum invitatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne accumbas in primo loco, ne quando 3 honoratior te sit invitatus ab illo, Et veniens is qui te & illum vocavit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum rubore extremum locum tenere. Quin potius quum vocatus fueris, vade, accumbe in novissimo loco: ut quum venerit qui te invitavit, dicat tibi, Amice, adscende superius: tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se extollit, dejicietur: & qui se dejicit, extolletur. Dicebat autem & ei qui se invitaverat, Quum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos tuos, 4 neque vicinos divites: 5 ne quando & ipsi te vicissim invitent, ac rependatur tibi beneficium. Imo quum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos: Et beatus eris, quia 6 non possunt rependere tibi; rependetur enim tibi in resurrectione justorum. Hæc quum audisset quidam de simul accumbentibus, dixit illi, Beatus 7 qui comedet panem in regno Dei. At ipse dixit ei, Homo quidam apparaverat cœnam magnam, & vocavit multos: Misitque servum suum hora cœnæ, ut diceret invitatis, 8 Venite, quia jam parata sunt omnia. Et cœperunt 9 simul omnes excusare. Primus dixit ei, Villam emi, & necesse mihi est exire & videre illam: rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit, Juga boum emi quinque, & eo ad probandum illa: rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit, Uxorem duxi, & ideo non possum venire. Ac reversus servus, renunciavit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo, Exi cito in plateas & vicos civitatis, & pauperes ac debiles claudosque & cæcos introduc huc. Et ait servus, Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus servo, Exi in vias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico enim vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, 10 gustabit cœnam meam. Ibant autem turbæ multæ cum eo, & conversus dixit ad illos, Si quis venit ad me, nec odit patrem suum, ac matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, præterea autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et quisquis non bajulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim est ex vobis, qui velit turrim ædificare, 11 quin prius sedens computet sumptus, an

1 ET *factum est*] De hac loquutionis forma peculiari Lucæ jam admonuimus.

2 *Dicebat autem & ad invitatos*] *Et* conjunctio non additur apud Græcos, nec in vetustis exemplaribus.

3 *Honoratior*] est ἐντιμότερος. Quod & *cariorem* significat, & magis in pretio habitum.

4 *Neque vicinos, neque divites*] μηδὲ γείτονας πλουσίους, id est, *neque vicinos divites*. Attestantibus & vetustissimis exemplaribus nostris, & in his aureo codice, similiter & Constantiensi. Siquidem huc pertinet parabola Christi, ut beneficium conferatur gratuito, citra spem redituri fœnoris. Id fiet, si præstetur egenis, quibus non est facultas referendæ gratiæ.

5 *Ne forte*] μή ποτε, id est, *ne*, sive, *ne quando*. Et quod sequitur, *Et ipsi te reinvitent*. Commodius verti poterat, *vicissim te invitent*. Nam ut *reinvitent* sit Latinum, *reinvitat* qui semel vocatum iterum vocat. Græce est ἀντικαλέσωσι. Et quod hic vertit,

6 *Non habent retribuere*] οὐκ ἔχουσιν ἀνταποδοῦναι, id est, *non possunt retribuere*. Nam ita frequenter accipitur ἔχω, cum adhæret verbis infinitis. In aureo codice scriptum erat, *non habent, unde retribuant*. Ac mox pro *in resurrectione* scriptum erat *in retributione*. Itidem comperi in duobus vetustis exemplaribus S. Donatiani. Sed reclamantibus Græcis.

7 *Qui manducabit panem*] Nonnulli codices pro ἄρτον habebant ἄριστον, id est, *prandium*, sed reclamantibus vetustis exemplaribus Latinis. *Qui manducabit*, ὃς φάγεται. Potest accipi, *qui manducat* seu potius *edit*, præsentis temporis. Nam in his tribus verbis φάγω, ἴδω, πίω, futurum medium nihil differt a præsenti, φαγοῦμαι, φαγῇ, sive φάγεσαι, φάγεται, non φαγοῦμαι, φαγῇ, φαγεῖται. Verum hoc ad sensum perpusillum refert.

8 *Ut venirent*] Ἔρχεσθε, id est, *Venite*. Interpres forte legit ἔρχεσθαι.

9 *Simul omnes excusare*] παραιτεῖσθαι, id est, *recusare*. Quanquam Interpres eleganter usus est *excusandi* verbo. Si modo Lector animadvertat eum *excusare*, qui adducta causa *recusat* quod rogatur.

10 *Gustabit cœnam meam*] Hoc loco addunt libri Græci, πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοὶ, id est, *multi enim sunt vocati, pauci vero electi*. Quanquam id non reperiatur in omnibus exemplaribus. Suspicor aliunde huc adscriptum.

11 *Nonne prius*] οὐχὶ, id est, *non*. Quanquam & hoc aliquando pro *nonne* ponitur. *Sedens computat*, καθίσας ψηφίζει, id est, *calculis subducit rationem*, ut intelligas diligentem atque exactam supputationem. Ac paulo post, μήποτε, tandem desiit vertere, *ne forte* pro *ne quando*.

12 Itu-

πύργον οἰκοδομῆσαι, ὐχὶ πρῶτον καθίσας ψηφίζει τὴν 29 δαπάνην, εἰ ἔχει τὰ πρὸς ἀπαρτισμόν; Ἵνα μήποτε θέντος αὐτῦ θεμέλιον, καὶ μὴ ἰσχύοντος ἐκτελέσαι, 30 πάντες οἱ θεωρῦντες ἄρξωνται ἐμπαίζειν αὐτῷ, Λέγοντες, Ὅτι ὗτος ὁ ἄνθρωπος ἤρξατο οἰκοδομεῖν, καὶ 31 ὐκ ἴσχυσεν ἐκτελέσαι. Ἢ τίς βασιλεὺς πορευόμενος συμβαλεῖν ἑτέρῳ βασιλεῖ εἰς πόλεμον, ὐχὶ καθίσας πρῶτον βυλεύεται, εἰ δυνατός ἐςιν ἐν δέκα χιλιάσιν ἀπαντῆσαι τῷ μετὰ εἴκοσι χιλιάδων ἐρχομένῳ ἐπ' αὐτόν; 32 Εἰ δὲ μή γε, ἔτι αὐτῦ πόῤῥω ὄντος, πρεσβείαν ἀποςείλας 33 ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην. Οὕτως ὖν πᾶς ἐξ ὑμῶν, ὃς ὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτῦ ὑπάρχυσιν, ὐ δύναταί 34 μυ εἶναι μαθητής. Καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ 35 ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἀρτυθήσεται; Οὔτε εἰς γῆν ὔτε εἰς κοπρίαν εὔθετόν ἐςιν, ἔξω βάλλυσιν αὐτό. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκύειν, ἀκυέτω.

XV. 1 Ἦσαν δὲ ἐγγίζοντες αὐτῷ 2 πάντες οἱ τελῶναι καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ, ἀκύειν αὐτῦ. Καὶ διεγόγγυζον οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ Γραμματεῖς, λέγοντες, Ὅτι ὗτος ἁμαρτωλὺς προσδέχεται, καὶ συνεσθίει αὐ-3 τοῖς. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὺς τὴν παραβολὴν ταύτην, λέ-4 γων, Τίς ἄνθρωπος ἐξ ὑμῶν ἔχων ἑκατὸν πρόβατα, καὶ ἀπολέσας ἓν ἐξ αὐτῶν, ὐ καταλείπει τὰ ἐννενηκονταεννέα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ πορεύεται ἐπὶ τὸ ἀπολωλὸς, 5 ἕως εὕρῃ αὐτό; Καὶ εὑρὼν ἐπιτίθησιν ἐπὶ τὺς ὤμυς ἑαυ-6 τῦ χαίρων, Καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν οἶκον συγκαλεῖ τὺς φίλυς καὶ τὺς γείτονας, λέγων αὐτοῖς, Συγχάρητέ μοι, 7 ὅτι εὗρον τὸ πρόβατόν μυ τὸ ἀπολωλός. Λέγω ὑμῖν, ὅτι ὕτως χαρὰ ἔςαι ἐν τῷ ὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοῦντι, ἢ ἐπὶ ἐννενηκονταεννέα δικαίοις, οἵτινες ὐ 8 χρείαν ἔχυσι μετανοίας. Ἢ τίς γυνὴ δραχμὰς ἔχυσα δέκα, ἐὰν ἀπολέσῃ δραχμὴν μίαν, ὐχὶ ἅπτει λύχνον, καὶ σαροῖ τὴν οἰκίαν, καὶ ζητεῖ ἐπιμελῶς, ἕως ὅτυ εὕ-9 ρῃ; Καὶ εὑρῦσα συγκαλεῖται τὰς φίλας καὶ τὰς γείτονας, λέγυσα, Συγχάρητέ μοι, ὅτι εὗρον τὴν δρα-10 χμὴν, ἣν ἀπώλεσα. Οὕτως λέγω ὑμῖν, χαρὰ γίνεται ἐνώπιον τῶν Ἀγγέλων τῦ Θεῦ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοῦν-11 τι. Εἶπε δὲ, Ἄνθρωπός τις εἶχε δύο υἱύς. 12 Καὶ εἶπεν ὁ νεώτερος αὐτῶν τῷ πατρὶ, Πάτερ, δός μοι τὸ ἐπιβάλ-13 λον μέρος τῆς ὐσίας. Καὶ διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον. Καὶ μετ' ὐ πολλὰς ἡμέρας, συναγαγὼν ἅπαντα ὁ νεώτερος υἱὸς, ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακρὰν, καὶ ἐκεῖ διεσκόρπισε τὴν 14 ὐσίαν αὐτῦ, ζῶν ἀσώτως. Δαπανήσαντος δὲ αὐτῦ πάντα, ἐγένετο λιμὸς ἰσχυρὸς κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην· καὶ 15 αὐτὸς ἤρξατο ὑςερεῖσθαι. Καὶ πορευθεὶς ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης· καὶ ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τὺς 16 ἀγροὺς αὐτοῦ βόσκειν χοίρυς. Καὶ ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κερατίων, ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι· 17 καὶ οὐδεὶς ἐδίδυ αὐτῷ. Εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθὼν εἶπε, Πόσοι μίσθιοι τοῦ πατρός μυ περισσεύυσιν ἄρτων, ἐγὼ 18 δὲ λιμῷ ἀπόλλυμαι. Ἀναςὰς πορεύσομαι πρὸς τὸν πατέρα μυ, καὶ ἐρῶ αὐτῷ, Πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρα-

an habeat quibus opus est ad perficiendum? Ne postquam posuerit fundamentum, nec potuerit perficere, 29 omnes qui viderint incipiant illudere ei, 30 Dicentes, Hic homo cœpit ædificare, nec potuit consummare. 31 Aut quis rex [12] proficiscens ut committat prælium adversus alterum regem, [13] nonne sedens prius cogitat, an possit [14] cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit [15] contra se? 32 [16] Alioquin, adhuc illo longe agente, legatione missa petit ea quæ pacis sunt. 33 Sic ergo omnis ex vobis, [17] qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. 34 Bonus est sal: si vero sal [18] infatuatus fuerit, per quod condietur? 35 Neque in terram neque in sterquilinium [19] utilis est, foras projiciunt illum. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

XV. 1 Accedebant autem ad eum omnes publicani & peccatores, ut audirent illum. 2 Et murmurabant Pharisæi ac Scribæ, dicentes, Hic peccatores recipit, ac cibum capit cum illis. 3 Dicebat autem ad illos parabolam hanc, dicens, 4 Quis ex vobis est homo qui habet centum oves, & si perdiderit unam ex illis, nonne relinquit nonaginta novem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inveniat eam? 5 Et quum invenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, 6 Veniensque domum convocat amicos & vicinos, dicens illis, [1] Gaudete mecum, quia inveni ovem meam quæ perierat. 7 Dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore resipiscente, magis quam super nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentia. 8 Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, [2] non accendit lucernam, & [3] verrit domum, quæritque diligenter, donec inveniat? 9 Et cum invenerit, convocat amicas ac vicinas, dicens, Gaudete mecum, quia inveni drachmam, quam perdideram. 10 Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore resipiscente. 11 Ait autem, Homo quidam habuit duos filios. 12 Et dixit adolescentior illorum patri, Pater, da mihi portionem substantiæ [4] quæ ad me redit. Et divisit illis [5] substantiam. 13 Ac post dies non multos, quum omnia contraxisset adolescentior filius, peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipavit substantiam suam [6] vivendo luxuriose. 14 [7] Et postquam omnia consumpsisset, facta est fames valida in regione illa: & ipse cœpit egere. 15 Et abiit, & adhæsit uni civium regionis illius: atque is misit illum in villam suam ut pasceret porcos. 16 Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quibus porci vescebantur: neque quisquam illi dabat. 17 In se autem reversus dixit, [8] Quam multi mercenarii patris mei abundant panibus, ego vero fame pereo. 18 Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam

12 *Iturus committere bellum*] ἀπέρχεται συμβαλεῖν εἰς πόλεμον, id est, *abit ut confligat*, sive *congrediatur bello*: etiamsi Latinius erat *prælio*.

13 *Non sedens*] Hîc est eadem vox, quam modo verterat *nonne*, ὐχί.

14 *Cum decem millibus*] ἐν δέκα χιλιάσι. Interpres haud male mutavit *in*, Græcam præpositionem ex idiomate sermonis Hebraici positam, *in decem millibus*. Quanquam castius erat prorsus omittere, quod apud nos nec ullum habeat usum, & orationem reddat inelegantem. Quod genus sunt illa in Deuteronomio, *Et incendens civitatem in igni*. Item, *Et lapidabis eos in lapidibus*. Cujusmodi complura recensuit Augustinus in Annot. Hebræi sermonis.

15 *Ad se*] ἐπ' αὐτόν. Cur non potius *contra se*, sive *adversus se*?

16 *Alioqui illo adhuc longe agente*] Εἰ δὲ μή γε. Quod ante verterat, *Sin autem*, non recte, hîc recte vertit *alioqui*. *Longe agente*, πόῤῥω αὐτῦ ὄντος, id est, *cum procul est*, sive *procul abest*.

17 *Qui non renunciat*] ὐκ ἀποτάσσεται. Quod alias est *dicto vale dimittere*.

18 *Evanuerit*] μωρανθῇ, id est, *fatuum redditum fuerit*. Siquidem non homines solum, sed & alia *fatua* dicuntur, quæ nihil sapiant. Quemadmodum Martialis betas *fatuas* appellat.

19 *Utile est*] εὔθετον, id est, *accommodum*, ante vertit *aptum*. Neque de genere vocis hujus *sal* ero anxius, cum sat sciam & in neutro reperiri, licet & frequentius, & apud probatiores auctores in masculino.

1 *Congratulamini*] Συγχάρητε, id est, *Congaudete*. Aut si cui id parum Latinum videtur, *Gaudete mecum*.

2 *Nonne accendit*] ὐχί; *At non* magis hîc quadrabat, sive, *An non*: etiamsi hic sermo eodem laborat incommodo, quo is quem ante notavimus: *Quis ex vobis pater si filius petet panem* &c.

3 *Evertit*] σαροῖ, id est, *verrit*, hoc est, *scopis purgat*. Fortassis Interpres scripserat *everrit*, id imperitus aliquis ac sciolus non intelligens, inversa scriptura fecit *evertit*. Quod sane minus mirum est fuisse depravatum, quam non fuisse animadversum. Adeo mendum hoc in omnibus exemplaribus Latinis inolevit, etiam vetustissimis. Sensit hîc nonnihil incommodi & Carrensis, interpretans, *evertit totam domum*, id est, *ea quæ in domo sunt*. Et moraliter *evertere domum* est perturbare conscientias peccatorum. Theophylactus *verrit*, vertit *repurgavit*, & in eumdem sensum Gregorius Nyssenus, qui citatur in Catena: licet Gregorius Pontifex Rom. deceptus vitio codicis, *evertit* interpretatur *concussit conscientiam*.

4 *Quæ me contingit*] τὸ ἐπιβάλλον, id est, *quæ redit ad me*.

5 *Substantiam*] Duæ sunt voces apud Græcos, *substantiæ* & *substantiam*, ὐσίας καὶ βίον, id est, *substantiæ & victum*. Quanquam βίος & *vitam* ipsam significat apud Græcos & *facultates* quibus vivitur.

6 *Vivendo luxuriose*] ζῶν ἀσώτως, id est, *vivens luxuriose*. Hinc & Paulus luxum vocat ἀσωτίαν: *Vinum in quo est luxuria*. Id autem non ad libidinem tantum pertinet.

7 *Et postquam omnia consummasset*] Δαπανήσαντος δὲ αὐτῦ πάντα, id est, *Cum is consumpsisset* sive *absumpsisset omnia*. Quod quidem arbitror Librariorum vitio fuisse depravatum, licet mirus sit nostratium exemplarium consensus. Ambrosius indicat sese legisse more Græcorum, cum ita scribit in Commentariis: *Ille igitur vivendo luxuriose consumpsit omnia ornamenta naturæ. Unde tu qui accepisti imaginem Dei, qui habes similitudinem ejus, noli eam irrationabili fœditate consumere.*

8 *Quanti mercenarii*] Cur non potius *Quot*, Πόσοι, sive *Quam multi*? Nec additur *in domo*, nec apud Græcos, nec in vetustis exem-

19 οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου· Καὶ οὐκ ἔτι εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι
20 υἱός σου· ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου. Καὶ ἀναστὰς ἦλθε πρὸς τὸν πατέρα ἑαυτοῦ. Ἔτι δὲ αὐτοῦ μακρὰν ἀπέχοντος, εἶδεν αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἐσπλαγχνίσθη, καὶ δραμὼν ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ κατε-
21 φίλησεν αὐτόν. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ υἱὸς, Πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκ ἔτι εἰμὶ ἄξιος κλη-
22 θῆναι υἱός σου. Εἶπε δὲ ὁ πατὴρ πρὸς τοὺς δούλους αὐτοῦ, Ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν πρώτην, καὶ ἐνδύσατε αὐτὸν, καὶ δότε δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ὑποδήματα
23 εἰς τοὺς πόδας, Καὶ ἐξενέγκαντες τὸν μόσχον τὸν σιτευ-
24 τὸν θύσατε, καὶ φαγόντες εὐφρανθῶμεν· Ὅτι οὗτος ὁ υἱός μου νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε, καὶ ἀπολωλὼς ἦν,
25 καὶ εὑρέθη. Καὶ ἤρξαντο εὐφραίνεσθαι. Ἦν δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ πρεσβύτερος ἐν ἀγρῷ· καὶ ὡς ἐρχόμενος ἤγγι-
26 σε τῇ οἰκίᾳ, ἤκουσε συμφωνίας καὶ χορῶν, Καὶ προσκαλεσάμενος ἕνα τῶν παίδων αὐτοῦ, ἐπυνθάνετο τί
27 εἴη ταῦτα. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἥκει, καὶ ἔθυσεν ὁ πατήρ σου τὸν μόσχον τὸν σιτευ-
28 τὸν, ὅτι ὑγιαίνοντα αὐτὸν ἀπέλαβεν. Ὠργίσθη δὲ, καὶ οὐκ ἤθελεν εἰσελθεῖν. Ὁ οὖν πατὴρ αὐτοῦ ἐξελθὼν παρε-
29 κάλει αὐτόν. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε τῷ πατρὶ, Ἰδοὺ τοσαῦτα ἔτη δουλεύω σοι, καὶ οὐδέποτε ἐντολήν σου παρῆλθον, καὶ ἐμοὶ οὐδέποτε ἔδωκας ἔριφον, ἵνα μετὰ τῶν
30 φίλων μου εὐφρανθῶ. Ὅτε δὲ ὁ υἱός σου οὗτος, ὁ καταφαγών σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν, ἦλθεν, ἔθυσας
31 αὐτῷ τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Τέκνον, σὺ πάντοτε μετ' ἐμοῦ εἶ, καὶ πάντα τὰ ἐμὰ σά
32 ἐστιν. Εὐφρανθῆναι δὲ καὶ χαρῆναι ἔδει, ὅτι ὁ ἀδελφός σου οὗτος νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε, καὶ ἀπολωλὼς ἦν, καὶ
XVI. 1 εὑρέθη. Ἔλεγε δὲ καὶ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, ὃς εἶχεν οἰκονόμον, καὶ οὗτος διεβλήθη αὐτῷ, ὡς διασκορπίζων τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ.
2 Καὶ φωνήσας αὐτὸν, εἶπεν αὐτῷ, Τί τοῦτο ἀκούω περί σου; ἀπόδος τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας σου· οὐ γὰρ δυνήσῃ
3 ἔτι οἰκονομεῖν. Εἶπε δὲ ἐν ἑαυτῷ ὁ οἰκονόμος, Τί ποιήσω, ὅτι ὁ κύριός μου ἀφαιρεῖται τὴν οἰκονομίαν ἀπ' ἐμοῦ;
4 Σκάπτειν οὐκ ἰσχύω, ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι. Ἔγνων τί ποιήσω, ἵνα, ὅταν μετασταθῶ τῆς οἰκονομίας, δέξωνταί
5 με εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν. Καὶ προσκαλεσάμενος ἕνα ἕκαστον τῶν χρεωφειλετῶν τοῦ κυρίου αὐτοῦ, ἔλεγε τῷ πρώ-
6 τῳ, Πόσον ὀφείλεις τῷ κυρίῳ μου; Ὁ δὲ εἶπεν, Ἑκατὸν βάτους ἐλαίου. Καὶ εἶπεν αὐτῷ, Δέξαι σου τὸ γράμμα, καὶ καθίσας ταχέως γράψον πεντήκοντα.
7 Ἔπειτα ἑτέρῳ εἶπε, Σὺ δὲ πόσον ὀφείλεις; Ὁ δὲ εἶπεν, Ἑκατὸν κόρους σίτου. Καὶ λέγει αὐτῷ, Δέξαι σου

A cam ei, Pater, peccavi in cœlum & coram te: Jam 19 non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis. Et surgens venit ad patrem suum. 20 [9] Quum autem adhuc longe abesset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens ruit in collum ejus, & osculatus est eum. Dixitque 21 ei filius, Pater, peccavi in cœlum & coram te, neque posthac sum dignus vocari filius tuus. Dixit au- 22 tem pater ad servos suos, [10] Proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum ejus, & calceamenta in pedes, Et adducite vitulum illum 23 saginatum atque mactate, sumptisque epulis [11] læte-
B mur: Quia hic filius meus mortuus erat, & revixit, pe- 24 rieratque, & inventus est. [12] Et cœperunt lætari. Erat 25 autem filius ejus senior in agro: & quum veniret & appropinquasset domui, audivit [13] concentum & choros, Et vocavit unum de servis suis, & interrogavit 26 quid essent illa. At is dixit illi, Frater tuus venit, 27 & occidit pater tuus vitulum illum saginatum, quod incolumem illum receperit. Indignatus est autem, 28 nec volebat introire. Pater ergo illius egressus [14] rogabat illum. At ille respondens dixit patri, Ecce tot 29 annis servio tibi, nec unquam præceptum tuum transgressus sum, nec unquam dedisti mihi hœdum, [15] ut
C cum amicis meis lætarer. Sed postquam filius tuus 30 hic, qui [16] devoravit substantiam tuam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum illum saginatum. At ille dixit ei, Fili, tu semper mecum es, & omnia 31 mea tua sunt. Lætari autem & gaudere oportebat, 32 quia frater tuus hic mortuus erat, & revixit, perieratque, & inventus est. Dicebat autem & ad discipulos suos, Homo quidam erat dives, [1] qui habebat 1 XVI. dispensatorem, & hic [2] delatus est apud illum, ut qui dissiparet bona ipsius. Et vocavit illum, & ait illi, 2 Quid hoc audio de te? redde rationem dispensationis tuæ: non enim poteris posthac dispensare. Ait 3 autem dispensator intra se, Quid faciam, quia do-
D minus meus aufert a me dispensationem? Fodere non valeo, [3] mendicare erubesco. Scio quid faciam, ut, 4 quum amotus fuero a dispensatione, recipiant me in domos suas. [4] Convocatis itaque singulis debitori- 5 bus domini sui, dicebat primo, Quantum debes domino meo? At ille dixit, [5] Centum batos olei. Di- 6 xitque illi, [6] Accipe cautionem tuam, & sede cito & scribe quinquaginta. Deinde alteri dixit, Tu vero 7 quantum debes? Qui ait, Centum coros tritici. Et ait illi,

exemplaribus Donatiani, tantum est, *Quanti mercenarii patris mei abundant* &c. Consentiebat Constantiense. Nam mercenarium opposuit filio. Et studiosus aliquis adjecit *in domo*, ut esset quod responderet adverbio *hic*.

9 *Cum adhuc longe esset*] μακρὰν ἀπέχοντος, id est, *cum procul abesset*.

10 *Cito proferte*] *Cito* non additur in Græcis exemplaribus. Budæus existimat hic quoque exprimendam fuisse vim articuli, τὴν στολὴν τὴν πρώτην, id est, *stolam illam primam*. Est autem vestis genus in talos demissæ, ut intelligamus non de qualibet veste dictum, sed de certa quapiam & eximia. Nam *annulo* & *calceamentis* non præponitur Græcus articulus. At rursum *vitulo* geminum addidit articulum ut *stolæ*, τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν, id est, *vitulum illum saginatum*, ut certum & insignem vitulum accipiamus designari. Jam & in sequentibus, cum sæpe repetatur hic vitulus, semper adduntur articuli, quum *hœdo* non addatur ullus articulus, quod non unusquispiam insignis designetur, sed quilibet e grege. *Vitulum* autem interpretantur ipsum Christi corpus pro nobis immolatum.

11 *Et epulemur*] εὐφρανθῶμεν, id est, *lætemur*, ut placet Vallæ.

12 *Et cœperunt epulari*] Rursum est εὐφραίνεσθαι, de quibus superius jam admonuimus.

13 *Symphoniam & chorum*] συμφωνίας καὶ χορῶν, id est, *concentum & choros*, hoc est, *saltationes*. Id enim hoc loco significat *choros*.

14 *Cœpit rogare illum*] Græcis est παρεκάλει αὐτόν. Quod non solum significat *rogare*, sed & *invitare* & *adhortari*.

15 *Cum amicis meis epularer*] Rursus est εὐφρανθῶ. Item paulo post, *Epulari autem*, Εὐφρανθῆναι δέ.

16 *Devoravit substantiam suam*] Græci magno consensu legunt *tuam*, ut sit odiosius, ὁ καταφαγών σου τὸν βίον. Atque ita legisse Ambrosium, ex his illius verbis licet colligere: *Impius*, inquit, *qui accusabat fratrem, quod cum meretricibus paternam substantiam prodegisset*. Non enim dixit *suam substantiam*, sed *paternam*.

1 *QUi habebat villicum*] οἰκονόμον, id est, *dispensatorem*, hoc est, *œconomum*, ab οἶκος *domus*, & νέμειν *distribuere*, quod ea dispenset, quæ ad rem domesticam pertinent. *Villicus* (ut inquit Varro in libris de Re Rustica) *agri colendi causa constituitur, appellatus a villa, quod ab eo in eam convehuntur fructus & evehuntur cum venerint*. Atque ipse divus Hieronymus distinguit *villicum* ab *œconomo*. *Villicus*, inquit, *proprie villæ gubernator, a villa nomen villici accepit: œconomus non tantum frugum, sed & omnium, quæ dominus possidet, gubernator est*. Unde *Oeconomicus* Xenophontis pulcherrimus liber, qui non villæ gubernationem, sed universæ domus dispensationem, Tullio interpretante, significat. Proinde magis quadrabat hoc loco *œconomus* sive *dispensator* quam *villicus*. Quin & in his quæ mox sequuntur, *redde rationem villicationis tuæ*, &, *non poteris amplius villicare*, Græce est οἰκονομίας, & οἰκονομεῖν, id est, *dispensationis*, & *dispensare*. Atque ita citat divus Hieronymus, explicans hunc locum in Epistola ad Algasiam: *Redde rationem dispensationis tuæ, non enim poteris ultra dispensare*. Cæterum quod hic vertit,

2 *Diffamatus est*] Græcis est διεβλήθη, quod magis sonat *delatus est*, a διαβάλλομαι, unde διάβολος *calumniator*, διαβολὴ *calumnia*. Quanquam hoc interest, calumniator falso defert, at defertur etiam qui merito accusatur. Nec est *quasi*, sed ὡς διασκορπίζων, *veluti dissipans*, sive *velut qui dissiparet*, nimirum *delatus est hoc nomine quod dissiparet bona, illius*.

3 *Mendicare erubesco*] ἐπαιτεῖν, pro quo alias usus est προσαιτεῖν.

4 *Convocatis itaque singulis*] προσκαλεσάμενος, id est, *ad se vocatis*, sive *accersitis*.

5 *Centum cados*] ἑκατὸν βάτους, id est, *centum batos*, non *cados*. Nam *batus* Hebraica vox est, illis mensuram significans liquidorum, ut docet Josephus libro Antiquitatum Judaicæ gentis octavo. Ea capiebat sextarios septuaginta duos: quemadmodum & illud quod mox sequitur, *coros*. Ea mensura aridorum capiebat medimnos Atticos quadraginta unum, ut idem testatur libro tertio.

6 *Accipe cautionem*] τὸ γράμμα. Idem verbum quod mox vertit *litteras*, idque non Latine. Nam *litteræ* numero multitudinis significant epistolam. Aut igitur utrobique vertere debuerat *cautionem*, cum utrobique sit γράμμα, quod *litteram* sonat, aut *scriptum*, aut *syngrapham*, aut *codicillos*, aut *libellos*, aut hujusmodi quippiam.

7 Villi-

8 σϰ τὸ γράμμα, ϰαὶ γράψον ὀγδοήϰοντα. Καὶ ἐπήνεσεν ὁ ϰύριος τὸν οἰϰονόμον τῆς ἀδιϰίας, ὅτι φρονίμως ἐποίησεν· ὅτι οἱ υἱοὶ τῦ αἰῶνος τούτϰ φρονιμώτεροι ὑπὲρ τὺς 9 υἱοὺς τῦ φωτὸς εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν εἰσι. Κἀγὼ ὑμῖν λέγω, Ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλυς ἐϰ τῦ μαμμωνᾶ τῆς ἀδιϰίας, ἵνα, ὅταν ἐϰλίπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰω-10 νίυς σϰηνάς. Ὁ πιςὸς ἐν ἐλαχίςῳ, ϰαὶ ἐν πολλῷ πιςός ἐςι· ϰαὶ ὁ ἐν ἐλαχίςῳ ἄδιϰος, ϰαὶ ἐν πολλῷ ἄδιϰός 11 ἐςιν. Εἰ ὖν ἐν τῷ ἀδίϰῳ μαμμωνᾷ πιςοὶ ὐϰ ἐγένεσθε, τὸ 12 ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιςεύσει; Καὶ εἰ ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ πιςοὶ ρνα ι13 ὐϰ ἐγένεσθε, τὸ ὑμέτερον τίς ὑμῖν δώσει; Οὐδεὶς οἰϰέτης δύναται δυσὶν ϰυρίοις δϰλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, ϰαὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει, ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, ϰαὶ τῦ ἑτέρϰ ρνϛ ι14 ϰαταφρονήσει· ὐ δύνασθε Θεῷ δϰλεύειν ϰαὶ μαμμωνᾷ. Ἤϰϰον δὲ ταῦτα πάντα ϰαὶ οἱ Φαρισαῖοι φιλάργυροι ὑπάρ-15 χοντες, ϰαὶ ἐξεμυϰτήριζον αὐτόν. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὑμεῖς ἐςὲ οἱ διϰαιῦντες ἑαυτὺς ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ὁ δὲ Θεὸς γινώσϰει τὰς ϰαρδίας ὑμῶν· ὅτι τὸ ἐν ἀνθρώποις ὑψη-ρνη ι16 λὸν, βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐςιν. Ὁ Νόμος ϰαὶ οἱ Προφῆται ἕως Ἰωάννϰ· ἀπὸ τότε ἡ βασιλεία τῦ Θεῦ ρνθ ι17 εὐαγγελίζεται, ϰαὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται. Εὐϰοπώτερον δέ ἐςι τὸν ὐρανὸν ϰαὶ τὴν γῆν παρελθεῖν, ἢ τοῦ ρξ ιβ18 Νόμϰ μίαν ϰεραίαν πεσεῖν. Πᾶς ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖϰα αὐτῦ, ϰαὶ γαμῶν ἑτέραν, μοιχεύει· ϰαὶ πᾶς ὁ ἀπολελυ-ρξα ι19 μένην ἀπὸ ἀνδρὸς γαμῶν, μοιχεύει. Ἄνθρωπος δέ τις ἦν πλϰσιος, ϰαὶ ἐνεδιδύσϰετο πορφύραν ϰαὶ βύσσον, εὐφραι-20 νόμενος ϰαθ᾽ ἡμέραν λαμπρῶς. Πτωχὸς δέ τις ἦν ὀνόματι Λάζαρος, ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα αὐτῦ ἡλϰωμέ-21 νος, Καὶ ἐπιθυμῶν χορτασθῆναι ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῦ πλουσίου· ἀλλὰ ϰαὶ 22 οἱ ϰύνες ἐρχόμενοι ἀπέλειχον τὰ ἕλϰη αὐτοῦ. Ἐγένετο δὲ ἀποθανεῖν τὸν πτωχὸν, ϰαὶ ἀπενεχθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀγγέλων εἰς τὸν ϰόλπον Ἀβραάμ· ἀπέθα-23 νε δὲ ϰαὶ ὁ πλούσιος, ϰαὶ ἐτάφη. Καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῦ, ὑπάρχων ἐν βασάνοις, ὁρᾷ τὸν Ἀβραὰμ ἀπὸ μαϰρόθεν, ϰαὶ Λάζαρον ἐν τοῖς ϰόλ-24 ποις αὐτῦ. Καὶ αὐτὸς φωνήσας εἶπε, Πάτερ Ἀβραὰμ ἐλέησόν με, ϰαὶ πέμψον Λάζαρον, ἵνα βάψῃ τὸ ἄϰρον τῦ δαϰτύλϰ αὐτῦ ὕδατος, ϰαὶ ϰαταψύξῃ τὴν γλῶσσάν μϰ, 25 ὅτι ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ. Εἶπε δὲ Ἀβραὰμ, Τέϰ-

A illi, Accipe cautionem tuam, & scribe octoginta. Et 8 laudavit dominus 7 dispensatorem iniquum, quod prudenter fecisset: quia filii hujus seculi prudentiores sunt filiis lucis in natione sua. Et ego vobis dico, 9 Facite vobis amicos ex mammona injusto, ut, quum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Qui 10 fidelis est in minimo, 8 & in multo fidelis est: & qui 9 in minimo iniquus est, is & in multo iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, 10 11 quod verum est quis credet vobis? Et si in alieno 12 fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis? Nemo servus potest duobus dominis servire: 11 aut 13 enim unum odio habebit, & alterum diliget, aut uni adhærebit, & alterum contemnet: non potestis Deo servire & mammonæ. 12 Audiebant autem hæc omnia 14 & Pharisæi qui erant avari, & 13 deridebant illum. Et 15 B ait illis, Vos estis qui justificatis vosipsos coram hominibus, Deus autem novit corda vestra: quia quod hominibus excelsum est, abominandum est coram Deo. Lex & Prophetæ usque ad Joannem: 14 ab eo tem- 16 pore regnum Dei annunciatur, 15 & quivis in illud vim facit. Facilius est autem cœlum & terram præ- 17 terire, quam Legis unum apicem cadere. Quisquis 18 dimittit uxorem suam, & alteram ducit, adulterium committit: & qui dimissam a viro ducit, adulterium committit. Homo quidam erat dives, qui induebatur 19 16 purpura & bysso, & 17 epulabatur quotidie splendide. Erat autem quidam mendicus 18 nomine 20 C Lazarus, 19 qui jacebat ad januam ejus 20 ulcerosus, Cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa di- 21 vitis: sed & canes veniebant ac lingebant ulcera ejus. Accidit autem ut moreretur mendicus, & de- 22 portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ: mortuus est autem & dives, 21 ac sepultus est. Atque in tartaro 23 sublatis oculis suis, quum esset in tormentis, videt Abraham eminus, & Lazarum in sinu ejus. Et ipse 24 clamans dixit, Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ac refrigeret linguam meam, quia crucior in flamma hac. Dixit autem Abraham, Fili, recor- 25 dare,

7 *Villicum iniquitatis*] Ex idiomate sermonis Hebræi dixit *villicum iniquitatis*, pro *dispensatore iniquo* sive *injusto*, cui non dissimile est quod mox sequitur, *de mammona iniquitatis.*

8 *Et in majori*] ἐν πολλῷ, id est, *in multo.*

9 *In minori*] ἐν ἐλαχίςῳ, id est, *in minimo.* Sed amat variare Interpres. Nec hic est, *in majori*, sed *in multo*, ut superius.

10 *Quod vestrum est quis credet vobis*] τὸ ἀληθινὸν, id est, *quod verum est.* Id quod in nonnullis codicibus, haud dubie Librariorum vitio, fuerat depravatum. Quandoquidem & in emendatioribus Latinorum exemplaribus *verum* legimus, non *vestrum.* Opponit autem *verum* iniquo. Nam veræ divitiæ sunt, quæ sine fraude parantur. Et hoc loco *credet* positum est pro *committet.* Porro qui committit tibi, nimirum alienum committit, non tuum. At in proxima clausula *vestrum* opponit alieno. Et quod verum est non creditur, quod nostrum non datur.

11 *Aut enim unum odiet*] Id quoniam totidem verbis dicitur apud Matthæum, inde petat qui volet, quod in hunc annotavimus locum.

12 *Audiebant autem hæc omnia Pharisæi, qui erant avari, & deridebant illum*] Græci secus distinguunt, Ἤϰϰον δὲ ταῦτα πάντα, ϰαὶ οἱ Φαρισαῖοι φιλάργυροι ὑπάρχοντες ἐξεμυϰτήριζον αὐτόν. Id est, *Audiebant autem hæc omnia, & Pharisæi qui erant avari deridebant eum.* Ut intelligas hæc omnia cæteris quoque fuisse audita, verum solos Pharisæos offensos fuisse, quorum ulcus tetigerat, etiamsi nonnulla exemplaria rursus addita conjunctione habebant, *& deridebant eum.*

13 *Deridebant*] ἐξεμυϰτήριζον. Est autem μυϰτηρίζειν, quod Latini vocant *naso suspendere.* Erat enim olim nasus irrisioni dicatus. Μυϰτὴρ Græce *nasus*, inde μυϰτηρίζειν *subsannare.* Et quo usus est Cicero, ἀντιμυϰτηρίζειν, *vicissim irridere.*

14 *Ex eo*] ἀπὸ τότε, id est, *ex tunc*, ut alias vertit, ut in Psalmo: *Parata sedes tua ex tunc*, ἀπὸ τότε. Latinius erat, *ex eo tempore*, sive *ab eo tempore.*

15 *Et omnis in illud vim facit*] Græca quidem reddidit: verum Latinius erat incolumi tamen sensu, *& omnes in illud*, quemadmodum legit Ambrosius, sive *quivis in illud.* Jam enim promiscue conabantur irrumpere etiam Ethnici.

16 *Purpura & bysso*] Mirum unde Augustinus in Psalmum quadragesimum octavum pro *purpura* legat *holosericis.*

17 *Epulabatur*] εὐφραινόμενος, quod Irenæus alicubi vertit *jocundabatur.* Vox enim Græca utrumque significat, *lætitiam mentis*, & *hilare convivium.*

18 *Nomine Lazarus*] Hebræis sonat, *adjutus a Domino*, ut ipsum etiam vocabulum faciat ad parabolam: destitutus erat ab hominibus, sed adjutorem habebat Deum. Siquidem עָזַר *auxilium* sonat, יָהּ *Deus.* Hoc sensisse videtur, qui collegit sylvam nominum Hebraicorum ex omnibus Libris Sacris. Cæterum is, D cujus exstat in singulos Evangelistas collectio nominum, *Lazarum* interpretatur *adjutum.*

19 *Qui jacebat*] ἐβέβλητο, id est, *porrectus erat.* Quo verbo solet uti de vehementer ægrotante & affixo lecto. Nec est simpliciter *janua*, sed πυλῶνος, quod *vestibulum* sonat, sive *ostium divitum.* Nomen deductum a πύλη *porta.* Nec est,

20 *Ulceribus plenus*] sed ἡλϰωμένος, id est, *ulceratus*, sive *ulcerosus*, simile illi ϰεχαριτωμένη, id est, *gratiosa*, sive *gratia plena. Et nemo illi dabat.* Hanc particulam non reperio additam in Græcis codicibus, ne in his quidem quos nobis præbuit Bibliotheca divi Donatiani, & Constantiensis. Quin ipse Beda nec legit nec interpretatur. Ex Ambrosianis Commentariis citius colligas micas fuisse datas quam non datas. Neque enim hoc nomine reprehenditur dives, quod nihil impertierit pauperibus: sed quod in deliciis sustineret vivere, quum videret fratrem suum tot malis discruciari, nec collegerit jacentem, nec sua mensa dignatus sit, nec curarit ulcera illius, quum canes essent ipso humaniores: nec E quicquam impertierit præter ea quæ decidebant de sumptuosa mensa, a canibus sublegenda.

21 *Et sepultus est in inferno*] Græce secus est, ϰαὶ ἐτάφη, Καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τὺς ὀφθαλμὺς, id est, *& sepultus est, Et in inferno sublatis oculis.* Ut sit sensus, divitem quoque, qui felicitatem posuerat in opibus ac deliciis suis, similiter mortuum fuisse ac sepultum, quemadmodum & pauperculum illum. Cæterum animam, quæ devecta fuerat ad inferos, sublatis oculis vidisse Abraham. Alioqui quî poterat tollere oculos sepultus? Ad hunc sane modum plane distinguit & Theophylactus, qui ab eo loco, *Et in inferno elevans oculos suos*, novi capitis facit initium, commentario in medio interposito. Similiter distinguit Augustinus in Sermone quo enarrat hunc versiculum, *Tibi derelictus est pauper: & vide*, inquit, *exitus amborum. Contingit enim mori inopem illum & auferri ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est* F *& dives, & sepultus est, nam pauper forte non sepultus est* &c. Rursus Homilia, quæ est ex quinquaginta septima, distinctionem Græcorum sequitur. Unde mirum est Bedam Augustini compilatorem sequi diversum. Quæ referuntur in Aurea Catena ex Chrysostomi duobus verbis depravata sunt, quæ si abessent, prorsus nobiscum faceret. Nam in hoc philosophatur, quod dives tantum sepultus legitur, nec ulla sit mentio famulorum aut amicorum qui morienti adfuerint, eo quod divitem, ubi ventum est ad vitæ finem, omnes destituere solent. Tantum sepultus dicitur, jam bis sepultus, cujus anima prius erat sepulta in corpore. In hanc fere sententiam Chrysostomus.

Τέκνον, μνήσθητι, ὅτι ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακά· νῦν δὲ ὅδε παρα-26καλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι. Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις, μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται, ὅπως οἱ θέλοντες διαβῆναι ἐντεῦθεν πρὸς ὑμᾶς, μὴ δύνανται, μηδὲ οἱ ἐκεῖ-27θεν πρὸς ἡμᾶς διαπερῶσιν. Εἶπε δὲ, Ἐρωτῶ οὖν σε πά-28τερ, ἵνα πέμψῃς αὐτὸν εἰς τὸν οἶκόν τοῦ πατρός μου. Ἔχω γὰρ πέντε ἀδελφοὺς, ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς, ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ ἔλθωσιν εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς βασάνου. 29 Λέγει αὐτῷ Ἀβραὰμ, Ἔχουσι Μωσέα καὶ τοὺς Προφήτας, 30 ἀκουσάτωσαν αὐτῶν. Ὁ δὲ εἶπεν, Οὐχὶ, πάτερ Ἀβραάμ· ἀλλ' ἐάν τις ἀπὸ νεκρῶν πορευθῇ πρὸς αὐτοὺς, μετα-31νοήσουσιν. Εἶπε δὲ αὐτῷ, Εἰ Μωσέως καὶ τῶν Προφητῶν οὐκ ἀκούουσιν, οὐδὲ ἐάν τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ, πεισθήσονται.

XVII. 1 Εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς, Ἀνένδεκτόν ἐστι τοῦ μὴ ἐλ-2θεῖν τὰ σκάνδαλα· οὐαὶ δὲ δι' οὗ ἔρχεται. Λυσιτελεῖ αὐτῷ, εἰ μύλος ὀνικὸς περίκειται περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἔρριπται εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μι-3κρῶν τούτων. Προσέχετε ἑαυτοῖς. Ἐὰν δὲ ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ἐπιτίμησον αὐτῷ· καὶ ἐὰν μετανοήσῃ, ἄφες 4 αὐτῷ. Καὶ ἐὰν ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἁμάρτῃ εἰς σὲ, καὶ ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἐπιστρέψῃ ἐπὶ σε, λέγων, Μετα-5νοῶ, ἀφήσεις αὐτῷ. Καὶ εἶπον οἱ Ἀπόστολοι τῷ Κυ-6ρίῳ, Πρόσθες ἡμῖν πίστιν. Εἶπε δὲ ὁ Κύριος, Εἰ ἔχετε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐλέγετε ἂν τῇ συκαμίνῳ ταύτῃ, Ἐκριζώθητι καὶ φυτεύθητι ἐν τῇ θαλάσ-7σῃ, καὶ ὑπήκουσεν ἂν ὑμῖν. Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν δοῦλον ἔχων ἀροτριῶντα ἢ ποιμαίνοντα, ὃς εἰσελθόντι αὐτῷ ἐκ 8 τοῦ ἀγροῦ ἐρεῖ εὐθέως, Παρελθὼν ἀνάπεσαι. Ἀλλ' οὐχὶ ἐρεῖ αὐτῷ, Ἑτοίμασον τί δειπνήσω, καὶ περιζωσάμενος διακόνει μοι, ἕως φάγω καὶ πίω, καὶ μετὰ 9 ταῦτα φάγεσαι καὶ πίεσαι σύ; Μὴ χάριν ἔχει τῷ δούλῳ ἐκείνῳ, ὅτι ἐποίησε τὰ διαταχθέντα αὐτῷ; Οὐ 10 δοκῶ. Οὕτως καὶ ὑμεῖς, ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν, λέγετε, Ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν, ὅτι 11 ὃ ὀφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ αὐτὸς διήρχετο διὰ 12 μέσου Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας. Καὶ εἰσερχομένου αὐτοῦ εἴς τινα κώμην, ἀπήντησαν αὐτῷ δέκα λεπροὶ ἄν-13δρες, οἳ ἔστησαν πόῤῥωθεν, Καὶ αὐτοὶ ἦραν φωνὴν, λέ-14γοντες, Ἰησοῦ ἐπιστάτα, ἐλέησον ἡμᾶς. Καὶ ἰδὼν, εἶπεν αὐτοῖς, Πορευθέντες ἐπιδείξατε ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσι. 15 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτοὺς, ἐκαθαρίσθησαν. Εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν ἰδὼν ὅτι ἰάθη, ὑπέστρεψε, μετὰ φωνῆς μεγάλης 16 δοξάζων τὸν Θεόν. Καὶ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, εὐχαριστῶν αὐτῷ· καὶ αὐτὸς ἦν Σαμαρείτης. 17 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Οὐχὶ οἱ δέκα ἐκαθαρίσθησαν;

dare, [22] quod receperis bona tua in vita tua, & Lazarus similiter mala: [23] nunc autem hic solatio fruitur, tu vero cruciaris. 26 [24] Et super hæc omnia, inter nos & vos [25] hiatus ingens firmatus est, ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, [26] neque istinc huc [27] transcendere. 27 Ait autem, Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei. 28 Habeo enim quinque fratres, ut testificetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum [28] cruciatus. 29 Ait illi Abraham, Habent Mosen ac Prophetas, audiant illos. 30 At ille dixit, Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, resipiscent. 31 Ait autem illi, Si Mosen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

XVII. 1 Ait autem ad discipulos, Fieri non potest quin veniant offendicula: væ tamen illi per quem veniunt. 2 Expedit illi, si [1] mola asinaria ponatur circa collum ejus, & projectus fuerit in mare, potius quam ut offendiculo sit uni de pusillis istis. 3 Cavete vobis. Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum: & [2] si pœnituerit, remitte illi. 4 Et si septies in die peccaverit in te, & septies in die [3] conversus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me, remittes illi. 5 Et dixerunt Apostoli Domino, Adauge nobis fidem. 6 Dixit autem Dominus, [4] Si haberetis fidem [5] sicut *habet* granum sinapis, [6] dixissetis huic arbori [7] sycamino, Eradicare & transplantare in mare, [8] & obedisset vobis. 7 Quis autem vestrum habens servum arantem [9] aut pascentem, qui regresso ab agro dicat statim, Transi & accumbe. 8 Ac non potius dicet illi, Para quod cœnem, & præcinge te, ac ministra mihi, donec edero ac bibero, & post hæc edito & bibito tu? 9 Num gratiam habet servo illi, quia fecit quæ ei imperata fuerant? Non puto. 10 Sic & vos quum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Servi inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. 11 Et factum est dum iret Hierosolymam, & ipse transibat per mediam Samariam & Galilæam. 12 Et quum ingrederetur quemdam vicum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt procul, 13 Intentaque voce dixerunt, Jesu præceptor, miserere nostri. 14 Quos ut vidit, dixit illis, Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, ut inter eundum mundati sint. 15 Unus autem ex illis ut vidit quod mundatus esset, regressus est, cum voce magna [10] glorificans Deum. 16 Et procidit in faciem ad pedes ejus, gratias agens ei: & hic erat Samaritanus. 17 Respondens autem Jesus dixit, Nonne decem mundati sunt? [11] novem autem illi

22 *Recepisti bona*] Græci addunt *tua*, τὰ ἀγαθά σου, ut distingueret illius falsa bona ab hujus veris. Et mox, *similiter mala*, subaudias *sua*, non quod simpliciter essent mala, sed illius mala.

23 *Nunc autem hic consolatur*] παρακαλεῖται, passive, hoc est, *solatio fruitur*, sive *solatium habet*, aut *solatio afficitur*, atque ita vitasset amphibologiam.

24 *Et in his omnibus*] Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις. Potest accipi & hic sensus, *Et super hæc omnia*, sive *Præter hæc omnia*. Ut intelligamus hoc accedere ad infelicitatem divitis, quod ob voraginem interjacentem non possit illi succurri.

25 *Chaos magnum firmatum est*] Mirum quid venerit in mentem Interpreti, ut Græcam vocem alia Græca redderet, nec ea sane idem significante. Siquidem Græce χάσμα est, quod *hiatum terræ* significat, qui solet existere nonnunquam in terræmotu, quem Aristoteles in libro de mundo *chasmatian* appellat, unde & *chasmaticus* terræmotus dictus. Nonnulli *voraginem* vocant, quod fissura terræ in immensam devergat profunditatem. *Chaos* autem *confusionem* significat, hoc dictum a χέω, *fundo*, illud a χαίνω, *hio*. Annotavit hunc locum Gulielmus Budæus noster, nonnihil adjiciens annotationi Laurentianæ. Hoc admonendum duxi, partim, ne quem suo fraudarem honore, partim, ut qui diligentius hæc & exactius velit cognoscere, ex illius petat annotamentis, quæ scripsit in Pandectas Juris. Nam nos ubique servimus compendio, ne Lectori fastidio simus.

26 *Neque inde*] μηδὲ οἱ ἐκεῖθεν, id est, *neque qui istinc*. Nam Græci carent hac proprietate adverbiorum, cum apud Latinos *hinc* referatur ad primam personam, hoc est, loquentis, *istinc* ad secundam, *illinc* & *inde* ad tertiam. Nec est,

27 *Transmeare*] sed διαπερῶσιν, hoc est, *ne transcendant*, subjunctivi modi. Nec est,

28 *Tormentorum*] sed τῆς βασάνου, *tormenti*, sive *cruciatus*.

1 L*apis molaris*] μύλος ὀνικὸς, id est, *mola asinaria*. Nam Græci ὄνον, id est, *asinum*, vocant & saxum substratum in mola, quod accipit frumentum, de quo dictum est in Matthæo.

2 *Si pœnitentiam egerit*] εἰ μετανοήσῃ, id est, *si pœnituerit*, sive *si resipuerit*. Ne accipiamus de satisfactione & pœna ceu proprie dictum. Ut dissimulem quod *dimittes* toties dixit pro *remittes*.

3 *Et conversus fuerit*] In nonnullis Græcorum codicibus additum *ad te*, ἐπί σε, in aliis non erat. Apud Ambrosium additur.

4 *Si habueritis*] Εἰ ἔχετε, id est, *Si habetis*, quod recte vertisset, *Si haberetis*.

5 *Sicut granum sinapis*] Nescio an Interpres usurpavit κόκκον neutro genere. Nec enim esset sensus, mea sententia, absurdus, coccum velut habere fidem, quod in speciem humile & abjectum, non ante prodit vigorem suum, quam attritu provocatum. Sic alibi vocat nos ad exemplum passerculorum & liliorum. Quod si magis placet κόκκον hic positum masculino genere, ὡς κόκκον, perinde valebit ac dicas, *fidem similem cocco*.

6 *Dicetis huic*] ἐλέγετε ἂν, id est, *dixissetis*. Antiqui codices habent *diceretis*, non *dicetis*, quod propius accedit ad Græcam veritatem.

7 *Arbori moro*] συκαμίνῳ. Est arbor sui generis, peculiaris Syriæ, quemadmodum indicat Hieronymus. Hesychius addit a nonnullis dici μορεὰν, vulgato, ut conjicio, vocabulo. De hoc XIX. capite plura dicentur. Deinde quod addit, *transplantare*, sensum magis expressit quam verbum. Nec enim est μεταφυτεύθητι, sed φυτεύθητι, hoc est, *plantare*.

8 *Et obediet*] καὶ ὑπήκουσεν ἂν, id est, *obedisset*. Antiquus codex habebat *obediret*, ut respondeat *diceretis*. Quanquam ἂν modum reddit potentialem, & ob id fortassis tolerabilius erat futurum tempus.

9 *Aut pascentem boves*] Græce non est *boves*, sed tantum *pascentem*. Consentiunt & antiquissima exemplaria Latinorum, ποιμαίνοντα. Magis autem accipiendum de pastore ovium, quam boum. Proinde in Corsendoncensi codice adscriptum erat in interstitio versuum, *oves*: atque ita suspicor legisse Ambrosium, quanquam & illic verterunt *oves* in *boves*.

10 *Magnificans Deum*] δοξάζων, id est, *glorificans*: quod tamen subinde ita transfert, quo magis sit varius.

11 *Novem ubi sunt*] Venustius est apud Græcos omisso verbo, οἱ δὲ ἐννέα ποῦ, id est, *novem autem illi ubi*. Nam *illi* addo, loco articuli Græci.

12 Non

18 σαν; οἱ δὲ ἐννέα πȣ͂; Οὐχ εὑρέθησαν ὑποϛρέψαντες 19 δȣ͂ναι δόξαν τῷ Θεῷ, εἰ μὴ ὁ ἀλλογενὴς ȣ͂τος. Καὶ εἶπεν 20 αὐτῷ, Ἀναϛὰς πορεύȣ, ἡ πίϛις σȣ σέσωκέ σε. Ἐπερωτηθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν Φαρισαίων, πότε ἔρχεται ἡ βασιλεία τȣ͂ Θεοῦ, ἀπεκρίθη αὐτοῖς, καὶ εἶπεν, Οὐκ ἔρχεται ἡ 21 βασιλεία τȣ͂ Θεȣ͂ μετὰ παρατηρήσεως. Οὐδὲ ἐρȣ͂σιν, Ἰδȣ̀ ὧδε, ἢ ἰδȣ̀ ἐκεῖ· ἰδȣ̀ γὰρ ἡ βασιλεία τȣ͂ Θεȣ͂ ἐντὸς ὑ- 22 μῶν ἐϛιν. Εἶπε δὲ πρὸς τȣ̀ς μαθητὰς, Ἐλεύσονται ἡμέραι, ὅτε ἐπιθυμήσετε μίαν τῶν ἡμερῶν τȣ͂ Υἱȣ͂ τȣ͂ ἀνθρώπȣ ἰ- 23 δεῖν, καὶ ȣ̓κ ὄψεσθε. Καὶ ἐρȣ͂σιν ὑμῖν, Ἰδȣ̀ ὧδε, ἰδȣ̀ 24 ἐκεῖ· μὴ ἀπέλθητε, μηδὲ διώξητε. Ὥσπερ γὰρ ἡ ἀϛραπὴ ἡ ἀϛράπτȣσα ἐκ τῆς ὑπ' ȣ̓ρανὸν εἰς τὴν ὑπ' ȣ̓ρανὸν λάμπει· ȣ͂τως ἔϛαι καὶ ὁ Υἱὸς τȣ͂ ἀνθρώπȣ ἐν τῇ ἡμέρᾳ 25 αὐτȣ͂. Πρῶτον δὲ δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδο- 26 κιμασθῆναι ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης. Καὶ καθὼς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις τȣ͂ Νῶε, ȣ͂τως ἔϛαι καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τȣ͂ 27 Υἱȣ͂ τȣ͂ ἀνθρώπȣ. Ἤσθιον, ἔπινον, ἐγάμȣν, ἐξεγαμίζοντο, ἄχρι ἧς ἡμέρας εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν, καὶ ἦλθεν ὁ 28 κατακλυσμὸς, καὶ ἀπώλεσεν ἅπαντας. Ὁμοίως καὶ ὡς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Λώτ· ἤσθιον, ἔπινον, ἠγόραζον, 29 ἐπώλȣν, ἐφύτευον, ᾠκοδόμȣν· Ἧ δὲ ἡμέρᾳ ἐξῆλθε Λὼτ ἀπὸ Σοδόμων, ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον ἀπ' ȣ̓ρανȣ͂, καὶ ἀπώ- 30 λεσεν ἅπαντας. Κατὰ ταῦτα ἔϛαι, ᾗ ἡμέρᾳ ὁ Υἱὸς τȣ͂ ἀν- 31 θρώπȣ ἀποκαλύπτεται. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὃς ἔϛαι ἐπὶ τȣ͂ δώματος, καὶ τὰ σκεύη αὐτȣ͂ ἐν τῇ οἰκίᾳ, μὴ καταβάτω ἆραι αὐτά· καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, ὁμοίως μὴ ἐπιϛρε- 32 ψάτω εἰς τὰ ὀπίσω. Μνημονεύετε δὲ τῆς γυναικὸς Λώτ. 33 Ὃς ἐὰν ζητήσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· 34 καὶ ὃς ἐὰν ἀπολέσῃ αὐτὴν, ζωογονήσει αὐτήν. Λέγω ὑμῖν, Ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἔσονται δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς, ὁ εἷς 35 παραληφθήσεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται. Δύο ἔσονται ἀλήθȣσαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ, μία παραληφθήσεται, καὶ ἡ ἑτέ- 36 ρα ἀφεθήσεται. Καὶ ἀποκριθέντες λέγȣσιν αὐτῷ, Ποῦ Κύριε; Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ὅπȣ τὸ σῶμα, ἐκεῖ συνα- XVIII. 1 χθήσονται καὶ οἱ ἀετοί. Ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν αὐτοῖς πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν, 2 Λέγων, Κριτής τις ἦν ἔν τινι πόλει, τὸν Θεὸν μὴ φοβȣ- 3 μενος, καὶ ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος. Χήρα δέ τις ἦν ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ, καὶ ἤρχετο πρὸς αὐτὸν, λέγȣσα, Ἐκδίκη- 4 σόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκȣ μοῦ. Καὶ οὐκ ἠθέλησεν ἐπὶ χρόνον. Μετὰ δὲ ταῦτα εἶπεν ἐν ἑαυτῷ, Εἰ καὶ τὸν Θεὸν 5 ȣ̓ φοβȣ͂μαι, καὶ ἄνθρωπον ȣ̓κ ἐντρέπομαι· Διά γε τὸ παρέχειν μοι κόπον τὴν χήραν ταύτην, ἐκδικήσω αὐτὴν, ἵνα 6 μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπιάζῃ με. Εἶπε δὲ ὁ Κύριος, 7 Ἀκȣ́σατε τί ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας λέγει. Ὁ δὲ Θεὸς ȣ̓ μὴ ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτȣ͂ τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐ- 8 τοῖς; Λέγω ὑμῖν, ὅτι ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει. Πλὴν ὁ Υἱὸς τȣ͂ ἀνθρώπȣ ἐλθὼν ἆρα εὑρήσει τὴν πί- 9 ϛιν ἐπὶ τῆς γῆς; Εἶπε δὲ καὶ πρός τινας, τȣ̀ς πεποιθότας ἐφ' ἑαυτοῖς ὅτι εἰσὶ δίκαιοι, καὶ ἐξȣθενοῦντας τοὺς λοι- 10 ποὺς, τὴν παραβολὴν ταύτην. Ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι, ὁ εἷς Φαρισαῖος, καὶ ὁ ἕτερος

illi ubi? 12 Non sunt reperti qui redierint ut darent 18 gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi, Surge, 19 vade, fides tua te servavit. Interrogatus autem a 20 Pharisæis, quando venturum esset regnum Dei, respondit eis, & dixit, Non veniet regnum Dei cum observatione. Neque dicent, Ecce hîc, aut ecce illic: 21 ecce enim regnum Dei intra vos est. Et ait ad dis- 22 cipulos, Venient dies, 13 quando desiderabitis videre unum dierum Filii hominis, nec videbitis. Et dicent 23 vobis, Ecce hîc, ecce illic: nolite ire, neque sectemini. Nam sicut fulgur coruscans 14 e regione quæ sub 24 cœlo est, in alteram quæ sub cœlo est, fulget: ita erit Filius hominis in die suo. 15 Sed prius oportet 25 illum multa pati, & reprobari a natione hac. Et sic- 26 ut accidit in diebus Noe, ita erit & in diebus Filii hominis. Edebant, bibebant, 16 uxores ducebant, & 27 dabantur nuptum, ad eum usque diem quo intravit Noe in arcam, & venit diluvium, & perdidit omnes. Consimiliter etiam sicut accidit in diebus Lot: ede- 28 bant, bibebant, emebant, vendebant, plantabant, ædificabant: Cæterum quo die exiit Lot e Sodomis, 29 pluit igni & sulphure de cœlo, & omnes perdidit. Secundum hæc erit dies, quo Filius hominis revela- 30 tur. In illo die, qui fuerit in tecto, & vasa ejus in do- 31 mo, ne descendat ad tollendum illa: & qui in agro, similiter non redeat ad relicta. Memores autem esto- 32 te uxoris Lot. Quicunque quæsierit animam suam 33 servare, perdet illam: & quicunque perdiderit illam, vitam illi parabit. Dico vobis, in illa nocte erunt duo 34 in lecto uno, unus assumetur, & alter relinquetur. Duæ erunt molentes simul, una assumetur, & altera 35 relinquetur. Et respondentes dicunt illi, Ubi Domi- 36 mine? Qui dixit illis, 17 Ubicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Dicebat autem & XVIII. 1 parabolam ad illos, huc spectantem, 1 quod oporteret semper orare, nec defatigari, Dicens, Judex qui- 2 dam erat in quadam civitate, qui Deum non timebat, nec hominem reverebatur. Vidua autem quæ- 3 dam erat in civitate illa, & veniebat ad eum, dicens, Vindica me de adversario meo. Et nolebat 2 aliquan- 4 diu. Post hæc autem dixit intra se, Quanquam Deum non timeo, nec hominem revereor: Tamen quia mo- 5 lesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne tandem veniens 3 sugillet me. Ait autem Dominus, Audite 6 quid judex iniquus dicat. Deus autem non faciet vin- 7 dictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, 4 etiam quum patiens fuerit super illis? Dico 8 vobis, quod faciet vindictam illorum cito. Veruntamen Filius hominis quum venerit, 5 an reperturus est fidem in terra? Dixit autem & ad quosdam, qui 9 in se confidebant 6 quod essent justi, & adspernaban- tur cæteros, parabolam istam. Duo homines adscen- 10 debant in templum ut precarentur, unus Pharisæus, &

12 *Non est inventus*] Οὐχ εὑρέθησαν ὑποϛρέψαντες δȣ͂ναι δόξαν τῷ Θεῷ, id est, *Non sunt reperti reversi dare gloriam Deo*, ut ad verbum reddam. Porro *reperiri* Græci dicunt, quod accidit, quodque compertum sit.

13 *Quando desideretis*] ὅτε ἐπιθυμήσετε, id est, *cum desiderabitis*. Quanquam legi potest & ἐπιθυμήσητε: ita reor legisse Interpretem.

14 *De sub cœlo, in ea quæ sub cœlo sunt*] ἐκ τῆς ὑπ' ȣ̓ρανὸν εἰς τὴν ὑπ' ȣ̓ρανὸν, id est, *e regione quæ sub cœlo est, in eam quæ sub cœlo est*, hoc est, *ex una cœli plaga in alteram*. Ita enim videtur oculis hominum. Similis loquutio est Deuter. cap. IV. *A summo cœli usque ad summum ejus*. Cæterum collatio hæc significat subitum & inexspectatum esse adventum regni Dei, non solum quantum ad tempus attinet, verum etiam quantum ad locum, non aliter quam fulgur subito erumpit, nunc hinc, nunc illinc, quod prius videas, quam exspectes venturum.

15 *Primum autem oportet*] πρῶτον pro *prius* positum est. Veniet quidem ut fulgur, sed nondum veniet, imo *prius oportet illum multa pati* &c.

16 *Uxores ducebant*] ἐγάμȣν, ἐξεγαμίζοντο. Quod ante in Matthæo vertit *nubunt*, hîc vertit *ducunt uxores*, quod illic *nubuntur*, hic *dabantur ad nuptias*. *Duo in agro*, Hæc pars apud Græcos non additur in Luca, etiamsi meminit *agri* divus Ambrosius. Imo in exemplari Paulino non erat mentio nisi de *lecto*. Theophylactus duo tantum legit, de *lecto* & *mola*: tertium de *agro* videtur huc adjectum ex Matthæi cap. XXIV. Cæterum Ambrosius pro eo quod est in Græcis ἐπὶ τὸ αὐτὸ, legit *in pistrino*, fortassis alterius Evangelistæ sententiam referens.

17 *Ubicunque fuerit corpus*] Græce est, Ὅπȣ τὸ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται καὶ οἱ ἀετοὶ, id est, *Ubi corpus, illic congregabuntur & aquilæ*. Quanquam nonnulli codices habent πτῶμα, id est, *cadaver*, a *cadendo* dictum Græcis. Atque hanc lectionem videtur magis approbare Hieronymus.

1 *Quomodo oportet*] πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, id est, *in hoc quod semper oportet orare*. Porro ἐκκακεῖν sonat *segnescere*, hoc est, *defatigari*, quod hîc vocat *deficere*: κακȣ̀ς enim Græce nonnunquam vocant *inertes* & *ignavos*.

2 *Per multum tempus*] ἐπὶ χρόνον, id est, *ad tempus*, sive *aliquandiu*. Deinde εἰς τέλος, quod vertit *in novissimo*, rectius vertisset *denique*.

3 *Sugillet me*] ὑπωπιάζῃ, id est, *vituperet*, ac *deroget*. Nam id significat *sugillare*, verbum a pugilibus ductum, qui superne sugillant, genis livore notatis, inferne supplantant, impulso ad ruinam antagonista.

4 *Et patientiam habebit in illis*] Græca nonnihil discrepant, βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς, id est, *clamantium ad se nocte & die, & leni animo ferens illos*. Sed alius codex habebat, Ναὶ λέγω, μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν, id est, *Etiam dico, longanimis super illis faciet vindictam*: ut intelligamus omnino ulturum, licet serius. Quanquam secus legit Theophylactus, & rectius, ni fallor, propterea quod sequitur ἐν τάχει, id est, *celeriter*, id quod pugnat cum illo μακροθυμῶν. Chrysostomus item in oratione de orando Deum legit μακροθυμεῖ, quod legisse videtur Interpres.

5 *Putas inveniet*] Non est Græcis οἴει, sed ἆρα, *an*, sive *num*.

6 *Tanquam justi*] ὅτι εἰσὶ δίκαιοι, id est, *quod essent justi*: tametsi verti poterat ad sententiam, *tanquam essent justi*. Sentit enim illos sibi tribuisse justitiam, & hac opinione fretos cæteros despexisse.

7 Ca-

11 ρος τελώνης. Ὁ Φαρισαῖος ϛαθεὶς πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα προσηύχετο, Ὁ Θεὸς, εὐχαριϛῶ σοι, ὅτι οὐκ εἰμὶ ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, ἄδικοι, μοιχοὶ, ἢ καὶ 12 ὡς ὗτος ὁ τελώνης, Νηϛεύω δὶς τοῦ σαββάτȣ, ἀποδε- 13 κατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι. Καὶ ὁ τελώνης μακρόθεν ἑϛὼς οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμȣ̀ς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι, ἀλλ᾽ ἔτυπτεν εἰς τὸ ϛῆθος αὐτοῦ, λέγων, Ὁ Θεὸς, 14 ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. Λέγω ὑμῖν, κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος· ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται, ὁ δὲ ταπεινῶν 15 ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται. Προσέφερον δὲ αὐτῷ καὶ τὰ βρέφη, ἵνα αὐτῶν ἅπτηται· ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ, ἐπε- 16 τίμησαν αὐτοῖς. Ὁ δὲ Ἰησȣ̃ς προσκαλεσάμενος αὐτὰ, εἶπεν, Ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά· τῶν γὰρ τοιȣ́των ἐϛὶν ἡ βασιλεία τȣ̃ Θεȣ̃. 17 Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἐὰν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν τȣ̃ Θεȣ̃ 18 ὡς τὸ παιδίον, ȣ̓ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτήν. Καὶ ἐπηρώτησέ τις αὐτὸν ἄρχων, λέγων, Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ποιή- 19 σας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησȣ̃ς, Τί με λέγεις ἀγαθόν; ȣ̓δεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς 20 ὁ Θεός. Τὰς ἐντολὰς οἶδας. Μὴ μοιχεύσεις. Μὴ φονεύσεις. Μὴ κλέψεις. Μὴ ψευδομαρτυρήσεις. Τίμα τὸν πα- 21 τέρα σȣ καὶ τὴν μητέρα σȣ. Ὁ δὲ εἶπε, Ταῦτα πάν- 22 τα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μȣ. Ἀκȣ́σας δὲ ταῦτα ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτῷ, Ἔτι ἕν σοι λείπει. Πάντα ὅσα ἔχεις πώλησον, καὶ διάδος πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐ- 23 ρανῷ, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι. Ὁ δὲ ἀκούσας ταῦτα 24 περίλυπος ἐγένετο, ἦν γὰρ πλούσιος σφόδρα. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς περίλυπον γενόμενον, εἶπε, Πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν 25 τοῦ Θεοῦ. Εὐκοπώτερον γάρ ἐϛι κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ 26 εἰσελθεῖν. Εἶπον δὲ οἱ ἀκούσαντες, Καὶ τίς δύναται σω- 27 θῆναι; Ὁ δὲ εἶπε, Τὰ ἀδύνατα παρὰ ἀνθρώποις, δυ- 28 νατά ἐϛι παρὰ τῷ Θεῷ. Εἶπε δὲ ὁ Πέτρος, Ἰδοὺ ἡμεῖς 29 ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολȣθήσαμέν σοι. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐδείς ἐϛιν ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ γονεῖς, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα ἕνεκεν 30 τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, Ὃς οὐ μὴ ἀπολάβῃ πολλαπλασίονα ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ 31 ζωὴν αἰώνιον. Παραλαβὼν δὲ τοὺς δώδεκα, εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τελεσθήσεται πάντα τὰ γεγραμμένα διὰ τῶν Προφητῶν τῷ Υἱῷ 32 τοῦ ἀνθρώπȣ. Παραδοθήσεται γὰρ τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐμ- 33 παιχθήσεται, καὶ ὑβρισθήσεται, καὶ ἐμπτυσθήσεται, Καὶ μαϛιγώσαντες ἀποκτενοῦσιν αὐτόν, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ 34 ἀναϛήσεται. Καὶ αὐτοὶ οὐδὲν τούτων συνῆκαν, καὶ ἦν τὸ ῥῆμα τοῦτο κεκρυμμένον ἀπ᾽ αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐγίνω- 35 σκον τὰ λεγόμενα. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἐγγίζειν αὐτὸν εἰς Ἱεριχὼ, τυφλός τις ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν, προσ- 36 αιτῶν. Ἀκούσας δὲ ὄχλȣ διαπορευομένȣ, ἐπυνθάνετο τί 37 εἴη τοῦτο. Ἀπήγγειλαν δὲ αὐτῷ, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Να- 38 ζωραῖος παρέρχεται. Καὶ ἐβόησε, λέγων, Ἰησοῦ υἱὲ Δα- 39 βὶδ, ἐλέησόν με. Καὶ οἱ προάγοντες ἐπετίμων αὐτῷ, ἵνα σιωπήσῃ· αὐτὸς δὲ πολλῷ μᾶλλον ἔκραζεν, Υἱὲ Δα- 40 βὶδ, ἐλέησόν με. Σταθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀχθῆναι πρὸς αὐτόν· ἐγγίσαντος δὲ αὐτοῦ, ἐπηρώτησεν 41 αὐτὸν, Λέγων, Τί σοι θέλεις ποιήσω; Ὁ δὲ εἶπε, Κύ-

A & alter publicanus. Pharisæus ſtans hæc apud ſe o- 11 rabat, Deus, gratias ago tibi, quod non ſim ſicut 7 cæteri homines, raptores, injuſti, adulteri, 8 velut etiam hic publicanus, Jejuno bis in ſabbato, decimas 12 do omnium quæ poſſideo. Et publicanus procul ſtans 13 9 nec oculos volebat ad cœlum attollere, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens, Deus, propitius eſto mihi peccatori. Dico vobis, deſcendit hic 10 juſtificatus in domum ſuam magis quam ille: quia omnis qui 14 ſe extollit, humiliabitur, & qui ſe humiliat, extolletur. Afferebant autem ad eum & infantes, ut eos 15 tangeret: quod quum viderent diſcipuli, increpabant illos. B Jeſus autem 11 quum illos ad ſe vocaſſet, 16 dixit, Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos: talium eſt enim regnum Dei. Amen dico vo- 17 bis, quicunque non acceperit regnum Dei 12 veluti puer, non intrabit in illud. Et interrogavit eum qui- 18 dam princeps, dicens, Magiſter bone, quid faciendum mihi, ut conſequar vitam æternam? Dixit au- 19 tem ei Jeſus, 13 Quid me dicis bonum? Nemo bonus, niſi ſolus Deus. Præcepta noſti: Non committes 20 adulterium. Non occides. Non facies furtum. Non falſum teſtimonium dices. Honora patrem tuum & matrem tuam. At ille ait, Hæc omnia ſervavi a juven- 21 C tute mea. Quo audito Jeſus, ait ei, Adhuc unum ti- 22 bi deeſt. Omnia quæcunque habes vende, & diſtribue pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me. His ille auditis mœrore affectus eſt, 23 quia dives erat valde. Videns autem Jeſus illum mœ- 24 rore affectum, dixit, Quam difficile qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. Facilius eſt enim 25 camelum 14 per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in regnum Dei. Et dixerunt qui audierant, 26 Et quis poteſt ſalvus fieri? At ille ait, Quæ impoſſi- 27 bilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum. Ait autem Petrus, Ecce nos reliquimus omnia, & 28 ſequuti ſumus te. D Qui dixit eis, Amen dico vobis, 29 nemo eſt qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut liberos propter regnum Dei, Qui non recepturus ſit multo plura in hoc tempo- 30 re, & in ſeculo venturo vitam æternam. Aſſumpſit 31 autem Jeſus duodecim, & ait illis, Ecce adſcendimus Hieroſolymam, & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas 15 Filio hominis. Tradetur 32 enim gentibus, & illudetur, & contumeliis afficie- 33 tur, & conſpuetur, Et poſtquam flagellaverint, occident eum, ac die tertia reſurget. Et ipſi nihil ho- 34 rum intellexerunt, & erat verbum iſtud abſconditum ab eis, nec intelligebant quæ dicebantur. Accidit 35 autem quum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam E ſedebat juxta viam, mendicans. Et quum audiret 36 turbam prætereuntem, interrogabat, quid hoc eſſet. Dixerunt autem ei, quod Jeſus Nazarenus tranſiret. 37 Et clamavit, dicens, Jeſu fili David, miſerere mei. 38 Et qui præibant, increpabant eum, ut taceret: ipſe 39 vero multo magis clamabat, Fili David, miſerere mei. Stans autem Jeſus, juſſit illum adduci ad ſe: & 40 quum appropinquaſſet, interrogavit illum, Dicens, 41 Quid

7 *Cæteri hominum*] Græce dixit, nam *homines* dicendum erat Latine: cum Græci in his abutantur genitivo pro quovis alio caſu.

8 *Velut etiam*] ἢ καὶ ὡς ὗτος, id eſt, *aut etiam ut hic.* Laurentius videtur ſuſpicari ſcriptum fuiſſe, *vel & ut.* Cæterum quod de mutata conjunctione cavillatur, leviculum eſt, & ad elegantiam ſermonis attinens magis, quam ad rem Theologicam.

9 *Nolebat nec oculos*] Fortaſſe torquebunt Dialecticos hæ duæ negationes, uni additæ verbo. Proinde vertere poterat *nec oculos volebat ſuſtollere ad cœlum.* Atque ita citat Cyprianus in expoſitione Precationis Dominicæ.

10 *Juſtificatus in domum ſuam ab illo*] Nonnulli Græci codices habebant, κατέβη ὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτȣ̃, ἢ γὰρ ἐκεῖνος, id eſt, *deſcendit hic juſtificatus in domum ſuam, quam enim* ſive *certe ille*, hoc eſt, *magis certe quam ille.* Sed in pleriſque non invenio γάρ. Proinde vertendum erat, *potius quam ille*, ſive *præ illo.* Non quod neſciam ſic alicubi loqui Gellium, *friget ab illo*, pro eo quod eſt, *friget comparatus ad illum.* Sed quod præferam id quod eſt uſitatius apud probos auctores. Et ne quis exiſtimet interpretationem noſtram rejiciendam, divus Hieronymus adverſus Pelagianos citat, *juſtificatus plus quam ille.* Et Auguſtinus Epiſtola LXXXVI. ad Caſſulanum ita ſcribit, *Non dixit damnatum Phariſæum, ſed magis juſtificatum dixit publicanum.*

11 *Convocans illos*] προσκαλεσάμενος, id eſt, *advocans*, ſeu potius, *ad ſe vocatis illis.* Et ad pueros referendum eſt αὐτὰ, quod eſt neutri generis, quemadmodum pueri παιδία, *accitis puellis:* dixit, haud dubium quin prohibentibus.

F 12 *Sicut puer*] Offendit Vallam, qui mavult, *velut puer*, vel *tanquam puer*, ut intelligamus imitationem perſonæ, non acceptionis. *Qui non acceperit regnum Dei, factus puero ſimilis, non intrabit*, hic eſt perſonæ imitatio. *Qui non acceperit ut puer accipit*, hic eſt actus imitatio.

13 *Quid me dicis bonum*] Hoc nonnihil diſcrepat a Matthæo. Nam illic offenſus eſt quod interrogaſſet de bono quod eſſet facturus. Audit enim juvenis, *Quid me interrogas de bono.* Marcus conſentit cum Luca. Quanquam utraque lectio tendit eodem, videlicet non convenire, ut homo ſibi quicquam arroget boni. Chriſto quidem loquitur, ſed ut homini tantum. Atque ut homo nihil habuit boni, quod ſibi poſſet arrogare, velut ex ipſo profectum.

14 *Per foramen acus tranſire*] Utrobique Græcis eſt εἰσελθεῖν, *intrare per foramen acus*, & *ingredi in regnum.* Et tamen Interpres bene reddidit ſententiam.

15 *De Filio hominis*] Græcis non additur *de*, τῷ Υἱῷ τȣ̃ ἀνθρώπȣ, hoc eſt, *Filio hominis.*

16 Ut

42 Κύριε, ἵνα ἀναβλέψω. Καὶ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ἀ-
43 νάβλεψον· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. Καὶ παραχρῆμα ἀ-
νέβλεψε, καὶ ἠκολούθει αὐτῷ, δοξάζων τὸν Θεόν· καὶ
XIX. 1 πᾶς ὁ λαὸς ἰδὼν, ἔδωκεν αἶνον τῷ Θεῷ. Καὶ εἰσελ-
2 θὼν διήρχετο τὴν Ἱεριχώ. Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι κα-
λούμενος Ζακχαῖος, καὶ αὐτὸς ἦν ἀρχιτελώνης, καὶ
3 οὗτος ἦν πλούσιος. Καὶ ἐζήτει ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν τίς ἐ-
στι, καὶ οὐκ ἠδύνατο ἀπὸ τοῦ ὄχλου, ὅτι τῇ ἡλικίᾳ μι-
4 κρὸς ἦν. Καὶ προδραμὼν ἔμπροσθεν, ἀνέβη ἐπὶ συκομω-
ραίαν, ἵνα ἴδῃ αὐτόν· ὅτι δι' ἐκείνης ἤμελλε διέρχε-
5 σθαι. Καὶ ὡς ἦλθεν ἐπὶ τὸν τόπον, ἀναβλέψας ὁ Ἰη-
σοῦς εἶδεν αὐτὸν, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν, Ζακχαῖε, σπεύ-
σας κατάβηθι, σήμερον γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖ-
6 ναι. Καὶ σπεύσας κατέβη, καὶ ὑπεδέξατο αὐτὸν χαί-
7 ρων. Καὶ ἰδόντες ἅπαντες διεγόγγυζον, λέγοντες, Ὅ-
8 τι παρὰ ἁμαρτωλῷ ἀνδρὶ εἰσῆλθε καταλῦσαι. Σταθεὶς
δὲ Ζακχαῖος εἶπε πρὸς τὸν Κύριον, Ἰδοὺ τὰ ἡμίση τῶν
ὑπαρχόντων μου, Κύριε, δίδωμι τοῖς πτωχοῖς, καὶ εἴ
9 τινός τι ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν. Εἶπε
δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ
τούτῳ ἐγένετο, καθότι καὶ αὐτὸς υἱὸς Ἀβραάμ ἐστιν.
10 Ἦλθε γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ
11 ἀπολωλός. Ἀκουόντων δὲ αὐτῶν ταῦτα, προσθεὶς εἶπε
παραβολὴν, διὰ τὸ ἐγγὺς αὐτὸν εἶναι Ἱερουσαλὴμ, καὶ
δοκεῖν αὐτοὺς ὅτι παραχρῆμα μέλλει ἡ βασιλεία τοῦ
12 Θεοῦ ἀναφαίνεσθαι. Εἶπεν οὖν, Ἄνθρωπός τις εὐγε-
νὴς ἐπορεύθη εἰς χώραν μακρὰν, λαβεῖν ἑαυτῷ βασι-
13 λείαν, καὶ ὑποστρέψαι. Καλέσας δὲ δέκα δούλους ἑαυ-
τοῦ, ἔδωκεν τούτοις δέκα μνᾶς, καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς,
14 Πραγματεύσασθε ἕως ἔρχομαι. Οἱ δὲ πολῖται αὐτοῦ
ἐμίσουν αὐτὸν, καὶ ἀπέστειλαν πρεσβείαν ὀπίσω αὐτοῦ,
λέγοντες, Οὐ θέλομεν τοῦτον βασιλεῦσαι ἐφ' ἡμᾶς.
15 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐπανελθεῖν αὐτὸν λαβόντα τὴν βασι-
λείαν, καὶ εἶπε φωνηθῆναι αὐτῷ τοὺς δούλους τούτους, οἷς
ἔδωκε τὸ ἀργύριον, ἵνα γνῷ, τίς τί διεπραγματεύσατο.
16 Παρεγένετο δὲ ὁ πρῶτος, λέγων, Κύριε, ἡ μνᾶ σου προσ-
17 ειργάσατο δέκα μνᾶς. Καὶ εἶπεν αὐτῷ, Εὖγε ἀγαθὲ
δοῦλε, ὅτι ἐν ἐλαχίστῳ πιστὸς ἐγένου, ἴσθι ἐξουσίαν ἔχων
18 ἐπάνω δέκα πόλεων. Καὶ ἦλθεν ὁ δεύτερος, λέγων, Κύ-
19 ριε, ἡ μνᾶ σου ἐποίησε πέντε μνᾶς. Εἶπε δὲ καὶ τού-
20 τῳ, Καὶ σὺ γίνου ἐπάνω πέντε πόλεων. Καὶ ἕτερος ἦλ-
θε, λέγων, Κύριε, ἰδοὺ ἡ μνᾶ σου, ἣν εἶχον ἀποκειμένην
21 ἐν σουδαρίῳ· Ἐφοβούμην γάρ σε, ὅτι ἄνθρωπος αὐστηρὸς
εἶ, αἴρεις ὃ οὐκ ἔθηκας, καὶ θερίζεις ὃ οὐκ ἔσπειρας.
Λέγει

Quid tibi vis faciam? At ille dixit, Domine, [16] ut visum recipiam. Et Jesus dixit ei, Recipito visum: 42 fides tua te salvum reddidit. Et confestim visum re- 43 cepit, ac sequebatur illum, glorificans Deum: & omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo. Et ingressus per- 1 XIX. ambulabat Hiericho. Et ecce vir nomine Zachæus, 2 atque is princeps erat publicanorum, & idem erat dives. Et quærebat videre Jesum quis esset, nec pote- 3 rat præ turba, quod [1] statura pusillus esset. Et præ- 4 currens adscendit [2] in arborem sycomorum, ut videret eum: [3] nam illac erat transiturus. Et quum venisset 5 ad locum, suspiciens Jesus vidit illum, dixitque ad eum, Zachæe, festinans descende, quia hodie domi tuæ oportet me manere. Et festinans descendit, & 6 excepit illum gaudens. Quumque viderent omnes, 7 murmurabant, dicentes, Quod [4] ingressus esset apud hominem peccatorem diversaturus. Stans autem Za- 8 chæus dixit ad Dominum, Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus, [5] & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Ait Jesus ad 9 eum, Hodie salus domui huic contigit, [6] eo quod & ipsa filia sit Abrahæ. Venit enim Filius hominis quæ- 10 rere & servare quod perierat. Hæc illis audientibus, 11 adjiciens dixit parabolam, eo quod esset prope Hierosolymam, quodque existimarent fore ut confestim regnum Dei manifestaretur. Dixit ergo, [7] Ho- 12 mo quidam genere clarus profectus est in regionem longinquam, ut acciperet sibi regnum, ac reverteretur. Vocatis autem decem servis suis, dedit eis [8] de- 13 cem minas, & ait ad illos, Negotiemini donec veniam. Cives autem ejus oderant eum, miseruntque 14 legationem post illum, dicentes, Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est ut rediret accepto 15 regno, jussitque vocari illos servos ad se, quibus dederat pecuniam, ut sciret, [9] quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus, dicens, Domine, 16 mina tua decem minas acquisivit. Et ait illi, [10] Eu- 17 ge bone serve, quia in minimo fuisti fidelis, habeto potestatem super decem civitates. Et alter venit, di- 18 cens, Domine, mina tua confecit quinque minas. Et 19 huic ait, Et tu præfectus esto quinque civitatibus. Et alius venit, dicens, Domine, ecce mina tua, quam 20 habui repositam in sudario: Timui enim te, quod ho- 21 mo austerus sis, tollis quod non posuisti, & metis
quod

16 *Ut videam, & respice*] Idem verbum est Græcis, ἵνα ἀναβλέψω, ἀνάβλεψον, quod significat *recipere visum*. Id mirum cur mox mutarit Interpres.

1 *Statura pusillus erat*] Quod hîc *staturam* vertit, alibi vertit *ætatem*. Græce est ἡλικία.

2 *In arborem sycomorum.*] Lucas *sycomoream* posuit, quam eamdem esse volunt cum ea, quam *sycomorum* appellant, quamque decimo septimo capite vocavit *sycaminum*. Celsus *morosycon* appellat, id est, *fatuam ficum*, & in v. indicat *sycomorum* & *sycaminum* eamdem esse arborem. Hæc Plinio ac Theophrasto *ficus Ægyptia* dicitur, quod existiment ibi tantum provenire: cum Hieronymus, enarrans Amos Prophetæ caput septimum, testetur fuisse qui putarint hoc esse genus arboris, Palestinæ peculiare, gaudens locis campestribus, ac ficus afferens agrestes, quod nisi vellicetur, amarissimas cariculas facit, & fructus a culicibus corrumpitur. Quanquam Hieronymus horum sententiæ non accedit, negans in ea solitudine, in qua morabatur Amos, ullam hujus generis arborem gigni: ac mavult Prophetæ sermonem accipi de moris agrestibus, quæ rubi porrigunt, ut his pastores famem ac penuriam suam consolentur. Dioscorides libro περὶ τῆς ὕλης ἰατρικῆς primo, cap. CLXIII. docet hanc arborem, ut dictum est, tribus appellari nominibus, *sycomorum*, *sycaminum*, & *ficum Ægyptiam*, addens hinc cognomen additum fœtui, quod ignavi sit saporis. Quod idem scriptum est a Theophrasto, qui indicat & in Cypro nasci *sycomorum*, sed ab Ægyptia specie diversam. Siquidem Ægyptia foliis nostram morum refert, fœtu ficum nostratem, nisi quod eum non profert ramis, sed ex ipso caudice, non maturescentem, nisi ferreis unguibus scalpatur. Cypria vero foliis non absimilis est ulmo, fructum edit pruno magnitudine æqualem, sed suaviorem. Porro quod Lucas pro *sycomoro sycomoream* nominat, neminem oportet moveri, cum Græci μορέαν appellent, quam Romani *morum*, si Dioscoridi credimus. Multis argumentis videri poterat caprifici genus, vel quod succo ac sapore caprifici fœtus referat, ut docet Theophrastus, interprete Gaza: adeo ut, quemadmodum refert Plutarchus, Atheniensis quidam dicaculus per contumeliam Syllam vocarit συκάμινον ἀλφίτῳ πεπασμένον, id est, *sycomorum polenta maceratum*, quod in facie rubor candori inspersus viseretur. Alioqui videri poterat exprobrata stultitia, si συκόμωρος scribatur per ω μέγα. Ita ferme Plutarchus in hujus Vita, quod ad convitii rationem attinet. Nec inficior constanter apud auctores per ο μικρὸν scribi, atque haud scio an depravate: præsertim cum *morus* arbor, cui cognata est *sycomorus*, ob foliorum similitudinem, apud Nasonem ac Palladium mediam habeat productam. Athenæus libro II. prodit συκάμινον nomen esse commune, solos Alexandrinos appellare μόρον sive μορέαν. Sed de *sycomoro* jam satis arbitror dictum, quod ad hoc institutum pertinet. Quod si quis existimabit ad mysterii rationem pertinere exactius nosse hujus arboris vim ac formam, auctores indicavimus, unde possit petere.

3 *Quia inde*] ἐκείνης, id est, *illac*, nec enim est ἐκεῖθεν. Ambrosius legit *illa parte* pro *illac*.

4 *Ad hominem peccatorem divertisset*] εἰσῆλθεν καταλῦσαι, id est, *ingressus esset ad diversandum apud illum*.

5 *Et si quid aliquem defraudavi*] ἐσυκοφάντησα, quod est proprie delationibus extorquere aliquid, hic pro quacunque fraude posuit.

6 *Eo quod & ipse filius sit Abrahæ*] Paulo durius est, quod hæc sub tertia persona pronunciantur a Christo, præsertim cum non scribatur ad alios versus. Proinde suspicor, quod Græce dicitur *filius Abrahæ*, non pertinere ad Zachæum, sed ad domum, quæ Græcis est masculini generis. Nam quemadmodum nos *domum Christianam* diceremus, ita ille domum dixit *filiam Abrahæ*, quod Abraham patrem fide imitaretur. Sub hac lectione manet tamen idem sensus, quem afferunt vetusti Interpretes: per domum enim intelligitur paterfamilias. Plenius tamen est domum appellari *filiam Abrahæ*, quod talis esse solet familia, qualis est paterfamilias. Theophylactus legit & interpretatur, ipsam domum dictam *filium*, sed per domum intelligi *Zachæum* inhabitatorem. Porro generis incongruentia locum fecit errori, quæ apud Latinos est, apud Græcos non est. Si per *domum* designatur *Zachæus*, dure domus dicitur *filius*, durius *filia* Zachæus.

7 *Homo quidam nobilis*] εὐγενὴς, id est, *clarus*, & *claro genere prognatus*. Nam *nobilis* est qui quocunque modo notus est vulgo.

8 *Decem mnas*] Latini interponunt *i*, dicentes *minas*. In plerisque Græcis codicibus reperio μνᾶς, nominandi casu ἡ μνᾶς σου, quod errore ne an studio factum sit, incertus sum.

9 *Quantum quisque*] τίς τί, id est, *quis quid*, ad eam formam, *Quem cui commendes etiam atque etiam adspice*. Et, *Quid cui des, Quid cui credas*. Et,

10 *Euge serve bone*] Id est, *Recte bone serve*. Collaudat enim servum functum officio suo.

22 Λέγει αὐτῷ, Ἐκ τοῦ ϛόματός σου κρινῶ σε, πονηρὲ δοῦλε· ἤδεις ὅτι ἐγὼ ἄνθρωπος αὐϛηρός εἰμι, αἴρων ὃ 23 οὐκ ἔθηκα, καὶ θερίζων ὃ οὐκ ἔσπειρα. Καὶ διατί οὐκ ἔδωκας τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τὴν τράπεζαν, καὶ ἐγὼ ἐλ- 24 θὼν σὺν τόκῳ ἂν ἔπραξα αὐτό; Καὶ τοῖς παρεϛῶσιν εἶπεν, Ἄρατε ἀπ' αὐτοῦ τὴν μνᾶν, καὶ δότε τῷ τὰς 25 δέκα μνᾶς ἔχοντι. Καὶ εἶπον αὐτῷ, Κύριε, ἔχει δέ- σλβ 26 κα μνᾶς. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι παντὶ τῷ ἔχοντι δο- θήσεται, ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσε- σλᾶ ε 27 ται ἀπ' αὐτοῦ. Πλὴν τοὺς ἐχθρούς μου ἐκείνους, τοὺς μὴ θελήσαντάς με βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτοὺς, ἀγάγετε ὧδε, σλβ β 28 καὶ κατασφάξατε ἔμπροσθέν μου. Καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἐπο- 29 ρεύετο ἔμπροσθεν ἀναβαίνων εἰς Ἱεροσόλυμα. Καὶ ἐγέ- νετο ὡς ἤγγισεν εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν πρὸς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον ἐλαιῶν, ἀπέϛειλε δύο τῶν μαθητῶν 30 αὐτοῦ, Εἰπὼν, Ὑπάγετε εἰς τὴν κατέναντι κώμην, ἐν ᾗ εἰσπορευόμενοι, εὑρήσετε πῶλον δεδεμένον, ἐφ' ὃν οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἐκάθισε, λύσαντες αὐτὸν ἀ- 31 γάγετε. Καὶ ἐάν τις ὑμᾶς ἐρωτᾷ, Διατί λύετε; Οὕ- τως ἐρεῖτε αὐτῷ, Ὅτι ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει. σλγ β 32 Ἀπελθόντες δὲ οἱ ἀπεϛαλμένοι, εὗρον καθὼς εἶπεν αὐ- 33 τοῖς. Λυόντων δὲ αὐτῶν τὸν πῶλον, εἶπον οἱ κύριοι 34 αὐτοῦ πρὸς αὐτοὺς, Τί λύετε τὸν πῶλον; Οἱ δὲ εἶπον, 35 Ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει. Καὶ ἤγαγον αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Καὶ ἐπιῤῥίψαντες ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐπὶ 36 τὸν πῶλον, ἐπεβίβασαν τὸν Ἰησοῦν. Πορευομένου δὲ αὐ- σλδ α 37 τοῦ, ὑπεϛρώννυον τὰ ἱμάτια αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ. Ἐγγί- ζοντος δὲ αὐτοῦ ἤδη πρὸς τῇ καταβάσει τοῦ ὄρους τῶν ἐ- λαιῶν, ἤρξαντο ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν χαίρον- τες αἰνεῖν τὸν Θεὸν φωνῇ μεγάλῃ περὶ πασῶν, ὧν εἶ- 38 δον, δυνάμεων, Λέγοντες, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος βασιλεὺς ἐν ὀνόματι Κυρίου, εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα σλε ε 39 ἐν ὑψίϛοις. Καί τινες τῶν Φαρισαίων ἀπὸ τοῦ ὄχλου εἶ- πον πρὸς αὐτὸν, Διδάσκαλε, ἐπιτίμησον τοῖς μαθη- 40 ταῖς σου. Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Λέγω ὑμῖν, σλϛ ι 41 ὅτι, ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται. Καὶ 42 ὡς ἤγγισεν, ἰδὼν τὴν πόλιν, ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῇ, Λέ- γων, Ὅτι εἰ ἔγνως καὶ σὺ, καί γε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ, τὰ πρὸς εἰρήνην σου· νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν 43 σου. Ὅτι ἥξουσιν ἡμέραι ἐπί σε, καὶ περιβαλοῦσιν οἱ ἐχθροί σου χάρακά σοι, καὶ περικυκλώσουσί σε, καὶ συν- 44 έξουσί σε πάντοθεν, Καὶ ἐδαφιοῦσί σε, καὶ τὰ τέκνα σου ἐν

A quod non ſeminaſti. Dicit ei, De ore tuo te judica- 22 bo, ſerve male: ſciebas quod ego homo auſterus ſim, tollens quod non poſui, & metens quod non ſemi- navi. Et quare non dediſti pecuniam meam ad men- 23 ſam, & ego veniens cum uſuris utique [11] exegiſſem illam? Et adſtantibus dixit, Auferte ab illo minam, & 24 date illi qui decem minas habet. Et dixerunt ei, Do- 25 mine, habet decem minas. Dico enim vobis, quod 26 [12] omni habenti dabitur, ab eo autem qui non habet, [13] etiam quod habet, auferetur. Quin inimicos meos 27 illos, qui noluerunt me regnare ſuper ſe, adducite huc, & interficite ante me. Et his dictis, ibat [14] per- 28 gens adſcendere Hieroſolymam. Et factum eſt quum 29 appropinquaſſet ad Bethphage & Bethaniam juxta montem qui vocatur olivarum, miſit duos diſcipu- los ſuos, Dicens, Ite [15] in caſtellum quod e regione 30 eſt: in quod introeuntes, invenietis [16] pullum alliga- B tum, [17] in quo nemo unquam hominum ſedit, ſolvi- te illum & adducite. Et ſi quis vos interrogaverit, 31 Quare ſolvitis? Sic dicetis ei, [18] Quia Dominus eo opus habet. Abierunt autem qui miſſi erant, & invene- 32 runt [19] ſicut dixerat illis. Solventibus autem illis pul- 33 lum, dixerunt domini ejus ad illos, Quare ſolvitis pul- lum? At illi dixerunt, [20] Quia Dominus eo habet o- 34 pus. Et duxerunt illum ad Jeſum. [21] Et injectis veſti- 35 mentis ſuis ſuper pullum, impoſuerunt Jeſum. Eunte 36 autem illo, ſubſternebant veſtimenta ſua in via. Et 37 quum appropinquaret jam ad deſcenſum montis oliva- rum, cœperunt [22] omnis multitudo diſcipulorum C gaudentes laudare Deum voce magna ſuper omni- bus, quas viderant, virtutibus, Dicentes, Benedictus qui 38 venit rex in nomine Domini, pax in cœlo, [23] & glo- ria in altiſſimis. Et quidam Phariſæorum e turba di- 39 xerunt ad illum, Magiſter, increpa diſcipulos tuos. Quibus ipſe ait, Dico vobis, quod, ſi hi tacuerint, mox 40 lapides clamabunt. Et ut appropinquavit, videns civi- 41 tatem, flevit ſuper illa, dicens, [25] Si cognoviſſes & 42 tu, & quidem in iſto die tuo, quæ ad pacem tuam *perti- nent, curares*: nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circumdabunt te ini- 43 mici tui vallo, & cingent te, & coanguſtabunt te un- dique, [26] Et ſolo æquabunt te, & filios tuos qui in te 44 ſunt:

11 *Exegiſſem illud*] *Illam* erat dicendum, quemadmodum ſcri- D ptum comperi in duobus codicibus divi Donatiani. Sed ἀργύριον apud Græcos eſt neutri generis. Et Interpres oblitus ſe vertiſſe *pecuniam*, non *argentum*, reliquit *illud*. Ad hæc quod hîc ver- tit *exegiſſem*, Græcis eſt ἔπραξα, idem verbum quod ad eum- dem modum verti oportuit ſuperius, cum de publicanis loquere- tur, *Nihil amplius quam quod vobis conſtitutum eſt faciatis.*

12 *Omni habenti dabitur & abundabit*] *Et abundabit* nec eſt in Græcis codicibus, nec in aureo, nec in Conſtantienſi. Suſpi- cor ex alio Evangeliſta huc adſcriptum.

13 *Et quod habet auferetur ab eo*] *Ab eo* additum eſt ex idio- mate ſermonis Hebræi, ne quis velut a nobis oblivione præter- miſſum reponat.

14 *Præcedebat adſcendens*] ἐπορεύετο ἔμπροσθεν ἀναβαίνων, id eſt, *procedebat*, hoc eſt, *pergebat ire*, ſive *adſcendere.*

15 *In caſtellum quod contra vos eſt*] εἰς τὴν κατέναντι κώμην, id eſt, *in caſtellum quod ex adverſo eſt.* Tam enim erat contra Chriſtum, quam contra Apoſtolos. In aureo codice tantum ha- E bebatur, *quod contra eſt*: itidem Conſtantienſi, & in meo ve- teris typographiæ.

16 *Pullum aſinæ*] In Græcis codicibus non additur *aſinæ*, tan- tum eſt πῶλον, & tamen neſcio quorum errore reperi id addi- tum in Editione ſecunda. Ex Ambroſii Commentariis ſatis colli- gi poteſt, illum legiſſe, quemadmodum legunt Græci. Ait enim: *Et ideo ſecundum Matthæum & aſinam & pullum legimus* &c.

17 *Cui nemo unquam*] *In quo nunquam* legendum eſt, ἐφ' ὅν. Suffragantibus & antiquiſſimis exemplaribus & Origene, licet In- terpres recte verterit.

18 *Quia Dominus*] Ὅτι anceps eſt, & hoc loco, aut erat In- terpreti omittenda conjunctio, aut vertenda *quod.* Itidem in proximo loco, *operam ejus deſiderat*, αὐτοῦ χρείαν ἔχει, id eſt, *eo opus habet.*

19 *Sicut dixerat eis ſtantem pullum*] *Stantem pullum* non ad- F dunt Græci codices. Apparet additum a Latino quopiam, quo ſermo foret dilucidior. Sed abſolutior eſt ſermo, ſi non addatur *ſtantem pullum*: ut intelligas illos comperiſſe, quicquid prædixerat Dominus.

20 *Quia Dominus eum neceſſarium habet*] Hæc Græca nihil diſſident a proximis, ubi vertit, *Dominus ejus operam deſiderat*, cum utrobique ſit, αὐτοῦ χρείαν ἔχει, id eſt, *illo opus habet.*

21 *Et jactantes*] καὶ ἐπιῤῥίψαντες ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια, id eſt, *& injectis veſtibus*, ſive *palliis ſuis.*

22 *Omnes turba deſcendentium*] ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν, id eſt, *univerſa turba diſcipulorum.* Nam mox jubetur increpare diſcipulos. Probabile eſt Interpretem vertiſſe *diſcentium*, atque ita ſcriptum adhuc viſitur in nonnullis pervetuſtis codicibus. In Conſtantienſi apparebat raſuræ veſtigium.

23 *Gloria in excelſis*] ἐν ὑψίϛοις, id eſt, *in altiſſimis.*

24 *Lapides clamabunt*] κεκράξονται, quod Græci vocant μετ' ὀλίγον μέλλον, hoc eſt, *paulo poſt futurum*, & habet urgens quiddam ac vehemens. Itaque nos vertimus, *mox lapides clamabunt.*

25 *Quia ſi cognoviſſes & tu*] Omittenda erat conjunctio *quia*, ὅτι, quæ ex idiomate Græcanici ſermonis apponitur aliquoties af- firmandi gratia. Divus Hieronymus in Commentariis Eſaiæ non ſemel hunc citat locum, ſed ſenſu nonnihil immutato, videlicet iis verbis, *Si ſcires etiam tu quæ ad pacem ſunt tibi.* Deinde ſub- jicit de ſuo: *Quam quia non ſuſcepit, intulit; Nunc autem venient dies ſuper te* &c. Conſimiliter adducit & enarrat hunc locum, exponens Micheæ caput ſecundum. Quæ quidem interpretatio, ut longe lateque diſſonat a recentium Theologorum interpretatio- ne, ita vehementer conſentit cum Græca veritate & interpreta- E mento Theophylacti. Nam Græci ſic habent, Ὅτι εἰ ἔγνως καὶ σύ γε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ, τὰ πρὸς εἰρήνην σου, id eſt, *Si noſſes & tu ſane in die tuo hoc, quæ ad pacem tuam*, ut ſubau- dias *quæreres*, ſitque ſenſus, Hic dies eſt tuus, quo te inviſit Re- demptor: quod ſi intelligeres quantum boni tibi offeratur, ſaltem tu curares quæ ad pacem tuam pertinent, hoc eſt, crederes & obtemperares mihi. Ad hunc modum legiſſe videtur divus Hie- ronymus. Cæterum in pleriſque codicibus ita ſcriptum eſt, Εἰ ἔγνως καὶ σὺ, καί γε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ, τὰ πρὸς εἰρήνην σου, id eſt, *Si noviſſes & tu, ſaltem in die tuo hoc, quæ ad pacem tuam pertinent, curares.* Nec eſt otioſa conjunctionis iteratio καὶ & καί γε, quod prior ad perſonam urbis pertinet, altera ad diem. Ut intelligamus adventum peculiariter pertinere ad civitatem Hie- ruſalem, præſertim eo die, quo adveniebat jam moriturus. Li- cet altera conjunctio non addatur apud Origenem, aut quiſquis eſt F auctor, Homilia XXXVIII. Porro quod recentiores interpretantur, *Si noviſſes imminentia tibi mala, fleres & tu* &c. non cohæret cum eo quod ſequitur, *nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.* Repetit enim Chriſtus quod dixerat, *Si cognoviſſes*, nimirum in- dicans eos non agnoſcere diem ſalutis ſuæ. Et hæc dixerim nul- lius ſententiæ præjudicans. Certe Cyrillus, qui citatur in Catena, *Si cognoviſſes* refert, non ad mala imminentia, ſed ad intelligen- tiam prophetiarum de Chriſti adventu. Et Euſebius ibidem cita- tus, *pacem* non refert ad delicias hujus mundi, quemadmodum Gregorius, ſed ad reconciliationem humani generis, ne quis cre- dat omnino ſomnium eſſe quod adduximus.

26 *Ad terram proſternent*] καὶ ἐδαφιοῦσι: ἔδαφος *ſolum* ſive *pavi-*

ἐν σοί· καὶ οὐκ ἀφήσουσιν ἐν σοὶ λίθον ἐπὶ λίθῳ, ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου. 45 Καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ ἱερὸν, ἤρξατο ἐκβάλλειν τοὺς πωλοῦντας ἐν αὐτῷ καὶ ἀγοράζοντας, 46 Λέγων αὐτοῖς, Γέγραπται, Ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς ἐστιν· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν. 47 Καὶ ἦν διδάσκων τὸ καθ' ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ· οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς ἐζήτουν αὐτὸν ἀπολέσαι, καὶ οἱ πρῶτοι τοῦ λαοῦ, 48 Καὶ οὐχ εὕρισκον τὸ τί ποιήσωσιν· ὁ λαὸς γὰρ ἅπας ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων.

XX. 1 Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων, διδάσκοντος αὐτοῦ τὸν λαὸν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ εὐαγγελιζομένου, ἐπέστησαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς σὺν τοῖς Πρεσβυτέροις, 2 Καὶ εἶπον πρὸς αὐτὸν, λέγοντες, Εἰπὲ ἡμῖν, ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς, ἢ τίς ἐστιν ὁ δούς σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην; 3 Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ ἕνα λόγον, καὶ εἴπατέ μοι· 4 Τὸ βάπτισμα Ἰωάννου ἐξ οὐρανοῦ ἦν, ἢ ἐξ ἀνθρώπων; 5 Οἱ δὲ συνελογίσαντο πρὸς ἑαυτοὺς, λέγοντες, Ὅτι ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ οὐρανοῦ, ἐρεῖ, Διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ; 6 Ἐὰν δὲ εἴπωμεν, Ἐξ ἀνθρώπων, πᾶς ὁ λαὸς καταλιθάσει ἡμᾶς· πεπεισμένος γάρ ἐστιν Ἰωάννην προφήτην εἶναι. 7 Καὶ ἀπεκρίθησαν μὴ εἰδέναι πόθεν. 8 Καὶ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν, ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ. 9 Ἤρξατο δὲ πρὸς τὸν λαὸν λέγειν τὴν παραβολὴν ταύτην· Ἄνθρωπός τις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησε χρόνους ἱκανούς. 10 Καὶ ἐν καιρῷ ἀπέστειλε πρὸς τοὺς γεωργοὺς δοῦλον, ἵνα ἀπὸ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος δῶσιν αὐτῷ. Οἱ δὲ γεωργοὶ δείραντες αὐτὸν, ἐξαπέστειλαν κενόν. 11 Καὶ προσέθετο ἔτι πέμψαι ἕτερον δοῦλον· οἱ δὲ κἀκεῖνον δείραντες καὶ ἀτιμάσαντες, ἐξαπέστειλαν κενόν. 12 Καὶ προσέθετο πέμψαι τρίτον· οἱ δὲ καὶ τοῦτον τραυματίσαντες, ἐξέβαλον. 13 Εἶπε δὲ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, Τί ποιήσω; πέμψω τὸν υἱόν μου τὸν ἀγαπητόν· ἴσως τοῦτον ἰδόντες ἐντραπήσονται. 14 Ἰδόντες δὲ αὐτὸν οἱ γεωργοὶ, διελογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς, λέγοντες, Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, ἵνα ἡμῶν γένηται ἡ κληρονομία, 15 Καὶ ἐκβαλόντες αὐτὸν ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, ἀπέκτειναν. Τί οὖν ποιήσει αὐτοῖς ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος; 16 Ἐλεύσεται καὶ ἀπολέσει τοὺς γεωργοὺς τούτους, καὶ δώσει τὸν ἀμπελῶνα ἄλλοις. 17 Ἀκούσαντες δὲ εἶπον, Μὴ γένοιτο. Ὁ δὲ ἐμβλέψας αὐτοῖς εἶπε, Τί οὖν ἐστι τὸ γεγραμμένον τοῦτο, Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας; 18 Πᾶς ὁ πεσὼν ἐπ' ἐκεῖνον τὸν λίθον, συνθλασθήσεται· ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν. 19 Καὶ ἐζήτησαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, καὶ ἐφοβήθησαν τὸν λαόν· ἔγνωσαν γὰρ ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν ταύτην εἶπε. 20 Καὶ παρατηρήσαντες ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι, ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἀρχῇ καὶ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἡγεμόνος. 21 Καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες, Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ὀρθῶς λέγεις καὶ διδάσκεις, καὶ οὐ λαμβάνεις πρόσωπον, ἀλλ' ἐπ' ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ διδάσκεις· 22 Ἔξεστιν ἡμῖν Καίσαρι φόρον δοῦναι, ἢ οὔ; 23 Κατανοήσας δὲ αὐτῶν τὴν πανουργίαν, εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Τί με πειράζετε; 24 Ἐπιδείξατέ μοι δηνάριον, τίνος ἔχει εἰκόνα καὶ ἐπιγραφήν; 25 Ἀποκριθέντες δὲ εἶπον, Καίσαρος. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἀπόδοτε τοίνυν τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ 26 τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. Καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἐπιλαβέσθαι αὐτοῦ ῥήματος ἐναντίον τοῦ λαοῦ, καὶ θαυμάσαντες ἐπὶ τῇ ἀποκρίσει αὐτοῦ, ἐσίγησαν. 27 Προσελθόντες δέ τινες τῶν Σαδδουκαίων, οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι, ἐπηρώτησαν

sunt: & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoveris [27] tempus visitationis tuæ. 45 Et ingressus in templum, cœpit ejicere vendentes in illo & ementes, 46 Dicens illis, Scriptum est, Domus mea domus precationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum. 47 Et docebat quotidie in templo: principes autem Sacerdotum & Scribæ quærebant illum perdere, & primores plebis, 48 Nec inveniebant quid facerent: totus enim populus [28] pendebat ab ore ejus, quum audiret illum.

XX. 1 Et factum est [1] in uno dierum illorum, docente illo populum in templo, & evangelizante, [2] convenerunt principes Sacerdotum & Scribæ cum Senioribus, 2 Et ajunt illi, dicentes, Dic nobis, qua auctoritate ista facis, aut quis est qui dedit tibi istam auctoritatem? 3 Respondens autem Jesus dixit ad illos, Interrogabo vos & ego [3] unum quiddam, & respondete mihi: 4 Baptismus Joannis e cœlo erat, an ex hominibus? 5 At illi cogitabant intra se, dicentes, Si dixerimus, E cœlo, dicet, Quare ergo non credidistis illi? 6 Sin dixerimus, Ex hominibus, plebs universa lapidabit nos: [4] persuasum enim habet Joannem prophetam esse. 7 Et responderunt, se nescire unde esset. 8 Et Jesus ait illis, Neque ego dico vobis, qua auctoritate hæc faciam. 9 Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc: Homo quidam plantavit vineam, & locavit eam colonis, & ipse peregre egit [5] multo tempore. 10 Quumque esset opportunum, misit ad colonos servum, ut de fructu vineæ darent ipsis. Qui cæsum emiserunt eum inanem. 11 Et rursus adhuc alterum servum misit: illi vero hunc quoque cæsum, & contumeliis affectum, emiserunt inanem. 12 Rursus misit & tertium: at illi hunc quoque vulneribus inflictis ejecerunt. 13 Dixit autem dominus vineæ, Quid faciam? mittam filium meum dilectum: forsitan quum hunc viderint, reverebuntur. 14 Quem quum vidissent coloni, cogitaverunt intra se, dicentes, Hic est hæres, venite, occidamus illum, ut nostra fiat hæreditas. 15 Et ejectum illum extra vineam occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vineæ? 16 Veniet & perdet colonos istos, & dabit vineam aliis. Quod quum audissent, dixerunt, Absit. 17 Ille vero intuitus eos, ait, Quid est ergo hoc quod scriptum est, Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, is factus est caput anguli. 18 Omnis qui ceciderit super illum lapidem, [6] conquassabitur: super quem autem ceciderit, comminuet illum. 19 Et quærebant principes Sacerdotum & Scribæ injicere in illum manus eadem hora, & timuerunt populum: cognoverunt enim quod in ipsos dixisset similitudinem hanc. 20 Et observantes emiserunt insidiatores, qui se justos simularent, ut caperent eum ex sermone, traderentque illum principatui & potestati præsidis. 21 Et interrogaverunt eum, dicentes, Magister, scimus quod recte dicis ac doces, nec respicis personam, sed viam Dei cum veritate doces: 22 Licet nobis tributum dare Cæsari, an non? 23 Intellecta autem illorum versutia, dixit ad eos, Quid me tentatis? 24 Ostendite mihi denarium: cujus habet imaginem & inscriptionem? Respondentes dixerunt, Cæsaris. 25 Et ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. 26 Et non potuerunt verbum ejus reprehendere coram populo, & mirati super responso ejus, tacuerunt. 27 Accesserunt autem quidam Sadducæorum, [7] qui negant esse resurrectionem, & inter-

pavimentum, inde ἐδαφίζειν *solo æquare*. Plus enim dixit Lucas, quam verterit Interpres.

27 *Tempus visitationis*] ἐπισκοπῆς, id est, *inspectionis*. Interpres legisse videtur ἐπισκέψεώς σου.

28 *Suspensus erat audiens illum*] ἐξεκρέματο, id est, *pendebat*, hoc est, *inhiabat*. Ita Virgilius:

----- pendetque iterum narrantis ab ore.

1 IN *uno dierum*] Græci addunt ἐκείνων, id est, *illorum*. Illud semel admonuisse sat est, Hebræos *unum* dicere, quod Latini *quidam*, ut, *uno die*, pro *quodam die*, & *unus scriba*, pro *quidam*.

2 *Convenerunt*] ἐπέστησαν, id est, *ingruerunt*, sive *aderant*, sive, quod malim, *adorti sunt*. Sic enim utitur in Actis Apostolorum.

3 *Unum verbum*] ἕνα λόγον, id est, *unum sermonem*. In aureo codice non addebatur *unum*, neq in Donatianicis. Nos sensum reddidimus, non verba, *Interrogabo vos & ego unum quiddam*.

4 *Certi sunt enim*] πεπεισμένος γάρ ἐστιν, id est, *persuasa est enim*, sive *persuasum habet*, ut subaudias *plebs*, quæ modo præcessit. *Certus* est enim aliquis de re vera: at *persuasus* esse potest, qui falsum credat.

5 *Multis temporibus*] χρόνους ἱκανούς, id est, *multum tempus*, sive *temporis*, si sensum maluisset reddere quam verba.

6 *Conquassabitur*] συνθλασθήσεται, id est, *confringetur*.

7 *Qui negant esse resurrectionem*] Qui putant nihil immutandum in Sacris Litteris, vertant hæc Lucæ ad verbum si lubet, οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι, id est, *qui contradicunt non esse resurrectionem*. Sed quorsum attinet ex innumeris unum aut alterum proferre? Illud annotandum, quoniam ἀνάστασιν dixit absque articulo,

28 σαν αὐτὸν, Λέγοντες, Διδάσκαλε, Μωσῆς ἔγραψεν ἡμῖν, Ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ ἔχων γυναῖκα, καὶ οὗτος ἄτεκνος ἀποθάνῃ, ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, καὶ ἐξαναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐ-
29 τοῦ. Ἑπτὰ οὖν ἀδελφοὶ ἦσαν· καὶ ὁ πρῶτος λαβὼν
30 γυναῖκα, ἀπέθανεν ἄτεκνος. Καὶ ἔλαβεν ὁ δεύτερος
31 τὴν γυναῖκα, καὶ οὗτος ἀπέθανεν ἄτεκνος. Καὶ ὁ τρίτος ἔλαβεν αὐτήν· ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἑπτὰ, καὶ οὐ κατέ-
32 λιπον τέκνα, καὶ ἀπέθανον. Ὕστερον πάντων ἀπέ-
33 θανε καὶ ἡ γυνή. Ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει τίνος αὐτῶν γίνεται γυνή; οἱ γὰρ ἑπτὰ ἔσχον αὐτὴν γυναῖ-
34 κα. Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Οἱ υἱοὶ τοῦ
35 αἰῶνος τούτου γαμοῦσι, καὶ ἐκγαμίσκονται· Οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν καὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίσκον-
36 ται· Οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται· ἰσάγγελοι γάρ εἰσι, καὶ υἱοί εἰσι τοῦ Θεοῦ, τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ
37 ὄντες. Ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ, καὶ Μωσῆς ἐμήνυσεν ἐπὶ τῆς βάτου, ὡς λέγει Κύριον τὸν Θεὸν Ἀβρα-
38 ὰμ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰσαὰκ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰακώβ. Θεὸς δὲ οὐκ ἔστι νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων· πάντες γὰρ αὐτῷ
39 ζῶσιν. Ἀποκριθέντες δέ τινες τῶν Γραμματέων εἶπον,
σμδ β 40 Διδάσκαλε, καλῶς εἶπας. Οὐκ ἔτι δὲ ἐτόλμων ἐπε-
σμε β 41 ρωτᾷν αὐτὸν οὐδέν. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς, Πῶς λέγουσι, ·γ
42 τὸν Χριστὸν υἱὸν Δαβὶδ εἶναι, Καὶ αὐτὸς Δαβὶδ λέγει ἐν βίβλῳ Ψαλμῶν, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου,
43 Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑ-
44 ποπόδιον τῶν ποδῶν σου; Δαβὶδ οὖν Κύριον αὐτὸν κα-
σμϛ β 45 λεῖ, καὶ πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν; Ἀκούοντος δὲ παντὸς
46 τοῦ λαοῦ, εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Προσέχετε ἀπὸ τῶν Γραμματέων τῶν θελόντων περιπατεῖν ἐν στολαῖς, καὶ φιλούντων ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ πρωτοκλισίας ἐν
σμζ η 47 τοῖς δείπνοις· Οἳ κατεσθίουσι τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσεύχονται· οὗτοι λήψονται πε-
XXI. 1 ρισσότερον κρίμα. Ἀναβλέψας δὲ εἶδε τοὺς βάλλοντας ·δ
2 τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον πλουσίους. Εἶδε δὲ καί τινα χήραν πενιχρὰν βάλλουσαν ἐκεῖ δύο λε-
3 πτά. Καὶ εἶπεν, Ἀληθῶς λέγω ὑμῖν, ὅτι ἡ χήρα
4 ἡ πτωχὴ αὕτη πλεῖον πάντων ἔβαλεν. Ἅπαντες γὰρ οὗτοι ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ· αὕτη δὲ ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς ἅπαντα τὸν
σμη β 5 βίον, ὃν εἶχεν, ἔβαλε. Καί τινων λεγόντων περὶ τοῦ ἱεροῦ, ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται, εἶ-
6 πε, Ταῦτα ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι, ἐν αἷς
σμθ β 7 οὐκ ἀφεθήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ καταλυθήσεται. Ἐπηρώτησαν δὲ αὐτὸν, λέγοντες, Διδάσκαλε, πότε οὖν ταῦτα ἔσται; καὶ τί τὸ σημεῖον ὅταν μέλλῃ ταῦτα γί-
8 νεσθαι; Ὁ δὲ εἶπε, Βλέπετε μὴ πλανηθῆτε· πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες, Ὅτι ἐγώ εἰμι· καὶ ὁ καιρὸς ἤγγικε· μὴ οὖν πορευθῆτε ὀπίσω αὐ-
9 τῶν. Ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους καὶ ἀκαταστασίας, μὴ πτοηθῆτε· δεῖ γὰρ ταῦτα γενέσθαι πρῶτον· ἀλλ' οὐκ
10 εὐθέως τὸ τέλος. Τότε ἔλεγεν αὐτοῖς, Ἐγερθήσεται ἔθνος ·ε
11 ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν. Σεισμοί τε μεγάλοι κατὰ τόπους, καὶ λιμοὶ, καὶ λοιμοὶ ἔσονται, φόβη-

28 interrogaverunt eum, Dicentes, Magister, Moses scripsit nobis, Si cujus frater mortuus fuerit habens uxorem, isque sine liberis mortuus fuerit, ut accipiat frater ejus uxorem, & suscitet semen fratri suo.
29 Septem ergo fratres erant: & primus accepit uxo-
30 rem, 8 ac mortuus est sine liberis. Et accepit secun-
31 dus illam, & ipse mortuus est sine liberis. Et tertius accepit illam: similiter & cæteri septem, nec reli-
32 querunt liberos, & mortui sunt. Novissime omnium
33 mortua est & mulier. In resurrectione ergo cujus eorum erit uxor? siquidem septem habuerunt eam
34 uxorem. Et respondens ait illis Jesus, Filii hujus se-
35 culi ducunt uxores, & nuptum dant: Illi vero qui digni habebuntur seculo illo & resurrectione ex mortuis, 9 neque ducunt uxores, neque nuptum dant:
36 Neque enim ultra mori possunt: 10 æquales enim Angelis sunt, & filii sunt Dei, quum sint fi-
37 lii resurrectionis. 11 Quod vero resurgant mortui, & Moses ostendit juxta rubum, quum dicit Dominum Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Ja-
38 cob. Deus autem non est mortuorum, sed vivorum:
39 omnes enim illi vivunt. Respondentes autem quidam
40 Scribarum, dixerunt, Magister, bene dixisti. Et amplius non audebant eum quicquam interrogare.
41 Dixit autem ad illos, Quomodo dicunt, Christum fi-
42 lium esse David, Et ipse David dicit in libro Psalmorum, Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris
43 meis, Donec posuero inimicos tuos scabellum pedum
44 tuorum? David ergo Dominum illum vocat, & quo-
45 modo filius ejus est? Audiente vero cuncto populo,
46 dixit discipulis suis, Cavete a Scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foris, ac primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in
47 conviviis: Qui devorant domos viduarum, 12 simulantes longas preces: hi accipient 13 damnationem
XXI. 1 majorem. 1 Sublatis autem oculis, vidit eos qui mit-
2 tebant munera sua in gazophylacium divites. Vidit autem & quamdam viduam pauperculam mittentem
3 illuc æra minuta duo. Et dixit, Vere dico vobis,
4 quod vidua hæc pauper plus quam omnes misit. Nam omnes hi 2 ex eo quod ipsis exuberat miserunt in munera Dei: hæc autem 3 ex penuria sua 4 universam substantiam, quam habebat, misit. Et quibus-
5 dam dicentibus de templo, quod pulchris lapidibus
6 5 ac donis ornatum esset, dixit, Ex his quæ videtis, venient dies, in quibus non relinquetur lapis super la-
7 pidem, qui non diruatur. Interrogaverunt autem illum, dicentes, Præceptor, quando hæc erunt? & quod si-
8 gnum 6 quando ista futura sint? At ille dixit, Vide te ne seducamini: multi enim venient sub nomine meo, dicentes se esse Christum: & tempus instat:
9 ne igitur sequamini illos. Cæterum quum audieritis bella & seditiones, nolite terreri: oportet enim
10 prius hæc fieri: sed 8 non statim finis. Tunc dicebat illis, Insurget gens contra gentem, & regnum ad-
11 versus regnum. Et terræmotus magni erunt in singulis

ticulo, vertendum potius fuisse, *qui negant ullam esse resurrectionem.* Est resurrectio corporum, & est animarum. Tum sunt qui fatentur Dominum resurrexisse cum paucis, negantes universalem resurrectionem.

8 *Et mortuus est sine filiis*] ἄτεκνος, id est, *orbus*, sive *absque liberis.* Nam *liberorum* nomine & filiæ continentur.

9 *Neque nubunt, neque ducunt uxores*] οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίσκονται, id est, *neque ducunt uxores, neque nuptum dantur.* Quod Cyprianus libro ad Quirinum tertio vertit *nubuntur*, quanquam γαμοῦσιν ambiguum est. Alias certe vertit, *ducunt uxores*, atque adeo paulo superius in hoc ipso Luca. Prius verbum γαμοῦσιν pertinere potest & ad viros ducentes & ad fœminas nubentes, ἐκγαμίσκονται ad parentes elocantes.

10 *Æquales enim Angelis*] ἰσάγγελοι, dictione composita, hoc est, *similes* sive *pares Angelis.* Quemadmodum Homerus ἰσοθέους & Θεῷ ἰκέλους appellat eximios viros, & Diis æquiparandos.

11 *Quia vero resurgent mortui*] Ὅτι δὲ ἐγείρονται. Tametsi anceps est Græca conjunctio, tamen hoc loco dicendum erat, *Quod autem resurgant mortui*, sive, *Resurgere autem mortuos.*

12 *Simulantes longam orationem*] καὶ προφάσει μακρὰ προσεύχονται, id est, *& prætextu longo precantur.* In nonnullis codicibus habebatur, προφάσει μακρὰ, ultima acuta, non circumflexa, *sub prætextu multa precantes.* Nam quid sibi vult *longus prætextus?* Nos magis sensum, quam verba reddidimus, *simulantes longas preces.* Neque enim precatur, qui ad laudem humanam, aut quæstum precatur.

13 *Damnationem majorem*] περισσότερον κρίμα, id est, *majus judicium.* Interpres sententiam explicat, non verbum. Nam hic aliquoties κρίμα usurpatur pro *condemnatione.*

1 Respiciens autem] *Respicere* est flexis in tergum oculis adspicere. At hic est ἀναβλέψας, quod aliquoties est *recipere visum*, aliquoties *attollere oculos* videndi gratia, sive quod gazophylacium in edito loco esset, sive quod antea suos intuitus, post tollit oculos in eos qui longius aberant.

2 *Ex abundanti sibi*] ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς, id est, *ex eo quod sibi superest.*

3 *Ex eo quod deest*] ἐκ τοῦ ὑστερήματος, id est, *ex defectu*, hoc est, *ex penuria.*

4 *Omnem victum*] βίον, quod alibi *substantiam* vertit.

5 *Et donis*] ἀναθήμασι. Ea dicuntur dona, quæ dicata Diis suspenduntur in parietibus & columnis templi: cujusmodi nunc visuntur potissimum juxta monumenta Divorum statuæ argenteæ, equi aurei, pocula gemmata, dicta ab ἀναθῆναι, hoc est, a *seponendo*, sive *suspendendo.* Unde & ἀνάθεμα dicitur.

6 *Cum fieri incipient*] μέλλῃ ταῦτα γίνεσθαι, *futura sunt hæc.* Verum μέλλω sic & alias expressit per *incipiendi* verbum.

7 *Dicentes quia ego sum*] Ὅτι ἐγώ εἰμι, id est, *Quod ego sim*, hoc est, *dicent se esse Christum qui sum ipse.* Atque ita nos vertimus aperte magis, quam ad verbum. Ne quis id existimet errore factum.

8 *Nondum statim*] οὐκ εὐθέως, id est, *non statim.*

9 Pe-

12 φόβητρά τε, καὶ σημεῖα ἀπ' ὐρανῦ μεγάλα ἔςαι. Πρὸ δὲ τύτων ἁπάντων ἐπιβαλῦσιν ἐφ' ὑμᾶς τὰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ διώξυσι, παραδιδόντες εἰς συναγωγὰς καὶ φυλακὰς, ἀγομένυς ἐπὶ βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνας ἕνεκεν τῦ 13 14 ὀνόματός μυ. Ἀποβήσεται δὲ ὑμῖν εἰς μαρτύριον. Θέσθε οὖν εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, μὴ προμελετᾷν ἀπο-15 λογηθῆναι. Ἐγὼ γὰρ δώσω ὑμῖν ςόμα καὶ σοφίαν, ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντειπεῖν, οὐδὲ ἀντιςῆναι πάντες οἱ 16 ἀντικείμενοι ὑμῖν. Παραδοθήσεσθε δὲ καὶ ὑπὸ γονέων καὶ ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν καὶ φίλων, καὶ θανατώ-17 συσιν ἐξ ὑμῶν. Καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων 18 διὰ τὸ ὄνομά μυ. Καὶ θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐ 19 μὴ ἀπόλλυται. Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς 20 ψυχὰς ὑμῶν. Ὅταν δὲ ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ ςρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ, τότε γνῶτε, ὅτι ἤγγικεν ἡ 21 ἐρήμωσις αὐτῆς. Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη, καὶ οἱ ἐν μέσῳ αὐτῆς, ἐκχωρείτωσαν, καὶ οἱ ἐν ταῖς χώραις, μὴ εἰσερχέσθωσαν εἰς αὐ-22 τήν. Ὅτι ἡμέραι ἐκδικήσεως αὗταί εἰσι, τοῦ πληρω-23 θῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα. Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαςρὶ ἐχύσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις· ἔςαι γὰρ ἀνάγκη μεγάλη ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ 24 ὀργὴ ἐν τῷ λαῷ τύτῳ. Καὶ πεσῦνται ςόματι μαχαίρας, καὶ αἰχμαλωτισθήσονται εἰς πάντα τὰ ἔθνη, καὶ Ἱερυσαλὴμ ἔςαι πατυμένη ὑπὸ ἐθνῶν, ἄχρι πληρωθῶσι 25 καιροὶ ἐθνῶν. Καὶ ἔςαι σημεῖα ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄςροις, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς συνοχὴ ἐθνῶν ἐν ἀπορίᾳ, ἠχύ-26 σης θαλάσσης καὶ σάλυ, Ἀποψυχόντων ἀνθρώπων ἀπὸ φόβυ καὶ προσδοκίας τῶν ἐπερχομένων τῇ οἰκυμένῃ· καὶ 27 γὰρ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται. Καὶ τότε ὄψονται τὸν Υἱὸν τῦ ἀνθρώπυ ἐρχόμενον ἐν νεφέλῃ μετὰ 28 δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. Ἀρχομένων δὲ τύτων γίνεσθαι, ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν, 29 διότι ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν. Καὶ εἶπε παραβολὴν αὐτοῖς, Ἴδετε τὴν συκῆν καὶ πάντα τὰ δένδρα. 30 Ὅταν προβάλωσιν ἤδη, βλέποντες ἀφ' ἑαυτῶν γινώσκε-31 τε ὅτι ἤδη ἐγγὺς τὸ θέρος ἐςίν. Οὕτως καὶ ὑμεῖς, ὅταν ἴδητε ταῦτα γινόμενα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐςιν ἡ βασι-32 λεία τῦ Θεῦ. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γε-33 νεὰ αὕτη, ἕως ἂν πάντα γένηται. Ὁ ὐρανὸς καὶ ἡ γῆ 34 παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μυ ὐ μὴ παρέλθωσι. Προσέχετε δὲ ἑαυτοῖς, μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ καὶ μερίμναις βιωτικαῖς, καὶ αἰφνίδιος 35 ἐφ' ὑμᾶς ἐπιςῇ ἡ ἡμέρα ἐκείνη. Ὡς παγὶς γὰρ ἐπελεύσεται ἐπὶ πάντας τὺς καθημένυς ἐπὶ πρόσωπον πά-36 σης τῆς γῆς. Ἀγρυπνεῖτε οὖν ἐν παντὶ καιρῷ, δεόμενοι, ἵνα καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν ταῦτα πάντα τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, καὶ ςαθῆναι ἔμπροσθεν τῦ Υἱῦ τῦ ἀνθρώ-37 πυ. Ἦν δὲ τὰς ἡμέρας ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, τὰς δὲ νύκτας ἐξερχόμενος ηὐλίζετο εἰς τὸ ὄρος καλούμενον ἐλαιῶν. Καὶ

gulis locis, & 9 fames, ac pestilentiæ, 10 terriculamentaque, & signa de cœlo magna erunt. Sed ante 12 hæc omnia injicient vobis manus suas, & persequentur, tradentes in conciliabula & carceres, trahentes ad reges ac præsides propter nomen meum. Con- 13 tinget autem vobis in testimonium. Habete igitur 14 fixum in cordibus vestris, 11 non esse præmeditandam defensionem. Nam ipse dabo vobis os & sapien- 15 tiam, cui non poterunt contradicere, neque resistere 12 omnes qui adversabuntur vobis. Trademini au- 16 tem etiam a parentibus & fratribus & cognatis & amicis, & morte afficient quosdam ex vobis. 13 Et 17 eritis invisi omnibus propter nomen meum. 14 Et pi- 18 lus de capite vestro non perit. Per patientiam ve- 19 stram 15 possidete animas vestras. Quum autem vi- 20 deritis circumdari ab exercitibus Hierosolymam, tunc scitote, quod immineat desolatio ejus. Tunc qui in Ju- 21 dæa sunt, fugiant ad montes, & qui in medio ejus, discedant, & qui in regionibus, non intrent in eam. Quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia quæ 22 scripta sunt. Væ autem prægnantibus 16 & mamma 23 nutrientibus in illis diebus: erit enim 17 afflictio magna super terram, & ira in populo hoc. Et cadent 24 18 acie gladii, & captivi ducentur in omnes gentes. Et Hierusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur 19 tempora gentium. Et erunt signa in sole & 25 luna & stellis, & in terris anxietas gentium 20 per desperationem, 21 resonante mari & fluctu, 22 Ex- 26 tabescentibus hominibus præ timore & exspectatione eorum quæ supervenient orbi terrarum: nam virtutes cœlorum movebuntur. Et tunc videbunt Filium 27 hominis venientem in nube cum potestate & gloria magna. His autem fieri incipientibus, suspicite & 28 attollite capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem, 23 Videte 29 ficum & omnes arbores. 24 Quum protrudunt jam 30 gemmas, cernentes ex vobisipsis scitis quod jam instet æstas. Ita & vos quum videritis hæc fieri, sci- 31 tote quod instet regnum Dei. Amen dico vobis, non 32 præteribit ætas hæc, antequam omnia facta fuerint. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non 33 transibunt. Cavete autem vobis, ne quando graven- 34 tur corda vestra crapula & ebrietate & 25 curis hujus vitæ, subitusque vobis ingruat dies ille. Tanquam 35 laqueus enim superveniet in omnes qui sedent super faciem totius terræ. Vigilate itaque omni tempore, 36 deprecantes, 26 ut liceat vobis effugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis. Do- 37 cebat autem interdiu in templo, noctu vero exiens 27 diversabatur in monte qui vocatur olivarum. 28 Et

9 *Pestilentia & fames*] Adnominationem in λιμοὶ & λοιμοὶ jam alias annotavimus. Et mox,

10 *Terroresque de cœlo*] φόβητρά τε, id est, *terriculamentaque*. Aliud enim *terror*, aliud *monstrum*, quod terrorem incutit.

11 *Non præmeditari quemadmodum respondeatis*] μὴ προμελετᾷν ἀπολογηθῆναι, id est, *non ante meditandam esse defensionem*. Id quod cæteri rei faciunt, qui ad lucernam elaborant arte orationem qua flectant judicem. Cyprianus ultima tertii libri Epistola sic adducit hunc locum: *Ponite in cordibus vestris, non præmeditari excusare*. Porro *meditari* dicimur ad quod nos cura præparamus.

12 *Omnes adversarii vestri*] ἀντικείμενοι ὑμῖν, id est, *adversantes vobis*. Et aliquanto post,

13 *Et eritis odio omnibus hominibus*. Nec in Græcis nec in aureo codice additur *hominibus*, nec in Constantiensi, nec in meo excuso.

14 *Capillus de capite vestro non peribit*] ἀπόλλυται, id est, *perit*. Habet nescio quid certius & asseverantius temporis ἑτέρωσις.

15 *Possidebitis*] κτήσασθε, id est, *possidete*, sive *obtinete*. Apparet Interpretem legisse κτήσεσθε, etiamsi Græci codices, quos ego viderim, constanter habent κτήσασθε.

16 *Et nutrientibus*] θηλαζύσαις, id est, *lactantibus & mamma nutrientibus*, ut superius indicatum est. Et Ambrosius pro *nutrientibus* legit, *quæ ubera dant*. Augustinus alicubi *mammantibus* legit.

17 *Pressura*] συνοχὴ, id est, *coarctatio*, sive *anxietas*. Nonnulli codices habebant ἀνάγκη, quod *necessitatem* sonat & vim illatam. Nec est,

18 *In ore gladii*] Sed *ore gladii*, ςόματι μαχαίρας, quod tamen rectius vertisset, *acie gladii*. Quandoquidem *aciem gladii* Græci ςόμα vocant, quod ea parte mordeat, & δίςομον *utrinque incidens* dicitur.

19 *Tempora nationum*] ἐθνῶν, *gentium*. Idem nomen quod proxime præcessit. Interpres mire fugit ejusdem vocis iterationem, quum Evangelista non fugiat.

20 *Præ confusione*] ἐν ἀπορίᾳ, id est, *in perplexitate* sive *desperatione*. Quanquam uterque genitivus absolute potest legi, ut sit sensus, *præ desperatione resonante mari & fluctu, & arescentibus hominibus*.

21 *Sonitus maris*] ἠχύσης θαλάσσης, id est, *resonantis maris*.

22 *Arescentibus hominibus*] ἀποψυχόντων, quod sonat *exanimari dolore*, sive *extabescere*.

23 *Videte*] Ἴδετε Græcum verbum anceps est, an sit *Videtis* an *Videte*.

24 *Cum producunt jam ex se fructum*] Græce tantum est προβάλωσιν ἤδη, quod ego vertissem *proruperint*. Neque enim de fructu sentit, sed de gemmis ac frondibus erumpentibus, id quod ex aliis Evangelistis liquet. Certe ex Marci cap. XIII. qui de ramo tenero & frondibus erumpentibus meminit. Primum enim tenerescit ramus, ut gemmæ protrudi queant. Est autem hoc peculiare ficui, ut statim nullis floribus præcedentibus protrudat grossos. Etiamsi gemmas protrudunt & aliæ arbores. Nam Lucas præter ficum & alias arbores addit. Quanquam & alias dissident Græca a nostris, βλέποντες ἀφ' ἑαυτῶν γινώσκετε, id est, *cernentes ex vobisipsis cognoscitis*, hoc est, cum videtis protrudi gemmas & frondes in arboribus, etiamsi nemo admoneat, tamen ex ipsa re intelligitis adesse æstatem. Et paulo post, rursum μήποτε vertit *ne forte*, quasi sit hoc in illorum fortuna situm, ac non potius in illorum cura.

25 *Curis hujus vitæ*] μερίμναις βιωτικαῖς, quod in Paulo vertit *secularia* βιωτικά. Significat autem eas curas, quæ ad victum parandum vitæque usum faciunt.

26 *Ut digni habeamini*] καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν ταῦτα πάντα, id est, *digni reddamini, qui possitis effugere hæc omnia*. Sensus autem est, ut semper hoc ipsum orent quo possint effugere.

27 *Morabatur in monte*] ηὐλίζετο, quod ante verterat *stabulare*.

[38] Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὤρθριζε πρὸς αὐτὸν, ἐν τῷ ἱερῷ ἀκούειν αὐτοῦ. XXII. [1] Ἤγγιζε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, ἡ λεγομένη Πάσχα. [2] Καὶ ἐζήτουν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς, τὸ πῶς ἀνέλωσιν αὐτόν· ἐφοβοῦντο γὰρ τὸν λαόν. [3] Εἰσῆλθε δὲ ὁ Σατανᾶς εἰς Ἰούδαν τὸν ἐπικαλούμενον Ἰσκαριώτην, ὄντα ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα. [4] Καὶ ἀπελθὼν συνελάλησε τοῖς Ἀρχιερεῦσι καὶ Στρατηγοῖς, τὸ πῶς αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς. [5] Καὶ ἐχάρησαν, καὶ συνέθεντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι. [6] Καὶ ἐξωμολόγησε, καὶ ἐζήτει εὐκαιρίαν τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν αὐτοῖς ἄτερ ὄχλου. [7] Ἦλθε δὲ ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ Πάσχα. [8] Καὶ ἀπέστειλε Πέτρον καὶ Ἰωάννην, εἰπών, Πορευθέντες ἑτοιμάσατε ἡμῖν τὸ Πάσχα, ἵνα φάγωμεν. [9] Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμεν; [10] Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἰδοὺ εἰσελθόντων ὑμῶν εἰς τὴν πόλιν, συναντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων, ἀκολουθήσατε αὐτῷ εἰς τὴν οἰκίαν οὗ εἰσπορεύεται, [11] Καὶ ἐρεῖτε τῷ οἰκοδεσπότῃ τῆς οἰκίας, Λέγει σοι ὁ διδάσκαλος, Ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμα, ὅπου τὸ Πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου φάγω; [12] Κἀκεῖνος ὑμῖν δείξει ἀνώγεον μέγα ἐστρωμένον, ἐκεῖ ἑτοιμάσατε. [13] Ἀπελθόντες δὲ εὗρον καθὼς εἴρηκεν αὐτοῖς, καὶ ἡτοίμασαν τὸ Πάσχα. [14] Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡ ὥρα, ἀνέπεσε, καὶ οἱ δώδεκα Ἀπόστολοι σὺν αὐτῷ. [15] Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ Πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν πρὸ τοῦ με παθεῖν. [16] Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οὐκ ἔτι οὐ μὴ φάγω ἐξ αὐτοῦ, ἕως ὅτου πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ. [17] Καὶ δεξάμενος ποτήριον, εὐχαριστήσας, εἶπε, Λάβετε τοῦτο καὶ διαμερίσατε εἰς ἑαυτούς· [18] Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπὸ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως ὅτου ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἔλθῃ. [19] Καὶ λαβὼν ἄρτον, εὐχαριστήσας, ἔκλασε, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων, Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. [20] Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων, Τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. [21] Πλὴν ἰδοὺ ἡ χεὶρ τοῦ παραδιδόντος με μετ' ἐμοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης. [22] Καὶ ὁ μὲν Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου πορεύεται κατὰ τὸ ὡρισμένον· πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' οὗ παραδίδοται. [23] Καὶ αὐτοὶ ἤρξαντο συζητεῖν πρὸς ἑαυτούς, τὸ τίς ἄρα εἴη ἐξ αὐτῶν ὁ τοῦτο μέλλων πράσσειν. [24] Ἐγένετο δὲ καὶ φιλονεικία ἐν αὐτοῖς, τὸ τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων. [25] Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν κυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν, εὐεργέται καλοῦνται. [26] Ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὁ μείζων ἐν ὑμῖν, γενέσθω ὡς ὁ νεώτερος, καὶ ὁ ἡγούμενος, ὡς ὁ διακονῶν. [27] Τίς γὰρ μείζων,

28 Et omnis populus diluculo ventitabat ad eum, ut in templo audiret eum. XXII. 1 Instabat autem dies festus azymorum, qui dicitur Pascha. 2 Et quærebant principes Sacerdotum & Scribæ, quomodo eum interficerent: timebant enim plebem. 3 Intravit autem Satanas in Judam, cui cognomen erat Iscariotes, [1] qui erat e numero duodecim. 4 Abiitque & loquutus est cum principibus Sacerdotum [2] ac Magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. 5 Et gavisi sunt, ac pacti sunt pecuniam illi se daturos. 6 Et ille respondit, quærebatque opportunitatem ut traderet illum illis [3] sine turba. 7 Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat [4] immolari Pascha. 8 Et misit Petrum ac Joannem, dicens, Euntes parate nobis Pascha, ut edamus. 9 At illi dixerunt ei, Ubi vis paremus? 10 Et dixit ad eos, Ecce introeuntibus vobis in civitatem occurret [5] homo [6] vas aquæ testaceum portans, sequimini eum in domum in quam intrat, 11 Et dicetis patrifamilias ædium, Dicit tibi magister, Ubi est diversorium, ubi Pascha cum discipulis meis edam? 12 Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, ibi parate. 13 Euntes autem invenerunt sicut dixerat illis, & paraverunt Pascha. 14 Et quum jam esset tempestivum, accubuit, ac duodecim Apostoli cum eo. 15 Et ait illis, Desiderio desideravi hoc Pascha comedere vobiscum antequam patiar. 16 Dico enim vobis, posthac non edam ultra [7] ex eo, donec compleatur in regno Dei. 17 Et accepto poculo, gratias egit, ac dixit, [8] Accipite hoc & dividite inter vos: 18 Dico enim vobis, quod non bibam de fructu vitis, donec regnum Dei veniat. 19 Et accepto pane, quum gratias egisset, fregit, ac dedit eis, dicens, Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite [9] in mei recordationem. 20 Similiter & poculum postquam cœnavit, dicens, Hoc poculum, novum testamentum [10] per sanguinem meum, [11] qui pro vobis effunditur. 21 Veruntamen ecce manus prodentis me mecum est in mensa. 22 Et Filius quidem hominis secundum quod definitum est vadit: veruntamen væ homini illi [12] per quem proditur. 23 Et ipsi cœperunt quærere inter sese, quisnam esset ex ipsis, qui hoc facturus esset. 24 Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse major. 25 Dixit autem eis, Reges gentium [13] dominantur eis, & qui potestatem habent super eas, benefici vocantur. 26 Vos autem non sic: sed qui major est in vobis, fiat [14] sicut junior, [15] & qui princeps est, sicut qui ministrat. 27 Nam uter major est, qui accumbit, an qui ministrat? Nonne qui ac-

28 *Et omnis populus manicabat*] Græcam vocem imitatus est Interpres, ὤρθριζε. Idem verbum quod in Psalmis vertit, *de luce vigilo*, ὀρθρίζω. Vetustissimus codex Latinus habebat *diluculo veniebat*. Unde mirum est unde hæc vox, omnino Latinis inaudita, irrepserit, quam nec Augustini aures ferre queant. Notat enim hanc in librum Judicum, quæstione quadragesima sexta, indicans quosdam interpretatos *maturabis*, ceu vox ea dicta sit a matutino. Sunt qui divinent pro *mane ibat* corruptum fuisse *manicabat*. Verum nihil aliud quam divinant. Augustinus indicavit variam scripturam sui temporis in libro Judicum, & est idem verbum illic ex interpretatione Septuaginta quod est hîc, ὀρθριεῖς καὶ ἐκτενεῖς, quod Hieronymus reddidit, *Et primo mane oriente sole irrues super civitatem*, Ἅμα τῷ ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον, ὀρθριεῖς καὶ ἐκτενεῖς ἐπὶ τὴν πόλιν. Cæterum nec *manicandi* verbum, nec *maturandi* placet Augustino, quod alterum neget inveniri apud probatos auctores, alterius etymologiam non satis probat, & aliud est *maturare*, aliud *mane venire*: frequenter enim sero venit, qui mane venit. Ad hæc Commentarii Bedæ in contextu habent mendose nimirum *manebat ad eum*, in expositione legit *manicamus*.

1 DE *duodecim*] ὄντα ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα, id est, *qui erat de numero duodecim*.

2 *Et magistratibus*] *Et ductoribus*, sive *ducibus exercitus*. Est enim στρατηγοῖς, quos alias, ni fallor, sentit *præfectos* tuendo templo, nec alios hîc arbitror intelligendos. Theophylactus præter hanc opinionem & alias commemorat.

3 *Sine turbis*] ἄτερ ὄχλου, id est, *sine turba*, hoc est, *sine tumultu*. Nam utrumque significat ὄχλος, ut Latinis *turba*, & *multitudinem*, & *tumultum*.

4 *Occidi Pascha*] θύεσθαι, id est, *immolari*.

5 *Homo quidam*] *Quidam* non additur apud Græcos, sed Latinus Interpres de suo addidit, quo sermo esset mollior.

6 *Amphoram*] κεράμιον, quod significat *vas fictile*. Hoc idcirco admonui, quod mihi videatur ad mysterium facere, si quis excutiat, quid sibi velit *hydria fictilis*, quæ rumpitur apud Ecclesiasten, recurrente vitta aurea. Eadem vox est, quam alibi vertit *lagenam*.

7 *Ex hoc*] ἐξ αὐτοῦ, id est, *ex eo*, nempe *Pascha*, ne quis ad tempus referat.

8 *Accipite & dividite*] Λάβετε τοῦτο, id est, *Accipite hunc*. Annotatum est hoc a Veteribus, apud Lucam bis fieri *calicis* mentionem. Prius enim accepit calicem, & gratiis actis ac benedictione facta dixit, *Accipite & dividite inter vos*. Mox consecrato pane sequitur, *Similiter & calicem, postquam cœnavit, dicens*.

9 *In meam commemorationem*] εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, quod expressius extulisset, *ad renovandam mei memoriam*.

10 *In sanguine meo*] *In* positum apparet pro *per*. Ut vetus Testamentum confirmatum ac dedicatum est, populo adsperso sanguine pecudis, ita Christus per suum sanguinem dicavit novum Testamentum, quod eleganter explicat is, qui scripsit Epistolam ad Hebræos. Nec video cur hîc obstet religio, quo minus sensum reddamus magis perspicuum, quum his verbis non consecrent hodie Sacerdotes.

11 *Qui pro vobis fundetur*] τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, id est, *qui pro vobis effunditur*. Cum paulo superius dixerit *datur*, tempore præsenti, cur hîc vereamur dicere *effunditur*. Et certe *datur* reperitur in exemplaribus nostris.

12 *Per quem tradetur*] παραδίδοται, id est, *traditur*, ut sit præsentis temporis.

13 *Dominantur eorum*] *Earum* vertendum erat, sive *eis*. Gens enim Græcis neutri generis est. Proinde in αὐτῶν, oblitus sui Interpres, Græco usus est genere.

14 *Sicut minor*] ὡς ὁ νεώτερος, id est, *sicut junior*, sive *minor natu*. Antiquissimi codices habent *junior*, non *minor*. Quanquam hoc loco magis contemptum significat, quam ætatem. Ut enim honoris causa *presbyteros* vocabant, hoc est, *seniores*, ita contemptos *juniores*: quod genus est illud in Psalmis: *Adolescentulus sum ego & contemptus*. Nam Hebræis צָעִיר sonat *juvenem* & nullius auctoritatis.

15 *Et qui præcessor est*] ὁ ἡγούμενος, id est, *dux* sive *rector*. Nam hoc quoque significat Græca vox, ac magis convenit cum eo quod sequitur. Pugnant enim præsidem esse, & ministrum esse.

16 *Ait*

ζων, ὁ ἀνακείμενος, ἢ ὁ διακονῶν; ὐχὶ ὁ ἀνακείμενος; 28 Ἐγὼ δέ εἰμι ἐν μέσῳ ὑμῶν ὡς ὁ διακονῶν. Ὑμεῖς δέ ἐςε οἱ 29 διαμεμενηκότες μετ' ἐμῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς μυ. Κἀγὼ διατίθεμαι ὑμῖν, καθὼς διέθετό μοι ὁ Πατήρ μυ, βασι- 30 λείαν, Ἵνα ἐσθίητε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μυ ἐν τῇ βασιλείᾳ μυ, καὶ καθίσησθε ἐπὶ θρόνων, κρίνοντες τὰς 31 δώδεκα φυλὰς τῦ Ἰσραήλ. Εἶπε δὲ ὁ Κύριος, Σίμων, Σίμων, ἰδὺ ὁ Σατανᾶς ἐξητήσατο ὑμᾶς, τῦ σινιάσαι ὡς 32 τὸν σῖτον. Ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σῦ, ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίςις συ· καὶ σύ ποτε ἐπιςρέψας, ςήριξον τὺς ἀδελφύς 33 συ. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Κύριε, μετά συ ἕτοιμός εἰμι καὶ 34 εἰς φυλακὴν καὶ εἰς θάνατον πορεύεσθαι. Ὁ δὲ εἶπε, Λέγω σοι Πέτρε, ὐ μὴ φωνήσει σήμερον ἀλέκτωρ, πρὶν ἢ τρὶς 35 ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὅτε ἀπέςειλα ὑμᾶς ἄτερ βαλαντίυ καὶ πήρας καὶ ὑποδημάτων, μή 36 τινος ὑςερήσατε; Οἱ δὲ εἶπον, Οὐδενός. Εἶπεν ὖν αὐτοῖς, Ἀλλὰ

accumbit? At ego in medio vestrum sum ut qui 28 ministrat. Vos autem estis qui permansistis mecum in 29 tentationibus. Et ego dispono vobis, sicut disposuit 30 mihi Pater meus, regnum, Ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos, judicantes duodecim tribus Israel. 31 16 Ait autem Dominus, Simon, Simon, ecce Satanas 17 expetivit vos, ut cribraret sicut triticum. 32 Sed ego rogavi pro te, ne deficiat fides tua: & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos. 33 At ille dixit ei, Domine, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. 34 At ille dixit, Dico tibi Petre, 18 non canet hodie gallus, prius quam ter abneges te nosse me. 35 Et dixit eis, Quando misi vos sine sacculo & pera & calceamentis, num quid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. 36 Dixit ergo eis, 19 Sed nunc qui habet sacculum

16 *Ait autem Dominus Simoni*] Exemplaria Græcanica sic habent, *Εἶπε δὲ ὁ Κύριος, Σίμων, Σίμων, ἰδὺ*, id est, *Dixit autem Dominus, Simon, Simon, ecce* &c. Porro conduplicatio servit affectui. Atque ita citat divus Hieronymus in Dialogis adversus Pelagium. Nec aliter refert Beda in Commentariis suis, ne quis casu factum esse putet.

17 *Expetivit vos*] *ἐξητήσατο*, quod magis sonat *depoposcit*. *Deposcuntur* enim, qui ad pœnam petuntur: velut hoc efflagitarit Satanas ut illos comminueret, quemadmodum Job poposcit Satan, & impetravit, verum præscriptis legibus. Ambrosius libro de vocatione omnium gentium primo, capite ultimo sic adducit hunc locum: *Simon, Simon, ecce Satanas postulavit, ut vos cerneret sicut triticum.* Siquidem a cernendo cribrum videtur esse dictum. Græce est *σινιάσαι*.

18 *Non cantabit*] *ὐ φωνήσει*, id est, *non sonabit*, sive non *edet vocem.*

19 *Sed nunc qui habet sacculum*] Quæso te, Lector Christiane, quis tam est *ἀγέλαςος*, qui possit a risu temperare, perpendens quam ridicula recentiores quidam in hunc scripsere locum. Rursum quis est tam *φιλόγελος*, qui non indignetur cœlestem illam doctrinam hujusmodi vitiari interpretamentis. Lyranus enim ille, ut multis videtur, probatus Doctor, huc detorquet verba Christi, quasi moneat Apostolos, ut ingruente procella persecutionum muniant se duabus rebus, nempe commeatu, & armorum præsidio, ne vel desit quod edant, vel a persecutoribus opprimantur. Atque eadem multo impudentius inculcat Hugo Carrensis, sive quis alius fuit, auctorem citans Chrysostomum. Sed hujus verba truncatim ac depravate referunt recentiores quidam. Nam Chrysostomus de gladio commentum plane rejicit, utcunque de sacculo moderatur interpretationem. Hujus verba sunt in caput Matth. XXVI. *Ut facilius crederent quia traderetur, propterea dixit eis,* Emite gladios. *Non ut percutiant animas, sed ut prædictionem hac re ante oculos poneret.* Hæc ille. Quid autem sibi velit, quod ait *prædictionem*, explicant illius verba quæ referuntur in Catena aurea divi Thomæ: *Quid est hoc, qui dixerat*, Si quis percusserit te in dextra gena, vertas ei & aliam: *nunc armat discipulos, sed solo gladio. Nam si penitus armare dicebat, non solum oportebat gladium possidere, sed & scuta & galeas. Sed etsi mille hujusmodi possiderent arma pro tot insultibus & insidiis populorum, tyrannorum, urbium, nationum, qualiter undecim comparerent, & ex solo agminum adspectu non contremiscerent, nutriti in stagnis & fluviis? Non ergo putemus eum jussisse ut gladios possiderent, sed per gladios innuit imminentes insidias Judæorum. Unde sequitur.* Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me, Et cum iniquis deputatus est. Rursus aliquanto inferius: *Et quidem si humano eos volebat uti auxilio, nec centum sufficerent gladii: quod si nolebat eos uti humano subsidio, etiam duo supervacanei sunt.* Referuntur illic verba Basilii, ac Theophyli, quem pro Theophylacto positum arbitror, in eamdem sententiam, demum & Bedæ. Quod si constat, qui convenit ut simplicem sensum accipiamus in pera, in gladio quæramus figuratam interpretationem, quæ sensum aperiat cum verbis pugnantem. Etenim si Dominus jussit parari quæ pertinebant ad victum ac defensionem, an vestis non pertinet ad vitæ necessaria? Et hanc vendi jubet. Proinde quemadmodum his verbis præparavit animos Apostolorum ad fortiter perpetiendam sævitiam persequutorum: ita sacculi tollendi mentione præparavit illos ad tolerantiam famis & omnium incommodorum, quæ solent in bellis accidere. Malorum enim prædictione non hortatur ad provisionem commeatus ac munimentorum, sed ad tolerantiam malorum, quæ citius prosternunt hominem, si veniunt improvisa. Quoniam autem Dominus, donec adesset mortalis, illis cura vacuis abunde suppeditarat, & ab incursione malorum tutos reddiderat: imbecilles erant, sub ipsum Dominicæ mortis tempus etiamnum contendentes de primatu, nec satis instructi adversus malorum procellas, quæ imminebant. Præmonet igitur malorum, non ut suis fidant viribus, sed ut vigilent adversus ingruentem afflictionum tempestatem. Quomodo vigilent? Nimirum quemadmodum ipse docuit exemplo pariter ac monitis, *Vigilate & orate ne intretis in tentationem.* Nec aliud, quam a Domino didicerant, eos fecisse legimus post acceptum Spiritum Sanctum. Volebat illos ex ipso pendere, non ut infantes, quemadmodum ante fecerant, sed ut viros, qui suam industriam jungunt cum auxilio cœlesti. Hoc sensit Chrysostomus, hoc Theophylactus, hoc Basilius, qui hoc quoque admonuit, in multis codicibus non haberi scriptum, *accipiat, tollat*, vel *emat*, sed *tollet* & *emet*, ut sermo sit prædicentis imminentem afflictionem, non exhortantis ad parandum commeatum aut armaturam. Quidam sic interpretantur, hunc sermonem non ad Apostolos tantum, sed ad omnes Judæos pertinere, quibus immineret tanta procella belli, ut nec de cibo nec de vestitu sint futuri solliciti, sed tantum de tuenda vita, id significari tropo, quo jubet, divendita tunica & pera, emi gladium. Quorsum igitur pertinent verba Chrysostomi, *Puellos e nido educens, jubet propriis uti pennis?* An ad parandas lanceas, galeas, clypeos, & bombardas? Quid igitur interest inter Carem militem conductitium & virum Apostolicum? At mutatis, inquiunt, temporibus licet mutare vitæ rationem. Tempore pacis hæc interdicuntur, tempore belli permittuntur. Quasi vero unquam bonis defuerit persecutio. Itane Christus omnium illorum dogmatum suorum, de non resistendo malo, de diligendis ac juvandis inimicis, de bene precando iis qui male precantur nobis, de beatis mitibus & persecutionem perpetientibus propter justitiam, de præbenda maxilla altera, si quis alteram percussisset, atque aliis id genus plurimis, jam moriturus palinodiam canit, & ad comparandum commeatum & *πανοπλίαν* adornandam excitat suos? Oblitus etiam eorum, quæ paulo ante dixerat, *In patientia vestra possidebitis animas vestras?* Atqui illic sane de persecutione loquitur, nec meminit præsidiorum. Imo cum apud Matthæum universam persecutionum tragœdiam ponit ob oculos, rogo num usquam ulla mentio defensionis? Ubi est illud quod unum Apostolos a se jubet discere, quod mitis esset & humilis corde? Ubi vox illa severa, *Nescitis cujus spiritus sitis*, qua discipulos a vindictæ revocat affectu? Ubi vox illa, qua negat se agnoscere discipulum, qui sublata cruce sua non sequatur se? Num hic crucem mutat in gladium? Deinde quid magni docet Christus suos, si hoc præcepit, quod sua sponte faciunt & piratæ & latrones? Hæccine est illa doctrina cœlestis, quam ut nobis impartiret, relicto cœlo descendit in terras? Præterea autem, si id docuit quod isti volunt, cur ipse non præstat quod docet? quando ipse paravit sibi commeatum? quando ensibus aut machinis sese adversus persecutorum vim communivit? Nec vident quam ista pugnent cum vaticinio, quod edidit in illum Esaias, *Velut ovis coram tondente obmutuit.* Ut interim sileam, ne consistere quidem istorum commentum. Etenim fingamus hanc esse Christi mentem, ut velit Apostolos suos parare gladium ferreum, quo grassantur & latrones, & commeatum, quem parant duces exercituum, qua ratione illud explicabunt, quod tunica divendita jubet emi gladium? quandoquidem placet urgere litteras ac syllabas sermonis. Num illos nudos ensibus accinctos mittit in bellum? Novum vero copiarum genus. Ad hæc cum dixerit, *Sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram*, qui cohæret quod mox sequitur, *Et qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium?* An non hinc satis evidens est, non præcipi ut ferrent secum sacculum & peram, sed tollerent vendenda, pretioque redimerent gladium? Quod si nihil horum esset, tunicam venundarent potius, quam gladius non esset. Ut maxime torqueant, non jubet parare sacculum aut peram, sed permittit ut tolerandum, si quis forte possideat. At ensem etiam vendita tunica jubet emi. Proinde prospicere de victu permittitur duntaxat, at gladio nos defendere tantopere jubemur, ut nudis etiam sit cum hoste confligendum, velut in hoc summa pietatis sita sit. At saltem non resipiscunt ex his quæ mox sequuntur apud alios Evangelistas. Objurgat minaciter ac severe Petrum, quod utatur gladio, & jubet recondi, addens perire gladio qui gladio pugnent, sibi non defuturas quamlibet multas legiones, a Patre suppetias, si se vi defendere voluisset. Præterea quando unquam legimus Apostolos fecisse quod hic tantopere jubet Christus faciendum? Fuisse legimus, respondisse legimus, loricam aut gladium gestasse nusquam legimus, ac ne unguibus quidem unquam repugnasse, ne dicam gladiis. Denique cur in omnibus suis Epistolis audent a præceptoris sui doctrina dissonare? Tolerantiam uno ore docent omnes, jubent obrui beneficiis inimicum, & igneos carbones congeri in caput illorum. Paulus jubet malum vinci bono, jactat toleratas calamitates suas, prostratos ac fusos hostes non jactat. Toties armat ille tironem Christianum Evangelica panoplia, galea salutis, scuto fidei, gladio spiritus. Ubi inter hæc hujus gladii mentio, quem nos comminiscimur? In nugis leviculis, quæque citra dispendium Evangelicæ philosophiæ vel nesciri poterant, hæreses ac blasphemias *ἐκτραγῳδίζομεν*. Mihi nulla hæresis videtur perniciosior, nulla blasphemia sceleratior, quam si quis Philistinorum exemplo Evangelici agri puteos, qui a Christo venam habent aquæ vivæ scatentis in vitam æternam, terra oppleat, & sensum spiritualem vertat in carnalem, doctrinam cœlestem depravet in terrenam, ac sacrosancta Christi dogmata detorqueat, imo corrumpat, idque reclamantibus omnibus ejus præceptis, reclamante tota ipsius vita, reclamante doctrina Apostolica, refragantibus tot martyrum mil-

ʼΑλλὰ νῦν ὁ ἔχων βαλάντιον ἀράτω, ὁμοίως καὶ πήραν, καὶ ὁ μὴ ἔχων, πωλησάτω τὸ ἱμάτιον αὐτȣ͂, καὶ ἀγορασάτω μάχαιραν. (37) Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ἔτι τȣ͂το τὸ γεγραμμένον δεῖ τελεσθῆναι ἐν ἐμοὶ, τὸ, Καὶ μετ' ἀνόμων ἐλογίσθη· καὶ γὰρ τὰ περὶ ἐμȣ͂ τέλος ἔχει. (38) Οἱ δὲ εἶπον, Κύριε, ἰδȣ̀ μάχαιραι ὧδε δύο. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, (39) Ἱκανόν ἐστι. Καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύθη κατὰ τὸ ἔθος εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν· ἠκολȣ́θησαν δὲ αὐτῷ καὶ οἱ μαθηταί. (40) Γενόμενος δὲ ἐπὶ τȣ͂ τόπȣ, εἶπεν αὐτοῖς, Προσ-

culum tollat, similiter & peram, & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. (37) Dico enim vobis, quoniam adhuc quod scriptum est oportet perfici in me, Et cum iniquis deputatus est: etenim ea quæ sunt de me, finem habent. (38) At illi dixerunt, Domine, ecce duo gladii hîc. At ille dixit eis, (39) Satis est. Et egressus ibat, ut erat solitus, in montem olivarum: sequuti sunt autem illum & discipuli. (40) Et quum pervenisset ad locum, dixit illis, 20 Ora-

millibus repugnantibus vetustis Interpretibus. Nec animadvertunt quid hîc interpretetur Ambrosius, etiamsi in re tam perspicua quid opus Interprete? *Cur*, inquit, *emere jubes gladium, qui ferire me prohibes? Cur habere me præcipis, quem vetas promi? Nisi forte ut sit parata defensio, non ultio necessaria, ut videar potuisse vindicari, sed noluisse.* Deinde dissolvens quod poterat ex veteris Instrumenti litteris objici, permissum esse bellum, *Lex tamen*, inquit, *referire me non vetat, & ideo fortasse Petro duos gladios offerenti*, Sat est, *dicit: quasi licuerit usque ad Evangelium: ut sit in Lege æquitatis eruditio, in Evangelio bonitatis perfectio.* Mox adversus reclamaturos opponit hæc: *Multis hoc iniquum videtur, sed non iniquus Dominus, qui cum se posset ulcisci, maluit immolari.* Denique in calce hoc adjicit, duos gladios interpretatus veteris ac novi Testamenti scientiam, *Quasi nihil*, inquiens, *desit ei, quem utriusque Testamenti doctrina munierit.* Origenes, Theologorum priscorum sine controversia doctissimus, Homilia in Matthæum VII. sermonem hunc Christi pestiferum esse pronunciat, si ad litteram accipiatur. Eum posteaquam recitarat, subjicit hunc in modum: *Si quis ergo litteram volens adspicere, & non intelligens voluntatem verborum, vendiderit vestimentum suum corporale, & emerit gladium talem, contra voluntatem Christi suscipiens verbum ejus, peribit, forsitan & gladio peribit.* De quo autem gladio dicat, non est loci hujus exponere. Idem libro adversus Celsum secundo pronunciat bellum ab uno Christo sublatum, quasi hoc illi fuerit peculiare. Consentiunt in hanc sententiam omnes omnium litteræ, omnes Sanctorum libri, qui tolerantiam nobis commendant, non armaturam indicunt. Tolerandum utcunque, si unum duntaxat locum philosophiæ cœlestis ad hunc corrupissemus modum. Nihil propemodum est dogmatis Christi, quod non hujusmodi commentis ac distinctiunculis subvertant quidam. Et hæc leguntur & approbantur a summis, ut vulgo videntur, Theologis, hæc velut oraculo prodita citantur, hæc publice docentur, hæc audiunt Principes, his animantur ad bellum, quasi vero non suapte sponte insaniant satis. Quibus rebus illud factum est, ut apud Christianos insanius prope tumultuetur, litigetur, pugnetur, pro re, pro ditione, pro vindicta, quam usquam apud Ethnicos. Verum moderandus est animi dolor, tametsi justissimus: præsertim cum indignitas rei vix ingenti volumine possit, ut par est, explicari. Nec isti me vel tantulum movent, qui nolunt jus belli Principibus adimi. Quomodo nunc bellent Principes, non libet meminisse: neque necesse est hoc illos docere, quod ultro nimis acriter agunt: si tamen hoc bellare est, ac non potius in populi perniciem inter se colludere, & bellorum prætextu suam constabilire tyrannidem. Illud non fero, nos hujusmodi dogmata in Christum auctorem referre. Si quid habet humanæ vitæ necessitas, ut *habet multa necessaria mala*, quemadmodum ait ille, si quid condonatur crassæ multitudini, quid hoc ad cœlestem Christi philosophiam? Ille de cœlo venit ut doceret cœlestia, crassa hæc aut velut ignoravit, aut respuit, aut neglexit. Non agnoscebat Cæsaris imaginem. Rejicit eum a quo rogabatur ut arbiter esset dividundæ hæreditatis. Adulteram mulierem nec absolvit, nec damnat. Neque vero me fugit divum Augustinum hunc locum adducere adversus Manichæum Faustum libro vigesimo secundo, qui bellum detestabatur & in Judæis. Sed ita adducit, ut tamen Apostolos nolit bellare, ne Imperatores quidem, nisi plene fisos pietati, nisi justa de causa, nisi contra sacrilegos & dæmonum cultores, nisi pro publica tranquillitate. Neque dissentit a nobis in pera & baculo in viam tollendo: in hoc tantum discrepat, quod ille Petrum vult objurgatum fuisse, quod injussus pugnam aggressus sit, quod jussus quidem esset ferre gladium, at non ferire gladio. Quod commentum quantum habeat ponderis, aliis excutiendum relinquo, ne quid asperius dicere videar in tantum Ecclesiæ Doctorem. Sunt enim qui protinus contumeliam interpretentur, si quis a receptis auctoribus discrepat, cum hoc honoris nec ipsi postulent. Imo contumeliosum fuerit, opinor, si quis illos hominum more lapsos alicubi conetur adversus veritatem tueri. Nam cujusmodi est obsecro tam serio præcepto discipulos onerare gladio inutili, quem ne tum quidem liceat eximere cum maxime est opus? perinde quasi jubeat aliquis, fac habeas paratum ligonem, at cave ne quando fodias. Circumfer quidem soleas, semper tamen nudis incedas pedibus. Tolerabilior erat interpretatio, si ad hunc modum intelligamus, etiamsi quando adsit defendendi facultas, tamen abstinete a defensione, solo verbi divini gladio vos defendite. Hic frigidissimam distinctionem afferunt quidam, jussit habere gladium ad defensionem, vetuit promi ad vindictam. Jam illud videndum, an de bello sibi satis constet Augustinus: qui cum tot locis Christiane bellum detestetur, nunc adversus Manichæos ac Donatistas belli patronus esse videatur. Siquidem is enarrans Psalmum tricesimum septimum scribit, *Orandum pro inimicis, non ut occidantur, sed ut corrigantur.* Si non licet orare Deum, ut inimici justo supplicio coërceantur, multo minus nobis licet illos occidere. Idem Epistola CLVIII. scribit contaminari passiones sanctorum, si vicissim occidantur inimici. Rursus Epistola quinta quam multa disseruit adversus bellum. Porro quot locis agit cum Cæsarianis præfectis, ne Donatistæ non solum hæretici, verum etiam horrendo latrocinii genere grassantes in Orthodoxos, occiderentur, ne non essent qui possent corrigi, sed hactenus coërcerentur, ut Ecclesiæ bonis alio translatis sequi cogerentur. Postremo cum toties Augustino tenderent insidias Donatistæ, quando legitur ille manum armatam adversus illorum violentiam collegisse? Sed qua fronte faceret hoc ipse, qui tam obnixe intercedit & obtestatur ne fieret a Cæsarum præfectis? Verum ita fere fit, ut in conflictu cum adversariis Scripturam Sacram ad suam quisque causam detorqueat. Et verum est quod ajunt, Hæreticos nonnulla ex parte profuisse Religioni Christianæ, dum Orthodoxos ad divinorum voluminum pervestigationem exstimulant. Atqui huic commodo illud adjunctum est incommodi, quod dum Scripturarum testimonia victoriæ servire cogimus, non raro deflectimur a germana veraque sententia. Jam si verum est quod isti interpretantur, quid senserunt illi qui putant hoc esse dictum ironice, *Sufficit*, videlicet adversus tantam multitudinem. Nec hanc opinionem rejicit Theophylactus: sed addit alteram, quæ pariter facit pro nobis, *Quum*, inquit, *illi non intelligerent quod dicebat, reliquit illos, ne molestus esset. Certe juxta carnem intelligebant Apostoli, ergo non juxta carnem loquebatur Dominus.* Proinde mihi simplicius videtur, Christum paulatim conantem suorum animis vulgares affectus eximere, cum prius eos liberasset cura commeatus, nunc & suppliciorum ac mortis metu liberare voluisse. Sciebat quid illis adhuc rudibus in eo tumultu venturum esset in mentem, & ideo de gladiis sinebat eos ad tempus errare, quo efficacius eximeret ex illorum affectibus vindictæ cupiditatem. Si tacuisset de gladio, videri poterat licita defensio, quoties urgeret vitæ periculum viris Apostolicis. Nunc ita rem ac sermonem temperavit, ut nulli dubium esse possit, quin usum ferri suis interdixerit. Miserat eos paulo superius specimen sui daturos, & gustum quemdam sumpturos Evangelici muneris, sed duntaxat intra Judææ fines. Cumque hic humana sollicitudo commeatum ac nonnulla viæ solatia requireret, jussit suos proficisci sine pera, sine baculo, & tamen nihil defuerat, ultro suppeditantibus necessaria bonis hominibus. Atqui quoniam futurum erat, ut Evangelicæ prædicationis fastigium summaque manus esset martyrium, & nihil morte formidabilius: adversus hoc quoque certamen suos instructos esse voluit, non solum exemplo suæ mortis, verum etiam admonitu. Proinde ut ex iis, quæ jam erant experti, fidem faceret eorum, quæ postea essent consequutura, commonefacit eos pristinæ prædicationis. *Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, num aliquid defuit vobis?* Cumque respondissent nihil omnino defuisse, vocat ad perfectiora: Videtis hactenus nudis nihil defuisse, ne quid hæc sollicitudo vos gravet. Sed quemadmodum de commeatu vitæque subsidiis non est quod angat vos sollicitudo, ita nihil est quod de defensione sitis solliciti, si quando persecutor cruciatus aut mortem intentabit. Iisdem præsidiis vincetis tyrannos, quibus ego vinco. Imo quo magis eritis omnibus humanis præsidiis destituti, hoc magis eritis ad hoc bellum instructi. Adeo ut si cui forte sit tunica aut pera, quo sit expeditior, & hæc abjiciat. Non est opus nisi gladio meo, qui sic amputat ac revellit omnes affectus carnales, ut accinctus eo, nec tormenta formidet, nec mortem, tantum abest, ut famem metuat aut nuditatem. Neque vero, cum hæc dico, jus adimo Principibus gerendi belli, modo Christiane geratur. Laudantur & Ambrosio Cæsares, qui se pro tuenda Christiana tranquillitate adversus Barbaros ceu murum opposuere, & tamen idem negat hoc esse puritatis Evangelicæ, quam hîc suos docet Christus. Sed quid hæc ad nos, qui Sacerdotes ipsi sine fine belligeramur, idque pro imperio, pro præda, pro mundana gloria? Quid hæc ad Christianos Principes, qui per ambitionem, iram, avaritiam, aut alium privatum affectum sine fine miscent orbem bellorum tumultibus? Quid ad hæc bella, quæ tanta cum iniquitate, ne dicam immanitate, geruntur, ut crebro minus malorum sit ab hoste, quam a propugnatore? Sed de his alias fusius differendi dabitur locus. Theophylactus discrepat nonnihil ab hac interpretatione, quippe qui tollendam peram ac sacculum interpretetur, quemadmodum & gladium: non quod velit eos de hisce rebus prospiciendis esse sollicitos hominum more, sed ne posthac toti pendeant a præsidio Christi, qui hactenus eos non secus ac pueros curæ habuit, verum ut ipsi quoque in posterum præparent animos suos adversus inopiam, adversus famem, adversus mortem, idque significatum esse pera, sacculo, & gladio. Quod si quis me urgeat ut pronunciem, utrum in totum existimem bellum interdictum Christianis, an non, prius rogabo percontatorem, ut mihi respondeat, quid senserit S. Martinus, quum diceret, *Donativum tuum militaturus accipiat, ego Christianus sum, mihi pugnare non licet.* Deinde quid præter alios Orthodoxos veteres divus Hieronymus, qui toties damnat bellum inter Christianos. Quod si non dignabuntur respondere, dicam viris Apostolicis non convenire bellum, nec Religionem Christianam armis tantum esse propagandam, nec Principi bellum ullum suscipiendum quod aliquo pacto queat vitari, & susceptum quam minima potuerit sanguinis jactura gerendum, & quam potest ocyssime finiendum. Denique hanc ipsam functionem non esse puritatis Evangelicæ, nec hoc jus ex Evangelicis præceptis esse petendum. Multa conceduntur, quæ non docet Evangelium, veluti jusjurandum & lites forenses. In Ethnicis non improbatur jus gladii, si leges porrigant, si

41 Προσεύχεσθε μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. Καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη ἀπ᾽ αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολὴν, καὶ θεὶς τὰ 42 γόνατα προσηύχετο, Λέγων, Πάτερ, εἰ βούλει παρενεγκεῖν τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ᾽ ἐμοῦ· πλὴν μὴ τὸ θέλημά 43 μου, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω. Ὤφθη δὲ αὐτῷ Ἄγ- 44 γελος ἀπ᾽ οὐρανοῦ ἐνισχύων αὐτόν. Καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ, ἐκτενέστερον προσηύχετο· ἐγένετο δὲ ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες ἐπὶ τὴν 45 γῆν. Καὶ ἀναστὰς ἀπὸ τῆς προσευχῆς, ἐλθὼν πρὸς τοὺς μα- 46 θητὰς αὐτοῦ, εὗρεν αὐτοὺς κοιμωμένους ἀπὸ τῆς λύπης. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Τί καθεύδετε; ἀναστάντες προσεύχεσθε, 47 ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. Ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ ὄχλος, καὶ ὁ λεγόμενος Ἰούδας, εἷς τῶν δώδεκα, προήρχετο αὐτῶν, καὶ ἤγγισε τῷ Ἰησοῦ φιλῆσαι 48 αὐτόν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ἰούδα, φιλήματι 49 τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως; Ἰδόντες δὲ οἱ περὶ αὐτὸν τὸ ἐσόμενον, εἶπον αὐτῷ, Κύριε, εἰ πα- 50 τάξομεν ἐν μαχαίρᾳ; Καὶ ἐπάταξεν εἷς τις ἐξ αὐτῶν τὸν δοῦλον τοῦ Ἀρχιερέως, καὶ ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ οὖς 51 τὸ δεξιόν. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν, Ἐᾶτε ἕως τούτου. Καὶ ἁψάμενος τοῦ ὠτίου αὐτοῦ, ἰάσατο αὐτόν. 52 Εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς παραγενομένους ἐπ᾽ αὐτὸν Ἀρχιερεῖς καὶ Στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ καὶ Πρεσβυτέρους, Ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξεληλύθατε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων; 53 Καθ᾽ ἡμέραν ὄντος μου μεθ᾽ ὑμῶν ἐν τῷ ἱερῷ, οὐκ ἐξετείνατε τὰς χεῖρας ἐπ᾽ ἐμέ· ἀλλ᾽ αὕτη ὑμῶν ἐστιν ἡ ὥ- 54 ρα, καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους. Συλλαβόντες δὲ αὐτὸν ἤγαγον, καὶ εἰσήγαγον αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἀρχιε- 55 ρέως. Ὁ δὲ Πέτρος ἠκολούθει μακρόθεν. Ἁψάντων δὲ πῦρ ἐν μέσῳ τῆς αὐλῆς, καὶ συγκαθισάντων αὐτῶν, 56 ἐκάθητο ὁ Πέτρος ἐν μέσῳ αὐτῶν. Ἰδοῦσα δὲ αὐτὸν παιδίσκη τις καθήμενον πρὸς τὸ φῶς, καὶ ἀτενίσασα αὐ- 57 τῷ, εἶπε, Καὶ οὗτος σὺν αὐτῷ ἦν. Ὁ δὲ ἠρνήσατο 58 αὐτὸν, λέγων, Γύναι, οὐκ οἶδα αὐτόν. Καὶ μετὰ βραχὺ ἕτερος ἰδὼν αὐτὸν, ἔφη, Καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν 59 εἶ. Ὁ δὲ Πέτρος εἶπεν, Ἄνθρωπε, οὐκ εἰμί. Καὶ διαστάσης ὡσεὶ ὥρας μιᾶς, ἄλλος τις διϊσχυρίζετο, λέγων, Ἐπ᾽ ἀληθείας καὶ οὗτος μετ᾽ αὐτοῦ ἦν, καὶ γὰρ 60 Γαλιλαῖός ἐστιν. Εἶπε δὲ ὁ Πέτρος, Ἄνθρωπε, οὐκ οἶδα ὃ λέγεις. Καὶ παραχρῆμα, ἔτι λαλοῦντος αὐτοῦ, ἐφώνη- 61 σεν ὁ ἀλέκτωρ. Καὶ στραφεὶς ὁ Κύριος ἐνέβλεψε τῷ Πέτρῳ· καὶ ὑπεμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ λόγου τοῦ Κυρίου, ὡς εἶπεν αὐτῷ, Ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, ἀπαρνήσῃ με 62 63 τρίς. Καὶ ἐξελθὼν ἔξω ὁ Πέτρος ἔκλαυσε πικρῶς. Καὶ οἱ ἄνδρες οἱ συνέχοντες τὸν Ἰησοῦν, ἐνέπαιζον αὐτῷ, δέ- 64 ροντες. Καὶ περικαλύψαντες αὐτὸν, ἔτυπτον αὐτοῦ τὸ πρόσωπον· καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες, Προφήτευσον, 65 τίς ἐστιν ὁ παίσας σε; Καὶ ἕτερα πολλὰ βλασφημοῦντες 66 ἔλεγον εἰς αὐτόν. Καὶ ὡς ἐγένετο ἡμέρα, συνήχθη τὸ Πρεσβυτέριον τοῦ λαοῦ, Ἀρχιερεῖς καὶ Γραμματεῖς, καὶ 67 ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον ἑαυτῶν, Λέγοντες, Εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός; εἰπὲ ἡμῖν. Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ἐὰν ὑμῖν 68 εἴπω, οὐ μὴ πιστεύσητε. Ἐὰν δὲ καὶ ἐρωτήσω, οὐ μὴ ἀπο-

20 Orate ne intretis in tentationem. Et ipse avulsus 41 est ab eis ferme ad jactum lapidis, positisque genibus orabat, Dicens, Pater, si vis, transfer poculum 42 hoc a me: veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem ei Angelus de cœlo corroborans eum. 43 21 Et correptus angore, prolixius orabat: 44 & erat sudor ejus sicut 22 guttæ sanguinis decurrentes in terram. Et quum surrexisset a deprecatione, 45 venissetque ad discipulos suos, reperit eos dormientes præ mœstitudine. Et ait illis, Quid dormitis? 46 surgite, & orate, ne intretis in tentationem. Adhuc 47 autem eo loquente, ecce turba, & qui vocabatur Judas, unus e duodecim, antecedebat eos, & appropinquavit Jesu ut oscularetur eum. Jesus autem dixit 48 illi, Juda, osculo Filium hominis prodis? Videntes 49 autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei, Domine, 23 percutiemus ne gladio? Et 50 percussit unus ex illis servum principis Sacerdotum, & amputavit auriculam ejus dextram. Respondens 51 autem Jesus, ait, 24 Sinite huc usque. Et quum tetigisset auriculam ejus, sanavit eum. Dixit autem Je- 52 sus ad eos qui venerant ad se, principes Sacerdotum 25 ac Magistratus templi & Seniores, Quasi ad latronem existis cum gladiis ac fustibus? Quum quo- 53 tidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me: sed hæc est hora illa vestra, & potestas tenebrarum. Comprehensum autem eum duxe- 54 runt, & induxerunt in domum principis Sacerdotum. Petrus vero sequebatur eminus. Quum autem 55 accendissent ignem in medio aulæ, atque una consedissent, sedit & Petrus inter illos. Quem quum vidis- 56 set ancilla quædam sedentem ad lumen, 26 defixis in illum oculis, dixit, Et hic cum illo erat. At ille ab- 57 negavit eum, dicens, Mulier, non novi illum. Et 58 post pusillum alius videns eum, dixit, Et tu de illis es. Petrus vero ait, Homo, non sum. Et intervallo 59 interjecto 27 fere horæ unius, alius quidam affirmabat, dicens, Vere & hic cum illo erat, nam & Galilæus est. Et ait Petrus, Homo, nescio quid dicas. 60 Et continuo, adhuc illo loquente, cecinit gallus. Et 61 conversus Dominus, intuitus est Petrum: & recordatus est Petrus sermonis Domini, 28 quomodo dixerat ipsi, Prius quam gallus cecinerit, ter me negabis. Et egressus foras Petrus flevit amare. Et viri 62 63 qui tenebant Jesum, illudebant ei, cædentes. Et 64 quum circumtexissent eum, percutiebant faciem ejus: & interrogaverunt eum, dicentes, Vaticinare, quis est ille qui te percussit? Et alia multa convitiantes di- 65 cebant in eum. Atque ut illuxit, 29 convenerunt 66 Seniores plebis & principes Sacerdotum & Scribæ, & duxerunt illum in concilium suum, Dicentes, 67 Num tu es ille Christus, dic nobis. Et ait illis, Si vobis dixero, non credetis. Quod si etiam interroga- 68 vero,

si legum arbitrio promatur, quanquam Evangelica pietas mallet sanare quam occidere. Christus mulierem in adulterio deprehensam nec damnavit, nec absolvit, simul & admonens Sacerdotes officii sui, quorum est mederi, non perdere, nec adimens tamen Magistratibus publicam potestatem, quæ servit justitiæ divinæ, etiamsi sint idololatræ. Postremo sunt in rebus humanis multa necessaria mala, quæ tolerantur, eo quod excludant majora mala, non probantur, ut Evangelicæ doctrinæ. Atque hæc pro disputatis haberi volumus, non pro decretis. Cæterum ut id solum agam, quod ago, sic est ordinanda lectio: *Sed nunc qui habet sacculum tollat*, utique vendendum, *consimiliter ac peram tollat*, nimirum vendendam: *quod si desint, vel tunica divendita emat gladium*, non istum, quo grassantur latrones: sed verbi divini, qui penetrantior est quovis gladio ancipiti, pertingens usque ad dissectionem animæ & spiritus. Quod si quis omnino contendat, *tollat* hîc positum pro *secum deportet*, certe cum in gladio cogamur allegoriam adhibere, hîc quoque adhibeamus oportet. Accipis gladium Evangelicum, accipe & peram & tunicam Evangelicam.

20 *Orate ne intretis*] Latinis anceps est sermo. Nam potest & hic esse sensus, *Orate, ne, si non oraveritis, fiat ut intretis in tentationem*. At Græcis non potest nisi unus accipi sensus, nempe hic, *Hoc rogate Patrem, ne veniatis in tentationem*, προσεύχεσθε μὴ εἰσελθεῖν. Quanquam paulo post, commutatis nonnihil verbis, eamdem extulit sententiam, ἵνα μὴ εἰσέλθητε, id est, *ne intretis*.

21 *Et factus in agonia*] Quis tantum Latine sciens cognoscet ex hisce verbis quid senserit Interpres? Ἀγὼν Græcis *certamen*, sive *periculum*, aut *labor*. *Agoniam* igitur appellat horrorem illum & affectionem, qua corripi solent homines jam instante atque urgente gravi discrimine. Nos ut potuimus vertimus, *Et correptus angore*.

22 *Guttæ sanguinis decurrentis in terram*] Hîc variant Græci codices, sed sic, ut ad sensum nihil referat: & facilis est Scribarum lapsus in tam angusto confinio, καταβαίνοντος, & καταβαίνοντες. Hieronymus contra Pelagianos lib. II. & ante hunc Hilarius libro de Trinitate decimo, indicat in plerisque Græcorum ac Latinorum codicibus non fieri mentionem, neque de sudore sanguineo, neque de Angelo confortante. Verum id erasum videtur ab his qui verebantur Christo tribuere tam insignia humanæ infirmitatis argumenta, quum Hilarius etiam doloris sensum illi conetur adimere.

23 *Si percutiamus*] εἰ πατάξομεν, id est, *num percutiemus? Si* pro *an* dixit Interpres.

24 *Sinite usque huc*] Ἐᾶτε ἕως τούτου, id est, *Sinite hactenus*. Id quod perinde sonat Græcis quasi dicas, *Hactenus ne resistite*, cum alius sit sensus Evangelistæ.

25 *Et magistratus templi*] στρατηγοὺς, *duces*. Erant enim & milites præfecti custodiendo templo, quorum præfectos hîc vocat στρατηγούς.

26 *Et cum fuisset intuita*] καὶ ἀτενίσασα αὐτῷ, id est, *& fixis in eum oculis*. Plus enim quiddam est ἀτενίζειν, quam *intueri*, nempe *immotis oculis obtueri*.

27 *Quasi horæ*] ὡσεὶ, id est, *fere*. Quanquam & Suetonius usus est, *quasi in hunc modum*.

28 *Sicut dixerat*] ὡς εἶπεν αὐτῷ, *quomodo*, sive *ut dixisset sibi*. Nam hoc ipsum illi veniebat in mentem, Christum sibi dixisse futurum ut se negaret.

29 *Convenerunt seniores*] συνήχθη τὸ πρεσβυτέριον, id est, *coiit ordo Presbyterorum*.

69 ἀποκριθῆτέ μοι, ἢ ἀπολύσητε. Ἀπὸ τοῦ νῦν ἔσαι ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καθήμενος ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως 70 τοῦ Θεοῦ. Εἶπον δὲ πάντες, Σὺ οὖν εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ; Ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη, Ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐγώ εἰ- 71 μι. Οἱ δὲ εἶπον, Τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτυρίας; αὐτοὶ γὰρ ἠκούσαμεν ἀπὸ τοῦ σόματος αὐτοῦ. XXIII. 1 Καὶ ἀνασὰν ἅπαν τὸ πλῆθος αὐτῶν, ἤγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸν 2 Πιλάτον. Ἤρξαντο δὲ κατηγορεῖν αὐτοῦ, λέγοντες, Τοῦτον εὕρομεν διασρέφοντα τὸ ἔθνος, καὶ κωλύοντα Καίσαρι φόρους διδόναι, λέγοντα ἑαυτὸν Χρισὸν βασι- 3 λέα εἶναι. Ὁ δὲ Πιλάτος ἐπηρώτησεν αὐτὸν, λέγων, Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐ- 4 τῷ, ἔφη, Σὺ λέγεις. Ὁ δὲ Πιλάτος εἶπε πρὸς τοὺς Ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς ὄχλους, Οὐδὲν εὑρίσκω αἴτιον ἐν 5 τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ. Οἱ δὲ ἐπίσχυον, λέγοντες, Ὅτι ἀνασείει τὸν λαὸν, διδάσκων καθ᾽ ὅλης τῆς Ἰουδαίας, 6 ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἕως ὧδε. Πιλάτος δὲ ἀκούσας Γαλιλαίας, ἐπηρώτησεν, εἰ ὁ ἄνθρωπος Γαλι- 7 λαῖός ἐσι. Καὶ ἐπιγνοὺς ὅτι ἐκ τῆς ἐξουσίας Ἡρώδου ἐσὶν, ἀνέπεμψεν αὐτὸν πρὸς Ἡρώδην, ὄντα καὶ αὐτὸν ἐν 8 Ἱεροσολύμοις ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις. Ὁ δὲ Ἡρώδης ἰδὼν τὸν Ἰησοῦν ἐχάρη λίαν· ἦν γὰρ θέλων ἐξ ἱκανοῦ ἰδεῖν αὐτὸν, διὰ τὸ ἀκούειν πολλὰ περὶ αὐτοῦ, καὶ ἤλ- 9 πιζέ τι σημεῖον ἰδεῖν ὑπ᾽ αὐτοῦ γινόμενον. Ἐπηρώτησε δὲ αὐτὸν ἐν λόγοις ἱκανοῖς· αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο αὐ- 10 τῷ. Εἱσήκεισαν δὲ οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς εὐτό- 11 νως κατηγοροῦντες αὐτοῦ. Ἐξουθενήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ἡρώδης σὺν τοῖς σρατεύμασιν αὐτοῦ, καὶ ἐμπαίξας, περιβαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα λαμπρὰν, ἀνέπεμψεν αὐτὸν τῷ 12 Πιλάτῳ. Ἐγένοντο δὲ φίλοι ὅ τε Πιλάτος καὶ ὁ Ἡρώδης ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ μετ᾽ ἀλλήλων· προϋπῆρχον 13 γὰρ ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτούς. Πιλάτος δὲ συγκαλεσάμενος τοὺς Ἀρχιερεῖς, καὶ τοὺς Ἄρχοντας, καὶ τὸν 14 λαὸν, Εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Προσηνέγκατέ μοι τὸν ἄνθρωπον τοῦτον, ὡς ἀποσρέφοντα τὸν λαόν· καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἐνώπιον ὑμῶν ἀνακρίνας, οὐδὲν εὗρον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ 15 τούτῳ αἴτιον, ὧν κατηγορεῖτε κατ᾽ αὐτοῦ. Ἀλλ᾽ οὐδὲ Ἡρώδης· ἀνέπεμψα γὰρ ὑμᾶς πρὸς αὐτόν· καὶ ἰδοὺ οὐ- 16 δὲν ἄξιον θανάτου ἐσὶ πεπραγμένον αὐτῷ. Παιδεύσας 17 οὖν αὐτὸν ἀπολύσω. Ἀνάγκην δὲ εἶχεν ἀπολύειν αὐτοῖς 18 κατὰ ἑορτὴν ἕνα. Ἀνέκραξαν δὲ παμπληθεὶ, λέγοντες, Αἶρε τοῦτον, ἀπόλυσον δὲ ἡμῖν τὸν Βαραββᾶν. 19 Ὅσις ἦν διὰ σάσιν τινὰ γενομένην ἐν τῇ πόλει καὶ 20 φόνον βεβλημένος εἰς φυλακήν. Πάλιν οὖν ὁ Πιλά- 21 τος προσεφώνησε, θέλων ἀπολῦσαι τὸν Ἰησοῦν. Οἱ δὲ 22 ἐφώνουν, λέγοντες, Σταύρωσον, σαύρωσον αὐτόν. Ὁ δὲ τρίτον εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν οὗτος; οὐδὲν αἴτιον θανάτου εὗρον ἐν αὐτῷ· παιδεύσας οὖν 23 αὐτὸν ἀπολύσω. Οἱ δὲ ἐπέκειντο φωναῖς μεγάλαις, αἰτούμενοι αὐτὸν σαυρωθῆναι, καὶ κατίσχυον αἱ φωναὶ 24 αὐτῶν, καὶ τῶν Ἀρχιερέων. Ὁ δὲ Πιλάτος ἐπέκρινε 25 γενέσθαι τὸ αἴτημα αὐτῶν. Ἀπέλυσε δὲ αὐτοῖς τὸν διὰ σάσιν καὶ φόνον βεβλημένον εἰς τὴν φυλακὴν, ὃν ᾐτοῦντο· τὸν δὲ Ἰησοῦν παρέδωκε τῷ θελήματι αὐτῶν. 26 Καὶ ὡς ἀπήγαγον αὐτὸν, ἐπιλαβόμενοι Σίμωνός τινος Κυρηναίου ἐρχομένου ἀπ᾽ ἀγροῦ, ἐπέθηκαν αὐτῷ τὸν σαυρὸν φέρειν ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ. Ἠκο-

Alias ἐπεφώνουν.

vero, non respondebitis mihi, 30 neque dimittetis. 69 Ex hoc tempore erit Filius hominis sedens a dextris virtutis Dei. 70 Dixerunt autem omnes, Tu ergo es Filius Dei? Qui ait, 31 Vos dicitis me esse. 71 At illi dixerunt, 32 Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audivimus ex ore ipsius. XXIII. 1 Et surgens universa multitudo eorum, 1 duxit illum ad Pilatum. 2 Cœperunt autem illum accusare, dicentes, Hunc deprehendimus evertentem gentem, ac vetantem tributa dare Cæsari, dicentem se Christum regem esse. 3 Pilatus autem interrogavit eum, dicens, 2 Tu es ille rex Judæorum? At ille respondens illi, ait, Tu dicis. 4 Ait autem Pilatus ad principes Sacerdotum & turbas, 3 Nihil invenio noxiæ in hoc homine. 5 At illi invalescebant, dicentes, 4 Commovet populum, docens per universam Judæam, exorsus a Galilæa usque ad hunc locum. 6 Pilatus autem 5 audita mentione Galilææ, interrogavit, 6 num homo Galilæus esset. 7 Et ut cognovit quod ad Herodis ditionem pertineret, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat per id tempus. 8 Herodes autem viso Jesu, gavisus est valde: tenebatur enim multo jam tempore cupiditate videndi illum, eo quod audiret multa de eo, & sperabat se signum aliquod visurum ab eo fieri. 9 Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. 10 Stabant autem principes Sacerdotum & Scribæ 7 acriter accusantes eum. 11 Sprevit autem illum Herodes cum exercitibus suis, quumque illusisset, indutum veste splendida remisit ad Pilatum. 12 Et facti sunt amici inter sese Pilatus & Herodes in eodem die: nam antea simultas inter eos intercesserat. 13 Pilatus autem convocatis principibus Sacerdotum, & Magistratibus, ac plebe, 14 Dixit ad illos, obtulistis mihi hunc hominem, quasi avertentem populum: & ecce ego coram vobis interrogans, 8 nullum crimen inveni in homine isto, ex his de quibus accusatis eum. 15 Sed ne Herodes quidem: nam remisi vos ad illum: & ecce nihil dignum morte actum est ei. 16 9 Castigatum ergo illum dimittam. 17 Necesse autem habebat dimittere eis 10 in festo unum. 18 Exclamavit autem 11 simul universa turba, dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. 19 Qui erat propter seditionem quamdam factam in civitate & homicidium conjectus in carcerem. 20 Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Jesum. 21 At illi clamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eum. 22 Ille autem tertio dixit ad illos, Quid enim mali fecit hic? nullum crimen capitale comperio in eo: castigatum ergo dimittam illum. 23 At illi instabant vocibus magnis, postulantes ut crucifigeretur, & invalescebant 12 voces eorum, ac summorum Sacerdotum. 24 Et Pilatus adjudicavit ut fieret 13 quod illi postulabant. 25 Dimisit autem illis eum, qui propter seditionem & homicidium conjectus fuerat in carcerem, quem poposcerant: Jesum vero tradidit arbitrio eorum. 26 Et quum abducerent eum, apprehenderunt Simonem quemdam Cyrenensem venientem e rure, & imposue-

30 *Neque dimittetis*] ἢ ἀπολύσητε, id est, *aut dimittetis*, quanquam recte mutavit Interpres.

31 *Vos dicitis, quia ego sum*] Ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἐγώ εἰμι, id est, *Vos dicitis me esse.* Alioqui non ideo dicebant quod ille esset.

32 *Quid adhuc desideramus*] Τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτυρίας; id est, *Quid insuper opus habemus testimonio?* Interpres eleganter reddidit magis quam ad verbum, aut suo more.

1 DUxerunt] ἤγαγεν, id est, *duxit:* tametsi hîc variant exemplaria, cum in nonnullis sit ἤγαγον. Et mox, *pervertentem* potius quam *subvertentem*, διασρέφοντα.

2 *Tu es rex Judæorum*] Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, id est, *Tu es ille rex Judæorum?* ut unicum illum Judæis promissum & exspectatum Regem intelligas.

3 *Nihil invenio causæ*] οὐδὲν αἴτιον, id est, *nihil noxiæ*, aut *nihil criminis*, quod imputari debeat. Siquidem *noxia* culpa dicitur, cum *noxa* sit pœna potius.

4 *Commovit populum*] ἀνασείει, id est, *commovet*, præsentis temporis, ut accipiamus non de una seditione accusari Christum, sed totam illius ac perpetuam accusari vitam ac doctrinam velut seditiosam.

5 *Et audiens Galilæam*] ἀκούσας Γαλιλαίας, id est, *cum audisset de Galilæa*, sive *audito nomine Galilæa*.

6 *An homo Galilæus esset*] *Galilæus* non est conjungendum cum *homine*, sed separandum propter articulum Græcum, ὁ ἄνθρωπος. Nam cum Christum signet, tamen velut ignoto sibi nomine *hominem* vocat, ut Petrus *puellam*, *mulierem*, γύναι.

7 *Constanter accusantes*] εὐτόνως, id est, *acriter*, & *intento clamore*.

8 *Nullam causam*] αἰτίαν. Cur non potius *crimen?* quandoquidem & hoc significat αἰτία. Porro quod addit post, *causam mortis*, sic dixit *causam mortis*, ut si dixisset *crimen mortis*, quod nos dicimus *capitale*.

9 *Emendatum ergo*] παιδεύσας, id est, *castigatum*, sive *correptum*. Nam quod mox vertit *corripiam*, eadem est vox Græca, παιδεύσας. Cæterum *corripimus* verbis magis quam verberibus, *castigamus* utroque modo.

10 *Per diem festum*] κατὰ ἑορτὴν, id est, *singulis festis*. Nam Pascha recurrebat quotannis. Et hac figura subinde utuntur Apostoli & Evangelistæ, κατὰ τόπους, κατὰ πόλεις.

11 *Simul universa turba*] παμπληθεί. Græcis adverbium est, quod additum verbo significat id agi per universam multitudinem. Nam verbum ipsum est quod numeri plurativi ἀνέκραξαν, id est, *exclamabant*, seu potius *succlamabant*.

12 *Voces eorum*] Hic addunt Græci καὶ τῶν Ἀρχιερέων, id est, *summorum Sacerdotum*, sive *Pontificum*, quanquam reclamantibus Latinis exemplaribus.

13 *Petitionem eorum*] αἴτημα, id est, *postulationem*. Efflagitant enim ac postulant.

14 Bea-

27 Ἠκολούθει δὲ αὐτῷ πολὺ πλῆθος τῦ λαῦ καὶ γυναικῶν, 28 αἳ καὶ ἐκόπτοντο καὶ ἐθρήνουν αὐτόν. Στραφεὶς δὲ πρὸς αὐτὰς ὁ Ἰησοῦς, εἶπε, Θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμὲ, πλὴν ἐφ' ἑαυτὰς κλαίετε, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν. 29 Ὅτι ἰδοὺ ἔρχονται ἡμέραι, ἐν αἷς ἐροῦσιν, Μακάριαι αἱ στεῖραι, καὶ κοιλίαι αἳ οὐκ ἐγέννησαν, καὶ μαστοὶ οἳ οὐκ ἐθήλασαν. 30 Τότε ἄρξονται λέγειν τοῖς ὄρεσι, Πέσετε ἐφ' ἡμᾶς, 31 καὶ τοῖς βουνοῖς, Καλύψατε ἡμᾶς. Ὅτι εἰ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ ταῦτα ποιοῦσιν, ἐν τῷ ξηρῷ τί γένηται; 32 Ἤγοντο δὲ καὶ ἕτεροι δύο κακοῦργοι σὺν αὐτῷ ἀναιρεθῆναι. 33 Καὶ ὅτε ἀπῆλθον ἐπὶ τὸν τόπον τὸν καλούμενον Κρανίον, ἐκεῖ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, καὶ τὺς κακύργους, ὃν μὲν ἐκ δεξιῶν, ὃν δὲ ἐξ ἀριστερῶν. 34 Ὁ δὲ Ἰησῦς ἔλεγε, Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· ὐ γὰρ οἴδασι τί ποιῦσι. Διαμεριζόμενοι δὲ τὰ ἱμάτια αὐτῦ, ἔβαλον κλῆρον. 35 Καὶ εἱστήκει ὁ λαὸς θεωρῶν· ἐξεμυκτήριζον δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες σὺν αὐτοῖς, λέγοντες, Ἄλλους ἔσωσε, σωσάτω ἑαυτὸν, εἰ ὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὁ τοῦ Θεῦ ἐκλεκτός. 36 Ἐνέπαιζον δὲ αὐτῷ καὶ οἱ στρατιῶται προσερχόμενοι, 37 καὶ ὄξος προσφέροντες αὐτῷ, Καὶ λέγοντες, Εἰ σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, σῶσον σεαυτόν. 38 Ἦν δὲ καὶ ἐπιγραφὴ γεγραμμένη ἐπ' αὐτῷ γράμμασιν Ἑλληνικοῖς καὶ Ῥωμαϊκοῖς καὶ Ἑβραϊκοῖς, Οὗτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. 39 Εἷς δὲ τῶν κρεμασθέντων κακούργων ἐβλασφήμει αὐτὸν, λέγων, Εἰ σὺ εἶ 40 ὁ Χριστὸς, σῶσον σεαυτὸν καὶ ἡμᾶς. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἕτερος ἐπετίμα αὐτῷ, λέγων, Οὐ δὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεὸν, 41 ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ; Καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως· ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν· ὗτος δὲ 42 ὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε. Καὶ ἔλεγε τῷ Ἰησοῦ, Μνήσθη-43 τί μου, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησῦς, Ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' 44 ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. Ἦν δὲ ὡσεὶ ὥρα ἕκτη, καὶ σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐννάτης. 45 Καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος, καὶ ἐσχίσθη τὸ κατα-46 πέτασμα τῦ ναῦ μέσον. Καὶ φωνήσας φωνῇ μεγάλῃ ὁ Ἰησοῦς, εἶπε, Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ

Alias κρανίυ.

fuerunt illi crucem ut portaret post Jesum. 27 Sequebatur autem illum multa turba populi ac mulierum, quæ & plangebant & lamentabantur eum. 28 Conversus autem ad illas Jesus, dixit, Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super vobisipsis flete, & super filiis vestris. 29 Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent, [14] Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & ubera quæ non lactaverunt. 30 Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos, & collibus, Operite nos. 31 Quia si [15] in humido ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? 32 Ducebantur autem & alii [16] duo facinorosi cum eo ut interficerentur. 33 Et postquam venerunt in locum qui vocatur Calvaria, ibi crucifixerunt eum, [17] & facinorosos, unum a dextris, alterum a sinistris. 34 Jesus autem dicebat, Pater, remitte illis: [18] nesciunt enim quid faciant. Dividentes vero vestimenta ejus, miserunt sortem. 35 [19] Et stabat populus spectans: [20] & deridebant eum principes cum eis, dicentes, Alios servavit, servet seipsum, si hic est ille Christus, ille Dei electus. 36 Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, 37 Dicentesque, [21] Si tu es ille rex Judæorum, salvum te fac. 38 [22] Erat autem & inscriptio scripta super eum litteris [23] Græcis & Latinis & Hebraicis, Hic est rex Judæorum. 39 Unus autem [24] qui erant suspensi facinorosorum convitia dicebat in eum, dicens, Si tu es Christus, serva teipsum & nos. 40 Respondens autem alter increpabat eum, dicens, [25] Ne times quidem tu Deum, [26] quod in eadem damnatione es? 41 Et nos quidem juste: nam digna factis recipimus: hic vero [27] nihil mali gessit. 42 Et dicebat ad Jesum, Domine, memento mei, quum veneris in regnum tuum. 43 Et dixit illi Jesus, [28] Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. 44 Erat autem fere hora sexta, & tenebræ factæ sunt super totam terram usque ad horam nonam. 45 Et obscuratus est sol, & velum templi scissum est medium. 46 Et quum clamasset voce magna Jesus, ait, Pater, [29] in manus tuas commendabo

14 *Beatæ steriles, & ventres quæ*] Dicendum erat, *ventres qui non genuerunt*. Apparet hallucinatum Interpretem, quod κοιλίαι, id est, *ventres*, apud Græcos sit fœminini generis. At mox certe Græcus sermo refert *ubera*, quæ sunt masculina apud illos, καὶ μαστοὶ οἳ ὐκ ἐθήλασαν. Nam *quæ non lactaverunt* ad *ubera* refertur, non ad *mulieres*. Alioqui fuerat in quo posset aliquis utcunque tergiversari.

15 *In viridi*] ἐν ὑγρῷ, id est, *in humido*, quemadmodum juxta Græcam lectionem citat Hilarius, enarrans Psalmum primum, atque ita magis respondet, quod sequitur, *arido*. Cohærent autem & *humere* & *virere*, quanquam sensum expressit Interpres.

16 *Duo nequam*] δύο κακῦργοι, id est, *duo malefici*, sive *facinorosi*.

17 *Et latrones*] καὶ κακύργυς. *Latrones* nunc vertit, quod modo verterat *nequam*, homo nimirum copiosus.

18 *Nesciunt quid faciunt*] An sic Latini loquantur nescio, fortasse rectius erat, *nesciunt quod faciunt*. Quod si dicas, *nesciunt quid faciant*, incidis in aliud incommodum, videlicet amphibologiæ.

19 *Stabat populus exspectans*] θεωρῶν, id est, *spectans*: suffragantibus & antiquis exemplaribus nostris. Verum id haud dubium quin Librariorum acciderit errore.

20 *Et deridebant eum*] ἐξεμυκτήριζον, id est, *subsannabant*. Idem verbum cum eo, quod, ut superius indicatum est, significat *naso suspendere*, sive *dicteriis incessere*.

21 *Si tu es rex*] ὁ βασιλεὺς, id est, *ille rex*. Et paulo ante ὁ Χριστὸς, id est, *ille Christus*. Ac rursum ὁ τῦ Θεῦ ἐκλεκτὸς, id est, *ille Dei electus*. Nec enim in his otiosus est articulus Græcus.

22 *Erat autem & superscriptio*] ἐπιγραφή. Cur non potius *inscriptio*, quam *superscriptio*?

23 *Græcis, & Hebraicis, & Latinis*] Alius est Græcis ordo, Ἑλληνικοῖς, καὶ Ῥωμαϊκοῖς, καὶ Ἑβραϊκοῖς, id est, *Græcanicis, & Romanis, & Hebraicis*. Quæ sane tres Linguæ vel hoc nomine Christianis omnibus deberent esse commendatæ, quod in cruce Domini nostri Jesu Christi sint solæ omnium dedicatæ. Saltem hunc titulum conveniebat passim suis depingi formulis, quem Joannes ad hanc formam ponit.

יהושע הנורי מלך היהודים.

ΙΗΣΟΥΣ Ο ΝΑΖΩΡΑΙΟΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

JESUS NAZARENUS REX JUDÆORUM.

24 *Qui pendebant latronibus*] κακύργων, quod modo verterat *nequam*.

25 *Neque tu times Deum*] Tacita vis conjunctionis *neque* potest ad tria referri, nisi obstet compositio, ad *times*, ad *tu*, & ad *Deum*. Si ad *Deum*, hic erit sensus, Non solum non times homines, sed ne Deum quidem metuis. Si ad *tu*, hic, Parum est, si isti Deum contemnant, nisi tu quoque contemnas. Si ad *times*, sensus hic erit, Non solum non amas Deum, sed ne times quidem, cum sis in supplicio constitutus. At ea est apud Græcos sermonis compositio, ut non possit accipi nisi hic sensus, quem postremo loco recensui, Οὐ δὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεὸν, id est, *Ne times tu quidem Deum*, id est, *Non saltem times Deum*.

26 *Qui in eadem damnatione es*] Græcis non est ὃς, sed ὅτι, consentientibus & Latinorum vetustis exemplaribus. Siquidem in Paulino erat *quod*, non *qui*, concordans cum Constantiensi: in Corsendoncensi *quia*, nisi quod *a* videbatur erasum, sed evidenti vestigio testante corruptelam. Et item in aureo codice scriptum erat *quia*. Porro de sensus ambiguitate diximus alias.

27 *Nihil mali*] ὐδὲν ἄτοπον, id est, *nihil absurdi*.

28 *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso*] Theophylactus ostendit hic quosdam aliter distinguere sermonem. Volunt enim adverbium *hodie* referri ad præcedentia, *Amen dico tibi hodie*, deinde interposita hypostigme adjiciunt, *mecum eris in paradiso*. Hoc commentum esse frigidum res ipsa loquitur; ad quod confugerunt, ut elaberentur e quæstione, quomodo potuerit esse verum quod promisit Dominus, *hodie mecum eris in paradiso*, quum eo die atque etiam sequente corpus ipsius fuerit in sepulchro, anima descenderit ad inferos. Sed Dominus ut alibi *gehennam* appellat extremam infelicitatem, ita hic summam quietem ac voluptatem appellat *paradisum*. Quanquam Theophylactus prolixius disputans in hunc locum quædam admiscet, quæ non satis conveniunt cum decretis Scholasticorum hujus temporis Theologorum.

29 *In manus tuas commendo*] Græcis est παραθήσομαι, id est, *commendabo*, sive *deponam*, futuri temporis. Idque juxta veritatem Hebraicam, quæ habet ad hunc modum: בְּיָדְךָ אַפְקִיד רוּחִי. Siquidem א additum huic verbo פקד indicat futurum tempus. Atque ita sane vertit divus Hieronymus & Septuaginta. Etiamsi fieri potuit, ut Christus tempus mutaverit, tametsi consentiunt Græcorum codices, quos ego sane viderim. Locus autem sumptus est ex Psalmo trigesimo, quem probabile est Dominum recitasse in cruce usque ad eum locum, atque illic intendisse vocem. In Psalterio Gallico, quod edidit Jacobus Faber, habetur *commendabo*, quemadmodum transtulerunt Septuaginta. Hic rursus objicitur ille beatus codex Pontificiæ Bibliothecæ. Dominus de suo addidit *Pater*, quum nec apud Hebræos nec apud Septuaginta sit *Patris* aut *Domini* nomen hoc loco. Nec male convenit verbum futuri temporis, primum quia Psalmum recitat, deinde quod prædicit se moriturum antequam moriatur. Cæterum παραθεῖναι est *commendare*, veluti commendatur depositum servandum, ac suo reddendum tempore. Nam huc allusit Ambrosius, cum ait, *Bonum ergo pignus est spiritus, bonum depositum*.

τλϛ 47 τὸ πνεῦμά μου. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐξέπνευσεν. Ἰδὼν
δὲ ὁ ἑκατόνταρχος τὸ γενόμενον, ἐδόξασε τὸν Θεὸν, λέ-
τλᾶ 48 γων, Ὄντως ὁ ἄνθρωπος ȣ̃τος δίκαιος ἦν. Καὶ πάν-
τες οἱ συμπαραγενόμενοι ὄχλοι ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύ-
την, θεωρȣ̃ντες τὰ γενόμενα, τύπτοντες ἑαυτῶν τὰ ςήθη,
49 ὑπέςρεφον. Εἱςήκεισαν δὲ πάντες οἱ γνωςοὶ αὐτȣ̃ μα-
κρόθεν, καὶ γυναῖκες αἱ συνακολȣθήσασαι αὐτῷ ἀπὸ τῆς
τλϐα 50 Γαλιλαίας, ὁρῶσαι ταῦτα. Καὶ ἰδȣ̀ ἀνὴρ ὀνόματι Ἰω-
51 σὴφ, βȣλευτὴς, ὑπάρχων ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος, Οὗ-
τος ȣ̓κ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βȣλῇ καὶ τῇ πράξει αὐ-
τῶν, ἀπὸ Ἀριμαθαίας πόλεως τῶν Ἰȣδαίων, ὃς καὶ
52 προσεδέχετο καὶ αὐτὸς τὴν βασιλείαν τȣ̃ Θεȣ̃· Οὗτος
προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ, ᾐτήσατο τὸ σῶμα τȣ̃ Ἰησȣ̃,
τλϐα 53 Καὶ καθελὼν αὐτὸ ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι, καὶ ἔθηκεν
αὐτὸ ἐν μνήματι λαξευτῷ, ȣ̃ ȣ̓κ ἦν ȣ̓δέπω ȣ̓δεὶς κείμε-
τλδ ι 54 νος. Καὶ ἡμέρα ἦν Παρασκευὴ, καὶ σάββατον ἐπέφω-
55 σκε. Κατακολȣθήσασαι δὲ καὶ γυναῖκες αἵτινες ἦσαν συν-
εληλυθυῖαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας, ἐθεάσαντο τὸ μνη-
τλε η 56 μεῖον, καὶ ὡς ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτȣ̃. Ὑποςρέψασαι δὲ
ἡτοίμασαν ἀρώματα καὶ μῦρα, καὶ τὸ μὲν σάββατον ἡ-
XXIV. 1 σύχασαν κατὰ τὴν ἐντολήν. Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων ὄρ-
τλϛ α θρȣ βαθέος ἦλθον ἐπὶ τὸ μνῆμα, φέρȣσαι ἃ ἡτοίμασαν
2 ἀρώματα, καί τινες σὺν αὐταῖς. Εὗρον δὲ τὸν λίθον
3 ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τȣ̃ μνημείȣ, Καὶ εἰσελθȣ̃σαι ȣ̓χ
4 εὗρον σῶμα τȣ̃ Κυρίȣ Ἰησȣ̃. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαπο-
ρεῖσθαι αὐτὰς περὶ τȣ́τȣ, καὶ ἰδȣ̀ δύο ἄνδρες ἐπέςη-
τλζ ϐ 5 σαν αὐταῖς ἐν ἐσθήσεσιν ἀςραπτȣ́σαις. Ἐκφόβων δὲ γε-
νομένων αὐτῶν, καὶ κλινȣσῶν τὸ πρόσωπον εἰς τὴν γῆν,
εἶπον πρὸς αὐτὰς, Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νε-
6 κρῶν; Οὐκ ἔςιν ὧδε, ἀλλ᾽ ἠγέρθη. Μνήσθητε ὡς ἐλά-
7 λησεν ὑμῖν, ἔτι ὢν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, Λέγων, Ὅτι
δεῖ τὸν Υἱὸν τȣ̃ ἀνθρώπȣ παραδοθῆναι εἰς χεῖρας ἀν-
θρώπων ἁμαρτωλῶν, καὶ ςαυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡ-
8 μέρᾳ ἀναςῆναι. Καὶ ἐμνήσθησαν τῶν ῥημάτων αὐτȣ̃.
τλη ϐ 9 Καὶ ὑποςρέψασαι ἀπὸ τȣ̃ μνημείȣ, ἀπήγγειλαν ταῦ-
τλθ ι 10 τα πάντα τοῖς ἕνδεκα, καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς. Ἦν δὲ
ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία καὶ Ἰωάννα καὶ Μαρία Ἰακώ-
βου καὶ αἱ λοιπαὶ σὺν αὐταῖς, αἳ ἔλεγον πρὸς τȣ̀ς
11 Ἀποςόλους ταῦτα. Καὶ ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ
12 λῆρος τὰ ῥήματα αὐτῶν, καὶ ἠπίςουν αὐταῖς. Ὁ δὲ
Πέτρος ἀναςὰς ἔδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ παρακύ-
ψας βλέπει τὰ ὀθόνια κείμενα μόνα, καὶ ἀπῆλθε, πρὸς
τμ ι 13 ἑαυτὸν θαυμάζων τὸ γεγονός. Καὶ ἰδȣ̀ δύο ἐξ αὐτῶν ἦ-
σαν πορευόμενοι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ εἰς κώμην, ἀπέχȣσαν
ςαδίȣς ἑξήκοντα ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, ᾗ ὄνομα Ἐμμαȣ́ς.
14 Καὶ αὐτοὶ ὡμίλουν πρὸς ἀλλήλους περὶ πάντων τῶν
15 συμβεβηκότων τȣ́των. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὁμιλεῖν αὐ-
τȣ̀ς καὶ συζητεῖν, καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησȣ̃ς ἐγγίσας συνεπο-
16 ρεύετο αὐτοῖς. Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατȣ̃ντο τȣ̃
17 μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτȣ̀ς, Τίνες οἱ
λόγοι ȣ̃τοι, ȣ̀ς ἀντιβάλλετε πρὸς ἀλλήλȣς περιπατȣ̃ντες,
καὶ

mendabo ſpiritum meum. Et hæc quum dixiſſet,
exſpiravit. Quum vidiſſet autem centurio quod ac- 47
cidit, glorificavit Deum, dicens, Vere hic homo
juſtus erat. Et omnes turbæ eorum qui ſimul acceſ- 48
ſerant ad ſpectaculum iſtud, & viderant quæ contin-
gebant, percutientes pectora ſua, revertebantur. Sta- 49
bant autem omnes noti ejus procul, & mulieres quæ
ſequutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes. Et ecce 50
vir nomine Joſeph, 30 decurio, qui erat vir bonus ac
juſtus, Hic non conſenſerat 31 conſilio ac facto eo- 51
rum, oriundus ab Arimathæa civitate Judæorum,
qui exſpectabat & ipſe regnum Dei: Hic acceſſit ad 52
Pilatum, & poſtulavit corpus Jeſu, Et depoſitum in- 53
volvit ſindone, 32 & poſuit illud 33 in monumento,
quod erat in lapide exciſum, in quo nondum quiſ-
quam poſitus fuerat. Et dies erat Paraſceve, & ſab- 54
batum illuceſcebat. Subſequutæ autem mulieres quæ 55
cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumen-
tum, & quemadmodum poſitum erat corpus ejus.
Reverſæ vero paraverunt aromata & unguenta, 34 56
ac ſabbato quidem quieverunt ſecundum præceptum.
1 Uno autem ſabbatorum 2 profundo diluculo ve- 1 XXIV.
nerunt 3 ad monumentum, portantes quæ paraverant
aromata, & nonnullæ cum illis. Repererunt autem 2
lapidem revolutum a monumento, Et ingreſſæ non 3
invenerunt corpus Domini Jeſu. Et factum eſt dum 4
4 mente conſternatæ eſſent de hoc, ecce duo viri ſte-
terunt juxta illas 5 in veſtibus fulgurantibus. 6 Quum 5
expaviſſent autem & declinarent vultum in terram,
dixerunt ad illas, Quid quæritis viventem cum mor-
tuis? Non eſt hîc, ſed ſurrexit. 7 Recordamini ut 6
dixerit vobis, quum adhuc in Galilæa eſſet, Dicens, 7
8 Quod oportuerit Filium hominis tradi in manus
hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertio re-
ſurgere. Et recordatæ ſunt verborum ejus. Et regreſ- 8
ſæ a monumento, nunciaverunt hæc omnia illis un-
decim, & cæteris omnibus. Erat autem Maria Ma- 10
gdalene & Joanna & Maria Jacobi & cæteræ quæ
cum eis erant, quæ dicebant ad Apoſtolos hæc. Et 11
viſa ſunt apud illos ceu deliramentum verba illarum,
neque crediderunt illis. Petrus autem ſurgens cucur- 12
rit ad monumentum, 9 & proſpiciens vidit 10 lintea-
mina ſola poſita, 11 & abiit, apud ſemetipſum mi-
rans quod acciderat. Et ecce duo ex illis ibant eo- 13
dem die in caſtellum, quod aberat ſpatio ſtadiorum
ſexaginta ab Hieroſolymis, 12 nomine Emaus. Et ipſi 14
13 confabulabantur inter ſe de his omnibus quæ acci-
derant. Et factum eſt dum confabularentur 14 ac 15
diſputarent, & ipſe Jeſus appropinquans ibat una cum
illis. Cæterum oculi illorum tenebantur, ne eum 16
agnoſcerent. Et ait ad illos, Qui ſunt hi ſermones, 17
quos

30 *Qui erat decurio*] βȣλευτής. Hîc nomen eſt dignitatis, non officii militaris: ac ſonat ferme *ſenatorem* ſive *conſultorem*, de quo nonnihil dictum eſt alias.

31 *Conſilio & actibus*] τῇ βȣλῇ καὶ τῇ πράξει, id eſt, *conſilio & facto*. Interpres legiſſe videtur πράξεσι.

32 *Et poſuit eum in monumento*] *Et poſuit illud* legendum eſt. Refertur enim ad *corpus* αὐτό. Atque ideo in Latinis quoque codicibus emendatioribus ſcriptum eſt *illud*, non *illum*, ut palam ſit Librariorum eſſe peccatum, non Interpretis: quemadmodum & participium *depoſitum*, καθελὼν αὐτὸ, quod quidem magis ſonat *detractum*, quam *depoſitum*. Quemadmodum & illud in Cantico Mariæ, *Depoſuit potentes*, καθεῖλεν, *detraxit*. Nam καθελεῖσθαι dicitur quod in alto ſuſpenſum pendet, veluti clypeus aut lagena.

33 *In monumento exciſo*] λαξευτῷ. Ut intelligamus ſolidum fuiſſe ſaxum, non compactile, aut ſtructile, ſed exſculptum ſuo loco nativo.

34 *Sabbato quidem ſiluerunt*] ἡσύχασαν, id eſt, *quieverunt*, utrumque enim ſignificat ἡσυχάω.

1 UNa autem ſabbati] *Uno ſabbatorum* eſt Græcis, ut ſubaudias *die*, τῇ δὲ μιᾷ σαββάτων.

2 *Valde diluculo*] ὄρθρȣ βαθέος, id eſt, *diluculo profundo*, hoc eſt, quod multum adhuc haberet noctis. Nam ab inclinatione noctis, eſt gallicinium, mox conticinium, deinde diluculum, quum incipit rareſcere nox, poſtea mane, deinde dies exorto ſole.

3 *Ad monumentum*] Hîc Græci codices addunt, *& quædam cum illis*, καί τινες σὺν αὐταῖς. Quod tamen anceps eſt, de viris dicatur, an mulieribus, quod τινὲς communis ſit generis.

4 *Mente conſternatæ eſſent*] ἐν τῷ διαπορεῖσθαι, id eſt, *dum hærerent*, ac *perplexæ eſſent*, & *animi incerti*.

5 *In veſtibus fulgentibus*] ἀςραπτȣ́σαις. Quod magis ſonat *fulgurantibus*, & *fulguris inſtar relucentibus*.

6 *Cum timerent autem*] Plus dixit Evangeliſta, quam Interpres, Ἐκφόβων δὲ γενομένων, καὶ κλινȣσῶν τὸ πρόσωπον εἰς τὴν γῆν, id eſt, *Expaveſactis autem illis, ac vultum deflectentibus in terram*. Apparet Interpretem legiſſe ἐμφόβων, quod ipſum in nonnullis Græcorum codicibus invenitur.

7 *Recordamini qualiter dixerit*] Μνήσθητε Græcis anceps eſt, quemadmodum nobis *Recordamini*, imperativi ne ſit modi, an indicativi, niſi quod ea quæ ſequuntur arguunt imperativum modum, nimirum, *Et recordati ſunt verborum* &c. Latinius erat, *ut dixerit*, quam, *qualiter locutus eſt*. Laurentius mavult, *quod dixerit*.

8 *Quia oportet*] Aut omittendum erat ὅτι, aut vertendum in *quod*, mutato verbi modo, *Quod oporteret* &c.

9 *Et procumbens vidit*] παρακύψας, quod eſt, *obliquato capite proſpicere*: veluti ſi quis immiſſo per feneſtram capite proſpiciat. Unde proverbium περὶ ὄνȣ παρακύψεως. Nec eſt *vidit*, ſed *videt*, βλέπει.

10 *Et linteamina ſola poſita*] κείμενα. Maluiſſem *jacentia*, quam *poſita*.

11 *Et abiit, ſecum mirans*] *Apud ſe* referendum ad participium *admirans*. *Et abiit, admirans apud ſeſe*, καὶ ἀπῆλθε, πρὸς ἑαυτὸν θαυμάζων, niſi mavis hunc ſenſum, *abiit in domum ſuam admirans*.

12 *Nomine Emaus*] Græci ſcribunt Ἐμμαȣ̀ς per duplex *m*, ut ſit dictio triſyllaba, & inflectitur *Emmauntos, ti, tem*, ſicut *Pityus, Pityuntos*. *Emmaunti* mutatum eſt poſtea nomen, *Nicopolis* dicta eſt.

13 *Loquebantur ad invicem*] ὡμίλȣν πρὸς ἀλλήλȣς, id eſt, *colloquebantur*, ſive *confabulabantur inter ſe*. Nam idem verbum mox vertit *fabulabantur*.

14 *Et ſecum quærerent*] Quid Interpres legerit, non ſatis conjicio. Nam Græce tantum eſt συζητεῖν, hoc eſt, *ſimul quærerent*, ſive *diſputarent*, ſive *commentarentur*.

15 *Et*

18 καὶ ἐστὲ σκυθρωποί; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ εἷς, ᾧ ὄνομα Κλεόπας, εἶπε πρὸς αὐτὸν, Σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ ἐν 19 ταῖς ἡμέραις ταύταις. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ποῖα; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Τὰ περὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου, ὃς ἐγένετο ἀνὴρ προφήτης, δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ ἐναν- 20 τίον τοῦ Θεοῦ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ· Ὅπως τε παρέδωκαν αὐτὸν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες ἡμῶν εἰς κρί- 21 μα θανάτου, καὶ ἐσαύρωσαν αὐτόν. Ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ· ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει 22 σήμερον, ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο. Ἀλλὰ καὶ γυναῖκές τινες ἐξ ἡμῶν ἐξέστησαν ἡμᾶς, γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ 23 τὸ μνημεῖον, Καὶ μὴ εὑροῦσαι τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἦλθον, λέγουσαι, καὶ ὀπτασίαν Ἀγγέλων ἑωρακέναι, οἳ λέγου- 24 σιν αὐτὸν ζῆν. Καὶ ἀπῆλθόν τινες τῶν σὺν ἡμῖν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ εὗρον οὕτως, καθὼς καὶ αἱ γυναῖκες εἶ- 25 πον, αὐτὸν δὲ οὐκ εἶδον. Καὶ αὐτὸς εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν ἐπὶ 26 πᾶσιν, οἷς ἐλάλησαν οἱ Προφῆται. Οὐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ; 27 Καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ Μωσέως καὶ ἀπὸ πάντων τῶν Προφητῶν, διηρμήνευεν αὐτοῖς ἐν πάσαις ταῖς γρα- 28 φαῖς τὰ περὶ ἑαυτοῦ. Καὶ ἤγγισαν εἰς τὴν κώμην οὗ ἐπορεύοντο, καὶ αὐτὸς προσεποιεῖτο πορρωτέρω πορεύε- 29 σθαι. Καὶ παρεβιάσαντο αὐτὸν, λέγοντες, Μεῖνον μεθ' ἡμῶν, ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστὶν, καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέ- 30 ρα. Καὶ εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτὸν μετ' αὐτῶν, λαβὼν τὸν ἄρτον 31 εὐλόγησε, καὶ κλάσας ἐπεδίδου αὐτοῖς. Αὐτῶν δὲ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτόν· καὶ αὐ- 32 τὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. Καὶ εἶπον πρὸς ἀλλήλους, Οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν, ὡς ἐλάλει ἡμῖν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς γρα- 33 φάς; Καὶ ἀναστάντες αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ εὗρον συνηθροισμένους τοὺς ἕνδεκα, καὶ 34 τοὺς σὺν αὐτοῖς, Λέγοντας, Ὅτι ἠγέρθη ὁ Κύριος ὄν- 35 τως, καὶ ὤφθη Σίμωνι. Καὶ αὐτοὶ ἐξηγοῦντο τὰ ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου.

τμῆ θ 36 Ταῦτα δὲ αὐτῶν λαλούντων, αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἔστη ἐν μέ- 37 σῳ αὐτῶν, καὶ λέγει αὐτοῖς, Εἰρήνη ὑμῖν. Πτοηθέντες 38 δὲ καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι, ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Τί τεταραγμένοι ἐστὲ, καὶ διατί διαλο- 39 γισμοὶ ἀναβαίνουσιν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; Ἴδετε τὰς χεῖράς μου καὶ τοὺς πόδας μου, ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι· ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ 40 ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας.

τμῆ θ 41 Ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς καὶ θαυμαζόντων, εἶπεν αὐτοῖς, Ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε; 42 Οἱ δὲ ἐπέδωκαν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος, καὶ ἀπὸ με- 43 44 λισσίου κηρίου. Καὶ λαβὼν, ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγεν. Εἶ- τμῆ ι πε δὲ αὐτοῖς, Οὗτοι οἱ λόγοι, οὓς ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς ἔτι ὢν σὺν ὑμῖν, ὅτι δεῖ πληρωθῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ Νόμῳ Μωσέως καὶ Προφήταις καὶ 45 Ψαλμοῖς περὶ ἐμοῦ. Τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν, τοῦ 46 συνιέναι τὰς γραφὰς, Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὅτι οὕτως γέγραπται, καὶ οὕτως ἔδει παθεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ ἀναστῆναι

quos confertis inter vos ambulantes, 15 & estis tristes? Ac respondens unus, cui nomen Cleopas, dixit 18 ei, Tu solus 16 peregrinus es Hierosolymis, neque cognovisti quæ facta sunt illic his diebus. Quibus ille 19 dixit, Quæ? Et dixerunt ei, De Jesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens opere & sermone coram Deo & toto populo: Et quomodo eum tradide- 20 runt summi Sacerdotes & principes nostri 17 in condemnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos 21 autem sperabamus, 18 eum esse illum qui redempturus esset Israel: 19 atqui super hæc omnia tertius dies est hodie, quod hæc facta sunt. Sed & 20 mulieres 22 quædam ex nobis attonitos reddidere nos, quæ diluculo pervenerunt ad monumentum, Et non invento 23 corpore ejus, venerunt, dicentes, se etiam visionem Angelorum vidisse, qui dicerent eum vivere. Et abie- 24 runt 21 quidam eorum qui erant nobiscum ad monumentum, & ita repererunt, sicut mulieres dixerant, ipsum vero non viderunt. Et ipse dixit ad eos, O 25 stulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ loquuti sunt Prophetæ? Nonne hæc oportuit pati 26 Christus, 22 & intrare in gloriam suam? Et exorsus 27 a Mose & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Et appro- 28 pinquaverunt castello quo ibant, & ipse præ se ferebat se longius ire. Et coëgerunt illum, dicentes, 29 Mane nobiscum, quoniam vergit ad vesperam, & inclinatus est dies. Et intravit ut maneret cum illis. Et factum est dum accumberet cum eis, accepit pa- 30 nem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et 31 aperti sunt oculi eorum, & agnoverunt eum: & ipse 23 subduxit sese a conspectu eorum. Et dixerunt in- 32 ter se, Nonne cor nostrum ardebat in nobis, dum loqueretur nobis in via, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora, regressi sunt Hierosoly- 33 mam, & invenerunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant, Dicentes, Surrexit Dominus ve- 34 re, & apparuit Simoni. Et illi narrabant quæ gesta 35 erant in via, & quomodo fuisset agnitus ipsis ex fractione panis. Dum autem hæc loquuntur, stetit Je- 36 sus ipse in medio eorum, & dicit eis, 24 Pax vobis. Expavefacti vero & conterriti, existimabant se spi- 37 ritum videre. Et dixit eis, Quid turbati estis, & co- 38 gitationes adscendunt in cordibus vestris? Videte ma- 39 nus meas & pedes meos, quia ego ipse sum: contrectate me & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et quum hæc 40 dixisset, ostendit eis manus ac pedes. Adhuc autem 41 illis non credentibus præ gaudio & mirantibus, dixit eis, Habetis hic 25 aliquid edulii? At illi obtulerunt 42 ei partem piscis assi, & aliquid 26 de favo apiario. 27 Et accepit, & in conspectu illorum comedit. Et 43 44 dixit ad eos, Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, quum adhuc essem vobiscum, quod necesse foret impleri omnia quæ scripta sunt in Lege Mosis & Prophetis & Psalmis de me. Tunc aperuit illorum 45 mentem, ut intelligerent scripturas, Et dixit eis, Sic 46 scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere

15 *Et estis tristes*] σκυθρωποὶ, id est, *parum alacri vultu*, ut ad habitum oris pertineat, non ad animum.

16 *Peregrinus es*] παροικεῖς, id est, *advena es*. Id habet duplicem sensum, *Tu solus hospes es Hierosolymitanus, ignorans ea quæ nemo nescit quantumvis advena*. Aut, *Tu adeo peregrinus es, ut hæc ignores*.

17 *In damnationem*] Alias admonui κρίσιν & κρίμα sæpe poni pro κατάκρισιν, simplex pro composito.

18 *Quia ipse esset redempturus Israel*] ἠλπίζομεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραὴλ, id est, *speraveramus, quod is esset ille qui redempturus esset Israel*.

19 *Et nunc super hæc omnia*] ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, id est, *veruntamen cum omnibus his tertiam hunc diem agit*, ut subaudias *ille*, aut *tempus*. Nove dixit Lucas, nisi forte scripsit ille, ἐπὶ πᾶσι τούτοις. Nec est, *& nunc super*, sed ἀλλά γε, id est, *atqui*, sive *veruntamen*. Nec est,

20 *Mulieres quædam ex nostris*] sed *ex nobis*, ἐξ ἡμῶν, id est, *nostri gregis*. Deinde plus est quam *terruerunt*, ἐξέστησαν, id est, *attonitos reddiderunt*. Nam magis pertinet ad epitasin admirationis, quam timoris.

21 *Quidam ex nostris*] τινὲς τῶν σὺν ἡμῖν, id est, *quidam eorum qui erant nobiscum*. Ac mox,

22 *Et ita intrare*] *Ita* redundat, sed additum est explanandi sermonis gratia.

23 *Evanuit ex oculis eorum*] ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν, *evanuit ab illis*. Nisi quod Interpres expressit vim nominis ἄφαντος. Cæterum magis hic congruebat dicere, *desiit illis esse conspicuus*. De fumo & spectris apte utimur *evanescendi* verbo, hic non de spectro, sed de vero corpore fit mentio. Nec defuerunt Hæretici qui tribuerint Christo corpus phantasticum. His non erat danda erroris ansa.

24 *Ego sum, nolite timere*] In Græcis exemplaribus tantum est, *Pax vobis*, cætera videntur adjecta. Nec admodum cohærent cum sequentibus, in quibus eximit eis terrorem: licet apud Ambrosium addantur, sed ex alio Evangelista, sicut opinor, admixta, *Ad salutantis vocem exterriti sunt*. Eum terrorem Dominus post eximit, dicens, *Quid turbati estis?* Apparet huc transscriptum ex Evangelio Joannis.

25 *Aliquid quod manducetur*] βρώσιμον, id est, *esculentum*, sive *edulii*. Ac mox,

26 *Favum mellis*] ἀπὸ μελισσίου κηρίου, id est, *de apiario favo*. Nam & alia quædam insecta mel & favum habent.

27 *Et cum manducasset coram eis*] Græca dissident, Καὶ λαβὼν ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγεν, εἶπε δὲ αὐτοῖς, id est, *Accipiens coram*

47 ναι ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, Καὶ κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς 48 πάντα τὰ ἔθνη, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. Ὑμεῖς 49 δέ ἐστε μάρτυρες τούτων. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρός μου ἐφ' ὑμᾶς· ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ, ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύ- 50 ναμιν ἐξ ὕψους. Ἐξήγαγε δὲ αὐτοὺς ἔξω ἕως εἰς Βηθανίαν, καὶ ἐπάρας τὰς χεῖρας αὐτοῦ, εὐλόγησεν 51 αὐτοὺς. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εὐλογεῖν αὐτὸν αὐτοὺς, διέστη ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν. 52 Καὶ αὐτοὶ προσκυνήσαντες αὐτὸν ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερου- 53 σαλὴμ μετὰ χαρᾶς μεγάλης. Καὶ ἦσαν διαπαντὸς ἐν τῷ ἱερῷ, αἰνοῦντες καὶ εὐλογοῦντες τὸν Θεόν. Ἀμήν.

A surgere a mortuis tertio die, Et prædicari nomine 47 ejus pœnitentiam ac remissionem peccatorum in omnes gentes, [28] initio facto [29] ab Hierosolymis. Vos 48 autem estis testes horum. Et ecce ego mitto [30] pro- 49 missum Patris mei super vos: vos autem sedete in civitate Hierusalem, quoadusque induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras usque in Bethaniam, 50 & sublatis in altum manibus suis, benedixit eis. Et 51 factum est quum benediceret illis, recessit ab eis, ac ferebatur in cœlum. [31] Et ipsi adorato eo regressi 52 B sunt Hierosolymam cum gaudio magno. Et erant 53 semper in templo, laudantes & benedicentes Deum. Amen.

ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ

ΤΕΛΟΣ.

EVANGELII SECUNDUM LUCAM

FINIS.

rum illis comedit, dixit autem illis. Nam quod apud nos legitur, *reliquias dedit illis*, apud Græcos non reperitur.

28 *Incipientibus*] ἀρξάμενον. Apparet Interpretem legisse ἀρξαμένων, ut referatur ad discipulos. Atque hanc germanam esse lectionem arbitror, licet reclamantibus Græcorum exemplaribus, atque insuper Editione, quæ nuper prodiit ex officina Asulani. Quod si legamus ἀρξάμενον, ut pertineat ad Christum, non *ejus* erat dicendum, sed *suo*, ad hunc modum: *Sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertio die, & prædicari in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum, exorsum*, sive *initio facto ab Hierusalem.* At huic lectioni reclamant, quod Christus non cœperit ab Hierusalem, sed Apostoli. Et rursum quod sequitur, magis cohæret cum hac lectione, *Vos autem estis testes horum*, licet ambiguum sit, utrum *estis* legendum sit, an *sitis*, ἐστὲ, an ἔστε, & utrumque satis quadrat.

C

29 *Ab Hierosolyma*] Laurentius admonet *Hierosolymam* fœminino genere non inveniri, sed fallitur, quum Suetonius in Cæsare Augusto scribat: *Et Cajum nepotem, quod Judæam prætervehens apud Hierosolymam non supplicasset, collaudavit.*

30 *Promissum Patris mei*] ἐπαγγελίαν. Ne nescias *promissum* esse nomen substantivum, non participium.

31 *Et ipsi adorantes*] προσκυνήσαντες αὐτὸν ὑπέστρεψαν, id est, *adorato eo reversi sunt.* Adorabant enim abeuntem in cœlum, ac deinde recipiebant se Hierosolymam. Hoc loco subjicienda erant Acta Apostolorum. Nam Lucas Historiam suam duobus libris complexus est, quos ambos ad eumdem scripsit Theophilum. Atque ipse secundum exordiens connectit cum superiore. Deinde Acta illa plane pars est Evangelicæ Historiæ. Verum ne videremur Joannem dirimere ab Evangelistis, distraximus duos Lucæ libros, & Acta proximo subjecimus loco.

DESIDERII ERASMI ROTERODAMI

ANNOTATIONUM IN EVANGELIUM LUCÆ

FINIS.

ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ

ΕΚ ΤΟΥ ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ.

Ιωάννης, ὃν Ἰησοῦς πάνυ ἠγάπησεν, υἱὸς Ζεβεδαίου, ἀδελφὸς Ἰακώβου τοῦ ὑπὸ Ἡρώδου μετὰ τὸ πάθος τοῦ Κυρίου ἀποκεφαλισθέντος, ἔσχατος πάντων ἔγραψεν Εὐαγγέλιον, παρακληθεὶς παρὰ τῶν τῆς Ἀσίας ἐπισκόπων, καὶ κατὰ Κηρίνθου καὶ ἄλλων αἱρετικῶν, καὶ μάλιστα τηνικαῦτα τοῦ τῶν Ἐμβιωνιτῶν δόγματος ἀνακύψαντος, τῶν φασκόντων τὸν Χριστὸν πρὸ Μαρίας μὴ γεγενῆσθαι· ὅθεν ἠναγκάσθη τὴν θείαν γένησιν αὐτοῦ εἰπεῖν. Καὶ ἄλλην δὲ αἰτίαν τούτου τοῦ συγγράμματος φέρουσιν· ἀναγνοὺς γὰρ Ματθαίου, Μάρκου, καὶ Λουκᾶ τὰ τεύχη, ἐδοκίμασε μὲν τὸ ὕφος τῶν ἱστοριῶν, καὶ ἀληθῆ αὐτοὺς εἰρηκέναι ἐβεβαίωσεν. Ἑνὸς δὲ ἐνιαυτοῦ μόνον, ἐν ᾧ καὶ ἔπαθε, μετὰ τὴν φυλακὴν Ἰωάννου τὴν ἱστορίαν συντάξαι· ἐάσας τοίνυν τὸν ἐνιαυτὸν, οὗ τὰ πεπραγμένα παρὰ τῶν τριῶν ἐξετέθη, τοῦ ἀνωτέρου χρόνου, πρὶν ἢ τὸν Ἰωάννην ἐμβληθῆναι εἰς τὴν εἱρκτὴν, τὰς πράξεις ἐξέθετο· καθὰ σαφηνισθῆναι δυνήσεται τοῖς ἐπιμελῶς τοῖς τέτταρσιν Εὐαγγελίοις ἐντυγχάνουσιν· ὅπερ καὶ τὴν διαφωνίαν τὴν δοκοῦσαν εἶναι Ἰωάννου μετὰ τῶν λοιπῶν εἴργει. Ἔγραψε δὲ μίαν Ἐπιστολὴν, ἧς ἡ ἀρχή ἐστι, Ὃ ἦν ἀπ᾽ ἀρχῆς, ἥτις παρὰ πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ πεπαιδευμένων ἀνδρῶν ἐγκρίνεται. Αἱ δὲ λοιπαὶ δύο, ὧν ἡ ἀρχή ἐστι, πρώτης μὲν, Ὁ πρεσβύτερος ἐκλεκτῇ κυρίᾳ, δευτέρας δὲ, Ὁ πρεσβύτερος Γαΐῳ τῷ ἀγαπητῷ, Ἰωάννου πρεσβυτέρου λέγονται· οὗ ἔτι καὶ νῦν ἕτερον μνῆμα ἐν τῇ Ἐφέσῳ τυγχάνει. Καί τινες νομίζουσι, τὰ δύο μνημεῖα Ἰωάννου εἶναι τοῦ Εὐαγγελιστοῦ, περὶ οὗ, ἡνίκα κατὰ τάξιν εἰς Παπίαν τὸν τούτων ἀκροατὴν ἔλθωμεν, ἐξηγησόμεθα. Τοιγαροῦν τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει, δεύτερον μετὰ Νέρωνα διωγμὸν κινοῦντος Δομετιανοῦ, εἰς Πάτμον νῆσον περιορισθεὶς, συνέταξεν Ἀποκάλυψιν, ἣν μετέφρασεν Ἰουστῖνος Μάρτυς καὶ Εἰρηναῖος. Σφαγέντος δὲ Δομετιανοῦ, καὶ τῶν Πράξεων αὐτοῦ, διὰ τὴν πολλὴν ὠμότητα παρὰ Συγκλήτου ἀκυρωθεισῶν, ἐπὶ Νέρβα εἰς Ἔφεσον ἀναζεύξας, ἕως Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως ἐκεῖσε διατελέσας, πάσας τὰς τῆς Ἀσίας ἐθεμελίωσε καὶ ᾠκοδόμησεν ἐκκλησίας, καὶ λίαν γηράσας ἑξηκοστῷ ὀγδόῳ ἐνιαυτῷ, μετὰ τὸ πάθος Κυρίου, τελευτήσας πλησίον τῆς προειρημένης πόλεως ἠξιώθη τῆς κοιμήσεως.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ εἰς τὸ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ

ἐκ τοῦ Θεοφυλάκτου.

Η τοῦ πνεύματος δύναμις ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται, καθὰ καὶ γέγραπται καὶ πιστεύομεν, ἐν ἀσθενείᾳ δὲ οὐ σώματος μόνον, ἀλλὰ δὴ καὶ λόγου καὶ σοφίας ἐν γλώττῃ κειμένης. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων, μάλιστα δὲ ἐκ τοῦ περὶ τὸν μέγαν θεολόγον καὶ ἀδελφὸν Χριστοῦ ἐν χάριτι ὁρωμένου. Οὗτος γὰρ ἁλιέως μὲν πατρὸς ἦν, τὴν αὐτὴν δὲ τέχνην τῷ πατρὶ μεταχειριζόμενος, οὐ μόνον ἀμαθὴς ἦν τῆς Ἑλληνικῆς καὶ Ἰουδαϊκῆς παιδεύσεως, ἀλλὰ καὶ πάντι ἀγράμματος, καθὰ δὴ καὶ ὁ θειότατος Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσι μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ἡ πατρὶς αὐτῷ εὐτελεστάτη καὶ ἄσημος, ὡς χωρίον εἶναι, οὐ λογικῆς, ἀλλ᾽ ἁλιευτικῆς τέχνης· Βηθσαϊδὰ γὰρ τοῦτον ἐξήνεγκεν. Ἀλλ᾽ ὅμως ὁ τοιοῦτος ὁ ἀγράμματος, ὁ ἄσημος, ὁ μηδὲν ἔχων περίβλεπτον, ἴδε ποίου τετύχηκε πνεύματος· ὥστε ἃ μηδεὶς τῶν ἄλλων Εὐαγγελιστῶν ἡμᾶς ἐδίδαξε, ταῦτα αὐτὸς βροντῆσαι. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκείνων καταγενομένων περὶ τὸ σωματικὸν τοῦ Χριστοῦ, μηδὲν δὲ περὶ τῆς πρὸ αἰώνων αὐτοῦ ὑπάρξεως τρανότερον καὶ σαφέστερον εἰπόντων, δέος ἦν μή ποτε τινὲς χαμαιπετεῖς καὶ μηδὲν ὑψηλὸν νοῆσαι δυνάμενοι, νομίσωσι τὸν Χριστὸν τότε πρῶτον εἰς ὕπαρξιν ἐλθεῖν ὅτε ἀπὸ Μαρίας ἐγεννήθη, καὶ οὐχὶ προαιώνιον ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθῆναι, ὃ πάντως ἔπαθε καὶ Παῦλος ὁ Σαμοσατεύς. Τούτου ἕνεκεν ὁ μέγας Ἰωάννης περὶ τῆς ἄνω γεννήσεως διαλαμβάνει. Καί τοι οὐδὲ τὴν σάρκωσιν τοῦ λόγου ἀμνημόνευτον καταλείψας. Φησὶ γὰρ, Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. Ὡς δέ τινες φασὶν, ὅτι καὶ ἠξίωσαν αὐτὸν οἱ ὀρθόδοξοι συγγράψαι περὶ τῆς ἄνω γεννήσεως, οἷα ἀναφανέντων τινῶν αἱρετικῶν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, τῶν δογματιζόντων ἄνθρωπον ψιλὸν ὑπάρξαι τὸν Ἰησοῦν. Ὅτε δὴ λέγεται ὁ ἅγιος τὰ τῶν ἄλλων Εὐαγγελιστῶν ἀναγνοὺς, θαυμάσαι μὲν ἐκείνους τῆς περὶ πάντων ἀληθοῦς ἀφηγήσεως, ἐπικρῖναι δὲ, ὡς ὑγιῶς ἔχοντα, καὶ μηδὲν πρὸς χάριν εἰπόντων τῶν Ἀποστόλων. Ἃ μέν τοι οὐ σαφῶς εἶπον ἐκεῖνοι, ἢ τελέως παρέλειψαν, ταῦτα αὐτὸς ἐξαπλῶσαι καὶ τρανῶσαι διέγνω καὶ προσθεῖναι διὰ τοῦ οἰκείου Εὐαγγελίου, ὃ καὶ συγγέγραφεν ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ ἐξόριστος διατελῶν μετὰ τριάκοντα δύο ἔτη τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψεως. Ἠγαπᾶτο δὲ πάντων μάλιστα μαθητῶν Ἰωάννης τῷ Κυρίῳ, ὡς ἁπλοῦς τε καὶ πρᾳότατος καὶ χρηστοηθέστατος καὶ καθαρὸς τὴν καρδίαν, ἤγουν παρθένος. Ἐξ οὗ δὴ χαρίσματος καὶ τὴν θεολογίαν ἐπιστεύθη, τῶν ἀθεάτων τοῖς πολλοῖς μυστηρίων κατατρυφήσας. Μακάριοι γὰρ, φησιν, οἱ καθαροὶ τὴν καρδίαν, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. Ἦν δὲ ἄρα καὶ συγγενὴς τοῦ Κυρίου, καὶ πῶς, ἄκουε. Ἰωσὴφ ὁ τῆς πανάγνου θεοτόκου μνηστὴρ, ἔσχεν ἐκ προτέρας γυναικὸς παῖδας ἑπτὰ, τέσσαρας ἄῤῥενας καὶ τρεῖς θηλείας, τὴν Μάρθαν, τὴν Ἐσθὴρ, καὶ τὴν Σαλώμην· ἧς λέγω δὴ τῆς Σαλώμης υἱὸς ἦν Ἰωάννης οὗτος. Εὑρίσκεται τοίνυν ὁ Κύριος, θεῖος αὐτοῦ ὤν· ἐπεὶ γὰρ πατὴρ τοῦ Κυρίου ὁ Ἰωσὴφ, τούτου δὲ τοῦ Ἰωσὴφ θυγάτηρ ἡ Σαλώμη, ἀδελφὴ ἄρα τοῦ Κυρίου αὕτη λογίζεται· ὥστε καὶ ὁ ταύτης υἱὸς ὁ Ἰωάννης ἀνεψιὸς τοῦ Κυρίου. Οὐκ ἄτοπον δὲ ἴσως καὶ τὰ ὀνόματα τῆς τε μητρὸς αὐτοῦ καὶ αὐτοῦ τοῦ Εὐαγγελιστοῦ ἀναπτύξαι. Ἡ μὲν γὰρ μήτηρ Σαλώμη καλουμένη, ἑρμηνεύεται εἰρηνική, Ἰωάννης δὲ, χάρις αὐτῆς. Γινωσκέτω οὖν πᾶσα ψυχὴ, ὡς ἡ εἰρήνη, ἥ πρός τε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἡ κατὰ ψυχὴν ἀπὸ τῶν παθῶν, μήτηρ γίνεται τῆς θείας χάριτος, καὶ γεννᾷ ταύτην ἐν ἡμῖν· τὴν γὰρ ταραττομένην ψυχὴν καὶ ἔτι μάχας ἔχουσαν πρός τε τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους καὶ πρὸς ἑαυτὴν, οὐκ εἰκὸς τῆς θείας ἀξιωθῆναι χάριτος. Ἐπεσκεψάμεθα δὲ καί τι θαυμασιώτερον συμβὰν, περὶ τοῦτον δὴ τὸν ἅγιον Εὐαγγελιστήν· μόνος γὰρ οὗτος τρεῖς μητέρας ἀναφαίνεται ἔχων, τὴν Θεοτόκον, τὴν Σαλώμην, τὴν Βροντήν· υἱὸς γὰρ Βροντῆς διὰ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου μεγαλοφωνίαν· καὶ τὴν Θεοτόκον, ἰδοὺ γάρ φησιν, ἡ μήτηρ σου. Ἀλλ᾽ ἐπεὶ ταῦτα ἡμῖν πρὸ τῆς ἐξηγήσεως εἴρηται, ἀρκτέον ἤδη καὶ τῆς τοῦ ῥητοῦ ἀναπτύξεως.

EVAN-

EVANGELIUM SECUNDUM JOANNEM.

ἀγ 1 I. ἘΝ ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, A

1 IN principio 2 erat Sermo, 3 & Sermo erat apud 1 I.

1 IN *principio erat Verbum*] Illud in primis annotandum, quod indicavit & Chrysostomus, Joannem neque Matthæi aut Marci more sumere exordium, neque ad exemplum Lucæ, sed iisdem verbis ingressus est Historiam Evangelicam, quibus Moses ingressus Genesin mundi. Cæterum quod illic quidam interpretantur, *In principio*, id est, *In Filio*, hîc certe locum non habet.

2 *Erat Verbum*] Λόγος Græcis varia significat, *verbum*, *orationem*, *sermonem*, *rationem*, *modum*, *supputationem*, nonnunquam & pro *libro* usurpatur, a verbo λέγω, quod est *dico*, sive *colligo*. Horum pleraque divus Hieronymus aliqua ratione putat competere in Filium Dei. Miror autem cur *verbum* Latinis placuerit magis quam *sermo*. Nos tametsi videbamus *sermonis* vocabulo rectius exprimi Græcam vocem, qua usus est Evangelista, λόγον, tamen in Editione prima superstitioso quodam metu non mutaveramus *verbum*, quod posuerat Interpres: ne quam ansam daremus iis, qui quidvis ad quamvis occasionem calumniantur. B Tantum testati sumus alicubi *sermonis* nomine non infrequenter signari Filium Dei in Sacris Voluminibus. Mox ubi comperimus hoc tam passim fieri & hoc ipso in loco quondam Ecclesiam legisse, *In principio erat sermo*, atque ita citari in libris Cypriani & Augustini, non existimabam quemquam fore, qui offenderetur: præsertim cum hæc demus non in Templis, sed in Musæis legenda. Quid enim erat piaculi, si in libro, qui privatim legitur, pro *verbo* dicam *sermonem*, aut *eloquium*, aut *orationem*, aut *vocem*, aut aliud quod idem polleat? Non magis, opinor, quam si *Patrem* dicam *genitorem*, *satorem*, *parentem*, & si qua vox alia Latinis auribus repræsentat auctorem generis. Cum igitur nihil futurum fuerit causæ cum reprehenderer, etiamsi nusquam in Sacris Libris *sermonis* vocabulum tributum esset Filio Dei, nunc multo minus merebar reprehendi, quum *sermo* multis nominibus rectius & aptius exprimat Græcam vocem quam *verbum*, quum ea vox toties reperiatur usurpata in recentioribus ac vetustis Orthodoxis, quum eam & hodie publicitus usurpet usus Ecclesiasticus, & olim publice sic legerit Ecclesia, quemadmodum nos vertimus. C Qua de re si quis volet exactius cognoscere, legat Apologiam nostram, qua stolidissimos quorumdam latratus retudimus. Ex hac in præsentia sat erit pauca quædam excerpere, quæ pro tempore Lectoris animum placent, si quis forte commovebitur. Primum *sermo* commodius explicat quod Evangelista posuit λόγον, quod apud Latine loquentes *verbum* non sonet totam orationem, sed unam aliquam dictionem: raro tamen dictum aliquod breve, veluti sententia aut proverbium vetus, *verbum* est. At Christus ideo dicitur λόγος, quod quicquid loquitur Pater, per Filium loquatur. Deinde generis congruentia facit, ut mollior sit oratio, quoties dicimus, *Sermo Dei factus est caro*, quam *Verbum Dei factum est caro*. Alioqui nihil aptius reddebat emphasin Græcæ vocis λόγου, quam *oratio*. Jam Cyprianus tot nominibus inclytus, primum eloquentia vere Theologica, deinde sanctimonia quadam Apostolica, postremo martyrio, in opere, quod scripsit adversus Judæos, libri secundi capite quinto, non aliter refert hunc Evangelistæ locum, quam nos vertimus: *In principio*, inquit, *fuit sermo*, *& sermo erat apud Deum*, *& Deus erat sermo*. D Atque idem ejusdem libri capite tertio, cujus titulus est, *Quod Christus idem sit sermo Dei*, inter complures Sacræ Scripturæ locos, quibus docet Filium Dei dici *sermonem*, & hunc adducit; quanquam in hoc Scriba sciolus in plerisque codicibus *sermonem* verterat in *verbum*: non animadvertens quid promittat titulus, qui haud dubie Cypriani est, non Scribæ. Ad hæc Augustinus enarrans ex Joannis cap. XVII. locum hunc, *Sermo tuus veritas est*, palam docet nihil referre, utrum *sermonem* dicas, an *verbum*. Docet & hoc loco plerosque codices habere, *In principio erat sermo*, *& sermo erat apud Deum*, *& Deus erat sermo*. Quin idem compluribus locis *sermonis* vocabulum in Sacris Libris interpretatur de Filio Dei, quæ necesse non est hic repetere. Quod si ista non legunt, qui tamen videri volunt Ecclesiæ Doctores, certe non potuit illos fallere, quod ex libro Sapientiæ quotannis canit Ecclesia: *Omnipotens sermo tuus, Domine, exsiliens de cœlo a regalibus sedibus*. Hæc atque id genus alia loca, non Veteres tantum, sed & Thomas, Hugo Cardinalis, Glossa ordinaria, Beda, Remigius, Anselmus, E interpretantur de Filio Dei, nihil desiderantes *verbi* vocabulum, neque quicquam offensi dictione *sermonis*. Sanctus Hilarius libro *de Trinitate* secundo Dei Filium nunc *verbum* appellat, nunc *sermonem*. Etenim quum ait, *Sermo cogitationis æternus est*, *cum qui cogitat est æternus*, nonne palam vocat Christum *sermonem æternum* ex æterna mente Patris sine tempore proficiscentem? Ac mox cum ait, *Nunquid audieras in Deo*, *ut sermonem reconditæ cogitationis acciperes?* an non tribuit Christo *sermonis* cognomen? Idem aliquanto post sic multis verbis disputat de differentia *sermonis* humani ac divini, ut nusquam horreat Christo tribuere *sermonis* vocabulum. Ad hæc Ambrosius libro *de fide adversus Arianos* capite secundo Christum nunc *verbum* appellat, nunc *sermonem*. Quod tamen idem & aliis aliquot locis facit Hieronymus: in Epistolæ ad Ephesios caput primum: *Non*, inquit, *quod alius sit assumptus homo*, *& alius sit sermo qui assumpsit*, &c. *sermonem* dixit Filium Dei. Rursum eodem capite: *Ut quomodo*

Dominus noster Jesus Christus est sermo, *sapientia*, *veritas*. Et Lactantius libro quarto capite octavo Dei Filium *sermonem* appellat. Atque item capite proximo non semel. Claudianus *vocem* ausus est dicere: *Vox summi sensusque Dei*: pro sermone *vocem* dixit, pro sapientia *sensum*. Prudentianis Hymnis tantum tribuit Ecclesia, ut eos in sacris liturgiis solenniter decantet. Atque in his audit citra offensam Ecclesia: *Ades Pater supreme*, *Quem nemo vidit unquam*, *Patrisque sermo Christe*, *Et Spiritus benigne*. Sed videri poterat ineptum me hæc persequi, quæ, si quis excutiat Sacros Scriptores, finem non habent, nisi quidam tam impudenter obstreperent. Sic olim legit Ecclesia, sic hodie canit, sic non raro loquuntur veteres Orthodoxi, sic recentiores: & tamen quidam sic offensi sunt *sermonis* vocabulo, quasi nusquam lectum aut auditum esset apud Christianos. Sed offendit, inquiunt, novitas. Quos tandem? Ipsos qui calumniantur? At istis, qui rei Theologicæ videri volunt doctissimi, non oportebat esse novum quod toties est obvium in Sacris Auctoribus. Idiotas? At istos res ignota nihil movisset, nisi quidam seditiose clamassent apud populum, vanitatem addentes maledicentiæ. Actum, inquiunt, de re Christiana posteaquam novum habemus Evangelium. Quid hac voce stolidius? An ideo novatum est Evangelium, si pro *verbo* dicitur *sermo?* Non hercle magis, quam novatus est Nicolaus, qui posita veste candida sumpsit fuscam. Scio plurimum esse tribuendum tam inveteratæ consuetudini. Sed quoties apud populum agitur fabula. Receptum est, ut tingentes semigræce loquamur, *baptizo te*. Nolim apud idiotas dicere, *tingo te*; quum tamen apud Deum nihil referat. Nolim, ut nunc res habent, in templis recitare, *In principio erat sermo*, si probabiliter suspicarer fore, qui vehementer offendantur, præsertim quum hæc lectio sit proba, altera tolerabilis. Quod si lectio recepta sit palam mendosa, & sunt inter auditores, qui veterem salivam malint absque judicio, sunt contra, qui judicio malint quod rectum est, neque vitari potest, quin altera pars offendatur, utri jubebor obsecundare? Malim equidem omnibus ἀπρόσκοπος esse. Fortasse primum obsequar imperitis, quod hi magis soleant ferocire, ac mox placabo doctos. Sed tamen interim admonendi sunt imperiti, ne per suam imperitiam moveant tumultum in eos, quibus magis oportuit ipsos parere. Quemadmodum Paulus ex charitate vult abstineri ab idolothytis, ne frater infirmus offendatur: sed interim admonet & objurgat infirmos, qui sine causa judicant fratrem gratias agentem. Fateor quæ publice recepta sunt perperam, paulatim sunt abroganda, quemadmodum Paulus abolevit Legem Mosaicam, sed tamen antiquanda sunt. Scio fabulam Augustini, quæ narrat in Africa nescio quem Episcopulum pene destitutum a populo propter unam voculam, ex Hieronymi translatione secus apud populum recitatam, quam solet. At Hieronymus vir sanctus ac doctus cucurbitarios illos Africanos fortiter irridet. Quod si placuisset omnibus omnia tribuere indoctis, jam non haberemus tam multa per veteres Orthodoxos restituta. Nec enim quidquam afferunt, qui censent parcius fuisse variandum quod erat receptum. Primum cum sint hominum varia judicia, quis præbebit regulam ad quam moderer varietatem, quum mihi sciam evenisse, quod apud Poëtas Jovi, qui neque pluvius, neque serenus potuerit omnibus placere? Deinde quod dicunt isti, fortasse nonnihil habeat momenti, si mea translatio publice receptam protruderet. At in hoc meo proposito, quo major est varietas, hoc plus est fructus. Siquidem quum hæc adhibeatur nova, non ut vetus antiquetur, sed ut sit & dilucidior & castigatior, expediebat singulas etiam variari voces, si cui libuisset. Quandoquidem Augustinus non uno loco fatetur se ex varietate codicum plurimum accepisse lucis in Sacris Voluminibus. Quis enim non probat operam litteratorum, qui in ludis litterariis Maronis aut Horatii verba singula singulis diversis interpretantur, non hoc agentes, ut illi videantur parum recte loquuti, sed ut intelligatur quod loquuti sunt. Cæterum illud propius ad hoc institutum pertinet, non simpliciter positum λόγος, sed additum articulum, ὁ λόγος, ut non possit de quovis accipi *verbo*, sed de certo quopiam & insigni. Habet enim hanc vim articulus, quam Latine utcunque reddidimus adjecto pronomine *ille*. Veluti cum Aristoteles in genere de quolibet agit bono, ἀγαθὸν vocat. Cæterum cum unicum illud ac summum bonum intelligi vult, addit articulum, τὸ ἀγαθόν. Item καλὸν appellant Philosophi, quod quovis modo pulchrum sit; τὸ καλὸν eximium illud ac vere pulchrum sive honestum, quod a virtute proficiscitur. Item πᾶν appellant, quod quocunque modo totum est; verum absolutum illud universum, quod vere complectitur omnia, non simpliciter πᾶν, sed τὸ πᾶν appellant. Itidem in Divinis Litteris, cum Deos vocant amicos Dei, non apponitur articulus, sed tantum Θεοί ἐστε, id est, *Dii estis*. Aut cum intelliguntur Dii gentium, quale est apud Paulum in Epistola ad Corinthios prima capite octavo: *Etsi sunt qui dicuntur Dii*, *sive in cœlo*, *sive in terra*, *quemadmodum sunt Dii multi*, *& Domini multi*. Nullus enim hic appositus est Græcus articulus: Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι Θεοὶ, εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ τῆς γῆς, ὥσπερ εἰσὶ Θεοὶ πολλοὶ, καὶ Κύριοι πολλοί. Augustinus in Quæstionibus, quas scripsit in Genesim, libro primo adducit & alterum exemplum ex Geneseos cap. XXXIII. in quo Jacob ait se vidisse faciem Esau, ac si quis videret *faciem Dei*, negans in Græcis

2 Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς 3 τὸν Θεόν. Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐ-4 τοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν. Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, 5 καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων. Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν.
Ἐγένε-

apud Deum, 4 & Deus erat ille Sermo. Hic erat in principio apud Deum. 5 Omnia per ipsum facta sunt, 6 & sine eo factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non apprehenderunt.
7 Erat

cis exemplaribus esse scriptum, *πρόσωπον τοῦ Θεοῦ*, apposito articulo, sed *πρόσωπον Θεοῦ*, citra articulum. At quoties significatur verus ille & solus Deus, semper additur articulus, *ὁ Θεός*. Nisi si qua ratio peculiaris obstet. Et quoties se vult intelligi Christus, non quovis modo *Dei Filium*, sed natura ac vere Filium, *ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ* dicitur. Rursus ubi Divinitatem dissimulat, se *Filium hominis* appellat, sed utrique nomini suo præposito articulo, *ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου*, ceu non quilibet Adæ filius, sed eximius ille Filius hominis, humani generis restitutor. Rursum *ὁ ἀμνὸς*, cum multi sint agni, unicus ille agnus intelligitur, cujus immolatione tolluntur peccata mundi. Et *ὁ Προφήτης*, unicus ille Propheta per Mosen promissus. Et cum lux illa designatur, unde lux omnis nobis fluit, *τὸ φῶς* dicitur, addito articulo. Et cum pastor bonus dicitur, unicus ille pastor Christus, *ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς*, congeminato articulo. Et, *ἐγώ εἰμι ἡ θύρα*, *ego sum ostium*, cum non quodvis ostium, sed unicum illud denotatur. Et paulo inferius, *Invenimus Messiam*, *τὸν Μεσσίαν*, *unicum illum Messiam.* Et, *Tu es rex Israel*, *ὁ βασιλεύς*. Didymus libro *de Spiritu*, quem Latinum fecit Hieronymus, diligenter & hoc annotavit, quoties in Divinis Litteris mentio fit Spiritus divini, articulum apponi, *τὸ Πνεῦμα*, idque confirmat compluribus arcanæ Scripturæ locis in hoc adductis. Atque hoc potissimum argumento docet eumdem fuisse Spiritum, qui afflavit Prophetas, & quem hauserunt Apostoli. Annotavit idem Athanasius libro *de Spiritu Sancto* ad Serapionem, & hic suam sententiam compluribus Scripturarum testimoniis comprobans. Ac plane tantum habet momenti hoc loco prætermissus aut additus articulus, ut Chrysostomus & Cyrillus hoc potissimum argumento rejiciant hæresim quorumdam, qui negabant Christum illud esse *Verbum*, quod ab initio fuerat in Patre, sed illud aliud quoddam fuisse *Verbum* interius Patri, unde natum sit alterum *Verbum*, quod esset Christus.

3 *Et Verbum erat apud Deum*] Rursum addidit articulum, non solum *Verbo*, sed etiam *Deo*, ut illud unicum ac vere Verbum intelligamus, de quo prius dixerat: & Patrem vere Deum, non quemvis alium Deum.

4 *Et Deus erat Verbum*] Hoc loco *Deo* non additur articulus, cum tamen vere ac natura Deum significet, verum id facit coactus. Alioqui non poterat simul explicare Divinam Essentiam tribus communem Personis. Nam si utrique addidisset articulum, *καὶ ὁ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*, jam confudisset Personarum proprietates. Atque hic fuisset sensus, *& ille Deus*, nempe Pater, *erat illud Verbum*, nempe Filius. Rursum si *Deo* addidisset articulum, non *Verbo*, *καὶ ὁ Θεὸς ἦν Λόγος*, jam duo significasset Verba, ac sensus fuisset, *& ille Deus*, nempe Pater, *erat & ipse Verbum quoddam*, & si non idem *Verbum* quod Filius, tamen aliquod *Verbum*. In qua sententia fuere Veterum nonnulli, duo facientes *Verba*, gignens, & genitum, ut dictum est paulo superius. Atque adeo Prudentius ipse videri posset hujusmodi quippiam sensisse, cum in Hymno Jambico de Natali Christi scribit: *Ex ore quamlibet Patris, Sis ortus & verbo editus*; nisi malumus *verbo* interpretari *verbi prolatione*. Nunc quoniam *Verbo* addidit articulum, & *Deo* non addidit, *καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*, Christianam expressit sententiam, sic ut aliò detorqueri non possit, nimirum hanc, *Et illud idem Verbum, quod modo dixi in principio fuisse apud Deum, erat Deus*, hoc est, particeps Essentiæ Divinæ, sive ut melius dicam Græce, *ὁμούσιον τῷ Πατρί*. Neque enim sic liceret loqui Græcis, *ἡ ἐλάτη τὸ δένδρον ἐστὶν*, id est, *abies arbor est*, aut, *ἡ κιθάρα τὸ ξύλον ἐστὶν*, id est, *cithara lignum est*, apposito articulo. Hæc ita esse, ut diximus, facile comprobabit, qui vel mediocriter Græce noverit. Nos quanquam in hoc exordio parcius immutavimus, reveriti sacramentum ineffabile, tamen admonendum putavi, quo magis intelligant nostri Theologi nonnihil interesse, e suis haurias fontibus mysticas litteras, an e lacunis.

5 *Omnia per ipsum facta sunt*] Cum de *Verbo* fiat hîc quoque mentio, de quo modo locutus est, rectius vertisset, *Omnia per illud facta sunt*, ut repetat *Verbum*, sive *Omnia per idem facta sunt*, sicut paulo superius, *Hoc erat in principio*. Nisi mavis pronomen *ipsum* referri ad Deum Patrem, qui proxime præcessit. Verum huic sensui nonnihil refragatur præpositio *διὰ*, *per*, quæ non perinde congruit cum ratione paterni principii, sive mavis Hilarii verbo uti auctoritatis, & magis concinit cum Paulinis verbis, qui ait, *per quem fecit & secula*, ut per Filium intelligamus omnia condita a Patre. At nunc Latinus ancipitem reddidit sententiam, quod *ipsum* pronomen utrolibet possit accommodari. Quanquam & Græcis ambiguus est sermo, sed quem Græci omnes interpretentur, ut *per ipsum* ad *Verbum* referatur, non ad *Patrem*. Siquidem hinc Orthodoxi probant Filium fuisse ab æterno, *In principio creavit Deus*. Hæc creatio si per Filium facta est, consequitur illum fuisse ante res conditas, nec inter res creatas numerari. Ex iisdem verbis arripuerunt occasionem Ariani, somniantes Patrem in condendis rebus Filio ceu instrumento usum, cum ita per Filium condiderit omnia Pater, ut is nihilosecius cum Patre condiderit omnia. Ambrosius hæc verba, *Fiat lux*, vult esse Patris ad Filium, *Et facta est lux*, nimirum ex auctoritate Patris per Filium. Cæterum eos, qui ex argumento præpositionis ratiocinantur Filium esse Patre minorem, refellit Chrysostomus, ostendens hanc præpositionem in Sacris Litteris interdum & Patri tribui. Igitur & Orthodoxorum sententia & Hæreticorum calumnia declarant *per ipsum* ad Filium referri, non ad Patrem.

6 *Et sine ipso factum est nihil*] Hunc locum bifariam distinguunt. Chrysostomus Homilia quarta, & hunc secutus Theophylactus, ita legunt conjunctim: *Omnia per illud*, subaudi *Verbum*, *facta sunt*, *& absque illo factum est nihil, quod factum est*, ut intelligas nihil omnino creatum, quod non sit creatum a Patre per Filium. Scribit autem Chrysostomus Hæreticos quosdam distinguere ad hunc modum, *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Atque hîc interposita diastole, subjiciunt, *Quod factum est in ipso, vita erat*, interpretantes Spiritum Sanctum, quem creaturam faciunt, intelligi in eo quod dicitur, *Quod factum est.* Et tamen hunc in modum distinguunt Cyrillus Græcus & Augustinus Latinus, quanquam diverso sensu. Nam Augustinus intelligit omnem creaturam in Deo vitam esse, suo more non libenter *πλατωνίζων*. Cyrillus autem sic interpretatur, ut intelligamus omnia per Filium fuisse condita, tam visibilia quam invisibilia, & quicquid conditum fuit, in eo Verbum illud est vita: ut non solum sit omnibus auctor originis cum Patre, verum etiam idem admixtum omnibus, veluti vita tueatur & conservet universa quæ condita sunt. Atque hanc distinctionem sequitur Hilarius, non admodum dissentiens & a Cyrilli sententia. Sequitur & Gregorius Nazianzenus in opere *de Spiritu Sancto*, sic rejiciens Hæreticos, ut dicat hunc locum accipiendum de iis quæ facta sunt, ut ad Filium aut Spiritum Sanctum accommodari non queat. Cæterum quod quidam interpretantur *nihil* peccatum aut malitiam, quod ea sola sint, quæ natura sunt, & ob id bona sunt, peccatum esse quidem privativum, Sophisticum est magis quam Theologicum. Divus Hieronymus enarrans Micheæ cap. 11. refert quosdam hoc loco *nihil* interpretari malitiam, & ex consequenti Diabolum; quam opinionem non probat. Beatus Augustinus edisserens hunc locum, *nihil* interpretari videtur, quod non est natura, sed malitia vitiatum. Ita peccatum *nihil* esse, & hominem peccatorem fieri *nihil*, & Diabolum esse *nihil*. Angelum condidit Deus, non Diabolum, & hominem condidit, non peccatorem, & arborem condidit Deus, non idolum. Sed hîc rursus nascitur quæstio, Utrum peccatum sive malitia sit privatio tantum, an aliquid positivum, ut ipsi vocant, & an vipera dici possit natura mala. Cæterum quod ait Augustinus peccatorem fieri *nihil*, & idolum juxta Paulum esse *nihil*, non simpliciter est accipiendum. Alioqui quid attinebat negare a Deo factum esse, quod nihil sit, & ob id a nullo fieri possit. Verum *nihil* interdum sonat id quod omnino non est in rerum natura, hoc est, quod neque substantia sit neque accidens. Interdum quod pro nihilo ducitur, nonnunquam quod ex comparatione nihil est, velut homo comparatus ad Deum nihil est, & hominis sapientia ad divinam collata sapientiam stultitia est. Hîc igitur simpliciter negat: *Nihil factum est sine illo*, id est, Quidquid subsistit in rebus conditis a Deo factum est. Sic interpretatur libro *de natura boni* adversus Manichæos cap. xxv. *Sine eo factum est nihil*, nihil aliud valere, quam si dicas, *Quicquid factum est, non absque eo factum est*, irridens superstitiosam Manichæorum distinctionem, qui negabant hunc sensum reddi, nisi cum hoc ordine pronunciaretur, *Nihil sine eo factum est.* Cæterum si pronuncies, *Sine eo factum est nihil*, *nihil* jam accipi pro eo quod sit aliquid, & factum sit. Id cum multis verbis derideat Augustinus, tamen Sophistæ putant non minimum interesse, quoties vox quæpiam in alium transfertur locum. Hoc ut alias verum sit, hîc certe non habebat locum. Nam & alibi sic loquitur Dominus: *Palam loquutus sum vobis, & in occulto loquutus sum nihil.* Cæterum quid interest, utrum dicas, *Stultiorem hoc homine vidi neminem*, an *Neminem vidi stultiorem hoc homine.* Cavillatur hoc loco nescio quid is, cujus nomine extant aliquot Homiliæ in Joannem Origenis titulo, sed falsissimo. Id quod vel me tacente res ipsa clamitat, cum nihil illic sit, quod ullam Origenis venam ulla ex parte sapiat. Atqui eò res rediit, ut hujusmodi nugas etiam prudentes dataque opera adjiciant Typographi, quo volumine aucto quæstus fiat uberior. Quod si illis licet quicquid volunt quocunque prodere nomine, & nobis fas non erit titulo semel illito chartis refragari, bella nimirum erit studiosorum conditio, si nebulonis aut impostoris nugas pro oraculis cogentur amplecti. Verum hæc *πάρεργα*. Ut ad rem redeam. Is quisquis est, aut quicumque sunt, sive homines, sive Dii, argutatur, nescio quid Græce significantius dici, pro eo quod nos dicimus, *Et sine ipso factum est nihil.* Apud illos enim esse *extra*, non *absque*. Quod sane quid sibi velit, non satis intelligo, nisi quod in omnibus, quæ quidem viderim, Græcis exemplaribus scriptum comperio *χωρὶς αὐτοῦ*, id est, *absque illo.* Atque eadem est præpositio Græca Joannis cap. xv. *Sine me nihil potestis facere*, *χωρὶς ἐμοῦ*. At is utrobique vult legi *extra*, non *sine*. Nisi forte ille, quisquis fuit, pro *χωρὶς* legit *ἐκτός*. Aut nisi *χωρὶς* vertendum putat *extra*, *ἄνευ*, *sine*. Ad Cyrilli sententiam nonnihil facit, quod cum bis dixerit *vitam*, priori *vita* non addidit articulum, posteriori addidit. In eo quod conditum est, *Verbum* illud erat quædam *vita*, dum impertit incolumitatem naturæ conditæ. Ac mox cum ipsum *Verbum* peculiari modo *vitam* appellat, *& vita erat lux hominum*, apposuit articulum, veram illam ac ineffabilem vitam significans, *Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς.* Augustinus indicat & hîc distinctionem, sic enim docet legendum, *Quod factum est*, ut hîc interposito silentio, subjiciatur, *In ipso vita erat*, ut accipias non in quovis creato esse vitam, juxta Manichæos, cum lapides vita careant, sed creaturam fuisse in creatore qui vita est, videlicet de ideis sentiens. Nam Manichæi sic distinguunt, *Sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso, vita erat*, ad hunc modum ratiocinantes, vel potius irrationabiliter delirantes: *Nihil non factum est in illo, hoc est, per illum, igitur quidquid conditum est, vita est, hoc est, vivit.* Atqui Augustinus hanc particulam, *in ipso*, conjungens cum his quæ sequun-

ϛ γ 6 Ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ, ὄνομα 7 αὐτῷ Ἰωάννης. Οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτὸς, ἵνα πάντες πιστεύσωσι δι' αὐ- 8 τοῦ. Οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ πε- γ γ 9 ρὶ τοῦ φωτός. Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει 10 πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος δ ι 11 αὐτὸν οὐκ ἔγνω. Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐ- 12 τὸν οὐ παρέλαβον. Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ 13 ὄνομα αὐτοῦ· Οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθη- ε γ 14 σαν. Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονο-

A 7 Erat homo missus a Deo, 8 cui nomen Joannes. 6 Hic venit ad testificandum, ut testaretur de luce, 9 7 ut omnes crederent per ipsum. 10 Non erat ille lux 8 illa, sed *missus erat* ut testaretur de luce. Erat lux 9 illa 11 lux vera, quæ illuminat omnem hominem 12 venientem in mundum. In mundo erat, & mundus 10 per ipsum factus est, 13 & mundus eum non cognovit. In sua venit, & sui eum non receperunt. Quot- 11 12 quot autem receperunt eum, dedit eis ut liceret filios Dei fieri, *videlicet* his qui credidissent in nomen ipsius: 14 Qui non ex sanguinibus, neque 15 ex vo- 13 luntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. 16 Et Sermo ille caro factus est, 17 & ha- 14 B bitavit in nobis: 18 & conspeximus gloriam ejus, 19 glo-

quuntur, *vita erat*, sentit quicquid conditum est vivere, non in se ipso, quum multa sint quæ suapte natura nec sentiant, nec vivant, sed in eo qui condidit, in cujus æterna mente vivunt omnia, etiam antequam condita fuerant. Mihi videtur esse vera lectio, quam hodie vulgo sequitur Latinorum usus, *Quod factum est, in ipso vita erat.* Congruit enim hujus Evangelistæ peculiari sermoni, fere membrum sequens ex præcedentis membri fine inchoare. *Factum est nihil*, finis est superioris coli. *Quod factum est*, initium est alterius. Cujus formæ sunt & illa, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Dictio finiens priorem particulam inchoat sequentem. In quarta repetit initium primæ, *Hoc erat in principio*, & ita absolvit periodum. Rursus in hoc quod sequitur, *Quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Semper ex proximo membro sumitur gradus sequentis. Hilarius secus distinguit, *Quod factum est in eo*: ut hîc distinguatur, deinde succedat, *vita erat.* Quod ne cui dubium esse possit, faciunt ea quæ sequuntur: *Hoc igitur non sine eo, quod in eo factum est. Nam quod in eo factum est, etiam per eum factum est.* Quanquam autem similiter distinguit cum Manichæis, non tamen idem sentit cum illis.

C

7 *Fuit homo missus*] Ἐγένετο. Idem verbum quod modo transtulit, *facta sunt.* Proinde Valla maluit hoc loco *Exstitit*, quam *Fuit.* At ego malim, *Erat homo missus*, cum paulo inferius sequatur, *Non erat ille lux.* Illud annotandum, hîc *homini* non præponi suum articulum, quo tantum hominis indicet naturam, & Joannem hac nota separet a Christo, qui simul & Deus erat, cui ut respondeat Deus, & hoc citra articulum extulit, παρὰ Θεοῦ. Homo erat qui mittebatur ut hominibus annunciaret Christum. Sed ne cui leve sit hujus testimonium hominis, a Deo missus erat, non ab homine. Et haud scio, an alioqui id perpetuum sit in arcanis litteris, cum Deo apponitur articulus, aut certam Personam denotari in divinis Hypostasibus, aut verum illum & unicum Deum a reliquis gentium Diis distingui, licet non temere liceret addere aut demere articulum.

D

8 *Cui nomen erat Joannes*] ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης, id est, *nomen ei Joannes.* Et mutavit nonnihil Latinus Interpres, & addidit de suo, idque nulla compulsus necessitate. Ne quis nobis succenseat, si quid forte mutamus alicubi, vel adacti necessitate, vel invitati commoditate. Nec est simpliciter *missus*, sed ἀπεσταλμένος, participium ejus verbi, unde dicti sunt Apostoli, *emandatus.* Nam Græcis βάλλει, qui mittit telum aut lapidem, πέμπει, qui quocunque modo mittit munus, aut aliquid simile, ἐπιστέλλει, qui mittit epistolam, ἀποστέλλει, qui emittit cum mandatis aliquem.

E

9 *Ut omnes crederent per illum*] Græcis incertum est, an *per illum* referatur ad Joannem: ut intelligamus illo testificante omnes debuisse credere in Christum, an omnes debuisse credere Patri per illud lumen, cui testimonium perhibebat Joannes: quod αὐτοῦ possit accipi masculino aut neutro genere. Verum δι' αὐτοῦ Doctores referunt ad Joannem, unde magis quadrabat hîc *ipsum* quam *illum.*

10 *Non erat ille lux*] Primum illud admonendus est Lector, quod Latinus hic Interpres modo *lumen* vertit, modo *lucem*, Græcis eamdem esse dictionem φῶς. Ne quis Græcanici sermonis ignarus in commutata voce Latina somniet subesse mysterium. In emendatioribus Augustini exemplaribus legitur, *Non erat ille lumen, sed ut testimonium perhiberet de lumine.* Cæterum illud non abs re quæritur a doctis, cum Christus apud Matthæum cap. v. suos Apostolos vocet *lucem mundi*, & cum Joannes Baptista nominatim dictus sit *lucerna ardens & lucens*, cur hîc eum *lumen* esse neget? Verum hunc tantum alioqui nodum additus aut omissus articulus dissecat: quandocunque veram illam & suapte natura lucidam lucem significat, articulum addit, τὸ φῶς & τοῦ φωτός. Hîc item cum negat Joannem esse lucem, non dixit, Οὐκ ἦν ἐκεῖνος φῶς, hoc est, *Non erat ille lux*, sed, Οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, id est, *Non erat ille lux illa.* Non erat illa vera lux. Annotavit hæc Cyrillus, si cui nostra levis est auctoritas, ac Theophylactus. Ut solus Deus dicitur sapiens & immortalis, ita solus Christus dicitur lux. Joannes φῶς erat, τὸ φῶς non erat. Aut sic accipe: *Non erat ille lumen*, de quo modo locutus sum, cum dicerem, *sed ut testaretur de lumine.* Habet enim & hoc articulus, ut referat rem, de qua prius fuerit sermo. Quod ideo adjecimus, quia apud Matthæum, ubi Christus vocat suos *lucem mundi*, & *sal*, utrobique additur Græcus articulus. Ad hæc cur magis placuit periphrasis, *ut testimonium perhiberet de lumine*, quam *testificaretur*, cum Græce sit μαρτυρήσῃ. Quanquam hic sermo nonnullam ellipsim habere videtur, quæ sic poterat suppleri, *Non erat ille lumen, sed missus erat, ut testaretur de lumine.*

F

11 *Et lux vera*] Jam admonui *lucem* & *lumen* Græcis idem esse nomen: ne quis erret in *luce* & in *lumine*, putans esse aliquid discriminis. Cæterum illud magis ad rem pertinet, *erat* quo referre oporteat, num ad *verbum.* Nam quo minus ad *Joannem* referatur obstat ipse sensus. Equidem arbitror, nec ad *verbum* referendum, sed ad ipsum *lumen*, quod mox sequitur, propterea quod utrique nomini *lux* & *vera* suus præponitur articulus, ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ut ad hunc legamus modum: *Non erat Joannes lumen illud, de quo loquor, sed in hunc mundum duntaxat missus, ut testificaretur de lumine. Nam lumen hoc, de quo loquor, erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem*, hoc est, erat fons luminis, unde ipsi quoque Joanni suum fluxit lumen.

12 *Venientem in hunc mundum*] εἰς τὸν κόσμον, id est, *in mundum.* Nam *hunc* non addunt Græci: nisi quod ita frequenter vertit Interpres, exprimere cupiens, opinor, vim articuli. Sed cur hîc magis addidit *hunc*, quam in iis quæ sequuntur? *In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit*, quæ singula cum suis articulis efferuntur. Et ἐρχόμενον sic positum est, ut possit & ad lumen in mundum veniens pertinere, & hanc lectionem quosdam sequutos indicat Augustinus libro *de pecc. mor. & re.* primo cap. xxv. Ambiguitatem sustulisset additus articulus, τὸν ἐρχόμενον.

13 *Et mundus eum non cognovit*] Αὐτὸν videtur ad *verbum* referri, quod Græcis quidem est masculini generis. Cæterum Interpreti Latino vertendum erat in neutrum, *Et mundus illud non cognovit.* Idem sentiendum de iis quæ mox sequuntur, *& sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum.* Hoc certe incommodi vitari poterat, si pro *Verbo Sermo* placuisset Interpretibus. Cæterum illud, *In propria venit, & sui eum non receperunt*, Græcis est eadem dictio, ἴδια, & ἴδιοι, *In sua venit, & sui eum non receperunt.* Et apparet sic legisse divum Augustinum. Quandoquidem apud hunc scriptum videmus, *In sua propria venit.* Quod si Græci codices pro αὐτὸν habuissent αὐτὸ, pulchre quadrasset sententia: lumen venit in mundum, non creatum, ut sol & luna, sed a quo conditus est mundus, & tamen mundus excæcatus vitiis non agnovit illud lumen. Ita fere Cyrillus.

14 *Qui non ex sanguinibus*] Divus Augustinus fatetur *sanguinibus* non dici Latine numero multitudinis, sed Interpretem abusum numero, ut declararet ad communem hominis generationem non viri solum, sed & mulieris semen concurrere. Idem admonet hoc loco *carnem* appellari fœminam.

15 *Ex voluntate carnis*] Annotandum neque *carni*, neque *viro*, neque *Deo*, suum apponi articulum, ut speciem carnis aut viri designari intelligas, non hanc, aut illam carnem, aut virum. Atque his tribus, *sanguinibus*, *carni*, & *viro*, opponitur *Deus*, item absque articulo. At Laurentius mavult hoc loco *geniti sunt*, quam *nati*, ἐγεννήθησαν. Præterea non est, *in nomine ejus*, sed *in nomen*, εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Quanquam his promiscue utuntur Evangelistæ, *credere illi*, & *credere in illum*, & *in illo*: *confiteri illum*, & *confiteri in illo*: *baptizari in nomen Christi*, & *baptizari in nomine Christi.* Qua de re compluribus verbis disputat Valla, si quis forte requiret.

16 *Et verbum caro factum est*] Καὶ ὁ λόγος, id est, *Et verbum illud*, nempe de quo tam sublimia diximus. Ac recte sane locis compluribus admonuit Augustinus, *caro* hic positum pro *homine*, partim ut excluderetur error Apollinaristarum, qui negabant Christo animam fuisse humanam: partim ut evidentius esset miraculum conjuncto *verbo* cum *carne*, quæ pars est hominis crassissima. Idque dictum est juxta idioma sermonis Hebraici, qui totum hominem nunc *animæ*, nunc *carnis* appellatione notat. Cæterum quando sermo Græcus anceps est, *habitavit inter nos* aptius erat, quam *in nobis*, ἐν ἡμῖν. Etiamsi Chrysostomus diversam sequitur interpretationem, & huic accinens Theophylactus. Sentiunt enim Divinam Naturam in Hypostasi Christi junctam fuisse corpori humano, quod tabernaculum est animæ. Quanquam Divina Natura in anima pariter & corpore Christi habitabat, non inclusa, sed unita. Verum altera lectio, præterquam quod simplicior est, aptius congruit cum his quæ sequuntur, *Et vidimus gloriam ejus.* Quidam exponunt, *vidimus in monte Thabor.* At mea sententia simplicius est, *vidimus ex dictis ac factis illius, quum inter nos versaretur.*

17 *Et verbum habitavit*] ἐσκήνωσεν, a tabernaculis dictum est, quod alias vertit *nidificare*, ut intelligas temporariam apud nos habitationem. Admonendum & illud, *habitavit* Latinis sonare quasi jam habitare desierit, cum Græcis ἐσκήνωσεν sonet *habitaculum* sive *domicilium fecit in nobis*: ut intelligamus eum cœpisse habitare in nobis nec desiisse.

18 *Et vidimus*] ἐθεασάμεθα, id est, *spectavimus*, sive *conspeximus*, ceu novum & admirandum spectaculum.

19 *Gla-*

νογενῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. 15 Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, καὶ κέκραγε, λέγων, Οὗτος ἦν ὃν εἶπον, Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου 16 γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν. Καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος· 17 Ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ 18 Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος

19 gloriam velut unigeniti a Patre, 20 plenus gratia & veritate. 15 Joannes testificatur de ipso, & clamat, dicens, Hic erat de quo dicebam, 21 qui quum me sequeretur, antecessit me, 22 quia prior me erat. 23 16 Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: 17 Quia lex per Mosen data est, gratia & veritas 24 per Jesum Christum exorta est. 25 18 Deum nemo vidit unquam: unigenitus Filius, qui est

19 *Gloriam quasi unigeniti*] Laurentius mavult, *tanquam unigeniti*, quod vere esset unigenitus. Et in hoc verbo philosopharur nonnihil Chrysostomus ac Theophylactus, interpretans ancipitem apud Græcos vocem ὡς, quæ tamen hic non sonet assimilationem, sed speciem veri exhibitam. Veluti si descripto regio apparatu subjicias, *incessit tanquam Rex*, id est, apparatu regio. Et *unigeniti* non est hic participium, sed nomen, μονογενοῦς, *unici*. Unde quod sequitur, *a Patre*, magis pertinet ad gloriam, quam ad unigenitum. *Spectavimus gloriam ejus, gloriam, inquam, non quamlibet, sed gloriam a Patre exhibitam, quæ declararet eum esse unicum Filium.* Sentit enim, opinor, de baptismo Jesu & transfiguratione, cum audita est vox Patris, *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est, ipsum audite.* Verum non ex his tantum eluxit unigeniti gloria. Moses habebat gloriam, ut servus a domino, Christus ut Filius unicus a Patre Deo.

20 *Plenum gratia & veritatis*] *Plenum* hic nominandi casus est, non accusandi, πλήρης, & refertur ad λόγος, quod & ipsum Græcis est generis masculini, ut sit sensus, *Verbum illud caro factum est, plenum gratiæ & veritatis.* Alioqui verba hæc magis videbantur cohærere cum Joanne, qui sequitur: ut legamus, *Plenus gratia & veritate Joannes testificatur de illo*, ut accipiamus Joannem hac præfatiuncula commendatum, quo plus ponderis habeat illius testimonium. Etiamsi non sum nescius Interpretes omnes hoc ad Christum referre, non ad Joannem. Verum quoniam duriuscule cohæret cum superioribus, Lectorem admonendum putavi, quo rem expendat. Atque hæc quidem ita velim accipiat Lector, velut ab admonente dicta, non tanquam a dogmatis auctore. Nam quod sequitur, *de plenitudine ejus accepimus omnes*, magis pro hac facit sententia. Siquidem illic *plenus gratiæ & veritatis* de Baptista dicebat Evangelista, hic Joannes ipse fatetur suam quoque gratiam, qua plenus dicitur, ab illo fonte fluxisse. Nec est novum in Litteris Divinis & alios Sanctos plenos gratiæ ac perfectos dici, ne quis putet hoc uni Christo tributum. Quandoquidem Stephanum *plenum Spiritu Sancto* legimus in Actis, & Zacharias legitur *repletus Spiritu Sancto*, & Baptista *replendus Spiritu* dicitur ex utero matris suæ. Rursum in Actis Apostolorum, omnes qui convenerant, dicuntur *repleti Spiritu Sancto*. In eodem opere Paulus *plenus Spiritu Sancto* legitur, & ipse jubet, ut *impleamur Spiritu Sancto*. Verum, ut dixi, super hac re nihil definio, sequatur quisque quod magis probarit. Certe Theophylactus hæc verba, *de plenitudine ejus accepimus omnes*, refert non ad Evangelistam, sed ad Joannem, ita loquentem de Christo. Deinde nove mutavit subito tempus verbi, μαρτυρεῖ, καὶ κέκραγε, id est, *testificatur, & clamavit*: nisi forte præteritum usurpatum est vice præsentis. Sic enim legit Interpres Cyrilli, *testificatur, & clamat*. At is, qui Chrysostomum transtulit, legit *testimonium perhibet, & clamabat*.

21 *Qui post me venturus est, ante me factus est*] Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἔμπροσθέν μου γέγονεν. Participium ἐρχόμενος a verbo ἔρχομαι est, quod ad utrumque tempus solet accommodari, præsens ac futurum. Quanquam hoc loco, si cui placet tempus præsens, vertendum erat per præteritum, propterea quod adhæret verbo præteriti temporis, γέγονεν, ad hunc modum, *Qui cum post me venerit, ante me factus est*: ut intelligamus Christum & serius natum fuisse, & serius prædicare cœpisse, quam Joannem, sed tamen auctoritate antevertisse. Id quod solet accidere gnavis cursoribus, ut serius digressi a linea assequantur ac præcurrant eum, qui multo ante discesserat. Et in hanc ferme sententiam edisserit Cyrillus, ac Theophylactus: Christus enim sex mensibus natus est post Joannem, & Joannes summam apud Judæos auctoritatem obtinebat, quum Jesus adhuc ignotus esset, hoc est, *post me venit*. Quid est *ante me factus est*? Qui posterior est tempore, factus est prior gloria. Quamobrem? Quia majora de illo miracula præcesserant, in nativitate canentibus Angelis, deinde adorantibus Magis, descendente in eum Spiritu Sancto, testificante e nubibus Patre. Itaque cœpit apud homines esse prior. Quare prior habitus? Quia revera prior erat dignitate: æquum autem erat, ut major haberetur apud omnes, qui modis omnibus major erat. Chrysostomus hanc particulam, *post me venit*, non vult referri ad nativitatem Christi, sed ad initium prædicationis. *Etenim si loquutus fuisset*, inquit, *de nativitate, non dixisset* ἐρχόμενος *voce futuri aut præsentis temporis, sed* ἐλθὼν *præteriti temporis.* Verum hic nihil est scrupuli, si ἐρχόμενος referas ad totum Christi adventum, qui & nativitatem, & circumcisionem, & adolescentiam, & omnes nostræ redemptionis gradus complectitur usque ad crucem. Hic unus erat cursus, cui præcursor erat Joannes, qui ut prior ingressus est stadium, ita prior cursum suum absolvit. Cæterum ex eo quod sequitur, *ante me factus est*, Ariani colligebant Dei *verbum* esse creaturam, non animadvertentes quam totus hic sensus sit absurdus: *Christus ante me*, hoc est, *priusquam ego conditus est, eo quod prior me fuerit.* Quid enim stultius quam ita loqui? *Deus creavit illum priusquam me, eo quod prior me erat*, quum quod creatur non sit antequam creetur. Sed magis erat invertendus ordo, *quia hic prior me est*, hoc est, *prior me conditus, ideo ante me fuit.* Similia quædam differit Chrysostomus, sed locus adeo est obscurus, sive id Interpretis accidit vitio sive Librariorum, ut nisi Theophylactus eadem dixisset crassius, vix fuerim intellecturus. Verum quod hic est, *factus est*, Græcis ἐγένετο, vox anceps ad *fieri* & *esse*. Nam quod antea legimus, *fuit homo missus a Deo*, erat ἐγένετο. Proinde *factus est* non idem valet quod πεποίηται aut κέκτισται, sed *factus est* positum est pro eo, quod est, *cœpit esse*. *Qui post me veniebat, cœpit esse ante me*, hoc est, *qui sequebatur, jam præcessit*. Neque enim Christus usquam simpliciter dicitur *factus* in Litteris Divinis, licet dicatur *factus homo, factus hominibus notior*. Quemadmodum dicimus, *indies fit stultior*, quum idem homo maneat; ita Joannes factus est posterior, qui fuerat prior, & contra Christus factus est prior, qui fuerat posterior. Quod si alteram vocem, scilicet *posterior*, accipias de adventu sive prædicatione, alteram, nempe *prior*, de auctoritate & gloria, nihil est scrupuli: sive mavis utramque accipere de gloria & auctoritate, nihil fuerit absurdi, modo prius & posterius æstimes non ex natura, sed ex hominum notitia. Jam tametsi non est absurdum quod affert Chrysostomus, *factus est* positum esse pro *futurus est*, idque more Prophetarum, tamen non est omnino necesse huc confugere, quum de Christo jam multa miracula testimoniaque præcessissent, ut dixi, quæ superarent Joannis virtutem, etiamsi Christus nondum esset perinde notus multitudini. Ad hæc, *ante*, Græcis est ἔμπροσθεν, non πρό, ut intelligas præcedentem. Id quod subnotavit & divus Augustinus.

22 *Quia prior me erat*] *Prior* positum est pro *potior* ac *potentior*, sive *celebrior*: quanquam Græce est πρῶτος, *primus*, superlativum vice positivi. Verum si prior erat, quomodo factus est prior? Sed quod erat, cœpit & agnosci. Rursum cum id temporis notior Christo esset Joannes, quomodo jam prior factus dicitur? Chrysostomus putat more Prophetarum præteritum vice futuri positum, hoc est, *factus est* pro *futurus est*. Jam illud, *quia prior me erat*, divus Augustinus videtur ad tempus referre, cum ait, *Prior me erat, quia in principio erat verbum.* Mihi videtur ad dignitatem pertinere, qua Christus etiam ut homo major erat Joanne. Cujus auctoritatem sua majestate obscuravit. Rursum, *post me venit* ad nativitatem refert, cum juxta Chrysostomum magis ad prædicandi tempus attineat. Neque enim magnopere referebat ad auctoritatem, si Joannes tribus aut quatuor mensibus Christo grandior erat.

23 *De plenitudine ejus accepimus omnes & gratiam pro gratia*] Admonet Augustinus ex Græcorum codicum auctoritate conjunctionem hoc loco addendam, *Accepimus omnes, & gratiam pro gratia.* Atque ita scriptum comperi in pervetustis exemplaribus, quorum alterum exhibuit Bibliotheca divi Pauli apud Londinum, alterum Collegii Canonicorum Corsendoncensium, juxta inclytam Brabantiæ Antuerpiam. Consentiebat codex Constantiensis. Quanquam Chrysostomus sic interpetatur, quasi conjunctio & non copulet hoc loco, sed interpretetur & explicet. Lex Mosaica nonnullam habebat gratiam, plenitudinem non habebat. At ex Christi plenitudine accepimus omnes, nimirum gratiam Evangelicam, pro gratia naturæ & legis Mosaicæ. Nec illud opinor omittendum, quod Chrysostomus Homilia XIII. admonet hæc verba, *de plenitudine ejus accepimus omnes, & gratiam pro gratia*, non ad Baptistæ solum, sed Evangelistæ personam esse referenda. Sic enim scribit: *Et testimonium suum Baptistæ testimonio conjungit. Hæc enim particula*, de plenitudine ejus nos omnes accepimus, *non præcursoris verbum est, sed discipuli. Id clarius efficit & pronomen* nos, *additum apud Græcos. Nam ii, quibus loquebatur Joannes Baptista, nondum de plenitudine illius acceperant.* Consentit Cyrillus. Theophylactus tamen ad Baptistæ personam refert, ut sit sensus, Nos Prophetæ quicquid habemus, ab hoc hausimus, ut *nos* non referatur ad auditores, sed ad ordinem propheticum. Sed huic opinioni nonnihil reclamat quod sequitur, *Deum nemo vidit unquam*, quæ verba plane videntur Evangelistæ.

24 *Per Jesum Christum facta est*] Ne quis frustra hic somniet mysterium in *facta est*, idem est verbum quod primum vertit, *facta sunt*, & *factum est*, deinde, *fuit homo*, rursum, *ante me factus est*. Ergo *facta est* hoc loco, magis est, *cœpit esse*, sive *orta est*, aut, quod verbum arridet Vallæ, *exstitit*. Recte tamen hoc annotatum a Veteribus, quod *Lex per Mosen* dicitur *data*, qui Legis auctor non fuit, sed *gratia per Jesum facta est* veluti per auctorem ac fontem gratiæ. Nam & sub Lege Mosaica piis hominibus gratia non aliunde fluxit quam ab hoc fonte. Augustinus cum aliis locis aliquot, tum libro adversus Faustum XXII. cap. X. miror quid sequutus, legit hunc in modum: *Lex per Mosen data, gratia autem & veritas per Jesum Christum facta est*: quasi senserit Evangelista, Legem, quam tulit Moses, eamdem factam esse gratiam per Christum. Argute quidem Augustinus, etiamsi Græca non exprimunt hanc sententiam.

25 *Deum nemo vidit unquam*] Fortasse mirabitur quispiam, hic non apponi Græcum articulum Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. Verum opinor ob id omissum, quod hoc loco Deus, neque hac ponitur ratione ut distinguatur a cæteris Diis, neque pro certa persona, sed potius pro ipsa Deitate, quando hoc verbo usus est & divus Augustinus, sive pro Natura Divina. Ad eumdem modum paulo superius, *sed ex Deo nati sunt*, ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. Sentit enim divinam quamdam generationem diversam ab humana.

θ ι 19 νος ἐξηγήσατο. Καὶ αὕτη ἐςὶν ἡ μαρτυρία τῦ Ἰωάννυ, ὅτε ἀπέςειλαν οἱ Ἰυδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων Ἱερεῖς καὶ Λευΐ-
20 τας, ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτὸν, Σὺ τίς εἶ; Καὶ ὡμολόγησε, καὶ ὐκ ἠρνήσατο· καὶ ὡμολόγησεν, Ὅτι ὐκ εἰμὶ
21 ἐγὼ ὁ Χριςός. Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν, Τί ὖν; Ἠλίας εἶ σύ; Καὶ λέγει, Οὐκ εἰμί. Ὁ Προφήτης εἶ σύ; Καὶ ἀ-
22 πεκρίθη, Οὔ. Εἶπον ὖν αὐτῷ, Τίς εἶ, ἵνα ἀπόκρισιν δῶ-
23 μεν τοῖς πέμψασιν ἡμᾶς; τί λέγεις περὶ σεαυτῦ; Ἔφη,
ῑ α Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Εὐθύνατε τὴν ὁδὸν Κυ-
ιᾶ ι 24 ρίυ, καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ Προφήτης. Καὶ οἱ ἀπεςαλ-
25 μένοι ἦσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων. Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν, καὶ εἶπον αὐτῷ, Τί ὖν βαπτίζεις, εἰ σὺ ὐκ εἶ ὁ Χριςὸς,
ῑο α 26 ὔτε Ἠλίας, ὔτε ὁ Προφήτης; Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰωάννης, λέγων, Ἐγὼ βαπτίζω ἐν ὕδατι, μέσος δὲ ὑμῶν ἕςηκεν,
27 ὃν ὑμεῖς ὐκ οἴδατε, Αὐτός ἐςιν ὁ ὀπίσω μυ ἐρχόμενος, ὃς ἔμπροσθέν μυ γέγονεν, ὖ ἐγὼ ὐκ εἰμὶ ἄξιος, ἵνα λύσω αὐ-
ιγ ι 28 τῦ τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος. Ταῦτα ἐν Βηθαβαρᾷ ἐγένετο πέραν τοῦ Ἰορδάνυ, ὅπυ ἦν Ἰωάννης βαπτίζων.
29 Τῇ ἐπαύριον βλέπει ὁ Ἰωάννης τὸν Ἰησῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει, Ἴδε ὁ ἀμνὸς τῦ Θεῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁ-
ιδ α 30 μαρτίαν τῦ κόσμυ. Οὗτός ἐςι περὶ ὖ ἐγὼ εἶπον, Ὀπίσω μυ ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μυ γέγονεν, ὅτι πρῶ-
τός

A est in sinu Patris, [26] ipse enarravit. Et hoc est testi- 19
monium Joannis, quando miserant Judæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Levitas, ut interrogarent eum, Tu quis es? Et confessus est, & non negavit: & con- 20
fessus est, *inquiens*, [27] Non sum ego Christus. Et in- 21
terrogaverunt eum, Quid ergo? Elias es tu? Et dicit, Non sum. Es tu Propheta ille? Et respondit,
Non. Dixerunt ergo ei, Quis es, ut responsum de- 22
mus his qui miserunt nos? quid dicis de teipso? Ait, 23
Ego vox clamantis in deserto, [28] Dirigite viam Domini, sicut dixit Esaias Propheta. Et qui missi fue- 24
rant, erant ex Pharisæis. Et interrogaverunt eum, 25
ac dixerunt ei, Cur ergo baptizas, [29] si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta ille? Respon- 26
dit eis Joannes, dicens, Ego baptizo aqua, [30] sed in
B medio vestrum stat, quem vos nescitis, [31] Ipse est qui 27
quum me sequeretur, antecessit me, [32] cujus ego non sum dignus, ut solvam corrigiam calceamenti.
[33] Hæc in Bethabara facta sunt trans Jordanem, ubi 28
Joannes baptizabat. [34] Postero die videt Joannes Je- 29
sum venientem ad se, & ait, Ecce [35] agnus ille Dei,
qui tollit [36] peccatum mundi. Hic est de quo dice- 30
bam,

26 *Ipse enarravit*] Annotavit & hanc vocem Chrysostomus, qua vult expressiorem ac certiorem declarari doctrinam. Siquidem Græcis est ἐξηγήσατο. Et ἐξηγήματα dicuntur Commentarii, quibus explicatius explanatiusque edisseruntur obscurius dicta. Quod enim tectius dixerat Pater Prophetarum oraculis, id Filius explicuit: atque id quoque ad plenitudinem, cujus modo meminit, pertinet. Quod autem vertit *ipse*, non est Græcis αὐτὸς, sed ἐκεῖνος, *ille*, ut appareat aliquid subaudiendum. *Deum nemo vidit unquam, sed unigenitus qui est in sinu Patris vidit. Ille igitur, qui vidit, enarravit.* Id propemodum indicat enarratio Theophylacti. Cæterum ἐξηγήσατο non solum jam habet emphasim, quod Christus ea quæ vidit clarius enarravit quam Moses aut Prophetæ: dilucidius enim enarramus ea quæ vidimus; verum etiam, quod Lex non loquebatur nisi Judæis, Christus per Evangelium omnibus mundi nationibus exposuit Dei gratiam.

C

27 *Quia non sum ego Christus*] Aut vertendum erat omissa conjunctione, *Non sum ego Christus*, aut, *confessus est se non esse Christum*, mutata persona pronominis. Aut quemadmodum nos vertimus, *confessus est*, inquiens, *Non sum ego Christus*, quod ipsa Baptistæ verba, sic velut ab ipso loquente recitata, nonnihil ad emphasim fidei facere viderentur. Alioqui quid aliud exprimebatur hisce verbis, *& confessus est, quia non sum ego Christus*, nisi Baptistam confessum esse, quod Joannes Evangelista non esset Christus. Et tamen illud interim donamus, *quia* conjunctionem accipi posse εἰδικῶς, sicuti *quod*. Quod si non donetur, sensus erat, ideo Baptistam fuisse confessum, quod Evangelista Christus non esset. Nec est quod hîc reclament Patres. Intelligebamus sensum qualibuscunque verbis designatum, quorsum opus id admonuisse? Intelligebamus, non quod Latine sciremus, sed quod hujusmodi solœcismis essemus assueti. At quanto simplicius ita reddere sententiam Evangelistæ, ut non sit opus hac gratia novam discere balbutiem, sed quisquis Latine norit, protinus intelligat. Verum ad hujusmodi minutula sæpenumero sciens ac prudens conniveo, ne Lectori moveam nauseam.

D

28 *Dirigite viam Domini*] Εὐθύνατε, id alias redditum est, *Rectas facite*, quod alii Evangelistæ dixerunt ἑτοιμάσατε, id est, *parate*. Flexus enim viæ facit, quo minus prospicias adventantem, & Hebræis est פַּנּוּ, quod non abhorret a verbo Joannis. Jubet enim amoliri obstacula malarum cupiditatum, quæ faciunt ne Christum adventantem possint cernere.

E

29 *Si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta*] Christo appositus est articulus, ὁ Χριςὸς, quo unicum illum exprimeret. Eliæ, nec hîc, nec superius apponitur, quod unus tantum esset Elias, quem quidam putabant revicturum, & Christi adventum prænunciaturum esse: juxta quod legitur apud Malachiam capite quarto: *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniet dies Domini.* Proinde fuisset otiosus articulus, cum nihil esset quod discerneret. Sed quæri poterat, cur hic *Propheta* non prætulerit articulum, ὔτε Προφήτης, cum paulo ante addiderit, *Propheta es tu?* Ὁ Προφήτης εἶ σύ; Verum solutio in promptu est. Nam cum interrogant, Ὁ Προφήτης εἶ σύ; non interrogant illic simpliciter an Propheta sit quispiam, sed *an ille Propheta*, quem velut eximium pollicitus est Moses Deuteronomii decimo octavo, *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus.* Quod ante me Cyrillus annotavit. Hîc ὔτε Προφήτης sentire videntur Joannem nullo modo esse Prophetam. Antea sciscitabantur invidentes gloriæ Christi, nunc versi in iram territant, dicentes, *Qua tandem auctoritate facis ista, si neque Christus es, neque illius præcursor Elias, neque omnino Propheta.* At Joannes non se negarat esse Prophetam, sed illum Prophetam, quem promiserat Moses, esse se negat: non negarat autem se esse Prophetam, quem promiserat Esaias. Etiamsi in nonnullis Græcorum exemplaribus additur articulus utrobique. Atque ita Chrysostomum apparet legisse, vel hoc argumento, quod cum annotarit alibi ὁ Προφήτης dictum cum articulo, nullum moverit scrupulum de articulo mox omisso. Theophylactus aperte declarat se hîc addidisse articulum, arguens Pharisæorum inscitiam, qui putarint Prophetam illum, quem promiserat Moses, alium quempiam esse a Christo, quum idem sit Messias a Prophetis promissus, & Propheta promissus a Mose. Iidem in hoc errarunt, quod existimarent Eliam præcursorem fore prioris adventus: quum prophetia loquatur de adventu secundo.

F

30 *Medius autem vestrum stetit*] Melius legitur, ut in Aggæum citat divus Hieronymus, *Medius autem vestrum stat.* Quod frequenter in his verbis, quæ significant actionem manentem, ut γέγηθα, δέδοικα, præteritum tempus pro præsenti usurpetur, quemadmodum jam locis aliquot admonuimus. Apertius etiam quod legit Cyprianus libro adversus Judæos secundo cap. XVIII. *In medio vestri stat.*

31 *Ipse est qui post me venturus*] Totidem verbis repetit ea quæ superius posuerat, de quo jam admonuimus.

32 *Cujus non sum dignus*] *Ejus* ex superfluo repetitum est juxta proprietatem sermonis Hebraici.

33 *Hæc in Bethania facta sunt*] Admonet etiam Chrysostomus, & hujus æmulus Theophylactus, in vetustioribus & emendatioribus exemplaribus non legi *Bethaniam*, sed *Bethabaram*, quod *Bethania* non sit trans Jordanem, nec in deserto, sed citra Jordanem, proxima Hierusalem. Ita legit & Origenes citatus in Catena. Suidas, aut quisquis is fuit alius hominumve Deûmve, corrigit hunc locum, & hoc pro *Bethania* supponit *Thabara* Θαβαρά. Ex Locis Hebraicis divi Hieronymi nihil admodum comperti licuit excerpere, quod istorum vitio depravata sint apud omnes auctores bonos omnia. Quanquam is eodem in ordine meminit *Bethania* villæ, quæ absit ab *Ælia*, hoc est, *Hierosolymis*, bis mille passus, in latere montis Oliveti, ubi Christus Lazarum amicum revocarit in vitam, ac mox subjicit *Bethaibam*, quæ fuerit trans Jordanem, ubi Joannes baptizavit in pœnitentiam. Unde Hieronymi quoque tempore durabat consuetudo, ut qui cuperent in Christo renasci, eo in loco vitali gurgite abluerentur. Neque dubium esse puto, quin hic sit locus, quem designat Joannes, utcunque variatum est loci vocabulum, maxime cum protinus coargui possit, *Bethaniam* ultra Jordanem non esse, nec in deserto. Glossa quædam admonet, forte fuisse duas *Bethanias*, nec ego negarim potuisse fieri. Josephus libro Antiquitatum decimo septimo cap. decimo meminit *Bathania*, utrobique per *a*, de testamento Herodis majoris loquens, qui Philippo filio *Gaulonitidem & Trachonitidem*, *Bathaniam & Paneada* destinavit. Cujus nominis ac rei meminit ejusdem operis ac libri cap. XVI. secundum quosdam codices XVII. Hanc autem *Bathaniam* opinor trans Jordanem esse. Quod si quis objiciat ad rem nihil attinere, quo sint hæc gesta loco, sciat secus sensisse Evangelistam, qui ad rei narratæ comprobationem putavit attinere loci quoque testimonium.

34 *Altera autem die*] Τῇ ἐπαύριον, id est, *Postero die*, sive *Postridie*: ut intelligas diem proxime secutum. Nec est *vidit*, sed *videt*, βλέπει, præsentis temporis. Habet autem hæc temporis ἐναλλαγὴ miram gratiam in narrando, cum imaginamur jam geri quod gestum narramus. Hæc levicula non tam subinde admonerem, ni perspicerem hanc diligentiam vel illud præstaturam, ne posthac Codices Sacri facile queant depravari, aut si depravati fuerint, his adminiculis possint restitui.

35 *Agnus Dei*] ὁ ἀμνὸς, id est, *ille agnus*: ut unum & insignem agnum accipiamus, de quo dixerit Esaias, *Velut agnus coram tondente obmutuit.* Indicavit & hoc Chrysostomus ac Theophylactus. Habet articulus non solum emphasim dignitatis, ut diximus, verum etiam relationis, *Hic est agnus ille*, de quo prædixit Esaias. Sic & paulo post, *Hic est Filius Dei*, appositus est Græcus articulus, ὁ Υἱὸς, designans eum non generali piorum appellatione dici *Filium Dei*, sed peculiari quadam & insigni ratione.

36 *Peccata mundi*] τὴν ἁμαρτίαν τῦ κόσμυ, id est, *peccatum mundi*, numero singulari. Ac plus quiddam expressit, quam si dixisset *peccata*. Hic agnus ipsa est innocentia. Et solus a suis tollit peccatum, hoc est, ipsam tyrannidem & vim omnium peccatorum, ut jam nullum sit in eis peccatum. Nam quemadmodum idem Joannes in Epistola sua, summam omnis impietatis, & ceu mundum vitiorum omnium, malignitatem vocat, cum
scribit

31 τός μυ ἦν. Κἀγὼ ὐκ ᾔδειν αὐτὸν, ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο ἦλθον ἐγὼ ἐν τῷ ὕδατι βαπτί-
32 ζων. Καὶ ἐμαρτύρησεν Ἰωάννης, λέγων, Ὅτι τεθέαμαι τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν ἐξ ὐρανοῦ, καὶ ἔ-
μει-

bam, Post me 37 venit vir, qui me antecessit, quia prior me erat. 38 Et ego nesciebam eum, 39 sed ut manifestus fiat Israeli, propterea veni ego aqua baptizans. Et testificatus est Joannes, dicens, Vidi Spiritum

scribit mundum in maligno positum, ita hîc *peccatum mundi* vocat omnium vitiorum colluviem. Consentiunt cum Græcis exemplaribus duo vetustissimi codices, quorum testimonium non semel adduximus: consentiente Constantiensi. Denique sic hunc adducit locum Origenes Homilia in Numeros decima. Rursum ejusdem operis Homilia vicesima quarta. Item Augustinus libro adversus Faustum XII. cap. XXX. ex fide veterum codicum. Rursus ad Bonifacium libro III. etiam in excusis voluminibus manet integra lectio. Quin & divus Thomas quo probet esse in homine unum peccatum originis, non multa, profert hunc Joannis locum. Annotatum est & illud a doctis, quod dixerit *αἴρει*, id est, *tollit*, non *remittit*: vel quia penitus tollit, quod non poterat Joannes, vel quia in se recipit. Tollimus enim onera, quæ nobis ipsis imponimus. Annotavit & temporis rationem Chrysostomus, non esse dictum, *tulit* aut *tollet*, sed *tollit*, verbo præsentis temporis: quod ab illo semper proficiscatur omnis purgatio criminum, veluti dicas, *Elleborum purgat cerebrum*, significans illi perpetuam & nativam inesse vim purgandi capitis. Id eo libentius admonuimus, quod *tollit* facile verti poterat in *tollet*, Scribarum vitio.

37 *Venit vir*] *Venit* præsentis temporis, aut certe futuri, *ἔρχεται*. Quod ante dixerat per participium, *ὀπίσω μυ ἐρχόμενος*, hîc per verbum extulit. Quanquam in utroque anceps est temporis significatio, & tamen Interpres illic per verbum futuri temporis reddidit, hîc per verbum præsentis temporis, etiamsi sensus ferme idem existit. Jam enim succedere cœperat Jesus in prædicationem Baptistæ, & illo exstincto, prorsum erat successurus. Jam tum igitur qui prius sequebatur, dicitur antevertisse, cum tam insigni Patris testimonio commendatus esset.

38 *Ego nesciebam eum*], Malim interpretari, *Et ego non noveram eum*: præsertim cum ita sonent Græca, *Κἀγὼ ὐκ ᾔδειν αὐτόν*. Et ad hujus loci quæstionem explicandam lectio hæc est accommodatior. Nam dictu mirum quam sese torqueat hîc divus Augustinus, dum conatur expedire, quî consistat, ut cum Joannes paulo ante baptismum dixerit, *Ego abs te debeo baptizari, & tu venis ad me*, nunc dicat se ignorasse quis esset, antequam Spiritus columbina specie descendens Christum designasset, nimirum intelligebat esse Messiam, a quo fatetur sibi baptismi munus fuisse postulandum. Ex hac difficultate sic conatur elabi, ut dicat & ante Joannem novisse Christum, sed quiddam tamen ex indicio Spiritus didicisse quod prius ignorarat, nempe hoc, quod sibi Christus reservasset baptizandi auctoritatem, id colligi ex his quæ sequuntur, *Hic est qui baptizat in Spiritu Sancto.* Atque equidem hanc interpretationem id temporis opportunam visam arbitror refellendis præsertim apud rudem populum Hæreticis, qui contendebant denuo baptizandos esse, qui a malis Episcopis essent baptizati; etenim si Christus est auctor baptismatis, Sacerdos nihil aliud quam minister, non par est ob ministri vitium irritari boni auctoris beneficium: cæterum ut ingenue, sed tamen cum pace tanti viri, dicam, coactiorem violentioremque, & quam communis hominum sensus non facile amplectatur, nisi forte mihi meus imponit sensus. Primum enim si ideo baptismus non datur homini puro, quod vis baptismi fluat ab ipso Christo, hac ratione nullum Sacramentum est homini datum: quandoquidem in omnibus Christus est, qui largitur vim & efficaciam, Sacerdos nihil est aliud, quam alienæ liberalitatis administrator. Neque quisquam unquam Hæreticorum tam crasse deliravit, ut sibi sumeret auctoritatem suo nomine baptizandi, sed juxta præscriptum Evangelicum tingebant & illi, *In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.* Mirum igitur est hoc unum latuisse Joannem, quod & malis hominibus est notum, & cum cætera sciret omnia, quæ commemorat Augustinus, quod esset Dominus, quod esset Christus, quod esset Jesus, quod esset natus ex virgine, quod esset ipso posterior & prior: ob hoc unum Spiritum Sanctum descendisse de cœlo, ne diutius hoc nesciret. Jam quod nusquam in Scriptura Sacra legitur quisquam hominum dixisse baptisma suum, cum Paulus suum dicat Evangelium, (nam & hoc argumentum adducit Augustinus) responderi potest, publica Ecclesiæ consuetudine comprobatum receptumque, ut his verbis peragatur baptismus, *Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Si *βαπτισμὸς* Græcis idem est quod Latinis *baptizatio* sive *tinctio*, & utique baptizatio est ejus qui baptizat, sicut scriptio ejus qui scribit, quî vetat aliquo modo baptismum hominis vocari, non velut auctoris, sed velut ministri? Alioqui quo ore dicit Sacerdos *baptizo*, si non baptizat? At Paulus *suum* alicubi dicit *Evangelium*, sed idem alias appellat *Evangelium Dei*, & *Evangelium Jesu Christi*. *Dei*, velut auctoris: *Christi*, quod is primus prædicaverit, auctor & ipse Paulo, qui muneris hujus functionem a Christo delegatam susceperit. Quemadmodum idem & cæteris Apostolis prædicandi baptizandique vices mandavit, ut irent in orbem universum, prædicarent Evangelium omni creaturæ, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ita baptismus dici potest hominis administrantis, & idem negari potest esse hominis, quemadmodum Christus apud Joannem negat sermonem suum esse suum. Alioqui nec Joannis baptisma debuit dici Joannis, cujus auctorem habuerit Deum. Illud verum, quod in Litteris Sacris post Joannem, nullius baptismus dicitur, nisi Christi: & hoc fortasse sensit Augustinus, qui licet obscurius, tamen hoc agit in præsenti loco: non ur ostendat simpliciter baptismi auctorem unicum esse Christum, potius quam hominem: sed ut evincat baptismum a quocunque datum, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti ratum esse, nec iterandum, licet ab improbo impiove datum. Sic enim ratiocinatur: Si Christus est auctor baptismi, nec hanc auctoritatem ulli mortalium tradidit, non potest illius donum ministri quamlibet impuri vitio corrumpi. Hoc Spiritus Sanctus passus est Joannem aliquandiu nescire, ut postea monitus redderet aliis indubitatum, quod seorsum didicerat. Etiamsi in hac tota disputatione mihi videtur nonnihil coactius, & aliquid datum illi tempori, ac plebeis auribus. Chrysostomus ingenue fatetur, Christum diu fuisse ignotum Joanni, quod probabile sit eum, qui nullis adhuc pene miraculis vulgo innotuisset, Joanni, qui pleramque ætatem in deserto exegerat, notum non fuisse. Nam miracula, quæ de Christi infantia circumferebantur, fabulas esse. Explicat autem nodum hac ratione, ut dicat id quod dictum est, *Et ego nesciebam eum*, non esse referendum ad proximum tempus, quo Jesus venit ad baptismum, sed ad longinquius, quo nondum Jesus miraculis inclaruerat. Atqui ea temporis longinquitas rectius, opinor, explicatur per præteritum plusquam perfectum, *Et ego non noveram eum.* Theophylactus propius accedit ad commentum Augustini: *Noverat illum esse Messiam, non noverat eum esse, qui baptizaturus esset Spiritu Sancto.* Quanquam mihi ne hæc quidem interpretatio per omnia satisfacit, quod ipsa sermonis series plane declarat Christum ignotum fuisse Joanni, donec columbæ indicio certior esset factus. Sic enim legimus, *Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum descendentem.* Nec hujus est instituti, nec meæ tenuitatis est hujusmodi nodos explicare. Veruntamen admonere Lectorem fas est, ut expendat num simplicius sit, dicere divino consilio factum, ut Joanni gradibus quibusdam Christus innotesceret, quo certius esset & exploratius illius de Christo testimonium. Quemadmodum passus est & Apostolos cunctantius credere, quo nobis certius fidem facerent eorum, quæ ipsi non temere credidissent. Cum diceret Joannes, *Ego abs te debeo baptizari, & tu venis ad me*, magnum quemdam & eximium virum agnoscebat, qui suo baptismo non egeret, forte nondum certus hunc esse Filium Dei. Proinde *nesciebat eum*, quatenus nondum compertum habebat, signo nondum edito quo Pater id certum esse voluit: eo prodito, libere ac palam confessus est Filium Dei. Sciebat aut venisse, aut jam venturum Messiam: an is esset, nondum explorato noverat. Ac subinde repetit, *Et ego nesciebam eum.* Partim ut ipse tandem certissimo argumento intelligatur agnovisse, quem prius non noverat; partim ne minus ponderis haberet Joannis testimonium, si cognato & familiari redditum videretur. Nunc datur ne de facie quidem noto, nec aliter cognito, quam indicio symboli cœlestis. Cyrillus aliter extricat se ab hac quæstione, *Nesciebam ex me, sed ex afflatu Spiritus indicioque Patris cognovi.* Hæc opinio mollior fuerit, si quis *ᾔδειν* vertat *noveram*, pro *novissem*, nisi Pater admonuisset. Expende Lector num ita possit accipi, *non noveram eum*, id est, non acceperam jus illum in omnium notitiam perferendi. Mihi noveram, non aliis, quemadmodum & Filius Dei nescisse dicitur extremum diem. Augustinus sic explicat: noverat eum Joannes, quia multa de illo tenebat; non noverat, quia quædam illius ignorabat. Quidam, ut indicatum est, sic explicant, *Nesciebam eum*, nimirum de facie, Messiam venisse sciebam Spiritu, quis esset ille certum non sciebam, nec audebam palam pronunciare, donec divinitus esset demonstratus. Porro quod Joannes exsultans in utero Christum agnovit, magis ad matres & ad nos pertinet, quam ad Joannem; nisi forte, quum saxa scinderentur moriente Domino, saxis sensum datum fuisse contendemus. Neque vero me fallit ilico reclamaturos hîc, quibus illud unice studio est, Divorum dotes in immensum attollere, quasi indignuln sit, si Joannes, qui nondum natus Spiritu prophetico Christum nondum natum senserit, eum jam grandis ignorarit. Verum etiam atque etiam videndum istis, ne dum nimium laudes Sanctorum exaggerant, non satis habeant rationem sapientiæ consiliique divini, qui sic totum incarnationis & redemptionis negotium temperavit, ut alia via non potuerit efficacius fieri. Et moderatius feret hoc de Joanne dici, qui tale quiddam meminerit a Chrysostomo tribui Virgini matri, quæ humano quodam affectu dixerit Filio, *Vinum non habent.* Sed præstat ipsius verba subscribere, ea sunt in Joannem Homilia vicesima: *Optabat enim*, inquit, *ut jam hominum gratiam conciliaret, & ipsa clarior Filii gratia efficeretur, & fortasse aliquo humano afficiebatur affectu, quemadmodum & fratres ejus, cum dixerunt*, Ostende te ipsum mundo, *cupidi ejus miraculis sibi famam comparare. Ideo asperius respondit*, Quid tibi & mihi est mulier? Et aliquanto inferius: *Siquidem nondum debitam de ipso opinionem habebant, sed more matrum Maria jure omnia Filio se precepturam censebat, cum tanquam Dominum colere & revereri fas esset.* Si nihil volumus latuisse Joannem, auctore Augustino, quomodo ignoravit, quod in Christo præcipuum erat? Cum enim Christus esset fons & auctor salutis, & baptismus ad salutem est janua, quî potest nescire baptismi veri auctorem esse Christum, qui Christum esse noverit? Perinde quasi Deum norit aliquis, qui nesciret an summe sapiens esset. Atque idem Hieronymi Gregoriique consensu dubitavit, num descensurus esset ad inferos, cum mittit discipulos percontatum, *Tu es qui venturus es, an alium exspectamus?* Verum hac quidem in re nihil pronuncio. Tantum erudito Lectori cogitandi materiam subministro, libenter amplexurus, si quid illi rectius suggesserit Christi Spiritus.

39 *Sed ut manifestetur in Israël*] Græcis abest præpositio *τῷ Ἰσραήλ*. Atque ita legisse Chrysostomum apparet ex Homilia vigesima.

33 μεινεν ἐπ' αὐτόν. Κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, ἀλλ' ὁ πέμ- A
ψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, Ἐφ' ὃν
ἂν ἴδῃς τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός
34 ἐςιν ὁ βαπτίζων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Κἀγὼ ἑώρακα, καὶ
ιϛ ι 35 μεμαρτύρηκα, ὅτι οὗτός ἐςιν ὁ Υἱὸς τȣ̃ Θεȣ̃. Τῇ ἐπαύριον
πάλιν εἱςήκει ὁ Ἰωάννης, καὶ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο,
36 Καὶ ἐμβλέψας τῷ Ἰησοῦ περιπατοῦντι, λέγει, Ἴδε
37 ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἤκȣσαν αὐτȣ̃ οἱ δύο μαθηταὶ λα-
38 λοῦντος, καὶ ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ. Στραφεὶς δὲ ὁ
Ἰησοῦς, καὶ θεασάμενος αὐτοὺς ἀκολȣθοῦντας, λέγει
αὐτοῖς, Τί ζητεῖτε; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Ῥαββὶ, ὃ λέ-
39 γεται ἑρμηνευόμενον, Διδάσκαλε, ποῦ μένεις; Λέγει
αὐτοῖς, Ἔρχεσθε καὶ ἴδετε. Ἦλθον καὶ εἶδον ποῦ μένει, B
καὶ παρ' αὐτῷ ἔμειναν τὴν ἡμέραν ἐκείνην· ὥρα δὲ ἦν ὡς
40 δεκάτη. Ἦν Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς Σίμωνος Πέτρȣ εἷς
ἐκ τῶν δύο τῶν ἀκȣσάντων παρὰ Ἰωάννȣ, καὶ ἀκολȣ-
ιζ α 41 θησάντων αὐτῷ. Εὑρίσκει ȣ̃τος πρῶτος τὸν ἀδελφὸν τὸν
ἴδιον Σίμωνα, καὶ λέγει αὐτῷ, Εὑρήκαμεν τὸν Μεσσί-
42 αν, ὅ ἐςι μεθερμηνευόμενον, Χριςός. Καὶ ἤγαγεν αὐ-
τὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Ἐμβλέψας αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς εἶπε,
Σὺ εἶ Σίμων ὁ υἱὸς Ἰωνᾶ· σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς, ὃ ἑρμη-
ιη ι 43 νεύεται Πέτρος. Τῇ ἐπαύριον ἠθέλησεν ὁ Ἰησȣ̃ς ἐξελθεῖν
εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ εὑρίσκει Φίλιππον, καὶ λέγει
44 αὐτῷ, Ἀκολȣ́θει μοι. Ἦν δὲ ὁ Φίλιππος ἀπὸ Βηθσαϊ- C
45 δὰ ἐκ τῆς πόλεως Ἀνδρέȣ καὶ Πέτρȣ. Εὑρίσκει Φί-
λιππος τὸν Ναθανὴλ, καὶ λέγει αὐτῷ, Ὃν ἔγραψε
Μωσῆς ἐν τῷ Νόμῳ, καὶ οἱ Προφῆται, εὑρήκαμεν Ἰη-
46 σȣ̃ν τὸν υἱὸν τȣ̃ Ἰωσὴφ τὸν ἀπὸ Ναζαρέθ. Καὶ εἶπεν αὐτῷ
Ναθαναὴλ, Ἐκ Ναζαρὲθ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; Λέγει
47 αὐτῷ Φίλιππος, Ἔρχȣ καὶ ἴδε. Εἶδεν ὁ Ἰησȣ̃ς τὸν Ναθα-
ναὴλ ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει περὶ αὐτȣ̃, Ἴδε ἀ-
48 ληθῶς Ἰσραηλίτης, ἐν ᾧ δόλος ȣ̓κ ἔςι. Λέγει αὐτῷ Ναθα-
ναὴλ, Πόθεν με γινώσκεις; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησȣ̃ς, καὶ εἶπεν
αὐτῷ, Πρὸ τȣ̃ σε Φίλιππον φωνῆσαι ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν,
49 εἶδόν σε. Ἀπεκρίθη Ναθαναὴλ, καὶ λέγει αὐτῷ, Ῥαββὶ,
50 σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τȣ̃ Θεȣ̃, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τȣ̃ Ἰσραήλ. Ἀπεκρί- D
θη Ἰησȣ̃ς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ὅτι εἶπόν σοι, εἶδόν σε ὑποκά-
51 τω τῆς συκῆς, πιςεύεις· μείζω τȣ́των ὄψῃ. Καὶ λέγει αὐ-
τῷ, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν ȣ̓ρανὸν ἀ-
νεῳγότα, καὶ τȣ̀ς Ἀγγέλȣς τȣ̃ Θεȣ̃ ἀναβαίνοντας καὶ κα-
II. 1 ταβαίνοντας ἐπὶ τὸν Υἱὸν τȣ̃ ἀνθρώπȣ. Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ α
τρίτῃ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας· καὶ ἦν ἡ μή-
2 τηρ τȣ̃ Ἰησȣ̃ ἐκεῖ. Ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ Ἰησȣ̃ς καὶ οἱ μαθηταὶ
3 αὐτȣ̃ εἰς τὸν γάμον. Καὶ ὑςερήσαντος οἴνȣ, λέγει ἡ μήτηρ
τȣ̃

ritum descendentem specie columbæ de cœlo, &
mansit super eum. Et ego non noveram eum, sed 33
qui misit me ut baptizarem aqua, is mihi dixit, Su-
per quem videris Spiritum descendentem ac manen-
tem super eum, hic est qui baptizat Spiritu sancto.
Et ego vidi, & testificatus sum, hunc esse Filium Dei. 34
40 Postero die iterum stabat Joannes, & ex discipu- 35
lis ejus duo, 41 Et intuitus Jesum ambulantem, di- 36
cit, Ecce agnus ille Dei. Et audierunt eum duo di- 37
scipuli loquentem, & secuti sunt Jesum. Conversus 38
autem Jesus, & conspicatus eos sequentes se, dicit
eis, Quid quæritis? Qui dixerunt ei, Rabbi, quod
dicitur, si interpreteris, Magister, 42 ubi habitas? Di- 39
cit eis, Venite & videte. Venerunt 43 videruntque
ubi maneret, & apud eum manserunt die illo: 44 ho-
ra autem erat ferme decima. Erat Andreas frater Si- 40
monis Petri unus ex duobus qui audierant a Joanne,
& sequuti fuerant eum. Reperit hic prior fratrem 41
suum Simonem, & dicit ei, Invenimus Messiam,
quod est, si interpreteris, Unctus. Et adduxit eum ad 42
Jesum. Intuitus eum Jesus dixit, 45 Tu es Simon
filius Jona: 46 tu vocaberis Cephas, quod sonat, si
interpreteris, Lapis. 47 Postero die voluit Jesus exire 43
in Galilæam, & reperit Philippum, & dicit ei, Se-
quere me. Erat autem Philippus 48 a Bethsaida ci- 44
vitate Andreæ & Petri. 49 Reperit Philippus Na- 45
thanael, & dicit ei, De quo scripsit Moses in Lege,
& Prophetæ, invenimus Jesum 50 filium Joseph
Nazarenum. Et dixit ei Nathanael, 51 A Nazareth 46
potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni &
vide. Vidit Jesus Nathanael venientem ad se, & di- 47
cit de eo, Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.
Dicit ei Nathanael, Unde me nosti? Respondit Je- 48
sus, & dixit ei, Prius quam te Philippus vocaret
quum esses sub ficu, videbam te. Respondit Natha- 49
nael, & ait ei, Rabbi, tu es ille Filius Dei, tu es ille
rex Israel. Respondit Jesus, & dixit ei, Quia dixi 50
tibi, Videbam te sub ficu, credis: majora his vide-
bis. Et dicit ei, Amen amen dico vobis, posthac vi- 51
debitis cœlum apertum, & Angelos Dei adscenden-
tes ac descendentes super Filium hominis. Et die 1 II.
tertia nuptiæ fiebant 1 in Cana Galilææ: & erat ma-
ter Jesu ibi. Vocatus est autem & Jesus ac discipuli 2
ejus ad nuptias. Et ubi defecisset vinum, dicit mater 3
Jesu

40 *Altera die*] Rursus ἐπαύριον, id est, *postero die*, quod modo admonuimus.

41 *Et respiciens Jesum*] ἐμβλέψας, id est, *intuitus*, ut ipse cum alias sæpe, tum mox vertit, *Intuitus autem eum Jesus dixit.* Nam proprie *respicit*, qui flexo in tergum vultu adspicit.

42 *Ubi habitas*] πȣ̃ μένεις, id est, *ubi manes.* Idem est verbum quod eodem in loco nunc vertit *manere*, nunc *habitare.*

43 *Et viderunt ubi maneret*] πȣ̃ μένει. Et rursum, *apud eum manserunt*, παρ' αὐτῷ ἔμειναν. Id admonere visum, ne quis in verbis philosophari cupiens labi possit.

44 *Hora autem erat quasi decima*] Nonnullis non probatur *quasi*, pro *ferme*, & fateor inusitatius esse apud auctores emendate loquentes. Etiamsi sic alicubi loquitur Suetonius. Quanquam apud hunc & alia quædam reperiuntur nove dicta. Porro hora nominata non solum ad fidem narrationis facit, verum etiam ad explicandam aviditatem Apostolorum, qui, cum esset tempus vespertinum, tamen ambiunt, ut cum Christo privatim colloquantur: simulque miram Christi humanitatem, qui non jusserit eos postridie ad se redire, excusans noctem imminentem. Judæis enim ab exortu solis horas numerantibus, *sexta* meridies est, *decima* vergens ad vesperam.

45 *Tu es Simon filius Joannis*] ὁ ὑὸς Ἰωνᾶ, id est, *filius Jona*, quod Hebraice בַּר יוֹנָה *bar Jona*, quod alibi vertit, *filius Joannis.* In uno vetustissimo codice scriptum reperi, *filius Jona*, non *Joanna*, juxta Græcam lectionem. Concordabat exemplar Constantiense. Nec hic otiose additus est articulus; nec enim simpliciter significat eum *filium Jona*, sed ex mystica paterni nominis significatione declarat illius eximiam felicitatem.

46 *Vocaberis Cephas, quod* &c.] *Cephas* Hieronymus in Hebraicis nominibus negat Hebræum esse verbum, sed Syrum, & apud illos sonare *solidum.* Unde qui tradunt Græcorum nominum ἐτυμολογίας, & πέτραν hinc dictam volunt, quod non facile moveatur.

47 *In crastinum*] ἐπαύριον. Quod superius bis vertit *altera die*, tandem mutavit *in crastinum*, at ne id quidem satis Latine aut commode, cum dicendum esset, *postero die*, aut *postridie.*

48 *A Bethsaida civitate*] Græce est, ἀπὸ Βηθσαϊδὰ ἐκ τῆς πόλεως, id est, *a Bethsaida de civitate*, quasi *Bethsaida* sit regio, in qua sit civitas. Quanquam D. Hieronymus in Locis Hebraicis ostendit *Bethsaidam* esse civitatem Galilææ, vicinam stagno Genezareth, patriam trium Apostolorum, Andreæ, Petri, Philippi. Unde videtur ἐκ præpositio superesse; præsertim cum nec apud Chrysostomum versum addatur, nec apud Cyrillum, nec in vetustis Latinorum exemplaribus. Nisi forte hoc suo more dixit Joannes, ut in suo quisque stilo habet aliquid peculiare. Nam proximo capite simili forma est usus, Ὡς δὲ ἦν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν τῷ Πάσχα ἐν τῇ ἑορτῇ, id est, *Cum autem esset Hierosolymis in Pascha in festo.* Cum appositive cohæreant *Pascha* & *festum*, ceu genus & species, tamen iteravit præpositionem, perinde quasi dicerem, *Accepi litteras a præceptore a Philippo*, pro *a præceptore Philippo.* Et apud Theophylactum Græcum comperio præpositionem additam.

49 *Invenit Philippus Nathanaël*] *Invenit* prima syllaba acuta pronunciandum est, est enim præsentis temporis. Quanquam Latinius erat *reperit*, εὑρίσκει, velut obvium. Ac paulo superius, *Invenimus Messiam.* Etiamsi Chrysostomus diversum approbat sensum, cum ait, *Invenire enim quærentis est.* Verum hujus rei arbitrium penes Lectorem esto. Admonet hic idem Chrysostomus additum articulum, cum unicum illum Christum Judæis promissum & exspectatum vellet intelligi, τὸν Μεσσίαν. Alioqui Reges omnes & Sacerdotes, imo omnes Deo sacri, *Messiæ* dicuntur & *Christi.*

50 *Filium Joseph a Nazareth*] Utrumne Joseph fuit Nazaræus, an Christus? Nam Latinus sermo prorsus anceps, cum Græce sit expeditus ac certus, τὸν ἀπὸ Ναζαρὲθ, hoc est, *Nazarenum*, sive *e Nazareth oriundum.* Id ne cui dubium esse possit, facit articulus præpositioni præpositus.

51 *A Nazareth potest aliquid*] In nonnullis Græcis scriptum erat pronunciative, cum per interrogationem quoque possit accipi, quemadmodum annotavit & divus Augustinus, qui putat id quod sequitur ex æquo congruere utrique pronunciationi. Tametsi quod consequitur magis suadet, ut per interrogationem legatur, quod videatur velut interroganti responsum, *Veni & vide.* Atque hunc in modum legit Chrysostomus, indicans hanc interrogationem esse hæsitantis de nomine loci, cum prophetia promisisset Christum proditurum ex Bethleem.

1 *IN Cana Galilææ*] Hieronymus indicat duas esse *Canas*, majorem juxta Sidonem, & minorem in tribu Aser. Ad distinctionem igitur alterius additum est *Galilææ*, τῆς Γαλιλαίας. Est enim in Galilæa gentium oppidum, quod Hieronymus in Hebraicis Locis testatur ætate sua adhuc exstitisse.

2 *Quid*

4 τῦ Ἰησοῦ πρὸς αὐτὸν, Οἶνον οὐκ ἔχυσι. Λέγει αὐτῆ ὁ Ἰησοῦς, Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ γύναι; οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μυ.
5 Λέγει ἡ μήτηρ αὐτῦ τοῖς διακόνοις, Ὅτι ἂν λέγῃ ὑμῖν,
6 ποιήσατε. Ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρίαι λίθιναι ἓξ κείμεναι κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰυδαίων, χωρῦσαι ἀνὰ μετρη-
7 τὰς δύο ἢ τρεῖς. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησῦς, Γεμίσατε τὰς
8 ὑδρίας ὕδατος. Καὶ ἐγέμισαν αὐτὰς ἕως ἄνω. Καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἀντλήσατε νῦν, καὶ φέρετε τῷ ἀρχιτρικλίνῳ.
9 Καὶ ἤνεγκαν. Ὡς δὲ ἐγεύσατο ὁ ἀρχιτρίκλινος τὸ ὕδωρ οἶνον γεγενημένον, καὶ ὐκ ᾔδει πόθεν ἐςὶν, οἱ δὲ διάκονοι ᾔδεισαν οἱ ἠντληκότες τὸ ὕδωρ, φωνεῖ τὸν νυμφίον
10 ὁ ἀρχιτρίκλινος, Καὶ λέγει αὐτῷ, Πᾶς ἄνθρωπος πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησι, καὶ ὅταν μεθυσθῶσι, τότε
11 τὸν ἐλάσσω· σὺ τετήρηκας τὸν καλὸν οἶνον ἕως ἄρτι. Ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ Ἰησῦς ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτῦ, καὶ ἐπί-
12 ςευσαν εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτῦ. Μετὰ τῦτο κατέβη εἰς Καπερναὺμ αὐτὸς, καὶ ἡ μήτηρ αὐτῦ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῦ, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτῦ, καὶ ἐκεῖ ἔμειναν ὐ
13 πολλὰς ἡμέρας. Καὶ ἐγγὺς ἦν τὸ Πάσχα τῶν Ἰυδαίων,
14 καὶ ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ Ἰησῦς. Καὶ εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ τὺς πωλῦντας βόας καὶ πρόβατα καὶ περιςερὰς, καὶ
15 τὺς κερματιςὰς καθημένυς. Καὶ ποιήσας φραγέλλιον ἐκ σχοινίων, πάντας ἐξέβαλεν ἐκ τῦ ἱερῦ, τά τε πρόβατα καὶ τὺς βόας, καὶ τῶν κολλυβιςῶν ἐξέχεε τὸ κέρμα,
16 καὶ τὰς τραπέζας ἀνέςρεψε. Καὶ τοῖς τὰς περιςερὰς πωλῦσιν εἶπεν, Ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν, καὶ μὴ ποιεῖτε τὸν οἶ-
17 κον τῦ Πατρός μυ οἶκον ἐμπορίυ. Ἐμνήσθησαν δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτῦ, ὅτι γεγραμμένον ἐςὶν, Ὁ ζῆλος τῦ οἴκυ συ
18 κατέφαγέ με. Ἀπεκρίθησαν ὖν οἱ Ἰυδαῖοι, καὶ εἶπον αὐ-
19 τῷ, Τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν, ὅτι ταῦτα ποιεῖς; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Λύσατε τὸν ναὸν τῦ-
20 τον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Εἶπον ὖν οἱ Ἰυδαῖοι, Τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς ὗ-
21 τος, καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν; Ἐκεῖνος δὲ
22 ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ. Ὅτε οὖν ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν, ἐμνήσθησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ὅτι τοῦτο ἔλεγεν αὐτοῖς, καὶ ἐπίςευσαν τῇ γραφῇ καὶ τῷ λόγῳ ᾧ
23 εἶπεν ὁ Ἰησοῦς. Ὡς δὲ ἦν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν τῷ Πάσχα ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ἐπίςευσαν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, θεω-
24 ροῦντες αὐτοῦ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει. Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς ὐκ ἐπίςευσεν ἑαυτὸν αὐτοῖς, διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν
25 πάντας· Καὶ ὅτι ὐ χρείαν εἶχεν, ἵνα τὶς μαρτυρήσῃ περὶ τῦ ἀνθρώπυ· αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκε, τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.

III. 1 Ἦν δὲ ἄνθρωπος ἐκ τῶν Φαρισαίων, Νικόδημος ὄ-
2 νομα, ἄρχων τῶν Ἰυδαίων. Οὗτος ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησῦν νυκτὸς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ῥαββὶ, οἴδαμεν ὅτι ἀπὸ Θεῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος· ὐδεὶς γὰρ ταῦτα τὰ σημεῖα δύναται ποιεῖν, ἃ σὺ ποιεῖς, ἐὰν μὴ ᾖ ὁ Θεὸς
3 μετ' αὐτῦ. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν, ὐ δύναται
4 ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τῦ Θεῦ. Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Νικόδημος, Πῶς δύναται ἄνθρωπος γεννηθῆναι γέρων ὤν; μὴ

Jesu ad eum, Vinum non habent. Dicit ei Jesus, 2 Quid mihi tecum est mulier? nondum venit hora 4
mea. Dicit mater ejus ministris, Quodcunque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ 3 hydriæ 5
sex positæ secundum purificationem Judæorum, 6
capientes singulæ 4 metretas binas aut ternas. Dicit 7
eis Jesus, Implete hydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum. Et dicit eis, Infundite nunc, & 8
ferte 5 architriclino. Et tulerunt. Postquam autem gu- 9
stasset architriclinus aquam in vinum versam, neque sciret unde esset, sed ministri sciebant qui hauserant aquam, vocat sponsum architriclinus. Et dicit ei, Omnis 10
homo primo loco bonum vinum ponit, & quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est: tu servasti bonum vinum 6 usque ad hoc tempus. Hoc edidit ini- 11
tium signorum Jesus in Cana Galilææ, & manifestavit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli ejus. Post hæc descendit Capernaum ipse, & mater 12
ejus, & fratres ejus, & discipuli ejus, & ibi manserunt non multis diebus. Et in propinquo erat Pascha Ju- 13
dæorum, & adscendit Jesus Hierosolymam. Et repe- 14
rit in templo eos, qui vendebant boves & oves & columbas, & 7 numularios sedentes. 8 Et quum fe- 15
cisset flagellum e funiculis, omnes ejecit e templo, 9 oves simul ac boves, & numulariorum effudit æs, mensasque subvertit. Et his, qui columbas vende- 16
bant, dixit, Auferte ista hinc, nec facite domum Patris mei domum mercatus. Recordati vero sunt 17
discipuli ejus, quod scriptum est, 10 Zelus domus tuæ exedit me. Responderunt ergo Judæi, & dixe- 18
runt ei, Quod signum ostendis nobis, quod ista facias? Respondit Jesus, & dixit eis, 11 Destruite 19
templum hoc, & in tribus diebus erigam illud. Dixe- 20
runt ergo Judæi, 12 Quadraginta & sex annis exstructum est templum hoc, & tu in tribus diebus eriges illud? At ille dicebat de templo corporis sui. 21
Quum ergo resurrexisset e mortuis, recordati sunt 22
discipuli ejus, quod hoc dixisset eis, & crediderunt scripturæ & sermoni quem dixerat Jesus. Quum au- 23
tem esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomen ejus, videntes signa ejus quæ edebat. Ipse autem Jesus non credebat semetipsum 24
eis, eo 13 quod ipse nosset omnes: Nec opus haberet, 25
ut quisquam testaretur de homine: ipse enim sciebat, quid esset in homine. Erat autem homo ex Phari- 1 III.
sæis, Nicodemus nomine, princeps Judæorum. Hic 2
venit ad Jesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus 1 quod a Deo veneris magister: nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.
Respondit Jesus, & dixit ei, Amen amen dico tibi, 3
2 nisi quis natus fuerit e supernis, non potest videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus, 3 Quomo- 4
do potest homo nasci, quum sit senex? num potest in

2 *Quid mihi & tibi*] Græce reddidit. Nam Latine dicendum erat, *Quid mihi tecum?* Τί ἐμοὶ καὶ σοί;

3 *Hydriæ*] Græca vox est, nam Plautus vocat *aqualem*, quandoquidem & ὑδρία ab ὕδωρ *aqua* nomen habet Græcis.

4 *Metretas binas*] id est, *cados*; quanquam utraque vox Græca est, sed Latinis usurpatur *cadus* apud Horatium:

Nardi parvus onyx eliciet cadum.

Atque apud Plinium. *Metreta* est apud Catonem & Columellam. Est autem *cadus* sive *metreta* mensura congiorum decem; ut docet copiosius noster Budæus libro *de Asse* quinto, si quis forte plura desiderabit.

5 *Architriclino*] Græca vox est, significat eum qui præfectus est apparando convivio. *Triclinium* locus tribus constratum lectis ad discumbendum.

6 *Usque adhuc*] ἕως ἄρτι, id est, *usque nunc*, sive *usque ad hoc tempus.*

7 *Numularios sedentes*] κερματιςὰς dixit, non τραπεζίτας, id est, *mensarios*. Sunt autem κέρματα minutiæ æris, unde κερματιςαὶ, qui majores nummos minutulis commutant non sine quæstu, qui mos & hodie durat apud Italos.

8 *Et cum fecisset quasi flagellum*] *Quasi* non additur in Græcis codicibus, Καὶ ποιήσας φραγέλλιον, id est, *Et facto flagello.* Latinam vocem corrupte pronunciavit ex vulgi consuetudine.

9 *Oves quoque & boves*] Non est *quoque* Græcis, sed *que*, τά τε πρόβατα, *ovesque.*

10 *Zelus domus tuæ comedit me*] Exstat id testimonium Psalmo sexagesimo octavo.

11 *Solvite templum hoc* &c.] ἐγερῶ. Græca vox anceps est ad id quod est, *excitare jacentem*, *dormientem*, aut *mortuum*, & *excitare ædificium*, hoc est, *exstruere*. Nam & in hunc sensum usurpatum comperimus *excitare*, apud Suetonium in Caligula: *Et in indicium victoriæ altissimam turrim excitarunt.*

12 *Quadraginta sex annis*] Quanquam alienius est a nostro instituto, tamen admonere visum est, quod serio nec semel indicat Augustinus, hunc numerum reperiri in nomine *Adam*, si Græcis scribatur litteris Ἀδὰμ, quod geminum *alpha* notet duo, *delta* quatuor, *my* quadraginta. Id commenti, quanquam ab aliis repertum ac proditum est, ut ipse testatur, demiror tamen tam gravi viro tantopere arrisisse, cum, ne quid aliud dicam, Hieronymus rideat Græcam allegoriam in vocabulis Hebraicis. Fortasse nonnihil fuisset, si hisce litteris apud Hebræos hic numerus signaretur. Huic simillimum est, quod annotavit quatuor litteris, quibus scribitur *Adam*, designari quatuor plagas, ἀνατολὴν, δύσιν, ἄρκτον, μεσημβρίαν. Quod quidem & ante hunc annotavit divus Cyprianus, sed homo fuit uterque.

13 *Quod ipse nosset omnes*] *Omnia* est Græce, τὰ πάντα, in nonnullis, in aliis secus. Augustinus legit, *nosset omnes.*

1 Q*Uod a Deo venisti magister*] *Magister* nominandi casus est, non vocandi, Deus te doctorem misit, non homo. Nam διδάσκαλος est, licet *magister* usurpatum reperias pro *doctore.*

2 *Nisi quis renatus*] γεννηθῇ, id est, *genitus* sive *natus fuerit.* Et in antiquissimis codicibus Latinis *natus fuerit* est, non *renatus*. Itaque citat Augustinus libro adversus Faustum XXIV. cap. 1. Itaque scriptum est in codice aureo. Valla *genitus* mavult, quod e viro quoque gignatur aliquis, cum e muliere nascamur.

3 *Quomodo potest homo renasci*] γεννηθῆναι, id est, *nasci* sive *gigni*, concordantibus & antiquis nostris. Item in sequentibus *nasci* est, non *renasci.*

4 Ex

μὴ δύναται εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ δεύτερον 5 εἰσελθεῖν, καὶ γεννηθῆναι; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. 6 Τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι, καὶ τὸ γεγεν- 7 νημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστι. Μὴ θαυμάσῃς, 8 ὅτι εἶπόν σοι, Ὅτι δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνωθεν. Τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ, καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει· οὕτως ἐστὶ πᾶς 9 ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ πνεύματος. Ἀπεκρίθη Νικόδημος, 10 καὶ εἶπεν αὐτῷ, Πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Σὺ εἶ ὁ διδάσκαλος 11 τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις; Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι ὃ οἴδαμεν λαλοῦμεν, καὶ ὃ ἑωράκαμεν 12 μαρτυροῦμεν, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἡμῶν οὐ λαμβάνετε. Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε, πῶς, ἐὰν εἴ- 13 πω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια, πιστεύσητε; Καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, 14 ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. Καὶ καθὼς Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν 15 Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, Ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, μὴ 16 ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. Οὕτως γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόληται, 17 ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. Οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ 18 ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ. Ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα 19 τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ κρίσις, ὅτι τὸ φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος, ἢ τὸ φῶς· ἦν γὰρ πονηρὰ αὐτῶν τὰ ἔρ- 20 γα. Πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων, μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ 21 ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῇ αὐτοῦ τὰ ἔργα. Ὁ δὲ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα φανε- 22 ρωθῇ αὐτοῦ τὰ ἔργα, ὅτι ἐν Θεῷ ἐστιν εἰργασμένα. Μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν, καὶ ἐκεῖ διέτριβε μετ' αὐτῶν, καὶ ἐβάπτιζεν. 23 Ἦν δὲ καὶ Ἰωάννης βαπτίζων ἐν Αἰνὼν ἐγγὺς τοῦ Σαλείμ, ὅτι ὕδατα πολλὰ ἦν ἐκεῖ· καὶ παρεγίνοντο καὶ ἐβαπτίζοντο. 24 Οὔπω γὰρ ἦν βεβλημένος εἰς τὴν φυλακὴν ὁ Ἰωάννης. 25 Ἐγένετο οὖν ζήτησις ἐκ τῶν μαθητῶν Ἰωάννου μετὰ Ἰουδαίων 26 περὶ καθαρισμοῦ. Καὶ ἦλθον πρὸς τὸν Ἰωάννην, καὶ εἶπον αὐτῷ, Ῥαββὶ, ὃς ἦν μετὰ σοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ᾧ σὺ μεμαρτύρηκας, ἴδε οὗτος βαπτίζει, καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτόν. 27 Ἀπεκρίθη Ἰωάννης, καὶ εἶπεν, Οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμ- 28 βάνειν οὐδὲν, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Αὐτοὶ ὑμεῖς μαρτυρεῖτε, ὅτι εἶπον, Οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστὸς, ἀλλ'

in ventrem matris suæ iterum introire, ac nasci? 5 Respondit Jesus, Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit 4 ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei. 6 Quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est. 7 Ne mireris, quod dixi tibi, Oportet vos 5 nasci e supernis. 8 6 Spiritus ubi vult spirat, & vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, & quo vadat: sic est omnis qui natus est e spiritu. 9 Respondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri? 10 Respondit Jesus, & dixit ei, 7 Tu es ille magister Israelis, & hæc ignoras? 11 Amen amen dico tibi, quod novimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. 12 8 Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo, si dixero vobis cœlestia, credituri sitis? 13 9 Et nemo adscendit in cœlum, nisi qui descendit e cœlo, Filius hominis, 10 qui est in cœlo. 14 11 Et sicut Moses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, 15 Ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. 16 12 Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. 17 13 Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut condemnet mundum, sed ut servetur mundus per eum. 18 14 Qui credit in eum, non condemnatur: qui vero non credit, jam condemnatus est, quia non credidit in nomen unigeniti Filii Dei. 19 15 Hæc est autem condemnatio, quod lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem: erant enim eorum mala opera. 20 16 Omnis enim qui mala agit, odit lucem, nec venit ad lucem, ne arguantur opera ipsius. 21 Qui autem operatur veritatem, venit ad lucem, ut conspicua fiant facta ipsius, quod per Deum sint facta. 22 Post hæc venit Jesus & discipuli ejus in terram Judæam, & illic morabatur cum eis, ac baptizabat. 23 Baptizabat autem & Joannes in Ænon juxta Salim, quia aquæ multæ erant illic: & veniebant ac baptizabantur. 24 Nondum enim conjectus fuerat Joannes in carcerem. 25 Orta est autem quæstio ex discipulis Joannis cum Judæis de purificatione. 26 Et venerunt ad Joannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce is baptizat, & omnes veniunt ad eum. 27 Respondit Joannes, & dixit, Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum e cœlo. 28 Ipsi vos testes estis, quod dixerim, Non sum ego Christus, sed missus sum ante illum. Qui

4 *Ex aqua & Spiritu Sancto*] In Græcis non additur *Sancto*, nec apud Augustinum, qui adducit hunc locum lib. adversus Faustum XXIV. cap. 1. Nam ut distingueret cœlestem generationem a terrestri crassaque, proposuit duo elementa liquidiora, aquam & aërem. Quin nec in aureo codice additur *Sancto*.

5 *Et nasci denuo*] ἄνωθεν. Quo adverbio usus est & Lucas in præfatione Evangelii sui, quod nos vertimus *ab integro*. Chrysostomus annotavit Græcam vocem ancipitem esse. Nam idem pollere quod πάλιν, id est, *iterum*, ut referatur ad tempus retroactum, aut ἀπὸ τῶν ἄνω, id est, *superne*, sive *de supernis*. In quem sensum usurpatur Joannis cap. XIX. *Non haberes potestatem in me ullam, nisi tibi datum esset desuper*. Posteriorem sensum sequitur Cyrillus, interpretans velut e cœlo nasci, qui per Spiritum Sanctum renascitur. Annotavit hoc prior Origenes, edisserens Epistolæ Pauli ad Romanos caput sextum, quo tamen in loco rursus Origenis Interpres de suo nonnihil addidit.

6 *Spiritus ubi vult spirat*] *Ubi* loci adverbium est, non temporis. Valla mavult *spirat quo vult*, nam mox vertit ita ποῦ ὑπάγει, id est, *quo abeat*. Est enim simile de flatu, re quidem invisibili, sed tamen efficaci. Atque hîc *spiritum* accipere videtur pro flatu hujus aëris, ut intelligas similitudinem duci ab hoc spiritu, re, cum non videatur, efficacissima, ad impetum illius divini Spiritus. Atque ita prorsus interpretatur Chrysostomus Homilia XXV. cumque hoc Cyrillus, ac Theophylactus, & Augustinus lib. *de Quæstionibus veteris & novi Testamenti* Quæst. LIX. apertissime testans, docendi gratia adhibitum exemplum de aëris impetu, ne quis hoc meum somnium esse clamitet.

7 *Tu es magister in Israel*] τοῦ Ἰσραήλ; *Israel* genitivi casus, ut intelligas magistrum ejus gentis. Nec hîc abest articulus, Σὺ εἶ ὁ διδάσκαλος, hoc est, *ille doctor*, cujus tam celebris est opinio. Quod quo magis exprimeremus, vertimus, *Tu es ille magister Israelis*.

8 *Si terrena dixi vobis, & non creditis*] Variant hîc Græcorum codices: quidam habent, καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε, id est, *non credidistis*. Alii rursus, οὐ πιστεύετε, id est, *non creditis*. Nihil igitur causæ fuerit cur protinus radas scripturam: præsertim cum in hujusmodi verbis præteritum tempus pro præsenti soleat usurpari. Cæterum quod sequitur *credetis*, in emendatis exemplaribus Græcis est, πιστεύσητε, id est, *credituri sitis*, ob vim modi potentialis.

9 *Et nemo adscendit in cœlum*] *Adscendit* Græcis præteriti temporis est, οὐδεὶς ἀναβέβηκεν, ne quis putet de futura adscensione intelligi. Siquidem illud agit, se ideo solum loqui de superna renascentia, quod unus omnium e cœlis descendisset.

10 *Qui est in cœlo*] ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. Participium verti poterat per præteritum imperfectum, *qui erat in cœlo*, videlicet antequam descenderet; sic enim Filius hominis dicitur fuisse in cœlo aut versari in cœlis, sicut Dominus gloriæ dicitur crucifixus, ob proprietatum in Hypostasi duas complectentem Naturas communionem.

11 *Et sicut Moses exaltavit serpentem*] Sunt quibus *exaltandi* verbum non satis Latinum habeatur. Mihi non placuit mutare, quod vox ipsa non videatur absona: præsertim cum apud Senecam, certe non pessimum, opinor, auctorem, reperiatur: atque etiam apud Columellam.

12 *Sic enim Deus dilexit mundum*] Ab hoc loco videri poterant verba Evangelistæ, prosequentis & explanantis sermonem, quem cœperat Jesus cum Nicodemo. Non enim prosequitur, quomodo discesserit Nicodemus, aut quid ad hæc tam miranda responderit. Simile quiddam indicavimus & in primo capite, *de plenitudine ejus accepimus omnes*. Nec dissimilis casus accidisse videtur Paulo in Epistolæ ad Galatas cap. II. ubi sermonem cum Petro cœptum non absolvit, sed veluti Galatis interpretans prosequitur.

13 *Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum*] *Judicet* positum est pro *condemnet*, quomodo subinde reperitur apud Paulum, ac cæteros, ut opponatur illi quod sequitur, *ut servetur mundus per eum*. Idem sentiendum in his quæ sequuntur,

14 *Qui credit in eum non judicatur*. Et, *jam judicatus est*. Et mox,

15 *Hoc est autem judicium*] *Judicium* pro *condemnatione* positum est.

16 *Omnis enim qui male agit*] ὁ φαῦλα πράσσων, id est, *qui mala agit*, tametsi sensus idem est, nisi quod *male agere* dicitur, & qui male habet, ac malis affligitur.

17 Qui

κθ ι 29 ἀλλ᾽ ὅτι ἀπεςαλμένος εἰμὶ ἔμπροσθεν ἐκείνε. Ὁ ἔχων τὴν
νύμφην, νυμφίος ἐςίν· ὁ δὲ φίλος τȣ̃ νυμφίȣ ὁ ἑςηκὼς
καὶ ἀκȣ́ων αὐτȣ̃, χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν φωνὴν τȣ̃ νυμ-
30 φίȣ· αὕτη οὖν ὁ χαρὰ ἡ ἐμὴ πεπλήρωται. Ἐκεῖνον δεῖ
31 αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττȣ̃σθαι. Ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος,
ἐπάνω πάντων ἐςίν· ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς ἐςι,
καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ· ὁ ἐκ τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃ ἐρχόμενος, ἐπάνω
32 πάντων ἐςὶ, Καὶ ὃ ἑώρακε καὶ ἤκȣσε, τȣ̃το μαρτυρεῖ,
33 καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτȣ̃ ȣ̓δεὶς λαμβάνει. Ὁ λαβὼν αὐ-
τȣ̃ τὴν μαρτυρίαν, ἐσφράγισεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐςιν.
34 Ὃν γὰρ ἀπέςειλεν ὁ Θεὸς, τὰ ῥήματα τȣ̃ Θεȣ̃ λαλεῖ·
λ γ 35 ȣ̓ γὰρ ἐκ μέτρȣ δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα. Ὁ Πα-
τὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱὸν, καὶ πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ
λα ι 36 αὐτȣ̃. Ὁ πιςεύων εἰς τὸν Υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· ὁ
δὲ ἀπειθῶν τῷ Υἱῷ, ȣ̓κ ὄψεται ζωὴν, ἀλλ᾽ ἡ ὀργὴ τȣ̃
IV. 1 Θεȣ̃ μένει ἐπ᾽ αὐτόν. Ὡς ȣ̓̃ν ἔγνω ὁ Κύριος, ὅτι ἤκȣσαν
οἱ Φαρισαῖοι, ὅτι Ἰησȣ̃ς πλείονας μαθητὰς ποιεῖ καὶ βα-
2 πτίζει ἢ Ἰωάννης, Καίτοιγε Ἰησȣ̃ς αὐτὸς ȣ̓κ ἐβάπτι-
λϛ ζ 3 ζεν, ἀλλ᾽ οἱ μαθηταὶ αὐτȣ̃, Ἀφῆκε τὴν Ἰȣδαίαν, καὶ
λγ ι 4 ἀπῆλθε πάλιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Ἔδει δὲ αὐτὸν διέρ-
5 χεσθαι διὰ τῆς Σαμαρείας. Ἔρχεται ȣ̓̃ν εἰς πόλιν τῆς
Σαμαρείας, λεγομένην Συχὰρ, πλησίον τȣ̃ χωρίȣ ὃ ἔδω-
6 κεν Ἰακὼβ Ἰωσὴφ τῷ υἱῷ αὐτȣ̃. Ἦν δὲ ἐκεῖ πηγὴ τȣ̃
Ἰακώβ. Ὁ ȣ̓̃ν Ἰησȣ̃ς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκα-
7 θέζετο ȣ̓́τως ἐπὶ τῇ πηγῇ· ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη. Ἔρχεται
γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας ἀντλῆσαι ὕδωρ. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰη-
8 σȣ̃ς, Δός μοι πιεῖν. Οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτȣ̃ ἀπεληλύθη-
9 σαν εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι. Λέγει ȣ̓̃ν αὐτῷ ἡ
γυνὴ ἡ Σαμαρεῖτις, Πῶς σὺ Ἰȣδαῖος ὢν παρ᾽ ἐμȣ̃ πιεῖν
αἰτεῖς, ȣ̓́σης γυναικὸς Σαμαρείτιδος; ȣ̓ γὰρ συγχρῶνται Ἰȣ-
10 δαῖοι Σαμαρείταις. Ἀπεκρίθη Ἰησȣ̃ς, καὶ εἶπεν αὐτῇ,
Εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τȣ̃ Θεȣ̃, καὶ τίς ἐςιν ὁ λέγων σοι,
Δός μοι πιεῖν, σὺ ἂν ᾔτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκεν ἄν σοι
11 ὕδωρ ζῶν. Λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ, Κύριε, ȣ̓́τε ἄντλημα
ἔχεις, καὶ τὸ φρέαρ ἐςὶ βαθὺ, πόθεν οὖν ἔχεις τὸ ὕδωρ
12 τὸ ζῶν; Μὴ σὺ μείζων εἶ τȣ̃ πατρὸς ἡμῶν Ἰακὼβ, ὃς ἔ-
δωκεν ἡμῖν τὸ φρέαρ, καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτȣ̃ ἔπιε, καὶ οἱ υἱοὶ
13 αὐτȣ̃, καὶ τὰ θρέμματα αὐτȣ̃; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησȣ̃ς, καὶ
εἶπεν αὐτῇ, Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτȣ, διψήσει
πά-

A 29 Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus autem ſponſi qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi: 30 hoc ergo gaudium meum impletum eſt. Illum oportet creſcere, me vero minui. 31 Qui e ſupernis venit, ſupra omnes eſt: 17 qui e terra profectus eſt, terrenus eſt, & e terra loquitur. 18 Qui e cœlo venit, ſupra omnes eſt, 32 Et quod vidit & audivit, hoc teſtatur, & teſtimonium ejus nemo accipit. 33 Qui accepit ejus teſtimonium, is 19 obſignavit, quod Deus verax ſit. 34 Nam is quem miſit Deus, verba Dei loquitur: 20 non enim huic ad menſuram dat Deus Spiritum. B 35 Pater diligit Filium, 21 & omnia dedit illi in manum. 36 Qui credit Filio, habet vitam æternam: qui vero non credit Filio, non videbit vitam, 22 ſed ira Dei manet ſuper eum. IV. 1 Ut ergo cognovit Dominus, audiſſe Phariſæos, quod Jeſus plures diſcipulos faceret & baptizaret quam Joannes, 2 Quanquam Jeſus ipſe non baptizaret, ſed diſcipuli ejus, 3 Reliquit Judæam, & abiit iterum in Galilæam. 4 Oportebat autem eum tranſire 1 per Samariam. 5 Venit ergo in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar, juxta prædium quod dedit Jacob Joſeph filio ſuo. 6 Erat autem ibi fons Jacob. Jeſus ergo fatigatus ex itinere, 2 ſedebat ſic ſuper fontem: hora erat ferme ſexta. 7 Venit mulier Samaritana, ut hauriret aquam. Dicit ei Je- C ſus, Da mihi quod bibam. 8 Nam diſcipuli ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent. 9 Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Judæus quum ſis, potum a me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? 3 non enim commercium habent Judæi cum Samaritanis. 10 Reſpondit Jeſus, & dixit ei, Si ſcires donum Dei, & quis ſit qui dicit tibi, Da mihi quod bibam, 4 tu petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam vivam. 11 Dicit ei mulier, Domine, 5 neque quo haurias habes, & puteus 6 profundus eſt, unde ergo habes aquam illam vivam? 12 Num tu major es patre noſtro Jacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filii ejus, 7 & pecora ejus? 13 Reſpondit Jeſus, & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum.

D 17 *Qui de terra eſt, de terra loquitur*] In Græcis exemplaribus adduntur aliquot verba, ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς ἐςὶν, καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ, id eſt, *qui eſt de terra, de terra eſt, & de rerra loquitur.* Perinde quaſi dicas, *qui e terra profectus eſt, is terrenus eſt, & terrena loquitur.* Neque enim loquitur *de terra*, quod erat, περὶ τῆς γῆς, ſed ἐκ τῆς γῆς, hoc eſt, *e terra*, velut humilia. Atque ita legit Chryſoſtomus, ac Theophylactus, cumque his Cyrillus & Hilarius in præfatione Commentariorum, quos ſcripſit in Pſalmos myſticos. Ad eumdem modum ſcriptum reperio in vetuſtiſſimis Latinorum exemplaribus, *qui de terra eſt, de terra eſt, & de terra loquitur.* Conſentiebat codex Conſtantienſis, & meus veteris typographiæ: quanquam in codice Corſendoncenſi manifeſtiſſima veſtigia teſtabantur eraſam hanc particulam alteram, *de terra eſt.* Auguſtinus legit, *qui de terra eſt, terra eſt, & de terra loquitur*; id confirmant ea quæ ſequuntur: E *nam ſi non eſſet*, inquit, *illuminatus, terra terram loqueretur.* Cæterum parum attentus Lector ſcripturam mutavit, quod otioſa videretur iteratio, *de terra eſt, de terra eſt.* Non animadvertit autem ſingulis opponi ſingula: *Qui de cœlo venit, cœleſtis eſt*, hoc eſt, *ſupra omnes eſt*, & cœleſtia loquitur, & cœleſtia facit, baptizans Spiritu. *Qui e terra profectus eſt*, humilis eſt ac *terrenus, & hinc loquitur* unde eſt hoc, hoc eſt, humilis humilia, & uterque ſuam refert originem. Dilucidius autem erat, ſi extremæ particulæ addidiſſet articulum, τὰ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ.

18 *Et qui de cœlo venit*] *Venit* præſentis temporis, ὁ ἐρχόμενος, niſi quod hæc participia duobus temporibus deſerviunt, præſenti & præterito imperfecto. Atque ita vertendum erat & ὢν, *qui e terra erat, terrenus eſt, at qui de cœlo profectus erat, is ſupra omnes eſt.*

19 *Signavit*] ἐσφράγισεν, id eſt, *obſignavit*, hoc eſt, *ſigno confirmavit.* Nam ſigillum additum rem certam efficit.

F 20 *Non enim ad menſuram dat Deus Spiritum*] Evangeliſta pronomen omiſit τȣ́τῳ, ſive αὐτῷ, quod ex his quæ præcedunt & conſequuntur ſatis liqueret de quo loqueretur. Id autem fit crebrius apud Græcos quam apud Latinos. Nos igitur ne quid offenderet Lectorem, pronomen de noſtro appoſuimus in verſione duntaxat. Dictum eſt autem figura proverbiali, *dat ad menſuram*, pro eo quod eſt, parce, aut mediocriter. Qui largiter & effuſe dat, non metitur quod dat aut numerat, ſed cumulatim profundit. Alioqui gratia in Chriſto, quatenus homo fuit, finita dici poſſit. Et hic videtur Evangeliſta ſuum ſermonem attexuiſſe ſermoni Joannis. Neque enim abſolvit quid acciderit diſcipulis.

21 *Et omnia dedit in manu ejus*] Incertum eſt an abuſus præpoſitione ſenſerit omnia Filio tradita in manum, an omnia nobis dari per manum illius, quod juxta proprietatem Hebraici ſermonis *in* præpoſitio ſignificationem habeat inſtrumenti: ſed priorem ſenſum Græci ſequuntur Interpretes, & mihi magis arridet.

D 22 *Sed ira Domini manet*] μενεῖ, id eſt, *manebit.* Quanquam accentu mutato erit *manet*, μένει, atque ita legitur in nonnullis exemplaribus, ac, mea quidem ſententia, rectius. Fides aufert peccatum, infidelitas relinquit peccatum, manet autem quod non tollitur. Quanquam Cyprianus adverſus Judæos lib. II. cap. XXVI. legit *manebit.* Et quod Interpres vertit, *qui non credit*, eleganter reddidit ille, *qui dicto non eſt audiens.* Græcis diverſæ voces ſunt πιςεύων, & ἀπειθῶν, quarum poſterior magis ſonat *inobedientem.*

1 *Per mediam Samariam*] *Mediam* non additur, nec in Græcis codicibus, nec antiquis Latinorum exemplaribus magnopere conſentientibus, ac ne in aureo quidem, διὰ τῆς Σαμαρείας. Atque ita legit Chryſoſtomus. Unde mirum videri poteſt, unde hoc inoleverit in vulgatis exemplaribus, niſi forte E quiſpiam ſic interpretatus eſt, *per Samariam, per medium Samariæ*, atque id alius in contextum tranſtulit, qua quidem occaſione deprehendimus complures irrepſiſſe mendas.

2 *Sedebat ſic ſupra fontem*] ȣ̓́τως addit μιμητικῶς, ut geſtus exprimat hominis laſſi, vel *ſic*, nempe quia fatigatus. Atque hæc dictio conſimilem ad modum uſurpata reperitur apud Terentium, alioſque probos auctores. Chryſoſtomus ſubindicat habere ſignificationem neglectus *ſic*, id eſt, non in ſella, aut commodo loco, ſed neglectim humi, ut ſe locus feſſo dederat. Idem admonet Theophylactus. Et melius erat *ad fontem*, quam *ſupra fontem*, ſic enim habebatur in vulgatis exemplaribus, tametſi in antiquis legitur *ſuper*, non *ſupra*. *Sextam horam* expreſſit, ut intelligeremus Dominum non ſolum itineris labore, verum etiam æſtu meridiano fuiſſe fatigatum.

3 *Non enim coutuntur*] συγχρῶνται. Vocem Græcam factitia Latina reddidit. Quis enim unquam dixit *couti*, aut quis F intellecturus ſit, *couti* eſſe habere commercium & mutuam vitæ conſuetudinem. Nam & Latinis *uſus* familiaritatem ſignificat. Et utimur his cum quibus agimus conſuetudinem. Cæterum *couti* & *couſus* inauditæ voces ſunt.

4 *Tu forſitan petiſſes*] σὺ ἂν ᾔτησας, *tu popoſciſſes.* Interpres pro ἂν conjunctione expletiva poſuit adverbium dubitantis, cum ἂν magis affirmet. Cæterum cum apud Evangeliſtam utrique verbo ſit addita conjunctio ἂν, *petiſſes* & *dediſſet*, in priore vertit *forte*, in poſteriore non vertit. Atqui aut erat omittendum utrobique, aut utrobique addendum.

5 *Neque in quo haurias*] ἄντλημα, id eſt, *hauſtrum.* Nam eo verbo uſus eſt Lucretius, quandoquidem *hauritorium* Vallæ parum nitidum videtur. Et Latinius erat, *quo haurias*, quam *in quo haurias.*

6 *Altus*] βαθὺ, id eſt, *profundus.* Nam *altus* ambigua vox eſt.

7 *Et pecora ejus*] θρέμματα. Quæ vox omne animantis genus complectitur, ab *alendo* dicta, ut βοσκήματα.

14 πάλιν. Ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα, ἀλλὰ τὸ ὕδωρ ὃ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἀλλομένου 15 εἰς ζωὴν αἰώνιον. Λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ γυνὴ, Κύριε, δός μοι τοῦτο τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ διψῶ, μηδὲ ἔρχωμαι ἐν- 16 θάδε ἀντλεῖν. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Ὕπαγε, φώνη- 17 σον τὸν ἄνδρα σου, καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε. Ἀπεκρίθη ἡ γυνὴ, καὶ εἶπεν, Οὐκ ἔχω ἄνδρα. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, 18 Καλῶς εἶπας, Ὅτι ἄνδρα οὐκ ἔχω. Πέντε γὰρ ἄν- δρας ἔσχες, καὶ νῦν ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ· τοῦτο 19 ἀληθῶς εἴρηκας. Λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ, Κύριε, θεωρῶ 20 ὅτι Προφήτης εἶ σύ. Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τούτῳ τῷ ὄ- ρει προσεκύνησαν, καὶ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις 21 ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου δεῖ προσκυνεῖν. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰη- σοῦς, Γύναι, πίστευσόν μοι, ὅτι ἔρχεται ὥρα ὅτε οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις προσκυνήσετε τῷ 22 Πατρί. Ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε, ἡμεῖς προσ- κυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν, ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐ- 23 στίν. Ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ Πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀ- ληθείᾳ· καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας 24 αὐτόν. Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, 25 ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. Λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ, Οἶδα ὅτι Μεσσίας ἔρχεται, ὁ λεγόμενος Χρι- 26 στός, ὅτ' ἂν ἔλθῃ ἐκεῖνος, ἀναγγελεῖ ἡμῖν ἅπαντα. Λέ- 27 γει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Ἐγώ εἰμι ὁ λαλῶν σοι. Καὶ ἐπὶ τού- τῳ ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμασαν, ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει· οὐδεὶς μέντοι εἶπε, Τί ζητεῖς, ἢ τί 28 λαλεῖς μετ' αὐτῆς; Ἀφῆκεν οὖν τὴν ὑδρίαν αὐτῆς ἡ γυ- νὴ, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, καὶ λέγει τοῖς ἀνθρώποις, 29 Δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον, ὃς εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίη- 30 σα· μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός; Ἐξῆλθον οὖν ἐκ τῆς πό- 31 λεως, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτόν. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ἠρώ- 32 των αὐτὸν οἱ μαθηταὶ, λέγοντες, Ῥαββὶ, φάγε. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴ- 33 δατε. Ἔλεγον οὖν οἱ μαθηταὶ πρὸς ἀλλήλους, Μή τις 34 ἤνεγκεν αὐτῷ φαγεῖν; Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, 35 καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον. Οὐχ ὑμεῖς λέγετε, Ὅτι ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; Ἰδοὺ λέγω ὑμῖν, ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς 36 χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. Καὶ ὁ θε- ρίζων μισθὸν λαμβάνει, καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἵνα καὶ ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ, καὶ ὁ θερίζων. 37 Ἐν γὰρ τούτῳ ὁ λόγος ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς, ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ 38 σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ θερίζων. Ἐγὼ ἀπέστειλα ὑμᾶς θερίζειν, ὃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε· ἄλλοι κεκοπιάκασι, 39 καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθατε. Ἐκ δὲ τῆς πόλεως ἐκείνης πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν τῶν Σαμαρει- τῶν διὰ τὸν λόγον τῆς γυναικὸς, μαρτυρούσης, Ὅτι εἶπέ 40 μοι πάντα ὅσα ἐποίησα. Ὡς οὖν ἦλθον πρὸς αὐτὸν οἱ Σα- μαρεῖται, ἠρώτων αὐτὸν μεῖναι παρ' αὐτοῖς· καὶ ἔμεινεν 41 ἐκεῖ δύο ἡμέρας. Καὶ πολλῷ πλείους ἐπίστευσαν διὰ τὸν 42 λόγον αὐτοῦ. Τῇ τε γυναικὶ ἔλεγον, Ὅτι οὐκ ἔτι διὰ τὴν σὴν λαλιὰν πιστεύομεν, αὐτοὶ γὰρ ἀκηκόαμεν, καὶ οἴδα- μεν,

A

14 rum. Quiſquis autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitierit [8] in æternum, ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. 15 Dicit illi mulier, Domine, da mihi iſtam aquam, ut non ſitiam, neque veniam huc ad hauriendum. 16 Dicit ei Jeſus, Vade, voca virum tuum, & veni huc. 17 Reſpondit mulier, & dixit ei, [9] Non habeo virum. Dicit ei Jeſus, Bene dixiſti, Non habeo virum. 18 Quinque enim viros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt tuus vir: hoc vere dixiſti. 19 Dicit ei mulier, Domine, video quod Propheta es tu. 20 Patres noſtri in monte hoc adoraverunt, & vos dicitis, quod Hieroſolymis eſt locus, ubi oportet adorare. 21 Dicit ei Jeſus, Mulier, crede mihi, venit hora quando neque in monte hoc, neque Hieroſolymis adorabitis

B

Patrem. 22 Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Judæis eſt. 23 Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem ſpiritu ac veritate: nam & Pater tales quærit [10] qui adorent ipſum. 24 Spiritus eſt Deus, & eos, qui adorant eum, ſpiritu ac veritate oportet adorare. 25 Dicit ei mulier, Scio [11] quod Meſſias venturus eſt, qui dicitur Chriſtus, quum ergo venerit ille, nobis nunciabit omnia. 26 Dicit ei Jeſus, Ego ſum qui loquor tibi. 27 [12] Et continuo venerunt diſcipuli ejus, & mirabantur, [13] quod cum muliere loqueretur: nemo tamen dixit, Quid quæris, aut cur loqueris cum ea? 28 Reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abiit in

C

civitatem, [14] & dicit illis hominibus, 29 Venite, videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci: num hic eſt ille Chriſtus? 30 Exierunt ergo e civitate, & veniebant ad eum. 31 Interea rogabant eum diſcipuli, dicentes, Rabbi, comede. 32 Ille autem dixit eis, Ego cibum habeo comedendum, quem vos neſcitis. 33 Dicebant ergo diſcipuli inter ſe, [15] Num quis attulit ei quod ederet. 34 Dicit eis Jeſus, Meus cibus eſt, ut faciam quod vult is qui miſit me, [16] & perficiam opus ejus. 35 Nonne vos dicitis, [17] Adhuc quatuor menſes ſunt, [18] & meſſis veniet? Ecce dico vobis, attollite oculos veſtros, & videte regiones, quoniam albæ ſunt jam ad meſſem. 36 Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam, ut

D

& qui ſeminat ſimul gaudeat, & qui metit. 37 [19] In hoc enim eſt ſermo verus, quod alius eſt qui ſeminat, & alius eſt qui metit. 38 Ego miſi vos ad metendum, quod vos non laboraſtis: alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiſtis. 39 Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter ſermonem mulieris, teſtificantis, Quod dixiſſet ſibi omnia quæcunque feciſſet. 40 Quum veniſſent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum ut apud ſe maneret: & manſit ibi duos dies. 41 Ac multo plures crediderunt [20] propter ſermonem ipſius. 42 Et mulieri dicebant, Jam non propter tuam orationem credi-

E

mus, ipſi enim audivimus, & ſcimus, quod hic eſt vere

8 *In æternum*] εἰς τὸν αἰῶνα, id eſt, *in ævum*.

9 *Quia non habeo virum*] Quæſo quid ex hiſce verbis percipi poteſt, niſi mulierem dixiſſe, quod Chriſtus non habuerit virum? Uſqueadeo nihil referre putamus, quomodo loquamur, aut quid auditurus ſit qui legit? Omittenda igitur erat, ſi uſquam alias, hoc loco conjunctio ὅτι, *quia*: aut mutato verbi modo, vertendum erat hoc pacto, *Bene dixiſti te virum non habere*, ſive *Bene dixiſti, non habeo virum*. Quod ſi nunquam Interpres omiſiſſet Græcam conjunctionem, poterat videri ſuperſtitione factum. Cæterum cum alicubi deprehendatur omiſiſſe, mirum cur hîc putarit addendam.

10 *Qui adorent eum*] τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, id eſt, *adorantes ſe*, ſive *qui adorent ſe*. Apparet Interpretem fugiſſe amphibologiam pronominis reciproci, quod accipi poterat, illos adorare ſeipſos. Ea vitari poterat, ſi dixiſſet, *qui adorent ipſum*.

F

11 *Quia Meſſias venit*] ἔρχεται. Quod Græci nonnunquam uſurpant pro futuro, tametſi præſentis temporis vox eſt. Hoc loco magis quadrabat *veniet*, propter id quod ſequitur, *cum ergo venerit ille*. Et *veniet* legitur in antiquis & emendatis codicibus Latinis.

21 *Et continuo*] Καὶ ἐπὶ τούτῳ, id eſt, *In hoc*, ſive *Interim*, nimirum cum hæc dicerentur.

13 *Quid cum muliere loqueretur*] ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει, id eſt, *quod cum muliere loqueretur*, ſive *loquutus eſſet*. Interpres pro ὅτι legiſſe videtur τί. Non enim mirabantur quid eſſet quod cum illa fuiſſet colloquutus, ſed illud admirabantur, Chriſtum cum Samaritana paupercula tam familiariter colloquutum eſſe. Porro *muliere* poſitum eſt pro *ea*, ut *hominem* aliquoties pronominis vice uſurpamus. Nec enim Apoſtolis nova aut ſuſpecta res erat Chriſtum cum muliere colloqui. Quod diximus, propemodum ex Chryſoſtomi interpretatione licet conjicere. Adſtipulatur nobis & veterum exemplariorum fides, in quibus ſcriptum eſt, *& mirabantur, quia cum muliere loquebatur*, hoc eſt, *mirabantur eum cum muliere colloqui*. Nam quod ſequitur, *qui loqueris cum illa*, magis vertendum erat, *cur loqueris cum illa*, nimirum Samaritana. Abhorrebant enim Judæi a commercio Samaritanorum. Videntur ſiquidem diſcipuli voluiſſe dirimere colloquium Chriſti cum muliere, verum non auſi ſunt hoc facere.

14 *Et dicit illis hominibus*] *Illis* Interpres addidit de ſuo, nec omnino intempeſtiviter, Græce tantum eſt τοῖς ἀνθρώποις. Ac rurſum *hominibus* dictum eſt pro *eis*.

15 *Nunquid aliquis*] Μή τις, id eſt, *Num quis*.

16 *Ut perficiam opus ejus*] Græce legunt, καὶ τελειώσω, *& perficiam*, atque ita Chryſoſtomus. Licet hoc ad ſenſum parvi referat. Et poteſt hac in parte repeti ἵνα, quaſi dicas, *utque perficiam opus ejus*. Et,

17 *Quod adhuc*] Conjunctio ὅτι non erat vertenda, cum ipſorum verba referat. *Quatuor menſes*, Græcis unica dictio eſt, τετράμηνον, id eſt, *quadrimeſtre*.

18 *Et meſſis venit*] ἔρχεται. Poterat eſſe, *& ventura eſt*.

19 *In hoc enim eſt verbum verum*] ὁ λόγος, cum articulo, ut intelligas de eo ſermone quem modo dixerat. Porro præfatus eſt verum eſſe, cum rem novam & incredibilem ſubjiciat.

20 *Propter ſermonem ejus*] *Ejus* ad Chriſtum referendum eſt, non ad mulierem, αὐτοῦ, unde melius erat *ipſius*.

λδζ 43 μεν, ὅτι ὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Σωτὴρ τῦ κόσμυ ὁ Χριστός. Μετὰ δὲ τὰς δύο ἡμέρας ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ ἀπῆλθεν εἰς
λε α 44 τὴν Γαλιλαίαν. Αὐτὸς γὰρ ὁ Ἰησῦς ἐμαρτύρησεν, ὅτι
λϛ ι 45 Προφήτης ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι τιμὴν ὐκ ἔχει. Ὅτε οὖν ἦλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἐδέξαντο αὐτὸν οἱ Γαλιλαῖοι, πάντα ἑωρακότες, ἃ ἐποίησεν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν
46 τῇ ἑορτῇ· καὶ αὐτοὶ γὰρ ἦλθον εἰς τὴν ἑορτήν. Ἦλθεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πάλιν εἰς τὴν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, ὅπυ
λζ γ ἐποίησε τὸ ὕδωρ οἶνον. Καὶ ἦν τις βασιλικὸς, οὗ ὁ
47 υἱὸς ἠσθένει ἐν Καπερναούμ. Οὗτος ἀκούσας, ὅτι Ἰησῦς ἥκει ἐκ τῆς Ἰυδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἀπῆλθε πρὸς αὐτὸν, καὶ ἠρώτα αὐτὸν, ἵνα καταβῇ, καὶ ἰάσηται αὐ-
48 τοῦ τὸν υἱόν· ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν. Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς αὐτὸν, Ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα ἴδητε, ὐ
49 μὴ πιστεύσητε. Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλικὸς, Κύριε,
50 κατάβηθι πρὶν ἀποθανεῖν τὸ παιδίον μυ. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησῦς, Πορεύυ, ὁ υἱός συ ζῇ. Καὶ ἐπίστευσεν ὁ ἄνθρωπος
51 τῷ λόγῳ ᾧ εἶπεν αὐτῷ Ἰησῦς, καὶ ἐπορεύετο. Ἤδη δὲ αὐτοῦ καταβαίνοντος, οἱ δῦλοι αὐτῦ ἀπήντησαν αὐτῷ,
52 καὶ ἀπήγγειλαν, λέγοντες, Ὅτι ὁ παῖς συ ζῇ. Ἐπύθετο ὖν παρ᾽ αὐτῶν τὴν ὥραν, ἐν ᾗ κομψότερον ἔσχε. Καὶ εἶπον αὐτῷ, Ὅτι χθὲς ὥραν ἑβδόμην ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυ-
53 ρετός. Ἔγνω ὖν ὁ πατὴρ, ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, ἐν ᾗ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησῦς, Ὅτι ὁ υἱός συ ζῇ. Καὶ ἐπίστευσεν αὐτὸς,
54 καὶ ἡ οἰκία αὐτῦ ὅλη. Τῦτο πάλιν δεύτερον σημεῖον ἐποίησεν ὁ Ἰησῦς ἐλθὼν ἐκ τῆς Ἰυδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Με-

V. 1 λη ι τὰ ταῦτα ἦν ἑορτὴ τῶν Ἰυδαίων, καὶ ἀνέβη ὁ Ἰησῦς εἰς
2 Ἱεροσόλυμα. Ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρα, ἡ ἐπιλεγομένη Ἑβραϊστὶ Βηθεσδὰ, πέν-
3 τε στοὰς ἔχυσα. Ἐν ταύταις κατέκειτο πλῆθος πολὺ τῶν ἀσθενύντων, τυφλῶν, χωλῶν, ξηρῶν, ἐκδεχομένων
4 τὴν τοῦ ὕδατος κίνησιν. Ἄγγελος γὰρ κατὰ καιρὸν κατέβαινεν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ, καὶ ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ. Ὁ οὖν πρῶτος ἐμβὰς μετὰ τὴν ταραχὴν τοῦ ὕδατος ὑγιὴς
5 ἐγίνετο, ᾧ δήποτε κατείχετο νοσήματι. Ἦν δέ τις ἄνθρωπος
6 ἐκεῖ, τριάκοντα καὶ ὀκτὼ ἔτη ἔχων ἐν τῇ ἀσθενείᾳ. Τῦτον ἰδὼν ὁ Ἰησῦς κατακείμενον, καὶ γνὺς, ὅτι πολὺν ἤδη χρόνον ἔχει, λέγει αὐτῷ, Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι;
7 Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ἀσθενῶν, Κύριε, ἄνθρωπον οὐκ ἔχω, ἵνα, ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ, βάλλῃ με εἰς τὴν κολυμβήθραν·

A vere 21 Servator mundi Christus. Post duos autem 43 dies exiit inde, & abiit in Galilæam. Ipse enim Je- 44 sus testatus est, quod Propheta in sua patria honorem non haberet. Quum ergo venisset in Galilæam, 45 exceperunt eum Galilæi, quum omnia vidissent, quæ fecerat Hierosolymis in die festo: & ipsi enim venerant ad diem festum. Venit ergo Jesus iterum in 46 Cana Galilææ, ubi fecerat ex aqua vinum. Et erat 22 quidam regulus, cujus filius infirmabatur Capernaum. Hic quum audisset, quod Jesus advenisset a 47 Judæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum, ut descenderet, ac sanaret ipsius filium: 23 siquidem agebat animam. Dixit ergo Jesus ad eum, Nisi signa 48 B & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum re- 49 gulus, Domine, descende prius quam moriatur filius meus. Dicit ei Jesus, Vade, filius tuus vivit. Cre- 50 didit homo sermoni quem dixerat ei Jesus, & ibat. Jam autem eo descendente, servi occurrerunt ei, & 51 nunciaverunt, dicentes, Filius tuus vivit. Sciscitatus 52 est ergo horam ab eis, in qua 24 melius habuisset. Et dixerunt ei, Heri hora septima reliquit eum febris. Cognovit ergo pater, quod illa hora erat, in qua 53 dixisset sibi Jesus, Filius tuus vivit. Et credidit ipse, & domus ejus tota. 25 Hoc iterum secundum signum 54 edidit Jesus, quum venisset a Judæa in Galilæam.

C Post hæc erat dies festus Judæorum, & adscendit Je- 1 V. sus Hierosolymam. 1 Est autem Hierosolymis ad pro- 2 baticam piscina, 2 quæ nominatur Hebraice Bethesda, quinque porticus habens. In his jacebat multitu- 3 do magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, exspectantium aquæ motum. Angelus enim 4 descendebat certo tempore in piscinam, 3 & turbabat aquam. 4 Itaque qui primus 5 descendisset 6 post turbationem aquæ, sanus fiebat, a quocumque detinebatur morbo. Erat autem quidam homo illic, qui 5 triginta & octo annos morbo tenebatur. Hunc quum 6 vidisset Jesus decumbentem, & 7 cognovisset, quod jam multum temporis morbo teneretur, dicit ei, Vis D sanus fieri? Respondit ei languidus, Domine, homi- 7 nem non habeo, ut, quum turbata fuerit aqua, mittat

21 *Salvàtor mundi*] Græci addunt *Christus*, ὁ Σωτὴρ τῦ κόσμυ ὁ Χριστός.

22 *Quidam regulus*] τὶς βασιλικὸς, id est, *quidam regalis.* Tametsi legendum opinor βασιλίσκος, etiamsi constanter reclamant Græcorum exemplaria. Quin & Interpretes, qui scribunt in hoc Evangelium, hunc *basilicon* dictum ajunt, vel quod esset generis regii, vel quod magistratu munereque regio fungeretur. In hanc ferme sententiam Chrysostomus, nisi quod illic *regulum* lego, non *regalem*, haud scio Interpretisne an Librarii vitio. Certe Theophylactus citra controversiam legit βασιλικὸς, id est, *regius.* Et Hieronymus in cap. Esa. LXV. admonet de aula regia fuisse, quem rectius diceremus *Palatinum.* Et paulo post,

23 *Incipiebat enim mori*] ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν, id est, *erat enim moriturus*, sive, *nam agebat animam*, hoc est, *tendebat ad mortem*, quod tamen hic data opera sic aliquoties vertit.

24 *Melius habuerit*] κομψότερον ἔσχεν, id est, *melius*, sive *commodius habuisset.*

25 *Hoc iterum secundum*] Videri poterat dixisse, Jesum duo secunda signa fecisse, & altera vox superesse, etiamsi Græca sic habent. Sensit hoc incommodi Chrysostomus, quid autem ille non sentit? putatque *secundum* data opera additum, quo magis inculcaret Galilæorum incredulitatem, qui cum prius vidissent miraculum in nuptiis, ac rursum hoc de sanato puero, tamen persistebant diffidere Christo.

1 *Est autem Hierosolymis probatica*] Ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρα, id est, *Est autem Hierosolymis super probaticam*, sive *ad probaticam piscina.* Nam Græcis *probatica* dativus est, *piscina* nominativus. Atque ita sane videre est in codice aureo, *super probatica:* consentientibus exemplaribus S. Donatiani. In Constantiensi codice sciolus quispiam eraserat præpositionem *super.* Sonat autem *probatica*, quasi dicas *ovilla* sive *pecualis*, ut vertit Hieronymus. Quanquam ex Chrysostomo aut Cyrillo certum deprehendi non potest de loci hujus lectione. Et *piscina* hoc loco significat non vivarium piscium, sed in qua natatur, vel Græca voce id attestante, quæ dicta est παρὰ τὸ κολυμβεῖν, id est, *a natando.*

2 *Quæ cognominatur Hebraice Bethsaïda*] Græce est Βηθεσδὰ, id est, *Bethesda.* Quanquam eadem vox & apud divum Hieronymum erat depravata. Quod vel hinc colligi licet, quod cum antea *Bethsaïda* nominasset civitatem Galilææ, patriam trium Apostolorum, Andreæ, Petri, Philippi, juxta stagnum Genezareth, aliquanto post subjicit rursum *Bethsaïda* piscinam, quæ fuerit Hierosolymis cognomento *probatica*, *quam nos*, inquit, *pecualem possumus interpretari.* Hæc quinque quondam porticus habuit. Ostenduntur gemini lacus, quorum unus hybernis pluviis adimpleri solet, alter mirum in modum rubens, quasi cruentis aquis antiqui in se operis signa testatur. Nam hostias in ea lavari a Sacerdotibus solitas ferunt, unde & nomen acceperit. Ita ferme Hieronymus. Porro quod ait, hinc nomen inditum, non solum pertinet ad vocem Græcam πρόβατον, quæ *pecudem* aut *ovem* sonat, verum etiam ad Hebraicam בֵּיתעֵדֶר. Siquidem Hebræis בַּיִת *domus* dicta est, עֵדֶר *grex*, sive *pecus.* Apparet igitur totum eum locum dictam *probaticam*, in quo fuerit aliqua pars servata in usus natare volentium. Hugo Carrensis admonet *piscinam* dictam per antiphrasin, quod minime haberet pisces. Quemadmodum sorores Diaboli dictæ sunt *Parcæ*, quod nemini parcant. Nimirum hæc etymologia simillima est illi, quam attulit de sycomoro: *Sycomorus*, inquit, *dicitur quasi sicut morus, quod sit similis moro.* Ad hunc sane modum, non est magnum ingentia condere volumina, si libeat hujusmodi næniis miseras contaminare chartas. Ne vero quisquam existimet hæc a me calumniandi morbo dici. Imo consulendum arbitrabar studiis quorumdam, qui Scriptorem hunc & alios huic similes, velut addicti, nulloque delectu legunt, alii quod Cardinalis fuerit, alii quod Ordinis Dominicalis. Verum ut audio Carrensem in numerum Cardinalium adscitum fuisse, ita in Divorum numerum adscriptum non lego. Quod si maxime fuisset factum, tamen eatenus debetur sanctis viris reverentia, ut si quid errarint, nam errant & sancti, citra personæ contumeliam, veritati patrocinemur. Quanquam & in alios parcius dicendum est quam res ipsa meretur, ut quod coarguimus eos, publicæ utilitati, quod modaratius id facimus, Christianæ modestiæ datum videatur.

3 *Et movebatur aqua*] Antiqui codices habent, *& movebat aquam*, καὶ ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ, id est, *& turbabat aquam.* Quanquam alii rursus habebant, ἐταράσσετο τὸ ὕδωρ: τὸ articulus occasio fuit erroris, cum eadem syllaba possit esse & finis verbi. Chrysostomus sic interpretatur hunc locum, ut sentire possis ab Angelo solitam turbari aquam. Certe Theophylactus legit ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ, id est, *turbabat illam aquam.*

4 *Et qui prior*] Vetusti codices, consentientibus Græcis exemplaribus, habent, *qui ergo primus*, ὁ ὖν πρῶτος ἐμβὰς, id est, *qui igitur primus ingressus fuisset.*

5 *Descendisset in piscinam*] *In piscinam* hoc loco nec est in antiquis, nec in Græcis, verum hoc aliquis explicandi gratia de suo adjecit, repetens e proximo loco, quod Evangelista maluit subaudiri.

6 *Post motionem aquæ*] μετὰ τὴν ταραχὴν, id est, *post turbationem.* Quod ante dixit ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ.

7 *Cognovisset quia jam multum tempus haberet*] Quando litteratoris officio fungimur, non gravabimur & hoc admonere, hic subaudiendum quod mox præcessit, *in infirmitate.*

βήθραν· ἐν ᾧ δὲ ἔρχομαι ἐγὼ, ἄλλος πρὸ ἐμοῦ 8 καταβαίνει. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἔγειραι, ἆρον τὸν 9 κράββατόν σου, καὶ περιπάτει. Καὶ εὐθέως ἐγένετο ὑγιὴς ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἦρε τὸν κράββατον αὐτοῦ, καὶ 10 περιεπάτει. Ἦν δὲ σάββατον ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. Ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ τεθεραπευμένῳ, Σάββατόν ἐ- 11 στιν, οὐκ ἔξεστί σοι ἆραι τὸν κράββατον. Ἀπεκρίθη αὐτοῖς, Ὁ ποιήσας με ὑγιῆ, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, Ἆρον 12 τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει. Ἠρώτησαν οὖν αὐτὸν, Τίς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ὁ εἰπών σοι, Ἆρον τὸν κράβ- 13 βατόν σου, καὶ περιπάτει; Ὁ δὲ ἰαθεὶς οὐκ ᾔδει τίς ἐστιν· ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσεν ὄχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ. 14 Μετὰ ταῦτα εὑρίσκει αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, 15 ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται. Ἀπῆλθεν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀνήγγειλε τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ ποιήσας 16 αὐτὸν ὑγιῆ. Καὶ διὰ τοῦτο ἐδίωκον τὸν Ἰησοῦν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ὅτι ταῦτα ἐποίει 17 ἐν σαββάτῳ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίνατο αὐτοῖς, Ὁ 18 Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. Διὰ τοῦτο οὖν μᾶλλον ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι, ὅτι οὐ μόνον ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλὰ καὶ Πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεὸν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ. 19 Ἀπεκρίνατο οὖν ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα· ἃ γὰρ 20 ἂν ἐκεῖνος ποιεῖ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ. Ὁ γὰρ Πατὴρ φιλεῖ τὸν Υἱὸν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ, ἃ αὐτὸς ποιεῖ· καὶ μείζονα τούτων δείξει αὐτῷ ἔρ- 21 γα, ἵνα ὑμεῖς θαυμάζητε. Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς, καὶ ζωοποιεῖ, οὕτως καὶ ὁ Υἱὸς οὓς 22 θέλει ζωοποιεῖ. Οὐδὲ γὰρ ὁ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, 23 ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ, Ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα. Ὁ μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν, οὐ τιμᾷ τὸν Πατέρα τὸν πέμψαντα αὐ- 24 τόν. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων, καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται, ἀλλὰ μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου 25 εἰς τὴν ζωήν. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκούσονται τῆς φωνῆς τοῦ 26 Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται. Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ 27 ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, Καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρί- 28 σιν ποιεῖν, ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν. Μὴ θαυμάζετε τοῦτο, ὅτι ἔρχεται ὥρα, ἐν ᾗ πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις ἀκού- σονται

tat me in piſcinam: 8 ſed interim dum ego venio, jam alius ante me deſcendit. Dicit ei Jeſus, Surge, 9 tolle grabatum tuum, & ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt 10 homo ille, & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. Erat autem ſabbatum in die illo. Dicebant ergo Judæi ei, qui ſanatus fuerat, Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum. Reſpondit eis, Qui me ſanum fecit, is mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogaverunt ergo eum, Quis eſt ille homo qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem qui ſanatus fuerat, neſciebat quis eſſet: 11 Jeſus enim ſubduxit ſe, 12 quod turba eſſet eo in loco. Poſtea reperit eum Jeſus in templo, & dixit illi, Ecce ſanus factus es, 13 ne poſthac pecces, ne quid deterius tibi contingat. Abiit ille homo, & nunciavit Judæis, quod Jeſus eſſet a quo ſanatus fuiſſet. 14 Ac propterea perſequebantur Judæi Jeſum, & quærebant illum occidere, quod iſta feciſſet in ſabbato. Jeſus autem reſpondit eis, 15 Pater meus ad hoc uſque temporis operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Judæi interficere, quia non ſolum ſolviſſet ſabbatum, ſed & Patrem ſuum dixiſſet Deum, æqualem ſe faciens Deo. Reſpondit itaque Jeſus, & dixit eis, Amen amen dico vobis, non poteſt Filius a ſe facere quicquam, 16 niſi quid viderit Patrem facientem: quæcunque enim ille fecerit, hæc itidem & Filius facit. Pater enim diligit Filium, & hæc omnia demonſtrat ei, quæ ipſe facit: 17 & majora his demonſtrabit ei opera, ut vos miremini. Sicut enim Pater ſuſcitat mortuos, & vivificat, ſic & Filius quos vult vivificat. 18 Neque enim Pater judicat quemquam, ſed omne judicium dedit Filio, Ut omnes honorent Filium, ſicut honorant Patrem. Qui non honorat Filium, non honorat Patrem qui miſit illum. Amen amen dico vobis, qui ſermonem meum audit, & credit ei qui miſit me, habet vitam æternam, & in condemnationem non veniet, 19 ſed tranſivit a morte in vitam. Amen amen dico vobis, quod veniet hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem Filii Dei, & qui audierint vivent. Sicut enim Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & Filio habere vitam in ſemetipſo, 20 Et poteſtatem dedit ei judicandi quoque, 21 quia Filius hominis eſt. Nolite mirari hoc, quia veniet hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt

8 *Dum venio enim ego*] ἐν ᾧ δὲ ἔρχομαι ἐγὼ, *in quo autem venio*, ut ad verbum reddam. Vertendum autem erat, *cæterum, interea dum ego venio, alius ante me deſcendit.*

9 *Tolle grabbatum tuum*] Mirum eſt unde Græci ſcribant κράββατον, per duplex β β, cum Martialis primam hujus dictionis ſyllabam corripuerit in Epigrammate: *Sed ſi nec focus eſt, nudi nec ſponda grabati.* Præſertim cum Perottus etymologiam vocis petat a Græcis, dictum enim putat κράβατον, quaſi καράβατον, a κάρα *caput*, & βατὸν *pervium*. Quod verum ſit nec ne, in præſentia non diſputo. Certe lectuli genus eſt, ſeu lecticæ potius; in magno Græcorum Etymologico reperio κριββάτιον dictum παρὰ τὸ κρεμᾶν τὰς βάσεις, id eſt, *a ſuſpendendo pedes*, quod ſic in lecticis portarentur, ut pedibus non contingerent terram.

10 *Homo ille*] Non eſt *ille* apud Græcos, ſed Interpres expreſſit vim articuli, ὁ ἄνθρωπος.

11 *Jeſus enim declinavit a turba*] ἐξένευσεν. Incertum a νεύειν an a ξενεύειν. Heſychius indicat ἐκνεύειν idem eſſe quod *enatare*, a verbo νεῖν, cum ita ſcribit, ἐκνεύσας, ἐκκολυμβήσας. Nec eſt,

12 *A turba conſtituta in loco*] Alioqui addidiſſet articulum, ὄχλου τοῦ ὄντος ἐν τόπῳ, ſed *Jeſus ſubduxit ſeſe cum turba eſſet in loco*, quod inter plurimos facile eſt unum aliquem latere, quem deinde non agnoſcas. Unde magis dictum videtur a ξενεύειν, velut peregrinum & ignotum fieri. Ut ne dicam, quod ὑγιὴς, *ſanus*, magis pertinet ad integritatem membrorum, quam morbum veluti febrim. Nam morbo opponitur bona valetudo: vitio corporis opponitur debilitas.

13 *Jam noli*] μηκέτι, id eſt, *ne poſthac*. Quanquam recte vertit Interpres, callentibus linguam Latinam, apud quos idem valet *jam*, quod *poſthac*.

14 *Propterea perſequebantur Judæi Jeſum, quia hæc faciebat in ſabbato*] In Græcorum codicibus additum reperio, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, fortaſſis ob hoc, quia ſequitur, *Propterea magis quærebant eum interficere*, &c. ſed reclamantibus magno conſenſu Latinorum codicibus.

15 *Pater meus uſque modo*] ὁ Πατήρ μου. Annotat Cyrillus addito *Patri* articulo non declarari quemvis Patrem, ſed Deum, hoc eſt, illum vere Patrem.

16 *Niſi quod viderit Patrem*] ἐὰν μή τι βλέπῃ, id eſt, *niſi quid viderit*, aut certe *niſi viderit*. Nam τί frequenter additur ex proprietate Græci ſermonis.

17 *Et majora his*] καὶ μείζονα τούτων. Quod hîc auſus eſt Interpres, cur non idem auſus eſt apud hunc Evangeliſtam capite decimo quarto, *& majora horum faciet.* Ubi totidem verbis ſcriptum eſt, μείζονα τούτων.

18 *Neque enim Pater judicat quemquam*] Cyprianus pro οὐδένα legiſſe videtur οὐδέν. Sic enim refert, *Nihil Pater judicat.* Ad eumdem modum citat libro ad Quirinum tertio, capite trigeſimo tertio.

19 *Sed tranſiet*] ἀλλὰ μεταβέβηκεν, id eſt, *tranſiit*, præteriti temporis, non futuri. Nam *tranſiit* facile depravatum eſt in *tranſiet*. *Tranſiit* legit Theophylactus citans in Lucæ caput XXIII. Lectioni adſtipulatur illius commentum: *In ſupplicium*, inquit, *non venit, ſed vivit æternam vitam.* Porro qui vivit, jam ad vitam tranſit. In aureo codice ſcriptum erat *tranſit*, in Conſtantienſi *tranſiit*.

20 *Et Pater dedit ei poteſtatem judicium facere*] καὶ conjunctio ſublata eſt in vulgatis exemplaribus, licet in vetuſtis reperiatur addita. Proinde nos repoſuimus *quoque*, ut intelligamus & hoc auctoritatis acceſſiſſe, ut liceret & judicis perſonam gerere, veluti paterni regni conſortem.

21 *Quia Filius hominis eſt*] Mirum eſt hîc neutræ dictioni Græcum articulum præponi, ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν. Cur autem hic omiſſus ſit, equidem meam conjecturam in medium afferam. Opinor enim hîc particulam hanc, *quia Filius hominis eſt*, nihil aliud valere quam *quia homo eſt*, & ad eam ſententiam exprimendam erat ſupervacuus articulus. Atque hîc mecum facit divus Auguſtinus, qui ſubindicat judicandi poteſtatem, quæ ſemper fuerit Chriſto, rurſus eidem traditam a Patre velut homini. Etiamſi lectionis diſtinctionem, quam ſequitur Auguſtinus, non probat Chryſoſtomus: oſtendens hanc, quam vulgus ſequitur, eſſe cujuſdam Pauli Samoſatenſis hæretici, nec putat omnino conſiſtere ſenſum, cum Chriſtus non ideo acceperit judicandi poteſtatem, quod eſſet homo. Nam ſi ob id accepiſſet, danda erat eadem omnibus hominibus. Proinde diſtingui jubet ad hunc modum: *Et dedit ei poteſtatem judicium quoque faciendi*, atque hîc colon intercedat. Deinde ſubjiciatur, *Quia Filius hominis eſt, nolite mirari hoc*: ut ſenſus ſit, Quod dixi de poteſtate dandi vitam æternam, quod de poteſtate judicandi, ne vobis videatur incredibile, eo quod me

29 σονται τῆς φωνῆς αὐτοῦ, Καὶ ἐκπορεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς, οἱ δὲ τὰ
30 φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως. Οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐδέν· καθὼς ἀκούω, κρίνω, καὶ ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστίν· ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με
31 Πατρός. Ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία
32 μου οὐκ ἔστιν ἀληθής. Ἄλλος ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ, καὶ οἶδα ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία, ἣν μαρτυρεῖ περὶ
33 ἐμοῦ. Ὑμεῖς ἀπεστάλκατε πρὸς Ἰωάννην, καὶ μεμαρ-
34 τύρηκε τῇ ἀληθείᾳ. Ἐγὼ δὲ οὐ παρὰ ἀνθρώπου τὴν μαρτυρίαν λαμβάνω, ἀλλὰ ταῦτα λέγω, ἵνα ὑμεῖς σω-
35 θῆτε. Ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων, ὑμεῖς δὲ ἠθελήσατε ἀγαλλιασθῆναι πρὸς ὥραν ἐν τῷ
36 φωτὶ αὐτοῦ. Ἐγὼ δὲ ἔχω τὴν μαρτυρίαν μείζω τοῦ Ἰωάννου· τὰ γὰρ ἔργα ἃ ἔδωκέ μοι ὁ Πατὴρ, ἵνα τελειώσω αὐτὰ, αὐτὰ τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, μαρτυρεῖ
37 περὶ ἐμοῦ, ὅτι ὁ Πατήρ με ἀπέσταλκε. Καὶ ὁ πέμψας με Πατὴρ, αὐτὸς μεμαρτύρηκε περὶ ἐμοῦ. Οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόατε πώποτε, οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωρά-
38 κατε. Καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε μένοντα ἐν ὑμῖν· ὅτι ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος, τούτῳ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε.
39 Ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς· ὅτι ὑμεῖς δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ζωὴν αἰώνιον ἔχειν, καὶ ἐκεῖναί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ.
40 Καὶ οὐ θέλετε ἐλθεῖν πρός με, ἵνα ζωὴν ἔχητε. Δόξαν
41 παρὰ ἀνθρώπων οὐ λαμβάνω. Ἀλλ' ἔγνωκα ὑμᾶς, ὅ-
42 τι τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς. Ἐγὼ
43 ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με. Ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ,
44 ἐκεῖνον λήψεσθε. Πῶς δύνασθε ὑμεῖς πιστεῦσαι, δόξαν παρὰ ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ
45 τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητεῖτε; Μὴ δοκεῖτε, ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν Πατέρα· ἔστιν ὁ κατηγορῶν
46 ὑμῶν, Μωσῆς, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε. Εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος
47 ἔγραψεν. Εἰ δὲ τοῖς ἐκείνου γράμμασιν οὐ πιστεύετε, πῶς τοῖς ἐμοῖς ῥήμασι πιστεύσετε;

VI. 1 Μετὰ ταῦτα ἀπῆλθεν ὁ Ἰησοῦς πέραν τῆς θαλάσσης τῆς Γαλιλαίας τῆς
2 Τιβεριάδος. Καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ὄχλος πολὺς, ὅτι ἑώρων
3 αὐτοῦ τὰ σημεῖα, ἃ ἐποίει ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων. Ἀνῆλθε δὲ εἰς τὸ ὄρος ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐκεῖ ἐκάθητο μετὰ τῶν μα-
4 θητῶν αὐτοῦ. Ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ Πάσχα ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰου-
5 δαίων. Ἐπάρας οὖν ὁ Ἰησοῦς τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ θεασάμενος, ὅτι πολὺς ὄχλος ἔρχεται πρὸς αὐτὸν, λέγει πρὸς τὸν Φίλιππον, Πόθεν ἀγοράσομεν ἄρτους, ἵνα φάγωσιν
6 οὗτοι; Τοῦτο δὲ ἔλεγε πειράζων αὐτόν· αὐτὸς γὰρ ᾔδει
7 τί ἔμελλε ποιεῖν. Ἀπεκρίθη αὐτῷ Φίλιππος, Διακοσίων δηναρίων ἄρτοι οὐκ ἀρκοῦσιν αὐτοῖς, ἵνα ἕκαστος αὐτῶν βρα-
8 χύ τι λάβῃ. Λέγει αὐτῷ εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Ἀν-

sunt [22] audient vocem ejus, [23] Et prodibunt qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt, in resurrectionem condemnationis. Non possum ego ex meipso facere quicquam: sicut audio, judico, & judicium meum justum est, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me, Patris. Si ego testimonium perhiberem de meipso, testimonium meum non esset verum. Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio [24] verum esse testimonium, quod testificatur de me. Vos misistis ad Joannem, & is testimonium reddidit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio, sed hæc dico, ut vos salvi sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens, vos autem voluistis ad tempus exsultare in luce ejus. [25] At ego testimonium habeo majus testimonio Joannis: opera enim quæ dedit mihi Pater, ut perficiam [26] ea, ipsa inquam opera, quæ ego facio, testificantur de me, quod Pater miserit me. Et qui misit me, Pater, ipse testificatus est de me. Neque vocem ejus unquam audistis, neque speciem ejus vidistis. Et sermonem ejus non habetis in vobis manentem: quia quem misit ille, huic vos non creditis. [26] Scrutamini Scripturas: [28] quia vos videmini vobis in ipsis vitam æternam habere, & illæ sunt quæ testificantur de me. Nec vultis venire ad me, ut vitam habeatis. [29] Gloriam ab hominibus non accipio. Sed cognovi vos, quod dilectionem Dei non habeatis in vobis. Ego veni nomine Patris mei, [30] nec recipitis me. Si alius venerit nomine suo, illum recipietis. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam a vobis invicem accipitis, & gloriam, quæ a solo Deo proficiscitur, non quæritis? Nolite putare, quod ego accusaturus sim vos apud Patrem: est qui accusat vos, Moses, [31] in quo vos speratis. [32] Si enim credidissetis Mosi, credidissetis utique mihi: de me enim ille scripsit. Si autem illius scriptis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

VI. Post hæc abiit Jesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis. Et sequebatur eum [1] turba multa, quia videbant ejus signa, quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subiit autem in montem Jesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Instabat autem Pascha dies festus Judæorum. Quum sustulisset ergo oculos Jesus, & vidisset, quod multa turba veniret [2] ad se, dicit ad Philippum, Unde ememus panes, ut edant isti? Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque pusillum quippiam accipiat. Dicit ei unus ex discipulis ipsius,

me conspiciatis hominem esse. Quin ex ipsa Cyrilli interpretatione colligere licet eum cum Chrysostomo sentire. Quanquam Interpres confudit distinctionem. Verum de ratione distinguendi sermonis suum cuique permitto judicium. Omnes hac in parte pro me faciunt, quod *Filius hominis* simpliciter pro *homine* positum est. Nam Chrysostomus ita scribit: *Non enim propterea accepit judicium, quia homo est. Nam nihil prohibuisset omnes homines judices esse.* Item Cyrillus, *Nolite*, inquit, *mirari, si, cum me hominem esse videatis, suscitaturum tamen mortuos me pollicear.* Theophylactus similiter distinguit, ut hæc particula non pendeat a superioribus, sed referatur ad sequentia: *Quia Filius hominis est, nolite mirari.* Negat esse mirandum, quod ei, qui Filius esset hominis, data esset tanta auctoritas, quum idem esset Dei Filius, divinam enim naturam declarat ex generali mortuorum resurrectione, quæ soli Filio Dei servata est.

22 *Et audient vocem Filii Dei*] In Græco codice scriptum erat, *& audient vocem ejus*, quod paulo ante se vocaverit Filium Dei. Et ideo dure videtur hîc repeti *Filii Dei*. Exemplaria divi Donatiani, cumque his Constantiense, suffragabantur Græcæ lectioni.

23 *Et procedent, qui bona fecerunt*] Est nonnihil momenti in distinctione, ut post verbum *procedent* addas hypodiastolen, ut intelligamus non bonos solum processuros, sed omnes quicunque vocem audierint. Deinde subnectantur duæ partes, altera bonorum, altera malorum. Si quis attentius legat Augustinum hæc edisserentem, sentiet illum hoc subnotasse. Scio crassulum esse quod dicturus sum, sed tamen quoniam hoc opus paratur imperitioribus, non piguerit admonere, *procedent* Græcis esse *ἐκπορεύσονται*, id est, *exibunt*, sive *prodibunt*. Loquitur enim de iis, qui prodituri sunt e monumentis ad vocem Angeli tuba canentis. Alioqui *procedit*, quod bene succedit, aut provehitur.

24 *Verum est testimonium ejus, quod perhibet de me*] *Ejus* pronomen nec apud Græcos additur, nec in vetustis codicibus.

25 *Ego autem habeo testimonium majus Joanne*] Interpres reddidit Græca bona fide. Nam si explanatius voluisset exprimere, *Habeo testimonium majus testimonio Joannis*, addidisset alterum articulum fœmininum, *τὴν μαρτυρίαν μείζω τῆς τοῦ Ἰωάννου*. Et tamen dubium non est, quin hic sit sensus Evangelistæ. Neque enim confertur testimonium cum Joanne, sed testimonium Patris cum testimonio Baptistæ.

26 *Ea ipsa*] *Ea* referendum ad superiora, *ipsa* ad sequentia. *Opera enim quæ dedit mihi Pater, ut perficiam ea, ipsa opera* &c. Hæc distinctio manet etiamnum in pervetustis Latinorum exemplaribus. *Ea* additum est ex proprietate sermonis Hebraici. *Ipsa* positum pro *ultro*, sive *per sese*. *Opera quæ facio ultro testantur qui sim, etiamsi nullus testetur hominum.* Cæterum iteratio *operum* ad asseverationem facit.

27 *Scrutamini Scripturas*] Ἐρευνᾶτε. Non minus Græcis quam nobis incertum est, utrum *Scrutamini* imperandi modo dictum sit an indicandi. Et uterque sensus tolerabilis est, nisi quod Cyrillus putat indicandi modo dictum, *Vos scrutamini Scripturas*, & iidem in eo, quod est præcipuum, non creditis Scripturis. Chrysostomus præfans arripere videtur imperandi modum, annotans quod non dixerit *Legite*, sed *Scrutamini*: enarrans indicandi modum, quum ait, *Nunquid admiramini Scripturas*. Non enim scrutarentur nisi mirarentur.

28 *Vos putatis*] ὑμεῖς δοκεῖτε. Græcus sermo anceps, & sic accipi potest, *vos videmini*, aut *videmini vobis*.

29 *Claritatem*] δόξαν. Miror quare non maluerit *gloriam* hoc loco. Tametsi δόξα non est anceps ad *claritatem*, sed ad *gloriam & opinionem*.

30 *Non accepistis*] οὐ λαμβάνετε, id est, *non accipitis*, verbo præsentis temporis.

31 *In quo vos speratis*] ἠλπίκατε, id est, *sperastis*, tametsi bene vertit Interpres, id est, *spem collocastis*.

32 *Si enim crederetis* &c.] Εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. Id est, *Si enim credidissetis Mosi, credidissetis utique mihi.* Rursum pro ἂν posuit *forsan*, haud sane in loco, cum id in dubium vocet Interpres, quod Christus affirmat.

1 *Multitudo magna*] πολὺς ὄχλος, id est, *multa turba*.

2 *Ad eum*] πρὸς αὐτὸν, id est, *ad se*, prima pronominis vocali adspirata. Quod tamen haud scio quo casu

9 Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς Σίμωνος Πέτρυ, Ἔςι παιδάριον ἓν ὧδε, ὃ ἔχει πέντε ἄρτυς κριθίνυς καὶ δύο ὀψάρια· ἀλ-
10 λὰ ταῦτα τί ἐςιν εἰς τοσούτους; Εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς, Ποιήσατε τὺς ἀνθρώπους ἀναπεσεῖν. Ἦν δὲ χόρτος πολὺς ἐν τῷ τόπῳ. Ἀνέπεσον οὖν οἱ ἄνδρες τὸν ἀρι-
11 θμὸν ὡσεὶ πεντακισχίλιοι. Ἔλαβε δὲ τοὺς ἄρτυς ὁ Ἰησοῦς, καὶ εὐχαριςήσας διέδωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις· ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν ὀψα-
12 ρίων ὅσον ἤθελον. Ὡς δὲ ἐνεπλήσθησαν, λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Συναγάγετε τὰ περισσεύσαντα κλά-
13 σματα, ἵνα μή τι ἀπόληται. Συνήγαγον οὖν, καὶ ἐγέμισαν δώδεκα κοφίνους κλασμάτων ἐκ τῶν πέντε ἄρτων τῶν κριθίνων, ἃ ἐπερίσσευσε τοῖς βεβρωκόσιν.
14 Οἱ οὖν ἄνθρωποι ἰδόντες ὃ ἐποίησε σημεῖον ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγον, Ὅτι οὗτός ἐςιν ἀληθῶς ὁ Προφήτης ὁ ἐρχό-
15 μενος εἰς τὸν κόσμον. Ἰησοῦς οὖν γνοὺς, ὅτι μέλλουσιν ἔρχεσθαι, καὶ ἁρπάζειν αὐτὸν, ἵνα ποιήσωσιν αὐτὸν βα-
16 σιλέα, ἀνεχώρησε πάλιν εἰς τὸ ὄρος αὐτὸς μόνος. Ὡς δὲ ὀψία ἐγένετο, κατέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπὶ
17 τὴν θάλασσαν· Καὶ ἐμβάντες εἰς τὸ πλοῖον, ἤρχοντο πέραν τῆς θαλάσσης εἰς Καπερναούμ· καὶ σκοτία ἤδη ἐγεγόνει, καὶ οὐκ ἐληλύθει πρὸς αὐτὺς ὁ Ἰησοῦς.
18 Ἥ τε θάλασσα ἀνέμου μεγάλου πνέοντος διηγείρετο.
19 Ἐληλακότες οὖν ὡς ςαδίους εἰκοσιπέντε ἢ τριάκοντα, θεωροῦσι τὸν Ἰησῦν περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐγγὺς τοῦ πλοίου γινόμενον, καὶ ἐφοβήθησαν.
20 21 Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς, Ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε. Ἤθελον οὖν λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον, καὶ εὐθέως τὸ πλοῖον
22 ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς εἰς ἣν ὑπῆγον. Τῇ ἐπαύριον ὁ ὄχλος ὁ ἑςηκὼς πέραν τῆς θαλάσσης, ἰδὼν ὅτι πλοιάριον ἄλλο οὐκ ἦν ἐκεῖ, εἰ μὴ ἓν ἐκεῖνο εἰς ὃ ἐνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ὅτι οὐ συνεισῆλθε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὁ Ἰησῦς εἰς τὸ πλοιάριον, ἀλλὰ μόνοι
23 οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπῆλθον. Ἄλλα δὲ ἦλθε πλοιάρια ἐκ Τιβεριάδος ἐγγὺς τοῦ τόπου, ὅπου ἔφαγον τὸν
24 ἄρτον, εὐχαριςήσαντος τῦ Κυρίου. Ὅτε ὖν εἶδεν ὁ ὄχλος, ὅτι Ἰησῦς ὐκ ἔςιν ἐκεῖ, ὐδὲ οἱ μαθηταὶ αὐτῦ, ἐνέβησαν καὶ αὐτοὶ εἰς τὰ πλοιάρια, καὶ ἦλθον εἰς Κα-
25 περνaὺμ, ζητῦντες τὸν Ἰησῦν. Καὶ εὑρόντες αὐτὸν πέραν τῆς θαλάσσης, εἶπον αὐτῷ, Ῥαββὶ, πότε ὧδε
26 γέγονας; Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ζητεῖτέ με, ὐχ ὅτι εἴδετε σημεῖα, ἀλλ' ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων, καὶ ἐχορτάσθητε.
27 Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένυσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἣν ὁ Υἱὸς τῦ ἀνθρώ-
28 πυ ὑμῖν δώσει· τῦτον γὰρ ὁ Πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός. Εἶπον

9 ipsius, Andreas frater Simonis Petri, Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos 3 & duos
10 pisces: sed hæc 4 quid sunt inter tam multos? Dixit autem Jesus, Facite ut homines discumbant. 5 Erat autem gramen multum in eo loco. Discubuerunt
11 ergo viri numero ferme quinquies mille. Accepit autem panes Jesus, quumque gratias egisset, 6 distribuit discipulis, discipuli vero discumbentibus: simili-
12 ter & 7 ex piscibus quantum volebant. Ut autem impleti sunt, dicit discipulis suis, Colligite quæ super-
13 fuerunt fragmenta, 8 ne quid pereat. Collegerunt ergo, & impleverunt 9 duodecim cophinos fragmentorum 10 ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfue-
14 rant his qui comederant. Illi ergo homines quum vidissent quod Jesus fecerat signum, dicebant, 11 Hic est vere Propheta ille qui venturus est in mundum.
15 Jesus ergo quum cognovisset, quod venturi essent, 12 ac rapturi ipsum, ut facerent ipsum regem, 13 se-
16 cessit iterum in montem ipse solus. 14 At ubi jam ve-
17 spera esset, descenderunt discipuli ejus ad mare: 15 Et conscensa navi, venerunt trajecto mari ad oppidum Capernaum: jamque tenebræ erant, nec venerat ad
18 eos Jesus. Mare autem vento magno flante intume-
19 scebat. Quum remigassent ergo ferme stadia viginti quinque aut triginta, vident Jesum ambulantem super mare, 16 & appropinquantem navi, ac timuerunt.
20 Ille autem dicit eis, Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo recipere eum in navim, & illico navis 17
22 appulerat terræ 18 ad quam ibant. 19 Postero die turba quæ stabat trans mare, ut vidit 20 quod navicula alia non esset ibi, nisi una illa in quam ingressi fuerant discipuli ejus, & quod non introisset cum discipulis suis Jesus in naviculam, sed soli discipuli ejus
23 abissent. Aliæ vero supervernerunt naviculæ a Tiberiade juxta locum, ubi comederant panem, 21 post-
24 ea quam gratias egisset Dominus. Quum ergo vidisset turba, quod Jesus non esset ibi, neque discipuli ejus, adscenderunt & ipsi in naviculas, & venerunt
25 Capernaum, quærentes Jesum. Et quum invenissent eum trans mare, dixerunt ei, Rabbi, 22 quando huc
26 venisti? Respondit eis Jesus, & dixit, Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed
27 quia comedistis de panibus, & saturati estis. Operemini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis: hunc
28 enim 23 Pater consignavit Deus. Dixerunt ergo ad eum,

casu in Ecclesiasticis libris apud Græcos non observatur.

3 *Et duos pisces*] *καὶ δύο ὀψάρια.* Et apud Terentium in *Adelphis* pisces *obsonium* vocantur. Siquidem ὄψον Græci vocant *edulium* quod additur pani, præsertim coctum: unde *obsonare* lautius vesci, & *ὀψοφάγοι*, *obsonatores*, olim male audiebant: *ὀψάριον* autem diminutivum est ab ὄψον.

4 *Quid sunt inter tantos*] *εἰς τοσύτυς*, id est, *inter tam multos*, sive *inter tot*. De numero loquitur, non de magnitudine hominum.

5 *Erat autem fœnum*] *χόρτος*, *herba*, sive *gramen*.

6 *Distribuit discumbentibus*] Græca nonnihil dissonant, *καὶ εὐχαριςήσας διέδωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις*, id est, *& cum gratias egisset, distribuit discipulis, discipuli vero discumbentibus.* Nam ad eum ferme modum referunt & cæteri Evangelistæ, ipsum non dedisse turbæ, sed discipulis, deinde discipulos distribuisse multitudini: sed magno consensu reclamantibus Latinis codicibus: unde subolet hîc aliquid ex aliis Evangelistis adjectum. Ex Chrysostomo ac Theophylacto non potuit divinari quid legerint in contextu. Theophylactus habet quod est in Græcis codicibus, in Chrysostomo verso erat quod habetur in Latinis codicibus.

7 *De piscibus quantum volebant*] *ὅσον ἤθελεν*, id est, *quantum volebat*, nempe Jesus, non quantum illa multitudo. Siquidem is erat qui suo arbitratu augebat commeatum illum alioqui exiguum. Atque ita legit Cyrillus. Licet ex Chrysostomo non possit certum colligi quid legerit. Cæterum una mutata litterula erat, *volebant*, *ἤθελον*, quemadmodum lego apud Theophylactum, & in nonnullis aliis exemplaribus. Augustinus legit, *quantum sufficiebat.* Nisi forte illic Augustinus suis verbis Evangelistæ sensum explicuit, quemadmodum fecit paulo ante: *Accepit autem Dominus Jesus panes, gratias egit, jussit frangi panes, poni ante discumbentes.* Editio Aldina non consentit cum nostra lectione, habet enim *ἤθελεν*, non *ἤθελον*.

8 *Ne pereant*] *μή τι ἀπόληται*, id est, *ne quid pereat*: nisi *τι* malis superesse.

9 *Duodecim cophinos fragmentorum*] Legi poterat & *fragmentis*, ut referatur ad verbum *impleverunt.*

10 *Ex quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus*] Hæc particula, *& duobus piscibus*, non adjicitur in Græcanicis codicibus, atque his suffragabatur utrumque exemplar Latinum vetustissimum: suffragabatur & Editio fratrum Amorbachiorum, ex pervetustis ac fidelissimis exemplaribus. Denique suffragatur codex aureus cum Constantiensi.

11 *Quia hic est vere Propheta*] *Quia* prætermittendum erat. Nec simpliciter vertendum erat *Propheta*, sed *ille Propheta*, *ὁ Προφήτης*. Siquidem ex vaticinio Malachiæ exspectabatur Elias, aut illi similis. Item ex promisso Moysis.

12 *Ut raperent eum, & facerent eum*] Utroque loco *se*, aut *ipsum* dicendum erat, non *eum*.

13 *Fugit iterum*] *ἀνεχώρησε*, id est, *secessit*, sive *subduxit se*. Mirum cur hîc Interpreti libuerit a Græco sermone discedere.

14 *Ut autem sero factum est*] *ὀψία*. *Sero* pro *vespere* semper utitur. Legimus apud Livium *serum diei*, pro sera parte diei. *Sero* non reperimus, nisi adverbialiter usurpatum.

15 *Cum adscendissent navim*] *εἰς τὸ πλοῖον*. Cur hîc oblitus est suæ naviculæ? Nec est *adscendissent*, sed *ἐμβάντες εἰς τὸ πλοῖον*, id est, *ingressi navim*, aut certe *conscensa navi.*

16 *Et proximum navi fieri*] Nimirum Græce vertit, *καὶ ἐγγὺς τῦ πλοίυ γινόμενον*, id est, *navi appropinquare*, sive *accedere ad navim.*

17 *Fuit ad terram*] *ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς*, *facta est in terra*, sive *appulit terræ.*

18 *Quam ibat*] *εἰς ἣν ὑπῆγον*, id est, *ad quam ibant*, nempe Apostoli.

19 *Altera die*] *Τῇ ἐπαύριον*, id est, *Postero die.* Quod tamen recte vertit Interpres.

20 *Quia navicula alia*] *πλοιάριον*. Hîc vere diminutivum est nomen.

21 *Gratias agentes Deo*] Hæc verba in altero exemplari non habebantur, in altero diversa, *ὅπυ ἔφαγον τὸν ἄρτον, εὐχαριςήσαντος τῦ Κυρίυ*, id est, *ubi comederant panem, cum gratias egisset Dominus.* Quanquam vetusti codices cum nostra Editione consentiunt, adstipulante & Augustino. Nam quid legerit Chrysostomus & Cyrillus, parum liquebat ex illorum interpretatione.

22 *Quando huc venisti*] *πότε ὧδε γέγονας*. Hic *γέγονας* vertit *venisti*. Cur non & paulo ante *ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς*, id est, *venit in terram.*

23 *Pater signavit*] *ἐσφράγισεν*. Ut intelligas auctoritate Patris ac testimonio comprobatum, sicut alias admonuimus.

24 *Non*

πον οὖν πρὸς αὐτὸν, Τί ποιοῦμεν, ἵνα ἐργαζώμεθα τὰ ἔργα 29 τοῦ Θεοῦ; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Τοῦτό ἐστι τὸ 30 ἔργον τοῦ Θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος. Εἶπον οὖν αὐτῷ, Τί οὖν ποιεῖς σὺ σημεῖον, ἵνα ἴδωμεν καὶ 31 πιστεύσωμέν σοι; Τί ἐργάζῃ; Οἱ πατέρες ἡμῶν τὸ μάννα ἔφαγον ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθώς ἐστι γεγραμμένον, Ἄρτον ἐκ 32 τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν. Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ᾽ ὁ Πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἄρ-33 τον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινόν. Ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ Θεοῦ ἐστιν 34 ὁ καταβαίνων ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. Εἶπον οὖν πρὸς αὐτὸν, Κύριε, πάντοτε δὸς ἡμῖν τὸν ἄρτον τοῦ-35 τον. Εἶπε δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς· ὁ ἐρχόμενος πρός με οὐ μὴ πεινάσῃ, καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ 36 οὐ μὴ διψήσῃ πώποτε. Ἀλλ᾽ εἶπον ὑμῖν, ὅτι καὶ ἑωράκατέ 37 με, καὶ οὐ πιστεύετε. Πᾶν ὃ δίδωσί μοι ὁ Πατὴρ, πρὸς ἐμὲ 38 ἥξει· καὶ τὸν ἐρχόμενον πρός με οὐ μὴ ἐκβάλλω ἔξω. Ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, 39 ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με Πατρὸς, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτὸ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέ-40 ρᾳ. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν Υἱὸν, καὶ πιστεύων εἰς αὐτὸν, ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον, 41 καὶ ἀναστήσω αὐτὸν ἐγὼ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. Ἐγόγγυζον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ, ὅτι εἶπεν, Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ καταβὰς 42 ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ ἔλεγον, Οὐχ οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς, ὁ υἱὸς Ἰωσὴφ, οὗ ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα; Πῶς οὖν 43 λέγει οὗτος, Ὅτι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα; Ἀπεκρίθη οὖν ὁ 44 Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Μὴ γογγύζετε μετ᾽ ἀλλήλων. Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτόν· καὶ ἐγὼ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. 45 Ἔστι γεγραμμένον ἐν τοῖς Προφήταις, Καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ. Πᾶς οὖν ὁ ἀκούσας παρὰ τοῦ Πατρὸς 46 καὶ μαθὼν, ἔρχεται πρός με. Οὐχ ὅτι τὸν Πατέρα τὶς ἑώρακεν, εἰ μὴ ὁ ὢν παρὰ τοῦ Θεοῦ· οὗτος ἑώρακε τὸν Πα-47 τέρα. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ ἔχει 48 49 ζωὴν αἰώνιον. Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. Οἱ πατέρες ὑ-50 μῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀπέθανον. Οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνων, ἵνα τὶς ἐξ 51 αὐτοῦ φάγῃ καὶ μὴ ἀποθάνῃ. Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς· ἐάν τις φάγῃ ἐκ τούτου τοῦ ἄρτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ὁ ἄρτος δὲ ὃν ἐγὼ δώσω ἡ σάρξ μου ἐστὶν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου 52 ζωῆς. Ἐμάχοντο οὖν πρὸς ἀλλήλους οἱ Ἰουδαῖοι, λέγοντες, Πῶς δύναται οὗτος ἡμῖν δοῦναι τὴν σάρκα φαγεῖν; 53 Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ

eum, Quid facimus, ut operemur opera Dei? Respondit Jesus, & dixit eis, Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis signum, ut videamus & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducaverunt manna in deserto, sicut scriptum est, Panem de cœlo dedit eis ad edendum. Dixit ergo eis Jesus, Amen amen dico vobis, 24 non Moses dedit vobis illum panem de cœlo, sed 25 Pater meus dat vobis panem de cœlo verum. 26 Panis enim Dei est qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum, Domine, semper da nobis panem istum. Dixit autem eis Jesus, Ego sum panis ille vitæ: qui venit ad me non esuriet, & 27 qui credit in me non sitiet unquam. Sed dixi vobis, quod etiam vidistis me, nec creditis. Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum qui venerit ad me non ejicio foras. Quia descendi de cœlo, ut faciam non quod ego volo, sed quod vult is qui misit me. Hæc est autem voluntas ejus qui misit me Patris, ne quid perdam ex omnibus quæ dedit mihi, sed resuscitem illa in novissimo die. Hæc est autem voluntas ejus qui misit me, ut omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego suscitabo eum in novissimo die. Murmurabant ergo Judæi de illo, 28 quod dixisset, Ego sum panis ille, qui de cœlo descendi. Et dicebant, 29 Nonne hic est Jesus, filius Joseph, cujus nos novimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic, De cœlo descendi? Respondit ergo Jesus, & dixit eis, Nolite murmurare 30 inter vos. Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum: & ego suscitabo eum in novissimo die. Est scriptum in Prophetis, Et erunt omnes 31 docti a Deo. Omnis ergo qui audivit a Patre & didicit, venit ad me. Non quod Patrem viderit quisquam, nisi is qui est a Deo: hic vidit Patrem. Amen amen dico vobis, qui confidit mihi habet vitam æternam. Ego sum panis ille vitæ. Patres vestri comederunt manna in deserto, & mortui sunt. 32 Hic est panis ille de cœlo descendens, 33 ut ex ipso edat aliquis & non moriatur. Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi: 34 si quis ederit ex hoc pane, vivet in æternum: & panis quem ego dabo caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. 35 Decertabant ergo Judæi inter se, dicentes, Quomodo potest hic nobis 36 carnem illam suam dare ad edendum? Dixit ergo eis Je-

24 *Non dedit vobis panem*] τὸν ἄρτον, id est, *illum panem.* Neque enim negat ullum panem fuisse datum per Mosen, sed non illum eximium, de quo sensit Scriptura divina. Item paulo post, *Panis enim Dei est. Nam ille panis Dei est.* Ac mox,

25 *Pater meus dat vobis*] Multi Latinorum codices pro *dat* habebant *dabit*, sed mendose: nec enim hîc *dat* habet rationem temporis, sed potestatis. Dat enim qui solus potest dare. Græcis est δίδωσι, non δώσει.

26 *Panis enim verus est*] Græci legunt, *Panis enim Dei est*, consentientibus & vetustissimis exemplaribus, atque in his codice aureo cum Constantiensi.

27 *Qui credit in me non sitiet in æternum*] Græcis est πώποτε, id est, *unquam.* Atque itidem habet codex aureus.

28 *Quia dixisset, Ego sum panis vivus*] Hîc non additur *vivus*, sed tantum, Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, id est, *Ego sum panis ille qui descendit de cœlo.* Consentiente cum Græcis utroque vetustissimo codice, atque etiam Donatianicis. Et paulo superius *panis vitæ* legitur, & non *panis vivus.*

29 *Nonne hic est filius Joseph*] Οὐχ οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς, ὁ υἱὸς Ἰωσήφ; id est, *Nonne hic est Jesus, filius Joseph?* Consentiunt & antiquissima exemplaria Latinorum, adstipulante & Augustino. Quo magis miror, quo consilio *Jesus* e vulgatis exemplaribus fuerit sublatus. Nam hoc loco *Jesu* nomen velut hominis plebei per contemptum additur: quemadmodum & hodie vulgus hominem, nulla præditum dignitate, proprio compellat nomine.

30 *In vicem*] μετ᾽ ἀλλήλων, id est, *invicem* sive *inter vos.*

31 *Docibiles*] διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ, id est, *dociles Dei*, ut accipiamus passive. Testimonium est apud Esaiam capite quinquagesimo quarto, *universos filios tuos doctos a Domino.* Nam hinc divus Hieronymus indicat sumpsisse Joannem. At cur igitur non dixit *in Esaia*, sed *in Prophetis*? Proinde divus Hieronymus citat consimilem huic sententiam ex Hieremiæ capite trigesimo primo. Porro quod Hieronymus juxta veritatem Hebraicam transtulit, *doctos a Deo*, Septuaginta verterunt διδακτοὺς Θεοῦ, id est, *discipulos Dei*, ut intelligas passive accipiendum esse, non active. Laurentius indicat in quibusdam exemplaribus scriptum fuisse διδακτικοὺς, in aliis διδακτοὺς, ac posteriorem lectionem magis approbat. Cujus sententiæ & ipse subscribo: διδακτικὸς enim dicitur, *qui est appositus ad docendum*, interprete Hieronymo. Unde Paulus inter cæteras dotes vult Episcopum esse διδακτικὸν, hoc est, *idoneum ad docendum*, ut suo commonstrabimus loco. *Docilis* autem est is, qui facile discit. *Docibilis* vox est Latinis auribus inaudita. Paulus in Epistola ad Thessalonicenses composita extulit dictione, quod divisit Joannes, αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε, id est, *nam vos ipsi a Deo docti estis.* Quanquam hoc *docti* non est participium Græcis, sed nomen; unde Interpres studuit nomen nomine reddere, consimiliter composito. Homerus citharœdum αὐτοδίδακτον appellat, qui non ex arte, sed afflatu numinis caneret, ex se ipso doctus,

> Αὐτοδίδακτος δ᾽ εἰμὶ, Θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας
> Παντοίους ἐνέφυσεν ——

Proinde hoc loco non erat vertendum, *docibiles Dei*, sed *docti a Deo.* Ut consentiat cum eo quod præcessit, *nisi Pater qui misit me traxerit eum.* Hoc nimirum est esse θεοδίδακτον, trahi Patris afflatu.

32 *Hic est panis de cœlo descendens*] ὁ καταβαίνων. Hîc usus est participio præsentis temporis, nullum certum indicans tempus; sentit enim nullum panem de cœlo descendere aut descendisse præter ipsum. Nam idem & manna verum erat. Quoniam autem quod manna figurarat jam erat exhibitum, mutat tempus participii, ὁ καταβάς.

33 *Ut si quis ex ipso manducaverit*] ἵνα τὶς ἐξ αὐτοῦ φάγῃ καὶ μὴ ἀποθάνῃ, *ut quis ex eo edat & non moriatur.* Quanquam hoc ad sensum haud ita multum habet momenti.

34 *Si quis manducaverit ex hoc pane*] Mirum quid secutus Hilarius libro *de Triade ineffabili* decimo, locum hunc his refert verbis, *Si quis manducaverit de pane meo vivet in æternum*, significans in hoc esse mysterium divinæ naturæ assumentis humanam, quod cum affirmet se esse panem qui de cœlo descenderit, tamen eumdem panem appellet suum. Quanquam hunc locum Veteres interpretantur de doctrina cœlesti; sic enim dixit *panem suum*, ut frequenter dixit *sermonem suum.*

35 *Litigabant ergo*] Ἐμάχοντο, id est, *Pugnabant*, sive *Decertabant.*

36 *Carnem suam dare ad manducandum*] Apud Græcos non additur *suam*, sed Interpres expressit vim articuli, τὴν σάρκα, nimirum intelligi volens carnem illam, de qua prius est locutus Jesus.

μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐ-
54 τοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. Ὁ τρώγων μου
τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον,
ξζ α 55 καὶ ἐγὼ ἀναστήσω αὐτὸν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. Ἡ γὰρ σάρξ
μου ἀληθῶς ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθῶς ἐστι πόσις.
ξη α 56 Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ
57 μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν Πατήρ,
κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν Πατέρα, καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζή-
58 σεται δι᾽ ἐμέ. Οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατα-
βάς· οὐ καθὼς ἔφαγον οἱ πατέρες ὑμῶν τὸ μάννα, καὶ
ἀπέθανον, ὁ τρώγων τοῦτον τὸν ἄρτον, ζήσει εἰς τὸν
59 αἰῶνα. Ταῦτα εἶπεν ἐν συναγωγῇ διδάσκων ἐν Καπερ-
60 ναούμ. Πολλοὶ οὖν ἀκούσαντες ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶ-
πον, Σκληρός ἐστιν οὗτος ὁ λόγος· τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν;
61 Εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐν ἑαυτῷ, ὅτι γογγύζουσι περὶ τούτου οἱ μα-
ξθ α 62 θηταὶ αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς, Τοῦτο ὑμᾶς σκανδαλίζει; Ἐὰν
οὖν θεωρῆτε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβαίνοντα ὅπου ἦν τὸ
ο δ 63 πρότερον; Τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν, ἡ σὰρξ οὐκ ὠφε-
οα ι λεῖ οὐδέν· τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι καὶ
οβ δ 64 ζωή ἐστιν. Ἀλλ᾽ εἰσὶν ἐξ ὑμῶν τινες οἳ οὐ πιστεύουσιν· ᾔδει
γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἰησοῦς, τίνες εἰσὶν οἱ μὴ πιστεύοντες, καὶ
ογ ι 65 τίς ἐστιν ὁ παραδώσων αὐτόν. Καὶ ἔλεγε, Διὰ τοῦτο εἴ-
ρηκα ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ᾖ
66 δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ Πατρός μου. Ἐκ τούτου πολλοὶ
ἀπῆλθον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ οὐκ ἔτι
67 μετ᾽ αὐτοῦ περιεπάτουν. Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς τοῖς δώδε-
οδ ι 68 κα, Μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν. Ἀπεκρίθη οὖν αὐ-
τῷ Σίμων Πέτρος, Κύριε, πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα; ῥή-
69 ματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις. Καὶ ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν καὶ
ἐγνώκαμεν, ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.
οε ι 70 Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Οὐκ ἐγὼ ὑμᾶς τοὺς δώδεκα
71 ἐξελεξάμην, καὶ ἐξ ὑμῶν εἷς διάβολός ἐστιν; Ἔλεγε δὲ
τὸν Ἰούδαν Σίμωνος Ἰσκαριώτην· οὗτος γὰρ ἤμελλεν αὐ-
VII. 1 τὸν παραδιδόναι, εἷς ὢν ἐκ τῶν δώδεκα. Καὶ περιεπά-
τει ὁ Ἰησοῦς μετὰ ταῦτα ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ· οὐ γὰρ ἤθελεν
ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι
2 ἀποκτεῖναι. Ἦν δὲ ἐγγὺς ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων ἡ
3 Σκηνοπηγία. Εἶπον οὖν πρὸς αὐτὸν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ,
Μετάβηθι ἐντεῦθεν, καὶ ὕπαγε εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἵνα
καὶ οἱ μαθηταί σου θεωρήσωσι τὰ ἔργα σου ἃ ποιεῖς.
4 Οὐδεὶς γὰρ ἐν κρυπτῷ τι ποιεῖ, καὶ ζητεῖ αὐτὸς ἐν παῤ-
ῥησίᾳ εἶναι. Εἰ ταῦτα ποιεῖς, φανέρωσον σεαυτὸν τῷ κό-
5 σμῳ. Οὐ δὲ γὰρ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐπίστευον εἰς αὐτόν.
Λέ-

Jesus, Amen amen dico vobis, nisi ederitis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, [37] non habetis vitam in vobis. 54 Qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego suscitabo eum in novissimo die. 55 Caro enim mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. 56 Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. 57 [38] Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem, ita & qui ederit me, vivet ipse quoque propter me. 58 Hic est panis ille [39] qui de cœlo descendit: non sicut comederunt patres vestri manna, & mortui sunt: qui ederit hunc panem, vivet in æternum. 59 Hæc dixit in synagoga docens in Capernaum. 60 Multi ergo his auditis ex discipulis ejus dixerunt, Durus est hic sermo: quis potest eum audire? 61 Sciens autem Jesus apud semetipsum, quod murmurarent de hoc discipuli ipsius, dixit eis, Hoc vos offendit? 62 [40] Quid igitur si videritis Filium hominis adscendentem eò ubi erat prius? 63 Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quicquam: verba quæ ego loquor vobis, spiritus & vita sunt. 64 Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt: noverat enim ab initio Jesus, qui essent non credentes, & quis proditurus esset ipsum. 65 Et dicebat, Propterea dixi vobis, quod nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo. 66 [41] Ex eo *tempore* multi discipulorum ejus desciverunt, eo relicto, nec amplius cum illo ambulabant. 67 Dixit ergo Jesus ad duodecim, Num & vos vultis abire? 68 Respondit ergo ei Simon Petrus, Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. 69 Et nos credimus & cognovimus, quod tu es Christus Filius Dei vivi. 70 Respondit eis Jesus, Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis unus [42] diabolus est? 71 Dicebat autem de Juda Simonis Iscariota: hic enim erat proditurus eum, quum esset unus ex duodecim.

VII. 1 Versabatur Jesus post hæc [1] in Galilæa: non enim volebat in Judæa versari, quia quærebant eum Judæi interficere. 2 Erat autem in propinquo dies festus Judæorum [2] Scenopegia. 3 Dixerunt igitur ad eum fratres ejus, Transi hinc, & vade in Judæam, ut & discipuli tui videant opera tua quæ facis. 4 Nemo quippe in occulto facit aliquid, [3] & quærit ipse palam esse. Si hæc facis, declara teipsum mundo. 5 Nam ne fra-

sus. Alioqui omisso articulo poterat esse sensus, *Quomodo hic dabit nobis edendam carnem humanam.*

37 *Non habebitis*] οὐκ ἔχετε, id est, *non habetis*, præsentis temporis. Quanquam videri potest temporis catachresis.

38 *Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo*] Addenda erat Interpreti particula, quæ respondet *sicut*, quo dilucidior redderetur oratio, *Quemadmodum misit me Pater qui vivit, ita & ego vivo propter Patrem.* Præterea ὁ τρώγων με, id est, *qui manducat me*, participium accommodandum erat verbo cui adhæret, ζήσεται, *vivet: qui ederit me, ipse quoque vivet propter me.* Potest & sic distingui sermo, ut contexatur e duabus partibus, quarum utraque duobus constet membris. *Quemadmodum misit me vivens Pater, & quemadmodum ego vivo propter Patrem, ita qui ederit me, vivet ipse quoque propter me.* Cum hac distinctione congruit interpretatio divi Augustini: laborat enim quomodo constet collatio. Non enim sic nos vivimus propter Filium Dei, quemadmodum ille vivit propter Patrem. Videtur autem abusus præpositione διὰ, cui addidit accusandi casum pro paterno.

39 *Qui de cœlo descendit*] καταβάς. Præteriti temporis est *descendit.*

40 *Si ergo videritis Filium hominis*] Aliquid subaudiendum, quo sermo fiat absolutus. *Quid igitur si videritis*, Ἐὰν οὖν θεωρῆτε, significans id futurum, quod admirabilius sit, nempe ut redeat in cœlum, unde venerat.

41 *Ex hoc*] Ἐκ τούτου, id est, *Ex eo*, ut subaudias *tempore.*

42 *Diabolus est*] Miror hic placuisse vocem Græcam; dicere poterat, *delator est*, sive *calumniator est*. Sic enim designat Judam proditorem. Et tamen nos reliquimus *diaboli* vocem, quod viderimus Chrysostomum *diabolum* propemodum interpretari pro *Satana.*

1 IN *Galilæam, non enim volebat in Judæam*] Evangelista scripsit *in Galilæa* & *in Judæa*, ἐν Γαλιλαίᾳ & ἐν Ἰουδαίᾳ. Nam *ambulare* positum est pro *versari*. Quod genus est illud, *Cum bonis ambula*, pro eo quod erat, *Cum bonis viris habe consuetudinem.* In eo quod sequitur Chrysostomus nobiscum facit. Non enim legit, *non volebat in Judæa ambulare*, sed *non poterat in Judæa ambulare.* Quod quo magis perspicuum fiat, ipsius verba subscribam: *Post hæc ambulabat Jesus in Galilæa: non enim habebat potestatem in Judæa.* Atque ut palam sit Chrysostomum Evangelistæ verba recensere, præmiserat quod his verbis Evangelista significat, moxque subjicit: *Quid dicis beate Joannes, non enim habebat potestatem in Judæa ambulare, qui potest omnia quæ vult?* &c. Ac mox: *Quum enim eum* non habere potestatem *dicit, tanquam de homine qui humana operaretur dicit.* Ex his palam fit Chrysostomum non legisse ἤθελεν, sed εἶχεν ἐξουσίαν. Et offensus quispiam sententia, quod absurdum videretur non potuisse illic versari Jesum, qui, cum visum esset, e mediis insidiantium manibus elabebatur, mutavit εἶχεν ἐξουσίαν in ἤθελεν, id est, *valebat* in *volebat*. Siquidem in Latinis vocibus facilis lapsus fuerat. Et a nobis hic error videri poterat ortus, nisi tantus esset secus legentium consensus. Quanquam cum Chrysostomo consentit Cyrillus, qui locum hunc enarrans, ita loquitur: *Ambulabat, id est, conversabatur in Galilæa, quod non ultro nec libenter, sed necessario factum adjecta causa ostendit. Idcirco, inquit, in Galilæa cum alienigenis longo tempore fuit, quia Judæi quærebant ipsum interficere. Etenim quum ait eum nolentem versatum in Galilæa, significat illi non licuisse versari in Judæa.* Proinde nos rem Lectoris arbitrio relinquimus, licet gravis esse debeat Chrysostomi & Cyrilli auctoritas. In Theophylacto legitur ἤθελεν, etiamsi ex interpretatione non satis liquet quid legerit; quin subodorari licet, & Augustinum legisse *valebat*, quum ait, *non ipse perdiderat potestatem, sed nostram consolabatur fragilitatem.* Habemus igitur tres auctores haudquaquam leves, qui legunt *non valebat*. Theophylactus fuit recentior, & haud scio an post Græcos Romanæ Ecclesiæ fœderatos. Quod si ob hujusmodi scrupulos fas est mutare Scripturam, mutandus erat locus Marci sexto: *Et non poterat ibi virtutem ullam facere, nisi quod paucos infirmos impositis manibus curavit, & mirabatur propter incredulitatem eorum.* Item illud apud eumdem capite primo: *Ita ut non posset manifeste intrare in civitatem.* In his non verba mutanda sunt, sed verborum sensus inquirendus. *In Judæa non poterat versari*, quia nolebat præveniri tempus passionis. Apud Marcum, *non poterat multa miracula edere*, quia obstabat incredulitas hominum. *Judæam* autem hîc appellat, non totam Judæorum regionem, in qua erat & Galilæa, sed eam, quæ duas tribus complectitur, Juda & Benjamin.

2 *Scenopegia*] Σκηνοπηγία, *Scenopegia*. Quæ vox composita Græcis, dicta est *a figendis tabernaculis*. Nostri perperam addunt adspirationem, quam Græca dictio respuit.

3 *Et quærit ipse in palam esse*] καὶ ζητεῖ αὐτὸς ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι, id est, *& quærit ipse in libertate esse*, hoc est, libere & audacter loqui. Quanquam juxta Chrysostomi interpretationem ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι plane videtur usurpatum pro *celebrem esse*, quod cognati illius judicarent hoc ad gloriam ejus facere, ut declararet se mundo. Porro an reperiatur apud probos auctores *in palam*, sicut *in coram*, aliis excutiendum relinquo.

4 Ego

6 Λέγει οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς οὔπω πά-
ρεςιν· ὁ δὲ καιρὸς ὁ ὑμέτερος πάντοτέ ἐςιν ἕτοιμος.
7 Οὐ δύναται ὁ κόσμος μισεῖν ὑμᾶς· ἐμὲ δὲ μισεῖ, ὅτι
ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ αὐτοῦ, ὅτι τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρά
8 ἐςιν. Ὑμεῖς ἀνάβητε εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην· ἐγὼ ὔπω
ἀναβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην, ὅτι ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς οὔ-
9 πω πεπλήρωται. Ταῦτα δὲ εἰπὼν αὐτοῖς, ἔμεινεν ἐν
10 τῇ Γαλιλαίᾳ. Ὡς δὲ ἀνέβησαν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ,
τότε καὶ αὐτὸς ἀνέβη εἰς τὴν ἑορτὴν, ὐ φανερῶς, ἀλλ'
11 ὡς ἐν κρυπτῷ. Οἱ οὖν Ἰυδαῖοι ἐζήτουν αὐτὸν ἐν τῇ ἑορ-
12 τῇ, καὶ ἔλεγον, Ποῦ ἐςιν ἐκεῖνος; Καὶ γογγυσμὸς πο-
λὺς περὶ αὐτοῦ ἦν ἐν τοῖς ὄχλοις· οἱ μὲν ἔλεγον, Ὅτι
ἀγαθός ἐςιν· ἄλλοι δὲ ἔλεγον, Οὔ, ἀλλὰ πλανᾷ τὸν
13 ὄχλον. Οὐδεὶς μέντοι παῤῥησίᾳ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ
14 διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων. Ἤδη δὲ τῆς ἑορτῆς με-
15 σούσης, ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ ἐδίδασκε. Καὶ
ἐθαύμαζον οἱ Ἰουδαῖοι, λέγοντες, Πῶς οὗτος γράμμα-
16 τα οἶδε μὴ μεμαθηκώς; Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, καὶ
εἶπεν, Ἡ ἐμὴ διδαχὴ ὐκ ἔςιν ἐμὴ, ἀλλὰ τῦ πέμψαν-
17 τός με. Ἐάν τις θέλῃ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖν, γνώ-
σεται περὶ τῆς διδαχῆς, πότερον ἐκ τοῦ Θεῦ ἐςιν, ἢ ἐ-
18 γὼ ἀπ' ἐμαυτῦ λαλῶ. Ὁ ἀφ' ἑαυτοῦ λαλῶν, τὴν
δόξαν τὴν ἰδίαν ζητεῖ· ὁ δὲ ζητῶν τὴν δόξαν τοῦ πέμ-
ψαντος αὐτὸν, ὗτος ἀληθής ἐςι, καὶ ἀδικία ἐν αὐτῷ
19 ὐκ ἔςιν. Οὐ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν νόμον; καὶ οὐ-
δεὶς ἐξ ὑμῶν ποιεῖ τὸν νόμον· τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖ-
20 ναι; Ἀπεκρίθη ὁ ὄχλος, καὶ εἶπε, Δαιμόνιον ἔχεις·
21 τίς σε ζητεῖ ἀποκτεῖναι; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶ-
πεν αὐτοῖς, Ἓν ἔργον ἐποίησα, καὶ πάντες θαυμάζε-
22 τε. Διὰ τῦτο Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὴν περιτομὴν, ὐχ
ὅτι ἐκ τοῦ Μωσέως ἐςὶν, ἀλλ' ἐκ τῶν πατέρων· καὶ ἐν
23 σαββάτῳ περιτέμνετε ἄνθρωπον. Εἰ περιτομὴν λαμβά-
νει ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μω-
σέως, μοὶ χολᾶτε, ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν
24 σαββάτῳ; Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν
25 κρίσιν κρίνατε. Ἔλεγον οὖν τινες ἐκ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν,
26 Οὐχ ὗτός ἐςιν ὃν ζητῦσιν ἀποκτεῖναι; Καὶ ἴδε παῤ-
ῥησίᾳ λαλεῖ, καὶ ὐδὲν αὐτῷ λέγουσι· μήποτε ἀληθῶς
ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες, ὅτι ὗτός ἐςιν ἀληθῶς ὁ Χριςὸς;
27 Ἀλλὰ τοῦτον οἴδαμεν πόθεν ἐςίν· ὁ δὲ Χριςὸς ὅταν ἔρ-
οϛ γ 28 χηται, οὐδεὶς γινώσκει πόθεν ἐςίν. Ἔκραξεν οὖν ὁ Ἰη-
σοῦς ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, καὶ λέγων, Καί με οἴδατε,
καὶ οἴδατε πόθεν εἰμί· καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλήλυθα,
ἀλλ' ἔςιν ἀληθινὸς ὁ πέμψας με, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδα-
29 τε. Ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτὸν, ὅτι παρ' αὐτοῦ εἰμὶ, κἀ-
οζ α 30 κεῖνός με ἀπέςειλεν. Ἐζήτουν οὖν αὐτὸν πιάσαι, καὶ
οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, ὅτι οὔπω ἐλη-
οη ι 31 λύθη ἡ ὥρα αὐτοῦ. Πολλοὶ δὲ ἐκ τοῦ ὄχλου ἐπίςευ-
σαν εἰς αὐτὸν, καὶ ἔλεγον, Ὅτι ὁ Χριςὸς ὅταν ἔλθῃ,
μήτι πλείονα σημεῖα τούτων ποιήσει ὧν οὗτος ἐποίη-
32 σεν; Ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι τοῦ ὄχλου γογγύζοντος
οθ α περὶ αὐτοῦ ταῦτα· καὶ ἀπέςειλαν οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ
π ι 33 Ἀρχιερεῖς ὑπηρέτας, ἵνα πιάσωσιν αὐτόν. Εἶπεν οὖν
αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἔτι μικρὸν χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι,
πα ι 34 καὶ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με. Ζητήσετέ με,
καὶ οὐχ εὑρήσετε· καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ δύνα-
σθε

A quidem ejus credebant in eum. Dicit ergo eis Jeſus, 6
Tempus meum nondum adeſt: tempus autem veſtrum
ſemper eſt paratum. Non poteſt mundus odiſſe vos: 7
me autem odit, quia ego teſtimonium fero de illo,
quod opera ejus mala ſint. Vos adſcendite ad diem 8
feſtum hunc: 4 ego nondum adſcendo ad feſtum hoc,
quia meum tempus nondum impletum eſt. Hæc au- 9
tem quum dixiſſet illis, manſit in Galilæa. Ut au- 10
tem adſcenderunt fratres ejus, tunc & ipſe adſcendit ad
feſtum, non manifeſte, ſed velut in occulto. Judæi 11
ergo quærebant eum in feſto, & dicebant, Ubi eſt 12
ille? Et 5 murmur multum erat in turbis de eo: qui-
dam enim dicebant, Bonus eſt: alii autem dicebant,
Non, ſed ſeducit turbam. 6 Nemo tamen palam lo- 13
B quebatur de illo propter metum Judæorum. 7 Quum 14
autem jam dimidium feſti peractum eſſet, adſcendit
Jeſus in templum, ac docebat. Et mirabantur Ju- 15
dæi, dicentes, Quomodo hic litteras ſcit, quum non
didicerit? Reſpondit eis Jeſus, & dixit, Mea doctri- 16
na non eſt mea, ſed ejus qui miſit me. Si quis volue- 17
rit voluntati ejus obtemperare, cognoſcet de doctri-
na, utrum ex Deo ſit, an ego a meipſo loquar. Qui 18
a ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit: qui
autem quærit gloriam ejus qui miſit ipſum, hic verax
eſt, & injuſtitia in illo non eſt. Nonne Moſes de- 19
dit vobis legem? & tamen nemo ex vobis factis
præſtat legem: quid me quæritis interficere? Re- 20
ſpondit turba, & dixit, Dæmonium habes: quis te
C quærit interficere? Reſpondit Jeſus, & dixit eis, 21
Unum opus feci, & omnes miramini. 8 Propterea 22
Moſes dedit vobis circumciſionem, non quia ex Mo-
ſe ſit, ſed quia ex patribus: & tamen in ſabbato
circumciditis hominem. Si circumciſionem accipit 23
homo in ſabbato, ut non ſolvatur lex Moſis, 9
mihi indignamini, quod totum hominem ſanum fe-
cerim in ſabbato? 10 Nolite judicare ſecundum adſpe- 24
ctum, ſed juſto judicio judicate. Dicebant ergo qui- 25
dam ex Hieroſolymitanis, Nonne hic eſt quem quæ-
runt interficere? Atqui 11 ecce palam loquitur, & 26
nihil ei dicunt: 12 num vere cognoverunt princi-
D pes, hunc eſſe vere Chriſtum? Sed hunc novimus 27
unde ſit: Chriſtus autem quum venerit, nemo ſcit
unde ſit. Clamabat ergo Jeſus in templo docens, 28
ac dicens, Et me noſtis, & unde ſim noſtis: & a
meipſo non veni, ſed eſt verax qui miſit me, quem
vos non noviſtis. 13 Ego vero novi eum, quia ab 29
ipſo ſum, & ille me miſit. 14 Quærebant ergo eum 30
apprehendere, & nemo miſit in illum manus, quia
nondum venerat hora ejus. De turba autem multi 31
crediderunt in eum, & dicebant, Chriſtus quum ve-
nerit, num ſigna plura edet iis quæ hic edidit? Au- 32
dierunt Phariſæi turbam murmurantem de illo hæc:
E & miſerunt Phariſæi ac principes Sacerdotum mini-
ſtros, ut apprehenderent eum. Dixit ergo eis Jeſus, 33
Adhuc puſillum temporis vobiſcum ſum, & abeo ad
eum qui me miſit. Quæretis me, nec invenietis: 34
&

4 *Ego enim non adſcendam*] ἐγὼ ὔπω ἀναβαίνω, id eſt, *ego nondum adſcendo*, alioqui mentitus videri poterat, qui ſe negarit adſcenſurum, cum tamen adſcenderit; idque palam indicavit Chryſoſtomus, ne cui noſtra levis ſit auctoritas. Cyrillus legit, *ego non adſcendo*, exponens hoc ſermone ſignificaſſe Legis cæremonias abolendas, ſed paulatim. Adſcendit igitur, & non adſcendit, quaſi mox ſubducturus ſeſe. In exemplaribus Donatiani ſcriptum erat, *ego enim nondum adſcendam*. Rurſus in vetuſto exemplari, quod habebatur Lovanii in Collegio Canonicorum Martinenſium: conſentiebat codex Conſtantienſis.

5 *Murmur multus*] γογγυσμὸς πολὺς, id eſt, *murmuratio multa*, ſive *murmur multum*, ut legit Auguſtinus.

6 *Nemo tamen palam loquebatur*] παῤῥησίᾳ ἐλάλει, id eſt, *libere loquebatur*.

7 *Jam autem feſto mediante*] Utinam tam feliciter, quam audacter Interpres expreſſiſſet vocem Græcam μεσύσης, id eſt, *mediante*. Cæterum Latine dicendum erat, *Cum dimidium feſti peractum eſſet*, aut *Circa medium feſti*.

8 *Propterea Moſes dedit vobis circumciſionem*] In ſuperiore loco eſt *Legis*, hic *circumciſionis* mentio. Hoc admoneo, quod in Latinis aliquot codicibus hîc quoque habebatur *Legem*.

9 *Mihi cur indignamini*] ἐμοὶ χολᾶτε, id eſt, *mihi ſuccenſetis*, & *cur* adverbium non additur, nec in Græco, nec in antiquis exemplaribus, ne in aureo quidem codice, tantum eſt, *mihi indignamini*.

10 *Nolite judicare ſecundum faciem*] κατ' ὄψιν, id eſt, *ſecundum adſpectum*, hoc eſt, vulgari more, nimirum ex his quæ corporalibus cernuntur oculis. Auguſtinus Sermone de verbis Apoſtoli decimo nono citat hoc modo: *Nolite judicare perſonaliter, ſed juſtum judicium judicate*. Quanquam Græcis non eſt κατὰ πρόσωπον, & tamen πρόσωπον ab adſpectu dicitur: πρόσωπον autem interdum vertunt *perſonam*, ut κωφὸν πρόσωπον, id eſt, *muta perſona*.

11 *Ecce palam*] ἴδε παῤῥησίᾳ λαλεῖ, id eſt, *ecce libere loquitur*, ſive *audacter loquitur*. Omiſſa eſt nobis conjunctio καὶ, quæ tamen vim habeat adverſativam, quemadmodum paulo ſuperius, *& in ſabbato circumciditis hominem*. Ne quis admiretur tamen, a nobis additum, quo proprietatem ſermonis magis explicaremus.

12 *Nunquid vere cognoverunt, quia hic eſt Chriſtus*] In nonnullis Græcorum exemplaribus repetitur *vere*, ἀληθῶς, *num vere cognoverunt hunc eſſe vere Chriſtum*? Ad eum quidem modum legit Theophylactus. Cæterum apud Chryſoſtomum non additur.

13 *Ego ſcio eum: & ſi dixero*, &c.] Græca ſic habent, Ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτὸν, ὅτι παρ' αὐτῦ εἰμὶ, κἀκεῖνός με ἀπέςειλεν, id eſt, *Ego vero novi eum, quia ab eo ſum, & ille me miſit*.

14 *Quærebant igitur*, &c.] Antiquiſſimi codices propemodum conſentiunt cum Græcis. Nam ſic habent, *Ego ſcio eum, quia ab ipſo ſum, & ipſe miſit me. Quærebant ergo eum apprehendere*. Proinde conſentaneum vero eſt, ea verba, *Et ſi dixero, quia non novi eum, ero ſimilis vobis mendax*, e fine proximi ca-

35 σθε ἐλθεῖν. Εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς ἑαυτοὺς, Ποῦ οὗτος μέλλει πορεύεσθαι, ὅτι ἡμεῖς οὐχ εὑρήσομεν αὐτόν; μὴ εἰς τὴν διασποράν τῶν Ἑλλήνων μέλλει πορεύεσθαι, 36 καὶ διδάσκειν τοὺς Ἕλληνας; Τίς ἐστιν οὗτος ὁ λόγος ὃν εἶπε, Ζητήσετέ με, καὶ οὐχ εὑρήσετε, καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, 37 ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν; Ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς εἱστήκει ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἔκραξε, λέγων, 38 Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας 39 αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. Τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ Πνεύματος, οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν· οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα ἅγιον, ὅτι ὁ Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη. 40 Πολλοὶ οὖν ἐκ τοῦ ὄχλου ἀκούσαντες τὸν λόγον, ἔλεγον, Οὗ- 41 τός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Προφήτης. Ἄλλοι ἔλεγον, Οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός. Ἄλλοι δὲ ἔλεγον, Μὴ γὰρ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ὁ 42 Χριστὸς ἔρχεται; Οὐχὶ ἡ γραφὴ εἶπεν, ὅτι ἐκ τοῦ σπέρματος Δαβὶδ, καὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης, ὅπου ἦν Δαβὶδ, ὁ Χρι- 43 στὸς ἔρχεται; Σχίσμα οὖν ἐν τῷ ὄχλῳ ἐγένετο δι᾽ αὐτόν. 44 Τινὲς δὲ ἤθελον ἐξ αὐτῶν πιάσαι αὐτὸν, ἀλλ᾽ οὐδεὶς ἐπέ- 45 βαλεν ἐπ᾽ αὐτὸν τὰς χεῖρας. Ἦλθον οὖν οἱ ὑπηρέται πρὸς τοὺς Ἀρχιερεῖς καὶ Φαρισαίους, καὶ εἶπον αὐτοῖς ἐκεῖνοι, 46 Διατί οὐκ ἠγάγετε αὐτόν; Ἀπεκρίθησαν οἱ ὑπηρέται, Οὐδέποτε οὕτως ἐλάλησεν ἄνθρωπος, ὡς οὗτος ὁ ἄν- 47 θρωπος. Ἀπεκρίθησαν οὖν αὐτοῖς οἱ Φαρισαῖοι, Μὴ 48 καὶ ὑμεῖς πεπλάνησθε; Μή τις ἐκ τῶν ἀρχόντων 49 ἐπίστευσεν εἰς αὐτὸν, ἢ ἐκ τῶν Φαρισαίων; Ἀλλ᾽ ὁ ὄχλος οὗτος ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον, ἐπικατάρα- 50 τοί εἰσι. Λέγει Νικόδημος πρὸς αὐτοὺς, ὁ ἐλθὼν 51 νυκτὸς πρὸς αὐτὸν, εἷς ὢν ἐξ αὐτῶν, Μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κρίνει τὸν ἄνθρωπον, ἐὰν μὴ ἀκούσῃ παρ᾽ αὐ- 52 τοῦ πρότερον, καὶ γνῷ τί ποιεῖ; Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ, Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ; Ἐρεύνησον καὶ ἴδε, ὅτι Προφήτης ἐκ τῆς Γαλιλαίας οὐκ ἐ- 53 γήγερται. Καὶ ἐπορεύθη ἕκαστος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Ἰησοῦς

& ubi ego sum, eò vos non potestis venire. Dixerunt 35 ergo Judæi inter sese, Quo hic iturus est, quod non inveniemus eum? 15 num in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Quis est hic sermo 36 quem dixit, Quæretis me, & non invenietis, & ubi ego sum, eò vos non potestis venire? In novissimo 37 autem die magno festi stabat Jesus, & clamabat, dicens, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. 16 Qui cre- 38 dit in me, sicut dixit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de Spiritu, 39 quem accepturi erant credentes in ipsum: 17 nondum enim erat Spiritus sanctus, quia Jesus nondum erat glorificatus. 18 Multi ergo de turba quum au- 40 dissent hunc sermonem, dicebant, Hic est vere Propheta. Alii dicebant, Hic est Christus. Quidam au- 41 tem dicebant, Num a Galilæa veniet Christus? Non- 42 ne Scriptura dicit, quod ex semine David, & de Bethleem castello, ubi erat David, veniet Christus? Dissensio itaque orta est in turba propter eum. Qui- 43 44 dam autem ex ipsis volebant apprehendere eum, sed nemo conjecit in eum manus. Venerunt ergo mini- 45 stri ad Pontifices & Pharisæos, & dixerunt eis illi, Quare non adduxistis illum? Responderunt mini- 46 stri, Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Responderunt ergo eis Pharisæi, Num & vos 47 seducti estis? Num quis ex principibus credidit in 48 eum, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc quæ non no- 49 vit legem, 19 exsecrabiles sunt. Dicit Nicodemus 50 ad eos, is qui venerat ad eum nocte, qui unus erat de numero eorum, Num lex nostra judicat hominem, 51 nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat? Responderunt & dixerunt ei, Num & tu Galilæus 52 es? 20 Scrutare & vide, quod 21 a Galilæa Propheta non surrexerit. 22 Et profectus est unusquisque 53 in

pitis huc transcripta fuisse a studioso quopiam conferente loca, moxque a parum attento in contextum relata, quum nec Augustinus nec Chrysostomus in Commentariis suis attingant hanc particulam.

15 *In dispersionem gentium iturus est*] Ἑλλήνων, id est, *Græcorum*, quod tamen aliquoties pro quibusvis gentibus usurpat. Ut paulo post, *docturus Gentes*, τοὺς Ἕλληνας, id est, *Græcos*.

16 *Qui credit in me, sicut dixit Scriptura*] Ita distinguit Joannes Chrysostomus, ut *sicut dicit Scriptura* referatur ad verbum *credit in me*, & id quod sequitur, *flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ*, verba sint Christi, & non Scripturæ: ut hic sit sensus, Scriptura monet ut mihi credatur. Nam de me testificatur. Ergo qui crediderit in me, juxta quod Scriptura monet, futurum est, ut ille conceptus Spiritu meo effundat flumina efficacis doctrinæ. Id apertius etiam tradit Theophylactus, admonens ut ita distinguamus, *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura*: & interposito puncto, subjiciantur, *flumina de ventre ejus* &c. quasi moneat ipsi credendum ob Scripturas potius hoc jubentes, quam propter miracula. Ad hanc distinctionem confugit Chrysostomus, quod ea verba, quæ sequuntur, nusquam legantur in Divinis Litteris. Etiamsi Lyranus ex Solomone citata putat, sequutus, opinor, auctoritatem Hieronymi, qui in prologo super Pentateuchum indicat hunc locum non esse in libris e Septuaginta versis, sed ex Hebræorum fontibus petendum. Idem apertius etiam affirmat in prologo Paralipomenôn. Thomas conjectat locum esse Proverbiorum capite quinto: *Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide.* Verum hanc conjecturam ipsa refellit res. Cum enim interpretatio Septuaginta nihil hîc dissentiat a nostra Editione Ecclesiastica, consequitur, ut aut hic non sit locus, de quo sensit Hieronymus, aut translatio, qua utitur Ecclesia, non respondeat Hebraicæ veritati. Sic enim legunt Græci: *Ὑπερεκχείσθω σοι τὰ ὕδατα ἐκ τῆς σῆς πηγῆς, εἰς δὲ τὰς πλατείας διαπορευέσθω τὰ σὰ ὕδατα*, id est, *Effundantur tibi aquæ e tuo fonte, & in plateas tuas deriventur tuæ aquæ.* Proinde aut Chrysostomo subscribendum est, aut alius quærendus locus. Quin & Augustinus sic enarrat hunc locum, ut hæc verba tribuat Christo, *Qui crediderit in me.* Scribit enim hunc in modum: *Unde enim dixerit Dominus*, Si quis sitit, veniat ad me & bibat, & qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ, *consequenter exposuit Evangelista dicens.* Augustinus Dominum loquentem facit, de citata Scriptura nulla mentio. Cæterum quod Carrensis velut ex Chrysostomo auctore mutat *aquam vivam* in *fontem vivum*, quid sibi velit, ipse viderit. Nihil enim hujusmodi reperies apud Chrysostomum, verum is ex alio loco citat, *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Denique illud extra controversiam est, hanc partem, *flumina de ventre ejus*, non ad Christum pertinere, sed ad hominem credentem. Alioqui sermo esset inabsolutus.

17 *Nondum erat Spiritus datus*] Pro *datus* Græce est *sanctus*, nec additur *datus*. Cæterum offensus quispiam prima sermonis fronte, quasi Spiritus Sanctus aliquando non fuerit, pro *sanctus* fecit *datus*. Atqui nihil erat periculi. Agit enim non de substantia Spiritus Sancti, verum de illo munere & afflatu, quo Apostoli subito mutati sunt in alios viros. Atque id propemodum licet ex Chrysostomi verbis colligere. Quanquam apud hunc semel atque iterum reperitur *Spiritus datus*, quemadmodum & apud Theophylactum, consentientibus & vetustissimis exemplaribus Latinis. Itaque super hac re nihil pronuncio, nisi in Græcorum codicibus constanter haberi scriptum, *nondum enim erat Spiritus Sanctus.* Certe Theophylactus, cujus exemplar est apud Prædicatores Basilienses, plane legit *Spiritus Sanctus*, & interpretatur, *non erat*, id est, *non erat datus.* Imo si quis attentius legat Augustini Commentarium, comperiet & ipsum legisse quemadmodum comperimus scriptum in Græcorum voluminibus. Etiamsi Scriba subinde admiscet *datus*. Sic enim movet quæstionem: *Sed quid est quod ait*, Non erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus? *In evidenti est intellectus. Non enim non erat Spiritus Dei qui erat apud Deum, sed nondum erat in eis qui crediderant in Jesum. Ita enim disposuit Dominus Jesus, non eis dare Spiritum istum, de quo loquimur, nisi post resurrectionem suam, & hoc non sine causa.* Ac mox movet alteram quæstionem, quomodo negetur fuisse Spiritus Dei in Sanctis, cum legamus Prophetas, Simeonem, Annam viduam non caruisse Spiritu Sancto, Zachariam repletum Spiritu Sancto, in Virginem matrem descendisse Spiritum Sanctum. Ad quam ita respondet, ut fateatur eumdem quidem fuisse Spiritum, sed modum donationis fuisse diversum. Quod si Augustinus legisset *datus*, nullus erat locus priori quæstioni. Neque secus legisse videtur Origenes. Sic enim scribit: *Neque enim venerat super aliquem ipsorum credentium in Jesum Spiritus Sanctus, sicut testatur Joannes. Spiritum Sanctum audis, dati nulla mentio.* Quin & divus Hieronymus ad Hedibiam quæstione IX. ita citat hunc locum, ut *datus* supersit; ait enim subjiciens: *non quod non esset Spiritus Sanctus*, &c. Si additum fuisset *datus*, non erat occurrendum quæstioni. Ego arbitror primam scripturam, nec *datus* habuisse, nec *sanctus*, sed *sanctus* adjectum a Græcis, *datus* a nostris. In codice Constantiensi Latino *datus* recentiore manu superscriptum erat in intervallo versuum. Chrysostomus in Acta Apost. Hom. III. & II. legit, *nondum enim erat Spiritus.* Annotandum & illud, quod apud Græcos hîc non additur articulus, sed est Πνεῦμα ἅγιον, quod, ut dixi, non loquitur de natura Spiritus, sed de Spiritus vi, ac perinde sonat *non erat Spiritus*, id est, discipuli adhuc erant carnales.

18 *Ex illa ergo turba*] Πολλοὶ οὖν ἐκ τοῦ ὄχλου ἀκούσαντες, id est, *Multi igitur de turba cum audissent.*

19 *Maledicti sunt*] ἐπικατάρατοι, id est, *devoti* sive *exsecrabiles.*

20 *Scrutare Scripturas*] *Scripturas* apud Græcos non additur, ne apud Chrysostomum quidem, quanquam non omnino perperam additum est. Tametsi potest idem & aliis conjecturis exquiri præter Scripturas. Tantum est ἐρεύνησον. Græcæ lectioni suffragantur codices sancti Donatiani & Constantiensis.

21 *Ex Galilæa Propheta non surgit*] οὐκ ἐγήγερται, id est, *non surrexit*, sive *exortus est*, ut intelligas neminem exortum. Atque ita legit Chrysostomus. Colligunt enim ex præteritis quod futurum est. In Augustini Commentariis legitur *surget*, sed adjicit, *Sed Dominus Prophetarum inde surrexit*, quasi legerit *& ipse surrexit.* Arbitror tamen germanam esse lectionem, quam sequitur Interpres.

22 *Et reversi sunt unusquisque in domum suam*] Hæc clausula non

VIII. 1 Ἰησῦς δὲ ἐπορεύθη εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. 2 Ὄρθρου δὲ πάλιν παρεγένετο εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἤρχετο πρὸς αὐτὸν, καὶ καθίσας ἐδίδασκεν αὐτῦς. 3 Φερουσι δὲ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς αὐτὸν γυναῖκα ἐν μοιχείᾳ καταληφθεῖσαν, καὶ σήσαντες αὐτὴν ἐν μέσῳ, 4 Λέγουσιν αὐτῷ, Διδάσκαλε, αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη ἐπ' αὐτοφώρῳ μοιχευομένη. 5 Ἐν δὲ τῷ νόμῳ Μωσῆς ἡμῖν ἐνετείλατο τὰς τοιαύτας λιθοβολεῖσθαι. Σὺ ὖν τί λέγεις; 6 Τοῦτο δὲ ἔλεγον πειράζοντες αὐτὸν, ἵνα ἔχωσι κατηγορεῖν αὐτῦ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς κατακύψας, τῷ δακτύλῳ κατέγραφεν εἰς τὴν γῆν. 7 Ὡς δὲ ἐπέμενον ἐρωτῶντες αὐτὸν, καὶ ἀνακύψας εἶπε πρὸς αὐτῦς, Ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν πρῶτος τὸν λίθον ἐπ' αὐτὴν βαλλέτω. 8 Καὶ πάλιν κατακύψας ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν. 9 Οἱ δὲ ἀκῦοντες ἐξήρχοντο εἷς καθ' εἷς, ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ κατελείφθη μόνος ὁ Ἰησῦς καὶ ἡ γυνὴ ἐν μέσῳ ἑσῶσα. 10 Ἀνακύψας δὲ ὁ Ἰησῦς, καὶ μηδένα θεασάμενος πλὴν τῆς γυναικὸς, εἶπεν αὐτῇ, Ἡ γυνὴ, ποῦ εἰσιν ἐκεῖνοι οἱ κατήγοροί συ; οὐδείς σε κατέκρινεν; 11 Ἡ δὲ εἶπεν, Οὐδεὶς, Κύριε. Εἶπε δὲ ὁ Ἰησῦς, Οὐδὲ ἐγώ σε κατακρίνω. Πορεύυ, καὶ μηκέτι ἁμάρτανε. 12 Πάλιν ὖν ὁ Ἰησῦς αὐτοῖς ἐλάλησε, λέγων, Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τῦ κόσμου· ὁ ἀκολυθῶν ἐμοὶ, ὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς. 13 Εἶπον ὖν αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι, Σὺ περὶ σεαυτῦ μαρτυρεῖς, ἡ μαρτυρία συ ὐκ ἔςιν ἀληθής. 14 Ἀπεκρίθη Ἰησῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτῦ, ἀληθής ἐςιν ἡ μαρτυρία μυ· ὅτι οἶδα πόθεν ἦλθον, καὶ πῦ ὑπάγω· ὑμεῖς δὲ ὐκ οἴδατε πόθεν ἔρχομαι, καὶ πῦ ὑπάγω. 15 Ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε, ἐγὼ ὐ κρίνω ὐδένα. 16 Καὶ ἐὰν κρίνω δὲ ἐγὼ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής ἐςιν· ὅτι μόνος ὐκ εἰμὶ, ἀλλ' ἐγὼ καὶ ὁ πέμψας με Πατήρ. 17 Καὶ ἐν τῷ νόμῳ δὲ τῷ ὑμετέρῳ γέγραπται, ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐςιν. 18 Ἐγώ εἰμι ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμαυτῦ, καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμῦ ὁ πέμψας με Πατήρ. 19 Ἔλεγον οὖν αὐτῷ, Πῦ ἐςιν ὁ Πατήρ συ; Ἀπεκρίθη Ἰησῦς, Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, ὔτε τὸν Πατέρα μυ· εἰ ἐμὲ ᾔδειτε, καὶ τὸν Πατέρα μυ ᾔδειτε ἄν. 20 Ταῦτα τὰ ῥήματα ἐλάλησεν ὁ Ἰησῦς ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ, διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ. Καὶ ὐδεὶς ἐπίασεν αὐτὸν, ὅτι ὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτῦ. 21 Εἶπεν ὖν πάλιν αὐτοῖς ὁ Ἰησῦς, Ἐγὼ ὑπάγω, καὶ ζητήσετέ με, καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν ἀποθανεῖσθε· ὅπυ ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς ὐ δύνασθε ἐλθεῖν. 22 Ἔλεγον ὖν οἱ Ἰυδαῖοι, Μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτὸν, ὅτι λέγει, Ὅτι ὅπυ ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς ὐ δύνασθε ἐλθεῖν; 23 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐςὲ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί· ὑμεῖς ἐκ τῦ κόσμυ τύτυ ἐςὲ, ἐγὼ ὐκ εἰμὶ ἐκ τῦ κόσμυ τύτυ. 24 Εἶπον ὖν ὑμῖν, ὅτι ἀποθανεῖσθε ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν· ἐὰν γὰρ μὴ πιςεύ-

(margin: πζ γ; πη α; πθ ι)

A in domum suam. VIII. 1 Jesus autem perrexit in montem olivarum. 2 Et diluculo iterum venit in templum, cunctusque populus venit ad eum, & sedens docebat eos. 3 [1] Adducunt autem ad eum Scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam, & quum statuissent eam in medio, 4 Dicunt ei, Magister, hæc mulier [2] deprehensa est in ipso adulterio. 5 In lege autem Moses præcepit nobis, ut hujusmodi lapidarentur. Tu ergo quid dicis? 6 Hoc autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum. Jesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. 7 Quum ergo perseverarent interrogare eum, erexit se, & dixit eis, Qui B vestrum [3] immunis est a peccato, primus in illam lapidem jaciat. 8 Et iterum se inclinans scribebat in terra. 9 [4] Audientes autem hæc singulatim alius post alium exibant, initio facto [5] a senioribus: [6] & relictus est solus Jesus ac mulier in medio stans. 10 Quum autem erexisset se Jesus, & neminem videret præter mulierem, dixit ei, Mulier, ubi sunt illi tui accusatores? Nemo te condemnavit? 11 Quæ dixit, Nemo, Domine. Dixit autem Jesus, Nec ego te condemno. Vade, & posthac ne peccaveris. 12 Iterum ergo Jesus loquutus est eis, dicens, Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. 13 Dixerunt ergo ei Pharisæi, Tu de teipso C testificaris, testimonium tuum non est verum. 14 Respondit Jesus, & dixit eis, Et si ego testimonium perhibeam de meipso, verum est testimonium meum, quia scio unde veni, & quo vado: vos autem nescitis unde venio, & quo vado. 15 Vos secundum carnem judicatis, ego non judico quemquam. 16 Porro & si judicem ego, judicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego & qui misit me Pater. 17 Quin & in lege vestra scriptum est, quod duorum hominum testimonium verum est. 18 Ego sum qui testimonium fero de meipso, & testimonium fert de me qui misit me Pater. 19 Dicebant ergo ei, Ubi est Pater tuus? D Respondit Jesus, Neque me nostis, neque Patrem meum: si me novissetis, [7] & Patrem meum novissetis. 20 Hæc verba loquutus est Jesus in gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora ejus. 21 Dixit ergo iterum eis Jesus, Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini: quo ego vado, vos non potestis venire. 22 Dicebant ergo Judæi, Num interficiet semetipsum? quia dicit, Quo ego vado, vos non potestis venire? 23 Et dicebat eis, [8] Vos ab infernis estis, ego de supernis sum: vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. 24 Dixi ergo vobis, quod moriemini in peccatis vestris: si enim non crederi- E tis,

non additur apud Chrysostomum, ne apud Theophylactum quidem.

1 *Adducunt autem Scribæ & Pharisæi mulierem*] Historia de muliere adultera non habetur in plerisque Græcis exemplaribus. In nonnullis adjecta erat in calce. Atque adeo Chrysostomus nullam facit hujus mentionem, edisserens Evangelium Joannis, legens hoc contextu, *Scrutare & vide, quia a Galilæa Propheta non surgit. Rursum igitur Jesus illis loquutus est, dicens, Ego sum lux mundi*, &c. Et ad eumdem modum legit Theophylactus, cum alioqui perpetuam in totum Joannis Evangelium commentationem scripserit. Unde mirum est Chrysostomum alibi, videlicet Homilia LX. hujus historiæ meminisse. Sic enim scribit inter cætera: *Ut quum rogarunt, an liceret censum dare Cæsari, & an lapidanda esset adultera.* Nisi forte putandum est alterum exemplum a studioso quopiam adjectum esse. Tametsi divus Augustinus hunc locum & enarrat in Commentariis, & subinde citat in Operibus suis. Quin & divus Hieronymus in dialogo adversus Pelagianos secundo, cum vehementer F egeret hujus testimonio loci, quo quidem in casu solet & ex apocryphis adducere testimonia, tamen hanc allegans historiam, ingenue fatetur, non in omnibus haberi codicibus: *In Evangelio*, inquit, *secundum Joannem, in multis & Græcis & Latinis codicibus invenitur de adultera muliere, quæ accusata est apud Dominum.* Eusebius Cæsariensis Ecclesiasticæ Historiæ libro tertio indicat hanc historiam de muliere adulterii delata apud Dominum additam Evangelio Joannis ex Evangelio, quod inscribitur secundum Hebræos. Arbitror autem Eusebium sentire de Evangelio apocrypho Nazaræorum. Alioqui si hæc historia haberetur in Evangelio, quod scripsisse creditur Matthæus, illuc potius restituenda erat, unde fuisset decerpta. Nec Hieronymus rem tantam dissimulasset. At fieri potuit, ut quod ab Evangelio Joannis perierat in apocrypho exstaret, aut ut Joannes post hanc partem adjecerit Evangelio suo. Itaque factum ut in quibusdam codicibus haberetur, in quibusdam non haberetur. Postremo fieri potest, ut in apocryphis multa vera referantur. Ex veris igitur hanc historiam adjectam, quæ jam auctoritatem habet: non quod in apocryphis scripta fuerit, sed quod eam Papias e suo doctore audierit, quodque hanc Ecclesiæ consensus ut Evangelio dignam comprobarit. Proinde nos, quoniam jam ubique recepta est, præsertim apud Latinos, noluimus suo movere loco, maxime cum & nos in uno quodam exemplari Græco partem hanc adscriptam compererimus. Et satis liquet in iis exemplaribus, quibus usus est Laurentius, non abfuisse, vel hoc argumento, quod unum atque alterum hujus historiæ locum excutit.

2 *Deprehensa est in adulterio*] κατειλήφθη ἐπ' αὐτοφώρῳ μοιχευομένη, hoc est, *deprehensa est in ipso facto cum adulteraretur.* Φωρᾶν enim est *deprehendere in facinore ipso.* Et hujusmodi deprehensionem αὐτόφωρον appellat.

3 *Sine peccato est*] ἀναμάρτητος. Quod non solum significat eum qui non peccavit, sed qui peccare non possit, ut indicavit Hieronymus in dialogis adversus Pelagium.

4 *Audientes autem hoc unus post unum*] Græca dissonant, Οἱ δὲ ἀκύσαντες, καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι, ἐξήρχοντο εἷς καθ' εἷς, id est, *At illi cum audissent, & a conscientia redarguerentur, exierunt singillatim.* Quanquam aliter legit Valla. Et secus habet Editio Aldina.

5 *A senioribus*] Addunt hic Græci quidam codices ἕως τῶν ἐσχάτων, id est, *usque ad postremos.*

6 *Et remansit solus*] κατελείφθη, id est, *relictus est*, sive *desertus est.* Mirum cur putarit a Græca voce recedendum.

7 *Forsitan & Patrem*] Rursum conjunctionem ἂν vertit in *forsitan*, cum id Christus affirmet potius quam vocet in dubium. Augustinus offensus adverbio, monet *forsitan* hic non esse dubitantis, sed increpantis.

8 *Vos deorsum estis*] ἐκ τῶν κάτω, id est, *ex infernis*, sive *ex iis, quæ inferne sunt.* Antiqui libri habent, *Vos de deorsum estis.* Ac mox, ἐκ τῶν ἄνω, id est, *e supernis*, quod articulus additus adverbio vim habet nominis adjectivi.

πισεύσητε, ὅτι ἐγώ εἰμι, ἀποθανεῖσθε ἐν ταῖς ἁμαρτίαις 25 ὑμῶν. Ἔλεγον οὖν αὐτῷ, Σὺ τίς εἶ; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ 26 Ἰησοῦς, Τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν. Πολλὰ ἔχω περὶ ὑμῶν λαλεῖν καὶ κρίνειν· ἀλλ᾽ ὁ πέμψας με ἀληθής ἐσι· κἀγὼ ἃ ἤκουσα παρ᾽ αὐτοῦ, ταῦτα λέγω εἰς τὸν κόσμον. 27 Οὐκ ἔγνωσαν ὅτι τὸν Πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν. 28 Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ὅταν ὑψώσητε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τότε γνώσεσθε, ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ ποιῶ οὐδὲν, ἀλλὰ καθὼς ἐδίδαξέ με ὁ Πατήρ μου, ταῦτα λαλῶ. 29 Καὶ ὁ πέμψας με μετ᾽ ἐμοῦ ἐσιν· οὐκ ἀφῆκέ με μόνον ὁ Πατὴρ, ὅτι ἐγὼ τὰ ἀρεσὰ αὐτῷ ποιῶ πάντοτε. 30 Ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος, πολλοὶ ἐπίσευσαν εἰς αὐτόν. 31 Ἔλεγεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς πεπισευκότας αὐτῷ Ἰουδαίους, Ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί μου ἐσέ· 32 Καὶ γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡ ἀλήθεια

A tis, quod ego sum, moriemini in peccatis vestris. 25 Dicebant ergo ei, Tu quis es? Et dicit eis Jesus, 26 [9] In primis quod & loquor vobis. Multa habeo quæ de vobis loquar ac judicem: sed qui me misit verax est: & ego quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo. 27 Non cognoverunt [10] quod de Patre eis loquutus esset. 28 Dixit ergo eis Jesus, Quum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quod ego sum, & quod ex meipso facio nihil, sed ita ut docuit me Pater, hæc loquor. 29 Et qui me misit mecum est: non reliquit me solum Pater, quia ego quæ placita sunt ei facio semper. 30 Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum. 31 Dicebat ergo Jesus ad eos qui crediderant ipsi Judæos, Si vos manseritis in sermone meo, [11] vere B discipuli mei estis: 32 Et cognoscetis veritatem, [12] & veritas

9 *Principium qui & loquor*] *Principium* non est hîc nominativi casus, ut Christus dixerit se esse principium, nec accusativi, id quod divus existimat Augustinus, propterea quod non cohæreat cum iis quæ præcedunt, sed adverbium. Sic enim Græci dicunt τὴν ἀρχὴν pro *primo*, seu *principio*, quemadmodum τέλος pro *postremo*, aut *denique* adverbialiter, ut subaudias præpositionem κατά. Nec est Græce *qui*, ὅς, sed ὅτι, id est, *quia* vel *quod*. Quanquam his quoque cognitis sensus apud Græcos nonnihil habet ambiguitatis; potest enim hic esse sensus, ut rogatus Jesus quis esset, responderit, Hoc primo loco dicàm, is sum qui loquor vobiscum. Nam cætera de me indigni estis qui audiatis. Aut si legimus ὅτι, non ὅς, ut constanter habent Græci codices, assentientibus & Latinis aliquot exemplaribus, in quibus scriptum est, *Principium* C *quia & loquor vobis*, potest hic esse sensus, Primum id sum, quod etiam dico vobis. Non explico quicquid sum indignis, hoc primum dico, me missum esse a Patre, & præconem vitæ, id quod jam dudum dico vobis. Siquidem Græca vox ὅτι anceps est, ad *quod* nomen, si adscribas hypodiastolen, ὅ, τι, & *quia* conjunctionem, si subnotaris ὑφέν. Ut referat quod præcessit, *nisi credideritis, quod ego sum*. Nam hæc vox Deo peculiaris est, *ego sum*. Et alibi dixit, *antequam Abraham fieret, ego sum*. Rogantibus igitur, *Tu quis es*, tecte significans se Deum esse, respondit principio hoc sum quod jam dudum loquor vobis, quum toties dicam ego sum. Potest accipi tertius quoque sensus, ut hæc cohæreant cum his quæ proxime sequuntur, *Multa habeo de vobis dicere*, primum ob id ipsum quod loquor vobis, quo beneficio vos præbetis indignos. *Multa habeo quæ de vobis dicam*, hoc est, multa sunt de quibus vos accusem & condemnem, plura habiturus si dicam quis sim, nimirum Deus & homo. Nam id D accessisset illis ad cumulum impietatis, cum hæc ipsa, quæ audierant, inflamment illos ad consilium occidendi. In hunc ferme sensum edisserit Chrysostomus, & hunc sequutus Theophylactus. Quorum uterque sic accipit, ut Christus nihil respondere dignatus sit ad id quod interrogarant, *Tu quis es*? ut qui digniores essent, qui audirent quid ipsi essent, nimirum impii, rebelles, scelerati, quam quis esset Christus, cui insidiabantur. Id quo Lectori sit exploratius, Chrysostomi verba subscribam: *Principium quia & loquor vobis, hoc est, sane indigni estis qui sermones meos audiatis, & qui sim intelligatis. Vos ut me tentetis semper loquimini, mihi autem non attenditis, & in omnibus vos reprehendere nunc non possum. Hoc enim significat*, Multa habeo de vobis loqui & judicare. Expende Lector num & hunc in modum accipi possit, ut hæc pars, *Principio quod & loquor vobis*, pertineat ad ea quæ præcesserunt, *in peccatis vestris moriemini* &c. *Primum ob hoc quoque ipsum quod hac loquor vobis*. Quod si quid suffragarentur exemplaria, video commode posse legi hoc pacto, Τὴν ἀρχὴν ὁ E καὶ λαλῶν ὑμῖν, ut sit sensus, *Principio sum ille qui etiam loquor vobis*, sive *qui loquitur vobis*. Non quod auctor esse velim novæ lectionis, sed quo Lectorem admoneam, si quid forte reperiat in exemplaribus bonæ fidei. Porro quod additum est, *Principio*, quasi plura sit additurus, pertinet ad id quod sequitur, *Multa habeo de vobis dicere & judicare*. Cæterum divus Augustinus huc detorquet hunc locum, ut hæc verba, *Tu quis es*, perinde valeant ac si dixissent, *Quem te esse dicis*, aut *Quem te esse credimus?* Et quasi sic interrogassent, Christus respondit, *Principium quia & loquor vobis*. Quæritis quid debeatis credere? credite me esse principium. Quæ quidem interpretatio utinam tam esset apposita, quam ille frequenter eam inculcat ac repetit, velut asseveratione molliens quod re durius erat. Quanquam illud certe sensit, *principium* hoc in loco fœminini generis esse, casus accusativi. Quod ni sensisset, nullo scrupulo offenso, statim pronunciasset, *Tu quis es*, responsum esse, *Sum principium*. Etiamsi me non fugit, Ambrosium hunc locum adducere juxta Augustini opi- F nionem, libro *Hexaemerón* primo cap. secundo: *Sicut*, inquit, *in Evangelio Dei Filius, dicentibus sibi*, Tu quis es? *respondit*, Initium qui & loquor vobis. Et rursus quarto: *Et illud in Evangelio præcipue, quod interrogatus Dominus quis esset, respondit*, Initium, quod & loquor vobis. Idem *de fide* lib. tertio cap. quarto: *Nec de principio residet aliquid quæstionis, quum interrogatus in carne*, Tu quis es? *responderit*, Principium qui & loquor vobis. Ambrosius non consuluit Græca, & ideo non sentit scrupum. Augustinus quia consuluit torquetur, sed quod affert de casu accusandi plane durum est, & a nemine Græcorum annotatum. Coactius mihi videtur & illud quod addit, *Qui & loquor vobis*. Nam ex sensu colligo eum *quia* legisse, non *qui*. Ait enim: *Et addidit*, Quia & loquor vobis, *id est, quia humilis propter vos factus, ad ista verba descendo. Nam si* principium *sicuti est, ita maneret apud Patrem, & non acciperet formam servi, & homo loqueretur hominibus, quomodo ei crederent, cum infirma corda intelligibile verbum sine voce sensibili audire non possint? Ergo, inquit, credite me esse principium, quia ut credatis, non solum sum, sed & loquor vobis*. Ex hisce verbis satis liquet, Augustinum *quia* legisse, non *qui*: præsertim cum idem libro de Genesi ad litteram referat hoc pacto, *Principium, quod & loquor vobis*, ut modo citavimus ex Ambrosio. Verum, si fas est a tantis viris dissentire, neutra interpretationis pars mihi probatur. Ambrosius aliud agens adducit hunc locum. Augustinus sedulo protulit in medium quod tum veniebat in mentem, mutaturus, ni fallor, sententiam, si propius rem fuisset intuitus, aut si Græcorum Commentarios excussisset. Quamvis idem hunc Joannis locum in eam sententiam citat, cum alias frequenter, tum in libro adversus ἀνόμων legis adversarium cap. tertio: hinc colligens ac demonstrans Christum recte dici *principium*. Ac mihi videtur Augustinus aliquoties in tuendis iis, quæ semel dixerit, paulo constantior quam res postulat. Quod si huic puero Græcæ litteræ tam dulces fuissent quam erant Romanæ, nec ipse postea senex deplorasset adolescentiæ fastidium, & felicius Divinas Litteras tractasset, Græcorum libris adjutus. Magis autem admiror Ambrosium, qui pulchre Græce nosset, quique Sacrorum Voluminum interpretationem ex Græcorum Commentariis haurire solet, hîc cum Augustino consentire, atque ex hoc loco docere Christum recte dici *principium*, cum alias, tum libro *de fide* tertio cap. quarto. Quin & illud annotandum, neque Chrysostomum, neque Theophylactum quicquam hoc loco offendi, cum offenderetur Augustinus, opinor quod Græci sermonis formam agnoscerent, scirentque τὴν ἀρχὴν adverbii vice poni, quemadmodum οὐδ᾽ ἀρχὴν pro *nequaquam*, & τέλος pro *denique*. Cæterum ut mihi gravis est Chrysostomi auctoritas, ita interpretatio minus videtur coacta. Unus adhuc scrupus restare poterat, quod τέλος aut ἀρχὴν, quoties adverbii vim habent, incertum sit an soleant apud auctores articulo præposito usurpari. Sed ad hunc modum usurpavit Gregorius Nazianzenus Sermone *de Paschate*: Οὐκ ἐπιορκήσεις, ἐκεῖνος· σὺ δὲ, οὐδὲ ὀμῇ τὴν ἀρχὴν, id est, *Non pejerabis, ille: tu vero, nec juraveris omnino*. Et Galenus in libello *de optimo docendi genere*: Ἀλλ᾽ οὐδὲ διδασκαλὴν τὴν ἀρχὴν ἐναργῶς οἶμαι δεδιδάχθαι, id est, *Verum in nulla prorsus eruditione arbitror fuisse institutum*. Jam & in hoc laborat Augustinus, quomodo Christus dicatur *principium*, cum esse ab alio pugnet cum principii ratione. Pater enim simpliciter & absolute *principium* vocatur. Absolute dico, non perfecte, cum hæc appellatio perfecte competat & in Filium, sed ita ut nihil nominari possit, cujus non sit principium. Siquidem Pater principium est omnium & creatorum & increatorum. Filius Patris certe principium dici non potest, ut neque totius Deitatis, quemadmodum sentit Augustinus. Quanquam Paulus in Epistola ad Colossenses eum *principium* vocat absolute, sed addens *primogenitus ex mortuis*, & paulo superius dixerat, *primogenitum omnis creaturæ*. Quod autem in Apocalypsi dicitur *principium & finis*, constat intelligendum, Christum esse initium & consummationem Ecclesiæ, quam priore adventu constituit, posteriore perficiet. Et hic locus fuit impetitus atrocibus calumniis. Ad quas quoniam abunde, ni fallor, responsum est nobis semel atque iterum edito libello, neque res paucis verbis repeti potest, nolim hoc volumen amplius onerare. Petat inde, si cui lubet exactius cognoscere.

10 *Quia Patrem ejus dicebat Deum*] Antiqui codices habent, *Quia Patrem eis dicebat*. Nam in Constantiensi recenti manu nescio quis addiderat *Deum*, quum tamen locus non esset. Græci sic, ὅτι τὸν Πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν, *quod Patrem eis dixisset*, nec additur *Deum*. Sensus autem videtur hic, non intellexisse Judæos, cum Jesus de Patre loqueretur, quid vocaret Patrem; nam aliud quiddam videbatur significare, quam quod vulgo Patrem vocant. Neque enim ignorare poterant, quod de Patre loqueretur, cum paulo ante manifeste de Patre suo loquatur. Quin hæc fortasse sententia, ut est simplicissima, ita maxime probabitur eruditis, ut accipiamus Christum *Patrem eis dicere Deum*, pro eo quod erat, *de Deo Patre loqueretur*. Quem in modum intellexisse videtur Chrysostomus: *Cum multa diceret de Patre suo, non intelligebant illum de Patre cælesti loqui, cum eum pro homine simplici haberent*. Receptus est enim & hic sermonis color, *hunc dico*, pro *de hoc dico*.

11 *Vere discipuli mei eritis*] Græci legunt ἐσὲ, id est, *estis*. Interpres legisse videtur ἔσεσθε. Quemadmodum & hodie legitur in nonnullis. Et item paulo post, *vere liberi eritis*, ὄντως ἐλεύθεροί ἐσε, id est, *vere* sive *revera liberi estis*.

12 *Et veritas liberabit vos*] ἐλευθερώσει, id est, *liberos reddet*. Annotavit hoc loco & divus Augustinus Græcæ vocis emphasim. Nam Latinis *liberari* dicuntur qui subducuntur a periculo aut morbo, at Græca vox ad *libertatem* pertinet, quæ *servituti* opponitur.

33 λήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς. Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ, Σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν, καὶ οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε·
34 πῶς σὺ λέγεις, Ὅτι ἐλεύθεροι γενήσεσθε; Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ
35 ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας. Ὁ δὲ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα· ὁ Υἱὸς μένει εἰς
36 τὸν αἰῶνα. Ἐὰν οὖν ὁ Υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ, ὄντως ἐλεύ-
37 θεροι ἔσεσθε. Οἶδα ὅτι σπέρμα Ἀβραάμ ἐστε· ἀλλὰ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ὅτι ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑ-
38 μῖν. Ἐγὼ ὃ ἑώρακα παρὰ τῷ Πατρί μου λαλῶ· καὶ
39 ὑμεῖς οὖν ὃ ἑωράκατε παρὰ τῷ Πατρὶ ὑμῶν ποιεῖτε. Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ, Ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ ἐστι. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ
40 ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε. Νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, ἣν ἤ-
41 κουσα παρὰ τοῦ Θεοῦ· τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησεν. Ὑμεῖς ποιεῖτε τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς ὑμῶν. Εἶπον οὖν αὐτῷ, Ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα· ἕνα πατέρα ἔχομεν τὸν
42 Θεόν. Εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Εἰ ὁ Θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμέ· ἐγὼ γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον καὶ ἥκω· οὐδὲ γὰρ ἀπ' ἐμαυτοῦ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἐκεῖνός με ἀ-
43 πέστειλε. Διατί τὴν λαλιὰν τὴν ἐμὴν οὐ γινώσκετε; ὅ-
44 τι οὐ δύνασθε ἀκούειν τὸν λόγον τὸν ἐμόν. Ὑμεῖς ἐκ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὲ, καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. Ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ. Ὅταν λαλεῖ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων
45 λαλεῖ, ὅτι ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Ἐγὼ δὲ
46 ὅτι τὴν ἀλήθειαν λέγω, οὐ πιστεύετέ μοι. Τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; εἰ δὲ ἀλήθειαν λέγω,
47 διατί ὑμεῖς οὐ πιστεύετέ μοι; Ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ, τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ ἀκούει· διὰ τοῦτο ὑμεῖς οὐκ ἀκούετε, ὅ-
48 τι ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐστέ. Ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ εἶπον αὐτῷ, Οὐ καλῶς λέγομεν ἡμεῖς, ὅτι Σαμαρεί-
49 της εἶ σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, Ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω, ἀλλὰ τιμῶ τὸν Πατέρα μου,
50 καὶ ὑμεῖς ἠτιμάσατέ με. Ἐγὼ δὲ οὐ ζητῶ τὴν
51 δόξαν μου· ἔστιν ὁ ζητῶν καὶ κρίνων. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐάν τις τὸν λόγον τὸν ἐμὸν τηρήσῃ, θάνατον οὐ
52 μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα. Εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι, Νῦν ἐγνώκαμεν, ὅτι δαιμόνιον ἔχεις. Ἀβραὰμ ἀπέθανε, καὶ οἱ Προφῆται, καὶ σὺ λέγεις, Ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ, οὐ μὴ γεύσεται θανάτου εἰς τὸν αἰῶ-
53 να. Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραὰμ, ὅστις ἀπέθανε; καὶ οἱ Προφῆται ἀπέθανον. Τίνα σεαυτὸν σὺ
54 ποιεῖς; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, Ἐὰν ἐγὼ δοξάζω ἐμαυτὸν, ἡ δόξα μου οὐδέν ἐστιν· ἔστιν ὁ Πατήρ μου ὁ δοξάζων με,
55 ὃν ὑμεῖς λέγετε, ὅτι Θεὸς ὑμῶν ἐστι, Καὶ οὐκ ἐγνώκατε αὐτὸν, ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτόν· καὶ ἐὰν εἴπω, ὅτι οὐκ οἶδα αὐτὸν, ἔσομαι ὅμοιος ὑμῶν ψεύστης· ἀλλ' οἶδα
56 αὐτὸν, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ. Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ
57 εἶδε καὶ ἐχάρη. Εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς αὐτὸν, Πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, καὶ Ἀβραὰμ ἑώρακας;
58 Εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ

Alias ἔσεσθε.

A ritas liberos reddet vos. Responderunt ei, Semen Abrahæ sumus, neque cuiquam servivimus unquam: 33
quomodo tu dicis, Liberi reddemini? Respondit eis Jesus, Amen amen dico vobis, quod omnis qui facit 34
peccatum, servus est peccati. Servus autem non manet in domo in æternum: Filius manet in æternum. 35
Si ergo vos Filius liberos reddiderit, vere liberi estis. 36
Scio quod semen Abrahæ estis: sed quæritis me interficere, [13] quia sermo meus non habet locum in 37
vobis. Ego quod vidi apud Patrem meum loquor: 38
[14] & vos quod vidistis apud patrem vestrum facitis.
Responderunt & dixerunt ei, Pater noster Abraham 39
B est. Dicit eis Jesus, [15] Si filii Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis. Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis loquutus sum, 40
quam audivi a Deo: hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei, Nos e 41
stupro non sumus nati: unum patrem habemus Deum. 42
Dixit eis Jesus, Si Deus pater vester esset, [16] diligeretis utique me: ego enim ex Deo processi & veni:
neque enim a meipso veni, sed ille me misit. Quare loquelam meam non agnoscitis? quia non potestis au- 43
dire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis, 44
& desideriis patris vestri vultis obsequi. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non
est veritas in eo. Quum loquitur mendacium, ex pro-
C priis loquitur, [17] quia mendax est, atque ejus rei pater. Ego autem quia veritatem dico, non creditis 45
mihi. Quis ex vobis [18] arguit me de peccato? Porro si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? 46
Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non 47
auditis, quia ex Deo non estis. Responderunt ergo 48
Judæi, & dixerunt ei, Nonne bene dicimus nos,
quod Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Jesus, Ego dæmonium non habeo, sed cohonesto Patrem meum, & vos [19] ignominia affecistis me. 49
Ego autem non quæro gloriam meam: est qui quærat 50
& judicet. Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æter- 51
num. Dixerunt ergo illi Judæi, Nunc cognovimus, 52
quod dæmonium habes. Abraham mortuus est, &
D Prophetæ, & tu dicis, Si quis sermonem meum servaverit, non gustabit mortem in æternum. Nunquid 53
tu major es patre nostro Abraham, qui mortuus est?
& Prophetæ mortui sunt. Quem teipsum tu facis?
Respondit Jesus, Si ego glorifico meipsum, gloria 54
mea nihil est: est Pater meus qui glorificat me, quem
vos dicitis Deum vestrum esse, Et tamen non co- 55
gnovistis eum, ego autem novi eum: & si dixero
quod non noverim eum, [20] ero similis vestri mendax: sed novi eum, & sermonem ejus servo. Abra- 56
ham pater vester exsultavit, ut videret diem meum,
& vidit atque gavisus est. Dixerunt ergo Judæi ad 57
eum, [21] Quinquaginta annos nondum habes, & Abra-
E ham vidisti? Dixit eis Jesus, Amen amen dico vobis, 58

tur. Item Latinis *liber* dicitur, qui periculum effugit, sed Græca vox *ingenuum* sonat, & *nulli servituti obnoxium*. Id ita esse declarat Judæorum stomachus, *nemini servivimus unquam*.

13 *Sermo meus non capit in vobis*] οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν, id est, *non habet locum in vobis*, quia vos non estis capaces illius.

14 *Et vos quæ vidistis apud Patrem vestrum facitis*] Chrysostomus in *Catena aurea* citatus legit *facite* pro *facitis*, quod ποιεῖτε Græca vox sit ambigua. Atqui ita sensisse Chrysostomum nec ex ipsius interpretatione satis liquet, quæ non minus ambigua est quam ipse contextus. Ex Augustino quid legerit non potest certo colligi.

15 *Si filii Abrahæ estis*] Εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε, id est, *Si Abraham filii essetis, opera Abrahæ faceretis*, ut cohæreat cum eo quod sequitur, *Nunc autem quæritis me interficere*. Antiquissimus codex habebat *facitis*, non *facite*. Interpres legisse videtur ποιεῖτε. Et hanc arbitror fuisse germanam lectionem. Ratiocinatur enim Dominus ex signis reciprocis, sive, ut Dialectici loquuntur, convertibilibus. Si animal est, sentit, si sentit, animal est. Ponit enim hanc definitionem, Filius est qui Patrem imitatur, si estis filii Abrahæ, utique facitis illius opera, si facitis, estis filii, sed non facitis, non estis igitur.

16 *Diligeretis utique me*] Cur hîc non dixit, *diligeretis forsitan?* Nam eadem est conjunctio ἂν eodem modo posita, quam toties vertit *forsitan* & *forte*.

17 *Quia mendax est & pater ejus*] καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Sermo quidem Græcis anceps est, sed Interpretes referunt αὐτοῦ, non ad Diabolum, sed ad ψεῦδος, id est, *mendacium*. Ad eum modum interpretatur Chrysostomus ac Theophylactus, divus Hieronymus in explanationibus Esaiæ, atque item divus Augustinus. Ut sit omnis homo mendax, cæterum Diabolus mendacii pater, qui primus omnium mendacium produxerit, *Eritis sicut Dii*. Ex hoc sane loco Manichæi errorem suum hauserunt, ut Diabolo darent patrem, opinor mali principium, ut auctor est divus Augustinus. Porro ut horum jure optimo detestor ineptiam, ita nonnihil obstat nostrorum interpretationi, quod apud Græcos additur articulus, ὁ πατὴρ, quo magis certus aliquis pater designatur. Verum hoc quicquid est, erudito Lectori discutiendum relinquo.

18 *Arguet me de peccato*] Antiquissimi codices habent *arguit*. Itidem & Græci, ἐλέγχει, ut *arguit* positum sit pro *possit me arguere*; & *arguere* dixit pro *convincere*, non pro *accusare*. Nam id est ἐλέγχειν.

F

19 *Inhonorastis*] In nonnullis erat ἀτιμάζετε, non ἠτιμάσατε, id est, *contumelia afficitis*. Antiqui habent *inhonoratis*, consentientibus Græcis quibusdam.

20 *Ero similis vobis mendax*] Hinc erat transcriptum quod indicavimus additum superius. Nam hoc loco legit & interpretatur etiam Chrysostomus.

21 *Quinquaginta annos*] Chrysostomus legit *quadraginta*, adjiciens commenti vice, ac si jam prope accederet ad eam ætatem. Eaque lectio magis mihi probaretur, si modo codex mendo vacaret, quem ego plane suspicor vitiatum a Librariis, præsertim quum Theophylactus plane legat *quinquaginta*, addens curiosum esse quærere cur maluerint dicere *quinquaginta* quam *quadraginta*. Sic

59 Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι. Ἦραν οὖν λίθους, ἵνα βάλωσιν ἐπ' αὐτόν. Ἰησοῦς δὲ ἐκρύβη, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ.

IX. 1 Καὶ παράγων ὁ Ἰησοῦς, εἶδεν ἄνθρωπον τυφλὸν ἐκ γενετῆς. 2 Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, Ῥαββὶ, τίς ἥμαρτεν, οὗτος ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ; 3 Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ. 4 Ἐμὲ δεῖ ἐργάζεσθαι τὰ ἔργα τοῦ πέμψαντός με ἕως ἡμέρα ἐστίν· ἔρχεται νὺξ ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι. 5 Ὅταν ἐν τῷ κόσμῳ ὦ, φῶς εἰμι τοῦ κόσμου. 6 Ταῦτα εἰπὼν, ἔπτυσε χαμαὶ, καὶ ἐποίησε πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος, καὶ ἐπέχρισε τὸν πηλὸν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ, 7 Καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ὕπαγε, νίψαι εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωὰμ, ὃ ἑρμηνεύεται ἀπεσταλμένος. Ἀπῆλθεν οὖν, καὶ ἐνίψατο, καὶ ἦλθε βλέπων. 8 Οἱ οὖν γείτονες καὶ οἱ θεωροῦντες αὐτὸν τὸ πρότερον, ὅτι πτωχὸς ἦν, ἔλεγον, Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ καθήμενος, καὶ προσαιτῶν; 9 Ἄλλοι ἔλεγον, Ὅτι οὗτός ἐστιν· ἄλλοι δὲ, Ὅτι ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν. Ἐκεῖνος ἔλεγεν, Ὅτι ἐγώ εἰμι. 10 Ἔλεγον οὖν αὐτῷ, Πῶς ἀνεῴχθησάν σου οἱ ὀφθαλμοί; 11 Ἀπεκρίθη ἐκεῖνος, καὶ εἶπεν, Ἄνθρωπος λεγόμενος Ἰησοῦς πηλὸν ἐποίησε, καὶ ἐπέχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ εἶπέ μοι, Ὕπαγε εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωὰμ, καὶ νίψαι. Ἀπελθὼν δὲ καὶ νιψάμενος ἀνέβλεψα. 12 Εἶπον οὖν αὐτῷ, Ποῦ ἐστιν ἐκεῖνος; Λέγει, Οὐκ οἶδα. 13 Ἄγουσιν αὐτὸν πρὸς τοὺς Φαρισαίους τόν ποτε τυφλόν. 14 Ἦν δὲ σάββατον, ὅτε τὸν πηλὸν ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἀνέῳξεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς. 15 Πάλιν οὖν ἠρώτων αὐτὸν καὶ οἱ Φαρισαῖοι, πῶς ἀνέβλεψεν. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Πηλὸν ἐπέθηκεν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἐνιψάμην, καὶ βλέπω. 16 Ἔλεγον οὖν ἐκ τῶν Φαρισαίων τινὲς, Οὗτος ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστι παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι τὸ σάββατον οὐ τηρεῖ. Ἄλλοι δὲ ἔλεγον, Πῶς δύναται ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς τοιαῦτα σημεῖα ποιεῖν; Καὶ σχίσμα ἦν ἐν αὐτοῖς. 17 Λέγουσι τῷ τυφλῷ πάλιν, Σὺ τί λέγεις περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἤνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; Ὁ δὲ εἶπεν, Ὅτι Προφήτης ἐστίν. 18 Οὐκ ἐπίστευσαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ, ὅτι τυφλὸς ἦν, καὶ ἀνέβλεψεν, ἕως ὅπου ἐφώνησαν τοὺς γονεῖς αὐτοῦ τοῦ ἀναβλέψαντος. 19 Καὶ ἠρώτησαν αὐτοὺς, λέγοντες, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ὑμῶν, ὃν ὑμεῖς λέγετε, ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη; πῶς οὖν ἄρτι βλέπει; 20 Ἀπεκρίθησαν αὐτοῖς οἱ γονεῖς αὐτοῦ, καὶ εἶπον, Οἴδαμεν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ἡμῶν, καὶ ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη. 21 Πῶς δὲ νῦν βλέπει οὐκ οἴδαμεν· ἢ τίς ἤνοιξεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἡμεῖς οὐκ οἴδαμεν· αὐτὸς ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτήσατε· αὐτὸς περὶ αὐτοῦ λαλήσει. 22 Ταῦτα εἶπον οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ὅτι ἐφοβοῦντο τοὺς Ἰουδαίους· ἤδη γὰρ συνετέθειντο οἱ Ἰουδαῖοι, ἵνα ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ

A bis, 22 antequam Abraham nasceretur, ego sum. 59 Tollebant ergo lapides, ut jacerent in eum. Jesus autem 23 abscondit se, 24 & exivit e templo.

IX. 1 Et præteriens Jesus vidit hominem cæcum a nativitate. 2 Et interrogaverunt eum discipuli ejus, dicentes, Rabbi, quis peccavit, 2 hic an parentes ejus, ut cæcus nasceretur? 3 Respondit Jesus, Neque hic peccavit, neque parentes ejus, sed ut manifestentur opera Dei in illo. 4 Me oportet operari opera ejus, qui misit me, donec dies est: venit nox quando nemo potest operari. 5 Quandiu fuero in mundo, lux sum mundi. 6 Hoc quum dixisset, exspuit in terram, & fecit lutum ex sputo, 3 & illevit lutum super oculos cæci, 7 Et dixit ei, Vade, lava 4 in piscina Siloæ, 5 quod si interpreteris, sonat missus. Abiit ergo, & lavit, & venit videns. B 8 Itaque 6 vicini & qui viderant eum prius, 7 quod mendicus esset, dicebant, Nonne hic est qui sedebat, & mendicabat? 9 Alii dicebant, Hic est: alii rursus, Similis est ei. Ille dicebat, Ego sum. 10 Dicebant ergo ei, Quomodo aperti sunt tibi oculi? 11 Respondit ille, & dixit, Ille homo, qui dicitur Jesus, lutum fecit, & inunxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad piscinam Siloæ, & lava. 8 Ut autem abii ac lavi, 9 visum recepi. 12 Dixerunt ergo ei, Ubi est ille? Ait, Nescio. 13 Adducunt ad Pharisæos eum qui dudum cæcus fuerat. 14 Erat autem sabbatum, quum lutum faceret Jesus, & aperiret oculos ejus. 15 Iterum ergo interrogabant eum & Pharisæi, 10 quomodo visum recepisset. C Ille autem dixit eis, Lutum mihi imposuit super oculos, & lavi, & video. 16 Dicebant ergo ex Pharisæis quidam, Non est hic homo a Deo, quia sabbatum non observat. Alii autem dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa edere? 11 Et dissensio erat inter eos. 17 Dicunt cæco iterum, Tu quid dicis 12 de illo, quia aperuit tibi oculos tuos? Ille autem dixit, Propheta est. 18 Non crediderunt ergo Judæi de illo, quod cæcus fuisset, & visum recepisset, donec vocaverunt parentes ejus, qui visum receperat. 19 Et interrogaverunt eos, dicentes, Hic est filius vester, quem vos dicitis cæcum natum esse? quomodo ergo nunc videt? 20 Responderunt eis parentes ejus, & dixerunt, Scimus quod hic est filius noster, & quod cæcus natus est. 21 Quomodo autem nunc D videat, nescimus: aut quis ejus aperuerit oculos, nos nescimus: ipse ætatem habet, ipsum interrogate: 13 ipse de se loquetur. 22 Hæc dixerunt parentes ejus, quod timerent Judæos: jam enim conspiraverant Judæi,

enim in mentem venisse Judæis. Non enim tam respiciebant ad ætatem Christi, quam ad longitudinem temporis, quod intercesserat ab Abraham usque ad Christum. Nec est quod faciamus Christum senili fuisse vultu ob labores. Cujus sententiæ Carrensis meminit. Sed, ut dixi, fieri potest, ut in Chrysostomo Librarius ex *quinquaginta* fecerit *quadraginta*, præsertim cum tantus sit exemplariorum consensus. Divus Irenæus lib. II. cap. XXXIX. & XL. legit *quinquaginta*, sed affirmat Dominum majorem annis quadraginta prædicasse Evangelium; idque confirmat partim auctoritate hujus loci, partim eorum qui prædicabant sese hoc ex ipso Joanne Evangelista audisse. Verum Eusebius lib. III. cap. XXXIX. notat Papiam Joannis Evangelistæ discipulum, quod ex Apostoli verbis non satis intellectis tradiderit quædam, unde data est aliis erroris ansa. Et inter hos numerat Irenæum. Addit ex Papiæ libris perspicuum esse eum virum exigui fuisse ingenii.

22 *Antequam Abraham fieret*] πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, id est, *priusquam Abraham esset*, sive *fuisset*. Fortassis Interpres verterat *foret*, quod Librariorum errore mutatum sit in *fieret*. Nos transtulimus, *antequam Abraham nasceretur*, ut distingueremus rationem, qua est Abraham, ab ea, qua semper est Christus. Nam hoc loco philosophatur Augustinus, quod Abraham factus dicitur, Christus esse. At in eo non philosophatur Chrysostomus, sed in hoc duntaxat, quod in *Abraham* usus est verbo præteriti temporis, in *Christo* præsentis. Quomodo de se prædicat Deus, *Ego sum qui sum*.

23 *Abscondit se*] ἐκρύβη, id est, *occultatus est*. Quanquam recte sensum expressit Interpres, & vitavit amphibologiam.

24 *Et exivit de templo*] Post hæc verba nonnulli Græcorum codices habebant, διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, καὶ παρῆγεν οὕτως, id est, *transiens per medium illorum, & præteriit sic*. Quæ quidem verba quando nec apud Chrysostomum reperio, nec apud Augustinum, nec in vetustis Latinorum exemplaribus, suspicor a studioso quopiam addita ex Lucæ capite quarto: ubi Jesus simili modo elabitur e manibus Judæorum. Aliquis igitur loca confinia conferens, quod alibi abundabat, alibi adjecit. Deinde ut quod sequitur cum superiore narratione connecteret, interposuit, *& sic præteriit*, nimirum dilapsus inter eos, qui vitæ illius insidiabantur, quod sequitur, *præteriens autem*. Proinde non veriti sumus hæc ceu supervacua prætermittere, etiamsi Theophylactus & legit & interpretatur exponens, *sic*, id est, *facile*.

1 ET *præteriens Jesus*] *Jesus* in vetustis Latinorum exemplaribus non additur.

2 *Hic aut parentes*] *An parentes* dicendum erat, non *aut*. Nam *aut* disjungit, *an* interrogat, & ita legit divus Augustinus. Porro Græca vox ἢ anceps est ad *aut* & *an*.

3 *Et linivit*] καὶ ἐπέχρισε, *& illevit*, sive *inunxit*.

4 *In natatoria*] εἰς κολυμβήθραν, id est, *in piscina*. Nam sic ante verterat. Sonat autem *natatorium*, ut antea admonuimus.

5 *Quod interpretatur missus*] שָׁלַח Hebræis *mittere*, inde שִׁלֹחַ.

6 *Vicini qui viderant*] Addenda est conjunctio, *& qui viderant*, consentientibus antiquis & Græcis exemplaribus. Viderant eum qui vicini non erant.

7 *Quia mendicus erat*] ὅτι τυφλὸς ἦν, id est, *quod cæcus esset*. Quanquam Augustinus legit *mendicus*, non *cæcus*, consentientibus pervetustis Latinorum codicibus, quos quidem viderim, omnibus. Proinde mihi πτωχὸς magis arridet quam τυφλὸς, præsertim cum appositius sit ad sensum. Ob id enim notus erat cæcus ille, non quod cæcus esset, sed quod publice mendicus, & *mendicus* legit Theophylactus.

8 *Et abii & lavi*] Ἀπελθὼν δὲ καὶ νιψάμενος ἀνέβλεψα, id est, *Cum abiissem autem & lavissem, recepi visum*.

9 *Et video*] καὶ ἀνέβλεψα, id est, *& visum recepi*. Ac mox,

10 *Quomodo vidisset*] πῶς ἀνέβλεψεν, id est, *quomodo visum recepisset*.

11 *Schisma erat*] σχίσμα Græca vox est, *dissensionem* poterat vertere. Nam hoc significat *schisma*, sive *divisionem* sive *dissidium*: paulo post vertit *dissensionem*, alibi *scissuram*.

12 *De eo qui aperuit tibi oculos*] Græce est, ὅτι ἤνοιξεν, id est, *quia aperuit*, ut sit sensus, Quem tu putas esse illum, ex hoc quod, ut dicis, aperuerit tibi oculos?

13 *De se loquatur*] λαλήσει, id est, *loquetur*, futuri temporis.

14 Ex-

λογήσῃ Χριστὸν, ἀποσυνάγωγος γένηται. 23 Διὰ τοῦτο οἱ γονεῖς αὐτοῦ εἶπον, Ὅτι ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτήσατε. 24 Ἐφώνησαν οὖν ἐκ δευτέρου τὸν ἄνθρωπον, ὃς ἦν τυφλὸς, καὶ εἶπον αὐτῷ, Δὸς δόξαν τῷ Θεῷ· ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος ἁμαρτωλός ἐστιν. 25 Ἀπεκρίθη οὖν ἐκεῖνος, καὶ εἶπεν, Εἰ ἁμαρτωλός ἐστιν, οὐκ οἶδα· ἓν οἶδα, ὅτι τυφλὸς 26 ὢν, ἄρτι βλέπω. Εἶπον δὲ αὐτῷ πάλιν, Τί ἐποίησέ 27 σοι; πῶς ἤνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; Ἀπεκρίθη αὐτοῖς, Εἶπον ὑμῖν ἤδη, καὶ οὐκ ἠκούσατε· τί πάλιν θέλετε ἀκούειν; μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε αὐτοῦ μαθηταὶ γενέσθαι; 28 Ἐλοιδόρησαν οὖν αὐτὸν, καὶ εἶπον, Σὺ εἶ μαθητὴς ἐκείνου· 29 ἡμεῖς δὲ τοῦ Μωσέως ἐσμὲν μαθηταί. Ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι Μωσῇ λελάληκεν ὁ Θεός· τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐ- 30 στίν. Ἀπεκρίθη ὁ ἄνθρωπος, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἐν γὰρ τούτῳ τὸ θαυμαστόν ἐστιν, ὅτι ὑμεῖς οὐκ οἴδατε πόθεν ἐστὶ, καὶ 31 ἀνέῳξέ μου τοὺς ὀφθαλμούς. Οἴδαμεν δὲ, ὅτι ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει· ἀλλ' ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ, καὶ τὸ θέλη- 32 μα αὐτοῦ ποιῇ, τούτου ἀκούει. Ἐκ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη, ὅ- 33 τι ἤνοιξέ τις ὀφθαλμοὺς τυφλοῦ γεγεννημένου. Εἰ μὴ ἦν 34 οὗτος παρὰ Θεοῦ, οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν οὐδέν. Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ, Ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος, καὶ σὺ 35 διδάσκεις ἡμᾶς; Καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω. Ἤκουσεν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω, καὶ εὑρὼν αὐτὸν, εἶπεν αὐ- 36 τῷ, Σὺ πιστεύεις εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ; Ἀπεκρίθη ἐκεῖνος, 37 καὶ εἶπε, Καὶ τίς ἐστι, Κύριε, ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν; Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Καὶ ἑώρακας αὐτὸν, καὶ ὁ λαλῶν μετὰ 38 σοῦ, ἐκεῖνός ἐστιν. Ὁ δὲ ἔφη, Πιστεύω, Κύριε· καὶ προσ- 39 εκύνησεν αὐτῷ. Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, Εἰς κρίμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον· ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ 40 οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται. Καὶ ἤκουσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων ταῦτα, οἱ ὄντες μετ' αὐτοῦ, καὶ εἶπον αὐτῷ, Μὴ καὶ 41 ἡμεῖς τυφλοί ἐσμεν; Εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Εἰ τυφλοὶ ἦτε, οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν· νῦν δὲ λέγετε, Ὅτι βλέπο-

X. 1 μεν· ἡ οὖν ἁμαρτία ὑμῶν μένει. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ μὴ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, ἀλλὰ ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν, ἐκεῖνος κλέπτης ἐστὶ καὶ 2 λῃστής. Ὁ δὲ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας, ποιμήν ἐστι τῶν 3 προβάτων. Τούτῳ ὁ θυρωρὸς ἀνοίγει, καὶ τὰ πρόβατα τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούει, καὶ τὰ ἴδια πρόβατα καλεῖ κατ' ὄνο- 4 μα, καὶ ἐξάγει αὐτά. Καὶ ὅταν τὰ ἴδια πρόβατα ἐκβάλῃ, ἔμπροσθεν αὐτῶν πορεύεται, καὶ τὰ πρόβατα αὐτῷ 5 ἀκολουθεῖ, ὅτι οἴδασι τὴν φωνὴν αὐτοῦ. Ἀλλοτρίῳ δὲ οὐ μὴ ἀκολουθήσωσιν, ἀλλὰ φεύξονται ἀπ' αὐτοῦ, ὅτι οὐκ οἴ- 6 δασι τῶν ἀλλοτρίων τὴν φωνήν. Ταύτην τὴν παροιμίαν εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἔγνωσαν, τίνα ἦν ἃ 7 ἐλάλει αὐτοῖς. Εἶπεν οὖν πάλιν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐγώ εἰμι ἡ θύρα τῶν προβάτων. 8 Πάντες ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον, κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταί, ἀλλ' 9 οὐκ ἤκουσαν αὐτῶν τὰ πρόβατα. Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα· δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ, σωθήσεται, καὶ εἰσελεύσεται, καὶ 10 ἐξελεύσεται, καὶ νομὴν εὑρήσει. Ὁ κλέπτης οὐκ ἔρχεται, εἰ μὴ ἵνα κλέψῃ, καὶ θύσῃ, καὶ ἀπολέσῃ· ἐγὼ ἦλθον, 11 ἵνα ζωὴν ἔχωσι, καὶ περισσὸν ἔχωσιν. Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός· ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ 12 τῶν προβάτων. Ὁ μισθωτὸς δὲ, καὶ οὐκ ὢν ποιμὴν, οὗ οὐκ εἰσὶ τὰ πρόβατα ἴδια, θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον, καὶ ἀφίησι τὰ πρόβατα, καὶ φεύγει, καὶ ὁ λύκος ἁρπάζει αὐ- 13 τὰ, καὶ σκορπίζει τὰ πρόβατα. Ὁ δὲ μισθωτὸς φεύγει, ὅτι μισθωτός ἐστιν, καὶ οὐ μέλει αὐτῷ περὶ τῶν προβάτων. 14 Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ 15 γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν. Καθὼς γινώσκει με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ

dæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, [14] e synagoga ejiceretur. Propterea parentes ejus dixerunt, Ætatem habet, ipsum interrogate. Vocaverunt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei, Da gloriam Deo: nos scimus, quod hic homo peccator est. Respondit ergo ille, & dixit, An peccator sit, nescio: unum scio, quod cæcus quum fuerim, nunc videam. Dixerunt ergo illi iterum, Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis, Dixi vobis jam, nec audistis: cur iterum vultis audire? num & vos vultis discipuli ejus fieri? [15] Convitiati sunt ergo ei, & dixerunt, Tu discipulus illius esto: nos autem Mosis discipuli sumus. Nos scimus, quod Mosi loquutus est Deus: hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille homo, & dixit eis, In hoc enim mirabile quiddam est, quod vos nesciatis unde sit, & tamen aperuit meos oculos. Scimus autem, quod [16] peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntati ipsius obtemperat, hunc audit. A seculo non est auditum, quod quis aperuerit oculos cæci nati. Nisi esset hic a Deo [17], non potuisset facere quicquam. Responderunt & dixerunt ei, In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et ejecerunt eum foras. Audivit Jesus, quod ejecissent eum foras, quumque invenisset eum, dixit ei, Tu credis in Filium Dei? Respondit ille & dixit, Et quis est, Domine, ut credam in eum? Et dixit ei Jesus, Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait, Credo, Domine: & adoravit eum. Et dixit Jesus, In judicium ego in hunc mundum veni: ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Et audierunt quidam ex Pharisæis hæc, qui cum ipso erant, & dixerunt ei, Num & nos cæci sumus? Dixit eis Jesus, Si cæci essetis, non haberetis peccatum: nunc vero dicitis, Videmus: [18] idcirco peccatum vestrum manet. Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium [1] in stabulum ovium, sed adscendit aliunde, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium. Huic ostiarius aperit, & oves vocem ejus audiunt, & proprias oves vocat nominatim, & educit eas. Et quum proprias oves emiserit, ante eas vadit, & oves illum sequuntur, quia noverunt vocem ejus. Alienum autem non sequentur, sed effugient ab eo, quia non noverunt vocem alienorum. [2] Hoc proverbium dixit eis Jesus: illi autem non cognoverunt, quæ essent [3] quæ loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Jesus, Amen amen dico vobis, ego sum ostium ovium. Omnes [4] quotquot ante me venerunt, fures sunt & latrones, sed non audierunt eos oves. Ego sum ostium: per me si quis introierit, servabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inveniet. Fur non venit, nisi ut furetur, & mactet, ac perdat: ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant. [5] Ego sum pastor ille bonus: bonus pastor animam suam dat pro ovibus. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, ac deserit oves, fugitque, & lupus rapit ac dispergit oves. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, [6] & oves non sunt illi curæ. Ego sum pastor ille bonus, & cognosco oves meas, & [7] cognoscor a meis. Sicut novit me Pater, ita & ego novi

14 *Extra synagogam fieret*] ἀποσυνάγωγος, id est, *alienus a congregatione*, quod nunc vulgo vocant *excommunicatum*.

15 *Male dixerunt ergo ei*] Non est hîc *male precati sunt*, sed ἐλοιδόρησαν, id est, *convitiati sunt*.

16 *Peccatores Deus non audit*] Quod hic transtulit *audit*, idem mox vertit *exaudit*, *Si quis Dei cultor est*, *& voluntatem ejus facit*, *hunc exaudit*. Hoc admonendum duxi, ne quis Græci sermonis ignarus putet hîc latere mysterium, in quo explicando ridicule tumultuetur. Verum ita libuit Interpreti ludere, tametsi in re plus quam seria.

17 *Non poterat quicquam*] οὐκ ἠδύνατο, id est, *non potuisset*, sive *non posset*. Pro οὐδὲν addidit *quicquam*, necessario recedens a Græcis verbis. Alioqui qui non potest nihil, aliquid potest.

18 *Peccatum vestrum manet*] *Igitur* deest, ἡ οὖν ἁμαρτία, id est, *peccatum igitur*, nimirum ob id quod cum sitis cæci, vobis tamen oculati videmini.

1 IN *ovile ovium*] εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, id est, *in septum*, sive *stabulum ovium*. Alioqui cum *ovile* non possit esse nisi *ovium*, supervacaneum erat addere *ovium*. Cæterum αὐλὴ & aliarum pecudum potest esse. Nam αὐλὴ nonnunquam *atrium*, nonnunquam *mansionem*, aliquoties *septum* significat.

2 *Hoc proverbium*] παροιμίαν. *Proverbium parabolæ* loco videtur usurpasse, quod pleraque proverbia metaphoram habeant admixtam.

3 *Quid loqueretur eis*] Trifariam hic locus habetur apud Græcos, οὐκ ἐγνώκασι ἃ ἐλάλει αὐτοῖς, id est, *non intelligebant quæ loquebatur ipsis*. Aut, οὐκ ἔγνωσάν τινα, ἢ ἃ ἐλάλει αὐτοῖς, id est, *non sciebant ulla, nisi quæ loquebatur illis*. In quibusdam ita scriptum erat, οὐκ ἔγνωσαν, τίνα ἦν ἃ ἐλάλει αὐτοῖς, id est, *non cognoverunt, quæ essent quæ locutus esset ipsis*.

4 *Quotquot venerunt*] Græci πρὸ ἐμοῦ, id est, *ante me*. Quod tamen additum videri potest ab exponere volente locum hunc.

5 *Ego sum pastor bonus*] ὁ ποιμὴν ὁ καλός. Utrique nomini suum addidit articulum, *Ego sum pastor ille bonus*, sive *egregius*.

6 *Et non pertinet ad eum de ovibus*] καὶ οὐ μέλει αὐτῷ περὶ τῶν προβάτων, id est, *non curat oves*, aut *non est illi cura ovium*. Potest enim ad nos pertinere, quod tamen curæ non sit.

7 *Cognoscunt me meæ*] γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν, id est, *cognoscor a meis*, etiamsi laudo quod fecit Interpres.

8 *Opor-*

γῦ δ κἀγὼ γινώσκω τὸν Πατέρα· καὶ τὴν ψυχήν μου τίθημι
γϛ 116 ὑπὲρ τῶν προβάτων. Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης· κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι, καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς
17 ποιμήν. Διὰ τοῦτο ὁ Πατήρ με ἀγαπᾷ, ὅτι ἐγὼ τί-
18 θημι τὴν ψυχήν μου, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν. Οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν· ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔλαβον παρὰ τοῦ Πα-
19 τρός μου. Σχίσμα οὖν πάλιν ἐγένετο ἐν τοῖς Ἰουδαίοις διὰ
20 τοὺς λόγους τούτους. Ἔλεγον δὲ πολλοὶ ἐξ αὐτῶν, Δαι-
21 μόνιον ἔχει, καὶ μαίνεται· τί αὐτοῦ ἀκούετε; Ἄλλοι ἔλεγον, Ταῦτα τὰ ῥήματα οὐκ ἔστι δαιμονιζομένου· μὴ δαιμόνιον
22 δύναται τυφλῶν ὀφθαλμοὺς ἀνοίγειν; Ἐγένετο δὲ τὰ
23 Ἐγκαίνια ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ χειμὼν ἦν, Καὶ πε-
24 ριεπάτει ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ ἐν τῇ στοᾷ Σολομῶντος. Ἐκύκλωσαν οὖν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἔλεγον αὐτῷ, Ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, εἰπὲ
25 ἡμῖν παῤῥησίᾳ. Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε· τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πα-
26 τρός μου, ταῦτα μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ. Ἀλλ' ὑμεῖς οὐ πιστεύετε, ὅτι οὐκ ἐστὲ ἐκ τῶν προβάτων τῶν ἐμῶν, καθὼς εἶπον
27 ὑμῖν. Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ
28 γινώσκω αὐτὰ, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι. Κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς, καὶ οὐ μὴ ἀπόλωνται εἰς τὸν αἰῶνα,
29 καὶ οὐχ ἁρπάσει τὶς αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου. Ὁ Πατήρ μου, ὃς δέδωκέ μοι, μείζων πάντων ἐστὶ, καὶ οὐδεὶς δύναται ἁρ-
30 πάζειν ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Πατρός μου. Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν
31 ἐσμεν. Ἐβάστασαν οὖν πάλιν λίθους οἱ Ἰουδαῖοι, ἵνα λιθάσω-
32 σιν αὐτόν. Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ Πατρός μου· διὰ ποῖον αὐτῶν ἔργον λι-
33 θάζετέ με; Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι, λέγοντες, Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, καὶ ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν.
34 Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Οὐκ ἔστι γεγραμμένον ἐν τῷ
35 νόμῳ ὑμῶν, Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε; Εἰ ἐκείνους εἶπε Θεοὺς, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ
36 γραφή, Ὃν ὁ Πατὴρ ἡγίασε καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε ὅτι βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον, Υἱὸς τοῦ Θεοῦ
37 εἰμι; Εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατρός μου, μὴ πιστεύε-
38 τέ μοι. Εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πιστεύσατε, ἵνα γνῶτε, καὶ πιστεύσητε, ὅτι ἐν ἐμοὶ ὁ Πα-

novi Patrem: & animam meam pono pro ovibus. Et 16 alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: illas quoque [8] oportet me adducere, & vocem meam audient, [9] & fiet unum ovile, unus pastor. Propterea 17 me Pater diligit, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me, sed ego 18 pono eam a meipso: potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo rursus sumendi eam: hoc mandatum accepi a Patre meo. [10] Dissensio igitur iterum 19 facta est inter Judæos propter sermones hos. Dice- 20 bant autem multi ex ipsis, Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis? Alii dicebant, Hæc verba 21 non sunt dæmonium habentis: num dæmonium potest cæcorum oculos aperire? [11] Facta sunt autem 22 Encænia Hierosolymis, & hyems erat, Et ambulabat 23 Jesus in templo in porticu Salomonis. Circumdede- 24 runt ergo eum Judæi, & dicebant ei, Quousque [12] animam nostram suspendis? si tu es Christus, [13] dic nobis ingenue. Respondit eis Jesus, [14] Dixi vobis, 25 nec creditis: opera quæ ego facio nomine Patris mei, hæc testimonium reddunt de me. Sed vos non cre- 26 ditis, quia non estis ex ovibus meis, quemadmodum dicebam vobis. Oves meæ vocem meam audiunt, 27 & ego cognosco eas, & sequuntur me. Et ego vitam 28 æternam do eis, [16] nec peribunt in æternum, neque rapiet eas quisquam de manu mea. [17] Pater meus, qui 29 dedit mihi, major omnibus est, & nemo potest rapere de manu Patris mei. Ego & Pater unum su- 30 mus. [18] Sustulerunt ergo rursum lapides Judæi, ut 31 lapidarent eum. Respondit eis Jesus, Multa bona 32 opera ostendi vobis ex Patre meo: propter quod eorum operum me lapidatis? Responderunt ei Judæi, 33 dicentes, Ob bonum opus non lapidamus te, sed ob blasphemiam, & quia tu homo quum sis, facis teipsum Deum. Respondit eis Jesus, Nonne scriptum 34 est in lege vestra, Ego dixi, Dii estis? Si illos dixit 35 Deos, ad quos sermo Dei factus est, [19] & non potest solvi scriptura, Quem Pater sanctificavit & misit 36 in mundum, vos dicitis me blasphemare, quia dixerim, Filius Dei sum. Si non facio opera Patris mei, 37 nolite credere mihi. Sin vero facio, & si mihi non 38 credatis, operibus credite, ut cognoscatis, & credatis, quod

8 *Oportet me adducere*] ἀγαγεῖν, id est, *ducere*, quod interpretatur Theophylactus *congregare*; nam uterque grex carebat pastore.

9 *Fiet unum ovile & unus pastor*] Primum periit nobis venustas Græcanici schematis, quod situm erat in ποιμνὴ & ποιμὴν, id est, *ovili* & *pastore*, utcunque reddi poterat, *unum ovile, & unus opilio*, tametsi Græcis ποιμνὴ magis *grex* est, quam *ovile*, auctore Valla. Et in nonnullis exemplaribus Græcis non additur conjunctio *&*, verum est, *fiet unum ovile, unus pastor*. Quanquam & illud, *& unus pastor*, videri potest adjectum, cum non attingat Chrysostomus hunc edisserens locum, ac ne Augustinus quidem, licet hic posterior attingat Sermone de verbis Domini secundum Joannem XLIX. & sequenti L. Etenim cum se designarit unum pastorem, nihil restabat nisi ut fieret unum ovile, Gentibus ac Judæis in unam religionem conspirantibus. Theophylactus tamen legit ut nos legimus, *unum ovile & unus pastor*, atque etiam interpretatur.

10 *Dissensio iterum facta est*] Et hic σχίσμα est.

11 *Facta sunt Encænia*] id est, *Initialia*, ut verbum verbo reddam, a καινὸν *novum*, ἐγκαινόω, *innovo, initio, dedico*. Sacer apud Judæos dies ob memoriam instaurati templi, post diutinam in Perside captivitatem. Scribendum est autem *Encænia* per *æ* diphthongum, quod κενὸν per *epsilon* Græcis sonat *inane*. Quanquam invitus occupo Lectorem, & chartas hujusmodi næniis impleo, tamen haud mihi tempero, quin vel animi causa referam quam bellam hujus vocis etymologiam afferat Hugo Carrensis, cujus homo suavis antepenultimam syllabam per *e* vult scribi *Encenia*, quæ composita sit ab *en*, quod est *in*, & *neos novum*, & *ce* adjectio est illi intensiva. Nihil mirum est quosdam hæc nescire. Illud mirum, inveniri tam impudentes, qui quod prorsus non intelligunt, non vereantur tanta cum auctoritate docere.

12 *Animam nostram tollis*] Quum Græce sit αἴρεις, miror cur Interpres Chrysostomi pro *tollis* verterit *perdis*, quum hic sonet *suspendis*. Solus Alcuinus in *Catena* videtur priorem sequi sensum; ait enim, *suspensos & incertos dimittendo tolleret, qui venit, ut animas salvaret*.

13 *Dic nobis palam*] παῤῥησίᾳ, id est, *libere*, sive *ingenue*. Quanquam id non male vertit hoc sane loco.

14 *Loquor vobis*] Εἶπον ὑμῖν, id est, *Dixi vobis*.

15 *Quia non estis ex ovibus meis*] Hic addunt Græci, *quemadmodum dixi vobis*, καθὼς εἶπον ὑμῖν, licet refragantibus magno consensu Latinorum exemplaribus. Apparet adjectum a studioso quopiam, quod idem dixisset aliquanto superius.

16 *Non peribunt*] καὶ οὐ μὴ ἀπόλωνται, id est, *& non pereant nisi*, quod ἀπόλωνται δυνητικῶς positum videtur, quemadmodum & alias videre est, οὐ μὴ geminatum subjunctivo junctum potentialem modum efficere: aut futuri temporis addere significationem.

17 *Pater quod dedit mihi*] Secus habent Græca, Ὁ Πατήρ μου ὃς δέδωκέ μοι μείζων πάντων ἐστὶ, id est, *Pater qui dedit mihi major omnibus est*, sive *maximus omnium est*. Siquidem hoc argumento probat neminem esse, qui poterit oves rapere de manibus Patris, quod potentior sit ad servandum quam adversarius ad eripiendum. Ita legit Chrysostomus, & huic concinens Theophylactus. Quanquam Augustinus diversam sequitur lectionem. Et facilis est lapsus in Græcis dictionibus μείζων ac μεῖζον, & ὅ & ὅς. Juxta lectionem Augustini, potest accipi de Ecclesia, cujus adversarii plurimi sunt, sed major est virtute pusillus ille grex, non ex sese, sed quia Pater dedit Filio.

18 *Sustulerunt ergo lapides*] Græci addunt πάλιν, id est, *iterum*.

19 *Et non potest solvi Scriptura*] *Solvitur* quod destruitur, & *solvitur* quod explicatur. Quanquam obscurior & confusior est aliquanto sermo totus. Proinde dilucidius ita reddi poterat, *Si illos vocavit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi Scriptura?* ut hic sit interrogatio. Deinde subjiciamus, *Me quem Pater sanctificavit & misit in mundum, vos dicitis blasphemare, quod dixerim, Filius Dei sum*. Aut hoc modo, *Et non potest solvi Scriptura*, subaudi, *de eo quem Pater sanctificavit & misit in mundum*. Deinde altero initio sequatur, *Vos me dicitis blasphemare, quod dixerim, Filius Dei sum*. Potest & hunc in modum accipi, *Nonne scriptum est in Lege vestra, Ego dixi, Dii estis, & non potest solvi Scriptura*: ut sit sensus, si hoc scriptum est in Lege, & quod scriptum est, verum sit oportet, &c. In eum certe sensum refert Hilarius in Psalmum LXXXII. Rursus lib. IV. *de Trinit.* VII. *Cum enim*, inquit, *Lex hujus nominis appellationem sanctis hominibus decerneret, & sermo Dei indissolubilis confirmaret, hanc impartiri nominis professionem*. Item in Psalmo, *Sed Dominus*, inquit, *in Evangeliis nos errore nuncupationis hujus liberavit, dicens*, Ego dixi, Dii estis, & filii excelsi omnes. *Et adjecit*, Si ergo illos dixit Deos, ad quos verba Dei facta sunt, & non potest solvi Scriptura, *indissolubilis Dei sermo est, homines Deos nuncupantis*. Sic igitur est ordinandus sermo, *Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & quod scriptum est, falsitatis argui non potest, quomodo vos me; quem Pater sanctificavit & misit in mundum, dicitis blasphemare, eo quod dixi me esse Filium Dei*. Quidam codices addunt conjunctionem *&*, *& vos*

39 ὁ Πατὴρ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Ἐζήτουν πάλιν αὐτὸν πιάσαι· 40 καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῶν. Καὶ ἀπῆλθε πάλιν πέραν τοῦ Ἰορδάνου εἰς τὸν τόπον, ὅπου ἦν Ἰωάννης τὸ πρῶτον βαπτίζων, καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ. 41 Καὶ πολλοὶ ἦλθον πρὸς αὐτὸν, καὶ ἔλεγον, Ὅτι Ἰωάννης μὲν σημεῖον ἐποίησεν οὐδέν· πάντα δὲ ὅσα εἶπεν Ἰωάννης περὶ τούτου, ἀληθῆ ἦν. 42 Καὶ ἐπίστευσαν πολλοὶ ἐκεῖ εἰς αὐτόν.

XI. 1 Ἦν δέ τις ἀσθενῶν Λάζαρος ἀπὸ Βηθανίας ἐκ τῆς κώμης Μαρίας καὶ 2 Μάρθας τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς. Ἦν δὲ Μαρία ἡ ἀλείψασα τὸν Κύριον μύρῳ, καὶ ἐκμάξασα τοὺς πόδας αὐτοῦ ταῖς θριξὶν αὐτῆς, ἧς ὁ ἀδελφὸς Λάζαρος ἠσθένει. 3 Ἀπέστειλαν οὖν αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν, λέγουσαι, Κύριε, ἴδε ὃν φιλεῖς, ἀσθενεῖ. 4 Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν, Αὕτη ἡ ἀσθένεια οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ δι' αὐτῆς. 5 Ἠγάπα δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν Μάρθαν, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς, καὶ τὸν Λάζαρον. 6 Ὡς οὖν ἤκουσεν ὅτι ἀσθενεῖ, τότε μὲν ἔμεινεν ἐν ᾧ ἦν τόπῳ δύο ἡμέρας. 7 Ἔπειτα μετὰ τοῦτο λέγει τοῖς 8 μαθηταῖς, Ἄγωμεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν πάλιν. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ, Ῥαββὶ, νῦν ἐζήτουν σε λιθάσαι οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ πάλιν ὑπάγεις ἐκεῖ; 9 Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Οὐχὶ δώδεκά εἰσιν ὧραι τῆς ἡμέρας; Ἐάν τις περιπατεῖ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, οὐ προσκόπτει, ὅτι τὸ φῶς τοῦ 10 κόσμου τούτου βλέπει. Ἐὰν δέ τις περιπατεῖ ἐν τῇ νυκτὶ, 11 προσκόπτει, ὅτι τὸ φῶς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. Ταῦτα εἶπε, καὶ μετὰ τοῦτο λέγει αὐτοῖς, Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται, ἀλλὰ πορεύομαι, ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν. 12 Εἶπον οὖν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Κύριε, εἰ κεκοίμηται, σωθήσεται. 13 Εἰρήκει δὲ ὁ Ἰησοῦς περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ἐκεῖνοι δὲ ἔδοξαν, 14 ὅτι περὶ τῆς κοιμήσεως τοῦ ὕπνου λέγει. Τότε οὖν εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς παῤῥησίᾳ, 15 Λάζαρος ἀπέθανε, Καὶ χαίρω δι' ὑμᾶς, ἵνα πιστεύσητε, ὅτι οὐκ ἤμην ἐκεῖ· ἀλλ' ἄγωμεν πρὸς 16 αὐτόν. Εἶπεν οὖν Θωμᾶς, ὁ λεγόμενος Δίδυμος, τοῖς μαθηταῖς, Ἄγωμεν καὶ ἡμεῖς, ἵνα ἀποθάνωμεν μετ' 17 αὐτοῦ. Ἐλθὼν οὖν ὁ Ἰησοῦς εὗρεν αὐτὸν τέσσαρας ἡμέρας 18 ἤδη ἔχοντα ἐν τῷ μνημείῳ. Ἦν δὲ ἡ Βηθανία ἐγγὺς τῶν 19 Ἱεροσολύμων ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε. Καὶ πολλοὶ ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐληλύθεισαν πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν, ἵνα παραμυθήσωνται αὐτὰς περὶ τοῦ ἀδελφοῦ 20 αὐτῶν. Ἡ οὖν Μάρθα, ὡς ἤκουσεν, ὅτι ὁ Ἰησοῦς ἔρχεται, ὑπήντησεν αὐτῷ. Μαρία δὲ ἐν τῷ οἴκῳ ἐκαθέζετο. 21 Εἶπεν οὖν ἡ Μάρθα πρὸς τὸν Ἰησοῦν, Κύριε, εἰ ἦς 22 ὧδε, ὁ ἀδελφός μου οὐκ ἂν ἐτεθνήκει. Ἀλλὰ καὶ νῦν οἶδα, ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν Θεὸν, δώσει σοι ὁ Θεός. 23 24 Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου. Λέγει αὐτῷ Μάρθα, Οἶδα ὅτι ἀναστήσεται ἐν τῇ ἀναστάσει ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. 25 Εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ, 26 ζήσεται. Καὶ πᾶς ὁ ζῶν καὶ πιστεύων εἰς 27 ἐμὲ, οὐ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα. Πιστεύεις τοῦτο; Λέγει αὐτῷ, Ναὶ Κύριε· ἐγὼ πεπίστευκα, ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς

quod Pater in me est, & ego in illo. 20 Quærebant iterum eum apprehendere: & exivit de manu eorum. 40 Et abiit iterum trans Jordanem in eum locum, ubi fuerat Joannes baptizans primum, mansitque illic. 41 Et multi venerunt ad eum, ac dicebant, Joannes quidem signum edidit nullum: omnia autem quæcunque dixit Joannes de hoc, vera erant. 42 Et crediderunt multi illic in eum.

XI. 1 Ægrotabat autem quidam nomine 1 Lazarus Bethaniensis a castello Mariæ 2 & Marthæ hujus sororis. 2 Maria autem erat ea quæ unxit Dominum unguento, & extersit pedes ejus capillis suis, cujus frater Lazarus ægrotabat. 3 Miserunt ergo sorores ejus ad eum, dicentes, Domine, ecce quem amas, ægrotat. 4 Audiens autem Jesus, dixit, Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, 3 ut glorificetur Filius Dei per eam. 5 Diligebat autem Jesus Martham, & sororem ejus, & Lazarum. 6 Ut ergo audivit quod ægrotaret, tum quidem temporis mansit in eodem loco duobus diebus. 7 Deinde post hoc dicit discipulis, Eamus in Judæam iterum. 8 Dicunt ei discipuli, Rabbi, modo quærebant te Judæi lapidare, & iterum vadis illuc? 9 Respondit Jesus, 4 Nonne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem hujus mundi videt. 10 Si quis autem ambulaverit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. 11 Hæc ait, & post hæc dicit eis, Lazarus amicus noster dormit, sed vado, ut a somno excitem eum. 12 Dixerunt ergo discipuli ejus, Domine, si dormit, salvus erit. 13 Dixerat autem Jesus de morte ejus: at illi putaverunt, quod de dormitione somni diceret. 14 Tunc ergo Jesus dixit eis manifeste, Lazarus mortuus est, 15 Et gaudeo propter vos, ut credatis, quod non fuerim ibi: sed eamus ad eum. 16 Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad discipulos, Eamus & nos, 5 ut moriamur cum eo. 17 Venit itaque Jesus, & invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem. 18 Erat autem Bethania juxta Hierosolymam fere stadiis quindecim. 19 6 Multique ex Judæis venerant ad Martham ac Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo. 20 Martha ergo, ut audivit, quod Jesus venisset, occurrit illi. Maria vero domi desidebat. 21 Dixit ergo Martha ad Jesum, Domine, si fuisses hîc, frater meus non fuisset mortuus. 22 Sed & nunc scio, quod quæcunque poposceris a Deo, daturus tibi sit Deus. 23 Dicit illi Jesus, Resurget frater tuus. 24 Dicit ei Martha, Scio quod resurget in resurrectione in novissimo die. 25 Dicit ei Jesus, Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet. 26 Et omnis qui vivit & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? 27 Ait illi, 7 Etiam Domine: 8 ego credo, quod tu sis Christus

vos dicitis, ea perturbat sensum, nec est apud Græcos, nec in vetustis Latinorum codicibus. Cyprianus adducens hunc locum libro adversus Judæos cap. quinto non addit *Scriptura*.

20 *Quærebant eum apprehendere*] Et hîc addunt πάλιν, id est, *rursum*, quod ante tentarint idem.

1 ET *Lazarus a Bethania*] Latinius erat *Bethaniensis*, etiamsi apud Græcos non additur articulus, ὁ ἀπὸ Βηθανίας.

2 *Et Marthæ sororis*] αὐτῆς, ut *ejus* ad Mariam referatur, non ad Lazarum. Quanquam & harum frater erat Lazarus. Quidam codices habebant *sororum*, sed reclamantibus Græcis atque etiam nostris vetustioribus.

3 *Ut glorificetur Filius Dei per eum*] δι' αὐτῆς, id est, *per eam*, ut pertineat ad infirmitatem, non ad Lazarum. Atque ita legitur & in Latinis codicibus emendatioribus, nominatim in exemplari Corsendoncensi & Constantiensi. In codice aureo scriptum erat, *Filius hominis*, pro *Filius Dei*; consentiebat Constantiensis.

4 *Nonne duodecim horæ sunt*] Quanquam hoc extra hujus operis institutum esse video, tamen, quando incidit, libet admonere, mihi hoc loco Veterum interpretationem coactiorem videri, cum germanus sensus in promptu sit. Augustinus Christum interpretatur *diem*, *duodecim horas* Apostolos. Chrysostomus bifariam exponit: Aut nihil esse timendum iis, qui sibi nullius flagitii conscii sunt: aut luce nihil esse timendum, multo magis his, qui Christo, qui lux erat mundi, adhærebant. Atque in his quidem interpretationibus ut nihil est absurdum, ita simplicius mihi videtur, ut accipiamus Christum dixisse, nihil adhuc esse periculi, nondum enim adesse tempus mortis suæ. Quemadmodum Lucæ XIII. respondit Pharisæis denunciantibus quod Herodes vellet eum interficere, *sanitates perficio hodie, & cras, & tertio die consummor.* Et passionis tempus vocat *potestatem tenebrarum*, & *horam impiorum.* Dies habet suas horas, nec is nostro arbitrio fit brevior aut longior, & ego tempus habeo præscriptum, quo debeam redimendi orbis negotium peragere. Id Judæorum malitia non potest anticipari, proinde nihil est, quod mihi timeatis. Porro suum illud tempus & alias *diem* vocat: *Optavit Abraham videre diem meum, vidit & gavisus est*. Theophylactus ab hac sententia minimum abest, qui *diem* vocat tempus quod præcessit passionem, *noctem* tempus quo captus est. Et apud nos dies æquinoctialis duntaxat habet duodecim horas, aliis temporibus vel plures vel pauciores, sed ut ante dixi, puto horas apud Judæos fuisse inæquales, semper tamen inter exortum & occasum intercessisse duodecim horas, & noctem sive longissimam sive brevissimam totidem horis fuisse distinctam, quum apud nos, qui pares habemus horas, aliquando dies non habeat nisi octo horas, aliquando sedecim. Nec in quibuslibet regionibus dies ac noctes ejusdem sunt longitudinis. Porro qui inæqualibus horis utebantur a meridie, qui status est, sumebant certitudinem, cui respondebat μεσονύκτιον. Inæquales autem horas dico, non quod sint inæquales horæ diei nocturnis, sed quod ipsæ sibi sunt inæquales. Velut hujus diei horæ cras erunt longiores usque ad solstitium æstivum, noctis breviores. A meridie igitur, qui status est, sumitur non initium diei, sed dimensio, ut pars antemeridiana dividatur in sex partes, pomeridiana in totidem. Itidem e medio noctis.

5 *Et moriamur*] *ut moriamur*, ἵνα ἀποθάνωμεν, consentientibus & antiquis exemplaribus.

6 *Multi autem ex Judæis venerant ad Martham*] τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν. Non agnovit hoc loco Valla formam Græcanici sermonis, quo dicunt illi τοὺς ἀμφὶ Πλάτωνα, pro *Platone ipso*, οἱ περὶ τὸν Ἐπίκουρον, pro *ipso Epicuro*. Non enim invisebant eas quæ circa illas erant, sed ipsas in luctu constitutas, id quod palam arguunt quæ sequuntur, *ut consolarentur eas de fratre suo*. Usus est simili forma sermonis in Actis Apostolorum Lucas cap. XIII.

7 *Utique Domine*] Ναὶ Κύριε, quod alias vertit *etiam*.

8 *Ego credidi quia tu es*] Frequenter admonuimus in hujusmodi verbis ad affectum pertinentibus præteritum tempus usurpari

28 στὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος. Καὶ ταῦτα εἰποῦσα, ἀπῆλθε καὶ ἐφώνησε Μαρίαν τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς λάθρα, εἰποῦσα, Ὁ διδάσκαλος πάρεστι, καὶ φωνεῖ σε. 29 Ἐκείνη ὡς ἤκουσεν, ἐγείρεται ταχὺ, καὶ ἔρχεται 30 πρὸς αὐτόν. Οὔπω δὲ ἐληλύθει ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν κώμην, 31 ἀλλ' ἦν ἐν τῷ τόπῳ, ὅπου ὑπήντησεν αὐτῷ ἡ Μάρθα. Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι οἱ ὄντες μετ' αὐτῆς ἐν τῇ οἰκίᾳ καὶ παραμυθούμενοι αὐτὴν, ἰδόντες τὴν Μαρίαν, ὅτι ταχέως ἀνέστη καὶ ἐξῆλθεν, ἠκολούθησαν αὐτῇ, λέγοντες, Ὅτι ὑπάγει 32 εἰς τὸ μνημεῖον, ἵνα κλαύσῃ ἐκεῖ. Ἡ οὖν Μαρία ὡς ἦλθεν ὅπου ἦν ὁ Ἰησοῦς, ἰδοῦσα αὐτὸν, ἔπεσεν αὐτοῦ πρὸς τοὺς πόδας, λέγουσα αὐτῷ, Κύριε, εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέ- 33 θανέ μου ὁ ἀδελφός. Ἰησοῦς οὖν ὡς εἶδεν αὐτὴν κλαίουσαν, καὶ τοὺς συνελθόντας αὐτῇ Ἰουδαίους κλαίοντας, ἐνε- 34 βριμήσατο τῷ πνεύματι, καὶ ἐτάραξεν ἑαυτὸν, Καὶ εἶπε, Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; Λέγουσιν αὐτῷ, Κύριε, ἔρ- 35 36 χου καὶ ἴδε. Ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς. Ἔλεγον οὖν Ἰουδαῖοι, 37 Ἴδε πῶς ἐφίλει αὐτόν. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν εἶπον, Οὐκ ἠδύνατο οὗτος, ὁ ἀνοίξας τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ, ποιῆ- 38 σαι, ἵνα καὶ οὗτος μὴ ἀποθάνῃ; Ἰησοῦς οὖν πάλιν ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυτῷ, ἔρχεται εἰς τὸ μνημεῖον· ἦν δὲ σπή- 39 λαιον, καὶ λίθος ἐπέκειτο ἐπ' αὐτῷ. Λέγει ὁ Ἰησοῦς, Ἄρατε τὸν λίθον. Λέγει αὐτῷ ἡ ἀδελφὴ τοῦ τεθνηκότος 40 Μάρθα, Κύριε, ἤδη ὄζει· τεταρταῖος γάρ ἐστι. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Οὐκ εἶπόν σοι, ὅτι ἐὰν πιστεύσῃς, ὄψει τὴν 41 δόξαν τοῦ Θεοῦ; Ἦραν οὖν τὸν λίθον, οὗ ἦν ὁ τεθνηκὼς κείμενος. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω, καὶ εἶ- 42 πε, Πάτερ, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου. Ἐγὼ δὲ ᾔδειν, ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις, ἀλλὰ διὰ τὸν ὄχλον τὸν πε- 43 ριεστῶτα εἶπον, ἵνα πιστεύσωσιν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, φωνῇ μεγάλῃ ἐκραύγασε, Λάζαρε, δεῦρο 44 ἔξω. Καὶ ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς, δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις, καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ σουδαρίῳ περιεδέδετο. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Λύσατε αὐτὸν, καὶ ἄφετε 45 ὑπάγειν. Πολλοὶ οὖν ἐκ τῶν Ἰουδαίων οἱ ἐλθόντες πρὸς τὴν Μαρίαν, καὶ θεασάμενοι ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐπί- 46 στευσαν εἰς αὐτόν. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν ἀπῆλθον πρὸς τοὺς 47 Φαρισαίους, καὶ εἶπον αὐτοῖς ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς. Συνήγαγον οὖν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι συνέδριον, καὶ ἔλεγον, Τί ποιοῦμεν, ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος πολλὰ σημεῖα ποιεῖ; 48 Ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν οὕτως, πάντες πιστεύσουσιν εἰς αὐτόν· καὶ ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν καὶ τὸν τό- 49 πον, καὶ τὸ ἔθνος. Εἷς δέ τις ἐξ αὐτῶν Καϊάφας, Ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, εἶπεν αὐτοῖς, Ὑμεῖς οὐκ 50 οἴδατε οὐδὲν, Οὐδὲ διαλογίζεσθε, ὅτι συμφέρει ἡμῖν, ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ ὅλον 51 τὸ ἔθνος ἀπόληται. Τοῦτο δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ εἶπεν, ἀλλὰ Ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, προεφήτευσεν, ὅτι 52 ἔμελλεν ὁ Ἰησοῦς ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τοῦ ἔθνους, Καὶ οὐχ ὑπὲρ τοῦ ἔθνους μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τὰ τέκνα τοῦ γι δ 53 Θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα συναγάγῃ εἰς ἕν. Ἀπ' ἐκείνης οὖν τῆς ἡμέρας συνεβουλεύσαντο, ἵνα ἀποκτείνωσιν 54 αὐτόν. Ἰησοῦς οὖν οὐκ ἔτι παῤῥησίᾳ περιεπάτει ἐν τοῖς Ἰουδαίοις, ἀλλὰ ἀπῆλθεν ἐκεῖθεν εἰς τὴν χώραν ἐγγὺς τῆς ἐρήμου, εἰς Ἐφραῒμ λεγομένην πόλιν, κἀκεῖ διέτριβε γϛ α 55 μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. Ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ Πάσχα τῶν γζ ι Ἰουδαίων· καὶ ἀνέβησαν πολλοὶ εἰς Ἱεροσόλυμα ἐκ τῆς χώ- 56 ρας πρὸ τοῦ Πάσχα, ἵνα ἁγνίσωσιν ἑαυτούς. Ἐζήτουν οὖν τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἔλεγον μετ' ἀλλήλων ἐν τῷ ἱερῷ ἑστηκότες, Τί δοκεῖ ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ ἔλθῃ εἰς τὴν ἑορτήν; 57 Ἐδεδώκεισαν δὲ καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἐντολὴν, ἵνα ἐάν τις γνῷ ποῦ ἐστι, μηνύσῃ, ὅπως πιάσωσιν

A stus ille Filius Dei, 9 qui in mundum venturus erat. Et quum hæc dixisset, abiit & vocavit Mariam sororem suam 10 clanculum, dicens, Magister adest, & vocat te. 11 Illa ut audivit, surgit cito, 12 & venit ad 29 eum. Nondum autem venerat Jesus in castellum, 30 sed erat in eo loco, ubi occurrerat ei Martha. Judæi 31 ergo qui erant cum ea in domo & consolabantur eam, quum vidissent Mariam, quod cito surrexisset & exisset, sequuti sunt eam, dicentes, Vadit ad monumentum, ut ploret ibi. Maria ergo quum venisset eò, ubi 32 erat Jesus, videns eum, accidit ad pedes ejus, & dicit ei, Domine, si fuisses hîc, non esset mortuus frater B meus. Jesus ergo ut vidit eam plorantem, & Judæos 33 qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu, & turbavit seipsum, Et dixit, Ubi posuistis eum? Di- 34 cunt ei, Domine, veni & vide. Lacrymatus est Je- 35 sus. Dixerunt ergo Judæi, Ecce quomodo amabat 36 eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt, Non poterat 37 hic, qui aperuit oculos cæci, facere, ut & hic non moreretur? Jesus ergo rursum fremens in semetipso, 38 venit ad monumentum: erat autem spelunca, & lapis impositus erat ei. Ait Jesus, Tollite lapidem. Di- 39 cit ei Martha soror ejus qui mortuus fuerat, Domine, 13 jam olet: quatriduanus est enim. Dicit ei 40 Jesus, Nonne dixi tibi, quod si credideris, visura esses gloriam Dei? Sustulerunt ergo lapidem a loco, 41 C ubi is, qui mortuus fuerat, erat positus. Jesus autem attollens sursum oculos, dixit, Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quod 42 semper me audis, sed propter turbam quæ circumstat dixi, ut credant, quod tu me miseris. Atque hæc quum 43 dixisset, voce magna clamavit, Lazare, veni foras. Et 44 prodiit qui fuerat mortuus, 14 manus & pedes habens revinctos fasciis sepulchralibus, & facies illius 15 sudario erat obvincta. Dicit eis Jesus, Solvite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Judæis qui venerant ad 45 Mariam, & viderant quæ fecisset Jesus, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Phari- 46 sæos, & dixerunt eis quæ fecisset Jesus. 16 Congre- 47 gaverunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium, ac dicebant, Quid facimus, quia hic homo multa signa D edit? Si permiserimus eum sic, omnes credent ei: 48 venientque Romani, & tollent tum locum nostrum, tum gentem. Unus autem ex ipsis, Caiaphas nomi- 49 ne, 17 quum esset Pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquam, Nec perpenditis, quod expedit no- 50 bis, ut unus homo moriatur pro populo, ac non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit, 51 sed quum esset Pontifex anni illius, vaticinatus est, quod Jesus moriturus esset pro gente, Et non tantum 52 pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. Ab illo ergo die 18 consultabant 53 invicem, ut interficerent eum. Jesus ergo jam non 54 propalam ambulabat 19 inter Judæos, sed abiit in re- E gionem juxta desertum, in civitatem 20 quæ dicitur Ephraïm, & ibi versabatur cum discipulis suis. In- 55 stabat autem Pascha Judæorum: & adscenderunt multi Hierosolymam e regione ante Pascha, ut purificarent se. Quærebant ergo Jesum, & colloquebantur 56 inter se in templo stantes, Quid videtur vobis, quod non venerit ad diem festum? Dederant autem Pon- 57 tifices & Pharisæi præceptum, ut si quis cognovisset ubi

loco præsentis, γέγηθα, *gavisus sum* pro *gaudeo*, δέδια, *metui* pro *metuo*, ἤλπισα, *speravi* pro *spero*. itaque non veriti sumus pro *credidi* vertere *credo*.

9 *Qui in hunc mundum*] *Hunc* non additur Græcis, εἰς τὸν κόσμον, id est, *in mundum*. Nec est *venisti*, sed ὁ ἐρχόμενος, id est, *veniens*, sive *qui venis*, aut, *Christus ille qui in mundum venturus erat.*

10 *Silentio dicens*] Quî vocare potuit *silens*? Græce est λάθρα, hoc est, *clanculum*.

11 *Illa ut audivit, surrexit*] ἐγείρεται, *surgit*; atque ita scriptum videmus in vetustis Latinorum codicibus. Et venustius est verbum præsentis temporis.

12 *Et venit*] Item præsentis temporis, ἔρχεται. Et *castellum* hîc *oppidulum* aut *vicum* significat, ne quis imaginetur palatium, aut arcem tyrannicam.

13 *Jam fœtet*] ἤδη ὄζει, id est, *jam olet*. Quæ vox Græcis anceps est, & verecundius est *olet*, quam *fœtet*.

14 *Ligatus manus & pedes institis*] Synecdochen Græce extulit. Et *institis*, Græcis est κειρίαις, quæ *vincula* sunt *sepulchralia*.

15 *Sudario*] Evangelista Græce scribens, Latino usus est verbo, quod & alias facit.

F 16 *Congregaverunt ergo Pontifices & Pharisæi consilium*] Hoc loco in nonnullis Græcorum codicibus additum videmus κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, id est, *adversus Jesum*, sed id suspicor ex alio Evangelista adscriptum.

17 *Cum esset Pontifex*] Ἀρχιερεὺς, id est, *Summus Sacerdos*. Et rursum, *sed cum esset Pontifex*, Ἀρχιερεὺς ὤν.

18 *Cogitaverunt ut interficerent*] συνεβουλεύσαντο, id est, *consultabant*, sive *consilium inibant inter se*.

19 *Apud Judæos*] ἐν τοῖς Ἰουδαίοις, id est, *inter Judæos*.

20 *Quæ dicitur Effrem*] Græci legunt Ἐφραΐμ. Atque ita refert Hieronymus in *Locis Hebraicis*. In Chrysostomo verso, nescio quo casu, pro *Ephraim* legitur *Ephrata*, nisi forte ejusdem loci vocabulum varie pronunciatur. Nam & Hieronymus in dictione *Ephron* significare videtur eamdem esse *Ephraim* & *Ephron*.

XII. σωσιν αὐτόν. 1 Ὁ οὖν Ἰησοῦς πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ Πάσχα ἦλθεν εἰς Βηθανίαν, ὅπου ἦν Λάζαρος ὁ τεθνηκὼς, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. 2 Ἐποίησαν οὖν αὐτῷ δεῖπνον ἐκεῖ, καὶ ἡ Μάρθα διηκόνει· ὁ δὲ Λάζαρος εἷς ἦν τῶν ἀνακειμένων σὺν αὐτῷ. 3 Ἡ οὖν Μαρία λαβοῦσα λίτραν μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτίμου, ἤλειψε τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐξέμαξε ταῖς θριξὶν αὐτῆς τοὺς πόδας αὐτοῦ· ἡ δὲ οἰκία ἐπληρώθη ἐκ τῆς ὀσμῆς τοῦ μύρου. 4 Λέγει οὖν εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Ἰούδας Σίμωνος Ἰσκαριώτης, ὁ μέλλων αὐτὸν παραδιδόναι, 5 Διατί τοῦτο τὸ μύρον οὐκ ἐπράθη τριακοσίων δηναρίων, καὶ ἐδόθη πτωχοῖς; 6 Εἶπε δὲ τοῦτο, οὐχ ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ, ἀλλ᾽ ὅτι κλέπτης ἦν, καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχε, καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν. 7 Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς, Ἄφες αὐτὴν, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετήρηκεν αὐτό. 8 Τοὺς πτωχοὺς γὰρ πάντοτε ἔχετε μεθ᾽ ἑαυτῶν, ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε. 9 Ἔγνω οὖν ὄχλος πολὺς ἐκ τῶν Ἰουδαίων, ὅτι ἐκεῖ ἐστί· καὶ ἦλθον οὐ διὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον, ἀλλ᾽ ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἴδωσιν, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. 10 Ἐβουλεύσαντο δὲ οἱ Ἀρχιερεῖς, ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἀποκτείνωσιν, 11 Ὅτι πολλοὶ δι᾽ αὐτὸν ὑπῆγον τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐπίστευον εἰς τὸν Ἰησοῦν. 12 Τῇ ἐπαύριον ὄχλος πολὺς ὁ ἐλθὼν εἰς τὴν ἑορτὴν, 13 ἀκούσαντες, ὅτι ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα, Ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων, καὶ ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν αὐτῷ, καὶ ἔκραζον, Ὡσαννὰ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. 14 Εὑρὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ὀνάριον, ἐκάθισεν ἐπ᾽ αὐτὸ, καθώς ἐστι γεγραμμένον, 15 Μὴ φοβοῦ θύγατερ Σιὼν, ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεται καθήμενος ἐπὶ πῶλον ὄνου. 16 Ταῦτα δὲ οὐκ ἔγνωσαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τὸ πρῶτον· ἀλλ᾽ ὅτε ἐδοξάσθη ὁ Ἰησοῦς, τότε ἐμνήσθησαν, ὅτι ταῦτα ἦν ἐπ᾽ αὐτῷ γεγραμμένα, καὶ ταῦτα ἐποίησαν αὐτῷ. 17 Ἐμαρτύρει οὖν ὁ ὄχλος ὁ ὢν μετ᾽ αὐτοῦ, ὅτε τὸν Λάζαρον ἐφώνησεν ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. 18 Διὰ τοῦτο καὶ ὑπήντησεν αὐτῷ ὁ ὄχλος, ὅτι ἤκουσαν τοῦτο αὐτὸν πεποιηκέναι τὸ σημεῖον. 19 Οἱ οὖν Φαρισαῖοι εἶπον πρὸς ἑαυτούς, Θεωρεῖτε, ὅτι οὐκ ὠφελεῖτε οὐδέν; ἴδε ὁ κόσμος ὀπίσω αὐτοῦ ἀπῆλθεν. 20 Ἦσαν δέ τινες Ἕλληνες ἐκ τῶν ἀναβαινόντων, ἵνα προσκυνήσωσιν ἐν τῇ ἑορτῇ. 21 Οὗτοι οὖν προσῆλθον Φιλίππῳ τῷ ἀπὸ Βηθσαϊδὰ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες, Κύριε, θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν. 22 Ἔρχεται Φίλιππος, καὶ λέγει τῷ Ἀνδρέᾳ· καὶ πάλιν Ἀνδρέας καὶ Φίλιππος λέγουσι τῷ Ἰησοῦ. 23 Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίνατο αὐτοῖς, λέγων, Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. 24 Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. 25 Ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν. 26 Ἐὰν ἐμοὶ διακονῇ τίς, ἐμοὶ ἀκολουθείτω· καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται· καὶ ἐάν

ubi esset, indicaret, ut comprehenderent eum. 1 Jesus ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit a mortuis. 2 Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat: Lazarus vero unus erat de numero discumbentium cum eo. 3 Maria ergo accepit [1] libram unguenti [2] nardi pisticæ pretiosæ, & unxit pedes Jesus, & extersit pedes ejus capillis suis: domus autem impleta est ex odore unguenti. 4 Dicit ergo unus ex discipulis ejus, Judas Simonis Iscariotes, qui erat eum proditurus, 5 Quare hoc unguentum non veniit trecentis denariis, & datum est egenis? 6 Dixit autem hoc, [3] non quod pauperes illi curæ essent, sed quia fur erat, [4] ac marsupium habebat, eaque, quæ mittebantur, portabat. 7 Dixit ergo Jesus, [5] Sine illam, [6] in diem sepulturæ meæ servavit istud. 8 Pauperes enim semper habetis vobiscum, [7] me vero non semper habebitis. 9 Cognovit ergo turba multa ex Judæis, quod illic esset: & venerunt non propter Jesum tantum, sed ut Lazarum quoque viderent, quem suscitaverat a mortuis. 10 Consultabant autem principes Sacerdotum, ut & Lazarum interficerent, 11 Quia multi propter illum abibant ex Judæis, & credebant in Jesum. 12 [8] Postero die turba multa quæ venerat ad diem festum, quum audissent, quod veniret Jesus Hierosolymam, 13 Acceperunt [9] ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clamabant, Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini rex Israel. 14 [10] Nactus autem Jesus asellam, sedit super eam, sicut scriptum est, 15 Noli timere filia Sion, [11] ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ. 16 Hæc autem non cognoverunt discipuli ejus primum: sed quando glorificatus est Jesus, tunc recordati sunt, quod hæc essent scripta de eo, & quod hæc fecissent ei. 17 Testificabatur igitur turba quæ erat cum eo, quando Lazarum vocavit de monumento, & suscitavit eum a mortuis. 18 Propterea & obviam venit ei turba, quod audierant eum edidisse hoc signum. 19 Pharisæi ergo dixerunt inter se, Videtis, quod nihil proficitis? [12] ecce mundus post eum abiit. 20 Erant autem [13] quidam Græci ex his qui adscenderant, ut adorarent in festo. 21 Hi ergo accesserunt ad Philippum qui erat a Bethsaïda Galilææ, & rogabant eum, dicentes, Domine, volumus Jesum videre. 22 Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rursum & Philippus dicunt Jesu. 23 Jesus autem respondit eis, dicens, Venit hora, ut glorificetur Filius hominis. 24 Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti dejectum in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si vero mortuum fuerit, multum fructum affert. 25 Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodiet eam. 26 Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi ego sum, illic & minister

phron. Quin & *Ephrata* est in tribu Juda, quemadmodum & illa vocabula.

1 *Libram unguenti*] λίτραν. Videri poterat Evangelista Latinam vocem inflexisse in Græcam, nisi λίτρα Julius Pollux testaretur vocem esse a vetustis Scriptoribus Græcis usurpatam, ut probabilius sit Latinos eam vocem a Græcis sumpsisse mutuo, mutata litterula.

2 *Nardi pistici*] De hoc dictum est in Marco. Nam iisdem verbis utitur uterque.

3 *Non quod de egenis pertinebat ad eum*] ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ, *quod de egenis curaret.* Simile illi quod paulo superius indicavimus, *& non pertinet ad eum de ovibus.*

4 *Et loculos habens*] τὸ γλωσσόκομον εἶχεν, id est, *marsupium*, seu potius *scrinium*, *habebat*, in quo pecuniæ reconduntur. Dictum a γλῶσσα *lingua*, opinor, quod linguæ speciem haberent ejusmodi.

5 *Sinite illam*] Ἄφες αὐτὴν, *Sine eam*, consentientibus & vetustissimis exemplaribus nostris. Ad unum enim Judam id dictum est, non ad omnes, quod consentaneum sit illum prohibiturum fuisse.

6 *Ut in diem sepulturæ meæ servet illud*] Græca dissident, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετήρηκεν αὐτὸ, id est, *in diem sepulturæ meæ servavit illud.* Jam enim illa præveniebat sepulturam Christi. Quanquam pro *servavit* Chrysostomus legit *fecit*, si modo non fallit Interpres; nam Græci codicis non erat copia. Alioqui pro τετήρηκεν legisse videtur πεποίηκεν.

7 *Me autem non semper habebitis*] Utrumque verbum est præsentis temporis: *Pauperes semper habetis vobiscum, me vero non semper habetis*, ἔχετε, ἔχετε.

8 *In crastinum*] ἐπαύριον, quod aliquoties vertit *altera die.* Vertendum erat *postridie*, sive *postero die.*

9 *Ramos palmarum*] τὰ βαΐα τῶν φοινίκων. Est autem βαΐον proprie *ramus palmæ*, inde dictus, quod non facile revellitur, eo quod hæc arbor natura sursum nitatur adversus deprimentis manum, παρὰ τὸ βίᾳ τίλλεσθαι. Quidam illiterati *palmam* eamdem putant quæ *buxus* est, quam & vulgus *palmam* appellat.

10 *Invenit Jesus asellum*] Εὑρὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ὀνάριον. Verti poterat, *Nactus Jesus asellam.* Etenim Græcis diminutivum est neutri generis, quod ad utrumque sexum possit accommodari.

11 *Ecce rex tuus*] Locus est apud Zachariam cap. nono. Quanquam Evangelista decerpsit e prophetia, quæ ad hanc rem pertinebant. Nam prophetia priore loco refert *asinam. Ecce rex tuus veniet tibi justus & salvator, ipse pauper, & adscendens super asinam & pullum filium asinæ.* Matthæus item narrat Christum insedisse *asinæ.* Ego puto vaticinium non laborasse de sexu, sed tantum voluisse intelligi Messiæ adventum fore mansuetum & humilem juxta mundum. Et forasse ut nomine *liberorum* continentur & filiæ, ita nomine *pullorum* continentur asinæ. Hisce de rebus nonnihil attigimus in Matthæum; de *Osanna* quoque alias dictum est.

12 *Ecce mundus totus abit post eum*] *Totus* non additur apud Græcos. Cæterum apud Augustinum additum quidem est, verum ex ipsius interpretatione conjicere licet illum secus legisse, sic enim scribit Augustinus: *Quid autem invides cæca turba, quia post eum vadit mundus, per quem factus est mundus?* Et Chrysostomus, *Mundum*, inquit, *hoc loco turbam appellat.* Similia dicit Theophylactus, *mundum* legens, non *totum mundum.*

13 *Quidam Gentiles*] Ἕλληνες, id est, *Græci*; quod frequenter vertit *Gentiles*, cum *Gentiles* dicantur Ἐθνικοί.

ρη 1 27 ἐάν τις ἐμοὶ διακονῇ, τιμήσει αὐτὸν ὁ Πατήρ. Νῦν ἡ ψυχή μȣ τετάρακται. Καὶ τί εἴπω; Πάτερ, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης· ἀλλὰ διὰ τȣ̃το ἦλθον εἰς τὴν ὥραν ταύ-28 την. Πάτερ, δόξασόν σȣ τὸ ὄνομα. Ἦλθεν ȣ̃ν Φωνὴ ἐκ 29 τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃, Καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω. Ὁ ȣ̃ν ὄχλος ὁ ἑςὼς καὶ ἀκȣ́σας, ἔλεγε βροντὴν γεγονέναι. Ἄλλοι ἔλε-30 γον, Ἄγγελος αὐτῷ λελάληκεν. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησȣ̃ς καὶ εἶπεν, Οὐ δι᾽ ἐμὲ αὕτη ἡ Φωνὴ γέγονεν, ἀλλὰ δι᾽ ὑμᾶς. 31 Νῦν κρίσις ἐςὶ τȣ̃ κόσμȣ τȣ́τȣ· νῦν ὁ ἄρχων τȣ̃ κόσμȣ τȣ́τȣ 32 ἐκβληθήσεται ἔξω. Κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάν-33 τας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. Τȣ̃το δὲ ἔλεγε, σημαίνων 34 ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ὄχλος, Ἡμεῖς ἠκούσαμεν ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι ὁ Χριςὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ πῶς σὺ λέγεις, δεῖ ὑψω-θῆναι τὸν Υἱὸν τȣ̃ ἀνθρώπȣ; Τίς ἐςιν ȣ̃τος ὁ Υἱὸς τȣ̃ ἀν-35 θρώπȣ; Εἶπεν ȣ̃ν αὐτοῖς ὁ Ἰησȣ̃ς, Ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ Φῶς μεθ᾽ ὑμῶν ἐςι· περιπατεῖτε ἕως τὸ Φῶς ἔχετε, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ· καὶ ὁ περιπατῶν ἐν τῇ σκο-36 τίᾳ, οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει. Ἕως τὸ Φῶς ἔχετε, πι-ςεύετε εἰς τὸ Φῶς, ἵνα υἱοὶ Φωτὸς γένησθε. Ταῦτα ἐλά-37 λησεν ὁ Ἰησȣ̃ς, καὶ ἀπελθὼν ἐκρύβη ἀπ᾽ αὐτῶν. Τοσαῦ-τα δὲ αὐτȣ̃ σημεῖα πεποιηκότος ἔμπροσθεν αὐτῶν, οὐκ 38 ἐπίςευον εἰς αὐτόν· Ἵνα ὁ λόγος Ἠσαΐου τοῦ ΠροΦήτου πληρωθῇ, ὃν εἶπε, Κύριε, τίς ἐπίςευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν, ρθ α 39 καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; Διὰ τοῦτο 40 οὐκ ἠδύναντο πιςεύειν, ὅτι πάλιν εἶπεν Ἠσαΐας, Τε-τύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πεπώρωκεν αὐ-τῶν τὴν καρδίαν, ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ νοή-σωσι τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπιςραφῶσι, καὶ ἰάσωμαι αὐ-ρι 1 41 τούς. Ταῦτα εἶπεν Ἠσαΐας, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐ-42 τοῦ, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ. Ὅμως μέντοι ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ ἐπίςευσαν εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ διὰ τοὺς Φαρισαίȣς οὐχ ὡμολόγȣν, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι 43 γένωνται. Ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων ρια α 44 μᾶλλον ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. Ἰησοῦς δὲ ἔκραξε, καὶ εἶπεν, Ὁ πιςεύων εἰς ἐμὲ, οὐ πιςεύει εἰς ἐμὲ, 45 ἀλλ᾽ εἰς τὸν πέμψαντά με. Καὶ ὁ θεωρῶν ἐμὲ, θεω-ριβ 1 46 ρεῖ τὸν πέμψαντά με. Ἐγὼ Φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλή-λυθα, ἵνα πᾶς ὁ πιςεύων εἰς ἐμὲ, ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ 47 μένῃ. Καὶ ἐάν τις μȣ ἀκȣ́σῃ τῶν ῥημάτων, καὶ μὴ πι-ςεύσῃ, ἐγὼ ȣ̓ κρίνω αὐτόν. Οὐ γὰρ ἦλθον, ἵνα κρίνω τὸν 48 κόσμον, ἀλλ᾽ ἵνα σώσω τὸν κόσμον. Ὁ ἀθετῶν ἐμὲ, καὶ μὴ λαμβάνων τὰ ῥήματά μȣ, ἔχει τὸν κρίνοντα αὐτόν. Ὁ λόγος ὃν ἐλάλησα, ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ 49 ἡμέρᾳ. Ὅτι ἐγὼ ἐξ ἐμαυτȣ̃ ȣ̓κ ἐλάλησα· ἀλλ᾽ ὁ πέμψας με Πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν ἔδωκε, τί εἴπω καὶ τί 50 λαλήσω. Καὶ οἶδα, ὅτι ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐςι· ἃ οὖν λαλῶ ἐγὼ, καθὼς εἴρηκέ μοι ὁ Πατὴρ, οὕτως XIII. 1 λαλῶ. Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα εἰδὼς ὁ Ἰησȣ̃ς, ὅτι ἐλήλυθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα, ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τὸν Πατέρα, ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους τοὺς ἐν τῷ

A nister meus erit: ſi quis mihi miniſtraverit, cohoneſtabit eum Pater. Nunc anima mea turbata eſt. Et 27 quid dicam? Pater, ſervato me ex hora hac. Sed propter ea veni in horam hanc. Pater, [14] illuſtra nomen 28 tuum. Venit ergo vox de cœlo, *dicens*, Et illuſtravi, & rurſus illuſtrabo. Turba ergo quæ ſtabat 29 & audierat, dicebat tonitruum eſſe factum. Alii dicebant, Angelus ei loquutus eſt. Reſpondit Jeſus & 30 dixit, Non propter me hæc vox venit, ſed propter vos. Nunc judicium eſt mundi hujus: nunc prin- 31 ceps mundi hujus ejicietur foras. Et ego ſi exaltatus 32 fuero a terra, [15] omnes traham ad meipſum. Hoc 33 autem dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus. B Reſpondit ei turba, Nos audivimus ex lege, 34 quod Chriſtus manet in æternum: & quomodo tu dicis, oportet exaltari Filium hominis? Quis eſt iſte Filius hominis? Dixit ergo eis Jeſus, [16] Adhuc ad 35 breve tempus lumen vobiſcum eſt: ambulate donec lucem habetis, ne vos tenebræ occupent: & qui ambulat in tenebris, neſcit quo vadat. Dum lucem 36 habetis, credite in lucem, ut filii lucis ſitis. Hæc loquutus eſt Jeſus, ac digreſſus abſcondit ſe ab eis. Quum autem [17] tam multa ſigna feciſſet coram eis, 37 non credebant in eum: Ut ſermo Eſaiæ Prophetæ 38 impleretur, quem dixit, [18] Domine, quis credidit ſermoni noſtro, & brachium Domini cui revelatum eſt? C Propterea non poterant credere, quia iterum dixit 39 Eſaias, Excæcavit oculos eorum, [19] & induravit cor 40 eorum, ne videant oculis, & ne intelligant corde, & convertantur, & ſanem eos. Hæc dixit Eſaias, 41 quando vidit gloriam ejus, & loquutus eſt de eo. Ve- 42 runtamen etiam ex principibus multi crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos non confitebantur, [20] ne e ſynagoga ejicerentur. Dilexerunt enim gloriam 43 hominum magis quam gloriam Dei. Jeſus autem clamavit, 44 & dixit, Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me. Et qui videt me, videt eum 45 D qui miſit me. Ego lux in mundum veni, ut omnis 46 qui credit in me, in tenebris non maneat. Et ſi quis 47 audierit verba mea, [21] & non crediderit, ego non judico eum. Non enim veni, ut judicem mundum, ſed ut ſervem mundum. [22] Qui rejicit me, nec accipit 48 verba mea, habet qui judicet ipſum. Sermo quem loquutus ſum, ille judicabit eum in extremo die. Quia 49 ego ex meipſo non ſum loquutus: ſed qui miſit me Pater, ipſe mihi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar. Et ſcio, quod mandatum ejus vita æterna eſt: 50 quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor. Ante feſtum autem Paſchæ ſciens Jeſus, 1 XIII. quod veniſſet hora ipſius, ut tranſiret ex hoc mun-E do ad Patrem, quum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo,

14 *Clarifica*] δόξασον, id eſt, *glorifica*. Item in ſequentibus, *Et glorificavi*, & *glorificabo*, ſeu potius, *Et illuſtravi*, & *rurſus illuſtrabo*.

15 *Omnia traham*] πάντας ἑλκύσω, id eſt, *omnes traham*. Ad eum certe modum conſtanter habent exemplaria Græca: atque in eum ſenſum interpretatur Chryſoſtomus, ut de hominibus duntaxat intelligatur, & ſenſus ſit, non modo Judæos, verum etiam Græcos ac barbaros eſſe trahendos. Quanquam divus Auguſtinus nominatim etiam admonet, *omnia* legendum, non *omnes*; nam ita diſſerit: *Non autem dixit* omnes, *ſed* omnia. *Non enim omnium eſt fides. Non itaque hoc ad univerſitatem hominum retulit, ſed ad creaturæ integritatem, id eſt, ſpiritum & animam, & corpus, & illud quod intelligimus, & illud quod vivimus, & illud quod viſibiles & conſpectabiles ſumus.* Ac mox: *Aut ſi* omnia *ipſi homines intelligendi ſunt, omnia prædeſtinata ad ſalutem poſſumus dicere, ex quibus omnibus ait nihil eſſe periturum, cum de ſuis ovibus loqueretur. Aut certe omnia hominum genera, ſive in linguis omnibus, ſive in ætatibus, ſive in gradibus honorum omnibus, ſive in artium licitarum & utilium profeſſionibus omnibus, & quicquid aliud dici poteſt ſecundum innumerabiles differentias*, &c. Theophylactus conſentit cum Chryſoſtomo. Verum ut ad id quod agitur recurramus, admodum tenue diſcrimen eſt in Græcis vocibus πάντας & πάντα, nec ad ſenſum magni refert: præſertim cum Chriſtus *omnem creaturam* vocet omne genus hominum.

16 *Adhuc modicum lumen*] Ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς μεθ᾽ ὑμῶν ἐςι, id eſt, *Adhuc puſillum temporis lumen vobiſcum eſt*, ſive *ad breve tempus*. Ut non intelligas puſillum luminis in illis ſupereſſe, ſed Chriſtum, qui lux erat mundi, morte ſubducturum ſe brevi; & in hunc ſenſum interpretatur Chryſoſtomus, & hunc ſecutus Theophylactus. Diverſam lectionem ſequi videtur Auguſtinus, interpretans hoc eſſe modicum lumen, quod ſibi conſcii intelligerent, quid dixiſſet *exaltari a terra*, cum jam tum in animo haberent eum tollere in crucem, aut quod intelligerent Chriſtum manere in æternum. Nec eſt *in vobis*, ſed μεθ᾽ ὑμῶν, id eſt, *vobiſcum*, ut intelligerent brevi diſceſſurum. Quanquam, ut ingenue dicam, opinor χρόνον & apud Græcos additum a quopiam, qui voluerit locum explanatiorem reddere: præſertim cum idem Joannes capite proximo conſimili modo loquatur, Τεκνία, ἔτι μικρὸν μεθ᾽ ὑμῶν εἰμί. Atque hinc ſane anſa erroris, quod non addiderit χρόνον, alioqui non fuiſſet locus lapſui: & tamen ne μικρὸν poſſet referri ad lumen obſtabat articulus, Ἔτι μικρὸν τὸ φῶς. Si ſenſiſſet *paululum luminis*, dixiſſet μικρὸν φῶς.

17 *Tanta ſigna*] τοσαῦτα. Senſus eſſe poteſt, *tot ſigna*, ſive *tam multa*.

18 *Domine, quis credidit auditui noſtro*] Teſtimonium exſtat apud Eſaiam cap. LIII. ſed juxta Septuaginta magis quam Hebræam veritatem citat. Addidit enim ex illis *Domine*, quemadmodum Paulus in Epiſtolis hunc eumdem adducens locum. Nam Hebræis ſic habet, interprete Hieronymo, *Quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini cui revelatum eſt?* Cæterum teſtimonium proximum, quod ex ejuſdem Prophetæ capite ſexto retulit, nec ad Hebræa, nec ad Editionem Septuaginta ſatis reſpondet, ſenſum modo delibavit Evangeliſta. Verum de hoc alias nonnihil annotavimus.

19 *Et induravit cor eorum*] καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν, id eſt, *& excæcavit cor eorum*. Interpres legiſſe videtur ἐσκλήρωκεν.

20 *De ſynagoga non ejicerentur*] ἀποσυνάγωγοι γένωνται. De quo paulo ſuperius admonuimus.

21 *Et non cuſtodierit*] καὶ μὴ πιςεύσῃ, id eſt, *& non crediderit*. Alii legiſſe videntur, καὶ μὴ τηρήσῃ. Ad ſenſum perpuſillum refert.

22 *Qui ſpernit me*] ἀθετῶν, *qui rejicit*; ita legit Cyprianus.

1 Camo

τῷ κόσμῳ, εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς. 2 Καὶ δείπνου γενομένου, τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος Ἰσκαριώτου, ἵνα αὐτὸν παραδῷ, 3 Εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντα δέδωκεν αὐτῷ ὁ Πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθε, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπάγει, 4 Ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου, καὶ τίθησι τὰ ἱμάτια, καὶ λαβὼν λέντιον, διέζωσεν ἑαυτόν. 5 Εἶτα βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα, καὶ ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας μαθητῶν, καὶ ἐκμάσσειν τῷ λεντίῳ, ᾧ ἦν διεζωσμένος. 6 Ἔρχεται οὖν πρὸς Σίμωνα Πέτρον, καὶ λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος, Κύριε, σύ μου νίπτεις τοὺς πόδας; 7 Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ὃ ἐγὼ ποιῶ, σὺ οὐκ οἶδας ἄρτι· γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα. 8 Λέγει αὐτῷ Πέτρος, Οὐ μὴ νίψῃς τοὺς πόδας μου εἰς τὸν αἰῶνα. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ. 9 Λέγει αὐτῷ Σίμων Πέτρος, Κύριε, μὴ τοὺς πόδας μου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὴν κεφαλήν. 10 Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι, ἀλλ' ἔστι καθαρὸς ὅλος. Καὶ ὑμεῖς καθαροί ἐστε, ἀλλ' οὐχὶ πάντες. 11 Ἤδει γὰρ τὸν παραδιδόντα αὐτόν· διὰ τοῦτο εἶπεν, Οὐχὶ πάντες καθαροί ἐστε. 12 Ὅτε οὖν ἔνιψε τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ ἔλαβε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἀναπεσὼν, πάλιν εἶπεν αὐτοῖς, Γινώσκετε τί πεποίηκα ὑμῖν; 13 Ὑμεῖς φωνεῖτέ με ὁ Διδάσκαλος καὶ Κύριος, καὶ καλῶς λέγετε, εἰμὶ γάρ. 14 Εἰ οὖν ἐγὼ ἔνιψα ὑμῶν τοὺς πόδας ὁ Κύριος καὶ ὁ Διδάσκαλος, καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας. 15 Ὑπόδειγμα γὰρ ἔδωκα ὑμῖν, ἵνα, καθὼς ἐγὼ ἐποίησα ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ποιῆτε. 16 Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ, οὐδὲ ἀπόστολος μείζων τοῦ πέμψαντος αὐτόν. 17 Εἰ ταῦτα οἴδατε, μακάριοί ἐστε, ἐὰν ποιῆτε αὐτά. 18 Οὐ περὶ πάντων ὑμῶν λέγω, ἐγὼ οἶδα οὓς ἐξελεξάμην· ἀλλ' ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ, Ὁ τρώγων μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον, ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ. 19 Ἀπ' ἄρτι λέγω ὑμῖν πρὸ τοῦ γενέσθαι, ἵνα, ὅταν γένηται, πιστεύσητε, ὅτι ἐγώ εἰμι. 20 Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ λαμβάνων ἐάν τινα πέμψω, ἐμὲ λαμβάνει· ὁ δὲ ἐμὲ λαμβάνων, λαμβάνει τὸν ἀποστείλαντά με. 21 Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς ἐταράχθη τῷ πνεύματι, καὶ ἐμαρτύρησε, καὶ εἶπεν, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. 22 Ἔβλεπον οὖν εἰς ἀλλήλους οἱ μαθηταὶ, ἀπορούμενοι περὶ τίνος λέγει. 23 Ἦν δὲ ἀνακείμενος εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς. 24 Νεύει οὖν τούτῳ Σίμων Πέτρος πυθέσθαι, τίς ἂν εἴη περὶ οὗ λέγει. 25 Ἐπιπεσὼν δὲ ἐκεῖνος ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ, λέγει αὐτῷ, Κύριε, τίς ἐστιν; 26 Ἀποκρίνεται ὁ Ἰησοῦς, Ἐκεῖνός ἐστιν ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω. Καὶ ἐμβάψας τὸ ψωμίον, δίδωσιν Ἰούδᾳ Σίμωνος Ἰσκαριώτῃ.

do, usque ad finem dilexit eos. 2 Et 1 cœna facta, cum diabolus jam immisisset in cor Judæ Simonis Iscariotæ, ut proderet eum, 3 Sciens Jesus, quod 2 omnia dedisset sibi Pater in manus, & quod a Deo exisset, & ad Deum iret, 4 Surgit a cœna, 3 & ponit vestimenta, 4 & cum accepisset linteum, præcinxit se. 5 Deinde misit aquam in pelvim, 5 & cœpit lavare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. 6 Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus, Domine, tu mihi lavas pedes? 7 Respondit Jesus & dixit ei, Quod ego facio, tu nescis nunc: scies autem postea. 8 Dicit ei Petrus, Non lavabis meos pedes in æternum. Respondit ei Jesus, Si non lavero te, 6 non habes partem mecum. 9 Dicit ei Simon Petrus, Domine, non tantum pedes meos, sed & manus & caput. 10 Dicit ei Jesus, Qui lotus est non opus habet nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. 11 Sciebat enim quisnam esset qui proderet ipsum: propterea dixit, Non estis mundi omnes. 12 Postquam ergo lavisset pedes eorum, receptisque vestibus suis accubuisset, iterum dixit eis, Scitis quid fecerim vobis? 13 Vos vocatis me 7 Magistrum ac Dominum, & bene dicitis, sum etenim. 14 Si ergo ego lavi pedes vestros Dominus & Magister, vos quoque debetis invicem 8 alii aliorum lavare pedes. 15 Exemplum enim præbui vobis, ut, quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. 16 Amen amen dico vobis, non est servus major domino suo, 9 neque legatus major est eo qui legavit ipsum. 17 Si hæc novistis, beati estis, si feceritis ea. 18 Non de omnibus vobis loquor, ego scio quos elegerim: sed ut adimpleatur scriptura, Qui edit mecum panem, 10 sustulit adversum me calcaneum suum. 19 11 Nunc dico vobis prius quam fiat, ut, quum factum fuerit, credatis, quod ego sim. 20 Amen amen dico vobis, qui recipit quemcunque misero, me recipit: qui autem me recipit, recipit eum qui me misit. 21 Cum hæc dixisset Jesus, turbatus est spiritu, 12 & testificatus est, dixitque, Amen amen dico vobis, quod unus ex vobis proditurus est me. 22 Adspiciebant ergo se invicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. 23 Erat autem unus ex discipulis Jesu recumbens in sinu ipsius, nimirum is quem diligebat Jesus. 24 13 Innuit ergo huic Simon Petrus, ut sciscitaretur, quis esset de quo loqueretur. 25 Itaque quum recubuisset ille super pectus Jesu, dicit ei, Domine, quis est? 26 Respondit Jesus, Ille est, cui ego 14 intinctum panem porrexero. Et quum intinxisset panem, 15 dedit Judæ Simonis Iscariotæ.

1 *Cœna facta*] δείπνου γενομένου. Divus Augustinus putat hîc *facta* accipi pro *cœpta*, sive *parata*, quemadmodum in Sacris Litteris dicitur *dies factus*, quum exortus est sol, non quum peractus dies. Nam post legitur accubuisse, & buccellam tradidisse Judæ. Et olim cœnaturi lavabant, nisi forte, quod post actum est, ad secundas mensas pertinere videbitur.

2 *Omnia dedit ei Pater*] Cur non *sibi* potius, quam *ei*, & *dedisset* potius, quam *dedit*.

3 *Et ponit vestimenta sua*] τὰ ἱμάτια. Summas vestes intelligit, ne quis Jesum plane nudum fuisse putet cum lavaret discipulis pedes. Idem verbum capite decimo nono vertit eodem modo, *portans spineam coronam & purpureum vestimentum*, τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον, cum hîc haud dubie pallium regale significet.

4 *Cum accepisset linteum*] καὶ λαβὼν λέντιον, id est, *& sumpto linteo*. Mirum unde hæc vox Latinorum demanarit ad Judæos aut Græcos. Quanquam id crebro faciunt Evangelistæ.

5 *Et cœpit lavare*] καὶ ἤρξατο νίπτειν. Quoniam prius dicitur cœpisse, ac mox sequitur, *Quum ergo venisset ad Petrum*, Chrysostomus suspicatur eum exorsum ab ipso Juda, quo magis eum hoc honore revocaret ab instituto scelere. Sed dissentit Augustinus, non ferens ut Apostolorum principi quisquam anteferatur. Mihi tamen magis arridet Chrysostomi suspicio. Non enim arbitror Christum hunc principatum in hujusmodi cæremoniis observasse, præsertim quum id temporis hoc ageret, ut omnem affectum ambitionis ex animis suorum revelleret. Cum Chrysostomo consentit Theophylactus. Origenes, qui citatur in *Catena*, putat Christum omnibus lotis tum demum venisse ad Petrum: Chrysostomus arbitratur Judæ impudentia factum quod prior sit lotus, post hunc tamen ventum ad Petrum: hoc argumento quod solus Petrus recusavit, recusaturis nimirum & cæteris, nisi Petri castigati exemplum illos terruisset. Verum Origenes hoc fervori Petri tribuit, quod solus horruerit lotionem.

6 *Non habebis partem*] οὐκ ἔχεις, id est, *non habes*, præsentis temporis verbo.

7 *Magister ac Domine*] Hæc apud Evangelistas nominandi casus sunt, ὁ Διδάσκαλος καὶ Κύριος. Nam & absentem sic appellabant. Ut Joannes, *Dominus est*: unde nihil erat incommodi, si vertisset *Magistrum ac Dominum*, & sensus esset plenior.

8 *Alter alterius lavare*] Græce est ἀλλήλων, hoc est, *invicem*, sive *alii aliorum*. Quanquam id quidem & apud Laurentium linguæ censorem defendi posset.

9 *Nec apostolus major est eo qui misit illum*] Non est allusio in vocibus apud Evangelistam, sed in rebus. *Apostolus* enim dicitur a verbo ἀποστέλλειν, quod est proprie *cum mandatis mittere*, πέμπειν, quomodocunque *mittere*. Poterat ita reddere προσονομασίαν, *non est legatus major eo qui se legavit*.

10 *Levabit contra me*] *Levavit* est, & in Græcis, & in vetustissimis nostris exemplaribus, ἐπῆρεν, ut sit præteriti temporis verbum. *Levabit contra me calcaneum suum.* Desumptum est ex Psalmo quadragesimo; nec id ad verbum curat adducere. Nam Hebræa sic habent, interprete Hieronymo: *Sed & homo pacificus meus, in quo habui fiduciam, qui manducabat panem meum, levavit contra me plantam.* Septuaginta verterunt ad hunc modum, Καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν.

11 *A modo*] Ἀπ' ἄρτι, *Posthac*, seu potius *Ex hoc tempore*, nisi adverbium ἀπ' ἄρτι libeat referre ad verba sequentia γένηται, & πιστεύσητε.

12 *Protestatus*] ἐμαρτύρησε, id est, *testatus est*.

13 *Innuit ergo huic Simon Petrus*] Græca sic habent, Νεύει οὖν τούτῳ Σίμων Πέτρος πυθέσθαι, τίς ἂν εἴη περὶ οὗ λέγει, id est, *Innuit igitur huic Simon Petrus, ut interrogaret, quis esset de quo diceret.* *Innuit* autem præsentis temporis est.

14 *Intinctum panem*] ψωμίον, id est, *buccellam* sive *offulam*.

15 *Dedit Juda*] *Dat*, δίδωσι, & ἐμβάψας, ut intelligas ipsum Christum intinxisse. *Juda Simonis Ischariotis*, Ἰούδᾳ Σίμωνος Ἰσκαριώτῃ, id est, *Juda Simonis Iscariota*, ut *Iscariota* sit dandi casus, & *Judas* intelligatur *Simonis filius*.

27 ριώτῃ. Καὶ μετὰ τὸ ψωμίον τότε εἰσῆλθεν εἰς ἐκεῖνον ὁ Σατανᾶς. Λέγει οὖν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὃ ποιεῖς, ποίησον 28 τάχιον. Τοῦτο δὲ οὐδεὶς ἔγνω τῶν ἀνακειμένων, πρὸς τί 29 εἶπεν αὐτῷ. Τινὲς γὰρ ἐδόκουν, ἐπεὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχεν ὁ Ἰούδας, ὅτι λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀγόρασον ὧν χρείαν ἔχομεν εἰς τὴν ἑορτήν, ἢ τοῖς πτωχοῖς ἵνα τι δῷ. 30 Λαβὼν οὖν τὸ ψωμίον ἐκεῖνος, εὐθέως ἐξῆλθεν· ἦν δὲ νύξ. 31 Ὅτε οὖν ἐξῆλθε, λέγει ὁ Ἰησοῦς, Νῦν ἐδοξάσθη ὁ Υἱὸς τοῦ 32 ἀνθρώπου, καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ. Εἰ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ, καὶ ὁ Θεὸς δοξάσει αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ, 33 καὶ εὐθὺς δοξάσει αὐτόν. Τεκνία, ἔτι μικρὸν μεθ' ὑμῶν εἰμί· ζητήσετέ με, καὶ καθὼς εἶπον τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι ὅπου ὑπάγω ἐγώ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν, καὶ ὑμῖν λέγω ἄρ-34 τι. Ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς, ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀγαπᾶτε ἀλλή-35 λους. Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, 36 ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις. Λέγει αὐτῷ Σίμων Πέτρος, Κύριε, ποῦ ὑπάγεις; Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὅπου ὑπάγω, οὐ δύνασαί μοι νῦν ἀκολουθῆσαι· ὕστερον δὲ ἀ-37 κολουθήσεις μοί. Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος, Κύριε, διατί οὐ δύναμαί σοι ἀκολουθῆσαι ἄρτι; τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ σοῦ θήσω. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Τὴν ψυχήν σου ὑπὲρ ἐμοῦ θή-38 σεις; Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἀλέκτωρ φωνήσει, ἕως XIV. 1 οὗ ἀπαρνήσῃ με τρίς. Καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία· πιστεύετε εἰς τὸν Θεόν, καὶ 2 εἰς ἐμὲ πιστεύετε. Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν· εἰ δὲ μή, εἶπον ἂν ὑμῖν, πορεύομαι ἑτοιμά-3 σαι τόπον ὑμῖν. Καὶ ἐὰν πορευθῶ ἑτοιμάσαι ὑμῖν τόπον, πάλιν ἔρχομαι, καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς 4 ἐμαυτόν, ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγώ, καὶ ὑμεῖς ἦτε. Καὶ ὅπου 5 ἐγὼ ὑπάγω, οἴδατε, καὶ τὴν ὁδὸν οἴδατε. Λέγει αὐτῷ Θωμᾶς, Κύριε, οὐκ οἴδαμεν ποῦ ὑπάγεις, καὶ πῶς δυ-6 νάμεθα τὴν ὁδὸν εἰδέναι; Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. Οὐδεὶς ἔρχεται 7 πρὸς τὸν Πατέρα εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. Εἰ ἐγνώκειτέ με, καὶ τὸν Πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν· καὶ ἀπ' ἄρτι γινώσκετε 8 αὐτόν, καὶ ἑωράκατε αὐτόν. Λέγει αὐτῷ Φίλιππος, 9 Κύριε, δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με; Φίλιππε, ὁ ἑωρακὼς ἐμέ, ἑώρακε τὸν Πατέρα· καὶ πῶς σὺ λέγεις, Δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα; Οὐ

riotæ. 16 Et post offulam ingressus est in eum Satanas. 28 Dicit igitur ei Jesus, Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo intelligebat discumbentium, ad quid di-29 xisset ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Judas, quod dixisset ei Jesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis ut aliquid da-30 ret. Quum ergo accepisset ille offulam, exivit con-31 tinuo: erat autem nox. Quum ergo exisset, dixit Jesus, Nunc glorificatus est Filius hominis, & Deus 32 glorificatus est per eum. Si Deus glorificatus est per eum, 17 & Deus glorificabit eum per se, & continuo 33 glorificabit eum. 18 Filioli, adhuc paulisper vobiscum sum: quæretis me, & sicut dixi Judæis, quo ego vado, vos non potestis venire, ita & vobis dico nunc. 34 Præceptum novum do vobis, ut diligatis vos mutuo, sicut dilexi vos, ut & vos diligatis vos mutuo. 35 19 In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei si-36 tis, si charitatem habueritis inter vos mutuam. Dicit ei Simon Petrus, Domine, quo vadis? Respondit ei Jesus, Quo ego vado, non potes me nunc sequi: se-37 queris autem postea. Dicit ei Petrus, Domine, quare non possum te sequi nunc? animam meam pro te 38 ponam. Respondit ei Jesus, Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi, Non canet gallus, do-XIV. 1 nec ter me negaveris. 1 Et ait discipulis suis, Ne turbetur cor vestrum: 2 creditis in Deum, & in me 2 credite. In domo Patris mei mansiones multæ sunt: 3 quod si secus esset, dixissem vobis, 4 vado paratu-3 rus vobis locum. Et si abiero ad parandum vobis locum, iterum veniam, & assumam vos ad meipsum, ut 4 ubi sum ego, & vos sitis. Et quo ego vado, scitis, 5 & viam scitis. Dicit ei Thomas, Domine, nescimus 6 quo vadis, & quomodo possumus viam scire? Dicit ei Jesus, 5 Ego sum via, & veritas, & vita. Nemo ve-7 nit ad Patrem nisi per me. Si cognovissetis me, 6 & Patrem meum utique cognovissetis: 7 & nunc co-8 gnoscitis eum, & vidistis eum. Dicit ei Philippus, 9 Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Jesus, Tanto tempore vobiscum sum, 8 & non cognovisti me? Philippe, 9 qui vidit me, vidit Patrem: & quomodo tu dicis, Ostende nobis Patrem? Non

16 *Post buccellam*] Quod modo vertit bis *panem*, nunc vertit *buccellam*, ne quis existimet aliquid diversum esse apud Græcos. Est autem ψωμίον proprie *offula panis intincta juri.*

17 *Deus clarificabit eum in semetipso*] ἐν αὐτῷ. Rectius habebat scriptura, ἐν αὐτῷ, ut referatur ad Patrem, quanquam scio discrimen hoc in Libris præsertim Sacris non observari perpetuo. Et opinor hîc præpositionem *in* juxta sermonis Hebraici proprietatem usurpatam vice *per*.

18 *Filioli*] Nonnulli codices habebant Τέκνα, id est, *Filii*, nonnulli Τεκνία diminutive, *Filioli*; Cyrillus legisse videtur Τεκνία diminutive. *Adhuc modicum*, ἔτι μικρὸν, *adhuc paulisper*, de quo supra monui.

19 *In hoc cognoscent omnes, quod mei discipuli estis, si dilecti &c.*] Mira nota qua sit distinguendus Christianus a cæteris; non dixit, si hoc aut illo titulo vocemini, si his aut illis vescamini cibis, si sic aut sic vestiamini, si tales aut tales observetis cæremonias, si tot ac tales exhauriatis preces, sed *si dilexeritis vos invicem*, nec id sane vulgari more, verum si sic dilexeritis invicem *sicut ego dilexi vos.* Hanc igitur notam cum præscripserit ipse Christus velut unicam ac certam, nonne necesse est fieri, ut nostro vitio nomen Christi male audiat inter Ethnicos, qui cum hæc legerint, aut certe audierint, conspiciunt apud Christianos, tot jam seculis Principem cum Principe, regnum cum regno, civitatem cum civitate jugibus conflictari bellis, ut omittam insanissimas apud judices lites, & acres omnium inter se de quamlibet frivola causa digladiationes. Atque hæc cum faciamus, tamen ob titulum & cæremonias, nescio quas, Christiani nobis ipsi videmur.

1 E*T ait discipulis suis*] Hæc in vetustis codicibus non addebantur, ac ne in Græcis quidem omnibus. Adjecta videntur ab erudito quopiam ad concinnandam sermonis seriem.

2 *Creditis in Deum*] Utrobique anceps est verbum πιστεύετε, πιστεύετε, an sit *creditis*, an *credite*. Unde quadrifariam legi potest, *creditis in Deum, & in me creditis.* Atque ita legisse videtur ex interpretatione sua Chrysostomus, quasi fides, quam habebant in Deum & in Dei Filium Jesum, illis abunde præsidio esset futura adversus persecutionum procellas. Aut sic, *credite in Deum, & in me credite*, ut utrumque jubeat fieri, ne turbentur. Ad hunc modum citat Hilarius libro *de Trinit.* nono. Tertio modo sic, *creditis in Deum, & in me credite*: ut sit sensus, creditis in Deum, ut Judæi, credite & in me, ut sitis Christiani. Quarto sic, *credite in Deum, & in me creditis:* ut sit sensus, credite in Deum, quod si facitis, eadem opera in me quoque creditis. Cyrillus interpretatur utrumque verbum imperandi modo: hoc tamen loco significantius erat, *confidite* sive *fiduciam habete in me.*

3 *Si quo minus*] εἰ δὲ μὴ, id est, *sin minus*, vel *alioqui.*

4 *Quia vado parare*] *Quia* ὅτι non est in quibusdam Græcis codicibus, quanquam superflue additur, nisi sit causalis conjunctio. Ergo hîc etiamsi aderat, non erat vertenda, sed tantum, *In domo Patris mei mansiones multa sunt, quod si secus esset, dixissem vobis, Vado parare vobis locum*, sive, *Quod eo paraturus vobis locum.* Cæterum haud assentior hac in parte Laurentio volenti, *alioqui dixissem vobis*, finem esse prioris sententiæ, deinde alteram subjici, *vado parare vobis locum.* Nam omnino cohærent hæc duo, cum hic sensus sit: In domo Patris mei jam paratæ sunt multæ mansiones, ut non mihi uni, sed omnibus item meis sit locus; quod si secus esset, dixissem me jam abire ad parandas eas mansiones: nunc nihil opus, cum paratæ sint, & vos brevi sequuturos exspectent. Porro quod abeo, ad breve tempus absuturus, non ob id abeo ut parem mansiones quæ jam paratæ sunt, sed ut viam in cœlum mea morte vobis aperiam. Nam ante invium erat iter. Quod autem dicit, *iterum venio* pro *veniam*, aut reditus celeritatem indicat, aut certam promissi fidem.

5 *Ego sum via, veritas, & vita*] Annotandum singulis horum nominum apponi articulum, ἡ ὁδὸς, ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωὴ, ut intelligamus non quamlibet viam, aut veritatem, aut vitam, sed veram illam & unicam.

6 *Et Patrem meum utique cognovissetis*] ἐγνώκειτε ἄν. Tecte vertit ἂν in *utique*, quod alias vertit in *forsitan*, cum hoc sit confirmantis, illud addubitantis.

7 *Et a modo cognoscetis*] γινώσκετε, id est, *cognoscitis*, suffragantibus & antiquis exemplaribus, ut sit verbum indicativi modi præsentis temporis. Consentiente & interpretatione Cyrilli, & Augustini, si quis expendat. Atque *a modo*, quod Græcis est ἀπ' ἄρτι, jam semel atque iterum posuit pro *nunc*. Evidentius itaque vertisset, *& jam nunc cognoscitis eum.* Ita Cyrillus.

8 *Et non cognovistis*] ἔγνωκας, id est, *cognovisti me Philippe.* Sic enim legit Chrysostomus, ut Philippus sit hujus orationis occasio, & huic uni dicat, *non cognovisti me.* Neque secus legit Hilarius libro *de Trinitate* septimo. Nam sequitur, *Non credis.* Mox subjicitur, *Non creditis*, mutato numero. Et divus Augustinus annotavit hîc commutatum esse numerum, quum prius solus Philippus esset objurgatus.

9 *Qui videt me*] ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα, id est, *qui vidit me, vidit Patrem*, nec additur apud Græcos conjunctio, & utrumque verbum præteriti temporis est. Adstipulantur omnibus Græcorum codicibus quædam vetusta Latinorum exemplaria, ac nominatim omnium vetustissimum ex Bibliotheca divi Pauli apud Londinum.

10 *Non*

10 Οὐ πιςεύεις, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐςι; Τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, ἀπ' ἐμαυτȣ̃ ȣ̓ λαλῶ· ὁ δὲ Πατὴρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα. 11 Πιςεύετέ μοι, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐςιν· εἰ δὲ μὴ διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιςεύετέ μοι. 12 Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιςεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τȣ́των ποιήσει, ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν Πατέρα μȣ πορεύομαι. 13 Καὶ ὅ τι ἂν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μȣ, τȣ̃το ποιήσω, ἵνα δοξασθῇ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ. 14 Ἐάν τι αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μȣ, ἐγὼ ποιήσω. 15 Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολὰς τὰς ἐμὰς τηρήσατε. 16 Καὶ ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα, 17 Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ ὁ κόσμος ȣ̓ δύναται λαβεῖν, ὅτι ȣ̓ θεωρεῖ αὐτὸ, ȣ̓δὲ γινώσκει αὐτό· ὑμεῖς δὲ γινώσκετε αὐτὸ, 18 ὅτι παρ' ὑμῖν μένει, καὶ ἐν ὑμῖν ἔςαι. Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανȣ̀ς, 19 ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Ἔτι μικρὸν, καὶ ὁ κόσμος με ȣ̓κ ἔτι θεωρεῖ· ὑμεῖς δὲ θεωρεῖτέ με, ὅτι ἐγὼ ζῶ, καὶ ὑμεῖς ζήσεσθε. 20 Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ γνώσεσθε ὑμεῖς, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρί μȣ, καὶ ὑμεῖς ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν ὑμῖν. 21 Ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μȣ καὶ τηρῶν αὐτὰς, ἐκεῖνός ἐςιν ὁ ἀγαπῶν με· ὁ δὲ ἀγαπῶν με, ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τȣ̃ Πατρός μȣ, καὶ ἐγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν. 22 Λέγει αὐτῷ Ἰȣ́δας, ȣ̓χ ὁ Ἰσκαριώτης, Κύριε, τί γέγονεν, ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτὸν, καὶ ȣ̓χὶ τῷ κόσμῳ; 23 Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησȣ̃ς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μȣ τηρήσει, καὶ ὁ Πατήρ μȣ ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. 24 Ὁ μὴ ἀγαπῶν με, τȣ̀ς λόγȣς μȣ ȣ̓ τηρεῖ· καὶ ὁ λόγος, ὃν ἀκȣ́ετε, ȣ̓κ ἔςιν ἐμὸς, ἀλλὰ τȣ̃ πέμψαντός με Πατρός. 25 Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν παρ' ὑμῖν μένων. 26 Ὁ δὲ Παράκλητος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ Πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μȣ, ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα, καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα ὅσα εἶπον

10 Non credis, quod ego in Patre sum, & Pater in me? Verba, quæ ego loquor vobis, a meipso non loquor: Pater autem in me manens, ipse facit opera. 11 10 Credite mihi, quod ego in Patre sum, & Pater in me: 11 alioqui propter ipsa facta credite mihi. 12 Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, 12 & majora his faciet, quia ego ad Patrem vado. 13 13 Et quicquid petieritis nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur Pater per Filium. 14 Si quid petieritis per nomen meum, ego faciam. 15 Si diligitis me, præcepta mea servate. 16 Et ego rogabo Patrem, 14 & alium Consolatorem dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, 17 Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, 15 quia non videt eum, nec novit eum: vos autem cognoscitis eum, 16 quia apud vos manet, & in vobis erit. 18 17 Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. 19 Adhuc pusillum, & mundus me jam non videt: 18 vos autem videtis me, quia ego vivo, & vos vivetis. 20 In illo die vos cognoscetis, quod ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. 21 Qui habet præcepta mea & servat ea, ille est qui diligit me: qui autem diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum, 19 & aperiam ei meipsum. 22 Dicit ei Judas, non ille Iscariotes, 20 Domine, quid factum est, quod manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo? 23 Respondit Jesus, & dixit ei, Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. 24 Qui non diligit me, sermones meos non servat: 21 & sermo, quem auditis, non est meus, sed ejus qui misit me Patris. 25 Hæc loquutus sum vobis apud vos manens. 26 22 Paracletus autem ille qui est Spiritus sanctus, quem *Spiritum* mittet Pater nomine meo, ille vos do-

10 *Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est*] Ad hunc sane modum legit Augustinus. Verum Cyrillus & Chrysostomus non addunt ȣ̓, quod paulo ante Philippum objurgarit per hujusmodi interrogationem. Cæterum omnibus jubet, ut credant, *Credite, quod ego in Patre* &c.

11 *Alioqui propter opera*] εἰ δὲ μή. Quod modo transtulit *si quo minus*, hic tolerabiliter vertit *alioqui*, hoc est, etiamsi alias non creditis, vel ipsis commoti factis credite, id quod propemodum non est credere. Neque enim proprie credimus quod videmus, sed experimur potius.

12 *Et majora horum*] καὶ μείζονα τȣ́των, id est, *majora his*. Sed Interpres per oblivionem reliquit Græcum genitivum, cum nihil esset opus.

13 *Et quodcunque petieritis Patrem*] *Patrem* non additur nec in Græcis, nec in antiquis exemplaribus, nec apud Augustinum interpretem, qui cum inter differendum toties repetat eadem verba, nullam Patris facit mentionem, nisi occasione illorum verborum, *ut glorificetur Pater in Filio*. Nec vertendum erat *quodcunque*, sed *quicquid*, ὅτι ἂν, sive ut alii legunt, ὃ ἐάν. Ac mox non est eadem dictio Græca, sed Ἐάν τι αἰτήσητε, id est, *Si quid petieritis*. In nonnullis etiam vetustis exemplaribus habebatur, *Quodcunque petieritis me in nomine meo*. Atque id pronomen additum reperi in Editione Aldina, cum adornarem tertiam Editionem. Cyrillus ac Theophylactus non addunt, & commodius omittitur. Christus enim ubique auctoritatem defert Patri, ipse tectius indicat Divinam naturam suam, quum pollicetur se præstaturum quicquid a Patre peterent in nomine Filii. Erat enim Advocatus, cui nihil negabat Pater.

14 *Et alium Paraclitum*] Jam illud notius est, quam ut sit admonendum, *Paracletum* per *e* scribendum in penultima, eamque producendam, cum Græce sit Παράκλητος per *eta*. At hoc loco commodius erat vertere *Consolatorem* aut *Advocatum*, ne quis duos Paracletos imaginaretur. Nam quod hactenus loquutus est, consolandi gratia loquutus est. Ita *Paracletus* erat Christus. Pollicetur autem sese & alterum missurum Consolatorem, nempe Spiritum veritatis. Paulus Christum appellat Advocatum nostrum apud Deum, & idem de Spiritu scribit, quod interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

15 *Quia non vidit eum*] ȣ̓ θεωρεῖ, id est, *non videt*, præsentis temporis, quemadmodum est in emendatioribus etiam Latinis. Ac mox,

16 *Apud vos manebit*] *Manet* est, μένει, nisi mutato accentu legimus μενεῖ.

17 *Non relinquam vos orphanos*] *Orphanos* Græca vox est, sed tamen Latinis usurpata. Etymologiam, quam afferunt Græci, non libet adscribere, quod mihi videatur ineptior; sonat autem *orphanus*, orbum parentibus, ac destitutum præsidiis amicorum.

18 *Vos autem videbitis*] θεωρεῖτε, id est, *videtis*, consentientibus & antiquis exemplaribus.

19 *Et manifestabo ei meipsum*] ἐμφανίσω, quod magis significat *tacite & clam indicare*. Unde & ἔμφασις dicta, quod tacitam habeat vim. Idque magis congruit cum afflatu, quo se Deus insinuat in animos suorum.

20 *Domine, quid factum est*] τί γέγονεν, id est, *quid accidit?* Sermo proverbialis est, de re nova subitaque. Quanquam, *quid factum est*, in eumdem sensum dixit Martialis,

Quid factum est rogo, quid repente factum?

21 *Et sermonem quem audistis non est meus*] Non sine causa miratur Valla, quid Interpreti venerit in mentem, qui hoc sermonis genus affectarit in oratione soluta, quod vix toleratur apud Poëtas in carmine, præsertim cum Græcis non sit *sermonem*, sed *sermo*, ὁ λόγος. Certe divus Augustinus legit, *sermo quem audistis*, non *sermonem quem audistis*. Unde plane suspicor hunc locum scriptoris errore fuisse mutatum. Nec est *audistis* apud Græcos, sed ἀκȣ́ετε, *auditis*, licet reclamantibus exemplaribus nostris. Nam ex Chrysostomi interpretatione quid legerit non quibat colligi. Certe Theophylactus legit *auditis*. Idem legisse Cyrillum indicat quod enarrans ait, *Qui enim per me priscis loquutus est, is etiam nunc ad vos hæc per me loquitur*. Etiamsi facilis est lapsus in ἀκȣ́ετε & ἠκȣ́σατε. Proinde super hac re non censeo digladiandum, præsertim cum sensus ferme maneat idem.

22 *Paracletus autem Spiritus Sanctus*] Duriuscule cohærent duo nomina substantiva, præsertim cum prius sit masculini generis, posterius neutri, ὁ Παράκλητος, & τὸ Πνεῦμα. Proinde commodius reddidisset ad hunc modum: *Cæterum Paracletus ille qui est Spiritus Sanctus, quem Spiritum missurus est Pater in nomine meo.* Adduntur enim Græcis utrobique articuli ὁ & τό. Et articulus postpositivus, *quem*, Græcis non potest referri nisi ad Spiritum, est enim ὅ, non ὅν. Porro quod accentus hujus dictionis *Paracletus* offendit Vallam, potest nonnullum injicere scrupulum quibusdam superstitiosis verius quam religiosis, qui cardinem, imo puppim simul ac proram, quod ajunt, Christianæ pietatis in hoc consistere putant, si rite ac legitime persolverint preces illas, quas vocant *horarias*. Ad quod quidem præstandum cum alia requiruntur innumera, tum illud in primis, ut verba singula plene & articulate proferantur. At qui *Paraclitus* penultima correpta sonant, quoties quoties id faciunt, Deum, si non una syllaba, certe uno fraudant tempore. Quandoquidem juxta Grammaticorum leges syllabæ longæ bina sunt tempora, brevi unicum. Neque vero sunt audiendi, qui dicere solent, minuta res est syllabæ tempusculum, cum magis spectandum sit, quem fraudes, quam quantulo fraudes. Quanquam ut & horum causam nonnihil, quoad licet, adjuvem, video veteres Latinos in usurpandis Græcanicis vocibus syllabæ quantitatem juxta rationem accentus Latini commutasse; id quod in *idolo* facit Prudentius vir quovis etiam seculo inter doctos numerandus. Cæterum illud non paulo durius, quod in Κύριε ἐλέησον, quæ verba toties quotidie repetunt, divinas aures duabus fraudant syllabis, ex *Domino* trisyllabo disyllabum, & ex *miserere* quadrupede tripedem reddentes. Jam vero cum id flagitii singulis diebus fortasse centies aliquando committatur, si quis rationem subducat, quadraginta, aut quinquaginta annorum, & in summam redigat, non video, satis fore, si quis solidum annum nihil aliud iteret quam Κύριε ἐλέησον, idque septem distinctis syllabis. Nam par est, opinor, Deo restitui, si quid illum fraudavimus. Quandoquidem sexcentis legibus cavetur, ut homini reponat homo, si vel numulus subtractus fuerit. Etenim si sacrilegium est, paulum auri tollere de sacro, quanto gravius sacrilegium est, ipsum omnis auctorem sacri re longe sacratissima

27 πον ὑμῖν. Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν· οὐ καθὼς ὁ κόσμος δίδωσιν, ἐγὼ δίδωμι ὑμῖν· μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία, μηδὲ δειλιάτω.
28 Ἠκούσατε, ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν, Ὑπάγω καὶ ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Εἰ ἠγαπᾶτέ με, ἐχάρητε ἄν, ὅτι εἶπον, Πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα, ὅτι ὁ Πατὴρ μείζων μου ἐστί.
29 Καὶ νῦν εἴρηκα ὑμῖν πρὶν γενέσθαι, ἵνα, ὅταν γένηται, πιστεύσητε. Οὐκ ἔτι πολλὰ λαλήσω μεθ' ὑμῶν· ἔρχεται γὰρ ὁ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδέν.
30 Ἀλλ' ἵνα γνῷ ὁ κόσμος, ὅτι ἀγαπῶ τὸν Πατέρα, καὶ καθὼς ἐνετείλατό μοι ὁ Πατὴρ, οὕτως ποιῶ. Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν.
XV. 1 Ἐγώ εἰμι ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, καὶ ὁ
2 Πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστι. Πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπὸν αἴρει αὐτό· καὶ πᾶν τὸ καρπὸν φέρον κα-
3 θαίρει αὐτὸ, ἵνα πλείονα καρπὸν φέρῃ. Ἤδη ὑμεῖς κα-
4 θαροί ἐστε διὰ τὸν λόγον, ὃν λελάληκα ὑμῖν. Μείνατε ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν ὑμῖν· καθὼς τὸ κλῆμα οὐ δύναται καρπὸν φέρειν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐὰν μὴ μείνῃ ἐν τῇ ἀμπέλῳ· οὕτως οὐδὲ
5 ὑμεῖς, ἐὰν μὴ ἐν ἐμοὶ μείνητε. Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα· ὁ μένων ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ, οὗτος

A docebit omnia, 23 & suggeret vobis 24 omnia quæcunque dixi vobis. 25 Pacem relinquo vobis, pacem 27 meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis: ne turbetur cor vestrum, 26 neque formidet. Audistis, quod ego dixi vobis, 27 Vado & venio ad 28 vos. Si diligeretis me, 28 gauderetis utique, quod dixerim, Vado ad Patrem, 29 quia Pater major me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut, quum fa- 29 ctum fuerit, credatis. Posthac non multa loquar vobiscum: 30 venit enim princeps mundi hujus, & in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus, 30 quod diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi B Pater, sic facio. Surgite, eamus hinc. Ego sum vitis 1 XV. vera, & Pater meus agricola est. 1 Omnem palmi- 2 tem in me non ferentem fructum tollit, & omnem qui fert fructum 2 purgat, 3 ut fructum copiosiorem afferat. Jam vos mundi estis propter sermonem, quem loquutus 3 sum vobis. Manete in me, & ego in vobis: sicut pal- 4 mes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego 5 sum

ma fraudare? Jam vero non sacrilegum modo, verum etiam contumeliosum ac blasphemum videtur, quod assidue ex *Christo Cristum* faciunt, nec alio vocabulo Regem suum compellant, quam qua galeæ aut galli *cristas* essent compellaturi. An hanc contu- C meliam laturus sit Christus maximus optimus, si tam morosus esset, quam ipsi sunt in alios superstitiosi, aut tam iniquus erga homines Deus, quam ipsi iniqui sunt homines in hominem? Non auderes, apud Regem homuncionem verba faciens, pro *Ferdinando Perdinandum* dicere, neque pro *Philippo Pilippum*, & non vereris in arcanis illis sacris, ubi nefas est vel jota depravare, dicere *Criste* pro *Christe*. Ut ne quid interim caviller de accentu ab ultima perperam in primam translato syllabam. Cum tantum habeat ea res momenti, ut subita metamorphosi ex via facias cantiunculam, si pro οἶμος pronuncies οἰμὸς, aut ex portu monile, si pro ὅρμος ὁρμὸς, aut ex opulenta civitate pigrum hominem, si pro ἄργος dicas ἀργός. Neque vero convenit eos hæc ut jocosa ridere, qui aliis in rebus his aliquanto levioribus tam Judaice sunt anxii. Verum ego quidem istos, ne cui videar durior, lubens excusarim a culpa duntaxat capitali, quandiu per imprudentiam er- D rarunt. Cæterum posteaquam moniti sunt amanter ab iis, qui hisce in rebus sapiunt, cum eadem opera possint recte pronunciare qua perperam pronunciarunt, si postea perstiterint in male solitis, & rejecta spretaque doctiorum admonitione, scientes jam errare pergant, non video sane quo pacto queant a gravi crimine excusari. Neque enim istis suffragabitur similiter errantium turba. Siquidem Deus judex ut non corrumpitur, ita nec opprimitur. Jam vero quid dicendum arbitramur de iis, qui quum plus quinquaginta annis tam periculose errarint, & errarint non in his solum, admoniti non solum non resipiscunt, ac monitori gratias agunt, verum etiam Sardonio quodam risu exsibilant atque explodunt, pro hoste ducunt bene merentem, conviciis insectantur, hæreticum clamitant. Et tamen dictu mirum, qui hic tam fortes sunt, quam sint infirmi, aut certe videri velint, in iis quæ ipsi sibi persuaserunt. Nos superbos vocant, si quid tale vel amice per occasionem admoneamus: ipsi sancti ac modesti sibi videntur, qui malunt in confesso errore persistere, ne quid ignorasse videantur, ac prius habent fratrem bene merentem vel hæreseos labe adspergere, quam suum agnoscere lapsum. Atqui ab istis libenter exegerim, si quoties inciderit in Canone Missæ, pro *pater* E pronunciaret aliquis *phater*, pro *filium pilium*, num laturi sint? Non opinor. Imo verberibus citius exigerent *patrem* & *filium*. Atqui, tolle assuetudinem, per se gravius etiam est ex *Christo cristam* facere, ex *Kyrie eleeson Kyrghelayson*, & in tam paucis dictionibus tot modis peccare, ut plura sint errata, quam syllabæ. Quoniam autem ludus litterarius semper ad Ecclesiæ curam pertinuit, providendum erat & illud, ut pueri germanam ac veram Latini sermonis pronunciationem imbiberent, quandoquidem ita visum est Patribus ut in templis non nisi Latine peragantur sacra. Nunc hujus rei tanta est negligentia, ut Italus Germanum Latine pronunciantem non intelligat, nec Germanus Gallum, imo nec inferioris Germaniæ qui sit intelligat superioris Germaniæ sermonem. Adeo tota pronunciatio petitur non ex Grammaticæ regulis, sed ex vulgi consuetudine. Quod idem accidit apud Græcos, apud quos idem sonant ι, η, υ, οι, ει, υι. Nec discrimen est inter ο & ω. Et post accentum acutum sæpe brevis videtur F quæ longa est, ut ταπείνωσις. Rursus idem accentus sæpe facit videri longam quæ brevis est, ut θεολόγος. Atqui olim etiam populus exsibilabat histrionem, si syllabam longam saltasset brevem. Hæc omnia restituere difficillimum fuerit, quædam tamen ex vulgata pronunciatione restitui possunt. Apud Gallos adhuc audias diphthongum οι & αι, ου & ευ, in *fide*, *facto*, *fulgure* seu *pulvere*, & *duo*. Itidem in lingua nostra, Hollandicam dico, in *fœno*, *tenaci*, *sene*, *mendacio*. Quin & quantitatis manifestum habent discrimen, quoties vocalem sequitur consonans. Eam quum volunt significare longam, nec accentus id potest indicare, aut duplicem scribunt vocalem, aut addita vocali scribunt diphthongum. Græci μῦς sonant acutam & brevem, at Hollandi pronunciant longam & circumflexam, quemadmodum arbitror Veteres pronunciasse, quasi diphthongo dicant μυῖς. Item quum *album* dicunt, sonant *i* breve, quum *latum*, *i* longum, quum *solutum* dicunt, sonant *o* breve & acutum, quum *callidum*, sonant *o* longum & circumflexum. Id imitari facillimum esset in dictionibus quæ desinunt in consonantem: ut in καλὸς & καλῶς, ut ω sonetur quasi geminum οο. Hoc discrimen obscurius fiet in mediis syllabis, & tamen hic quoque servari poterit, ut *malum*, pro improbo, primam habeat acutam & brevem, *malum*, pro pomi C genere, eamdem habeat longam & circumflexam, quasi dicas *maalum*. Et quemadmodum nos distinguimus accentu & productione syllabæ *certum* a *sapiente*, ita distingui potest Latine *vis* & *lis* a *bis*. Similiter *sex* & *lex* a *nex*. Galli quemadmodum acuunt omnes ultimas, ita & producunt. *Jesus* bene sonant, sed *animus* aut *Christus* non bene. Verum in his labentibus publica omnium consuetudo utcunque patrocinatur. In hoc tamen admonui, ut litteratores paulatim emendent quod depravavit usus. In *paracletis*, *idolis*, & similibus inique sibi ignoscunt, qui tam morosi sunt in alios, si quid forte secus pronunciarint quam ipsi, etiamsi id rectius fuerit. Atque hæc obiter admonui non meo stomacho consulens, qui ne tantulum quidem alienis erroribus soleam commoveri, sed ipsorum consulens saluti. Etenim si superbum est, non ferre male errantem in rebus divinis, multo superbissimum est, in iisdem non ferre bene monentem. Nunc ad id quod D institui mus sese referat animus, sed si prius unum illud admonuerimus, in vocibus Græcis a nobis receptis, ut simplicius ac facilius est, ita rectius quoque esse, si Latinum sequamur accentum, propterea quod Græcus accentus pro ejus linguæ legibus subinde migret aliò, velut Ἰάκωβος Ἰακώβου. Latinus non item. Itaque qui nominandi casu sonet *Paracletus* secunda acuta, recte quidem pronunciet juxta Græcos, verum si idem faciat in paterno dandique casu, jam neque Græce pronunciabit, neque Latine.

23 *Et suggeret vobis*] ὑπομνήσει, id est, *commonefaciet*, sive *submonebit*, ut magis ad verbum exprimam. Duo posuit, διδάξει, *docebit*, & ὑπομνήσει, *commonefaciet*. Docemur quæ nesciebamus, commonemur eorum quæ jam exciderant. Et mox,

24 *Omnia quæcunque dixero vobis*] Græcis est εἶπον, *dixi*, aut certe *dixerim*. Nam *dixero* futuri temporis est.

25 *Pacem relinquo*] Annotavit hoc Augustinus, quod in priore particula non additur *meam*, in secunda additur. Id quoniam ad lectionis integritatem attinet visum est admonere, ne quis Scriba depravet.

26 *Neque formidet*] δειλιάτω. Quod proprie est ob ignaviam E refugere, & detrectare periculum, animoque pavido esse.

27 *Vado & venio ad vos*] Ὑπάγω καὶ ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, id est, *Abeo & venturus sum ad vos*, hoc est, Discedo mox rediturus, etiamsi posterius verbum ambiguum est.

28 *Gauderetis utique*] Offenditur Laurentius, quod ἂν verterit *utique*, quod ea conjunctio sit expletiva, quanquam ne hæc quidem omnino nullum habent usum.

29 *Quia Pater major me est*] Secundum Hilarium Pater major est Filio auctoritate, hoc est, ratione principii, quia a Patre Filius, non contra; quam interpretationem probat & Cyrillus in *Thesauro* libro 11 Quod autem Hilarius dicit, Patrem esse majorem Filio, Filium tamen non esse minorem, intelligendum est Patrem esse principium Filii, qui natura tamen sit æqualis Patri, eo quod eadem sit natura Patris & Filii. In Divinis Personis ordo quidem est, inæqualitas non est: quemadmodum distinctio est, diversitas nulla est.

F 30 *Venit enim princeps*] ἔρχεται γὰρ ὁ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχων, id est, *venit enim ille hujus mundi princeps*, ob articulum appositum, ut Diabolum intelligamus. Additum est etiam pronomen τούτου, ne mundum universum intelligamus. Quanquam Cyrillus enarrans non addit *hujus*. Deinde ἔρχεται potest esse *veniet* futuri temporis, propter instantem passionem & accusationem. Hieronymus in Commentariis Oseæ citat *veniet*. Certe præteriti temporis esse non potest.

1 O*mnem palmitem in me non ferentem fructum tollet*] Græce est αἴρει, id est, *tollit*, præsentis temporis: in exemplari Constantiensi, quidam ex *i* fecerat *e*, inflexo fastigio: & *eum* additum est, juxta proprietatem sermonis Hebraici. Ac mox,

2 *Purgabit eum*] καθαίρει, *purgat*, ut actionem & functionem Patris declaret absque ratione temporis.

3 *Fructum plus*] ἵνα πλείονα καρπὸν, id est, *ut plus fructus*, aut *copiosiorem fructum*. Id quod videri potest depravatum a Librario, nisi altum dormivit Interpres.

4 Vos

τος φέρει καρπὸν πολὺν, ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε
6 ποιεῖν οὐδέν. Ἐὰν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοὶ, ἐϐλήθη ἔξω
ὡς τὸ κλῆμα, καὶ ἐξηράνθη, καὶ συνάγουσιν αὐτὰ,
7 καὶ εἰς πῦρ βάλλουσι, καὶ καίεται. Ἐὰν μείνητε ἐν
ἐμοὶ, καὶ τὰ ῥήματά μου ἐν ὑμῖν μείνῃ, ὃ ἐὰν θέ-
8 λητε αἰτήσεσθε, καὶ γενήσεται ὑμῖν. Ἐν τούτῳ ἐδοξά-
σθη ὁ Πατήρ μου, ἵνα καρπὸν πολὺν φέρητε, καὶ γε-
9 νήσεσθε ἐμοὶ μαθηταί. Καθὼς ἠγάπησέ με ὁ Πατὴρ,
κἀγὼ ἠγάπησα ὑμᾶς· μείνατε ἐν τῇ ἀγάπῃ τῇ ἐ-
10 μῇ. Ἐὰν τὰς ἐντολάς μου τηρήσητε, μενεῖτε ἐν τῇ
ἀγάπῃ μου, καθὼς ἐγὼ τὰς ἐντολὰς τοῦ Πατρός μου
11 τετήρηκα, καὶ μένω αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ. Ταῦτα λε-
λάληκα ὑμῖν, ἵνα ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ ἐν ὑμῖν μείνῃ, καὶ
12 ἡ χαρὰ ὑμῶν πληρωθῇ. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμὴ,
13 ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς. Μεί-
ζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τὶς τὴν ψυχὴν
14 αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. Ὑμεῖς φίλοι μου
15 ἐστὲ, ἐὰν ποιῆτε ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν. Οὐκ ἔτι
ὑμᾶς λέγω δούλους, ὅτι ὁ δοῦλος οὐκ οἶδε τί ποιεῖ
αὐτοῦ ὁ κύριος· ὑμᾶς δὲ εἴρηκα φίλους, ὅτι πάντα,
16 ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός μου, ἐγνώρισα ὑμῖν. Οὐχ
ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ᾽ ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς,
καὶ ἔθηκα ὑμᾶς, ἵνα ὑμεῖς ὑπάγητε, καὶ καρπὸν φέ-
ρητε, καὶ ὁ καρπὸς ὑμῶν μένῃ· ἵνα ὅτι ἂν αἰτήση-
17 τε τὸν Πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δῷ ὑμῖν. Ταῦτα
18 ἐντέλλομαι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. Εἰ ὁ κό-
σμος ὑμᾶς μισεῖ, γινώσκετε ὅτι ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν με-
19 μίσηκεν. Εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴ-
διον ἐφίλει· ὅτι δὲ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ ἐστὲ, ἀλλ᾽ ἐγὼ
ἐξελεξάμην ὑμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου, διὰ τοῦτο μισεῖ ὑ-
20 μᾶς ὁ κόσμος. Μνημονεύετε τοῦ λόγου, οὗ ἐγὼ εἶπον
ὑμῖν, Οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ· εἰ ἐ-
μὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν· εἰ τὸν λόγον μου
21 ἐτήρησαν, καὶ τὸν ὑμέτερον τηρήσουσιν. Ἀλλὰ ταῦτα
πάντα ποιήσουσιν ὑμῖν διὰ τὸ ὄνομά μου, ὅτι οὐκ οἴ-
22 δασι τὸν πέμψαντά με. Εἰ μὴ ἦλθον, καὶ ἐλάλησα αὐ-
τοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχου-
23 σι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν. Ὁ ἐμὲ μισῶν, καὶ τὸν
24 Πατέρα μου μισεῖ. Εἰ τὰ ἔργα μὴ ἐποίησα ἐν αὐ-
τοῖς, ἃ οὐδεὶς ἄλλος πεποίηκεν, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον·
νῦν δὲ καὶ ἑωράκασι καὶ μεμισήκασι, καὶ ἐμὲ καὶ τὸν
25 Πατέρα μου. Ἀλλ᾽ ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος, ὁ γεγραμ-
μένος ἐν τῷ νόμῳ αὐτῶν, Ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν.
26 Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν
παρὰ τοῦ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ πα-
ρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐ-
27 μοῦ. Καὶ ὑμεῖς δὲ μαρτυρεῖτε, ὅτι ἀπ᾽ ἀρχῆς μετ᾽
ἐμοῦ

sum vitis, 4 vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. 6 Si quis in me non manserit, 5 ejectus est foras sicut palmes, 6 & exaruit, 7 & colligunt eos, & in ignem 8 conjiciunt, & ardent. 7 Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quicquid volueritis petetis, & fiet vobis. 8 In hoc glorificatus est Pater meus, ut 9 fructum copiosum afferatis, & efficiamini mei discipuli. 9 Sicut dilexit me Pater, ita & ego dilexi vos: manete in dilectione mea. 10 Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei præcepta servavi, & maneo in ejus dilectione. 11 Hæc loquutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis maneat, & gaudium vestrum impleatur. 12 Hoc est præceptum meum, ut diligatis vos invicem, sicut dilexi vos. 13 Majorem hac dilectionem nemo habet, 10 ut quis animam suam ponat pro amicis suis. 14 Vos amici mei estis, si feceritis quæcunque ego præcipio vobis. 15 11 Non posthac vos dico servos, quia servus nescit quid faciat dominus ejus: vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audivi a Patre meo, nota feci vobis. 16 Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & constitui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat: ut quicquid petieritis Patrem nomine meo, det vobis. 17 Hæc præcipio vobis, ut diligatis vos mutuo. 18 Si mundus vos odit, 12 scitis quod me prius quam vos odio habuerit. 19 Si de mundo fuissetis, mundus quod suum est diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego selegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. 20 13 Mementote sermonis, quem ego dixi vobis, Non est servus major domino suo: si me persequuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum servaverunt, & vestrum servabunt. 21 Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia non noverunt eum qui misit me. 22 Si non venissem, & loquutus fuissem eis, peccatum non haberent: 14 nunc autem non habent quod prætexant peccato suo. 23 Qui me odit, is & Patrem meum odit. 24 Si opera non fecissem in eos, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt & oderunt, non solum me, verum etiam Patrem meum. 25 Sed *hoc accidit*, ut compleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, 15 Odio habuerunt me gratis. 26 16 Quum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritus veritatis, 17 qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. 27 Quin 18 & vos testes estis, quia
ab

4 *Vos palmites*] κλήματα. Augustinus libro adversus litteras Petiliani primo capite quinto legit *sarmenta*, pro *palmitibus*.

5 *Mittetur foras*] ἐϐλήθη ἔξω, id est, *missus est foras*, vel potius *ejectus est foras*. Cum hoc congruit quod sequitur, *& arescit*. Item,

6 *Et arescit*] ἐξηράνθη, id est, *exaruit*. In hoc certe suffragantibus antiquis codicibus, quanquam in Constantiensi vigilaverat rasor ille. Unde probabile est, & *mittetur* pro *mittitur*, quoniam id erat in proclivi, a Librariis depravatum, maxime cum sequatur, *& ardet*. Ostendit enim per similitudinem quid fieri soleat, ut per eam intelligamus quid in nobis futurum sit, ni manserimus in vite.

7 *Et colligent ea*] καὶ συνάγουσιν αὐτὰ, id est, *& colligunt eos*, ut subaudias *palmites*. Vetustissimus codex Latinus habet *colligent eos*, nempe ut palmites, qui Græcis sunt neutri generis: *& ardent*, non *ardet*. Duplex fuit hic erroris occasio: altera, quod subito mutatur numerus in *palmes*, & *palmites*: altera, quod etiam apud Græcos est verbum singularis numeri, καίεται. Verum in priore meminisse debebat, quod in his quæ genus rei significant subinde mutatur numerus. Etenim nihil refert, utrum dicas, *Elephantus post decem annos parit*, an *Elephanti pariunt*. Hic speciem palmitis distinxit a stirpe. In altero non animadvertit, nominibus neutri generis numeri pluralis addi verbum singularis numeri. Et ne soli Græci sic videantur legere, in codice Constantiensi in *ea* & in *ardet* erat rasura, ut agnoscas fuisse scriptum *eos* & *ardent*. Ex Chrysostomo non liquet quid legerit. Theophylactus nobiscum facit. Nec e Cyrillo, nisi quod exempli meminit, ex quo subindicat hæc de vite & palmitibus dici.

8 *Mittent*] βάλλουσι, id est, *mittunt*, & in hoc suffragantibus antiquissimis exemplaribus; quanquam aptius erat, *conjiciunt*.

9 *Fructum plurimum*] καρπὸν πολὺν, id est, *fructum multum*, sive, ut alibi vertit, *copiosum*.

10 *Quam ut animam*] ἵνα τὶς τὴν ψυχὴν, id est, *ut quis animam*. *Quam* nec additur, nec est addendum. Etenim si addas *quam*, significas unam hanc esse charitatem majorem ea quam habuit Christus, si quis animam impendat amicis. Certe codex aureus non addit, nec Constantiensis.

11 *Jam non dicam*] Οὐκ ἔτι λέγω, id est, *Jam non dico*, sive, *Posthac non dico*. Suffragatur Græcæ lectioni codex aureus.

12 *Scitote quia me*] γινώσκετε. Græca vox anceps est ad *scitote* & *scitis*. *Me priorem vobis*, ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν, id est, *me qui sum primus vestrum*, sive *me prius quam vos*. Nam sermo Græcus anceps est ad utrumque sensum, quanquam posterior magis probatur, ut πρῶτον adverbium sit, & superlativum usurpatum vice comparativi.

13 *Mementote sermonis mei*] *Mei* non est in Græcis codicibus, sed Interpres expressit emphasim articuli Græci, τοῦ λόγου.

14 *Nunc autem excusationem non habent*] πρόφασιν, *prætextum*. Plus enim quiddam dixit, quam si dixisset *excusationem*. Nam & qui justam excusationem non habent, tamen prætexunt aliquid, istis erat adempta omnis tergiversatio.

15 *Odio habuerunt me gratis*] Vaticinium est Psalmo sexagesimo octavo, juxta nostram supputationem.

16 *Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre Spiritum veritatis*] τὸ Πνεῦμα, quoniam neutri generis est, incertum est utrius sit casus, nominandi, an accusandi. Cæterum magis conveniebat *Spiritus*. Interpretatur enim quis sit ille *Consolator*, nempe *Spiritus veritatis*. Non enim mittendo fit Spiritus, sed qui Spiritus est mittitur.

17 *Qui a Patre procedit*] ἐκπορεύεται. Quod eleganter verti poterat & *proficiscitur*, nisi *processionis* vocabulum aures jam omnium occupasset. Atqui proprie *procedit*, qui pompa quadam prodit in publicum, velut sponsus procedit, aut sponsa. Quod Virgilius dixit,

Tandem progreditur. ---

18 *Et vos testimonium perhibebitis*] Græce est μαρτυρεῖτε, id est, *testimonium perhibete*, ut sit imperandi modus, aut *testimonium perhibetis*. Atque ita scriptum fuisse suspicor ab Interprete. Sane Cyrilli Interpres vertit *testimonium perhibete*, nimirum suum sequutus exemplar, non nostram Editionem. Quanquam mihi videtur accommodatius, *testimonium perhibetis*, μαρτυρεῖτε, hoc est, *ipsi estis testes*, & mox adjicit causam, *quia ab initio mecum estis*. In Constantiensi erat *testimonium perhibetis*.

XVI. 1 ἐμοῦ ἐϛέ. Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα μὴ σκανδαλι-
2 σθῆτε. Ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς· ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, ἵνα πᾶς ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς, δόξῃ λατρείαν
3 προσφέρειν τῷ Θεῷ. Καὶ ταῦτα ποιήσουσιν ὑμῖν, ὅτι
4 οὐκ ἔγνωσαν τὸν Πατέρα οὐδὲ ἐμέ. Ἀλλὰ ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα, ὅταν ἔλθῃ ἡ ὥρα, μνημονεύητε αὐτῶν, ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν· ταῦτα δὲ ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς οὐκ
5 εἶπον, ὅτι μεθ' ὑμῶν ἤμην. Νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ἐρωτᾷ με, ποῦ ὑ-
6 πάγεις; Ἀλλ' ὅτι ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἡ λύπη
7 πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν. Ἀλλ' ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν λέγω ὑμῖν, συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω· ἐὰν γὰρ μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς· ἐὰν δὲ πορευθῶ, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑ-
8 μᾶς. Καὶ ἐλθὼν ἐκεῖνος, ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ ἁ-
9 μαρτίας, καὶ περὶ δικαιοσύνης, καὶ περὶ κρίσεως. Πε-
10 ρὶ ἁμαρτίας μὲν, ὅτι οὐ πιϛεύουσιν εἰς ἐμέ. Περὶ δικαιοσύνης δὲ, ὅτι πρὸς τὸν Πατέρα μου ὑπάγω, καὶ
11 οὐκ ἔτι θεωρεῖτέ με. Περὶ δὲ κρίσεως, ὅτι ὁ ἄρχων
12 τοῦ κόσμου τούτου κέκριται. Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν
13 ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαϛάζειν ἄρτι. Ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν· οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτȣ̃, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμε-
14 να ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τȣ̃
15 ἐμȣ̃ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐϛι· διὰ τοῦτο εἶπον, ὅτι ἐκ τȣ̃ ἐμȣ̃
16 λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με, καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με, ὅτι ἐγὼ ὑ-
17 πάγω πρὸς τὸν Πατέρα. Εἶπον οὖν ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτȣ̃ πρὸς ἀλλήλους, Τί ἐϛι τοῦτο, ὃ λέγει ἡμῖν, Μικρὸν, καὶ ȣ̓ θεωρεῖτέ με, καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με· καὶ, ὅτι ἐγὼ ὑπάγω πρὸς τὸν Πατέρα;
18 Ἔλεγον οὖν, Τȣ̃το τί ἐϛιν, ὃ λέγει, τὸ μικρόν; ȣ̓κ οἴ-
19 δαμεν τί λαλεῖ. Ἔγνω οὖν ὁ Ἰησȣ̃ς, ὅτι ἤθελον αὐτὸν ἐρωτῆσαι, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Περὶ τούτου ζητεῖτε μετ' ἀλλήλων, ὅτι εἶπον, Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ
20 με, καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με; Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι κλαύσετε καὶ θρηνήσετε ὑμεῖς, ὁ δὲ κόσμος χαρήσεται· ὑμεῖς δὲ λυπηθήσεσθε, ἀλλ' ἡ
21 λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται. Ἡ γυνὴ ὅταν τίκτῃ, λύπην ἔχει, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα αὐτῆς· ὅταν δὲ γεννήσῃ τὸ παιδίον, ȣ̓κ ἔτι μνημονεύει τῆς θλίψεως διὰ
22 τὴν χαρὰν, ὅτι ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον. Καὶ ὑμεῖς οὖν λύπην μὲν νῦν ἔχετε· πάλιν δὲ ὄψομαι ὑμᾶς, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία, καὶ τὴν χαρὰν
23 ὑμῶν ȣ̓δεὶς αἴρει ἀφ' ὑμῶν. Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐμὲ ȣ̓κ ἐρωτήσετε ȣ̓δέν. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσητε τὸν Πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώ-
24 σει ὑμῖν. Ἕως ἄρτι ȣ̓κ ᾐτήσατε ȣ̓δὲν ἐν τῷ ὀνόματί μȣ· αἰτεῖτε, καὶ λήψεσθε, ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν ᾖ πε-
25 πληρωμένη. Ταῦτα ἐν παροιμίαις λελάληκα ὑμῖν· ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὐκ ἔτι ἐν παροιμίαις λαλήσω ὑμῖν, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ περὶ τȣ̃ Πατρὸς ἀναγγελῶ ὑμῖν.
26 Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐν τῷ ὀνόματί μȣ αἰτήσεσθε· καὶ ȣ̓ λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα περὶ ὑμῶν.
27 Αὐτὸς γὰρ ὁ Πατὴρ φιλεῖ ὑμᾶς, ὅτι ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε, καὶ πεπιϛεύκατε, ὅτι ἐγὼ παρὰ τοῦ Θεȣ̃ ἐξῆλ-
28 θον. Ἐξῆλθον παρὰ τȣ̃ Πατρὸς, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον· πάλιν ἀφίημι τὸν κόσμον, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν

ab initio mecum estis. Hæc loquutus sum vobis, ut ne quid offendamini. [1] Alienos a synagogis facient vos: [2] sed veniet tempus, ut quisquis interficiet vos, [3] videatur cultum præstare Deo. Et hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem neque me. Sed hæc loquutus sum vobis, ut, quum venerit tempus illud, [4] reminiscamini eorum, quod ego dixerim vobis: hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram. Nunc autem vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadam. Sed quia hæc loquutus sum vobis, mœstitudo implevit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, ut ego vadam: si enim non abiero, Consolator ille non veniet ad vos: sin autem abiero, mittam eum ad vos. Et quum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de justitia, & de judicio. De peccato quidem, quia non credunt in me. De justitia vero, quia ad Patrem vado, [5] & posthac non videtis me. De judicio autem, quia princeps hujus mundi jam judicatus est. Ad hæc multa habeo quæ vobis dicam, sed non potestis portare nunc. Quum autem venerit [6] ille, qui est Spiritus veritatis, [7] ducet vos in omnem veritatem: non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audierit, loquetur, & quæ futura sunt annunciabit vobis. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt: propterea dixi vobis, quod de meo accipiet, & annunciabit vobis. [8] Pusillum, & non videtis me, & iterum pusillum, & videbitis me, quia ego vado ad Patrem. Dixerunt ergo quidam ex discipulis ejus inter se, Quid est hoc, quod dicit nobis, Pusillum, & non videtis me, & rursus pusillum, & videbitis me, &, quia ego vado ad Patrem? Dicebant ergo, Quid est hoc, quod dicit, pusillum? nescimus quid loquatur. Cognovit autem Jesus, quod vellent ipsum interrogare, & dixit eis, De hoc quæritis inter vos, quod dixi, Pusillum, & non videtis me, & iterum pusillum, & videbitis me? Amen amen dico vobis, [9] plorabitis & lamentabimini vos, mundus contra gaudebit: vos autem mœrore afficiemini, sed mœror vester vertetur in gaudium. Mulier quum parit, dolorem habet, quia venit hora ejus: quum autem pepererit puerum, jam non meminit anxietatis, propterea quod gaudeat hominem esse natum in mundo. Et vos igitur nunc quidem mœrorem habetis: sed iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum [10] nemo tollit a vobis. Et in illo die me non interrogabitis quicquam. Amen amen dico vobis, quæcunque petieritis Patrem [11] in nomine meo, dabit vobis. Hactenus non petistis quicquam in nomine meo: petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit perfectum. Hæc per proverbia loquutus sum vobis: veniet tempus, quum jam non per proverbia loquar vobis, sed palam de Patre meo annunciabo vobis. In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis, quod ego rogaturus sim Patrem pro vobis. [12] Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quod a Deo exiverim. Exivi a Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Pa-

1 *Absque synagogis*] Græcis composita dictio est ἀποσυνάγωγος, quasi dicas *alienus a synagoga*, & *interdicent vobis synagogam*.

2 *Sed venit hora*] ἔρχεται, *venit*, aut præsentis est temporis, aut futuri. Hic magis vertendum erat, *veniet*, sive *instat*. Et *tempus* potius quam *hora*.

3 *Arbitretur obsequium se præstare*] δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ, id est, *videatur cultum exhibere Deo & sacrificium offerre*. *Obsequium* apud Latinos longe aliud sonat.

4 *Reminiscamini*] μνημονεύητε, id est, *memores sitis*, sive *memineritis*. Reminiscimur enim proprie quæ nobis exciderant.

5 *Et jam non videbitis*] καὶ ȣ̓κ ἔτι θεωρεῖτε, id est, *non amplius videtis*. Quanquam apparet eum abusum tempore. Item est ȣ̓κ ἔτι, id est, *postea*, sive *deinde*.

6 *Ille Spiritus*] *Ille* non refertur ad Spiritum quantum ad vocem, sed ad Paracletum, id est, Consolatorem, ἐκεῖνος τὸ Πνεῦμα, id est, *ille qui est Spiritus*. Nam *Spiritus*, ut diximus, apud Græcos neutri generis est.

7 *Docebit vos omnem*] Græce non est *docebit*, sed *ducet*, ὁδηγήσει, & *in omnem veritatem*.

8 *Modicum, & non videbitis*] θεωρεῖτε, id est, *videtis*, suffragantibus & vetustis Latinorum exemplaribus. Quanquam, ut dixi, videtur abuti tempore, cum sequatur mutato verbo ὄψεσθε, *videbitis*. Cæterum quod *modicum* pro *pusillo* posuit, suo more facit, cum Latinis *modicum* dicatur moderatum, a *modo*. Hic ad tempus refertur μικρόν.

9 *Plorabitis & flebitis*] κλαύσετε καὶ θρηνήσετε, id est, *plorabitis & lamentabimini*, sive *lugebitis*.

10 *Nemo tollet a vobis*] ȣ̓δεὶς αἴρει, id est, *nemo tollit*, verbo præsentis temporis, hoc est, *nemo potest tollere*.

11 *In nomine meo*] Hebræis *in nomine alicujus fieri* dicitur, quod auctoritate ac virtute cujuspiam fit. Id non video quomodo Latine possit exprimi. Siquidem *in nomine meo* non est elegantiæ Romanæ. *Sub nomine meo* non prorsus idem exprimit. *Nomine meo* certe ambiguum est. Proinde fortassis præstiterit hunc sermonem inter eos numerare, quos oporteat peculiari Sacrarum Scripturarum linguæ condonare.

12 *Ipse enim Pater*] Αὐτὸς apud Græcos quiddam habet, quod haud scio, an sit apud Latinos, ut ultroneum significet. Sensus enim est, Non dico me rogaturum pro vobis, ut vobis faveat, jam enim ultro vos diligit, etiam nemine rogante. Unde & αὐτόματα vocant illi.

13 Ec-

29 τὸν Πατέρα. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Ἴδε νῦν παῤῥησίᾳ λαλεῖς, καὶ παροιμίαν οὐδεμίαν λέγεις.
30 Νῦν οἴδαμεν, ὅτι οἶδας πάντα, καὶ οὐ χρείαν ἔχεις, ἵνα τίς σε ἐρωτᾷ· ἐν τούτῳ πιστεύομεν, ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλ-
31 32 θες. Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἄρτι πιστεύετε. Ἰδοὺ ρβδ ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐλήλυθεν, ἵνα σκορπισθῆτε ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια, καὶ ἐμὲ μόνον ἀφῆτε· καὶ οὐκ εἰμὶ μό-
ργ ι 33 νος, ὅτι ὁ Πατὴρ μετ' ἐμοῦ ἐστι. Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ἐν ἐμοὶ εἰρήνην ἔχητε. Ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν ἔχετε,
XVII. 1 ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. Ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐπῆρε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ εἶπε, Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου
2 τὸν Υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε. Καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, ἵνα πᾶν ὃ ἔδωκας αὐτῷ,
3 δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέ-
4 στειλας Ἰησοῦν Χριστόν. Ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς, τὸ
5 ἔργον ἐτελείωσα, ὃ δέδωκάς μοι, ἵνα ποιήσω. Καὶ νῦν δόξασόν με σὺ Πάτερ παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον
6 πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρά σοι. Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις, οὓς δέδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου· σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς δέδωκας, καὶ τὸν λόγον σου τετη-
7 ρήκασι. Νῦν ἔγνωκαν, ὅτι πάντα ὅσα δέδωκάς μοι,
8 παρά σου ἐστίν. Ὅτι τὰ ῥήματα, ἃ δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, καὶ αὐτοὶ ἔλαβον, καὶ ἔγνωσαν ἀληθῶς, ὅτι πα-
9 ρά σου ἐξῆλθον, καὶ ἐπίστευσαν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας. Ἐγὼ περὶ αὐτῶν ἐρωτῶ· οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ, ἀλλὰ πε-
10 ρὶ ὧν δέδωκάς μοι, ὅτι σοί εἰσι. Καὶ τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμὰ, καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐ-
11 τοῖς. Καὶ οὐκ ἔτι εἰμὶ ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ οὗτοι ἐν τῷ κόσμῳ εἰσὶ, καὶ ἐγὼ πρός σε ἔρχομαι. Πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, οὓς δέδωκάς μοι, ἵνα
12 ὦσιν ἓν καθὼς ἡμεῖς. Ὅτε ἤμην μετ' αὐτῶν ἐν τῷ κόσμῳ, ἐγὼ ἐτήρουν αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου· οὓς δέδωκάς μοι ἐφύλαξα, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ
13 υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ. Νῦν δὲ πρός σε ἔρχομαι, καὶ ταῦτα λαλῶ ἐν τῷ κόσμῳ, ἵνα ἔχωσι
14 τὴν χαρὰν τὴν ἐμὴν πεπληρωμένην ἐν αὐτοῖς. Ἐγὼ δέδωκα αὐτοῖς τὸν λόγον σου, καὶ ὁ κόσμος ἐμίσησεν αὐτοὺς, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἐκ τοῦ κόσμου, καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου.
15 Οὐκ ἐρωτῶ, ἵνα ἄρῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἵνα τηρή-
16 σῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ. Ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰσὶ, καθὼς
17 ἐγὼ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰμί. Ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀλη-
18 θείᾳ σου· ὁ λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστι. Καθὼς ἐμὲ ἀπέστειλας εἰς τὸν κόσμον, κἀγὼ ἀπέστειλα αὐτοὺς εἰς τὸν
19 κόσμον, Καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτὸν, ἵνα καὶ
20 αὐτοὶ ὦσιν ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ. Οὐ περὶ τούτων δὲ ἐρωτῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν πιστευσόντων διὰ τοῦ λό-
21 γου αὐτῶν εἰς ἐμὲ, Ἵνα πάντες ἓν ὦσι, καθὼς σὺ Πάτερ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν σοὶ, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν
22 ὦσιν, ἵνα ὁ κόσμος πιστεύσῃ, ὅτι σύ με ἀπέστειλας. Καὶ ἐγὼ τὴν δόξαν, ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν
23 ἓν, καθὼς ἡμεῖς ἕν ἐσμεν. Ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοὶ, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἓν, καὶ ἵνα γινώσκῃ ὁ κόσμος, ὅτι σύ με ἀπέστειλας, καὶ ἠγάπησας αὐτοὺς, κα-
24 θὼς ἐμὲ ἠγάπησας. Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν

A Patrem. Dicunt ei discipuli ejus, Ecce nunc aperte 29 loqueris, nec proverbium ullum dicis. Nunc scimus, 30 quod scis omnia, nec opus est tibi, ut quis te interroget: per hoc credimus, quod a Deo existi. Re- 31 spondit eis Jesus, Nunc creditis. 13 Ecce instat tem- 32 pus, & jam venit, ut dispergamini unusquisque in sua, meque solum relinquatis: & tamen non sum solus, quia Pater mecum est. Hæc loquutus 33 sum vobis, ut in me pacem habeatis. 14 In mundo afflictionem habetis, sed bono animo sitis, ego vici mundum. Hæc loquutus est Jesus, & sub- 1 XVII. latis oculis in cœlum, dixit, Pater, venit hora, glorifica Filium tuum, ut & Filius tuus glorificet te. Sicut dedisti ei 1 potestatem omnis carnis, 2 ut quot- 2 quot dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est au- 3 tem vita æterna, ut cognoscant 3 te solum Deum verum, & quem misisti Jesum Christum. Ego te glo- B 4 rificavi super terram, opus consummavi, quod dedisti mihi, ut facerem. Et nunc 4 glorifica me tu Pater 5 apud temetipsum gloria, quam habui 5 prius quam hic mundus esset apud te. Manifestavi nomen tuum 6 hominibus, quos dedisti mihi de mundo: tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt, quod omnia quæcumque dedisti 7 mihi, abs te sunt. Quia verba, quæ dedisti mihi, de- 8 di eis, & ipsi acceperunt, & cognoverunt vere, quod a te exivi, & crediderunt, quod tu me misisti. Ego 9 pro eis rogo: non pro mundo rogo, sed pro his quos C dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, 10 & tua mea sunt, & glorificatus sum in eis. Et jam 11 non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serva eos per nomen tuum, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos. Quum 12 essem cum eis in mundo, ego servabam eos nomine tuo: quos dedisti mihi, ego custodivi, & nemo ex eis periit, 6 nisi filius ille perditus, ut scriptura compleretur. Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in 13 mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego tradidi eis sermonem tuum, & mundus 14 eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo, ut tollas eos e 15 mundo, sed ut serves eos a malo. De mundo non 16 D sunt, sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos 17 per veritatem tuam: sermo tuus veritas est. 7 Sic- 18 ut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum, Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint 19 & ipsi sanctificati per veritatem. Non pro eis autem 20 rogo tantum, sed & pro iis qui credituri sunt per sermonem eorum in me, Ut omnes unum sint, sicut 21 tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus, quod tu me miseris. Et 22 ego gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in 23 me, ut sint consummati in unum, & ut cognoscat mundus, quod tu me misisti, & dilexisti eos, sicut E & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo, ut u- 24 bi sum ego, & illi sint mecum, ut videant gloriam meam,

13 *Ecce venit hora, & jam venit*] Prius *venit* præsentis est temporis, ἔρχεται, quo tamen Græci aliquoties in significationem futuri utuntur. Græcis diversa sunt verba, *venit*, & *venit*: cum posterius sit ἐλήλυθεν. Unde rectius erat, *instat hora, & jam adest.*

14 *In mundo pressuram habebitis*] ἔχετε, præsentis temporis, *habetis.*

1 POtestatem omnis carnis] *Carnem* hominem vocat.

2 *Et omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam*] Suspicor hanc loquendi formam ab Hebræis sumptam, quare sensus erat reddendus potius quam verba.

3 *Te solum verum Deum*] σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, id est, *te qui solus verus es Deus.* Hic locus præter cæteros Arianis præbuit occasionem erroris, ut dicerent solum Patrem esse vere ac proprie Deum: quum, quod *solum* dixit, non excludat Filium, sed separet verum Deum a Diis gentium. Cyprianus libro adversus Judæos secundo capite primo pro *Deum* legit *Dominum*, nisi malumus hoc Librariis imputare. Divus Augustinus locis aliquot distinctione propellit Arianos, sic ordinans: *ut cognoscant te, & quem misisti Jesum Christum solum verum Deum*; quæ distinctio quum dura sit apud Latinos, apud Græcos durior est, ob articulum additum τὸν, etiamsi sententia, quam affert Augustinus, verissima est. Verum ante mysterium passionis Christus divinam naturam sic indiciis prodidit, ut non nisi post resurrectionem clare intelligeretur. Nec tantum est tribuendum Hæreticis, ut horum odio Scripturam torqueamus. Hic exclamabunt scio, quod F sacros Ecclesiæ Doctores taxem, qui Scripturam interdum ad victoriam detorserint. Suaves homines, ipsi fatentur in illis sacris Doctoribus esse multas opiniones, quas si quis tueatur, conjiciendus sit in rogum: & mihi clamant, ô cœlum, ô terra, quod indicem eos uno atque altero loco Scripturam ad victoriam accommodasse, vel quia sic esse interpretandam sibi persuaserint, vel quia hoc sibi in conflictu cum impiis permiserint.

4 *Clarifica me*] Verbum *clarificandi* toties hîc repetitum Græce est *glorificare*, δοξάζειν. Et *claritate*, δόξῃ, id est, *gloria.*

5 *Priusquam mundus fieret*] Græce est, πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρά σοι, id est, *priusquam mundus esset apud te.* Interpres legisse videtur γίνεσθαι, pro εἶναι. Hieronymus hunc citans locum ad Fretelam, legit *esset*, & Græce legit εἶναι.

6 *Nisi filius perditionis*] Et hîc color sermonis peculiaris est Hebræorum, qui pro epithero addunt genitivum substantivum, *Deus pacis*, Deus pacificus, *lex mortis*, lex mortifera, *filii inobedientiæ*, filii inobedientes. Alioqui quid est *filius perditionis*, nisi quem peperit perditio?

7 *Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum*] Potest & hic esse sensus, si legamus conjunctim, *Sicut tu me misisti in mundum, & sicut ego eos misi in mundum, ita pro eis quoque sanctifico meipsum, ut quemadmodum ego sancte prædico veritatem tuam, ita prædicent & illi quod a me didicerunt.* Si placet hæc lectio, omittendum est adverbium *ita.* In aureo codice non additur *ita.*

τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν, ἣν ἔδωκάς μοι, ὅτι ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου. 25 Πάτερ δίκαιε, καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω· ἐγὼ δέ σε ἔγνων, καὶ οὗτοι ἔγνωσαν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας. 26 Καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου, καὶ γνωρίσω, ἵνα ἡ ἀγάπη, ἣν ἠγάπησάς με, ἐν αὐτοῖς ᾖ, κἀγὼ ἐν αὐτοῖς.

XVIII. 1 Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς, ἐξῆλθε σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ πέραν τοῦ χειμάῤῥου τῶν Κέδρων, ὅπου ἦν κῆπος, εἰς ὃν εἰσῆλθεν αὐτὸς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. 2 Ἤδει δὲ καὶ Ἰούδας, ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, τὸν τόπον, ὅτι πολλάκις συνήχθη ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖ μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. 3 Ὁ οὖν Ἰούδας λαβὼν τὴν σπεῖραν, καὶ ἐκ τῶν Ἀρχιερέων καὶ Φαρισαίων ὑπηρέτας, ἔρχεται ἐκεῖ μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων καὶ ὅπλων. 4 Ἰησοῦς οὖν εἰδὼς πάντα τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐτὸν, ἐξελθὼν, εἶπεν αὐτοῖς, Τίνα ζητεῖτε; 5 Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ, Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἐγώ εἰμι. Εἱστήκει δὲ καὶ Ἰούδας, ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, μετ' αὐτῶν. 6 Ὡς οὖν εἶπεν αὐτοῖς, Ὅτι ἐγώ εἰμι, ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἔπεσον χαμαί. 7 Πάλιν οὖν αὐτοὺς ἐπηρώτησε, Τίνα ζητεῖτε; Οἱ δὲ εἶπον, Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον. 8 Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐγώ εἰμι· εἰ οὖν ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε τούτους ὑπάγειν. 9 Ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος, ὃν εἶπεν, Ὅτι οὓς δέδωκάς μοι, οὐκ ἀπώλεσα ἐξ αὐτῶν οὐδένα. 10 Σίμων οὖν Πέτρος ἔχων μάχαιραν, εἵλκυσεν αὐτὴν, καὶ ἔπαισε τὸν τοῦ Ἀρχιερέως δοῦλον, καὶ ἀπέκοψεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον τὸ δεξιόν· ἦν δὲ ὄνομα τῷ δούλῳ Μάλχος. 11 Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς τῷ Πέτρῳ, Βάλε τὴν μάχαιράν σου εἰς τὴν θήκην. Τὸ ποτήριον, ὃ δέδωκέ μοι ὁ Πατὴρ, οὐ μὴ πίω αὐτό; 12 Ἡ οὖν σπεῖρα καὶ ὁ χιλίαρχος καὶ οἱ ὑπηρέται τῶν Ἰουδαίων συνέλαβον τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἔδησαν αὐτὸν, 13 Καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν πρὸς Ἄνναν πρῶτον· ἦν γὰρ πενθερὸς τοῦ Καϊάφα, ὃς ἦν Ἀρχιερεὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου. 14 Ἦν δὲ Καϊάφας ὁ συμβουλεύσας τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι συμφέρει ἕνα ἄνθρωπον ἀπολέσθαι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. 15 Ἠκολούθει δὲ τῷ Ἰησοῦ Σίμων Πέτρος, καὶ ἄλλος μαθητής. Ὁ δὲ μαθητὴς ἐκεῖνος ἦν γνωστὸς τῷ Ἀρχιερεῖ, καὶ συνεισῆλθε τῷ Ἰησοῦ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ Ἀρχιερέως. 16 Ὁ δὲ Πέτρος εἱστήκει πρὸς τῇ θύρᾳ ἔξω. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ μαθητὴς ὁ ἄλλος, ὃς

Vide diversam lectionem in fine annotationum.

meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante conditum mundum. 25 Pater juste, & mundus te non cognovit: ego autem te cognovi, & hi cognoverunt, quod tu me miseris. 26 Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

XVIII. 1 Hæc quum dixisset Jesus, egressus est cum discipulis suis [1] trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse & discipuli ejus. 2 Noverat autem & Judas, qui prodebat eum, locum, quia frequenter Jesus convenerat illuc cum discipulis suis. 3 Judas ergo quum accepisset cohortem, & a Pontificibus ac Pharisæis ministros, venit illuc cum laternis ac facibus & armis. 4 Jesus itaque sciens omnia quæ ventura erant super se, processit, ac dixit eis, Quem quæritis? 5 Responderunt ei, Jesum Nazarenum. Dicit eis Jesus, Ego sum. Stabat autem & Judas, qui prodebat eum, cum ipsis. 6 Ut ergo dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. 7 Iterum ergo interrogavit eos, Quem quæritis? Illi autem dixerunt, Jesum Nazarenum. 8 Respondit Jesus, Dixi vobis, quod ego sum: si ergo me quæritis, [2] sinite hos abire. 9 Ut compleretur sermo, quem dixerat, Ex iis, quos dedisti mihi, non perdidi quemquam. 10 Simon ergo Petrus quum haberet gladium, eduxit eum, & percussit Pontificis servum, & abscidit auriculam ejus dextram: erat autem nomen servo Malchus. 11 Dicit ergo Jesus Petro, Immitte gladium tuum in vaginam. An non bibam poculum, quod dedit mihi Pater? 12 [3] Cohors igitur & tribunus ac ministri Judæorum comprehenderunt Jesum, & ligaverunt eum, 13 Et abduxerunt eum ad Annam primum: erat enim socer Cajaphæ, qui erat Pontifex anni illius. 14 Erat autem Cajaphas is qui consilium dederat Judæis, quod expediret unum hominem mori pro populo. 15 Sequebatur autem Jesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introivit cum Jesu in atrium Pontificis. 16 Petrus autem stabat ad ostium foris. Exivit ergo

1 *Trans torrentem Cedron*] τῶν Κέδρων. Articulus additus indicat *Cedron* non esse nomen Hebraicum, sed *Cedrorum*. Opinor torrentem ita dictum, quod hinc & hinc cedros haberet, quemadmodum dictus est mons Olivarum. Divus Hieronymus meminit hujus nominis in *Locis Hebraicis*, indicans torrentem ac vallem esse ejus nominis ad orientalem plagam urbis Hierosolymitanæ. Atque haud scio, an a situ loci vocabulum loco sit inditum, quum idem inibi testetur קֶדֶם, quod est apud Ezechielem, ab Aquila & Symmacho versum fuisse *Orientem*. Etiamsi Capnion noster putat ab obscuritate dictum Hebræis, & vocem *Cedron* Hebraicam esse, non Græcam, cum Hebræi *cedros* אֲרָזִים appellent. Fit autem hujus torrentis mentio libro Regum secundo capite decimo quinto, quem transisse legitur David, fugiens Absolonem. Rursum libro Regum tertio capite decimo quinto Asa simulacrum Priapi exussit in torrente *Cedron*. Item libro Regum quarto capite vigesimo tertio Josias Rex profanum lucum, qui erat in domo Domini, exussit in convalle *Cedron*. Atque ex primo loco non satis liquet quid senserint Interpretes de *Cedron*. Sic enim legimus, Καὶ ὁ βασιλεὺς διέβη τὸν χειμάῤῥουν Κέδρων. In secundo loco videmus additum articulum, καὶ ἐνέπρησε πυρὶ ἐν τῷ χειμάῤῥῳ τῶν Κέδρων. Rursus tertio loco bis ponitur Κέδρων absque articulo, εἰς τὸν χειμάῤῥουν Κέδρων., καὶ κατέκαυσεν αὐτὸν ἐν τῷ χειμάῤῥῳ Κέδρων. Nec secus legitur libri Regum tertii capite secundo, quanquam ordo narrationis hic in Græcis codicibus dissidet a nostris exemplaribus Latinis, καὶ διαβήσῃ χειμάῤῥουν Κέδρων. Neque tamen negarim hæc omnia committi potuisse culpa Librariorum Græce scientium, Hebraice nescientium. Proinde non invitus subscribo sententiæ Capnionis. Tradit enim se Dominus potestati tenebrarum.

2 *Sinite hos abire*] Fateor alienius esse ab instituto meo, tamen quoniam incidit commode libet admonere. Novi quemdam magni nominis Theologum, qui hæc verba Christi torsit ad defendendam Clericorum immunitatem, quasi Christus præceperit Principibus, ne Sacerdotes gravarent exactionibus ac tyrannide. Sententiam vehementer probo. Melius enim cum Principibus ageretur, si suis stipendiis essent contenti. Verum id ex hoc loco ridicule colligitur, mea quidem sententia, quum Christus hic agat personam veri pastoris, discipuli populum repræsentent Christianum. Docet igitur, ut, quoties ingruit procella persecutionis, Episcopus pro suorum incolumitate suum caput periculis objiciat, & illis, quoad possit, consulat, secus quam aliquando facit Principum ac Pontificum vulgus, par existimantium, ut unius capitis tuendi gratia totus populus, imo tot populi, se, suos, ac sua perdant.

3 *Cohors autem & tribunus*] *Cohors* Græce est σπεῖρα, id est, *funis*, sive *caterva*, & *tribunus* est χιλίαρχος, id est, *præfectus mille viris*. Divus Augustinus cumque hoc alii complures in hoc laborant, ut de negatione Petri narrationem Evangelicam redigant in concordiam. Propterea quod Joannes cap. XVIII. videatur a cæteris omnibus dissentire, nec ea dissonantia tantum obstrepit in libris Latinis, verum etiam in Græcis. Quo magis admirandum est, nec Chrysostomum hac discrepantia fuisse offensum. Sic enim refert Joannes: Jesum fuisse comprehensum, & ligatum primum ad Annam abductum: eo sequutum Petrum, atque ibi primum negasse Jesum. Deinde post multa subjungit Jesum ab Anna ad Caipham missum, ubi eum bis negavit Petrus: ex qua narratione declaratur primam negationem apud Annam esse factam, reliquas duas apud Caipham, cæteris Evangelistis magno consensu narrantibus, omnes Petri negationes in ædibus Cajaphæ factas esse. Sensit hic nonnihil scrupuli & Joannes Gerson, qui testatus varios varie hac de re sensisse, addit sibi videri Augustinum in hac fuisse sententia, ut omnes negationes crederet esse factas in domo Annæ. Verum ex Cyrilli Commentariis videtur hæc tota quæstionis difficultas explicari, qui & legens & interpretans satis declarat, & in Græcis & in nostris codicibus quædam verba fortassis Scribarum incuria prætermissa. Nam Græca sic habent: Ἡ οὖν σπεῖρα, καὶ ὁ χιλίαρχος, καὶ οἱ ὑπηρέται τῶν Ἰουδαίων συνέλαβον τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἔδησαν αὐτὸν, καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν πρὸς Ἄνναν πρῶτον· ἦν γὰρ πενθερὸς τοῦ Καϊάφα, ὃς ἦν Ἀρχιερεὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου· ἦν δὲ Καϊάφας ὁ συμβουλεύσας τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ τὰ λοιπά. Quæ nostra translatio consentiens habet hunc in modum: *Cohors autem, & tribunus, & ministri Judæorum comprehenderunt Jesum, & ligaverunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum: erat autem socer Cajapha, qui erat Pontifex anni illius: erat autem Cajaphas qui consilium dederat Judæis* &c. Cyrillus autem, ut habetur Latinus, legit hunc in modum: *Cohors ergo & tribunus & ministri Judæorum comprehenderunt Jesum, & ligaverunt eum, & adduxerunt eum ad Annum primum: erat enim socer Cajapha, qui erat Pontifex anni illius.* Et interjecto commentario subjicit, *miserunt autem eum ad Cajapham Pontificem, erat autem Cajaphas qui consilium dedit Judæis, quia expedit unum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Jesum Petrus.* Unde liquet inter hæc verba, *qui erat Pontifex anni illius*, & inter hæc, *Erat autem Cajaphas, qui consilium dederat*, prætermissa fuisse hæc, *& miserunt eum ligatum ad Cajapham Pontificem*, ut deinde sequatur, *Erat autem Cajaphas, qui consilium dederat Judæis*: & hoc ordine lectionis omnes negationes intelligentur esse factæ in domo Cajaphæ, nulla Annæ. Quid autem senserit Gerson non satis intelligo, quum ex Augustini verbis tale nihil possit colligi, nec in aliis Evangelistis ullus est scrupulus, nisi quod omnes prætermittunt historiæ partem de Jesu ducto ad Annam; siquidem Matthæus refert eum simul ut captus est fuisse ductum ad ædes Cajaphæ: idem narrant Marcus & Lucas, nisi quod nomen tacent, tantum vocant *Principem Sacerdotum*, cætera conveniunt: solus igitur scrupulus remanet in Joanne, qui solus narrat eum primum ductum ad Annam, quod is, ut interpretatur Cyrillus, cum Juda pactus fuerat: huic ubi satis factum est, sine mora ductus est vinctus ad Cajapham, velut auctoritate præminentem. Quid sit apud Annam

ὃς ἦν γνωστὸς τῷ Ἀρχιερεῖ, καὶ εἶπε τῇ θυρωρῷ, καὶ εἰσήγαγε τὸν Πέτρον. 17 Λέγει οὖν ἡ παιδίσκη ἡ θυρωρὸς τῷ Πέτρῳ, Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῶν μαθητῶν εἶ τοῦ ἀνθρώπου τούτου; Λέγει ἐκεῖνος, Οὐκ εἰμί. 18 Εἱστήκεισαν δὲ οἱ δοῦλοι καὶ οἱ ὑπηρέται, ἀνθρακιὰν πεποιηκότες, ὅτι ψῦχος ἦν, καὶ ἐθερμαίνοντο· ἦν δὲ μετ' αὐτῶν ὁ Πέτρος ἑστὼς καὶ θερμαινόμενος. 19 Ὁ οὖν Ἀρχιερεὺς ἠρώτησε τὸν Ἰησοῦν περὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ περὶ τῆς διδαχῆς αὐτοῦ. 20 Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἐγὼ παῤῥησίᾳ ἐλάλησα τῷ κόσμῳ· ἐγὼ πάντοτε ἐδίδαξα ἐν τῇ συναγωγῇ καὶ ἐν τῷ ἱερῷ, ὅπου πάντοτε οἱ Ἰουδαῖοι συνέρχονται, καὶ ἐν κρυπτῷ ἐλάλησα οὐδέν. 21 Τί με ἐπερωτᾷς; ἐπερώτησον τοὺς ἀκηκοότας τί ἐλάλησα αὐτοῖς· ἴδε οὗτοι οἴδασιν ἃ εἶπον ἐγώ. 22 Ταῦτα δὲ αὐτοῦ εἰπόντος, εἷς τῶν ὑπηρετῶν παρεστηκὼς ἔδωκε ῥάπισμα τῷ Ἰησοῦ, εἰπών, Οὕτως ἀποκρίνῃ τῷ Ἀρχιερεῖ; 23 Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Εἰ κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ, εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις; 24 Ἀπέστειλεν αὐτὸν ὁ Ἄννας δεδεμένον πρὸς Καϊάφαν τὸν Ἀρχιερέα. 25 Ἦν δὲ Σίμων Πέτρος ἑστὼς καὶ θερμαινόμενος· εἶπον οὖν αὐτῷ, Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶ; Ἠρνήσατο ἐκεῖνος, καὶ εἶπεν, Οὐκ εἰμί. 26 Λέγει εἷς ἐκ τῶν δούλων τοῦ Ἀρχιερέως, συγγενὴς ὢν, οὗ ἀπέκοψε Πέτρος τὸ ὠτίον, Οὐκ ἐγώ σε εἶδον ἐν τῷ κήπῳ μετ' αὐτοῦ; 27 Πάλιν οὖν ἠρνήσατο ὁ Πέτρος, καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησεν. 28 Ἄγουσιν οὖν τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα εἰς τὸ πραιτώριον· ἦν δὲ πρωΐα· καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ Πάσχα. 29 Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Πιλάτος πρὸς αὐτοὺς, καὶ εἶπε, Τίνα κατηγορίαν φέρετε κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου; 30 Ἀπεκρίθησαν, καὶ εἶπον αὐτῷ, Εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιὸς, οὐκ ἄν σοι παρεδώκαμεν αὐτόν. 31 Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, Λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε αὐτόν. Εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι, Ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα. 32 Ἵνα ὁ λόγος τοῦ Ἰησοῦ πληρωθῇ, ὃν εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν. 33 Εἰσῆλθεν οὖν εἰς τὸ πραιτώριον πάλιν ὁ Πιλάτος, καὶ ἐφώνησε τὸν Ἰησοῦν, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; 34 Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀφ' ἑαυτοῦ σὺ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλλοι σοι εἶπον περὶ ἐμοῦ; 35 Ἀπεκρίθη ὁ Πιλάτος, Μήτι ἐγὼ Ἰουδαῖός εἰμι; τὸ ἔθνος τὸ σὸν καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς παρέδωκάν σε ἐμοί· τί ἐποίησας; 36 Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· εἰ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἦν ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ, οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο, ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς Ἰουδαίοις· νῦν δὲ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν. 37 Εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ Πιλάτος, Οὐκοῦν βασιλεὺς εἶ σύ; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Σὺ λέγεις, ὅτι βασιλεύς εἰμι ἐγώ· ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι, καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον, ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ. Πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας, ἀκούει μου τῆς φωνῆς. 38 Λέγει αὐτῷ ὁ Πιλάτος, Τί ἐστιν ἀλήθεια; Καὶ τοῦτο εἰπὼν, πάλιν ἐξῆλθε πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἐγὼ οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ. 39 Ἔστι δὲ συνήθεια ὑμῖν, ἵνα ἕνα ὑμῖν ἀπολύσω ἐν τῷ Πάσχα· βούλεσθε οὖν ὑμῖν ἀπολύσω τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; 40 Ἐκραύγασαν οὖν πάλιν πάντες,

go discipulus ille alter, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. 17 Dixit ergo Petro ancilla ostiaria, Num & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille, Non sum. 18 Stabant autem servi & ministri, 4 qui prunas congesserant, quia frigus erat, & calefaciebant se: erat autem cum eis & Petrus stans & calefaciens se. 19 Pontifex ergo interrogavit Jesum de discipulis suis, & de doctrina ipsius. 20 Respondit ei Jesus, Ego palam loquutus sum mundo: ego semper docui in synagoga & in templo, quo omnes Judæi conveniunt, & in occulto loquutus sum nihil. 21 Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid loquutus sim ipsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego. 22 Hæc autem quum dixisset, unus assistens ministrorum dedit alapam Jesu, dicens, Siccine respondes Pontifici? 23 Respondit ei Jesus, Si male loquutus sum, testificare de malo, sin bene, cur me cædis? 24 Et misit eum Annas vinctum ad Cajapham Pontificem. 25 Stabat autem Simon Petrus & calefaciebat se: dixerunt ergo ei, Num & tu ex discipulis ejus es? Negavit ille, & dixit, Non sum. 26 Dicit ei unus ex servis Pontificis, cognatus ejus, cujus absciderat Petrus auriculam, Nonne ego te vidi in horto cum illo? 27 Iterum ergo negavit Petrus, & statim gallus cecinit. 28 5 Ducunt ergo Jesum a Cajapha in prætorium: erat autem mane: & ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed ut ederent Pascha. 29 Exivit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quam accusationem affertis adversus hominem hunc? 30 Responderunt, & dixerunt ei, Si non esset hic nocens, haudquaquam tibi tradidissemus eum. 31 Dicit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & secundum legem vestram judicate eum. Dixerunt ergo ei Judæi, Nobis non licet interficere quemquam. 32 Ut sermo Jesu impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus. 33 Introivit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocavit Jesum, & dixit ei, Tu es ille rex Judæorum? 34 Respondit Jesus, A temetipso tu hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me? 35 Respondit Pilatus, Num ego Judæus sum? gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? 36 Respondit Jesus, Regnum meum non est ex hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, 6 ministri mei utique decertarent, ne traderer Judæis: nunc autem regnum meum non est hinc. 37 Dixit itaque ei Pilatus, Ergo rex es tu? Respondit Jesus, tu dicis, quod rex sum ego: ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium feram veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. 38 Dicit ei Pilatus, Quid est veritas? Et quum hoc dixisset, iterum prodiit ad Judæos, & dicit eis, Ego nullam invenio in eo caussam. 39 Est autem consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Pascha: vultis ne ergo dimittam vobis illum regem Judæorum? 40 Clamaverunt rursum omnes,

nam actum non legitur, quicquid autem actum narratur, actum est in ædibus Cajaphæ. Restat adhuc unus scrupulus, qui conveniat, ut aliquanto post Joannes prosequens historiæ narrationem scribat, *& misit eum Annas ligatum ad Cajapham Pontificem.* Non enim prosequitur ordinem rerum gestarum, sed ad gradum revocat narrationem, ut id quod cœperat de negatione Petri perficiat. Id quod & Cyrillus subindicat his verbis: *Quasi currentem equum, narrandi progressum Evangelista utiliter revocat, & ad priora rursum orationem reducit. Quare sic? Quia negationem Petri tertio factam exponere voluit: repetit ergo breviter, & missum ab Anna Jesum ad Caipham iterum dicit, Petrum interrogatum exponit.* Hactenus Cyrillus. Adstipulatur huic sententiæ & Cyrilli lectio. Non enim legit, *& misit eum Annas*, sed *misit igitur eum Annas.* Solet autem hæc dictio esse revocantis orationem a digressione. Hoc quicquid est, volui communicatum esse studiosis, citra cujusquam præjudicium.

4 *Ad prunas*] ἀνθρακιὰν πεποιηκότες, id est, *congestis prunis*, ita ut fit in atriis Magnatum, quod fumi minus habeant.

5 *Adducunt ergo Jesum ad Cajapham in prætorium*] ἀπὸ τοῦ Καϊάφα, id est, *a Cajapha*, nimirum *a domo Cajaphæ.* Atque ita legitur & in nostris exemplaribus, vel mediocriter emendatis. Ad eumdem modum legit Chrysostomus & Cyrillus, ut ne memorem de Theophylacto. Nec est Græcis *adducunt*, sed *ducunt*, ἄγουσι. Divus Augustinus deceptus exemplari depravato vehementer laborat hoc loco, conans expedire, qui conveniat in prætorium fuisse ductum Jesum, quum legatur adductus ad Caipham. Quandoquidem prætorium nihil aliud erat, quam domus Præsidis. *Aut igitur*, inquit, *aliqua urgente caussa de domo Annæ, quo ad audiendum Jesum ambo convenerant, Caiphas perrexit ad prætorium Præsidis, & socero suo Jesum reliquerat audiendum: aut in domo Caiphæ Pilatus prætorium acceperat, & tanta domus erat, ut seorsum habitantem dominum suum, seorsum judicem ferret.* Ac mox, *Non introierunt*, inquit, *in prætorium, hoc est, in eam partem domus quam Pilatus tenebat, si ipsa erat domus Caiphæ.* Porro quum in vulgatis Typographorum exemplaribus habeatur *a Caipha*, non *ad Caipham*, tamen Augustinum ita legisse ex ipsa liquet interpretatione, quum quærit, *sed si ad Caipham, cur in prætorium?* Cæterum nihil erat causæ, cur in has angustias conjiceret Augustinus, tum se, tum Pontificem ac Præsidem, ut duo summo magistratu præditi, duo diversissimæ religionis ac gentis, sub iisdem tectis habitare cogerentur. Res ipsa in expedito est, totus error e menda Scriptoris ortus torsit Augustinum. Atqui cum tantopere hæreret, ut nec sibi satisfaceret, mirum est, non consuluisse Græcos codices, aut certe Latinos emendatiores. Primum Jesus adductus est ad Annam, is vinctum misit ad Cajapham generum, illinc, cum tota nocte nihil respondisset, mane deductus est ad ædes Præsidis. Depravandi occasio hinc nata est, quod Lector non agnovit tropum sermonis, quo dicimus, *ad nos*, pro eo, quod est, *ad ædes nostras*, & *a vobis est*, id est, *ab ædibus vestris.* Similem errorem indicavimus Marci quinto, *ab archisynagogo.* Est autem hic tropus Synecdoches species, qua possessorem indicamus nomine rei possessæ. Quale est Virgilianum illud, *Jam proximus ardet Ucalegon.* Item illud ex Eunucho, *Eamus ad me*, id est, *ad ædes meas.*

6 *Ministri mei utique decertarent*] Cum Græcis constanter sit ἠγωνίζοντο, mirum, quid sequutus Cyprianus libro adversus Judæos secundo capite vigesimo octavo legerit, *Ministri mei turbarentur.*

τες, λέγοντες, Μὴ τῦτον, ἀλλὰ τὸν Βαραββᾶν· ἦν δὲ ὁ Βαραββᾶς λῃστής. XIX. 1 Τότε ὖν ἔλαβεν ὁ Πιλάτος τὸν Ἰησῦν, 2 καὶ ἐμαστίγωσε. Καὶ οἱ στρατιῶται πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν αὐτῦ τῇ κεφαλῇ, καὶ ἱμάτιον 3 πορφυρῦν περιέβαλον αὐτὸν, Καὶ ἔλεγον, Χαῖρε ὁ βασι- 4 λεὺς τῶν Ἰυδαίων· καὶ ἐδίδυν αὐτῷ ῥαπίσματα. Ἐξῆλθεν ὖν πάλιν ἔξω ὁ Πιλάτος, καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἴδε ἄγω ὑμῖν αὐτὸν ἔξω, ἵνα γνῶτε, ὅτι ἐν αὐτῷ ὐδεμίαν αἰτίαν 5 εὑρίσκω. Ἐξῆλθεν ὖν ὁ Ἰησῦς ἔξω, φορῶν τὸν ἀκάνθινον στέφανον καὶ τὸ πορφυρῦν ἱμάτιον. Καὶ λέγει αὐ- 6 τοῖς, Ἴδυ ὁ ἄνθρωπος. Ὅτε ὖν εἶδον αὐτὸν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ὑπηρέται, ἐκραύγασαν, λέγοντες, Σταύρωσον, σταύρωσον. Λέγει αὐτοῖς Πιλάτος, Λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, 7 καὶ σταυρώσατε· ἐγὼ γὰρ ὐχ εὑρίσκω ἐν αὐτῷ αἰτίαν. Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ Ἰυδαῖοι, Ἡμεῖς νόμον ἔχομεν, καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν ὀφείλει ἀποθανεῖν, ὅτι ἑαυτὸν τὸν Υἱὸν 8 Θεῦ ἐποίησεν. Ὅτε ὖν ἤκυσεν ὁ Πιλάτος τῦτον τὸν λό- 9 γον, μᾶλλον ἐφοβήθη. Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ πραιτώριον πάλιν, καὶ λέγει τῷ Ἰησῦ, Πόθεν εἶ σύ; Ὁ δὲ Ἰησῦς ἀ- 10 πόκρισιν ὐκ ἔδωκεν αὐτῷ. Λέγει ὖν αὐτῷ ὁ Πιλάτος, Ἐμοὶ ὐ λαλεῖς; ὐκ οἶδας ὅτι ἐξυσίαν ἔχω σταυρῶσαί σε, 11 καὶ ἐξυσίαν ἔχω ἀπολῦσαί σε; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησῦς, Οὐκ εἶχες ἐξυσίαν ὐδεμίαν κατ' ἐμῦ, εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν· διὰ τῦτο ὁ παραδιδύς με σοι μείζονα ἁμαρτίαν 12 ἔχει. Ἐκ τύτυ ἐζήτει ὁ Πιλάτος ἀπολῦσαι αὐτόν· οἱ δὲ Ἰυδαῖοι ἔκραζον, λέγοντες, Ἐὰν τῦτον ἀπολύσῃς, ὐκ εἶ φίλος τῦ Καίσαρος· πᾶς ὁ βασιλέα αὐτὸν ποιῶν, ἀντιλέ- 13 γει τῷ Καίσαρι. Ὁ ὖν Πιλάτος ἀκύσας τῦτον τὸν λόγον, ἤγαγεν ἔξω τὸν Ἰησῦν, καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ τῦ βήματος εἰς τόπον λεγόμενον Λιθόστρωτον, Ἑβραϊστὶ δὲ Γαββαθᾶ. 14 Ἦν δὲ παρασκευὴ τῦ Πάσχα, ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη, καὶ 15 λέγει τοῖς Ἰυδαίοις, Ἴδε ὁ βασιλεὺς ὑμῶν. Οἱ δὲ ἐκραύγασαν, Ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, Τὸν βασιλέα ὑμῶν σταυρώσω; Ἀπεκρίθησαν οἱ Ἀρ- 16 χιερεῖς, Οὐκ ἔχομεν βασιλέα, εἰ μὴ Καίσαρα. Τότε ὖν παρέδωκεν αὐτὸν αὐτοῖς, ἵνα σταυρωθῇ. Παρέλαβον δὲ τὸν Ἰη- 17 σῦν, καὶ ἀπήγαγον. Καὶ βαστάζων τὸν σταυρὸν αὐτῦ, ἐξῆλθεν εἰς τὸν λεγόμενον Κρανίυ τόπον, ὃς λέγεται Ἑβραϊστὶ 18 Γολγοθᾶ, Ὅπυ αὐτὸν ἐσταύρωσαν, καὶ μετ' αὐτῦ ἄλλυς 19 δύο ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, μέσον δὲ τὸν Ἰησοῦν. Ἔγραψε δὲ καὶ τίτλον ὁ Πιλάτος, καὶ ἔθηκεν ἐπὶ τῦ σταυροῦ· ἦν δὲ γεγραμμένον, Ἰησῦς ὁ Ναζωραῖος ὁ βασιλεὺς τῶν 20 Ἰυδαίων. Τῦτον ὖν τὸν τίτλον πολλοὶ ἀνέγνωσαν τῶν Ἰυδαίων, ὅτι ἐγγὺς ἦν τῆς πόλεως ὁ τόπος, ὅπυ ἐσταυρώθη ὁ Ἰησῦς· καὶ ἦν γεγραμμένον Ἑβραϊστὶ, Ἑλληνιστὶ, Ῥω- 21 μαϊστί. Ἔλεγον ὖν τῷ Πιλάτῳ οἱ Ἀρχιερεῖς τῶν Ἰυδαίων, Μὴ γράφε, Ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰυδαίων, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνος 22 εἶπε, Βασιλεύς εἰμι τῶν Ἰυδαίων. Ἀπεκρίθη ὁ Πιλάτος, 23 Ὃ γέγραφα, γέγραφα. Οἱ ὖν στρατιῶται, ὅτε ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησῦν, ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτῦ, καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος, καὶ τὸν χιτῶνα· ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄρραφος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλυ. 24 Εἶπον ὖν πρὸς ἀλλήλυς, Μὴ σχίσωμεν αὐτὸν, ἀλλὰ λάχωμεν περὶ αὐτῦ, τίνος ἔσται· ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ, ἡ λέγυσα, Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μυ ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μυ ἔβαλον κλῆρον. Οἱ μὲν ὖν στρατιῶται 25 ταῦτα ἐποίησαν. Εἱστήκεισαν δὲ παρὰ τῷ σταυρῷ τῦ Ἰησῦ ἡ μήτηρ αὐτῦ, καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτῦ Μαρία 26 ἡ τῦ Κλωπᾶ, καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνή. Ἰησῦν ὖν ἰδὼν τὴν μητέρα καὶ τὸν μαθητὴν παρεστῶτα, ὃν ἠγάπα, λέγει

omnes, dicentes, Non hunc, sed Barabbam: erat autem Barabbas latro. XIX. 1 Tunc ergo apprehendit Pilatus Jesum, & flagellavit. 2 Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus, & veste purpurea circumdederunt eum, 3 [1] Ac dicebant, Ave rex Judæorum: & dabant ei alapas. 4 Exivit iterum Pilatus foras, & dicit eis, Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis, quod nullam in eo causam invenio. 5 Exivit ergo Jesus foras, gestans spineam coronam & purpureum pallium. Et dicit eis, Ecce homo. 6 Quum ergo vidissent eum Pontifices & ministri, clamabant, dicentes, Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non invenio in eo causam. 7 Responderunt ei Judæi, Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori, quia Filium Dei se fecit. 8 Quum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. 9 Et ingressus est prætorium iterum, & dicit ad Jesum, Unde es tu? Jesus autem responsum non dedit ei. 10 Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? nescis quod potestatem habeam crucifigendi te, & potestatem habeam absolvendi te? 11 Respondit Jesus, Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset e supernis: propterea qui me tradidit tibi, majus peccatum habet. 12 [2] Et ex eo quærebat Pilatus absolvere eum: Judæi autem clamabant, dicentes, Si hunc absolveris, non es amicus Cæsaris: quicunque se regem facit, contradicit Cæsari. 13 Pilatus autem quum audisset hunc sermonem, produxit foras Jesum, seditque pro tribunali in loco, qui dicitur [3] Lithostrotos, Hebraice autem Gabbatha. 14 Erat autem parasceve Paschæ, hora ferme sexta, & dicit Judæis, Ecce rex vester. 15 Illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices, [4] Non habemus regem, nisi Cæsarem. 16 Tunc ergo tradidit eum illis, ut crucifigeretur. Acceperunt autem Jesum, & abduxerunt. 17 [5] Atque is bajulans crucem suam, exivit in eum, qui dicitur Calvaria, locum, Hebraice autem Golgotha, 18 Ubi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Jesum. 19 Scripsit autem [6] & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum, Jesus Nazarenus rex Judæorum. 20 Hunc ergo titulum multi Judæorum legerunt, quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus est Jesus: & erat scriptum Hebraice, & Græce, & Latine. 21 Dicebant ergo Pilato Pontifices Judæorum, Noli scribere, Rex Judæorum: sed quod ille dixerit, Rex sum Judæorum. 22 Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi. 23 Milites ergo, quum crucifixissent Jesum, acceperunt vestimenta ejus, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, & tunicam: erat autem tunica inconsutilis, a summo contexta per totum. 24 Dixerunt ergo inter se, Ne scindamus eam, sed sortiamur de illa, cujus sit: ut scriptura impleretur, dicens, Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. 25 Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus, & soror matris ejus Maria Cleopæ, & Maria Magdalene. 26 Quum vidisset ergo

1 ET *dicebant, Ave*] In Latinis codicibus adduntur hæc, *Et veniebant ad eum, & dicebant ave.* Id in Græcis non est, nec video quî congruat, nisi forte alii percutiebant, alii salutabant.

2 *Et exinde*] Ἐκ τύτυ, id est, *Ex eo*, ut subaudias *tempore*.

3 *Lithostratus*] Λιθόστρωτος. Græce sonat, quasi dicas *lapide stratus*. Atque ita legitur in vetustis exemplaribus Latinis *lithostrotos*. Quanquam admodum invitus in hujuscemodi nugis facio jacturam temporis, tamen operæ pretium est audire, quam belle Græcam vocem λιθόστρωτος interpretentur duo magni nominis Scriptores, Nicolaus Lyranus, & Hugo Carrensis. Nam prior ille, *Lichostratus*, inquit, *Græcum est verbum, & dicitur a lichos lapis, & stratus, quod est pavimentum, sive stratura.* Posterior autem, *Lichostratus*, inquit, *Græce est judicium*, sive *judiciale*. Obsecro te, candide Lector, quid efficiant ii, qui quicquid habent eruditionis ex hujusmodi Scriptoribus hauriunt, ex Dictionariis, ex Summulis, undecunque jam plus decies congestis ac refusis, idque ab iis, qui, si quid forte nacti fuerint eruditum in bonis auctoribus, aut prætermittunt, quia non intelligunt, aut si attigerint, contrectatione conspurcant & contaminant. Nihil autem tam fortunatum, quod isti non reddant aliquo pacto deterius, & horum nænias velut oracula legimus, in his consenescimus. Proinde tales evadimus ipsi, quales sunt ii, in quorum scriptis assidue versamur. Cæterum ut ad rem redeam, λίθος, *lithos*, non *lichos*, Græcis *lapis* est, & στρωννύω, *sterno*, inde στρωτὸν dicitur quod quocunque modo stratum est, & στρῶτα, quod insternitur. In codice aureo *lithostrotus* recte scriptum erat, quemadmodum & in Constantiensi. Cæterum *Gabbata locum editum* sonat Hebræis. Unde apparet locum fuisse editiorem accommodum judicio.

4 *Non habemus regem, nisi Cæsarem*] *Cæsar* hoc loco significat *Imperatorem Romanum*. Nam id cognominis etiamsi non fuit ortum a Julio, tamen ab hoc imperii usurpatore in successores tyrannidis ejus derivatum est. Porro quod *Regem* vocat, non *Imperatorem*, hoc est, βασιλέα, non αὐτοκράτορα, sciendum est, Græcis & *Imperatorem Romanum* dici βασιλέα.

5 *Et bajulans sibi crucem*] Græci legunt *crucem suam*, τὸν σταυρὸν αὐτῦ. Hoc tametsi ad sensum nihil interest, tamen admonitum volui Lectorem, ne continuo radat.

6 *Et titulum Pilatus*] Evangelista Latina voce usus est, τίτλον, ut supra in *linteo* & *prætorio*. Matthæus vocavit αἰτίον. Dicere poterat ἐπιγραφὴν, id est, *inscriptionem*, quemadmodum dixit Lucas.

7 In

27 γει τῇ μητρὶ αὐτοῦ, Γύναι, ἰδοὺ ὁ υἱός σου. Εἶτα λέγει τῷ μαθητῇ, Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου. Καὶ ἀπ' ἐκείνης
28 τῆς ὥρας ἔλαβεν αὐτὴν ὁ μαθητὴς εἰς τὰ ἴδια. Μετὰ τοῦτο εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντα ἤδη τετέλεσαι, ἵνα τε-
29 λειωθῇ ἡ γραφή, λέγει, Διψῶ. Σκεῦος οὖν ἔκειτο ὄξους μεσόν· οἱ δὲ πλήσαντες σπόγγον ὄξους καὶ ὑσσώπῳ πε-
30 ριθέντες, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ σόματι. Ὅτε οὖν ἔλαβε τὸ ὄξος ὁ Ἰησοῦς, εἶπε, Τετέλεσαι, καὶ κλίνας τὴν
31 κεφαλὴν, παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι, ἐπεὶ Παρασκευὴ ἦν, ἵνα μὴ μείνῃ ἐπὶ τοῦ σαυροῦ τὰ σώματα ἐν τῷ σαββάτῳ, (ἦν γὰρ μεγάλη ἡμέρα ἐκείνη τοῦ σαββάτου) ἠρώτησαν τὸν Πιλάτον, ἵνα κατεαγῶσιν
32 αὐτῶν τὰ σκέλη, καὶ ἀρθῶσιν. Ἦλθον οὖν οἱ στρατιῶται, καὶ τοῦ μὲν πρώτου κατέαξαν σκέλη, καὶ τοῦ
33 ἄλλου τοῦ συσαυρωθέντος αὐτῷ. Ἐπὶ δὲ τὸν Ἰησοῦν ἐλθόντες, ὡς εἶδον αὐτὸν ἤδη τεθνηκότα, οὐ κατέαξαν
34 αὐτοῦ τὰ σκέλη. Ἀλλ' εἷς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε, καὶ εὐθὺς ἐξῆλθεν αἷμα καὶ
35 ὕδωρ. Καὶ ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκε, καὶ ἀληθινὴ αὐτοῦ ἐστιν ἡ μαρτυρία· κἀκεῖνος οἶδεν ὅτι ἀληθῆ λέ-
36 γει, ἵνα καὶ ὑμεῖς πιστεύσητε. Ἐγένετο γὰρ ταῦτα, ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ, Ὀστοῦν οὐ συντριβή-
37 σεται ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ πάλιν ἑτέρα γραφὴ λέγει, Ὄ-
38 ψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. Μετὰ δὲ ταῦτα ἠρώτησε τὸν Πιλάτον ὁ Ἰωσὴφ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, ὢν μαθητὴς τοῦ Ἰησοῦ, κεκρυμμένος δὲ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἵνα ἄρῃ τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐπέτρε-
39 ψεν ὁ Πιλάτος. Ἦλθε δὲ καὶ Νικόδημος, ὁ ἐλθὼν πρὸς Ἰησοῦν νυκτὸς τὸ πρῶτον, φέρων μίγμα σμύρ-
40 νης καὶ ἀλόης ὡσεὶ λίτρας ἑκατόν. Ἔλαβον οὖν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἔδησαν αὐτὸ ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐντα-
41 φιάζειν. Ἦν δὲ ἐν τῷ τόπῳ, ὅπου ἐσαυρώθη, κῆπος, καὶ ἐν τῷ κήπῳ μνημεῖον καινὸν, ἐν ᾧ οὐδέπω
42 οὐδεὶς ἐτέθη. Ἐκεῖ οὖν διὰ τὴν Παρασκευὴν τῶν Ἰουδαίων,

XX. 1 ὅτι ἐγγὺς ἦν τὸ μνημεῖον, ἔθηκαν τὸν Ἰησοῦν. Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἔρχεται πρωῒ, σκοτίας ἔτι οὔσης, εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ βλέ-
2 πει τὸν λίθον ἠρμένον ἐκ τοῦ μνημείου. Τρέχει οὖν καὶ ἔρχεται πρὸς Σίμωνα Πέτρον, καὶ πρὸς τὸν ἄλλον μαθητὴν, ὃν ἐφίλει ὁ Ἰησοῦς, καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἦραν τὸν Κύριον ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ οὐκ οἴδαμεν ποῦ ἔθηκαν
3 αὐτόν. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Πέτρος καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς,
4 καὶ ἤρχοντο εἰς τὸ μνημεῖον. Ἔτρεχον δὲ οἱ δύο ὁμοῦ, καὶ

go Jesus matrem ac discipulum adstantem, quem diligebat, dicit matri suæ, Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora
27 accepit eam discipulus 7 in sua. Postea sciens Jesus,
28 quod omnia jam consummata essent, ut consummaretur scriptura, dicit, Sitio. 8 Vas igitur erat posi-
29 tum aceto plenum: illi vero impleverunt spongiam aceto & hyssopo, & impositam admoverunt ori ejus.
30 Quum ergo accepisset Jesus acetum, dixit, Consummatum est, & inclinato capite 9 tradidit spiritum.
31 Judæi ergo, quoniam Parasceve erat, ut non remanerent in cruce corpora sabbato, (erat enim magnus dies ille sabbati) rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, ac tollerentur. Venerunt ergo mi-
32 lites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius
33 qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem quum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura. Sed unus militum 10 lancea latus
34 ejus fodit, & continuo exivit sanguis & aqua. Et
35 qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium ejus: 11 & ille scit quod vera dicit, ut & vos credatis. Facta sunt enim hæc, ut scriptura imple-
36 retur, Os non comminuetis ex eo. Et rursus alia scri-
37 ptura dicit, 12 Videbunt in quem pupugerunt. Post
38 hæc autem rogavit Pilatum Joseph Arimathiensis, qui erat discipulus Jesu, sed occultus propter metum Judæorum, ut tolleret corpus Jesu, idque permisit Pilatus. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad
39 Jesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ &
40 aloes ad libras ferme centum. Acceperunt ergo corpus Jesu, 13 & obvinxerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire. Erat autem in
41 eo loco, ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter Parasceven Judæorum, quod
42 in propinquo esset monumentum, posuerunt Jesum.

XX. 1 Uno vero die sabbatorum Maria Magdalene venit mane, quum adhuc tenebræ essent, ad monumentum, videtque lapidem sublatum a monumento.
2 1 Currit ergo & venit ad Simonem Petrum, & ad alterum illum discipulum, quem amabat Jesus, & dicit illis, Sustulerunt Dominum e monumento, & nescimus ubi posuerint eum. Exiit ergo Petrus & ille
3 alius discipulus, & venerunt ad monumentum. Cur-
4 rebant

7 *In suam*] εἰς τὰ ἴδια, id est, *in sua*, concordantibus & antiquissimis voluminibus, hoc est, *in suum jus*. Sic etiam interpretatur Ambrosius in libello ad virginem.

8 *Vas aceto plenum*] Quum Græce sit σκεῦος, tamen Hilarius locum hunc adducens Commentario in Psalmum LXVIII. legit, pro *vas*, *concha*, veluti vasis genus exprimens.

9 *Tradidit spiritum*] Cyrillus hic subjicit & interpretatur de velo templi scisso, quod nec in Latinis codicibus, nec in Græcis additum comperitur: & tamen ille huic particulæ proprium caput tribuit, ne quis casu factum existimet.

10 *Lancea latus ejus aperuit*] ἔνυξε, id est, *fodit* sive *pupugit*. Interpres legisse videtur ἤνοιξε, quod significat *aperuit*. Mirum unde nata sit fabula, quæ jactat de perfosso Christi latere Matthæum diversa scripsisse, videlicet Domini latus lancea fuisse perfossum antequam emitteret spiritum, quum Joannes id factum narret, posteaquam exspirasset. Atqui quum ea lectio nusquam reperiatur apud Matthæum, nec in libris Græcorum, nec in libris Latinorum, nec hujusce rei quisquam ullam omnino faciat mentionem, ex tam multis, qui loca apud Evangelistas dissonantiæ speciem habentia conati sunt in concordiam redigere, verisimile est, hoc esse commentum Glossographorum, quos ipsa res docet non minus impudentes fuisse quam indoctos: quemadmodum in Pandectas, quum nihil haberent quod afferrent de Diomedis & Glauci permutatione, ridiculam ex se fabulam confinxere. Ita qui glossemata scripsit in primam *Clementinarum*, non intelligens causam cur Clemens V. aut Joannes XXIII. qui *Clementinas* edidit, pronunciarit Joannem Evangelistam, dum narrat Christo exanimi latus fuisse perfossum, rectum tenuisse narrationis ordinem, affinxit apud Matthæum in quibusdam exemplaribus contrarium legi, & addit eum locum a Joanne Pontifice sublatum fuisse ex Evangelio Matthæi. Atqui complura sunt loca, in quibus videtur Evangelistarum sermo inter se pugnare, nec hujusmodi scrupulis medemur rasuris aut assumentis, sed expositione. Ex ejus *Clementinæ* fragmentis probabilius colligi potest, fuisse Doctores Scholasticos, qui senserint Joannem posterius narrasse quod prius erat factum. Siquidem ante narravit quod Jesus post gustatum acetum inclinato capite tradiderit spiritum, dein prosequitur, quomodo ad maturandam mortem damnatorum fregerint crura duobus latronibus. Mox accesserunt ad Jesum idem facturi, ni comperissent eum jam esse mortuum. *Non fregerunt*, inquit, *ejus crura*; *sed unus militum lancea percussit latus ejus*. Hoc illi sic videntur accepisse, quasi miles ille vivo Domino latus aperuerit, antequam latronibus frangerentur crura, quasique Dominus ex eo vulnere fuerit mortuus, ut non fuerit opus frangere crura. Græcum verbum est ἔνυξε indefiniti temporis, quod si quis vertat *pupugerat*, haberetur sensus, quem illi volebant. Verum eam opinionem damnat hæc *Clementina* scribens Scholæ Bononiensi, declaransque accipiendum rem eo gestam ordine, quo narrat Evangelista. Quod autem miles lancea pupugit latus Jesu, non erat crudelitatis, sed explorantis an certa mors esset. Quemadmodum in hostium strage, si dubitatur an qui jacet exanimi similis adhuc spiret, pugione percutiunt pedem aut tibiam. Ad eum ictum commovet sese qui nondum est plane mortuus. Horum nihil casu gestum est, sed omnia Numinis providentia, ne quis jactaret Christum non fuisse vere mortuum. Illud leviculum, quod sermo Græcus anceps est, eo quod αὐτοῦ ad lanceam referri potest, *lancea sua percussit latus*. Interpres vertit αὐτοῦ τὴν πλευρὰν, id est, *latus ejus*, ut αὐτοῦ Christum notet. Nulla esset ambiguitas, si servaretur differentia, quam Grammatici tradunt inter αὑτοῦ prima adspirata, & αὐτοῦ prima tenui.

11 *Et ille scit quia vera dicit*] Sensus anceps est etiam Græcis, utrum Christus sciat, quod Evangelista vera narret, an ipse Joannes sibi conscius sit, quod vera loquatur. Loquitur enim de se, veluti de tertia persona.

12 *Videbunt in quem transfixerunt*] Est apud Zachariam capite duodecimo. Juxta Editionem Septuaginta legitur ad hunc modum: *Et adspicient ad me, pro eo quod insultaverunt*, Καὶ βλέψονται πρός με, ἀνθ' ὧν ὠρχήσαντο. Hebraica veritas sic habet, interprete Hieronymo: *Et adspiciunt ad me quem confixerunt*. Divus Hieronymus indicat Septuaginta lapsos similitudine elementi. Nam si legatur דָּקָרוּ, sonat ἐξεκέντησαν, id est, *compunxerunt*. Sin autem contrario ordine litteris commutatis רָקְדוּ, sonat ὠρχήσαντο, id est, *saltaverunt*. Itaque Joannes neque magnopere respexit quid vertissent Septuaginta, & ex Hebræo sensum magis curavit appendere, quam annumerare verba. Citat hunc locum idem Hieronymus in libello ad Pammachium de optimo genere interpretandi.

13 *Et ligaverunt eum*] αὐτὸ, id est, *illud*, nempe *corpus*. Atque ita legit Augustinus.

1 CUcurrit ergo] τρέχει, id est, *currit*, verbo præsentis temporis.

2 Et

καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς προέδραμε τάχιον τȢ Πέτρȣ, καὶ 5 ἦλθε πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον. Καὶ παρακύψας βλέπει 6 κείμενα τὰ ὀθόνια, ȣ μέντοι εἰσῆλθεν. Ἔρχεται οὖν Σίμων Πέτρος ἀκολουθῶν αὐτῷ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ 7 μνημεῖον, καὶ θεωρεῖ τὰ ὀθόνια κείμενα, Καὶ τὸ σȣδάριον, ὃ ἦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτȢ, ȣ μετὰ τῶν ὀθονίων κείμενον, ἀλλὰ χωρὶς ἐντετυλιγμένον εἰς ἕνα τό- 8 πον. Τότε ȣ̃ν εἰσῆλθε καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς, ὁ ἐλθὼν 9 πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ εἶδε καὶ ἐπίϛευσεν. Οὐδέπω γὰρ ᾔδεισαν τὴν γραφὴν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν 10 ἀναϛῆναι. Ἀπῆλθον ȣ̃ν πάλιν πρὸς ἑαυτȣ̀ς οἱ μαθηταί. 11 Μαρία δὲ εἱϛήκει πρὸς τὸ μνημεῖον κλαίȣσα ἔξω· ὡς ȣ̃ν 12 ἔκλαιε, παρέκυψεν εἰς τὸ μνημεῖον, Καὶ θεωρεῖ δύο Ἀγγέλȣς ἐν λευκοῖς, καθεζομένȣς, ἕνα πρὸς τῇ κεφαλῇ, καὶ ἕνα πρὸς τοῖς ποσὶν, ὅπȣ ἔθηκαν τὸ σῶμα τȢ Ἰησȣ̃. 13 Καὶ λέγȣσιν αὐτῇ ἐκεῖνοι, Γύναι, τί κλαίεις; Λέγει αὐτοῖς, Ὅτι ἦραν τὸν Κύριόν μȣ, καὶ ȣ̓κ οἶδα πȣ̃ ἔθη- 14 καν αὐτόν. Καὶ ταῦτα εἰπȣ̃σα, ἐϛράφη εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ θεωρεῖ τὸν Ἰησȣ̃ν ἑϛῶτα, καὶ ȣ̓κ ᾔδει ὅτι ὁ Ἰησȣ̃ς ἐ- 15 ϛι. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησȣ̃ς, Γύναι, τί κλαίεις; τίνα ζητεῖς; Ἐκείνη δοκȣ̃σα ὅτι ὁ κηπȣρός ἐϛι, λέγει αὐτῷ, Κύριε, εἰ σὺ ἐβάϛασας αὐτὸν, εἰπέ μοι πȣ̃ αὐτὸν ἔθηκας, 16 κἀγὼ αὐτὸν ἀρῶ. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησȣ̃ς, Μαρία. Στραφεῖσα ἐκείνη, λέγει αὐτῷ, Ῥαββȣνὶ, ὃ λέγεται Διδά- 17 σκαλε. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησȣ̃ς, Μή μȣ ἅπτȣ· ȣ̓́πω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μȣ· πορεύȣ δὲ πρὸς τȣ̀ς ἀδελφȣ́ς μȣ, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς, Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μȣ καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μȣ καὶ Θεὸν 18 ὑμῶν. Ἔρχεται Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, ἀπαγγέλλȣσα τοῖς μαθηταῖς, ὅτι ἑώρακε τὸν Κύριον, καὶ ταῦτα εἶπεν αὐ- 19 τῇ. Οὔσης ȣ̃ν ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, ὅπȣ ἦσαν οἱ μαθηταὶ συνηγμένοι διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰȣδαίων, ἦλθεν ὁ Ἰησȣ̃ς, καὶ ἔϛη εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει αὐτοῖς, Εἰρή- 20 νη ὑμῖν. Καὶ τȣ̃το εἰπὼν, ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν αὐτȣ̃· ἐχάρησαν ȣ̃ν οἱ μαθηταὶ, ἰδόντες τὸν 21 Κύριον. Εἶπεν ȣ̃ν αὐτοῖς ὁ Ἰησȣ̃ς πάλιν, Εἰρήνη ὑμῖν· 22 καθὼς ἀπέϛαλκέ με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς. Καὶ τȣ̃το εἰπὼν, ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς, Λάβετε 23 Πνεῦμα ἅγιον. Ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίεν- 24 ται αὐτοῖς, ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. Θωμᾶς δὲ εἷς ἐκ τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Δίδυμος, ȣ̓κ ἦν μετ' 25 αὐτῶν ὅτε ἦλθεν ὁ Ἰησȣ̃ς. Ἔλεγον ȣ̃ν αὐτῷ οἱ ἄλλοι μαθηταὶ, Ἑωράκαμεν τὸν Κύριον. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτȣ̃ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μȣ εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὴν χεῖρά μȣ εἰς τὴν πλευρὰν αὐτȣ̃, ȣ̓ μὴ πιϛεύ- 26 σω. Καὶ μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ πάλιν ἦσαν ἔσω οἱ μαθηταὶ αὐτȣ̃, καὶ Θωμᾶς μετ' αὐτῶν. Ἔρχεται ὁ Ἰησȣ̃ς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ἔϛη εἰς τὸ μέσον, καὶ εἶπεν, 27 Εἰρήνη ὑμῖν. Εἶτα λέγει τῷ Θωμᾷ, Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου, καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλλε εἰς τὴν πλευράν μου, καὶ μὴ γίνȣ ἀπι-

rebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, venitque prior ad monumentum. Et quum se inclinasset, vidit posita linteamina, 5 non tamen introivit. 6 Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introivit in monumentum, & vidit 7 linteamina posita, 2 Et sudarium, quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatim 3 involutum in unum locum. 8 Tunc ergo introivit & ille alius discipulus, qui venerat prior ad 9 monumentum, viditque & credidit. Nondum enim noverant scripturam, quod oportuisset eum a mor- 10 tuis resurgere. 4 Abierunt ergo rursus discipuli ad 11 semetipsos. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans: dum ergo fleret, inclinavit se in monumen- 12 tum, 5 Et videt duos Angelos amictos albis, sedentes, unum ad caput, & alterum ad pedes, illic ubi 13 posuerant corpus Jesu. Dicunt ei illi, Mulier, quid ploras? Dicit eis, Sustulerunt Dominum meum, nec 14 scio ubi posuerunt eum. Hæc quum dixisset, 6 conversa est retrorsum, & videt Jesum stantem, nec sciebat quod Jesus esset. 15 Dicit ei Jesus, Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa existimans quod hortulanus esset, dicit ei, Domine, si tu asportasti eum, dicito mihi ubi posueris eum, & ego eum tollam. 16 Dicit ei Jesus, Maria. Conversa illa, dicit ei, Rabboni, quod dicitur Magister. 17 Dicit ei Jesus, Noli me tangere: nondum enim adscendi ad Patrem meum: sed vade ad fratres meos, & dic eis, 7 Adscendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, & Deum meum 18 & Deum vestrum. Venit Maria Magdalene, annuncians discipulis, 8 quod vidisset Dominum, & ea dixis- 19 set sibi. Quum ergo vespera esset die illo, qui erat unus sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Judæorum, venit Jesus, stetitque in medio, & dicit eis, Pax vobis. 20 Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus ac latus suum: gavisi sunt ergo discipuli, viso Domino. 9 21 Dixit ergo eis iterum, Pax vobis: sicut misit me Pa- 22 ter, ita & ego mitto vos. Hæc quum dixisset, flavit in eos, & dicit eis, Accipite Spiritum sanctum. 23 Quorumcumque remiseritis peccata, remittuntur 24 eis, quorumcumque retinueritis, retenta sunt. Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, 25 non erat cum eis quando venit Jesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli, Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis, Nisi videro in manibus ejus 10 vestigium clavorum, & mittam digitum meum in vestigium clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non 26 credam. Et post dies octo iterum erant discipuli ejus intus, & Thomas cum eis. Venit Jesus januis clau- 27 sis, & stetit in medio, & dixit, Pax vobis. Deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & admove manum tuam, & immitte in latus

2 *Et sudarium*] Latina usus est voce Græce scribens. Nam illi *καψιδρώτιον* appellant auctore Polluce.

3 *Involutum in unum locum*] *In uno loco*, quanquam Græca præpositio anceps est.

4 *Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos*] Quid est *iterum abire*? an jam semel abierant? Proinde *rursus* erat dicendum, non *iterum*. Et *ad se* dixit, pro *ad domum suam*.

5 *Et vidit duos Angelos*] *καὶ θεωρεῖ*, id est, *cernit*, sive *videt*, præsentis temporis. *Duos Angelos in albis*. Interpres reddidit Græcam figuram, juxta quam illi *in purpura* vocant hominem purpuratum: unde nos vertimus *albis amictos*.

6 *Conversa est retrorsum & vidit*] Rursus est *θεωρεῖ*, id est, *videt*, præsentis temporis.

7 *Adscendo ad Patrem meum*] In hoc sermone semel duntaxat additur articulus, *πρὸς τὸν Πατέρα μȣ καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μȣ καὶ Θεὸν ὑμῶν*. Sive quod articulus præcedens servit & reliquis partibus, sive quod hoc pacto magis exprimitur quod sensit Christus, se accedere ad eum qui esset Pater sibi communis cum discipulis, atque idem Deus sibi cum illis communis. Sic & Paulus alicubi, *Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi*. Etenim si dixisset *τὸν Θεόν μȣ*, visus fuisset, alium dicere Patrem suum, alium Deum suum.

8 *Quia vidi Dominum, & hæc dixit*] *ὅτι ἑώρακε τὸν Κύριον, καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ*, id est, *quod vidisset Dominum, atque is hæc dixisset sibi*. Interpres legisse videtur *ἑώρακα*, nec refert ad sensum.

9 *Dixit ergo eis iterum, Pax vobis*] Vides ut nihil magis inculcavit Christus suis, quam pacem. In extrema illa oratione, quam sollicite mandavit suis, ut inter sese amarent, quoties iterat hoc suum præceptum? Deinde quam enixe obsecrat Patrem, ut illi unum essent. Non ait *concordes*, sed *unum*, & addidit insigne exemplum summi consensus, *Sicut tu & ego unum sumus*. Hic rursus non contentus semel dixisse, *Pax vobis*, repetit *Pax vobis*, & non pudet hodie Christianum populum, nihil aliud quam belligerari? Ferendum utcunque, si tantum insaniret populus. Nihil aliud aucupantur plerique Principes, imo, quod fœdius est, non solum incitant ad hæc Sacerdotes, verum ipsi belligerantur. Qui profitentur Evangelium pacis, plebem ad bella cohortantur: & quorum erat inflammare ad pietatem, hîc classicum canunt, & huc detortis Sacris Litteris, pacificum illum ac mansuetissimum Christum belli faciunt auctorem. Qui si rediret in hanc ætatem, disperearn, nisi durius tractandus sit ab hoc Pharisæorum genere, quam ab illis olim fuit acceptus. Verum hæc *πάρεργα*. Annotandum & illud, quod semel & iterum precatus pacem, deinde insufflato spiritu dixit, *Quorum remiseritis peccata*, &c. Qui ex his posterioribus cristas erigunt, & tyrannidem quamdam sibi vindicant, cur non meminerunt eorum, quæ mox præcesserunt? Omnia plena dissidiis, litibus, bellis. Toti turgemus mundano spiritu, & tamen placemus nobis auctoritate commissa remittendi, aut retinendi peccata. Tuere auctoritatem, sed cura ut adsit spiritus, per quem ille tribuit auctoritatem.

10 *Fixuram clavorum*] *τύπον*, id est, *figuram*; atque ita legitur in quibusdam codicibus Latinorum. Certe in exemplari Corsendoncensi manifestum rasuræ vestigium declarabat prius scriptum fuisse *figuram*, non *fixuram*. Constantiense sine rasura habebat *figuram*, etiamsi mihi neutrum verbum satis arridet. Sentit enim vestigium vulneris ex clavis impressum. Augustinus enarrans Epistolam Joannis, vertit *cicatrices*. Verum ut Latinis exiguum est discrimen inter *fixuram* & *figuram*, ita Græcis inter *τόπον* & *τύπον*. Apud Irenæum lego *figuras*.

11 In

28 ἄπιςος, ἀλλὰ πιςός. Ἀπεκρίθη ὁ Θωμᾶς, καὶ εἶ-
29 πεν αὐτῷ, Ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι ἑώρακάς με, Θωμᾶ, πεπίςευκας, μακάριοι
30 οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιςεύσαντες. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς ἐνώπιον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ,
31 ἃ οὐκ ἔςι γεγραμμένα ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ. Ταῦτα δὲ γέγραπται, ἵνα πιςεύσητε, ὅτι ὁ Ἰησοῦς ἐςὶν ὁ Χριςὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἵνα πιςεύοντες ζωὴν ἔχητε ἐν τῷ ὀ-
XXI. 1 νόματι αὐτοῦ. Μετὰ ταῦτα ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν πάλιν ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς Τιβεριάδος·
2 ἐφανέρωσε δὲ οὕτως. Ἦσαν ὁμοῦ Σίμων Πέτρος καὶ Θωμᾶς ὁ λεγόμενος Δίδυμος, καὶ Ναθαναὴλ ὁ ἀπὸ Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, καὶ οἱ τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ ἄλλοι ἐκ
3 τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο. Λέγει αὐτοῖς Σίμων Πέτρος, Ὑπάγω ἁλιεύειν. Λέγουσιν αὐτῷ, Ἐρχόμεθα καὶ ἡμεῖς σὺν σοί. Ἐξῆλθον καὶ ἀνέβησαν εἰς τὸ πλοῖον εὐθὺς, καὶ
4 ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐπίασαν οὐδέν. Πρωΐας δὲ ἤδη γενομένης, ἔςη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸν αἰγιαλὸν, οὐ μέντοι ᾔδεισαν οἱ μα-
5 θηταὶ, ὅτι Ἰησοῦς ἐςι. Λέγει οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Παιδία,
6 μή τι προσφάγιον ἔχετε; Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ, Οὔ. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Βάλλετε εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου τὸ δίκτυον, καὶ εὑρήσετε. Ἔβαλον οὖν, καὶ οὐκ ἔτι αὐτὸ ἑλκῦ-
7 σαι ἴσχυσαν ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰχθύων. Λέγει οὖν ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, τῷ Πέτρῳ, Ὁ Κύριός ἐςι. Σίμων οὖν Πέτρος ἀκούσας, ὅτι ὁ Κύριός ἐςι, τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο, ἦν γὰρ γυμνὸς, καὶ ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς
8 τὴν θάλασσαν. Οἱ δὲ ἄλλοι μαθηταὶ τῷ πλοιαρίῳ ἦλθον· οὐ γὰρ ἦσαν μακρὰν ἀπὸ τῆς γῆς, ἀλλ᾽ ὡς ἀπὸ
9 πηχῶν διακοσίων, σύροντες τὸ δίκτυον τῶν ἰχθύων. Ὡς οὖν ἀπέβησαν εἰς τὴν γῆν, βλέπουσιν ἀνθρακιὰν κειμένην,
10 καὶ ὀψάριον ἐπικείμενον, καὶ ἄρτον. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἐνέγκατε ἀπὸ τῶν ὀψαρίων ὧν ἐπιάσατε νῦν.
11 Ἀνέβη Σίμων Πέτρος, καὶ εἵλκυσε τὸ δίκτυον ἐπὶ τῆς γῆς, μεςὸν ἰχθύων μεγάλων ἑκατὸν πεντηκοντατριῶν·
12 καὶ τοσούτων ὄντων, οὐκ ἐσχίσθη τὸ δίκτυον. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Δεῦτε, ἀριςήσατε. Οὐδεὶς δὲ ἐτόλμα τῶν μαθητῶν ἐξετάσαι αὐτὸν, Σὺ τίς εἶ; εἰδότες, ὅτι ὁ Κύ-
13 ριός ἐςιν. Ἔρχεται οὖν ὁ Ἰησοῦς, καὶ λαμβάνει τὸν ἄρτον,
14 καὶ δίδωσιν αὐτοῖς, καὶ τὸ ὀψάριον ὁμοίως. Τοῦτο ἤδη τρίτον ἐφανερώθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐγερθεὶς ἐκ νε-
15 κρῶν. Ὅτε οὖν ἠρίςησαν, λέγει τῷ Σίμωνι Πέτρῳ ὁ Ἰησοῦς, Σίμων Ἰωαννᾶ, ἀγαπᾷς με πλεῖον τούτων; Λέγει αὐτῷ, Ναὶ Κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ, Βό-
16 σκε τὰ ἀρνία μου. Λέγει αὐτῷ πάλιν δεύτερον, Σίμων Ἰωαννᾶ, ἀγαπᾷς με; Λέγει αὐτῷ, Ναὶ Κύριε, σὺ οἶδας ὅτι

latus meum, & noli esse [11] incredulus, sed credens.
28 Respondit Thomas, & dixit ei, [12] Dominus meus &
29 Deus meus. Dicit ei Jesus, Quia vidisti me, Thoma, credidisti, beati [13] qui non viderunt & crediderunt.
30 Multa quidem & alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro
31 hoc. Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quod Jesus est Christus ille Filius Dei, & ut credentes vitam habeatis per nomen ejus.
XXI. 1 Postea manifestavit se iterum Jesus ad mare Tiberiadis: manifestavit autem
2 sic. Erant simul Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat a Cana Galilææ, & filii Zebedæi, aliique ex discipulis ejus duo.
3 Dicit eis Simon Petrus, Vado piscatum. Dicunt ei, Venimus & nos tecum. Exierunt & adscenderunt in navim statim, [1] & illa nocte nihil ceperunt.
4 Mane autem jam facto, stetit Jesus in littore, non tamen cognoverunt discipuli, quod Jesus esset.
5 Dicit eis Jesus, Pueri, [2] num quid opsonii habetis? Responderunt
6 ei, Non. At ille dicit eis, Mittite in dextram navigii partem rete, & invenietis. Miserunt ergo, & jam non valebant illud trahere præ multitudine piscium.
7 Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Jesus, Petro, Dominus est. Simon ergo Petrus quum audisset, quod Dominus esset, [3] tunica succinxit se, erat enim
8 nudus, & misit se in mare. Alii autem discipuli navigiolo venerunt: non enim longe aberant a terra, sed circiter cubitis ducentis, trahentes rete piscium.
9 Ut ergo descenderunt in terram, viderunt [4] prunas
10 positas, & [5] piscem superpositum, & panem. Dicit eis Jesus, Afferte de piscibus quos prendidistis nunc.
11 Adscendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus:
12 [6] & quum tot essent, non est scissum rete. Dicit eis Jesus, Venite, prandete. Et nemo discipulorum audebat interrogare eum, *dicens*, Tu quis es? quum scirent, quod Dominus esset.
13 Venit itaque Jesus, [7] &
14 accipit panem, & dat eis, & piscem similiter. [8] Hac jam tertia vice manifestatus est Jesus discipulis suis
15 quum resurrexisset a mortuis. Quum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Jesus, [9] Simon Joannis, [10] diligis me plus quam hi? Dicit ei, Etiam Domine, [11] tu scis quod amem te. Dicit ei, [12] Pasce agnos
16 meos. Dicit ei rursus iterum, Simon Joannis, diligis me? Ait illi, Etiam Domine, tu scis quod amem te. Di-

11 *Incredulus, sed fidelis*] ἄπιςος, ἀλλὰ πιςὸς, id est, *infidelis, sed fidelis*, sive *incredulus, sed credulus*, aut *credens*, ne pereat προσονομασία. Etenim quod scribit Valla, *fidelem* Latinis sonare bonæ fidei hominem magis quam credentem, hoc est, non qui habeat alteri fidem, sed qui præstet fidem, vere quidem dicit, verum ea vox jam ab omnibus Christianis Scriptoribus in hunc sensum est usurpata.

12 *Dominus meus & Deus meus*] Hic est unus locus, in quo palam Evangelista Christo *Dei* vocabulum tribuit. Alioqui cum innumera sint argumenta in libris novi Testamenti, quibus evidenter liquet piis mentibus, Christum Deum pariter atque hominem fuisse, tamen infrequens est aperte dici Deum, quod tam cœleste mysterium aures adhuc plurimorum illius ætatis vix laturæ videbantur. Qua de re paulo copiosius dicemus in *Annotationibus*, quas scribemus in prioris ad Timotheum Epistolæ caput primum. Nec est quod cavilletur Hæreticus, hoc a discipulo dictum, agnovit Christus, utique repulsurus si falso dictus fuisset Deus, præsertim cæteris audientibus discipulis.

13 *Qui non viderunt & crediderunt*] οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιςεύσαντες. Augustinus in eo, quem paulo ante citavimus, loco vertit, *& credunt*, quod apud Græcos rarum non est in verbis affectuum, præsertim quæ notant actum manentem. Neque enim qui credidit, credere desiit, sicut qui cœnavit, cœnare desiit.

1 ET *illa nocte nihil prendiderunt*] Et iterum: *Afferte de piscibus quos prendidistis*. In nonnullis habebatur *ceperunt* & *cepistis*. Græce est ἐπίασαν & ἐπιάσατε, nisi quod magis proprie πιάζομεν, id est, *prendimus*, fugientia. Nam *capimus* quomodocunque.

2 *Nunquid pulmentarium habetis*] προσφάγιον, quod mox appellat ὀψάριον, inde dictum quod addatur pani, & *num quod* dicendum erat, aut certe *nunquid pulmentarii*.

3 *Tunica succinxit se*] τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο, id est, *pallio*, sive *penula*, aut *toga*. Nam tunica vestis est interior. *Ependytes* dicta, quod superne induatur. Sed ut Romæ populus infimus *tunicatus* appellatur apud Flaccum, quod pro toga tunicis uteretur, ita verisimile est piscatoribus tunicam fuisse summam vestem.

4 *Prunas positas*] ἀνθρακιὰν, ignis est ex congestis carbonibus.

5 *Piscem, & piscibus*] ὀψάριον, ὀψαρίων. Hic palam apparet ὀψὸν & ὀψάριον ejus nominis diminutivum pro *pisci* accipi, cum dicatur ab ὀπτᾶν, quod est *asso*.

6 *Et cum tanti*] τοσούτων ὄντων, id est, *cum tot essent*. De numero loquitur, non de magnitudine.

7 *Et accepit panem & dabat eis*] *Venit*, *accipit*, & *dat*, omnia Græcis præsentis sunt temporis, ἔρχεται, λαμβάνει, δίδωσι. Suffragatur Græcæ lectioni codex aureus.

8 *Hoc jam tertio*] Τοῦτο ἤδη τρίτον, id est, *Hac jam tertia vice*. *Tertium* erat Latinius.

9 *Simon Joannis*] Σίμων Ἰωνᾶ, id est, *Simon Jona*. Quanquam in nonnullis erat Ἰωαννᾶ, quemadmodum & in Luca.

10 *Diligis me plus his*] Cur Interpres non vitavit amphibologiam, *diligis me plus quam hi?* Alioqui *diligis me plus his*, poterat intelligi, *diligis me plus quam hos*.

11 *Tu scis quia amo te*] Quod modo *diligis* erat, nunc mutat *amo*. Verum variavit & Evangelista Græcam vocem, prius illud est ἀγαπᾷς, posterius φιλῶ, quibus tamen citra discrimen est usus. Id quod indicavit & Augustinus libro *de Civitate Dei* decimo quarto, ne quis arbitratus subesse mysterium in hac varietate frustra philosophetur. Apud Latinos *amo* vehementius est, quam *diligo*.

12 *Pasce agnos meos*] Bis dixerat Βόσκε, id est, *Pasce*, sive *Ale*, semel Ποίμαινε, id est, *Rege*, ut pastor regit gregem. Nec est ubique *agnos*, sed bis πρόβατα, id est, *oves*, semel ἀρνία. Nec in his opinor ullum esse discrimen. Illud obiter est admonendum, qui ex hoc loco gloriantur sibi commissum gregem Domini, eos primum oportere meminisse a Petro ter exactum amorem erga Christum, neque quemlibet amorem, sed ardentiorem cæteris: deinde ter item commissam illi curam gregis. Illud nimirum significatum est, non esse idoneum sacerdotio, nisi qui neglectis omnibus, nihil amet, nisi Christum, hoc est, veritatem, innocentiam, pietatem. Ad hæc nihil huic antiquius esse debere, quam incolumitatem gregis sibi crediti. Proinde quæso quid frontis est istis quibusdam, qui profanis, imo sceleratis Principum obsequiis, qui pecuniis huc penetrant, qui sacerdotium nihil aliud quam quæstum ac tyrannidem esse putant? Nec meminerunt quam attente quibusque legibus Christus suas oves Petro commiserit? Nec commiserit devorandas, sed pascendas. Pascendas exemplo piæ vitæ, pascendas Evangelicæ doctrinæ pabulo, sive lac desiderabunt, sive solidum cibum: pascendas etiam opum subsidio, si res ita poposcerit.

ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ, Ποίμαινε τὰ πρόβατά μου.
σχθθ 17 Λέγει αὐτῷ τὸ τρίτον, Σίμων Ἰωαννᾶ, φιλεῖς με; Ἐλυπήθη ὁ Πέτρος, ὅτι εἶπεν αὐτῷ τὸ τρίτον, Φιλεῖς με; καὶ
σλ ι εἶπεν αὐτῷ, Κύριε, σὺ πάντα οἶδας, σὺ γινώσκεις ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Βόσκε τὰ πρόβατά μου.
σλᾶθ 18 Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ὅτε ἦς νεώτερος, ἐζώννυες σεαυτὸν, καὶ περιεπάτεις ὅπου ἤθελες· ὅταν δὲ γηράσῃς, ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, καὶ ἄλλος σε ζώσει, καὶ οἴσει ὅπου
19 οὐ θέλεις. Τοῦτο δὲ εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν Θεόν· καὶ τοῦτο εἰπὼν, λέγει αὐτῷ, Ἀκολούθει
20 μοι. Ἐπιστραφεὶς δὲ ὁ Πέτρος, βλέπει τὸν μαθητὴν, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, ἀκολουθοῦντα, ὃς καὶ ἀνέπεσεν ἐν τῷ δείπνῳ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ, καὶ εἶπε, Κύριε, τίς ἐστιν ὁ παραδιδούς
21 σε; Τοῦτον ἰδὼν ὁ Πέτρος, λέγει τῷ Ἰησοῦ, Κύριε, οὗτος δὲ
22 τί; Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχο-

Dicit ei, Pasce oves meas. Dicit ei tertio, Simon Jo- 17 annis, amas me? Indoluit Petrus, quod dixisset sibi tertio, amas me? dixitque ei, Domine, tu omnia nosti, tu scis quod amem te. Dicit ei Jesus, Pasce oves meas. Amen amen dico tibi, quum esses ju- 18 nior, cingebas te, & ambulabas quo volebas: quum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet 13 quo non vis. Hoc autem dixit, 19 significans qua morte glorificaturus esset Deum: & quum hoc dixisset, dicit ei, Sequere me. Conversus 20 Petrus, videt illum discipulum, quem diligebat Jesus, sequentem, & qui recubuit in cœna super pectus ejus, & dixit, Domine, quis est ille 14 qui tradit te? Hunc ergo quum vidisset Petrus, dicit Jesu, Do- 21 mine, hic autem quid? Dicit ei Jesus, 15 Si eum 22 velim

13 *Quo tu non vis*] ὅπου οὐ θέλεις. At cur non & superius itidem vertit, *ibas ubi volebas*, cum sit idem adverbium Græcum? quanquam ego malim utrobique, *quo ibas, quo volebas*, & *ducet quo non vis*.

14 *Qui tradet*] ὁ παραδιδοὺς, id est, *qui tradit*.

15 *Sic eum volo manere*] Quum omnia Græcorum exemplaria constanter habeant scriptum, Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν, nemini dubium esse potest, quin conjunctio *si* mutata sit in adverbium *sic*, idque non Interpretis vitio, sed errore Librarii. Siquidem apud Latinos facilis & proclivis prolapsus est a *si* in *sic*, ob vocum affinitatem. Cæterum apud Græcos nihil simile est inter ἐὰν & οὕτως, ut hac occasione lapsus videri possit Interpres. Nec vero solum consentiunt exemplaria Græcorum, verum etiam Interpretes, Cyrillus, Chrysostomus, Theophylactus. Quanquam in his voluminibus Chrysostomi nuper excusis ab indocto quopiam *si* mutatum erat in *sic*. Verum ipsa interpretatio palam arguit Chrysostomum *si* legisse, dum in hanc disserit sententiam, Christum noluisse respondere Petro, quid esset facturus de Joanne, sed voluisse temerariam & curiosam illius interrogationem retundere: at id non fecit, si respondit illum mansurum. Quin & divus Hieronymus primo adversus Jovinianum libro citat hunc locum juxta Græcam veritatem. Et tametsi solent hujusmodi omnia ad semel publicitus receptum errorem depravari, tamen haud scio quo casu factum est, ut hic locus etiamnum in vulgatis exemplaribus apud Hieronymum manserit incorruptus. Qui si maxime fuisset corruptus, tamen ipse disputationis tenor arguit Hieronymum *si* legisse, non *sic*. Et quanquam ad rei comprobationem satis erat tantus Græcorum codicum omnium consensus, tamen in exemplari, cujus copiam nobis fecit Bibliotheca Canonicorum Corsendoncensium, palam scriptum est, *Si eum*, non *Sic eum*. Nec dubito quin itidem scriptum fuerit in Paulino codice, nisi quod extrema pagella nos destituerat. In vetusto codice, quem vidimus in Bibliotheca Collegii, quod est Brugis divo Donatiano sacrum, adscriptum erat utrumque, *Si sic*, nec locus carebat rasura. Adstipulantur nobis vetustissimi codices, quorum auctoritatem sequuti sunt Basileæ fratres Amorbachii. Item codex Evangelicus, qui ob vetustatis miraculum servatur in Bibliotheca Collegii Constantiensis, cujus inspiciendi copiam nobis fecit vir candidissimi pectoris Joannes Botzemus ejus sodalitii Canonicus, bis citra ullum rasuræ vestigium habebat, *Si eum*. Inter vetustiores solus Augustinus quibusdam legisse videtur, *Sic eum volo manere*: vir ille quidem, quod negari non potest, sanctus, integer, acuto præditus ingenio, verum pro ingenii simplicitate impense credulus, neque perinde munitus præsidio Linguarum, etiamsi non omnino rudis fuit Græcanicæ litteraturæ, at non eousque doctus, ut Græcos Interpretes expedite posset evolvere. Adde quod & sero venerit ad Christiani nominis professionem, & mox juvenis ad Episcopale munus raptus est, ut fere docendo discere cogeretur quod doceret, & scribendo disceret quod scriberet, ut ipse alicubi fatetur. Proinde si quid etiam laberetur, vir alioqui maximus, non erat tamen convitiis insectandus, quod nimium acerbe fecit hoc loco Valla, *Augustinus*, inquiens, *ne hic quidem Græcam consulens veritatem, speret se inter falsa verum invenire.* Et aliquanto post odiosius: *Nunc in tanta re vel Evangelica, vel ad Evangelium pertinente, Græci fontis veritate omissa, postulat ut sibi credamus*, &c. Imo si quis attentius excutiat expositionem Augustini, comperiet & illum legisse, *Si eum*, non *Sic eum*, atque illud *sic* ab indocto quopiam corruptum. Etenim quum fatetur objici posse, Dominum non dixisse quidem quod Joannes non esset moriturus, sed tamen innuisse, nonne satis aperit quid legerit? Nam rogatus quomodo velit sterni lectum, si respondeat, *Sic volo manere*, non significat velle instratum manere, sed clare explicat. At si respondeat, *Quid si ita velim manere*, subsignificat nolle sterni, sed sic, ut in dubio relinquat quid velit: velut in Comœdia qui sic loquitur, *Quid si tibi eam nolo vendere, coges tu me*, non negat se velle vendere, sed indicat sibi liberum esse vendere aut non vendere. Atque hæc dixerim, non quod impium existimem alicubi dissentire ab Augustino, sed quod nolim eum sine causa reprehendi. Porro quanquam hæc non faciunt hæreticum, si *sic* legas pro *si*, tamen error tam manifestarius non est dissimulandus in litteris Evangelicis. Et ut fateor, non insectandum convitiis qui sic labatur, ita commiserandum ajo, ac sublevandum. Excusatur is qui per imperitiam litterarum his verbis baptizavit, *In nomine Patri, & Filia, & Spirita Sancta*. Nemo tamen sciens laturus sit hujusmodi baptizatorem. Quin ipse Augustinus non probabat, quod populus in templis caneret, *Super ipsum autem floriet*, pro *florebit*, etiamsi sciret Deum non offendi solœcismis. Quanto minus dissimulandum, si tanto fœdior menda in Evangelicas irrepserit litteras? Quod si Latinus Interpres indicandi modum vertisset in modum subjunctivum, non perinde lubricus fuisset lapsus: *Si eum velim manere donec veniam*. Ut ne repetam interim, quod ipse sermonis contextus refellit istorum lectionem. Sequitur enim, *Et non dixit Jesus, quod discipulus ille non moritur*. Quod si superius legamus, *Sic eum volo manere*, plane dixit eum non moriturum, donec veniret, quod Joannes dictum fuisse negat. Nec ambigit Joannes, quin Christus manere dixerit, non mori, verum negat id affirmasse Christum, sed in ambiguo reliquisse, ut ea res nihil attineret ad Petrum. Jam quum in omnibus Græcis codicibus summus sit consensus, quum in tot vetustis Latinorum libris reperiatur scriptura cum Græcis consentiens, quum Cyrillus a Trapezontio versus obtineat germanam scripturam, quæ quidem non semel repetitur, & liber est excusus Lutetiæ ex auctoritate Theologorum, sicut indicat præfatio, quum eadem lectionis integritas maneat apud Hieronymum, deinde quum Hieronymi, Chrysostomi, Cyrilli, nec dubito quin Theophylacti, interpretatio (nam hic extrema pagina deciderat) non patiatur aliud legi, quam *Si eum volo*, tamen Theologus quidam Carthusianus edito Libro fortiter asseverat, *sic* esse legendum ex auctoritate Græcorum & Latinorum omnium, duobus fretus argumentis: primum, quod *si* habet codex Chrysostomi Latine versi, & indiligenter excusi; deinde, quod *sic* hodie recitatur in Ecclesia. Hanc enim legem nobis præscribit, ut eam scripturam habeamus pro germana, quam obtinuit usus vulgaris. Atqui codices declarant, ante annos trecentos aut quadringentos publicum usum habuisse *si*. Hæc igitur tum erat germana lectio juxta hujus præscriptum. Sed quoniam nunc depravato loco publicus usus habet *sic*, quæ prius erat germana lectio, nunc est notha. Tantum valet usus, ut eadem res sit vitrum & gemma. Sed adscribam Cyrilli verba, quibus declarat quid legerit: *Hunc igitur*, inquit, *ita Domino dilectum quum respexisset Petrus, statim interrogavit, quis vitæ illi terminus immineret. Sed quoniam curiosa magis quam utilis rerum alienarum inquisitio est, respondet quidem, sed ita ut rogantis animum abducat ad alia: nec mortis expertem futurum Joannem ait, sed* Si eum volo manere donec venio, quid ad te? *id est, audisti Petre quæ ad te pertinent; cur aliena quæris? cur divinæ justitiæ secreta rimaris? Nam si etiam vellem minime istum mori, quid tu unquam emolumenti, aut quid consolationis consequereris? Non erit ergo prudens curiosus, si quid passurus sit, utrum etiam alii eadem subibunt an non, cum aliorum calamitate pericula sua non mitigentur. Quamvis communiter insitum esse hominibus videatur, ut optent, si quid periculi subituri sint, non esse solos, sed cæteros etiam aut videre similia pati, aut saltem audire perpessos fuisse, vel omnino idem passuros.* Quin & in *Catena* quum multi frustulatim citentur, tamen bonus aliquis casus uno loco servavit integram lectionem, in his, quæ, ut arbitror, referuntur ex Theophylacto: *Opus tibi commissum attende & perfice, hunc vero si voluero manere hîc, quid ad te?* Solus Augustinus inter Veteres legisse potest videri, *Sic eum volo manere*, deceptus mendo codicis, & ob id offensus absurditate sermonis torquet sensum variis interpretationibus. Ut autem intelligas hoc Librariorum temeritate factum esse, priore loco Lector offensus hoc sermone, *Dixit ei Jesus, Si eum volo manere, donec veniam*, non animadvertens *si* positum pro *an*, aut *quid si*, & hanc partem referri ad id quod sequitur, *quid ad te*, vertit *si* in *sic*, & particulam *quid ad te* separavit a superioribus; mox ubi vidit repetitum, *Si eum volo manere*, nec perinde jam congruere, *si, quid ad te*, separes a superioribus, reliquit *si*, piguit tamen restituere, quod ante mutarat. Ita factum est, ut in nonnullis codicibus prior locus habeat *sic*, posterior *si*. Deinde variante scriptura, quum in aliis *sic*, in aliis *si* reperiretur, aliquis adscripsit alterum in margine, tandem utrumque relatum est in contextum. Hoc depravandi genus frequenter offendimus in Hieronymo & Cypriano. Si quando citabatur ab illis aliter Scriptura, quam vulgo legitur, offensus Scriba doctulus mutavit quod citabatur ex sua memoria juxta vulgatam Editionem. Post ubi videret eadem sæpius repeti, sensit non esse lapsum Scribarum, desiitque mutare. Itaque variabat lectio in principiis & in mediis aut fine. Posteaquam vero res tot argumentis perspicua est, si quis in codicibus vulgatis erasisset superfluam *c*, aut in templo pronunciasset, *Si eum volo manere*, non erat carpendus, sed imitandus, si modo mutatæ lectionis rationem redderet. Nunc ego nec radendi, nec in templis aliter pronunciandi sum auctor, tantum indico germanam lectionem ex fide utriusque Linguæ codicum, & ex interpretatione probatissimorum Ecclesiæ Doctorum. Ita qui veritati commonstratæ non credat, fortasse pertinax dici possit, qui reclamet, impudens, qui monstratorem negligat, ingratus, qui non assequatur tam evidentia, tardus. Cæterum qui pro errore inveterato docet quod rectum est, nec ingerit nova, sed

23 ἔρχομαι, τί πρός σε; σὺ ἀκολούθει μοι. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ λόγος οὗτος εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, ὅτι ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος οὐκ ἀποθνήσκει· καὶ οὐκ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει, ἀλλ', Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν 24 ἕως ἔρχομαι, τί πρός σε; Οὗτός ἐστιν ὁ μαθητὴς, ὁ μαρτυρῶν περὶ τούτων, καὶ γράψας ταῦτα· καὶ οἴδα-25 μεν, ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ' ἓν, οὐ δὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία.

velim manere [61] donec veniam, quid ad te? tu me sequere. 17 Exiit ergo sermo inter fratres, quod di-23 scipulus ille non moreretur: & non dixerat ei Jesus, 18 Non moritur, sed, Si eum velim manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille, qui te-24 stimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus, quod verum est testimonium ejus. Sunt autem 25 & alia multa quæ fecit Jesus, quæ si scribantur per singula, 19 nec ipse, opinor, mundus caperet eos qui scriberentur libros.

ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΙΟΑΝΝΗΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ

ΤΕΛΟΣ.

EVANGELII SECUNDUM JOANNEM

FINIS.

sed vetera restituit, hunc si quis falsarium seditiose clamitet, & mundum in illum scriptis furiosis concitet, quæso quo nomine donandus videtur? Ut ego taceam, res ipsa loquitur. Et tamen hi se jactant absolutos Theologos, nec minus sibi videntur pii quam docti, abominandum facinus arbitrantes, si pro scaro vescantur ovilla, & meram religionem esse ducunt, si bene monentem sic calumnientur. Tale sanctorum genus gignunt nobis, linum & lana, corium & pannus, pisces & fabæ, nigror & albor, nomina & tituli. Excitet Dominus Spiritum suum in omnibus.

16 *Donec veniam*] Fallit hîc, ut ita loquar, Christus suos discipulos in *donec veniam*. Exspectabant enim mox venturum regnum Israel. *Sequi* erat mori morte violenta, & *manere* non significat simpliciter non mori, sed non mori ad exemplum Christi.

17 *Exivit sermo inter fratres*] Quomodo exiit, si erat inter fratres? quanquam sic usus est hoc verbo Suetonius in Nerone: *Exiit*, inquit, *post scenicas coronas opinio*. Proinde dilucidius ac Latinius erat, *Permanavit rumor inter fratres*, hoc est, ad Christianos cæteros, & quod illic erat dictum paucis audientibus, id serpsit ad plures vulgante fama.

18 *Quia non moritur*] Rectius erat, *quod non moreretur*. Quanquam commodius erat omittere conjunctionem, propter id quod sequitur, *sed, Si eum volo manere*. Neque enim *Dixit ei* refertur ad Joannem, sed ad Petrum. Hoc obiter adjicere visum est, quod quidam eruditus hoc loco putavit non posse conjunctionem omitti citra incommodum.

19 *Nec ipsum arbitror mundum capere posse*] Hîc Augustinus offensus hyperbola, *capere* non ad spatium loci refert, sed ad animum. Verum ad eumdem modum, nec unam paginam divinæ sapientiæ capere possit mundus. Nihil tale Chrysostomus, & Cyrillus, ingenue fatentur hyperbolen esse. Sensit autem incredibilem vim ac multitudinem librorum. Est enim Græcis χωρῆσαι, quod de spatio loci proprie dicitur, ut annotavimus in eum locum, *Non omnes capiunt hoc verbum*. Nec est *posse capere* apud Græcos, sed tantum χωρῆσαι, id est, *capere*, sive *capturum*. Certe in aureo codice *posse* non additur. Ne in Constantiensi quidem. Deinde *qui scribendi sunt*, melius erat, *qui scribendi forent*.

DESIDERII ERASMI ROTERODAMI

ANNOTATIONUM IN EVANGELIUM JOANNIS

FINIS.

ΑΠΟΔΗΜΙΑ ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ

ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ.

ΑΠΟ Δαμασκοῦ ἤρξατο, καὶ ἀνῆλθεν εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἐκεῖθεν εἰς Ταρσὸν, κἀκεῖθεν εἰς Ἀντιόχειαν· καὶ πάλιν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ πάλιν εἰς Ἀντιόχειαν· κἀκεῖθεν ἀφορισθεὶς μετὰ Βαρνάβα εἰς τὴν ἀποστολὴν, κατῆλθεν εἰς Σελεύκειαν, εἶτα εἰς Κύπρον, ἔνθα καὶ Παῦλος ἤρξατο καλεῖσθαι· εἶτα εἰς Πέργην, εἶτα εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας, εἶτα εἰς Ἰκόνιον, εἶτα εἰς Λύστραν καὶ Δέρβην τῆς Λυκαονίας, εἶτα εἰς Παμφυλίαν, εἶτα πάλιν εἰς Πέργην, εἶτα εἰς Ἀττάλειαν, εἶτα πάλιν τρίτον εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας, εἶτα πάλιν τρίτον εἰς Ἱερουσαλὴμ διὰ τὴν περιτομήν· εἶτα πάλιν τέταρτον εἰς Ἀντιόχειαν· εἶτα διῆλθε τὴν Συρίαν κατὰ τὴν Κιλικίαν· εἶτα πάλιν δεύτερον εἰς Δέρβην καὶ Λύστραν, ἔνθα τὸν Τιμόθεον περιέτεμεν, εἶτα εἰς τὴν Φρυγίαν καὶ Γαλατικὴν χώραν, εἶτα εἰς Μυσίαν, εἶτα εἰς Τρωάδα· κἀκεῖθεν εἰς Νεάπολιν, εἶτα εἰς Φιλίππους τῆς Μακεδονίας· εἶτα διελθὼν τὴν Ἀμφίπολιν καὶ τὴν Ἀπολλωνίαν, ἦλθεν εἰς Θεσσαλονίκην, εἶτα εἰς Βέῤῥοιαν, εἶτα εἰς Ἀθήνας, εἶτα εἰς Κόρινθον, εἶτα εἰς Ἔφεσον, εἶτα εἰς Καισάρειαν· εἶτα δεύτερον εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας, εἶτα εἰς τὴν Γαλατικὴν χώραν καὶ Φρυγίαν· εἶτα πάλιν δεύτερον εἰς Ἔφεσον, εἶτα διελθὼν τὴν Μακεδονίαν, ἦλθεν εἰς Ἑλλάδα· κἀκεῖθεν διελθὼν τὴν Μακεδονίαν, ἦλθε πάλιν δεύτερον εἰς Φιλίππους, καὶ ἀπὸ Φιλίππων πάλιν εἰς Τρωάδα, ἔνθα καὶ τὸν Εὔτυχον ἤγειρε πεσόντα· εἶτα εἰς τὴν Ἄσσον, εἶτα εἰς Μιτυλήνην, εἶτα εἰς τὰ ἀντικρὺ Χίου, εἶτα εἰς Σάμον, κἀκεῖθεν εἰς Μίλητον· ἐκεῖθεν μεταπεμψάμενος τοὺς ἐν Ἐφέσῳ ὡμίλησεν αὐτοῖς· εἶτα εἰς Κῶ, εἶτα εἰς Ῥόδον· κἀκεῖθεν εἰς Πάταρα, κἀκεῖθεν εἰς Τύρον, εἶτα εἰς Πτολεμαΐδα, κἀκεῖθεν εἰς Καισάρειαν· κἀκεῖθεν πάλιν τέταρτον ἀνῆλθεν εἰς Ἱερουσαλὴμ· κἀκεῖθεν παρεπέμφθη εἰς Καισάρειαν, καὶ λοιπὸν δέσμιος ἐπὶ Ῥώμην· οὕτως ἀπὸ Καισαρείας ἦλθεν εἰς Σιδῶνα, κἀκεῖθεν εἰς Μύρα τῆς Λυκίας· εἶτα εἰς Κνίδον, κἀκεῖθεν πολλὰ παθὼν ἦλθεν εἰς τὴν νῆσον, ἔνθα ἡ ἔχιδνα καθήψατο τῆς χειρὸς αὐτοῦ, καὶ ἔμεινεν ἀβλαβής· εἶτα εἰς Συρακούσας, εἶτα εἰς Ῥήγιον τῆς Καλαβρίας, εἶτα εἰς Ποτιόλους, κἀκεῖθεν πεζὸς ἀνῆλθεν εἰς Ῥώμην, ἀπαντησάντων αὐτῷ τῶν ἀδελφῶν εἰς Ἀππίου Φόρον καὶ τρεῖς ταβερνάς· καὶ λοιπὸν εἰσελθὼν εἰς Ῥώμην, καὶ διδάξας χρόνον ἱκανὸν, ὕστερον ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ ἐμαρτύρησεν, αὐτόθι τὸν καλὸν ἀγῶνα ἀγωνισάμενος. Ῥωμαῖοι δὲ περικαλλέσιν οἴκοις καὶ βασιλείοις τὰ λείψανα τούτου καθείρξαντες, ἐπέτειον αὐτῷ μνήμης ἡμέραν πανηγυρίζουσι τῇ πρὸ τριῶν καλανδῶν Ἰουλίων, ἕκτῳ τῶν ὅλων μηνὶ τοῦτο μαρτύριον ἑορτάζοντες· πολλὰς δὲ καὶ πρὸ τούτου ἤδη παραινέσεις ὑπέρ τε βίου καὶ ἀρετῆς ὁ μακάριος ἐποιήσατο, καὶ πολλὰ περὶ τῶν πρακτέων τοῖς ἀνθρώποις εἰσηγήσατο· ἔτι δὲ ὅλως καὶ διὰ τῆς ὑφῆς τῶν δεκατεσσάρων ἐπιστολῶν τούτων τὴν ὅλην ἀνθρώποις διέγραψε πολιτείαν. Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην ἐν βραχεῖ καὶ τὸν χρόνον ἐπισημειώσασθαι τοῦ κηρύγματος Παύλου, ἐκ τῶν χρονικῶν κανόνων Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου τὴν ἀνακεφαλαίωσιν ποιούμενος· ἔνθα δὴ τὴν βίβλον μετὰ χεῖρας εἰληφὼς, καὶ ταύτην ἀναπτύξας, εὑρίσκω τὸ πάθος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ ἔτει Τιβερίου Καίσαρος γεγενημένον, καὶ τὴν τριήμερον δὲ εὐθὺς ἀνάστασιν, καὶ πάλιν τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ. Καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς ὀλίγας εἶδον ἐκεῖ τοὺς Ἀποστόλους προχειριζομένους εἰς διακονίαν τὸν αὐτοφερώνυμον Στέφανον, καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτόν· καὶ μετέπειτα στάσιν Ἰουδαίων πάλιν καταλαμβάνω, καθὼς ἤδη προείπομεν, καὶ τὸν Στέφανον ἀγωνιζόμενον ἐκεῖσε, καὶ τὸν Παῦλον συνευδοκοῦντα πάνυ τῷ φόνῳ, ὃς μικρὸν ὕστερον τοῖς ἄρχουσι τῶν Ἰουδαίων παραστὰς, ἐπιστολὰς ἐκομίζετο πρὸς τοὺς ἐν Δαμασκῷ Ἰουδαίους κατὰ τῶν μαθητῶν· κατὰ μέσην δὲ τὴν ὁδὸν ἡ κλῆσις αὐτῷ γεγένηται παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς μικρῷ προσαναλωθῆναι τὸ ἔτος ἐκεῖνο. Ἐπιλαβομένου δῆτα τοῦ ἐννεακαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου Καίσαρος, κατάρξασθαι τὸν Παῦλον τοῦ κηρύγματος φησὶ ἡ ἱστορία, καὶ τὴν ἅπασαν οἰκουμένην διαδραμεῖν εὐαγγελιζόμενον τὴν εἰς Χριστὸν εὐσέβειαν μέχρις τρισκαιδεκάτου ἔτους Κλαυδίου Καίσαρος, ἡγεμονεύοντος τότε τῆς Ἰουδαίας Φήλικος, ἐφ' οὗ κατηγορηθεὶς ὑπὸ Ἰουδαίων, τὴν ἀπολογίαν ἐποιήσατο Παῦλος· ὃς δὴ τὸν Ἀπόστολον εἰς τὸ κατὰ Καισάρειαν δεσμωτήριον κατεῖρξεν ἐπὶ δυσὶν ἔτεσι· μεθ' ὃν διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν Πόρκιος Φῆστος, εὐθὺς ἀνακρίνειν ὥρμησε τὸν Ἀπόστολον, τοῖς Ἰουδαίοις ἐν τούτῳ μεγίστην χάριν κατατιθέμενος· Τότε οὖν ὁ μακάριος νομίσας οὐκ ἄλλως ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς ἐπιβουλῆς, ἢ Καίσαρα ἐπικαλεσάμενος, ἑστὼς ἐπὶ τοῦ βήματος ἐπεκαλεῖτο Καίσαρα· καὶ εἰς Ῥώμην ἐκπέμπεται πρὸς Νέρωνα Καίσαρα. Συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ Ἀρίσταρχος, ὃν καὶ εἰκότως συναιχμάλωτόν που τῶν ἐπιστολῶν ἀποκαλεῖ, καὶ Λουκᾶς, ὁ τὰς Πράξεις τῶν Ἀποστόλων γραφῇ παραδούς· κἀκεῖσε οὖν ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων ὁ Παῦλος διετίαν ὅλην ἐφυλάττετο. Ταῦτα γὰρ καὶ μέχρι τούτων ἱστορεῖ Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν Ἀποστόλων, κατ' ἐκεῖνον καιροῦ τὸ βιβλίον συγγραψάμενος· καὶ τὰ καθεξῆς ἥκιστα τότε γινώσκων, οὐδὲ τὸ μαρτύριον αὐτοῦ ἐγκατέθετο τῇ βίβλῳ· καταλιπόντες γὰρ αὐτὸν ἐκεῖσε Λουκᾶς τε καὶ Ἀρίσταρχος ἦλθον. Εὐσέβιος δὲ τοὺς μετέπειτα χρόνους ἀκριβῶς περιεργασάμενος, ἱστόρησεν ἡμῖν καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τόμῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τοῦτο καὶ τὸ μαρτύριον, καὶ φησὶν τὸν Παῦλον ἄνετον διατρίψαι, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἀκωλύτως κηρύξαι, ἐπισημηνάμενος. Τότε μὲν οὖν ἐπὶ Νέρωνος ἀπολογησάμενον τὸν Παῦλον, αὖθις ἐπὶ τὴν τοῦ κηρύγματος διακονίαν λόγος ἔχει στείλασθαι ὑπὸ Καίσαρος ἀπολυθέντα, καὶ εὐαγγελίσασθαι ἐφ' ἑτέροις δέκα ἔτεσιν. Εἰς ἄκρον δὲ μανίας ὁ Νέρων ἀφικόμενος, ἀνεῖλε μὲν Ἀγριππῖναν πρῶτα τὴν ἰδίαν μητέρα, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἀδελφὴν τοῦ πατρὸς, καὶ Ὀκταυΐαν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, καὶ ἄλλους μυρίους τῷ γένει προσήκοντας· μετέπειτα δὲ καθολικὸν ἐκίνησε διωγμὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν, καὶ οὕτως ἐπὶ τὰς κατὰ τῶν Ἀποστόλων ἐπήρθη σφαγάς· μεταστειλάμενος γὰρ τὸν Παῦλον αὖθις, τῷ βήματι παριστᾷ. Συνῆλθε δὲ πάλιν ὁ Λουκᾶς αὐτῷ. Ἔνθα δὴ συνέβη τὸν Παῦλον τριακοστῷ ἕκτῳ ἔτει τοῦ σωτηρίου πάθους, τρισκαιδεκάτῳ δὲ Νέρωνος μαρτυρῆσαι, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθέντα. Ἔστι τοίνυν ἀπὸ τοῦ ἐννεακαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου Καίσαρος, ἐξ οὗ κηρύσσειν τὸ Εὐαγγέλιον ἤρξατο, ἕως τοῦ εἰκοστοῦ δευτέρου ἔτη τέσσαρα, καὶ τὰ Γαΐου δὲ ὡσαύτως ἔτη τέσσαρα· αὖθις δὲ καὶ τὰ Κλαυδίου ἔτη μικρὸν ἐλάττω τεσσάρων καὶ δέκα· ὧν διαδεξάμενος Νέρων τρισκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς ἑαυτοῦ ἀρχῆς, τὸν Ἀπόστολον ἀνεῖλε. Γράφει οὖν ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος Παῦλος Τιμοθέῳ, περὶ μὲν τῆς πρώτης αὐτοῦ ἀπολογίας, φάσκων τάδε, Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον, μὴ αὐτοῖς λογισθείη· ὁ δὲ Κύριός μοι παρέστη, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, καὶ ἀκούσωσι πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ἐῤῥύσθην ἐκ στόματος λέοντος, τοῦτον λέγων εἶναι τὸν Νέρωνα. Περὶ δὲ τῆς δευτέρας, ἐν ᾗ καὶ τελειοῦται τῷ κατ' αὐτὸν μαρτυρίῳ, φησὶ, τὴν καλὴν διακονίαν σου πληροφόρησον· ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἀναλύσεώς μου ἐφέστη. Καὶ ὅτι Λουκᾶς ἦν πάλιν σὺν αὐτῷ, μετ' ὀλίγα τῆς ἐπιστολῆς, ἀσπάζεταί σε, γράφει, Λουκᾶς ὁ σὺν ἐμοί. Ἔστι οὖν ὁ πᾶς χρόνος τοῦ κηρύγματος Παύλου, εἴκοσι καὶ ἓν ἔτος· καὶ δύο ἕτερα ἔτη, ἃ διετέλεσεν ἐπὶ τῷ κατὰ Καισάρειαν δεσμωτηρίῳ· πρὸς δὲ τούτοις πάλιν τὰ ἐν Ῥώμῃ πρότερα δύο ἔτη, καὶ τὰ τελευταῖα δὲ ἔτη δέκα, ὥστε εἶναι τὰ πάντα ἔτη ἀπὸ τῆς γενήσεως αὐτοῦ μέχρι τῆς τελειώσεως, τριάκοντα καὶ πέντε.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ

ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ.

ΕΠὶ Νέρωνος τοῦ Καίσαρος Ῥωμαίων ἐμαρτύρησεν αὐτόθι Παῦλος ὁ Ἀπόστολος, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς ἐν τῷ τριακοστῷ καὶ ἕκτῳ ἔτει τοῦ σωτηρίου πάθους, τὸν καλὸν ἀγῶνα ἀγωνισάμενος ἐν Ῥώμῃ, πέμπτῃ ἡμέρᾳ πανέμου μηνὸς, ἥτις λέγοιτ' ἂν παρὰ Ῥωμαίοις τῇ πρὸ τριῶν καλανδῶν Ἰουλίων· καθ' ἣν ἐτελειώθη ὁ ἅγιος Ἀπόστολος τῷ κατ' αὐτὸν μαρτυρίῳ, ἑξηκοστῷ καὶ ἐννάτῳ ἔτει τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας.

PEREGRINATIO APOSTOLORUM PETRI ET PAULI,

CUM RATIONE TEMPORUM

PER

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

EX ACTIS APOSTOLICIS non liquet Petrum frequenter commutasse locum, nisi quod post mortem Stephani profectus est una cum collega Joanne in Samariam civitatem, cui post versum nomen *Sebaste*, unde & tota regio Samaria dicta est, ut comprobaret auctoritate sua, perficeretque, quod illic per Philippum Diaconum cœptum erat. Deinde videtur plerasque Samariæ partes peragrasse. Sic enim legimus capite octavo: *Et multis regionibus Samaritanorum evangelizabant.* Est autem Samaria media inter Judæam & Galilæam. Porro nonum caput testatur illum peragrasse varias Palæstinæ regiones, antequam veniret Lyddam & Joppen. Sic enim habet: *Factum est autem, ut Petrus, dum transiret universos, deveniret ad sanctos qui habitabant Lyddæ.* Est enim Lydda in Palæstina non procul a Joppe civitate littorali. Rursus a Joppe profectus legitur ad Cæsaream, Palæstinæ maritimam, quæ prius dicta fuerat *Turris Stratonis.* Hîc baptizavit Cornelium centurionem. Hinc reversus est Hierosolymam. Cæterum quando profectus sit Antiochiam, ubi præsedisse creditur, aut quando se Romam transtulerit, quasque regiones peragrarit, quoniam humanis duntaxat historiis proditum est, non laborabo persequi. Nam Eusebius, qui putat illum prædicasse Evangelium apud Ponticos, Galatas, Cappadoces, Asiaticos, Bithynos, non aliunde sumpsit conjecturam, nisi quod harum gentium meminit in priore Epistola. Conveniebat autem, ut Apostolorum præcipuus annos complures sederet in ea civitate, unde Dominus Jesus voluerat Evangelicam doctrinam, primum in omnes Judææ regiones, mox in universum orbem propagari. Jam quod tradit Historia, quam vocant Ecclesiasticam, primariam rerum curam a Christo traditam Petro, Jacobo, & Joanni, id inde colligunt, quod horum aliquoties nominatim fit mentio, quum de cæteris nihil narretur quid dixerint aut fecerint, nisi quod adstabant Petro dicenti tanquam testes. Erant autem Jacobi duo, unus Zebedæi filius, frater Joannis: hunc interfecit Herodes: atque hoc ipsum arguit eum fuisse inter Apostolos præcipuum. Alter Alphæi filius. Crebra mentio fit in Actis tertii Jacobi, qui dictus est frater Domini, cognomento Justus, filius (ut opinatur Hieronymus) Mariæ, quæ fuerit soror matris Domini. Huic Jacobo tribuunt Epistolam, quæ legitur inter catholicas. Qui quum non esset de numero duodecim Apostolorum, tamen hunc statim a morte Christi Apostoli designarunt Episcopum Hierosolymitanum: qui, posteaquam Paulus appellasset Cæsarem, e templi fastigio præcipitatus est, atque inter lapidandum fullonis fuste percussus interiit. Hunc Hieronymus, quum alias tum enarrans Esaiæ caput decimum septimum, negat fuisse de numero Apostolorum duodecim. Et tamen quanta fuerit hujus auctoritas vel illud declarat, quod, quum in Concilio tractaretur de gentibus non onerandis Lege Mosaica, post Petrum cum auctoritate pronunciat sententiam, ἐγὼ κρίνω, inquiens. Hic idem post Paulo fuit auctor, ut adjungeret sibi quatuor, qui voto se adstrinxerant, cumque his ritu Judaico purificaretur in templo: cujus consilio Paulus obtemperavit. Quin etiam urbem ingressus, hunc primum salutavit, tanquam illic primas tenentem. Et in Epistola ad Galatas hunc ceu præcipuum nominat: *Aliorum*, inquit, *Apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini.* Cæterum Petrum Antiochiæ fuisse declarat in eadem Epistola, narrans quemadmodum illum reprehenderit ob simulationem. Jam Dionysius apud Eusebium Corinthiorum Episcopus, Scriptor pervetustus, litteris prodidit, Petrum & Paulum Romæ jussu Neronis eodem die martyrii palmam promeruisse. Cæterum Petrum inter præcipuos etiam primatem fuisse declarat, quod apud Evangelistas omnes, atque etiam in Actis, in catalogo duodecim semper primo loco recensetur. Deinde quod initio fere primus fuit ad dicendum. Nam & ante missum Spiritum Sanctum, congregatis in cœnaculo discipulis, proponit de subrogando quopiam in locum Judæ. Rursus ubi tumultus esset in populo ob linguarum miraculum, Petrus solus auspicatur concionem Evangelicam. Primus omnium miraculum edit in nomine Jesu, pro templi foribus sanato claudo. Ac mox hac de causa concursu facto in porticu Salomonis, Petrus concionatur apud populum. Ubi videtur & Joannes Petri comes aliquid dixisse, quod non refertur. Sic enim ait Lucas, *Loquentibus autem illis ad populum*: nisi placet accipere utrumque dixisse, quod Petrus utriusque nomine dixit. Similis enim locus mox sequitur in eodem capite tertio : *Petrus vero & Joannes respondentes dixerunt ad eos.* Rursus capite quarto: *Respondens autem Petrus & Apostoli dixerunt.* Quod Petrus omnium voce loqueretur. Rursum quum ageret de creandis Diaconis, Petrus verba facit solus. Solus pronunciavit sententiam in Ananiam. Quin & illud arguit Petri dignitatem inter Apostolos, quod primus ductus est in carcerem, ac virgis cæsus; quanquam ex narratione Lucæ videntur omnes Apostoli simul cum Petro, jam iterum conjecto in carcerem, virgis cæsi.

Nunc de Paulo dicamus, qui veluti strenuus dux per omnes terras mariaque volitavit, ut omnes gentes redigeret sub jugum Christi. Primum Hierosolymis profectus est Damascum. Ea est civitas Cœles Syriæ, sive Syrophœnices, quæ quondam Arabiæ deputabatur, ut auctor est Tertullianus adversus Marcionem libro tertio: totius Syriæ caput, inter Libanum & Antilibanum sita. Hîc baptizatus est Paulus, & Evangelii prædicationem auspicatus. Verum hinc clam profugiens utrum abierit in Arabiam, & inde reversus sit Damascum, ac post annos tres demum redierit Hierosolymam, ut videret Petrum, quemadmodum ipse refert in Epistola ad Galatas, an statim se receperit Hierosolymam, non satis liquet ex Actis: imo ne hoc quidem, utrum in prima prædicatione periclitatus sit ob insidias præfecti, an secunda. Ex narratione Lucæ videtur, statim ut fugisset Damasco, se recepisse Hierosolymam: quoniam qui paulo ante profectus fuerat hostili animo in discipulos, noluerunt in consortium suum recipere. Quod si tot annis prædicasset, fieri vix potuisset, quin rumore cognovissent eum fuisse mutatum. Rursus Hierosolymis profugus, deductus est Cæsaream Philippi, quam Ptolemæus *Panea* vocat, Eusebius *Paneadem*: ea est Phœnices ad radicem Libani montis, ubi sunt fontes Jordanis. A Cæsarea dimissus est Tarsum. Ea metropolis est Ciliciæ, Pauli patria, quam interfluit amnis Cydnus. A Tarso per Barnabam reductus est Antiochiam, Phœnices metropolim, unde & regioni nomen quæ proxima est Ciliciæ. Ea est supra fluvium Orontem. Hinc profe-

ctus est denuo Hierosolymam, ut exhiberet collectam pecuniam in subsidium pauperum. Quo facto reversus est Antiochiam, unde venerat. Hic donatus Apostolico nomine, profectus est Seleuciam. Ea est in promontorio Antiochiæ Syriæ, obvia volenti ab Antiochiæ civitate proficisci in Cyprum. E Seleucia solvit in Cyprum, insulam oppositam Ciliciæ, quæ est Asiæ minoris. Appulit autem Salaminem, quæ civitas Cypri prima occurrit ad Orientem, & pervenit Paphum, quæ est extrema ad Occidentem, ut intelligamus totam eam insulam peragratam. Ubi quidam putant illi pro *Saulo* commutatum *Pauli* nomen a Sergio Paulo ejus insulæ Proconsule: quum magis conveniat, ut parentes ac patroni liberis ac libertis sua impartiant nomina, quam ut ab illis mutuentur. A Papho solvens, appulit Pergen. Ea civitas est Pamphyliæ. Hinc Antiochiam Pisidiæ. Hinc Iconium: mox Lystra, quæ est civitas Lycaoniæ. Hic autem tum lapidatus est Paulus. A Lystris profectus est Derben, quæ & ipsa Lycaoniæ est. Hinc remensus iter quo venerat, reversus est Lystra, Iconium, & Antiochiam Pisidiæ, quo quod cœptum erat confirmaret. Atque item peragrata reliqua Pisidia, redierunt in Pamphyliam, usque ad Pergen, ad quam primum appulerant e Cypro. Hinc Attaliam. Ea civitas est maritima Pamphyliæ, ex qua scribæ fecerant *Italiam*. Attalia solventes, navigarunt Antiochiam Syriæ, unde primum hoc iter fuerat auspicatus. Hinc rursus Hierosolymam itum est, ut cæteris Apostolis probaret, quæ gesserat in Asia minore: sed interim prædicans Evangelium in Phœnice & Samaria, per quas erat iter. Eo peracto reversus est Antiochiam, unde venerat. Hic sejunctus a Barnaba, peragravit Syriam, ac mox Ciliciam. Inde iterum revisit Derben, ac Lystra, ubi circumcidit Timotheum. A Lystris fecit iter per Phrygiam & Galatiam. Hinc ventum est in Mysiam, mox Troadem. Atque hic nonnullus scrupulus occurrit. Etenim si sentit de Phrygia, in qua est Troas, a Lycaonia prior occurrit Galatia, quam Phrygia. Et tamen Lucas capite decimo sexto sic refert: *Transeuntes autem Phrygiam & Galatiæ regionem, vetiti sunt a Spiritu Sancto loqui verbum in Asia.* Nec incertum videri potest, an Asia hic accipiatur pro illa minoris Asiæ parte, quæ simpliciter Asia dicitur: an de tota Asia minore, in qua jam multis locis prædicaverat. Siquidem Galatia sita ad Septentrionem, hoc est, ad Pontum Euxinum, ad Orientem habet Cappadociam, ad Occidentem Bithyniam, ad Austrum Pisidiam & Lycaoniam. Porro Mysia major proxima est Asiæ sic proprie dictæ. Mysia minor est supra Phrygiam. Potest igitur sic explicari scrupulus, ut in his duobus vocabulis *Phrygiam* & *Galatiam* sit ordo præposterus, quem ordinem rectum comperies in ejusdem itineris descriptione, capite decimo octavo, & intelligamus illum e Lycaonia recta pervenisse in Galatiam, hinc in Phrygiam, ex Phrygia voluisse per Mysiam petere Bithyniam, ni vetuisset Spiritus. Adhæret autem hæc Asiæ pars Phrygiæ ad Orientem & Austrum. Itaque Paulum vetitum huc ire, flexisse iter ad Mysiam, ni fallor, per quam iter est in Bithyniam, quæ quondam *Bebrycia* dicta est & *Mygdonia*: proxime habens ad Septentrionem & Exortum eam Asiæ partem, quæ proprie *Pontus* dicitur. Rursus quum huc ire vetaret Spiritus, reflexisse iter ad Occidentem, ac peragrata Mysia minore redisse per mediam Phrygiam usque ad Troadem, quæ est in littore Phrygiæ, eadem & *Antigonia* dicta, opposita Chersoneso, unde proximus trajectus est in Europam ex Asia minore. A Troade solverunt, ac recto cursu pervenerunt in insulam Samothracen, oppositam Thraciæ, quam habet ad Septentrionem. Hinc Neapolim. Ea civitas est in littore, in confinio Macedoniæ ac Thraciæ. Hinc Philippos, quam Lucas admonet esse civitatem coloniam in prima parte Macedoniæ. Ad hos scribit unam Epistolam Paulus. Hic virgis cæsus est, & in carcerem conjectus cum Sila. Post hæc per Amphipolim, quæ non longe abest a Strymone flumine, & Apolloniam, quæ Thessalonicæ proxima est, venere Thessalonicam. Ea civitas metropolis est Macedoniæ. Et ad hos Paulus scribit Epistolam. Et hic orto tumultu clam dimissus est Berrhœam, quam a Thessalonica dirimit Pella, patria Alexandri Magni. Hic reperit dociles auditores. Porro Berrhœa non ita procul abest a mari. Itaque tumultu concitato deductus est ad mare, inde Athenas perventum navigio, ni fallor, propterea quod Lucas meminit illum dimissum, ut iret ad mare. Est & alia conjectura, quod quum iter a Berrhœa sit longum usque ad Atticam, nulla fit mentio regionum aut civitatum, quæ pedibus iter facientibus occurrissent. Hic convertit Dionysium: qui an Judex fuerit an Philosophus, non satis liquet, quum Lucas tantum illum vocet *Areopagitam*. Opinor autem omnes *Areopagitas* dictos, qui partem eam urbis Athenarum inhabitabant. Demiror autem cur Beda faciat hunc Corinthiorum Episcopum, quum apud Eusebium Dionysius quidam Corinthiorum Episcopus doceat Dionysium Areopagitam Athenis Episcopum ab ipso Paulo ordinatum. Quin probabilius est Dionysium Areopagitam nihil omnino scriptorum reliquisse, quum apud Eusebium tam diligenter recenseantur libri Dionysii Corinthiorum Episcopi, de Areopagitæ monumentis nulla usquam fiat mentio. Ab Attica venit Corinthum. Ea est metropolis Achajæ. Hinc constituerat navigare in Syriam, & suscepto voto in Cenchreis, is est portus Corinthiacus ad Atticam spectans, totondit sibi caput. Hinc igitur solvens pervenit Ephesum. Ea est in littore Asiæ minoris, in parte quæ dicitur *Ionia*. Hic tum temporis reliquit Priscillam & Aquilam. Ab Epheso solvens venit Cæsaream, deinde Antiochiam. Beda, non dubito quin veterem quempiam secutus, vult hanc Cæsaream esse Cappadociæ, non Syriæ: & Græci volunt hanc Antiochiam esse Pisidiæ, cujus supra bis meminit. Quanquam Epheso profectis prior occurrit Pisidia, quam Cappadocia. Cæterum Græci codices hoc loco plus habent quam nostri. Nimirum hunc in modum: *Rogantibus autem eis, ut ampliori tempore maneret apud se, non annuit, sed valedixit illis, dicens, Oportet me omnino festum, quod instat, agere Hierosolymis.* Quibus probatur hæc lectio, malunt Paulum ab Ephesio littore recta navigasse Cæsaream Palæstinæ, inde petiisse Hierosolymam, & salutasse fratres, post hæc rediisse Antiochiam Syriæ, atque hinc rursus repetisse Asiam minorem. Facit ad hanc opinionem, quod ita legitur: *Descendens Cæsaream, adscendit & salutavit Ecclesiam.* Ostendit quo descenderit, non indicat quo adscenderit. Atqui in Evangelicis litteris, qui petunt Hierosolymas, adscendere dicuntur, unde conjectant illum e Cæsarea Palæstinæ adscendisse Hierosolymam, ubi dixerat agendum festum diem, atque hinc rursus descenderit petens Antiochiam. Hanc opinionem, ut probabilem, nos in hac Paraphrasi sumus sequuti: cessuri facile, si quis adduxerit probabiliorem. Legitur & Antiochiæ commoratus aliquandiu. At in Antiochia Syriæ solitus est libenter commorari Paulus. Hinc igitur repetita Asia, peragratis in medio regionibus, in quibus ante docuerat, venit in Galatiam: hinc rursus in Phrygiam: ubique confirmans discipulos. Inde, quum jam Apollos profectus esset Corinthum, ipse profectus est Ephesum: terrestri ne itinere, an navigatione, parum liquet: nisi quod probabilius est, illum terra fecisse iter: eo quod Lucas adjicit, *peragratis superioribus partibus*. Hic Paulus proposuerat repetere Hierosolymam, sed prius peragrata Macedonia & Achaja: per Spiritum intelligens sibi Romam esse eundum, post aditam Hierosolymam. Itaque præmisit Timotheum & Erastum in Macedoniam, ipse commoratus aliquandiu in Asia minore. Post tumultum per Demetrium excitatum, sequutus est eos quos præmiserat. Peragratis autem superioribus, devenit in eam partem, quæ proprie dicitur *Græcia*, in qua est Attica & Achaja. Hic Lucas non nominat Athenas aut Corinthum, sed ex re conjicitur, quod, quemadmodum fecerat, ex Attica venerit in Achajam,

Achajam, in qua est Corinthus: ac rursus e Cenchreis paraverit solvere in Syriam: sed quoniam senserat illic paratas insidias navigaturo, vertit consilium, ac remensus iter qua venerat, repetiit Macedoniam terrestri (ut apparet) itinere, quoniam navigaturo parabantur insidiæ. Quum versaretur itaque in Macedonia, comitum partem, quos tum multos habebat ex Macedonia, præmisit Troadem, quæ est in Phrygia. Paulus sequutus, diem Paschæ egisse videtur Philippis, quod Lucas ita scribat: *Navigavimus post diem azymorum a Philippis.* A Philippis itaque solvit Troadem, quo præcesserant comites, ut diximus. Hic adolescentem ex ruina mortuum restituit. A Troade pervenit Asson itinere pedestri, quo jussu Pauli comites navigio præcesserant. Est autem Assos civitas littoralis, non longe infra Troadem, eadem dicta *Apollonia.* Asso solventes appulerunt Mitylenen. Ea est civitas Lesbi insulæ, obvia ab Asso navigantibus Chium. A Mitylene legentes littora Asiæ, eò pervenerunt, ut Chium insulam haberent ad dextram. Chius autem opposita est Clazomenæ in littore Asiæ, media inter Lesbum & Samum, quo (nempe Samum) post adnavigarunt. Samus autem opposita est Trogyllio promontorio Asiæ. A Samo solventes appulerunt Trogyllium, ut est in Græcis codicibus: quanquam Græcus, qui scripsit peregrinationem Pauli, non meminit Trogyllii. A Trogyllio itum est Miletum. Ea est civitas Cariæ littoralis. A Chio commode poterant appellere Ephesum, sed data opera præternavigatum est, ne diutius hæreret in Asia. Quum enim Philippis egissent diem Paschæ, decreverant Pentecosten agere Hierosolymis. Itaque posteaquam evocatis Epheso Miletum senioribus mandasset quæ volebat, illinc solventes, recto cursu pervenerunt Coum. Ea est insula inter Samum & Gnidum, civitatem in promontorio Asiæ. A Coo ventum est ad Rhodum. Ea est insula opposita Lyciæ. Jam autem navigantes incipiunt Asiam habere ad Septentrionem, quum prius habuerint ad Orientem. A Rhodo venerunt Patara. Ea civitas est littoralis Lyciæ provinciæ. Hic nacti navim, quæ recta peteret Phœnicen Syriæ, recto cursu cœperunt eò tendere: nam relicta ad lævam Cypro insula, appulerunt Tyrum. Ea est in littore Phœnices infra Sidonem. A Tyro ventum est Ptolemaïdem. Et hæc est littoralis inter Tyrum & montem Carmelum. Hinc appulerunt Cæsaream Palæstinæ, ubi diversatus est apud Philippum. Hinc jam pedestri itinere pervenit Hierosolymam, unde jussu tribuni Lysiæ vinctus deductus est Antipatridem, quæ media occurrit inter Hierosolymam & Cæsaream. Hinc per equites ductus est Cæsaream Palæstinæ, unde jussu Festi præsidis, qui Felici successerat, vinctus deductus est Romam, hoc quidem itinere: Primum impositus navi, a Cæsarea pervenit Sidonem, quæ (ut diximus) est supra Tyrum. Hinc appulerunt Cyprum, sic ut illam ad lævam relinquerent dispendioso cursu, sed huc adigebant venti contrarii. Ita præterlegentes littora Ciliciæ & Pamphyliæ, pervenerant Myra, quam Scribæ verterant in *Lystram.* Ea est in Lycia, non procul a littore. Hinc ægre longaque navigatione eò progressi sunt, ut Gnidum promontorium haberent ad dextram. Sed reflante vento cursum flexerunt ad Cretam, quæ illis tum erat ad lævam. Venerunt autem ad portum, cui nomen *Salmon.* Opinor autem Lucam usum voce, qua tum forte vulgus utebatur. Nam arbitror hanc esse, quam Plinius & Strabo vocant *Sammonium.* Hoc Cretæ promontorium spectat Orientem. Hinc ob ventos adversos ægre præterlegebant littora Cretæ, sic ut insulam haberent ad dextram, donec ventum esset ad locum Cretæ, Lasææ civitati vicinum, qui dicitur *Boni* seu *Pulchri Portus*, quod nomen apud veteres Geographos non invenitur. Apparet ejus temporis fuisse vocabulum. Cæterum fuisse ad latus Australe Cretæ, declarat, quod hinc conabantur tendere ad Phœnicem, id est promontorium Cretæ, spectans ad Africum & Chorum. Africus autem flat ab Occasu brumali, Chorus ab Occasu solstitiali. Illic quoniam videbatur portus commodus, decreverant hybernare. Interea quum adspirasset Auster ventus sat commodus, qui flat a medio Meridie, solventes ab Aso (ea civitas est in littore Cretæ) præterlegebant oram Cretæ, ut appellerent Phœnicem modo dictam. Sed subito in diversum mutato vento, quum pro Austro flare cœpisset Typhonicus, vehemens ac nautis formidabilis, idem dictus *Euroaquilo*, qui spirat inter Septentrionem & Ortum, vi tempestatis delati sunt in insulam, quæ vocatur Claude, quæ Cretam spectat inter Occidentem & Austrum, quam in partem maxime poterat impellere Euroaquilo, ex adversa cœli plaga spirans: unde gravius etiam metuebant periculum, ne in syrtes impellerentur: tandem desperatis rebus, impegerunt navim in insulam, quæ dicebatur Melite. Ea est inter Epirum & Italiam, spectans Siciliam ad Septentrionem. Hic viperam excussit absque noxa. Illic aliam navim nacti, nam altera perierat, appulerunt Syracusas, quæ est in Sicilia, non procul a promontorio Pachyno. Hujus littora præterlegentes devenerunt Rhegium, id est oppidum in extremo agro Brutiorum, qua parte Italia proxima est Siciliæ. A Rhegio recto cursu delati sunt Puteolos, id est promontorium in Campania, non procul a Neapoli. Hinc terrestri itinere perventum est usque ad Forum Appii, ad locum qui dicitur Tres Tabernæ, atque hîc occursum est Paulo a discipulis e Roma. Abest autem Appii Forum ab urbe iter diei. Hinc demum Romam perventum est. Constat igitur ex Actis illum peragrasse totam minorem Asiam, deinde transisse in Europam, ac totam Græciam peragrasse, a parte Septentrionali, in qua est Macedonia, usque ad Illyridem. Nam Illyris extrema pars est Macedoniæ, ad Septentrionem & Occidentem. Id ipse refert in Epistola ad Romanos capite decimo quinto, *ita ut ab Hierusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim Evangelium.* Cæterum nusquam legimus prædicasse in Creta, ad quam appulit tempestate coactus & vinctus. Nec illic moram egisse legitur, quum ipse censeret illic hybernandum esse: & tamen in Creta reliquit Titum, ut singulis civitatibus ordinaret Presbyteros, ac, quod illic superesset corrigendum, corrigeret: quemadmodum ipse testatur in Epistola, quibus ex verbis apparet illum & in Creta prædicasse. Nec in Arabia quid a Paulo gestum sit, refert Lucas. Atque hactenus de locis peragratis. Nunc de temporum quoque ratione paucis attingamus.

Summa rerum, quas Actorum liber complectitur, sub quatuor Imperatoribus Romanis gesta est: Tiberio, qui successit Octavio: Cajo Caligula: Claudio Druso: Claudio Nerone. Quorum Tiberius rerum potitus est annos viginti tres. Caligula quatuor, exceptis duobus mensibus. Claudius tredecim ac mensibus ferme decem. Nero quatuordecim ac mensibus propemodum octo. Quicquid igitur gestum est a morte Christi ad Paulum Romam perductum, continet Tiberii annos sex, Caligulæ quatuor, Claudii quatuordecim. In hujus imperii initio Petrus Romam pervenisse creditur, & ejusdem anno quarto orta fames, cujus meminit Lucas. Rursus ejusdem anno nono, quemadmodum auctor est Josephus & Eusebius, Roma expulsi sunt Judæi, cujus rei meminit Lucas capite decimo octavo: Neronis autem annos quatuor. Interim præsides Judææ fuerunt, Pontius Pilatus, qui periit anno Caligulæ tertio. Huic successit Felix, apud quem Paulus causam dixit: quem Claudius imperii sui anno undecimo totius provinciæ dederat Procuratorem, Samariæ quoque & Galilææ, atque etiam regionis quæ dicitur ultra Jordanem. Et hoc nomine se felicem prædicat Paulus, quod causam dicturus esset apud eum, cui diu versato in ea provincia notæ essent res Judaicæ. Huic successorem dedit Nero Porcium Festum. Apud quem quum præsente Agrippa causam dixisset Paulus, quoniam appellarat Cæsarem, vinctus Romam missus est, anno Neronis tertio aut secun-

secundo. Porro Judæorum principes hi fuere: Herodes Rex, Philippus, & Lysanias: præfuerunt annis sex. Herodes Rex, qui Cæsareæ percussus ab Angelo periit, præfuit annos septem. Agrippa hujus filius, ex cujus consilio Paulus Romam missus est, annos duodecim, quod ad Actorum historiam pertinet. Quanquam pater quoque cognomento dictus est *Agrippa*, sed filius simpliciter *Agrippa* vocatur in Actis. Dominus itaque Jesus occisus est, revixit, & adscendit in cœlum, misitque Spiritum Sanctum anno Tiberii decimo octavo. Ac proximo anno, aut (ut quidam volunt) eodem, mox ut inter Diaconos ordinatus est, lapidatus est Stephanus, Paulo assentiente, ac servante vestes lapidantium testium. Qui paulo post dejicitur & convertitur apud Damascum, anno Tiberii decimo nono. Peragravit autem varias regiones, ubique disseminans Evangelium, usque ad annum Claudii decimum tertium. Nam hoc anno Paulus Hierosolymis conjectus est in vincula per Lysiam tribunum, a quo Cæsaream vinctus est missus, ut apud Felicem audiretur, ubi detentus est in vinculis annos duos: atque a Felice ut erat vinctus, traditus est Porcio Festo, a quo Romam missus est: ubi totum biennium egit in vinculis, hoc est, usque ad annum Neronis quintum. Nec ultra Lucas prosequitur historiam. Cætera Scriptores non indiligentes ex variis conjecturis videntur addidisse, videlicet Paulum primum apud Neronem dicta causa fuisse absolutum, ac libere ubi vellet Evangelium prædicasse annos decem. Tandem ubi Neronis sævitia jam processisset in rabiem, revocatus est ad ejus tribunal, & capite truncatus. Hujus rei conjecturam sumunt ex Epistola Pauli ad Timotheum secunda. In qua meminit primæ defensionis suæ, in qua desertus sit ab omnibus, & tamen Dei præsidio liberatus. Atque hinc redisse ad prædicationem colligunt ex eo, quod mox subjicit: *Dominus autem mihi adstitit & confortavit me, ut per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes.* Porro eum in secunda defensione fuisse periclitatum, arguit quod inibi scribit: *Ego enim jam delibor, & tempus meæ resolutionis instat*, & cætera. Itaque martyrio coronatum credunt anno Neronis decimo tertio, anno a Christi morte trigesimo sexto, aut juxta Chronicorum Elenchon trigesimo octavo. Porro quod Lucas reliquerit Paulum in prima defensione, hinc colligunt, quod hîc finierit eorum quæ viderat narrationem. Rursus quod adfuerit in secunda defensione, testatur Paulus in eadem Epistola, dicens: *Lucas est mecum solus.* Ex his colligere licet, Paulum in Evangelico negotio versatum fuisse annos viginti unum, præter duos illos, quos Cæsareæ tenebatur in vinculis: rursum alios duos, quos Romæ peregit in vinculis habitans in conducto, quibus, ut Historiæ memorant, accesserunt decem. Ita comperies a baptismo Pauli usque ad mortem ejusdem annos triginta quinque, aut, ut quidam supputant, triginta septem. Hæc quoniam videbantur nonnihil lucis allatura lectioni, libuit in frontispicio hujus operis præfigere. Quanquam non ignoro vix annorum rationem ad unguem tradi posse, quum in his non solum diversi Scriptores inter se dissentiant, verum etiam iidem a seipsis discrepent: ut Beda in *Commentariis* capite decimo octavo scribit ex auctoritate Josephi, Judæos Roma expulsos anno Claudii nono. In annotatione temporum, quam præposuit operi, dicit id factum anno octavo. Sic & apud Eusebium nonnunquam alium annum reperies in Historia, alium in Chronicis, ubi in ambiguo relinquitur, utrum Tiberius imperavit annos viginti unum, an viginti tres. Bene vale Lector, & ad Acta perlegenda bonis avibus accingere.

ACTA

ACTA APOSTOLORUM.

I. 1 TON μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, 2 Ἄχρι ἧς ἡμέρας, ἐντειλάμενος τοῖς Ἀποςόλοις, διὰ Πνεύματος ἁγίου, οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη· 3 Οἷς καὶ παρέςησεν ἑαυτὸν ζῶντα, μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν, ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Καὶ

I. 1 2 SUPERIORE quidem 3 volumine diximus, Theophile, 4 de omnibus, quæ cœpit Jesus tum facere tum docere, 2 Ad eum usque diem, quo 5 postquam impartitus in hoc ipsum Spiritum sanctum, mandata dedisset, 6 quos delegerat, Apostolis, 7 sursum assumptus est: 3 Quibus etiam seipsum exhibuerat viventem, postea quam supplicio fuisset affectus, idque 8 compluribus argumentis, dum per dies

1 ACTA *Apostolorum*] Πράξεις. Quod Cyprianus vertit *Acta*, Hieronymus interim *Actiones*, interim *Acta* vocat. Cæterum *actus* masculino genere reperitur quidem, sed in carmine, ut apud Lucanum: *Licet ingentes abruperit actus.* Verum *acta* magis vocantur, quæ judiciis, aut testamentis, aut consimilibus modis transiguntur. Proinde ego *gesta* malim quam *acta*, si utrumque sit ex æquo liberum.

2 *Primum quidem sermonem*] Equidem cupiebam hunc librum Lucæ cum priore conjungere. Quandoquidem ille Historiam Evangelicam duobus est complexus voluminibus, quorum utrumque ad eumdem scripsit *Theophilum*, & posterius auspicans prioris facit mentionem. Cæterum verebar, ne non ferendum videretur Evangelia distrahere. Quanquam hæc Historia quid aliud est, quam Evangelii pars, eaque meo judicio non minima. Siquidem illic describitur granum frumenti solo conditum, hic describitur enatum, suasque paulatim aperiens ac proferens opes. Quod ni per Lucam cognovissemus, quibus modis Christus reliquerit terras, ubi, quo loco, quibus modis advenerit promissus ille Spiritus, quibus initiis cœperit Ecclesia, quibus rebus polluerit, quibus creverit rationibus, nonne bonam Evangelii partem ignorassemus? Atque utinam sanctus Lucas, quemadmodum exorsus erat hanc narrationem, ita longius fuisset prosequutus, ac de cæterorum item Apostolorum gestis nonnihil attigisset. Quo magis admiror, apud Græcos hunc Librum tam varium haberi, neque quemquam exstitisse apud Latinos ex antiquis Scriptoribus, qui tam præclarum opus, ac prorsus Evangelicæ tum majestatis, tum fidei, suis Commentariis illustrarit. Nihil enim exstat, quod sciam, in hoc, præter aliquot locorum vocabula, quæ Hieronymus annotavit, verum ea non solum pauca, sed etiam paucis, si tamen hoc ipsum opusculum Hieronymi censendum est: certe docti hominis est, nec indignum Hieronymo, nisi quod ibi citatur Hieronymus. Sero recepta est Epistola ad Hebræos. De Epistola Jacobi nonnihil est addubitatum. Apocalypsim sero recepit Italia, Græcia ne nunc quidem satis approbat. Cæterum de Actis nulla unquam dubitatio. Nam quod hic Liber non receptus fuerit a Manichæis, quemadmodum indicavit Augustinus libro, quo refellit Adamantium Manichæum, hoc plus etiam ponderis apud Orthodoxos habere convenit, si displicuit Hæreticis non minus ridiculis quam impiis. Atque hoc sane majore studio convenit, ut Christiani suæ gentis incunabula studeant cognoscere: quo posteaquam cognitum habuerint quibus rebus adoleverit, iisdem intelligant collapsam Religionem instaurandam esse. Quum quartam adornarem Editionem, forte nactus sum Græcos Commentarios Joannis Chrysostomi titulo, vero ne an falso nondum pronuncio. Ex his tertia Editione quædam retuleram schedis per amicos suppeditata. Is exordiens testatur hoc opus adeo non fuisse celebre apud Græcos, ut non auctor modo plerisque fuerit ignotus, verum ne id quidem sciretur, an exstaret Liber hic de gestis Apostolorum. Hoc opinor illum de vulgo fuisse loquutum, non de doctis. Cæterum exemplaria declarant hunc Librum non perinde fuisse tritum apud Græcos, ut Evangelia, aut Epistolas Pauli. Nec enim in ullo volumine (de sacris loquor) major erat lectionis varietas. Ex fragmentis, quæ truncatim afferuntur in Glossa, quam vocant *ordinariam*, apparet exstitisse tum in hoc opus Commentarios neutiquam indoctos, quos ego ab istis rhapsodis studio suppressos fuisse suspicor, quo pluris fierent quæ collegerant. Idem suspicor de Veteribus, quos citari videmus in *Catena aurea.* Quæ enim occasio tot volumina sic exstinxisset, ut nullum usquam superesset, vel casus incolume beneficio? Apud me certe nulla est dubitatio, quin Spiritus Sanctus ad fidei nostræ certitudinem hoc opus superesse voluerit, nec ultra tamen proferri rerum gestarum historiam, partim ne nobis incerta essent Ecclesiæ crepundia, partim ne varietate narrationum a Christo paulatim delaberemur ad humana. Et erat semel finienda Scripturarum inviolabilis auctoritas, ne turba voluminum elevaretur. Etenim si legas ea, quæ cæteri, qui feruntur fuisse vicini temporibus Apostolorum, litteris prodiderunt, vel ut ab ipsis audita conspectaque, vel ab iis qui viderant accepta, videberis tibi fabulas, ut ita dixerim, legere, si conferas cum gravitate fideque hujus Historiæ. Et in his esse constat, qui, quod in dialogis fieri solet, ex his, quæ Sacris Libris continentur, narrationes fictas contexuerint, aut certe veris falsa miscuerint: rursum, qui vel ob ingenii tarditatem, vel ob memoriæ debilitatem, ea tradiderint, quæ vel non audierant, vel non intellexerant. Hujus generis esse puto scripta Clementis & Papiæ, fortassis & Dionysii. Certe Papiam notat Eusebius in Historia Ecclesiastica, quasi qui quæ a Joanne audierat, ingenio non sit assequutus, unde & scriptis suis præbuerit multis ansam erroris. Homines erant, & humanis affectibus obnoxii. Quod si statim in his qui vixerant cum Apostolis reperta est suspicio vel erroris, vel vanitatis, quid futurum arbitraris fuisse, si talium narrationum aut scriptorum auctoritas longo successionis ordine transisset ad posteros? Summa cura parique fide contexuit Ecclesiasticam Historiam Eusebius Cæsariensis. At quam multa illic referuntur, quæ nihil habent gravitatis Ecclesiasticæ?

3 *Primum quidem*] Sæpius admonuimus apud Græcos πρῶτον usurpari vice comparativi. *Primum*, pro *priorem*, sive *superiorem*. Nam *sermonem* haud dubie Librum Evangelicum vocat: neque enim ea dixerat, sed scripserat. Et Isocrates suos libellos λόγους appellat. Deinde haud scio satisne Latine dicatur, *facere sermonem*, pro eo quod est, *verba facere.* Unde nos, quo dilucidior esset sensus, non veriti sumus ad hunc transferre modum: *Superiore quidem volumine diximus, Theophile, de omnibus, quæ cœpit Jesus tum facere tum docere.* Poterat & sic, *& facere & docere*, sive *vel facere vel docere.* Nam *facereque & docere* poëticum est apud Latinos, apud Græcos secus ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν. Partitus enim est omnem Christi vitam in duo, in facta & doctrinam. Fecit is admiranda, sed non minus stupenda docuit. Facta constant miraculis, doctrina decretis. Porro quod huc adducunt quidam, prius esse facere, deinde docere, id argutius est quam accommodatius. Et tamen ad exhortandum non inutilis est argutatio.

4 *De omnibus*] Annotavit & hoc Chrysostomus, quod non dixit *omnia*, sed *de omnibus*, nimirum ordinem ac seriem rerum indicans potius quam nihil esse prætermissum. Alioqui dissentiret a Joanne, qui negat mundum fore capacem voluminum, si singula, quæ Dominus dixit fecitve, scriberentur. Quod autem de ordine loquitur arguit quod sequitur, *usque ad diem illum.* Exorsus est a nativitate præcursoris, prosequutus est narrationem usque ad adscensionem Domini. Quoniam autem Ambrosius tribuit Lucæ stilum historicum, multum lucis afferunt rerum transitiones ejusmodi, ceu commissuræ partium, quæ paucis repetendo quod dictum est, refricant Lectoris memoriam, & proponendo quæ dicenda sunt, reddunt auditorem ad ea quæ restant magis docilem. *Evangelicam*, inquit, *Historiam ab initio prosequutus sum usque ad tempus adscensionis: quod superest, absolvam hoc libro.* Annotavit & hoc Chrysostomus, quod modestiæ causa suum opus *sermonem* vocat, non *Evangelium.*

5 *Præcipiens Apostolis per Spiritum Sanctum*] ἐντειλάμενος. Præteriti temporis est, hoc est, *cum præcepisset.* Et hunc locum, quoniam alioqui videbatur obscurior, paulo fusius explicuimus ad hunc modum. *Ad eum usque diem, quo postquam impartitus in hoc ipsum Spiritum Sanctum mandata dedisset, quos delegerat, Apostolis, sursum assumptus est.* Sensit hic nonnihil incommodi etiam Beda, nam meminit hyperbati. Cæterum illud, *per Spiritum Sanctum*, ita positum est, ut ambigi possit utro sit referendum, ad superiora, an ad sequentia. Verum sensus magis exigit, ut ad superiora referatur; siquidem impartiit illis Spiritum Sanctum a resurrectione, & ita mandavit prædicandi munus. Nisi malumus accipere, quod ipse Christus in baptismo Spiritum Sanctum in se descendentem acceperit, quo facto postea delegerit Apostolos. Cæterum prior lectio mihi magis probatur. Præsertim cum huic assentiatur Chrysostomus, διὰ Πνεύματος, inquiens, ἐντειλάμενος, τοῦτ' ἔστι, πνευματικὰ πρὸς αὐτοὺς ῥήματα, οὐδὲν ἀνθρώπινον. Neque enim perinde arridet quod additur *per Spiritum Sanctum*, quasi illius essent, quæ mandasset. Nam & hunc sensum proponit Chrysostomus. Et quod ait præcepisse, idem Chrysostomus non refert ad id quod sequitur, *ab Hierosolymis ne discederent*, sed ad illud potius, *Ite & docete omnes gentes* &c. ut intelligamus eam doctrinam non esse Mosaicam, neque mundanam, sed spiritualem ac cœlestem. Hoc admonere visum est, quod videam Interpretes Latinos hoc in loco torqueri nonnihil & variare.

6 *Quos elegit*] οὓς ἐξελέξατο. Hoc interjecit, ut appareat Christum non omnibus mandata dedisse, sed iis duntaxat, quos ad hoc muneris delegerat, nempe duodecim Apostolis, & septuaginta Discipulis.

7 *Assumptus est*] ἀνελήφθη, quod magis sonat *receptus est*, videlicet in cœlum, unde venerat. Nam *assumi* dicitur qui in consortium adjungitur, quod Græci dicunt παραλαβεῖν Matthæi primo. Et προσλαμβάνεσθαι Rom. XIV. Et hanc ipsam vocem ἀνελήφθη vertit *receptum est*, Actuum decimo.

4 Καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, 5 ἣν ἠκούσατέ μου, Ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ 6 οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. Οἱ μὲν οὖν συνελθόντες ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες, Κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ; 7 Εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς, Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ· 8 Ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ᾽ ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἔν τε Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. 9 Καὶ ταῦτα εἰπὼν, βλεπόντων αὐτῶν, ἐπήρθη, καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. 10 Καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν, πορευομένου αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο παρειστήκεισαν αὐτοῖς 11 ἐν ἐσθῆτι λευκῇ, Οἳ καὶ εἶπον, Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν; οὗτος ὁ Ἰησοῦς, ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ᾽ ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευό-

dies quadraginta conspicitur ab illis, ac loquitur eis de regno Dei. 9 Et congregans illos in idem loci 4 præcepit eis ne discederent Hierosolymis, sed ut exspectarent promissum Patris, 10 de quo (inquit) audistis ex me, 5 Quoniam Joannes baptizavit quidem aqua, vos autem 11 baptizabimini Spiritu sancto post dies hosce non multos. 6 Illi igitur ubi convenissent, percontabantur illum, dicentes, Domine, 12 num in tempore hoc 13 restituis regnum Israeli? 7 Dixit autem ad illos, Non est vestrum nosse 14 tempora & articulos temporum, 15 quos Pater in sua ipsius constituit potestate: 8 Sed 16 accipietis virtutem, postea quam Spiritus sanctus advenerit super vos, & eritis mihi 17 testes non solum Hierosolymis, verum etiam in universa Judæa, Samariaque, denique usque ad extrema terræ. 9 Atque hæc loquutus, videntibus iisdem, in altum sublatus est, & nubes subduxit illum ab oculis eorum. 10 18 Quumque essent defixis in cœlum oculis, eunte illo, 19 ecce viri duo adstiterunt illis amicti vestibus albis, 11 Qui & dixerunt, Viri Galilæi, quid statis intuentes in cœlum? hic Jesus, qui assumptus

8 *In multis argumentis*] τεκμηρίοις. *Argumentum* hîc vocat signum aliquod, per quod fides fit rei alioqui dubiæ. Et *in multis*, Hebraico more dixit, pro *per multa argumenta*. Cæterum quod sequitur, ὀπτανόμενος, participium est passivum præsentis temporis. Proinde Interpres dum, quod non solet, conatur exprimere rationem temporis, nimis diluto usus est verbo. Siquidem *apparet* id quoque quod non est. Nos itaque maluimus circumloqui, *dum conspicitur*.

9 *Et convescens præcepit*] Laurentius Valla putat perperam in Latinis codicibus legi *convescens*, sed scriptum fuisse *conversans*, non dissimulans interim in aliquot Græcis codicibus haberi συναυλιζόμενος, in aliis συναλιζόμενος. Prius illud interpretatur *conversans*, posterius hoc *conveniens*, sive *conjungens se cum illis*: sic tamen ut velit utriusque dictionis eamdem esse vim. Ac satis apparet συναυλίζομαι dictum ab αὐλὴ, quod *stabulum* sonat aut *diversorium*. Cæterum unde dicatur συναλίζεσθαι, non perinde liquet, nisi quod Hesychius συναλιζόμενος interpretatur συναχθεὶς καὶ συναθροισθεὶς, id est, *congregatus & conglomeratus*, nec aliò vergunt, quæ scribit Suidas. Licet apud hunc addatur υ, συναυλίσας, inquit, συνάξας, συναθροίσας, ac paulo post συναυλίαν interpretatur συμφωνίαν. Quanquam autem fere consequens est, ut qui sub eodem tecto versantur, una nonnunquam cibum capiant, tamen id nec ex ipsa vocis ratione, nec ex Græcis, quos citavi, auctoribus liquere potest. Jam in acervo vocabulorum ad convivium pertinentium, quæ congerit Julius Pollux, nulla hujus vocis mentio. Tametsi non inficior Hieronymum in quæstione ad Hedibiam septima videri legisse *convescens*, quum scribit hunc in modum: *In altero autem tanta familiaritas erat, & perseverantia, ut cum eis pariter vesceretur.* Unde & Paulus Apostolus refert, eum quingentis simul apparuisse discipulis. Et in Joanne legimus, quod piscantibus Apostolis in littore steterit, & partem assi piscis favumque comederit, quæ veræ resurrectionis indicia sunt. Et Chrysostomus in *Commentariis*, qui feruntur in hunc librum eo nomine, palam interpretatur de cibo sumpto. Ejus verba subscribam: Διά τοι τοῦτο καὶ τότε τεσσαράκοντα ἡμέρας ἔμεινεν ἐπὶ τῆς γῆς μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἔλεγχον διδοὺς ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ τῆς ὄψεως τῆς οἰκείας, ἵνα μὴ φάντασμα εἶναι νομίζωσι τὸ ὁρώμενον. Καὶ οὐδὲ τούτῳ ἠρκέσθη, ἀλλὰ καὶ τράπεζαν προστίθει· ὅπερ οὖν καὶ προϊὼν λέγει, Καὶ συναλιζόμενος αὐτοῖς. Τοῦτο δὲ ἀεὶ καὶ αὐτοὶ οἱ Ἀπόστολοι τεκμήριον ἐποιοῦντο τῆς ἀναστάσεως, λέγοντες, οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ. Id est, *Atque hac sane de causa & ipse diebus quadraginta commoratus est post resurrectionem in terris, nimirum longo temporis spatio per argumenta certa declarans & comprobans conspectum suiipsius, ne spectrum & inane phantasma crederent quod videbatur. Ac ne his quidem contentus fuit, sed mensam etiam addidit: nimirum hoc est quod deinceps dicit*, Et convescens simul cum illis. *Nam hoc argumento ipsi quoque Apostoli semper adstruxerunt resurrectionis fidem, ut quum ajunt, qui quidem cibum una sumpsimus & bibimus cum illo.* Hæc si cui probantur, ut mihi sane non improbantur, expendat, num συναλίζεσθαι dicatur a salis communione, juxta proverbium, *Salem & mensam ne prætercas.* Alioqui ex hoc loco non liquet fuisse convivium Christo cum Apostolis. Certe Cyrillus in Opere, quo exponit dictiones Sacrarum Scripturarum, συναλιζόμενος interpretatur συναθροιζόμενος, a voce ἁλὴ sive ἁλία, quæ *concilium* sive *congregationem* sonat. Ita Herodotus in primo libro: Κῦρος γράψας εἰς βιβλίον, τὰ ἐβούλετο, ἁλίην τῶν Περσέων ἐποιήσατο: apud eumdem frequenter obvium est συναλίζεσθαι pro *congregare*. Nec dubito quin ἁλία dicta sit a *sale*, juxta illud, *Salem & mensam ne prætereas*. Etymologicon indicat ἁλίαν dici vas, in quo tunditur sal, aut ubi reponitur. Rursum variat & ipsa sermonis distinctio. Nam quidam hoc participium referunt ad superiora, ut & hoc censeatur inter argumenta resurrectionis, quod domesticam cum illis ac diutinam egerit consuetudinem. Nam id est, ni fallor, συναυλίζεσθαι. Alii rursus ad sequentia, ut sub eodem tecto commorans apud illos, intelligatur mandasse ne discederent Hierosolymis. Id quod mihi probatur, quod quidem ad distinctionem attinet. Alioqui duriuscule cohæreant cum superioribus, quæ sequuntur. Cæterum si legamus συναλιζόμενος, juxta Vallam, id est, *congregans se cum illis*, sive *congregans illos in idem loci*, id magis congruit cum eo, quod aliquanto post sequitur, *Illi igitur cum convenissent, interrogabant eum, dicentes, Domine* &c. Apparuit enim illis nunc paucioribus, nunc pluribus. Cæterum conscensurus in cœlum omnes voluit adesse, ut ultima ederet mandata. Augustinus aliquot locis legit *conversatus*.

10 *Quam audistis, inquit, per os meum*] ἣν ἠκούσατέ μου, id est, *quam audistis ex me*. Hilarius, allegans hunc locum lib. *de Trinit.* octavo, non addit *inquit*. Cæterum haud male Interpres addidit *inquit* de suo, ne durior esset sermo, ob repente mutatam personam loquentis. Et ubi sunt interim, qui clamitant esse sacrilegium vel jota addere Sacris Voluminibus.

11 *Baptizabimini in Spiritu sancto*] ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, id est, *in Spiritu sancto*, hoc est, *per Spiritum sanctum*. Recte igitur præpositionem omisit Interpres. Augustinus Epistola centesima octava admonet in nonnullis Latinis codicibus scriptum fuisse pro *baptizabimini*, *incipietis baptizari*. Verum hanc lectionem ut mendosam rejicit, ex auctoritate Græcorum codicum, cum hîc Interpres subinde verterit ad consimilem modum.

12 *Si in hoc tempore*] Εἰ apud Græcos frequenter est interrogantis. Rectius itaque vertisset, *num in tempore hoc*, sive *an in tempore hoc*.

13 *Restitues regnum Israel*] τῷ Ἰσραὴλ, id est, *Israeli*. Sic enim vocant gentem Judaicam. Somniabant enim adhuc nescio quod regnum Hebræorum.

14 *Tempora vel momenta*] χρόνους ἢ καιροὺς, id est, *tempora & articulos*, sive *opportunitates*: Quanquam apud Græcos καιρὸς nonnunquam pro χρόνος usurpetur, at, non contra. Est autem proprie χρόνος, quoties de genere seu modo spatiove temporis agitur, veluti seculum, annus, mensis, dies, hora: καιρὸς autem, cum sentimus opportunitatem rei gerendæ. Nam utrumque refertur a Rhetoribus inter argumenta conjecturalia. Annotat hanc vocum differentiam & divus Augustinus in Epistola LXXVIII. ad Hesychium. Quin apud Græcos καιρὸς Deus est, quem Ausonius vertit *occasionem*. Neque vero καιρὸς species est hujus ceu generis χρόνου, quemadmodum indicat Valla, diversum magis est quam pars. Et omnino plus quiddam καιρὸς quam *tempus*, nempe articulus, ipsumque momentum ac punctum, ut ajunt, in quo res sit agenda. Unde nonnunquam *articulum* vertit. Neque dubito quin illud Terentianum, *ut in ipso articulo oppressit*, Græcis sit καιρῷ. Duabus dictionibus Græcis respondet unica Latina, *tempus*. Augustinus locum hunc adduxerat hoc pacto, *Nemo potest cognoscere tempora, quæ Pater posuit in sua potestate.* At Hesychius ex auctoritate veterum exemplarium nobiscum legit, *Non est vestrum*.

15 *Quæ Pater posuit in sua potestate*] ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, id est, *in propria* sive *sua ipsius potestate*.

16 *Accipietis virtutem*] δύναμιν, id est, *robur* ac *fortitudinem*, ne quis accipiat ἀρετὴν, quæ *probitas* est vitio opposita. Et, *supervenientis Spiritus*, ἐπελθόντος, præteriti temporis participium est, sed quod verbo futuri temporis adhæreat. Vertere poterat, *illapsi in vos*, sive ut nos vertimus, *postquam Spiritus sanctus advenerit super vos.* Nam & illud ambiguum est apud Græcos, an genitivi casus ponantur absolute; sic enim refert Hilarius in libris de Trinitate, *superveniente Spiritu sancto in vos.*

17 *Testes in Hierusalem*] Gemina est conjunctio Græcis, ἔν τε Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐν πάσῃ Ἰουδαίᾳ. Cæterum quod subjunxit *Judæam Hierusalem*, totum parti, non potuit reddi, neque per geminum *&*, neque per *tum*. Proinde nos reddidimus, *non solum Hierosolymis, verum etiam in universa Judæa.* Nam hîc *Judæam* arbitror positam non pro tota regione Judaicæ gentis, quæ duodecim tribus complectitur, sed pro ea provincia, cujus metropolis est Hierosolyma, quanquam ipsa quidem est in tribu Benjamin. His enim gradibus propagatum est Evangelium. Ab Hierosolyma velut a fonte dimanavit ad omnes Judææ partes, deinde ad Samaritanos semi-Paganos & semi-Judæos, mox in Syriam, hinc in totam Asiam minorem, hinc in Græciam, postremo in Italiam, denique in universum terrarum orbem.

18 *Cumque intuerentur in cœlum*] Καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν, id est, *Cum essent intentis* sive *defixis in cœlum oculis.* Id enim Græcis est ἀτενίζειν, *fixis & immotis obtueri oculis*, amantium more. *In cœlum* autem ita positum est, ut utro-vis

12 ρευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. Τότε ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου Ἐλαιῶνος, ὅ ἐστιν ἐγ-
13 γὺς Ἱερουσαλὴμ σαββάτου ἔχον ὁδόν. Καὶ ὅτε εἰσῆλθον, ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῷον, οὗ ἦσαν καταμένοντες, ὅ τε Πέτρος καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης καὶ Ἀνδρέας, Φίλιππος καὶ Θωμᾶς, Βαρθολομαῖος καὶ Ματθαῖος, Ἰάκωβος Ἀλφαίου καὶ Σίμων ὁ Ζηλωτής,
14 καὶ Ἰούδας Ἰακώβου. Οὗτοι πάντες ἦσαν προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει σὺν γυναιξὶ καὶ Μαρίᾳ τῇ μητρὶ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ σὺν
15 τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἀναστὰς Πέτρος ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν, εἶπεν, (ἦν τε
16 ὄχλος ὀνομάτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς ἑκατὸν εἴκοσιν) Ἄνδρες ἀδελφοί, ἔδει πληρωθῆναι τὴν γραφὴν ταύτην, ἣν προεῖπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος Δαβίδ, περὶ Ἰούδα τοῦ γενομένου ὁδηγοῦ τοῖς συλλαβοῦσι
17 τὸν Ἰησοῦν· Ὅτι κατηριθμημένος ἦν σὺν ἡμῖν, καὶ
18 ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης. Οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο χωρίον ἐκ τοῦ μισθοῦ τῆς ἀδικίας, καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη
19 πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. Καὶ γνωστὸν ἐγένετο πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλήμ, ὥστε κληθῆναι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν Ἀκελδαμὰ, τουτέστι
20 χωρίον αἵματος. Γέγραπται γὰρ ἐν βίβλῳ Ψαλμῶν, Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, καὶ μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ· καὶ, Τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι
21 ἕτερος. Δεῖ οὖν τῶν συνελθόντων ἡμῖν ἀνδρῶν ἐν παντὶ χρό-

ſumptus eſt a vobis in cœlum, ſic veniet [20] quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum. Tunc reverſi ſunt Hieroſolymam a monte qui vocatur Oliveti, qui abeſt ab Hieroſolymis [21] iter ſabbati. Et quum introiſſent, adſcenderunt [22] in cœnaculum, ubi manſitabant, & [23] Petrus & Jacobus, & Joannes & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Jacobus Alphæi & Simon Zelotes, & Judas Jacobi frater. Hi omnes [24] perſeverabant unanimiter in deprecatione & obſecratione [25] cum mulieribus & Maria matre Jeſu, [26] cumque fratribus illius. [27] Et in diebus his exſurgens Petrus [28] in medio diſcipulorum, dixit, ([29] eratque turba nominum ſimul fere centum viginti,) Viri fratres, [30] oportuit impleri ſcripturam [31] hanc, quam prædixit Spiritus ſanctus per os David, de Juda, [32] qui fuit dux iis qui comprehenderunt Jeſum. Quia cooptatus erat [33] in numerum noſtrum, & ſortitus erat partem miniſterii hujus. Et is quidem [34] paravit agrum ex mercede iniquitatis, [35] ſuſpenſuſque crepuit medius, & effuſa ſunt omnia viſcera ejus. [36] Et innotuit omnibus habitantibus Hieroſolymæ, ita ut appellaretur ager ille lingua illis vernacula [37] Aceldama, hoc eſt ager ſanguinis. Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum, [38] Fiat commoratio ejus deſerta, & non ſit qui inhabitet in ea: &, Epiſcopatum ejus accipiat alter. Oportet igitur ut ex his viris qui nobiſcum verſati ſunt toto

vis poſſit referri, vel ad intuentes, vel ad euntem. Niſi quod mox velut explicat, *Quid ſtatis adſpicientes in cœlum?* Annotarat hoc neſcio quis in Gloſſa, quam vocant *ordinariam*. Nam quod *veſte alba* vertit *veſtibus albis*, nihil refert ad ſenſum.

19 *Ecce duo viri*] καὶ ἰδού. Admonuimus eſſe peculiare Lucæ καὶ conjunctionem ex ſuperfluo addere. Proinde Interpres recte omiſit.

20 *Quemadmodum*] ὃν τρόπον, ut *quem ad modum*, tres ſint dictiones.

21 *Sabbati habens iter*] σαββάτου ἔχον ὁδόν. Sentit ſpatium bis mille paſſuum. Longius iter facere Judæis fas non erat ſabbatis. Hoc enim indicat Hieronymus ſcribens ad Algaſiam quæſtione decima, nimirum Judæis religioſe obſervatum, ne ſabbatis ambularent ſupra bis mille paſſus, ex inſtitutione Barachibæ Simeonis & Hillelis Rabbinorum, quos illi magiſtros noſtros vocare ſoliti ſunt, ut inibi docet Hieronymus. Præterea apud Joannem cap. undecimo, Bethaniam abfuiſſe ab Hieroſolymis ſtadiis ferme quindecim. Ea conficiunt paulo minus quam paſſuum duo millia. Erat autem Bethania in latere montis Oliveti. Teſtatur hoc idem Chryſoſtomus enarrans convivium Simonis leproſi. Proinde miror unde apud Lyranum cæteroſque recentiores Interpretes legamus, iter ſabbati non habere plus quam mille paſſus: niſi forte hoc accidit vitio Librariorum. Proinde nos vertimus, *abeſt ab Hieroſolymis iter ſabbati*.

22 *In cœnaculum*] εἰς τὸ ὑπερῷον. Hic *cœnaculum* non ſignificat eum locum in quo cœnatur, ſed ſuperiorem domus partem. Id quod Græca vox indicat. *In cœnaculum adſcenderunt*, ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῷον, id eſt, *adſcenderunt in cœnaculum*, hoc eſt, *ingreſſi civitatem, conſcenderunt cœnaculum*. Noſtra lectio perinde ſonat, quaſi ingreſſi cœnaculum conſcenderint eò ubi manebat Petrus. Lyranus putat eſſe πρωθύστερον. In Gloſſa ordinaria neſcio quis admonet Græcæ lectionis. Quanquam nec in Latina lectione opus erat illa figura. Siquidem hypoſtigme addita dictioni *introiſſent* excludit amphibologiam. In aliquot vetuſtis noſtræ linguæ codicibus habebatur *adſcenderunt in ſuperiora, ubi manebat Petrus*. Et fieri poteſt, ut ſupra cœnaculum fuerit locus altior, quod capite hujus operis decimo vocat δῶμα, quo Petrus adſcendit oraturus.

23 *Petrus & Joannes*] Suſpicor incuria Librariorum accidiſſe, quod hic perpetuo non diſtinguantur Apoſtolorum juga. Nos tamen nihil auſi ſumus immutare, cum neque ſuffragarentur exemplaria, nec Interpretes idonei. Ne ordo quidem ſatis congruit. Apud nos enim *Petrus* copulatur cum *Joanne*, apud Græcos cum *Jacobo*. Apud nos *Jacobus & Andreas*, apud Græcos *Joannes & Andreas*.

24 *Perſeverantes*] προσκαρτεροῦντες, id eſt, *perdurantes*, quod Auguſtinus alicubi vertit *aſſervientes*. *In oratione*, deeſt in Latinis codicibus, καὶ τῇ δεήσει, id eſt, *& obſecratione*. Congeminat hæc ad eum modum ſæpenumero & Paulus.

25 *Cum mulieribus*] σὺν γυναιξί. Accipi poteſt, & *cum uxoribus*, propterea quod ſeparavit Mariam a mulieribus. Ac rurſum,

26 *Cum fratribus ejus*] *Ejus* ad Jeſum refertur, non ad Mariam, αὐτοῦ. Annotavit & hoc Gloſſa ordinaria. Citatur autem nomine Bedæ, quum in illius Commentariis nihil tale reperiatur. Id quum mihi compertum ſit & aliis aliquot locis, ſuſpicor hos, quos Badius nobis dedit, eſſe decurtatos.

27 *In diebus illis*] ταύταις, id eſt, *his*, nec enim eſt ἐκείναις. Eſt autem hiſtoricum, referre rem quaſi jam geratur.

28 *In medio fratrum*] μαθητῶν, id eſt, *diſcipulorum*. Et *ſimul*, eſt ἐπὶ τὸ αὐτὸ, id eſt, *collecta*, ſive *congregata in eodem loco*.

29 *Erat autem hominum*] ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων, id eſt, *eratque turba nominum*. Quod quidem palam eſt non accidiſſe culpa Interpretis, ſed ab audaculo quopiam fuiſſe depravatum, qui putarit *nominum* hoc loco nihil ſignificare, cæterum *hominum* probe quadrare. Adeo præceps eſt judex inſcitia. Porro *nominum* dixit, quod nominatim homines cenſeri ſoleant, quoties exquiritur numerus. Hæc orationis pars, quoniam per parentheſim eſt interjecta, ſuis notulis eſt utrinque ſemovenda, quæ tamen aptior erit, ſi legamus ἦν δέ.

30 *Oportet impleri*] ἔδει, id eſt, *oportebat*, ſive *oportuit*, de re peracta loquitur.

31 *Quam prædixit*] ταύτην ἣν προεῖπε, id eſt, *hanc quam prædixit*.

32 *Qui fuit dux*] ὁδηγοῦ. Is proprie dicitur, qui commonſtrat viam: ne ductorem exercitus intelligat aliquis, cui apud Græcos alius eſt nomen, στρατηγός.

33 *In nobis*] σὺν ἡμῖν, id eſt, *nobiſcum*. Et, *Qui connumeratus eſt*, ὅτι, *quia*, non *qui*.

34 *Et poſſedit agrum*] ἐκτήσατο, quod verti poterat etiam *paravit*. Neque enim Judas poſſedit hunc agrum, verum ea pecunia paratus eſt is ager. Porro *de mercede iniquitatis*, alluſit, ni fallor, ad cognomen *Iſcariotæ*, quod שָׂכָר Hebræis *mercedem* ſonet.

35 *Et ſuſpenſus crepuit*] καὶ πρηνὴς γενόμενος, id eſt, *& pronus factus*, ſive *declivis*: πρηνὴς enim Græcis dicitur, qui vultu eſt in terram dejecto. Expreſſit autem geſtum & habitum laqueo præfocati. Alioquin ex hoc ſane loco non poterat intelligi, quod Judas ſuſpenderit ſe. Auguſtinus libro primo contra Felicem Manichæum capite quarto & quinto hunc adducens locum legit, *Et dejectus in faciem, diruptus eſt medius*.

36 *Et notum factum eſt*] Quum Petrus hæc loquatur & Hieroſolymis & Hebraice, tamen ita ſonant Lucæ verba, quaſi Petrus alibi diverſa lingua loquatur. Etenim qui dicit *eorum*, videtur de abſentibus loqui, & qui dicit *lingua eorum*, videlicet Hebraica, videtur alia lingua loqui quam Hebraica. Proinde quidam voluerunt totam hanc ſermonis partem, *Et notum factum eſt*, uſque ad, *Scriptum eſt enim*, Lucam Græce ſcribentem intertexuiſſe de ſuo. Sunt qui *lingua eorum* referant ad diſcrimen linguæ Galilææ, & Hieroſolymitanæ, quæ tam variabant, ut hinc Petrus fuerit deprehenſus. Sed mea ſententia ſimplicius eſt, ut intelligamus Lucam Græce ſcribentem, ad majorem rei fidem addidiſſe vocem Hebraicam, & hanc particulam, *lingua eorum*, ad Theophili Lucæque perſonam eſſe referendam, quorum alter Græce ſcriberet, alter legeret. Probabile eſt enim hoc ipſum agri vocabulum Hebræum diverſæ linguæ hominibus innotuiſſe, quemadmodum aliquot exoticarum rerum vocabula, nonnulla etiam proverbia ſua lingua demigrant ad alienigenas.

37 *Acheldemach*] Græci ſcribunt Ἀκελδαμὰ, propius accedentes ad vocem Hebraicam quam nos. Hebræis אֲחַלִי *fundus* eſt ſive *facultas*, דָּם *ſanguis*, etiamſi divus Hieronymus indicat nomen eſſe Syrum.

38 *Fiat commoratio*] ἔπαυλις. Compoſitum ab eadem dictione unde συναυλιζόμενος, de quo dictum eſt paulo ante. Auguſtinus eo, quem modo citavimus, loco legit, *Fiat villa ejus deſerta*. Cæterum *epiſcopatum* eſt ἐπισκοπὴν, quod Hebræis eſt פְּקֻדָּה. Id inter alia *præfecturam* quoque ſignificat. Græca vox ab *inſpiciendo* dicta. Audivi quemdam Hebræum, qui, quod Interpres Græcus ac Latinus vertit *epiſcopatum*, affirmaret Hebræis ſonare *uxorem egregie charam*, quæ non prolis gignendæ gratia, ſed animi cauſa haberetur in delitiis ſemota ac ſecluſa. Hoc an verum ſit neſcio. Hoc teſtimonium e duobus Pſalmis ſumptum eſt. *Fiat commoratio eorum deſerta, & in tabernaculis eorum*

χρόνῳ, ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ᾽ ἡμᾶς ὁ Κύ-
22 ριος Ἰησοῦς, Ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰω-
άννου ἕως τῆς ἡμέρας, ἧς ἀνελήφθη ἀφ᾽ ἡμῶν, μάρ-
τυρα τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ γενέσθαι σὺν ἡμῖν ἕνα
23 τούτων. Καὶ ἔστησαν δύο, Ἰωσὴφ τὸν καλούμενον
24 Βαρσαβᾶν, ὃς ἐπεκλήθη Ἰοῦστος, καὶ Ματθίαν. Καὶ
προσευξάμενοι, εἶπον, Σὺ Κύριε, καρδιογνῶστα πάν-
των, ἀνάδειξον ὃν ἐξελέξω ἐκ τούτων δύο ἕ-
25 να, Λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης καὶ
ἀποστολῆς, ἐξ ἧς παρέβη Ἰούδας πορευθῆναι
26 εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον. Καὶ ἔδωκαν κλήρους αὐ-
τῶν, καὶ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν, καὶ
II. 1 συγκατεψηφίσθη μετὰ τῶν ἕνδεκα Ἀποστόλων. Καὶ
ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκο-
στῆς, ἦσαν ἅπαντες ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό,
Καὶ

A toto tempore, quo Dominus Jesus 39 perpetuam vitæ consuetudinem egit nobiscum, Exorsus a baptismo Joannis ad eum usque diem, quo receptus est a nobis, unus quispiam constituatur, qui sit una nobiscum testis resurrectionis ejus. Et statuerunt duos, 23 Joseph qui vocatur Barsabas, 40 qui cognominatus est Justus, & Matthiam. Et facta precatione, dixerunt, 24 Tu Domine, 41 qui corda nosti omnium, 42 ostende utrum elegeris ex his duobus, 43 Ut accipiat 25 sortem ministerii hujus & apostolatus, unde prævaricatus excidit Judas, 44 ut abiret in locum suum. 45 Et dederunt sortes eorum, & cecidit sors super Mat- 26 thiam, 46 & cooptatus est ad numerum undecim Apostolorum. Et quum compleretur [1] dies Pen- II. 1 B tecostes, [2] erant omnes unanimiter in eodem loco.
Et

eorum non sit qui inhabitet, sumptum est e Psalmo sexagesimo octavo. *Et episcopatum ejus accipiat alter*, sumptum est e Psalmo CVIII. Prius testimonium, quod pertinebat ad omnes Judæos, qui Christum persequuti sunt, accommodavit ad Judam. Porro quum uterque Psalmus inscriptus sit ipsi David, aut non est verum quod quidam annotant de titulis, aut hi Psalmi non sunt scripti per David. Et tamen Petrus ait Spiritum Sanctum loquutum per os David. Cæterum quod Beda queritur per imperitum Lectorem contextum Psalmorum esse corruptum, hodie nihil tale reperimus in codicibus nostris. Queritur enim priorem testimonii partem, quæ exstat Psalmo LXVIII. fuisse additam Psalmo CVIII. Qua de re nec Augustinus, nec Hieronymus queritur in Commentariis. Et tamen probabile est Bedam hoc alicunde hausisse. Nam adduntur hi versus in Psalterio, quod dicitur *Romanum*. Verum interim dum hæc sector, in aliud incidi. Alias admonui Commentarios, quos habemus in Psalmos Hieronymi titulo, mihi videri C decurtatos alicubi, contra locis aliquot ceu pannis assutis dilatatos. Quod enim in hunc versiculum, *Et episcopatum ejus accipiat alter*, additum est commenti, potest credi Hieronymi, est autem tale, *Hoc & in Actibus Apostolorum manifestius interpretatum est.* Quod sequitur ambiguum est: *Non solum autem in illo tempore de Juda dictum est, sed usque hodie dicitur & usque in diem judicii. Si ipse Judas Apostolatum perdidit, custodiant se Sacerdotes & Episcopi, ut non & ipsi suum sacerdotium perdant. Si Apostolus cecidit, facilius Monachus potest cadere.* Hæc ille. Ne quid hîc exagitem sermonis ineptiam, minime congruentem Hieronymo, *usque hodie dicitur, & usque in diem judicii*, subaudi *dicetur*. Quid refert dici? quid fiat refert? Præterea, *Si ipse Judas*, quasi is fuerit Apostolorum princeps, non satis erat dicere *Judas*. Et *custodiant se*, pro *caveant sibi*, & *ut non*, pro *ne*, ut hæc inquam non excutiam, quid sibi volunt quæ sequuntur? *Si Apostolus cecidit, facilius Monachus potest cadere.* An idem est Apostolus & D Monachus? *Amphora cœpit institui, currente rota cur urceus exit?* Ad hæc quî cohærent quæ adjicit: *Virtus non perit, licet homo cadat & pereat, tamen Dominus denarios suos dat sub fœnore. Si ille non duplicaverit, accipitur pecunia ejus & dabitur habenti. Pecunia Domini otiosa esse non potest.* Quis non videt hæc esse non Hieronymi, sed hominis inepte loquacis, qui similibus emblematis totum hunc Psalmum contaminavit, & utinam hunc solum. Qui videri volunt custodes Scripturæ Divinæ, hæc æquis animis ferunt, & indignantur admonentibus, haudquaquam eadem usuri lenitate, si quis ad eumdem modum istis imponat in vino aut panno, & si quis monitor ibi depulerit imposturam, magnas habituri gratias. Et *alter*, ἕτερος, rectius erat *alius*. Nam Græci frequenter usurpant ἕτερος pro ἄλλος. Cæterum quod quidam *alter* refert ad duos designatos electioni, quorum alter succedat in locum Judæ, coactius est.

39 *Intravit & exivit*] Pro eo quod est *perpetuam vitæ consuetudinem habuit*. Dictum est autem figura proverbiali. Cæte- E rum hic sermo totus nonnihil habebat obscuritatis, non solum in Lingua Latina, verum etiam Græca: proinde nos, quantum potuimus, conati sumus dilucidius vertere.

40 *Qui cognominatus est Justus*] Ἰοῦστος nomen Romanum. Quod cognomen olim inditum fuit Aristidi apud Athenienses. Glossa ordinaria dubitat Latinum ne sit an Hebræum, & interpretatur tanquam Hebræum, quasi novum sit Judæos Græcorum ac Romanorum designari cognominibus. *Andreas* Græcum est, quemadmodum *Bartholemaus*. *Marcus* & *Lucas* Latina vocabula sunt. *Nicodemus* Græcum est. Et hoc citatur nomine Bedæ, quum in Bedæ Commentariis non habeatur. Paulo ante refertur opinio cujusdam, qui putarit hos duos, de quibus fit sortitio, fuisse e numero discipulorum septuaginta, quum Beda numeret septuaginta duos. Et tamen hic erat adscriptum *B*. quid indicans nescio.

41 *Qui corda nosti*] Græcis est dictio unica composita, *καρδιογνῶστα*, *cognitor cordium*. Et mox, F

42 *Ostende*] Est ἀνάδειξον, id est, *designa*. Sic enim vertit, *Designavit Jesus & alios septuaginta*.

43 *Accipere locum*] λαβεῖν τὸν κλῆρον, id est, *ut accipiat sortem*, sive *hæreditatem*, aut *successionem*.

44 *Ut iret in locum suum*] ἴδιον, id est, *proprium*, velut ante occupasset alienum.

45 *Et dederunt sortes ejus*] Καὶ ἔδωκαν κλήρους αὐτῶν, id est, *Et dederunt sortes eorum*, nimirum duorum, de quibus sortiebantur. Sors enim illius dicitur cujus nomine mittitur.

46 *Et annumeratus est*] καὶ συγκατεψηφίσθη, id est, *suffragiis*, sive *calculis additus est*. Vallæ placet *cooptatus est*, neque mihi sane displicet. Superius erat diversum huic verbum, κατηριθμημένος σὺν ἡμῖν, id est, *numeratus nobiscum*. Totum hoc caput ac sequentis bonam partem recitat Augustinus libro, cujus paulo ante meminimus, videlicet contra Manichæum Felicem I. cap. IV. & V. sed nonnulla secus quam nos legimus, quæ qui putabit operæ pretium cognoscere, quo commodius liceat conferre, nos hîc adscripsimus: & recitavit in Actibus Apostolorum: *Primum quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Jesus facere & docere in die, quo Apostolos elegit per Spiritum Sanctum: & præcepit prædicare Evangelium, quibus præbuit se vivum post passionem in multis argumentis dierum, visus eis dies quadraginta, & docens de regno Dei, & quomodo conversatus sit cum illis. Et præcepit eis ne discederent ab Hierosolymis, sed sustinerent pollicitationem Patris, quam audistis, inquit, ex ore meo. Quoniam Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem Spiritu Sancto incipietis baptizari, quem accepturi estis non post multos hos dies, usque ad Pentecosten. Illi ergo convenientes, interrogabant eum, dicentes, Domine, si hoc tempore præsentabis regnum* C *Israël? Ille autem dixit, Nemo potest cognoscere tempus, quod Pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem Spiritus Sancti supervenientem in vos, & eritis mihi testes apud Hierosolymam, & in tota Judæa & Samaria, & usque in totam terram. Cum hæc diceret, nubes suscepit eum, & sublatus est ab eis. Et quomodo contemplantes erant, cum iret in cœlum, ecce duo viri adstabant illis in veste alba, qui dixerunt ad eos: Viri Galilæi quid statis respicientes in cœlum? Iste Jesus, qui assumptus est in cœlum a vobis, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Tunc reversi sunt Hierosolymam a monte, qui vocatur Eleon, qui est juxta Hierosolymam, sabbati habens iter. Et cum introissent, adscenderunt in superiora, ubi habitabant Petrus & Joannes, Jacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Jacobus Alphæi & Simon Zelotes, & Judas Jacobi. Et erant perseverantes omnes unanimes in orationibus, cum mulieribus & Maria, quæ fuerat mater Jesu, & fratribus ejus. Et in diebus illis surrexit Petrus in medio fratrum & dixit. Fuit* D *autem turba in uno, hominum quasi centum viginti, Viri fratres, oportet adimpleri scripturam istam, quam prædixit Spiritus Sanctus ore sancti David de Juda, qui fuit deductor illorum, qui comprehenderunt Jesum, qui annumeratus erat inter nos, qui habuit sortem hujus ministerii. Hic igitur possedit agrum ex mercede injustitiæ suæ, & collum sibi alligavit, & dejectus in faciem diruptus est medius: & effusa sunt omnia viscera ejus. Quod & cognitum factum est omnibus qui habitabant Hierosolymam, ita ut vocaretur ager ille ipsorum lingua Acheldemach, id est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum, Fiat villa ejus deserta, & non sit qui inhabitet in ea, & episcopatum ejus accipiet alter. Oportet itaque ex his viris, qui convenerunt nobiscum, in omni tempore quo introivit inter nos & excessit Dominus Jesus Christus, incipiens a baptismo Joannis, usque in illum diem quo assumptus est a nobis, testem resurrectionis ejus nobiscum esse. Et statuit duos, Joseph qui vocatur Barsabas, qui & Justus, &* E *Matthiam, & precatus dixit: Tu Domine cordium omnium intellector, ostende ex his duobus, quem elegisti ad suscipiendum locum hujus ministerii & annunciationis, a quo excessit Judas, ambulare in locum suum. Et dederunt sortem, & cecidit sors super Matthiam, & similis deputatus est cum undecim Apostolis duodecimus. Tempore quo suppletus est dies Pentecostes, fuerunt omnes simul in uno. Et factus est subito de cœlo sonus, quasi ferretur flatus vehemens, & implevit totam illam domum, in qua erant sedentes. Et visæ sunt illis linguæ divisæ quasi ignis, qui & insedit super unumquemque illorum. Et impleti sunt omnes Spiritu Sancto, & cœperunt loqui variis linguis, quomodo Spiritus dabat illis pronunciare. Hierosolymis autem fuerunt habitatores Judæi, homines ex omni natione quæ est sub cœlo. Et cum facta esset vox, collecta est turba & confusa est, quoniam audiebat unusquisque suo sermone & suis linguis loquentes eos. Stupebant autem & admirabantur adinvicem, dicentes: Nonne omnes qui loquun-* F *tur, natione sunt Galilæi? Et quomodo agnoscimus in illis sermonem in quo nati sumus? Parthi & Medi, Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Armeniam & Cappadociam, Pontum, Asiam, Phrygiamque & Pamphyliam, Ægyptum & partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen, & qui advenerant Romani, Judæique & Proselyti, Cretenses & Arabes, audiebant loquentes illos suis linguis magnalia Dei.* Citatur hic locus ab eodem libro contra Epist. Manichæi cap. IX.

1 *Dies Pentecostes*] *Dies* singularis est numeri: itaque *compleretur* legendum est. Atque ita sane recitat Augustinus libro adversus Felicem primo cap. V. ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν, quod ultimus ille dies quinquagesimus sit dictus. Quanquam vulgo tempus hoc universum *Quadragesima* & *Quinquagesima* dicitur.

2 *Erant omnes pariter*] ὁμοθυμαδὸν, id est, *unanimiter*, quod ita

2 Καὶ ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος, ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας, καὶ ἐπλήρωσεν ὅλον τὸν οἶκον, οὗ ἦ-
3 σαν καθήμενοι. Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς, ἐκάθισέ τε ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν.
4 Καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ Πνεῦμα ἐδί-
5 δου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι. Ἦσαν δὲ ἐν Ἱερουσαλὴμ κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι ἄνδρες εὐλαβεῖς ἀπὸ παντὸς ἔθνους
6 τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης, συνῆλθε τὸ πλῆθος, καὶ συνεχύθη, ὅτι ἤκουον εἷς ἕκαστος τῇ
7 ἰδίᾳ διαλέκτῳ λαλούντων αὐτῶν. Ἐξίσταντο δὲ πάντες καὶ ἐθαύμαζον, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους, Οὐκ ἰδοὺ πάντες
8 οὗτοί εἰσιν οἱ λαλοῦντες Γαλιλαῖοι; Καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἡμῶν, ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν;
9 Πάρθοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν Μεσοποταμίαν, Ἰουδαίαν τε καὶ Καππαδοκίαν, Πόν-
10 τον καὶ τὴν Ἀσίαν, Φρυγίαν τε καὶ Παμφυλίαν, Αἴγυπτον καὶ τὰ μέρη τῆς Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι, Ἰουδαῖοί τε καὶ Προσή-
11 λυτοι, Κρῆτες καὶ Ἄραβες, ἀκούομεν λαλούντων αὐτῶν ταῖς
12 ἡμετέραις γλώσσαις τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ. Ἐξίσταντο δὲ πάντες καὶ διηπόρουν, ἄλλος πρὸς ἄλλον λέγον-
13 τες, Τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι; Ἕτεροι δὲ χλευάζον-
14 τες, ἔλεγον, Ὅτι γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσί. Σταθεὶς δὲ Πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα, ἐπῆρε τὴν φωνὴν αὐτοῦ, καὶ ἀπεφθέγξατο αὐτοῖς, Ἄνδρες Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἱερουσαλὴμ ἅπαντες, τοῦτο ὑμῖν γνωστὸν ἔστω, καὶ ἐνωτίσασθε
15 τὰ ῥήματά μου. Οὐ γὰρ, ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, οὗ-
16 τοι μεθύουσιν, ἔστι γὰρ ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας. Ἀλλὰ τοῦ-

2 Et factus eſt repente de cœlo ſonitus, tanquam impetu [3] venientis flatus vehementis, & replevit totam
3 domum, ubi erant ſedentes. [4] Et viſæ ſunt illis diſſectæ linguæ [5] velut igneæ, ſederuntque ſuper ſingu-
4 los eorum. Ac repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, cœperuntque loqui [6] aliis linguis, prout Spiritus ille
5 dabat eloqui illis. Erant autem Hieroſolymis habitantes Judæi viri religioſi [7] ex omni natione earum
6 quæ ſub cœlo ſunt. [8] Is rumor quum increbruiſſet, convenit multitudo, [9] & confuſa eſt, quod audiret u-
7 nuſquiſque lingua ſua illos loquentes. Stupebant autem omnes [10] ac mirabantur, dicentes inter ſeſe, Nonne ecce omnes iſti qui loquuntur Galilæi ſunt?
8 [11] Et quomodo nos audimus eos [12] ſua quiſque lin-
9 gua, in qua nati ſumus? Parthi & Medi & Elamitæ, [13] & habitatores Meſopotamiæ, Judææque & Cappa-
10 dociæ, Ponti & Aſiæ, Phrygiæ & Pamphyliæ, Ægypti [14] & partium Libyæ ejus quæ eſt finitima Cyrenæ, [15] & advenæ Romani, [16] Judæique & Proſe-
11 lyti, Cretes & Arabes, [17] audimus eos loquentes no-
12 ſtris linguis magnifica Dei. [18] Stupebant autem omnes ac mirabantur, [19] inter ſeſe dicentes, Quid-
13 nam vult hoc eſſe? Alii autem irridentes dicebant,
14 [20] Muſto expleti ſunt iſti. Stans autem Petrus cum undecim, extulit vocem ſuam, ac loquutus eſt eis, Viri Judæi, & qui habitatis Hieroſolymis univerſi, hoc vobis notum ſit, & auribus percipite verba mea.
15 Non enim, ſicut vos exiſtimatis, hi ebrii ſunt, [21]
16 quum ſit hora diei tertia. Sed hoc eſt quod dictum eſt

ita paulo ante vertit, *perſeverantes unanimiter in oratione*. Interpres legiſſe videtur ὁμαδὸν, quam lectionem ſuſpicor eſſe veram. Aliquis interpretatus eſt ὁμοθυμαδὸν, ea vox quoniam magis arriſit, obtinuit. Auguſtinus contra Epiſtolam Manichæi legit, *eadem animatione*.

3 *Advenientis ſpiritus*] φερομένης πνοῆς, id eſt, *flatus qui fertur*, quod proprium eſt venti impetu citato euntis. Id quod propemodum expreſſit Auguſtinus libro *de origine animæ* ad Renatum primo: *Factus eſt ſubito de cœlo ſonus, quaſi ferretur flatus vehemens*. Item in Epiſtola centeſima ſecunda ad Evodium. Rurſum Sermone de verbis Apoſtoli ſexto. Iterum adverſus Felicem libro primo cap. 5. Item contra Epiſtolam Manichæi cap. IX. Φορὰν Græci vocant *impetum*. *Vehementis*, magis eſt *violenti*, βιαίας.

4 *Et apparuerunt illis*] Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς, id eſt, *Et viſa ſunt illis*, ſeu potius *conſpecta*. *Diſpartita linguæ*, διαμεριζόμεναι, præſentis temporis, id eſt, *quæ diſpartiebantur*. Poteſt autem geminus intelligi ſenſus, ut vel accipiamus ipſas linguas fuiſſe ſectiles, vel ut intelligamus, eas e cœlo delapſas ſeſe in ſingulos diſcipulos fuiſſe diſpartitas.

5 *Tanquam ignis*] *Ignis* hoc loco genitivi caſus eſt, non nominativi, ὡσεὶ πυρὸς, id eſt, *velut ex igni*. Nos vertimus *ignea*, quo vitaremus amphibologiam.

6 *Variis linguis*] ἑτέραις, id eſt, *aliis*. Ita citat & Hieronymus in quæſtionibus ad Hedibiam, juxta vetuſtos codices, ut conveniat cum illo Evangelico, *linguis loquentur novis*. Nam quod *aliud* eſt, idem eſt *novum*.

7 *Ex omni natione quæ ſub*] τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, id eſt, *earum quæ ſub cœlo ſunt*, ſive, *eorum qui ſub cœlo ſunt*, ut referatur ad homines. Lubens rogarim iſtos, qui non recipiunt hyperbolen in Sacris Voluminibus, an in hoc conventu fuerint etiam Angli, aut Scoti.

8 *Facta autem hac voce*] Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης. Quidam interpretantur de ſonitu flatus, quidam de voce qua cœperunt Apoſtoli loqui, quod mihi non diſplicet. Mihi videtur *vox*, dictus rumor rem peractam divulgans, quemadmodum alias indicavimus *ſermonem* aut *verbum* pro re geſta poni, quæ rumore diſſipatur. Auguſtinus non addit pronomen *hac*, ſed Interpres videtur expreſſiſſe articulum.

9 *Et mente confuſa eſt*] *Mente* non lego in Græcis codicibus. Tantum eſt συνεχύθη, *confuſa eſt*, ita legit Auguſtinus, quod tamen ad perturbationem vel admirationem pertineat, non pudorem, quomodo ſolet hic vertere.

10 *Et mirabantur, dicentes*] Addunt Græci, πρὸς ἀλλήλους, id eſt, *alius alii*, ſive *inter ſeſe*: *adinvicem* legit Auguſtinus.

11 *Et quomodo nos audivimus*] ἀκούομεν, *audimus*, præſentis temporis, id quod a Librariis eſt depravatum: pro *audimus* Auguſtinus legit *agnoſcimus*.

12 *Linguam noſtram*] ἰδίᾳ διαλέκτῳ, id eſt, *propria lingua*, ſive *ſermone*, ut ſubaudiamus, *loquentes eos*. Græcis διάλεκτος eſt linguæ proprietas aut ſpecies, velut apud Græcos cum una ſit lingua, quinque tamen ſunt dialecti: ut qui Græce calleat, mox poſſit agnoſcere, Atticus ſit qui loquitur an Doricus, Ionicus an Lacedæmonius. Probabilius eſt autem Apoſtolos ſua lingua fuiſſe loquutos, & miraculo factum ut nemo non intelligeret, perinde ac ſi ſuam quiſque linguam audiſſet. Nec unquam legimus hoc miraculi accidiſſe alias, niſi forte ſemel atque iterum. Veluti Actorum x. de familia Cornelii, *Audiebant illos loquentes linguis*. Et Paulus ſcribens Corinthiis, gloriatur quod omnium illorum linguis loqueretur. Dubitandum non eſt quin Apoſtoli fuerint diverſis loquuti linguis quoties id poſtulabat Evangelii negotium. Verum eumdem hominem eodem tempore diverſis loqui linguis implicat contradictionem. Reſtat ille ſcrupulus, an Cretenſes & Medi cæterique procul a Judæis diſſiti noverint Syriace, an ſuam tantum linguam. Nunc enim Judæi incolentes Germaniam præter vulgi linguam & ſuam habent. Itidem qui incolunt Hiſpaniam & Italiam. Cæterum illud ἡμῶν Latine commode reddi non poterat.

13 *Et qui habitant*] καὶ κατοικοῦντες, id eſt, *habitantes*. Alioqui ſi per verbum libuit transferre, dicendum erat, *qui habitamus*, propter verbum, quod præceſſit, *audimus*.

14 *Et partes Libyæ*] pro *Libyæ* Auguſtinus legit *Africæ*. Nec temere additum eſt *circa Cyrenen*. Hieronymus in locis hujus operis indicat duas eſſe *Libyas* provincias, alteram *Cyrenaicam*, de qua hic ſentit Lucas *juxta Cyrenen*: *Hæc*, inquit, *porta Ægypti in parte Africæ prima eſt*: *& mari Libyco cognomen dedit*. Alteram poſt hanc ponit *Libyam Æthiopum*, quæ uſque meridianum pertingat Oceanum.

15 *Advenæ Romani*] Non eſt προσήλυτοι, quo mox utitur, ſed ἐπιδημοῦντες, hoc eſt, *illic verſantes*. Cæterum Hebræi *Proſelytos* Hebraice גֵּרִים vocabant, qui diverſæ factionis nati in jus Moſaicæ Legis reciperentur. Hîc ſentit Judæos quidem religione, verum Romæ domicilium habentes.

16 *Judæi quoque*] Ἰουδαῖοί τε καὶ Προσήλυτοι, id eſt, *Judæique & Proſelyti*, ut ſit gemina conjunctio. Videntur hæ duæ particulæ referri ad id quod præceſſerat *Romani*, Romani ſive Judæi genere, ſive Proſelyti, hoc eſt, non gentes, ſed adoptione Judæi. Rurſus quod ſequitur *Cretes* & *Arabes*, incertum eſt utrum referendum ſit ad generalem partitionem gentium, an ad Proſelytos tantum, quorum alii ſint Cretenſes, alii Arabes. Beda putat hoc loco *Judæam* accipi non pro tota regione Judæorum, ſed pro ea duntaxat quæ complectitur tribum Judæ & Benjamin. Verum id veriſimile non eſt. Nam addidiſſet & Galilæos & Samaritanos & Decapolitas: nunc harum nullam commemorat, ſed alias regiones, in quas Judæi ſuis finibus pulſi confugerant. Porro quod in fine repetit, *Judæique & Proſelyti*, Judæi, non ex gente dicuntur, ſed ex religione & origine, a quibus diſtinguit Proſelytos natione Paganos, religione factos Judæos. Verum *Cretes* & *Arabes* ſic adjecti ſunt, ut ad priorem recenſionem referri poſſint, ut accipiamus ex cæteris quoque nationibus veniſſe Proſelytos admixtos Judæis. Ex Creta vero & Arabia nullos veniſſe Judæos, quod eò non profugiſſent, ſed tantum Proſelytos. *Cretes* Interpres Græce dicere maluit quam *Cretenſes*.

17 *Audivimus eos*] Rurſus ἀκούομεν, id eſt, *audimus*, ut ſuperius admonuimus.

18 *Stupebant autem omnes & mirabantur*] καὶ διηπόρουν. Id verbum ſignificat eos animo hæſitaſſe ac perplexos fuiſſe. Quo verbo uſus eſt de Herode, cum crederet Joannem revixiſſe, διηπόρει, quod illic vertit *hæſitabat*. Et Auguſtinus hic pro *mirabantur* legit *hæſitabant*. Cæterum aliquis mutavit hunc locum ex ſuperiori, quem tamen puto corruptum, ἐξίσταντο δὲ καὶ ἐθαύμαζον, quod plus ſit prius illud, quam hoc poſterius.

19 *Ad invicem dicentes*] ἄλλος πρὸς ἄλλον λέγοντες, id eſt, *alius ad alium dicentes*, ſive *inter ſe dicentes*.

20 *Muſto pleni*] μεμεστωμένοι, id eſt, *impleti ſunt*. Auguſtinus legit, *muſto onerati ſunt*. *Pleni ſunt iſti*. *Iſti* redundat. Nec habetur in emendatioribus Latinis.

21 *Quum ſit hora diei tertia*] Tempus erat Pentecoſtes, quo ſol exoritur ante quintam, ni fallor. Quam igitur *tertiam* vocat Petrus, nobis eſſet *octava*. Atqui prodigium non ſit apud nationes quaſdam hominem eſſe temulentum hora octava. Verum in illis

17 τῦτό ἐςι τὸ εἰρημένον διὰ Προφήτυ Ἰωήλ· Καὶ ἔςαι ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, λέγει ὁ Θεὸς, ἐκχεῶ ἀπὸ τῦ Πνεύματός μυ ἐπὶ πᾶσαν σάρκα· καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐν-
18 ύπνια ἐνυπνιασθήσονται. Καί τοι ἐπὶ τὺς δύλους μυ καὶ ἐπὶ τὰς δύλας μυ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τῦ
19 Πνεύματός μυ, καὶ προφητεύσυσι. Καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ ὐρανῷ ἄνω, καὶ σημεῖα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, αἷμα, καὶ
20 πῦρ, καὶ ἀτμίδα καπνῦ. Ὁ ἥλιος μεταςραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυ-
21 ρίυ τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ. Καὶ ἔςαι, πᾶς ὃς ἂν ἐπι-
22 καλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίυ, σωθήσεται. Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, ἀκύσατε τὺς λόγυς τύτυς, Ἰησῦν τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα ἀπὸ τῦ Θεῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι καὶ τέρασι καὶ σημείοις, οἷς ἐποίησε δι' αὐτῦ ὁ Θεὸς ἐν
23 μέσῳ ὑμῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ οἴδατε, Τῦτον τῇ ὡρισμένῃ βυλῇ καὶ προγνώσει τῦ Θεῦ ἔκδοτον, λαβόντες διὰ
24 χειρῶν ἀνόμων, προσπήξαντες ἀνείλετε, Ὃν ὁ Θεὸς ἀνέςησε, λύσας τὰς ὠδῖνας τῦ θανάτυ, καθότι ὐκ ἦν
25 δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτῦ. Δαβὶδ γὰρ λέγει εἰς αὐτὸν, Προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μυ διὰ παν-
26 τὸς, ὅτι ἐκ δεξιῶν μυ ἐςὶν, ἵνα μὴ σαλευθῶ. Διὰ τῦτο εὐφράνθη ἡ καρδία μυ, καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μυ·
27 ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μυ κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι, Ὅτι ὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μυ εἰς ᾅδυ, ὐδὲ δώσεις τὸν
28 ὅσιόν συ ἰδεῖν διαφθοράν. Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς,
29 πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τῦ προσώπυ συ. Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου Δαβὶδ, ὅτι καὶ ἐτελεύτησε, καὶ ἐτάφη, καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐςιν ἐν ἡμῖν ἄχρι τῆς ἡμέρας

A est 22 per Prophetam Joël: Et erit in novissimis diebus, 23 dicit Deus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ, & juvenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem super ser- 18 vos meos & super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt. Et dabo pro- 19 digia in cœlo superne, & signa in terra inferne, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol convertetur 20 in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat 24 dies ille Domini magnus atque illustris. Et futu- 21 rum est, ut omnis quicunque invocaverit nomen Domini servetur. Viri Israelitæ, audite verba hæc, Je- 22 sum Nazarenum, 25 virum exhibitum a Deo erga vos
B virtutibus & prodigiis & signis, quæ fecit per illum Deus in medio vestri, sicut & ipsi scitis, Hunc defi- 23 nito consilio & 26 præscientia Dei traditum, quum accepissetis per manus iniquorum, 27 crucifixum interemistis, Quem Deus suscitavit, 28 solutis dolori- 24 bus mortis, 29 quatenus impossibile erat 30 teneri illum ab ea. David enim dicit de eo, Providebam Do- 25 minum coram me semper, quoniam a dextris est mihi, 31 ne commovear. Propter hoc lætatum est cor 26 meum, & exsultavit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe, Quoniam non derelinques animam 27 meam in inferno, nec sines ut sanctus tuus videat corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ, replebis me 28 jucunditate cum facie tua. Viri fratres, 32 quandoqui- 29
C dem licet libere dicere apud vos de patriarcha David, 33 quod & defunctus est, & sepultus est, & sepulchrum ejus est apud nos usque in hodiernum diem. Pro-

illis regionibus, juxta Pauli dictum, qui erant ebrii, nocte erant ebrii.

22 *Per Prophetam Joël*] Testimonium quod citat est apud eum Prophetam cap. II. Ac mire declarat largitatem divini muneris, quod solis Judæis antea videbatur deberi, jam in omnes orbis nationes redundantis. Cæterum Lucas nonnihil discrepat, & ab Hebræis, & a Septuaginta, quibus hoc loco cum illis est fere concordia. Nec est apud Hebræos *in diebus novissimis*, sed *post hac.*

23 *Et dicit Dominus*] Lucas aut certe Petrus addit de suo, quod ea clausula prophetiis omnibus soleat opponi. Deinde, *de Spiritu*, juxta Septuaginta dixit, cum Hebræis sit, *Spiritum meum.* D Porro quod priori loco posuit *juvenes*, deinde *senes*, cum & apud Hebræos & Septuaginta diversus sit ordo, Librariorum errore factum suspicor. Præterea quod Latinus Interpres vertit, *& quidem super servos meos*, legisse videtur καί τοι. Hieronymus vertit, *sed & super servos meos.* Rursus post hæc verba, *In diebus illis effundam Spiritum meum*, Lucas addidit de suo, *& prophetabunt.* Quod nec apud Hebræos est, nec apud Septuaginta, si bona fide recensentur apud Hieronymum ab his versa. Verum ut hoc huc translatum est ex initio hujus vaticinii, ita ex hoc loco translata sunt in initium illa verba, *In diebus*: nisi forte Lectori malumus hoc imputare. Ac mox, *Dabunt prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsum. Sursum*, ac *deorsum*, & *signa*, tria verba de suo adjecit Lucas, quæ nec apud Hebræos sunt, nec apud Septuaginta. Denique,

24 *Dies Domini magnus & horribilis*] Pro *horribilis* Lucas posuit ἐπιφανὴς, id est, *manifestus*, sive *illustris*, cum Hebræis sit E *horribilis.* Ut intelligere liceat, id quod frequenter admonuimus, Apostolos & Evangelistas non fuisse anxios in reddendis verbis Prophetarum, sed ipsam sententiam bona fide reddidisse. Quanquam potest aliquoties fieri, ut Lector eruditus nonnihil corrumpat, dum corrigere nititur ad Editionem Septuaginta. Cæterum quo Lector ipse facilius hæc conferat, Hebræa sic vertit Hieronymus: *Et erit post hac effundam Spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ, senes vestri somnia somniabunt, & juvenes vestri visiones videbunt. Sed & super servos meos & ancillas meas in diebus illis effundam Spiritum meum, & dabo prodigia in cœlo & in terra, sanguinem, & ignem, & vapores fumi. Sol convertetur in tenebras & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis. Et erit omnis qui invocaverit nomen Domini salvus erit.* Juxta Septuaginta legimus ad hunc modum: Καὶ ἔςαι μετὰ ταῦτα, καὶ ἐκχεῶ ἀπὸ τῦ Πνεύματός μυ ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσυσιν οἱ υἱοὶ F ὑμῶν καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται. Καὶ ἐπὶ τὺς δύλυς μυ καὶ ἐπὶ τὰς δύλας μυ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τῦ Πνεύματός μυ, καὶ προφητεύσυσι. Καὶ δώσυσι τέρατα ἐν τῷ ὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς αἷμα, καὶ πῦρ, καὶ ἀτμίδα καπνῦ. Ὁ ἥλιος μεταςραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίυ τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ. Καὶ ἔςαι πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίυ σωθήσεται. Id est, *Et erit post hac, effundam de Spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ, & senes vestri somnia somniabunt, & juvenes vestri visiones videbunt. Et super servos meos & super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt. Et dabunt prodigia in cœlo, & super terram sanguinem, ignem, & vaporem fumi. Sol convertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & illustris. Et erit omnis qui invocaverit nomen Domini salvus erit.* Illud obiter admonendum, quod apud Hieronymum non refertur *& prophetabunt*, haberi tamen in hac Editione, quam nobis nuper dedit officina Asulani. Et quod illic redditum est *dabo*, Græci legunt *dabunt*, cum Lucas habeat δώσω. Annotavit Hieronymus hoc verbum אֶשְׁפּוֹךְ, quod Septuaginta verterunt ἐκχεῶ, id est, *effundam.* Effundimus enim, non quod dispensamus ac parce damus, sed quod ampliter & effuse largiterque.

25 *Virum approbatum*] Interpres legisse videtur ἀποδεδεγμένον, D ab ἀποδέχομαι, quod nonnunquam sonat *approbo.* Nostri codices habebant ἀποδεδειγμένον, id est, *demonstratum, declaratum* sive *exhibitum.* Utraque lectio tolerabilis est. Laudatur hic Petri prudentia, qui apud rudem multitudinem Christum magnifice laudat, sed *virum* tantum nominat, ut ex factis paulatim agnoscant Divinitatem.

26 *Præscientia Dei traditum*] Variant hic Græci codices a nostris, ἔκδοτον λαβόντες, id est, *traditum accipientes.* Id annotavit & Rabanus. Cæterum sermo non caret amphibologia. Potest enim intelligi Deum tradidisse Filium, & potest accipi iniquos tradidisse. Prior sensus mihi magis arridet. Consentit enim cum verbis Pauli, *Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Cæterum adverbium ὕτως in codicibus Græcis, quos hodie videmus, non additur, quum tamen non careat emphasi. Sic traditum quemadmodum a Deo fuerat præscitum ac decretum. Quibus verbis Petrus ostendit in Christo nihil temere E gestum, sed immutabili Dei consilio facta omnia, simulque mitigat Judæorum facinus, qui licet imprudentes subservierunt Divino consilio. Simili orationis forma Lucas dixit hujus operis capite XXVII. *& summisso vase sic ferebantur.*

27 *Affigentes interemistis*] Quum Græce sit προςπήξαντες, dubitari non potest, quin Interpres verterit *affigentes.* Sic & Irenæus citat, ac germana scriptura adhuc exstat in vetustis exemplaribus.

28 *Solutis doloribus*] λύσας. Unde necesse est intelligere Deum solvisse dolores. Porro quod admonet Beda in Græcis codicibus haberi *solvens per ipsum*, in nostris codicibus non additur δι' αὐτῦ. *Doloribus inferni.* Interpres legisse videtur ᾅδυ, quum nostri codices habeant θανάτυ. Unde *ab ea*, non *ab eo*, vertendum erat.

29 *Juxta quod*] κατ' ὅτι, id est, *quatenus*, sive *propterea quod.*

30 *Teneri ab illo*] *Teneri* est Græcis κρατεῖσθαι, quod sonat *vinci* sive *captum esse.* Et *ab ea*, non *ab eo*, ut mortem referat.

F 31 *Ne commovear*] ἵνα μὴ σαλευθῶ. Quod est proprie *loco moveri.*

32 *Liceat audenter dicere*] ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας, *cum liceat libere loqui.* Est enim participium impersonale positum absolute, casu nominandi, quod alioqui fit in genitivis apud Græcos. Sed Interpres arbitratus est sermonem parum fore concinnum, nisi participium mutasset in verbum. Præmollit enim hoc procemio Petrus sermonem, qui durior erat futurus auribus Judæorum, si nude dixisset, hoc non fuisse prædictum de David, sed de Christo. Sic nimirum interpretatus est Chrysostomus, prædicans Petri modestiam, qui non aperte negarit hoc esse dictum de David, sed de Christo, verum præfatus multum honorem Prophetæ David, præmollierit sermonem, ne quid offenderentur orationis libertate.

33 *Quoniam defunctus est*] *quod & defunctus est* Græce, ὅτι καὶ ἐτελεύτησε.

30 ρας ταύτης. Προφήτης ὖν ὑπάρχων, καὶ εἰδὼς, ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ, καθίσαι ἐπὶ τῦ θρόνου αὐτοῦ, τὸ κατὰ σάρκα, ἀνασῆσαι 31 τὸν Χρισὸν, Προειδὼς ἐλάλησε περὶ μὲν ἀνασάσεως τῦ Χρισοῦ, ὅτι οὐκ ἐγκατελήφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, 32 οὐδὲ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν. Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ἀνέσησεν ὁ Θεὸς, οὗ πάντες ἡμεῖς ἐσμὲν μάρτυρες. 33 Τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ Θεοῦ ὑψωθεὶς, τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαβὼν παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἐξέχεε τοῦτο ὃ νῦν ὑμεῖς βλέπετε καὶ ἀκούε- 34 τε. Οὐ γὰρ Δαβὶδ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανοὺς, λέγει δὲ αὐτὸς, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου 35 ἐκ δεξιῶν μου, Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑπο- 36 πόδιον τῶν ποδῶν σου. Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι Κύριον καὶ Χρισὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς 37 ἐποίησε, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσαυρώσατε. Ἀκύσαντες δὲ κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ, εἶπόν τε πρὸς τὸν Πέτρον καὶ τοὺς λοιπὺς Ἀποσόλυς, Τί ποιήσομεν ἄν- 38 δρες ἀδελφοί; Πέτρος ἔφη πρὸς αὐτοὺς, Μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκασος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χρισοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ λήψεσθε τὴν δω- 39 ρεὰν τοῦ ἁγίυ Πνεύματος. Ὑμῖν γάρ ἐσιν ἡ ἐπαγγελία καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς μακρὰν, 40 ὅσυς ἂν προσκαλέσηται Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν. Ἑτέροις τε λόγοις πλείοσι διεμαρτύρετο καὶ παρεκάλει, λέγων, 41 Σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης. Οἱ μὲν ὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ, ἐβαπτίσθησαν, καὶ προσετέθησαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ψυχαὶ ὡσεὶ 42 τρισχίλιαι. Ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν Ἀποσόλων, καὶ τῇ κοινωνίᾳ, καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρ- 43 του, καὶ ταῖς προσευχαῖς. Ἐγένετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φόβος, πολλά τε τέρατα καὶ σημεῖα διὰ τῶν Α- 44 ποσόλων ἐγένετο. Πάντες δὲ οἱ πισεύοντες ἦσαν ἐπὶ 45 τὸ αὐτὸ, καὶ εἶχον ἅπαντα κοινὰ, Καὶ τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις ἐπίπρασκον, καὶ διεμέριζον αὐ- 46 τὰ πᾶσι, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε. Καθ' ἡμέραν τε προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ ἱερῷ, κλῶντές τε κατ' οἶκον ἄρτον, μετελάμβανον τροφῆς, ἐν ἀγαλλιά- 47 σει καὶ ἀφελότητι καρδίας Αἰνοῦντες τὸν Θεὸν, καὶ ἔχοντες χάριν πρὸς ὅλον τὸν λαόν. Ὁ δὲ Κύριος προσετίθει τὺς σωζομένυς καθ' ἡμέραν τῇ ἐκκλησίᾳ.

III. 1 Ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ 2 ἱερὸν, ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην. Καί τις ἀνὴρ χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ὑπάρχων ἐβασάζετο,

30 Propheta igitur quum esset, & sciret, quod 34 jurejurando jurasset sibi Deus, futurum, ut 35 de fructu lumbi ipsius, quantum ad carnem, Christus exoriretur, ac sederet super sedem ejus, 31 36 Præscius loquutus est de resurrectione Christi, 37 quod non derelicta sit in inferno anima ejus, neque caro ejus viderit corru- 32 ptionem. Hunc Jesum suscitavit Deus, cujus omnes nos sumus testes. 33 Dextera igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta a Patre, 38 effudit hoc quod nunc vos videtis & auditis. 34 Non David adscendit in cœlos, sed dicit ipse, Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris mihi, 35 Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. 36 39 Certo sciat ergo tota domus Israel, quod Dominum & Christum fecerit Deus, hunc Jesum, quem vos crucifixistis. 37 40 His autem auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum ac reliquos Apostolos, Quid faciemus viri fratres? 38 Petrus ait ad illos, Delictorum 41 pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus sancti. 39 42 Vobis enim facta est repromissio & filiis vestris, & omnibus qui longe sunt, quoscunque advocaverit Dominus Deus noster. 40 43 Aliisque verbis plurimis testificatus est & exhortatus est eos, dicens, Servemini a generatione ista prava. 41 44 Qui ergo libenter acceperunt sermonem ejus, baptizati sunt, & accesserunt 45 in die illo animæ circiter ter mille. 42 Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione, 46 & fractione panis, & precationibus. 43 47 Obortus est autem omni animæ timor, multaque prodigia & signa per Apostolos edebantur. 44 48 Omnes autem qui credebant 49 erant conjuncti, & habebant omnia communia, 45 50 Possessionesque & substantias vendebant, ac dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat. 46 Et quotidie perdurantes unanimiter in templo, & frangentes 51 per singulas domos panem, 52 invicem sumebant cibum, cum exsultatione & simplicitate cordis 47 Laudantes Deum, & habentes gratiam 53 apud totum populum. 54 Dominus autem addebat qui salvi fierent quotidie congregationi. 55

III. 1 Simul autem Petrus & Joannes adscendebant in templum, ad horam precationis nonam. 2 Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suæ, bajulabatur, quem

34 *Jurejurando* &c] Græca plus habent quam Latina, ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἐκ καρπῦ τῆς ὀσφύος αὐτῦ τὸ κατὰ σάρκα ἀνασήσειν τὸν Χρισὸν, καθίσαι ἐπὶ τῦ θρόνυ, id est, *quod jurejurando jurasset sibi Deus, ex fructu lumbi sui, quantum ad carnem, surrecturum Christum, ut sederet in throno*, tametsi variant hoc loco Græci codices. Et suspicor adjectum ab eruditulo quopiam, cui alioqui sermo videbatur parum absolutus. Cæterum in his verbis, *jurejurando juravit*, non est apud Græcos ea vocum affinitas, ὅρκῳ ὤμοσεν. Ad hæc, *de fructu lumbi ejus sedere*, supplendum erat *aliquem*.

35 *De fructu lumbi ejus*] Græci plus habent quam nostri, ἐκ καρπῦ τῆς ὀσφύος αὐτῦ καθίσαι ἐπὶ τῦ θρόνυ αὐτῦ, τὸ κατὰ σάρκα ἀνασῆσαι τὸν Χρισόν. Rursum in Græcis verbis ambiguus est sensus. Nam καθίσαι sonat & *sedere* & *collocare*, & ἀνασῆσαι sonat *excitare* & *resurgere*. Sensus activus magis convenit prophetiæ, quæ promittit, futurum ut Deus excitaret illum & collocaret in throno David. Is est thronus regni Evangelici.

36 *Providens*] Προϊδὼν, id est, *Prævidens*. Quanquam in nonnullis erat Προειδὼς, id est, *Præscius*.

37 *Neque derelictus est in inferno*] ὅτι ὐκ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτῦ, id est, *quoniam non est derelicta anima ejus*.

38 *Effudit hunc*] ἐξέχεε τῦτο. Græcus sermo est anceps; potest enim intelligi *effudit hunc Spiritum*, quod πνεῦμα apud Græcos sit neutri generis. Nam quod Glossa ordinaria admonet in Græco esse *hoc donum*, δῶρον in Græcis codicibus non reperio.

39 *Certissime sciat*] Ἀσφαλῶς ὖν, id est, *Certo igitur*.

40 *His autem auditis*] Ἀκύσαντες δὲ, id est, *Cum audissent autem*. Laudo tamen Interpretem, qui feliciter recessit a verbis, cum nulla necessitas compelleret.

41 *Pœnitentiam agite*] Μετανοήσατε, id est, *Pœniteat vos*, sive *Resipiscite*.

42 *Vobis enim est promissio*] Addendum erat *facta*, sive *ad vos*.

43 *Aliis etiam*] Ἑτέροις τε, id est, *Aliisque*.

44 *Qui ergo receperunt*] Οἱ μὲν ὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι, id est, *Qui ergo libenter receperunt*.

45 *In die illo*] τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, id est, *diei illi*, nisi subaudias præpositionem ἐν.

26 *Fractione panis*] καὶ τῇ κλάσει τῦ ἄρτυ, id est, *& in fractione panis*, ut sint quatuor, *doctrina*, *communio*, *fractio panis*, & *precationes*. Ita quidem constanter habent Græci codices, & ita interpretatur Chrysostomus. Fortasse *communicationem* vocat communionem facultatum. Illud animadvertendum, quod primo loco posuit doctrinam, sed Evangelicam, proximo mutuam charitatem, quæ faciebat inter eos omnia communia, tertio symbolum illud sacrum Christianæ conspirationis, quarto precationes. Nostra lectio tria duntaxat ponit, *doctrinam*, *fractionem panis*, quam vocant *communionem*, & *preces*. Qui mos diu perduravit apud Veteres, ut Episcopi aut hospites alioqui graves cum Episcopo primum orarent, deinde sumerent fracti panis partem, postremo colloquerentur. Ita dicebantur ejusdem communionis, quod ad eam communionem non admitterentur Hæretici. Incertum an hîc loquatur de pane consecrato, quum nulla fiat mentio calicis. *In Hierusalem*. Hæc duo verba non reperio in Græco codice. Nec adduntur apud Chrysostomum.

47 *Et metus erat magnus in universis*] At ne hæc quidem adscripta reperi.

48 *Omnes etiam*] Πάντες δὲ, id est, *Omnes autem*. Opinor Interpretem legisse Πάντες τε.

49 *Erant pariter*] εἰς αὐτὸ, quod antea vertit, *in eodem loco*.

50 *Possessiones &*] Græce est, *& possessiones & facultates*, geminata conjunctione, καὶ τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις.

51 *Circa domos*] κατ' οἶκον, id est, *per singulas domos*, sive *domesticatim*. Quemadmodum κατὰ πόλιν, & καθ' ἡμέραν, id est, *oppidatim*, & *quotidie*.

52 *Sumebant cibum*] μετελάμβανον. Quod est ab alio sumere, & participem esse. Nos vertimus, *invicem sumebant*. Ac rursum,

53 *Ad omnem plebem*] *Omnem* pro *totam* dixit, & *plebem* pro *populum*, ὅλον τὸν λαόν.

54 *Dominus autem augebat*] Græca sic habent, Ὁ δὲ Κύριος προσετίθει τὺς σωζομένυς καθ' ἡμέραν τῇ ἐκκλησίᾳ. Id est, *Dominus apponebat eos, qui salvi fiebant, quotidie ecclesiæ*. Suspicor Interpretem scripsisse *addebat*, idque Scribam depravasse in *augebat*. Annotavit & hoc nescio quis in Glossa ordinaria, Græcos codices a nostris discrepare, quanquam ridiculo lapsu Scribarum pro *ecclesia* positum est *ecce*.

55 *In idipsum*] Id Latini referre videntur ad superiora, contra Græci referunt ad ea quæ sequuntur, Ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ Πέτρος, id est, *Simul autem Petrus*, ut ἐπὶ τὸ αὐτὸ non solum pertineat ad locum, verum etiam ad tempus. Certe Chrysostomus ab his, ἐπὶ τὸ αὐτὸ, orditur novum caput Commentariorum. Distinctionem vitiatam annotavit nescio quis in Glossa ordinaria.

Ad

το, ὃν ἐτίθȣν καθ' ἡμέραν πρὸς τὴν θύραν τοῦ ἱεροῦ τὴν λεγομένην Ὡραίαν, τοῦ αἰτεῖν ἐλεημοσύνην παρὰ
3 τῶν εἰσπορευομένων εἰς τὸ ἱερόν. Ὃς ἰδὼν Πέτρον καὶ Ἰωάννην μέλλοντας εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν, ἠρώτα ἐλεη-
4 μοσύνην λαβεῖν. Ἀτενίσας δὲ Πέτρος εἰς αὐτὸν σὺν τῷ
5 Ἰωάννῃ, εἶπε, Βλέψον εἰς ἡμᾶς. Ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐ-
6 τοῖς, προσδοκῶν τὶ παρ' αὐτῶν λαβεῖν. Εἶπε δὲ Πέτρος, Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐκ ὑπάρχει μοι, ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό σοι δίδωμι· Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χρι-
7 στοῦ τοῦ Ναζωραίου ἔγειραι καὶ περιπάτει. Καὶ κρατήσας αὐτὸν τῆς δεξιᾶς χειρὸς, ἤγειρε· παραχρῆμα δὲ
8 ἐστερεώθησαν αὐτοῦ αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυρά. Καὶ ἐξαλλόμενος ἔστη, καὶ περιεπάτει, καὶ εἰσῆλθε σὺν αὐτοῖς εἰς τὸ ἱερὸν περιπατῶν καὶ ἀλλόμενος καὶ αἰνῶν τὸν
9 Θεόν. Καὶ εἶδεν αὐτὸν πᾶς ὁ λαὸς περιπατȣ̃ντα καὶ
10 αἰνȣ̃ντα τὸν Θεόν. Ἐπεγίνωσκόν τε αὐτὸν, ὅτι ȣ̂τος ἦν ὁ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθήμενος ἐπὶ τῇ ὡραίᾳ πύλῃ τȣ̃ ἱερȣ̃· καὶ ἐπλήσθησαν θάμβȣς καὶ ἐκστάσεως ἐπὶ τῷ
11 συμβεβηκότι αὐτῷ. Κρατȣ̃ντος δὲ τȣ̃ ἰαθέντος χωλοῦ τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην, συνέδραμε πρὸς αὐτοὺς πᾶς ὁ λαὸς ἐπὶ τῇ στοᾷ τῇ καλȣμένῃ Σολομῶνος, ἔκθαμβοι.
12 Ἰδὼν δὲ Πέτρος, ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν λαὸν, Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, τί θαυμάζετε ἐπὶ τȣ́τῳ, ἢ ἡμῖν τί ἀτενίζετε, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ πε-
13 ριπατεῖν αὐτόν; Ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτȣ̃ Ἰησȣ̃ν, ὃν ὑμεῖς παρεδώκατε καὶ ἠρνήσασθε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον Πιλάτȣ, κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν.
14 Ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε, καὶ ᾐτή-
15 σασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν· Τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε, ὃν ὁ Θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν,
16 οὗ ἡμεῖς μάρτυρές ἐσμεν. Καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τοῦτον, ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε, ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ· καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτȣ̃ ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ταύτην ἀπέναντι πάντων ὑμῶν.
17 Καὶ νῦν ἀδελφοὶ οἶδα, ὅτι κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε,
18 ὥσπερ καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν. Ὁ δὲ Θεὸς ἃ προκατήγγειλε διὰ στόματος πάντων τῶν Προφητῶν αὐτοῦ,
19 παθεῖν τὸν Χριστὸν, ἐπλήρωσεν οὕτως. Μετανοήσατε ȣ̃ν, καὶ ἐπιστρέψατε, εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρ-
20 τίας, Ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως ἀπὸ προσώ-
πȣ

quem ponebant quotidie 1 ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. 3 Is quum vidisset Petrum ac Joannem 2 ingressuros in templum, 3 rogabat ut eleemosynam acciperet. 4 4 Defixis autem in eum oculis Petrus cum Joanne, dixit, 5 5 Adspice in nos. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. 6 Petrus autem dixit, Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Jesu Christi Nazareni surge & ambula. 7 6 Et apprehensa manu ejus dextra, erexit eum: protinus autem 7 consolidatæ sunt plantæ illius ac tali. 8 Et exsiliens stetit, & ambulabat, intravitque cum illis in templum 8 inambulans & saliens ac laudans Deum. 9 Et vidit eum totus populus ambulantem ac laudantem Deum. 10 Agnoveruntque illum, quod ipse esset is qui 9 ad eleemosynam sederat ad speciosam portam templi: & impleti sunt admiratione 10 & stupore super eo quod contigerat illi. 11 11 Quum teneret autem qui sanatus fuerat claudus Petrum & Joannem, cucurrit totus populus ad eos 12 in porticu, quæ appellatur Solomonis, stupefactus. 12 13 Quo viso Petrus respondit ad populum, Viri Israelitæ, quid miramini super hoc, aut nos quid intuemini, quasi 14 nostra virtute aut pietate effecerimus ut hic ambularet? 13 15 Deus Abraham & Isaac & Jacob, Deus patrum nostrorum glorificavit filium suum Jesum, quem vos tradidistis ac negastis in conspectu Pilati, 16 quum ille judicasset esse absolvendum. 14 Vos autem sanctum & justum negastis, & postulastis ut 17 virum homicidam donaret vobis: 15 Auctorem vero vitæ interfecistis, quem Deus suscitavit a mortuis, 16 cujus nos testes sumus. 18 Et per fiduciam nominis ejus 19 hunc, quem videtis ac nostis, consolidavit 20 nomen ipsius: 21 & fides, quæ per eum est, 22 dedit ei integritatem istam in conspectu omnium vestrum. 17 Et nunc fratres scio, quod per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. 18 23 Deus autem quæ prænunciaverat per os omnium Prophetarum suorum, Christum passurum, implevit sic. 19 24 Pœniteat vos igitur erroris, & convertimini, ut deleantur peccata vestra, 20 25 Ut quum venerint tempo-
ra

1 AD portam] πρὸς τὴν θύραν, id est, *ad januam.*

2 *Incipientes introire*] μέλλοντας εἰσιέναι, id est, *ingressuros.*

3 *Rogabat ut eleemosynam acciperet*] Græce tantum est *rogabat eleemosynam*, ἠρώτα ἐλεημοσύνην. In nonnullis tamen additur λαβεῖν, ut cum nostris consentiant.

4 *Intuens*] Ἀτενίσας εἰς αὐτὸν, id est, *Defixis in eum oculis.*

5 *Respice in nos*] Βλέψον εἰς ἡμᾶς, id est, *Adspice in nos*, sive *Adspice nos.*

6 *Et apprehensa manu*] Καὶ πιάσας αὐτὸν τῆς δεξιᾶς χειρός. Pro πιάσας in nonnullis erat κρατήσας, hoc est, *Apprehensa manu illius dextra.*

7 *Consolidata sunt bases*] βάσεις Græcam vocem reliquit Interpres. Vertere poterat *gressus*, sive *pedes*. Aut quoniam sequitur σφυρὰ, vox pene idem pollens, *plantæ ac tali*, ut *basis* sit infima pedis pars. Irenæus pro *bases* legit *gressus.*

8 *Ambulans & exsiliens*] ἀλλόμενος, id est, *saliens*, ut significaret non solum incessum more vulgari, verum etiam alacrem & gestientem. Ita refert Irenæus. Ac paulo ante verbum erat compositum, Καὶ ἐξαλλόμενος ἔστη, id est, *Et exsiliens stetit.*

9 *Ad eleemosynam sedebat*] ὁ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθήμενος, id est, *ille ad eleemosynam sedens*, sive *qui sederat.*

10 *Et ecstasi*] καὶ ἐκστάσεως. Quod alias vertit *stuporem*. Verum quia sic reddidit θάμβȣς, deerat quo redderet *ecstasin*. Poterat θάμβȣς vertere *admiratione*. Sic enim usurpatur apud Homerum, θάμβος μ' ἔχει εἰσορόωντα. Deduci putant a verbo θήπω, quod est *admiror.*

11 *Cum viderent autem &c.*] Græca diversa sunt, Κρατȣ̃ντος δὲ τȣ̃ ἰαθέντος χωλȣ̃ τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην, συνέδραμε πρὸς αὐτȣ̀ς πᾶς ὁ λαὸς, id est, *Cum teneret autem is qui sanatus fuerat claudus Petrum & Joannem, concurrit ad eos totus populus.* Quin & in nostris codicibus aliquot scriptum visitur pro *viderent*, *tenerent*, unde satis constat scriptum fuisse *teneret*. Chrysostomus hoc interpretatur argumentum amoris erga Apostolos, a quibus non poterat avelli qui claudus fuerat.

12 *Ad porticum*] ἐπὶ τῇ στοᾷ, id est, *in porticu.*

13 *Videns autem*] Ἰδὼν participium præteriti temporis, verti poterat, *Id cum vidisset Petrus*, sive *Eo viso Petrus.*

14 *Nostra virtute aut potestate*] ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ, id est, *propriis viribus aut religione*, sive *pietate*. Apparet Interpretem legisse ἐξουσίᾳ, pro εὐσεβείᾳ. Atque ea sane lectio mihi magis probatur. Irenæus non meminit *potestatis*. In pervetusto codice Constantiensi erat *pietate.*

15 *Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob*] Græci tantum semel ponunt Deus, *Deus Abraham & Isaac & Jacob*. Apud Chrysostomum quater repetitur ὁ Θεός. Atque ita sane frequenter nominatur in Sacris Litteris. Sciolus aliquis offensus, quod ex uno Deo viderentur fieri plures, sustulit bis ὁ Θεός.

16 *Judicante illo*] κρίναντος, præteriti temporis, *cum judicasset*, sive *cum statuisset ille absolvere.*

17 *Virum homicidam*] Graphice sane majestatem illam Apostolicam expressit, quam illi fuisse in dicendo, vel una ejus testatur Epistola. Retulit inter se contraria non minus graviter, quam festiviter. Homicida eripit vitam, huic Judæi donarunt vitam, & auctorem vitæ traxerunt in mortem.

18 *Et in fide nominis ejus*] Καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τȣ̃ ὀνόματος αὐτȣ̃ τȣ̃τον, ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε, ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτȣ̃. Sermo Græcus multum habet ἀμφιβολογίας, quod incertum sit quid referat αὐτȣ̃, & quis sit nominativus verbi ἐστερέωσε, & ὄνομα rectus sit casus an accusativus. Mihi videtur hoc sensisse Petrus, Deus patrum nostrorum confirmavit suum nomen per fiduciam de nomine Jesu, quam hic habuit, quem videtis ac nostis. Quod si hæc duo verba amputarentur ὄνομα αὐτȣ̃, tum sensus esset, Deus consolidavit hunc quem conspicitis ac nostis fuisse claudum, ob fiduciam quam habuit vel ipse, vel Petrus in nomine Jesu. Quod si ὄνομα sit rectus casus, hic sensus erit, nomen Christi confirmavit hunc quem videtis ac nostis per fiduciam nominis ipsius.

19 *Hunc quem vos vidistis*] τȣ̃τον ὃν θεωρεῖτε, id est, *hunc quem videtis*, verbum præsentis temporis.

20 *Nomen ejus & fides*] Apud Græcos alia est distinctio, *nomen ejus* referunt ad superiora, *fides* ad ea quæ sequuntur.

21 *Et fides quæ per eum est*] Rursus incertum, an αὐτȣ̃ referat Christum, an nomen, *per illum*, an *per illud.*

22 *Dedit integram*] ἔδωκεν αὐτῷ, id est, *dedit illi*. *Integram sanitatem istam*, ὁλοκληρίαν ταύτην, id est, *integritatem hanc*, cui opponitur debilitas, quæ proprie significat vitium membrorum. Irenæus pro ὁλοκληρίαν legit *incolumitatem.*

23 *Deus autem qui*] Non est *qui* Græce, sed *quæ*, ἃ. *Deus ea quæ prius nunciarat fore, idque per omnium Prophetarum ora, sic implevit ut prædixerat.*

24 *Pœnitemini igitur*] Μετανοήσατε. Demiror cur hic suo more non dixerit, *Pœnitentiam agite*. Verti poterat *Resipiscite*, quemadmodum legit Tertullianus libro *de carnis resurrectione*, quanquam excusi primum codices habebant *Respicite* pro *Resipiscite*, sive *Pœniteat vos vitæ prioris*, aut aliud simile.

25 *Ut cum venerint tempora*] Apparet hoc anapodoton esse, nec enim explet quod cœpit. Aut igitur aliquid subaudiatur oportet, ut, *salvi sitis, cum venerint tempora refrigerii &c.* Aut ὅπως ἂν positum est pro *utcunque*, & ἂν accipiendum est ut sit conjunctio
explo-

πυ τοῦ Κυρίου, καὶ ἀποστείλῃ τὸν προκεκηρυγμένον
21 ὑμῖν Ἰησοῦν Χριστὸν, Ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων, ὧν ἐλάλησεν ὁ Θεὸς διὰ στόματος πάντων ἁγίων αὐτοῦ Προ-
22 φητῶν ἀπ᾽ αἰῶνος. Μωσῆς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς πατέρας εἶπεν, Ὅτι Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα ὅσα ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς.
23 Ἔσται δὲ πᾶσα ψυχὴ, ἥτις ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ Προ-
24 φήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ. Καὶ πάντες δὲ οἱ Προφῆται ἀπὸ Σαμουὴλ, καὶ τῶν καθεξῆς ὅσοι ἐλάλησαν, καὶ κατήγγειλαν τὰς ἡμέρας
25 ταύτας. Ὑμεῖς ἐστὲ υἱοὶ τῶν Προφητῶν, καὶ τῆς διαθήκης, ἧς διέθετο ὁ Θεὸς πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, λέγων πρὸς Ἀβραὰμ, Καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου εὐλογη-
26 θήσονται πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς. Ὑμῖν πρῶτον ὁ Θεὸς ἀναστήσας τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ἀπέστειλεν αὐτὸν εὐλογοῦντα ὑμᾶς ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ
IV. 1 τῶν πονηριῶν ὑμῶν. Λαλούντων δὲ αὐτῶν πρὸς τὸν λαὸν, ἐπέστησαν αὐτοῖς οἱ Ἱερεῖς, καὶ ὁ Στρατηγὸς τοῦ
2 ἱεροῦ, καὶ οἱ Σαδδουκαῖοι, Διαπονούμενοι διὰ τὸ διδάσκειν αὐτοὺς τὸν λαὸν, καὶ καταγγέλλειν ἐν τῷ
3 Ἰησοῦ τὴν ἀνάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν. Καὶ ἐπέβαλον αὐτοῖς τὰς χεῖρας, καὶ ἔθεντο εἰς τήρησιν εἰς τὴν
4 αὔριον· ἦν γὰρ ἑσπέρα ἤδη. Πολλοὶ δὲ τῶν ἀκουσάντων τὸν λόγον ἐπίστευσαν, καὶ ἐγενήθη ὁ ἀριθμὸς
5 τῶν ἀνδρῶν ὡσεὶ χιλιάδες πέντε. Ἐγένετο δὲ ἐπὶ τὴν αὔριον συναχθῆναι αὐτῶν τοὺς Ἄρχοντας καὶ Πρεσ-
6 βυτέρους καὶ Γραμματεῖς εἰς Ἱερουσαλὴμ, Καὶ Ἄνναν τὸν Ἀρχιερέα, καὶ Καϊάφαν, καὶ Ἰωάννην, καὶ Ἀλέξανδρον, καὶ ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ.
7 Καὶ στήσαντες αὐτοὺς ἐν τῷ μέσῳ, ἐπυνθάνοντο, Ἐν ποίᾳ δυνάμει, ἢ ἐν ποίῳ ὀνόματι ἐποιήσατε τοῦτο ὑ-
8 μεῖς; Τότε Πέτρος πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου, εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Ἄρχοντες τοῦ λαοῦ καὶ Πρεσβύτεροι
9 τοῦ Ἰσραὴλ, Εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς, ἐν τίνι οὗτος σέσω-
10 σται, Γνωστὸν ἔστω πᾶσιν ὑμῖν, καὶ παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, ὃν ὁ Θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ἐν τούτῳ οὗτος παρέστηκεν ἐνώπιον ὑμῶν ὑγιής.

A ra refrigerationis a conſpectu Domini, & miſerit eum 26 qui ante prædicatus eſt vobis Jeſum Chriſtum, Quem oportet quidem cœlum accipere uſque 21 in 27 tempora reſtitutionis omnium, quæ loquutus eſt Deus 28 per os omnium ſanctorum ſuorum a ſæculo Prophetarum. 29 Moſes quidem ad patres dixit, 30 22 Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter de fratribus veſtris, 31 mei ſimilem: audietis eum juxta omnia quæcumque loquutus fuerit vobis. Futurum 23 eſt autem ut omnis anima, quæ non audierit Prophetam illum, 32 exterminetur e populo. 33 Quin & 24 omnes Prophetæ a Samuele, ac deinceps quotquot B loquuti ſunt, etiam annunciaverunt dies iſtos. Vos 25 eſtis filii Prophetarum, ac teſtamenti, quod teſtatus eſt Deus erga patres noſtros, dicens ad Abraham, Et in ſemine tuo benedictionem conſequentur 34 omnes familiæ terræ. 35 Vobis primum Deus, quum 26 ſuſcitaſſet filium ſuum Jeſum, miſit eum benedicentem vobis, ita ut unuſquiſque veſtrum converteret ſe 36 ab iniquitatibus ſuis. Loquentibus autem illis ad 1 IV. populum, ſupervenerunt illis Sacerdotes 1 ac Magiſtratus templi & Sadducæi, Moleſte ferentes quod 2 docerent populum, & annunciarent in nomine Jeſu reſurrectionem ex mortuis. Et injecerunt eis ma- 3 nus, poſueruntque eos in cuſtodiam in poſterum diem: nam erat jam veſpera. Multi vero eorum qui 4 C audierant ſermonem, crediderunt: & factus eſt numerus 2 virorum circiter quinque millia. Factum eſt 5 autem poſtero die ut congregarentur Principes eorum & Seniores & Scribæ Hieroſolymis, Et Annas 6 princeps Sacerdotum, 3 & Cajaphas, & Joannes, & Alexander, & quotquot erant de genere pontificio. Et quum ſtatuiſſent eos in medio, interrogabant, 7 Qua virtute, aut quo nomine feciſtis hoc vos? Tunc 8 Petrus repletus Spiritu ſancto, dixit ad eos, Principes populi 4 & Seniores Iſrael, Si nos hodie exa- 9 minamur 5 de eo quod benefecerimus homini infirmo, qua ratione iſte ſalvus factus ſit, Notum ſit 10 omnibus vobis & toti plebi Iſrael, quod per nomen Jeſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitavit a mortuis, per hunc iſte adſtat coram D vobis

expletiva, *Utcunque veniant tempora refrigerii.* Nam Interpres legiſſe videtur ὅπως ὅτε. Alioqui vertendum erat, *Ut ſi venerint tempora refrigerii.* Tertullianus libro *de reſurrectione carnis* tollit hoc incommodum ſublato vocabulo ὅτε, *Ut tempora vobis ſuperveniant refrigerii ex perſona Dei.* Nec aliter legit Irenæus, *Ut deleantur peccata veſtra, & veniant vobis tempora refrigerii Domini.* Cæterum illud, *a facie Domini*, referendum eſt ad dictionem *refrigerii*, ut intelligas adſpectum eum fore formidabilem malis, piis tamen fore refrigerium. Hoc admonendum duxi, quod videam recentiores Interpretes ſecus interpretari.

26 *Qui prædicatus eſt vobis*] Opinor errore Scribarum accidiſſe, quod pro *prædicatus* in quibuſdam Latinis habebatur *prædicaturus.* In nonnullis Græcorum exemplaribus pro προκεκηρυγμένον ſcriptum erat προκεχειρισμένον, id eſt, *præparatum.* Nam hoc verbo ſemel atque iterum uſus eſt circa cap. XXII. Nec tamen eſt ſimpliciter *prædicatus*, ſed *ante prædicatus.*

27 *Tempora reſtitutionis*] ἀποκαταστάσεως, pro quo miror quid ſequutus Irenæus legit *diſpoſitionis.*

28 *Per os ſanctorum*] Græci codices hic repetunt *omnium*, πάντων: quemadmodum & apud nos additur in iis, quæ præcedunt ac ſequuntur.

29 *Moyſes quidem dixit*] Μωϋσῆς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς πατέρας εἶπεν, id eſt, *Nam Moyſes quidem ad patres dixit.* Exponit enim quare dixerit προκεκηρυγμένον.

30 *Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus*] Teſtimonium quod adducit exſtat Deuteronomii capite decimo octavo. Petrus ſententiam reddidit, non verba.

31 *Tanquam meipſum*] Dividenda eſt hæc dictio, ut *me* referatur ad *ſuſcitabit*, *ipſum* ad *audietis.* Id enim indicat ſermo Græcus, Προφήτην ἀναστήσει ὡς ἐμὲ, αὐτοῦ ἀκούσεσθε, id eſt, *Prophetam excitabit Deus mei ſimilem, vos illum audietis.* Porro *tanquam meipſum*, paulo poſt dicit *ſimilem tui*, ὥσπερ σε.

32 *Exterminabitur*] ἐξολοθρευθήσεται. Græca vox non ſonat ejectionem, ſed exitium, ab ὄλεθρος. Verum ut ſalus eſt ex adjunctione ad Eccleſiam, ita exitium eſt in diſceſſu ab Eccleſia.

33 *Et omnes Prophetæ a Samuel & deinceps.*] Græci addunt conjunctionem καὶ, quæ ſermonem reddit inabſolutum, ea apud Latinos omittitur. Verum quoniam videmus in oratione Petri, ſeu potius in ſermone Lucæ frequenter hujuſmodi incidere, haud ſcio an aliquis offenſus eam ſuſtulerit. Proinde cui videbitur addenda, is ſubaudiat oportet aliquid, ut ſit ſenſus, *non ſolum Moyſes, ſed & omnes Prophetæ hujuſmodi quiddam polliciti ſunt quotquot* &c. Nec eſt ſimpliciter, *Et omnes Prophetæ*, ſed Καὶ πάντες δὲ, id eſt, *Sed & omnes*, ut pertineat ad Moyſen, qui præceſſit.

34 *Omnes familiæ terræ*] Pro *familiis* Græce eſt πατριαὶ, quod alias vertit *paternitates. Ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur.* Alias *familiæ, De domo & familia David.* In nonnullis exemplaribus habebatur φυλαὶ, id eſt, *tribus.*

35 *Vobis primum Deus ſuſcitans*] ἀναστήσας præteriti temporis, *excitatum* ſive *productum*; nam *ſuſcitari* dicit exoriri, non reſurgere a mortuis. Reſpexit Petrus ad verba Moyſis, *Suſcitabit vobis Deus Prophetam.*

36 *A nequitia ſua*] ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, id eſt, *a malitiis veſtris*, tametſi recte mutavit Interpres ſermonis formam, ut peregrinam Latinis auribus. Etiamſi Græca non carent amphibologia. Poteſt enim & hic ſenſus accipi, In hoc quod unumquemque veſtrum avertat a vitiis ſuis. *Benedictionem* enim vocat favorem ac beneficium Dei. Id ſitum erat in hoc, quod avocavit nos a peccatis ad innocentiam. Qui ſuperſtitioſius obſervant elegantiam linguæ Latinæ, docent *nequitiæ* vocem proprie congruere flagitiis, quæ luxu libidineque committuntur, quanquam hanc præceptiunculam negligit aliquoties Seneca.

1 *ET magiſtratus templi*] καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, id eſt, *princeps* ſive *dux templi.* Nam *magiſtratus* hic ſingularis eſt numeri, & hominem quempiam ſignificat, cui commiſſa fuerit tutela templi.

2 *Virorum quinque millia*]. *Ferme quinque millia*, ὡσεὶ χιλιάδες πέντε, quod ante vertit *circiter.*

3 *Et Caiphas*] καὶ Καϊάφαν, id eſt, *& Cajaphan*, quatuor ſyllabis, & Hebræa deſinentia, ſicut & *Annan.*

4 *Et ſeniores Iſrael audite*] *Audite* non additur apud Græcos, verum id aliquis adjecit de ſuo. In codice Conſtantienſi nec erat *audite*, nec *Iſrael.*

5 *In benefacto hominis infirmi, in quo iſte ſalvus factus eſt*] Primum quis unquam dixit benefactum illius, qui beneficio ſit adjutus? Deinde quid eſt hoc, *in quo iſte ſanus factus eſt?* Niſi forte Petrus hoc interrogat, & ipſe ſibi mox reſpondet. Sane Græca ſic habent, Εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς, ἐν τίνι οὗτος σέσωσται, γνωστὸν ἔστω πᾶσιν ὑμῖν, καὶ παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου &c. Quæ quidem ſic fuerant reddenda: *Si nos examinamur hodie de hoc quod benefecerimus homini infirmo*, ſive *quod benefactum ſit homini infirmo, in quo*, ſive *per quem*, aut *quod hic ſalvus factus ſit, notum ſit omnibus vobis, & toti populo Iſrael, quod in nomine Jeſu Nazareni* &c. Hoc eſt, Si hac de re quæſtio eſt, & ſi hoc a nobis cupitis cognoſcere, cujus virtute, & cujus nomine hic claudus reſtitutus ſit ſanitati, ſcitote id eſſe factum nec arte magica, neque noſtris viribus, ſed in nomine Domini Jeſu.

11 ὑγιής. Οὗτός ἐστιν ὁ λίθος ὁ ἐξουθενηθεὶς ὑφ' ὑμῶν τῶν
12 οἰκοδομούντων, ὁ γενόμενος εἰς κεφαλὴν γωνίας. Καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία· οὔτε γὰρ ὄνομά ἐστιν ἕτερον ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, ἐν ᾧ
13 δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς. Θεωροῦντες δὲ τὴν τοῦ Πέτρου παῤῥησίαν καὶ Ἰωάννου, καὶ καταλαβόμενοι ὅτι ἄνθρωποι ἀγράμματοί εἰσι καὶ ἰδιῶται, ἐθαύμαζον, ἐπεγίνωσκόν
14 τε αὐτοὺς, ὅτι σὺν τῷ Ἰησοῦ ἦσαν. Τὸν δὲ ἄνθρωπον βλέποντες σὺν αὐτοῖς ἑστῶτα τὸν τεθεραπευμένον, οὐδὲν εἶ-
15 χον ἀντειπεῖν. Κελεύσαντες δὲ αὐτοὺς ἔξω τοῦ συνεδρίου
16 ἀπελθεῖν, συνέβαλον πρὸς ἀλλήλους, Λέγοντες, Τί ποιήσομεν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις; ὅτι μὲν γὰρ γνωστὸν σημεῖον γέγονε δι' αὐτῶν, πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερου-
17 σαλὴμ φανερὸν, καὶ οὐ δυνάμεθα ἀρνήσασθαι. Ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον διανεμηθῇ εἰς τὸν λαὸν, ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα αὐτοῖς, μηκέτι λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ
18 μηδενὶ ἀνθρώπων. Καὶ καλέσαντες αὐτοὺς, παρήγγειλαν αὐτοῖς, τὸ καθόλου μὴ φθέγγεσθαι, μηδὲ διδάσκειν
19 ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ. Ὁ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀποκριθέντες, πρὸς αὐτοὺς εἶπον, Εἰ δίκαιόν ἐστιν ἐνώπιον
20 τοῦ Θεοῦ, ὑμῶν ἀκούειν μᾶλλον ἢ τοῦ Θεοῦ, κρίνατε. Οὐ δυνάμεθα γὰρ ἡμεῖς, ἃ εἴδομεν καὶ ἠκούσαμεν, μὴ λα-
21 λεῖν. Οἱ δὲ προσαπειλησάμενοι, ἀπέλυσαν αὐτοὺς, μηδὲν εὑρίσκοντες, τὸ πῶς κολάσωνται αὐτοὺς διὰ τὸν λαὸν, ὅτι πάντες ἐδόξαζον τὸν Θεὸν ἐπὶ τῷ γεγονότι.
22 Ἐτῶν γὰρ ἦν πλειόνων τεσσαράκοντα ὁ ἄνθρωπος, ἐφ'
23 ὃν ἐγεγόνει τὸ σημεῖον τοῦτο τῆς ἰάσεως. Ἀπολυθέντες δὲ ἦλθον πρὸς τοὺς ἰδίους, καὶ ἀπήγγειλαν ὅσα πρὸς
24 αὐτοὺς οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Πρεσβύτεροι εἶπον. Οἱ δὲ ἀκούσαντες, ὁμοθυμαδὸν ἦραν φωνὴν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ εἶπον, Δέσποτα, σὺ ὁ Θεὸς, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐ-
25 τοῖς, Ὁ διὰ στόματος Δαβὶδ παιδός σου εἰπὼν, Ἵνα
26 τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐ-
27 τοῦ. Συνήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀληθείας ἐπὶ τὸν ἅγιον παῖδά

vobis sanus. Hic est lapis ille 6 qui rejectus est a vo- 11
bis ædificantibus, qui factus est caput anguli. Nec 12
est in alio quoquam salus: nec enim aliud nomen est sub cœlo 7 datum inter homines, in quo oportet nos salvos fieri. Videntes autem 8 Petri in dicendo liber- 13
tatem ac Joannis, compertoque quod homines essent illiterati & idiotæ, admirabantur, 9 & agnoscebant eos, quod cum Jesu fuissent. 10 Hominem autem vi- 14
dentes stantem cum eis, qui sanatus fuerat, nihil poterant contradicere. Jussis autem illis e concilio sece- 15
dere, conferebant inter sese, Dicentes, Quid facie- 16
mus hominibus istis? 11 nam conspicuum signum editum esse per eos, omnibus habitantibus Hierosolymis manifestum est, nec possumus inficiari. 12 Sed ne 17
amplius divulgetur in populum, 13 minaciter interminemur eis, ne posthac loquantur 14 in nomine hoc ulli hominum. 15 Et accersitis illis, præceperunt, 16 ne 18
omnino loquerentur, neque docerent in nomine Jesu. At Petrus & Joannes respondentes, dixerunt ad 19
eos, 17 An justum sit in conspectu Dei, vos potius audire quam Deum, judicate. Non enim possumus, 20
quæ vidimus & audivimus, non loqui. 18 At illi ad- 21
ditis minis, dimiserunt eos, nihil invenientes, qua ratione punirent eos propter populum, quia omnes 19
glorificabant Deum super eo quod acciderat. Anno- 22
rum enim erat amplius quadraginta homo, in quo editum fuerat signum istud sanationis. Dimissi autem 23
venerunt ad suos, & annunciaverunt 20 quæcumque sibi principes Sacerdotum & Seniores dixerant. Qui 24
quum audissent, unanimiter attollebant vocem ad Deum, dixeruntque, 21 Domine, tu es Deus, qui fecisti cœlum, ac terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, 22 Qui per os David pueri tui dixisti, 23 Quare fre- 25
muerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Ad- 26
stiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum adversus Dominum & adversus Christum ejus. Convenerunt enim 24 vere adversus sanctum filium 27
tuum

6 *Qui reprobatus est*] ἐξουθενηθεὶς, id est, *qui contemptus fuit*, sive *pro nihilo habitus*.

7 *Datum hominibus*] τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, id est, *quod datum sit inter homines*, hoc est, quod contigerit audiri inter homines. *Jesus* enim hominis est nomen. *Inter homines* addit, ob Moysen, cui fidebant Judæi.

8 *Petri constantiam*] Πέτρου παῤῥησίαν, id est, *Petri in dicendo audaciam* sive *libertatem*.

9 *Et cognoscebant eos*] Et Latinius & aptius ad Græca exprimenda vertisset, *& agnoverunt*, καὶ ἐπεγίνωσκον.

10 *Hominem quoque*] Græce est τὸν δὲ ἄνθρωπον, id est, *hominem autem*. Interpres legisse videtur, τόν τε ἄνθρωπον.

11 *Quoniam quidem notum signum factum est*] Dilucidius fuerat, si vertisset ad hunc modum, *etenim manifestarium signum factum esse per illos, palam est omnibus habitantibus Hierosolymis, nec possumus negare*. Γνωστὸν enim refertur ad σημεῖον, & φανερὸν ad ὅτι, & ea quæ huic adhærent.

12 *Ne amplius divulgetur in populum*] διανεμηθῇ. Maluissem *serpat*, & sic vertit alicubi, *ut cancer serpat*, νομὴν ἕξει, 2. Timoth. II.

13 *Comminemur eis*] ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα, id est, *minando minemur illis*. Idque Hebræorum more, quo vehementem & acrem significant interminationem.

14 *In nomine hoc*] Hic sermo nobis frequenter obvius est in Sacris Libris, & aliquoties *in* præpositio non inepte vertitur in *per*, aliquoties melius omittitur. Hic quoniam neutrum satis quadrare visum est, reliquimus id quod erat, petentes a Lectore, ut hic nobis det eam veniam, quam in aliis pauculis excepimus. *Sub nomine* non placet quibusdam, quod fictionem sonare videatur, quod tamen non est illi perpetuum.

15 *Et vocantes eos denunciaverunt*] Quomodo denunciamus præsenti? Proinde παρήγγειλαν, maluissem *præceperunt*. Siquidem παραγγέλματα *præcepta* dici constat. Atque ita vertit ipse proximo capite sequenti, *præcipiendo præcipimus*.

16 *Ne omnino loquerentur*] μὴ φθέγγεσθαι, quod plus est, quam *ne loquerentur*, quasi dicas, *ne hiscerent*, aut *ullam vocem ederent* de Jesu.

17 *Si justum est*] Εἰ δίκαιόν ἐστιν, id est, *An justum sit*, sive *Justum ne sit*. Ac mox,

18 *At illi comminantes*] προσαπειλησάμενοι, id est, *additis minis*. Prius enim tantum præceperant. Qua via cum parum profecissent, addidere minas supplicii capitalis, ni parerent.

19 *Clarificabant id quod factum fuerat*] ἐδόξαζον τὸν Θεὸν ἐπὶ τῷ γεγονότι, id est, *glorificabant Deum super eo quod factum fuerat*. Alioqui videtur idem bis dictum, id quod fuerat factum in eo quod acciderat.

20 *Quanta*] ὅσα, id est, *quæcunque*, alioqui dixisset πόσα.

21 *Domine tu qui fecisti*] Apud Græcos plusculum est, Δέσποτα σὺ ὁ Θεὸς, id est, *Domine tu qui es Deus*, sive *tu es ille Deus*. Nisi enim subaudieris verbum substantivum, sermo non erit absolutus. *Tu qui fecisti*, σὺ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας, id est, *tu es ille Deus qui fecisti*.

22 *Qui spiritu*] Hoc quoque loco Græca nonnihil discrepant. Sic enim habent, Ὁ διὰ στόματος Δαβὶδ παιδός σου, id est, *Qui per os David pueri tui*.

23 *Quare fremuerunt gentes*] Hos duos versus ad verbum reddidit juxta Editionem Septuaginta. Cæterum illud συνήχθησαν, non est simpliciter *convenire*, sed *in concionem* aut *concilium congregari*, ac veluti *conspirare*, quod Hebraica quoque vox indicat, נוסדו. Item illud *fremuerunt*, ἐφρύαξαν, Hebræis est רָגְשׁוּ, quod significat, *cum tumultu fremituque conglobati sunt*.

24 *Vere in civitate ista*] *In civitate ista* non reperio in Græco codice, & additum videtur ab Interprete quopiam. *Adversus sanctum puerum tuum Jesum*. Stomachatur hoc loco Valla, quod Jesu Filio Dei *servi* cognomen tribuerit Interpres. Quanquam & *puer* apud Latinos filium significat, sed infrequenter, servum frequentius, frequentissime ætatis primæ hominem. At Christus cum salutem afferret, puer non erat. Siquidem morte sua nos servavit, de qua loquitur hic. Et fortasse *servi* appellatio in hunc non convenit, etiamsi obedivit & subditus fuit Patri juxta assumptum hominem, sed ut filius, non ut servus. Proinde vertendum erat hic παῖδα *filium*, non *puerum*. Licet non sim nescius id quod est apud Paulum, *formam servi accipiens*, a quibusdam referri ad naturam humanam assumptam, ut fere fuerit servus. At mihi magis probatur ut dicatur inanitus, non quod esset homo, sed quod ut servus, & servus flagitiosus flagris afficeretur & cruce. Nam quod paulo ante David *puerum*, hoc est, *famulum Dei* vocat, recte facit. Si nusquam Interpres παῖδα vertisset *filium*, videri poterat in hac opinione fuisse, non licere secus vertere. Nunc cum alias sæpenumero sic transtulerit, atque adeo paulo post, mirum cur hoc loco variavit. Certe Ambrosius locum hunc adducens libro *de vocatione gentium* secundo, capite quinto, *filium* legit, non *puerum*, ne quis mihi moveat atrocem tragœdiam. Præterea sanctus Hilarius in *Commentariis*, quibus hunc enarrat Psalmum, *filium* legit, non *puerum* aut *servum*. Ac rursus libro *de Trinitate* undecimo, atque his omnibus recentior Cassiodorus. Et Chrysostomus enarrans hunc locum ex Epistola ad Hebræos, *Sedes tua Domine*, negat Filium appellari *servum*, cum Angelos dixerit *ministros*. Neque tamen me fugit Hieronymum multis locis contendere, in Christum competere *servi* vocabulum. At interim non video, cur aut ille laboret in hoc, ut Christus alicubi dicatur *servus*, aut alii tantopere abhorreant a *servi* vocabulo, Jesu ut homini tribuendo. Etenim si *servus* est, qui bona fide obedit jussis Domini, Christus ut homo cur non dicatur *servus*? Sin *servus* est, qui malo coactus, suum officium facit, non competit in Christum *servi* cognomen. Hic cum recensuerim in prima Editione sententiam Vallæ, tamen locus hic fuit acriter a duobus impetitus, quorum alteri respondi edito in hoc ipsum libello. Alter nan contentus impegisse imperitiam Sacrarum Scripturarum, sugil-

δά σου Ἰησῦν, ὃν ἔχρισας, Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος 28 Πιλάτος σὺν ἔθνεσι καὶ λαοῖς Ἰσραὴλ, Ποιῆσαι ὅσα 29 ἡ χείρ σου, καὶ ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι. Καὶ τὰ νῦν Κύριε ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν, καὶ δὸς τοῖς δȢλοις σου μετὰ παῤῥησίας πάσης λαλεῖν τὸν λό- 30 γον σου, Ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε, εἰς ἴασιν καὶ σημεῖα καὶ τέρατα γίνεσθαι διὰ τȢ ὀνόματος 31 τȢ ἁγίου παιδός σου Ἰησȣ̃. Καὶ δεηθέντων αὐτῶν, ἐσαλεύθη ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἦσαν συνηγμένοι, καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες Πνεύματος ἁγίȣ, καὶ ἐλάλȣν τὸν λόγον 32 τȢ Θεȣ̃ μετὰ παῤῥησίας. ΤȢ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία· καὶ ȣ̓δὲ εἷς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ, ἔλεγεν ἴδιον εἶναι, ἀλλ' ἦν 33 αὐτοῖς ἅπαντα κοινά. Καὶ μεγάλῃ δυνάμει ἀπεδίδȣν τὸ μαρτύριον οἱ Ἀπόστολοι τῆς ἀναστάσεως τȢ Κυρίου 34 Ἰησȣ̃, χάρις τε μεγάλη ἦν ἐπὶ πάντας αὐτȣ́ς. Οὐδὲ γὰρ ἐνδεής τις ὑπῆρχεν ἐν αὐτοῖς· ὅσοι γὰρ κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον, πωλȣ̃ντες ἔφερον τὰς τιμὰς 35 τῶν πιπρασκομένων, Καὶ ἐτίθȣν παρὰ τȣ̀ς πόδας τῶν Ἀποστόλων· διεδίδοτο δὲ ἑκάστῳ, καθ' ὅτι ἄν τις χρείαν 36 εἶχεν. Ἰωσῆς δὲ ὁ ἐπικληθεὶς Βαρνάβας ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων, ὅ ἐστιν υἱὸς παρακλήσεως, Λευίτης, Κύπριος τῷ 37 γένει, Ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγρȣ̃, πωλήσας ἤνεγκε τὸ χρῆμα, καὶ ἔθηκε παρὰ τȣ̀ς πόδας τῶν Ἀποστόλων.

V. 1 Ἀνὴρ δέ τις Ἀνανίας ὀνόματι σὺν Σαπφείρῃ τῇ γυ- 2 ναικὶ αὐτȢ ἐπώλησε κτῆμα, Καὶ ἐνοσφίσατο ἀπὸ τῆς τιμῆς, συνειδυίας καὶ τῆς γυναικὸς αὐτȢ, καὶ ἐνέγκας μέρος τι παρὰ τȣ̀ς πόδας τῶν Ἀποστόλων ἔθη- 3 κεν. Εἶπε δὲ Πέτρος, Ἀνανία, διὰ τί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ νοσφίσασθαί σε ἀπὸ τῆς τιμῆς τȢ χω- 4 ρίου; Οὐχὶ μένον σοὶ ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε; τί ὅτι ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου τὸ πρᾶγμα τȣ̃το; ȣ̓κ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. 5 Ἀκȣ́ων δὲ Ἀνανίας τȣ̀ς λόγους τȣ́τους, πεσὼν ἐξέψυξε· καὶ ἐγένετο φόβος μέγας ἐπὶ πάντας τȣ̀ς ἀ- 6 κȣ́οντας ταῦτα. Ἀναστάντες δὲ οἱ νεώτεροι συνέστειλαν 7 αὐτὸν, καὶ ἐξενέγκαντες ἔθαψαν. Ἐγένετο δὲ ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα, καὶ ἡ γυνὴ αὐτȢ μὴ εἰδυῖα τὸ γεγο-

tuum Jesum, quem unxeras, 25 Herodes simul & Pontius Pilatus cum gentibus 26 & populis Israel, 27 Ad 28 faciendum quæcumque manus tua, & consilium tuum 28 prius decreverat ut fierent. Et nunc Domine ad- 29 spice in minas eorum, & da servis tuis, ut cum omni fiducia loquantur sermonem tuum, 29 Manum tuam 30 porrigendo in hoc, 30 ut sanatio & signa & prodigia edantur per nomen sancti 31 filii tui Jesu. Et quum 31 orassent illi, motus est locus, in quo erant congregati, & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebantur sermonem Dei 32 cum fiducia. 33 Multitudinis au- 32 tem credentium erat cor unum & anima una: nec quisquam aliquid eorum quæ possidebat, suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et virtute 33 magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Domini Jesu, & gratia magna erat super omnes illos. Neque enim quisquam egens erat inter illos: 34 quotquot enim possessores agrorum aut ædium erant, vendentes offerebant pretia eorum quæ vendita fuerant, Et ponebant 34 ad pedes Apostolorum: distri- 35 buebatur autem singulis, prout cuique opus erat. 35 Joses vero qui cognominatus est Barnabas ab Apo- 36 stolis, 36 quod est filius consolationis, Levites, Cyprius genere, Quum haberet agrum, vendidit eum, 37 & attulit pretium, & posuit ad pedes Apostolorum.

V. 1 Vir autem quidam nomine Ananias cum Sapphira uxore sua 1 vendiderat possessionem, 2 Et sepofuerat 2 de pretio, conscia etiam uxore sua, 3 & allatam partem aliquam ad pedes Apostolorum posuit. Dixit au- 3 tem Petrus, Anania, 4 cur implevit Satanas cor tuum, 5 ut mentireris Spiritui sancto, & fraudares de pretio agri? 6 Nonne prorsus tibi manebat, 7 & venundatus 4 in tua erat potestate? quare posuisti in corde tuo rem istam? non es mentitus hominibus, sed Deo. Audiens 5 autem Ananias hæc verba, collapsus exspiravit: & ortus est timor magnus super omnes qui audierunt hæc. Surgentes autem juvenes amoverunt eum, ela- 6 tumque sepelierunt. Intercessit autem ferme 8 hora- 7 rum trium intervallum, uxor quoque ipsius nesciens quod

sugillat me, quasi cum Apollinari sentiam, qui detraham aliquid humanæ naturæ. Nam id auguror illum sentire. Jam atrociorem etiam suspicionem colligit ex his verbis meis: *Etiamsi obedivit & subditus fuit Patri, sed ut filius, non ut servus*, quasi cum Ario sentiam Filium non esse æqualem Patri. Quid impudentius hac calumnia? Qui fatetur Christum subditum Patri, nonne fatetur hominem? Porro Filius Dei dicitur, juxta naturam utramque. Nec alio sensu negant Filium Dei *servum*, nisi quo Christus negat suos discipulos vocandos *servos*, sed potius *amicos*. Si *servi* appellatio recte adimitur Apostolis, hæresis est eam in Christo non admittere? Et non pudet homines, qui sibi videntur absolute docti, hujusmodi nænias litteris prodere, atque ex vanissimis somniis impingere geminam hæresim? Atque hujusmodi periculosos errores pollicetur se quamplurimos indicaturum. Si hæc lues habet litteras Theologicas, multo præstat aut in Poëticis Philosophicisque litteris consenescere, aut fiscellam hibisco texere. Postremo non non agitur hîc an *servi* cognomen tribui possit Christo, sed an tribui soleat in Sacris Litteris.

25 *Herodes & Pontius Pilatus*] Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος Πιλάτος. Græcis gemina est conjunctio, *& Herodes & Pontius Pilatus*, aut, *Herodes simul & Pontius Pilatus*. Delectatus videtur hac congeminatione Paulus quoque. Et omnino ambobus nonnihil est affinitatis in ratione sermonis.

26 *Et populis Israel*] Nonnulli codices habebant καὶ λαὸς, *& populus*, magis probatur καὶ λαοῖς. Interpretans enim Psalmum, *gentes* refert ad cohortes Herodis ac Pilati, *populos* ad Judæos.

27 *Facere quæ manus tua*] Vertit Græcam figuram Interpres, quam vitasset, si dixisset, *ut facerent*.

28 *Decreverat fieri*] προώρισε γενέσθαι, id est, *præstituerat ut fierent*, sive *præfinierat futura*.

29 *In eo quod manum tuam extendas*] Ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε, id est, *In extendendo manum tuam*. Sentit enim ita futurum, ut libere & intrepide loquantur verbum Dei apud populum, si ille porrigat manum, & adjuvet loquentes, addita virtute signorum.

30 *Ad sanitates*] εἰς ἴασιν, id est, *ad sanationem*.

31 *Filii tui Jesu*] παιδός. Eadem vox est Græca, quam modo vertit *pueri*, haud scio quo consilio varietatem hanc affectans.

32 *Cum fiducia*] μετὰ παῤῥησίας, id est, *audacter* ac *libere*.

33 *Multitudinis autem credentium*] τῶν πιστευσάντων, id est, *eorum qui crediderant*. Augustinus adducens hunc locum in Epistola octava ad Lætum, addit duo verba: *Dictum est*, inquit, *Erat illis in Deum cor unum & anima una*, licet stilus hujus Epistolæ magis sapiat Paulinum, quam Augustinum.

34 *Ante pedes*] παρὰ τȣ̀ς πόδας, id est, *juxta pedes*.

35 *Joseph*] Ἰωσῆς, id est, *Joses*.

36 *Quod est filius consolationis*] *Barnabas*. Est enim vox Hebraica, בַּר *filius* est, נפש præter alia *recreari* significat & *refrigerari* ac *consolari*. Etiamsi Hieronymus varie interpretatur, *filius propheta*, *filius venientis*, sive *filius consolationis*. Quod extremum significat plurimis placuisse. Est qui putet hanc vocem in Paulo depravatam, ac pro *Barnaba* legendum *Barnahum*, ac vocem esse Syram, non Hebraicam. Quod ut ego in tanto codicum consensu divinare non audeo, ita non est animus acriter refellere. Hoc autem honoris habere voluit illius pietati, qui sincere obtulerit sua, quo detestabilius redderet exemplum diversum, quod sequitur. In nonnullis Græcorum codicibus additum erat μεθερμηνευόμενον, id est, *quod est interpretatum*, sive, *si quis interpretetur*.

1 **V**Endidit agrum] ἐπώλησε κτῆμα, id est, *vendidit possessionem*, hoc est, *domum*, aut *prædium*.

2 *Et fraudavit de pretio*] ἐνοσφίσατο, hoc est, *sepofuit & avulsit*, quod tamen recte vertit Interpres.

3 *Afferens partem quamdam*] ἐνέγκας μέρος τὶ, id est, *allatam partem aliquam*. *Ad Ananiam*. Hæc duo verba nec apud Græcos habentur, nec in vetustis codicibus Latinis.

4 *Cur tentavit*] διὰ τί ἐπλήρωσεν, id est, *implevit*. Ita legit Augustinus in libello *de tempore Barbarico* cap. tertio. Annotavit hîc diversam apud Græcos lectionem, nescio quis in Glossa ordinaria. Chrysostomus legit ἐπλήρωσεν Opinor Interpretem legisse ἐπείρασεν.

5 *Mentiri te*] Rursum vertit Græcam figuram, *ut mentireris. Spiritui sancto*. Græce est *Spiritum sanctum*, ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Sive quod ita loquantur Græci, *mentior te*, sicut *evangelizo te*, & *benefacio te*, sive quod sensus sit, eum mentiri Spiritum sanctum, qui ficte simulet & imitetur, quod cæteri instinctu Spiritus sancti faciebant. Nam mentitur non solum qui falsum dicit, verum etiam qui simulat; ut, *faciem mentita Creusæ*. Et, *æs mentitur aurum*. Augustinus in libello, quem modo citavi, legit *mentiri apud Spiritum sanctum*, quasi Græce fuerit, πρὸς τὸ Πνεῦμα. Chrysostomus legit quidem nobiscum, cæterum ex interpretatione non solvitur ambiguitas lectionis.

6 *Manens tibi manebat*] Rursum Hebræorum more congeminatione vocis expressit epitasin, μένον ἔμενεν, hoc est, *vere* ac *prorsus manebat*, nemine ullo pacto cogente. Accusat autem eum Petrus duobus gradibus. Primum manebat, cum nemo cogeret vendere. Deinde si vendere libuit, nemo cogebat adducere pretium.

7 *Et venundatum erat in tua potestate*] καὶ πραθέν. Interpres diversas apud Græcos dictiones per eamdem Latinam reddidit. Illis est κτῆμα *possessionem*, & χωρίον *prædium*, aut *villam*, hic utrumque vertit *agrum*: & tamen oblitus sui subjecit *venundatum*, respondens ad Græcam vocem, oblitus Latinæ, cum dicere debuerit *venundatus*.

8 *Horarum trium spatium*] διάστημα, id est, *intervallum*.

8 γεγονὸς, εἰσῆλθεν. Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῇ ὁ Πέτρος, Εἰ-
πέ μοι, εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε; Ἡ δὲ εἶ-
9 πε, Ναὶ, τοσούτου. Ὁ δὲ Πέτρος εἶπε πρὸς αὐτὴν,
Τί ὅτι συνεφωνήθη ὑμῖν πειράσαι τὸ Πνεῦμα Κυρίου;
ἰδοὺ οἱ πόδες τῶν θαψάντων τὸν ἄνδρα σου, ἐπὶ τῇ
10 θύρᾳ, καὶ ἐξοίσουσί σε. Ἔπεσε δὲ παραχρῆμα πα-
ρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἐξέψυξεν. Εἰσελθόντες δὲ
οἱ νεανίσκοι, εὗρον αὐτὴν νεκρὰν, καὶ ἐξενέγκαντες ἔ-
11 θαψαν πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς. Καὶ ἐγένετο φόβος
μέγας ἐφ᾽ ὅλην τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς
12 ἀκούοντας ταῦτα. Διὰ δὲ τῶν χειρῶν τῶν Ἀποστό-
λων ἐγένετο σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ λαῷ πολ-
λά· καὶ ἦσαν ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες ἐν τῇ στοᾷ Σο-
13 λομῶνος. Τῶν δὲ λοιπῶν οὐδεὶς ἐτόλμα κολλᾶσθαι
14 αὐτοῖς, ἀλλ᾽ ἐμεγάλυνεν αὐτοὺς ὁ λαός. Μᾶλλον
δὲ προσετίθεντο πιστεύοντες τῷ Κυρίῳ πλήθη ἀνδρῶν
15 τε καὶ γυναικῶν, Ὥστε κατὰ τὰς πλατείας ἐκ-
φέρειν τοὺς ἀσθενεῖς, καὶ τιθέναι ἐπὶ κλινῶν καὶ
κραββάτων, ἵνα ἐρχομένου Πέτρου κἂν ἡ σκιὰ ἐπι-
16 σκιάσῃ τινὶ αὐτῶν. Συνήρχετο δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν
πέριξ πόλεων εἰς Ἱερουσαλὴμ, φέροντες ἀσθενεῖς καὶ
ὀχλουμένους ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων, οἵτινες ἐθερα-
17 πεύοντο ἅπαντες. Ἀναστὰς δὲ ὁ Ἀρχιερεὺς καὶ πάν-
τες οἱ σὺν αὐτῷ, ἡ οὖσα αἵρεσις τῶν Σαδδουκαίων,
18 ἐπλήσθησαν ζήλου, Καὶ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας αὐτῶν
ἐπὶ τοὺς Ἀποστόλους, καὶ ἔθεντο αὐτοὺς ἐν τηρήσει δη-
19 μοσίᾳ. Ἄγγελος δὲ Κυρίου διὰ τῆς νυκτὸς ἤνοιξε τὰς
20 θύρας τῆς φυλακῆς, ἐξαγαγών τε αὐτοὺς, εἶπε, Πο-
ρεύεσθε, καὶ σταθέντες λαλεῖτε ἐν τῷ ἱερῷ τῷ λαῷ πάν-
21 τα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης. Ἀκούσαντες δὲ εἰσ-
ῆλθον ὑπὸ τὸν ὄρθρον εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ ἐδίδασκον. Πα-
ραγενόμενος δὲ ὁ Ἀρχιερεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, συν-
εκάλεσαν τὸ συνέδριον καὶ πᾶσαν τὴν γερουσίαν τῶν
υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἀπέστειλαν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀχθῆ-
22 ναι αὐτούς. Οἱ δὲ ὑπηρέται παραγενόμενοι, οὐχ εὗ-
ρον αὐτοὺς ἐν τῇ φυλακῇ, ἀναστρέψαντες δὲ ἀπήγγει-
23 λαν, Λέγοντες, Ὅτι τὸ μὲν δεσμωτήριον εὕρομεν κε-
κλεισμένον ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ, καὶ τοὺς φύλακας ἔξω
ἑστῶτας πρὸ τῶν θυρῶν· ἀνοίξαντες δὲ, ἔσω οὐδένα
24 εὕρομεν. Ὡς δὲ ἤκουσαν τοὺς λόγους τούτους ὅ τε
Ἱερεὺς καὶ ὁ Στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς, διη-
25 πόρουν περὶ αὐτῶν, τί ἂν γένοιτο τοῦτο. Παραγε-
νόμενος δέ τις ἀπήγγειλεν αὐτοῖς, Ὅτι ἰδοὺ
οἱ ἄνδρες, οὓς ἔθεσθε ἐν τῇ φυλακῇ, εἰσὶν ἐν τῷ ἱε-
26 ρῷ ἑστῶτες καὶ διδάσκοντες τὸν λαόν. Τότε ἀπελθὼν
ὁ Στρατηγὸς σὺν τοῖς ὑπηρέταις, ἤγαγεν αὐτοὺς οὐ
μετὰ βίας· ἐφοβοῦντο γὰρ τὸν λαὸν, ἵνα μὴ λιθα-
27 σθῶσιν. Ἀγαγόντες δὲ αὐτοὺς ἔστησαν ἐν τῷ συνε-
28 δρίῳ· καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς ὁ Ἀρχιερεὺς, Λέγων,
Οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν, μὴ διδάσκειν ἐπὶ
τῷ ὀνόματι τούτῳ; καὶ ἰδοὺ πεπληρώκατε τὴν Ἱερουσαλὴμ
τῆς διδαχῆς ὑμῶν, καὶ βούλεσθε ἐπαγαγεῖν ἐφ᾽ ὑμᾶς
29 τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος
καὶ οἱ Ἀπόστολοι, εἶπον, Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον,
30 ἢ ἀνθρώποις. Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἤγειρεν Ἰησοῦν,
31 ὃν ὑμεῖς διεχειρίσασθε, κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου. Τοῦτον ὁ
Θεὸς

quod factum fuerat, introivit. [9] Respondit autem ei Petrus, Dic mihi, num tanti agrum vendidistis? At illa dixit, Etiam, tanti. Petrus autem ait ad eam, [10] Cur conspirastis inter vos, ut tentaretis Spiritum Domini? ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum, ad ostium adsunt, & efferent te. Confestim autem concidit ad pedes ejus, & exspiravit. Ingressi autem juvenes, repererunt illam mortuam, & extulerunt ac sepelierunt [11] juxta virum suum. Et ortus est timor magnus super universam congregationem, & super omnes qui audiebant hæc. Per manus autem Apostolorum edebantur signa ac prodigia multa in populo: & erant unanimiter omnes in porticu Solomonis. Cæterorum autem nemo audebat se conjungere illis, sed magnificabat eos populus. [12] Magis autem accrescebat credentium Domino multitudo virorum simul ac mulierum, Ita ut in plateas [13] exportarent infirmos, & ponerent in lectulis ac [14] grabatis, ut venientis Petri vel umbra obumbraret [15] aliquem illorum. Conveniebat autem & multitudo vicinarum civitatum Hierosolymam, afferens ægros ac vexatos a spiritibus immundis, qui sanabantur omnes. Exsurgens autem princeps Sacerdotum & omnes qui cum illo erant, quæ est factio Sadducæorum, repleti sunt æmulatione, Et injecerunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica. Sed Angelus Domini per noctem aperuit januas carceris, eductisque illis dixit, Ite, & stantes loquamini in templo populo omnia verba vitæ hujus. Illi vero quum hæc audissent, intraverunt diluculo in templum, ac docebant. Adveniens autem princeps Sacerdotum & qui cum eo erant, convocaverunt concilium [16] & universum seniorum ordinem filiorum Israel, miseruntque ad carcerem qui adducerent eos. Quum autem venissent ministri, nec reperissent illos in carcere, reversi nunciaverunt, Dicentes, Carcerem quidem invenimus clausum cum omni diligentia, & custodes foris stantes ante januas: quum aperuissemus autem, neminem intus reperimus. Ut autem audierunt hos sermones & Sacerdos & Magistratus templi principesque Sacerdotum, [17] ambigebant de illis, quidnam hoc futurum esset. Adveniens autem quidam nunciavit eis, Ecce viri, quos posueratis in carcere, sunt in templo stantes ac docentes populum. Tunc abiit Magistratus cum ministris, & adduxit illos sine vi: timebant enim populum, ne lapidarentur. Et quum adduxissent illos, statuerunt in concilio: & interrogavit eos princeps Sacerdotum, Dicens, [18] Nonne etiam atque etiam præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto? & ecce replestis Hierosolymam doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius. Respondens autem Petrus & Apostoli, dixerunt, [19] Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Deus patrum nostrorum suscitavit Jesum, [20] quem vos interemistis, suspendentes in ligno. Hunc [21] Principem

9 *Dixit autem ei Petrus*] Ἀπεκρίθη, id est, *Respondit*, cum nihil sit interrogatum. Atque ita scriptum comperi in exemplaribus vetustioribus Latinis aliquot.

10 *Convenit vobis*] Τί ὅτι συνεφωνήθη, id est, *Quid conspiratum est a vobis*, & in hoc consentitis, *ut tentetis Spiritum Domini*, aut *Quæ est inter vos conspiratio*.

11 *Ad virum suum*] πρὸς τὸν ἄνδρα. Cur non potius *juxta virum*.

12 *Magis autem augebatur credentium in Domino*] Græce paulo diversius est, Μᾶλλον δὲ προσετίθεντο πιστεύοντες τῷ Κυρίῳ, πλήθη ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, hoc est, ut verbum verbo reddam, *Magis autem apponebantur credentes Domino, multitudines virorumque & mulierum.* Cæterum illud, *Ita ut in plateas ejicerent*, aliquanto durius cohæret cum his quæ præcedunt, nisi subaudias una cum turba famam item Apostolorum crevisse. Utinam hæc attente legant isti, qui toti addicti commodis hujus mundi, Christi paupertatem & humilitatem vel contemnunt, vel irrident etiam. Quod regnum, quas opes, quam potestatem cum hac Apostolorum gloria conferant? Omnia sunt in Christo multo splendidiora, quam hic mundus præbere possit. Cæterum alio modo. Nec ea communicat, nisi qui contemptis cæteris huic regno toto pectore sese addixerit. Ipse spectavi primum Bononiæ, deinde Romæ, Julium Pontificem Romanum, ejus nominis secundum, splendidissimos agentem triumphos, ac prorsus tales, ut cum Pompejanis aut Cæsarianis triumphis conferri possent. Verum quid illi ad hanc Petri majestatem, non armis, non copiis, non machinis, non auro, sed sola fide totum orbem in sui miraculum convertentis? Atque eadem magnificentia & hodie sequeretur Apostolorum successores, si pares essent spiritu.

13 *Ejicerent infirmos*] ἐκφέρειν, id est, *educerent*, sive *exportarent*. Inhumanum enim *ejicere*. Nec est Græce ἐκβάλλειν, ut coactus fuerit ita vertere.

14 *Et grabatis*] καὶ κραββάτων. Græca vox est, recepta tamen apud Latinos, mutatis duabus litterulis.

15 *Quemquam illorum*] Latinius *aliquem*. *Et liberarentur ab infirmitatibus suis.* Non est in Græcis exemplaribus, sed adjectum apparet a quopiam, qui voluerit interpretari. Græcæ lectioni suffragantur vetustissimi codices sancti Donatiani.

16 *Et omnes seniores*] τὴν γερουσίαν, id est, *ordinem seniorum*.

17 *Ambigebant de illis*] διηπόρουν. Plus quiddam dixit, *perplexum esse, & ancipitis animi, consiliique inopem*.

18 *Præcipiendo præcepimus*] Οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν, id est, *An non præcepto præcepimus*, hoc est, *acriter præcepimus*, ut ante dixit, *minis comminemur*.

19 *Obedire oportet Deo*] πειθαρχεῖν. Quod est proprie *parere Principi* aut *Magistratui*, dictione composita, a πείθειν *obedire*, & ἄρχων *princeps*. Ac paulo post, τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ, id est, *obedientibus sibi*.

20 *Quem vos interemistis*] διεχειρίσασθε. Quod est *manibus violentis occidere*. Hinc enim dicta vox Græca. Nam interimitur, & qui jure meritoque plectitur.

21 *Principem & Salvatorem*] Ἀρχηγὸν, *ducem & auctorem*. Quanquam non reprehendo quod vertit Interpres.

22 *Et*

Θεὸς Ἀρχηγὸν καὶ Σωτῆρα ὕψωσε τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ, δοῦναι μετάνοιαν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. 32 Καὶ ἡμεῖς ἐσμὲν αὐτοῦ μάρτυρες τῶν ῥημάτων τούτων, καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, ὃ ἔδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ. 33 Οἱ δὲ ἀκούσαντες διεπρίοντο, 34 καὶ ἐβουλεύοντο ἀνελεῖν αὐτούς. Ἀναςὰς δέ τις ἐν τῷ συνεδρίῳ Φαρισαῖος ὀνόματι Γαμαλιὴλ, νομοδιδάσκαλος τίμιος παντὶ τῷ λαῷ, ἐκέλευσεν ἔξω 35 βραχύ τι τοὺς Ἀποςόλους ποιῆσαι. Εἶπέ τε πρὸς αὐτούς, Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, προσέχετε ἑαυτοῖς ἐπὶ τοῖς 36 ἀνθρώποις τούτοις, τί μέλλετε πράσσειν. Πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέςη Θευδᾶς, λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν, ᾧ προσεκολλήθη ἀριθμὸς ἀνδρῶν ὡσεὶ τετρακοσίων, ὃς ἀνῃρέθη, καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, διελύθη- 37 σαν, καὶ ἐγένοντο εἰς ὐδέν. Μετὰ τοῦτον ἀνέςη Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς, καὶ ἀπέςησε λαὸν ἱκανὸν ὀπίσω αὐτȣ̃· κἀκεῖνος ἀπώλετο, 38 καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, διεσκορπίσθησαν. Καὶ τὰ νῦν λέγω ὑμῖν, ἀπόςητε ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τούτων, καὶ ἐάσατε αὐτούς· ὅτι ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων ἡ 39 βȣλὴ, ἢ τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθήσεται. Εἰ δὲ ἐκ Θεοῦ ἐςιν, ȣ̓ δύνασθε καταλῦσαι αὐτὸ, μήποτε καὶ 40 θεομάχοι εὑρεθῆτε. Ἐπείσθησαν δὲ αὐτῷ. Καὶ προσκαλεσάμενοι τȣ̀ς Ἀποςόλȣς δείραντες παρήγγειλαν, μὴ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τȣ̃ Ἰησοῦ, καὶ ἀπέλυσαν 41 αὐτȣ́ς. Οἱ μὲν οὖν ἐπορεύοντο χαίροντες ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου, ὅτι ὑπὲρ τȣ̃ ὀνόματος αὐτȣ̃ κα- 42 τηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι. Πᾶσάν τε ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ κατ᾽ οἶκον ȣ̓κ ἐπαύοντο διδάσκοντες καὶ

VI. 1 εὐαγγελιζόμενοι Ἰησοῦν τὸν Χριςόν. Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ταύταις πληθυνόντων τῶν μαθητῶν, ἐγένετο γογγυσμὸς τῶν Ἑλληνιςῶν πρὸς τοὺς Ἑβραίους, ὅτι παρεθεωρȣ̃ντο ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐ- 2 τῶν. Προσκαλεσάμενοι δὲ οἱ δώδεκα τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν, εἶπον, Οὐκ ἀρεσόν ἐςιν, ἡμᾶς καταλείψαντας 3 τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, διακονεῖν τραπέζαις. Ἐπισκέψασθε οὖν, ἀδελφοὶ, ἄνδρας ἐξ ὑμῶν μαρτυρουμένους ἑπτὰ, πλήρεις Πνεύματος ἁγίου καὶ σο- 4 φίας, ȣ̔̀ς καταςήσομεν ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης. Ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τȣ̃ λόγου προσκαρ- 5 τερήσομεν. Καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος ἐνώπιον παντὸς τοῦ πλήθους· καὶ ἐξελέξαντο Στέφανον ἄνδρα πλήρη πίςεως καὶ Πνεύματος ἁγίου, καὶ Φίλιππον, καὶ Πρόχορον, καὶ Νικάνορα, καὶ Τίμωνα, καὶ Παρ- 6 μενᾶν, καὶ Νικόλαον προσήλυτον Ἀντιοχέα. Οὓς ἔςησαν ἐνώπιον τῶν Ἀποςόλων, καὶ προσευξάμενοι ἐπέθη-

cipem & Servatorem Deus exaltavit dextera sua, ad dandam pœnitentiam Israeli, remissionemque peccatorum. 32 [22] Ac nos sumus ei testes horum quæ dicimus, insuper autem & Spiritus sanctus, quem dedit Deus obedientibus ipsi. 33 Hæc autem quum audissent, dissecabantur, 34 [23] & consultabant ut interficerent illos. Surgens autem quidam in concilio Pharisæus nomine Gamaliel, legis doctor in pretio habitus apud totum populum, jussit, ut paulisper [24] secederent foras Apostoli. 35 Dixitque ad illos, Viri Israelitæ, attendite vobis super hominibus istis, quid acturi sitis. 36 Ante hos enim dies [25] exstitit Theudas, dicens se esse aliquem, [26] cui adhæsit numerus virorum circiter quadringentorum, qui occisus est, & omnes qui credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilum. 37 Post hunc exstitit Judas Galilæus [27] in diebus professionis, & [28] avertit populum multum post se, & ipse periit, & omnes quotquot paruerant ei, dispersi sunt. 38 Et nunc dico vobis, Abstinete ab hominibus istis, & finite illos: quoniam si est ex hominibus [29] consilium aut opus hoc, dissolvetur. 39 Sin ex Deo est, non potestis dissolvere, [30] ne quando [31] & Deo repugnare reperiamini. [32] In hujus autem sententiam pedibus itum est a cæteris. 40 Et quum advocassent Apostolos, cæsis præceperunt, [33] ne loquerentur in nomine Jesu, & dimiserunt eos. 41 Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii, quod digni habiti essent ut pro nomine ejus contumelia afficerentur. 42 Et quotidie in templo [34] & in singulis domibus non [35] cessabant docere & annunciare Jesum Christum.

VI. 1 In diebus autem illis [1] crescente numero discipulorum, ortum est [2] murmur Græcorum adversus Hebræos, [3] eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ ipsorum. 2 [4] Cæterum duodecim illi, quum jussissent adesse multitudinem discipulorum, dixerunt, [5] Non est placitum, ut nos, derelicto sermone Dei, ministremus mensis. 3 Circumspicite ergo, fratres, viros ex vobis [6] spectatæ probitatis septem, plenos Spiritu sancto & sapientia, quibus delegabimus [7] hoc negotii. 4 Nos vero deprecationi & administrando sermoni incumbemus. 5 Et placuit hic sermo coram tota multitudine: & elegerunt Stephanum virum plenum fide ac Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenan, [8] & Nicolaum proselytum Antiochenum. 6 Hos statuerunt in conspectu Apostolo-

22 *Et nos sumus testes*] Græci addunt genitivum αὐτȣ̃, id est, *ejus*, quem Latinus poterat vertere in dativum, *ei*. Nec est simpliciter, *& Spiritus sanctus*, sed, καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, id est, *quin & Spiritus sanctus*, ut sit veluti correctio superioris dicti. Quasi diceret, non tam nos testes sumus illi, quam ipse Spiritus sanctus, cujus virtute hæc fiunt.

23 *Et cogitabant interficere illos*] ἐβȣλεύοντο, id est, *consultabant ut interficerent*. Interpres ἐβȣ́λοντο legit, aut certe somniavit.

24 *Homines fieri*] Græce est *Apostolos*, non *homines*. Nec est *fieri*, sed *facere*, ποιῆσαι, hoc est, *emittere foras*.

25 *Exstitit Theodas*] Eleganter vertit, *exstitit*, ἀνέςη, id est, *surrexit*, sive *exortus est*. Græci codices habent Θευδᾶς, id est, *Theudas*, non *Theodas*. Hos Chrysostomus putat ob id sublatos e medio, quod vetuerint censum dari Cæsari, fuisseque Pharisæos. Vide Eusebium in Hist. Eccles. lib. 11. capite undecimo.

26 *Cui consensit*] προσεκολλήθη. Quod alias vertit *adhæsit*, rectius & hic ita versurus. Non solum enim consenserunt, sed & conspirarunt cum illo, & eadem docebant.

27 *In diebus professionis*] ἀπογραφῆς. Quam in Evangelio vertit *descriptionem*.

28 *Avertit populum*] Græci addunt ἱκανὸν, id est, *multum*.

29 *Consilium hoc opus*] βȣλὴ ἢ τὸ ἔργον τȣ̃το, id est, *consilium aut opus hoc*.

30 *Ne forte*] μήποτε, id est, *ne quando*.

31 *Et Deo repugnare videamini*] καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε, *& cum Deo pugnantes reperiamini*. Græcis est dictio composita, derivataque a verbo θεομαχεῖν. Cæterum recte vertit Interpres, nisi quod Græca plus habent emphasis, habitum significantia, non tantum actionem, quasi dicas *hostes Dei*, aut *rebelles Deo*.

32 *Consenserunt autem illi*] Ἐπείσθησαν, id est, *Paruerunt* sive *Obtemperarunt*.

33 *Ne omnino loquerentur*] *Omnino* non invenio in Græcis codicibus, tantum est, μὴ λαλεῖν, id est, *ne loquerentur*. Suffragabantur vetusti codices.

34 *Et circa domos*] κατ᾽ οἶκον, id est, *per singulas domus*, sive *domesticatim*.

35 *Docentes*] ἐπαύοντο διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι. Vertendum erat, *cessabant docere & evangelizare*, participio commutato in infinitum.

1 C*Rescente numero discipulorum*] πληθυνόντων τῶν μαθητῶν, id est, *cum plures fierent discipuli*. Quanquam periphrasin Interpretis probo.

2 *Murmur Græcorum*] Non est Ἑλλήνων, sed Ἑλληνιςῶν, *Hellenistarum*. Nam Judæi *Græcos* appellabant omnes paganos & alienos a Lege Mosaica. Et probabile est in hoc numero nondum fuisse quemquam gentium, proinde non Ἕλληνας dixit, sed Ἑλληνιςὰς, Judæos qui nati fuerant aut vixerant inter gentes, ejusque gentis, ubi vixerant, lingua loquebantur. Itaque qui nati erant in regionibus Judæorum, Judæos alibi natos aliaque loquentes lingua, pro semipaganis ducebant, quos hîc non appellat *Judæos*, quod religionis erat nomen, sed *Hebræos*, quod magis indicat gentem & nationem.

3 *Eo quod despicerentur*] Et hic sensus anceps est, utrum ideo viderentur despici, quod non admitterentur ad ministerium, ceu non vere Judææ, an quod gravarentur onere sordidioris ministerii. Et ideo videntur electi septem Diaconi, non ut ipsi ministrarent omnibus, sed ut dispensarent ministrandi vices & ordines, ne similibus querelis interpellarentur Apostoli.

4 *Convocantes autem duodecim*] Obscure explicuit. Potest enim accipi ut fuerint ab aliis advocati duodecim discipuli, unde nos dilucide vertimus. Jam in, *instantes erimus*, quid opus erat paraphrasi? Rursum in, *multa etiam turba*, τε est, id est, *que*: nec aliud est ad quod respondeat *etiam*.

5 *Non est æquum*] Οὐκ ἀρεςόν ἐςιν, id est, *Non est placitum*, sive *Non est gratum*, aut *Non est ejusmodi ut nobis placere debeat*.

6 *Boni testimonii*] μαρτυρȣμένȣς, quasi dicas, *testimoniatos*. Hoc est, *spectatæ probatæque integritatis*, de quibus alii bene testentur. Alioqui *boni testimonii* dici videtur, qui bona fide fert testimonium.

7 *Super hoc opus*] ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης, id est, *in hoc usu*, sive *super hanc necessitatem*, id quod magis blanditur Vallæ, mihi non item, quanquam *functio* magis quadrat.

8 *Et Nicolaum advenam*] Rectius dixisset *proselytum*, annotante Valla, ut intelligamus ad Legem Mosaicam receptum, utpote patria *Antiochenum*, religione *Judæum*. Hic post habitus est Hæresiarches, quanquam Clemens apud Eusebium ipsum diligenter excusat.

πέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας. Καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε, καὶ ἐπληθύνετο ὁ ἀριθμὸς τῶν μαθητῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ σφόδρα, πολύς τε ὄχλος τῶν ἱερέων ὑπήκουον τῇ πίστει. Στέφανος δὲ πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως ἐποίει τέρατα καὶ σημεῖα μεγάλα ἐν τῷ λαῷ. Ἀνέστησαν δέ τινες τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς, τῆς λεγομένης Λιβερτίνων καὶ Κυρηναίων καὶ Ἀλεξανδρέων καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας, συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ, Καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ Πνεύματι ᾧ ἐλάλει. Τότε ὑπέβαλον ἄνδρας, λέγοντας, Ὅτι ἀκηκόαμεν αὐτοῦ λαλοῦντος ῥήματα βλάσφημα εἰς Μωσῆν καὶ τὸν Θεόν. Συνεκίνησάν τε τὸν λαὸν καὶ τοὺς Πρεσβυτέρους καὶ τοὺς Γραμματεῖς, καὶ ἐπιστάντες συνήρπασαν αὐτὸν, καὶ ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον, Ἔστησάν τε μάρτυρας ψευδεῖς, λέγοντας, Ὁ ἄνθρωπος οὗτος οὐ παύεται ῥήματα βλάσφημα λαλῶν κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου καὶ τοῦ νόμου. Ἀκηκόαμεν γὰρ αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι ὁ Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος οὗτος καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθη, ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωσῆς. Καὶ ἀτενίσαντες εἰς αὐτὸν ἅπαντες οἱ καθεζόμενοι ἐν τῷ συνεδρίῳ, εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ πρόσωπον Ἀγγέλου. Εἶπε δὲ ὁ Ἀρχιερεὺς, Εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει; Ὁ δὲ ἔφη, Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατε· Ὁ Θεὸς τῆς δόξης ὤφθη τῷ πατρὶ ἡμῶν Ἀβραὰμ, ὄντι ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, πρὶν ἢ κατοικῆσαι αὐτὸν ἐν Χαῤῥὰν, Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν, Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν ἣν ἄν σοι δείξω. Τότε ἐξελθὼν ἐκ γῆς Χαλδαίων, κατῴκησεν ἐν Χαῤῥάν. Κἀκεῖθεν, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ, μετῴκισεν αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ταύτην, εἰς ἣν ὑμεῖς νῦν κατοικεῖτε, Καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ κληρονομίαν ἐν αὐτῇ, οὐδὲ βῆμα ποδός· καὶ ἐπηγγείλατο αὐτῷ δοῦναι εἰς κατάσχεσιν αὐτὴν, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ' αὐτὸν, οὐκ ὄντος αὐτῷ τέκνου. Ἐλάλησε δὲ οὕτως ὁ Θεὸς, Ὅτι ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ πάροικον ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ, καὶ κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια. Καὶ τὸ ἔθνος, ᾧ ἐὰν δουλεύσωσι, κρινῶ ἐγὼ, εἶπεν ὁ Θεός· καὶ μετὰ ταῦτα ἐξελεύσονται, καὶ λατρεύσουσί μοι ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ. Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ διαθήκην περιτομῆς, καὶ οὕτος ἐγέννησε τὸν Ἰσαὰκ, καὶ περιέτεμεν αὐτὸν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ· καὶ ὁ Ἰσαὰκ τὸν Ἰακὼβ, καὶ ὁ Ἰακὼβ τοὺς δώδεκα Πατριάρχας. Καὶ οἱ Πατριάρχαι ζηλώσαντες τὸν Ἰωσὴφ ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον· καὶ ἦν ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ, Καὶ ἐξείλετο αὐτὸν ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ χάριν καὶ σοφίαν ἐναντίον Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου, καὶ κατέστησεν αὐτὸν ἡγούμενον ἐπ' Αἴγυπτον καὶ ὅλον τὸν οἶκον αὐτοῦ. Ἦλθε δὲ

lorum, & quum orassent, 9 imposuerunt eis manus. Et sermo Dei crescebat, ac multiplicabatur numerus discipulorum Hierosolymis valde, multaque turba sacerdotum obediebat fidei. Porro Stephanus plenus fide ac fortitudine edebat prodigia & signa magna in populo. Exorti sunt autem quidam e synagoga, quæ appellatur Libertinorum & Cyrenensium & Alexandrinorum & Cilicum & Asianorum, disputantes cum Stephano, Nec poterant resistere sapientiæ & 10 Spiritui qui loquebatur. Tunc subornarunt viros, qui dicerent, Audivimus eum dicentem verba contumeliosa in Mosen ac Deum. Commoveruntque plebem & Seniores & Scribas, atque invadentes corripuerunt eum, & adduxerunt in concilium, Statueruntque falsos testes, qui dicerent, Homo iste 11 non cessat loqui verba contumeliosa adversus locum sanctum hunc & legem. Audivimus enim eum dicentem, Jesus Nazarenus iste demolietur locum hunc, 12 & mutabit instituta, quæ tradidit nobis Moses. Et intuentes eum omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem ejus tanquam faciem Angeli. Dixit autem princeps Sacerdotum, 1 Num hæc ita se habent? 2 At ille ait, Viri fratres & patres, audite: Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ, quum esset in Mesopotamia, 3 prius quam moraretur in Charran, Et dixit ad illum, Exi de terra tua & de cognatione tua, & veni in terram quamcunque monstravero tibi. Tunc exiit e terra Chaldæorum, & habitavit in Charran. Et inde, postquam mortuus est pater ejus, transtulit illum in terram hanc, in qua nunc vos habitatis, Et non dedit illi hæreditatem in ea, 4 ne vestigium quidem pedis: & repromisit illi eam se daturum possidendam, & semini ejus post ipsum, quum non haberet filium. 5 Loquutus est autem Deus sic, 6 Quod futurum esset semen ejus inquilinum in terra aliena, quodque servituti illud subjecturi essent, & 7 male tractaturi annis quadringentis. Et gentem, cuicumque servierint, judicabo ego, dixit Deus: & post hæc exibunt, & servient mihi in loco hoc. Et dedit illi testamentum circumcisionis, 8 atque hic genuit Isaac, & circumcidit eum in die octavo: 9 & Isaac genuit Jacob, & Jacob genuit duodecim Patriarchas. Et Patriarchæ invidia moti Joseph vendiderunt in Ægyptum: & erat Deus cum eo, Et eripuit eum ex omnibus afflictionibus ejus, & dedit ei gratiam & sapientiam coram Pharaone rege Ægyptiorum, & constituit eum præfectum super Ægyptum & super totam domum suam. Venit autem

9 *Et imposuerunt illis manus*] Rabanus, opinor, admonet hunc esse modum in conferendis sacris ordinibus, ut populus eligat, Episcopus ordinet. Ea certe consuetudo diutissime perseveravit in Ecclesia, verum ob tumultus populares recte mutata est.

10 *Spiritui qui loquebatur*] ᾧ ἐλάλει. Quod sic accipi potest, ut sit sensus, *Non poterant resistere Spiritui qui loquebatur*. Quanquam & altera lectio probe habet, ut ᾧ positum sit pro ὃ, propter dativum præcedentem Πνεύματι. Hic in vetusto codice adscriptum comperi, *propter quod redarguerentur ab eo cum omni fiducia*. Idem habebat Editio Hispaniensis, verum in Græcis non additur, nec in Latinis nisi paucis.

11 *Non cessat loqui verba*] ῥήματα βλάσφημα, id est, *verba blasphema* sive *maledica*. Quanquam opinor *blasphema* additum. Quorsum enim opus, cum sequatur *adversus locum sanctum?* Certe Chrysostomus hunc enarrans locum, nullam facit mentionem *blasphemorum*. Nec additur usquam in Latinis codicibus vetustioribus.

12 *Et mutabit traditiones*] τὰ ἔθη, id est, *consuetudines* aut *instituta*.

1 *Si hac ita se habent*] Εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει, id est, *Num hac ita se habent?*

2 *Qui ait*] Obsecro quæ tandem est hæc supinitas in vertendo? Quomodo cohæret cum proximo sermone *qui ait?* Præcessit enim: *Dixit autem princeps Sacerdotum, si hac ita se haberent*. Atqui Græce est Ὁ δὲ ἔφη, id est, *At ille ait*.

3 *Priusquam habitaret in Charran*] Videbatur nonnihil discrepare Stephani narratio cum historia Geneseos capite XII. quod illic facta mentione Tharæ patris Abraham, post refertur cum illo colloquutus Deus. Neque satis convenit de numero annorum. Verum hac de re nodum explicuerunt Hieronymus in *Quæstionibus Hebraicis*, & Augustinus lib. *de Civitate Dei* XVI. capite XV. Rursum in *Quæstionibus super Genesim* libro primo.

4 *Nec passum pedis*] οὐδὲ βῆμα ποδὸς, id est, *ne vestigium quidem pedis*. Nam *passus* aliquot pedes complectitur, nec potest unius pedis esse passus. Tolerabilius igitur est quod legit Augustinus in *Quæstionibus super Genesim* libro primo, *nec spatium pedis*. Quo quidem loco simul illud excutit, qui fieri potuerit, ut qui prius legatur emisse agrum circa puteum jurisjurandi, nunc ne pedis quidem vestigium illic possideret. Non possedit, nec tantillum ex munere divino, de cujus pollicitatione illic agit Stephanus. Nam pecunia licebat ubivis parare agros.

5 *Loquutus est autem ei*] οὕτως, *Loquutus est autem sic*, est Græce, & non additur *ei*.

6 *Quia erit semen ejus accola*] Ὅτι ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ πάροικον. Ut conniveamus quod *quia* abusus sit pro *quod*, quod *accola* posuit genere neutro. Certe aliud est *incola* quam *accola*. Siquidem *accolæ* dicuntur finitimi, ut *accolæ Rheni*, *incola* qui non sit αὐτόχθων. Quanquam Græcis est πάροικος, qui aliunde profectus alibi domum habet. Nos vertimus *inquilinum*, ad hunc modum, *Loquutus est autem Deus sic, Quod futurum esset semen ejus inquilinum in terra aliena, quodque servituti illud subjecturi essent* &c. Mollius erat *posteri ejus incolæ*. *Semen* enim posteros appellat. Nec in clausula est, *dicit Dominus*, sed εἶπεν ὁ Θεὸς, id est, *dixit Deus*.

7 *Male tractabunt*] Est κακώσουσι, id est, *affligent* sive *cruciabunt*. *Annis quadringentis*. In Editione pervetusta legebatur *quadringentis triginta*, atque ita legit Rabanus ex supputatione temporum. Beda indicat Hyperbaton, *erit incola annis quadringentis*, ut quod in medio intercessit, *& servituti eos subjicient & male tractabunt eos*, non impediat contextum præcedentium & sequentium. Quanquam mea sententia non est opus ad hoc Hyperbaton confugere.

8 *Et sic genuit Isaac*] Interpres, nisi mendum est, legisse videtur οὕτως, cum in Græcis codicibus sit οὗτος, *hic*, sive *iste*. Si legas οὕτως, sensus est, illum non genuisse Isaac nisi circumcisum, cum Ismaëlem suscepisset incircumcisus. Suspicor factum, ut Græci odio circumcisionis mutarint οὕτως in οὗτος. Tametsi variabant Græci codices, Chrysostomus & Hispaniensis Editio habebant οὕτως, mei codices & Aldina Editio οὗτος.

9 *Et Isaac Jacob*] τὸν Ἰακὼβ, ut subaudias *genuit*.

10 *Non*

δὲ λιμὸς ἐφ' ὅλην τὴν γῆν Αἰγύπτȣ καὶ Χαναὰν, καὶ θλίψις μεγάλη, καὶ ȣ̓χ εὕρισκον χορτάσματα οἱ πα-
12 τέρες ἡμῶν. Ἀκȣ́σας δὲ Ἰακὼβ ὄντα σῖτα ἐν Αἰγύπτῳ,
13 ἐξαπέϛειλε τȣ̀ς πατέρας ἡμῶν πρῶτον. Καὶ ἐν τῷ δευ-
τέρῳ ἀνεγνωρίσθη Ἰωσὴφ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτȣ̃, καὶ φα-
14 νερὸν ἐγένετο τῷ Φαραὼ τὸ γένος τȣ̃ Ἰωσήφ. Ἀποϛεί-
λας δὲ Ἰωσὴφ μετεκαλέσατο τὸν πατέρα αὐτȣ̃ Ἰακὼβ, καὶ πᾶσαν τὴν συγγένειαν αὐτȣ̃ ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκον-
15 τα πέντε. Κατέβη δὲ Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐτε-
16 λεύτησεν αὐτὸς, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν. Καὶ μετετέθη-
σαν εἰς Συχὲμ, καὶ ἐτέθησαν ἐν τῷ μνήματι, ὃ ὠνή-
σατο Ἀβραὰμ τιμῆς ἀργυρίȣ παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμὸρ
17 τȣ̃ Συχέμ. Καθὼς δὲ ἤγγιζεν ὁ χρόνος τῆς ἐπαγγε-
λίας, ἧς ὤμοσεν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ, ηὔξησεν ὁ λαὸς
18 καὶ ἐπληθύνθη ἐν Αἰγύπτῳ, Ἄχρις ȣ̃ ἀνέϛη βασιλεὺς
19 ἕτερος, ὃς ȣ̓κ ᾔδει τὸν Ἰωσήφ. Οὗτος κατασοφισάμε-
νος τὸ γένος ἡμῶν, ἐκάκωσε τȣ̀ς πατέρας ἡμῶν, τȣ̃ ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη αὐτῶν, εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι.
20 Ἐν ᾧ καιρῷ ἐγεννήθη Μωσῆς, καὶ ἦν ἀϛεῖος τῷ Θεῷ,
21 ὃς ἀνετράφη μῆνας τρεῖς ἐν τῷ οἴκῳ τȣ̃ πατρός. Ἐκ-
τεθέντα δὲ αὐτὸν ἀνείλετο αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραὼ,
22 καὶ ἀνεθρέψατο αὐτὸν ἑαυτῇ εἰς υἱόν. Καὶ ἐπαιδεύθη Μωσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων, ἦν δὲ δυνατὸς ἐν ἔρ-
23 γοις καὶ ἐν λόγοις. Ὡς δὲ ἐπληρȣ̃το αὐτῷ τεσσαρα-
κονταετὴς χρόνος, ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτȣ̃, ἐπι-
24 σκέψασθαι τȣ̀ς ἀδελφȣ̀ς αὐτȣ̃ τȣ̀ς υἱȣ̀ς Ἰσραήλ. Καὶ ἰδών τινα ἀδικȣ́μενον, ἠμύνατο, καὶ ἐποίησεν ἐκδίκη-
25 σιν τῷ καταπονȣμένῳ, πατάξας τὸν Αἰγύπτιον. Ἐνό-
μιζε δὲ συνιέναι τȣ̀ς ἀδελφȣ̀ς αὐτȣ̃, ὅτι ὁ Θεὸς διὰ χειρὸς αὐτȣ̃ δίδωσιν αὐτοῖς σωτηρίαν· οἱ δὲ ȣ̓ συνῆκαν.
26 Τῇ τε ἐπιȣ́σῃ ἡμέρᾳ ὤφθη αὐτοῖς μαχομένοις, καὶ συν-
ήλασεν αὐτȣ̀ς εἰς εἰρήνην, εἰπὼν, Ἄνδρες, ἀδελφοί
27 ἐϛε ὑμεῖς, ἵνα τί ἀδικεῖτε ἀλλήλȣς; Ὁ δὲ ἀδικῶν τὸν πλησίον, ἀπώσατο αὐτὸν, εἰπὼν, Τίς σε κατέϛη-
28 σεν ἄρχοντα καὶ δικαϛὴν ἐφ' ὑμᾶς; Μὴ ἀνελεῖν με
29 σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες χθὲς τὸν Αἰγύπτιον; Ἔ-
φυγε δὲ Μωσῆς ἐν τῷ λόγῳ τȣ́τῳ, καὶ ἐγένετο πά-
30 ροικος ἐν γῇ Μαδιὰν, ȣ̃ ἐγέννησεν υἱȣ̀ς δύο. Καὶ πληρωθέντων ἐτῶν τεσσαράκοντα, ὤφθη αὐτῷ ἐν τῇ ἐρήμῳ τȣ̃ ὄρȣς Σινᾶ Ἄγγελος Κυρίȣ ἐν φλογὶ πυρὸς
31 βάτȣ. Ὁ δὲ Μωσῆς ἰδὼν ἐθαύμασε τὸ ὅραμα· προσ-
ερχομένȣ δὲ αὐτȣ̃ κατανοῆσαι, ἐγένετο φωνὴ Κυρίȣ
32 πρὸς αὐτὸν, Ἐγὼ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σȣ, ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ.
33 Ἔντρομος δὲ γενόμενος Μωσῆς, ȣ̓κ ἐτόλμα κατανοῆσαι. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Κύριος, Λῦσον τὸ ὑπόδημα τῶν πο-
δῶν σȣ· ὁ γὰρ τόπος, ἐν ᾧ ἕϛηκας, γῆ ἁγία ἐϛίν.
34 Ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τȣ̃ λαȣ̃ μȣ τȣ̃ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τȣ̃ ϛεναγμȣ̃ αὐτῶν ἤκȣσα, καὶ κατέβην ἐξελέσθαι αὐ-
35 τȣ́ς· καὶ νῦν δεῦρο, καὶ ἀποϛελῶ σε εἰς Αἴγυπτον. Τȣ̃τον τὸν Μωσῆν, ὃν ἠρνήσαντο, εἰπόντες, Τίς σε κατέϛησεν ἄρχοντα καὶ δικαϛήν; τȣ̃τον ὁ Θεὸς ἄρχοντα καὶ λυ-
τρωτὴν ἀπέϛειλεν ἐν χειρὶ Ἀγγέλȣ τȣ̃ ὀφθέντος αὐτῷ
36 ἐν τῇ βάτῳ. Οὗτος ἐξήγαγεν αὐτȣ̀ς, ποιήσας τέρα-
τα καὶ σημεῖα ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν ἐρυθρᾷ θα-
37 λάσσῃ, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη τεσσαράκοντα. Οὗτός ἐϛιν ὁ

A fames in univerſam terram Ægypti & Chanaan, & afflictio magna, [10] nec inveniebant cibos patres noſtri. Quum audiſſet autem Jacob eſſe frumenta in 12 Ægypto, miſit patres noſtros primum: [11] Et quum 13 iterum miſiſſet eos, agnitus eſt Joſeph a fratribus ſuis, & innotuit Pharaoni genus Joſeph. Miſſo autem nun- 14 cio Joſeph accerſivit Jacob patrem ſuum, omnemque cognationem ſuam [12] in animabus ſeptuaginta quinque. Et deſcendit Jacob in Ægyptum, defun- 15 ctuſque eſt ipſe, & patres noſtri. Et tranſlati ſunt in 16 Sychem, & poſiti ſunt in ſepulchro, [13] quod emit Abraham pretio argenti a filiis Emor filii Sychem. Quum autem appropinquaret tempus promiſſionis, 17 B [14] de qua juraverat Deus Abrahæ, crevit populus & multiplicatus eſt in Ægypto, Donec exortus eſt alius 18 rex, [15] qui non noverat Joſeph. Hic circumveniens 19 genus noſtrum, afflixit patres noſtros, ut exponerent infantes ſuos, [16] ne fœtus eſſent vitales. Eodem tem- 20 pore natus eſt Moſes, & fuit [17] gratus Deo, qui nutritus eſt tribus menſibus in domo patris. Expoſitum 21 autem illum ſuſtulit filia Pharaonis, & nutrivit eum ſibi vice filii. Et eruditus eſt Moſes omni ſapientia 22 Ægyptiorum, & erat potens in factis & in dictis. Ut vero expletum eſt ei quadraginta annorum tem- 23 pus, ſubiit in cor ejus, ut inviſeret fratres ſuos filios C Iſrael. Et quum vidiſſet quemdam injuria affici, de- 24 fendit eum, & ultus eſt vicem ejus qui affligebatur, percuſſo Ægyptio. [18] Exiſtimabat autem intelligere 25 fratres ſuos, quod Deus per manum ipſius daret ſalutem illis: at illi non intellexerunt. Et ſequenti die 26 conſpectus eſt illis [19] litigantibus, & redegit eos in concordiam, dicens, Viri, fratres eſtis, cur vos invicem læditis? Cæterum is qui injuriam faciebat pro- 27 ximo, repulit eum, dicens, Quis te conſtituit principem ac judicem ſuper nos? Nunquid interficere me 28 tu vis, quemadmodum interfeciſti heri Ægyptium? Fugit autem Moſes ad dictum hoc, & factus eſt ad- 29 vena in terra Madian, ubi generavit filios duos. Et 30 D expletis annis quadraginta, apparuit illi in deſerto montis Sina Angelus Domini [20] in flammeo incendio rubi. Moſes autem ut conſpexit, admiratus eſt viſum: 31 porro quum accederet ut attenderet, facta eſt ad eum vox Domini, Ego ſum Deus patrum tuorum, Deus 32 Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob. Tremefactus autem Moſes, non audebat attendere. Dixit autem illi 33 Dominus, Solve calceamentum pedum tuorum: locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt. [21] Vidi, vidi, 34 inquam, afflictionem populi mei qui eſt in Ægypto, & gemitum eorum audivi, & deſcendi ut eruam eos: [22] nunc venito, & mittam te in Ægyptum. Hunc 35 Moſen, quem negaverunt, dicentes, Quis te conſti- E tuit principem & judicem? hunc, inquam, Deus principem & redemptorem miſerat per manum Angeli qui apparuerat illi in rubo. Hic eduxit illos, edens 36 prodigia & ſigna in Ægypto, & in rubro mari, & in deſerto annis quadraginta. Hic eſt Moſes, qui dixit 37 filiis

10 *Non inveniebant cibos*] χορτάσματα. Vox eſt a *ſaturando* dicta.

11 *Et in ſecundo*] Καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ, *Et in ſecundo*, ut verbum verbo reddatur, *Altera vice*, ſive *Cum iterum miſiſſet eos.*

12 *In ſeptuaginta quinque animabus deſcendit Jacob*] Geneſeos cap. XLVI. divus Hieronymus juxta veritatem Hebraicam vertit *ſeptuaginta* tantum. Et tamen Lucas ſequutus videtur auctoritatem Septuaginta, tum ubique receptam, ſive quod apud Hebræos additi ſunt a Librariis anni *quinque*, ſive quod non exiſtimarit numeri rationem ad id quod tum agebatur pertinere.

13 *Quod emit Abraham pretio argenti a filiis Emor filii Sichem*] Et hunc locum annotavit Hieronymus in libro ad Pammachium *de optimo genere interpretandi*, qui ſecus habeatur in Geneſi, ubi legitur, *Quod Abraham emerit ab Ephron Etheo filio Saor, juxta Hebron quadringentis drachmis ſpeluncam duplicem, & agrum circa eam, ſepelieritque in ea Saram uxorem ſuam.* Atque in eodem legimus libro, *Poſtea revertentem e Meſopotamia Jacob cum uxoribus & filiis ſuis, poſuiſſe tabernaculum ante Salem urbem Sichimorum, quæ eſt in terra Chanaan, & habitaſſe ibi, & emiſſe partem agri, in quo habebat tentoria, ab Emor patre Sichem, centum agnis, & ſtatuiſſe ibi altare, & invocaſſe Deum Iſrael.* Proinde Abraham non emit ſpecum ab Emor patre Sichem, ſed ab Ephron filio Saor, nec ſepultus eſt in Sichem, ſed in Hebron, quæ corrupte dicitur *Arbooch*. Porro duodecim Patriarchæ non ſunt ſepulti in Arboch, ſed in Sichem, qui ager non eſt emptus ab Abraham, ſed a Jacob. Hunc nodum illic nectit Hieronymus, nec eum diſſolvit hoc ſane loco, ſed eum eleganter explicat in *Quæſtionibus Hebraicis*.

14 *Quam confeſſus erat*] ἧς ὤμοσεν, id eſt, *quam juraverat.* Interpres legiſſe videtur ὡμολόγησεν.

15 *Qui non ſciebat*] ὃς ȣ̓κ ᾔδει, id eſt, *qui non noverat.*

16 *Ne vivificaretur*] εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι, id eſt, *ad hoc ut partus non eſſent vitales.*

17 *Gratus Deo*] ἀϛεῖος τῷ Θεῷ: ἀϛεῖος alias ſonat *feſtivus*, ſive *urbanus*. Abuſus videtur hac voce pro χαρίεις, quod *gratum* ſignificat, & item *urbanum*.

18 *Exiſtimabat autem intelligere fratres*] Hic *fratres* vocat ſuæ gentis homines, quod poſt tranſlatum eſt ad Chriſtianos. Auguſtinus in *Quæſtionibus in Exodum* dubitat, utrum homicidium Moyſis duntaxat indolis ſpecimen ſit, an laudi dandum, quod ex hac oratione Stephani videatur id feciſſe Numinis admonitu.

19 *Litigantibus*] Græce eſt μαχομένοις, id eſt, *pugnantibus.* Recte tamen vertit Interpres.

20 *In igne flamma rubi*] Græce eſt contrarius ordo, ἐν φλογὶ πυρὸς, id eſt, *in flamma ignis.* Tametſi & alioqui ſermo duriuſculus eſt nobis ob proprietatem ſermonis Hebraici.

21 *Videns vidi*] Hebræum eſt ſchema, pro eo quod eſt, *Attente vidi.*

22 *Et nunc veni, & mittam*] καὶ νῦν δεῦρο, id eſt, *& nunc venito*,

ὁ Μωσῆς, ὁ εἰπὼν τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, Προφήτην ὑμῖν ἀναςήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς 38 ἐμὲ, αὐτȣ̃ ἀκȣ́σεσθε. Οὗτός ἐςιν ὁ γενόμενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ, μετὰ τοῦ Ἀγγέλου τοῦ λαλοῦντος αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ, καὶ τῶν πατέρων ὑμῶν, ὃς 39 ἐδέξατο λόγον ζῶντα δȣ̃ναι ἡμῖν. Ὧ ȣ̓κ ἠθέλησαν ὑπήκοοι γενέσθαι οἱ πατέρες ἡμῶν, ἀλλ' ἀπώσαντο, καὶ 40 ἐςράφησαν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν εἰς Αἴγυπτον, Εἰπόντες τῷ Ἀαρὼν, Ποίησον ἡμῖν Θεȣ̀ς, οἳ προπορεύσονται ἡμῶν· ὁ γὰρ Μωσῆς ȣ̃τος, ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτȣ, ȣ̓κ 41 οἴδαμεν τί γέγονεν αὐτῷ. Καὶ ἐμοσχοποίησαν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἀνήγαγον θυσίαν τῷ εἰδώλῳ, καὶ 42 εὐφραίνοντο ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν. Ἔςρεψε δὲ ὁ Θεὸς, καὶ παρέδωκεν αὐτȣ̀ς λατρεύειν τῇ ςρατιᾷ τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃, καθὼς γέγραπται ἐν βίβλῳ τῶν Προφητῶν, Μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι ἔτη τεσσα-43 ράκοντα ἐν τῇ ἐρήμῳ, οἶκος Ἰσραήλ; Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τȣ̃ Μολὸχ, καὶ τὸ ἄςρον τȣ̃ Θεȣ̃ ὑμῶν Ῥεμφὰν, τȣ̀ς τύπȣς ȣ̓̀ς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς· καὶ 44 μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος. Ἡ σκηνὴ τȣ̃ μαρτυρίȣ ἦν τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθὼς διετάξατο, ὁ λαλῶν τῷ Μωσῇ, ποιῆσαι αὐτὴν κατὰ τὸν τύ-45 πον, ὃν ἑωράκει. Ἣν καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι οἱ πατέρες ἡμῶν μετὰ Ἰησȣ̃ ἐν τῇ κατασχέσει τῶν ἐθνῶν, ὧν ἔξωσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ προσώπȣ τῶν πατέρων ἡμῶν, ἕως 46 τῶν ἡμερῶν Δαβὶδ, Ὃς εὗρε χάριν ἐνώπιον τȣ̃ Θεȣ̃, 47 καὶ ᾐτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Σολομῶν 48 δὲ ᾠκοδόμησεν αὐτῷ οἶκον. Ἀλλ' ȣ̓χ ὁ ὕψιςος ἐν χειρο-49 ποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, καθὼς ὁ Προφήτης λέγει, Ὁ ȣ̓ρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μȣ· ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, λέγει Κύριος, ἢ τίς τόπος 50 τῆς καταπαύσεώς μȣ; Οὐχὶ ἡ χείρ μȣ ἐποίησε ταῦτα 51 πάντα; Σκληροτράχηλοι καὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσὶν, ὑμεῖς ἀεὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπί-52 πτετε, ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν, καὶ ὑμεῖς. Τίνα τῶν Προφητῶν ȣ̓κ ἐδίωξαν οἱ πατέρες ὑμῶν; καὶ ἀπέκτειναν τȣ̀ς προκαταγγείλαντας περὶ τῆς ἐλεύσεως τȣ̃ δικαίȣ, ȣ̃ νῦν 53 ὑμεῖς προδόται καὶ φονεῖς γεγένησθε. Οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς Ἀγγέλων, καὶ ȣ̓κ ἐφυλάξατε. 54 Ἀκȣ́οντες δὲ ταῦτα διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καὶ 55 ἔβρυχον τȣ̀ς ὀδόντας αὐτῶν ἐπ' αὐτόν. Ὑπάρχων δὲ πλήρης Πνεύματος ἁγίȣ, ἀτενίσας εἰς τὸν ȣ̓ρανὸν, εἶδε 56 δόξαν Θεȣ̃, καὶ Ἰησȣ̃ν ἑςῶτα ἐκ δεξιῶν τȣ̃ Θεȣ̃. Καὶ εἶπεν, Ἰδȣ̀ θεωρῶ τȣ̀ς ȣ̓ρανȣ̀ς ἀνεῳγμένȣς, καὶ τὸν Υἱὸν τȣ̃ ἀν-57 θρώπȣ ἐκ δεξιῶν ἑςῶτα τȣ̃ Θεȣ̃. Κράξαντες δὲ φωνῇ μεγάλῃ, συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ ὥρμησαν ὁμο-58 θυμαδὸν ἐπ' αὐτόν. Καὶ ἐκβαλόντες ἔξω τῆς πόλεως ἐλιθοβόλȣν, καὶ οἱ μάρτυρες ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια παρὰ 59 τȣ̀ς πόδας νεανίȣ καλȣμένȣ Σαύλȣ, Καὶ ἐλιθοβόλȣν τὸν Στέφανον ἐπικαλȣ́μενον, καὶ λέγοντα, Κύριε Ἰη-60 σȣ̃, δέξαι τὸ πνεῦμά μȣ. Θεὶς δὲ τὰ γόνατα, ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, Κύριε, μὴ ςήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν

filiis Iſrael, Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter e fratribus veſtris, 23 ſimilem mei, illum audietis. Hic eſt qui fuit 24 in congregatione in ſo- 38 litudine, cum Angelo qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus noſtris, qui accepit 25 ſermonem vivum ut daret nobis. Cui noluerunt obedire 26 pa- 39 tres noſtri, ſed repulerunt, & averſi ſunt corde ſuo in Ægyptum, 40 Dicentes ad Aaron, Fac nobis Deos qui præcedant nos: 27 Moſi enim huic, qui eduxit nos de terra Ægypti, neſcimus quid acciderit. 41 Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hoſtiam ſimulachro, & lætabantur ſuper operibus manuum ſuarum. 42 Convertit ſe autem Deus, & tradidit eos ut colerent militiam cœli, ſicut ſcriptum eſt in libro Prophetarum, Num victimas & hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto, domus Iſrael? 43 Et ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch, & ſidus Dei veſtri Remphan, figuras 28 quas feciſtis ad adorandum eas: 29 & transferam vos ultra Babylonem. 44 Tabernaculum teſtimonii fuit 30 patribus noſtris in deſerto, ſicut ordinaverat illis, 31 loquens ad Moſen, ut faceret illud ſecundum formam, quam viderat. 45 Quod & induxerunt, qui ſucceſſerunt, 32 patres noſtri cum Jeſu in poſſeſſionem gentium, quas expulit Deus a facie patrum noſtrorum uſque ad dies David, 46 Qui invenit gratiam coram Deo, & petiit ut inveniret tabernaculum Deo Jacob. 47 Solomon autem ædificavit illi domum. 48 33 Sed excelſiſſimus ille non in manufactis templis habitat, ſicut Propheta dicit, 49 Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum: quam domum ædificabitis mihi, dicit Dominus, aut quis locus requietionis meæ eſt? 50 Nonne manus mea fecit hæc omnia? 51 34 Duri cervice & incircumciſi corde & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto 35 reſiſtitis, ſicut patres veſtri, ita & vos. 52 Quem Prophetarum non ſunt perſequuti patres veſtri? & occiderunt eos qui prænunciabant de adventu juſti illius, cujus vos nunc proditores & 36 occiſores fuiſtis. 53 Qui accepiſtis legem 37 per diſpoſitiones Angelorum, nec ſervaſtis. 54 Audientes autem hæc diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus ſuis in eum. 55 Quum autem eſſet plenus Spiritu ſancto, intentis in cœlum oculis, vidit gloriam Dei, & Jeſum ſtantem 38 a dextris Dei. 56 Et ait, Ecce video cœlos apertos, & Filium hominis ſtantem a dextris Dei. 57 Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures ſuas, & impetum fecerunt unanimiter in eum. 58 Et ejectum eum e civitate lapidabant, ac teſtes depoſuerunt veſtimenta ad pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus. 59 Et lapidabant Stephanum invocantem, ac dicentem, Domine Jeſu, ſuſcipe ſpiritum meum. 60 Poſitis autem genibus, clamavit voce magna, Domine, ne ſtatuas illis

venito, ſive *nunc adſis*, ut ſecundæ perſonæ ſit verbum, non primæ. Jubet enim Moyſen adeſſe.

23 *Tanquam meipſum audietis*] *Audietis* hoc loco in nonnullis exemplaribus Græcis non ſcribitur. Donatiani codices ſuffragabantur Græcæ lectioni, in quibus erat, *de fratribus veſtris tanquam me*. Apud Chryſoſtomum nec in contextu nec in enarratione fit hujus clauſulæ mentio. Quod autem dictum eſt *tanquam me*, Chryſoſtomus exponit, contemptum & inſidiis appetitum, quod ut Chriſto puero inſidiatus eſt Herodes, ita Pharao Moſi in Ægypto, & uterque ſalvus evaſit. Superius demonſtratum eſt, *ipſum* pertinere ad verbum *audietis*, non ad *me*, quod pertinet ad verbum *ſuſcitabit*: *Suſcitabit vobis Prophetam ut me*, id eſt, ſimilem mei, & velut alterum me, *ipſum audietis*. Quanquam apparet Interpretem legiſſe ὡς ἐμαυτȣ̃, niſi, quod probabilius eſt, hoc aliquis aſſuit de ſuo.

24 *In eccleſia & in ſolitudine*] *Et* apud Græcos non eſt, ſed ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν τῇ ἐρήμῳ, id eſt, *in congregatione, in deſerto*, citra conjunctionem, conſentientibus Latinis emendatioribus.

25 *Verba vitæ dare vobis*] Nonnulli codices habebant λόγον ζῶντα, id eſt, *ſermonem vivum*. Nonnulli λόγια ζῶντα, id eſt, *eloquia viva*. Sic enim ſolitus eſt vertere λόγια.

26 *Patres veſtri*] Utroque loco Græcis eſt ἡμῶν, id eſt, *noſtri*, primæ perſonæ.

27 *Moſi enim huic*] ὁ γὰρ Μωϋσῆς ȣ̃τος, id eſt, *nam Moyſes iſte*: & ſic habet exemplar Conſtantienſe. Quanquam id recte mutavit Interpres.

28 *Quas feciſtis adorare*] Interpres non notavit Græcam figuram loquendi, ȣ̓̀ς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς, id eſt, *quas feciſtis ut adoretis eas*. Sed mirum non addi articulum verbo infinito.

29 *Et transferam vos trans Babylonem*] In nonnullis exemplaribus reperi mutatum *trans* in *in*. Locus ſumptus eſt ex Amos Prophetæ capite quinto. Quanquam illic pro *trans Babylonem* legitur *trans Damaſcum*, ex auctoritate veritatis Hebraicæ ſimul & Septuaginta. Hieronymus ſic excuſat Stephanum, ut dicat eum magis ſenſum reddidiſſe quam verba, quod *Judæi trans Damaſcum ducti ſunt in Babylonem*, ſive *trans Babylonem*. Sunt qui malunt fateri ſcripturam eſſe depravatam, & pro *trans Damaſcum* ſcriptum fuiſſe *trans Babylonem*.

30 *Cum patribus*] *Cum* redundat.

31 *Deus loquens*] ὁ λαλῶν, id eſt, *ille qui loquebatur*.

32 *Patres veſtri*] ἡμῶν Græce eſt, id eſt, *noſtri*, quemadmodum admonuimus modo.

33 *Sed non excelſus in manu factis*] Græcus addit *templis*, ἐν χειροποιήτοις ναοῖς. Et *manufactis* unica illis dictio eſt.

34 *Dura cervice*] Græcis epitheton eſt compoſitum, σκληροτράχηλοι, quaſi dicas, *duricervicos*, ut Pacuvius apud Quintilianum, & hunc imitatus Politianus dixit, *incurvicervicum pecus*. Cæterum apparet orationem Stephani clamoribus obſtrepentium Judæorum interruptam fuiſſe. Neque enim ſatis alioqui reſpondet hic finis tam alte repetito principio, præſertim cum in ea multa ſint, quæ non ita multum pertinere videantur ad id quod inſtituit.

35 *Reſtitiſtis*] ἀντιπίπτετε, id eſt, *reſiſtitis*.

36 *Et homicidæ*] φονεῖς, id eſt, *occiſores*.

37 *In diſpoſitione*] εἰς διαταγὰς, id eſt, *in diſpoſitiones*, ſive *ad diſpoſitiones*: a διατάττω, quod eſt *ordino*. Auguſtinus libro *de Civitate Dei* x. citat aliquoties, *in edictis Angelorum*, pro eo quod nos legimus, *in diſpoſitione Angelorum*.

38 *Virtutis Dei*] *Virtutis* in Græco codice non reperio. Tantum eſt *a dextris Dei*, ſuffragantibus & Latinis vetuſtioribus.

39 Ob-

VIII. 1 τίαν ταύτην. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐκοιμήθη. Σαῦλος δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ. Ἐγένετο δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διωγμὸς μέγας ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις, πάντες τε διεσπάρησαν κατὰ τὰς χώρας 2 τῆς Ἰουδαίας καὶ Σαμαρείας πλὴν τῶν Ἀποστόλων. Συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς, καὶ ἐ-3 ποιήσαντο κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ. Σαῦλος δὲ ἐλυμαίνετο τὴν ἐκκλησίαν, κατὰ τοὺς οἴκους εἰσπορευόμενος, σύρων τε ἄνδρας καὶ γυναῖκας παρεδίδου εἰς φυ-4 λακήν. Οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες διῆλθον, εὐαγγε-5 λιζόμενοι τὸν λόγον. Φίλιππος δὲ κατελθὼν εἰς πό-6 λιν τῆς Σαμαρείας, ἐκήρυσσεν αὐτοῖς τὸν Χριστόν. Προσεῖχόν τε οἱ ὄχλοι τοῖς λεγομένοις ὑπὸ τοῦ Φιλίππου, ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ ἀκούειν αὐτοὺς καὶ βλέπειν τὰ 7 σημεῖα ἃ ἐποίει. Πολλῶν γὰρ τῶν ἐχόντων πνεύματα ἀκάθαρτα, βοῶντα μεγάλῃ φωνῇ, ἐξήρχετο· πολ-8 λοὶ δὲ παραλελυμένοι καὶ χωλοὶ ἐθεραπεύθησαν. Καὶ 9 ἐγένετο χαρὰ μεγάλη ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ. Ἀνὴρ δέ τις ὀνόματι Σίμων, προϋπῆρχεν ἐν τῇ πόλει μαγεύων, καὶ ἐξιστῶν τὸ ἔθνος τῆς Σαμαρείας, λέγων εἶ-10 ναί τινα ἑαυτὸν μέγαν, Ὧ προσεῖχον ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, λέγοντες, Οὗτός ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ 11 Θεοῦ ἡ μεγάλη. Προσεῖχον δὲ αὐτῷ, διὰ τὸ ἱκανῷ 12 χρόνῳ ταῖς μαγείαις ἐξεστακέναι αὐτούς. Ὅτε δὲ ἐπίστευσαν τῷ Φιλίππῳ, εὐαγγελιζομένῳ τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ Χρι-13 στοῦ, ἐβαπτίζοντο ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες. Ὁ δὲ Σίμων καὶ αὐτὸς ἐπίστευσε, καὶ βαπτισθεὶς ἦν προσκαρτερῶν τῷ Φιλίππῳ· θεωρῶν τε δυνάμεις καὶ ση-14 μεῖα γινόμενα ἐξίστατο. Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις Ἀπόστολοι, ὅτι δέδεκται ἡ Σαμάρεια τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀπέστειλαν πρὸς αὐτοὺς τὸν Πέτρον 15 καὶ Ἰωάννην. Οἵτινες καταβάντες, προσηύξαντο περὶ 16 αὐτῶν, ὅπως λάβωσι Πνεῦμα ἅγιον. Οὔπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκός, μόνον δὲ βεβαπτισμέ-17 νοι ὑπῆρχον εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ. Τότε ἐπετίθουν τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτούς, καὶ ἐλάμβανον Πνεῦμα 18 ἅγιον. Θεασάμενος δὲ ὁ Σίμων, ὅτι διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τῶν Ἀποστόλων δίδοται τὸ Πνεῦμα τὸ 19 ἅγιον, προσήνεγκεν αὐτοῖς χρήματα, Λέγων, Δότε κἀμοὶ τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἵνα ᾧ ἂν ἐπιθῶ τὰς 20 χεῖρας, λαμβάνῃ Πνεῦμα ἅγιον. Πέτρος δὲ εἶπε πρὸς αὐτόν, Τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν, ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶ-21 σθαι. Οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ· ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ 22 Θεοῦ. Μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης, καὶ δεήθητι τοῦ Θεοῦ, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐ-23 πίνοια τῆς καρδίας σου. Εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύν-

A illis peccatum hoc. Et quum hoc dixisset, 39 obdormivit. Saulus autem consenserat in necem ejus. Fa- 1 VIII. cta est autem in illo die persequutio magna 1 adversus ecclesiam quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Judææ & Samariæ præter Apostolos. 2 Curaverunt autem una Stephanum 3 viri religiosi, feceruntque planctum magnum super eum. Saulus vero devastabat ecclesiam, 4 per singulas domos intrans, trahensque viros ac mulieres tradebat in custodiam. 5 Illi igitur dispersi peragrabant, annunciantes sermonem Dei. Philippus autem pervenit 6 in civitatem Samariæ, ac prædicabat illis Christum. Intendebant autem turbæ his, quæ a Philippo dicebantur, unanimiter audientes & videntes signa quæ edebat. 7 Spiritus enim immundi e multis, qui ab illis tenebantur, exibant, clamantes voce B magna: multi autem paralytici & claudi sanati sunt. Et factum est gaudium magnum in illa civitate. Vir autem quidam nomine Simon, qui antea 8 in ea civitate artem exercuerat magicam, ac gentem dementaverat Samariæ, dicens se esse quempiam magnum, 9 Qui auscultabant illi a minimo usque ad maximum, dicentes, Iste est virtus Dei, 10 quæ vocatur magna. Auscultabant autem ei, 11 propterea quod multo tempore 12 magicis artibus 13 dementasset eos. Quum vero credidissent Philippo, evangelizanti 14 de regno Dei, deque nomine Jesu Christi, baptizabantur C viri simul ac mulieres. Tunc Simon & ipse credidit, & quum baptizatus esset, adhærebat Philippo: vidensque signa & virtutes fieri, 15 stupens admirabatur. Quum autem audissent Apostoli qui erant Hierosolymis, quod recepisset Samaria sermonem Dei, miserunt ad eos Petrum ac Joannem. Qui quum descendissent, 16 oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum. Nondum enim 17 in quemquam illorum illapsus fuerat, sed baptizati tantum erant in nomine Christi Jesu. Tunc imponebant manus super illos, accipiebantque Spiritum sanctum. Quum vidisset autem Simon, quod per impositionem 18 manuum Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecunias, Dicens, Date & mihi potestatem D istam, ut cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum, Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecuniis parari. Non est tibi pars neque sors in ratione hac: cor enim tuum non est rectum coram Deo. Resipisce igitur ab ista malitia tua, & roga Deum, 19 si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui. 20 In felle enim amaritudinis 21 &

39 *Obdormivit in Domino*] *In Domino* non additum est in Græco exemplari, tantum est ἐκοιμήθη, id est, *dormivit*. Suffragantibus vetustis exemplaribus Latinis.

1 *IN ecclesia*] ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν, id est, *in ecclesiam*, sive *adversus ecclesiam*.

2 *Curaverunt autem Stephanum*] Συνεκόμισαν δὲ, id est, *Simul autem curaverunt*.

3 *Viri timorati*] εὐλαβεῖς, id est, *religiosi*, sive *pii*.

4 *Per domos intrans*] κατ' οἴκους, id est, *domesticatim*, ut ita loquar, sive *per singulas domos*, ut ostendat ingens studium perdendi.

5 *Igitur qui dispersi erant*] Οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες, id est, *Igitur illi quidem dispersi*. Jam enim dispergebantur.

6 *In civitatem Samariæ*] Videtur appositive dictum *civitatem Samariæ*, ut *Samaria* sit nomen non regionis, sed civitatis, unde tota regio nomen est sortita. Eadem autem dicta est *Sebaste*.

7 *Multi eorum qui habebant spiritus immundos clamantes voce magna exibant*] Quæso quinam exibant? num ipsi homines? Nec Græca reddidit ut habent, nec ita vertit ut potuit sensus percipi. Quod genus est illud quod canitur in laudibus Deiparæ Virginis, *Cujus Dominus humilitatem respiciens, Angelo nunciante concepit Redemptorem mundi*. Ex his verbis quid aliud Latinus intelligat, nisi Dominum factum esse gravidum? usque adeo nihil interesse putant, quomodo loquamur, modo ipsi intelligamus quod loquimur. Sed quod ad hunc attinet locum, Græca sic habent, Πολλῶν γὰρ τῶν ἐχόντων πνεύματα ἀκάθαρτα, βοῶντα μεγάλῃ φωνῇ ἐξήρχετο. Ea quoniam ad verbum reddi non poterant, nos sensum expressimus in hunc modum: *Spiritus enim immunndi a multis, qui ab illis tenebantur, clamantes voce magna exibant*. In duobus codicibus Donatiani non addebatur hæc particula, opinor, quod eam Scriba prætermiserit offensus absurditate sermonis. Nam Græci codices consentiunt.

8 *In civitate magus*] ἐν τῇ πόλει μαγεύων, id est, *artem exercens magicam*.

9 *Cui auscultabant*] Hoc *auscultabant*, & quod mox sequitur, *attendebant*, Græcis idem est verbum προσεῖχον.

10 *Quæ vocatur magna*] *Quæ vocatur* non additur in Græco codice, ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ μεγάλη, id est, *Dei virtus magna*. Interpres studuit explicare vim articuli Græci ἡ μεγάλη.

E 11 *Propter quod*] διὰ τὸ, id est, *propterea quod*: & tamen hanc sermonis formam video fuisse familiarem priscis Christianis, quum longe aliud significet.

12 *Magicis suis*] ταῖς μαγείαις, id est, *magiis*, sive *magicis artibus*.

13 *Dementasset*] ἐξεστακέναι αὐτοὺς, id est, *stupefacti essent*, & *velut a mente alienati*.

14 *De regno Dei in nomine Jesu*] Græce est, & *nomine*.

15 *Stupens admirabatur*] ἐξίστατο. Interpres unam Græcam vocem duabus Latinis reddidit. Stomachatur hoc loco nonnihil Laurentius, nec sane prorsus abs re, quod Interpres tantum sibi permiserit, ut eamdem dictionem Græcam eodem in loco trifariam reddiderit. Siquidem quod paulo ante vertit *seducens*, Græcis est ἐξιστῶν. Quod *dementasset*, est ἐξεστακέναι. Quod *stupens admirabatur*, est ἐξίστατο.

16 *Et rogabant pro eis*] Dubium est an ipsi Apostoli rogarint Deum pro eis, an Philippus & qui cum illo erant rogarint Apostolos. Posteriorem sensum sequi videntur Interpretes, quod F Græce sit προσηύξαντο, qua voce Scriptura solet uti pro deprecatione ad Deum.

17 *In quemquam illorum venerat*] ἦν ἐπιπεπτωκὸς, id est, *erat elapsus*, sive *delapsus*.

18 *Manus Apostolorum*] χειρῶν, id est, *manuum*. Sed Interpres offensus concentu genitivorum variavit.

19 *Si forte*] εἰ ἄρα. Conjunctionem expletivam suo more vertit in *forte*.

20 *In felle amaritudinis*] Εἰς χολὴν πικρίας, id est, *In bili amaritudinis*, id est, *In amara bili*. Non irascebatur Magus, sed vitiatum animum expressit per bilis amaritudinem.

21 *Et in obligatione*] καὶ σύνδεσμον, id est, *in colligatione*, hoc est, *in vinculis*.

24 σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Σίμων, εἶπε, Δεήθητε ὑμεῖς ὑπὲρ ἐμȣ̃ πρὸς τὸν Κύριον, 25 ὅπως μηδὲν ἐπέλθῃ ἐπ' ἐμὲ ὧν εἰρήκατε. Οἱ μὲν οὖν διαμαρτυράμενοι καὶ λαλήσαντες τὸν λόγον τȣ̃ Κυρίȣ, ὑπέστρεψαν εἰς Ἰερȣσαλὴμ, πολλάς τε κώμας τῶν Σα-26 μαρειτῶν εὐηγγελίσαντο. Ἄγγελος δὲ Κυρίȣ ἐλάλησε πρὸς Φίλιππον, λέγων, Ἀνάστηθι, καὶ πορεύȣ κατὰ μεσημβρίαν, ἐπὶ τὴν ὁδὸν, τὴν καταβαίνȣσαν ἀπὸ Ἰερȣσα-27 λὴμ εἰς Γάζαν· αὕτη ἐστὶν ἔρημος. Καὶ ἀναστὰς ἐπορεύθη· καὶ ἰδȣ̀ ἀνὴρ Αἰθίοψ, εὐνȣ̃χος, δυνάστης Κανδάκης τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων, ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γά-28 ζης αὐτῆς, ὃς ἐληλύθει προσκυνήσων εἰς Ἰερȣσαλὴμ, Ἦν τε ὑποστρέφων καὶ καθήμενος ἐπὶ τȣ̃ ἅρματος αὐτȣ̃, 29 καὶ ἀνεγίνωσκε τὸν Προφήτην Ἠσαΐαν. Εἶπε δὲ τὸ Πνεῦμα τῷ Φιλίππῳ, Πρόσελθε, καὶ κολλήθητι τῷ ἅρ-30 ματι τȣ́τῳ. Προσδραμὼν δὲ ὁ Φίλιππος, ἤκουσεν αὐτȣ̃ ἀναγινώσκοντος τὸν Προφήτην Ἠσαΐαν, καὶ εἶπεν, 31 Ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις; Ὁ δὲ εἶπε, Πῶς γὰρ ἂν δυναίμην, ἐὰν μή τις ὁδηγήσῃ με; Παρεκάλεσέ τε τὸν Φίλιππον ἀναβάντα καθίσαι σὺν αὐτῷ. 32 Ἡ δὲ περιοχὴ τῆς γραφῆς, ἣν ἀνεγίνωσκεν, ἦν αὕτη, Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τȣ̃ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα 33 αὐτȣ̃. Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτȣ̃ ἡ κρίσις αὐτȣ̃ ἤρθη· τὴν δὲ γενεὰν αὐτȣ̃ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς 34 γῆς ἡ ζωὴ αὐτȣ̃. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ εὐνȣ̃χος τῷ Φιλίππῳ, εἶπε, Δέομαί σου, περὶ τίνος ὁ Προφήτης λέγει 35 τȣ̃το, περὶ ἑαυτȣ̃, ἢ περὶ ἑτέρου τινός; Ἀνοίξας δὲ ὁ Φίλιππος τὸ στόμα αὐτȣ̃, καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς 36 γραφῆς ταύτης, εὐηγγελίσατο αὐτῷ τὸν Ἰησȣ̃ν. Ὡς δὲ ἐπορεύοντο κατὰ τὴν ὁδὸν, ἦλθον ἐπί τι ὕδωρ· καὶ φησὶν ὁ εὐνοῦχος, Ἰδοὺ ὕδωρ, τί κωλύει με βα-37 πτισθῆναι; Εἶπε δὲ ὁ Φίλιππος, Εἰ πιστεύεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἔξεστιν. Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπε, Πιστεύω τὸν 38 Υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ ἐκέλευσε στῆναι τὸ ἅρμα· καὶ κατέβησαν ἀμφότεροι εἰς τὸ ὕδωρ, ὅ τε Φίλιππος καὶ ὁ εὐνȣ̃χος, καὶ ἐβάπτισεν αὐτόν. 39 Ὅτε δὲ ἀνέβησαν ἐκ τȣ̃ ὕδατος, Πνεῦμα Κυρίȣ ἥρπασε τὸν Φίλιππον, καὶ οὐκ εἶδεν αὐτὸν οὐκέτι ὁ εὐνȣ̃χος· ἐ-40 πορεύετο γὰρ τὴν ὁδὸν αὐτȣ̃ χαίρων. Φίλιππος δὲ εὑρέθη εἰς Ἄζωτον, καὶ διερχόμενος εὐηγγελίζετο τὰς πόλεις πάσας, ἕως τȣ̃ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς Καισάρειαν.

IX. 1 Ὁ δὲ Σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου εἰς τοὺς μαθη-

24 & colligatione iniquitatis video te esse. Respondens autem Simon dixit, Precemini vos pro me apud Dominum, ne quid eveniat in me horum 22 quæ dixistis. 25 Et illi quidem testificati & loquuti sermonem Dei, reversi sunt Hierosolymam, 23 & multis oppidulis Samaritanorum evangelizabant. 26 Angelus autem Domini loquutus est ad Philippum, dicens, Surge, & vade 24 meridiem versus, ad viam, 25 quæ descendit ab urbe Hierosolymorum ad civitatem 26 Gazam: hæc est deserta. 27 Et surgens abiit: 27 & ecce vir Æthiops, 28 eunuchus, præfectus 29 Candaces reginæ Æthiopum, quem præfecerat universæ gazæ suæ, 30 venerat adoraturus Hierosolymam, 28 Et revertebatur sedens super currum suum, legebatque Esaiam Prophetam. 29 Dixit autem Spiritus Philippo, Accede, & adjunge te ad currum istum. 30 Accurrens autem Philippus, audivit eum legentem Esaiam Prophetam, & dixit, 31 Intelligis ne quæ legis? 31 At ille ait, 32 Quinam enim possim, nisi aliquis 33 dux viæ mihi fuerit? Rogavitque Philippum, ut adscenderet sederetque secum. 32 34 Argumentum autem scripturæ, quam legebat, erat hoc, 35 Tanquam ovis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se mutus, sic non aperuit os suum. 33 In humilitate ipsius judicium ejus sublatum est: generationem autem ejus quis enarrabit? quoniam tollitur de terra vita ejus. 34 Respondens autem eunuchus Philippo, dixit, Obsecro te, de quo Propheta 36 dicit hoc, de se, an de alio quopiam? 35 Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens a scriptura ista, prædicavit illi Jesum. 36 Et dum irent per viam, venerunt ad quamdam aquam: & ait eunuchus, Ecce aqua, 37 quid vetat quo minus baptizer? 37 38 Dixit autem Philippus, Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait, Credo Filium Dei esse Jesum Christum. 38 Et jussit sisti currum: ac descenderunt 39 ambo in aquam, 40 Philippus simul & eunuchus, & baptizavit eum. 39 Quum autem adscendissent ex aqua, 41 Spiritus Domini rapuit Philippum, nec amplius vidit eum eunuchus: ibat enim per viam suam gaudens. 40 Philippus autem 42 repertus est Azoti, & pertransiens evangelizabat civitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream.

IX. 1 Saulus autem 1 adhuc spirans minas ac cædem 2 ad-

22 *Quæ dixistis*] ὧν εἰρήκατε. Articulus postpositivus congruit cum casu antecedentis, dissidens a suo verbo. Annotandum quod uni Petro respondens, multitudinis utitur verbo, *dixistis*. Unde probabile est, quod Petrus admonuit, cæteros item admonuisse.

23 *Et multis regionibus*] πολλάς τε κώμας, *vicis* sive *pagis*, Apparet Interpretem legisse χώρας.

24 *Contra meridianum*] κατὰ μεσημβρίαν, id est, *meridiem versus*, sive *ad meridiem*.

25 *Quæ descendit ab Hierusalem*] καταβαίνȣσαν. Quod Hierosolymorum urbs in monte Sion sita sit ex parte. Nonnulli codices habebant φέρȣσαν, id est, *quæ ducit*.

26 *Gazam*] Civitas est insignis Palæstinæ, destinata in sortem tribus Juda, licet obtineri non potuerit. *Desertam* addit, quod vetus illa *Gaza*, de qua Sophonias, *Gaza destructa erit*, sic fuerit diruta, ut vix urbis exstet vestigium, pro qua exstructa est alia, sed non eodem loco.

27 *Et ecce vir eunuchus*] Annotavit Hieronymus *virum* dici qui sit *eunuchus*, cum pugnent inter sese, *virum esse* & *eunuchum esse*, unde & *evirati* dicuntur. Verum in Christo neque sexus est, neque conditio, sed nova creatura.

28 *Eunuchus potens*] δυνάστης, id est, *magistratus* sive *præfectus*. Græca voce usus est & Cicero, *Tetrarchæ* & *Dynastæ*, non enim dicitur *reginæ eunuchus*, sed *reginæ præfectus* nimirum *gazophylax*.

29 *Candacis*] Κανδάκης, id est, *Candaces*, a nominativo *Candace*. Quod nomen ita videtur commune fuisse reginis, ob quamdam reginam Æthiopiæ nomine *Candacen* de gente illa optime meritam, ut apud Ægyptios *Pharao* & *Ptolemæus* regibus.

30 *Venerat adorare*] προσκυνήσων, id est, *adoraturus*.

31 *Putas ne intelligis*] Ἆρά γε. *Num*, sive *An*, sive *Nunquid intelligis quæ legis?*

32 *Et quomodo*] *Et* non est apud Græcos, sed tantum Πῶς γὰρ ἂν δυναίμην, *Quî enim possim*, aut *Quînam possim*. Subauditur enim negatio, *non intelligo*.

33 *Ostenderet mihi*] ὁδηγήσῃ με, id est, *duxerit me*.

34 *Locus autem scripturæ*] Ἡ δὲ περιοχή. Quod *continentiam* possis dicere: nos vertimus *argumentum*, poterat dici & *sententia*.

35 *Tanquam ovis ad occisionem*] Locus est apud Esaiam capite LIII. Verum apparet eunuchum hunc non ex Hebræo libro, sed ex Græco hæc legisse, quod omnia adamussim consentiant cum Editione Septuaginta. Et Ægyptus id temporis græcissabat ob commercium cum Romanis & ante hoc cum Alexandro. Nam Hebræa Hieronymus ita vertit, *Sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente obmutescet, & non aperiet os suum. De angustia & de judicio sublatus est, generationem ejus quis enarrabit, quia abscisus est de terra viventium.* Juxta Septuaginta legimus hunc in modum, Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τȣ̃ κείροντος ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτȣ̃. Ἐν τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτȣ̃ ἤρθη. Τὴν γενεὰν αὐτȣ̃ τίς διηγήσεται, ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτȣ̃. Id est, *Sicut ovis ad victimam ductus est, & sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperit os suum. In humilitate judicium ejus sublatum est. Generationem illius quis enarrabit, quia tollitur de terra vita ejus.* Porro pro *tollitur* αἴρεται perperam habetur in nostris codicibus *tolletur*, verbum futuri temporis, quemadmodum & pro *aperit* legimus *aperuit*.

36 *Dicit hoc*] λέγει τȣ̃το, id est, *dicit hoc*, quasi jam loquatur tibi, cujus scripta legis.

37 *Quis prohibet*] τί κωλύει, id est, *quid prohibet*, seu potius, *quid vetat*, aut *quid obstat quo minus baptizer*.

38 *Dixit autem Philippus*] *Si credis* &c. usque ad eum locum, *Et jussit stare currum*, non reperi in Græco codice. Quanquam arbitror omissum Librariorum incuria. Nam & hæc in quodam codice Græco adscripta reperi, sed in margine. Cæterum apud Interpretem Chrysostomum hæc non adduntur. Nec in Editione Hispaniensi. In Aldina fuit additum.

39 *Uterque*] ἀμφότεροι, id est, *ambo*.

40 *Philippus & eunuchus*] ὅ τε Φίλιππος καὶ ὁ εὐνȣ̃χος, id est, *& Philippus & eunuchus*, conduplicata conjunctione.

41 *Spiritus Domini rapuit Philippum*] Rabanus in Glossa ordinaria videtur annotasse diversam lectionem, quasi Spiritus dictus sit irruisse in eunuchum, & rapuerit Philippum, verum hujusmodi nihil reperio vel in Græcis vel in Latinis codicibus.

42 *Inventus est in Azoto*] Quis quærebat illum, ut illic fuerit inventus? *Repertus est*, erat tolerabilius. Est enim sensus, Philippum subito fuisse Azoti. Ea civitas est Palæstinæ, una e quinque civitatibus *Allophylorum*, Hebræis dicta אַשְׁדּוֹד *Aschdod*.

1 *Adhuc spirans*] ἐμπνέων. Forte pro ἔτι mutatum est ἐμ. In aliis habetur utrumque, ἔτι ἐμπνέων, id est, *etiamnum spirans*. Sed unde minarum? Neque enim ut dicimus, *cupit te*, & *cupiens est tui*, ita dicere licet, *vox non sonat hominem*, & *vox non est sonans hominis*, & *sapit vinum*, & *est sapiens vini*. Proinde meo judicio vertendum erat, *spirans minas ac cædem*. Et,

2 In

2 μαθητὰς τῦ Κυρίȣ, προσελθὼν τῷ Ἀρχιερεῖ, Ἠτήσατο παρ᾽ αὐτῦ ἐπιςολὰς εἰς Δαμασκὸν πρὸς τὰς συναγωγὰς, ὅπως ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδῦ ὄντας ἄνδρας τὲ 3 καὶ γυναῖκας, δεδεμένȣς ἀγάγῃ εἰς Ἱερȣσαλήμ. Ἐν δὲ τῷ πορεύεσθαι, ἐγένετο αὐτὸν ἐγγίζειν τῇ Δαμασκῷ, καὶ ἐξαίφνης περιήςραψεν αὐτὸν φῶς ἀπὸ τοῦ 4 οὐρανοῦ, Καὶ πεσὼν ἐπὶ τὴν γῆν, ἤκουσε φωνὴν, λέ5 γουσαν αὐτῷ, Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις; Εἶπε δὲ, Τίς εἶ Κύριε; Ὁ δὲ Κύριος εἶπεν, Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς, ὃν σὺ διώκεις· σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτί6 ζειν. Τρέμων τὲ καὶ θαμβῶν εἶπε, Κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι; Καὶ ὁ Κύριος πρὸς αὐτὸν, Ἀνάςηθι, καὶ εἴσελθε εἰς τὴν πόλιν, καὶ λαληθήσεταί σοι, τί σε δεῖ 7 ποιεῖν. Οἱ δὲ ἄνδρες οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ εἱςήκεισαν ἐννεοὶ, ἀκούοντες μὲν τῆς φωνῆς, μηδένα δὲ θεωροῦν8 τες. Ἠγέρθη δὲ ὁ Σαῦλος ἀπὸ τῆς γῆς· ἀνεῳγμένων τὲ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, οὐδένα ἔβλεπε· χειραγωγῦν9 τες δὲ αὐτὸν, εἰσήγαγον εἰς Δαμασκόν. Καὶ ἦν ἡμέρας τρεῖς μὴ βλέπων, καὶ οὐκ ἔφαγεν, οὐδὲ ἔ10 πιεν. Ἦν δέ τις μαθητὴς ἐν Δαμασκῷ, ὀνόματι Ἀνανίας, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος ἐν ὁράματι, Ἀνα11 νία. Ὁ δὲ εἶπεν, Ἰδοὺ ἐγὼ, Κύριε. Ὁ δὲ Κύριος πρὸς αὐτὸν, Ἀναςὰς πορεύθητι ἐπὶ τὴν ῥύμην τὴν καλουμένην Εὐθεῖαν, καὶ ζήτησον ἐν οἰκίᾳ Ἰούδα Σαῦ12 λον ὀνόματι Ταρσέα· ἰδοὺ γὰρ προσεύχεται. Καὶ εἶδεν ἐν ὁράματι ἄνδρα ὀνόματι Ἀνανίαν εἰσελθόντα, καὶ 13 ἐπιθέντα αὐτῷ χεῖρα, ὅπως ἀναβλέψῃ. Ἀπεκρίθη δὲ Ἀνανίας, Κύριε, ἀκήκοα ἀπὸ πολλῶν περὶ τοῦ ἀνδρὸς τȣ́του, ὅσα κακὰ ἐποίησε τοῖς ἁγίοις σου ἐν Ἱερουσα14 λήμ. Καὶ ὧδε ἔχει ἐξουσίαν παρὰ τῶν Ἀρχιερέων, 15 δῆσαι πάντας τȣ̀ς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομά σου. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος, Πορεύου, ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοι ἐςὶν ȣ̑τος, τȣ̃ βαςάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον 16 ἐθνῶν, καὶ βασιλέων, υἱῶν τε Ἰσραήλ. Ἐγὼ γὰρ ὑποδείξω αὐτῷ, ὅσα δεῖ αὐτὸν ὑπὲρ τȣ̃ ὀνόματός μου 17 παθεῖν. Ἀπῆλθε δὲ Ἀνανίας καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ ἐπιθεὶς ἐπ᾽ αὐτὸν τὰς χεῖρας, εἶπε, Σαȣ̀λ ἀδελφὲ, ὁ Κύριος ἀπέςαλκέ με, ὁ ὀφθείς σοι ἐν τῇ ὁδῷ ᾗ ἤρχου, ὅπως ἀναβλέψῃς, καὶ πλησθῇς Πνεύμα18 τος ἁγίου. Καὶ εὐθέως ἀπέπεσον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτȣ̃ ὡσεὶ λεπίδες, ἀνέβλεψέ τε· καὶ ἀναςὰς ἐβαπτί19 σθη. Καὶ λαβὼν τροφὴν ἐνίσχυσεν. Ἐγένετο δὲ ὁ Σαῦλος μετὰ τῶν ἐν Δαμασκῷ μαθητῶν ἡμέρας τινάς. 20 Καὶ εὐθέως ἐν ταῖς συναγωγαῖς ἐκήρυσσε τὸν Χριςὸν, 21 ὅτι οὗτός ἐςιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Ἐξίςαντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες, καὶ ἔλεγον, Οὐχ οὗτός ἐςιν ὁ πορθήσας ἐν Ἱερουσαλὴμ τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομα τοῦτο; καὶ ὧδε εἰς τοῦτο ἐλήλυθεν, ἵνα δεδεμέ22 νους αὐτοὺς ἀγάγῃ ἐπὶ τοὺς Ἀρχιερεῖς; Σαῦλος δὲ μᾶλλον ἐνεδυναμοῦτο, καὶ συνέχυνε τοὺς Ἰουδαίους, τοὺς κατοικοῦντας ἐν Δαμασκῷ, συμβιβάζων ὅτι ȣ̑τός 23 ἐςιν ὁ Χριςός. Ὡς δὲ ἐπληροῦντο ἡμέραι ἱκαναὶ, συνεβȣ-

2 adversus discipulos Domini, accessit ad principem Sacerdotum, Et petiit ab eo epistolas, quas perferret Damascum ad synagogas, ut si quos invenisset 3 ejus viæ 4 seu viros seu mulieres, vinctos duceret Hierosolymam. Et quum iter faceret, contigit ut appropinquaret Damasco, & subito 5 circumfulguravit eum lux de cœlo, Collapsusque in terram, audivit vocem, dicentem sibi, 6 Saul, Saul, quid me persequeris? Dixit autem, Quis es Domine? Dominus autem dixit, Ego sum Jesus, quem tu persequeris: 7 durum est tibi contra stimulos calcitrare. Is tremens ac stupens dixit, Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eum, Surge, & ingredere civitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi, 8 qui erant ei comites itineris, 9 stabant attoniti, audientes quidem vocem, neminem tamen videntes. Surrexit autem Saulus e terra: apertisque oculis 10 neminem videbat: 11 sed manu ducentes illum, introduxerunt Damascum. Et erat tribus diebus non videns, ac non comedit, neque bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias, & dixit ad illum per visum Dominus, Anania. Et ille ait, Ecce ego, Domine. Et Dominus ad eum, Surge, & vade 12 in vicum qui vocatur Rectus, & quære in domo Judæ Saulum nomine Tarsensem: ecce enim orat. Et vidit per visum virum Ananiam nomine introeuntem, & imponentem sibi manum, ut visum reciperet. Respondit autem Ananias, Domine, audivi ex multis de viro hoc, 13 quanta mala fecerit sanctis tuis Hierosolymæ. 14 Et hoc loco habet potestatem a principibus Sacerdotum, vinciendi omnes qui invocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dominus, Vade, quoniam 15 organum electum est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, ac filiis Israel. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abiit Ananias, & introivit in domum, & imponens ei manus, dixit, 16 Saul frater, Dominus misit me, qui apparuit tibi in via qua veniebas, 17 ut visum recipias, & implearis Spiritu sancto. Et confestim 18 deciderunt ab oculis ejus tanquam squamæ, & visum recepit: & surgens baptizatus est. Quumque cepisset cibum, corroboratus est: fuit autem Saulus cum discipulis, qui erant Damasci, per dies aliquot. Et continuo in synagogis prædicabat Christum, quod is esset Filius Dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, ac dicebant, Nonne hic est 19 qui expugnabat Hierosolymis eos qui invocabant nomen istud? & huc ad hoc venit, 20 ut vinctos illos duceret ad principes Sacerdotum. Saulus autem multo magis invalescebat, 21 & confundebat Judæos qui habitabant Damasci, affirmans quod is esset Christus. Expletis autem

2 *In discipulos Domini*] Apertius erat *adversus discipulos Domini*.

3 *Hujus via viros*] τῆς ὁδȣ̃ ὄντας, id est, *qui ejus essent secta*. Articulus enim pronominis vice fungitur hoc loco. Et pro *via* multi codices habebant *vita*.

4 *Viros ac mulieres*] ἄνδρας τὲ καὶ γυναῖκας, id est, *& viros ac mulieres*, aut *seu viros seu mulieres*.

5 *Circumfulsit*] περιήςραψεν, id est, *circumfulguravit*, si sic liceret loqui. Subitam enim lucem *fulgur* appellat.

6 *Saule Saule*] Σαȣ̀λ Σαȣ̀λ, id est, *Saul Saul*. Cum Lucas alibi *Saulum* vocat ac *Paulum*, hic Hebræam vocem integram reliquit, quod Christus illum Hebraice compellarit, ut & ipse postea testatur. Atque item Ananias, Σαȣ̀λ ἀδελφὲ, id est, *Saul frater*, de quo nonnihil attingemus in Paulinis Epistolis.

7 *Durum est tibi*] In plerisque Græcis codicibus non additur hoc loco, cum mox sequatur *surge*, sed aliquanto inferius, cum narratur hæc res. Neque raro contingit, ut Scriba doctulus aliunde addat aliquid in spatiis, quod post alius indoctior referat in contextum. Certe Chrysostomus hoc loco nullam mentionem facit hujus particulæ. Est autem Ethnicis etiam in proverbio Πρὸς τὸ κέντρον λακτίζειν, id est, *Adversus stimulum calcitrare*. Translatum a bubus aut aliis jumentis quæ stimulo incitantur, ut equi calcaribus. In vetustioribus codicibus ne hæc quidem habebantur, *& tremens ac stupens dixit, Domine quid me vis facere? Et Dominus ad eum*, tantum est, *durum est tibi contra stimulum calcitrare. Ego sum Jesus, quem tu persequeris, surge & ingredere* &c.

8 *Qui concomitabantur cum illo*] οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ, id est, *qui iter faciebant cum illo*, sive *comites itineris*. Interpres nec Latine loquutus est, nec Græco verbo respondit.

9 *Stabant stupefacti*] ἐννεοὶ, Græca vox inde facta est, quod rei novitas hominem reddat attonitum.

10 *Nihil videbat*] ȣ̓δένα ἔβλεπεν, id est, *neminem videbat*. Apparet Interpretem legisse ȣ̓δὲν ἔβλεπεν.

11 *Ad manus autem illum trahentes*] χειραγωγȣ̃ντες δὲ αὐτὸν, id est, *manu ducentes illum*. Quorsum enim opus erat trahentibus, cum sponte iret? Atque ita vertit ipse paulo post, *Ad manum autem deductus a comitibus*.

12 *In vicum qui vocatur Rectus*] ἐπὶ τὴν ῥύμην. *Vicus* hoc loco non est *pagus* aut *oppidulum*, ne quis in hoc erret, nam id est Græcis κώμη, sed pars urbis. Civitas enim distinguitur in vicos, vici in vias, viæ in domos.

13 *Quanta mala fecerit sanctis*] ὅσα, id est, *quot*, sive *quæcunque*. Item paulo post, *quanta oporteat illum pro nomine meo pati*.

14 *Et hic habet*] *Hic* hoc loco adverbium est, non pronomen ὧδε, id est, *In hac civitate*.

15 *Vas electionis*] σκεῦος. Ego maluissem *organum electum*. Quanquam *vasa* Veteribus omnis dicebatur supellex.

16 *Saule frater*] Σαȣ̀λ ἀδελφὲ, id est, *Saul frater*, quod consentaneum sit Hebraice fuisse loquutum Ananiam.

17 *Ut videas*] ὡς ἀναβλέψῃς, id est, *ut visum recipias*. Sic enim idem verbum paulo ante traduxerat.

18 *Ceciderunt ab oculis ejus*] ἀπέπεσον, *deciderunt*.

19 *Qui expugnabat*] Græce militari est usus verbo, πορθεῖν enim Græcis est *urbem exscindere* ac *depopulari*.

20 *Ut vinctos illos duceret*] ὡς ἀγάγῃ, id est, *ducat* sive *pertrahat*, id quod mavult Valla.

21 *Et confundebat*] Non est hic *pudefaciebat*, ut alias solet uti, sed συνέχυνε, hoc est, *commovebat* ac *perturbabat*, *confirmans Jesum esse Christum*.

24 ἐβουλεύσαντο οἱ Ἰουδαῖοι ἀνελεῖν αὐτόν. Ἐγνώσθη δὲ τῷ Σαύλῳ ἡ ἐπιβουλὴ αὐτῶν· παρετήρουν τε τὰς πύλας ἡμέρας τὲ καὶ νυκτὸς, ὅπως αὐτὸν ἀνέλωσι. 25 Λαβόντες δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ νυκτὸς, καθῆκαν διὰ τοῦ τείχους, χαλάσαντες ἐν σπυρίδι. 26 Παραγενόμενος δὲ ὁ Σαῦλος ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἐπειρᾶτο κολλᾶσθαι τοῖς μαθηταῖς, καὶ πάντες ἐφοβοῦντο αὐτὸν, μὴ πιστεύοντες, ὅτι ἐστὶ μαθητής. 27 Βαρνάβας δὲ ἐπιλαβόμενος αὐτὸν, ἤγαγε πρὸς τοὺς Ἀποστόλους, καὶ διηγήσατο αὐτοῖς, πῶς ἐν τῇ ὁδῷ εἶδε τὸν Κύριον, καὶ ὅτι ἐλάλησεν αὐτῷ, καὶ πῶς ἐν Δαμασκῷ ἐπαῤῥησιάσατο ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ. 28 Καὶ ἦν μετ' αὐτῶν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ παῤῥησιαζόμενος ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. 29 Ἐλάλει τὲ καὶ συνεζήτει πρὸς τοὺς Ἑλληνιστάς· οἱ δὲ ἐπεχείρουν αὐτὸν ἀνελεῖν. 30 Ἐπιγνόντες δὲ οἱ ἀδελφοὶ, κατήγαγον αὐτὸν εἰς Καισάρειαν, καὶ ἐξαπέστειλαν αὐτὸν εἰς Ταρσόν. 31 Αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας καὶ Γαλιλαίας καὶ Σαμαρείας εἶχον εἰρήνην, οἰκοδομούμεναι καὶ πορευόμεναι τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου, καὶ τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπληθύνοντο. 32 Ἐγένετο δὲ, Πέτρον διερχόμενον διὰ πάντων, κατελθεῖν καὶ πρὸς τοὺς ἁγίους, τοὺς κατοικοῦντας Λύδδαν. 33 Εὗρε δὲ ἐκεῖ ἄνθρωπόν τινα Αἰνείαν ὀνόματι, ἐξ ἐτῶν ὀκτὼ κατακείμενον ἐπὶ κραββάτῳ, 34 ὃς ἦν παραλελυμένος. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Πέτρος, Αἰνεία, ἰᾶταί σε ὁ Ἰησοῦς Χριστός· ἀνάστηθι, καὶ στρῶσον σεαυτῷ. 35 Καὶ εὐθέως ἀνέστη. Καὶ εἶδον αὐτὸν πάντες οἱ κατοικοῦντες Λύδδαν καὶ τὸν Ἀσσάρωνα, οἵτινες ἐπέστρεψαν ἐπὶ τὸν Κύριον. 36 Ἐν Ἰόππῃ δέ τις ἦν μαθήτρια ὀνόματι Ταβιθὰ, ἡ διερμηνευομένη λέγεται Δορκάς· αὕτη ἦν πλήρης ἀγαθῶν ἔργων καὶ ἐλεημοσυνῶν, ὧν ἐποίει. 37 Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἀσθενήσασαν αὐτὴν ἀποθανεῖν. Λούσαντες δὲ αὐτὴν, ἔθηκαν ἐν ὑπερῴῳ. 38 Ἐγγὺς δὲ οὔσης Λύδδης τῇ Ἰόππῃ, οἱ μαθηταὶ ἀκούσαντες, ὅτι Πέτρος ἐστὶν ἐν αὐτῇ, ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν, παρακαλοῦντες, μὴ ὀκνῆσαι διελθεῖν ἕως αὐτῶν. 39 Ἀναστὰς δὲ Πέτρος, συνῆλθεν αὐτοῖς· ὃν παραγενόμενον ἀνήγαγον εἰς τὸ ὑπερῷον, καὶ παρέστησαν αὐτῷ πᾶσαι αἱ χῆραι κλαίουσαι, καὶ ἐπιδεικνύμεναι χιτῶνας καὶ ἱμάτια, 40 ὅσα ἐποίει μετ' αὐτῶν οὖσα ἡ Δορκάς. Ἐκβαλὼν δὲ ἔξω πάντας ὁ Πέτρος, θεὶς τὰ γόνατα προσηύξατο· καὶ ἐπιστρέψας πρὸς τὸ σῶμα, εἶπε, Ταβιθὰ, ἀνάστηθι. Ἡ δὲ ἤνοιξε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς, 41 καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον, ἀνεκάθισε. Δοὺς δὲ αὐτῇ χεῖρα, ἀνέστησεν αὐτήν· φωνήσας δὲ τοὺς ἁγίους καὶ τὰς χήρας, 42 παρέστησεν αὐτὴν ζῶσαν. Γνωστὸν δὲ ἐγένετο καθ' ὅλης

τῆς

autem diebus compluribus, 22 inierunt inter se Judæi consilium, ut illum occiderent. Sed intellectæ 24 sunt Saulo insidiæ eorum: adservabantque portas die ac nocte, ut eum interficerent. Accipientes autem 25 eum discipuli nocte, per murum demiserunt, 23 submittentes in sporta. Quum autem Saulus venisset Hierosolymam, 26 tentabat se jungere discipulis, & omnes timebant eum, non credentes, quod esset discipulus. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad Apostolos, 27 ac narravit illis, quomodo in via vidisset Dominum, & quod loquutus esset ei, & quomodo in Damasco fortiter egisset in nomine Jesu. Et erat cum 28 illis 24 intrans & exiens Hierosolymis, 25 cum fiducia loquens in nomine Domini Jesu. Loquebaturque 29 26 & disputabat adversus Græcos: illi vero 27 quærebant occidere eum. Quod quum cognovissent 30 fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & emiserunt Tarsum. 28 Igitur ecclesiæ quidem per totam Judæam 31 & Galilæam & Samariam habebant pacem, & ædificabantur versantes in timore Domini, & consolatione sancti Spiritus multiplicabantur. Factum 32 est autem, ut Petrus 29 dum peragraret per omnes, deveniret etiam ad sanctos, qui habitabant Lyddæ. Reperit autem ibi hominem quemdam nomine Æneam, 33 annis jam octo decumbentem in grabbato, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus, Ænea, 30 sanet 34 te Jesus Christus: surge, & sterne tibi ipsi. Et continuo surrexit. Et viderunt eum omnes qui habitabant 35 31 Lyddæ & Assarone, qui conversi sunt ad Dominum. Joppæ autem fuit quædam discipula 36 32 nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas: hæc erat plena operibus bonis & eleemosynis, quas præstabat. Factum est autem in diebus illis, ut 37 infirmata moreretur. 33 Quam quum lavissent, posuerunt in cœnaculo. Quum autem vicina esset Lydda 38 Joppæ, ac discipuli audissent, quod Petrus esset in ea, 34 miserunt ad eum, rogantes, 35 ne gravaretur venire usque ad se. Exsurgens autem Petrus venit 39 cum illis: & quum advenisset, duxerunt illum in cœnaculum, & circumsteterunt illum omnes viduæ flentes, & ostendentes tunicas vestesque, 36 quas faciebat quum esset cum ipsis Dorcas. Ejectis 40 autem omnibus foras, Petrus positis genibus oravit, & conversus ad corpus, dixit, Tabitha, surge. At illa aperuit oculos suos, visoque Petro resedit. Data 41 autem illi manu, erexit eam: & quum vocasset sanctos ac viduas, exhibuit eam vivam. Id autem innotuit 42 per totam Joppen, 37 & crediderunt multi in

Do-

22 *Consilium fecerunt in unum*] *In unum* non reperio in libris Græcorum, quos ego sane viderim, tantum est συνεβουλεύσαντο. Nisi forte voluit exprimere vim præpositionis σύν.

23 *Submittentes in sporta*] χαλάσαντες. Quod est *funibus ex alto pensilem demittere*, ut alias indicavimus.

24 *Intrans & exiens*] In Græcis exemplaribus tantum reperio εἰσπορευόμενος *intrans*, ἐκπορευόμενος non invenio. Quanquam *ingrediens & egrediens* Hebraica figura dictum est pro *versans*, quomodo Latini dicunt *domi ac foris*. Itaque ex Commentariis, qui Chrysostomi titulo leguntur, adjeci καὶ ἐκπορευόμενος, quanquam hoc ad sensum minimum habet momenti, arbitror autem alteram lectionem esse germanam.

25 *Fiducialiter agens*] παῤῥησιαζόμενος, id est, *libere* sive *cum fiducia loquens* aut *agens*, sed magis ad sermonem pertinet, unde & Græca dictio composita est.

26 *Et disputabat cum Gracis*] συνεζήτει πρὸς τοὺς Ἑλληνιστὰς, *disputabat adversus Gracos*. Rursus usus est verbo *Hellenista*, significat enim Judæos ibi natos. Nondum autem erat tempus disputandi cum gentibus. Cæterum illud quod præcessit, *cum gentibus*, in Græcis codicibus non invenio, ne in Latinis quidem vetustioribus. Et mox,

27 *Quarebant eum occidere*] Græcis est ἐπεχείρουν, id est, *conabantur*, sive *aggrediebantur*.

28 *Ecclesia quidem*] Αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι, id est, *Igitur ecclesia quidem*, numero plurativo, quod tum omnes congregationes Christianorum dispersæ dicerentur *Ecclesia*, quæ tamen omnes in unam recidunt *Ecclesiam*.

29 *Dum transiret universos*] Quidam addunt hoc loco *fines*, sed perperam, quandoquidem de hominibus sentit Lucas, non de locis.

30 *Sanet te Dominus*] ἰᾶται. Poterat accipi & *sanat*, indicandi modo, non imperandi.

31 *Lydda & Assarona*] Λύδδαν καὶ τὸν Ἀσσάρωνα. Haud scio an hæc sit quam in Hebraicis nominibus corrupte legimus *Accaron*, quam eamdem quidam putarunt esse *Turrim Stratonis*, postea *Casaream* nominatam. Vero proximum est, hanc esse regionem, quam Hieronymus in nominibus locorum appellat *Saronas*, id Hebræis sonat *campestrem regionem*. Est autem a Cæsarea Palæstinæ pertingens usque ad oppidum Joppe. Testatur sua etiamnum ætate illic agrum fuisse pascendis gregibus aptum. Porro Joppe non longe aberat a Lydde. Quanquam est & altera ejusdem nominis regio inter montem Thabor & stagnum Tiberiadis, cujus meminit Esaias, *In paludes versus est Saron*. Verum priorem fuisse eam, de qua hic sentit Lucas, indicat Hieronymus.

32 *Nomine Tabitha*] Hoc certe loco *Tabitha* non potest esse verbum. Joannes Capnion *Thabiam* legendum esse putat, vocem enim Assyriam esse, quæ illis *Capream* significat. Certe qui litteras callent Hebraicas, fatentur hoc puellæ vocabulum nonnihil habere cognationis cum verbo *videndi*, quod illis dicitur נבט. Et Græcis item δορκὰς, *caprea*, a δέρκομαι, *video*, deducta est, quod id animal acri oculorum acie putetur esse. Unde & qui sunt perspicacibus oculis ὀξυδερκεῖς vocantur. Cæterum Laurentius maluit ab Interprete Latinam vocem fuisse redditam, nempe *capream*. Nam Lucas *Dorcadem* interpretatur, sed Græce scribens.

33 *Quam cum lavissent*] Glossa ordinaria submonet in quibusdam codicibus scriptum fuisse *lavissent unguentis*. Sed more Veterum primum lavabant corpus, deinde ungebant. Quanquam probabile non est, hic tantum sumptus fuisse factum in Dorcade.

34 *Miserunt duos viros*] In plerisque Græcis codicibus tantum est ἀπέστειλαν, id est, *emiserunt*. In uno reperi δύο ἄνδρας adscriptum, sed in spatio marginali.

35 *Ne pigriteris*] Sine causa mutavit personam, μὴ ὀκνῆσαι διελθεῖν ἕως αὐτῶν, id est, *ne pigritaretur*, sive *ne gravaretur pertransire usque ad sese*, sive *ad ipsos*.

36 *Quas faciebat illis Dorcas*] ὅσα ἐποίει μετ' αὐτῶν οὖσα ἡ Δορκὰς, id est, *quas faciebat secum vivens Dorcas*, sive *quas faciebat dum cum ipsis esset Dorcas*.

37 *Et multi crediderunt Domino*] ἐπὶ τὸν Κύριον, id est, *in Dominum*. Unde apparet Interpreti nihil retulisse, utrum dicas *credere Domino*, an *credere in Dominum*.

38 *Apud*

43 τῆς Ἰόππης, καὶ πολλοὶ ἐπίστευσαν ἐπὶ τὸν Κύριον. Ἐγένετο δὲ ἡμέρας ἱκανὰς μεῖναι αὐτὸν ἐν Ἰόππῃ παρά τι-
X. 1 νι Σίμωνι βυρσεῖ. Ἀνὴρ δέ τις ἦν ἐν Καισαρείᾳ, ὀνόματος Κορνήλιος, ἑκατοντάρχης ἐκ σπείρης τῆς καλουμένης Ἰτα-
2 λικῆς, Εὐσεβὴς καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ποιῶν τε ἐλεημοσύνας πολλὰς τῷ λαῷ, καὶ
3 δεόμενος τοῦ Θεοῦ διὰ παντός. Εἶδεν ἐν ὁράματι φανερῶς, ὡσεὶ ὥραν ἐννάτην τῆς ἡμέρας, Ἄγγελον τοῦ Θεοῦ εἰσελθόντα πρὸς αὐτὸν, καὶ εἰπόντα αὐτῷ, Κορνήλιε.
4 Ὁ δὲ ἀτενίσας αὐτῷ, καὶ ἔμφοβος γενόμενος, εἶπε, Τί ἐστι Κύριε; Εἶπε δὲ αὐτῷ, Αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.
5 Καὶ νῦν πέμψον εἰς Ἰόππην ἄνδρας, καὶ μετάπεμψαι
6 Σίμωνα τὸν ἐπικαλούμενον Πέτρον. Οὗτος ξενίζεται παρά τινι Σίμωνι βυρσεῖ, ᾧ ἐστιν οἰκία παρὰ θάλασσαν· οὗ-
7 τος λαλήσει σοι, τί σε δεῖ ποιεῖν. Ὡς δὲ ἀπῆλθεν ὁ Ἄγγελος ὁ λαλῶν τῷ Κορνηλίῳ, φωνήσας δύο τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ, καὶ στρατιώτην εὐσεβῆ τῶν προσκαρτερούν-
8 των αὐτῷ, Καὶ ἐξηγησάμενος αὐτοῖς ἅπαντα, ἀπέ-
9 στειλεν αὐτοὺς εἰς τὴν Ἰόππην. Τῇ δὲ ἐπαύριον ὁδοιπορούντων ἐκείνων καὶ τῇ πόλει ἐγγιζόντων, ἀνέβη Πέτρος
10 ἐπὶ τὸ δῶμα προσεύξασθαι, περὶ ὥραν ἕκτην. Ἐγένετο δὲ πρόσπεινος, καὶ ἤθελε γεύσασθαι· παρασκευα-
11 ζόντων δὲ ἐκείνων, ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις. Καὶ θεωρεῖ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ καταβαῖνον ἐπ' αὐτὸν σκεῦός τι ὡς ὀθόνην μεγάλην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς
12 δεδεμένον, καὶ καθιέμενον ἐπὶ τῆς γῆς, Ἐν ᾧ ὑπῆρχε πάντα τὰ τετράποδα τῆς γῆς, καὶ τὰ θηρία,
13 καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ ἐγένετο φωνὴ πρὸς αὐτὸν, Ἀναστὰς Πέτρε, θῦσον καὶ
14 φάγε. Ὁ δὲ Πέτρος εἶπε, Μηδαμῶς Κύριε, ὅτι οὐδέ-
15 ποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον. Καὶ φωνὴ πάλιν ἐκ δευτέρου πρὸς αὐτὸν, Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ
16 μὴ κοίνου. Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρίς· καὶ πάλιν ἀνελήφ-
17 θη τὸ σκεῦος εἰς τὸν οὐρανόν. Ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ διηπόρει ὁ Πέτρος, τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα ὃ εἶδε, καὶ ἰδοὺ οἱ ἄνδρες οἱ ἀπεσταλμένοι ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου, διερωτήσαντες τὴν οἰκίαν
18 Σίμωνος, ἐπέστησαν ἐπὶ τὸν πυλῶνα. Καὶ φωνήσαντες ἐπυνθάνοντο, εἰ Σίμων ὁ ἐπικαλούμενος Πέτρος ἐνθάδε ξε-
19 νίζεται. Τοῦ δὲ Πέτρου ἐνθυμουμένου περὶ τοῦ ὁράματος, εἶπεν αὐτῷ τὸ Πνεῦμα, Ἰδοὺ ἄνδρες ζητοῦσί σε.
20 Ἀλλὰ ἀναστὰς κατάβηθι, καὶ πορεύου σὺν αὐτοῖς, μη-
21 δὲν διακρινόμενος, διότι ἐγὼ ἀπέσταλκα αὐτούς. Καταβὰς δὲ Πέτρος πρὸς τοὺς ἄνδρας, τοὺς ἀπεσταλμένους ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου πρὸς αὐτὸν, εἶπεν, Ἰδοὺ ἐγώ εἰμι ὃν ζητεῖτε·
22 τίς ἡ αἰτία δι' ἣν πάρεστε; Οἱ δὲ εἶπον, Κορνήλιος ἑκατοντάρχης, ἀνὴρ δίκαιος καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν, μαρτυρούμενός τε ὑπὸ ὅλου τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων, ἐχρηματίσθη

Dominum. Factum est autem ut dies multos maneret Joppæ 38 apud Simonem quemdam coriarium. Vir autem quidam erat Cæsareæ, nomine Cornelius, 1 centurio ex cohorte quæ dicitur Italica, Religiosus ac timens Deum cum tota domo sua, præstans eleemosynas multas plebi, deprecansque Deum semper. Is vidit per visum manifeste, ferme hora diei nona, Angelum Dei introeuntem ad se, dicentemque sibi, Corneli. At ille intuens eum, ac timore correptus, dixit, 2 Quid est Domine? Dixit autem illi, Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ adscenderunt in memoriam coram Deo. Et nunc mitte viros Joppen, & accerse Simonem qui cognominatur Petrus. Hic diversatur apud Simonem quemdam coriarium, cui est domus juxta mare: 3 hic dicet tibi, quid te oporteat facere. Et quum discessisset Angelus qui loquequebatur illi, vocavit 4 duos famulos suos, 5 & militem religiosum ex his 6 qui sibi adhærebant, Quibus quum narrasset omnia, misit illos Joppen. Postridie vero facientibus illis iter & appropinquantibus civitati, adscendit Petrus 7 in superiora domus, ut oraret, circa horam sextam. Et quum esuriret, voluit gustare cibum. Parantibus autem illis, irruit super eum mentis excessus. 8 Et videt cœlum apertum, ac descendens ad se 9 vas quoddam velut linteum magnum, 10 quatuor initiis alligatum, summitti e cœlo in terram, In quo erant omnia 11 quadrupedia terræ, bestiæque, & reptilia, & volatilia cœli. Et facta est vox ad eum, Surge Petre, 12 macta & vescere. Ait autem Petrus, 13 Nequaquam Domine, quia nunquam edi quicquam commune vel immundum. Et vox 14 rursus iterum ad eum, Quæ Deus purificavit, 15 tu communia ne dixeris. Hoc autem factum est 16 tertio: 17 & rursum receptum est vas in cœlum. Et dum apud sese hæsitaret Petrus, quænam esset visio quam vidisset, ecce viri qui missi erant a Cornelio, percontati de domo Simonis, adstiterunt ad januam. Et evocato quopiam interrogabant, an Simon, qui cognominaretur Petrus, illic haberet hospitium. Petro vero cogitante de visione, dixit Spiritus ei, Ecce viri quærunt te. Surge itaque & descende, & vade cum eis, nihil hæsitans, propterea quod ego misi illos. 18 Descendens autem Petrus ad viros, qui missi erant a Cornelio ad ipsum, dixit, Ecce ego sum ille quem quæritis: quæ causa est propter quam venistis? Qui dixerunt, Cornelius centurio, vir justus ac timens Deum, & testimonium habens ab universa gente Judæorum, oraculo admonitus

38 *Apud Simonem coriarium*] βυρσεῖ. Quod opificium non solum plebejum, verum & sordidum habetur. O quantus hospes, & Apostolici culminis princeps apud cujusmodi diversatur hospitem? Nunc in immensum creverunt opes Ecclesiæ. Gratulandum est felicitati, si modo vere sita est in hoc Ecclesiæ felicitas, & si felicitati respondet pietas.

1 *Centurio cohortis*] Minus ambiguum erat *ex cohorte*. Neque enim is erat princeps totius cohortis, quæ circiter mille milites continet, sed unus ex ea cohorte. Atque ita est Græce, ἐκ σπείρης. *Spiram* autem Chrysostomus, aut quisquis is fuit, interpretatur νούμερον, & hic Latine loquens.

2 *Quis es Domine*] Τί ἐστι Κύριε, id est, *Quid est Domine*, hoc est, *Quid rei est*. Atque ita legendum arguit ipsa etiam Angeli responsio, *Orationes tuæ* &c.

3 *Hic tibi dicet quid te oporteat facere*] Hoc non habebatur in Editione Hispaniensi, & videtur adscriptum ex capite quod proxime præcessit, & in hoc ipso mox repetitur inferius.

4 *Duos domesticos*] δύο τῶν οἰκετῶν, id est, *duos famulorum*.

5 *Et militem timentem Dominum*] στρατιώτην εὐσεβῆ, id est, *militem pium*. Quid hic opus erat periphrasi? Cæterum ne Lector offenderetur, quod Cornelius ad pietatis negotium uteretur milite, addidit *pium*.

6 *Qui illi parebant*] τῶν προσκαρτερούντων αὐτῷ, id est, *qui illi assistebant*, sive, ut alibi vertit, *inserviebant*. Parebant & cæteri milites, verum hi semper aderant ministerii gratia.

7 *In superiora*] ἐπὶ τὸ δῶμα. Quod in Evangeliis vertit *tectum*. Apparet enim Petrum conscendisse tectum, in quo soliti sunt inambulare quidam, ut oraret sub dio, ceu vicinior Deo, tum etiam semotior ab hominum strepitu.

8 *Et vidit*] Καὶ θεωρεῖ, id est, *Et videt*, præsentis temporis.

9 *Vas quoddam velut linteum*] Hieronymus in Esaiam citat, *vas quoddam linteum*, nec id uno sane loco, ut accipiamus ipsum linteum fuisse vas, atque ita mox appellat absque ὡς.

10 *Quatuor initiis summitti*] Græci legunt, *quatuor initiis alligatum ac demissum e cœlo*, τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον καὶ καθιέμενον.

11 *Quadrupedia* &c.] Græce sic habet, τετράποδα τῆς γῆς, καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ ἑρπετὰ, id est, *quadrupedia terræ, & bestiæ, & reptilia*. Porro θηρίον Græcis proprie *noxiam bestiam* significat, veluti viperam aut lupum.

12 *Occide & manduca*] θῦσον καὶ φάγε, id est, *sacrifica*, sive *macta*, *& ede*.

13 *Absit Domine*] Μηδαμῶς, id est, *Nequaquam*.

14 *Iterum secundo*] πάλιν ἐκ δευτέρου, *rursus iterum*.

15 *Tu commune ne dixeris*] *Communia* vertendum erat. Quanquam Græce verbum est μὴ κοίνου, id est, *ne communica*, hoc est, *ne feceris communia*. Sic enim Hebræi vocant impura & nefasta.

16 *Per ter*] ἐπὶ τρίς, id est, *ad ter*, quanquam satis erat dicere *ter*. Novum sermonis decus commentus est Interpres. Quidam hunc locum sic defendit a solœcismo, quod Interpres reddidit Græcam formam. At dicendum erat *ad ter*. Et Latini dicunt *ad calendas Januarias* pro *circiter*. Quanquam reddere figuram Græcam Latine frequenter est σολοικίζειν. Atqui ex hoc solœcismo natus est, opinor, Apologus, qui vulgo fertur non infestivus. Sacerdos quispiam rusticanæ plebis rusticior pastor, cum primum esset baptizaturus infantem, ac in libro unde solennia verba pronunciabat, minio adscriptum offenderet, *Salta per ter*, quibus verbis Librarius admonebat, tres retro paginas esse revolvendas, mox jussit, ut æditıuus adduceret hastile, quo crux imposita circumfertur. Eo accepto, *Bene sit*, inquit, *antehac nunquam idem expertus sum, sed ita res postulat*, & hastili innixus, apsidem saxeam ter transiliit, atque ita recepto codice reliqua peregit.

17 *Et statim receptum est*] καὶ πάλιν ἀνελήφθη id est, *& rursus receptum est*, nimirum quod inde venisset.

18 *Descendens autem Petrus ad viros*] Post hæc verba in nonnullis Græcorum exemplaribus additum erat, τοὺς ἀπεσταλμένους ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου πρὸς αὐτὸν, id est, *qui missi fuerant a Cornelio ad se*.

τίσθη ὑπὸ Ἀγγέλου ἁγίου, μεταπέμψασθαί σε εἰς τὸν οἶκον αὐτῦ, καὶ ἀκῦσαι ῥήματα παρὰ σοῦ. 23 Εἰσκαλεσάμενος οὖν αὐτὺς ἐξένισε. Τῇ δὲ ἐπαύριον ὁ Πέτρος ἐξῆλθε σὺν αὐτοῖς, καί τινες τῶν ἀδελφῶν τῶν ἀπὸ τῆς Ἰόππης συνῆλθον αὐτῷ. 24 Καὶ τῇ ἐπαύριον εἰσῆλθον εἰς τὴν Καισάρειαν· ὁ δὲ Κορνήλιος ἦν προσδοκῶν αὐτὺς, συγκαλεσάμενος τὺς συγγενεῖς αὐτῦ καὶ τὺς ἀναγκαίυς φίλυς. 25 Ὡς δὲ ἐγένετο εἰσελθεῖν τὸν Πέτρον, συναντήσας αὐτῷ ὁ Κορνήλιος, πεσὼν ἐπὶ τὺς πόδας, προσεκύνησεν. 26 Ὁ δὲ Πέτρος αὐτὸν ἤγειρε, λέγων, Ἀνάστηθι, κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπός εἰμι. 27 Καὶ συνομιλῶν αὐτῷ, εἰσῆλθε, καὶ εὑρίσκει συνεληλυθότας πολλὺς, 28 Ἔφη τε πρὸς αὐτὺς, Ὑμεῖς ἐπίστασθε, ὡς ἀθέμιτόν ἐστιν ἀνδρὶ Ἰουδαίῳ κολλᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ· καὶ ἐμοὶ ὁ Θεὸς ἔδειξε, μηδένα κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον, 29 Διὸ καὶ ἀναντιῤῥήτως ἦλθον μεταπεμφθείς. Πυνθάνομαι ὖν, τίνι λόγῳ μετεπέμψασθέ με; 30 Καὶ ὁ Κορνήλιος ἔφη, Ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας μέχρι ταύτης τῆς ὥρας ἤμην νηστεύων, καὶ τὴν ἐννάτην ὥραν προσευχόμενος ἐν τῷ οἴκῳ μου, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἔστη ἐνώπιόν μου ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, 31 Καί φησι, Κορνήλιε, εἰσηκύσθη σου ἡ προσευχὴ, καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἐμνήσθησαν ἐνώπιον τῦ Θεῦ. 32 Πέμψον ὖν εἰς Ἰόππην, καὶ μετακάλεσαι Σίμωνα, ὃς ἐπικαλεῖται Πέτρος, ὗτος ξενίζεται ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος βυρσέως παρὰ θάλασσαν, ὃς παραγενόμενος λαλήσει σοι. 33 Ἐξ αὐτῆς ὖν ἔπεμψα πρός σε, σύ τε καλῶς ἐποίησας παραγενόμενος. Νῦν οὖν πάντες ἡμεῖς ἐνώπιον τῦ Θεῦ πάρεσμεν, ἀκῦσαι πάντα τὰ προστεταγμένα σοι ὑπὸ τῦ Θεῦ. 34 Ἀνοίξας δὲ Πέτρος τὸ στόμα, εἶπεν, Ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι, ὅτι ὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, 35 Ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβύμενος αὐτὸν, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστι. 36 Τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησῦ Χριστῦ, ὗτός ἐστι πάντων Κύριος. 37 Ὑμεῖς οἴδατε τὸ γενόμενον ῥῆμα καθ' ὅλης τῆς Ἰυδαίας, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, μετὰ τὸ βάπτισμα ὃ ἐκήρυξεν Ἰωάννης, 38 Ἰησῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲθ, ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς Πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει, ὃς διῆλθεν εὐεργετῶν

A tus est ab Angelo sancto, [19] ut accerseret te in domum suam, & audiret verba abs te. 23 [20] Introvocatos igitur eos recepit hospitio. Sequenti vero die Petrus profectus est cum illis, & quidam ex fratribus Joppensibus comitati sunt eum. 24 Postridie vero introierunt Cæsaream: porro Cornelius exspectabat illos, convocatis cognatis suis ac necessariis amicis. 25 Ut autem factum est ut introiret Petrus, obviam progressus ei Cornelius, ac procidens ad pedes, adoravit eum. 26 Petrus vero erexit eum, dicens, Surge, & ego ipse homo sum. 27 Et colloquens cum illo, intravit, & offendit multos qui convenerant, 28 Dixitque ad illos, B Vos scitis, [21] non esse fas viro Judæo [22] conjungi aut accedere ad alienigenam: sed mihi ostendit Deus, ne quem communem aut immundum dicerem hominem, 29 Quapropter & [23] incunctanter veni accersitus. Interrogo ergo quam ob causam accersistis me? 30 Et Cornelius ait, [24] Die abhinc quarto usque ad hanc horam sedebam jejunus, & hora nona precabar in domo mea, & ecce vir stetit ante me [25] in veste splendida, 31 Et ait, Corneli, exaudita est deprecatio tua, & [26] eleemosynæ tuæ in memoria habitæ sunt coram Deo. 32 Mitte ergo qui eant Joppen, & accerse Simonem, qui cognominatur Petrus, hic diversatur in ædibus [27] Simonis coriarii juxta mare, qui simul atque venerit loquetur tibi. C 33 Confestim ergo misi ad te, & tu bene fecisti qui adveneris. Nunc ergo omnes nos, [28] teste Deo, [29] adsumus, ut audiamus omnia quæcunque tibi præcepta sunt a Deo. 34 Aperiens autem Petrus os, dixit, Re ipsa comperio, quod non sit personarum respectus apud Deum, 35 [30] Sed in quavis gente qui timet ipsum, & operatur justitiam, is acceptus est illi. 36 [31] Sermonem quem misit Deus filiis Israel, annuncians pacem per Jesum Christum, hic est omnium Dominus. 37 Ipsi nostis, de quo sermone fama divulgatum fuit in tota Judæa, [32] rumore primum orto a Galilæa, post baptisma quod prædicabat Joannes, D 38 [33] Ut Jesum Nazarenum unxerit Deus Spiritu sancto & virtute, qui obambulavit benefaciendo

19 *Accersire te*] Rursum vertit figuram Græcam. Latine dixisset, *ut accerseret te.*

20 *Introducens ergo*] Εἰσκαλεσάμενος, id est, *Introvocatos* sive *Invitatos.*

21 *Quomodo abominatum est*] ὡς ἀθέμιτόν ἐστιν, id est, *ut nefas est.* Nam parum erat civile, ut Petrus apud Ethnicum dicat, abominandum esse cum eo colloqui. Verum ait ex consuetudine suæ gentis sibi non esse fas cum illo congredi. Et mox,

22 *Conjungi*] Græcis est κολλᾶσθαι, *adhærere*, sive *adglutinari.*

23 *Sine dubitatione*] ἀναντιῤῥήτως, id est, *citra contradictionem*, sive *incunctanter.*

24 *Nudius quarto die* &c.] Ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας μέχρι ταύτης τῆς ὥρας ἤμην νηστεύων, καὶ τὴν ἐννάτην ὥραν προσευχόμενος, id est, *Quarto abhinc die usque ad hanc horam sedebam jejunans, & hora nona orans.* Ex verbis Interpretis apparet Cornelium jejunasse & orasse totum quatriduum. Sentit autem se jejunasse & orasse die quodam, qui quartus esset ab eo quo colloquebantur cum Petro. Siquidem *usque ad hanc horam* dixit, pro usque ad hoc tempus, & pro ἤμην, *sedebam*, nonnulli legunt ἦμαν, *eram*, prima vocali attenuata.

25 *In veste candida*] λαμπρᾷ, id est, *splendida.*

26 *Eleemosyna tua commemorata sunt*] ἐμνήσθησαν, id est, *in memoria habita sunt*; nam memoratur quod narratur.

27 *Simonis coriarii juxta mare*] Sub hæc addunt Græci codices, quod in nostris omnino non habetur, ὃς παραγενόμενος λαλήσει σοι, id est, *qui adveniens loquetur tibi.*

28 *In conspectu tuo*] Græci legunt *in conspectu Dei*, ἐνώπιον τῦ Θεῦ. Est autem sermo confirmantis animi simplicitatem, cujus Deum facit testem. Annotat hic nonnihil & Glossa ordinaria.

29 *Adsumus audire*] Græcanici sermonis formam reddidit, πάρεσμεν ἀκῦσαι, pro eo quod est, *adsumus ut audiamus*, sive *ad audiendum.*

30 *Sed in omni gente*] ἐν παντὶ ἔθνει, id est, *in quavis gente.*

31 *Verbum misit filiis*] Τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλεν, id est, *Verbum quod misit.* Offensus Lector oratione non absoluta sustulit *quod.* Aut enim anapodotos est oratio, aut accusativo abusus est loco nominativi, hoc est, *verbum quod misit filiis Israel.* Aut, quod mihi maxime probatur, accusativus hic λόγον referendus est ad verbum, quod sequitur, οἴδατε, id est, *scitis.* Deinde quia intercessit hyperbaton, & item parenthesis, quod ante dixerat λόγον, alia voce repetiit ῥῆμα, ut legamus ad hunc modum, *Verbum quod misit filiis Israel, annuncians pacem per Jesum Christum:* deinde per parenthesim interjiciatur, (*hic est omnium Dominus*) moxque sequatur, *Ipsi nostis, verbum, inquam, quod factum est per omnem Judæam.*

32 *Incipiens enim*] *Enim* adjecit aliquis de suo, cum non sit in Græcis exemplaribus. Et *incipiens*, ἀρξάμενον, hoc loco neutri generis est, ut referatur ad *verbum.* Porro *verbum* hoc loco nihil aliud dicit, quam rem populari sermone jactatam. Eum rumorem ait ortum ex Galilæa post baptisma Joannis. Deinde ponit argumentum rumoris, videlicet de Jesu Nazareno.

33 *Quomodo unxit eum*] Quidam codices habebant, ὡς ἔχρισεν αὐτὸν, id est, *quomodo unxerit eum.* Quidam ὃν ἔχρισεν αὐτὸν, id est, *quem unxit eum.* Cæterum illud pronomen *eum* omittendum erat Interpreti, quod ex idiomate sit sermonis Hebræi. Incertum Petrus hæc Hebraice dixerit an Græce. Tamen etiam cum Græce scribunt Apostoli, multum referunt ex proprietate suæ linguæ. Quemadmodum & hodie qui Latine loquuntur, parum alioqui litterati, nonnihil admiscent ex sermone vernaculo, vel imprudentes, puta Gallus e sermone Gallico, Britannus e Britannico, Germanus e Germanico. E Nam Apostoli Græcitatem suam non e Demosthenis orationibus, sed e vulgi colloquio didicerunt. Sic enim visum est sapientiæ divinæ, nullis eloquentiæ mortalis adminiculis orbem in suam sententiam pertrahere. Neque enim donum illud linguarum oportebat esse perpetuum. Satis erat adesse quoties usus postulabat. Ut non semper excitabant mortuos, non semper sanabant ægrotos, sed tum demum cum ad Religionis & Evangelii negotium pertinebat. Semel duntaxat legimus Apostolos novis linguis loquentes miraculo fuisse. Et hujus voluminis cap. XIX. narrantur, qui baptizati Spiritum sanctum acceperant, linguis loquuti & prophetasse; quanquam vero propius est Apostolos id temporis unica lingua fuisse loquutos, ac virtute divina factum, ut æque ab omnibus intelligerentur. Neque vero necesse est, opinor, quicquid fuit in Apostolis, protinus tribuere miraculo. Homines erant, quædam ignorabant, in nonnullis errabant. Etiam post acceptum Spiritum sanctum objurgatur ac docetur Petrus a Paulo. Paulus a Barnaba dissentit, usque ad divortium. Et haud scio an hoc magis congruerit Evangelio Christi, ut simplici inconditoque sermone proderetur in F vulgus, ac talis esset Apostolorum oratio, qualis cultus, qualis victus, qualis omnis vita, exceptis iis quæ sunt pietatis & animi, ne quid in hoc negotio sibi vindicare posset humanæ facundiæ supercilium. Sæpe relinquebat discipulos suos Christus humanis viribus, esuriebant, sitiebant, fatigabantur corporis laboribus, animi curis, sentiebant ingravescentem ætatem, aliaque fragilitatis humanæ incommoda. Sed idem aderat, quoties majestatem suam mundo voluit innotescere. Atque ita temperabat organa suorum, quibus ad Evangelii propagationem utebatur, quatenus intelligebat ad divini sui consilii rationem adque mortalium salutem maxime conducere. Neque vero mirum, si cum Ægyptus, ac Syria, Cilicia, totaque pene minor Asia, primum ob imperium Alexandri, mox Romanorum, vulgo Græce loqueretur, Apostoli citra miraculum Græce novissent præsertim cum postea tot annos inter Græce loquentes versarentur. Neque enim statim ab iis conscriptum est Evangelium. Qui inter

γετῶν καὶ ἰώμενος πάντας τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ
39 τοῦ διαβόλου, ὅτι ὁ Θεὸς ἦν μετ' αὐτοῦ. Καὶ ἡμεῖς ἐσμὲν μάρτυρες πάντων ὧν ἐποίησεν ἔν τε τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ, ὃν ἀνεῖλον κρεμάσαντες
40 ἐπὶ ξύλου. Τοῦτον ὁ Θεὸς ἤγειρε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ
41 ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι, Οὐ παντὶ τῷ λαῷ, ἀλλὰ μάρτυσι τοῖς προκεχειροτονημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἡμῖν, οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ, με-
42 τὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Καὶ παρήγγειλεν ἡμῖν κηρύξαι τῷ λαῷ καὶ διαμαρτύρασθαι, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ
43 νεκρῶν. Τούτῳ πάντες οἱ Προφῆται μαρτυροῦσιν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ πάντα
44 τὸν πιστεύοντα εἰς αὐτόν. Ἔτι λαλοῦντος τοῦ Πέτρου τὰ ῥήματα ταῦτα, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ
45 πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον. Καὶ ἐξέστησαν οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοὶ, ὅσοι συνῆλθον τῷ Πέτρῳ, ὅτι καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκκέχυται.
46 Ἤκουον γὰρ αὐτῶν λαλούντων γλώσσαις καὶ μεγα-
47 λυνόντων τὸν Θεόν. Τότε ἀπεκρίθη ὁ Πέτρος, Μή τι τὸ ὕδωρ κωλῦσαι δύναταί τις, τοῦ μὴ βαπτισθῆναι τούτους, οἵτινες τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔλα-
48 βον καθὼς καὶ ἡμεῖς. Προσέταξέ τε αὐτοὺς βαπτισθῆναι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου. Τότε ἠρώτησαν αὐ-

XI. 1 τὸν ἐπιμεῖναι ἡμέρας τινάς. Ἤκουσαν δὲ οἱ Ἀπόστολοι καὶ οἱ ἀδελφοὶ οἱ ὄντες κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, ὅτι
2 καὶ τὰ ἔθνη ἐδέξαντο τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὅτε ἀνέβη Πέτρος εἰς Ἱεροσόλυμα, διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν
3 οἱ ἐκ περιτομῆς, Λέγοντες, Ὅτι πρὸς ἄνδρας ἀκρο-
4 βυστίαν ἔχοντας εἰσῆλθες, καὶ συνέφαγες αὐτοῖς. Ἀρξά-
5 μενος δὲ ὁ Πέτρος, ἐξετίθετο αὐτοῖς καθεξῆς, λέγων, Ἐγὼ ἤμην ἐν πόλει Ἰόππῃ προσευχόμενος, καὶ εἶδον ἐν ἐκστάσει ὅραμα, καταβαῖνον σκεῦός τι ὡς ὀθόνην μεγάλην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς καθιεμένην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἦλθεν ἄχρις ἐμοῦ.

A ciendo & sanando 34 omnes oppressos a diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium 39 quæ fecit 35 in regione Judæorum & Hierosolymis, quem occiderunt suspensum in ligno. Hunc Deus 40 suscitavit tertio die, & exhibuit eum ut manifestus fieret, Non toti populo, sed testibus 36 prius ad hoc 41 delectis a Deo nimirum nobis, 37 qui comedimus ac bibimus una cum illo, postea quam resurrexit a mortuis. Et præcepit nobis ut prædicaremus populo ac 42 testificaremur, quod ipse sit ille qui constitutus erat a Deo judex vivorum ac mortuorum. Huic omnes 43 Prophetæ testimonium ferunt, 38 quod remissionem peccatorum accepturus sit per nomen ejus 39 quisquis crediderit in eum. Adhuc loquente Petro ver- 44 B ba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant sermonem. Et obstupuerunt hi 40 qui ex cir- 45 cumcisorum genere credebant, quotquot venerant cum Petro, quod 41 & in gentes donum Spiritus sancti effusum esset. Audiebant enim illos loquentes 46 linguis ac magnificantes Deum. Tunc respondit Petrus, Num quis prohibere potest, 42 quominus aqua 47 baptizentur hi qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Et jussit eos baptizari in nomine Domi- 48 ni. Tunc rogaverunt eum, ut remaneret aliquot dies.

Audierunt autem Apostoli & fratres qui erant in Ju- 1 XI. dæa, quod & gentes recepissent sermonem Dei. Quumque adscendisset Petrus Hierosolymam, disce- 2 ptabant adversus illum qui erant ex circumcisione, C Dicentes, 1 Ad viros præputium habentes introisti, 3 & edisti cum illis. Petrus autem rem ab initio repe- 4 tens, exposuit illis ordine, dicens, Ego eram in civi- 5 tate Joppe orans, & vidi raptus extra me visionem, descendere vas quoddam ceu linteum magnum, quatuor initiis emissum e cœlo, & venit usque ad me. In

inter Gallos vivit, uno protinus anno Gallice loquitur, etiamsi prius nihil ejus sermonis tenuerit. Et miramur Apostolos tot annis mediocrem sermonis facultatem fuisse consequutos? Jam vero non sum nescius a Paulo commemorari genera linguarum & interpretationem sermonum inter dona Spiritus. Et ipse gloriatur quod plus cæteris omnibus loquatur linguis. Verum id cujusmodi fuerit, non est fortassis hujus loci persequi. Sed ut donemus interim simile fuisse ei, quod accidit a Spiritu sancto in Apostolos effuso, D addamus & illud, non contigisse illis hoc dono politam & exactam linguarum peritiam, sed eatenus duntaxat, quatenus maxime conducebat ad negotium Evangelicum: sicut cui contigerat prophetiæ donum, ut hunc aut illum locum explanaret, non continuo quovis tempore quemvis Scripturæ locum poterat explicare, quod eas dotes Deus singulis impartiret ad mensuram fidei, teste Paulo: ita si cui contigerat pro re nata linguarum peritia, non statim apud quosvis in quovis argumento idem potuisse videtur. Siquidem existimamus & Augustino prophetiæ donum adfuisse in explicandis Sacris Litteris, & tamen alicubi non assequitur sensum Scripturæ germanum. Neque Hieronymo defuit, opinor, donum linguarum, & tamen in nonnullis dissentiunt ab eo, qui litteras Hebræas profitentur. Quod si quis omnino contendat, Apostolis infusam cœlitus omnium linguarum peritiam, atque hoc donum illis fuisse perpetuum, cum ea quæ fiunt virtute divina perfectiora sint iis, quæ fiunt juxta naturæ ordinem, aut per huma- E nam industriam, auctore Chrysostomo, qui fit ut Apostolorum sermo non solum impolitus sit & inconditus, verum etiam imperfectus, perturbatus, aliquoties plane solœcissans. Neque enim id negari potest, quod res ipsa clamitat. Placebat Spiritui sancto sermonis simplicitas, sed pura tamen & integra, atque iis vacans incommodis, quæ solent auditorum intelligentiam impedire. Atque in his passim desudant Interpretes Græci, quibus Demosthenes & Plato facilis erat ac perspicuus. Quoties Origenes in Paulo desiderat Græcanici sermonis integritatem? Quoties hyperbatis, anapodotis, & amphibologiis offenditur? Neque id negat Chrysostomus, & fatetur compluribus in locis Hieronymus, aperte Paulo tribuens Græcanici sermonis imperitiam. Idem Lucæ plus tribuit in litteris Græcis quam Hebræis, non ob aliud, nisi quod in his magis esset institutus, quippe Antiochenus. Idem fatetur Paulum disertiorem in lingua Hebræa quam Græca, quod in illa natus esset, in hac institutus. Rursus alicubi, quod poste- F rior Epistola Petri dissideat a phrasi prioris, hanc adducit causam, quod in ea sit alio usus Interprete. At quorsum opus Interprete, si perfectam omnium linguarum peritiam dabat Spiritus sanctus? præsertim cum extra controversiam sit Apostolos omnes Græce duntaxat scripsisse excepto Matthæo juxta quorundam opinionem. Cur ausi sunt interpretari Veteres, quod Paulus ob id Titum desideraret, quod is in Græci sermonis facultate esset promptior? Hæc non multum absint a blasphemia, si quis hanc sententiam de dono linguarum mordicus teneat. Et tamen ea non veriti sunt Ecclesiæ probatissimi Doctores libris suis prodere. Atque hæc pluribus a me disserta sunt, quam fortassis annotationum argumentum postulabat, ne quis impie aut temere a me dictum existimet, Apostolos sermonem Græcum non ex orationibus Demosthenicis, sed ex populari colloquio didicisse. Neque enim ex oratio-

nis, sed ex mentis habitu metienda est Apostolorum auctoritas. Neque magis pium hominem debet offendere in Apostolis sermo incultus, quam corpus illotum, aut vestis plebeja. Quin ipse Christus, ut multis colligi potest conjecturis, vulgatissimo maximeque populari sermone est usus, Syriace loquens, & fortassis aliquando Chaldaice, & haud scio an Græce nonnunquam; ut erat id temporis populi sermo variis linguis corruptus, quandoquidem D & Apostoli Græce scribentes, Romanorum multis vocibus utuntur. Atque hanc de Apostolorum sermone opinionem ipsa res nobis persuadet, etiamsi non suffragaretur summorum virorum auctoritas. Mihi tamen non est animus, neque pro hac, neque pro ulla alia digladiari, si diversum sentit Ecclesia. Lectorem admonemus, non proponimus oracula, nusquam non parati cedere melioribus. Addam ridiculum quiddam. Quum alicubi scripsissem sermonem, quo Dominus est usus, fuisse non pure Hebraicum, sed Syra Chaldæaque lingua corruptum, quidam trismegistus Theologus e Sorbona libro vulgato vociferatus est μάλα τραγικῶς, quod Domini & Apostolorum sermonem dixerim corruptum. Idem clamaret, opinor, si scripsissem Dominum non bibisse sincerum vinum, sed aqua dilutum. Huc reciderunt Rabbinorum quorundam judicia.

34 *Omnes oppressos*] καταδυναστευομένους. Recte vertit Interpres, modo intelligamus hic *oppressos* dici, qui tyrannide & poten- E tia cujuspiam opprimuntur, id enim sonat Græca vox.

35 *In regione Judæorum*] ἔν τε τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων, id est, *& in regione Judæorum*, conduplicata conjunctione.

36 *Præordinatis a Deo*] προκεχειροτονημένοις: quod magis sonat *delectis*, ut fit per suffragia. Græca vox dicta est a porrigendis digitis, quo gestu suffragabatur olim populus.

37 *Qui manducavimus & bibimus*] Glossa ordinaria monet in Græcis scriptum fuisse, *qui quadraginta dies* &c. Quanquam id in nostris codicibus non reperitur.

38 *Remissionem peccatorum accipere*] ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν, id est, *consequi remissionem peccatorum*, sive *remissionem peccatorum accepturum esse*.

39 *Omnes qui credunt*] πάντα τὸν πιστεύοντα, id est, *omnem qui credit*, aut *quisquis credidisset*.

40 *Ex circumcisione*] οἱ ἐκ περιτομῆς, id est, *qui erant ex circumcisione*.

F 41 *Et in nationes*] καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη, id est, *& in gentes*. Nec est χάρις, *gratia*, sed δωρεὰ, *donum*. Et *quia effusa est*, dictum est, pro, *quod effusum esset*.

42 *Nunquid aqua*] Græci legunt in hunc modum, Μή τι ὕδωρ κωλῦσαι δύναταί τις, τοῦ μὴ βαπτισθῆναι τούτους. Et apparet hunc esse sensum: *Num quis vetare potest, quo minus aqua baptizentur ii, qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos?* Veluti plus sit Spiritus quam aqua, cumque ille contigerit, nihil esse magni si hoc accesserit. Cæterum τὸ ὕδωρ accusativus aut pendet a præpositione subaudita κατὰ, aut adhæret verbo βαπτισθῆναι, ea forma qua dicimus, βαπτίζομαι βάπτισμα.

1 *Quare introisti*] Ὅτι πρὸς ἄνδρας ἀκροβυστίαν ἔχοντας εἰσῆλθες, *Ad viros præputium habentes introisti*. Nam ὅτι hoc loco confirmantis est. Nec interrogant, sed accusant, aut certe expostulant. Interpres legisse videtur τί pro ὅτι.

2 Ne-

6 ἐμῦ. Εἰς ἣν ἀτενίσας, κατενόουν καὶ εἶδον τὰ τετράποδα τῆς γῆς, καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ
7 τὰ πετεινὰ τοῦ ὐρανῦ. Ἤκουσα δὲ φωνῆς λεγύσης
8 μοι, Ἀνασὰς Πέτρε, θῦσον καὶ φάγε. Εἶπον δὲ, Μηδαμῶς Κύριε· ὅτι πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον ὐδέπο-
9 τε εἰσῆλθεν εἰς τὸ σόμα μου. Ἀπεκρίθη δέ μοι φωνὴ ἐκ δευτέρου ἐκ τῦ ὐρανῦ, Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ
10 μὴ κοίνου. Τῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρίς· καὶ πάλιν
11 ἀνεσπάσθη ἅπαντα εἰς τὸν ὐρανόν. Καὶ ἰδὺ ἐξ αὐτῆς τρεῖς ἄνδρες ἐπέσησαν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἐν ᾗ ἤμην, ἀπε-
12 σαλμένοι ἀπὸ Καισαρείας πρός με. Εἶπε δέ μοι τὸ Πνεῦμα, συνελθεῖν αὐτοῖς, μηδὲν διακρινόμενον. Ἦλθον δὲ σὺν ἐμοὶ καὶ οἱ ἓξ ἀδελφοὶ ὗτοι, καὶ εἰσήλ-
13 θομεν εἰς τὸν οἶκον τῦ ἀνδρός. Ἀπήγγειλέ τε ἡμῖν, πῶς εἶδε τὸν Ἄγγελον ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῦ, σαθέντα καὶ εἰπόντα αὐτῷ, Ἀπόσειλον εἰς Ἰόππην ἄνδρας, καὶ μετάπεμψαι Σίμωνα τὸν ἐπικαλύμενον Πέτρον,
14 Ὃς λαλήσει ῥήματα πρός σε, ἐν οἷς σωθήσῃ σὺ, καὶ
15 πᾶς ὁ οἶκός σου. Ἐν δὲ τῷ ἄρξασθαί με λαλεῖν, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτὺς, ὥσπερ καὶ
16 ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ. Ἐμνήσθην δὲ τῦ ῥήματος Κυρίυ ὡς ἔλεγεν, Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ
17 βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Εἰ ὖν τὴν ἴσην δωρεὰν ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς, ὡς καὶ ἡμῖν πισεύσασιν ἐπὶ τὸν Κύριον Ἰησῦν Χρισὸν, ἐγὼ δὲ τίς ἤμην δυ-
18 νατὸς κωλῦσαι τὸν Θεόν; Ἀκύσαντες δὲ ταῦτα, ἡσύχασαν, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν, λέγοντες, Ἄραγε καὶ
19 τοῖς ἔθνεσιν ὁ Θεὸς τὴν μετάνοιαν ἔδωκεν εἰς ζωήν. Καὶ οἱ μὲν ὖν διασπαρέντες ἀπὸ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης ἐπὶ Στεφάνῳ, διῆλθον ἕως Φοινίκης, καὶ Κύπρου, καὶ Ἀντιοχείας, μηδενὶ λαλῦντες τὸν λόγον, εἰ μὴ μό-
20 νον Ἰουδαίοις. Ἦσαν δέ τινες ἐξ αὐτῶν ἄνδρες Κύπριοι καὶ Κυρηναῖοι, οἵτινες εἰσελθόντες εἰς Ἀντιόχειαν, ἐλάλουν πρὸς τὺς Ἑλληνισὰς, εὐαγγελιζόμενοι τὸν Κύ-
21 ριον Ἰησῦν. Καὶ ἦν χεὶρ Κυρίου μετ' αὐτῶν, πολύς
22 τε ἀριθμὸς πισεύσας ἐπέσρεψεν ἐπὶ τὸν Κύριον. Ἠκύσθη δὲ ὁ λόγος εἰς τὰ ὦτα τῆς ἐκκλησίας, τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις, περὶ αὐτῶν, καὶ ἐξαπέσειλαν Βαρνάβαν
23 διελθεῖν ἕως Ἀντιοχείας. Ὃς παραγενόμενος, καὶ ἰδὼν τὴν χάριν τῦ Θεῦ, ἐχάρη, καὶ παρεκάλει πάν-
24 τας τῇ προθέσει τῆς καρδίας προσμένειν τῷ Κυρίῳ· Ὅτι ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ πλήρης Πνεύματος ἁγίου καὶ
25 πίσεως· καὶ προσετέθη ὄχλος ἱκανὸς τῷ Κυρίῳ. Ἐξῆλθε δὲ εἰς Ταρσὸν ὁ Βαρνάβας, ἀναζητῆσαι Σαῦλον,
26 Καὶ εὑρὼν αὐτὸν, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἀντιόχειαν. Ἐγένετο δὲ αὐτὺς ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ διδάξαι ὄχλον ἱκανὸν, χρηματίσαι τε πρῶ-
27 τον ἐν Ἀντιοχείᾳ τὺς μαθητὰς Χρισιανύς. Ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις κατῆλθον ἀπὸ Ἱεροσολύμων Προ-
28 φῆται εἰς Ἀντιόχειαν, Ἀνασὰς δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν ὀνόματι Ἄγαβος, ἐσήμανε διὰ τῦ Πνεύματος, λιμὸν μέγαν μέλλειν ἔσεσθαι ἐφ' ὅλην τὴν οἰκυμένην· ὅσις καὶ
29 ἐγένετο ἐπὶ Κλαυδίυ Καίσαρος. Τῶν δὲ μαθητῶν καθὼς ηὐπορεῖτό τις, ὥρισαν ἕκασος αὐτῶν εἰς διακονίαν
30 πέμψαι τοῖς κατοικῦσιν ἐν τῇ Ἰυδαίᾳ ἀδελφοῖς, Ὃ καὶ ἐποίησαν, ἀποσείλαντες πρὸς τὺς Πρεσβυτέρυς διὰ
XII. 1 χειρὸς Βαρνάβα καὶ Σαύλου. Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν ἐπέβαλεν Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς τὰς χεῖρας κακῶ-
2 σαί τινας τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. Ἀνεῖλε δὲ Ἰάκωβον τὸν

In quod quum intendissem oculos, animadverti & vidi quadrupedia terræ, & bestias, & reptilia, & volatilia cœli. Audivi autem & vocem dicentem mihi, Surge Petre, macta & vescere. Dicebam autem, [2] Nequaquam Domine: quia nihil commune aut immundum unquam introivit in os meum. Respondit autem mihi vox rursum e cœlo, Quæ Deus mundavit, tu ne communia dixeris. Idque accidit tertio: & rursum omnia subducta sunt in cœlum. Et ecce extemplo tres viri præsto aderant in ædibus in quibus eram, e Cæsarea missi ad me. Dixerat autem mihi Spiritus, ut congrederer cum illis, nihil hæsitans. Porro comitati me sunt & sex fratres hi, & ingressi sumus in domum viri. Isque retulit nobis, ut vidisset Angelum domi suæ, qui adstitisset ac dixisset sibi, Emitte viros Joppen, & accerse Simonem cognomento Petrum, Qui tibi ea dicturus est, per quæ serveris & tu, & universa domus tua. Quum autem exorsus essem sermonem, illapsus est Spiritus sanctus in illos, quemadmodum & in nos fuerat illapsus initio. Veniebat autem in mentem quod dixerat Dominus, Joannes quidem baptizavit aqua, cæterum vos baptizabimini Spiritu sancto. Proinde si par donum dedit illis Deus, quemadmodum & nobis quum credidissemus in Dominum Jesum Christum, ego porro quis eram, qui possem obsistere Deo? His autem auditis obticuerunt, & glorificaverunt Deum, dicentes, Igitur & gentibus Deus [3] pœnitentiam concessit ad vitam. Et illi quidem, qui dispersi fuerant ex afflictione quæ orta fuerat [4] ob Stephanum, perambulaverunt usque ad Phœnicen, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes sermonem illum, nisi solis Judæis. Erant autem quidam ex eis viri Cyprii & Cyrenenses, qui quum introissent Antiochiam, [5] loquebantur ad Græcos, prædicantes Dominum Jesum. Et erat manus Domini cum eis, multusque numerus credentium conversus est ad Dominum. Pervenit autem rumor ad aures ecclesiæ, quæ erat Hierosolymis, super his, & miserunt Barnabam ut iret ad Antiochiam. Qui quum pervenisset, & vidisset gratiam Dei, gavisus est, & hortabatur omnes ut proposito cordis perseverarent [6] adhærere Domino: Nam erat vir bonus ac plenus Spiritu sancto & fide: & addita est multa turba Domino. Profectus est autem Barnabas Tarsum, ut quæreret Saulum, Quem quum invenisset, perduxit Antiochiam. Accidit autem ut annum totum consuetudinem agerent cum ea congregatione, docerentque turbam multam, & discipuli [7] cognominarentur primum Antiochiæ Christiani. In his autem diebus supervenerunt ab urbe Hierosolymorum Prophetæ Antiochiam, Surgensque unus ex eis nomine Agabus, significabat per Spiritum, famem magnam futuram in toto terrarum orbe: quæ accidit sub Claudio Cæsare. Discipuli autem, prout cuique suppetebat, proposuerunt [8] in subsidium mittere habitantibus in Judæa fratribus, Quod & fecerunt, mittentes ad Seniores per manum Barnabæ ac Sauli. Eodem autem tempore [1] injecit Herodes rex manus ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit

2 *Nequaquam Domine*] Μηδαμῶς, idem verbum quod superius verterat *absit*.

3 *Pœnitentiam dedit*] Græci codices addunt, εἰς ζωὴν, id est, *ad vitam*.

4 *Sub Stephano*] ἐπὶ Στεφάνῳ, id est, *in Stephano*, sive *adversus Stephanum*. Nam *sub eo* res geri dicitur, qui imperio potitur. Sed tum Græci addunt paternum casum.

5 *Loquebantur & ad Græcos*] Rursus non est Ἕλληνας, sed Ἑλληνισὰς, significat enim religione & origine Judæos, sed alibi natos, qui nondum crediderant Evangelio. Alioqui videri poterat exemplum baptizati Cornelii tantum animi addidisse Christianis, ut jam etiam gentibus auderent prædicare Christum.

6 *Permanere in Domino*] Plusculum hîc habent Græci sic, προθέσει τῆς καρδίας προσμένειν τῷ Κυρίῳ, id est, *proposito cordis adhærere Domino*, sive *perseveranter adhærere Domino*. Latini addidere bis præpositionem *in*. Quod autem dixit *proposito cordis*, perinde valet quasi diceret ex animo & libera voluntate, non metu neque pudore humano.

7 *Ita ut cognominarentur*] Ἐγένετο δὲ αὐτὺς ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ διδάξαι τὸν ὄχλον ἱκανὸν, χρηματίσαι τε πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τὺς μαθητὰς Χρισιανύς. Id est, *Accidit autem ut annum totum consuetudinem agerent cum congregatione, docerentque turbam multam, & primum Antiochiæ discipulos vocarent Christianos.* Nam illi vocabant eos *Christianos*, sed Lucas appellat eos *discipulos*. Sensum explicat Historia Ecclesiastica. *Ibi*, inquit, *primum discipuli, veluti perenni fonte sumpto vocabulo, appellati sunt Christiani.* Usus est autem novo verbo χρηματίσαι pro ὀνομάζεσθαι, quod idem usurpavit Paulus in Epistolæ ad Rom. capite septimo. Videtur autem inde dicta vox, quod cognomen ex officio quo quis fungitur addi solet: veluti *publicani* dicuntur, quod publica vectigalia colligunt, ita *Christiani*, quod Christum profiterentur. Porro quod activo verbo videtur abusus pro passivo, simile est ei quod Latini dicunt, *audit doctor*, pro eo quod erat, *appellatur doctor*.

8 *In ministerium mittere*] εἰς διακονίαν. *Ministerium* vocat *subsidium*, sive *suppeditationem*. Subministrat enim qui necessaria suppeditat. Sic appellat & Paulus.

1 M*isit Herodes rex*] ἐπέβαλεν, id est, *injecit*, sive *injiciebat*. Quem hîc Lucas vocat *Herodem*, Josephus *Agrippam* appellat, qui & *major* dictus est ad discretionem filii *Agrippæ*. Videtur autem nomen *Herodis* multis fuisse commune, quemadmodum *Herodes Antipater* filius Herodis majoris, & *Philippus Herodes* hujus frater. Hic autem *Herodes Agrippa* frater fuit Herodiadis, quæ fuit uxor *Herodis* Tetrarchæ, filius Aristo-

3 τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννȣ μαχαίρᾳ. Καὶ ἰδὼν ὅτι ἀρεσόν ἐ-
5ι τοῖς Ἰȣδαίοις, προσέθετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον· ἦσαν
4 δὲ ἡμέραι τῶν ἀζύμων. Ὃν καὶ πιάσας, ἔθετο εἰς φυ-
λακὴν, παραδȣ̀ς τέσσαρσι τετραδίοις ςρατιωτῶν φυλάσ-
σειν αὐτὸν, βȣλόμενος μετὰ τὸ Πάσχα ἀναγαγεῖν αὐ-
5 τὸν τῷ λαῷ. Ὁ μὲν ȣ̓͂ν Πέτρος ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλα-
κῇ· προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς γινομένη ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας
6 πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτȣ̃. Ὅτε δὲ ἔμελλεν αὐτὸν
προάγειν ὁ Ἡρώδης, τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἦν ὁ Πέτρος κοι-
μώμενος μεταξὺ δύο ςρατιωτῶν, δεδεμένος ἁλύσεσι δυ-
σὶ, φύλακές τε πρὸ τῆς θύρας ἐτήρȣν τὴν φυλακήν.
7 Καὶ ἰδȣ̀ Ἄγγελος Κυρίȣ ἐπέςη, καὶ φῶς ἔλαμψεν ἐν
τῷ οἰκήματι, πατάξας δὲ τὴν πλευρὰν τȣ̃ Πέτρȣ, ἤ-
γειρεν αὐτὸν, λέγων, Ἀνάςα ἐν τάχει· καὶ ἐξέπεσον
8 αὐτȣ̃ αἱ ἁλύσεις ἐκ τῶν χειρῶν. Εἶπέ τε ὁ Ἄγγε-
λος πρὸς αὐτὸν, Περίζωσαι, καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδά-
λιά σȣ. Ἐποίησε δὲ ȣ̓́τως. Καὶ λέγει αὐτῷ, Περιβαλȣ̃
9 τὸ ἱμάτιόν σȣ, καὶ ἀκολȣ́θει μοι. Καὶ ἐξελθὼν ἠκολȣ́-
θει αὐτῷ, καὶ ȣ̓κ ᾔδει, ὅτι ἀληθές ἐςι τὸ γενόμενον
10 διὰ τȣ̃ Ἀγγέλȣ· ἐδόκει δὲ ὅραμα βλέπειν. Διελθόν-
τες δὲ πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν, ἦλθον ἐπὶ τὴν
πύλην τὴν σιδηρᾶν, τὴν φέρȣσαν εἰς τὴν πόλιν, ἥτις αὐ-
τομάτη ἠνοίχθη αὐτοῖς· καὶ ἐξελθόντες προῆλθον ῥύμην
11 μίαν, καὶ εὐθέως ἀπέςη ὁ Ἄγγελος ἀπ' αὐτȣ̃. Καὶ ὁ
Πέτρος γενόμενος ἐν ἑαυτῷ, εἶπε, Νῦν οἶδα ἀληθῶς, ὅτι
ἐξαπέςειλε Κύριος τὸν Ἄγγελον αὐτȣ̃, καὶ ἐξείλετό με
ἐκ χειρὸς Ἡρώδȣ, καὶ πάσης τῆς προσδοκίας τȣ̃ λαȣ̃
12 τῶν Ἰȣδαίων. Συνιδών τε ἦλθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν Μαρίας,
τῆς μητρὸς Ἰωάννȣ τȣ̃ ἐπικαλȣμένȣ Μάρκȣ, ȣ̓͂ ἦσαν
13 ἱκανοὶ συνηθροισμένοι καὶ προσευχόμενοι. Κρȣ́σαντος δὲ
τȣ̃ Πέτρȣ τὴν θύραν τȣ̃ πυλῶνος, προῆλθε παιδίσκη
14 ὑπακȣ̃σαι, ὀνόματι Ῥόδη· Καὶ ἐπιγνȣ̃σα τὴν φωνὴν
τȣ̃ Πέτρȣ, ἀπὸ τῆς χαρᾶς ȣ̓κ ἤνοιξε τὸν πυλῶνα, εἰσ-
δραμȣ̃σα δὲ ἀπήγγειλεν ἑςάναι τὸν Πέτρον πρὸ τȣ̃ πυ-
15 λῶνος. Οἱ δὲ πρὸς αὐτὴν εἶπον, Μαίνῃ. Ἡ δὲ διϊ-
σχυρίζετο ȣ̓́τως ἔχειν. Οἱ δὲ ἔλεγον, Ὁ Ἄγγελος αὐ-
16 τȣ̃ ἐςιν. Ὁ δὲ Πέτρος ἐπέμενε κρȣ́ων· ἀνοίξαντες δὲ
17 εἶδον αὐτὸν, καὶ ἐξέςησαν. Κατασείσας δὲ αὐτοῖς τῇ
χειρὶ σιγᾶν, διηγήσατο αὐτοῖς, πῶς ὁ Κύριος αὐτὸν ἐξή-
γαγεν ἐκ τῆς φυλακῆς· εἶπε δὲ, Ἀπαγγείλατε Ἰακώ-
βῳ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ταῦτα. Καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύθη
18 εἰς ἕτερον τόπον. Γενομένης δὲ ἡμέρας, ἦν τάραχος ȣ̓κ
19 ὀλίγος ἐν τοῖς ςρατιώταις, τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο. Ἡ-
ρώδης δὲ ἐπιζητήσας αὐτὸν, καὶ μὴ εὑρὼν, ἀνακρίνας τȣ̀ς
φύλακας, ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι, καὶ κατελθὼν ἀπὸ
20 τῆς Ἰȣδαίας εἰς τὴν Καισάρειαν, διέτριβεν. Ἦν δὲ ὁ
Ἡρώδης θυμομαχῶν Τυρίοις καὶ Σιδονίοις· ὁμοθυμαδὸν
δὲ παρῆσαν πρὸς αὐτὸν, καὶ πείσαντες Βλάςον, τὸν
ἐπὶ τȣ̃ κοιτῶνος τȣ̃ βασιλέως, ᾐτȣ̃ντο εἰρήνην,
διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς
21 βασιλικῆς. Τακτῇ δὲ ἡμέρᾳ ὁ Ἡρώδης ἐνδεδυμένος ἐ-
σθῆτα βασιλικὴν, καὶ καθίσας ἐπὶ τȣ̃ βήματος, ἐδη-
22 μηγόρει πρὸς αὐτȣ́ς. Ὁ δὲ δῆμος ἐπεφώνει, Θεȣ̃ φω-
23 νὴ, καὶ ȣ̓κ ἀνθρώπȣ. Παραχρῆμα δὲ ἐπάταξεν αὐτὸν
Ἄγ-

Alias ἐπὶ τὸν κοιτῶνα.

A dit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. Videns 3
autem 2 quod gratum esset Judæis, perrexit 3 comprehendere & Petrum: 4 erant autem dies azymorum. Quem quum etiam apprehendisset, posuit in 4
carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum asservandum, volens post Pascha producere eum populo. Et Petrus quidem servabatur in carcere: cæ- 5
terum precatio fiebat 5 sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo. Quum autem producturus eum es- 6
set Herodes, in ipsa nocte dormiebat Petrus inter duos milites, vinctus catenis duabus, & custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce Angelus 7
B Domini adstitit, & lumen refulsit in habitaculo, percussoque latere Petri excitavit eum, dicens, Surge velociter: & exciderunt catenæ de manibus ejus. Dixit autem Angelus ad eum; Præcingere, 6 & subliga soleas tuas. Et fecit sic. Et dicit illi, Circumda 8
tibi vestimentum tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat, quod verum esset quod 9
fiebat per Angelum, sed putabat se visum videre. Quum autem præteriissent primam ac secundam cu- 10
stodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit in civitatem, quæ ultro aperta est eis: & exeuntes processerunt vicum unum, & continuo discessit Angelus ab eo. Et Petrus ad se reversus, dixit, Nunc scio ve- 11
re, quod miserit Dominus Angelum suum, & eripuit
C me e manu Herodis, & ex omni exspectatione plebis Judæorum. 7 Reque perpensa venit ad domum 12
Mariæ, matris Joannis, qui cognominatus est Marcus, ubi erant multi congregati & orantes. Quum 13
pulsasset autem Petrus 8 ostium vestibuli, processit puella, 9 ut subauscultaret, nomine Rhode: Et ut 14
agnovit vocem Petri, præ gaudio non aperuit vestibulum, sed introcurrens renunciavit stare Petrum ante vestibulum. At illi dixerunt ad eam, Insanis. 15
Illa autem affirmabat sic se habere. At illi dicebant, Angelus ejus est. Petrus autem perseverabat pulsans: 16
quum autem aperuissent, viderunt eum, & obstupuerunt. 10 Quum innuisset autem eis mota manu ut 17
tacerent, narravit illis quomodo Dominus eduxisset ipsum de carcere: dixit autem, Nunciate Jacobo &
D fratribus hæc. Et egressus abiit in alium locum. Porro ubi diluxit, erat turbatio non parva inter milites, 18
11 quidnam accidisset Petro. Herodes autem quum 19
requisisset eum, nec invenisset, examinatis custodibus, 12 jussit eos duci, descendensque a Judæa Cæsaream, ibi commoratus est. 13 Erat autem Herodes 20
infensus Tyriis ac Sidoniis: at illi uno animo venerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui præerat cubiculo regis, petebant pacem, 14 eo quod aleretur regio ipsorum *annona* regia. Statuto autem die Herodes vesti- 21
tus veste regia, sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat, 15 Vox Dei, & 22
non hominis. Confestim autem percussit eum Ange- 23
E lus

Aristobuli, qui fuit filius *Herodis majoris*, frater Alexandri, quos ambos pater interfecit. Hunc *Agrippam* Tiberius Cæsar conjecerat in vincula, quod in splendido convivio, quo Cajum Germanici filium excipiebat, palam comprecatus est, ut Tiberio mature defuncto Cajum videret Imperatorem. Fuit autem sex menses in carcere, usque ad mortem Tiberii, quem Cajus, cui *Caligulæ* cognomen additum fuit, non solum liberavit, verum etiam tres illi tetrarchias contulit, Philippi, Lysaniæ, & Herodis junioris Lugdunum relegati, insuper & regii nominis honorem concessit. Ita ferme sane Josephus libro *de Bello Judaico* secundo cap. VIII. & libro *Antiquitatum Judaicarum* capite IX.

2 *Quia placeret*] ὅτι ἀρεςόν ἐςι, id est, *placitum*, sive *gratum esse*. Idem nomen quod ante vertit *æquum est*: *Non est æquum relinquere verbum Dei, & ministrare mensis.*

3 *Apprehendere*] συλλαβεῖν, id est, *comprehendere*.

4 *Erat autem dies*] ἦσαν, numero multitudinis.

5 *Sine intermissione*] ἐκτενὴς, id est, *prolixa*, ut vertit in Evangelio, sive *intenta*.

6 *Et calcea te caligas tuas*] καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σȣ, id est, *& subliga sandalia tua*.

7 *Consideransque*] Συνιδών τε, id est, *Reque perpensa*, nisi mavis ad cognitam domum referre.

8 *Ad ostium*] *Ad* redundat. *Januæ*, πυλῶνος, non θύρας. Cum enim dicat *ostium januæ*, τὴν θύραν τȣ̃ πυλῶνος, aut vestibulum ædium habebat ostium, quemadmodum & hodie videmus in plerisque ædificiis, aut januam vestibuli, dixit primum ostium quod expositum erat vestibulo.

9 *Ad videndum*] ὑπακȣ̃σαι, id est, *ut subauscultaret*. Sequitur enim, *Et agnita voce Petri*.

10 *Annuens autem*] Κατασείσας δὲ, *Mota manu innuens*.

11 *Quidnam factum esset de Petro*] τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο, id est, *quid Petrus esset factus*, sive quia sic permisit sibi loqui Lucas, ut quemadmodum Græci dicunt *fecit illum*, pro *fecit illi*, ita per verbum passivum dixerit, *quid factus esset*: sive quod suspicarentur metamorphosi mutatum in aliud quiddam, juxta vulgi stultitiam, qua creditum est magicis artibus homines verti in aves, aut in genios.

12 *Jussit eos duci*] ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι. Parum liquet an Lucas Romano more dixerit *duci eos*, qui ducuntur ad supplicium, an abduci a sese in carcerem.

13 *Erat autem Herodes iratus Tyriis*] θυμομαχῶν. Quod Laurentius vertendum putat, *irate* sive *acerbe pugnans*. Quanquam hic homini non assentior, nam dictio Græca composita est ex θυμὸς *animus*, & μάχεσθαι *pugnare*. Quod nondum indixis-
F set bellum, sed jam animo bellum agitaret, ni placassent iratum.

14 *Eo quod alerentur regiones eorum ab illo*] διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς, id est, *eo quod ipsorum regio aleretur a regia*, ut subaudias *annona*, *pecunia*, aut *alimonia*, sive hoc intelligendum est de commercio Judaicæ gentis, sive de salario.

15 *Dei voces*] Φωνὴ Θεȣ̃, id est, *Vox Dei*. Interpres legisse videtur φωναί. Cum in Græcis codicibus constanter habeatur φωνὴ ultima gravi, tamen quidam contendit legendum φωνῇ ultima circumflexa, & interpretatur *Dei vocem*, qua Deo acclamamus, non homini. Imo quum Lucas memoret eum fuisse concionatum, rectius est, ut per adulationem acclamarint vocem non hominem

Ἄγγελος Κυρίου, ἀνθ' ὧν οὐκ ἔδωκε δόξαν τῷ Θεῷ, καὶ 24 γενόμενος σκωληκόβρωτος, ἐξέψυξεν. Ὁ δὲ λόγος τοῦ 25 Θεοῦ ηὔξανε καὶ ἐπληθύνετο. Βαρνάβας δὲ καὶ Παῦλος ὑπέστρεψαν εἰς Ἰερουσαλὴμ, πληρώσαντες τὴν διακονίαν, συμπαραλαβόντες καὶ Ἰωάννην, τὸν ἐπικληθέντα Μάρκον. XIII. 1 Ἦσαν δέ τινες ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν Προφῆται καὶ Διδάσκαλοι, ὅ τε Βαρνάβας, καὶ Σίμων καλούμενος Νίγερ, καὶ Λούκιος ὁ Κυρηναῖος, Μαναήν τε Ἡρώδου τοῦ τετράρχου σύντροφος, καὶ Σαῦλος. 2 Λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ Κυρίῳ, καὶ νηστευόντων, εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Ἀφορίσατε δή μοι τὸν Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐ-3 τούς. Τότε νηστεύσαντες καὶ προσευξάμενοι, καὶ ἐπιθέν-4 τες τὰς χεῖρας αὐτοῖς, ἀπέλυσαν. Οὗτοι μὲν οὖν ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, κατῆλθον εἰς τὴν Σελεύκειαν, κἀκεῖθεν δὲ ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Κύ-5 προν. Καὶ γενόμενοι ἐν Σαλαμῖνι, κατήγγελλον τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν Ἰουδαίων· εἶχον 6 δὲ καὶ Ἰωάννην ὑπηρέτην. Διελθόντες δὲ τὴν νῆσον ἄχρι Πάφου, εὗρόν τινα μάγον ψευδοπροφήτην Ἰουδαῖον, 7 ᾧ ὄνομα Βαριησοῦ, Ὃς ἦν σὺν τῷ ἀνθυπάτῳ Σεργίῳ Παύλῳ ἀνδρὶ συνετῷ· οὗτος προσκαλεσάμενος Βαρνάβαν καὶ Σαῦλον, ἐπεζήτησεν ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ 8 Θεοῦ. Ἀνθίστατο δὲ αὐτοῖς Ἐλύμας ὁ μάγος, οὕτως γὰρ μεθερμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ζητῶν δια-9 στρέψαι τὸν ἀνθύπατον ἀπὸ τῆς πίστεως. Σαῦλος δὲ, ὁ καὶ Παῦλος, πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἀτε-10 νίσας εἰς αὐτὸν, Εἶπεν, Ὦ πλήρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας υἱὲ διαβόλου, ἐχθρὲ πάσης δικαιοσύνης, οὐ παύσῃ διαστρέφων τὰς ὁδοὺς Κυρίου τὰς εὐ-11 θείας; Καὶ νῦν ἰδοὺ χεὶρ τοῦ Κυρίου ἐπὶ σὲ, καὶ ἔσῃ τυφλὸς μὴ βλέπων τὸν ἥλιον ἄχρι καιροῦ. Παραχρῆμα δὲ ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος, καὶ 12 περιάγων ἐζήτει χειραγωγούς. Τότε ἰδὼν ὁ ἀνθύπατος τὸ γεγονὸς, ἐπίστευσεν, ἐκπλησσόμενος ἐπὶ τῇ διδαχῇ 13 τοῦ Κυρίου. Ἀναχθέντες δὲ ἀπὸ τῆς Πάφου οἱ περὶ τὸν Παῦλον, ἦλθον εἰς Πέργην τῆς Παμφυλίας· Ἰωάννης δὲ ἀπο-14 χωρήσας ἀπ' αὐτῶν, ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα. Αὐτοὶ δὲ

A lus Domini, eo quod non dedisset 16 gloriam Deo: 17 & erosus a vermibus, exspiravit. Porro, sermo Domini crescebat ac multiplicabatur. Barnabas autem 24 & Paulus 18 reversi sunt Hierosolymam, expleto ministerio, assumpto & Joanne, cui cognomen erat Marcus. 25 Erant autem quidam in ecclesia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ ac Doctores, Barnabasque, & 1 Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen qui erat Herodis tetrarchæ 2 collactaneus, & Saulus. 3 Quum autem illi sacrificarent Domino, jejunarentque, dixit Spiritus sanctus, 4 Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod 5 accersivi eos. Quumque jejunassent & orassent, imposuissentque eis manus, dimiserunt. Et ipsi quidem emissi a Spiritu sancto, 6 abierunt Seleuciam, & inde navigaverunt in Cyprum. 7 Et quum essent Salamine, annunciaverunt sermonem Dei in synagogis Judæorum: habebant autem & Joannem ministrum. Et peragrata insula 8 usque ad Paphum, invenerunt quemdam magum pseudoprophetam Judæum, cui nomen erat 9 Bariesu, Qui erat cum proconsule Sergio Paulo viro prudenti: hic accersitis Barnaba & Saulo, desiderabat audire sermonem Dei. 10 Resistebat autem illis Elymas magus, sic enim interpretatur nomen ejus, quærens avertere proconsulem a fide. 11 Saulus autem, qui idem Paulus, repletus Spiritu sancto, intentis in eum oculis, Dixit, O plene omni dolo 12 & omni versutia fili diaboli, inimice omnis justitiæ, non desinis invertere vias Domini rectas. Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus non videns solem usque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo ac tenebræ, & circumiens quærebat 13 qui se manu ducerent. 14 Tunc proconsul quum vidisset quod acciderat, credidit, admirans super doctrina Domini. Quum autem a Papho solvisset 14 Paulus, qui cum eo erant, 15 venerunt Pergen Pamphyliæ: Joannes autem digressus ab eis, reversus est Hierosolymam. 16 Cæterum ipsi peragratis regionibus,

minem sonare, sed Deum. Quemadmodum apud Virgilium Æneas ex voce agnoscit Venerem. In hanc certe sententiam narrat Josephus, & interpretatur Chrysostomus.

16 *Honorem Deo*] δόξαν, id est, *gloriam.*

17 *Et consumptus a vermibus*] καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος, id est, *obnoxius factus morbo, quo qui laborant, exeduntur a vermibus.* Opinor eumdem esse quem Medici *pedicularem* vocant, quo periit & Lucius Sylla, certe ibi non felix.

18 *Reversi sunt ab Hierosolymis*] εἰς Ἱερουσαλὴμ, id est, *in Hierusalem.* Ita legunt Græci. Verum haud scio an perperam, tametsi consentit Editio Aldina.

1 *Simon qui vocabatur Niger*] Mirum est Latinam vocem ab Evangelista esse positam, etiam forma Latina. Nam ejusmodi nomina apud nos in *er* desinentia deflectere solent in *ros.* Ad hæc pro *Simon* in nonnullis exemplaribus Græcorum scriptum erat *Simeon*, voce trisyllaba.

2 *Collactaneus*] σύντροφος, id est, *simul cum eo educatus*, quanquam sciremus *collactaneum* legi apud Jureconsultos *Dig. nono titulo de manumissis vindicta ex Ulpia. leg. §. Collactaneus.*

3 *Ministrantibus autem illis*] Λειτουργούντων. Quod proprium est operantium sacris. Nullum autem sacrificium Deo gratius, quam impartiri doctrinam Evangelicam.

4 *Segregate mihi Saulum*] Interpres omisit δὴ, Ἀφορίσατε δή μοι, id est, *Separate jam mihi.*

5 *Assumpsi*] προσκέκλημαι, id est, *advocavi*, sive *accersivi.*

6 *Abierunt Seleuciam*] Si regionem accipias, rectius erat, *in Seleuciam.* Sin civitatem ejus nominis sic a *Seleuco* dictam, recte loquutus est. Est autem duplex *Seleucia*, una in promontorio Cœles Syriæ, quæ *Syria* dicitur, *Antiochia*, altera in Pisidia: de priore hic loquitur.

7 *Et cum venissent Salaminam*] Græce, Καὶ γενόμενοι ἐν Σαλαμῖνι, *Et cum essent Salamine.* Ea est civitas Cypri, post dicta *Constantia*, auctore Hieronymo, quam Judæi funditus demoliti sunt Trajani principis temporibus, exstinctis omnibus accolis.

8 *Usque ad Paphum*] Ea est civitas Cypri quondam sacra Veneri. Ut autem Salamis extrema est Cypri ad Orientem, ita Paphus extrema est ad Occidentem, ut intelligas totam insulam peragratam. Hieronymus refert eam olim nobilem, suis temporibus frequenti terræmotu sic collapsam fuisse, ut vestigiis duntaxat quid aliquando fuisset ostenderet.

9 *Barieu*] Græci legunt Βαριησοῦ, quod sonat *Filium Jesu*, dictione tamen composita. Ut appareat quod superius adjectum est, ᾧ ὄνομα non fuisse scriptum a Luca, quæ vox explicuerit non ipsius hominis nomen, sed patris duntaxat, ipsius nomen paulo post adjecit. Verum cur addidit μεθερμηνεύεται, veluti translatum indicans? Aut quo refertur hæc interpretatio? Ad *Bariesum*? non potest, cum illud sonet *Filium Jesu*, aut certe *Filium Jeu*, *Elymas* idem sit quod *faciens prævaricari*, sive, ut Lyranus interpretatur, *mensura Dei mei*, sive *Dei mei census.* Nam אֵלִי *Deus meus*, מִן *census*, unde sunt qui *Missam* pro sacrificio Christianorum deductam putant, mihi non fit verisimile. An ad linguam diversam? Judæus erat, & *Elymas* neque Græcum est, neque Latinum. Cur igitur dicit interpretari *Elymas*? nisi forte *Bariesu* dictus sit a parentibus, deinde ob vitæ merita commutatum sit illi nomen *Elymas.* Beda indicat hanc vocem *Barishu* seu *Bariem* corrupte scribi pro *Barieu.* Suspicatur autem scripturam corruptam hac occasione, quod Βαριησοῦ si superponas virgulam abbreviationis notam, significat idem quod Βαριησοῦ, plene scriptum. Non patitur autem hoc sanctum nomen imponi mago. Quasi magus ille prior non habuerit nomen cum Petro Apostolo commune, dictus *Simon.*

10 *Resistebat autem illi*] Græci legunt *illis*, ut referatur ad Barnabam & Paulum. Nam *illi* refertur ad verbum Dei.

11 *Saulus autem, qui & Paulus*] Laurentius hoc loco litigat de nomine *Pauli*, de quo nonnihil attingemus cum ad Paulinas Epistolas ventum erit. Qui Laurentiana volet cognoscere, ex ipsius petat libris. Certe antehac perpetuo dictus est *Saulus.* Hic primum admonuit de *Pauli* vocabulo.

12 *Et omni fallacia*] ῥᾳδιουργίας. *Dolum* ante dixit, hic magis addendum erat diversum quiddam. Et Græca vox significat *propensionem ad quodvis facinus patrandum*, a ῥᾴδιον *facile*, & ἐργάζομαι *operor.* Licet Hesychius vocem existimet esse polysemon, significare eamdem πλαστογράφον, ταχυγράφον, πονηρὸν, μηχανουργὸν, πολυμήχανον, id est, *falso* aut etiam *celeriter scribentem, versutum, artificem, versipellem.* Nec est proprie *subvertere*, sed διαστρέφων, id est, *invertere, depravare, ex rectis facere flexuosa.*

13 *Qui ei manum darent*] χειραγωγούς, id est, *manuductores*, ut verbum verbo reddam, sive *qui se manu ducerent.*

14 *Paulus & qui cum eo erant*] οἱ περὶ τὸν Παῦλον. Ad verbum sonat, *qui circa Paulum erant*, sed juxta sermonis Græci proprietatem sonat *Paulus.* Verum ne abiret incomitatus, Interpres utrumque sensum reddidit, *Paulus & qui cum eo erant.* Arbitror enim hic eadem figura dictum οἱ περὶ τὸν Παῦλον, qua Græci dicunt, οἱ ἀμφὶ τὸν Πλάτωνα, *Platonem* ipsum sentientes.

15 *Venerunt Pergen Pamphyliæ*] Provinciæ nomen adjecit non ob discretionem, cum non sit nisi una *Perge*, sed quod oppidi vocabulum non perinde notum esset omnibus ut provinciæ. At paulo inferius discernendi causa apposuit provinciæ nomen, *Antiochiam Pisidiæ*, quod duæ sint *Antiochiæ.* Altera Syriæ Cœles auctore Hieronymo, in qua Barnabas & Paulus Apostoli sunt ordinati, altera Pisidiæ, in qua prædicarunt.

16 *Pertranseuntes Pergen venerunt Antiochiam*] Græca nonnihil dissident, Αὐτοὶ δὲ διελθόντες ἀπὸ τῆς Πέργης παρεγένοντο εἰς Ἀντιόχειαν, *At ipsi cum peragrassent relicta Perga, venerunt Antiochiam.* Siquidem ipse discernit illos ab Joanne, qui recta reversus est Hierosolymam, cum ipsi peragratis, quæ in medio erant, oppidis pervenerint Antiochiam.

δὲ διελθόντες, ἀπὸ τῆς Πέργης παρεγένοντο εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας, καὶ εἰσελθόντες εἰς τὴν συναγωγὴν 15 τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, ἐκάθισαν. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ Νόμου καὶ τῶν Προφητῶν ἀπέστειλαν οἱ ἀρχισυνάγωγοι πρὸς αὐτοὺς, λέγοντες, Ἄνδρες ἀδελφοὶ, εἰ ἔστι λόγος ἐν ὑμῖν παρακλήσεως πρὸς τὸν λαὸν, λέγετε. 16 Ἀναστὰς δὲ Παῦλος, καὶ κατασείσας τῇ χειρὶ, εἶπεν, Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, καὶ οἱ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, ἀκούσατε. 17 Ὁ Θεὸς τοῦ λαοῦ τούτου ἐξελέξατο τοὺς πατέρας ἡμῶν, καὶ τὸν λαὸν ὕψωσεν ἐν τῇ παροικίᾳ ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, καὶ μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐξ αὐτῆς. 18 Καὶ ὡς τεσσαρακονταετῆ χρόνον ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς ἐν 19 τῇ ἐρήμῳ. Καὶ καθελὼν ἔθνη ἑπτὰ ἐν γῇ Χαναὰν, 20 κατεκληρονόμησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν. Καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα ἔδωκε κριτὰς 21 ἕως Σαμουὴλ τοῦ Προφήτου. Κἀκεῖθεν ᾐτήσαντο βασιλέα, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς τὸν Σαοὺλ υἱὸν Κὶς, ἄνδρα ἐκ 22 φυλῆς Βενιαμὶν, ἔτη τεσσαράκοντα. Καὶ μεταστήσας αὐτὸν, ἤγειρεν αὐτοῖς τὸν Δαβὶδ εἰς βασιλέα, ᾧ καὶ εἶπε μαρτυρήσας, Εὗρον Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὃς ποιήσει πάντα τὰ θελήματά 23 μου. Τούτου ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ σπέρματος κατ' ἐπαγ-24 γελίαν ἤγαγε τῷ Ἰσραὴλ σωτῆρα Ἰησοῦν, Προκηρύξαντος Ἰωάννου πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ βάπτισμα 25 μετανοίας παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραήλ. Ὡς δὲ ἐπλήρου ὁ Ἰωάννης τὸν δρόμον, ἔλεγε, Τίνα με ὑπονοεῖτε εἶναι; οὐκ εἰμὶ ἐγὼ, ἀλλ' ἰδοὺ ἔρχεται μετ' ἐμὲ, οὗ οὐκ εἰμὶ 26 ἄξιος τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν λῦσαι. Ἄνδρες ἀδελφοὶ, υἱοὶ γένους Ἀβραὰμ, καὶ οἱ ἐν ὑμῖν φοβούμενοι τὸν Θεὸν, ὑμῖν ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης ἀπεστά-27 λη. Οἱ γὰρ κατοικοῦντες ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν τοῦτον ἀγνοήσαντες, καὶ τὰς φωνὰς τῶν Προφητῶν, τὰς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκομένας, κρί-28 ναντες ἐπλήρωσαν, Καὶ μηδὲ μίαν αἰτίαν θανάτου εὑρόν-29 τες, ᾐτήσαντο Πιλάτον ἀναιρεθῆναι αὐτόν. Ὡς δὲ ἐτέλεσαν ἅπαντα τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα, καθελόντες 30 ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἔθηκαν εἰς μνημεῖον. Ὁ δὲ Θεὸς ἤγειρεν 31 αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, Ὃς ὤφθη ἐπὶ ἡμέρας πλείους τοῖς συναναβᾶσιν αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας εἰς Ἱερουσαλὴμ, οἵ-32 τινές εἰσι μάρτυρες αὐτοῦ πρὸς τὸν λαόν. Καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς εὐαγγελιζόμεθα τὴν πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίαν γενο-33 μένην, Ὅτι ταύτην ὁ Θεὸς ἐκπεπλήρωκε τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἡμῖν, ἀναστήσας Ἰησοῦν, ὡς καὶ ἐν τῷ Ψαλμῷ τῷ πρώτῳ γέγραπται, Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέν-34 νηκά σε. Ὅτι δὲ ἀνέστησεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, μηκέτι μέλλοντα ὑποστρέφειν εἰς διαφθορὰν, οὕτως εἴρηκεν, Ὅτι δώ-35 σω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. Διὸ καὶ ἐν ἑτέρῳ 36 λέγει, Οὐ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Δαβὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας, τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ ἐκοιμήθη, καὶ προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ, καὶ εἶδε 37 διαφθοράν. Ὃν δὲ ὁ Θεὸς ἤγειρεν, οὐκ εἶδε διαφθοράν. 38 Γνωστὸν οὖν ἔστω ὑμῖν, ἄνδρες ἀδελφοὶ, ὅτι διὰ τούτου ὑ-39 μῖν ἄφεσις ἁμαρτιῶν καταγγέλλεται, Καὶ ἀπὸ πάντων, ὧν οὐκ ἠδυνήθητε ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως δικαιωθῆναι, ἐν 40 τούτῳ πᾶς ὁ πιστεύων δικαιοῦται. Βλέπετε οὖν μὴ ἐπελθῇ

A nibus, a Perga venerunt Antiochiam Pisidiæ, & ingressi synagogam die sabbatorum, sederunt. Post le- 15 ctionem autem Legis ac Prophetarum miserunt principes synagogæ ad eos, dicentes, Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus, 17 & manu silentio indicto, 16 ait, Viri Israelitæ, & qui timetis Deum, audite. Deus 18 populi hujus delegit patres nostros, & po- 17 pulum in altum extulit, quum essent incolæ in terra Ægypti, & brachio excelso eduxit eos ex ea. Et 18 circiter quadraginta annorum tempus 19 mores eorum sustinuit in deserto. Ac deletis gentibus septem 19 B in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum. 20 Et post hæc annis circiter quadringentis quinqua- 20 ginta dedit judices usque ad Samuelem Prophetam. Et exinde postulaverunt regem, deditque illis Deus 21 Saul filium Cis, virum de tribu Benjamin, annis quadraginta. Et amoto illo, suscitavit illis David ut es- 22 set rex, cui testimonium reddens dixit, Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Hujus e semine Deus ita ut 23 promiserat 21 adduxit Israeli servatorem 22 Jesum, 23 Quum ante prædicasset Joannes ante faciem in- 24 troitus ejus baptismum pœnitentiæ Israeli. Quum 25 autem impleret Joannes cursum, dixit, 24 Quem me C arbitramini esse? non is sum ego, sed ecce venit post me, cujus non sum dignus soleam pedum solvere. Vi- 26 ri fratres, filii generis Abrahæ, 25 & qui inter vos timent Deum, vobis sermo salutis hujus missus est. Qui enim habitabant Hierosolymis, & principes eo- 27 rum, quum ignorarent illum, & voces Prophetarum, quæ per omne sabbatum leguntur, condemnato eo impleverunt, Nullaque causa mortis inventa, 28 petierunt a Pilato 26 ut interficerent illum. Quum- 29 que consummassent omnia quæ de eo scripta erant, depositum de ligno posuerunt in monumento. Deus 30 autem suscitavit eum a mortuis, Qui visus est per 31 D dies multos his qui simul adscenderant cum eo a Galilæa Hierosolymam, qui sunt testes ejus apud plebem. Et nos vobis annunciamus, quod eam repro- 32 missionem, quæ ad patres facta est, Deus 27 adimple- 33 verit filiis illorum, nimirum nobis, resuscitato Jesu, 28 sicut & in Psalmo primo scriptum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod autem suscitavit 34 eum a mortuis, jam non amplius reversurum in corruptionem, ita dixit, Dabo vobis sancta David fidelia. Ideo & alias dicit, Non permittes ut sanctus tuus 35 videat corruptionem. Nam David quidem quum suæ 36 ætati inservisset, 29 consilio Dei dormivit, & appositus est ad patres suos, viditque corruptionem. At 37 E is, quem Deus suscitavit, non vidit corruptionem. Notum igitur sit vobis, viri fratres, quod per hunc 38 vobis remissio peccatorum annunciatur, Et ab omni- 39 bus, a quibus non potuistis per legem Mosis justificari, per hunc omnis qui credit, justificatur. Vide- 40 te

17 *Et manu silentium indicens*] καὶ κατασείσας τῇ χειρί. Idem hoc loco participium est, quod superius verterat, *annuens manu*. Sonat autem *mota manu*. Nam hoc gestu olim verba facturi pro concione silentium exigebant. Persius, *Fecisse silentia turba majestate manus.*

18 *Plebis Israel*] τοῦ λαοῦ τούτου, id est, *populi hujus.*

19 *Mores eorum sustinuit*] ἐτροποφόρησεν αὐτούς. Græcis unica dictio est conflata e duabus, τροποφορεῖν, quod est *ferre ac tolerare mores alicujus.*

20 *Quasi post* &c.] Græca nonnihil dissident a nostris. Καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα ἔδωκε κριτὰς, id est, *Et post hæc annis circiter quadringentis & quinquaginta dedit judices.*

21 *Eduxit Israel salvatorem*] ἤγαγε τῷ Ἰσραὴλ σωτηρίαν, id est, *adduxit Israeli salutem.* Est autem *Israel* hoc loco dandi casus. Interpres legisse videtur σωτῆρα sive σωτήριον.

22 *Jesum*] *Jesum* non additur apud Græcos in nonnullis exemplaribus, sed tantum *servatorem*. Et fortasse nondum erat tempus explicandi nominis apud ejus sermonis admodum rudes. Etiamsi mihi probabile videtur apud Græcos ortum hunc scripturæ errorem ex illorum notulis. Fortassis enim ex σρᾶ ιν parum attentus Scriba, aut lusciosus etiam, fecit σωτηρίαν. Hoc, utcunque habet, certe Chrysostomus Interpres non addit, legens in hunc modum: Τοῦτον ὁ Θεὸς ἀπὸ σπέρματος κατ' ἐπαγγελίαν ἤγειρε τῷ Ἰσραὴλ σωτῆρα.

23 *Prædicante Joanne*] Προκηρύξαντος Ἰωάννου, id est, *Ut ante prædicarat Joannes.*

24 *Quem me arbitramini esse, non sum*] Aut Lucas abusus est τίνα pro ὅν, aut secus est distinguendum, *Quem me arbitramini esse?* ut hic sit interrogatio. Deinde respondeat, *Non sum ego ille.* Nam Græcis est Τίνα με ὑπονοεῖτε; Admonet & Glossa, quam vocant *ordinariam*, *Quem me esse dicitis*, per interrogationem legi posse.

25 *Et qui in vobis timent*] Mire miscuit duas personas, ita ut separari non queant, *vobis* & *timent.*

26 *Ut interficerent eum*]. Potest accipi ut Pilatus occideret eum. Nam Græcus sermo anceps est.

27 *Adimplevit filiis vestris*] τοῖς τέκνοις αὐτῶν, id est, *filiis illorum*, nempe patrum.

28 *Sicut in Psalmo secundo scriptum est*] Quidam codices habebant *in Psalmo secundo*, quidam *in Psalmo*, omisso numero. At Hieronymus, hunc edisserens Psalmum, palam testatur in Actis hunc Psalmum, qui apud nos *secundus* est, *primi* titulo citari. Et hinc sumit argumentum: aut primum illum: *Beatus vir*, præfationis additum vice, aut illum & proximum, *Quare fremuerunt*, eumdem esse Psalmum. Idem prodit ferme Hilarius, illud ingenue testatus, hunc primum citari a Paulo. Quin & divus Augustinus in *Commentariis* indicat hunc potius esse unum quam primum. Proinde nos his auctoribus germanam restituimus scripturam.

29 *Voluntati Dei*] τῇ βουλῇ, id est, *consilio*. Sensus apud Græcos nonnihil habet ambigui, Δαβὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας, τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ ἐκοιμήθη, id est, *Nam David quidem, cum suæ generationi ministrasset, Dei consilio dormivit.* Ut acci-

41 θῇ ἐφ' ὑμᾶς τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς Προφήταις. Ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ, καὶ θαυμάσατε, καὶ ἀφανίσθητε, ὅτι ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, ὦ οὐ μὴ 42 πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγῆται ὑμῖν. Ἐξιόντων δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων, παρεκάλουν τὰ ἔθνη, εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον λαληθῆναι αὐτοῖς τὰ ῥήματα. 43 Λυθείσης δὲ τῆς συναγωγῆς, ἠκολούθησαν πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν σεβομένων προσηλύτων τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Βαρνάβᾳ· οἵτινες προσλαλοῦντες ἔπειθον αὐτοὺς 44 ἐπιμένειν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ. Τῷ τε ἐρχομένῳ σαββάτῳ σχεδὸν πᾶσα ἡ πόλις συνήχθη ἀκοῦσαι τὸν λό- 45 γον τοῦ Θεοῦ. Ἰδόντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι τοὺς ὄχλους, ἐπλήσθησαν ζήλου, καὶ ἀντέλεγον τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγομένοις, ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες. 46 Παῤῥησιασάμενοι δὲ ὁ Παῦλος καὶ ὁ Βαρνάβας εἶπον, Ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἰδοὺ στρε- 47 φόμεθα εἰς τὰ ἔθνη. Οὕτως γὰρ ἐντέταλται ἡμῖν ὁ Κύριος, Τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς 48 σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Ἀκούοντα δὲ τὰ ἔθνη, ἔχαιρε, καὶ ἐδόξαζον τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, καὶ ἐπίστευσαν ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώ- 49 νιον. Διεφέρετο δὲ ὁ λόγος τοῦ Κυρίου δι' ὅλης τῆς 50 χώρας. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι παρώτρυναν τὰς σεβομένας γυναῖκας καὶ τὰς εὐσχήμονας, καὶ τοὺς πρώτους τῆς πόλεως, καὶ ἐπήγειραν διωγμὸν ἐπὶ τὸν Παῦλον καὶ τὸν Βαρνάβαν, καὶ ἐξέβαλον αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐ- 51 τῶν. Οἱ δὲ ἐκτιναξάμενοι τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν αὐ- 52 τῶν ἐπ' αὐτοὺς, ἦλθον εἰς Ἰκόνιον. Οἱ δὲ μαθηταὶ ἐ- XIV. 1 πληροῦντο χαρᾶς καὶ Πνεύματος ἁγίου. Ἐγένετο δὲ ἐν Ἰκονίῳ κατὰ τὸ αὐτὸ εἰσελθεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων, καὶ λαλῆσαι οὕτως, ὥστε πι- 2 στεῦσαι Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος. Οἱ δὲ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι, ἐπήγειραν καὶ ἐκάκωσαν τὰς 3 ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν. Ἱκανὸν μὲν οὖν χρόνον διέτριψαν παῤῥησιαζόμενοι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, τῷ μαρτυροῦντι τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, διδόντι σημεῖα καὶ τέρατα γίνεσθαι διὰ τῶν χειρῶν 4 αὐτῶν. Ἐσχίσθη δὲ τὸ πλῆθος τῆς πόλεως, καὶ οἱ μὲν ἦσαν σὺν τοῖς Ἰουδαίοις, οἱ δὲ σὺν τοῖς Ἀποστόλοις. 5 Ὡς δὲ ἐγένετο ὁρμὴ τῶν ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων σὺν τοῖς 6 ἄρχουσιν αὐτῶν, ὑβρίσαι καὶ λιθοβολῆσαι αὐτοὺς, Συνιδόντες κατέφυγον εἰς τὰς πόλεις τῆς Λυκαονίας Λύστραν 7 καὶ Δέρβην καὶ τὴν περίχωρον. Κἀκεῖ ἦσαν εὐαγγελι- 8 ζόμενοι. Καί τις ἀνὴρ ἐν Λύστροις ἀδύνατος τοῖς ποσὶν ἐκά-

te ergo ne superveniat vobis 30 quod dictum est in Prophetis. Videte contemptores, & admiramini, 31 41 & evanescite, quia opus operor ego in diebus vestris, quod non credetis, si quis enarraverit vobis. 32 Egressos autem e cœtu Judæorum rogabant gentes, ut 42 sequenti sabbato loquerentur sibi verba. Soluto autem cœtu, sequuti sunt multi Judæi 33 & religiosi 43 proselyti Paulum ac Barnabam, qui alloquentes suadebant eis ut perseverarent in gratia Dei. Sequenti 44 vero sabbato pene universa civitas convenit ad audiendum sermonem Dei. Videntes autem turbas Ju- 45 dæi, repleti sunt zelo, & 34 contradicebant his quæ a Paulo dicebantur, contradicentes ac loquentes blasphemias. Tunc 35 sumpta fiducia Paulus ac Barna- 46 bas dixerunt, Vobis oportebat primum loqui sermonem Dei, sed quoniam repellitis illum, & indignos vos judicatis æterna vita, ecce convertimur ad gentes. Sic enim nobis præcepit Dominus, Posui te in 47 lucem gentium, ut sis salus usque ad extremum terræ. Audientes autem gentes, gavisæ sunt, & glori- 48 ficabant sermonem Domini, & crediderunt quotquot erant 36 ordinati ad vitam æternam. 37 Divulgaba- 49 tur autem sermo Domini per universam regionem. Judæi vero exstimulaverunt 38 mulieres religiosas 39 50 & honestas, & primos civitatis, & excitaverunt persequutionem in Paulum ac Barnabam, & ejecerunt eos de finibus suis. At illi excusso pulvere pedum 51 suorum in eos, venerunt Iconium. Porro discipuli 52 replebantur gaudio & Spiritu sancto. 1 Factum est XIV. 1 autem Iconii ut simul introirent synagogam Judæorum, & loquerentur sic, ut crederet Judæorum simul & Græcorum copiosa multitudo. Qui vero incredu- 2 li erant Judæi, 2 concitaverunt & corruperunt animos gentium adversus fratres. Multo igitur tempo- 3 re demorati sunt fortiter agentes præsidio Domini, qui testimonium perhibebat sermoni gratiæ suæ, dabatque ut signa & prodigia fierent per manus eorum. Divisa est autem multitudo civitatis, & quidam qui- 4 dem stabant a Judæis, quidam vero ab Apostolis. Quum autem factus esset impetus gentium pariter 5 ac Judæorum una cum principibus suis, 3 ut vim afferrent ac lapidarent eos, 4 Re intellecta, confu- 6 gerunt ad civitates Lycaoniæ Lystram & Derben 5 & finitimam undique regionem. Et ibi prædicabant 7 Evangelium. Et quidam vir 6 Lystris debilis pedibus 8 sedebat, claudus ab utero matris suæ, qui nunquam am-

accipiamus David non vixisse nisi suam ætatem, & rebus bene gestis obdormisse cum cæteris, cæterum Christum esse immortalem. Interpres legit *ἰδίᾳ γενεᾷ*, subaudiens præpositionem *ἐν*, & *ὑπηρετήσας* refert ad *consilium*, sive, ut ille vertit, *voluntatem Dei*. Mihi prior lectio videtur sincerior.

30 *Quod dictum est in Prophetis*] Abusus est numero pro numero, cum sit apud Abakuk capite primo. Hoc quoque Paulus adduxit juxta Editionem Septuaginta. Siquidem Hieronymus juxta veritatem Hebraicam ita vertit, *Adspicite in gentibus & videte & admiramini, & obstupescite, quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet cum narrabitur.*

31 *Et disperdimini*] *καὶ ἀφανίσθητε*, id est, *& evanescite.* Est enim ita tolli e medio ut nusquam appareat. Pro quo Hieronymus vertit *obstupescite*.

32 *Exeuntibus autem illis*] Et hoc loco nonnihil dissident Græca, *Ἐξιόντων δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων, παρεκάλουν τὰ ἔθνη εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον λαληθῆναι*, id est, *Egressis autem e synagoga Judæis, rogabant gentes, ut sequenti sabbato loquerentur.* Quidam addunt *αὐτοῖς τὰ ῥήματα*, id est, *sibi verba.* Quanquam sermo Græcus habet ambiguitatem, potest enim utrumlibet accipi, Judæos egressos e cœtu, & Apostolos egressos e cœtu Judæorum.

33 *Et colentium Deum*] *σεβομένων*, id est, *religiosorum. Advenarum*, *προσηλύτων*, id est, *proselytorum.* Sic enim aliquoties vertit.

34 *Contradicebant iis quæ dicebantur a Paulo blasphemantes*] Græci adjiciunt verbum unum, haud scio an recte, *ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες*, id est, *contradicentes & blasphemantes.*

35 *Constanter*] *Παῤῥησιασάμενοι*, id est, *Sumpta fiducia*, aut *audacia*.

36 *Præordinati*] *τεταγμένοι εἰς ζωὴν*, id est, *ordinati ad vitam.*

37 *Disseminabatur autem verbum*] *Διεφέρετο*, id est, *Differebatur, dispergebatur.* Apparet Interpretem legisse *Διεσπείρετο*.

38 *Mulieres religiosas*] *σεβομένας*. Idem participium quod modo verterat, *colentes Deum*, varietatis affectator.

39 *Et honestas*] *καὶ εὐσχήμονας*. Quod ad cultum habitumque corporis decorum ac probis dignum pertinet.

1 F*actum est autem in Iconio*] Cum *Iconium* civitatis sit nomen, non regionis, *Iconii* dicendum erat, non *in Iconio*. *Iconii* habebat exemplar Constantiense. Sunt autem duæ hujus nominis, altera Lycaoniæ ad montem Taurum, altera Ciliciæ. De priore, nisi fallor, hîc loquitur.

2 *Suscitaverunt & ad iracundiam concitaverunt*] *ἐπήγειραν καὶ ἐκάκωσαν*, id est, *concitaverunt & corruperunt.* Nam *afflixerunt* hîc non congruebat.

3 *Contumeliis afficerent*] *ὑβρίσαι*. Potius est hoc loco, *ut vim facerent.* Neque enim usque adeo timebant contumelias. Deinde quod sequitur de lapidando, velut interpretatur superius verbum *ὑβρίσαι*.

4 *Intelligentes fugerunt ad civitates Lycaoniæ*] *Συνιδόντες*. Aptius erat, *Re intellecta*, sive *Quod cum animadvertissent.*

5 *Et universam in circuitu regionem*] *καὶ τὴν περίχωρον*, id est, *& in circumjacentem regionem.* Quorsum autem hîc attinebat addere *universam?* Hoc loco Latini codices plus habent, quam Græci. Nimirum hæc, *Et commota est omnis multitudo in doctrina eorum, Paulus autem & Barnabas morabantur Lystris.* Quæ verba Beda, ni fallor, in Glossa, quam vocant *ordinariam*, fatetur in nonnullis Latinorum codicibus non haberi, & certe in eo contextu non habentur. Nec hæc attingit Lyranus, cum scribat commentarium perpetuum. Cæterum in Editione, cui sunt adjecti Commentarii Carrensis, adjectum videmus in spatio marginali: alias non habet, sed est in Græco. Ne Chrysostomus quidem, diligenter enarrans hunc locum, quicquam horum verborum attingit. Quin etiam paulo superius, post hæc verba, *& universam in circuitu regionem*, Beda notat in Græcis codicibus plus esse, *Deus autem pacem fecit*, quod in nostris aliquot non habeatur. Cum hodie nec in Græcis, nec in Latinis haberi videamus. Ac ne Chrysostomus quidem attingit quod indicavimus deesse, *Surge super pedes tuos rectus.* Et hîc Beda in Glossa, quam vocant *ordinariam*, indicat in Græcis libris secus haberi. Nimirum hunc in modum, *Dixit magna voce, Tibi dico in nomine Domini nostri Jesu Christi, surge super pedes tuos rectus.* Ac fieri potest, ut tale quippiam repertum sit in aliquo Græco codice, cum mire varient in Actis. Certe in his, quos ego viderim, nihil hîc discrepat a nostra lectione. Post additum comperi in Editione Hispaniensi, *Σοὶ λέγω ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.* In Aldina non addebatur.

6 *Lystra*] Civitas Lycaoniæ, quemadmodum & Derbe, ut tradit Hieronymus.

7 *Dii*

ἐκάθητο, χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτῦ ὑπάρχων, ὃς ὐ-
9 δέποτε περιπεπατήκει. Οὗτος ἤκυε τῦ Παύλυ λαλῦν-
τος· ὃς ἀτενίσας αὐτῷ, καὶ ἰδὼν, ὅτι πίςιν ἔχει τῦ
10 σωθῆναι, Εἶπε μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Ἀνάςηθι ἐπὶ τοὺς
11 πόδας συ ὀρθός· καὶ ἥλλετο, καὶ περιεπάτει. Οἱ δὲ
ὄχλοι ἰδόντες ὃ ἐποίησεν ὁ Παῦλος, ἐπῆραν τὴν φωνὴν
αὐτῶν Λυκαονιςὶ, λέγοντες, Οἱ Θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀν-
12 θρώποις κατέβησαν πρὸς ὑμᾶς. Ἐκάλουν τε τὸν μὲν
Βαρνάβαν, Δία, τὸν δὲ Παῦλον, Ἑρμῆν, ἐπειδὴ αὐ-
13 τὸς ἦν ὁ ἡγύμενος τοῦ λόγου. Ὁ δὲ ἱερεὺς τοῦ Διὸς,
τῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως αὐτῶν, ταύρυς καὶ ςέμματα
ἐπὶ τὺς πυλῶνας ἐνέγκας, σὺν τοῖς ὄχλοις ἤθελε θύειν.
14 Ἀκύσαντες δὲ οἱ Ἀπόςολοι Βαρνάβας καὶ Παῦλος, διαῤ-
ῥήξαντες τὰ ἱμάτια αὐτῶν, εἰσεπήδησαν εἰς τὸν ὄχλον,
15 κράζοντες, Καὶ λέγοντες, Ἄνδρες, τί ταῦτα ποιεῖτε;
καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμὲν ὑμῖν ἄνθρωποι, εὐαγγελι-
ζόμενοι ὑμᾶς, ἀπὸ τύτων τῶν ματαίων ἐπιςρέφειν ἐπὶ
τὸν Θεὸν τὸν ζῶντα, ὃς ἐποίησε τὸν ὐρανὸν, καὶ τὴν
γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς,
16 Ὃς ἐν ταῖς παρῳχημέναις γενεαῖς εἴασε πάντα τὰ ἔ-
17 θνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. Καίτοιγε ὐκ ἀμάρ-
τυρον ἑαυτὸν ἀφῆκεν ἀγαθοποιῶν, ὐρανόθεν ἡμῖν ὑετὺς
διδὺς καὶ καιρὺς καρποφόρυς, ἐμπιπλῶν τροφῆς καὶ
18 εὐφροσύνης τὰς καρδίας ἡμῶν. Καὶ ταῦτα λέγοντες,
19 μόλις κατέπαυσαν τὺς ὄχλυς τῦ μὴ θύειν αὐτοῖς. Ἐ-
πῆλθον δὲ ἀπὸ Ἀντιοχείας καὶ Ἰκονίυ Ἰυδαῖοι, καὶ
πείσαντες τὺς ὄχλυς, καὶ λιθάσαντες τὸν Παῦλον, ἔ-
20 συρον ἔξω τῆς πόλεως, νομίσαντες αὐτὸν τεθνάναι. Κυ-
κλωσάντων δὲ αὐτὸν τῶν μαθητῶν, ἀναςὰς εἰσῆλθεν εἰς
τὴν πόλιν· καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξῆλθε σὺν τῷ Βαρνάβᾳ εἰς
21 Δέρβην. Εὐαγγελισάμενοί τε τὴν πόλιν ἐκείνην, καὶ
μαθητεύσαντες ἱκανὺς, ὑπέςρεψαν εἰς τὴν Λύςραν καὶ
22 Ἰκόνιον καὶ Ἀντιόχειαν, Ἐπιςηρίζοντες τὰς ψυχὰς τῶν
μαθητῶν, καὶ παρακαλῦντες ἐμμένειν τῇ πίςει, καὶ
ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βα-
23 σιλείαν τῦ Θεῦ. Χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς Πρεσβυτέ-
ρυς κατ' ἐκκλησίαν, προσευξάμενοι μετὰ νηςειῶν, πα-
24 ρέθεντο αὐτὺς τῷ Κυρίῳ, εἰς ὃν πεπιςεύκεισαν. Καὶ
25 διελθόντες τὴν Πισιδίαν, ἦλθον εἰς Παμφυλίαν. Καὶ
λαλήσαντες ἐν Πέργῃ τὸν λόγον, κατέβησαν εἰς Ἀττά-
26 λειαν. Κἀκεῖθεν ἀπέπλευσαν εἰς Ἀντιόχειαν, ὅθεν ἦ-
σαν παραδεδομένοι τῇ χάριτι τῦ Θεοῦ εἰς τὸ ἔργον
27 ὃ ἐπλήρωσαν. Παραγενόμενοι δὲ καὶ συναγαγόντες
τὴν ἐκκλησίαν, ἀνήγγειλαν ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς μετ'
28 αὐτῶν, καὶ ὅτι ἤνοιξε τοῖς ἔθνεσι θύραν πίςεως. Διέ-
τριβον δὲ ἐκεῖ χρόνον ὐκ ὀλίγον σὺν τοῖς μαθηταῖς.
XV. 1 Καί τινες κατελθόντες ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας ἐδίδασκον
τὺς ἀδελφὺς, Ὅτι ἐὰν μὴ περιτέμνησθε τῷ ἔθει Μω-
2 σέως, οὐ δύνασθε σωθῆναι. Γενομένης οὖν ςάσεως
καὶ συζητήσεως οὐκ ὀλίγης τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Βαρνά-
βᾳ πρὸς αὐτὺς, ἔταξαν ἀναβαίνειν Παῦλον καὶ Βαρ-
νάβαν, καί τινας ἄλλυς ἐξ αὐτῶν, πρὸς τὺς Ἀποςόλυς
3 καὶ Πρεσβυτέρυς εἰς Ἱερυσαλὴμ, περὶ τῦ ζητήματος τύ-
τυ. Οἱ μὲν ὖν προπεμφθέντες ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας, διήρ-
χοντο

ambulaverat. Hic audivit Paulum loquentem: qui 9
intuitus eum, & videns, quod fidem haberet, fore ut
ſalvus fieret, Dixit magna voce, Surge in pedes tuos 10
rectus: & exſiliit, ambulabatque. Turbæ vero quum 11
vidiſſent quod fecerat Paulus, ſuſtulerunt vocem
ſuam Lycaonice, dicentes, [7] Dii in ſpecie hominum
deſcenderunt ad nos. Et vocabant Barnabam, Jo- 12
vem, Paulum vero, Mercurium, quod is eſſet dux
ſermonis. Sacerdos autem Jovis, qui erat ante civi- 13
tatem illorum, tauros & coronas [8] ad veſtibula affe-
rens, [9] cum turbis volebat ſacrificare. Quod ubi au- 14
dierunt Apoſtoli Barnabas & Paulus, conſciſſis ve-
ſtibus ſuis, [10] inſilierunt in turbam, clamantes, Ac di- 15
centes, Viri, cur iſta facitis? [11] nos quoque iiſdem,
quibus vos, obnoxii malis ſumus homines, annun-
ciantes, ut ab iſtis vanis convertamini ad Deum vi-
vum, qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia
quæ in eis ſunt, Qui in præteritis ætatibus ſinebat 16
[12] omnes gentes ingredi viis ſuis. Quanquam [13] non 17
expertem teſtimonii ſeipſum eſſe ſinebat, dum be-
neficia conferret, de cœlo nobis dans pluvias ac tem-
pora fructifera, implens cibo & lætitia corda noſtra.
Et hæc dicentes, vix compeſcuerunt turbas, [14] ne 18
ſibi immolarent. Supervenerunt autem quidam ab 19
Antiochia & Iconio Judæi, [15] qui quum perſuaſiſ-
ſent turbis, ac Paulum lapidaſſent, extraxerunt eum
e civitate, exiſtimantes illum mortuum eſſe. Circum- 20
dantibus autem eum diſcipulis, ſurrexit & intravit
civitatem: ac poſtero die profectus eſt cum Barna-
ba Derben. Quumque evangelizaſſent civitati illi, 21
ac docuiſſent multos, reverſi ſunt Lyſtram & Ico-
nium & Antiochiam, Denuo confirmantes animas 22
diſcipulorum, exhortanteſque ut perſeverarent in fi-
de, & quod per multas afflictiones oporteat nos in-
trare in regnum Dei. [16] Et cum ſuffragiis creaſſent 23
illis per ſingulas eccleſias Presbyteros, precatique
eſſent cum jejuniis, commendaverunt eos Domino,
in quem crediderant. Peragrataque Piſidia, venerunt 24
in Pamphyliam. Et quum [17] loquuti eſſent ſermo- 25
nem Pergæ, [18] deſcenderunt in urbem Attaliam. Et 26
inde ſolverunt Antiochiam, unde erant traditi gra-
tiæ Dei in opus quod compleverunt. Quum autem 27
veniſſent & congregaſſent eccleſiam, retulerunt
quæcunque feciſſet Deus ſecum, & quod aperuiſſet
gentibus oſtium fidei. [19] Commorati ſunt autem il- 28
lic multum temporis cum diſcipulis. Et quidam qui 1 XV.
deſcenderant a Judæa, docebant fratres, Niſi circum-
cidamini ſecundum morem Moſis, non poteſtis eſſe
ſalvi. [1] Quum orta ergo ſeditio & diſceptatio eſſet 2
non exigua Paulo ac Barnabæ adverſus illos, ſtatue-
runt ut adſcenderent Paulus & Barnabas, [2] & quidam
alii ex illis, ad Apoſtolos ac Presbyteros Hieroſoly-
mam, ſuper hac quæſtione. Illi ergo deducti ab ec- 3
cleſia, [3] pertranſibant Phœnicen & Samariam, nar-
rantes

7 *Dii ſimiles facti hominibus*] ὁμοιωθέντες, *adſimilati*, ut ita loquar, hoc eſt, *Dii ſpecie humana*.

8 *Ante januas*] ἐπὶ τὺς πυλῶνας, id eſt, *ad fores*, ſive *ad veſtibula*.

9 *Cum populis*] σὺν τοῖς ὄχλοις, id eſt, *cum turbis*. *Volebat ſacrificare*. Nonnulli codices habebant ἤθελον, *volebant*, quod dictum ſit *cum turbis*, nonnulli ἤθελε, *volebat*. Id tamen nihil refert ad ſententiam.

10 *Exſilierunt in turbas*] εἰσεπήδησαν εἰς τὸν ὄχλον, id eſt, *inſilierunt in turbam*, eſt enim ὄχλον.

11 *Mortales ſumus ſimiles vobis*] καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμὲν ὑμῖν ἄνθρωποι, id eſt, *& nos iiſdem obnoxii ſumus paſſionibus*, ſive *malis*, *homines*. Neque enim hoc ad mortem tantum pertinet, ſed ad omnia quæ poſſunt homini accidere.

12 *Omnes gentes ingredi vias ſuas*] ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, id eſt, *viis ſuis*. Nam *ingredi* poſuit pro vivere, & *viam* pro ratione vitæ.

13 *Non ſine teſtimonio*] Græce eſt ἀμάρτυρον, dictione compoſita, id eſt, *non expertem teſtium*, ſive *teſtimonii*. Et pro εἴασε Laurentius mavult *permiſit*. Ego malim, *non paſſus eſt eſſe ſe expertem teſtimonii*, hoc eſt, aliquo modo teſtatam eſſe voluit & illis ſuam Divinitatem.

14 *Ne ſibi immolarent*] Sub hæc verba nonnulli Græcorum codices hic addebant, Ἀλλὰ πορεύεσθαι ἕκαςον εἰς τὰ ἴδια· διατριβόντων δὲ αὐτῶν καὶ διδασκόντων, id eſt, *Sed iret quiſque ad ſua: cæterum cum illic verſarentur ac docerent*, &c.

15 *Et perſuaſis turbis*] καὶ πείσαντες τὺς ὄχλυς, καὶ λιθάσαντες τὸν Παῦλον, id eſt, *& perſuaſis turbis, ac lapidato Paulo*. Verum pro his longe ſecus habebatur in nonnullis Græcorum exemplaribus, Καὶ διαλεγομένων αὐτῶν παῤῥησίᾳ, ἀνέπεισαν τὺς ὄχλυς ἀποςῆναι αὐτῶν, λέγοντες, ὅτι ὐδὲν ἀληθὲς λέγυσιν, ἀλλὰ πάντα ψεύδονται, id eſt, *Et cum illi fortiter diſputarent, perſuaſerunt turbis, ut deſciſcerent ab eis, dicentes, quod nihil veri dicerent, ſed omnia mentirentur*.

16 *Et cum conſtituiſſent illis*] Χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς Πρεσβυτέρυς, *Creatis* ſive *Delectis illis Presbyteris*, ut intelligamus ſuffragiis delectos. Quanquam ſuperius nonnihil abuſus eſt eo verbo.

17 *Loquentes verbum Domini in Pergen*] λαλήσαντες ἐν Πέργῃ τὸν λόγον, id eſt, *loquuti Pergæ ſermonem*, nec additum eſt *Domini*. Articulus indicat, quem ſermonem dicerent. Ac mox,

18 *Deſcenderunt in Italiam*] Græci legunt εἰς Ἀττάλειαν, id eſt, *Attaliam*. Quidam vetuſtus codex habebat *Mattaliam* pro *Attalia*. Ea civitas eſt Pamphyliæ maritima, auctore Hieronymo. Nam Stephanus eam ponit in Lydia. Siquidem procul aberant ab Italia.

19 *Morati ſunt autem tempus*] Græcis additur ἐκεῖ, *Commorati ſunt illic tempus*.

1 FActa autem ſeditione non minima] Græcis pro una duæ ſunt dictiones, ςάσεως καὶ συζητήσεως, id eſt, *ſeditione & diſceptatione*. Alioqui non quadrat quod ſequitur, *cum Paulo & Barnaba*. Nec eſt *non minima*, ſed ὐκ ὀλίγης, id eſt, *non exigua*.

2 *Et quidam alii ex aliis*] Pro *ex aliis* Græci legunt ἐξ αὐτῶν, id eſt, *ex eis*.

3 *Pertranſibant Phœnicem*] *Phœnicen* legendum eſt per *n*, a Φοινίκη, hoc eſt, *Phœnice, Phœnices*, non a *Phœnix*.

χοντο τὴν Φοινίκην καὶ Σαμάρειαν, ἐκδιηγούμενοι τὴν ἐπιστροφὴν τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐποίουν χαρὰν μεγάλην πᾶ-
4 σι τοῖς ἀδελφοῖς. Παραγενόμενοι δὲ εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἀπεδέχθησαν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν Πρεσβυτέρων, ἀνήγγειλάν τε ὅσα ὁ Θεὸς ἐποίησε μετ'
5 αὐτῶν. Ἐξανέστησαν δέ τινες τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν Φαρισαίων τῶν πεπιστευκότων, λέγοντες, Ὅτι δεῖ περιτέμνειν αὐτοὺς, παραγγέλλειν τε τηρεῖν τὸν νόμον Μω-
6 σέως. Συνήχθησαν δὲ οἱ Ἀπόστολοι καὶ οἱ Πρεσβύτεροι,
7 ἰδεῖν περὶ τοῦ λόγου τούτου. Πολλῆς δὲ συζητήσεως γενομένης, ἀναστὰς Πέτρος εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ὑμεῖς ἐπίστασθε, ὅτι ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν ἐξελέξατο, διὰ τοῦ στόματός μου ἀκοῦσαι τὰ ἔθνη τὸν
8 λόγον τοῦ εὐαγγελίου, καὶ πιστεῦσαι. Καὶ ὁ καρδιογνώστης Θεὸς ἐμαρτύρησεν αὐτοῖς, δοὺς αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον,
9 καθὼς καὶ ἡμῖν, Καὶ οὐδὲν διέκρινε μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ
10 αὐτῶν, τῇ πίστει καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν. Νῦν οὖν τί πειράζετε τὸν Θεὸν, ἐπιθεῖναι ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, ὃν οὔτε οἱ πατέρες ἡμῶν, οὔτε ἡμεῖς ἰσχύσα-
11 μεν βαστάσαι; Ἀλλὰ διὰ τῆς χάριτος Κυρίου Ἰησοῦ Χρι-
12 στοῦ πιστεύομεν σωθῆναι, καθ' ὃν τρόπον κἀκεῖνοι. Ἐσίγησε δὲ πᾶν τὸ πλῆθος, καὶ ἤκουον Βαρνάβα καὶ Παύλου, ἐξηγουμένων ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς σημεῖα καὶ τέρατα ἐν
13 τοῖς ἔθνεσι δι' αὐτῶν. Μετὰ δὲ τὸ σιγῆσαι αὐτοὺς, ἀπε-
14 κρίθη Ἰάκωβος, λέγων, Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἀκούσατέ μου. Συμεὼν ἐξηγήσατο, καθὼς πρῶτον ὁ Θεὸς ἐπεσκέψατο λα-
15 βεῖν ἐξ ἐθνῶν λαὸν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, Καὶ τούτῳ συμφωνοῦσιν οἱ λόγοι τῶν Προφητῶν, καθὼς γέγραπται,
16 Μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω, καὶ ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, καὶ τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς
17 ἀνοικοδομήσω, καὶ ἀνορθώσω αὐτήν, Ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτοὺς,
18 λέγει Κύριος ὁ ποιῶν ταῦτα πάντα. Γνωστὰ ἀπ' αἰῶ-
19 νός ἐστι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. Διὸ ἐγὼ κρίνω, μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν
20 Θεὸν, Ἀλλὰ ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς, τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων, καὶ τῆς πορνείας, καὶ
21 τοῦ πνικτοῦ, καὶ τοῦ αἵματος. Μωσῆς γὰρ ἐκ γενεῶν ἀρχαίων κατὰ πόλιν τοὺς κηρύσσοντας αὐτὸν ἔχει, ἐν ταῖς συναγωγαῖς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκόμε-
22 νος. Τότε ἔδοξε τοῖς Ἀποστόλοις καὶ τοῖς Πρεσβυτέροις σὺν ὅλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐκλεξαμένους ἄνδρας ἐξ αὐτῶν πέμψαι εἰς Ἀντιόχειαν σὺν Παύλῳ καὶ Βαρνάβᾳ, Ἰούδαν τὸν ἐπικαλούμενον Βαρσαβᾶν, καὶ Σίλαν, ἄνδρας ἡγου-
23 μένους ἐν τοῖς ἀδελφοῖς, Γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε· Οἱ Ἀπόστολοι καὶ οἱ Πρεσβύτεροι καὶ οἱ ἀδελφοὶ, τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν ἀ-
24 δελφοῖς τοῖς ἐξ ἐθνῶν, χαίρειν. Ἐπειδὴ ἠκούσαμεν, ὅτι τινὲς ἐξ ἡμῶν ἐξελθόντες, ἐτάραξαν ὑμᾶς λόγοις, ἀνασκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν, λέγοντες περιτέμνεσθαι, καὶ

rantes conversionem gentium, & afferebant gaudium magnum omnibus fratribus. 4 Quum autem venissent Hierosolymam, suscepti sunt ab Ecclesia & [4] ab Apostolis ac Presbyteris, annunciaveruntque quæcunque Deus fecisset cum ipsis. 5 Surrexerunt autem quidam de factione Pharisæorum, qui crediderant, dicentes, Quod oporteret circumcidere eos, ac præcipere ut servarent legem Mosis. 6 Conveneruntque Apostoli ac Presbyteri, ut dispicerent de hoc negotio. 7 Quum autem magna disceptatio fuisset, surgens Petrus dixit ad eos, Viri fratres, vos scitis, quod ab antiquis diebus Deus inter nos elegit, ut per os meum audirent gentes verbum Evangelii, crederentque. 8 [5] Et qui novit corda Deus, testimonium præbuit illis, dans illis Spiritum sanctum, sicut & nobis, 9 Nihilque discrevit inter nos & illos, [6] cum fide purificaverit corda illorum. 10 Nunc ergo quid tentatis Deum, ut imponatur jugum super cervices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? 11 Sed per gratiam Domini Jesu Christi credimus nos salvos futuros, quemadmodum & illi. 12 Tacuit autem tota multitudo, & audiebant Barnabam ac Paulum, narrantes quæ Deus edidisset signa & prodigia inter gentes per ipsos. 13 Et postquam conticuissent, respondit Jacobus, dicens, Viri fratres, audite me. 14 [7] Symeon narravit, quemadmodum primum Deus visitaverit, ut sumeret ex gentibus populum in nomine suo, 15 Et huic consonant verba Prophetarum, sicut scriptum est, 16 Post hæc revertar, ac rursus ædificabo tabernaculum David, quod collapsum est, [8] & diruta ejus instaurabo, & erigam illud, 17 Ut requirant qui reliqui sunt homines Dominum, & omnes gentes [9] super quas invocatum est nomen meum, dicit Dominus, qui facit hæc omnia. 18 [10] Nota a seculo sunt Deo omnia hæc opera sua. 19 Propter quod [11] ego censeo, non obturbandum esse illis, qui ex gentibus convertuntur ad Deum, 20 Sed scribendum ad eos, ut abstineant se ab inquinamentis simulacrorum, & scortatione, & suffocato, & sanguine. 21 Moses enim [12] ab ætatibus antiquis in singulis civitatibus habet qui ipsum prædicent in synagogis, ubi per omne sabbatum legitur. 22 Tunc placuit Apostolis & Senioribus cum tota Ecclesia, ut delectos ex sese viros mitterent Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Judam cognomento Barsabam, & Silam, [13] viros primarios inter fratres, 23 Missis per manus eorum litteris in hanc sententiam: Apostoli & Presbyteri & fratres, his qui sunt [14] Antiochiæ & in Syria & in Cilicia fratribus qui sunt ex gentibus, salutem. 24 Quoniam audivimus, quod quidam e nobis egressi turbaverunt vos verbis, labefactantes animas vestras, jubentes vos cir-

4 *Ab Apostolis & Senioribus*] Pluribus verbis agit hoc loco Laurentius, quoties dignitas significatur, Græca voce fuisse utendum *Presbyteri*. Sic enim olim vocabantur Episcopi, teste non uno in loco divo Hieronymo. Quoties ætas indicatur, Latine dicendum erat *Seniores*. Nunc Interpres suo arbitratu, ne dicam absque delectu, modo *Presbyteros* vocat, modo *Seniores*.

5 *Et qui novit corda*] Rursus est dictio composita καρδιογνώστης, id est, *cordis cognitor*.

6 *Fide purificans*] καθαρίσας, præteriti temporis, id est, *cum fide purificaverit corda eorum*. Agit enim de iis qui jam crediderant.

7 *Simon narravit quemadmodum*] Σιμεὼν, *Simeon*. Haud scio utrum errore perperam scriptum, an quod nihil intersit inter *Simonem* & *Symeonem*: nisi quod forte *Symeon* Hebraice dicitur, Græce inflexa voce *Simon*, ut a *Saul Saulus*. Sic enim divinat Valla.

8 *Et dirupta ejus*] κατεσκαμμένα, id est, *diruta*: atque ita legitur & in Latinis emendatioribus. Cæterum testimonium, quod adducit, est Amos capite nono; quanquam Jacobus ita adducit sensum vaticinii, ut nec Septuaginta sit usus verbis, nec ad Hebræorum lectionem per omnia responderit. Siquidem Hebræa sic habent, Interprete Hieronymo: *In die illa suscitabo tabernaculum David, quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum ejus, & ea quæ corruerant instaurabo, & reædificabo illud sicut in diebus antiquis, ut possideant reliquias Idumeæ, & omnes nationes, eo quod invocatum sit nomen meum super eos, dicit Dominus faciens hæc.* Porro juxta Editionem Septuaginta legimus ad hunc modum: Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀναστήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, καὶ ἀνοικοδομήσω τὰ πεπτωκότα αὐτῆς, καὶ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀναστήσω, καὶ ἀνοικοδομήσω αὐτὴν, καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ αἰῶνος, ὅπως ἐκζητήσωσί με οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων, καὶ πάντα τὰ ἔθνη, ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου, λέγει Κύριος ὁ ποιῶν πάντα ταῦτα. Id est, *In die illo suscitabo tabernaculum David, quod ceciderat, & reædificabo ea quæ corruerant, & quæ suffossa sunt suscitabo, & instaurabo ea sicut dies antiquos, ut quærant me reliqui hominum, & omnes gentes super quas invocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens hæc omnia.* Primum, pro *In die illo* posuit *Et post hæc*: ac *revertar* addit de suo. Cæterum in hoc, *ut quærant me reliqui hominum*, Septuaginta sequutus est, non Hebræorum libros. Denique quod nos *suffossa* citavimus, in vulgatis exemplaribus est *suffusa*, sed mendose. Respondet enim illi Græco, κατεσκαμμένα, a κατασκάπτειν, quod est *suffossione demoliri*.

9 *Super quas invocatum est nomen meum*] Interpres recte omisit ἐπ' αὐτοὺς: quod additum est ex idiomate sermonis Hebraici, quum tamen non addatur apud Septuaginta.

10 *Notum a seculo*] Græce est Γνωστὰ, numero multitudinis, id est, *Nota sunt Deo opera sua*, & additur πάντα, id est, *omnia*.

11 *Ego judico*] ἐγὼ κρίνω, accommodatius erat, *ego censeo*: deinde, *non inquietari*: quod Græcis est, μὴ παρενοχλεῖν, rectius vertisset, *non obturbandum esse*, sive *non addendam molestiam*. Id enim sonat παρὰ præpositio.

12 *A temporibus antiquis*] ἐκ γενεῶν ἀρχαίων, id est, *a generationibus antiquis*, si voluisset ad verbum reddere. Jam admonuimus aliquoties, γενεὰν pro *ætate* poni.

13 *Viros primos in fratribus*] ἄνδρας ἡγουμένους, id est, *præcedentes* sive *præminentes*: hoc est, *primarios* magis quam *primos*.

14 *Antiochia & Syria & Cilicia*] κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν. Opinor hîc *Antiochiam* regionem esse, non civitatem, quod jungatur *Syria* & *Cilicia*, quæ sunt utique regiones. Unde addenda erat præpositio, *qui sunt in Antiochia & Syria & Cilicia*. Interpres neque Græca reddidit, neque Latinitatis

25 καὶ τηρεῖν τὸν νόμον, οἷς οὐ διεστειλάμεθα· Ἔδοξεν ἡμῖν γενομένοις ὁμοθυμαδὸν, ἐκλεξαμένους ἄνδρας πέμψαι πρὸς ὑμᾶς, σὺν τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν Βαρνάβᾳ
26 καὶ Παύλῳ, Ἀνθρώποις παραδεδωκόσι τὰς ψυχὰς αὐ-
27 τῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀπεστάλκαμεν οὖν Ἰούδαν καὶ Σίλαν, καὶ αὐτοὺς διὰ λό-
28 γου ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτά. Ἔδοξε γὰρ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ ἡμῖν, μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βά-
29 ρος, πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων, Ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων, καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ, καὶ πορνείας· ἐξ
30 ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς, εὖ πράξετε. Ἔρρωσθε. Οἱ μὲν οὖν ἀπολυθέντες ἦλθον εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ συναγαγόν-
31 τες τὸ πλῆθος, ἐπέδωκαν τὴν ἐπιστολήν. Ἀναγνόντες
32 δὲ, ἐχάρησαν ἐπὶ τῇ παρακλήσει. Ἰούδας τε καὶ Σίλας, καὶ αὐτοὶ Προφῆται ὄντες, διὰ λόγου πολλοῦ πα-
33 ρεκάλεσαν τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ ἐπεστήριξαν. Ποιήσαντες δὲ χρόνον, ἀπελύθησαν μετ' εἰρήνης ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν
34 πρὸς τοὺς Ἀποστόλους. Ἔδοξε δὲ τῷ Σίλᾳ ἐπιμεῖναι αὐ-
35 τοῦ. Παῦλος δὲ καὶ Βαρνάβας διέτριβον ἐν Ἀντιοχείᾳ, διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι μετὰ καὶ ἑτέρων πολ-
36 λῶν τὸν λόγον τοῦ Κυρίου. Μετὰ δέ τινας ἡμέρας εἶπε Παῦλος πρὸς Βαρνάβαν, Ἐπιστρέψαντες δὴ ἐπισκεψώμεθα τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν κατὰ πᾶσαν πόλιν, ἐν αἷς κα-
37 τηγγείλαμεν τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, πῶς ἔχουσι. Βαρνάβας δὲ ἐβουλεύσατο συμπαραλαβεῖν τὸν Ἰωάννην, τὸν κα-
38 λούμενον Μάρκον. Παῦλος δὲ ἠξίου, τὸν ἀποστάντα ἀπ' αὐτῶν ἀπὸ Παμφυλίας, καὶ μὴ συνελθόντα αὐτοῖς εἰς
39 τὸ ἔργον, μὴ συμπαραλαβεῖν τοῦτον. Ἐγένετο οὖν παροξυσμὸς, ὥστε ἀποχωρισθῆναι αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, τόν τε Βαρνάβαν παραλαβόντα τὸν Μάρκον ἐκπλεῦσαι εἰς
40 Κύπρον. Παῦλος δὲ ἐπιλεξάμενος Σίλαν, ἐξῆλθε πα-
41 ραδοθεὶς τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν. Διήρχετο δὲ τὴν Συρίαν καὶ Κιλικίαν, ἐπιστηρίζων τὰς ἐκ-

XVI. 1 κλησίας. Κατήντησε δὲ εἰς Δέρβην καὶ Λύστραν, καὶ ἰδοὺ μαθητής τις ἦν ἐκεῖ, ὀνόματι Τιμόθεος, υἱὸς γυναικός τινος Ἰουδαίας πιστῆς, πατρὸς δὲ Ἕλληνος.
2 Ὃς ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύστροις καὶ Ἰκονίῳ ἀδελ-
3 φῶν. Τοῦτον ἠθέλησεν ὁ Παῦλος σὺν αὐτῷ ἐξελθεῖν, καὶ λαβὼν περιέτεμεν αὐτὸν διὰ τοὺς Ἰουδαίους τοὺς ὄντας ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις· ᾔδεισαν γὰρ ἅ-
4 παντες τὸν πατέρα αὐτοῦ ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν. Ὡς δὲ διεπορεύοντο τὰς πόλεις, παρεδίδουν αὐτοῖς φυλάσσειν τὰ δόγματα, τὰ κεκριμένα ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν Πρεσβυτέρων τῶν ἐν Ἱερουσα-
5 λήμ. Αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι ἐστερεοῦντο τῇ πίστει, καὶ
6 ἐπερίσσευον τῷ ἀριθμῷ καθ' ἡμέραν. Διελθόντες δὲ τὴν Φρυγίαν καὶ τὴν Γαλατικὴν χώραν, κωλυθέντες ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαλῆσαι τὸν λόγον ἐν
7 τῇ Ἀσίᾳ, Ἐλθόντες κατὰ τὴν Μυσίαν, ἐπείραζον κατὰ τὴν Βιθυνίαν πορεύεσθαι, καὶ οὐκ εἴασεν αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα.

circumcidi, & servare legem, 15 quibus non mandaveramus: Visum est nobis 16 unanimiter congregatis, delectos viros mittere ad vos, cum dilectis nostris Barnaba & Paulo, Hominibus qui exposuerunt animas suas pro nomine Domini nostri Jesu Christi. Misimus ergo Judam & Silam, qui & ipsi vobis verbis referent eadem. Visum est enim Spiritui sancto ac nobis, ne quid amplius imponeremus vobis oneris, quam hæc necessaria, Videlicet ut abstineatis 17 ab his quæ sunt immolata simulacris, & sanguine, & suffocato, & scortatione: a quibus si conservaveritis vosipsos, bene facietis. Valete. Illi ergo dimissi venerunt Antiochiam, & congregata multitudine reddiderunt epistolam. Quam quum legissent, gavisi sunt super consolatione. Judas autem & Silas, quum essent & ipsi Prophetæ, 18 sermone copioso 19 adhortati sunt fratres, confirmaveruntque. Commorati autem illic aliquantum temporis, dimissi sunt cum pace a fratribus 20 ad Apostolos. Visum est autem Silæ 21 manere ibidem. Paulus vero & Barnabas demorabantur Antiochiæ, docentes & annunciantes cum aliis etiam compluribus sermonem Domini. Post aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus, Revertentes jam visitemus fratres nostros per omnes civitates, in quibus annunciavimus sermonem Domini, quomodo se habeant. 22 Barnabas autem consulebat ut assumerent & Joannem, cognomento Marcum. 23 Paulus autem nolebat, ut is, qui defecisset ab ipsis ex Pamphylia, nec isset cum eis in opus, adjungeretur. 24 Tam acris autem fuit inter eos disceptatio, ut alter ab altero sejungeretur, & Barnabas quidem assumpto Marco navigaret in Cyprum. Paulus vero allecto Sila profectus est traditus gratiæ Dei a fratribus. Perambulabat autem Syriam ac Ciliciam, confirmans ecclesias.

XVI. Pervenit autem Derben & Lystram, & ecce discipulus quidam erat ibi, nomine Timotheus, 1 filius mulieris cujusdam Judææ fidelis, cæterum patre Græco. Huic testimonium bonum reddebant qui Lystris erant & Iconii fratres. Hunc voluit Paulus secum proficisci, & assumptum circumcidit eum propter Judæos qui erant in illis locis: sciebant enim omnes quod pater ejus erat Græcus. Quum autem pertransirent civitates, tradebant eis servanda 2 decreta, quæ erant ordinata ab Apostolis & Presbyteris, qui erant Hierosolymis. Itaque ecclesiæ confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie. Quum peragrassent autem Phrygiam & Galaticam regionem, vetitique essent a Spiritu sancto 3 loqui sermonem in Asia, Profecti in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos Spiritus.

tatis habuit rationem. Nam ut reperiatur alicubi *vixit Galliæ*, pro *in Gallia*, certe inusitatus ac durus sermo est.

15 *Quibus non mandavimus*] Ante hæc verba Græci codices addunt, λέγοντες περιτέμνεσθαι καὶ τηρεῖν τὸν νόμον, id est, *jubentes vos circumcidi & servare legem.* Indicavit hoc Beda.

16 *Collectis in unum*] γενομένοις ὁμοθυμαδὸν, id est, *consentientibus*, sive *communi consensu animorum.*

17 *Ab immolatis simulacrorum*] τῶν εἰδωλοθύτων, id est, *ab iis quæ immolantur simulacris.* Suspicor Interpretem scripsisse *ab immolatitiis simulacrorum.* Nam hoc verbo frequenter utitur Ambrosius. Hunc locum quum aliquoties referat Irenæus, tamen non meminit *suffocatorum*, sed tantum *idolothytorum*, *sanguinis*, *& fornicationis.*

18 *Verbo plurimo*] διὰ λόγου πολλοῦ, id est, *sermone multo*, aut *multis verbis.* Quid autem est *verbo plurimo*? aut quid attinebat positivum nomen vertere in superlativum?

19 *Consolati sunt fratres & confirmaverunt*] καὶ ἐπεστήριξαν, hoc est, *addiderunt confirmationem*, jam confirmatis ipsa epistola: ea vis est præpositionis ἐπί.

20 *Ad eos qui miserant illos*] πρὸς τοὺς Ἀποστόλους, id est, *ad Apostolos.* Apparet Interpretem legisse, πρὸς τοὺς ἀποστείλαντας.

21 *Manere ibi*] ἐπιμεῖναι αὐτοῦ, id est, *permanere ibidem.* Cæterum post hæc verba, quod sequitur in nostris exemplaribus, *Judas autem solus abiit Hierusalem*, apud Græcos non reperio. Imo ne hæc ipsa quidem, *Visum est autem Silæ manere ibi*, reperi nisi in uno duntaxat codice, eaque adjecta in margine. Verum id Librariorum errore factum videri potest.

22 *Barnabas autem volebat*] ἐβουλεύσατο, id est, *consulebat*, sive *cogitabat.* Interpres legisse videtur ἐβούλετο.

23 *Paulus autem rogabat*] Videtur Interpres mitigare voluisse dissidii suspicionem: nam Græce est ἠξίου, id est, *censebat*, aut *æquum judicabat.* Nec est simpliciter *discessisset*, sed τὸν ἀποστάντα, id est, *qui descivisset*, sive *defecisset*, participium ejus verbi, unde dictus ἀποστάτης, *desertor*, sive *defector.*

24 *Facta est autem dissensio*] Rursum studuit mitigare Græcam vocem, quæ est παροξυσμὸς, quæ plus significat quam *dissensionem*, a παροξύνω, *irrito*, *provoco*, *exacerbo.* Significat igitur illos usque ad commotionem hac in re dissensisse, & adeo ut divellerentur. Apostoli erant, sed tamen homines erant. Origenes ingenue fatetur inter optimos quoque viros hujusmodi incidere dissidia, dum in suo quisque sensu abundat: quæ tamen non procedant eò, ut Christiana scindatur charitas, aut Christi religio labefactetur. Porro stultum est, consentientibus exemplaribus Græcis, ad eum modum mederi velle incommodo. Nos vertimus, *Tam acris autem fuit inter eos disceptatio.* *Præcipiens custodire præcepta Apostolorum & Seniorum*, hæc verba in Græcorum codicibus non invenio. Videntur huc translata ex capite, quod proxime sequitur, *tradebant eis custodire dogmata.*

1 *Filius mulieris viduæ fidelis*] Apud Græcos ita legimus, υἱὸς γυναικός τινος Ἰουδαίας πιστῆς, id est, *filius mulieris cujusdam Judææ fidelis.* Et ad hanc lectionem respondet id quod sequitur, *patre vero Gentili.* Nam *Gentilem patrem* opponit *Judææ matri.* At scriptor parum attentus ex *Judæa viduam* fecit, transpositis litteris aliquot. Atque adeo in nonnullis libris scriptum fuisse *Judææ*, submonuit & Rabanus in Glossa, quam vocant *ordinariam.* Nec rursum est *Gentilis* hic, Ἐθνικὸς, sed Ἕλλην, id est, *Græcus*, quam vocem varie vertit Interpres, nunc *Græcum*, nunc *Gentilem.*

2 *Dogmata, quæ erant decreta*] κεκριμένα, id est, *judicata*, recte vertit in *decreta.* Cæterum *dogmata* Græca vox est, significans & ipsa decreta sive placita, non doctrinam, ut vulgus existimat. Interpres alias *decretum* vertit δόγμα, alias *edictum.*

3 *Loqui verbum in Asia*] *Asiam* eam sentit, non quæ generali verbo dicitur *minor*, undique mari cincta, præter eam partem qua spectat Orientem, quæque complectitur Phrygiam, Pamphyliam, Lycaoniam, Ciliciam, Galatiam, aliasque nonnullas, sed qua

[8] μα. Παρελθόντες δὲ τὴν Μυσίαν, κατέβησαν εἰς Τρωάδα. [9] Καὶ ὅραμα διὰ τῆς νυκτὸς ὤφθη τῷ Παύλῳ. Ἀνήρ τις ἦν Μακεδὼν ἑστὼς, παρακαλῶν αὐτὸν, καὶ λέ[10]γων, Διαβὰς εἰς Μακεδονίαν, βοήθησον ἡμῖν. Ὡς δὲ τὸ ὅραμα εἶδεν, εὐθέως ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Μακεδονίαν, συμβιβάζοντες, ὅτι προσκέκληται ἡμᾶς ὁ Κύριος [11] εὐαγγελίσασθαι αὐτούς. Ἀναχθέντες οὖν ἀπὸ τῆς Τρωάδος, εὐθυδρομήσαμεν εἰς Σαμοθράκην, τῇ τε ἐπιούσῃ εἰς [12] Νεάπολιν, Ἐκεῖθέν τε εἰς Φιλίππους, ἥτις ἐστὶ πρώτη τῆς μερίδος τῆς Μακεδονίας πόλις, κολώνια· ἦμεν δὲ [13] ἐν αὐτῇ τῇ πόλει διατρίβοντες ἡμέρας τινὰς, Τῇ τε ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πόλεως παρὰ ποταμὸν, οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι, καὶ καθίσαντες [14] ἐλαλοῦμεν ταῖς συνελθούσαις γυναιξί. Καί τις γυνὴ ὀνόματι Λυδία, πορφυρόπωλις πόλεως Θυατείρων, σεβομένη τὸν Θεὸν, ἤκουσεν, ἧς ὁ Κύριος διήνοιξε τὴν καρ[15]δίαν, προσέχειν τοῖς λαλουμένοις ὑπὸ τοῦ Παύλου. Ὡς δὲ ἐβαπτίσθη, καὶ ὁ οἶκος αὐτῆς, παρεκάλεσε, λέγουσα, Εἰ κεκρίκατέ με πιστὴν τῷ Κυρίῳ εἶναι, εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκόν μου μείνατε· καὶ παρεβιάσατο ἡμᾶς. [16] Ἐγένετο δὲ πορευομένων ἡμῶν εἰς προσευχὴν, παιδίσκην τινὰ ἔχουσαν πνεῦμα Πύθωνος ἀπαντῆσαι ἡμῖν, ἥτις ἐργασίαν πολλὴν παρεῖχε τοῖς κυρίοις αὐτῆς μαν[17]τευομένη. Αὕτη κατακολουθήσασα τῷ Παύλῳ καὶ ἡμῖν, ἔκραζε, λέγουσα, Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου εἰσὶν, οἵτινες καταγγέλλουσιν ἡμῖν ὁδὸν σωτηρίας. [18] Τοῦτο δὲ ἐποίει ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας· διαπονηθεὶς δὲ ὁ Παῦλος, καὶ ἐπιστρέψας, τῷ πνεύματι εἶπε, Παραγγέλλω σοι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐξελθεῖν ἀπ' αὐ[19]τῆς. Καὶ ἐξῆλθεν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ. Ἰδόντες δὲ οἱ κύριοι αὐτῆς, ὅτι ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν, ἐπιλαβόμενοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν, εἵλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ [20] τοὺς ἄρχοντας, Καὶ προσαγαγόντες αὐτοὺς τοῖς στρατηγοῖς, εἶπον, Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι ἐκταράσσουσιν ἡμῶν τὴν πόλιν, [21] Ἰουδαῖοι ὑπάρχοντες, Καὶ καταγγέλλουσιν ἔθη ἃ οὐκ ἔξεστιν [22] ἡμῖν παραδέχεσθαι, οὐδὲ ποιεῖν, Ῥωμαίοις οὖσι. Καὶ συνεπέστη ὁ ὄχλος κατ' αὐτῶν· καὶ οἱ στρατηγοὶ περιῤῥήξαντες [23] αὐτῶν τὰ ἱμάτια, ἐκέλευον ῥαβδίζειν. Πολλάς τε ἐπιθέντες αὐτοῖς πληγὰς, ἔβαλον εἰς φυλακὴν, παραγγείλαν[24]τες τῷ δεσμοφύλακι, ἀσφαλῶς τηρεῖν αὐτούς. Ὃς παραγγελίαν τοιαύτην εἰληφὼς, ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακὴν, καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύ[25]λον. Κατὰ δὲ τὸ μεσονύκτιον Παῦλος καὶ Σίλας προσευχόμενοι ὕμνουν τὸν Θεόν· ἐπηκροῶντο δὲ αὐτῶν οἱ δέσμιοι. [26] Ἄφνω δὲ σεισμὸς ἐγένετο μέγας, ὥστε σαλευθῆναι τὰ θεμέλια τοῦ δεσμωτηρίου· ἀνεῴχθησάν τε παραχρῆμα αἱ [27] θύραι πᾶσαι, καὶ πάντων τὰ δεσμὰ ἀνέθη. Ἔξυπνος δὲ γενόμενος ὁ δεσμοφύλαξ, καὶ ἰδὼν ἀνεῳγμένας τὰς θύρας τῆς φυλακῆς, σπασάμενος μάχαιραν, ἔμελλεν ἑαυτὸν ἀναιρεῖν, νομίζων ἐκπεφευγέναι τοὺς δεσμίους. Ἐφώ-

ritus. Quum autem pertransissent Mysiam, 4 descen[8]derunt Troadem. Et visio per noctem Paulo visa [9] est. Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum, ac dicens, Profectus in Macedoniam, succurre nobis. Ut autem visum vidit, statim quæsivimus profi[10]cisci in Macedoniam, certi facti, quod vocasset nos Dominus ad evangelizandum eis. Quum solvissemus [11] igitur a Troade, 5 recto cursu venimus Samothracem, & postero die 6 Neapolim, Et inde Philippos, [12] quæ est prima partis Macedoniæ 7 civitas, colonia: eramus autem in eadem urbe 8 diebus aliquot commorantes, Et die sabbatorum egressi sumus 9 e civi[13]tate juxta flumen, 10 ubi solebat esse precatio, & sedentes loquebamur mulieribus quæ convenerant. Et [14] quædam mulier nomine 11 Lydia, purpurarum venditrix civitatis Thyatirorum, colens Deum, audivit, cujus Dominus aperuit cor, ut intenderet his quæ dicebantur a Paulo. Quum autem baptizata esset, & [15] domus ejus, deprecata est, dicens, Si judicastis me fidelem Domino esse, introite in domum meam, & manete: 12 & adegit nos. Accidit autem euntibus [16] nobis ad precationem, 13 ut puella quædam 14 habens spiritum Pythonis occurreret nobis, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis divinando. Hæc sub[17]sequuta Paulum ac nos, clamabat, dicens, Isti homines servi Dei excelsissimi sunt, qui annunciant vobis viam salutis. Hoc autem faciebat multos dies: 15 sed [18] ægre ferens Paulus, & conversus, spiritui dixit, Præcipio tibi per nomen Jesu Christi, ut exeas ab ea. Et exiit eadem hora. Videntes autem domini ejus, [19] quod abisset spes quæstus sui, apprehensum Paulum & Silam traxerunt in forum ad principes, Et offe[20]rentes eos 16 magistratibus, dixerunt, Hi homines conturbant civitatem nostra, quum sint Judæi, Et [21] annunciant 17 instituta quæ non licet nobis suscipere, neque servare, quum simus Romani. Et concur[22]rit turba adversus eos: ac magistratus 18 scissis vestibus suis jusserunt eos virgis cædi. Quumque multas [23] plagas eis imposuissent, conjecerunt eos in carcerem, præcipientes custodi carceris, ut diligenter custodiret eos. Qui quum tale præceptum accepisset, con[24]jecit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum 19 strinxit ligno. Media autem nocte Paulus & Silas 20 [25] orantes laudabant Deum: exaudiebant autem eos, qui vincti erant. Subito vero terræmotus factus est [26] magnus, ita ut concuterentur fundamenta carceris: & statim aperta sunt omnia ostia, & omnium vincula soluta sunt. Experrectus autem custos carceris, quum [27] videret januas apertas carceris, evaginato gladio erat seipsum interfecturus, existimans aufugisse vinctos. Cla-

qua finitima est Ephéso: nam hæc proprie *minor Asia* dicitur, de qua hic videtur sentire.

4 *Descenderunt Troadem*] Nam ea civitas est Asiæ maritima, dicta eadem *Antigonia*.

5 *Recto cursu venimus*] Unum verbum Græcum tribus Latinis est circumloquutus, *εὐθυδρομήσαμεν*, id est, *recto cursu contendimus*. Cursus enim & navigantium proprie dicitur. *Venimus Samothracem.* Ea est insula in sinu Pagusiaco, e regione Thraciæ, nomine composito ex *Samiis* & *Thracibus*.

6 *Neapolin*] Non est ea, quam nunc in Italia tenent Hispani, sed altera Cariæ in Asia. De hac sensisse videtur Hieronymus colligens nomina locorum in Actis Apostolicis, sed falsus opinor. Sunt qui malint *Neapolin* esse Thraciæ sive Macedoniæ juxta Ptolemæum, non procul a Philippis. Et hæc opinio probabilior est: nam sunt hujus nominis complures. Philippi civitas est in prima parte Macedoniæ.

7 *Civitas colonia*] *κολώνια*. Usurpavit Lucas vocem Latinam, tum, ut apparet, & Græcis usurpatam. Addidit enim *coloniam*, quod ea civitas ab aliunde deductis habitaretur.

8 *Diebus aliquot consistentes*] Indicat Glossa ordinaria in nonnullis libris fuisse *conferentes* pro *consistentes*. Nam *διατρίβεται*, qui commoratur, & *διατρίβονται*, qui conferunt ac disputant: unde Scholasticas disputationes Græci *diatribas* appellant. *Consistentes*, *διατρίβοντες*, quod magis sonat *commorantes*.

9 *Foras portam*] ἔξω τῆς πόλεως, id est, *e civitate*, sive omissa præpositione, *egressi sumus civitatem*. Quod quæso sermonis schema est, *foras portam?*

10 *Ubi videbatur oratio esse*] οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι, id est, *ubi putabatur futura precatio*, aut certe, quod ego malim, *ubi solebat esse precatio*: quandoquidem νόμος nonnunquam & *consuetudinem* sonat, & νομίζεσθαι *solitum esse*.

11 *Lydia purpuraria*] πορφυρόπωλις, id est, *purpurarum venditrix*, a nomine *πορφύρα purpura*, & *πωλεῖν vendere*. Nam *purpurarii* magis videntur dici *qui colligunt purpuras*, hoc est, *urinatores*, aut *qui tingunt*. *Purpura venditricem* interpretatur Hieronymus in dictione *Thyatira*, quæ dictio multitudinis numero effertur genere neutro, civitas est Lydiæ in Asia. Unde quod dictum est *Lydia* non videbatur esse nomen puellæ, sed regionis, nisi additum fuisset *nomine Lydia*.

12 *Et coëgit nos*] καὶ παρεβιάσατο ἡμᾶς. Magis est *adegit nos* quam *coëgit*.

13 *Puellam quamdam*] παιδίσκην τινὰ, id est, *ancillam quamdam*, quod mox fiat mentio dominorum, ut intelligamus conditionem explicatam, non ætatem mulieris.

14 *Habentem spiritum Pythonem*] Πύθωνος legunt Græci, hoc est, *Pythonis*. Id erat nomen draconis, quem jaculis suis confecit Apollo, unde & ipse *Pythius* dictus. Deinde spiritus ille, quo afflati prædicebant futura, *Pytho* vocari cœptus est.

15 *Dolens autem Paulus*] διαπονηθεὶς, quod alias vertit *moleste ferre*, *διαπονούμενοι*.

16 *Magistratibus*] τοῖς στρατηγοῖς, quod magis sonat *primores exercitus*, quum tamen pro *magistratu* accipiatur, qui olim militum satellitio ministerioque utebatur.

17 *Morem quem non licet*] ἔθη, id est, *mores*, red recte mutavit numerum, quod *mores* aliud quiddam sonet quam *morem*. Dicere poterat, *alias consuetudines*, sive *alia instituta*, ut interim ne dicam, quod suo more *ἱμάτια* vertit *tunicas*.

18 *Scissis tunicis eorum*] Græcus anceps est sermo, utrum magistratus lacerarint Apostolorum tunicas, an suas ipsorum.

19 *Strinxit ligno*] ἠσφαλίσατο. Verbum est cognatum adverbio *ἀσφαλῶς*, quod modo vertit *diligenter*, alias *caute*; significat autem *tuto* & *sine periculo*.

20 *Adorantes laudabant Deum*] προσευχόμενοι ὕμνουν. Cur non potius *orantes* quam *adorantes?* quandoquidem *προσεύχομαι* utrumque significat, imo *precari* potius quam *adorare*, teste & Augustino. Et *laudabant* est ὕμνουν, id est, *canebant* & *hymnis laudabant*.

21 *In-*

28 Ἐφώνησε δὲ φωνῇ μεγάλῃ ὁ Παῦλος, λέγων, Μηδὲν 29 πράξῃς σεαυτῷ κακόν· ἅπαντες γάρ ἐσμεν ἐνθάδε. Αἰτήσας δὲ φῶτα, εἰσεπήδησε, καὶ ἔντρομος γενόμενος προσέ- 30 πεσε τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ, Καὶ προαγαγὼν αὐτοὺς ἔξω, 31 ἔφη, Κύριοι, τί με δεῖ ποιεῖν, ἵνα σωθῶ. Οἱ δὲ εἶπον, Πίστευσον ἐπὶ τὸν Κύριον Ἰησοῦν, καὶ σωθήσῃ σὺ καὶ ὁ οἶκός 32 σου. Καὶ ἐλάλησαν αὐτῷ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, καὶ πᾶσι τοῖς 33 ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. Καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τῆς νυκτὸς, ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν, καὶ ἐβαπτίσθη 34 αὐτὸς, καὶ οἱ αὐτοῦ πάντες, παραχρῆμα. Ἀναγαγών τε αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, παρέθηκε τράπεζαν, καὶ ἠ- 35 γαλλιᾶτο πανοικὶ πεπιστευκὼς τῷ Θεῷ. Ἡμέρας δὲ γενομένης, ἀπέστειλαν οἱ στρατηγοὶ τοὺς ῥαβδούχους, λέγοντες, 36 Ἀπόλυσον τοὺς ἀνθρώπους ἐκείνους. Ἀπήγγειλε δὲ ὁ δεσμοφύλαξ τοὺς λόγους τούτους πρὸς τὸν Παῦλον, Ὅτι ἀπεστάλκασιν οἱ στρατηγοὶ, ἵνα ἀπολυθῆτε· νῦν οὖν ἐξελθόν- 37 τες, πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ. Ὁ δὲ Παῦλος ἔφη πρὸς αὐτοὺς, Δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ, ἀκατακρίτους, ἀνθρώπους Ῥωμαίους ὑπάρχοντας, ἔβαλον εἰς φυλακὴν, καὶ νῦν λάθρᾳ ἡμᾶς ἐκβάλλουσιν; Οὐ γὰρ, ἀλλὰ ἐλθόντες αὐτοὶ 38 ἐξαγαγέτωσαν. Ἀνήγγειλαν δὲ τοῖς στρατηγοῖς οἱ ῥαβδοῦχοι τὰ ῥήματα ταῦτα· καὶ ἐφοβήθησαν, ἀκούσαντες ὅτι 39 Ῥωμαῖοι εἰσί· Καὶ ἐλθόντες παρεκάλεσαν αὐτοὺς, καὶ ἐξα- 40 γαγόντες ἠρώτων ἐξελθεῖν τῆς πόλεως. Ἐξελθόντες δὲ ἐκ τῆς φυλακῆς, εἰσῆλθον εἰς τὴν Λυδίαν· καὶ ἰδόντες τοὺς XVII. 1 ἀδελφοὺς, παρεκάλεσαν αὐτοὺς, καὶ ἐξῆλθον. Διοδεύσαντες δὲ τὴν Ἀμφίπολιν καὶ Ἀπολλωνίαν, ἦλθον εἰς Θεσ- 2 σαλονίκην, ὅπου ἦν ἡ συναγωγὴ τῶν Ἰουδαίων. Κατὰ δὲ τὸ εἰωθὸς τῷ Παύλῳ εἰσῆλθε πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ σάββα- 3 τα τρία διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν, Διανοίγων καὶ παρατιθέμενος, ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει παθεῖν καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, καὶ ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς, ὃν ἐγὼ 4 καταγγέλλω ὑμῖν. Καί τινες ἐξ αὐτῶν ἐπείσθησαν, καὶ προσεκληρώθησαν τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ, τῶν τε σεβομένων Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος, γυναικῶν τε τῶν πρώτων 5 οὐκ ὀλίγαι. Ζηλώσαντες δὲ οἱ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι, καὶ προσλαβόμενοι τῶν ἀγοραίων τινὰς ἄνδρας πονηροὺς, καὶ ὀχλοποιήσαντες, ἐθορύβουν τὴν πόλιν, ἐπιστάντες τε τῇ οἰκίᾳ Ἰάσονος, ἐζήτουν αὐτοὺς ἀγα- 6 γεῖν εἰς τὸν δῆμον. Μὴ εὑρόντες δὲ αὐτοὺς, ἔσυρον τὸν Ἰάσονα καί τινας ἀδελφοὺς ἐπὶ τοὺς πολιτάρχας, βοῶντες, Ὅτι οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες οὗ- 7 τοι, καὶ ἐνθάδε πάρεισιν, Οὓς ὑποδέδεκται Ἰάσων· καὶ οὗτοι πάντες ἀπέναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος πράσσουσιν, βασιλέα λέγοντες ἕτερον εἶναι Ἰησοῦν. Ἑτά-

28 Clamavit autem Paulus voce magna, dicens, Ne quid fecceris tibiipsi mali: universi enim hic sumus. 29 Postulatoque lumine, [21] irrupit, ac tremefactus [22] accidit Paulo & Silæ *ad pedes*, 30 Et productis illis foras, ait, Domini, quid me oportet facere, ut salvus fiam. 31 At illi dixerunt, Crede in Dominum Jesum, & salvus eris tu & domus tua. 32 Et loquuti sunt ei sermonem Domini, & omnibus qui erant in domo ejus. 33 Et assumptis illis in illa hora noctis, abluit plagas, & baptizatus est ipse, [23] & omnes domestici illius, continuo. 34 Quumque perduxisset eos in domum suam, apposuit eis mensam, & exsultavit quod [24] cum universa domo sua credidisset Deo. 35 Et quum dies ortus esset, [25] miserunt magistratus viatores, dicentes, Dimitte homines illos. 36 Nunciavit autem custos carceris sermones hos Paulo, Miserunt magistratus, ut dimittamini: nunc igitur exeuntes, ite in pace. 37 Paulus autem dixit eis, Cæsos nos publice, indicta causa, quum simus Romani, conjecerunt in carcerem, & nunc occulte nos ejiciunt? Non profecto, sed veniant ipsi, [26] ac nos educant. 38 Nunciaverunt autem magistratibus viatores verba hæc: timueruntque, audito quod Romani essent: 39 Et venientes deprecati sunt eos, & eductos rogabant ut egrederentur e civitate. 40 Egressi autem e carcere, [27] introierunt ad Lydiam: & visis fratribus, consolati sunt eos, & profecti sunt. XVII. 1 Quum autem iter fecissent per [1] Amphipolim & Apolloniam, venerunt Thessalonicam, ubi erat synagoga Judæorum. 2 [2] Secundum consuetudinem autem suam Paulus introivit ad eos, & per sabbata tria disserebat e scripturis, 3 Adaperiens [3] & allegans, quod Christum oportuisset pati & resurgere a mortuis, & quod hic esset Christus Jesus, [4] quem ego, *inquit*, annuncio vobis. 4 Et quidam ex eis crediderunt, & adjuncti sunt Paulo & Silæ, [5] & religiosorum Græcorum multitudo magna, mulieresque primariæ non paucæ. 5 [6] Zelo autem commoti Judæi increduli, & assumptis quibusdam circumforaneis viris malis, ac turba coacta, concitaverunt civitatem, [7] & urgentes domum Jasonis, quærebant eos producere ad populum. 6 Et quum non invenissent eos, trahebant Jasonem [8] & quosdam fratres ad principes civitatis, clamantes, [9] Hi qui terrarum orbem conturbarunt, huc quoque venerunt, 7 [10] Quos clanculum excepit Jason: & hi omnes [11] contra decreta Cæ-

21 *Introgressus est*] εἰσεπήδησε, id est, *insiliit*, sive *introsiliit*, aut *irruit*, sive *irrupit*, ut impetum ac celeritatem ingredientis exprimas, quemadmodum Græca vox facit.

22 *Procidit Paulo & Silæ ad pedes*] *Ad pedes* Interpres addidit de suo. Græce tantum est, προσέπεσε τῷ Παύλῳ. Verum recte addidit Interpres, vitans amphibologiam.

23 *Et omnis domus ejus*] καὶ οἱ αὐτοῦ, id est, *& illius familiares*, sive *domestici*.

24 *Cum omni domo sua*] πανοικί. Græcum adverbium tribus circumloquutus est dictionibus. Est autem commodius, ut πανοικὶ referatur ad participium proxime sequens πεπιστευκώς. Nec est simpliciter *lætatus est*, sed ἠγαλλιᾶτο, id est, *exsultavit*. Sic enim fere solitus est vertere.

25 *Miserunt magistratus lictores*] ῥαβδούχους, a virgis gestandis. Nos *viatores* vertimus, quod his quoque mos sit gestare virgas. Nam ii proprie dicuntur per quos magistratus denunciant quid velint.

26 *Ipsi nos ejiciant*] Paulo ante, *occulte nos ejiciunt*, erat ἐκβάλλουσιν, hic diversum est verbum, ἐξαγαγέτωσαν, id est, *educant*. Nam illud conveniebat clam extrudendis, hoc convenit palam educendis, non sine satisfactione.

27 *Introierunt ad Lydiam*] Incertum an ad *Lydiam* mulierem paulo ante conversam, an in regionem; verum prior sensus mihi probatur. Nam *Lydia* in minore est Asia, moxque pervenitur ad Amphipolim & Apolloniam, quæ minimum absunt a Philippis. Nec arbitror hîc quicquam esse scrupuli, nisi quod præpositio Græca εἰς non perinde videtur congruere personæ, ut πρὸς, nisi *Lydiam* accipiamus pro *domo Lydiæ*.

1 CÆterum *Amphipolis*, de qua hic sentit locus, & *Apollonia* civitates sunt Macedoniæ, quemadmodum & *Thessalonica*. Quanquam est altera *Amphipolis* in Syria. *Apollonia* item altera in provincia Africæ, quæ & *Pentapolis* dicta est.

2 *Secundum consuetudinem autem*] Græcus sermo expressius dicit, Κατὰ δὲ εἰωθὸς τῷ Παύλῳ εἰσῆλθε, id est, *Paulus ut erat illi mos*, sive *ut solitus erat*, sive *pro sua consuetudine ingressus est*.

3 *Et insinuans*] καὶ παρατιθέμενος, hoc est, *& citans* sive *allegans*. Nec est *de scripturis*, sed ἀπὸ τῶν γραφῶν, id est, *e scripturis*. Hinc enim adducebat testimonia. Demiror autem quid sequutus Interpres hoc loco posuerit *insinuans*, quum præcedat *adaperiens*. Nam *insinuare* est latenter inducere, pugnans cum *aperiendi* verbo, nisi forte pro παρατιθέμενος legit παρεντιθέμενος, ut Judæis exposuerit Scripturas, sed obiter, ubi locus ferret, faceret mentionem Christi, quam illi laturi non fuerant, nisi deliniti Scripturarum expositione.

4 *Quem ego annuncio vobis*]. Cum subito mutata sit persona, cur non & hîc addit, *inquit*? ut in initio hujus operis fecit, *Quem audistis*, inquit, *per os meum*.

5 *Et de colentibus Gentilibusque*] τῶν τε σεβομένων Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος, id est, *religiosorumque Græcorum multitudo magna*. Quis intellexisset *colentes* significare pios ac religiosos? Jam non semel admonui, *Græcum* in litteris Apostolorum aliquoties pro *gente*, aliquoties pro *ethnico* poni.

6 *Zelantes autem Judæi*] Græci nonnihil hîc addunt verborum, Ζηλώσαντες οἱ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι, καὶ προσλαβόμενοι τῶν ἀγοραίων τινὰς ἄνδρας, id est, *Zelo autem commoti ii qui non credebant Judæi, & assumptis nonnullis circumforaneis*. Nam Græce est ἀγοραίων, quod Interpres vertit *de vulgo*. Quanquam hoc in loco nonnihil variabant Græcorum exemplaria.

7 *Et assistentes domui*] Quid audio? Num defensabant domum Jasonis? Est autem ἐπιστάντες, id est, *adorti*, sive *urgentes* & *imminentes*.

8 *Et quosdam fratres*] Quoties *fratres* absolute ponit, Christianos intelligit, quos eosdem aliquando *discipulos* vocat. Hic Beda, qui citatus in Glossa ordinaria, notat in Græcis haberi, *& quosdam alios fratres*, ex hoc colligens & Jasonem fuisse Christianum. Verum ἄλλους apud Græcos non reperi.

9 *Hi qui urbem concitant*] *Orbem* haud dubie legendum, τὴν οἰκουμένην, quod frequenter vertit *orbem terrarum*. Nec est *concitant*, sed ἀναστατώσαντες, id est, *commoverunt*, hoc est, qui rerum statum conturbarunt. Id quod fieri consuevit rebus novatis. Sensus est, quod ubique fecerunt, hîc quoque facturi adsunt.

10 *Quos suscepit Jason*] ὑποδέδεκται, id est, *clanculum* sive *furtim excepit*, ob præpositionem ὑπό.

11 *Contra decreta Cæsaris*] τῶν δογμάτων. Quod paulo ante ut erat Græce extulit *dogmata*.

8 Ἐτάραξαν δὲ τὸν ὄχλον καὶ τοὺς πολιτάρχας ἀκούοντας ταῦτα. 9 Καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ἰάσονος καὶ τῶν λοιπῶν, ἀπέλυσαν αὐτούς. 10 Οἱ δὲ ἀδελφοὶ εὐθέως διὰ τῆς νυκτὸς ἐξέπεμψαν τόν τε Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν εἰς Βέρροιαν· οἵτινες παραγενόμενοι, εἰς τὴν συναγωγὴν ἀπῄεσαν τῶν Ἰουδαίων. 11 Οὗτοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ, οἵτινες ἐδέξαντο τὸν λόγον μετὰ πάσης προθυμίας, τὸ καθ' ἡμέραν ἀνακρίνοντες τὰς γραφὰς, εἰ ἔχει ταῦτα οὕτως. 12 Πολλοὶ μὲν οὖν ἐξ αὐτῶν ἐπίστευσαν, καὶ τῶν Ἑλληνίδων γυναικῶν τῶν εὐσχημόνων, καὶ ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγοι. 13 Ὡς δὲ ἔγνωσαν οἱ ἀπὸ τῆς Θεσσαλονίκης Ἰουδαῖοι, ὅτι καὶ ἐν τῇ Βερροίᾳ κατηγγέλη ὑπὸ τοῦ Παύλου ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, ἦλθον, κἀκεῖ σαλεύοντες τοὺς ὄχλους. 14 Εὐθέως δὲ τότε τὸν Παῦλον ἐξαπέστειλαν οἱ ἀδελφοὶ, πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν· ὑπέμενον δὲ ὅ τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος ἐκεῖ. 15 Οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν Παῦλον, ἤγαγον αὐτὸν ἕως Ἀθηνῶν· καὶ λαβόντες ἐντολὴν πρὸς τὸν Σίλαν καὶ Τιμόθεον, ἵνα ὡς τάχιστα ἔλθωσι πρὸς αὐτὸν, ἐξῄεσαν. 16 Ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις ἐκδεχομένου αὐτοὺς τοῦ Παύλου, παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, θεωροῦντι κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν. 17 Διελέγετο μὲν οὖν ἐν τῇ συναγωγῇ τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τοῖς σεβομένοις, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας. 18 Τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρείων καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλον αὐτῷ· καί τινες ἔλεγον, Τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν; Οἱ δὲ, Ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι, ὅτι τὸν Ἰησοῦν καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῖς εὐηγγελίζετο. 19 Ἐπιλαβόμενοί τε αὐτοῦ, ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον ἤγαγον, λέγοντες, Δυνάμεθα

Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse Jesum. Concitaverunt autem turbam & magistratus civitatis audientes hæc. Et accepta satisfactione ab Jasone & a cæteris, dimiserunt eos. Fratres vero confestim per noctem [12] emiserunt Paulum simul & Silam in Berrhœam: [13] qui quum advenissent, abierunt in synagogam Judæorum. Hi autem erant summo genere nati inter eos qui erant Thessalonicæ, qui receperant sermonem [14] cum omni animi promptitudine, quotidie scrutantes scripturas, an hæc ita se haberent. Et multi quidem crediderunt ex eis, & [15] Græcæ mulieres honestæ, & viri non pauci. Quum autem cognovissent [16] Thessalonicenses Judæi, quod & Berrhœæ annunciatus esset a Paulo sermo Dei, venerunt, & illic quoque [17] commovebant turbas. Statimque tunc Paulum emiserunt fratres, [18] ut iret velut ad mare: Silas autem & Timotheus remanserunt ibi. Porro qui prosequebantur Paulum, deduxerunt eum Athenas usque: [19] & accepto mandato ad Silam ac Timotheum, [20] ut quam celerrime venirent ad se, profecti sunt. Paulus autem quum Athenis eos exspectaret, [21] incandescebat spiritus ejus in ipso, [22] quum videret simulacrorum cultui deditam civitatem. Disputabat igitur in synagoga cum Judæis [23] & religiosis, & in foro quotidie [24] cum iis qui ipsum forte adissent. Quidam autem [25] Epicurei & Stoici philosophi [26] conflictabantur cum eo: & quidam dicebant, Quid vult [27] spermologus hic dicere? Alii vero, [28] Novorum, *inquiebant*, dæmoniorum videtur annunciator esse, quod Jesum & resurrectionem annunciaret eis. Et apprehensum eum [29] ad Martium vicum duxerunt, dicentes, Possumus ne

12 *Dimiserunt Paulum & Silam*] ἐξέπεμψαν τόν τε Παῦλον τόν τε Σίλαν, id est, *emiserunt tum Paulum tum Silam.* Ac mox, *Berrhœam* scribunt quidam, tametsi Stephanus Βέροιαν & Βερόην appellat, id est, *Beroam.* Est autem civitas Macedoniæ, non procul a Pella patria Alexandri Magni.

13 *Qui cum venissent in synagogam Judæorum introierunt*] Alius est ordo sermonis apud Græcos, οἵτινες παραγενόμενοι εἰς τὴν συναγωγὴν ἀπῄεσαν τῶν Ἰουδαίων, id est, *qui posteaquam advenerant, in synagogam abierunt Judæorum.* Ut prius referatur ad civitatem, proximum ad conciliabulum. Deinde, *nobiliores* rectius vertisset in *nobilissimos*, tametsi video Catullum, & Plinium, cumque his Q. Curtium, alicubi more Græcorum abusos comparativo vice superlativi, εὐγενεστέρους τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ, id est, *summo loco natos inter eos qui erant Thessalonicæ.* Quanquam Græci sermonis sensus prorsus anceps est, ac magis videtur hic esse, *Hi autem erant generosiores Thessalonicensibus*, ut generositas ad animum referatur promptiorem magisque docilem.

14 *Cum omni aviditate*] προθυμίας, id est, *animi promptitudine*, sive *libenter*, aut *propensis animis.* Ac mox, *si hæc ita se haberent*, *si* vertendum erat in *an.*

15 *Mulierum Gentilium*] Ἑλληνίδων, id est, *Græcarum.* Et mox, *honestarum*, est εὐσχημόνων, quod, ut diximus, ad habitus, cultus, & incessus honestatem pertinet.

16 *In Thessalonica Judæi*] ἀπὸ τῆς Θεσσαλονίκης Ἰουδαῖοι, id est, *Thessalonicenses Judæi.*

17 *Commoventes & turbantes*] σαλεύοντες τοὺς ὄχλους, id est, *commoventes turbas. Turbantes* non offendi in Græcis exemplaribus, præterquam in uno codice Græco, idque adscriptum in margine, σαλεύοντες καὶ ταράσσοντες τοὺς ὄχλους. Opinor adjectum ab eo qui voluerit vocem voce simili explicare.

18 *Ut iret usque ad mare*] ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν, id est, *velut ad mare.* Interpres legisse videtur ἕως ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Incertum est autem an Paulus Athenas pervenerit navigio an itinere pedestri. Nisi quod probabilius est eum navigavisse, vel quia refertur deductus ad mare, vel quia nulla mentio fit eorum quæ Paulus in itinere gesserit, cui fuerant tot civitates peragrandæ, quum ille non soleat ullam civitatem transire tacitus, nisi forte solus & collegis destitutus tacuit.

19 *Accepto mandato ab eo*] *Ab eo* addidit Interpres, quo sensus esset explanatior, καὶ λαβόντες ἐντολὴν πρὸς τὸν Σίλαν, id est, *cum accepissent mandatum ad Silam.*

20 *Ut quam celeriter*] Latinius & Græco sermoni congruentius erat, *quam celerrime.* Siquidem Græce est ὡς τάχιστα, id est, *quam celerrime.*

21 *Incitabatur spiritus ejus*] παρωξύνετο, id est, *irritabatur*, quemadmodum legit Augustinus libro adversus Crescon. primo cap. XII. *Irritabatur Spiritu sancto intra se.* Idem est verbum, unde deductum est nomen παροξυσμὸς, quod paulo ante transtulit *dissensionem.* Hoc sane loco melius reddidit.

22 *In ipso videns*] Græcis est θεωροῦντι, id est, *videnti*, sive *cum videret.* Paulus enim videbat, deinde videnti commotus est animus. Interpres aut legit, aut certe somniavit, θεωρῶν pro θεωροῦντι. *Idololatriæ deditam.* Non male circumloquutus est κατείδωλον, quasi dicas *obnoxiam simulacris*, quod præpositio κατὰ subjectionem sonet.

23 *Et colentibus*] τοῖς σεβομένοις, id est, *religiosis*, & *divino cultui deditis.*

24 *Ad eos qui audierant*] πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας, id est, *ad eos qui forte accedebant.* Palam autem hoc non Interpretis esse vitium, sed Librarii, qui ex *adierant* fecerit *audierant.*

25 *Epicurei & Stoïci*] *Epicurei* ab *Epicuro.* *Stoïci* dicti a *Stoa* porticu. Rabanus hic annotat, *Stoïci*, inquit, *Græce*, *Latine elementa.* Hoc quid sibi velit plane non intelligo, nisi quod divino causam erroris. Quisquis is fuit, habebat Lexicum Græcarum dictionum, male Græcis scriptum litteris: στοῖχοι adscriptum erat *elementa*: is ex χ fecit κ, ita in elementa versi sunt στωικοὶ, jam facti στοῖχοι.

26 *Disserebant cum eo*] συνέβαλον αὐτῷ, id est, *congrediebantur* sive *committebant cum eo.* Idem verbum quo significant *conserere manus* in bello.

27 *Seminiverbius*] Pro quo Augustinus citat, *seminator verborum*, atque adeo sic scriptum visitur in nonnullis nostræ Editionis exemplaribus, ὁ σπερμολόγος. Interpres effinxit Græcanicam compositionem. Mirum autem cur id magis libuerit in hac una dictione, quam in aliis multis. Sed quid tandem significat Latinis *seminiverbius?* Fortasse felicius effinxisset, si dixisset *verbisator*, pro eo qui novos rumores spargit in vulgus, sive *seminilegus*, pro locutulejo, & ad quæstum quidvis garriente. Hesychius interpretatur σπερμολόγος ὁ φλύαρος, hoc est, *nugator*, aut ὁ τὰ σπέρματα συλλέγων, id est, *qui semina colligit.* Atque hinc avem de genere graculorum dictam fuisse σπερμολόγον. Meminit & Athenæus *Dipnosophistarum* libro secundo, sed σπερματολόγος illic scriptum reperio, Τέτρακές τε σπερματολόγοι, id est, *Tetraces seminum sublectrices.* Nam suspicor *tetracem*, sive *tetricem*, quando utrumque scriptum reperio, dici avem, quam sentit Athenæus. Meminit idem avis σπερμολόγου libro nono. Usus est hoc verbo & Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte: Καὶ εἰ μὴ ἡ βουλὴ ἐξ Ἀρείου πάγου τὸ πρᾶγμα αἰσθομένη, καὶ τὴν ὑμετέραν ἄγνοιαν ἐν οὐ δέοντι συμβεβηκυῖαν ἰδοῦσα ἐπεζήτησε τὸν ἄνθρωπον, καὶ συλλαβοῦσα ἐπανήγαγεν ὡς ὑμᾶς, ἐξήρπασ' ἂν ὁ τοιοῦτος, καὶ τὸ δίκην δοῦναι διαδὺς, ἐξεπέμπετ' ἂν ὑπὸ τοῦ σπερμολόγου τουτουί. Qui voculas aliquot ex hoc sublectas interpretatur, ait, hoc convitium dici solere in hominem nequam, minimique pretii & pro nihilo habitum, addubitans etiam, num conveniat in eum qui non ex suis alatur, sed alieno pascatur cibo. Metaphora sumpta ab avicula, cujus modo meminimus. Cæterum Demosthenes Æschinem σπερμολόγον appellat, contumelioso vocabulo, quod ad quæstum quidvis diceret, quo convitio nos *rabulas* dicimus. Hujusmodi quispiam & Paulus adhuc incognitus, visus est quibusdam Atheniensibus. Unde & σπερμολογεῖν pro *nugari.* Leonardus Aretinus pro *spermologon* vertit *rabulam*, hoc est, intemperantis ac molestæ loquacitatis hominem. Porro non potest accipi pro *seminatore verborum*, quod arbitratur Augustinus, cum vox composita sit a σπέρμα, & λέγω τὸ συλλέγω, hoc est, *a colligendis seminibus*, σπερμολόγος magis exprimeret quod sentit Augustinus.

28 *Novorum dæmoniorum*] ξένων δαιμονίων, id est, *peregrinorum deorum*: maxime cum hæc dicant Ethnici, qui *dæmonia* deos vocant. Porro ξένον, ut sonat *peregrinum*, ita declarat & *novum* & *inauditum*, nonnunquam *absurdum.*

29 *Ad Areopagum*] ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον, id est, *ad Martium pagum.* Sunt enim Græcis duæ voces. Est autem locus editus, ut vertex collis seu scopuli. Miror autem cur Hieronymus hoc loco *pagum* interpretetur *villam.* Si tamen hoc opus est

μεθα γνῶναι, τίς ἡ καινὴ αὕτη ἡ ὑπὸ σοῦ λαλουμέ-
20 νη διδαχή; Ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν· βουλόμεθα οὖν γνῶναι, τί ἂν θέλοι ταῦ-
21 τα εἶναι. Ἀθηναῖοι δὲ πάντες, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι, εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν, ἢ λέγειν τί καὶ
22 ἀκούειν καινότερον. Σταθεὶς δὲ ὁ Παῦλος ἐν μέσῳ τοῦ Ἀρείου πάγου, ἔφη, Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κα-
23 τὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ. Διερχόμενος γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὗρον καὶ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο, Ἀγνώστῳ Θεῷ· ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλ-
24 λω ὑμῖν. Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς Κύριος ὑ-
25 πάρχων, οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, Οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται, προσδεόμενός τινος, αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν κατὰ πάν-
26 τα· Ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων, κατοικεῖν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, ὁρίσας προτεταγμένους καιροὺς, καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς
27 κατοικίας αὐτῶν, Ζητεῖν τὸν Κύριον, εἰ ἄραγε ψηλαφήσειεν αὐτὸν, καὶ εὕροιεν, καίγε οὐ μακρὰν ἀπὸ
28 ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντα. Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμὲν, ὡς καί τινες τῶν καθ᾽ ὑμᾶς Ποιητῶν εἰρήκασι, Τοῦ γὰρ καὶ γένος
29 ἐσμέν. Γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ, οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν, χρυσῷ, ἢ ἀργύρῳ, ἢ λίθῳ χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου, τὸ θεῖον εἶ-
30 ναι ὅμοιον. Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, τὰ νῦν παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώ-
31 ποις πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν, Διότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας

ne scire, quæ sit ista nova quæ a te refertur doctrina? 30 Nova enim quædam ingeris auribus nostris: 20
volumus ergo scire, quidnam velint hæc esse. A- 21
thenienses autem omnes, 31 & qui illic versabantur hospites, 32 ad nihil aliud vacabant, nisi ad dicendum aut audiendum aliquid novi. Stans autem Pau- 22
lus in medio Martii vici, ait, Viri Athenienses, per omnia fere 33 superstitiosiores vos video. Præteriens 23
enim 34 & contemplans culturas vestras, inveni & aram, in qua inscriptum erat, 35 Ignoto Deo: 36 quem ergo ignorantes colitis, hunc ego annuncio vobis.
Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo sunt, 24
hic cœli & terræ quum sit Dominus, non in manufactis templis habitat, Nec 37 manibus humanis colitur, 25
indigens aliquo, quum ipse det omnibus 38 vitam & halitum per omnia: 39 Fecitque ex uno sanguine 26
omne genus hominum, ut inhabitaret super universam faciem terræ, 40 præfiniitque præstituta tempora, 41 præfixitque terminos habitationis eorum,
Ut quærerent Deum, 42 si forte palpent eum, & in- 27
veniant, quamvis non longe absit ab unoquoque nostrum. Per ipsum enim vivimus & movemur & su- 28
mus, sicut & 43 quidam vestratium Poëtarum dixerunt, 44 Nam hujus progenies etiam sumus. Genus 29
ergo quum simus Dei, 45 non debemus existimare, auro, aut argento, 46 aut lapidi arte sculpto, & invento hominis, numen esse simile. Et tempora qui- 30
dem hujus ignorantiæ quum hactenus 47 dissimularit Deus, nunc annunciat hominibus ut omnes ubique resipiscant, Eo quod statuit diem, in quo judicaturus 31
est orbem terrarum cum justitia, 48 per eum virum per quem decreverat, 49 fide præstita omnibus, quum ex-

est Hieronymi. Ego *vicum* maluissem, quandoquidem constat *Martium vicum* fuisse Athenis. Nec omnes erant judices qui illic habitabant.

30 *Nova enim quadam*] Ξενίζοντα γάρ τινα. Participium verbi deductum ab eo nomine, quod modo vertit *novorum*, ξένων.

31 *Et advena hospites*] καὶ ἐπιδημοῦντες ξένοι, id est, *& qui illic versabantur hospites*, sive *peregrini*.

32 *Ad nihil aliud vacabant*] εὐκαίρουν. Hoc bene reddidit, velut ad cætera occupati. Verum illud, *aut dicere, aut audire*, Laurentianis auribus nimis Græce transtulit, rectius dicturus, *nisi ad dicendum aut audiendum aliquid novi*: quod tamen ipsum est καινότερον, ut extenuet etiam, quasi ad quæcunque nova audienda fuisset illis otium.

33 *Superstitiosos vos video*] Sermo Græcus paulo civilior est, ὡς δεισιδαιμονεστέρους, id est, *fere superstitiosiores*. Certe *superstitiosiores*, non *superstitiosos*, habebant codices Donatiani. Mitigavit enim odium dicti, primum adverbio ὡς, deinde comparativo. Hoc enim erat fieri omnia omnibus, ut omnes lucrifaceret.

34 *Et videns simulacra vestra*] ἀναθεωρῶν, id est, *considerans & inspectans*, velut ii qui rem diu non visam inspiciunt. Nec *simulacra* hoc loco est εἴδωλα, quod verbum erat odiosius, sed σεβάσματα, quod verbum complectitur omnia quæ veneramur, nempe aras, delubra, statuas, monumenta, a verbo σέβομαι, quod proprie ad religionem pertinet. Hieronymus, citans hunc locum in Commentariis in Epistolam ad Titum, ἀναθεωρῶν vertit *contemplans*, & σεβάσματα *culturas*.

35 *Ignoto Deo*] Et hîc Hieronymus indicat Paulum pia quadam usum vafritie, quod nonnihil mutavit in titulo, non pauca omisit, quo commodius detorqueret ad exordium prædicandi Christum. Titulus enim sic habebat, auctore, quem modo citavi, Hieronymo, *Diis Asiæ, & Europæ, & Africæ, Diis ignotis & peregrinis*. Ex *Diis ignotis Deum* fecit *ignotum*, & mentionem cæterorum omisit. Quam equidem civilitatem imitandam arbitror iis, quibus studium est Ethnicos, aut Principes mala educatione depravatos, ad pietatem adducere, ne protinus conviciis rem agant & exacerbent, quibus mederi volunt, sed multa dissimulantes, paulatim illos adducant ad mentem meliorem. Et fortassis reprehendi non oporteat, si boni viri hoc animo in Regum aulis agant, quo paulatim irrepant in Principum affectus, modo ne sint auctores eorum quæ palam sunt iniqua, licet ad quædam conniveant inviti.

36 *Quod ergo ignorantes*] ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω, id est, *quem igitur ignorantes colitis, hunc ego annuncio*. Loquitur enim de Deo ignoto.

37 *Manibus hominum colitur*] θεραπεύεται, pro quo Irenæus legit *tractatur*. Nam & famuli & medici Græcis dicuntur θεραπεύειν.

38 *Vitam & inspirationem*] ζωὴν καὶ πνοὴν, id est, *vitam & halitum*, velut exponens quid sit vita animantis: in Græcis vocibus est jucundus concentus.

39 *Fecitque ex uno omne hominum genus*] Græci legunt ἐξ ἑνὸς αἵματος, id est, *ex uno sanguine*, quod indicavit etiam Beda: verum haud scio an perperam a Librariis mutata scriptura. Deinde quod subjicitur, *inhabitare super faciem terræ*, infinitum mutandum erat in gerundium, *ad inhabitandum super faciem terræ*. Alioqui sensus erit, Deum effecisse, ut omne genus hominum habitaret in terra. Imo condidit omnes, & in hoc condidit, ut agerent in terris.

40 *Definiens statuta tempora*] ὁρίσας προτεταγμένους καιροὺς, id est, *cum definisset prius statuta tempora*. *Tempora* non est χρόνους, sed καιροὺς, ut accipiamus a Deo præfinitum, quid quaque ætate fieret. Distinxit enim, imperia ad certum tempus duratura, exilia, migrationes. Item legem naturæ, Mosis, & Evangelii. Neque enim horum quicquam temere gestum est, sed suo quidque tempore.

41 *Et terminos habitationis*] καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν, id est, *præfixis terminis habitationis eorum*. Nam ὁροθεσία est *designatio terminorum*.

42 *Si forte attrectent eum*] ψηλαφήσειεν, id est, *palpent*, quod est cæcorum manu vestigantium.

43 *Quidam vestrorum*] τῶν καθ᾽ ὑμᾶς Ποιητῶν, id est, *vestratium Poëtarum*. Augustinus explicans quæstiones aliquot in Epistolam ad Romanos legit, *Sicut & quidam secundum vos dixerunt*. Itidem legit & Irenæus omissa mentione *Poëtæ*.

44 *Ipsius enim & genus sumus*] Hemistichium est Heroicum, ex Phænomenis Arati. Ac mire quod dixit de Jove, hic torquet ad verum Deum. Horum aliquot locorum patrocinio solet uti divus Hieronymus adversus eos qui calumniabantur quod Sacras Litteras Ethnicorum sordibus contaminaret. Verum Paulus id uno aut altero fecit loco, idque pene cogente occasione prædicandi Evangelii. Quid hæc ad istos, qui coacte & affectate non solum Poëtarum & Oratorum, sed omnium Sophistarum, Philosophorum, Mathematicorum, denique & Magorum litteras invehunt in doctrinam Christi, quam simplicissimam ac purissimam oportebat esse. In nonnullis Græcorum exemplaribus habebatur τούτου γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν, sed mendose, ni fallor, cum apud Aratum poëtico more τοῦ positum sit vice τούτου. Interpres Arati admonet dictum esse juxta illud quod apud Hesiodum & Homerum frequens est, πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Nos hemistichium hemistichio reddidimus: *Nam hujus progenies etiam sumus*.

45 *Non debemus æstimare*] νομίζειν, id est, *existimare*, sive *putare*. Deinde,

46 *Aut lapidi sculpturæ artis*] *Sculpturæ* dativus est, & appositive refertur ad quodlibet illorum trium, *lapidi, argento, auro*. Nos igitur, quo planior esset sensus, ita vertimus, *Non debemus existimare auro, aut argento, aut lapidi arte sculpto, & invento hominis numen esse simile*.

47 *Despiciens Deus*] ὑπεριδών. Interpres intellexisse videtur *ex alto videns*, id enim dixit *despiciens*. At ὑπεριδεῖν est *veluti dissimulare*, & cum videas perinde te gerere, quasi non videas. Et temporis ratio erat Interpreti servanda in ὑπεριδὼν, hoc est, *dissimulatis temporibus ignorantiæ*. Tum enim silebat, nunc omnibus denunciat, non dissimulaturus amplius. Lyranus interpretans *despiciens*, nempe *Deos*, quod nollet eos amplius durare, quid senserit ipse viderit.

48 *In viro in quo statuit*] ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, id est, *in viro quem definierat*, sive *statuerat*. Græcis enim postpositivus articulus sæpenumero congruit cum eo nomine quod antecessit non respondens sequenti verbo.

49 *Fidem præbens omnibus*] Duo sunt participia præteriti temporis, quorum neutrum ut par erat vertit. Sensus autem est, Deum jam fidem exhibuisse cunctis, Christum esse per quem statuerat

32 νασήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Ἀκούσαντες δὲ ἀνάσασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ δὲ εἶπον, Ἀκουσόμεθά σου 33 πάλιν περὶ τούτου. Καὶ οὕτως ὁ Παῦλος ἐξῆλθεν ἐκ μέσου 34 αὐτῶν. Τινὲς δὲ ἄνδρες κολληθέντες αὐτῷ, ἐπίσευσαν, ἐν οἷς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, καὶ γυνὴ ὀνόματι Δάμαρις, καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς. XVIII. 1 Μετὰ δὲ ταῦτα χωρισθεὶς 2 ὁ Παῦλος ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, ἦλθεν εἰς Κόρινθον, Καὶ εὑρών τινα Ἰουδαῖον, ὀνόματι Ἀκύλαν, Ποντικὸν τῷ γένει, προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, καὶ Πρίσκιλλαν γυναῖκα αὐτοῦ, διὰ τὸ διατεταχέναι Κλαύδιον, χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ῥώμης, προσῆλ- 3 θεν αὐτοῖς· Καὶ διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι, ἔμενε παρ' αὐτοῖς καὶ εἰργάζετο· ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχ- 4 νην. Διελέγετο δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ κατὰ πᾶν σάββατον, 5 ἔπειθέ τε Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας. Ὡς δὲ κατῆλθον ἀπὸ τῆς Μακεδονίας, ὅ τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος, συνείχετο τῷ πνεύματι ὁ Παῦλος, διαμαρτυρόμενος τοῖς 6 Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Ἀντιτασσομένων δὲ αὐτῶν καὶ βλασφημούντων, ἐκτιναξάμενος τὰ ἱμάτια, εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν· κα- 7 θαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς τὰ ἔθνη πορεύσομαι. Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς οἰκίαν τινὸς, ὀνόματι Ἰούστου, σεβομένου τὸν Θεὸν, οὗ ἡ οἰκία ἦν συνομοροῦσα τῇ συναγω- 8 γῇ. Κρίσπος δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος ἐπίσευσε τῷ Κυρίῳ σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ πολλοὶ τῶν Κορινθίων ἀ- 9 κούσαντες ἐπίσευον, καὶ ἐβαπτίζοντο. Εἶπε δὲ ὁ Κύριος δι' ὁράματος ἐν νυκτὶ τῷ Παύλῳ, Μὴ φοβοῦ, ἀλ- 10 λὰ λάλει, καὶ μὴ σιωπήσῃς, Διότι ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ· καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι τοῦ κακῶσαί σε, διό- 11 τι λαός ἐσί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. Ἐκάθισέ τε ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἓξ, διδάσκων αὐτοὺς τὸν λόγον 12 τοῦ Θεοῦ. Γαλλίωνος δὲ ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας, κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ, καὶ 13 ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα, Λέγοντες, Ὅτι παρὰ τὸν

excitarit illum ex mortuis. Quum audissent autem 32 resurrectionem mortuorum, alii quidem irridebant, alii vero dixerunt, Audiemus te de hoc iterum. Sic 33 Paulus exivit e medio eorum. Quidam vero viri ad- 34 hærentes ei, crediderunt, 50 in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, aliique cum eis. Post hæc Paulus 1 digressus Athenis, venit Co- 1 XVIII. rinthum, Et nactus quemdam Judæum, nomine Aqui- 2 lam, 2 Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam uxorem ejus, eo quod præcepisset Claudius, omnes Judæos Roma decedere, accessit ad eos: Et quia 3 ejusdem erat artificii, manebat 3 apud eos & operabatur: 4 erat autem ars illorum texere tabernacula. Disputabat autem in synagoga per 4 omne sabbatum, suadebatque Judæis pariter & Græcis. Quum venissent autem e Macedonia Silas & Ti- 5 motheus, 5 coarctabatur spiritu Paulus, testificans Judæis Christum esse Jesum. Contradicentibus au- 6 tem eis ac blasphema loquentibus, excussis vestimentis, dixit ad eos, Sanguis vester super caput vestrum: mundus ego posthac ad gentes vadam. Et migrans 7 inde, intravit in domum cujusdam, nomine 6 Justi, colentis Deum, cujus domus erat contigua synagogæ. Crispus autem archisynagogus credidit Domi- 8 no cum tota domo sua, multique Corinthiorum audientes credebant, ac baptizabantur. Dixit autem 9 Dominus nocte per visionem Paulo, Noli timere, sed loquere, & ne taceas, 7 Propterea quod ego sim 10 tecum, 8 & nemo adorietur te 9 ut affligat te, 10 quoniam populus est mihi multus in hac civitate. Sedit autem ibi annum & sex menses, docens eos 11 sermonem Dei. Cæterum quum Gallio ageret 11 12 proconsulem Achajæ, insurrexerunt uno animo Judæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal, Di- 13 centes,

tuerat innovare mundum, quod illum excitasset a mortuis: hoc unum nulli contigit mortalium, nec Mosi, nec Prophetæ.

50 *In quibus & Dionysius* [ἐν οἷς. Laurentius hoc loco refellit eorum opinionem, qui putant hunc *Areopagitam* fuisse auctorem eorum librorum, quos habemus *de Hierarchiis ac divinis nominibus*, & eumdem esse, qui apud Lutetiam Parisiorum martyrio fuerit laureatus, e tribus, ni fallor, *Dionysiis* unum reddentes. Primum *Areopagitæ* Judices erant, non Philosophi. At isti *Dionysium* summum faciunt Philosophum, qui ex eclipsi solis deprehenderit periclitari rerum naturam, cum consentaneum non sit eas tenebras Athenas usque pervenisse. Nam quod ait Evangelista *tenebras factas super universam terram*, ejus regionis terram intellexit, assentiente & divo Hieronymo, & asseverante Origene in Homiliis, quas scripsit in Matthæum: ubi plane negat eas tenebras e solis accidisse deliquio, sed aut nubibus intercedentibus, aut alioqui aëris densitate coacta. Quod si hæ tenebræ tanto spatio contigissent per universum orbem, aliquis certe seu Latinus seu Græcus Scriptor ejus rei meminisset. Jam Epistolam super hac re, velut *Dionysii* nomine confictam, dedit Laurentius. Mihi non videtur priscis illis temporibus tantum fuisse Christianis cæremoniarum, quantum ille describit. Deinde mirum si tam priscus auctor fuit, & tam multa scripsit, a nemine Veterum, seu Græcorum, seu Latinorum, fuisse citatum, non ab Origene, non a Chrysostomo, ne ab Hieronymo quidem, qui nihil intentatum reliquit. Quin & Gregorius ipse vir probæ fidei, citans hujus litteras, non indicat eum fuisse *Dionysium Areopagitam*. Porro quum in Ecclesiastica Historia multa fiat mentio de libris *Dionysii* Corinthiorum Episcopi, non est probabile taciturum fuisse Eusebium de tanto Pauli discipulo, si tantum voluminum reliquisset. Hieronymus in Catalogo Scriptorum illustrium unum aut alterum *Dionysium* recenset, hujus libros non recenset. Laurentius indicat fuisse suæ ætatis doctissimos viros, qui judicarint eos libros esse Apollinarii. Tametsi ejus nominis duos commemorat Hieronymus, alterum Hierapolitanum Episcopum, qui floruit sub M. Antonio secundo; alterum Laodicenum in Syria Episcopum. Neutri tamen hujusmodi quicquam tribuit operum. Neque enim opinor hæc Apollinari hæretico tribuenda. Ante complures annos, ut memini, vir incomparabilis Gulielmus Grocinus, ut Theologus summus, ita in nulla disciplina non exquisite doctus & exercitatus, auspicaturus Londini in æde divo Paulo sacra enarrationem cœlestis hierarchiæ, meditata præfatione multum asseveravit hoc opus esse Dionysii Areopagitæ, vehementer destomachans in eorum impudentiam qui dissentirent. At idem priusquam operis dimidium confecisset, ubi gustum attentius cepisset, ingenue coram auditorio fassus est, sibi verso calculo non videri id opus esse Dionysii Areopagitæ. Demiror autem cur Beda putet hunc Dionysium factum Episcopum Corinthiorum, quum Ecclesiastica Historia palam ostendat alium fuisse Dionysium Episcopum Corinthiorum, qui multa conscripserit. Atque hujus auctoritas ibi citatur, qui in Epistola quadam, quam scripsit ad Athenienses, ostenderit Dionysium Areopagitam a Paulo conversum, primum fuisse Athenis Episcopum, ab eodem Apostolo institutum. Nec aliud quicquam apud priscos Scriptores comperitur de Dionysio Areopagita. Verum hæc ceu πάρεργα paucis indicasse sat erit.

1 E*gressus ab Athenis*] χωρισθεὶς ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, id est, *digressus Athenis*.

2 *Ponticum genere*] Pontus enim Asiæ minoris pars est, non enim a mari hic dictus est *Ponticus*. Hunc salutat Paulus in Epistola ad Romanos, nisi quod illic uxor pro *Priscilla*, *Prisca* nominatur, annotante Origene. Hæc scribenti risus obortus est, quod in voluminibus Origenicis primum a Badio nostro excusis, ita nescio quis scripturam depravarat. Post hæc autem discedens Paulus ab Athenis, venit Corinthum, & invento ibi quodam Judæo nomine Aquila, *de Pontificio genere*, pro eo quod erat, *de Pontico genere*. Offensus, opinor, quod absurdum putaret, *Pontici generis* dici, qui Judæus esset. Quasi id temporis non habitarint per omnes ferme regiones sparsi Judæi. Certe Petrus nominatim scribit ad eos qui in Galatia, qui in Bithynia, qui in Ponto habitabant, Judæos. Verum hac de re nonnihil attingemus in Epistola ad Romanos.

3 *Ejusdem erat artis*] Ὁμότεχνοι dicuntur Græcis, *ejusdem artificii*, sive *opificii*: velut pictori pictor, faber fabro, sutor sutori, nauta nautæ ὁμότεχνος est.

4 *Scenofactoria artis*] ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην, id est, *erant enim aulæorum*, sive *tabernaculorum texendorum artifices*. Interpres Origenis enarrantis Epistolam Pauli ad Romanos interpretatur σκηνοποιοὺς *artifices tabernaculorum*, hoc est, *sutores*: ob id, opinor, quod tabernacula apud Priscos pellibus conficiebantur. Et nunc apud Hispanos fiunt aulæa. Idem testatur Homilia in Numeros decima septima. O vere Pontificem, vere suisque dotibus maximum! Nos satellitio, copiis, censu, minis, magni videri volumus. *Et disputabat in synagoga per omne sabbatum, interponens nomen Domini Jesu: suadebatque Judæis & Græcis.* Totum hoc non habetur in quibusdam codicibus etiam excusis. Unus codex Donatiani consentiebat cum Græcis: qui quum cætera habeant, non addunt tamen, *interponens nomen Domini Jesu*.

5 *Instabat verbo Paulus, testificans*] Græci longe secus legunt quam nos: συνείχετο τῷ πνεύματι ὁ Παῦλος, διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις, id est, *coarctabatur spiritu Paulus, testificans Judæis*, ut intelligas illum invitum & animo reluctante id fecisse, ceu præsentiret se lusurum operam.

6 *Titi Justi*] *Titi* non reperio in Græcis codicibus: sed tantum *Justi*. Verum opinor incuria Librariorum prætermissum. Quandoquidem Hieronymus, aut quisquis fuit is auctor, hujus meminit *Titi*, in nominibus Scripturæ Sacræ. Quanquam nec illic de *Justi* cognomine ulla mentio.

7 *Propter quod ego tecum*] Διότι, *Propterea quod ego tecum sum*.

8 *Et nemo apponetur tibi*] καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι, id est, *& nullus adorietur*, sive *invadet te*. Quandoquidem id quoque significat ἐπιτίθεσθαι. Nec est,

9 *Ut noceat te*] sed τοῦ κακῶσαί σε, id est, *ut affligat te*, sive *ad affligendum te*.

10 *Quoniam populus est mihi multus*] διότι. Cur non & hic transtulit *propter quod*, ut modo fecit? aut cur non ante vertit *Quoniam*.

11 *Proconsule Achaja*] ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας, id est, *quum ageret proconsulem Achaja*.

12 Per-

τὸν νόμον οὗτος ἀναπείθει τοὺς ἀνθρώπους σέβεσθαι τὸν 14 Θεόν. Μέλλοντος δὲ τοῦ Παύλου ἀνοίγειν τὸ στόμα, εἶπεν ὁ Γαλλίων πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, Εἰ μὲν οὖν ἦν ἀδίκημά τι ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρὸν, ὦ Ἰουδαῖοι, κατὰ 15 λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν· Εἰ δὲ ζήτημά ἐστι περὶ λόγου καὶ ὀνομάτων καὶ νόμου τοῦ καθ᾽ ὑμᾶς, ὄψεσθε 16 αὐτοί· κριτὴς γὰρ ἐγὼ τούτων οὐ βούλομαι εἶναι. Καὶ 17 ἀπήλασεν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος. Ἐπιλαβόμενοι δὲ πάντες οἱ Ἕλληνες Σωσθένην τὸν ἀρχισυνάγωγον, ἔτυπτον ἔμπροσθεν τοῦ βήματος, καὶ οὐδὲν τούτων τῷ 18 Γαλλίωνι ἔμελεν. Ὁ δὲ Παῦλος ἔτι προσμείνας ἡμέρας ἱκανὰς, τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος, ἐξέπλει εἰς τὴν Συρίαν, καὶ σὺν αὐτῷ Πρίσκιλλα καὶ Ἀκύλας, κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κεγχρεαῖς· εἶχε γὰρ εὐχήν. 19 Κατήντησε δὲ εἰς Ἔφεσον, καὶ ἐκείνους κατέλιπεν αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ εἰσελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν, διελέχθη τοῖς 20 Ἰουδαίοις. Ἐρωτώντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ πλείονα χρόνον 21 μεῖναι παρ᾽ αὐτοῖς, οὐκ ἐπένευσεν, Ἀλλ᾽ ἀπετάξατο αὐτοῖς, εἰπὼν, Δεῖ με πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα, πάλιν δὲ ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς, 22 τοῦ Θεοῦ θέλοντος· καὶ ἀνήχθη ἀπὸ τῆς Ἐφέσου. Καὶ κατελθὼν εἰς Καισάρειαν, ἀναβὰς καὶ ἀσπασάμενος τὴν 23 ἐκκλησίαν, κατέβη εἰς Ἀντιόχειαν. Καὶ ποιήσας χρόνον τινὰ, ἐξῆλθε, διερχόμενος καθεξῆς τὴν Γαλατικὴν χώραν 24 καὶ Φρυγίαν, ἐπιστηρίζων πάντας τοὺς μαθητάς. Ἰουδαῖος δέ τις, Ἀπολλὼς ὀνόματι, Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει, ἀνὴρ λόγιος, κατήντησεν εἰς Ἔφεσον, δυνατὸς ὢν ἐν 25 ταῖς γραφαῖς. Οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, καὶ ζέων τῷ πνεύματι ἐλάλει, καὶ ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Κυρίου, ἐπιστάμενος μόνον τὸ βάπτισμα Ἰωάννου. 26 Οὗτός τε ἤρξατο παῤῥησιάζεσθαι ἐν τῇ συναγωγῇ· ἀκούσαντες δὲ αὐτοῦ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα, προσελάβοντο αὐτὸν, καὶ ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδόν. 27 Βουλομένου δὲ αὐτοῦ διελθεῖν εἰς τὴν Ἀχαΐαν, προτρεψάμενοι οἱ ἀδελφοὶ ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς ἀποδέξασθαι αὐτόν. Ὃς παραγενόμενος, συνεβάλετο πολὺ τοῖς πε- 28 πιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος. Εὐτόνως γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγχετο δημοσίᾳ, ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν XIX. 1 γραφῶν, εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν Ἀπολλὼ εἶναι ἐν Κορίνθῳ, Παῦλον διελθόντα τὰ ἀνωτερικὰ μέρη, ἐλθεῖν εἰς Ἔφεσον, καὶ εὑρών τινας 2 μαθητὰς, Εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Εἰ Πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε, πιστεύσαντες; Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτὸν, Ἀλλ᾽ οὐ- 3 δὲ, εἰ Πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν, ἠκούσαμεν. Εἶπέ τε πρὸς αὐτοὺς, Εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; Οἱ δὲ εἶπον, Εἰς 4 τὸ Ἰωάννου βάπτισμα. Εἶπε δὲ Παῦλος, Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισε βάπτισμα μετανοίας, τῷ λαῷ λέγων εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ᾽ αὐτὸν, ἵνα πιστεύσωσι, τουτέστιν, εἰς τὸν

A centes, Contra legem hic [12] suadet hominibus colere Deum. [13] Quum autem Paulus jam pararet aperire os, dixit Gallio ad Judæos, [14] Si qua injuria 14 esset, aut facinus malum, ô Judæi, merito vos sustinerem: Si vero quæstio est [15] de sermone ac no- 15 minibus & lege vestrate, [16] vosipsi videritis: judex enim ego horum nolo esse. [17] Et abegit eos a tribu- 16 nali. Apprehensum autem omnes Græci Sosthenem 17 principem synagogæ percutiebant ante tribunal, neque quicquam eorum Gallioni curæ erat. Paulus ve- 18 ro deinde commoratus dies multos, [18] vale dicto fra- B tribus, abnavigavit in Syriam, comitantibus eum Priscilla & Aquila, [19] postea quam raserat caput in Cenchreis: habebat enim votum. Devenitque Ephesum, 19 & illos ibi reliquit: ipse vero ingressus synagogam, disputabat cum Judæis. Rogantibus autem eis ut 20 tempore ampliori maneret apud se, non annuit, Sed 21 valedixit illis, dicens, [20] Oportet omnino me festum quod instat agere Hierosolymis, sed iterum revertar ad vos, Deo volente: [21] & solvit Epheso. Quum- 22 que descendisset Cæsaream, adscendissetque & salutasset ecclesiam, descendit Antiochiam. Et commo- 23 ratus illic aliquantum temporis, profectus est, perambulans ex ordine Galaticam regionem ac Phrygiam, confirmans omnes discipulos. Judæus autem quidam, 24 C [22] Apollos nomine, Alexandrinus genere, [23] vir eloquens, devenit Ephesum, potens in scripturis. 24 Hic erat institutus in via Domini, & fervens spiri- 25 tu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ sunt Domini, sciens tantum baptisma Joannis. Et hic cœ- 26 pit libere loqui in synagoga: quem quum audissent Aquila & Priscilla, assumpserunt eum, atque exactius exposuerunt ei viam Dei. [25] Quum autem vel- 27 let ire in Achajam, exhortati fratres scripserunt discipulis, ut susciperent eum. Qui quum venisset, [26] contulit multum his qui crediderunt per gratiam. Vehementer enim Judæos revincebat publice, osten- 28 D dens per scripturas, [27] quod Jesus esset Christus. Factum est autem quum Apollos esset Corinthi, ut 1 XIX. Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum, & repertis quibusdam discipulis, Dixit ad eos, 2 [1] Num Spiritum sanctum accepistis, postea quam credidistis? At illi dixerunt ad eum, Imo neque, [2] sitne Spiritus sanctus, audivimus. Et ait ad illos, Quo 3 ergo baptizati estis? At illi dixerunt, Joannis baptismate. Dixit autem Paulus, Joannes quidem baptiza- 4 vit baptismo pœnitentiæ, populo loquens de eo qui venturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est, de Christo

12 *Persuadet hominibus*] ἀναπείθει, *suadet* potius quam *persuadet*: atque adeo *resuadet*, si sic liceat loqui, quod Paulus a veteri cultu Deorum revocaret.

13 *Incipiente autem Paulo*] Μέλλοντος δὲ τοῦ Παύλου ἀνοίγειν τὸ στόμα, *Quum autem Paulus aperturus esset os.* Quod tamen aliquoties data opera sic vertit Interpres, nec id sane perperam.

14 *Iniquum aliquid aut facinus*] ἀδίκημα, quod magis sonat *injuriam illatam*, aut *maleficium*. Deinde qui hîc vertit *facinus* ῥᾳδιούργημα, cur huic cognatam vocem ῥᾳδιουργίαν superius transtulit *fallaciam?* Nec est *pessimum*, sed *malum*, πονηρόν. Nec est *recte vos sustinerem*, sed κατὰ λόγον, hoc est, *probabiliter*, sive *merito*.

15 *De verbo & nominibus legis vestræ*] Deest apud nos una conjunctio &, περὶ λόγου καὶ ὀνομάτων καὶ νόμου τοῦ καθ᾽ ὑμᾶς, id est, *de verbis & nominibus & lege vestrate.* Verba opposuit factis. Deinde, quæstiones de communi & non communi, deque genealogiis, vocat *nomina*. Cæremonias Mosaicas vocat *legem*.

16 *Et videritis*] Futuri temporis est, ὄψεσθε: quemadmodum in Evangelio.

17 *Et minavit eos*] ἀπήλασεν. Cur non potius *abegit*, sive *depulit?* nam *minare* sane quam insolens verbum est Latinis auribus.

18 *Fratribus vale faciens*] τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος, id est, *dimissis fratribus*, sive *vale dicto fratribus.* Nec est *navigavit*, sed ἐξέπλει, id est, *abnavigavit*.

19 *Qui sibi totonderat caput*] Ex ipso sermone Græco non liquet, uter sibi raserit caput, Paulus an Aquila. Ad hæc, participium est præteriti temporis, κειράμενος τὴν κεφαλὴν, id est, *tonso capite.* Prius enim tonsus est in portu, deinde navigavit. Et *Cenchreis*, legendum est nomine trisyllabo *Cenchrea*, sicut Athenæ. Portus est Corinthiorum.

20 *Iterum revertar ad vos*] In Græcis exemplaribus plus est quam in nostris: Δεῖ με πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα, πάλιν δὲ ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς, id est, *Oportet me omnino festum quod instat agere Hierosolymis, sed denuo conferam me ad vos.*

21 *Profectus est ab Epheso*] καὶ ἀνήχθη ἀπὸ τῆς Ἐφέσου. Quod ego maluissem, *& solvit Epheso.*

22 *Apollo nomine*] Ἀπολλὼς, id est, *Apollos*: cujus genitivus *Apollo*, non *Apollinis*. Meminit hujus Paulus in Epistolis.

23 *Vir eloquens*] λόγιος, quod & *eruditum* sonat & *prudentem*.

24 *Hic erat edoctus*] κατηχημένος, participium ab eo verbo unde dicti sunt *catechumeni*. Non igitur *erat edoctus viam Domini*, quam mox discit a Priscilla & Aquila, verum erat utcunque initiatus baptismo Joannis.

25 *Quum autem vellet ire Achajam*] Quum Græce sit, εἰς τὴν Ἀχαΐαν, mirum cur Interpres omiserit præpositionem, reclamantibus Grammaticis, eo quod Achaja regionis nomen est, non civitatis.

26 *Contulit multum his qui crediderunt*] Hic Græci codices addunt, διὰ τῆς χάριτος, id est, *per gratiam.* Hoc adjectum est, ut intelligeremus muneris esse divini, quod conduceret Christianis. Beda admonet in nonnullis codicibus pro *contulit* scriptum fuisse *profuit*. Et *vehementer* est εὐτόνως, *acriter*. Et *publice*, incertum utro sit referendum, opinor ad superiora, nam id erat gratiæ, quod publicitus etiam ausus sit refellere Judæos.

27 *Esse Christum Jesum*] εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Non negabant Judæi Jesum esse, verum negabant illum esse Messiam, quem exspectabant: unde Christo præposuit articulum, τὸν Χριστὸν, id est, *illum Christum*, sive *ostendens quod Jesus esset Christus*, sive *Jesum esse Christum*.

1 *SI Spiritum sanctum*] εἰ suo more vertit per *si*, quum vertendum fuerit per *num*, aut *an*, aut *ne*. *Num Spiritum sanctum accepistis?* aut, *Accepistis ne Spiritum sanctum?* Et mox,

2 *Si Spiritus sanctus est*, pro eo quod erat, *Sitne Spiritus sanctus.*

5 τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ
6 ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τοῦ Παύλου
τὰς χεῖρας, ἦλθε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτοὺς, ἐλά-
7 λουν τε γλώσσαις, καὶ προεφήτευον. Ἦσαν δὲ οἱ πάν-
8 τες ἄνδρες ὡσεὶ δεκαδύο. Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὴν συνα-
γωγὴν, ἐπαῤῥησιάζετο ἐπὶ μῆνας τρεῖς, διαλεγόμενος καὶ
9 πείθων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Ὡς δέ τινες
ἐσκληρύνοντο καὶ ἠπείθουν, κακολογοῦντες τὴν ὁδὸν ἐνώπιον
τοῦ πλήθους, ἀποστὰς ἀπ' αὐτῶν, ἀφώρισε τοὺς μαθητὰς,
10 καθ' ἡμέραν διαλεγόμενος ἐν τῇ σχολῇ τυράννου τινός. Τοῦ-
το δὲ ἐγένετο ἐπὶ ἔτη δύο, ὥστε πάντας τοὺς κατοικοῦν-
τας τὴν Ἀσίαν ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, Ἰου-
11 δαίους τε καὶ Ἕλληνας: Δυνάμεις τε οὐ τὰς τυχούσας ἐ-
12 ποίει ὁ Θεὸς διὰ τῶν χειρῶν Παύλου, Ὥστε καὶ ἐπὶ τοὺς
ἀσθενοῦντας ἐπιφέρεσθαι ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ σουδάρια ἢ
σιμικίνθια, καὶ ἀπαλλάσσεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὰς νόσους,
13 τά τε πνεύματα τὰ πονηρὰ ἐξέρχεσθαι ἀπ' αὐτῶν. Ἐπε-
χείρησαν δέ τινες ἀπὸ τῶν περιερχομένων Ἰουδαίων ἐξορκι-
στῶν ὀνομάζειν ἐπὶ τοὺς ἔχοντας τὰ πνεύματα τὰ πονη-
ρὰ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, λέγοντες, Ὁρκίζομεν ὑμᾶς
14 τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὁ Παῦλος κηρύσσει. Ἦσαν δέ τινες υἱοὶ
15 Σκευᾶ Ἰουδαίου Ἀρχιερέως ἑπτὰ, οἱ τοῦτο ποιοῦντες. Ἀπο-
κριθὲν δὲ τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, εἶπε, Τὸν Ἰησοῦν γινώ-
16 σκω, καὶ τὸν Παῦλον ἐπίσταμαι· ὑμεῖς δὲ τίνες ἐστέ; Καὶ
ἐφαλλόμενος ἐπ' αὐτοὺς ὁ ἄνθρωπος, ἐν ᾧ ἦν τὸ πνεῦμα
τὸ πονηρὸν, καὶ κατακυριεύσας αὐτῶν, ἴσχυσε κατ' αὐτῶν,
ὥστε γυμνοὺς καὶ τετραυματισμένους ἐκφυγεῖν ἐκ τοῦ οἴκου
17 ἐκείνου. Τοῦτο δὲ ἐγένετο γνωστὸν πᾶσιν Ἰουδαίοις τε καὶ
Ἕλλησι τοῖς κατοικοῦσι τὴν Ἔφεσον, καὶ ἐπέπεσε φόβος
ἐπὶ πάντας αὐτοὺς, καὶ ἐμεγαλύνετο τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰη-
18 σοῦ. Πολλοί τε τῶν πεπιστευκότων ἤρχοντο ἐξομολογού-
19 μενοι καὶ ἀναγγέλλοντες τὰς πράξεις αὐτῶν. Ἱκανοὶ δὲ
τῶν τὰ περίεργα πραξάντων, συνενέγκαντες τὰς βίβλους
κατέκαιον ἐνώπιον πάντων, καὶ συνεψήφισαν τὰς τιμὰς
20 αὐτῶν, καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε. Οὕτως κατὰ
21 κράτος ὁ λόγος τοῦ Κυρίου ηὔξανε καὶ ἴσχυεν. Ὡς δὲ ἐπλη-
ρώθη ταῦτα, ἔθετο ὁ Παῦλος ἐν τῷ πνεύματι, διελθὼν
τὴν Μακεδονίαν καὶ Ἀχαΐαν, πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλὴμ,
εἰπὼν, Ὅτι μετὰ τὸ γενέσθαι με ἐκεῖ, δεῖ με καὶ Ῥώ-
22 μην ἰδεῖν. Ἀποστείλας δὲ εἰς τὴν Μακεδονίαν δύο τῶν δια-
κονούντων αὐτῷ, Τιμόθεον καὶ Ἔραστον, αὐτὸς ἐπέσχε χρό-
23 νον εἰς τὴν Ἀσίαν. Ἐγένετο δὲ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον
24 τάραχος οὐκ ὀλίγος περὶ τῆς ὁδοῦ. Δημήτριος γάρ τις ὀνό-
ματι, ἀργυροκόπος, ποιῶν ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος, πα-
25 ρείχετο τοῖς τεχνίταις ἐργασίαν οὐκ ὀλίγην. Οὓς συνα-
θροίσας καὶ τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐργάτας, εἶπεν, Ἄν-
δρες, ἐπίστασθε, ὅτι ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία
26 ἡμῶν ἐστι· Καὶ θεωρεῖτε καὶ ἀκούετε, ὅτι οὐ μόνον Ἐφέ-
σου, ἀλλὰ σχεδὸν πάσης τῆς Ἀσίας, ὁ Παῦλος οὗτος
πείσας, μετέστησεν ἱκανὸν ὄχλον, λέγων, ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ,
οἱ

A Christo Jesu. His auditis baptizati sunt in nomine 5
Domini Jesu. Et quum imposuisset illis manus Pau- 6
lus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur
linguis, & prophetabant. Erant autem omnes viri 7
fere duodecim. Introgressus autem synagogam, li- 8
bere loquebatur ad tres menses, disputans & suadens
de regno Dei. Quum autem quidam indurarentur, 9
ne crederent, male loquentes de via Domini coram
multitudine, digressus ab illis, segregavit discipulos,
quotidie disputans 3 in schola tyranni cujusdam. Hoc 10
autem factum est per biennium, ita ut omnes qui ha-
bitabant in Asia audirent sermonem Domini Jesu, 4
Judæi simul & Græci. 5 Virtutesque non vulgares 11
edebat Deus per manus Pauli, Ita ut etiam super in- 12
B firmos deferrentur a corpore ejus 6 sudaria & semi-
cinthia, & recederent ab eis morbi, & spiritus mali
egrederentur. Tentaverunt autem quidam e circum- 13
euntibus Judæis exorcistis invocare super eos, qui ha-
bebant spiritus malos, nomen Domini Jesu, dicen-
tes, Adjuramus vos per Jesum, quem Paulus prædi-
cat. Erant autem quidam filii Scevæ Judæi princi- 14
pis Sacerdotum septem, qui hoc faciebant. Respon- 15
dens autem 7 spiritus malus, dixit, Jesum novi, &
Paulum scio: vos autem qui estis? Et insiliens in eos 16
homo, in quo erat dæmonium malum, & domina-
tus eis, invaluit contra eos, ita ut nudi & vulnerati
effugerent de domo illa. Hoc autem innotuit omni- 17
bus Judæis simul & Græcis, qui habitabant Ephesi:
C & incidit timor super omnes illos, & magnificabatur
nomen Domini Jesu. Multique credentium venie- 18
bant 8 confitentes & annunciantes facta sua. Multi 19
autem ex eis, 9 qui curiosas artes exercuerant, com-
portatos libros exusserunt coram omnibus, & suppu-
tatis pretiis illorum, repererunt 10 pecuniæ quinqua-
ginta millia. Ita fortiter crescebat sermo Dei & 20
confirmabatur. His autem expletis, proposuit Paulus 21
in spiritu, transita Macedonia & Achaja, ire Hiero-
solymam, dicens, Postquam fuero ibi, oportet me &
Romam videre. Missis autem in Macedoniam duo- 22
bus ex iis qui ministrabant sibi, videlicet Timotheo
D & Erasto, ipse remansit ad tempus in Asia. Ortus 23
est autem illo tempore 11 tumultus non exiguus 12
de illa via. Nam 13 quidam nomine Demetrius, fa- 24
ber argentarius, qui faciebat 14 delubra argentea Dia-
næ, præstabat artificibus non exiguum quæstum.
Quibus convocatis, & iis qui similium rerum erant 25
opifices, dixit, Viri, scitis, quod 15 ex hoc opificio
quæstus nobis est: Et videtis & auditis, quod 16 non 26
solum in Ephesina civitate, sed pene per totam Asi-
am, Paulus hic persuasit & avertit multam turbam,
dicens,

3 *In schola tyranni cujusdam*] Ambigunt hîc Interpretes, *Tyrannus* hoc loco primatem ac potentem significet, an proprium sit hominis vocabulum. Sed quid scholæ cum tyranno? Deinde si nomen est proprium, cur addidit τινός. Proinde suspicor, fuisse secessum magnatis alicujus, in quo solitus sit otiari, quandoquidem σχολὴ Græcis sonat *otium*. Hieronymus alludens ad voces magis quam ad sensum, huc torquet alicubi, ut *scholam tyranni* vocet, ubi res non agitur argumentis, sed auctoritate ac vi. Quod displicuit etiam Augustino, qui nec hæreticos vult cogi, nisi doceantur. Nunc satis esse judicamus, si dicatur, Hic error est, recanta: hæc hæresis est, abnega. Quasi qui alios insimulant hæreseos, ipsi non possint errare.

4 *Judæi atque Gentiles*] Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας, id est, *tum Judæi, tum Græci*, quos hic *Gentiles* vertit.

5 *Virtutesque non modicas quaslibet*] Ita scriptum reperi in nonnullis exemplaribus Latinorum. Verum ipsa res satis indicat id accidisse culpa Librariorum, qui dictionem *modicas*, quam quispiam interpretamenti vice adjecerat, retulerunt in contextum velut a Scriptore prætermissam, δυνάμεις τε οὐ τὰς τυχούσας, id est, *virtutesque non quaslibet*, sive *non vulgares*: ad verbum, *non contingentes*. In aliis scriptum habebatur *virtutes quaslibet*, omissa negatione. Carrensis putat utrumque posse legi, sed reclamat sermo Græcus.

6 *Sudaria & semicinctia*] Utramque vocem Latinam usurpavit, σουδάρια καὶ σιμικίνθια.

7 *Dæmonium pessimum*] τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, id est, *spiritus malus*. Cæterum in eo quod proxime sequitur, *& dominatus*, quidam Græci codices habebant κατακυριεύσαν, ut referendum sit ad dæmonium *dominatum*. Quidam κατακυριεύσας, id est, *dominatus*, ut pertineat ad hominem, in quo erat dæmonium. Porro quoniam nostri codices habent *amborum*, Interpres pro αὐτῶν legisse videtur ἀμφοῖν.

8 *Confitentes & annunciantes actus suos*] Vel hinc colligi potest fuisse & antiquitus nonnullam confessionem male actæ vitæ, sed apertam, ut opinor, & in genere, quam nec ipsam legimus exactam abs quoquam. Cæterum quæ nunc recepta est clancularia & in aurem fit, videtur ex consultationibus privatis esse nata, quæ solent apud Episcopos fieri, si qui scrupulus urgeret animum. Et, *actus*, τὰς πράξεις, *facta*, sive *quæ fecissent*.

9 *Qui fuerant curiosa sectati*] τὰ περίεργα πραξάντων, id est, *qui curiosas artes exercuissent*. Sic enim vocat artes magicas.

10 *Pecuniam denariorum quinque millium*] ἀργυρίου μυριάδας πέντε, id est, *quinquagies mille nummûm*.

11 *Turbatio non minima*] τάραχος οὐκ ὀλίγος, id est, *turbatio non exigua*. Ac paulo post, *non modicum quæstum*, ἐργασίαν οὐκ ὀλίγην, id est, *quæstum non exiguum*.

12 *De via Domini*] περὶ τῆς ὁδοῦ, id est, *de via*, sive *de hac via*. Nam articulus additus facit ut certam accipiamus viam. Porro *Domini* addiderunt, quo res esset explicatior, aut certe mollior.

13 *Demetrius quidam nomine argentarius*] *Argentarius* alias Latinis & *mensarium* significat, & *numularium*: verum hoc loco sonat *opificem* & *sculptorem argenti*, quem nos *aurificem* seu *aurifabrum* vocamus, quandoquidem quicunque cudunt aurum, iidem cudunt & argentum. Est enim ἀργυροκόπος, ab elaborando argento dictus: nisi mavis a κόπτω deducere, unde & monetam Græci κόμμα dicunt, πονηροῦ κόμματος.

14 *Ædes argenteas*] ναοὺς, id est, *templa*. Sentit enim *ædiculas*, seu *thecas*, effigie templi, in quibus reponebantur statuæ. Nos vertimus *delubra*.

15 *De hoc artificio est nobis acquisitio*] ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῶν ἐστιν. Quod modo vertit *quæstum*, nunc vertit *artificium*, & εὐπορίαν, *acquisitionem*. *Ex hoc quæstu nobis suppeditat rerum copia.*

16 *Non solum Ephesi*] Non est ἐν Ἐφέσῳ, sed Ἐφέσου, ut referatur ad multam turbam. Unde quoniam nonnullos offendebat amphibologia, pro *Ephesi* vertimus *Ephesinæ civitatis*.

17 Non

27 οἱ διὰ χειρῶν γινόμενοι. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος ἱερὸν εἰς οὐδὲν λογισθῆναι, μέλλειν τε καὶ καθαιρεῖσθαι τὴν μεγαλειότητα αὐτῆς, 28 ἣν ὅλη ἡ Ἀσία καὶ ἡ οἰκουμένη σέβεται. Ἀκούσαντες δὲ καὶ γενόμενοι πλήρεις θυμοῦ, ἔκραζον, λέγοντες, 29 Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων. Καὶ ἐπλήσθη ἡ πόλις ὅλη τῆς συγχύσεως, ὥρμησάν τε ὁμοθυμαδὸν εἰς τὸ θέατρον, συναρπάσαντες Γάϊον καὶ Ἀρίσαρχον Μακε- 30 δόνας, συνεκδήμους τοῦ Παύλου. Τοῦ δὲ Παύλου βουλομένου εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον, οὐκ εἴων αὐτὸν οἱ μαθηταί. 31 Τινὲς δὲ καὶ τῶν Ἀσιαρχῶν, ὄντες αὐτῷ φίλοι, πέμψαντες πρὸς αὐτὸν, παρεκάλουν, μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς 32 τὸ θέατρον. Ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλο τι ἔκραζον· ἦν γὰρ ἡ ἐκκλησία συγκεχυμένη, καὶ οἱ πλείους οὐκ ᾔδεισαν τί- 33 νος ἕνεκεν συνεληλύθεισαν. Ἐκ δὲ τοῦ ὄχλου προεβίβασαν Ἀλέξανδρον, προβαλόντων αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος κατασείσας τὴν χεῖρα, ἤθελεν ἀπολογεῖσθαι 34 τῷ δήμῳ. Ἐπιγνόντων δὲ ὅτι Ἰουδαῖός ἐστι, φωνὴ ἐγένετο μία ἐκ πάντων, ὡς ἐπὶ ὥρας δύο κραζόντων, Με- 35 γάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων. Καταστείλας δὲ ὁ Γραμματεὺς τὸν ὄχλον, φησὶν, Ἄνδρες Ἐφέσιοι, τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφεσίων πόλιν νεωκόρον οὖσαν τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος καὶ τοῦ Διοπε- 36 τοῦς; Ἀναντιῤῥήτων οὖν ὄντων τούτων, δέον ἐστὶν ὑμᾶς κατεσταλμένους ὑπάρχειν, καὶ μηδὲν προπετὲς πράσσειν. 37 Ἠγάγετε γὰρ τοὺς ἄνδρας τούτους, οὔτε ἱεροσύλους, οὔτε 38 βλασφημοῦντας τὴν θεὰν ὑμῶν. Εἰ μὲν οὖν Δημήτριος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τεχνῖται πρός τινα λόγον ἔχουσιν, ἀγοραῖοι ἄγονται, καὶ ἀνθύπατοί εἰσιν, ἐγκαλείτωσαν 39 ἀλλήλοις. Εἰ δέ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε, ἐν τῇ ἐννό- 40 μῳ ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται. Καὶ γὰρ κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι στάσεως περὶ τῆς σήμερον, μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος, περὶ οὗ δυνησόμεθα δοῦναι λόγον τῆς συστροφῆς ταύτης. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀπέλυσε τὴν ἐκκλησίαν.

XX. 1 Μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τὸν θόρυβον, προσκαλεσάμενος ὁ Παῦλος τοὺς μαθητὰς, καὶ ἀσπασάμενος, ἐξῆλθε 2 πορευθῆναι εἰς τὴν Μακεδονίαν. Διελθὼν δὲ τὰ μέρη ἐκεῖνα, καὶ παρακαλέσας αὐτοὺς λόγῳ πολλῷ, ἦλ- 3 θεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, Ποιήσας τε μῆνας τρεῖς, γενομένης αὐτῷ ἐπιβουλῆς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων μέλλοντι ἀνάγεσθαι εἰς τὴν Συρίαν, ἐγένετο γνώμη τοῦ ὑποστρέφειν διὰ

dicens, quod non sunt dii, qui manibus fiant. 27 Non solum autem hæc pars nobis in periculum venit, ne reprobetur, verum etiam ne magnæ deæ Dianæ templum pro nihilo habeatur, [18] futurumque sit ut etiam destruatur majestas ejus, quam tota Asia & orbis colit. 28 His auditis repleti sunt ira, & exclamaverunt, dicentes, Magna Diana Ephesiorum. 29 Et impleta est civitas tota confusione, & impetum fecerunt uno animo in theatrum, correpto Gaio & Aristarcho Macedonibus, [19] comitibus Pauli. 30 Paulo autem volente intrare ad populum, non permiserunt discipuli. 31 Quidam autem & ex Asiæ primoribus, qui erant amici ejus, miserunt ad eum, rogantes ne se daret in theatrum. 32 Alii quidem igitur aliud clamabant: [20] erat enim concio confusa, & plerique nesciebant qua ex causa convenissent. 33 De turba autem [21] protraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Judæis: Alexander autem [22] manu silentio postulato, volebat rationem reddere populo. 34 Quem ut cognoverunt Judæum esse, vox orta est una omnium, ferme ad horas duas clamantium, Magna Diana Ephesiorum. 35 [23] Quum autem sedasset Scriba turbam, dixit, Viri Ephesii, quis enim est hominum, qui nesciat Ephesiorum civitatem [24] cultricem esse magnæ deæ Dianæ [25] & a Jove delapsi simulacri. 36 [26] Quum igitur his nemo contradicat, oportet vos sedatos esse, & nihil præcipitanter agere. 37 Adduxistis enim homines istos, neque sacrilegos, neque contumeliosos in deam vestram. 38 Quod si Demetrius & qui cum eo sunt artifices habent adversus aliquem causam, [27] conventus forenses aguntur, & proconsules sunt, accusent invicem. 39 Si quid autem de rebus aliis quæritis, [28] in legitima concione dirimetur. 40 Nam periculum est, ne seditionis hodiernæ rei fiamus, [29] quum nulla subsit causa, unde poterimus reddere rationem concursus istius. Et quum hæc dixisset, dimisit concionem.

XX. Postquam autem cessavit tumultus, 1 vocatis ad se Paulus discipulis, complexusque illos, profectus est, ut iret in Macedoniam. 2 Quum autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, venit in Græciam, 3 Et ibi peractis mensibus tribus, quum essent illi structæ insidiæ a Judæis soluturo in Syriam, habebat in animo, ut reverteretur

17 *Non solum autem hæc periclitabitur*] κινδυνεύει, id est, *periclitatur*. Quanquam totus hic sermo parum commode redditus est ab Interprete Latino: Οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος ἱερὸν εἰς οὐδὲν λογισθῆναι· μέλλειν δὲ καὶ καθαιρεῖσθαι τὴν μεγαλειότητα αὐτῆς, ἣν ὅλη ἡ Ἀσία καὶ ἡ οἰκουμένη σέβεται. Id est, *Non solum autem hæc pars*, sive *hac parte nobis periclitatur, ne reprobetur*, sive *ne reprobemur, verum etiam ne magnæ Dianæ templum pro nihilo habeatur: porro autem ne fiat, ut majestas quoque destruatur ejus, quam tota Asia & orbis colit.*

18 *Et destrui incipiet majestas ejus*] Interpres legisse videtur μέλλειν τε, atque ita scriptum erat in plerisque Græcorum libris. In aliis rursus erat μᾶλλον δὲ, *magis autem*, ut sit corrigentis, quasi gravissimum sit omnium futurum, si majestas ac numen ipsius depereat apud vulgus. Hieronymus in præfatione *Commentariorum*, quos edidit in Epistolam ad Ephesios, indicat hanc *Ephesiorum Dianam* non fuisse jaculatricem illam, sed cognomento πολύμαστον, id est, *multimammiam*: quod eam omnium viventium nutricem haberi volebant.

19 *Comitibus Pauli*] συνεκδήμους, id est, *socios peregrinationis*, qui & *comites* dicuntur.

20 *Erat enim ecclesia confusa*] Quum de promiscua multitudine loquatur, magis conveniebat *concionem* dicere, quam *ecclesiam*.

21 *Detraxerunt Alexandrum*] προεβίβασαν, id est, *prius instruxerunt*. Nam id est προβιβάζειν. Et instruimus patronum, causam nostram acturum. Interpres, ni fallor, legit προεβίασαν: etiamsi προβιβάζεσθαι dicitur, qui cogitur prodire, ac protruditur.

22 *Manu silentio postulato*] Mira varietate ludit in hoc sermone reddendo Interpres, κατασείσας τὴν χεῖρα, id est, *mota manu*. Ita Persius:

——— *calida fecisse silentia turba*
Majestate manus ——

23 *Et quum sedasset Scriba turbas*] Καταστείλας δὲ ὁ Γραμματεὺς τὸν ὄχλον, id est, *Ubi vero Scriba compescuisset turbam*. Verum ex verbis Græcis parum liquet, uter sedata turba sit loquutus, Alexander, an Scriba.

24 *Cultricem esse magnæ Dianæ*] Usus est peculiari verbo, νεωκόρον: quæ vox composita est ex νεὼς, quod Attice sonat *templum*, & κορῶ *purgo* sive *verro*, auctoribus Hesychio, Etymologico, & Suida, unde acuitur penultima νεωκόρος. Solent autem qui impensius dediti sunt alicui Divæ, aram illius variis ornamentorum generibus cohonestare, quemadmodum facit apud Apulejum Psyche.

25 *Jovisque prolis*] Græca longe secus habent, τῆς μεγάλης Ἀρτέμιδος καὶ τοῦ Διοπετοῦς, id est, *magnæ illius Dianæ & e cœlo delapsi*, ut subaudias *signi* aut *simulacri*. Siquidem articulus τοῦ facit, ne possit Διοπετοῦς ad Dianam referri, sed ad ἄγαλμα, hoc est, *statuam* Dianæ: nam *Diopetes* Græcis dicitur, quod *ab Jove delapsum* sit, ac e cœlo venerit. Porro opifices simulacrorum, quo major esset superstitio vulgi, fingebant ea cœlitus delapsa, hoc est, esse Διοπετῆ. Idem vulgo creditum fuit de simulacro Dianæ Ephesiæ, ut testis est & Suidas in dictione Διοπετές. Pro nobis facit & conjunctio καὶ, quod fuerat supervacanea, si Διοπετοῦς pertineret ad Dianam. Sensus igitur est: Apud Ephesios templum fuisse Dianæ, & hujus simulacri, quod cœlo delapsum putabatur. Quod ipsum Numa persuasit Romanis de ancilibus. Homerus hoc cognomenti tribuit Regibus, velut a Jove profectis. Id sequutus videtur Interpres, cujus liber fortasse non habebat additum articulum τοῦ.

26 *Contradici non possit*] Ἀναντιῤῥήτων ὄντων. Poterat accipi, *Quum his nemo contradicat.*

27 *Conventus forenses*] *Conventus* addidit explicandæ rei causa, quum Græce tantum sit, ἀγοραῖοι ἄγονται, id est, *forenses aguntur*: ut subaudiendum sit *cognitiones* aut *lites*.

28 *In legitima ecclesia poterit absolvi*] Quum de profano promiscuoque hominum cœtu loquatur, *concio* dicenda erat potius quam *ecclesia*. Atque ita mox, *dimisit ecclesiam*, pro *concionem*. Deinde *legitima* est ἐννόμῳ, hoc est, quæ non tumultu, sed legitimo more sit indicta. Nec est, *poterat absolvi*, sed *absolvetur*, ἐπιλυθήσεται.

29 *Quum nullus obnoxius*] μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος, id est, *quum nemo sit in culpa*, sive *quum nemo fuerit auctor hujus concursus*. Nam illud, *de quo poterimus reddere rationem*, per parenthesim interjectum est. Quanquam in nonnullis exemplaribus reperio scriptum, περὶ οὗ οὐ δυνησόμεθα δοῦναι λόγον, id est, *de quo non poterimus reddere rationem*, hoc est, *quod non sumus defensuri*. Denique illud, μηδενὸς αἰτίου, incertum est ad hominem referatur, ut sit masculini generis: an ad rem, ut sit neutri. Itaque hic fuerit sensus: *Quum nihil subsit causæ, per quam poterimus defendere hunc populi concursum.*

1 ET *exhortatus eos valedixit*] Græca dissonant a Latinis, προσκαλεσάμενος ὁ Παῦλος τοὺς μαθητὰς, καὶ ἀσπασάμενος ἐξῆλθε, id est, *Paulus ad se vocatis discipulis, & complexus eos exivit.* Interpres legisse videtur παρακαλεσάμενος, pro προσκαλεσάμενος. Atque id sane mihi magis probatur.

2 *Comi-*

4 διὰ Μακεδονίας. Συνείπετο δὲ αὐτῷ ἄχρι τῆς Ἀσίας Σώπατρος Βεῤῥοιαῖος, Θεσσαλονικέων δὲ Ἀρίσαρχος καὶ Σεκοῦνδος καὶ Γάϊος Δερβαῖος καὶ Τιμόθεος, Ἀσιανοὶ 5 δὲ Τυχικὸς καὶ Τρόφιμος. Οὗτοι προελθόντες, ἔμενον 6 ἡμᾶς ἐν Τρωάδι. Ἡμεῖς δὲ ἐξεπλεύσαμεν μετὰ τὰς ἡμέρας τῶν ἀζύμων ἀπὸ Φιλίππων, καὶ ἤλθομεν πρὸς αὐτοὺς εἰς τὴν Τρωάδα ἄχρις ἡμερῶν πέντε, οὗ δι- 7 τρίψαμεν ἡμέρας ἑπτά. Ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, συνηγμένων τῶν μαθητῶν τοῦ κλάσαι ἄρτον, ὁ Παῦλος διελέγετο αὐτοῖς, μέλλων ἐξιέναι τῇ ἐπαύριον, 8 παρέτεινέ τε τὸν λόγον μέχρι μεσονυκτίου. Ἦσαν δὲ λαμπάδες ἱκαναὶ ἐν τῷ ὑπερῴῳ, οὗ ἦσαν συνηγμένοι. 9 Καθήμενος δέ τις νεανίας ὀνόματι Εὔτυχος ἐπὶ τῆς θυρίδος, καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ, διαλεγομένου τοῦ Παύλου, ἐπὶ πλεῖον κατενεχθεὶς ὑπὸ τοῦ ὕπνου, 10 ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ τριστέγου κάτω, καὶ ἤρθη νεκρός. Καταβὰς δὲ ὁ Παῦλος, ἐπέπεσεν αὐτῷ, καὶ συμπεριλαβὼν, εἶπε, Μὴ θορυβεῖσθε· ἡ γὰρ ψυχὴ αὐτοῦ 11 ἐν αὐτῷ ἐστιν. Ἀναβὰς δὲ, καὶ κλάσας ἄρτον καὶ γευσάμενος, ἐφ' ἱκανόν τε ὁμιλήσας ἄχρις αὐγῆς, οὕ- 12 τως ἐξῆλθεν. Ἤγαγον δὲ τὸν παῖδα ζῶντα, καὶ πα- 13 ρεκλήθησαν οὐ μετρίως. Ἡμεῖς δὲ προελθόντες ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀνήχθημεν εἰς τὴν Ἄσσον, ἐκεῖθεν μέλλοντες ἀναλαμβάνειν τὸν Παῦλον· οὕτως γὰρ ἦν διατεταγμέ- 14 νος, μέλλων αὐτὸς πεζεύειν. Ὡς δὲ συνέβαλεν ἡμῖν εἰς τὴν Ἄσσον, ἀναλαβόντες αὐτὸν, ἤλθομεν εἰς Μι- 15 τυλήνην. Κἀκεῖθεν ἀποπλεύσαντες, τῇ ἐπιούσῃ κατηντήσαμεν ἀντικρὺ Χίου. Τῇ δὲ ἑτέρᾳ παρεβάλομεν εἰς Σάμον, καὶ μείναντες ἐν Τρωγυλλίῳ, τῇ ἐχομένῃ ἤλ- 16 θομεν εἰς Μίλητον. Ἔκρινε γὰρ ὁ Παῦλος παραπλεῦσαι τὴν Ἔφεσον, ὅπως μὴ γένηται αὐτῷ χρονοτριβῆσαι ἐν τῇ Ἀσίᾳ· ἔσπευδε γὰρ, εἰ δυνατὸν ἦν αὐτῷ, τὴν 17 ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς γενέσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα. Ἀπὸ δὲ τῆς Μιλήτου πέμψας εἰς Ἔφεσον, μετεκαλέσα- 18 το τοὺς Πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας. Ὡς δὲ παρεγένοντο πρὸς αὐτὸν, εἶπεν αὐτοῖς, Ὑμεῖς ἐπίστασθε ἀπὸ πρώτης ἡμέρας, ἀφ' ἧς ἐπέβην εἰς τὴν Ἀσίαν, πῶς 19 μεθ' ὑμῶν τὸν πάντα χρόνον ἐγενόμην, Δουλεύων τῷ Κυρίῳ μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης, καὶ πολλῶν δακρύων

A teretur per Macedoniam. 2 Comitatus est autem cum 4 usque ad Asiam Sopater Berrhœensis, Thessalonicensium vero Aristarchus & Secundus ac Gajus Derbæus ac Timotheus, Asiani vero Tychicus & Trophimus. Hi quum præcessissent, 3 exspectarunt nos 5 Troade. Nos vero abnavigavimus post dies azymo- 6 rum a Philippis, & venimus ad eos Troadem intra dies quinque, ubi demorati sumus diebus septem. 4 Uno autem die sabbatorum, quum convenissent dis- 7 cipuli ad frangendum panem, 5 Paulus disserebat eis, 6 profecturus postridie, protraxitque sermonem usque in mediam noctem. Erant autem lucernæ mul- 8 tæ in cœnaculo, ubi eramus congregati. Sedens au- 9 tem quidam adolescens nomine Eutychus in fenestra, 7 quum degravaretur somno profundo, 8 disserente diu Paulo, 9 magis depressus somno, decidit 10 ex tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus. Quum descendisset autem Paulus, incubuit super 10 eum, & complexus, dixit, Nolite turbari: anima enim ejus in ipso est. Quum adscendisset autem, fre- 11 gissetque panem ac degustasset, diu colloquutus usque ad diluculum, ita demum profectus est. Addu- 12 xerunt autem puerum viventem, 11 & refocillati sunt non mediocriter. Nos autem conscensa navi 12 sol- 13 vimus Asson, inde excepturi Paulum: sic enim ordinaverat, 13 ipse per terram iter facturus. Quum 14 autem convenissemus Asson, recepto eo, venimus in 14 Mitylenen. Et inde navigantes, 15 sequenti die 15 venimus contra Chium. Postridie vero appulimus Samum, & commorati Trogyllii, proximo die venimus in Miletum. Proposuerat enim Paulus 16 præ- 16 ternavigare Ephesum, 17 ne tempus tereret in Asia: festinabat enim, si possibile sibi esset, ut diem Pentecostes ageret Hierosolymis. A Mileto autem missis 17 Ephesum nunciis, accersivit 18 Presbyteros eccle- 18 siæ. Qui quum pervenissent ad ipsum, dixit eis, Vos scitis a primo die, quo ingressus sum Asiam, quomodo vobiscum per omne tempus fuerim, Serviens 19 Domino 19 cum omni animi humilitate, cumque multis

2 *Comitatus est autem cum Sosipater Pyrrhi Berœensis*] *Pyrrhi* Græcis non additur. Sed ut hoc deest, ita supersunt hæc, *usque ad Asiam*, quæ apud Latinos non invenio. Συνείπετο δὲ αὐτῷ ἄχρι τῆς Ἀσίας Σώπατρος Βεῤῥοιαῖος, id est, *Consequutus est autem illum usque ad Asiam Sopater Berrhœensis.* Nam & *Sopater* habent Græci, non *Sosipater*. Beda subindicat, in vetustis exemplaribus Latinis scriptum fuisse, *Sosipater Pyrrhi*: quasi filius fuerit notior patre.

3 *Sustinuerunt nos*] ἔμενον ἡμᾶς, id est, *exspectarunt nos*, sive, ut ad verbum, *manebant nos.*

4 *Una sabbati*] σαββάτων, id est, *uno die sabbatorum.* *Una* dictum apparet pro *prima.*

5 *Paulus disputabat cum iis*] διελέγετο αὐτοῖς, id est, *disserebat illis*, sive *colloquutus est cum illis.* Nec enim disceptabat cum eis qui venerant ad frangendum panem: verum illic apud eos orationem habuit Paulus. Nam quod συνηγμένων τῶν μαθητῶν, id est, *congregatis discipulis*, vertit, *quum convenissent discipuli*, tolerabile est.

6 *Profecturus in crastinum*] μέλλων ἐξιέναι τῇ ἐπαύριον, id est, *profecturus* sive *discessurus postridie.* Nam *crastinum diem* dicimus qui proxime sequitur hunc in quo jam loquimur. Porro quoties ad præteritum aut futurum aliquem diem respicitur, non dicendum est, *heri*, aut *cras*, sed *pridie*, aut *postridie.*

7 *Quum mergeretur somno*] καταφερόμενος, id est, *quum deorsum traheretur*, id quod accidit ei qui sedens gravius obdormiscat. Neque tamen hic est *somno gravi*, sed βαθεῖ, id est, *alto* sive *profundo.* Interpres legisse videtur βαρεῖ.

8 *Disputante Paulo*] Et hic malim *disserente.* Ne quis imaginetur inter illos pure Christianos disputationem fuisse sophisticam.

9 *Ductus somno cecidit*] κατενεχθεὶς, id est, *deorsum tractus*, sive *depressus*, aut *devectus.* Et fortasse *devectus* scripserat Interpres. Cæterum illud ἐπὶ πλεῖον, quod Interpres retulit ad superiora, Græcis sic est in meditullio positum, ut utrovis possit accommodari, ad diutius disserentem Paulum, & ad magis etiam depressum somno. Ac mea sententia, ad sequentem particulam referre satius est. Primum enim nutabat deorsum vergente corpore, deinde magis depressus cecidit.

10 *De tertio cœnaculo*] ἀπὸ τοῦ τριστέγου, verti poterat & *a tertia contignatione.* Id enim adjecit Lucas, ut intelligeremus lapsum fuisse letalem, nimirum ex loco tam alto. Vox dicta est a τρίς, *ter*, & τέγος, *tectum.* Deum immortalem! quas nænias adducit auctor Catholicon de hac voce *Tristegum.* O miserum illud seculum! quum ex hujusmodi libris velut ex adytis petebantur oracula litterarum. Cæterum solum primæ contignationis, tectum est infimæ partis ædium. Rursum secundæ solum, tectum est primæ. Item tertiæ solum, tectum est secundæ.

11 *Et consolati sunt non minime*] οὐ μετρίως, id est, *non mediocriter.* Quod equidem demiror cur Interpres putarit immutandum.

12 *Navigavimus in Asson*] Nonnulli codices *Thasson* habebant pro *Asson*. Est enim & *Thassus* insula Thraciæ opposita, de qua natum est proverbium, Θάσσος ἀγαθῶν, id est, *Thassus bonorum.* Cæterum complures sunt urbes hujus nominis *Assos*: una Lyciæ, in prærupto sita: altera in Ætolide: tertia in Mysia: quarta in Lydia: quinta in Epiro minore, Cleanthis patria. Divus Hieronymus hanc ponit in Asia, quæ eadem dicta sit *Apollonia*, suffragante & Plinio libro quinto capite trigesimo. Carrensis facit nobis liberum, utrum malimus *Asson* insulam esse an civitatem.

13 *Ipse per terram iter facturus*] οὕτως γὰρ ἦν διατεταγμένος, μέλλων αὐτὸς πεζεύειν, *sic enim ordinaverat ipse pedestri itinere venturus*, sive *pedibus iter facturus.* Interpres vitasse videtur, ne quis Paulum existimaret, non equis aut vehiculis, sed pedibus eò venisse. Atqui hoc ipsum accedebat ad Pauli gloriam, quod mallet iter laboriosius, modo majore cum fructu.

14 *Mitylene*] Civitas est littoralis Lesbi obvia ad dextram navigantibus in Chium insulam. *Samos* insula e regione Cariæ. *Miletum* oppidum est littoralis Cariæ.

15 *Et sequenti die venimus contra Chium*] Hoc loco Græca dissident ab iis quæ nos legimus, τῇ ἐπιούσῃ κατηντήσαμεν ἀντικρὺ Χίου· τῇ δὲ ἑτέρᾳ παρεβάλομεν εἰς Σάμον, καὶ μείναντες ἐν Τρωγυλλίῳ, τῇ ἐχομένῃ ἤλθομεν εἰς Μίλητον, id est, *postridie devenimus contra chium: altero vero die appulimus Samum, & commorati Trogyllii, proximo die venimus in Miletum.* Cæterum *Trogyllium* promontorium est e regione Sami, auctore Ptolemæo & Strabone, tametsi sunt ejusdem nominis alia.

16 *Transnavigare Ephesum*] παραπλεῦσαι τὴν Ἔφεσον, id est, *præternavigare* sive *prætervehi Ephesum.* Quid enim est omnino *transnavigare civitatem*, nisi navis feratur in nubibus? Ephesus autem civitas littoralis prior occurrebat, quam Trogyllium.

17 *Ne qua mora illi fieret*] μὴ γένοιτο αὐτῷ χρονοτριβῆσαι ἐν τῇ Ἀσίᾳ, id est, *ne contingeret sibi terere tempus in Asia.* Interpres elegantius reddidit quam verius. Neque enim Paulus timebat quamlibet moram, sed longiorem metuebat, nimirum properans Hierosolymam.

18 *Majores natu*] πρεσβυτέρους: quos nunc *seniores* vocat, nunc *presbyteros* Græca voce, nunc *majores natu*: quum hoc loco magis quadraret Græca vox: honorem indicans potius quam ætatem. Quandoquidem hic Episcopos intelligit & primores Ecclesiarum, qui nonnunquam juvenes erant, quemadmodum Timotheus.

19 *Cum omni humilitate*] ταπεινοφροσύνης. Quæ est *animi modestia*, nihil altum de se sentientis. O vocem dignam vere magno Pontifice!

20 Ut

κρύων καὶ πειρασμῶν, τῶν συμβάντων μοι ἐν ταῖς ἐπι-
20 βȣλαῖς τῶν Ἰȣδαίων· Ὡς ȣ̓δὲν ὑπεστειλάμην τῶν συμ-
φερόντων, τȣ̃ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν, καὶ διδάξαι ὑμᾶς
21 δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκȣς, Διαμαρτυρόμενος Ἰȣδαίοις τὲ
καὶ Ἕλλησι, τὴν εἰς τὸν Θεὸν μετάνοιαν, καὶ πίστιν τὴν
22 εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησȣ̃ν. Καὶ νῦν ἰδȣ̀ ἐγὼ δεδεμέ-
νος τῷ πνεύματι, πορεύομαι εἰς Ἰερȣσαλὴμ, τὰ ἐν
23 αὐτῇ συναντήσοντά μοι μὴ εἰδὼς, Πλὴν ὅτι τὸ Πνεῦ-
μα τὸ ἅγιον κατὰ πόλιν διαμαρτύρεται, λέγον, ὅτι
24 δεσμά με καὶ θλίψεις μένȣσιν. Ἀλλ' ȣ̓δενὸς λόγον
ποιȣ̃μαι, ȣ̓δὲ ἔχω τὴν ψυχήν μȣ τιμίαν ἐμαυτῷ, ὡς
τελειῶσαι τὸν δρόμον μου μετὰ χαρᾶς, καὶ τὴν δια-
κονίαν ἣν ἔλαβον παρὰ τȣ̃ Κυρίου Ἰησοῦ, διαμαρτύ-
25 ρασθαι τὸ Εὐαγγέλιον τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ. Καὶ νῦν
ἰδȣ̀ ἐγὼ οἶδα, ὅτι ȣ̓κ ἔτι ὄψεσθε τὸ πρόσωπόν μȣ, ὑμεῖς
πάντες ἐν οἷς διῆλθον, κηρύσσων τὴν βασιλείαν τοῦ
26 Θεȣ̃. Διὸ μαρτύρομαι ὑμῖν ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ,
27 ὅτι καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος πάντων. Οὐ γὰρ
ὑπεστειλάμην ὑμῖν τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι πᾶσαν τὴν βȣ-
28 λὴν τοῦ Θεȣ̃. Προσέχετε οὖν ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ
ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπι-
σκόπȣς ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τȣ̃ Θεȣ̃, ἣν περιεποιή-
29 σατο διὰ τȣ̃ ἰδίȣ αἵματος. Ἐγὼ γὰρ οἶδα τȣ̃το, ὅτι
εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἄφιξίν μȣ λύκοι βαρεῖς εἰς ὑ-
30 μᾶς, μὴ φειδόμενοι τȣ̃ ποιμνίȣ. Καὶ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν
ἀναστήσονται ἄνδρες, λαλȣ̃ντες διεστραμμένα, τȣ̃ ἀπο-
31 σπᾷν τȣ̀ς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν. Διὸ γρηγορεῖτε, μνη-
μονεύοντες, ὅτι τριετίαν νύκτα καὶ ἡμέραν ȣ̓κ ἐπαυσά-
32 μην μετὰ δακρύων νȣθετῶν ἕνα ἕκαστον. Καὶ τὰ νῦν
παρατίθημι ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, τῷ Θεῷ καὶ τῷ λόγῳ τῆς
χάριτος αὐτȣ̃, τῷ δυναμένῳ ἐποικοδομῆσαι καὶ δȣ̃ναι
33 ὑμῖν κληρονομίαν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πᾶσιν. Ἀργυρίȣ, ἢ
34 χρυσίȣ, ἢ ἱματισμȣ̃ ȣ̓δενὸς ἐπεθύμησα. Αὐτοὶ δὲ γινώ-
σκετε, ὅτι ταῖς χρείαις μȣ καὶ τοῖς ȣ̃σι μετ' ἐμȣ̃ ὑπηρέ-
35 τησαν αἱ χεῖρες αὗται. Πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν, ὅτι ȣ̔́τως
κοπιῶντας δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενȣ́ντων, μνημο-
νεύειν τὲ τῶν λόγων τȣ̃ Κυρίȣ Ἰησȣ̃, ὅτι αὐτὸς εἶπε, Μα-
36 κάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. Καὶ ταῦτα εἰ-
πὼν, θεὶς τὰ γόνατα αὐτȣ̃, σὺν πᾶσιν αὐτοῖς προσηύ-
37 ξατο. Ἱκανὸς δὲ ἐγένετο κλαυθμὸς πάντων, καὶ ἐπι-
πεσόντες ἐπὶ τὸν τράχηλον τȣ̃ Παύλȣ, κατεφίλȣν αὐτὸν,
38 Ὀδυνώμενοι μάλιστα ἐπὶ τῷ λόγῳ, ᾧ εἰρήκει, ὅτι ȣ̓κ ἔτι
μέλλȣσι τὸ πρόσωπον αὐτȣ̃ θεωρεῖν· προέπεμπον δὲ αὐ-
XXI. 1 τὸν εἰς τὸ πλοῖον. Ὡς δὲ ἐγένετο ἀναχθῆναι ἡμᾶς ἀ-
ποσπασθέντας ἀπ' αὐτῶν, εὐθυδρομήσαντες ἤλθομεν εἰς
τὴν Κῶν, τῇ δὲ ἑξῆς εἰς τὴν Ῥόδον, κἀκεῖθεν εἰς Πάτα-
2 ρα. Καὶ εὑρόντες πλοῖον διαπερῶν εἰς Φοινίκην, ἐπιβάν-
τες

A tis lacrymis & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Judæorum: 20 Ut nihil suffugerim eorum quæ essent in rem vestram, quin annunciarem vobis, & docerem vos 21 publice ac per singulas domos, Testificans Judæis simul & Græcis, eam quæ erga Deum est pœnitentiam, ac fidem quæ est erga Dominum nostrum Jesum. Et nunc ecce ego alligatus spiritu, 22 proficiscor Hierosolymam, quæ in ea obventura sint mihi ignorans, Nisi quod Spiritus sanctus per singulas civitates testificatur, dicens, quod 22 vincula & afflictiones me manent. Verum 23 nihil me movet, 24 neque vita mea chara est mihi ipsi, 25 ut consummem cursum meum cum gaudio, & ministerium B quod accepi a Domino Jesu, ad testificandum Evangelium gratiæ Dei. Et nunc ecce ego scio, quod posthac non videbitis faciem meam, vos omnes per quos transivi, prædicans regnum Dei. Quapropter contestor vos hodierno die, quod mundus ego sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi, quo minus annunciarim 26 omne consilium Dei vobis. Attendite igitur vobis & cuncto gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos 27 ad regendum ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Ego enim novi hoc, quod ingressuri sint post discessum meum 28 lupi graves in vos, non parcentes gregi. Et ex C vobisipsis exorientur 29 viri, loquentes perversa, ut abducant discipulos post se. Propter quod vigilate, memores, quod per triennium nocte & die 30 non cessaverim cum lacrymis monere unumquemque. Et nunc commendo vos, fratres, Deo & sermoni gratiæ ipsius, 31 qui potens est superstruere & dare vobis hæreditatem inter sanctificatos omnes. Argentum, vel aurum, aut vestem nullius concupivi. Imo ipsi scitis, quod necessitatibus meis & his, qui mecum sunt, suppeditaverunt manus hæ. Omnia ostendi vobis, quod sic laborantes 32 oportet suscipere infirmos, ac meminisse verborum Domini Jesu, quoniam ipse D dixit, 33 Beatum est dare potius quam accipere. Et quum hæc dixisset, positis genibus suis, oravit cum omnibus illis. Magnus autem fletus coortus est omnium, & ruentes in collum Pauli, osculabant eum, Dolentes maxime ob sermonem, quem dixerat, quod amplius faciem ejus non essent visuri: & deducebant eum ad navem. Quum autem factum esset ut solvissemus avulsi ab eis, recto cursu 1 venimus Coum, & sequenti die Rhodum, 2 & inde Pataram. Et nacti navem quæ trajiceret in Phœnicen, ea conscensa solvi-

20 *Ut nihil subtraxerim vobis*] Nunc videtur id dicere, se nihil subtraxisse ab illis bonarum rerum, hoc est, in nullo fraudasse illos: quum contra sentiat Paulus, se nihil detrectasse neque periculi neque laboris, qui modo ad illorum pertineret utilitatem. Ac paulo post idem verbum transtulit *subterfugi, Non enim subterfugi*, &c.

21 *Publice & per domos*] δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκȣς, id est, *publicitus ac domestice*, sive *per singulas domos*, quod respondere videtur ei quod Latini dicunt *privatim*. Hieronymus in præfatione *Commentariorum* in Epistolam ad Ephesios vertit *publice ac domestice*.

22 *Vincula & tribulationes me manent*] μένȣσιν, idem est verbum quod aliquanto superius vertit *sustinent*.

23 *Nihil horum vereor.*] Ἀλλ' ȣ̓δενὸς λόγον ποιȣ̃μαι, id est, *Nihil curo*, sive *Nihil me movet*. Quomodo non verebatur, quum sciret ventura? sed contemnebat.

24 *Nec facio animam pretiosiorem quam me*] Quid movit Interpretem, ut neque sensum exprimeret, neque verba redderet Lucæ? ȣ̓δὲ ἔχω τὴν ψυχήν μȣ τιμίαν ἐμαυτῷ, id est, *neque habeo* sive *duco vitam pretiosam mihi ipsi*. Augustinus in Psalmo trigesimo sexto legit: *Non facio animam meam pretiosam mihi*. Lyranus interpretatur animam intellectivam. At Paulus sentit se contemnere vitam amore Evangelii.

25 *Dummodo consummem cursum meum*] Græcus addit μετὰ χαρᾶς, id est, *cum gaudio*.

26 *Omne consilium Dei*] Mirum quid sequutus Irenæus, pro *consilio Dei*, legit *sententiam*: nam Græce est βȣλὴν, non γνώμην.

27 *Regere ecclesiam Dei*] ποιμαίνειν, quod est pastorum more gubernare & curare gregem: nam mox mentionem facit luporum.

28 *Lupi rapaces*] βαρεῖς, id est, *graves*, non *rapaces*. Suffragabatur unus codex Donatiani. Nec aliter refert hunc locum Irenæus libro tertio capite decimo quarto.

29 *Viri loquentes perversa*] διεστραμμένα, id est, *distorta & obliqua*, hoc est, minime simplicia, minimeque sincera: Nam *veritatis*, ut ait Tragicus, *simplex est oratio*.

30 *Non cessavi monens*] Et hic participium vertendum erat in verbum infinitum, *non cessaverim monere*.

31 *Qui potens est*] *Quod* erat potius quam *qui*, quum referat *verbum*. Cæterum quia *verbum* Græcis est masculini generis, id nimirum fefellit Interpretem. Nec est simpliciter *ædificare*, sed ἐποικοδομῆσαι, id est, *superstruere*, videlicet his fundamentis quæ jecerat Paulus.

32 *Oportet suscipere infirmos*] ἀντιλαμβάνεσθαι, quod est proprie porrecta manu retinere lapsurum alioqui aut abiturum. Paulus, ne ullius omnino jacturam faceret, cavebat, ne quam ansam præberet infirmis & alienandis a Christo, quod nollent gravari sumptu. Utinam hoc exemplo delectentur, qui dum decimas tam non sacerdotaliter exigunt a populo, sui officii prorsus obliviscuntur: non quod negem illas deberi, sed quod cæteri Apostoli oblata duntaxat acceperint. Paulus ne oblata quidem, quum unus plus omnibus laborarit.

33 *Beatius est dare magis quam accipere*] Neque Latinitatis ratio patiebatur comparativum, neque sermo Græcus habebat. Mirum itaque quid Interpreti venerit in mentem, Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν, id est, *Beatum est dare magis quam accipere*. Cæterum hoc testimonium negant usquam inveniri dictum a Domino. Utinam autem hunc animum Pauli tam excelsum & ab omni specie quæstus abhorrentem imitarentur nostri temporis concionatores. Fuit aliquis qui sibi in omnem vitam interdixit esum carnium, inveniuntur qui imitentur: fuit qui semper nudis incesserit pedibus, habet imitatores: fuit qui fune se cinxerit, non desunt qui studiose æmulentur: fuit qui semper pullatus incesserit, reperit æmulatores: solum hoc pulcherrimum exemplum Pauli non habet æmulos.

1 *Venimus Coum*] Nonnulli codices habent Κῶ, nonnulli Κῶν: utroque modo pronunciari fatetur Stephanus, quin & Κέων dictam fuisse quondam: unde & Plinius admonet *Ceam* dictam & Κόον. Insula notior est quam ut sit explananda.

2 *Et inde Pataram*] Πάταρα Græci pronunciant neutro genere numero plurativo, quanquam utroque modo reperio usurpari hujusmodi nomina, *Lystra* & *Lystram*, *Psyra* & *Psyram*.

3 τες ἀνήχθημεν. Ἀναφάναντες δὲ τὴν Κύπρον, καὶ καταλιπόντες αὐτὴν εὐώνυμον, ἐπλέομεν εἰς Συρίαν, καὶ κατήχθημεν εἰς Τύρον· ἐκεῖσε γὰρ ἦν τὸ πλοῖον ἀποφορτιζόμενον τὸν γόμον. 4 Καὶ ἀνευρόντες μαθητὰς, ἐπεμείναμεν αὐτȣ̃ ἡμέρας ἑπτά· οἵτινες τῷ Παύλῳ ἔλεγον διὰ τȣ̃ πνεύματος, μὴ ἀναβαίνειν εἰς Ἱερȣσαλήμ. 5 Ὅτε δὲ ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι τὰς ἡμέρας, ἐξελθόντες ἐπορευόμεθα, προπεμπόντων ἡμᾶς πάντων σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, ἕως ἔξω τῆς πόλεως· καὶ θέντες τὰ γόνατα ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν προσευξάμεθα. 6 Καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλȣς, ἐπέβημεν εἰς τὸ πλοῖον· ἐκεῖνοι δὲ ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια. 7 Ἡμεῖς δὲ τὸν πλȣ̃ν διανύσαντες ἀπὸ Τύρȣ, κατηντήσαμεν εἰς Πτολεμαΐδα, καὶ ἀσπασάμενοι τȣ̀ς ἀδελφȣ̀ς, ἐμείναμεν ἡμέραν μίαν παρ' αὐτοῖς. 8 Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐξελθόντες οἱ περὶ τὸν Παῦλον, ἦλθον εἰς Καισάρειαν· καὶ εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκον Φιλίππȣ τȣ̃ Εὐαγγελιστȣ̃ ὄντος ἐκ τῶν ἑπτὰ, ἐμείναμεν παρ' αὐτῷ· 9 Τȣ́τῳ δὲ ἦσαν θυγατέρες παρθένοι τέσσαρες, προφητεύȣσαι. 10 Ἐπιμενόντων δὲ ἡμῶν ἡμέρας πλείȣς, κατῆλθέ τις ἀπὸ τῆς Ἰȣδαίας Προφήτης, ὀνόματι Ἄγαβος. 11 Καὶ ἐλθὼν πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἄρας τὴν ζώνην τȣ̃ Παύλȣ, δήσας τὲ αὐτȣ̃ τὰς χεῖρας καὶ τȣ̀ς πόδας, εἶπε, Τάδε λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Τὸν ἄνδρα, ȣ̃ ἐστιν ἡ ζώνη αὕτη, ȣ̃τως δήσȣσιν ἐν Ἱερȣσαλὴμ Ἰȣδαῖοι, καὶ παραδώσȣσιν εἰς χεῖρας ἐθνῶν. 12 Ὡς δὲ ἠκȣ́σαμεν ταῦτα, παρεκαλȣ̃μεν ἡμεῖς τὲ καὶ οἱ ἐντόπιοι, τȣ̃ μὴ ἀναβαίνειν αὐτὸν εἰς Ἱερȣσαλήμ. 13 Ἀπεκρίθη τὲ ὁ Παῦλος, Τί ποιεῖτε, κλαίοντες καὶ συνθρύπτοντές μȣ τὴν καρδίαν; ἐγὼ γὰρ ȣ̓ μόνον δεθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν εἰς Ἱερȣσαλὴμ ἑτοίμως ἔχω ὑπὲρ τȣ̃ ὀνόματος τȣ̃ Κυρίȣ Ἰησȣ̃. 14 Μὴ πειθομένȣ δὲ αὐτȣ̃, ἡσυχάσαμεν, εἰπόντες, 15 Τὸ θέλημα τȣ̃ Κυρίȣ γενέσθω. Μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας ταύτας ἀποσκευασάμενοι, ἀνεβαίνομεν εἰς Ἱερȣσαλήμ. 16 Συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν ἀπὸ Καισαρείας σὺν ἡμῖν, ἄγοντες παρ' ᾧ ξενισθῶμεν, Μνάσωνί τινι Κυπρίῳ, ἀρχαίῳ μαθητῇ. 17 Γενομένων δὲ ἡμῶν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀσμένως ἐδέξαντο ἡμᾶς οἱ ἀδελφοί. 18 Τῇ δὲ ἐπιȣ́σῃ εἰσῄει ὁ Παῦλος σὺν ἡμῖν πρὸς Ἰάκωβον, πάντες τὲ παρεγένοντο οἱ Πρεσβύτεροι. 19 Καὶ ἀσπασάμενος αὐτȣ̀ς, ἐξηγεῖτο καθ' ἓν ἕκαστον, ὧν ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἔθνεσι διὰ τῆς διακονίας αὐτȣ̃. 20 Οἱ δὲ ἀκȣ́σαντες, ἐδόξαζον τὸν Κύριον· εἶπόν τε αὐτῷ, Θεωρεῖς ἀδελφὲ, πόσαι μυριάδες εἰσὶν Ἰȣδαίων τῶν πεπιστευκότων; καὶ πάντες ζηλωταὶ τȣ̃ νόμȣ ὑπάρχȣσι. 21 Κατηχήθησαν δὲ περὶ σȣ̃, ὅτι ἀποστασίαν διδάσκεις ἀπὸ Μωσέως τȣ̀ς κατὰ τὰ ἔθνη πάντας Ἰȣδαίȣς, λέγων, μὴ περιτέμνειν αὐτȣ̀ς τὰ τέκνα, μὴ δὲ τοῖς ἔθεσι περιπατεῖν. 22 Τί ȣ̃ν ἐστι; πάντως 23 δεῖ πλῆθος συνελθεῖν· ἀκȣ́σονται γὰρ ὅτι ἐλήλυθας. Τȣ̃το ȣ̃ν ποίησον, ὅ σοι λέγομεν. Εἰσὶν ἡμῖν ἄνδρες τέσσαρες 24 εὐχὴν ἔχοντες ἐφ' ἑαυτῶν. Τȣ́τȣς παραλαβὼν, ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς, καὶ δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς, ἵνα ξυρήσωνται τὴν κεφαλήν· καὶ γνῶσι πάντες, ὅτι ὧν κατήχηνται

solvimus. 3 Quum autem cœpisset nobis apparere Cyprus, relicta ea ad sinistram, navigavimus in Syriam, 4 ac venimus Tyrum: nam huc navis exponebat onus. 4 Repertisque discipulis, mansimus ibidem diebus septem: qui Paulo dicebant per spiritum, ne adscenderet Hierosolymam. 5 Et expletis diebus, profecti ibamus, deducentibus nos omnibus una cum uxoribus & filiis, donec exissemus civitatem: & positis genibus in littore precati sumus. 6 5 Et consalutatis nobis invicem, conscendimus navim: illi autem redierunt ad sua. 7 Nos vero navigatione explicita a Tyro, descendimus Ptolemaïdam, & salutatis fratribus, mansimus diem unum cum illis. 8 Postridie vero nos qui eramus cum Paulo, 6 venimus Cæsaream: & ingressi domum Philippi Evangelistæ, qui erat unus e septem, mansimus apud eum: 9 Huic autem erant quatuor filiæ virgines, prophetantes. 10 Et quum permaneremus 7 dies complures, advenit quidam a Judæa Propheta, nomine Agabus. 11 Is cum venisset ad nos, tulit cingulum Pauli, & alligans sibi pedes ac manus, dixit, Hæc dicit Spiritus sanctus, Virum, cujus est cingulum hoc, sic alligabunt Hierosolymæ Judæi, tradentque in manus gentium. 12 Quum autem audissemus hæc, rogabamus & 8 nos & cæteri qui loci illius erant, ne adscenderet Hierosolymam. 13 Tunc respondit Paulus, ac dixit, Quid facitis, flentes & affligentes cor meum? ego vero non solum vinciri, sed & mori paratus sum Hierosolymis pro nomine Domini Jesu. 14 9 Quum vero illi non persuaderetur, 15 acquievimus, dicentes, Domini voluntas fiat. Post dies autem istos 10 sublatis sarcinis conscendebamus Hierosolymam. 16 Venerunt autem una quidam ex discipulis a Cæsarea nobiscum, adducentes secum apud quem hospitaremur, 11 Mnasonem quemdam Cyprium, antiquum discipulum. 17 Et quum venissemus 18 Hierosolymam, libenter exceperunt nos fratres. Postero autem die introibat Paulus nobiscum ad Jacobum, omnesque convenerunt Presbyteri. 19 Quos quum salutasset, narrabat per singula quæ Deus fecisset inter gentes per ministerium ipsius. 20 At illi quum audissent, glorificabant Dominum, dixeruntque ei, Vides frater, quot millia sunt Judæorum qui crediderunt? & omnes studiosi sectatores sunt legis. 21 12 Audierunt autem de te, quod defectionem doceas a Mose 13 omnes qui inter gentes sunt Judæos, dicens, non debere eos circumcidere filios, 14 neque secundum instituta vivere. 22 Quid est ergo? omnino oportet convenire multitudinem: audient enim te venisse. 23 Hoc ergo fac, quod tibi dicimus. Sunt nobis viri quatuor votum habentes super se. 24 His assumptis 15 purifica te cum illis, & impende super illis, ut radant capita: & sciant omnes, quod quæ de te audierunt,

3 *Quum aperuissemus autem Cypro*] Suspicor Interpretem ita vertisse, *Quum aperuissemus autem Cyprum*: nam Græce est, Ἀναφάναντες δὲ τὴν Κύπρον. Porro qui navigant nunc hanc nunc illam terram dicuntur *aperire* aut *celare*, quum incipit in prospectu esse, aut secus. Proinde vertimus, *Quum autem cœpisset nobis apparere Cyprus*. Consimili figura dixit Virgilius,

------ *terraque urbesque recedunt.*

In codice divi Donatiani, *apparuissemus*, erat depravatum: sed *Cyprum* relictum, indicabat germanam lectionem fuisse, *Quum aperuissemus Cyprum.*

4 *Venimus Tyrum*] Civitas est maritima, metropolis Phœnices, quondam insula septingentis passibus divisa a continente, mari præalto, sed vix credibili opere comportatis aggeribus per Alexandrum Magnum adjuncta continenti. Est in tribu Nephthali, vicesimo ferme milliario a Cæsarea Philippi.

5 *Valefecissemus invicem*] ἀσπασάμενοι ἀλλήλȣς, id est, *complexi alius alium*, sive *consalutatione mutua facta*. Apparet Interpretem legisse ἀποταξάμενοι.

6 *Venimus Cæsaream*] Hæc est *Cæsarea Palæstinæ* civitas littoralis, primum dicta *Turris Stratonis*: deinde ab Herode instaurata in honorem Cæsaris Augusti *Cæsarea* dicta est. Est altera *Cæsarea Philippi*, ad radices montis Libani, in honorem Tiberii Cæsaris *Cæsarea* dicta. Est tertia *Cappadociæ*, quo Paulus Epheso delatus salutavit Ecclesiam, auctor Hieronymus.

7 *Per dies aliquot*] ἡμέρας πλείȣς, id est, *dies complures*.

8 *Nos & qui loci illius erant*] ἡμεῖς τὲ καὶ οἱ ἐντόπιοι, id est, *tum nos tum ii qui erant illius loci*.

9 *Et quum suadere ii non possemus*] Quid est hoc? An non dixerat modo illos suasisse? Verum Interpres abusus est *suadere* pro *persuadere*. Suadet enim qui consulit, persuadet qui quo vult inducit hominem. Græca vox anceps est ad utrumque: πείθειν insuper convenit non solum suadenti, verum etiam obtemperanti. Μὴ πειθομένȣ δὲ αὐτȣ̃, ἡσυχάσαμεν, *Cæterum quum illi non persuaderetur*, sive *Quum ille non obtemperaret, quievimus*.

10 *Præparati adscendebamus*] ἀποσκευασάμενοι, quod ego puto vertendum, *sublatis sarcinis*.

11 *Jasonem quemdam*] Græci legunt, Μνάσωνί τινι, id est, *Mnasonem quemdam*. Licet apud Chrysostomum in Epistolam ad Romanos capite ultimo legitur Ἰάσωνα: tametsi Scribæ solent ejusmodi multa depravare: ut dissimulem quod ἐδόξαζον verterit *magnificabant*, pro *glorificabant*.

12 *Audierunt autem de te*] κατηχήθησαν. Idem verbum, unde diximus dici *Catechumenos*. Eodem utitur paulo post, ὅτι ὧν κατήχηνται. Nec est *discessionem*, sed ἀποστασίαν, id est, *defectionem*.

13 *Eorum qui per gentes sunt Judæorum*] τȣ̀ς κατὰ τὰ ἔθνη πάντας Ἰȣδαίȣς, id est, *eos qui in gentibus sunt omnes Judæos*. Offendit Interpretem geminus accusativus additus verbo docendi.

14 *Neque secundum consuetudinem ingredi*] μηδὲ τοῖς ἔθεσι περιπατεῖν, *neque juxta consuetudines ambulare*. Nam *ambulare* vocat vivere, & *consuetudines*, instituta & morem ejus gentis. Nec est *falsa sunt*, sed ȣ̓δέν ἐστιν, id est, *nihil sunt*. Atque ex hoc sane loco Jacobus videtur tum adhuc in ea fuisse sententia, ut existimaret Judæis aliqua ex parte servandam esse Legem Mosaicam, quum Petrus & Paulus Gentilium more vixisse legantur. Non quod illam existimaret necessariam ad salutem, sed utilem ad vitandum offendiculum infirmorum, quum Paulus putaret jam esse tempus negligendi eam superstitionem, utpote vergentem in magnum discrimen Evangelicæ doctrinæ. Nec est,

15 *Sanctifica te*] sed ἁγνίσθητι, id est, *purifica te*. Et paulo post, *purificatus*, ἁγνισθεὶς.

16 Ab

χηνται περὶ σῦ, ὐδέν ἐϛιν, ἀλλὰ ϛοιχεῖς καὶ αὐτὸς τὸν 25 νόμον φυλάσσων. Περὶ δὲ τῶν πεπιϛευκότων ἐθνῶν ἡμεῖς ἐπεϛείλαμεν, κρίναντες, μηδὲν τοιῦτον τηρεῖν αὐτὺς, εἰ μὴ φυλάσσεσθαι αὐτὺς τό τε εἰδωλόθυτον, καὶ τὸ αἷ- 26 μα, καὶ πνικτὸν, καὶ πορνείαν. Τότε ὁ Παῦλος παραλαβὼν τὺς ἄνδρας, τῇ ἐχομένῃ ἡμέρᾳ σὺν αὐτοῖς ἁγνισθεὶς, εἰσήει εἰς τὸ ἱερὸν, διαγγέλλων τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τῦ ἁγνισμῦ, ἕως ὗ προσηνέχθη ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάϛυ 27 αὐτῶν ἡ προσφορά. Ὡς δὲ ἔμελλον αἱ ἑπτὰ ἡμέραι συντελεῖσθαι, οἱ ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰυδαῖοι θεασάμενοι αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ, συνέχεον πάντα τὸν ὄχλον, καὶ ἐπέβαλον 28 τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτὸν, Κράζοντες, Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, βοηθεῖτε· ὗτός ἐϛιν ὁ ἄνθρωπος, ὁ κατὰ τῦ λαῦ καὶ τῦ νόμυ καὶ τῦ τόπυ τύτυ πάντας πανταχῦ διδάσκων, ἔτι τὲ καὶ Ἕλληνας εἰσήγαγεν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ κεκοίνω- 29 κε τὸν ἅγιον τόπον τῦτον. Ἦσαν γὰρ ἑωρακότες Τρόφιμον τὸν Ἐφέσιον ἐν τῇ πόλει σὺν αὐτῷ, ὃν ἐνόμιζον, 30 ὅτι εἰς τὸ ἱερὸν εἰσήγαγεν ὁ Παῦλος. Ἐκινήθη τὲ ἡ πόλις ὅλη, καὶ ἐγένετο συνδρομὴ τῦ λαῦ· καὶ ἐπιλαβόμενοι τῦ Παύλυ, εἷλκον αὐτὸν ἔξω τῦ ἱερῦ, καὶ εὐθέως ἐ- 31 κλείσθησαν αἱ θύραι. Ζητύντων δὲ αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἀνέβη φάσις τῷ χιλιάρχῳ τῆς σπείρης, ὅτι ὅλη συγκέ- 32 χυται Ἰερυσαλήμ. Ὃς ἐξαυτῆς παραλαβὼν ϛρατιώτας καὶ ἑκατοντάρχυς, κατέδραμεν ἐπ' αὐτύς· οἱ δὲ ἰδόντες τὸν χιλίαρχον καὶ τὺς ϛρατιώτας, ἐπαύσαντο τύπτοντες 33 τὸν Παῦλον. Ἐγγίσας δὲ ὁ χιλίαρχος ἐπελάβετο αὐτῦ, καὶ ἐκέλευσε δεθῆναι ἁλύσεσι δυσὶ, καὶ ἐπυνθάνετο τίς 34 ἂν εἴη, καὶ τί ἐϛι πεποιηκώς; Ἄλλοι δὲ ἄλλο τί ἐβόων ἐν τῷ ὄχλῳ· μὴ δυνάμενος δὲ γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς διὰ τὸν θόρυβον, ἐκέλευσεν ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς τὴν παρεμβο- 35 λήν. Ὅτε δὲ ἐγένετο ἐπὶ τὺς ἀναβαθμὺς, συνέβη βαϛάζεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ϛρατιωτῶν διὰ τὴν βίαν τῦ ὄχλυ. 36 Ἠκολύθει γὰρ τὸ πλῆθος τῦ λαῦ, κράζον, Αἶρε αὐτόν. 37 Μέλλων τὲ εἰσάγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολὴν ὁ Παῦλος, λέγει τῷ χιλιάρχῳ, Εἰ ἔξεσί μοι εἰπεῖν πρός σε; Ὁ δὲ 38 ἔφη, Ἑλληνιϛί γινώσκεις; Οὐκ ἄρα σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος, ὁ πρὸ τύτων τῶν ἡμερῶν ἀναϛατώσας καὶ ἐξαγαγὼν εἰς τὴν 39 ἔρημον τὺς τετρακισχιλίυς ἄνδρας τῶν σικαρίων; Εἶπε δὲ ὁ Παῦλος, Ἐγὼ ἄνθρωπος μέν εἰμι Ἰυδαῖος Ταρσεὺς, τῆς Κιλικίας ὐκ ἀσήμυ πόλεως πολίτης· δέομαι δέ συ, 40 ἐπίτρεψόν μοι λαλῆσαι πρὸς τὸν λαόν. Ἐπιτρέψαντος δὲ αὐτῦ, ὁ Παῦλος ἑϛὼς ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν, κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ· πολλῆς δὲ σιγῆς γενομένης, προσεφώνει τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ, λέγων. XXII. 1 Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκύσατέ μυ, τῆς πρὸς ὑμᾶς νῦν ἀπολογίας. 2 Ἀκύσαντες δὲ ὅτι Ἑβραΐδι διαλέκτῳ προσφωνεῖ αὐτοῖς, 3 μᾶλλον παρέσχον ἡσυχίαν· καί φησιν, Ἐγὼ μέν εἰμι ἀνὴρ Ἰυδαῖος, γεγεννημένος ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας, ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τὺς πόδας Γαμαλιὴλ, πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τῦ πατρῴυ νόμυ, ζηλωτὴς ὑπάρχων τῦ Θεῦ, καθὼς πάντες ὑμεῖς ἐϛὲ 4 σήμερον· Ὃς ταύτην τὴν ὁδὸν ἐδίωξα ἄχρι θανάτυ, δεσμεύων καὶ παραδιδὺς εἰς φυλακὰς ἄνδρας τὲ καὶ γυναῖκας,

runt, nihil ſunt, ſed ambulas & ipſe cuſtodiens legem. De his autem qui crediderunt ex gentibus nos 25 ſcripſimus, decernentes, ne quid hujuſmodi obſervent, niſi ut caveant & [16] ab his quæ ſunt immolata ſimulacris, & a ſanguine, & ſuffocato, & ſcortatione. 26 Tunc Paulus aſſumptis viris, poſtero die purificatus cum illis, intravit in templum, annuncians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio. 27 Dum autem ſeptem dies jam pene eſſent expleti, hi qui ab Aſia erant Judæi, quum vidiſſent eum in templo, [17] conturbarunt totum populum, & injecerunt ei manus, 28 Clamantes, Viri Iſraelitæ, ſuccurrite: hic eſt ille homo qui adverſus populum & legem & locum hunc [18] omnes ubique docet, inſuper & Græcos induxit in templum, & profanavit ſanctum locum hunc. 29 Viderant enim Trophimum Epheſium in civitate cum ipſo, quem exiſtimaverunt, quod in templum introduxiſſet Paulus. 30 Commotaque eſt civitas tota, & factus eſt concurſus populi: & apprehenſum Paulum protrahebant e templo, ſtatimque clauſæ ſunt fores. 31 Quærentibus autem illis eum occidere, nunciatum eſt tribuno cohortis, quod tota conturbata eſſet Hieroſolyma. 32 Qui ſtatim aſſumptis militibus ac centurionibus decurrit ad illos: at illi quum vidiſſent tribunum ac milites, ceſſaverunt percutere Paulum. 33 Tunc accedens tribunus apprehendit eum, & juſſit alligari catenis duabus, & interrogabat quiſnam eſſet, & quid feciſſet? 34 Alii autem aliud clamabant in turba: & quum non poſſet [19] certum cognoſcere præ tumultu, [20] juſſit duci eum in caſtra. 35 Et quum veniſſet ad gradus, contigit ut portaretur a militibus propter violentiam turbæ. 36 Sequebatur enim multitudo populi, clamans, Tolle eum. 37 Et quum cœpiſſet induci in caſtra Paulus, dicit tribuno, Licetne mihi loqui ad te? Qui dixit, Græce noſti? 38 [21] Nonne tu es ille Ægyptius, qui ante hos dies tumultum concitaſti & eduxiſti in deſertum quatuor millia virorum [22] ſicariorum? 39 Dixit autem Paulus, Ego ſum homo quidem Judæus [23] Tarſenſis, non obſcuræ Cilicum civitatis civis: rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum. 40 Et quum ille permiſiſſet, Paulus ſtans in gradibus annuit manu ad plebem: & magno ſilentio facto, alloquutus eſt lingua Hebræa, dicens. XXII. 1 Viri fratres & patres, audite meam, qua nunc apud vos [1] utor, excuſationem. 2 Quum audiſſent autem quod Hebræa lingua ſibi loqueretur, magis præſtiterunt ſilentium: 3 & dicit, Ego quidem ſum vir Judæus, natus in Tarſo Ciliciæ, cæterum educatus in hac civitate ad pedes Gamalielis, inſtitutus [2] accurate in patria lege, [3] ſectator Dei, ſicut & vos omnes eſtis hodie: 4 Qui hanc viam perſequutus ſum uſque ad mortem, alligans ac tradens in carceres viros pariter ac mulieres,

4 Sicut

16 *Ab idolis immolato*, &c.] Nos quatuor habemus, quemadmodum & Græci. Auguſtinus in Speculo non commemorat niſi tria, *idolothyta*, *ſanguinem*, & *fornicationem*. Et ne quis hunc caſum interpretetur, addit quoſdam ex his Lucæ verbis occaſionem erroris arripuiſſe, ut dicerent non eſſe niſi tria crimina letalia.

17 *Concitaverunt omnem*] συνέχυον, id eſt, *confundebant* ſive *conturbabant*. Et *totum* potius quam *omnem*. Nec eſt *populum*, ſed ὄχλον, *turbam* ſive *multitudinem*. Et *ſuccurrite* potius quam *adjuvate*, βοηθεῖτε: nam *adjuvat*, qui eſt particeps operis. Et, *hic eſt homo*, ὁ ἄνθρωπος, id eſt, *ille homo*.

18 *Omnes ubique docet*] Periit apud nos gratia ſchematis, πάντας πανταχῦ, id eſt, *omnes omni in loco*. Nec eſt *violavit ſanctum locum iſtum*, ſed κεκοίνωκε, id eſt, *profanavit*, ſive, ut Hebræi loquuntur, *communem reddidit*.

19 *Certum cognoſcere*] τὸ ἀσφαλές. Recte ſane hoc. At cur non itidem tranſtulit in præfatione Evangelii, τὴν ἀσφάλειαν, *certitudinem*.

20 *Juſſit eum duci in caſtra*] εἰς τὴν παρεμβολήν. Ita vocat locum communitum. Cæterum quidam ex *caſtris* fecerant *carcerem*: & ob id admonendum duximus, ne ſerpat id mendi latius.

21 *Nonne tu es Ægyptius*] Ægyptii male audiebant olim, tanquam malarum auctores artium. Id quod non paucis locis indicat Juvenalis ac Lucianus. Quin & proverbiis aliquot hujus gentis mores notati ſunt, quæ recenſuimus in Chiliadibus noſtris.

22 *Et ſicariorum*] Græce ſcribens, uſus eſt voce Latina, id quod jam novum videri non poteſt, quum toties ſit obvium.

23 *A Tarſo Ciliciæ*] Ταρσεὺς τῆς Κιλικίας, id eſt, *Tarſenſis, qua eſt civitas Ciliciæ*. Eſt autem metropolis ejus regionis. Nec eſt *ignota*, ſed ἀσήμυ, id eſt, *obſcura*, niſi quod *ignotos homines* Horatius dixit obſcuros & ignobiles. Teſtatur idem Stephanus de nominibus urbium, hanc ἐπισημοτάτην appellans, hoc eſt, primariam ac præter cæteras inſignem, olim dictam *Terſon*, per *e* pſilon, ſive quod illic a diluvio primum apparuerit terra ſicca, ſive quod illic delapſus Pegaſus talo fracto, quem illi ταρσὸν appellant, claudicationem contraxerit. Porro quantumvis fuit celebris aliis nominibus, nullo tamen inſignior, quam quod illi Paulum debemus, uſque adeo præcipuum Chriſtianæ philoſophiæ præconem ac propugnatorem, ut ni ille nobis divino munere contigiſſet, periculum fuerit futurum, ne Chriſtiani omnes in ſervilem illam & humilem Moyſis legem relaberentur. Quanquam nunc quoque ratione magis quam numero ceremoniarum ab illis differimus: eò Chriſtus progreſſu temporum recidit. Eſt & alia ejuſdem nominis in Bithynia. Rurſus alia quæpiam in India, ut indicat Hieronymus in *Commentariis*, quos conſcripſit in Jonam. Joſephus putat *Tarſum Ciliciæ* eſſe, in quam fugerit Jonas. Porro quod quidam legunt *municeps*, quidam *civis*, Græcis eſt πολίτης, id eſt, *civis*. Verum opinor Interpretem offenſum affinitate vocum *civitatis* & *civis*, quæ tamen eadem eſt in ſermone Græco, πόλεως, πολίτης. Subeſt & amphibologiæ nonnihil, videtur enim πόλεως appoſitive jungi *Ciliciæ*, quum pertineat ad *Tarſum*.

1 R*Eddo rationem*] ἀπολογίας, quod & *defenſionem* & *excuſationem* ſignificat.

2 *Juxta veritatem paternæ legis*] κατ' ἀκρίβειαν τῦ πατρῴυ νόμυ, id eſt, *juxta exactam rationem patriæ legis*, ſive *juxta rigorem patriæ legis*. Et *patriæ* potius quam *paternæ*: quum non de patre ſuo, ſed de omnibus majoribus ſentiat.

3 *Æmulator legis*] ζηλωτὴς τῦ Θεῦ, id eſt, *æmulator Dei*, legimus apud Græcos.

5 ναῖκας, Ὡς καὶ ὁ Ἀρχιερεὺς μαρτυρεῖ μοι, καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον, παρ᾽ ὧν καὶ ἐπισολὰς δεξάμενος πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς εἰς Δαμασκὸν ἐπορευόμην, ἄξων καὶ τοὺς ἐκεῖσε ὄντας δεδεμένους εἰς Ἰερουσαλὴμ, ἵνα τι- 6 μωρηθῶσιν. Ἐγένετο δέ μοι πορευομένῳ καὶ ἐγγίζοντι τῇ Δαμασκῷ περὶ μεσημβρίαν, ἐξαίφνης ἐκ τοῦ οὐρα- 7 νοῦ περιαστράψαι φῶς ἱκανὸν περὶ ἐμὲ, Ἔπεσά τε εἰς τὸ ἔδαφος, καὶ ἤκουσα φωνῆς λεγούσης μοι, Σαοὺλ, 8 Σαοὺλ, τί με διώκεις; Ἐγὼ δὲ ἀπεκρίθην, Τίς εἶ Κύριε; Εἶπέ τε πρός με, Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς ὁ Ναζω- 9 ραῖος, ὃν σὺ διώκεις. Οἱ δὲ σὺν ἐμοὶ ὄντες, τὸ μὲν φῶς ἐθεάσαντο, καὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο, τὴν δὲ φωνὴν 10 οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι. Εἶπον δὲ, Τί ποιήσω Κύριε; Ὁ δὲ Κύριος πρός με, Ἀναστὰς πορεύου εἰς Δαμασκὸν, κἀκεῖ σοι λαληθήσεται περὶ πάντων ὧν τέ- 11 τακταί σοι ποιῆσαι. Ὡς δὲ οὐκ ἐνέβλεπον ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου, χειραγωγούμενος ὑπὸ τῶν 12 συνόντων μοι, ἦλθον εἰς Δαμασκόν. Ἀνανίας δέ τις ἀνὴρ εὐσεβὴς, κατὰ τὸν νόμον, μαρτυρούμενος ὑπὸ 13 πάντων τῶν κατοικούντων Ἰουδαίων, Ἐλθὼν πρός με καὶ ἐπιστὰς, εἶπέ μοι, Σαοὺλ ἀδελφὲ, ἀνάβλεψον. 14 Κἀγὼ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἀνέβλεψα εἰς αὐτόν. Ὁ δὲ εἶπεν, Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν προεχειρίσατό σε γνῶναι τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἰδεῖν τὸ δίκαιον, καὶ ἀ- 15 κοῦσαι φωνὴν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ· Ὅτι ἔσῃ μάρτυς αὐτῷ πρὸς πάντας ἀνθρώπους ὧν ἑώρακας καὶ 16 ἤκουσας. Καὶ νῦν τί μέλλεις; Ἀναστὰς βάπτισαι καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου, ἐπικαλεσάμενος τὸ 17 ὄνομα τοῦ Κυρίου. Ἐγένετο δέ μοι ὑποστρέψαντι εἰς Ἰερουσαλὴμ, καὶ προσευχομένου μου ἐν τῷ ἱερῷ, γε- 18 νέσθαι με ἐν ἐκστάσει, Καὶ ἰδεῖν αὐτὸν λέγοντά μοι, Σπεῦσον καὶ ἔξελθε ἐν τάχει ἐξ Ἰερουσαλὴμ, διότι οὐ παρα-

4 Sicut & princeps Sacerdotum mihi testis est, & 5 totus Seniorum ordo, a quibus etiam epistolis 6 ad fratres acceptis Damascum pergebam, 7 adducturus & illos qui illic essent vinctos Hierosolymam, ut punirentur. Accidit autem mihi iter facienti & appropinquanti Damasco circiter meridiem, ut subito de cœlo 8 circumfulguraret me lux multa, 9 Cecidique in solum, & audivi vocem dicentem mihi, 10 Saul, Saul, quid me persequeris? Ego vero respondi, Quis es Domine? Dixitque ad me, Ego sum Jesus ille Nazarenus, quem tu persequeris. 11 Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt, & exterriti sunt, vocem autem non audierunt ejus qui loquebatur mecum. Dicebam autem, Quid faciam Domine? Dominus autem dixit mihi, Surge ac vade Damascum, & ibi tibi dicetur de omnibus 12 quæ ordinata sunt tibi ut facias. 13 Et quum non viderem præ gloria luminis illius, per manum deductus a comitibus qui erant mecum, veni Damascum. 14 Ananias autem quidam vir pius, secundum legem, testimonio probatus 15 omnium illic habitantium Judæorum, Veniens ad me & adstans, dixit mihi, Saul frater, 16 recipe visum. Et ego eadem hora recepto visu vidi illum. At ille dixit, Deus patrum nostrorum 17 præparavit te, ut cognosceres voluntatem suam, 18 & videres id quod justum est, & audires vocem ex ore ejus: Quia eris testis illi apud omnes homines eorum 19 quæ vidisti & audisti. Et nunc quid cunctaris? Exsurge & baptizare & ablue peccata tua, invocato nomine Domini. Factum est autem quum essem reversus Hierosolymam, & orarem in templo, ut raperer extra me, Et viderem eum dicentem mihi, Festi-

4 *Sicut princeps Sacerdotum*] Ὡς καὶ ὁ Ἀρχιερεὺς μαρτυρεῖ μοι, id est, *Quemadmodum & Pontifex mihi testis est.*

5 *Omnes majores natu*] quum Græce sit, πᾶν τὸ πρεσβυτέριον, id est, *omnis Presbyterorum ordo.* Opinor enim hîc de dignitate sentiendum, non de ætate.

6 *Ad fratres*] πρὸς τοὺς ἀδελφούς. Aut *fratres* hîc dicit Judæos, aut πρὸς rectius vertisset *adversus*, si *fratres* dixit Christianos.

7 *Ut adducerem inde vinctos*] ἄξων καὶ τοὺς ἐκεῖσε ὄντας δεδεμένους εἰς Ἰερουσαλὴν, id est, *adducturus & eos, qui illic essent, vinctos Hierusalem.*

8 *Circumfulsit me lux copiosa*] περιαστράψαι est *circumfulgurare* potius quam *circumfulgere*: quemadmodum indicatum est & ante.

9 *Et decidens in terram*] Ἔπεσα δὲ εἰς τὸ ἔδαφος, id est, *Cecidique in solum.* Id enim sonat ἔδαφος, etiamsi saxeum sit aut ligneum.

10 *Saule, Saule*] Græci legunt, *Saul, Saul*, Hebræorum more. Quum illi Christus Hebraice loqueretur, ut posterius testatur ipse Paulus.

11 *Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt*] His addunt Græci, καὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο, id est, *& territi sunt.* Deinde adjicitur, *vocem autem non audierunt, qua loquebatur mecum.* Equidem non possum non vehementer probare diligentiam Laurentii Vallæ, qui quum homo Rhetoricus esset, ut vulgus existimat, certe Theologiam non profiteretur, tamen vigilantia tanta vestigarit, quid in Sacris Litteris aut dissideret aut conveniret aut depravatum esset: quum hodie tot sint Theologorum, ausim dicere millia, qui usque adeo non utantur hac conferendi disquirendique solertia, ut ne id quidem cognitum habeant, qua lingua scripserint Apostoli. Et quum forte fortuna audiunt Marcum, Lucam, Paulum, Petrum, ac Joannem Græce scripsisse, velut ad rem inauditam & incredibilem obstupescunt. Alius putat illos nihil nisi Hebraice scripsisse, quum fuerint Hebræi. Alius hæc ab illis edita credit, quæ nos vulgo legimus: tanta est in re tam necessaria socordia. Rogat autem qui consistere possit, ut quum Lucas superius capite nono scripserit eos, qui Paulo comites erant, vocem quidem audisse, cæterum neminem vidisse, hic neget eos audisse vocem loquentis cum illo, sed tantum vidisse lumen. Deinde qui conveniat, ut quum illic dicantur stetisse stupefacti, paulo post, nimirum capite vigesimo sexto, hanc eamdem rem exponens Agrippæ Paulus, dicat omnes fuisse collapsos in terram: quod hic de se tantum narrat. At illic: *Die*, inquit, *media in via vidi, rex, de cœlo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen, & eos qui simul mecum erant: omnesque quum decidissemus in terram, audivi vocem mihi Hebraica lingua dicentem, Saul, Saul.* Quomodo factum est, ut pugnantia scripserit Lucas, & illic sub persona sua referat comites audisse vocem loquentis, quum Paulus hic rursus ipse narret vocem uni sibi fuisse auditam? Nam quod differit de stando & cadendo, non ita magni negotii est dissolvere. Siquidem fieri potest, ut ad primum pavorem collapsi mox erexerint sese, Paulo adhuc jacente. De voce audita & non audita, durior est nodus. Recentiores utcunque tergiversantur, quum ajunt vocem quidem, hoc est, sonitum verborum auditum, cæterum verba uni Paulo percepta: ita factum, ut audita fuerit vox, & eadem non audita. Valla magis existimat superiorem locum, in quo Lucas hanc historiam sub sua ipsius persona recenset, fuisse depravatum, transpositis duabus voculis, iisque inter sese non admodum dissimilibus, apud Græcos duntaxat, φῶς & φωνή: cæterum a Luca sic fuisse scriptum, *videntes quidem lumen, neminem autem audientes.* Huic sententiæ quantum tribuendum sit, alii viderint. Petrus Comestor per aliam rimam elabitur. In capite nono dicuntur audisse vocem loquentis, non Christi compellantis, sed Pauli respondentis. Hic quum Paulus negat illos audisse vocem, de Christi voce sentit.

12 *Quæ te oporteat facere*] In nonnullis sic habebatur, περὶ πάντων ὧν τέτακταί σοι ποιῆσαι, id est, *de omnibus quæ ordinata sunt tibi ut facias.* In aliis rursus tantum erat, τί σε δεῖ ποιεῖν, aut ποιῆσαι, id est, *quid te oporteat facere.*

13 *Quum non viderem præ claritate luminis*] ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου, id est, *præ gloria luminis illius.*

14 *Ananias quidam vir secundum legem testimonium habens*] Græci codices nonnihil addunt: Ἀνανίας δέ τις, ἀνὴρ εὐλαβὴς, κατὰ τὸν νόμον μαρτυρούμενος ὑπὸ πάντων τῶν κατοικούντων Ἰουδαίων, id est, *Ananias autem quidam, vir pius*, sive *religiosus, in lege testimonio probatus omnium habitantium in Judæa.* Laurentius indicat se in uno Latino codice reperisse additum quod Græcæ voci responderet: *Ananias quidam vir timoratus. Timoratum* enim pro *religioso* dixit. Cæterum pro εὐλαβὴς in nonnullis exemplaribus erat εὐσεβὴς, hoc est, *pius.* Et quod hîc vertit *secundum legem*, verti poterat & *in lege.* Potestque ea particula utroque versum referri: ad superiora, ut sit sensus, *religiosus* sive *pius in lege*, sive *juxta legem*, non juxta Evangelium: aut ad sequentia, *probatus omnium testimonio in lege*, sive *juxta legem.*

15 *Ab omnibus cohabitantibus Judæis*] *Habitantibus* est, sive *inhabitantibus*, κατοικούντων. Et quidam Græcus codex habebat adscriptum, sed in spatio dirimente versus, ἐν Δαμάσκῳ, *ab omnibus habitantibus Damasci Judæis.*

16 *Respice*] ἀνάβλεψον, hoc est, *recipe visum*, sive *attolle oculos.* Ut mox, *Et respexi*, Κἀγὼ ἀνέβλεψα.

17 *Præordinavit te*] προεχειρίσατό σε, id est, *præparavit te*, sive *prius apparavit te*: nisi quis malit προεκυρώσατο, id est, *prius statuit.* Cæterum id non erat in ullis Græcorum exemplaribus. Nec Ananias hîc agit de prædestinatione divina, sed de ruina ac cæcitate Pauli, quibus rebus Christus jam agebat & aggrediebatur, ut hac occasione cognosceret Evangelii fidem. Nec annotatio mea excludit prædestinationem, sed explicat proprietatem Græcæ vocis. Chrysostomus hunc enarrans locum nullam facit mentionem prædestinationis.

18 *Ut videres justum*] τὸ δίκαιον, id est, *justitiam*, sive *id quod justum est*: hoc est, cernas id, quod antehac zelo legis excæcatus non videbas. Rursum in aliis habebatur τὸν δίκαιον, hoc est, *justum illum*, videlicet Christum: idque congruit cum eo quod sequitur, *& audires vocem ex ore ejus.* Videtur enim sentire de luce, quam viderat, & voce Jesu, quam audierat: quanquam & mox narret quomodo viderit & audierit Dominum in templo.

19 *Quæ vidisti & audisti*] ὧν ἑώρακας. Articulus postpositivus, juxta Græcorum idioma, congruit antecedenti pronomini, quod subauditur, *eorum*, dissidens a suo ipsius verbo. Interpres bene adjecit de suo *eorum.*

20 *Ego*

19 παραδέξονταί σε τὴν μαρτυρίαν περὶ ἐμοῦ. Κἀγὼ εἶπον, Κύριε, αὐτοὶ ἐπίσανται, ὅτι ἐγὼ ἤμην φυλακίζων καὶ δέρων κατὰ τὰς συναγωγὰς τοὺς πισεύοντας 20 ἐπί σε. Καὶ ὅτε ἐξεχεῖτο τὸ αἷμα Στεφάνȣ τȣ͂ μάρτυρός σȣ, καὶ αὐτὸς ἤμην ἐφεσὼς καὶ συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτȣ͂, φυλάσσων τὰ ἱμάτια τῶν ἀναιρȣ́ν-21 των αὐτόν. Καὶ εἶπε πρός με, Πορεύȣ, ὅτι ἐγὼ εἰς 22 ἔθνη μακρὰν ἐξαποσελῶ σε. Ἤκȣον δὲ αὐτȣ͂ ἄχρι τȣ́τȣ τοῦ λόγου, καὶ ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν, λέγοντες, Αἶρε ἀπὸ τῆς γῆς τὸν τοιοῦτον· οὐ γὰρ καθῆκον 23 αὐτὸν ζῆν. Κραζόντων δὲ αὐτῶν, καὶ ῥιπτόντων τὰ 24 ἱμάτια, καὶ κονιορτὸν βαλλόντων εἰς τὸν ἀέρα, Ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ χιλίαρχος ἄγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολὴν, εἰπὼν μάσιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτὸν, ἵνα ἐπιγνῷ 25 δι' ἣν αἰτίαν οὕτως ἐπεφώνουν αὐτῷ. Ὡς δὲ προέτεινεν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν, εἶπε πρὸς τὸν ἑσῶτα ἑκατόνταρχον ὁ Παῦλος, Εἰ ἄνθρωπον Ῥωμαῖον καὶ ἀκατά-26 κριτον ἔξεσιν ὑμῖν μασίζειν; Ἀκȣ́σας δὲ ὁ ἑκατόνταρχος, προσελθὼν ἀπήγγειλε τῷ χιλιάρχῳ, λέγων, Ὅρα, τί μέλλεις ποιεῖν; ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὗτος Ῥω-27 μαῖός ἐσι. Προσελθὼν δὲ ὁ χιλίαρχος εἶπεν αὐτῷ, Λέγε μοι, εἰ σὺ Ῥωμαῖος εἶ; Ὁ δὲ ἔφη, Ναί. 28 Ἀπεκρίθη τε ὁ χιλίαρχος, Ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην. Ὁ δὲ Παῦλος ἔφη, 29 Ἐγὼ δὲ καὶ γεγέννημαι. Εὐθέως οὖν ἀπέσησαν ἀπ' αὐτοῦ, οἱ μέλλοντες αὐτὸν ἀνετάζειν· καὶ ὁ χιλίαρχος δὲ ἐφοβήθη, ἐπιγνοὺς ὅτι Ῥωμαῖός ἐσι, καὶ ὅτι ἦν 30 αὐτὸν δεδεκώς. Τῇ δὲ ἐπαύριον βουλόμενος γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς, τὸ, τί κατηγορεῖται παρὰ τῶν Ἰουδαίων, ἔλυσεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν δεσμῶν, καὶ ἐκέλευσεν ἐλθεῖν τȣ̀ς Ἀρχιερεῖς καὶ ὅλον τὸ συνέδριον αὐτῶν, καὶ καταγα-

Alias δεδιώς.

XXIII. 1 γὼν τὸν Παῦλον, ἔσησεν εἰς αὐτούς. Ἀτενίσας δὲ ὁ Παῦλος τῷ συνεδρίῳ εἶπεν, Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἐγὼ πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ, ἄχρι 2 ταύτης τῆς ἡμέρας. Ὁ δὲ Ἀρχιερεὺς Ἀνανίας ἐπέταξε τοῖς παρεσῶσιν αὐτῷ, τύπτειν αὐτοῦ τὸ σόμα. 3 Τότε ὁ Παῦλος πρὸς αὐτὸν εἶπε, Τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεὸς, τοῖχε κεκονιαμένε· καὶ σὺ κάθῃ κρίνων με κα-4 τὰ τὸν νόμον, καὶ παρανομῶν κελεύεις με τύπτεσθαι; Οἱ δὲ

Festina & exi velociter Hierosolymis, quoniam non recipient testimonium tuum de me. Et ego dixi, Do-19 mine, ipsi sciunt quod ego pertrahebam in carcerem & cædebam in singulis synagogis eos qui credebant in te. Et quum funderetur sanguis Stephani 20 testis tui, 20 ego quoque assistebam & assentiebar morti illius, & custodiebam vestimenta interficientium illum. Et dixit ad me, Vade, quoniam ego ad 21 gentes procul mittam te. Audiebant autem eum us-22 que ad hoc verbum, atque sublatis vocibus, dicebant, 21 Tolle de terra hominem istiusmodi: 22 non enim fas est eum vivere. Vociferantibus autem eis, 23 & projicientibus vestimenta, & pulverem jactantibus in aërem, Jussit tribunus eum induci in castra, 24 & imperavit eum 23 flagris examinari, ut sciret propter quam causam sic acclamarent ei. Et quum ad-25 strinxisset eum loris, dixit adstanti sibi centurioni Paulus, Num hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare? Quo audito, Centurio accessit ad 26 tribunum, & nunciavit ei, dicens, Vide, quid facturus es? hic enim homo Romanus est. Accedens au-27 tem tribunus dixit illi, Dic mihi, num tu Romanus es? At ille dixit, Etiam. Et respondit tribunus, 28 Ego 24 multa summa civitatem istam comparavi. At Paulus ait, Ego vero & natus sum. Protinus ergo 29 discesserunt ab illo, qui eum fuerant examinaturi: tribunus quoque timuit, postquam rescivit quod Romanus esset, & quod vinxisset eum. Postero autem 30 die 25 volens scire certum, qua ex causa accusaretur a Judæis, solvit eum a vinculis, & jussit principes Sacerdotum convenire totumque concilium, ac deductum Paulum sistebat coram illis. Intentis autem 1 XXIII. oculis in concilium Paulus ait, Viri fratres, ego omni conscientia bona conversatus sum coram Deo usque in hodiernum diem. Princeps autem Sacerdotum A-2 nanias præcepit adstantibus sibi, ut percuterent os ejus. Tunc Paulus dixit ad eum, 1 Percussurus est te Deus, 3 paries dealbate: & tu sedes judicans me secundum legem, & contra legem jubes me percuti? Et qui 4 adsta-

20 *Ego stabam & consentiebam*] Hic Græci addunt duo verba, τῇ ἀναιρέσει αὐτȣ͂, id est, *morti ejus*: καὶ αὐτὸς ἤμην ἐφεσὼς καὶ συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτȣ͂, id est, *& ipse eram assistens & comprobans interfectionem ejus.*

21 *Tolle de terra hujusmodi*] τοιȣ͂τον, id est, *talem*: ut ad Paulum referatur. Unde non male addidisset *hujusmodi hominem.* Et mox,

22 *Non est fas*] sed καθῆκον, id est, *non convenit*, sive *non decet.*

23 *Et flagellis cædi & torqueri*] Ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ χιλίαρχος ἄγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολὴν, εἰπὼν μάσιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτὸν, id est, *Jussit eum tribunus duci in castra, dato mandato ut flagris examinarent eum.* Nec aliud fuisse jussum, indicant ea quæ sequuntur; ut illud interim dissimulem, quod *si hominem Romanum* dixit, pro *an hominem*: quandoquidem adeo constanter id facit, ut suo jure videatur facere.

24 *Multa summa*] πολλȣ͂ κεφαλαίȣ. Ita Græci vocant supputationem in summam subductam. In nonnullis legimus *hanc civitatem*, in aliis *civilitatem*, Græce πολιτείαν. Laurentius magis probat *civilitatem*, ego contra *civitatem*. Quandoquidem *civitate donati* dicuntur Latinis, quibus jus civitatis concessum: & ut Græcis a πολίτης πολιτεία, sic nobis a *cive civitas* dicitur. Beda subindicat in nonnullis codicibus sermonem fuisse magis dilucidum, in quibus sic erat scriptum: *Dixit tribunus, Tam facile dicis civem Romanum esse te. Ego enim scio, quanto pretio civilitatem possedi istam.* Nec est *consequutus sum*, sed ἐκτησάμην, id est, *paravi*, quod ante vertit, *possedit agrum de mercede iniquitatis.*

25 *Volens scire diligentius*] τὸ ἀσφαλὲς, id est, *certum*: ut & superius verterat *certius*, quod nunc vertit *diligentius.*

1 P*ercutiat te Deus, paries*] In plerisque Latinis exemplaribus *percutiet* mutatum erat in *percutiat*: quasi Paulus imprecaretur Pontifici malum. At Græci legunt, Τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεὸς, id est, *Futurum est ut te percutiat Deus.* Atque ita citat Augustinus libro secundo *Commentariorum*, quos scripsit de sermone Domini in monte habito. Rursum in Epistola quinta ad Marcellinum, ubi declarat & interpretatio, quam subjicit, quod *percutiet* legerit verbo futuri temporis. Succedit enim, *ut qui saperent, intelligerent destruendum esse adventu Christi parietem dealbatum*, hoc est, *hypocrisim sacerdotii Judæorum.* Ad eumdem modum legit & interpretatur Chrysostomus. Nec in his apud Græcos est facilis scripturæ depravatio, nisi quis locum hunc studio mutavit, ne Paulus videretur oblitus exempli Christi, qui similiter accepta plaga, mansuete tranquilleque respondit, quique jussit ut bene precaremur male precantibus, bene mereremur de male merentibus. At si Paulus tantum prædixit futurum ut Deus illum feriret, cur mox vocant maledictum? Et ipse veluti redarguens seipsum, *Scriptum est*, inquit, *Principi populi tui non maledices*: nisi forte qui commoto animo prædicit eventurum, is maledicit. Quanquam de convitio facile sit explicare, quandoquidem in pariete dealbato manifestum convitium est. Sed qui potuit fieri, ut Paulus non agnosceret primarium Sacerdotem, vel ex ipso ornatu, præsertim homo Judæus nusquam loci non versatus? Deinde cur recantat, non quod homini maledixerit, sed quod Principi populi? At sane judicem esse sciebat, etiam quum convitium diceret: *Tu*, inquit, *sedens judicas me secundum legem.* An cæteris licet maledicere, soli Principi non licet? At Christus noluit cuiquam omnino maledici. Divus Hieronymus adducens hunc locum in dialogis adversus Pelagium excusat quidem Paulum, attamen fatetur eum non præstitisse mansuetudinem eam, quam præstitit Christus. Verum hoc scripsit Hieronymus undecunque suam muniens causam, & in ipso quoque Christo aliquod imperfectæ pietatis vestigium inquirens. Nec ipse dissimulat, aliud esse colligare nodis adversarium, aliud docere discipulum. Aliud agit qui pugnat, aliud qui exhortatur, aliud qui deterret. Deinde ut sunt diversa hominum ingenia & instituta, ita sunt & diversæ sententiæ. At nos nulla harum rerum habita ratione, ex quovis cujusvis operis angulo, tria verba decerpimus, & inde contexto syllogismo, novum edimus oraculum. Equidem non nego Paulum non caruisse prorsum humanis affectibus, quum ipse meminerit de stimulo carnis, & constet inter Barnabam & ipsum, nempe duos optimos viros, dissidium aliquod exstitisse. Cæterum hoc loco consentaneum est Paulum non ignorasse summum Sacerdotem, nec tamen illi male precatum hoc animo quo vulgus irritatum solet, sed Apostolico spiritu incanduisse adversus eum, qui quum optimi viri teneret locum, ne speciem quidem æquitatis præberet, quam præstabant etiam Ethnici. Sic Petrus incanduit adversus Ananiam & Sapphiram. Sic hic ipse Paulus adversus Elymam magum. Quid igitur est quod excusat se, *Nesciebam quod esset Pontifex?* Nimirum cessit tumultui, & se ignorasse Pontificem dicit, qui se non Pontificem, sed tyrannum re declarabat. Itaque gemino nomine concedit turbæ: primum agnoscens esse Pontificem, qui re ipsa non erat nisi paries dealbatus: deinde convitium esse non negat, quod illis videbatur convitium, quum non esset convitium, sed libera objurgatio. Chrysostomus indicat quibusdam hoc per ironiam videri dictum, *Nesciebam quod Pontifex esset.* Verum ipse prorsus asseverat illum vere ignorasse, vel quod diutius abfuisset a consuetudine Judæorum, vel quod Ananiam in turba multorum non agnosceret. Beda non dissentiens a Chrysostomo, addit argutam magis quam veram interpretationem, *Nesciebam eum esse Pontificem*, quod per Evangelium jam cessasset sacerdotium Mosaicum: & tamen ita corrigit se quasi peccasset, ut alios doceret deberi reverentiam iis, in quorum potestate sumus. Porro testimonium, quod adduxit, exstat Exodi capite vigesimo secundo: *Diis non detrahes, & Principi populi tui non maledices.* Siquidem illi judices ac magistratus *Deos* vocant.

δὲ παρεςῶτες εἶπον, Τὸν Ἀρχιερέα τῦ Θεῦ λοιδορεῖς; 5 Ἔφη τὲ ὁ Παῦλος, Οὐκ ᾔδειν, ἀδελφοὶ, ὅτι ἐςὶν Ἀρχιερεύς· γέγραπται γὰρ, Ἄρχοντα τῦ λαῦ σῦ ὐκ 6 ἐρεῖς κακῶς. Γνῦς δὲ ὁ Παῦλος, ὅτι τὸ ἓν μέρος ἐςὶ Σαδδυκαίων, τὸ δὲ ἕτερον Φαρισαίων, ἔκραξεν ἐν τῷ συνεδρίῳ, Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἐγὼ Φαρισαῖός εἰμι, υἱὸς Φαρισαίυ, περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναςάσεως νεκρῶν ἐγὼ κρίνο- 7 μαι. Τῦτο δὲ αὐτοῦ λαλήσαντος, ἐγένετο ςάσις τῶν Φαρισαίων καὶ τῶν Σαδδυκαίων, καὶ ἐσχίσθη τὸ πλῆ- 8 θος. Σαδδυκαῖοι μὲν γὰρ λέγυσι, μὴ εἶναι ἀνάςασιν, μηδὲ ἄγγελον, μή τε πνεῦμα· Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογῦ- 9 σι τὰ ἀμφότερα. Ἐγένετο δὲ κραυγὴ μεγάλη· καὶ ἀναςάντες Γραμματεῖς τῦ μέρυς τῶν Φαρισαίων, διε- μάχοντο, λέγοντες, Οὐδὲν κακὸν εὑρίσκομεν ἐν τῷ ἀν- θρώπῳ τύτῳ· εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ ἢ ἄγγελος, 10 μὴ θεομαχῶμεν. Πολλῆς δὲ γενομένης ςάσεως, εὐ- λαβηθεὶς ὁ χιλίαρχος μὴ διασπασθῇ ὁ Παῦλος ὑπ᾽ αὐ- τῶν, ἐκέλευσε τὸ ςράτευμα καταβῆναι καὶ ἁρπάσαι αὐτὸν ἐκ μέσυ αὐτῶν, ἄγειν τὲ εἰς τὴν παρεμβολήν. 11 Τῇ δὲ ἐπιύσῃ νυκτὶ ἐπιςὰς αὐτῷ ὁ Κύριος εἶπε, Θάρ- σει Παῦλε· ὡς γὰρ διεμαρτύρω τὰ περὶ ἐμῦ εἰς Ἱερυ- 12 σαλὴμ, ὕτως σε δεῖ καὶ εἰς Ῥώμην μαρτυρῆσαι. Γενο- μένης δὲ ἡμέρας, ποιήσαντές τινες τῶν Ἰυδαίων συςρο- φὴν, ἀνεθεμάτισαν ἑαυτὺς, λέγοντες, μή τε φαγεῖν μή 13 τε πιεῖν, ἕως ὗ ἀποκτείνωσι τὸν Παῦλον. Ἦσαν δὲ πλείυς τεσσαράκοντα, οἱ ταύτην τὴν συνωμοσίαν πεποιη- 14 κότες. Οἵτινες προσελθόντες τοῖς Ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς Πρεσβυτέροις, εἶπον, Ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν ἑαυ- τὺς, μηδενὸς γεύσασθαι, ἕως ὗ ἀποκτείνωμεν τὸν Παῦ- 15 λον. Νῦν ὖν ὑμεῖς ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ καὶ τῷ συνεδρίῳ, ὅπως αὔριον αὐτὸν καταγάγῃ πρὸς ἡμᾶς, ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέςερον τὰ περὶ αὐτοῦ· ἡμεῖς δὲ, πρὸ τοῦ ἐγγίσαι αὐτὸν, ἕτοιμοί ἐσμεν τοῦ 16 ἀνελεῖν αὐτόν. Ἀκύσας δὲ ὁ υἱὸς τῆς ἀδελφῆς Παύ- λυ τὸ ἔνεδρον, παραγενόμενος καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν 17 παρεμβολὴν, ἀπήγγειλε τῷ Παύλῳ. Προσκαλεσάμενος δὲ ὁ Παῦλος ἕνα τῶν ἑκατοντάρχων, ἔφη, Τὸν νεα- νίαν τῦτον ἀπάγαγε πρὸς τὸν χιλίαρχον· ἔχει γάρ τι 18 ἀπαγγεῖλαι αὐτῷ. Ὁ μὲν ὖν παραλαβὼν αὐτὸν ἤγα- γε πρὸς τὸν χιλίαρχον, καὶ φησὶν, Ὁ δέσμιος Παῦλος προσκαλεσάμενός με, ἠρώτησε τῦτον τὸν νεανίαν ἀγαγεῖν 19 πρός σε, ἔχοντά τι λαλῆσαί σοι. Ἐπιλαβόμενος δὲ τῆς χειρὸς αὐτῦ ὁ χιλίαρχος, καὶ ἀναχωρήσας κατ᾽ ἰδίαν, 20 ἐπυνθάνετο, Τί ἐςιν ὃ ἔχεις ἀπαγγεῖλαί μοι; Εἶπε δὲ, Ὅτι οἱ Ἰυδαῖοι συνέθεντο τῦ ἐρωτῆσαί σε, ὅπως αὔ- ριον εἰς τὸ συνέδριον καταγάγῃς τὸν Παῦλον, ὡς μέλλον- 21 τές τι ἀκριβέςερον πυνθάνεσθαι περὶ αὐτῦ. Σὺ ὖν μὴ πει- σθῇς αὐτοῖς· ἐνεδρεύυσι γὰρ αὐτὸν ἐξ αὐτῶν ἄνδρες πλείυς τεσσαράκοντα, οἵτινες ἀνεθεμάτισαν ἑαυτὺς, μή τε φαγεῖν μή τε πιεῖν, ἕως ὗ ἀνέλωσιν αὐτόν· καὶ νῦν 22 ἕτοιμοί εἰσι προσδεχόμενοι τὴν ἀπὸ σῦ ἐπαγγελίαν. Ὁ μὲν ὖν χιλίαρχος ἀπέλυσε τὸν νεανίαν, παραγγείλας 23 μηδενὶ ἐκλαλῆσαι, ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός με. Καὶ προσ-

adſtabant, dixerunt, Summo Sacerdoti Dei maledicis? Dixit autem Paulus, 2 Neſciebam, fratres, quod 5 Pontifex eſſet: ſcriptum eſt enim, Principi populi tui non maledices. Sciens autem Paulus, quod una 6 pars eſſet Sadducæorum, & altera Phariſæorum, exclamavit in concilio, Viri fratres, ego Phariſæus ſum, filius Phariſæi, de ſpe & reſurrectione mortuorum ego judicor. Et quum hoc dixiſſet, facta eſt 7 diſſenſio inter Phariſæos ac Sadducæos, 3 & diſſecta eſt multitudo. Nam Sadducæi quidem dicunt, 8 non eſſe reſurrectionem, neque angelum, neque ſpiritum: Phariſæi autem utraque confitentur. Fa- 9 ctus eſt autem clamor magnus: & cum ſurrexiſſent Scribæ de factione Phariſæorum, depugnabant, dicentes, Nihil mali invenimus in homine iſto: 4 quod ſi ſpiritus loquutus eſt ei aut angelus, ne repugnemus Deo. Et quum magna ſeditio coorta eſſet, ve- 10 ritus tribunus ne diſcerperetur Paulus ab ipſis, juſſit milites deſcendere & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in caſtra. Sequenti autem nocte 11 aſſiſtens ei Dominus ait, Bono animo eſto Paule: ut enim teſtificatus es de me Hieroſolymis, ſic te oportet & Romæ teſtificari. Facto autem die, col- 12 legerunt ſe quidam ex Judæis, & 5 devoverunt ſe, dicentes, neque eſuros ſe neque bibituros, donec occiderent Paulum. Erant autem plures quam quadra- 13 ginta *viri* qui hanc conjurationem fecerant. Qui ac- 14 ceſſerunt ad principes Sacerdotum ac Seniores, & dixerunt, 6 Devotione devovimus noſipſos, nihil guſtaturos, donec occidamus Paulum. Nunc ergo vos 15 7 ſignificate tribuno & concilio, ut cras producat illum ad nos, 8 tanquam aliquid certius cognituros de eo: nos vero, prius quam appropinquet, parati ſumus interficere illum. Quum autem audiſſet filius 16 ſororis Pauli inſidias, venit & intravit in caſtra, nunciavitque Paulo. Accerſito autem Paulus ad ſe uno 17 ex centurionibus ait, Adoleſcentem hunc abduc ad tribunum, habet enim quod renunciet illi. Et ille 18 quidem aſſumens eum, duxit ad tribunum, & ait, Vinctus Paulus accerſitum me rogavit ut hunc adoleſcentem perducerem ad te, habentem aliquid quod loquatur tibi. Apprehenſa autem tribunus manu il- 19 lius, ſeceſſit cum eo ſeorſum, & percontatus eſt illum, Quid eſt quod habes ſignificandum mihi? Ille 20 autem dixit, Judæi conſpirarunt ut rogarent te, uti craſtino die educeres Paulum in concilium, quaſi aliquid certius inquiſituri ſint de illo. Tu vero ne 21 morem geſſeris illis: inſidiantur enim ei ex eis viri plures quadraginta, qui ſeipſos devoverunt, ne vel edant vel bibant, donec interficiant eum: & nunc parati ſunt exſpectantes ut promittas. Tribunus igi- 22 tur dimiſit adoleſcentem, præcepitque ei, ne cui effutias, inquiens, 9 quod hæc indicaveris mihi. Et 23 ac-

2 *Neſciebam, fratres, quia princeps eſt*] *Quia* redundat Latinis: apud Græcos nonnunquam additur affirmandi cauſa. Annotavit & Auguſtinus libro de Geneſeos loquutionibus primo, *quia* ſæpe redundare in Sacris Libris: velut illo loco, *Et dixit, quia Dominus eſt*, in loco hoc, *ego autem ignorabam*.

3 *Et ſoluta eſt multitudo*] καὶ ἐσχίσθη, id eſt, *ſecta eſt*. Interpres legiſſe videtur ἐλύθη.

4 *Quid ſi ſpiritus loquutus eſt ei aut angelus*] Græci ſecus legunt: *εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν*, id eſt, *quod ſi ſpiritus loquutus eſt illi, aut angelus, ne pugnemus cum Deo*; quo verbo uſus eſt ante Gamaliel. Hæc clauſula, *ne repugnemus Deo*, non habebatur in noſtris exemplaribus Latinis: & adſcriptam apparet ex ſuperioribus.

5 *Devoverunt*] ἀνεθεμάτισαν: quod tamen eleganter vertit Interpres. Demiror equidem quis hoc indicarit Carrenſi, Græcis hoc loco ſcriptum *anathematizaverunt*. Et paulo poſt,

6 *Devotione devovimus*] Ἀναθέματι ἀναθεματίσαμεν, id eſt, *exſecrari ſeipſum*, ac *Diis manibus*, ut Ethnici loquuntur, *devovere*.

7 *Notum facite tribuno*] Græca nonnihil diſſonant a noſtris: Νῦν ὖν ὑμεῖς ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ καὶ τῷ συνεδρίῳ, ὅπως αὔριον αὐτὸν καταγάγῃ πρὸς ἡμᾶς, ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέςερον τὰ περὶ αὐτῦ, id eſt, *Nunc igitur indicate tribuno & concilio, ut cras eum producat ad nos, velut diſquiſituros exactius de cauſa illius.* Cum hac lectione concordat Chryſoſtomus & Aldina Editio, tametſi nonnulli Græci codices propemodum conſentiunt cum noſtris exemplaribus, in quibus eſt, ὑμᾶς *vos*, pro ἡμᾶς, & μέλλοντες pro μέλλοντας. Atque ita ſenſus erit: *Nos plane decrevimus quocunque periculo Paulum occidere, vos adjuvate, ut tantum producatis eum ad populum, abutentes hoc prætextu, quaſi velitis exactius de cauſa diſputare.* Alioqui ſciebant tribunum non producturum Paulum cognitis inſidiis. Atqui ſic exponit Carrenſis, velut hoc ipſum voluerint nunciari tribuno & concilio, quod deſtinaſſent per tumultum occidere Paulum. Jam vero Lyranum apparet ita legiſſe, *Nunc autem vos notum facite tribuno cum concilio*, quomodo legitur in nonnullis Græcis exemplaribus. Id quum idem valeat, ſic interpretatur & ordinat: *Vos*, inquit, *cum concilio*, id eſt, vos ſimul conciliati Phariſæi & Sadducæi, ne per veſtram diſſenſionem impediatis mortem Pauli. Eamus nunc & negemus quicquam referre utrum Græca quis conferat, an non. Jam non ſatis intelligo cur quibuſdam hic magis arrideat, ut μέλλοντας vertatur per *debet* verbum. Fingit enim hoc futurum, & ideo apponitur ὡς. Nec uſquam comperi μέλλω ſic uſurpatum, niſi quod indocti dicunt, *vult venire*, & *debet venire*, pro *venturus eſt*.

8 *Tanquam aliquid certius cognituri de eo*] Si πυνθάνεσθαι referatur ad tribunum & concilium, fortaſſe congruentius erat *audituri*. Nam Græca vox anceps eſt, præſertim quum præceſſerit διαγινώσκειν: quod magis videtur ad judicem pertinere, quam actorem. Atque ita in priore parte legendum μέλλοντες, non μέλλοντας: & nominandi caſus accipiendus eſſet pro gignendi caſu abſolute poſito, tametſi Græci nonnunquam & accuſandi caſum uſurpant abſolute. Jam πρὸς ἡμᾶς, an πρὸς ὑμᾶς legendum ſit, expendendum.

9 *Quoniam hæc nota feciſſet ſibi*] Interpres bene mutavit perſonam ſecundam in tertiam: nam Græce eſt, παραγγείλας μηδενὶ ἐκλαλῆσαι, ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός με, id eſt, *juſſitque ne cui efferret, quod hæc indicaveris mihi.* Niſi mavis infinitum modum poſitum vice imperativi, quemadmodum nos vertimus, μηδενὶ ἐκλαλῆσαι, *ne cui pateſacias.*

10 *Et*

προσκαλεσάμενος δύο τινὰς τῶν ἑκατοντάρχων, εἶπεν, Ἑτοιμάσατε στρατιώτας διακοσίους, ὅπως πορευθῶσιν ἕως Καισαρείας, καὶ ἱππεῖς ἑβδομήκοντα, καὶ δεξιολάβους 24 διακοσίους, ἀπὸ τρίτης ὥρας τῆς νυκτὸς, Κτήνη τὲ παραστῆσαι, ἵνα ἐπιβιβάσαντες τὸν Παῦλον διασώσωσι πρὸς 25 Φήλικα τὸν ἡγεμόνα, Γράψας ἐπιστολὴν περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον· Κλαύδιος Λυσίας τῷ κρατίστῳ ἡγεμόνι Φή- 26 λικι χαίρειν. Τὸν ἄνδρα τοῦτον συλληφθέντα ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, καὶ μέλλοντα ἀναιρεῖσθαι ὑπ᾽ αὐτῶν, ἐπιστὰς σὺν τῷ στρατεύματι ἐξειλόμην αὐτὸν, μαθὼν ὅτι Ῥω- 27 μαῖός ἐστι· Βουλόμενος δὲ γνῶναι τὴν αἰτίαν δι᾽ ἣν ἐνεκάλουν αὐτῷ, κατήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον αὐτῶν. 28 Ὃν εὗρον ἐγκαλούμενον περὶ ζητημάτων τοῦ νόμου αὐτῶν, μηδὲν ἄξιον θανάτου ἢ δεσμῶν ἔγκλημα ἔχοντα. 29 Μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα μέλλειν ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἐξαυτῆς ἔπεμψα πρός σε, παραγγείλας καὶ τοῖς κατηγόροις λέγειν τὰ πρὸς αὐτὸν 30 ἐπί σου. Ἔρρωσο. Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται κατὰ τὸ διατεταγμένον αὐτοῖς, ἀναλαβόντες τὸν Παῦλον, ἤγαγον διὰ 31 τῆς νυκτὸς εἰς τὴν Ἀντιπατρίδα. Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐάσαντες τοὺς ἱππεῖς πορεύεσθαι σὺν αὐτῷ, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν 32 παρεμβολήν. Οἵτινες εἰσελθόντες εἰς τὴν Καισάρειαν, καὶ ἀναδόντες τὴν ἐπιστολὴν τῷ ἡγεμόνι, παρέστησαν καὶ 33 τὸν Παῦλον αὐτῷ. Ἀναγνοὺς δὲ ὁ ἡγεμὼν, καὶ ἐπερωτήσας ἐκ ποίας ἐπαρχίας ἐστὶ, καὶ πυθόμενος ὅτι ἀπὸ Κι- 34 λικίας, Διακούσομαί σου, ἔφη, ὅτ᾽ ἂν καὶ οἱ κατήγοροί σου παραγένωνται· ἐκέλευσέ τε αὐτὸν ἐν τῷ πραιτωρίῳ Ἡρώ- XXIV. 1 δου φυλάσσεσθαι. Μετὰ δὲ πέντε ἡμέρας κατέβη ὁ Ἀρχιερεὺς Ἀνανίας μετὰ τῶν Πρεσβυτέρων καὶ Ῥήτορος Τερτύλλου τινὸς, οἵτινες ἐνεφάνισαν τῷ ἡγεμόνι κατὰ τοῦ Παύλου. 2 Κληθέντος δὲ αὐτοῦ, ἤρξατο κατηγορεῖν ὁ Τέρτυλλος, λέγων, Πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες διά σου, καὶ κατορθωμάτων γινομένων τῷ ἔθνει τούτῳ διὰ τῆς σῆς προνοίας, 3 Πάντῃ τὲ καὶ πανταχοῦ ἀποδεχόμεθα, κράτιστε Φῆλιξ, 4 μετὰ πάσης εὐχαριστίας. Ἵνα δὲ μὴ ἐπὶ πλεῖόν σε ἐγκόπτω, παρακαλῶ ἀκοῦσαί σε ἡμῶν συντόμως τῇ σῇ ἐπιει- 5 κείᾳ. Εὑρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμὸν, καὶ κινοῦντα στάσιν πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην, πρω- 6 τοστάτην τὲ τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως, Ὃς καὶ τὸ ἱερὸν ἐπείρασε βεβηλῶσαι, ὃν καὶ ἐκρατήσαμεν, καὶ κα- 7 τὰ τὸν ἡμέτερον νόμον ἠθελήσαμεν κρίνειν. Παρελθὼν δὲ Λυσίας ὁ χιλίαρχος, μετὰ πολλῆς βίας ἐκ τῶν χειρῶν 8 ἡμῶν ἀπήγαγεν, Κελεύων τοὺς κατηγόρους αὐτοῦ ἔρχεσθαι

accersitis duobus quibusdam centurionibus, dixit, Parate milites ducentos, ut eant Cæsaream, & equites septuaginta, 10 & lancearios ducentos, a tertia hora noctis, 11 Et jumenta præbete, ut impositum Paulum salvum perducant ad Felicem præsidem, 24 Scriptis litteris in hanc formam: 25 Claudius Lysias 12 potentissimo præsidi Felici salutem. 26 Virum hunc comprehensum a Judæis, quum jam esset interficiendus ab eis, superveniens cum exercitu, eripui, cognito quod Romanus esset: 27 Volensque scire causam ob quam accusarent illum, deduxi illum in concilium eorum. 28 Quem comperi accusari de quæstionibus legis ipsorum, nullum dignum morte aut vinculis habentem crimen. 29 Et quum indicatum esset mihi de insidiis, quas paraverant illi Judæi, protinus misi eum ad te, præcepto dato etiam accusatoribus, ut, quæ habent adversum eum, dicant apud te. Vale. 30 Milites vero juxta quod sibi injunctum erat, receptum Paulum duxerunt 13 per noctem Antipatridem. 31 Postero autem die dimissis equitibus ut cum eo irent, reversi sunt in castra. 32 Qui quum venissent Cæsaream, ac tradidissent epistolam præsidi, statuerunt coram eo & Paulum. 33 Quum legisset autem præses, & interrogasset 14 ex qua provincia esset, & cognovisset quod ex Cilicia, 34 Audiam te, inquit, quum accusatores quoque tui advenerint: jussitque in prætorio Herodis custodiri eum. XXIV. 1 Post quinque autem dies descendit princeps Sacerdotum Ananias cum Senioribus & Tertullo quodam Oratore, 1 qui adierunt præsidem contra Paulum. 2 Et citato Paulo, cœpit accusare Tertullus, dicens, Quum in multa pace agamus per te, 2 & multa recte gerantur in populo hoc per tuam providentiam, 3 Et semper & ubique 3 comprobamus, præstantissime Felix, cum omni gratiarum actione. 4 4 Sed ne diutius te detineam, oro te, ut audias nos paucis pro tua humanitate. 5 Nacti enim sumus 5 virum hunc pestiferum, & concitantem seditionem omnibus Judæis in universo orbe, 6 & auctorem sectæ Nazarenorum, 6 7 Qui etiam templum profanare conatus est, 8 quem & apprehensum voluimus secundum legem nostram judicare. 7 Sed superveniens tribunus Lysias, cum magna vi eripuit eum e manibus nostris, 8 Jubens accusatores ejus ad te venire, 9 ex

10 *Et lancearios ducentos*] δεξιοβόλους, quod dextra mitterent hastilia. Sive, ut in aliis legitur, δεξιολάβους: nam olim fere missilibus utebantur. Ac mox,

11 *Et jumenta præparate*] Κτήνη τὲ παραστῆσαι, id est, *Jumentaque exhibere:* & hic usus est infinito pro imperativo. *Timuit enim, ne forte raperent eum Judæi & occiderent, & ipse postea calumniam sustineret, tanquam accepturus pecuniam.* Quæ hactenus recensui, omnia desunt in Græcis exemplaribus, quæ quidem mihi videre contigit. Nec offendit hic locus Laurentium Vallam: unde apparet aut exemplar illius hæc habuisse, aut ipsum non animadvertisse. Certe Lyranus negat hæc haberi in libris emendatioribus: verum hoc glossema adjectum fuisse in margine, quod inscius quispiam retulerit in contextum. Certum est autem hoc non somniasse Lyranum. Jam nec Chrysostomus enarrans hunc locum, legit aut exponit, quæ nos ostendimus in Græcis non haberi.

12 *Optimo præsidi*] τῷ κρατίστῳ. Græca vox magis competit in potentem, quam in bonum virum: ut dictum est in præfatione Lucæ, in suum Evangelium.

13 *Per noctem in Antipatridem*] Nihil opus erat præpositionem apponere, quum *Antipatris* vocabulum sit civitatis Palestinæ, ab *Antipatro* patre Herodis sortita nomen.

14 *De qua provincia esset*] ἐκ ποίας ἐπαρχίας: quod sane non ineleganter reddidit Interpres.

1 *Qui adierunt præsidem*] ἐνεφάνισαν τῷ ἡγεμόνι κατὰ Παύλου. Sensum quidem probe reddidit Interpres: adeunt enim judicem, qui deferunt reum. Cæterum ἐνεφάνισαν sonat *significarunt*, nisi subaudias ἑαυτούς. Quidam depravate legebant *audierunt*, pro *adierunt*.

2 *Et multa corrigantur per tuam providentiam*] Græcis est non ἀνορθωμάτων, sed κατορθωμάτων, quod rem cum virtute & laude factam significat, interprete Cicerone, quod Latini vocant *officium*, a verbo κατορθόω. Sensus enim est, *Quum per tuam providentiam multa fruamur pace, multaque officia præstes huic populo.*

3 *Suscipimus, optime Felix*] ἀποδεχόμεθα. Quo verbo nonnunquam & Paulus usus est pro *approbare* & *amplecti*. *Optime Felix.* Græce non est βέλτιστε, sed κράτιστε: quod, ut modo dixi, magis sonat *potentissime*. Nos vertimus *præstantissime*.

4 *Ne diutius te protraham*] ἐγκόπτω, id est, *impediam*, sive *morer*, aut *detineam*. Et pro *tua clementia* est ἐπιεικείᾳ, quod alias *humanitatem*, alias *æquitatem* vertunt.

5 *Hominem hunc pestiferum*] Græcis non est *pestiferum*, sed λοιμὸν, hoc est, *pestem:* quemadmodum exitialem vocant ὄλεθρον, id est, *exitium*. Nec est *hominem*, sed *virum*.

6 *Et auctorem seditionis sectæ*] *Seditionis* abest in Græcis codicibus, πρωτοστάτην τὲ τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως, id est, *auctorem* seu *præfectum sectæ* seu *factionis quæ dicitur Nazarenorum.*

7 *Etiam templum conatus est violare*] βεβηλῶσαι, id est, *profanare*, nimirum quod induxerit Græcos. Ne quis imaginetur accusari Paulum, quod vim admoverit templo.

8 *Quem & apprehensum voluimus secundum legem nostram judicare. Superveniens autem tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris, jubens accusatores ejus ad te venire*] Hæc omnia deerant in multis exemplaribus Græcis. In uno duntaxat reperi adscripta, sed minutissimis formulis, idque in spatio marginali. Unde & adjecimus. Quin & Beda, ni fallor, in Glossa, quam *ordinariam* vocant, indicat in Latinorum codicibus aliquot versus defuisse, qui Græcis legantur ad hanc sententiam, *Quem apprehendimus*, & cætera: quemadmodum modo retulimus. Porro non dissimile veri est, Bedæ fuisse commentariolos aliquos eruditorum, qui nobis non exstent. In præfatione fatetur se in hoc opere quorumdam Scriptorum commentariis fuisse adjutum, quorum tamen neminem nominat, præter Aratorem, qui carmine contexuit hujus operis historiam: quum in aliis soleat auctorum nomenclaturam in marginibus annotare. Illud mirum, hæc quæ notat olim desiderata in Latinorum codicibus, nunc constanter in his haberi, & in plerisque Græcorum codicibus desiderari. In pervetusto codice, quem nobis exhibuit Constantia, eadem desiderabantur. Fieri potest, ut aliquis adjecerit e narratione capitis prioris, ubi legitur, *Et quum magna dissensio facta esset, timens tribunus ne discerperetur Paulus, jussit milites descendere, & rapere eum de medio eorum.* Aut potius ex Epistola Lysiæ, *Virum hunc comprehensum a Judæis, & incipientem interfici ab eis, superveniens cum exercitu eripui.* Porro quod his e medio sublatis, non videtur cohærere sermonis ordo, secus habet. Potest enim sic legi, *Quem & apprehensum voluimus secundum legem nostram judicare, a quo poteris judicans ipse de omnibus istis cognoscere.* De Paulo comprehenso fuerat mentio, & illum hic repetit, *a quo poteris.* Nec erit opus narrare illum deductum ad Felicem, quum id ipsa res loqueretur. Pro *superveniens* quidam Latini codices habebant *intercedens*.

9 *A quo poteris ipse judicans*] Quum Græce sit ἀνακρίνας, magis hic quadrabat *interrogans*, sive *facta interrogatione*, aut ut nos vertimus, *inquisitione facta.*

10 *An-*

σθαι ἐπί σε, παρ' οὗ δυνήσῃ αὐτὸς ἀνακρίνας περὶ πάντων τούτων ἐπιγνῶναι, ὧν ἡμεῖς κατηγοροῦμεν αὐτοῦ. 9 Συνέθεντο δὲ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, φάσκοντες ταῦτα οὕτως ἔχειν. 10 Ἀπεκρίθη δὲ ὁ Παῦλος, νεύσαντος αὐτῷ τοῦ ἡγεμόνος λέγειν, Ἐκ πολλῶν ἐτῶν ὄντα σε κριτὴν τῷ ἔθνει τούτῳ ἐπιστάμενος, εὐθυμότερον τὰ περὶ 11 ἐμαυτοῦ ἀπολογοῦμαι, Δυναμένου σου γνῶναι, ὅτι οὐ πλείους εἰσίν μοι ἡμέραι ἢ δεκαδύο, ἀφ' ἧς ἀνέβην 12 προσκυνήσων ἐν Ἱερουσαλήμ. Καὶ οὔτε ἐν τῷ ἱερῷ εὗρόν με πρός τινα διαλεγόμενον, ἢ ἐπισύστασιν ποιοῦντα ὄχλου, οὔτε ἐν ταῖς συναγωγαῖς, οὔτε κατὰ πόλιν. 13 Οὔτε παραστῆσαί με δύνανται, περὶ ὧν νῦν κατηγοροῦ-14 σί μου. Ὁμολογῶ δὲ τοῦτό σοι, ὅτι κατὰ τὴν ὁδὸν, ἣν λέγουσιν αἵρεσιν, οὕτως λατρεύω τῷ πατρῴῳ τῷ Θεῷ, πιστεύων πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν Νόμον καὶ ἐν τοῖς 15 Προφήταις γεγραμμένοις, Ἐλπίδα ἔχων εἰς τὸν Θεὸν, ἣν καὶ αὐτοὶ οὗτοι προσδέχονται, ἀνάστασιν μέλλειν 16 ἔσεσθαι νεκρῶν, δικαίων τε καὶ ἀδίκων. Ἐν τούτῳ δὲ αὐτὸς ἀσκῶ ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν πρὸς τὸν Θεὸν 17 καὶ τοὺς ἀνθρώπους διαπαντός. Δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων παρεγενόμην, ἐλεημοσύνας ποιήσων εἰς τὸ ἔθνος μου, καὶ 18 προσφοράς, Ἐν οἷς εὗρόν με ἡγνισμένον ἐν τῷ ἱερῷ, 19 οὐ μετὰ ὄχλου, οὐδὲ μετὰ θορύβου. Τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι, οὓς δεῖ ἐπὶ σοῦ παρεῖναι 20 καὶ κατηγορεῖν, εἴ τι ἔχοιεν πρός με. Ἢ αὐτοὶ οὗτοι εἰπάτωσαν, εἴ τι εὗρον ἐν ἐμοὶ ἀδίκημα, στάντος 21 μου ἐπὶ τοῦ συνεδρίου, Ἢ περὶ μιᾶς ταύτης φωνῆς, ἧς ἐκέκραξα ἑστὼς ἐν αὐτοῖς, Ὅτι περὶ ἀναστάσεως νε-22 κρῶν ἐγὼ κρίνομαι σήμερον ὑφ' ὑμῶν. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Φῆλιξ ἀνέβαλε αὐτοὺς, ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ

A ex quo poteris ipse inquisitione facta de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum. 9 Adjecerunt autem & Judæi, dicentes hæc ita se habere. 10 Respondit autem Paulus, 10 quum annuisset ipse præses, ut diceret, 11 Æquiore animo pro meipso causam dico, quum sciam te multis jam annis judicem fuisse genti huic, 11 Qui possis cognoscere, quod non plures sunt mihi dies quam duodecim, ex quo adscendi adoraturus Hierosolymam. 12 Et neque in templo compererunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbæ, neque in synagogis, neque in civitate. 13 B 12 Neque probare possunt ea de quibus me accusant. 14 Confiteor autem hoc tibi, quod 13 juxta viam, quam vocant hæresim, sic 14 colo patrium Deum, credens omnibus quæ in Lege & Prophetis scripta sunt, 15 Spem habens in Deum, fore, quam & hi ipsi exspectant, resurrectionem mortuorum, justorum simul & injustorum. 16 Quin in hoc & ipse studeo 15 sine offendiculo conscientiam habere erga Deum & erga homines semper. 17 Post annos autem plures accessi, eleemosynas exhibiturus in gentem meam, & oblationes, 18 In quibus compererunt me purificatum in templo, haud cum turba, neque cum tumultu. 19 16 Quidam autem ex Asia Judæi, quos oportebat apud te C præsto esse & accusare, si quid haberent adversum me: 20 Aut hi ipsi dicant, si quid deprehenderunt in me iniquitatis, quum starem in concilio, 21 17 Nisi de una hac voce, qua clamavi inter eos stans, De resurrectione mortuorum ego judicor hodie a vobis. 22 Audi- tis autem his Felix distulit illos, 18 certo sciens quæ ad

10 *Annuente sibi præside*] νεύσαντος αὐτῷ τοῦ ἡγεμόνος, id est, *quum annuisset ipse præses*. Interpres legisse videtur αὐτῷ: nec admodum refert.

11 *Bono animo pro me satisfaciam*] εὐθυμότερον τὰ περὶ ἐμαυτοῦ, seu περὶ ἐμαυτοῦ ἀπολογοῦμαι, id est, *æquiore animo pro mea causa respondeo*. Est enim præsentis temporis ἀπολογοῦμαι: quod Interpres varie vertit. Est autem proprie *apologia*, oratio qua se defendit apud judicem reus.

12 *Neque probare possunt tibi de quibus nunc me accusant*] Οὔτε παραστῆσαί με δύνανται, περὶ ὧν κατηγοροῦσί μου, id est, *Nec exhibere me possunt in his, de quibus accusant me*. *Exhibere* dixit pro *convincere*.

13 *Secundum sectam, quam dicunt hæresim*] Quum *hæresis* apud Græcos nihil aliud sit quam *secta*, quid venit Interpreti in mentem, ut Latinam vocem interpretaretur per Græcam, sed idem significantem? An verebatur, ne quis parum intellecturus esset vocabulum *secta*, & ob id Græca voce ceu notiore explicuit? Quapropter sciat Lector, hoc loco Græcis non esse *sectam*, alioqui bis erat dicendum, *secta* & *secta*: sed ὁδὸν, id est, *viam*, κατὰ τὴν ὁδὸν, ἣν λέγουσιν αἵρεσιν, id est, *juxta viam, quam dicunt hæresim*, sive *sectam*. Exponit enim Paulus quid dixerit *viam*, hoc est, vitæ institutum, quod notiore verbo *sectam* vocant. Sentit enim, opinor, de secta Pharisæorum, quæ cæteris antecellebat eruditione. Id ex eo colligitur, quod addit, *credens omnibus quæ in Lege & Prophetis scripta sunt, spem habens in Deum, quam & hi ipsi exspectant, resurrectionem futuram justorum & iniquorum*. Dissimulat Apostolus odiosum nomen *Nazarenorum*, quod impegerat accusans Tertullus. Simili prudentia usus est & superiore capite, clamans, *Viri fratres, Pharisæus ego sum, filius Pharisæi, de spe & resurrectione ego judicor*. Cæterum *hæresis* apud Veteres non erat tam odiosum vocabulum, quam est hodie apud Christianos. Quibus cum summa competat concordia, utpote ejusdem corporis membris, jure videlicet optimo invisum est *secta* vocabulum, *divisionem* sonans. Quod annotavimus de *via* & *hæresi*, post comperimus a Beda notatum in Scholiis in hoc opus. Refertur in Glossa ordinaria. Quanquam illi non omnino assentior quod addit, ab incredulis *hæresim* appellari, quum eo seculo nondum esset infame vocabulum *hæreseos*, imo potius exponit nota vulgo voce, quod Hebraice magis quam Græce dixerat *viam*. In his enim Pauli verbis, *quam hæresim dicunt*, subauditur *Nazarenorum*, quæ revera erat *hæresis*, Legem cum Evangelio commiscentium. Hujus sectæ Paulus non erat, qui docebat circumcisionem cum cæteris Legis ceremoniis per Evangelium antiquatam esse. *Pharisæum* autem se profitetur, quod inter accusatores multi essent Pharisæi, nec is titulus laboraret simili invidia atque *Nazarenorum*. Quod autem *hæreseos* vocabulum olim non fuerit tam invidiosum quam nunc est, multis argumentis potest colligi. Primum, quod Josephus Judæorum sectas commemorans, *Essæis* & *Sadducæis* annumerat *Pharisæos*, quibus quartam adjungit *Herodianorum*. At Pharisæis nullus error objectus est. Quin ipse Paulus hujus operis capite vigesimo sexto hunc in modum loquitur: *Secundum certissimam nostræ religionis sectam, vixi Hierosolymis Pharisæus*. Quod hic Interpres vertit *sectam*, Græcis est *hæresis*, citra controversiam in bonam partem. Apud Judæos igitur nihilo invidiosius erat *secta* vocabulum, quam apud Græcos *Platonicum*, aut *Stoicum*, aut *Peripateticum* appellari. Et si voces ipsas excutiamus, odiosius est *secta* vocabulum, quod a *secando* dicitur, quam *hæreseos*, quod Græcis dicitur ab *eligendo*. *Secta* autem proprie dicitur via e multis una. Sic usus est Columella libro secundo: *Quam velut sectam legemque in proscindendis agris sequuntur agricolæ*.

14 *Deservio Patri & Deo meo*] Primum *deservio* est λατρεύω, quod est *cultum exhibere*, a quo verbo dicta est Theologorum *latria*. Quo quidem in loco nescio quid sibi velit Hugo Carrensis, excusans Paulum quod sese hic æquarit Prophetis, quum nihil hujusmodi percipi possit ex verbis Pauli. Deinde non est, *Patri & Deo*, sed *patrio Deo*, τῷ πατρῴῳ τῷ Θεῷ. Quod tamen haud accidit Interpretis vitio, sed Librariorum errore. Neque vero hoc loco dormivit Carrensis, addens quod Deum Patrem suum dixerit Paulus, cujus filius demonstraretur, non servus. Quasi vero Paulus ullo titulo magis soleat gloriari, quam quod *servus esset Dei ac Jesu Christi*. Se nunquam vocat filium, nisi quum de omnibus in genere facit verba, ut illic, *Quod sumus filii Dei*. Porro *patrium Deum* vocat, quod idem esset, cujus cultum a majoribus suis accepisset, ne videretur abrogare religionem Judæorum, quasi dixisset, *Deo Abraham, Isaac, & Jacob*.

15 *Sine offendiculo conscientiam*] ἀπρόσκοπον συνείδησιν, veluti dicas, *inoffensam conscientiam*, sive *expertem offensæ*: hoc est, quæ nusquam offendat. *Et apprehenderunt me, clamantes & dicentes, Tolle inimicum nostrum*. Hæc verba in duobus pervetustis exemplaribus S. Donatiani non addebantur, ne in Constantiensi quidem, quibus verbis submotis una cum conjunctione, *quidam ex Asia* refertur ad *invenerunt me*.

16 *Quidam autem ex Asia Judæi*] Non est absolutus sermo, nisi subaudias aliquid. Et, quod demiror, sensit hoc Carrensis, ac supplendum autumat, *viderunt me in templo*. Quasi vero id quicquam ad hujus causæ defensionem pertineat, si visus est ab Asianis Judæis in templo. Ego puto e proximo sarciendum quod deest; nam quum modo dixerit se fuisse purificatum in templo, sed citra tumultum, subjicit, *Cæterum quidam Asiani Judæi*, subaudias, *concitarunt eum tumultum, non ego*. Ad hanc conjecturam facit id quod legimus capite nono: *Quum autem septem dies consummarentur, ii qui de Asia erant Judæi, quum vidissent eum in templo, concitaverunt omnem populum, & injecerunt ei manus*. Chrysostomus in Commentariis Græcis non addit conjunctionem δὲ, nec erat in Editione Hispaniensi. Potest & sic accipi, quasi Paulus interrogatus quinam essent illi a quibus fuisset inventus in templo: quia tantum dixerat *invenerunt*, non designata persona, responderit, *Quidam autem ex Asia Judæi: atque eos oportebat adesse*. Potest & sic intelligi, non omnes fuisse Judæos Asianos, sed aliquot ex illis: qui hoc commodius poterant adesse, quod essent Asiatici, quemadmodum erat Paulus.

17 *Nisi de una hac solummodo voce*] Interpres pro ἢ legisse videtur εἰ μή. Quid autem? Agnoscit Paulus hoc unum crimen, quod ea voce concitarit seditionem? Non opinor, ni forte data opera hoc admiscuit, quo rursus Judæos inter se commissos a sese averteret. Rabanus in Glossa, quam vocant *ordinariam*, indicat hoc dictum κατ' ἀντίφρασιν, quasi Paulus sensisset hanc vocem non posse videri causam seditionis, nec in crimen vocandam ab Asianis, qua testatus est se idem prædicare, quod ipsi crederent. Certe sic legunt Græci: Ἢ περὶ μιᾶς ταύτης φωνῆς, ἧς ἐκέκραξα ἑστὼς ἐν αὐτοῖς, id est, *Aut de una hac voce, qua clamavi stans inter eos*, ut sit sensus: Si nihil aliud habent, vel hoc objiciant crimen. Potest ἢ accipi pro *quam*, cum quo vim eamdem habet aliquoties *nisi*: ut, *Nihil aliud habent nisi verba: nihil aliud quam verba*: ac tum quidem oportet supplere, quod ultro videtur consequi quæ dicta sunt: *Aut hi ipsi dicant, si quid invenerunt in me iniquitatis. Sed non habent quod objiciant, nisi de una hac solummodo voce*.

18 *Certissime sciens*] ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ, id est, quum

περὶ τῆς ὁδοῦ, εἰπών, Ὅτ' ἂν Λυσίας ὁ χιλίαρχος καταβῇ, διαγνώσομαι τὰ καθ' ὑμᾶς. 23 Διαταξάμενός τε τῷ ἑκατοντάρχῃ τηρεῖσθαι τὸν Παῦλον, ἔχειν τὲ ἄνεσιν, καὶ μηδένα κωλύειν τῶν ἰδίων αὐτοῦ ὑπηρετεῖν, ἢ προσέρχεσθαι αὐτῷ. 24 Μετὰ δὲ ἡμέρας τινὰς παραγενόμενος ὁ Φῆλιξ σὺν Δρουσίλλῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, οὔσῃ Ἰουδαίᾳ, μετεπέμψατο τὸν Παῦλον, καὶ ἤκουσεν αὐτοῦ περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. 25 Διαλεγομένου δὲ αὐτοῦ περὶ δικαιοσύνης καὶ ἐγκρατείας καὶ τοῦ κρίματος τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι, ἔμφοβος γενόμενος ὁ Φῆλιξ ἀπεκρίθη, Τὸ νῦν ἔχον πορεύου· καιρὸν δὲ μεταλαβὼν μετακαλέσομαί σε. 26 Ἅμα δὲ καὶ ἐλπίζων ὅτι χρήματα δοθήσεται αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Παύλου, ὅπως λύσῃ αὐτόν· διὸ καὶ πυκνότερον αὐτὸν μεταπεμπόμενος, ὡμίλει αὐτῷ. 27 Διετίας δὲ πληρωθείσης, ἔλαβε διάδοχον ὁ Φῆλιξ Πόρκιον Φῆστον· θέλων τὲ χάριτας καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Φῆλιξ, κατέλιπε τὸν Παῦλον δεδεμένον.

XXV. 1 Φῆστος οὖν ἐπιβὰς τῇ ἐπαρχίᾳ, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα ἀπὸ Καισαρείας. 2 Ἐνεφάνισαν δὲ αὐτῷ ὁ Ἀρχιερεὺς καὶ οἱ πρῶτοι τῶν Ἰουδαίων κατὰ τοῦ Παύλου, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, 3 Αἰτούμενοι χάριν κατ' αὐτοῦ, ὅπως μεταπέμψηται αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἐνέδραν ποιοῦντες ἀνελεῖν αὐτὸν κατὰ τὴν ὁδόν. 4 Ὁ μὲν οὖν Φῆστος ἀπεκρίθη, τηρεῖσθαι τὸν Παῦλον ἐν Καισαρείᾳ, ἑαυτὸν δὲ μέλλειν ἐν τάχει ἐκπορεύεσθαι. 5 Οἱ οὖν δυνατοὶ ἐν ὑμῖν, Φησὶ, συγκαταβάντες, εἰ τί ἐστιν ἐν τῷ ἀνδρὶ τούτῳ, κατηγορείτωσαν αὐτοῦ. 6 Διατρίψας δὲ ἐν αὐτοῖς ἡμέρας πλείους ἢ δέκα, καταβὰς εἰς Καισάρειαν, τῇ ἐπαύριον καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐκέλευσε τὸν Παῦλον ἀχθῆναι. 7 Παραγενομένου δὲ αὐτοῦ, περιέστησαν οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβεβηκότες Ἰουδαῖοι, πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιάματα φέροντες κατὰ τοῦ Παύλου, ἃ οὐκ ἴσχυον ἀποδεῖξαι· 8 Ἀπολογουμένου αὐτοῦ, Ὅτι οὔτε εἰς τὸν νόμον τῶν Ἰουδαίων, οὔτε εἰς τὸ ἱερὸν, οὔτε εἰς Καίσαρά τι ἥμαρτον. 9 Ὁ Φῆστος δὲ τοῖς Ἰουδαίοις θέλων χάριν καταθέσθαι, ἀποκριθεὶς τῷ Παύλῳ, εἶπε, Θέλεις εἰς Ἱεροσόλυμα ἀναβὰς, ἐκεῖ περὶ τούτων κρίνεσθαι ἐπ' ἐμοῦ; 10 Εἶπε δὲ ὁ Παῦλος, Ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρος ἑστώς εἰμι, οὗ με δεῖ κρίνεσθαι· Ἰουδαίους οὐδὲν ἠδίκησα, ὡς καὶ σὺ κάλλιον ἐπιγινώσκεις. 11 Εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶ, καὶ ἄξιον θανάτου πέπραχά τι, οὐ παραιτοῦμαι τὸ ἀποθανεῖν· εἰ δὲ οὐδέν ἐστιν ὧν οὗτοι κατηγοροῦσί μου, οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι· Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι. 12 Τότε ὁ Φῆστος συλλαλήσας μετὰ τοῦ συμβουλίου, ἀπεκρίθη, Καίσαρα ἐπικέκλησαι; ἐπὶ Καίσαρα πορεύσῃ. 13 Ἡμερῶν δὲ διαγενομένων τινῶν, Ἀγρίππας ὁ βασιλεὺς καὶ Βερνίκη κατήντησαν εἰς Καισάρειαν, ἀσπασόμενοι τὸν Φῆστον. 14 Ὡς δὲ πλείους ἡμέρας διέτριβον ἐκεῖ, ὁ Φῆστος τῷ βασιλεῖ ἀνέθετο τὰ κατὰ τὸν Παῦλον, λέγων, Ἀνήρ τίς ἐστι καταλελειμμένος ὑπὸ Φήλικος δέσμιος, 15 Περὶ οὗ, γενομένου μου εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐνεφάνισαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Πρεσβύτεροι τῶν Ἰουδαίων, αἰτούμενοι κατ' αὐτοῦ δίκην. 16 Πρὸς οὓς ἀπεκρίθην, Ὅτι οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπόλειαν, πρὶν ἢ ὁ κατηγορούμενος κατὰ πρόσωπων ἔχοι τοὺς κατηγόρους, τόπον τε ἀπολογίας λάβοι περὶ τοῦ ἐγκλήματος. 17 Συνελθόντων οὖν αὐτῶν ἐνθάδε, ἀναβολὴν μηδὲ μίαν ποιησάμενος, τῇ ἑξῆς καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐκέλευσα ἀχθῆναι τὸν ἄνδρα. 18 Περὶ οὗ σταθέντες οἱ κατήγοροι, οὐδὲ μίαν αἰτίαν ἐπέφερον ὧν

ad eam viam attinebant, dicens, Quum tribunus Lysias descenderit, pernoscam causam vestram. 23 Jussitque centurioni, ut custodiret Paulum, 19 sineretque eum relaxari, 20 & ne quem ex illius familiaribus vetaret subministrare ei, aut adire eum. 24 Post aliquot autem dies cum advenisset Felix cum Drusilla uxore sua, quæ erat Judæa, accersivit Paulum, & audivit ab eo fidem, quæ est in Christum. 25 Disputante autem illo de justitia & temperantia & de judicio futuro, tremefactus Felix respondit, In præsentia abi: cæterum opportunitatem nactus accersam te. 26 Simul & illud sperans fore, ut pecunia sibi daretur a Paulo, ut solveret ipsum: propter quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum eo. 27 Bienio autem expleto, accepit successorem Felix Porcium Festum: volens autem gratiam præstare Judæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

XXV. 1 Festus ergo suscepta provincia post triduum adscendit Hierosolymam ab urbe Cæsarea. 2 1 Significaruntque illi princeps Sacerdotum ac primores Judæorum de Paulo, & rogabant eum, 3 2 Postulantes favorem adversus eum, ut accerseret eum Hierosolymam, insidias tendentes ut interficerent eum in via. 4 Festus autem respondit, ut servaretur quidem Paulus Cæsareæ, se vero brevi illò profecturum. 5 Qui ergo inter vos, inquit, 3 potentes sunt, una nobiscum descendant, & si quod est in hoc viro crimen, accusent eum. 6 Demoratus autem inter eos 4 diebus amplius quam decem, descendit Cæsaream, & postero die sedit pro tribunali, jussitque Paulum adduci. 7 Qui quum perductus esset, circumsteterunt eum qui ab Hierosolymis descenderant Judæi, multa & gravia crimina intendentes adversus Paulum, quæ non poterant probare: 8 Paulo pro se respondente, quod neque in legem Judæorum, neque in templum, neque in Cæsarem quicquam peccasset. 9 Festus autem volens gratificari Judæis, respondens Paulo dixit, Vis Hierosolymam adscendere, & ibi de his judicari apud me? 10 Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cæsaris sto, ubi me oportet judicari: Judæis nullam injuriam feci, sicut & tu melius nosti. 11 5 Si enim nocui, ac dignum morte aliquid feci, non recuso mori: si vero nihil est eorum de quibus hi accusant me, nemo potest me illis donare: Cæsarem appello. 12 Tunc Festus cum consilio colloquutus, respondit, Cæsarem appellasti? ad Cæsarem ibis. 13 Et quum dies aliquot transacti essent, Agrippa rex & Bernice descenderunt Cæsaream, salutaturi Festum. 14 Et quum dies complures ibi commorarentur, Festus regi retulit causam Pauli, dicens, Vir quidam est relictus a Felice vinctus, 15 De quo, quum venissem Hierosolymam, significarunt mihi principes Sacerdotum & Seniores Judæorum, 6 postulantes adversus illum sententiam. 16 Quibus respondi, Non est Romanis consuetudo ob gratiam 7 donare aliquem hominem ut pereat, prius quam is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat de crimine. 17 Quum ergo huc convenissent, sine ulla dilatione, sequenti die sedens pro tribunali, jussi adduci virum. 18 De quo cum stetissent accusa-

quum exacte nosset eam viam. Abusus est comparativo vice positivi, ni referas ad Lysiam tribunum, ut intelligamus Felici notiorem fuisse eam sectæ rationem quam Lysiæ, quod diutius fuisset apud Judæos magistratu functus.

19 *Et habere requiem*] ἄνεσιν, id est, *relaxationem*: hoc est, ne durius aut arctius haberetur. Ac mox,

20 *Nec quemquam de suis*] καὶ μηδένα κωλύειν τῶν ἰδίων αὐτοῦ ὑπηρετεῖν, ἢ προσέρχεσθαι αὐτῷ, id est, *& ne quem familiarium illius vetaret inservire, aut adire eum*: ἰδίους enim vocat Pauli vel amicos familiares vel ministros vel discipulos. In nonnullis Græcis codicibus pro ἰδίων scriptum erat Ἰουδαίων, id est, *Judæorum*. At altera lectio vel hoc nomine mihi magis probatur, quod cum nostra consentiat Editione.

1 *Adieruntque eum principes Sacerdotum*] Ἐνεφάνισαν δὲ αὐτῷ, id est, *Significaruntque ei*: idque privatim. Superius vertit, *notum facere*: ac mox, *adire*. Interpres legisse videtur ἐνετύχησαν. Nec mihi displicet. Præsertim quum aliquanto post ubi res narratur Agrippæ, rursus Editio vetus habeat *adierunt*.

2 *Postulantes gratiam adversus*] αἰτούμενοι χάριν. *Gratiam* hoc loco vocat favorem judicis. Et mox,

3 *Potentes*] δυνατοὶ, hoc est, *qui possunt, & quibus commodum est, eò nos consequantur.*

4 *Dies non amplius quam octo aut decem*] Græci legunt, πλείονας ἢ δέκα, id est, *plures quam decem.*

5 *Si enim nocui aut dignum*] Εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶ, id est, *Si lædo*, aut *Si injuriam facio.* Repente mutavit tempus. Sequitur enim πέπραχα: unde ἀδικῶ hic sonare videtur actum ἐμμένοντα, *Si sum injurius*, aut *sum in noxa.*

6 *Postulantes adversus illum damnationem*] δίκην, quod *causam* ac *litem* sive *jus* significat, nonnunquam & *pœnam*. Nos vertimus *sententiam*, verti poterat *cognitionem*. Quis enim postulat damnationem a judice indicta causa? Sed postulabant, ut ficta specie cognitionis Paulus videretur jure damnatus. Id enim indicant verba Festi, *Non est consuetudo Romanis donare aliquem hominem*, & cætera. Et tamen qui malunt δίκην verti *pœnam* aut *damnationem*, verbo magis a nobis dissident quam sententia. Nec enim in aliud postulabant cognitionem, nisi ut damnaretur ficto juris prætextu. Proinde in horum gratiam posuimus *sententiam*, pro *cognitione*.

7 *Aliquem donare prius quam*] In nonnullis scriptum erat *damnare*, pro *donare*: quod præcesserit de postulata damnatione. Cæterum Græce est, χαρίζεσθαι εἰς ἀπώλειαν, id est, *donare in perniciem* sive *in interitum*. Est autem χαρίζεσθαι, *in gratiam alicujus donare.*

19 ὧν ὑπενόȣν ἐγώ. Ζητήματα δέ τινα περὶ τῆς ἰδίας δεισιδαιμονίας εἶχον πρὸς αὐτὸν, καὶ περί τινος Ἰησȣ̃ 20 τεθνηκότος, ὃν ἔφασκεν ὁ Παῦλος ζῆν. Ἀπορȣ́μενος δὲ ἐγὼ τὴν περὶ τούτου ζήτησιν, ἔλεγον, εἰ βούλοιτο πορεύεσθαι εἰς Ἱερȣσαλὴμ, κἀκεῖ κρίνεσθαι περὶ τȣ́των. Τȣ̃ δὲ Παύλȣ ἐπικαλεσαμένȣ, τηρηθῆναι αὐτὸν εἰς τὴν 21 τοῦ Σεϐαςοῦ διάγνωσιν, ἐκέλευσα τηρεῖσθαι αὐτὸν, ἕως 22 οὗ πέμψω αὐτὸν πρὸς Καίσαρα. Ἀγρίππας δὲ πρὸς τὸν Φῆςον ἔφη, Ἐϐȣλόμην καὶ αὐτὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀ- 23 κοῦσαι. Ὁ δὲ, Αὔριον, φησὶν, ἀκούσῃ αὐτȣ̃. Τῇ ȣ̃ν ἐπαύριον ἐλθόντος τȣ̃ Ἀγρίππα καὶ τῆς Βερνίκης μετὰ πολλῆς φαντασίας, καὶ εἰσελθόντων εἰς τὸ ἀκροατήριον σύν τε τοῖς χιλιάρχοις καὶ ἀνδράσι τοῖς κατεξοχὴν ȣ̃σι τῆς πόλεως, καὶ κελεύσαντος τοῦ Φήςȣ, ἤχθη ὁ 24 Παῦλος. Καὶ φησὶν ὁ Φῆςος, Ἀγρίππα βασιλεῦ, καὶ πάντες οἱ συμπαρόντες ἡμῖν ἄνδρες, θεωρεῖτε τȣ̃τον, περὶ ȣ̃ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν Ἰȣδαίων ἐνέτυχόν μοι ἔν τε Ἱεροσολύμοις καὶ ἐνθάδε, ἐπιϐοῶντες μὴ δεῖν ζῆν αὐτὸν 25 μηκέτι. Ἐγὼ δὲ καταλαϐόμενος μηδὲν ἄξιον θανάτȣ αὐτὸν πεπραχέναι· καὶ αὐτȣ̃ δὲ τȣ́τȣ ἐπικαλεσαμένȣ 26 τὸν Σεϐάςον, ἔκρινα πέμπειν αὐτόν. Περὶ ȣ̃ ἀσφαλές τι γράψαι τῷ κυρίῳ ȣ̓κ ἔχω· διὸ προήγαγον αὐτὸν ἐφ᾽ ὑμῶν, καὶ μάλισα ἐπὶ σȣ̃, βασιλεῦ Ἀγρίππα, 27 ὅπως, τῆς ἀνακρίσεως γενομένης, σχῶ τι γράψαι. Ἄλογον γάρ μοι δοκεῖ πέμποντα δέσμιον, μὴ καὶ τὰς κατ᾽ XXVI. 1 αὐτȣ̃ αἰτίας σημᾶναι. Ἀγρίππας δὲ πρὸς τὸν Παῦλον ἔφη, Ἐπιτρέπεταί σοι ὑπὲρ σεαυτȣ̃ λέγειν. Τότε ὁ Παῦ- 2 λος ἀπελογεῖτο ἐκτείνας τὴν χεῖρα. Περὶ πάντων ὧν ἐγκαλȣ̃μαι ὑπὸ Ἰȣδαίων, βασιλεῦ Ἀγρίππα, ἥγημαι ἐμαυτὸν μακάριον, μέλλων ἀπολογεῖσθαι ἐπὶ σȣ̃ σήμε- 3 ρον, Μάλισα γνώςην ὄντα σε πάντων τῶν κατὰ Ἰȣδαίȣς ἠθῶν τε καὶ ζητημάτων· διὸ δέομαί σȣ, μα- 4 κροθύμως ἀκȣ̃σαί μȣ. Τὴν μὲν ȣ̃ν βίωσίν μȣ τὴν ἐκ νεότητος, τὴν ἀπ᾽ ἀρχῆς γενομένην ἐν τῷ ἔθνει μȣ ἐν 5 Ἱεροσολύμοις, ἴσασι πάντες οἱ Ἰȣδαῖοι, Προγινώσκοντές με ἄνωθεν, ἐὰν θέλωσι μαρτυρεῖν, ὅτι κατὰ τὴν ἀκριϐεςάτην αἵρεσιν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ἔζησα Φαρισαῖος. 6 Καὶ νῦν ἐπ᾽ ἐλπίδι τῆς πρὸς τȣ̀ς πατέρας ἐπαγγελίας 7 γενομένης ὑπὸ τȣ̃ Θεȣ̃ ἕςηκα κρινόμενος, Εἰς ἣν τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν, ἐν ἐκτενείᾳ νύκτα καὶ ἡμέραν λατρεῦον, ἐλπίζει καταντῆσαι· περὶ ἧς ἐλπίδος ἐγκαλȣ̃μαι, βα- 8 σιλεῦ Ἀγρίππα, ὑπὸ τῶν Ἰȣδαίων. Τί ἄπιςον κρίνε- 9 ται παρ᾽ ὑμῖν, εἰ ὁ Θεὸς νεκροὺς ἐγείρει; Ἐγὼ μὲν οὖν ἔδοξα ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄνομα Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίȣ 10 δεῖν πολλὰ ἐναντία πρᾶξαι, Ὃ καὶ ἐποίησα ἐν Ἱεροσολύμοις· καὶ πολλȣ̀ς τῶν ἁγίων ἐγὼ φυλακαῖς κατέκλεισα, τὴν παρὰ τῶν Ἀρχιερέων ἐξȣσίαν λαϐὼν, ἀ- 11 ναιρουμένων τε αὐτῶν, κατήνεγκα ψῆφον. Καὶ κατὰ πάσας τὰς συναγωγὰς πολλάκις τιμωρῶν αὐτȣ̀ς, ἠνάγκα-

cuſatores, 8 nullum crimen intendebant ſuper hiſce rebus de quibus ego ſuſpicabar. Sed quæſtiones quaſdam de ſua ſuperſtitione habebant adverſus eum, & de quodam Jeſu defuncto, quem affirmabat Paulus vivere. 20 Hæſitans autem ego de hujuſmodi quæſtione, dicebam num vellet ire Hieroſolymam, & ibi judicari ſuper iſtis. 21 Paulus autem quum appellaſſet, ut ſervaretur Auguſti cognitioni, juſſi ſervari eum, donec mitterem eum ad 22 Cæſarem. Agrippa autem dixit ad Feſtum, Volebam & ipſe hominem audire. Cras, inquit, audies eum. 23 Poſtero autem die quum veniſſet Agrippa & Bernice 9 cum multo apparatu, & introiſſent in auditorium cum tribunis & viris principalibus civitatis, jubente Feſto, adductus eſt Paulus. 24 Et dicit Feſtus, Agrippa rex, & omnes qui ſimul adeſtis nobiſcum viri, videtis hunc hominem, de quo omnis multitudo Judæorum 10 interpellavit me & Hieroſolymis & hic, acclamantes non oportere eum vivere amplius. 25 Ego vero comperi nihil dignum morte eum admiſiſſe: cæterum cum is appellaſſet Auguſtum, ſtatui mittere eum. 26 De quo quid certum ſcribam domino non habeo: quapropter 11 produxi eum ad vos, & maxime ad te, rex Agrippa, ut, examinatione facta, habeam quod ſcribam. 27 12 Iniquum enim mihi videtur, mittere vinctum, & crimina de quibus accuſatur non ſignificare. XXVI. 1 Agrippa vero ad Paulum ait, Permittitur tibi loqui pro temetipſo. Tunc Paulus extenta manu pro ſe dicebat. 2 Super omnibus de quibus accuſor a Judæis, rex Agrippa, 1 exiſtimo me beatum, qui cauſam dicturus ſim apud te hodie, 3 Quum tu maxime ſis gnarus earum, quæ apud Judæos ſunt, & conſuetudinum & & quæſtionum: quapropter obſecro te, ut patienter me audias. 4 Itaque vitam quidem meam, quam egi ab adoleſcentia, 2 quæ ab initio fuit in gente mea Hieroſolymis, noverunt omnes Judæi, 5 Qui prius noverant me ab initio, ſi velint teſtimonium ferre, quod 3 ſecundum exquiſitiſſimam ſectam noſtræ religionis vixerim Phariſæus. 6 4 Et nunc ob ſpem repromiſſionis, quæ ad patres noſtros facta eſt a Deo, ſto judicio ſubjectus, 7 Ad quam 5 duodecim tribus noſtræ, inſtanter nocte & die colentes Deum, ſperant ſe perventuras: de qua ſpe accuſor, rex Agrippa, a Judæis. 8 Cur incredibile judicatur apud vos, ſi Deus mortuos ſuſcitat? 9 Et ego quidem exiſtimabam me adverſus nomen Jeſu Nazareni multa repugnando facturum, 10 Quod & feci Hieroſolymis: & multos ſanctorum ego carceribus incluſi, a principibus Sacerdotum poteſtate accepta, & cum occiderentur, 6 detuli ſententiam. 11 Et per omnes ſynagogas frequen-

8 *Nullam cauſam deferebant, de quibus ego ſuſpicabar malum*] Locus hic apud Latinos nonnihil eſt corruptus, quum apud Græcos ſincerus habeatur, ȣ̓δὲ μίαν αἰτίαν ἐπέφερον ὧν ὑπενόȣν ἐγὼ, id eſt, *nullum crimen intentabant ſuper hiſce rebus de quibus ſuſpicabar ego.* Suſpicabatur enim eos accuſaturos Paulum de aliis rebus, quam de quæſtionibus Legis, quas ut ſuperſtitioſas negligebant Romani.

9 *Cum multa ambitione*] μετὰ πολλῆς φαντασίας, id eſt, *cum multa oſtentatione.* Nos *ſtrepitum* ſive *apparatum* dicere poſſumus. Annotavit hoc ante nos Beda.

10 *Interpellavit me*] ἐνέτυχόν μοι, id eſt, *adiit* ſive *convenit me.* Quanquam hoc ſane recte vertit Interpres.

11 *Adduxi eum ad vos*] ἐφ᾽ ὑμῶν, καὶ μάλιςα ἐπὶ σȣ̃: quod magis ſonat Græcis, *ad cognitionem* ſive *judicium tuum*, quam *ad te*, aut *ad vos.*

12 *Sine ratione mihi videtur*] Ἄλογον, id eſt, *Iniquum*, quod vulgo vocant *irrationabile.*

1 *Æſtimo me beatum*] Ut ne quid cauſemur quod pro *exiſtimo* dixit *æſtimo*, quum Græce ſit ἥγημαι, quod *quum ſim defenſurus*, pro *quod ſim defenſurus.* Cæterum ἐπὶ σȣ̃, *apud te*, belle vertit: quum antea verterit *ad te.* Jam quum præceſſerit *apud te*, vide quam concinne cohæreat, *Maxime te ſciente.* Verum illud omnium ſuaviſſimum, quod addit, *omnia quæ apud nos ſunt conſuetudines & quæſtiones:* ceu fas ſit ita loqui, *omnia conſuetudines & quæſtiones.* Atqui Hieronymus in libro, quem ſcripſit ad Pammachium *de optimo genere dicendi*, citans hunc locum, vertit ad hunc modum: *De omnibus quibus accuſor a Judæis, ô rex Agrippa, exiſtimo me beatum, quum apud te ſim hodie defendendus, qui præcipue noſti cunctas quæ in Judæis ſunt conſuetudines & quæſtiones.* Atque hujus loci per Hieronymum reſtituti meminit Beda. Nos vertimus hunc in modum: *Super omnibus de quibus accuſor a Judæis, rex Agrippa, exiſtimo me beatum, qui cauſam dicturus ſim hodie apud te, quod tu maxime ſis gnarus earum quæ apud Judæos ſunt & quæſtionum & conſuetudinum.* Græca ſic habent: Περὶ πάντων ὧν ἐγκαλȣ̃μαι ὑπὸ τῶν Ἰȣδαίων, βασιλεῦ Ἀγρίππα, ἥγημαι ἐμαυτὸν μακάριον, μέλλων ἀπολογεῖσθαι ἐπὶ σȣ̃ σήμερον, μάλιςα γνώςην ὄντα σε πάντων τῶν κατὰ Ἰȣδαίȣς ἠθῶν τε καὶ ζητημάτων. Quanquam dure congruit ὄντα σε, niſi forte ſcribendum erat ὄντος σȣ̃: aut niſi placet accuſandi caſum pro genitivo poni abſolute. Hic Beda refert aliam Editionem, quæ ſic habuerit, *Æſtimo me ipſum beatum apud te, incipiens reddere rationem hodie.* Libens rogarim iſtos, qui contendunt hanc tranſlationem eſſe Hieronymi, & afflatu Spiritus Sancti proditam, & hæreticum eſſe quicquid ab ea diverſum eſt, cur Hieronymus auſus eſt eam immutare? Aut ſi poſt hæc emendavit, cur delectatus eſt inutili ſolœciſmo, præſertim quum Græcus ſermo tale nihil habeat. In ὄντα conſentiunt Græci codices, nec video ſolutionem, niſi ſubaudiamus εἰδὼς, id eſt, *ſciens.*

2 *Quæ ab initio fuit in gente mea*] Bis eſt hoc loco ἄνωθεν, quod Interpres vertit *ab initio.* Significat autem vitæ ſeriem ab initio uſque ad finem.

3 *Secundum certiſſimam ſectam*] κατὰ τὴν ἀκριϐεςάτην αἵρεσιν. Phariſæorum ſectam *hæreſim* vocavit, haud dubie quin in bonam partem. Deinde quod hic vertit *certiſſimam*, Græcis eſt ἀκριϐεςάτην, hoc eſt, *exactiſſimam* ac *diligentiſſimam*: quod eſſet eruditior ac rigidior quam Sadducæorum, proximeque ad verum accedens.

4 *Et nunc in ſpe quæ ad patres*] ἐπ᾽ ἐλπίδι, melius erat *de ſpe*, ſive *ob ſpem.* Et mox,

5 *Duodecim tribus*] τὸ δωδεκάφυλον. Græcis una dictio eſt, quæ non ſignificat unam aut alteram ſectam, ſed univerſam gentem Judæorum in duodecim tribus diſtinctam: cui reſpondet participium λατρεῦον, quod, ut ſæpe jam diximus, cultum Numinis ſignificat: unde nos vertimus, *colentes Deum.* Cæterum apud nos deſunt duo verba, ἐν ἐκτενείᾳ, id eſt, *acriter* ſive *aſſidue:* ut legas, *duodecim tribus inſtanter nocte ac die ſervivimus.*

6 *Detuli ſententiam*] κατήνεγκα ψῆφον. Incertum an ſentiat illum adduxiſſe decretum a ſynagoga factum, an ipſum quoque ſuo ſuffragio damnaſſe Chriſtianos. Nam *fert ſententiam* judex, *fert ſuffragium* qui dicit in concilio ſententiam, & *defert* mini-

ἠνάγκαζον βλασφημεῖν, περισσῶς τε ἐμμαινόμενος αὐ-
12 τοῖς, ἐδίωκον ἕως καὶ εἰς τὰς ἔξω πόλεις. Ἐν οἷς καὶ
πορευόμενος εἰς τὴν Δαμασκὸν μετ' ἐξουσίας καὶ ἐπι-
13 τροπῆς τῆς παρὰ τῶν Ἀρχιερέων, Ἡμέρας μέσης, βα-
σιλεῦ, κατὰ τὴν ὁδὸν εἶδον οὐρανόθεν ὑπὲρ τὴν
λαμπρότητα τοῦ ἡλίου περιλάμψαν με φῶς, καὶ
14 τοὺς σὺν ἐμοὶ πορευομένους. Πάντων δὲ καταπεσόντων
ἡμῶν εἰς τὴν γῆν, ἤκουσα φωνὴν λαλοῦσαν πρός με,
καὶ λέγουσαν τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ, Σαοὺλ, Σαοὺλ,
τί με διώκεις; σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν.
15 Ἐγὼ δὲ εἶπον, Τίς εἶ Κύριε; Ὁ δὲ εἶπεν, Ἐγώ εἰμι
16 Ἰησοῦς, ὃν σὺ διώκεις. Ἀλλὰ ἀνάστηθι καὶ στῆθι ἐπὶ
τοὺς πόδας σου· εἰς τοῦτο γὰρ ὤφθην σοι, προχειρίσα-
σθαί σε ὑπηρέτην καὶ μάρτυρα, ὧν τε εἶδες, ὧν τε
17 ὀφθήσομαί σοι, Ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν
18 ἐθνῶν, εἰς οὓς νῦν σε ἀποστέλλω, Ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς
αὐτῶν, τοῦ ὑποστρέψαι ἀπὸ σκότους εἰς φῶς, καὶ τῆς
ἐξουσίας τοῦ Σατανᾶ ἐπὶ τὸν Θεὸν, τοῦ λαβεῖν αὐ-
τοὺς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ κλῆρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις
19 πίστει τῇ εἰς ἐμέ. Ὅθεν, βασιλεῦ Ἀγρίππα, οὐκ ἐγε-
20 νόμην ἀπειθὴς τῇ οὐρανίῳ ὀπτασίᾳ, Ἀλλὰ τοῖς ἐν Δα-
μασκῷ πρῶτον, καὶ Ἱεροσολύμοις, εἰς πᾶσάν τε τὴν χώ-
ραν τῆς Ἰουδαίας, καὶ τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγέλλων μετα-
νοεῖν, καὶ ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἄξια τῆς μετα-
21 νοίας ἔργα πράσσοντας. Ἕνεκα τούτων με οἱ Ἰουδαῖοι
συλλαβόμενοι ἐν τῷ ἱερῷ, ἐπειρῶντο διαχειρίσασθαι.
22 Ἐπικουρίας οὖν τυχὼν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἄχρι τῆς
ἡμέρας ταύτης ἕστηκα, μαρτυρούμενος μικρῷ τε καὶ με-
γάλῳ, οὐδὲν ἐκτὸς λέγων, ὧν τε οἱ Προφῆται ἐλάλη-
23 σαν μελλόντων γίνεσθαι, καὶ Μωσῆς, Εἰ παθητὸς ὁ
Χριστὸς, εἰ πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν φῶς μέλλει
24 καταγγέλλειν τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσι. Ταῦτα δὲ αὐ-
τοῦ ἀπολογουμένου, ὁ Φῆστος μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἔφη,
Μαίνῃ Παῦλε· τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν
25 περιτρέπει. Ὁ δὲ, Οὐ μαίνομαι, φησὶ, κράτιστε Φῆ-
στε, ἀλλὰ ἀληθείας καὶ σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγο-
26 μαι. Ἐπίσταται γὰρ περὶ τούτων ὁ βασιλεὺς, πρὸς ὃν καὶ
παῤῥησιαζόμενος λαλῶ· λανθάνειν γὰρ αὐτὸν τί τούτων οὐ
πείθομαι οὐδέν· οὐ γάρ ἐστιν ἐν γωνίᾳ πεπραγμένον τοῦτο.
27 Πιστεύεις βασιλεῦ Ἀγρίππα τοῖς Προφήταις; οἶδα ὅτι
28 πιστεύεις. Ὁ δὲ Ἀγρίππας πρὸς τὸν Παῦλον ἔφη, Ἐν
29 ὀλίγῳ με πείθεις Χριστιανὸν γενέσθαι. Ὁ δὲ Παῦλος
εἶπεν, Εὐξαίμην ἂν τῷ Θεῷ, καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολ-
λῷ, οὐ μόνον σὲ, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀκούοντάς μου σή-
μερον, γενέσθαι τοιούτους, ὁποῖος κἀγώ εἰμι, παρεκτὸς τῶν
30 δεσμῶν τούτων. Καὶ ταῦτα εἰπόντος αὐτοῦ, ἀνέστη ὁ βασι-
λεὺς καὶ ὁ ἡγεμὼν, ἥ τε Βερνίκη, καὶ οἱ συγκαθημένοι
31 αὐτοῖς. Καὶ ἀναχωρήσαντες, ἐλάλουν πρὸς ἀλλήλους λέγον-
τες, Ὅτι οὐδὲν θανάτου ἄξιον ἢ δεσμῶν πράσσει ὁ ἄν-
32 θρωπος οὗτος. Ἀγρίππας δὲ τῷ Φήστῳ ἔφη, Ἀπολελύσθαι
ἐδύνατο ὁ ἄνθρωπος οὗτος, εἰ μὴ ἐπεκέκλητο Καίσαρα.

XXVII. 1 Ὡς δὲ ἐκρίθη τοῦ ἀποπλεῖν ἡμᾶς εἰς τὴν Ἰταλίαν, παρ-
εδίδουν τόν τε Παῦλον καί τινας ἑτέρους δεσμώτας ἑκατον-
2 τάρχῃ, ὀνόματι Ἰουλίῳ, σπείρης Σεβαστῆς. Ἐπιβάντες δὲ
πλοίῳ Ἀδραμυττινῷ μέλλοντες πλεῖν τοὺς κατὰ τὴν
Ἀσίαν

quenter puniens, eos compellebam blasphemare, & amplius insaniens in eos, persequebar etiam in exteras usque civitates. 7 Quarum rerum studio quum 12 irem Damascum cum auctoritate & permissu principum Sacerdotum, Die medio, rex, in via vidi e 13 cœlo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen, & eos qui mecum faciebant iter. Quum autem omnes 14 nos decidissemus in terram, audivi vocem loquentem ad me, ac dicentem Hebraica lingua, Saul, Saul, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulos calcitrare. Ego autem dixi, Quis es Domine? At 15 ille dixit, Ego sum Jesus, quem tu persequeris. Sed 16 exsurge & sta super pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi, 8 ut constituam te ministrum ac testem, & eorum quæ vidisti, & eorum in quibus apparebo tibi, 9 Eripiens te a populo & gentibus, in quas nunc te 17 mitto, Ut aperias oculos eorum, ut convertantur a 18 tenebris ad lucem, & a potestate Satanæ ad Deum, ut accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter eos qui sanctificati sunt per fidem quæ est erga me. Unde, rex Agrippa, non fui inobediens cœle- 19 sti visioni, Sed his qui sunt Damasci primum, & 20 Hierosolymis, & per omnem regionem Judææ, deinde & gentibus annunciabam, ut pœnitentiam agerent, & converterentur ad Deum, 10 opera facientes digna his qui resipuissent. Hac ex causa Judæi 21 me in templo comprehensum tentaverunt 11 interficere. Auxilium igitur nactus Dei, usque in hodier- 22 num diem sto, testificans tum parvo tum magno, nihil aliud dicens, quam ea quæ Prophetæ prædixerant futura esse, & Moses, 12 An passurus fuerit Chri- 23 stus, an primus ex resurrectione mortuorum lumen annunciaturus sit populo & gentibus. Hæc autem 24 quum pro se diceret, Festus magna voce ait, Insanis Paule: multæ te litteræ ad insaniam convertunt. Et 25 Paulus, Non insanio, inquit, optime Feste, sed veritatis & sobrietatis verba eloquor. Scit enim de his 26 rex, apud quem & libere loquor: latere enim eum nihil horum arbitror: 13 neque enim hoc in angulo gestum est. Credis rex Agrippa Prophetis? scio 27 quod credis. Agrippa autem ad Paulum ait, 14 Mo- 28 dica ex parte persuades mihi ut fiam Christianus. Et Paulus ait, Optarim a Deo, non solum modica ex 29 parte, verum etiam magna, non te modo, sed omnes etiam qui me audiunt hodie, esse tales, qualis ego sum, exceptis vinculis his. Et hæc eo loquuto, sur- 30 rexit rex ac præses, & Bernice, & qui assidebant eis. Et quum secessissent, loquebantur inter se dicentes, 31 Nihil morte aut vinculis dignum facit homo iste. Agrippa autem Festo dixit, Dimitti poterat homo 32 hic, si non appellasset Cæsarem. 1 Postquam autem 1 XXVII. decretum est, ut nos navigaremus in Italiam, 2 tradiderunt & Paulum & quosdam alios vinctos centurioni, nomine Julio, cohortis Augustæ. Conscensa 2 autem 3 nave Adramyttina navigaturi juxta loca Asiæ, sol-

minister, aut exsequutor. In posteriore sententia est Lyranus, in priore Rabanus.

7 *In quibus dum irem*] Ἐν οἷς πορευόμενος, hoc est, *In his versans*, & *hac agens*: qua figura sermonis & antea semel est usus.

8 *Ut constituam te ministrum*] προχειρίσασθαι, id est, *ut præparem*: quod ante vertit *præordinare*.

9 *Eripiens te de populis & gentibus, in quas*] Græcis est, ἐκ τοῦ λαοῦ, id est, *de populo*: sentiens nimirum de Judæis. Et nonnulli Græci codices pro *populo* habebant *Judæis*. Repetit ad eumdem modum paulo post, τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσι, id est, *populo & gentibus*. Verum apud illos non est *in quas*: ut respondeat gentibus: sed εἰς οὓς, id est, *ad quos*: rei magis habita ratione, quam vocis.

10 *Digna pœnitentiæ opera*] Si *digna* sumis absolute, bene habet oratio: sin minus, *opera digna pœnitentia* sive *pœnitentia* sunt, quorum jure pœniteat: de quo nonnihil dictum est nobis Matthæi capite tertio.

11 *Volentes me interficere*] διαχειρίσασθαι: quod magis significat *injecta manu violare*, quam *interficere*.

12 *Si passibilis Christus*] Εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, *An pati debuerit Christus*. Sic enim disputabat ex Prophetis, ut ostenderet illorum vaticinia competere in Christum. Siquidem hæc referenda sunt ad prædictionem Prophetarum, non ad Christum passum: alioqui parum apte cohærebit, *lumen annunciaturus sit populo*.

13 *Neque enim in angulo quicquam horum gestum est*] Non displicet quod legit Interpres, Græci tamen aliquanto secus habent, οὐ γάρ ἐστιν ἐν γωνίᾳ πεπραγμένον τοῦτο, id est, *neque enim hoc in angulo factum est*.

14 *In modico suades*] Ἐν ὀλίγῳ με πείθεις. Primum, *modicum* pro *paulo* suo more usurpat. Deinde inter *suadere* & *persuadere* non sentit esse discrimen apud Latinos, etiamsi apud Græcos unicum verbum nostris duobus respondet. Cæterum haud erat in proclivi commode locum hunc vertere. Valla putat ita reddi potuisse: *Parum abest quin persuadeas me fieri Christianum. Cui Paulus dixit, Optarim apud Deum, sive parum sive multum abest.* Arbitror & ita reddi potuisse: *Aliquantulum mihi persuades ut fiam Christianus. Et Paulus ait, Optarim a Deo, ut non solum aliquantum, verum etiam multum, neque te tantum, sed & omnes qui audiunt me hodie*, & cætera. Neque enim opinor id sensisse Agrippam, parum abesse quin cuperet fieri Christianus, sed aliquantulum huc propensum esse redditum oratione Pauli.

1 *UT autem judicatum est eum*] ἐκρίθη, id est, *decretum est*, sive *constitutum*. Nec ad Paulum refertur, sed ad Regem & Præsidem, qui sic statuerant audito Paulo.

2 *Et tradiderunt Paulum cum reliquis custodiis*] παρεδίδουν τόν τε Παῦλον καί τινας ἑτέρους δεσμώτας, id est, *tradiderunt tum Paulum tum alios quosdam vinctos*.

3 *Navim Adrumetinam*] Carrensis interpretatur *Adrumetinam* navem, quæ Romam petat. Cæterum *Adrumetum* sive *Adrumetium* civitas est Mysiæ, auctore Stephano. Est & *Adramyttis* insula Lyciæ, & *Adrumes*, *Adrumetis*, civitas Africæ: unde di-

Ἀσίαν τόπȣς, ἀνήχθημεν, ὄντος σὺν ἡμῖν Ἀριςάρχȣ 3 Μακεδόνος Θεσσαλονικέως. Τῇ τε ἑτέρᾳ κατήχθημεν εἰς Σιδῶνα· φιλανθρώπως τὲ ὁ Ἰούλιος τῷ Παύλῳ χρησάμενος, ἐπέτρεψε πρὸς τȣ̀ς φίλȣς πορευθέντα, ἐπιμε- 4 λείας τυχεῖν. Κἀκεῖθεν ἀναχθέντες, ὑπεπλεύσαμεν τὴν 5 Κύπρον, διὰ τὸ τοὺς ἀνέμȣς εἶναι ἐναντίȣς. Τό τε πέλαγος τὸ κατὰ τὴν Κιλικίαν καὶ Παμφυλίαν δια- 6 πλεύσαντες, κατήλθομεν εἰς Μύρα τῆς Λυκίας· Κἀκεῖ εὑρὼν ὁ ἑκατόνταρχος πλοῖον Ἀλεξανδρῖνον, πλέον εἰς τὴν 7 Ἰταλίαν, ἐνεβίβασεν ἡμᾶς εἰς αὐτό. Ἐν ἱκαναῖς δὲ ἡμέραις βραδυπλοȣ̃ντες, καὶ μόλις γενόμενοι κατὰ τὴν Κνίδον, μὴ προσεῶντος ἡμᾶς τȣ̃ ἀνέμȣ, ὑπεπλεύσαμεν 8 τὴν Κρήτην κατὰ Σαλμώνην. Μόλις τὲ παραλεγόμενοι αὐτὴν, ἤλθομεν εἰς τόπον τινὰ, καλȣ́μενον Καλȣ̀ς λιμέ- 9 νας, ᾧ ἐγγὺς ἦν πόλις Λασαία. Ἱκανȣ̃ δὲ χρόνȣ διαγενομένȣ, καὶ ὄντος ἤδη ἐπισφαλȣ̃ς τȣ̃ πλοὸς, διὰ τὸ καὶ τὴν νηςείαν ἤδη παρεληλυθέναι, παρῄνει ὁ Παῦλος, 10 Λέγων αὐτοῖς, Ἄνδρες, θεωρῶ ὅτι μετὰ ὕβρεως καὶ πολλῆς ζημίας, οὐ μόνον τοῦ φόρτου καὶ τοῦ πλοίου, ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλȣ̃ν. 11 Ὁ δὲ ἑκατόνταρχος τῷ κυβερνήτῃ καὶ τῷ ναυκλήρῳ ἐπείθετο μᾶλλον, ἢ τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγομέ- 12 νοις. Ἀνευθέτου δὲ τοῦ λιμένος ὑπάρχοντος πρὸς παραχειμασίαν, οἱ πλείους ἔθεντο βουλὴν ἀναχθῆναι κἀκεῖθεν, εἴπως δύναιντο καταντήσαντες εἰς Φοίνικα παραχειμάσαι, λιμένα τῆς Κρήτης βλέποντα κατὰ Λί- 13 βα καὶ κατὰ Χῶρον. Ὑποπνεύσαντος δὲ Νότȣ, δόξαντες τῆς προθέσεως κεκρατηκέναι, ἄραντες Ἄσσον, πα- 14 ρελέγοντο τὴν Κρήτην. Μετ' οὐ πολὺ δὲ ἔβαλε κατ' αὐτῆς

solvimus, perseverante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi. Sequenti autem die appulimus 3 Sidonem: & Julius humaniter tractato Paulo, permisit ut ad amicos profectus, ab illis curaretur. Et 4 inde quum solvissemus, subnavigavimus juxta Cyprum, propterea quod essent venti contrarii. Et pe- 5 lagus, quod est contra Ciliciam & Pamphyliam, emensi, 4 pervenimus Myram, quæ est Lyciæ: Et ibi na- 6 ctus centurio navem Alexandrinam, navigantem in Italiam, imposuit nos in eam. Et quum multis diebus 7 5 tarde navigaremus, vixque devenissemus contra 6 Cnidum, prohibente nos vento, adnavigavimus Cretæ 7 juxta Salmonen. Et vix præterlegentes illam, 8 pervenimus in locum quemdam, 8 qui vocatur Pulchri portus, 9 cui vicina erat civitas Lasæa. Multo autem 9 tempore peracto, & quum jam esset periculosa navigatio, 10 quod jam jejunii quoque tempus prætterisset, 11 admonebat eos Paulus, Dicens eis, Viri, 10 video quod cum injuria multoque damno, non solum oneris & navis, sed etiam animarum nostrarum 12 futura sit navigatio. Centurio autem gubernato- 11 ri & nauclero magis credebat, quam his quæ a Paulo dicebantur. Et quum aptus portus non esset ad 12 hybernandum, complures ceperunt consilium solvendi illinc, si quo modo possent 13 provecti Phœnicem illic hybernare, is est portus Cretæ spectans 14 ad Africum & ad Chorum. Adspirante autem Austro, 13 rati se propositi compotes, 15 cum solvissent Asson, præterlegebant Cretam. Verum haud multo post 14 coor-

cendum erat *Adrumetinam*: licet in his varient codices. Nam Hieronymus, aut si quis alius fuit auctor, in Catalogo locorum hujus operis, indicat *Adrumetum* esse civitatem in Byzacio regione Africæ. Plinius *Adrumetum* vocat neutro genere. In Græcis codicibus *Adramyttinam* legimus. Et Stephanus ab *Adramyttio* oppido deformat *Adramyttenum*.

4 *Venimus Lystram quæ est Lyciæ*] κατήλθομεν εἰς Μύρα τῆς Λυκίας, id est, *devenimus Myram quæ est Lyciæ*, sive *civitatem Lyciæ*. Pronunciatur autem bifariam genere neutro & fœminino. Meminit hujus Strabo libro decimo quarto. Cæterum *Lystra* Lycaoniæ est, non Lyciæ. Carrensis homo vigilans admonet hoc loco apud Græcos haberi *Smyrnam*, sed ab Hieronymo poni *Myrrham*. Et omnino in recensione locorum hujus operis meminit *Smyrnæ Lyciæ*: admonens in nonnullis exemplaribus fuisse scriptum, *venimus in Lystram quæ est in Cilicia*: atque eo loco pannum suum assuit nescio quis. Porro Hieronymus in libris Hebræorum nominum ponit *Smyrnam*, & interpretatur *amaram*. Verum de locis accuratius disseremus in peregrinatione divi Pauli.

5 *Tarde navigaremus*] Græcis composita est dictio βραδυπλοȣ̃ντες.

6 *Cnidum*] *Cnidus* insula est opposita Asiæ, spectans provinciam Cariam, atque est ejusdem nominis oppidum in insula Calymna, auctore Hieronymo in libello qui fertur ipsius titulo, quem sequutus est Beda. At Pomponius Mela ostendit *Cnidum* esse oppidum in cornu peninsulæ Cariæ: & huic sententiæ suffragatur Ptolemæus in prima Asiæ tabula. Constat autem illos tunc legisse oras Asiæ minoris, in qua est Caria. Recenset & hanc Strabo libro decimo quarto, qui eam appellat insulam, quum fateatur aggeribus continenti junctam. Ambitu vero esse septem stadiorum, duos habentem portus, ut ipse loci situs in edito velut ad spectaculum expositus efficiat, ut insula videatur habere duas civitates, hoc est, δίπολις esse. Horatius in Odis indicat hoc loco solere coli Venerem:

O Venus regina Cnidi Paphique.

Beda indicat, in quibusdam codicibus pro *Cnidum* scriptum *Chium*, sed rejicit.

7 *Juxta Salmonem*] *Salmon* civitas est maritima insulæ Cretæ, auctore Hieronymo.

8 *Qui vocatur Boni portus*] *Boni portus*, plurativi sunt numeri, Καλȣ̀ς λιμένας, quanquam magis dixit, *Pulchros portus* quam *bonos*. Sentit autem, ni fallor, de civitate Cretensium, cui nomen Καλὴ ἀκτὴ, id est, *Pulchrum littus*, cujus meminit Stephanus.

9 *Cui juxta erat civitas Thalassa*] Indicat & divus Hieronymus hunc locum corrupte legi *Thalassa*. Quanquam id ipsum, quod vice corrupti vocabuli subjecit, in vulgatis codicibus corruptum erat: siquidem scriptum erat *Laphet*. Græci legunt *Lasæa*, quæ & ipsa civitas est littoralis Cretæ, haud procul a Bonis portibus. Quidam excusi codices pro *Thalassa* habebant *Thessala*.

10 *Eo quod jejunium jam præterisset*] διὰ τὸ καὶ τὴν νηςείαν ἤδη παρεληλυθέναι. Non me fugit quibusdam hîc *jejunium* esse tempus aliquod, quo ex more soliti sint jejunare Judæi. Sed primum quid centurioni & nautis cum hujusmodi jejuniis? Deinde, si jam præterierat jejunium, eò commodior debebat esse navigatio. Burgensis indicat præcipuum apud Judæos jejunium incidere solere circiter Æquinoctium Autumnale, quo tempore jam incommodior est navigatio. Atqui Judæis non unum erat jejunii tempus, & circiter Æquinoctium Autumnale sat commoda navigatio est. Burgensis contendit jejunium Judæorum fuisse omnium præcipuum quod celebratur festo expiationis. Id autem festum incidebat in diem mensis septimi decimum, qui mensis fere convenit cum Septembri. Restabat autem longa navigatio, quum immineret October ac November, menses parum accommodi ad navigandum olim quidem, quum hodie nostri nautæ vel media bruma volitent per omnia maria. Is, cujus exstant in hoc opus Græci Commentarii titulo Chrysostomi, per *jejunium* vult intelligi non inediam nautarum, sed anni tempus, adstipulans Burgensi. Accedit huc & illud argumentum, quod hoc jejunium appellat νηςείαν, quæ vox fere pro religioso jejunio usurpatur, nautarum inediam ἀσιτίαν vocat. Quanquam utraque vox eamdem habet etymologiam a privatione cibi, νηςεύειν, νὴ ἐσθίειν. Adjuvat hanc opinionem, quod additur articulus, τὴν νηςείαν, qui non quodvis jejunium, sed notum ac celebre nobis designat. Sed quærendum quid agat illic conjunctio καὶ, διὰ τὸ καὶ τὴν νηςείαν ἤδη παρεληλυθέναι, *eo quod jam etiam jejunii tempus præterisset*. Indicat conjunctio navigationem duplici nomine fore periculosam: & quod tempestas urgeret, & quod instaret tempus quod per se reddit incommodam navigationem. Prius sequuti fueramus Lyrani sententiam, qui putat illis quum suppeteret commeatus, tamen ob curam ac mœrorem non vacasse cibum sumere. Atque ideo Paulus suadet manendum, quo liceat reficere corpora. Quin & illud mirum videri potest, quomodo nautæ, edax hominum genus, quatuordecim dies duraverint ἄσιτοι, id est, *impasti*: nisi forte non sumpsisse cibum dicuntur, qui per otium non egerint convivium, quemadmodum solent nautæ tranquillo mari.

11 *Consolabatur eos Paulus*] Quid acciderat illis, ut egerent consolatore? Nam Græcis est παρῄνει, id est, *hortabatur* sive *admonebat*, ne longius irent: quanquam ipsa Pauli oratio, quæ mox subjicitur, satis arguit illum non consolari, sed dare consilium.

12 *Incipit esse navigatio*] μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλȣ̃ν, id est, *futuram esse navigationem*: quod tamen frequenter ad hunc vertit modum.

13 *Devenientes Phœnicem hyemare*] *Phœnicem* hîc est accusativus a *Phœnix*, quæ Græcis *palmam* significat: unde & *Phœnicen* Syriæ partem apparet dictam. Ipse Lucas indicat esse portum Cretæ hujus nominis.

14 *Ad Africum & ad Chorum*] Ventorum nomina sunt. Duos nominat, quod ad utrumque vergeret is portus. Dixerit quispiam: Quorsum opus erat hoc admonere, quod nemo nesciebat? Imo quorsum attinebat, ut Hugo Carrensis tantus Theologus adscriberet Commentariis, *Chorum esse insulam aut civitatem in Creta?* Usque adeo nihil referebat, utrum novam exstrueret insulam, an novam conderet civitatem in vetustissima insula.

15 *Quum sustulissent de Asson*] ἄραντες Ἄσσον, id est, *quum sustulissent Asson*. Incertum autem an illuc appulerint, & rursum inde solventes prætervecti sint Cretam, an *Asso* præterita, putarint se jam esse in tuto. Est enim *Assos* maritima Lyciæ civitas, in edito sita promontorio, adeo ut parum tutum sit accedere. Unde jocus Nicostrati Citharœdi: Ἄσσον ἴθ' ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι, id est, *Asson eas ut citius ad exitii terminos pervenias*. Ac Hieronymus quidem *Asson* ponit in Asia, maritimam urbem, quæ eadem dicta sit *Apollonia*: teste Plinio quoque libro quinto, capite trigesimo. Cæterum opinor Lucam sentire de *Asso* oppidulo Cretæ: unde dictus est & *Jupiter Asius*. Nam adhuc lambebant litora Cretæ.

16 *Ven-*

αὐτῆς ἄνεμος Τυφωνικὸς, ὁ καλούμενος Εὐροκλύδων. 15 Συναρπασθέντος δὲ τοῦ πλοίου, καὶ μὴ δυναμένου ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ, ἐπιδόντες ἐφερόμεθα. 16 Νησίον δέ τι ὑποδραμόντες, καλούμενον Κλαύδην, μόλις ἰσχύσαμεν περικρατεῖς γενέσθαι τῆς σκάφης, 17 Ἣν ἄραντες, βοηθείαις ἐχρῶντο, ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον, φοβούμενοί τε μὴ εἰς τὴν Σύρτιν ἐκπέσωσι, χαλάσαντες τὸ σκεῦος, οὕτως ἐφέροντο. 18 Σφοδρῶς δὲ χειμαζομένων ἡμῶν, τῇ ἑξῆς ἐκβολὴν ἐποιοῦντο. 19 Καὶ τῇ τρίτῃ αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐῤῥίψαμεν. 20 Μήτε δὲ ἡλίου, μήτε ἄστρων ἐπιφαινόντων ἐπὶ πλείονας ἡμέρας, χειμῶνός τε οὐκ ὀλίγου ἐπικειμένου, λοιπὸν περιῃρεῖτο πᾶσα ἐλπὶς τοῦ σώζεσθαι ἡμᾶς. 21 Πολλῆς δὲ ἀσιτίας ὑπαρχούσης, τότε σταθεὶς ὁ Παῦλος ἐν μέσῳ αὐτῶν, εἶπεν, Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες, πειθαρχήσαντάς μοι μὴ ἀνάγεσθαι ἀπὸ τῆς Κρήτης, κερδῆσαί τε τὴν ὕβριν ταύτην καὶ ζημίαν. 22 Καὶ τὰ νῦν παραινῶ ὑμᾶς εὐθυμεῖν· ἀποβολὴ γὰρ ψυχῆς οὐδὲ μία ἔσται ἐξ ὑμῶν, πλὴν τοῦ πλοίου. 23 Παρέστη γάρ μοι τῇ νυκτὶ ταύτῃ Ἄγγελος τοῦ Θεοῦ, οὗ εἰμι, ᾧ καὶ λατρεύω, 24 Λέγων, Μὴ φοβοῦ Παῦλε, Καίσαρί σε δεῖ παραστῆναι· καὶ ἰδοὺ κεχάρισταί σοι ὁ Θεὸς πάντας τοὺς πλέοντας μετά σου. 25 Διὸ εὐθυμεῖτε ἄνδρες· πιστεύω γὰρ τῷ Θεῷ, ὅτι οὕτως ἔσται καθ' ὃν τρόπον λελάληταί μοι. 26 Εἰς νῆσον δέ τινα δεῖ ἡμᾶς ἐκπεσεῖν. 27 Ὡς δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτη νὺξ ἐγένετο, διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ κατὰ μέσον τῆς νυκτὸς, ὑπενόουν οἱ ναῦται προσάγειν τινὰ αὐτοῖς χώραν, 28 Καὶ βολίσαντες εὗρον ὀργυιὰς εἴκοσι, βραχὺ δὲ διαστήσαντες, καὶ πάλιν βολίσαντες, εὗρον ὀργυιὰς δεκαπέντε. 29 Φοβούμενοί τε μήπως εἰς τραχεῖς τόπους ἐκπέσωσιν, ἐκ πρύμνης ῥίψαντες ἀγκύρας τέσσαρας, ηὔχοντο ἡμέραν γενέσθαι. 30 Τῶν δὲ ναυτῶν ζητούντων φυγεῖν ἐκ τοῦ πλοίου, καὶ χαλασάντων τὴν σκάφην εἰς τὴν θάλασσαν, προφάσει ὡς ἐκ πρώρας μελλόντων ἀγκύρας ἐκτείνειν, 31 Εἶπεν ὁ Παῦλος τῷ ἑκατοντάρχῳ καὶ τοῖς στρατιώταις, Ἐὰν μὴ οὗτοι μείνωσιν ἐν τῷ πλοίῳ, ὑμεῖς σωθῆναι οὐ δύνασθε. 32 Τότε οἱ στρατιῶται ἀπέκοψαν τὰ σχοινία τῆς σκάφης, καὶ εἴασαν αὐτὴν ἐκπεσεῖν. 33 Ἄχρι δὲ οὗ ἔμελλεν ἡμέρα γίνεσθαι, παρεκάλει ὁ Παῦλος ἅπαντας μεταλαβεῖν τροφῆς, λέγων, Τεσσαρεσκαιδεκάτην σήμερον ἡμέραν προσδοκῶν-

coortus est contra ipsam 16 ventus Typhonicus, 17 qui vocatur Euroaquilo. 15 Quumque correpta esset navis, 18 nec posset obniti vento, 19 data nave flatibus ferebamur. 16 In insulam autem quamdam devecti, 20 quæ vocatur Clauda, vix potuimus obtinere scapham, 17 Qua sublata adjutoriis utebantur, subcingentes navem, timentes ne in Syrtim inciderent, demisso vase, sic ferebantur. 18 Quum autem vehementi tempestate jactaremur, sequenti die jactum fecerunt. 19 Ac tertio die 21 nostris manibus armamenta navis projecimus. 20 Porro neque sole, neque sideribus apparentibus ad complures dies, & tempestate non exigua imminente, jam ablata erat spes omnis salutis nostræ. 21 Quum autem 22 multa jam esset inedia, tunc stans Paulus in medio eorum, dixit, Oportebat quidem, ô viri, 23 audito me 24 non solvere a Creta, nec 25 accersere nobis injuriam hanc & jacturam. 22 Et nunc 26 hortor, ut bono animo sitis: jactura enim animæ nulla erit ex vobis, sed tantum navis. 23 Adstitit enim mihi hac nocte 27 Angelus Dei, cujus sum ego, quem & colo, 24 Dicens, Ne timeas Paule, Cæsari te oportet sisti: & ecce donavit tibi Deus omnes qui navigant tecum. 25 Propter quod bono animo estote viri: credo enim Deo, quod sic erit quemadmodum dictum est mihi. 26 In insulam autem quamdam oportet nos ejici. 27 Sed posteaquam quarta decima nox supervenit, navigantibus nobis in Adria circa medium noctis, suspicabantur nautæ 28 apparere sibi aliquam regionem, 28 Qui & 29 demissa bolide repererunt passus viginti, ac pusillum inde digressi, rursumque demissa bolide, repererunt passus quindecim. 29 Timentesque ne in aspera loca inciderent, de puppi jactis ancoris quatuor, optabant diem oriri. 30 Nautis vero quærentibus fugere e navi, 30 quum demisissent scapham in mare, sub prætextu velut e prora 31 ancoras extensuri, 31 Dixit Paulus centurioni & militibus, Nisi hi in navi manserint, vos salvi fieri non potestis. 32 Tunc absciderunt milites funes scaphæ, & passi sunt eam excidere. 33 Et quum dies inciperet apparere, hortabatur Paulus omnes sumere cibum, dicens, Dies hic decimus quartus est quod exspectantes jejuni

16 *Ventus Typhonicus*] Unus est e ventis subitis ac repentinis nomine *Typhon*. Quibus omnibus illud est commune, quod exhalante terra coorti, nubibus obductis inclusi, non uno erumpant modo. Nam vagantes, ac torrentium more ruentes, tonitrua & fulgura edunt. Cæterum majore illati pondere incursuque, si flatu siccam ruperint nubem, procellam gignunt, quæ Græcis dicitur ἐκνεφίας. Sin vero depresso sinu arctius rotati effregerint sine igni, hoc est, sine fulmine, vorticem faciunt, qui *typhon* vocatur, id est, *vibratus ecnephias*. Defert hic aliquid secum e nube gelida abreptum, convolvens versansque & ruinam suam illo pondere aggravans, locum ex loco mutans rapida vertigine. Quod si majore depressæ nubis eruperit specu, sed minus alto quam procella, nec sine fragore, *turbo* dicitur, proxima quæque prosternens. Idem si fuerit ardentior accensusque, *prester* dicitur, amburens contacta pariter ac proterens. Porro *Typhonem* Plinius appellat præcipuam navigantium pestem, ut qui non antemnas modo, verum etiam ipsa navigia contorta frangat. Cæterum tanto malo scribit tenui remedio occurri, si acetum in advenientem effundas, cujus vis frigidissima est. Idem illisu ipso repercussus, correpta secum in cœlum refert, sorbetque in excelsum. Dictus est autem *Typhon* a Græco verbo τύφω, quod est *inflammo*. Rabanus in Glossa ordinaria, super verbo *Typhonicus*, adscribit: Alia translatio, *Ventus tempestivus*. Suspicor aliquem commenti vice adscripsisse, *Ventus tempestuosus*.

17 *Qui vocatur Euroaquilo*] Græci pro *Euroaquilo* legunt Εὐροκλύδων: vox hinc dicta quod ingentes excitat fluctus. Verum haud scio, an Lucas, tametsi Græce scribens, effinxerit vocem nostram, dicens Εὐροακύλων, quemadmodum *Aquilam* Paulus quoque facit Ἀκύλαν. Addit autem non solum cognomen *Typhonis*, ut periculum exprimeret, verum etiam unde erumperet: ut intelligeremus hoc quoque nomine incommodum, quod non faceret ad institutum cursum, quum *Notus* sit accommodus e Syria navigantibus in Italiam.

18 *Non posset conari in ventum*] ἀντοφθαλμεῖν, quod Græcis sonat *obtueri*, hoc est, *ex adverso adspicere*. Porro qui renititur, obvertit oculos.

19 *Data nave flatibus*] Græcis unica dictio est, ἐπιδόντες, & referri potest ad τῷ ἀνέμῳ, ut ea vox in confinio sita utroque respondeat, ad *obniti*, & *data*.

20 *Quæ vocatur Clauda*] Ptolemæo *Claudos* dicitur, spectans Cretam inter Meridiem & Occidentem, quo magis consentaneum est huc depulsos fuisse flatu *Euroaquilonis*. Tametsi quidam admonet in codice Græco Pontificiæ Bibliothecæ scriptum haberi Καῦδα, id est, *Cauda*. Et Suidas indicat insulam vicinam Cretæ, quæ dicta sit Καυδὼ, hoc nomine memorabilem, quod illic nascantur ingentes onagri.

21 *Suis manibus armamenta navis projecerunt*] αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐῤῥίψαμεν, id est, *nostris ipsorum manibus armamenta navis projecimus*. Apparet Interpretem legisse ἔῤῥιψαν, & ad sensum perpusillum interest.

22 *Multa jejunatio*] ἀσιτία, id est, *inedia*.

23 *Audito me*] πειθαρχήσαντάς μοι, id est, *obtemperasse mihi*, tametsi non video cur hoc loco Valla notet Interpretem. Nam audit qui obtemperat. Justius annotasset, quod πειθαρχεῖν proprie dicuntur Græcis, qui obtemperant principibus aut magistratibus.

24 *Non tollere a Creta*] Græce est, μὴ ἀνάγεσθαι ἀπὸ τῆς Κρήτης, hoc est, *non solvere a Creta*.

25 *Lucrique facere injuriam*] κερδῆσαι, hoc est, *accersere sine causa*. Id enim *lucrifacere* sonat hoc loco. Et ὕβριν, id est, *injuriam*, vocat incommoditatem cœli, ac violentiam maris. Nec est,

26 *Suadeo*] sed παραινῶ, id est, *hortor*.

27 *Angelus Dei, cujus sum*] Incertum erat utrum *cujus* referat Deum an Angelum: nisi addidisset, ᾧ καὶ λατρεύω, id est, *quem & colo*, sive *cui & servio*.

28 *Apparere sibi*] προσάγειν, quod magis sonat *accedere*: nisi forte Interpres legit προσαυγεῖν, id est, *affulgere*.

29 *Submittentes bolidem*] Βολὶς dicitur a βάλλειν, quod est *mittere*: id est pondus funiculo affixum, quo dejecto nautæ explorant altitudinem maris. Idem aliquoties efficiunt hastili aut conto prælongo demisso in mare. Et missiles hastæ Græcis *bolides* dicuntur, auctore Hesychio. Cæterum Lucas unico verbo dixit, quod Interpres duobus reddidit, βολίσαντες.

30 *Commisissent scapham*] *Scapha* Græcis duo significat, *ligonem*, & *navigii levioris genus*, a verbo σκάπτω, *fodio*: nam *ligo* fossorium est instrumentum, & *scaphæ* fiunt e trunco excavato, quod genus adhuc videmus in Rheno. Beda putat e viminibus corio contectis fieri scaphas. Addit *scapham* Græcis etiam dici *catascopum*, a contemplando. Hinc error eorum, qui concinnarunt Glossam ordinariam, putantium scapham dici a contemplando. Κατάσκοπος Græce dicitur *explorator*: id nominis inditum est scaphæ, quod hac emissa nautæ explorent profunditatem per littus, aut alia pericula maris.

31 *Inciperent ancoras extendere*] μελλόντων ἐκτείνειν, id est, *extensuri*: quod sæpenumero fecit Interpres. Verum hîc duriusculum erat. Ac paulo post: Ἄχρι δὲ οὗ ἔμελλεν ἡμέρα γίνεσθαι, id est, *Quum futurus esset dies*: hoc est, *Quum instaret dies*, & *non longe abesset*.

34 δοκοῦντες ἄσιτοι διατελεῖτε, μηδὲν προσλαβόμενοι· Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς προσλαβεῖν τροφῆς· τοῦτο γὰρ πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπάρχει· οὐδενὸς γὰρ ὑμῶν θρὶξ
35 ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται. Εἰπὼν δὲ ταῦτα, καὶ λαβὼν ἄρτον, εὐχαρίστησε τῷ Θεῷ ἐνώπιον πάντων, καὶ
36 κλάσας, ἤρξατο ἐσθίειν. Εὔθυμοι δὲ γενόμενοι πάντες,
37 καὶ αὐτοὶ προσελάβοντο τροφῆς. Ἦμεν δὲ ἐν τῷ πλοίῳ
38 αἱ πᾶσαι ψυχαὶ, διακοσίαι ἑβδομηκονταέξ. Κορεσθέντες δὲ τροφῆς, ἐκούφιζον τὸ πλοῖον, ἐκβαλλόμενοι
39 τὸν σῖτον εἰς τὴν θάλασσαν. Ὅτε δὲ ἡμέρα ἐγένετο, τὴν γῆν οὐκ ἐπεγίνωσκον· κόλπον δέ τινα κατενόουν ἔχοντα αἰγιαλὸν, εἰς ὃν ἐβουλεύσαντο, εἰ δυνατὸν, ἐξῶ-
40 σαι τὸ πλοῖον. Καὶ τὰς ἀγκύρας περιελόντες, εἴων εἰς τὴν θάλασσαν, ἅμα ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων, καὶ ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ, κα-
41 τεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλόν. Περιπεσόντες δὲ εἰς τόπον διθάλασσον, ἐπώκειλαν τὴν ναῦν· καὶ ἡ μὲν πρῶρα ἐρείσασα, ἔμεινεν ἀσάλευτος· ἡ δὲ πρύμνα ἐλύετο ὑπὸ
42 τῆς βίας τῶν κυμάτων. Τῶν δὲ στρατιωτῶν βουλὴ ἐγένετο, ἵνα τοὺς δεσμώτας ἀποκτείνωσι, μή τις ἐκκολυμβή-
43 σας διαφύγοι. Ὁ δὲ ἑκατόνταρχος βουλόμενος διασῶσαι τὸν Παῦλον, ἐκώλυσεν αὐτοὺς τοῦ βουλήματος· ἐκέλευσέ τε τοὺς δυναμένους κολυμβᾷν, ἀπορρίψαντας πρώτους
44 ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι, Καὶ τοὺς λοιποὺς οὓς μὲν ἐπὶ σανίσιν, οὓς δὲ ἐπί τινων τῶν ἀπὸ τοῦ πλοίου· καὶ οὕτως
XXVIII.1 ἐγένετο πάντας διασωθῆναι ἐπὶ τὴν γῆν. Καὶ διασωθέντες, τότε ἐπέγνωσαν ὅτι Μελίτη ἡ νῆσος καλεῖται.
2 Οἱ δὲ βάρβαροι παρεῖχον οὐ τὴν τυχοῦσαν φιλανθρωπίαν ἡμῖν· ἀνάψαντες γὰρ πυρὰν, προσελάβοντο πάντας ἡμᾶς, διὰ τὸν ὑετὸν τὸν ἐφεστῶτα, καὶ διὰ τὸ ψύχος.
3 Συστρέψαντος δὲ τοῦ Παύλου φρυγάνων πλῆθος, καὶ ἐπιθέντος ἐπὶ τὴν πυρὰν, ἔχιδνα ἐκ τῆς θέρμης ἐξελθοῦσα,
4 καθῆψε τῆς χειρὸς αὐτοῦ. Ὡς δὲ εἶδον οἱ βάρβαροι κρεμάμενον τὸ θηρίον ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους, Πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος, ὃν διασω-
5 θέντα ἐκ τῆς θαλάσσης ἡ δίκη ζῆν οὐκ εἴασεν. Ὁ μὲν οὖν ἀποτινάξας τὸ θηρίον εἰς τὸ πῦρ, ἔπαθεν οὐδὲν κακόν.
6 Οἱ δὲ προσεδόκων αὐτὸν μέλλειν πίμπρασθαι, ἢ καταπίπτειν ἄφνω νεκρόν. Ἐπὶ πολὺ δὲ αὐτῶν προσδοκώντων, καὶ θεωρούντων μηδὲν ἄτοπον εἰς αὐτὸν γινόμενον, μετα-
7 βαλλόμενοι ἔλεγον Θεὸν αὐτὸν εἶναι. Ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ὑπῆρχε χωρία τῷ πρώτῳ τῆς νήσου, ὀνόματι Ποπλίῳ, ὃς ἀναδεξάμενος ἡμᾶς τρεῖς ἡμέρας φι-
8 λοφρόνως ἐξένισεν. Ἐγένετο δὲ τὸν πατέρα τοῦ Ποπλίου πυρετοῖς καὶ δυσεντερίᾳ συνεχόμενον κατακεῖσθαι· πρὸς ὃν ὁ Παῦλος εἰσελθὼν καὶ προσευξάμενος, ἐπιθεὶς τὰς
9 χεῖρας αὐτῷ, ἰάσατο αὐτόν. Τούτου οὖν γενομένου, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ ἔχοντες ἀσθενείας ἐν τῇ νήσῳ, προσήρχοντο,
10 καὶ ἐθεραπεύοντο· Οἳ καὶ πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμησαν ἡ-
11 μᾶς, καὶ ἀναγομένοις ἐπέθεντο τὰ πρὸς τὴν χρείαν. Μετὰ δὲ τρεῖς μῆνας ἀνήχθημεν ἐν πλοίῳ, παρακεχειμακότι
12 ἐν τῇ νήσῳ, Ἀλεξανδρίνῳ, παρασήμῳ Διοσκούροις. Καὶ κα-
13 ταχθέντες εἰς Συρακούσας, ἐπεμείναμεν ἡμέρας τρεῖς. Ὅθεν περιελ-

34 jejuni permanetis, nihil accipientes: Propter quod hortor vos, ut sumatis cibum: hoc enim ad salutem vestram pertinet: quia nullius vestrum capillus de ca-
35 pite cadet. Et quum hæc dixisset, sumpto pane gratias egit Deo in conspectu omnium, & quum fre-
36 gisset, cœpit edere. Porro 32 animis jam recreatis
37 omnium, sumpserunt & ipsi cibum. Eramus vero
38 universæ animæ in navi, ducentæ septuaginta sex. Et satiati cibo, allevabant navem, ejicientes triticum in
39 mare. Quum autem dies esset, terram non agnoscebant: sinum vero quemdam animadvertunt habentem 33 littus, in quod cogitabant, si possent, impin-
40 gere navem. Et quum ancoras sustulissent, committebant se mari, simul laxatis juncturis gubernaculorum, & 34 sublato artemone ad auræ flatum, tende-
41 bant ad littus. Et quum incidissent 35 in locum bimarem, impegerunt navem: ac prora quidem infixa manebat immobilis: puppis vero solvebatur a vi un-
42 darum. Militum autem consilium erat, ut vinctos
43 occiderent, ne quis, quum enatasset, effugeret. At centurio volens servare Paulum, compescuit eos a consilio: jussitque ut qui possent natare, abjicerent se
44 primos, & in terram evaderent, Cæterique partim in tabulis, partim in quibusdam navis fragmentis: & sic factum est, ut omnes incolumes evaderent in ter-
XXVIII.1 ram. Et quum evasissent, tunc cognoverunt 1 quod
2 Melite insula vocaretur. Barbari vero præstabant non vulgarem humanitatem nobis: accensa enim pyra, 2 recipiebant nos omnes, propter imbrem qui im-
3 minebat, & propter frigus. Quum congregasset autem Paulus sarmentorum multitudinem, & imposuisset in ignem, vipera e calore prorepens, invasit ma-
4 num ejus. Ut vero viderunt barbari pendentem bestiam de manu ejus, inter sese dicebant, Omnino homicida est homo hic, quem servatum e mari ultio
5 non sinit vivere. Et ille quidem, excussa vipera in
6 ignem, mali nihil passus est. At illi existimabant 3 futurum ut incenderetur, aut concideret repente mortuus. Diu autem illis exspectantibus, & intuentibus nihil mali illi accidere, mutata mente dicebant
7 eum esse Deum. In locis autem illis erant prædia primati insulæ, nomine Publio, qui nos exceptos 4
8 triduo benigne tractavit hospitio. Contigit autem patrem Publii febribus ac dysenteria vexatum decumbere: ad quem Paulus intravit, & quum orasset, im-
9 posuissetque ei manus, sanavit eum. Hoc igitur facto, cæteri quoque, qui habebant infirmitates in insu-
10 la, accedebant, & sanabantur: Qui etiam multis honoribus nos honoraverunt, & solventibus imposue-
11 runt quæ necessaria erant. Post menses autem tres navigavimus in navi Alexandrina, quæ in insula hye-
12 maverat, 5 cui erat insigne Castor & Pollux. Et
13 quum venissemus Syracusas, mansimus triduo. Inde cir-

32 *Animæquiores autem facti*] Εὔθυμοι, id est, *Bono animo*, sive *Recreatis jam animis*, positivum est, non comparativum.

33 *Littus, in quem cogitabant*] ἔχοντα αἰγιαλὸν, εἰς ὃν: cur non potius *in quod*, quam *in quem*: quandoquidem αἰγιαλὸς Græcis est masculini generis: quemadmodum & κόλπος: nam terram, opinor, expetebant. Et multa sunt littora apud Cosmographos, quæ proprio vocabulo *Ægiali* vocantur, velut inter Sicyonem & Buprasium. Est & alius finitimus Ponto, post promontorium Carambin, cujus meminit Homerus. Rursus est Thraciæ apud fluvium Strymonem. Postremo est *Ægialus*, cognomento *magnus*, inter Ægyptum & Æthiopiam. Et Hieronymus hunc locum citans, *Ægiali* meminit.

34 *Levantes artemonem*] ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα, id est, *sublata artemone*: & τῇ πνεούσῃ, quod Interpres vertit, *secundum auræ flatum*, puto ad ἐπάραντες esse referendum: ut accipiamus carbasa oppansa flatibus, antemna in altum subrecta: quo magis venti arbitrio ferretur in littus. Cæterum *artemon* videtur hic pro veli genere positum: quod indicavit & Beda in Glossa ordinaria: a *suspendendo* nomen habet, sive ab *assuendo*. Solet enim imis velis affigi pars aliqua, quo plus venti concipiant. Sunt qui pro *artemone antemonem* malint scribi.

35 *In locum bithalassum*] Nec exposuit Græcam vocem Interpres, nec nos eam incorruptam servavimus, pro *dithalasso* legentes *bithalassum*. Nam Lucas scripsit, εἰς τόπον διθάλασσον, id est, *in locum bimarem*. Sic enim Horatius in Odis:

------- *bimarisve Corinthi*
Mœnia. --------

Quod ea sit isthmos, & utrinque mari alluatur. Contendebant, ut, si possent, in sinum impellerent navim. Verum id non contigit, ventis impellentibus in isthmum aliquem in mare prominentem.

1 QUia *Mitilene insula vocabatur*] Hugo Carrensis liberum nobis facit utrum malimus *Militen* legere an *Miletum*: etiamsi sunt qui corruptius legunt *Mytilene*. Græci legunt *Melite*. Ea est insula inter Africam & Siciliam: unde *Melitai* dicti canes in deliciis habiti. Cujus meminit Strabo libro sexto. Ptolemæus Geographiæ libro quarto *Melitam* recenset inter insulas Africæ. Plinius libro tertio capite octavo inter insulas Siculi maris. Quanquam est *Mitilene* Cappadociæ civitas, verum hic insulam vocat.

2 *Reficiebant nos omnes*] προσελάβοντο, id est, *recipiebant*.

3 *In tumorem convertendum*] μέλλειν πίμπρασθαι, id est, *inflammari*, sive *incendi*, quanquam inflammationem comitatur tumor.

4 *Benigne triduo habuit*] φιλοφρόνως ἐξένισεν, id est, *amice tractavit*, aut, si dicere liceret, *hospitatus est*. Cæterum demiror qui verbum tam elegans in mentem venerit Interpreti, tantum abest ut reprehendam quod ille vertit *habuit*, pro *tractavit*.

5 *Cui erat insigne Castrorum*] *Castorum* esse legendum, indicant etiam recentiores, Lyranus & Carrensis. Nam Græcis est Διοσκούρων: id enim nominis est *Castori* & *Polluci*, filiis Jovis & Ledæ. Nam & Beda in Glossa, quam vocant *ordinariam*, indicat in nonnullis codicibus scriptum fuisse, pro *Castorum*, *Jovis filii*. Credidit antiquitas eos esse Deos salutares navigantibus, si simul apparerent: apparent autem ignis specie, malo aut antemnæ insidentes: contra diros, si singuli aut solitarii. Horum igitur insigne habebat ea navis. Quæso te, Lector, si libet ridere, legito quæ prodiderit hoc loco Carrensis *de insigni castrorum*, quanquam adjecit denique nescio quis veram ac seriam interpretationem. Mihi videtur totum hoc opus, quod Hugoni tribuitur, a multis

περιελθόντες κατηντήσαμεν εἰς Ῥήγιον, καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν ἐπιγενομένȣ Νότȣ, δευτεραῖοι ἤλθομεν εἰς Ποτιόλȣς· 14 Οὗ εὑρόντες ἀδελφȣ̀ς παρεκλήθημεν ἐπ' αὐτοῖς ἐπιμεῖναι ἡμέρας ἑπτά, καὶ ὕτως εἰς τὴν Ῥώμην ἤλθομεν. 15 Κἀκεῖθεν οἱ ἀδελφοὶ ἀκȣ́σαντες τὰ περὶ ἡμῶν ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν ἡμῖν ἄχρις Ἀππίȣ Φόρȣ καὶ Τριῶν Ταβερνῶν· ȣ̓̀ς ἰδὼν ὁ Παῦλος εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ, ἔλαβε θάρσος. 16 Ὅτε δὲ ἤλθομεν εἰς Ῥώμην, ὁ ἑκατόνταρχος παρέδωκε τȣ̀ς δεσμίȣς τῷ στρατοπεδάρχῃ· τῷ δὲ Παύλῳ ἐπετράπη μένειν καθ' ἑαυτὸν σὺν τῷ φυλάσσοντι αὐτὸν στρατιώτῃ. 17 Ἐγένετο δὲ μετὰ ἡμέρας τρεῖς συγκαλέσασθαι τὸν Παῦλον τȣ̀ς ὄντας τῶν Ἰȣδαίων πρώτȣς· συνελθόντων δὲ αὐτῶν, ἔλεγε πρὸς αὐτȣ́ς, Ἄνδρες ἀδελφοί, ἐγὼ ȣ̓δὲν ἐναντίον ποιήσας τῷ λαῷ ἢ τοῖς ἔθεσι τοῖς πατρῴοις, δέσμιος ἐξ Ἱεροσολύμων παρεδόθην εἰς τὰς χεῖρας τῶν Ῥωμαίων· 18 Οἵτινες ἀνακρίναντές με, ἐβȣ́λοντο ἀπολῦσαι, διὰ τὸ μηδὲ μίαν αἰτίαν θανάτȣ ὑπάρχειν ἐν ἐμοί. 19 Ἀντιλεγόντων δὲ τῶν Ἰȣδαίων, ἠναγκάσθην ἐπικαλέσασθαι Καίσαρα, ȣ̓χ ὡς τȣ͂ ἔθνȣς μȣ ἔχων τί κατηγορῆσαι. 20 Διὰ ταύτην ȣ̓͂ν τὴν αἰτίαν παρεκάλεσα ὑμᾶς, ἰδεῖν καὶ προσλαλῆσαι· ἕνεκεν γὰρ τῆς ἐλπίδος τȣ͂ Ἰσραὴλ τὴν ἅλυσιν ταύτην περίκειμαι. 21 Οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν εἶπον, Ἡμεῖς ȣ̓́τε γράμματα περὶ σȣ͂ ἐδεξάμεθα ἀπὸ τῆς Ἰȣδαίας, ȣ̓́τε παραγενόμενός τις τῶν ἀδελφῶν ἀπήγγειλεν ἢ ἐλάλησέ τι περὶ σȣ͂ πονηρόν. 22 Ἀξιȣ͂μεν δὲ παρὰ σȣ͂ ἀκȣ͂σαι ἃ φρονεῖς· περὶ μὲν γὰρ τῆς αἱρέσεως ταύτης γνωστόν ἐστιν ἡμῖν, ὅτι πανταχοῦ ἀντιλέγεται. 23 Ταξάμενοι δὲ αὐτῷ ἡμέραν, ἧκον πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν ξενίαν πλείονες, οἷς ἐξετίθετο διαμαρτυρόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, πείθων τε αὐτȣ̀ς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἀπό τε τȣ͂ Νόμȣ Μωσέως καὶ τῶν Προφητῶν, ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας. 24 Καὶ οἱ μὲν ἐπείθοντο τοῖς λεγομένοις, 25 οἱ δὲ ἠπίσουν. Ἀσύμφωνοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλȣς, ἀπελύοντο, εἰπόντος τοῦ Παύλου ῥῆμα ἕν, Ὅτι καλῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησε διὰ Ἠσαΐου τοῦ Προφήτου 26 πρὸς τȣ̀ς πατέρας ἡμῶν, Λέγον, Πορεύθητι πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ εἰπέ· Ἀκοῇ ἀκȣ́σετε, καὶ ȣ̓ μὴ συνῆτε, 27 καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ ȣ̓ μὴ ἴδητε. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τȣ͂ λαȣ͂ τȣ́τȣ, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκȣσαν, καὶ τȣ̀ς ὀφθαλμȣ̀ς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μή ποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκȣ́σωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ 28 συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτȣ́ς. Γνωστὸν ȣ̓͂ν ἔστω ὑμῖν, ὅτι τοῖς ἔθνεσιν ἀπεστάλη τὸ σωτήριον τȣ͂ Θεȣ͂, αὐτοὶ καὶ ἀκȣ́σονται. 29 Καὶ ταῦτα αὐτȣ͂ εἰπόντος, ἀπῆλθον οἱ 30 Ἰȣδαῖοι, πολλὴν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς συζήτησιν. Ἔμεινε δὲ ὁ Παῦλος διετίαν ὅλην ἐν ἰδίῳ μισθώματι· καὶ ἀπεδέχετο 31 πάντας τȣ̀ς εἰσπορευομένȣς πρὸς αὐτὸν, Κηρύσσων τὴν βασιλείαν τȣ͂ Θεȣ͂, καὶ διδάσκων τὰ περὶ τȣ͂ Κυρίȣ Ἰησȣ͂ μετὰ πάσης παῤῥησίας ἀκωλύτως.

ΠΡΑΞΕΩΝ ΤΕΛΟΣ.

circumlegentes 6 devenimus Rhegium, & post unum diem afflante Austro, postridie venimus Puteolos: 14 Ubi repertis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem, & sic venimus Romam. 15 Et inde quum audissent fratres de nobis, prodierunt in occursum nobis 7 usque ad Appii Forum ac Tres Tabernas: quos quum vidisset Paulus, gratiis actis Deo, sumpsit fiduciam. 16 8 Quum autem venissemus Romam, centurio tradidit vinctos principi exercitus: permissum est autem Paulo, 9 ut maneret solus cum custodiente ipsum milite. 17 Post tertium autem diem convocavit Paulus Judæorum primores: quumque venissent, dicebat eis, Ego, viri fratres, quum nihil fecerim adversus plebem aut instituta majorum, vinctus ab Hierosolymis traditus sum in manus Romanorum: 18 Qui quum examinassent, voluerunt me dimittere, eo quod nulla esset causa mortis in me. 19 Sed contradicentibus Judæis, coactus sum appellare Cæsarem, non quasi habeam de quo gentem meam accusem. 20 Propter hanc igitur causam advocavi vos, ut viderem & alloquerer: propter spem enim Israelis catena hac circumdatus sum. 21 At illi dixerunt ad eum, Nos neque litteras accepimus de te a Judæa, neque adveniens aliquis fratrum nunciavit aut locutus est aliquid de te mali. 22 Volumus autem ex te audire quæ sentias: nam de secta ista notum est nobis, quod ubique ei contradicitur. 23 Quum constituissent autem illi diem, venerunt ad eum in hospitium complures, quibus exponebat testificans regnum Dei, suadensque eis de Jesu ex Lege Mosis & Prophetis, a mane usque ad vesperam. 24 Et quidam credebant his quæ dicebantur, 25 quidam vero non credebant. Quumque inter se non essent concordes, discedebant, ubi dixisset Paulus unum verbum, Bene Spiritus sanctus loquutus est per Esaiam Prophetam ad patres nostros, 26 Dicens, Vade ad populum istum, & dic: 10 Auribus audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non perspicietis. 27 Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos compresserunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos. 28 Notum ergo sit vobis, quod gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient. 29 11 Et quum hæc dixisset, exierunt ab eo Judæi, multam habentes inter se disceptationem. 30 Mansit autem Paulus biennio toto in suo conducto: & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad ipsum, 31 Prædicans regnum Dei, ac docens quæ sunt de Domino Jesu cum omni fiducia 12 nemine prohibente.

ACTORUM FINIS.

a multis fuisse conflatum. Neque vero minus festiva sunt, quæ prodidit *de tribus tabernis*. Cæterum ambo *Castores* nonnunquam vocantur, quum alteri duntaxat id nominis fuerit. Nos, quo minus posthac erraret Lector, vertimus, *Castor & Pollux*.

6 *Devenimus Rhegium*] Nam ea civitas est Italiæ maritima, a promontorio Peloro dissita viginti millia passuum.: nomen Græcum a *ruptura* sortita, quod ea Siciliæ pars olim cohærens cum Brutio agro Italiæ, postea mari interfuso sit revulsa: fretum quindecim millibus passuum longum, mille quingentis latum intercurrit. In eo Scylla est scopulus, & Charybdis mare vorticosum. Hæc ferme Hieronymus: de quo mirum quid sequutus *Rhegium* appellet civitatem Siciliæ, quum Geographi doceant eam esse in agro Brutiorum, qui populus est Italiæ. Nisi forte pro *Italia* Scriba corrupit *Sicilia*. De modo intervalli Strabo libro sexto tradit *Rhegium* ab Messana, quæ civitas est in Peloro, distare stadiis sexaginta, hoc est, ferme millibus septem & quinquaginta passibus. De mensura freti interjacentis suspicor locum apud Hieronymum esse corruptum. Si tamen hoc opus est Hieronymi, quum in eo citetur Hieronymus.

7 *Usque ad Appii Forum*] Quoniam præcessit, *& sic Romam venimus*, ac postea mentio fit de *Appii Foro*, quidam putant *Appii Forum* in urbe Roma esse: idque legitur & in catalogo locorum, quos indicavit divus Hieronymus in Actis Apostolorum. Verum ut illinc complura detracta suspicor a compendiariis, quibus impendio placet adagium illud inter pocula natum, *Gaudent brevitate moderni*; ita video nonnulla ab aliis adjecta, quorum hoc unum esse crediderim. Alioqui constat oppidum, quod *Appii Forum* dicitur, longius abesse a Roma, quam sit Aricia: id quod declarat Horatius Sermonum libro primo, Satyra quinta:

Egressum magna me accepit Aricia Roma
Hospitio modico: rhetor comes Heliodorus
Græcorum longe doctissimus: inde forum Appi.

Proinde quum Lucas in summa dixisset Romam esse itum, retrocedit nonnihil, ut occursum fratrum describat apud *Appii Forum* ac *Tres Tabernas*. Sic enim legimus in emendatis exemplaribus Latinis, quum in nonnullis scriptum sit, *& Tribus Tabernis*. Alioqui si *Appii Forum* & *Tres Tabernæ* Romæ sunt, quid sibi vult quod mox subjicit,

8 *Ut venimus autem Romam, permissum est Paulo manere*] Hic Græci plus habent: Ὅτε δὲ ἤλθομεν εἰς Ῥώμην, ὁ ἑκατόνταρχος παρέδωκε τȣ̀ς δεσμίȣς τῷ στρατοπεδάρχῃ· τῷ δὲ Παύλῳ ἐπετράπη, id est, *Quum autem venissemus Romam, centurio tradidit vinctos principi exercitus*, sive *tribuno: permissum est autem Paulo.*

9 *Permanere sibimet*] μένειν καθ' ἑαυτὸν, id est, *manere apud semetipsum*, hoc est *solum* & sine reliquis captivis.

10 *Aure audietis*] Ἀκοῇ ἀκȣ́σετε, id est, ut ad verbum reddamus, *Auditione audietis*, atque ita vertit Hieronymus Interpres Didymi, de Spiritu sancto. Est autem conduplicatio Hebraica, perinde quasi dicas, *Audientes audietis*, hoc est, *Prorsus audietis*. Nec improbo quod hic vertit *Aure*, nisi quod ego malim *Auribus*. Sic enim loquuntur Latini, *Hisce oculis vidi, Hisce auribus audivi.*

11 *Et quum hæc dixisset, exierunt ab eo Judæi, multam habentes inter se quæstionem*] Hæc verba in aliquot vetustis codicibus non reperi.

12 *Sine prohibitione*] ἀκωλύτως, Quod bifariam accipi potest, a nemine prohibitus sive vetitus, aut hoc animo ut a nemine possit impediri.

DESIDERII ERASMI ROTERODAMI

ANNOTATIONUM IN ACTA APOSTOLORUM

FINIS.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΤΟΥ

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΕΙΣ ΠΑΣΑΣ ΤΟΥ

ΠΑΥΛΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΣ ΠΡΟΛΟΓΟΣ.

ΣΥΝΕΧΩΣ ἀκούων ἀναγινωσκομένων τῶν ἐπιστολῶν τοῦ μακαρίου Παύλου, καὶ καθ᾽ ἑκάστην ἑβδομάδα δὶς πολλάκις καὶ τρὶς καὶ τετράκις ἡνίκα ἂν μαρτύρων ἁγίων ἐπιτελῶμεν μνήμας, χαίρω τῆς σάλπιγγος ἀπολαύων τῆς πνευματικῆς, καὶ διανίσταμαι καὶ θερμαίνομαι τῷ πόθῳ τὴν ἐμὴν φίλην ἐπιγινώσκων φωνὴν, καὶ μονονουχὶ παρόντα αὐτὸς δοκῶ φαντάζεσθαι καὶ διαλεγόμενον ὁρᾷν. Ἀλγῶ δὲ καὶ ὀδυνῶμαι, ὅτι τὸν ἄνδρα τοῦτον οὐχ ἅπαντες ἴσασιν ὥσπερ εἰδέναι χρὴ, ἀλλ᾽ οὕτως τινὲς αὐτὸν ἀγνοοῦσιν, ὡς μηδεμίαν τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ εἰδέναι σαφῶς. Τοῦτο δὲ γίνεται, οὐ παρὰ ἀμαθίαν, ἀλλὰ παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι συνεχῶς ὁμιλεῖν τῷ μακαρίῳ τούτῳ. Οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ὅσαπερ ἴσμεν, εἴπερ τινὰ ἴσμεν, δι᾽ εὐφυΐαν καὶ ὀξύτητα διανοίας ἐπιστάμεθα, ἀλλὰ διὰ τὸ συνεχῶς ἔχεσθαι τοῦ ἀνδρὸς, καὶ σφόδρα διακεῖσθαι πρὸς αὐτόν. Τὰ γὰρ τῶν φιλουμένων πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων οἱ φιλοῦντες ἴσασιν, ἅτε δὴ μεριμνῶντες αὐτούς. Ὅπερ μακάριος οὗτος ἐνδεικνύμενος ἔλεγε Φιλιππησίοις, Καθὼς δίκαιόν ἐστιν ἐμὲ τοῦτο φρονεῖν περὶ ὑμῶν, διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς, ἔν τε τοῖς δεσμοῖς μου, καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ καὶ βεβαιώσει τοῦ Εὐαγγελίου· ὥστε κἂν ὑμεῖς θέλητε μετὰ προθυμίας προσέχειν τῇ ἀναγνώσει, οὐδενὸς ἑτέρου δεήσεσθε, ἀψευδὴς γὰρ ὁ τοῦ Χριστοῦ λόγος εἰπών· Ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε, κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὸ πλέον ἡμῖν τῶν ἐνταῦθα συλλεγομένων, καὶ παιδοτροφίαν, καὶ γυναικὸς ἐπιμέλειαν, καὶ οἰκίας πρόνοιαν ἀνεδέξαντο, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἂν ἀνάσχοιντο ὅλους ἑαυτοὺς δοῦναι τῷ πόνῳ τούτῳ, πρὸς γοῦν τὸ λαβεῖν τὰ παρ᾽ ἑτέρων συλλεγέντα διανάστητε, καὶ τοσαύτην ἀπονείματε σπουδὴν τῇ τῶν λεγομένων ἀκροάσει, ὅσην τῇ τῶν χρημάτων συλλογῇ. Εἰ γὰρ καὶ αἰσχρὸν τοσαύτην ἀπαιτῆσαι παρ᾽ ὑμῶν μόνην, ἀλλ᾽ ἀγαπητὸν ἄν· τοσαύτην γοῦν δότε, καὶ γὰρ ἐντεῦθεν τὰ μυρία ἔφυ κακὰ, ἀπὸ τῆς τῶν γραφῶν ἀγνοίας· ἐντεῦθεν ἡ πολλὴ τῶν αἱρέσεων ἐβλάστησε λύμη, ἐντεῦθεν οἱ ἠμελημένοι βίοι, ἐντεῦθεν οἱ ἀκερδεῖς πόνοι· ὥσπερ γὰρ οἱ τοῦ φωτὸς τούτου ἐστερημένοι οὐκ ἂν ὀρθὰ βαδίσαιεν, οὕτως οἱ πρὸς τὴν ἀκτῖνα τῶν θείων μὴ βλέποντες γραφῶν πολλὰ ἀναγκάζονται καὶ συνεχῶς ἁμαρτάνειν, ἅτε δὴ ἐν σκότῳ χαλεπῷ βαδίζοντες· ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, ἀνοίξωμεν τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς τὴν λαμπηδόνα τῶν ἀποστολικῶν ῥημάτων. Καὶ γὰρ ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἔλαμψεν ἡ τούτου γλῶττα, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐπλεονέκτησε τῷ τῆς διδασκαλίας λόγῳ. Ἐπειδὴ γὰρ περισσότερον αὐτῶν ἐκοπίασε, πολλὴν καὶ τοῦ πνεύματος ἐπεσπάσατο τὴν χάριν. Καὶ τοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν ἐπιστολῶν ἰσχυρίζομαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν πράξεων. Εἰ γάρ που δημηγορίας ἦν καιρὸς, αὐτῷ πανταχοῦ παρεχώρουν· διὸ καὶ Ἑρμῆς εἶναι ἐνομίζετο παρὰ τοῖς ἀπίστοις, διὰ τὸ τοῦ λόγου κατάρχειν. Μέλλοντας δὲ εἰς τὴν ἐπιστολὴν κατιέναι ταύτην, ἀναγκαῖον καὶ τὸν χρόνον εἰπεῖν καθ᾽ ὃν ἐγράφη· οὐδὲ γὰρ, ὥσπερ οἱ πολλοὶ νομίζουσι, πρὸ πασῶν τῶν ἄλλων ἐστὶν, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀπὸ Ῥώμης γραφεισῶν προτέρα πασῶν, τῶν δὲ ἄλλων προτέρα, εἰ καὶ μὴ πασῶν· καὶ γὰρ αἱ πρὸς Κορινθίους ἀμφότεραι πρὸ ταύτης εἰσὶν ἀπεσταλμέναι. Καὶ τοῦτο δῆλον ἀφ᾽ ὧν ἐν τῷ τέλει αὐτῆς ἔγραψεν, οὑτωσὶ λέγων, Νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ διακονῶν τοῖς ἁγίοις, εὐδόκησε γὰρ Μακεδόσι καὶ Ἀχαΐᾳ κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι εἰς τοὺς πτωχοὺς τῶν ἁγίων τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ. Κορινθίοις δὲ ἐπιστέλλων ἔλεγεν, Ἐὰν ᾖ ἄξιον τὸ κἀμὲ πορεύεσθαι, σὺν ἐμοὶ πορεύσονται, περὶ τῶν ἀποκομιζόντων ἐκεῖσε τὰ χρήματα, ταῦτα λέγων· Ὅθεν δῆλον ἡνίκα μὲν ἀπέστελλε Κορινθίοις, ἀμφίβολον ἦν τὸ τῆς τοιαύτης ἀποδημίας αὐτοῦ. Ὅτε δὲ Ῥωμαίοις ἦν κεκυρωμένον λοιπόν· τούτου δὲ ὁμολογημένου κἀκεῖνο δῆλον, ὅτι αὕτη μετ᾽ ἐκείνας ἡ ἐπιστολή. Καὶ ἡ πρὸς Θεσσαλονικεῖς δὲ ἐμοὶ δοκεῖ, προτέρα τῆς πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς εἶναι· καὶ γὰρ ἐκείνοις πρότερον ἀποστείλας, καὶ τὸν τῆς ἐλεημοσύνης πρὸς αὐτοὺς κινήσας λόγον, ὅτε ἔλεγε, Περὶ δὲ τῆς φιλαδελφίας οὐ χρείαν ἔχετε γράφειν ὑμῖν, αὐτοὶ γὰρ θεοδίδακτοί ἐστε, εἰς τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλους, καὶ γὰρ ποιεῖτε αὐτὸ εἰς πάντας τοὺς ἀδελφοὺς, τότε Κορινθίοις ἐπέστελλε, καὶ τοῦτο αὐτὸ δηλοῖ λέγων, Οἶδα γὰρ τὴν προθυμίαν ὑμῶν, ἣν ὑπὲρ ὑμῶν καυχῶμαι Μακεδόσιν, ὅτι Ἀχαΐα παρεσκεύασται ἀπὸ πέρυσι, καὶ ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος ἠρέθισε τοὺς πλείονας· ἐξ ὧν ἔδειξεν ὅτι πρώτοις ἐκείνοις περὶ τούτου διελέχθη· τούτων μὲν οὖν ὑστέρα τῶν ἐπιστολῶν αὕτη. Τῶν δὲ ἀπὸ Ῥώμης πρώτη, οὐδέπω γὰρ τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἐπιβὰς ἦν ἡνίκα ταύτην ἔγραφε τὴν ἐπιστολήν· καὶ τοῦτο δηλοῖ λέγων, Ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ ὑμῖν χάρισμα πνευματικόν. Ἀπὸ Ῥώμης δὲ Φιλιππησίοις ἐπέστελλε, διό φησι, τοὺς ἀπὸ τῆς Ἰταλίας ἀσπάζεσθαι πάντας αὐτούς. Καὶ τὴν πρὸς Τιμόθεον δὲ ἐπιστολὴν καὶ αὐτὴν ἀπὸ Ῥώμης δεδεμένος ἔπεμψεν, ἣ καὶ ἐσχάτη μοι δοκεῖ πασῶν τῶν ἐπιστολῶν εἶναι, καὶ δῆλον ἀπὸ τοῦ τέλους, Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκεν· ὅτι δὲ ἐκεῖ τὸν βίον κατέλυσε παντί που δῆλόν ἐστιν. Ἡ δὲ πρὸς Φιλήμονα ἐσχάτη μὲν καὶ αὐτὴ, πρὸς γὰρ ἐσχάτῳ γήρᾳ αὐτὴν ἔγραψε, διὸ καὶ ἔλεγεν, ὡς Παῦλος πρεσβύτης, νυνὶ δὲ καὶ δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τῆς μέν τοι πρὸς Κολασσαεῖς προτέρα· καὶ τοῦτο ἀπὸ τοῦ τέλους δῆλόν ἐστι· Κολασσαεῦσι γὰρ γράφων φησὶ, ὅτι Τυχικὸς πάντα γνωρίσει ὑμῖν, ὃν ἔπεμψα σὺν Ὀνησίμῳ τῷ πιστῷ καὶ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ. Ὀνήσιμος δὲ οὗτος ἦν, ὑπὲρ οὗ τὴν πρὸς Φιλήμονα ἐπιστολὴν συνέθηκε. Καὶ ὅτι οὐκ ἦν ἄλλος ὁμώνυμος ἐκείνῳ οὗτος, δῆλον ἀπὸ τοῦ Ἀρχίππου· ὃν γὰρ ἔλαβε συνεργὸν ἐν τῇ πρὸς Φιλήμονα ἐπιστολῇ, τῆς παρακλήσεως τῆς ὑπὲρ Ὀνησίμου, τοῦτον καὶ παρὰ Κολασσαεῦσι ἐπιστέλλων διεγείρει λέγων, Εἴπατε Ἀρχίππῳ, βλέπε τὴν διακονίαν, ἣν παρέλαβες, ἵνα αὐτὴν πληροῖς. Δοκεῖ δέ μοι καὶ ἡ πρὸς Γαλάτας προτέρα εἶναι τῆς πρὸς Ῥωμαίους. Εἰ δὲ ἐν τοῖς βιβλίοις ἑτέραν ἔχουσι τάξιν, θαυμαστὸν οὐδέν· ἐπεὶ καὶ οἱ Προφῆται οἱ δώδεκα, οὐκ ἐφεξῆς, ἀλλὰ πολλῷ διεστηκότες ἀλλήλων ἐν τῇ τῶν βιβλίων τάξει ἐφεξῆς εἰσι κείμενοι· ὁ γοῦν Ἀμὼς καὶ Ζαχαρίας καὶ Ἄγγαιος μετὰ τὸν Ἰεζεκιὴλ καὶ Δανιὴλ προεφήτευσαν. Καὶ πάλιν μετὰ τὸν Ἰωνᾶν καὶ Σοφωνίαν, καὶ τοὺς ἄλλους δὲ ἅπαντας, ἀλλ᾽ ὅμως συνημμένοι πᾶσίν εἰσιν ἐκείνοις, ὧν τοσοῦτον τῷ χρόνῳ διεστήκασιν. Μηδεὶς δὲ πάρεργον ἡγείσθω τοῦτον τὸν πόνον, μηδὲ περιεργίας περιττῆς τὴν τοιαύτην ἔρευναν· συντελεῖ γὰρ ἡμῖν πρὸς τὰ ζητούμενα οὐ μικρὸν ὁ τῶν ἐπιστολῶν χρόνος· ὅταν γὰρ ἴδω Ῥωμαίοις καὶ Κολασσαεῦσιν, ὑπὲρ τῶν αὐτῶν μὲν ἐπιστέλλοντα, οὐχ ὁμοίως δὲ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν, ἀλλ᾽ ἐκείνοις μὲν μετὰ πολλῆς τῆς συγκαταβάσεως, ὅταν λέγῃ, Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν· ὃς μὲν πιστεύει πάντα φαγεῖν, ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει. Καὶ Κολασσαεῦσι δὲ οὐχ οὕτως περὶ τῶν αὐτῶν, ἀλλὰ μετὰ πλείονος παῤῥησίας, εἰ γὰρ ἀπεθάνετέ, φησι, σὺν Χριστῷ, ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε, μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς, ἅτινά ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει, οὐκ ἐν τιμῇ τινὶ πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκὸς οὐδὲν ἄλλο αἴτιον εὑρίσκω τῆς διαφορᾶς ταύτης, ἢ τὸν τῶν γραμμάτων χρόνον. Ἐν ἀρχῇ μὲν γὰρ συγκαταβαίνειν ἔδει, μετὰ δὲ ταῦτα οὐκέτι· καὶ πολλαχοῦ τοῦτο ἄν τις εὕροι ποιοῦντα αὐτόν· οὕτω καὶ ἰατρὸς καὶ διδάσκαλος ποιεῖν εἰώθασιν· οὔτε γὰρ τοῖς ἐξ ἀρχῆς νοσοῦσιν ἰατρὸς καὶ τοῖς πρὸς τὸ τέλος ὑγείας ἐλθοῦσιν, οὔτε τοῖς ἐξ ἀρχῆς μανθάνουσι παιδίοις ὁ διδάσκαλος, καὶ τοῖς τῶν τελειοτέρων δεομένοις διδαγμάτων, ὁμοίως χρήσαιντο. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἐξ αἰτίας τινὸς καὶ ὑποθέσεως κινούμενος ἐπέστελλε, καὶ δηλοῖ τοῦτο Κορινθίοις μὲν λέγων, Περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι, καὶ Γαλάταις δὲ ὁμοίως, ἐκ τοῦ προοιμίου καὶ τῆς ἐπιστολῆς ἁπάσης τοῦτο ἐμφαίνων. Τούτοις δὲ τίνος ἕνεκεν

καὶ

καὶ διὰ τί; καὶ γὰρ φαίνεται μαρτυρῶν αὐτοῖς, ὅτι μεσοί εἰσιν ἀγαθωσύνης, πεπληρωμένοι πάσης τῆς γνώσεως, δυνάμενοι καὶ ἄλλους νουθετεῖν. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἐπέστελλε; διὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ φησι τὴν δοθεῖσάν μοι, εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ· διὸ καὶ ἐν ἀρχῇ ἔλεγεν, Ὀφειλέτης εἰμὶ τὸ κατ᾽ ἐμὲ πρόθυμον καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι· καὶ γὰρ τὰ εἰρημένα, οἷον ὅτι δύνανται καὶ ἄλλους νουθετεῖν· καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἐγκωμίου μᾶλλόν εἰσι καὶ προτροπῆς, καὶ ἀναγκαῖα καὶ ἡ διὰ τῶν γραμμάτων διόρθωσις, καὶ τούτοις ἦν· ἐπειδὴ γὰρ οὔπω παραγενόμενος ἦν, διπλῇ ῥυθμίζει τοὺς ἄνδρας, καὶ τῇ τῶν γραμμάτων ὠφελείᾳ, καὶ τῇ τῆς παρουσίας προσδοκίᾳ· τοιαύτη γὰρ ἦν ἡ ἁγία ψυχὴ, πᾶσαν περιελάμβανε τὴν οἰκουμένην, καὶ ἐν αὐτῷ περιέφερεν ἅπαντας, καὶ συγγένειαν μεγίστην τὴν κατὰ Θεὸν εἶναι νομίζων, καὶ ὥσπερ πάντας αὐτοὺς ἀποτεκὼν, οὕτως ἐφίλει· μᾶλλον δὲ πατρὸς παντὸς μείζονα ἐπεδείκνυτο φιλοστοργίαν· τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις νικᾷ τὰς σαρκικὰς ὠδῖνας, καὶ θερμότερον ἐπιδείκνυται τὸν πόθον. Καὶ τοῦτο μάλιστά ἐστιν ἰδεῖν ἐπὶ τῆς ψυχῆς Παύλου, ὃς καθάπερ πτηνός τις ὑπὸ τῆς ἀγάπης γενόμενος, ἅπαντας περιείησι συνεχῶς, οὐδαμοῦ μένων οὐδ᾽ ἱστάμενος· ἐπειδὴ γὰρ ἤκουσε τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, Πέτρε, εἰ φιλεῖς με, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου, καὶ τοῦτο μέγιστον ὅρον ἐκφέροντος ἀγάπης, μεθ᾽ ὑπερβολῆς αὐτὸν ἐπεδείκνυτο· τοῦτον οὖν καὶ ἡμεῖς ζηλώσαντες, εἰ καὶ μὴ τὴν οἰκουμένην, μηδὲ πόλεις ὁλοκλήρους καὶ ἔθνη, ἀλλὰ τὴν οἰκίαν ἕκαστος ῥυθμιζέτω τὴν ἑαυτοῦ, τὴν γυναῖκα, τὰ παιδία, τοὺς φίλους, τοὺς γείτονας. Καὶ μή μοι λεγέτω τὶς, ὅτι ἄπειρός εἰμι καὶ ἰδιώτης· οὐδὲν ἀμαθέστερον Πέτρου, οὐδὲν ἰδιωτικώτερον Παύλου, καὶ τοῦτο αὐτὸς ὁμολογεῖ καὶ οὐκ αἰσχύνεται λέγων, εἰδὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ᾽ οὐ τῇ γνώσει· ἀλλ᾽ ὅμως ὁ ἰδιώτης οὗτος, καὶ ὁ ἀμαθὴς ἐκεῖνος, μυρίους ἐνίκησαν φιλοσόφους, μυρίους ἐπεστόμησαν ῥήτορας, ἀπὸ τῆς αὐτῶν προθυμίας καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, τὸ πᾶν ἐργασάμενοι. Τίνα οὖν ἕξωμεν ἀπολογίαν ἡμεῖς, οὐδὲ τοῖς συνοικοῦσιν ὄντες χρήσιμοι; σκῆψις ταῦτα καὶ πρόφασις· οὐδὲ γὰρ ἀμαθία καὶ ἀπαιδευσία κωλύει τὴν διδασκαλείαν, ἀλλὰ νωθρεία καὶ ὕπνος· τοῦτον οὖν ἀποτιναξάμενοι τὸν ὕπνον, μετὰ πάσης σπουδῆς ἀντεχώμεθα τῶν οἰκείων μελῶν, ἵνα καὶ ἐνταῦθα πολλῆς ἀπολαύσωμεν τῆς γαλήνης, κατὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον τοὺς ἡμῖν ἐπιτηδείους ῥυθμίζοντες, καὶ ἐκεῖ μυρίων μετάσχωμεν ἀγαθῶν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΠΑΥΛΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ.

ΤΑΥΤΗΝ ἐπιστέλλει ἀπὸ Κορίνθου, μήπω μὲν ἑωρακὼς Ῥωμαίους, ἀκούων δὲ περὶ αὐτῶν, καὶ ἐπιποθῶν αὐτοὺς ἰδεῖν. Καὶ πρῶτον μὲν ἀποδέχεται τὴν πίστιν αὐτῶν καταγγελλομένην ὁρῶν πανταχοῦ. Ἔπειτα σημαίνει πολλάκις ἑαυτὸν προθέμενον ἐλθεῖν, διὰ τὸν εἰς αὐτοὺς πόθον, καὶ τέως μὴ δεδυνῆσθαι. Καὶ λοιπὸν διδασκαλικὴν τὴν ἐπιστολὴν ποιεῖται περὶ κλήσεως ἐθνῶν, καὶ ὅτι ἡ περιτομὴ ἕως καιροῦ ἦν, καὶ νῦν πέπαυται, καὶ ὅτι διὰ τοῦ Χριστοῦ λέλυται τὸ παράπτωμα τοῦ Ἀδὰμ, καὶ ἡ σκιὰ τοῦ νόμου παρῆλθε. Τὴν μὲν οὖν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν ἀκολούθως γεγενῆσθαι κατασκευάζει, οὕτως ἀποδείκνυσι πᾶσιν ἀνθρώποις ἔμφυτον εἶναι τὸν νόμον, καὶ πάντας ἀδιδάκτῳ τε τῇ φύσει, καὶ ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς κτίσεως δύνασθαι γινώσκειν τὸν Θεόν. Διὸ καὶ εἰκότως αἰτιᾶται πρῶτον Ἕλληνας, ὡς τοῦ μὲν Θεοῦ φανερώσαντος αὐτοῖς ἐκ τῶν ποιημάτων αὐτοῦ τοῦ κόσμου, τὴν περὶ αὐτοῦ γνῶσιν, καὶ τῆς ἀϊδίου δυνάμεως αὐτοῦ, ἐν ᾧ καὶ δι᾽ οὗ τὰ πάντα πεποίηκεν· αὐτοὺς δὲ ἐγνωκέναι μὲν ἐκ τῶν κτισμάτων, εἶναι Θεὸν τὸν τούτων δημιουργὸν, τὰ δὲ ποιήματα θεοποιήσαντας, καὶ τῇ κτίσει μᾶλλον ἢ αὐτῷ λατρεύσαντας. Αἰτιᾶται δὲ καὶ Ἰουδαίους, ὡς μὴ φυλάξαντας τὸν νόμον, ἀλλὰ μᾶλλον διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάσαντας, καὶ οὕτως ἀμφότερα τὰ μέγιστα, Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας συγκλείει, καὶ ἐλέγχει ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ· ἵνα δείξῃ, ὅτι ἴσοι γενόμενοι πάντες, ἐπ᾽ ἴσοις οἱ πάντες ὡς ὑπεύθυνοι τοῦ λυτρουμένου δέονται· τῆς δὲ χάριτος καὶ λυτρώσεως ἐπ᾽ ἴσης τοῖς Ἰουδαίοις γενομένης καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη, εἰκότως καὶ ἡ κλῆσις γέγονε τῶν ἐθνῶν· τῆς δὲ κλήσεως τῶν ἐθνῶν γενομένης, ἐξ ἀνάγκης πέπαυται ἡ περιτομὴ, καὶ ἡ ἐν τῷ νόμῳ σκιά· ὁ γὰρ Ἀβραὰμ, φησὶν, οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλὰ πρὸ τῆς περιτομῆς δικαιωθεὶς, μετωνομάσθη μὲν Ἀβραὰμ, ὅτι πατὴρ πολλῶν ἐθνῶν ἔμελλεν εἶναι, κατὰ τὴν ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστιν· ἔλαβε δὲ μετὰ τὸ δικαιωθῆναι καὶ τὴν περιτομὴν ἐν σαρκὶ, ἵνα σημεῖον ᾖ τοῖς κατὰ σάρκα γενομένοις ἐξ αὐτοῦ, παύσασθαί ποτε τὴν περιτομὴν, ὅτ᾽ ἂν τὰ ἔθνη γένηται τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ, ἀρξάμενα πολιτεύεσθαι κατὰ τὴν πίστιν τοῦ Ἀβραὰμ, ἐν ᾗ ἐδικαιώθη, ὅτε ἦν ἐν ἀκροβυστίᾳ· τούτων γὰρ χάριν καὶ μετωνομάσθη Ἀβραάμ. Ἀνάγκη δὲ, ἐλθόντων τῶν σημαινομένων, παύσασθαι τὸ σημαῖνον· εἰ μὲν οὖν τὰ ἔθνη ἀναγκάζουσι περιτέμνεσθαι, παυέτωσαν καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ καλείσθω Ἄβραμ· εἰ δὲ Ἀβραὰμ παρὰ Θεοῦ μετωνομάσθη, οὐ δεῖ περιτέμνεσθαι τὰ ἔθνη, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ αὐτοὺς ἔτι τοὺς κατὰ σάρκα Ἰουδαίους, ἵνα ᾖ τὸ ὄνομα βέβαιον, καὶ πατὴρ ἐθνῶν πολλῶν καλεῖται· καὶ γὰρ οὐ χρείαν ἔχει τὶς λοιπὸν περιτέμνεσθαι, ἀρκούμενος τῇ πίστει τοῦ Ἀβραὰμ, οὐδὲ τῆς ἄλλης δὲ τῆς ἐν τῷ νόμῳ σκιᾶς· οὐ γὰρ ἐκ τούτων, ἀλλ᾽ ἐκ πίστεως δικαιοῦταί τις, καθάπερ καὶ Ἀβραάμ. Ταῦτα οὕτως κατασκευάσας, ἀποδείκνυσι πάλιν· ὅτι ἄλλως οὐκ ἂν γένοιτο λύτρωσις καὶ χάρις τῷ Ἰσραὴλ, καὶ τοῖς ἔθνεσιν, εἰ μὴ διαλυθῇ ἡ ἀρχαία ἁμαρτία τοῦ Ἀδὰμ, ἡ εἰς πάντας γενομένη· δι᾽ ἄλλου δὲ μὴ δύνασθαι αὐτὴν ἐξαλειφθῆναι φησὶ, ἢ διὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ· οὐ γὰρ δυνατὸν ἦν, ἄλλον λῦσαι τὸ παράπτωμα· δι᾽ αὐτοῦ γὰρ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἡ κατάρα γέγονεν. Εἶτα γράφει, ὅτι ἄλλως τοῦτο οὐ μὴ γένηται, εἰ μὴ σῶμα φορέσῃ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ γένηται ἄνθρωπος, ἵνα τοῦτο προσενέγκας ὑπὲρ πάντων, τοὺς πάντας ἐλευθερώσῃ ἀπὸ τοῦ θανάτου, καὶ ὥσπερ δι᾽ ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν, οὕτω καὶ δι᾽ ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ χάρις γένηται. Καὶ λοιπὸν ὡς καλὸς οἰκονόμος, τοὺς μὲν Ἰουδαίους παραμυθεῖται, ὅτι οὐ παραβάται γίνεσθε τοῦ νόμου, ἐὰν εἰς Χριστὸν πιστεύσητε· τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν παρεγγυᾷ μὴ ἐπαίρεσθαι κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ γινώσκειν ὅτι ὡς κλάδοι ἐπ᾽ ἐκείνους ὡς ἐπὶ τὴν ῥίζαν ἐνεκεντρίσθησαν. Μετὰ δὲ ταῦτα παραινετικοὺς λόγους εἰς τὰ ἤθη διδάξας, τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν.

IN EPISTOLAM PAULI *AD ROMANOS ARGUMENTUM PER* DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

JAM quo res sit dilucidior, argumentum Epistolæ paucis explicandum. Atque ut exordiar ab ipso nomine, quanquam me non fugit Hieronymum in *Commentariis*, quos scripsit in Epistolam ad Philemonem, in hac esse sententia, ut existimet Apostolum prius vocatum *Saulum*, *Pauli* vero cognomen ceu trophæum usurpasse a *Sergio Paulo* proconsule, quem Christo lucrifecit: quemadmodum legimus in Actis Apostolorum capite decimo tertio. Rursus alios esse, quibus placet in Judaismo dictum *Saulum*, mutata Religione simul & nomen mutasse. Sed alteram minus probabilem facit, quod Lucas hoc ipso, quod modo citavimus, capite scribit: *Saulus qui & Paulus repletus Spiritu sancto*; haud obscure declarans eum binominem fuisse, prius quam Sergius Paulus esset conversus. Alteram plane refellit: quod quum aliis aliquot locis, tum in eodem capite, *Saulus* dicitur, jam Christi prædicans Evangelium: *Dixit illis Spiritus sanctus, Segregate mihi Saulum & Barnabam.* Proinde mihi vero propior videtur Origenis opinio, quemadmodum in veteris Instrumenti libris aliquot comperimus diversis nominibus notatos, velut *Idida* dictum, qui alias vocatus est *Salomon*: & *Oziam* alicubi dictum, qui alibi sit *Azarias*. Item in Evangelicis litteris, *Lucæ* dictum *Levi*, qui se in suo Evangelio *Matthæum* nominat: ita *Paulo* geminum fuisse vocabulum: quanquam ipse in suis Epistolis se nunquam *Saulum* appellat, sed ubique *Paulum*: fortassis ob id, quod *Pauli* vocabulum Græcorum ac Romanorum, ad quos scribebat, auribus esset familiarius. *Saulus* enim sic a *Saul* Hebræa voce deflexum apparet, ut Græci a *Joseph Josephum* deflexerunt. *Paulus* autem Hebræis sonat *mirabilem*, si tamen ferendum putamus, Romanæ seu Græcanicæ vocis etymologiam a peregrina lingua peti. Quod tamen Hieronymus quum alicubi in aliis reprehendat, hîc sibi permittit, opinor, ut in re non admodum seria. Certe Græcis sonat *quietum*, Latinis *pusillum*. *Saul* Hebræis sonat *postulatum*, & si Ambrosio credimus, *inquietudinem* sive *tentationem*. Atque hæc quidem de ratione nominis, ut in argumento pene plus satis.

Cæterum dictavit hanc Epistolam, excipiente Tertio, quod is quoque in calce Epistolæ testatur, adjiciens: *Saluto vos ego Tertius, qui scripsi Epistolam in Domino.* Missam apparet e Corintho per Phœben fœminam Cenchreensem. Est autem Cenchreæ portus Corinthiorum, haud procul ab urbe dissitus. Quod si tempus quoque requiratur, scriptam apparet post utramque ad Corinthios Epistolam: unde putant in hac absolutæ jam & confirmatæ pietatis argumenta potissimum elucere: id temporis quum peragrata jam Achaja, in qua Corinthus est, & huic finitima Macedonia, usque ad Illyricum, ac non solum prædicato ubique Christi Evangelio, in his duntaxat locis, in quibus aliorum Apostolorum nemo prædicaverat, verum etiam juxta Petri monita, collecta a suis aliquanta pecunia in subsidium pauperum, adornaret iter Hierosolymam, ut exhibito quod acceperat, illinc proficisceretur in Hispaniam, Roma iter facturus, atque illic obiter salutaturus Christianos, de quorum fide ac religione audierat, quum ipsos nondum vidisset. Acciderat enim illis diversum quiddam atque Galatis. Siquidem hi primum recte a Paulo instituti, postea fraude Pseudapostolorum circumventi sunt, & retracti in Judaismum. Contra Romani primum male instituti a Pseudapostolis, simul atque pro sua prudentia senserant fraudem, resipuerunt, & in eo, quod rectum esse cognoverunt, perseverabant. Nam in Ecclesiæ nascentis primordiis erant qui existimarent, Evangelii gratiam, quoniam Abrahæ posteris & Judaicæ genti peculiariter promissa videbatur, non esse propagandam in profanas gentes, & simulacrorum ac Dæmonum cultui deditas. In qua sententia & Petrum apparet fuisse, qui viso monendus erat, ut Cornelium centurionem admitteret: quo nomine mox illi exhibitum est negotium Hierosolymis, expostulantibus his qui ex Judaismo conversi fuerant ad Christum, quod cum incircumcisis habuisset commercium: atque in his probabile est & Apostolos aliquot fuisse. Sic enim legimus in Actis capite undecimo: *Audierunt autem Apostoli & fratres qui erant in Judæa, quoniam & gentes receperunt verbum Dei. Quum autem adscendisset Petrus Hierosolymam, disceptabant adversus illum qui erant ex circumcisione, dicentes: Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis?* Erant rursus, qui licet non existimarent Gentes prorsus arcendas ab Evangelii consortio, non admittendas tamen ducebant nisi circumciderentur ritu Judaico: perinde quasi Christus egeret adminiculo Legis Mosaicæ: simul ut Evangelii gloriam in suam gentem transferrent. Et in Actis Apostolorum capite undecimo proditum est, eos, qui ob persequutionem, quæ accidit a morte Stephani, profugerant in Phœnicen, in Cyprum, & in Antiochiam, nemini prædicasse Christum nisi solis Judæis. Rursus capite decimo quinto, quidam Judæi veniunt Antiochiam, palam adversus Paulum & Barnabam, prædicantes non esse spem salutis, nisi juxta Moysis præscriptum circumciderentur. Tantusque tumultus per hos concitatus est, ut coacto Concilio decretum sit, ut Paulus & Barnabas una cum adversariis Hierosolymam irent, & lis Apostolorum ac Seniorum arbitrio componeretur. Atque illic rursum acriter obnitentibus nonnullis, præsertim factionis Pharisaicæ Christianis, cujus fuerat & Paulus, coacta est Synodus Apostolorum & Seniorum, ac Petri Jacobique auctoritate decretum est, ne Gentes onerarentur Lege Mosaica, tantum temperarent ab esu suffocati animantis, a sanguine, a carnibus simulacro immolatis, & a stupris. Quod tamen pro ratione temporum invincibili Judæorum superstitioni datum esse vel illud argumento est, quod tria illa jam olim videmus esse sublata ac prorsus abolita. Ex eodem fonte nata est illa Pauli cum Petro concertatio Antiochiæ, quum Gentium Apostolus cernens suos ob Petri simulationem periclitari, palam illum redarguit, quemadmodum refert ipse in Epistola ad Galatas capite secundo. Rursum Hierosolymis auctore Jacobo, quo purgaret jam inter Judæos sparsum rumorem, quod retrahere videretur a Lege Mosaica, cum cæteris calvitium induxit capiti, & juxta ritum Judaicum purgatus munus obtulit in templo, sicuti refert Lucas Actorum capite vigesimo primo. Quo quidem ex loco videtur Jacobus, tametsi Gentes prius onere Legis Mosaicæ propemodum liberasset, esse tamen in hac sententia, ut putaret a Judæis exigendam esse Legis observationem, vel in hoc ut placarentur ii, qui nondum sic profecerant in Evangelica veritate, ut possent omnino patrios ritus contemnere. Sic enim loquitur, ut est conjectandum multitudinis congregatæ nomine, Jacobus: *Et scient omnes, quia quæ de te audierunt, falsa sunt, sed ambulas & ipse custodiens Legem.* Nec alia de causa, opinor,

opinor, totondit caput ex voto Cenchreis, capite decimo octavo. Consimili necessitate circumcidit Timotheum, capite decimo sexto: quum esset matre quidem Judæa natus, sed patre Ethnico. Tantæ molis erat ex Judæo facere Christianum. Est enim ei genti peculiaris quædam pertinacia, nec ulla fuit unquam suæ religionis tenacior: ut eleganter docet Josephus in apologia *Judaicarum Antiquitatum*. Ad hæc ut Judæorum natio tum omnibus orbis nationibus erat peculiariter invisa, ita vicissim omnes exsecrabantur illi, ceu impuros, profanos, & impios: adeo ut nec congressu dignarentur, & templum suum pollui crederent, si quis forte incircumcisus esset ingressus. Tantum erat præcisæ pelliculæ supercilium. Quum igitur spes non esset fore, ut Græci Romanique Legem invisam reciperent, & incredibili pertinacia reclamarent Judæi, Paulus intelligens periculum esse, ne tam exitiabili dissidio magna ex parte periret Evangelii fructus, & Christi gloria Mosaici nominis obscuraretur admixtu, hoc in primis agit ubique, ut Legis ceremonias abroget atque antiquet, omnemque salutis adipiscendæ fiduciam in unum Christum transferat. Sicut autem Galatas acriter, sed tamen amanter objurgat, quod essent in Judaismum adducti: ita Romanos præmunit & instruit, ne ab Pseudapostolis, quos sciebat nusquam cessare, illaqueentur incauti: sed in recta doctrina, quam amplecti cœpissent, persisterent. Erat enim Romæ ingens Judæorum numerus, sive illuc a Pompejo translatus, sive quod jam Romanorum esset provincia Judæa: quorum superstitio crebro & apud Juvenalem atque Horatium & apud Senecam notatur. Cum quibus & Paulo multum negotii fuisse, postea quam Romam pervenisset, testatur extremum caput Actorum Apostolicorum.

Ac miro consilio singularis artifex in hac Epistola sermonem temperat inter Judæos & Gentes, dum studet omnes omnibus modis ad Christum pellicere, neque vult, si fieri possit, quemquam omnino mortalium perire suo duci cui militabat. Itaque nunc hos objurgat, nunc illos: nunc rursus erigit ac sublevat. Gentium supercilium deprimit, ostendens nihil illis profuisse neque naturæ legem, neque philosophiam, cujus professione tumebant, quo minus in omne scelerum dedecus prolaberentur. Rursum Judæorum arrogantiam coërcet, qui Legis fiducia perdidissent id quod erat totius Legis caput, fidem in Christum Jesum: docens Legis ceremonias antiquatas esse, jam coruscante Christi Evangelio, quem Legis umbræ delinearant, abrogata jam otia sabbatorum, circumcisionis injuriam, calendarum recursus, ter quotannis redeuntes ferias, delectum ciborum, in singulos dies iterum sordidanda lavacra, pecudum innoxiarum lanienam, templi religionem assiduis inquinati cædibus. Has rerum umbras emicante luce veritatis evanescere. Veros esse filios Abrahæ, qui fidem Abrahæ referrent: vere Judæos esse, qui Christum profiterentur: vere circumcisos, qui mentem haberent a fœdis cupiditatibus repurgatam: veram justitiam ac perfectam salutem citra Legis auxilia per Evangelium ac solam fidem in Christo conferri ex æquo omnibus: licet ea salus peculiariter olim esset promissa Judæis: sed ita his promissa, ut Prophetæ non tacuerint, fore ut illis rejicientibus ad Gentes prædicatio Christi propagaretur. Per Legem Mosaicam veram justitiam nulli contingere, sed per fidem: idque docet tum exemplo Abrahæ, tum variis ipsius Legis testimoniis. Et ad eum modum detracto utrisque supercilio, adempta utrisque fiducia sui, omnes æquat in negotio fidei Evangelicæ, ita gratulans saluti Gentium, ut suæ gentis cæcitatem paterno deploret affectu, licet illam ubique pertinacissime infensam experiretur: atque id per se durum ita mitigat, ut dicat nec omnes excæcatos, & fore ut aliquando resipiscat Judæorum natio, fide Gentium provocata. Atque hîc obiter varia multiplexque doctrina de præfinitis sive de prædestinatis, de præscitis, de vocatis, de gratia & merito, & libero arbitrio, de divino consilio nobis inscrutabili, de lege naturæ, de lege Moysis, de lege peccati.

Varii item allegoriarum fontes, dum duos facit Adam: alterum, quo nascimur juxta carnem mortales: alterum, quo renascimur immortales futuri. Duos homines, internum, & externum: internum, spiritui & rationi parentem: externum, cupiditatibus & affectibus obnoxium: quorum priorem, aliquando *spiritum* appellat: posteriorem, interim *corpus* sive *membra*, interim *carnem*, aliquoties *legem peccati* vocat. Duplicem mortem, corporis, & animi: & tertiam, qua morimur peccato & peccandi affectibus. Triplicem item vitam, qua vivimus corpore, qua animo, & qua vivimus justitiæ & peccato. Duplicem servitutem aut libertatem, qua vicissim vel innocentiæ servimus, emancipati a peccatis: vel peccatis servimus, liberi a justitia. Duplicem Judaismum: duplicem circumcisionem: geminos posteros Abrahæ: duas partes Legis Mosaicæ, carnalem, veluti corpus, spiritualem, velut animam Legis. Duplicem baptismum: quo primum abluimur a peccatis pristinis, sacro lavacro: & quo Christo commorimur, abdicatis mundi affectibus. Duplicem sepulturam: corporalem, qua triduo sepultus est Christus: & spiritualem, qua nos semoti a mundi vitiis requiescimus in illo. Duplicem resurrectionem: alteram, quæ præcessit in Christo, in nobis sequutura: alteram, qua nos a peccatis pristinis redivivi progredimur a virtute ad virtutem, hac parte quoad licet futuram immortalitatem meditantes. Duplicem justitiam, Dei, & hominum. Duplex judicium, Dei, & hominum. Duplicem gloriam sive laudem, apud Deum, & apud homines.

His dissertis, transit ad locum moralem: in primis adhortans ad mutuam concordiam, exemplo membrorum corporis. Et quoniam pax constare non potest, ubi fastus est aut livor, obsecrat, ut obsequiis mutuis mutuum amorem alant foveantque: Romanos, ut Judæorum infirmitatem ex diutina Legis assuetudine relictam ferant: contra, Judæos, ne Gentibus in Evangelii consortium adscitis invideant, sed illorum fidem ac libertatem potius æmulentur: & quum idem sit omnium Deus, idem Christus, eadem gratia, idem præmium, omnes in unum corpus coalescant, neque quisquam sibi arroget quicquam: sed si qua dote præcellat aliquis, eam ad fratris opem accommodet. Atque hunc locum varie tractat, docens, quales se præstare debeant erga Judæos incredulos, quales erga Christianos superstitiosiores, sive, ut ipse vocat, *infirmos*: quales erga superiores, quales erga inferiores, quales erga pares, quales erga Principes ac Magistratus Ethnicos, sed suo utcunque fungentes officio: quales in prosperis, quales in adversis. Deinde rursum laude Romanorum, mitigat admonitionis acerbitatem, & suam apud illos auctoritatem commendat, commemorans quanto plus cæteris promoverit in Evangelio Christi: declarat quanta teneatur illos videndi cupiditate, & spem facit sui adventus: cur eum differre cogatur, aperit, laudans spontaneam Macedonum & Corinthiorum in pauperes sanctos liberalitatem, tacite ac verecunde Romanos ad æmulandum provocans. Caput extremum pene totum occupat salutationibus non frigide congestis multorum nominibus, sed mire suo cuique addito elogio. Postremo, quoniam penitus noverat & Pseudapostolorum improbam versutiam, & Romanorum simplicitatem ac facilitatem, admonet etiam atque etiam caveant, ne illorum blandiloquentia fallantur. Quanquam autem horum pleraque peculiarius ad eam pertinent ætatem, in qua rudis adhuc paulatim suppullulabat Ecclesia Judæis & Gentibus admixta, ac Principibus Ethnicis obnoxia: tamen nihil est, unde non ad hæc quoque tempora salutaris aliquid doctrinæ possit accommodari: veluti de fugienda superstitione, quæ dissidiorum est seminarium, & sic habet speciem pietatis, ut nihil sit veræ pietati adversius: de stulta fiducia philosophiæ mundanæ, de merito fidei, de vitando fastu, de toleranda alicubi minus eruditorum aut superstitiosorum imbecillitate, de mutuis obsequiis alenda concor-

 dia:

dia: de ferendis aliquousque malis Principibus & impiis Episcopis, ne turbetur ordo status publici: de malefactis beneficentia superandis, de non judicando quod ad te non pertineat, de commode interpretando quicquid recto animo fieri potest, de cavenda insidiosa blandiloquentia: aliisque id genus rebus, in quibus hodieque communis hominum vita versatur.

Sed utilitatem hujus Epistolæ æquat ac pene superat difficultas: idque mihi tribus potissimum de causis accidere videtur: sive quod non alibi sermonis ordo confusior, nusquam oratio Hyperbatis magis hiulca, nusquam anantapodotis crebrius inabsoluta: quod subinde queritur Interpres Origenes, in hujusmodi difficultatibus passim luctans ac laborans. Quod utrum Interpreti aut Scribæ Tertio sit tribuendum, an ipsi Paulo, aliorum esto judicium. Ipse sane agnoscit sermonis imperitiam, licet rerum inscitiam deprecetur. Rursus adeo non affectavit orationem arte humana compositam, ut eam sibi fugiendam etiam duxerit, ne quid hinc decederet gloriæ crucis: atque ob id Origenes existimat supervacaneum esse, sermonis compositionem in eo requirere. Hieronymus alias illi vindicat orationis artificium, alias adimit, ingenue confitens e corrupto Cilicum sermone nonnihil traxisse vitii. Augustinus etiam Rhetorum ornamenta flosculosque ex hujus depromit Epistolis. Quin & in Actis dux verbi est: & in Epistola ad Corinthios priore supra cæteros omnes linguis loquitur. Quamvis enim, ut testatur Hieronymus, id temporis totus Oriens Græce loqueretur: tamen ut consentaneum est, apud Celtas non eamdem fuisse Romani sermonis castimoniam, quæ fuit Romæ: ita verisimile est, non parum interfuisse inter Cilicem Græce loquentem & Atticum. Ad hæc orationis incommoda accessit Hebraismus: cujus idiomata passim refert, ita Græce loquens, ut nihilo secius interim Hebræum agnoscas. Alteram difficultatis causam arbitror, quod ob rerum inexplicabilium obscuritatem non alia sit crebrioribus impedita salebris, aut altioribus interrupta voraginibus, adeo ut ipse relicto quod instituerat, exclamare cogatur: *O altitudo divitiarum.* Quid quod quædam mysteria prudens sic attingit, ut ceu per transennam duntaxat ostendat, pro temporum illorum ratione, proque captu eorum quibus scribit, orationem attemperans. Noverat & viderat ille quædam, quæ nefas esset homini loqui, & novit quatenus esset opus lacte, quatenus cibo solido. Sciebat ætatum in Christo gradus, & quid cui foret adhibendum. Hoc consilio Petrus Apostolus apud rudem concionem verba facturus de Christo, *virum* eum nominat, *Deum* tacet. Tertiam, opinor, crebram ac subitam personarum mutationem, dum nunc Judæos, nunc Gentes, nunc utrinque, modo credentes, modo incredulos respicit, alias infirmi, alias firmi, interim pii, interim impii, personam sustinet. Quibus fit, ut Lector velut in labyrinthis ac Mæandris quibusdam inextricabilibus oberrans, nec unde sit ingressus satis videat, nec qua sit exitus. Ut mihi non minus vere quam eleganter Origenes Paulum adsimilem faciat ei, qui hospitem in opulentissimi cujuspiam Principis palatium inducat, diversis viarum ambagibus & conclavium secessibus perplexum. Quædam autem procul ostendat ex ditissimo opum thesauro, quædam propius admoveat, quædam videri nolit. Sæpe interim per aliud ingressus ostium aliunde exeat, ut hospes ipse miretur unde venerit, ubi sit, aut qua sit exeundum. Agnovit hoc & Petrus Apostolus in Epistola secunda, testans esse in Paulinis Epistolis quædam intellectu difficilia, quæ parum eruditi parumque firmi depravarent ad suam perniciem. Nos difficultates has pro virili conati sumus amoliri, nisi quod quædam Paulinæ linguæ adeo peculiaria sunt, ut aliquoties mutari non queant: veluti hæc, *fides*, *gratia*, *corpus*, *caro*, *membra*, *spiritus*, *mens*, *sensus*, *ædificare*, aliaque hujus generis, quæ ut prorsus mutari non debuerint, ita quoad licuit emollire studuimus.

EPI-

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD ROMANOS.

I. 1 ΠΑΥΛΟΣ ΔΟΥΛΟΣ Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς Ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ, 2 Ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν. Προφητῶν αὐτοῦ ἐν 3 γραφαῖς ἁγίαις, Περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γε-4 νομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα, Τοῦ ὁρισθέν-

1 PAULUS SERVUS Jesu Christi, 2 vocatus ad munus Apostolicum, 3 segregatus in Evangelium Dei, Quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis, De Filio suo, 4 qui genitus fuit ex semine David secundum carnem, 5 Qui de-

1 PAULUS] Sunt qui putent *Saulo* commutatum fuisse vocabulum a conversione, atque inter hos est Ambrosius: licet divus Hieronymus enarrans Epistolam ad Philemonem arbitretur pro *Saulo Paulum* vocari cœptum ob *Sergium Paulum* proconsulem, quem hic Apostolus primum omnium ex Gentibus Christo lucrifecit: sicut legimus Actorum Apostolicorum capite decimo tertio. Chrysostomus putat illi divinitus fuisse mutatum nomen, quemadmodum Apostolorum principi, qui pro *Simone* dictus est *Cephas*, seu *Petrus*. Sunt rursum qui putant illum fuisse binominem: id quod mea sententia vero propius est. Quanquam arbitror *Paulo* primum Hebræo nomen Hebraicum inditum *Saul*. Nam hoc nomine compellat illum Christus in via: Σαοὺλ Σαοὺλ τί με διώκεις; *Saul Saul quid me persequeris?* Deinde quoniam Ægyptus, Cilicia, & huic finitima Syriæ pars, propter Alexandri Magni imperium, & postea Romanam administrationem, jam fere Græco sermone utebatur, Hebraicam vocem in Græcam formam fuisse deflexam, quod Græci nullum habeant vocabulum in λ desinens, atque ita ex *Saul* factum esse *Saulum*, quemadmodum & hodie Latini ex *Adam* faciunt *Adamum*, ex *Abraham Abrahamum*, ex *Joseph Josephum*. Denique quoniam *Pauli* nomen juxta Græcis ac Romanis erat familiare, e *Saulo* rursum factum esse *Paulum*, ut vocabulum etiam lubentius agnoscerent, quorum se doctorem profitebatur, & hic quoque omnia fieret omnibus. Ipse certe hoc nomine perpetuo est usus in scriptis suis. *Saul* שָׁאוּל Hebræis sonat *petitum*, passivum a שָׁאַל: quod adscitus fuerit ad munus Apostolicum. Ambrosius indicat *Saulum* dici *tentationem* seu *inquietudinem*. Addunt alias item interpretationes nescio quas in nominibus Hebraicis, quæ vocum allusionem modo tenuem habent, quas, quoniam non est hujus instituti, non anxie discutiam. Cæterum Græcis σαῦλος, υ duntaxat abjecta, *commotionem* ac *tumultum* sonat proprie maris ac fluctuum, σάλος: *Paulus* autem Græcis sonat *quietum*, a verbo παύομαι, inde & παῦλαν *quietem* appellant. Romanis *pusillum* sonat. Nam quod Hieronymus admonet *Paulum* Hebræis sonare *mirabilem*, demiror ipsum committere quod alias reprehendit in aliis, qui vocum etymologias e diversa lingua petebant. Etenim quum constet *Paulus* aut Romanam esse vocem, aut certe Græcam, non conveniebat ejus etymologiam ab Hebræis mutuari. Hæc obiter admonui, quo facilius intelligantur ea quæ sancti Interpretes de nominum ratione vel attingunt vel alludunt in suis Commentariis.

2 *Vocatus Apostolus*] κλητὸς Ἀπόστολος. *Vocatus* hoc loco non est participium *dictus* aut *nominatus*: quemadmodum nunc vulgo quidam modestiæ causa scribunt, *vocatus Episcopus*: significantes non tam modeste quam vere, se magis nomine quam re Episcopos esse: etiamsi in hoc κακόζηλον incidit divus Bernardus, vir alioqui & Christiane doctus, & sancte facundus, & pie festivus, sic sui nominis titulum moderans, *vocatus Abbas*: verum nomen est substantivum, velut Apostolus κλητὸς, non κληθεὶς, aut κεκλημένος: quemadmodum & paulo inferius, *vocati Jesu Christi*, κλητοὶ, & subinde κλητοῖς ἁγίοις, id est, *vocatis sanctis*. Est autem *vocati* nomen absolutum: quemadmodum olim apud Romanos *evocati* dicebantur, qui velut amici ad bellum accersebantur: & hodie quoque Gallis nonnulli vocantur *electi*, qui proximi sunt Senatoriæ dignitati. Valet autem ferme perinde quasi dicas, *vocatitius Apostolus*, sive *vocatione Apostolus*, & *vocatione sanctis*. Statim enim in ipso exordio suum agit negotium conciliatque sibi fidem & auctoritatem. Primum cum ipso nomine præ se fert novatum vitæ genus. Deinde quum *servum* se vocat, indicat se non suum negotium agere, sed ejus a quo missus fuerat. Ad hæc quum addit *Jesu Christi*, excludit Mosen, qui sic insederat animis Judæorum, ut periculum esset, ne Gentes etiam in servitutem Mosaicæ Legis abducerentur. Et plane futurum erat, nisi Paulus acerrime manibus pedibusque restitisset, ut per hunc athletam Evangelium Christi velut renatum videri possit. Post hæc adjicit *Apostolus*, quod significat *legatum*, sive *ab alio missum*. Et quoniam id temporis erant multi Pseudapostoli, qui sese famæ quæstusve gratia in hoc munus ingerebant, adjecit κλητὸς, *vocatus*, quod geminam habet sententiam: sive quod ad hoc munus fuerit ab ipso Christo vocatus, hoc est, accersitus, nec sibi vindicarit Apostolicam functionem, imo nec ab homine susceperit hoc muneris, sed ab ipso Christo: sive quod hoc verbo meritum operaque Legis excludat, & Evangelii gratiam asserat, quæ datur omnibus, non e Mosaicæ Legis ceremoniis, quibus fidebant Judæi, non ex humana sapientia, cui nitebantur Græci, sed ex vocatione Numinis. Nam id potissimum agit in hac Epistola divus Paulus, ut utrisque detrahat supercilium, & Judæis adimat Mosaicæ Legis fiduciam, & Græcis philosophiæ præsidium, atque ita utrosque ex æquo conjungat in Christo. Habent Apostoli sua quædam peculiaria verba, *gratiam*, *vocationem*, *electionem*, *præscientiam*, *destinationem*, ac *prædestinationem*, quæ ferme semper Legis fiduciæ opponuntur, quod inde tum præcipuum periculum imminere videretur. Non me clam est, quædam ab Origene disseri ex hujus vocis occasione de vocatis quidem, sed desciscentibus a muneris fructu, sane argute & erudite, quæ mihi non est animus rejicere, sed magis arrident in Litteris Divinis quæ simplicissima sunt minimeque coacta. Quanquam haud inficias iverim, hanc vocem κλητὸς aliquoties sic usurpari, ut non multum absit a natura participii, velut apud Matthæum: *Multi sunt vocati, pauci vero electi*: ἐκλεκτοὶ legitur, & κλητοί. Hæc vox peculiaris est Paulo, cui studium est omnibus adimere fiduciam operum humanorum, totamque gloriam transferre ad vocantem Deum, cui vocanti qui auscultat salvus est. Ita Paulus e cœlo vocatus mox obedit.

3 *Segregatus in Evangelium Dei*] ἀφωρισμένος. Mira epitasi commendat suum officium, qui non solum vocatus fuerit ad Apostolici muneris functionem, verum etiam ut vas electum sepositus sit & separatus in munus Evangelii prædicandi. Est enim ἀφορίζειν non solum *separare*, verum etiam *judicio seponere* ac *secernere*: unde Medici ἀφορισμοὺς vocant leges absolute breviterque pronunciatas, quemadmodum vocantur sapientum ἀποφθέγματα. Neque simplicem ἔμφασιν habet hæc dictio. Primum enim deprecatur inconstantiæ crimen, quod a Mosaica Lege desciscere videretur: *Vocatus*, inquit, & *segregatus*: velut eximium quoddam & electum organum, ipso testante Christo: *Vas electionis est mihi, ut portet nomen meum coram Gentibus*. Deinde allusit ad factionem suam, quam sequebatur in Judaismo. Quum enim Judæorum populus, quanquam eamdem Legem amplecteretur, in varias sectas esset divisus: quarum præcipuas Josephus libro *Antiquitatum* decimo octavo, capite secundo, refert *Essæos*, *Sadducæos*, & *Pharisæos*: Paulus Pharisaicæ hæreseos erat: quæ sic appellatur ab Hebræa voce פָּרַס *pharas*: quod ob insignem vitæ sanctimoniam & excellentem doctrinam semoti separatique a vulgo videri vellent. Cœpit igitur *Paulus* esse in Evangelio, quod fuerat in Judaismo, sed alio pacto. Illic supercilii titulus erat, hic mire separatus erat a Mose ad Christum, a littera ad spiritum, a fiducia operum ad gratiam.

4 *Qui factus est ei.*] τοῦ γενομένου, Laurentius Valla mavult *genitus* aut *natus*, quam *factus*: cujus equidem sententiam in præsentia nec probo nec improbo. Certe *genitus* esset, si scriptum fuisset γεννηθεὶς, aut γεννώμενος. Augustinus libro adversus Faustum undecimo, capite quarto, testatur in nonnullis Latinis codicibus pro *factus* scriptum fuisse *natus*. Et tamen idem alibi reddit causam cur Apostolus maluerit dicere *factus est*, quam *natus est*: nimirum quod non ex semine virili, sed ex opificio Spiritus sancti conceptus ac natus sit. Et tamen hæc causa non obstat quo minus alibi dicatur *natus*. Cæterum pronomen *ei*, quod additur in Latinorum codicibus, in nullis Græcorum invenitur. Sed quoniam subabsurdus sermo videbatur si dixisset, *qui factus est ex semine David*, explicandi causa adjecit *ei*. Quanquam hujus pronominis additamentum adeo nihil facit ad sensum, ut officiat quoque. Neque enim hoc agit Paulus, ut appareat cui natus sit Christus, verum ut liqueat, eum, a quo segregatus fuerat in præconium Evangelii, fuisse Deum verum, & eumdem item verum hominem. Hominem, ex eo quod natus esset ex semine David secundum carnem: Deum, ex hoc quod virtus ejus divina declarata sit per Spiritum sanctificationis & resurrectionem a mortuis. Quod si quid ad rem pertinuisset definire, cui natus aut factus esset, nobis natus erat potius quam Patri, quorum negotium agebatur. Quod si cui non satis arridet verbum illud *natus*, & mavult illud quod habet vulgata Editio, *factus*, equidem non admodum retragabor, modo intelligat hoc loco *factum* dici, pro eo quod est, esse cœpisse. Quod genus est & illud: *Qui post me venit, ante me factus est*: hoc est, qui me sequebatur, cœpit esse prior, & præcessit me: quemadmodum in *Evangelicis Annotationibus* indicavimus. Is enim, qui nunquam cœpit esse Deus, homo tamen esse cœpit.

5 *Qui prædestinatus est*] Magno consensu Græci codices habent ὁρισθέντος, id est, *qui finitus* seu *definitus erat*, hoc est, juxta Græcorum scholiorum interpretationem, *certo pronunciatus*, *demonstratus*, ac *declaratus*. Atque ita legit Chrysostomus & Theophylactus, ac legendum esse nominatim etiam admonet Origenes, enarrans hunc locum. In quo tamen illud obiter succurrit admirari, quomodo Origenes eo in loco citet exemplaria Latinorum, in quorum plerisque fatetur pro *destinatus* haberi *prædestinatus*: nisi forte Interpres aliquid addidit de suo: aut Origenes quo studio pervestigarat Hebræorum fontes, non contentus tot Editionibus, eodem Latinos quoque codices lustravit. Dictu mirum est, quam se torqueat hoc loco Thomas Aquinas, vir alioqui non suo tantum seculo magnus. Nam meo quidem animo nullus est recentium Theologorum, cui par sit diligentia, cui sanius ingenium, cui solidior eruditio: planeque dignus erat, cui linguarum quoque peritia, reliquaque bonarum litterarum supellex contingeret, cui iis quæ per eam tempestatem dabantur tam dextre sit usus. Quare si

ὁρισθέντος Υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυ-

declaratus fuit Filius Dei 6 cum potentia, 7 secundum Spiritum sanctificationis, 8 ex eo quod resurrexit

re si magni Scriptores nonnunquam hæsitant in Paulinis Epistolis, id partim imputandum est sermonis ac sensuum obscuritati, partim infelicitati temporum, quibus bonæ litteræ pene funditus interierant. Vir igitur vigilans & ingeniosus omnem hoc loco movet lapidem, ac ceu Proteus quispiam semet in omnia vertit, si qua possit elabi, nunc lectionem Origenicam sequens, nunc ad nostram se recipiens, & nunc interpretatur *destinare* pro *mittere*, nunc *ordinare*, rursum *prædestinare*, nunc *præscire*, nunc aliud quiddam esse vult, ac varias inducit destinationis ac prædestinationis relationes. Atqui Origenes quidem expedite definit prædestinationem ac destinationem, ita pronuncians: *Destinari eum qui jam est, prædestinari qui nondum sit.* Unde notat divus Hieronymus, enarrans primum caput Epistolæ ad Ephesios, ex hujus opinor sententia, Paulum his verbis προορίζειν non uti, nisi quum de nobis loquitur, ac palam admonet hoc loco de Filio dictum esse ὁρισθέντος, non προορισθέντος, id est, *destinati*, non *prædestinati*. Cæterum si hoc nos offendit, quod *prædestinari* ob additam antecessionis præpositionem referatur ad aliquid quod nondum sit, idem scrupulus manet in verbo simplici. Quum enim *destinare* sit non mittere, quemadmodum vulgus illiteratum putat, sed certum aliquid in animo præfigere, nimirum ipsa verbi natura rei futuræ significationem habet, quemadmodum *sperare*, *timere*, *decernere*, *deliberare*, *statuere*. Nihil enim horum fit, nisi ad aliquid futurum referatur. Rursum, si malumus hunc futuri respectum aliò derivare, quam ad ipsam Filii Dei rationem, ut is, qui ab æterno genitus fuit Dei Filius, idem *destinatus* fuerit & *ordinatus* ad hoc aut illud faciendum, jam nihil etiam obstat præpositio *præ*. Quandoquidem ad hunc modum nihil prohibet Dei Filium *prædestinatum* vocare, ad id quod postea accidit. Nisi forte placet quod Origenes sensisse videtur, in *prædestinare* duplicem esse respectum futuri, in *destinare* duntaxat unicum. Etenim si filio jam mihi nato destinem sponsam, persona, cui destino, ad præsens tempus pertinet, id quod destino ad futurum. Cæterum si in animo statuo filium, qui primus mihi nascetur, Theologicis litteris dedicare, persona simul & res ad futurum tempus pertinent, & ad hujusmodi voluit Origenes pertinere *prædestinandi* verbum. Verum sive *destinatus* legas, sive *prædestinatus*, & quocumque referas eam futuri rationem, constanter obstrepit id quod sequitur: *Filius Dei secundum Spiritum sanctificationis, & ex resurrectione mortuorum.* Fac enim destinationem æternam, ut semper *destinatus* fuerit ad hoc ut esset Filius Dei, quomodo jam cohæret *per Spiritum sanctificationis*, & *ex resurrectione mortuorum?* Quid enim hæc ad illam destinationem? Unde Ambrosius laborans & ipse in his angustiis, addit, haud scio unde, duo verba, *ut manifestaretur Filius Dei.* Et Thomas admonet nonnunquam in Divinis Litteris dici *fieri*, quum aliqua intelliguntur fieri & innotescunt. Atque hæc quum dicunt, veluti divinant, id quod nos sentimus. Quanquam nihil erat necesse aliunde petere quod in ipsis Pauli verbis inest. Nam ipsa Græca vox ὁρίζειν non solum significat *definire* ac *decernere*, verum *certo pronunciare*, ac *provulgare* quod decreveris: unde certam de rei natura sententiam ὅρον appellant. Et indicativum modum, quod certum aliquid indicet ac declaret, ὁριστικὸν appellant Grammatici. Proinde si pro *prædestinatus* legas *declaratus*, tota undique sententia vel ad amussim quadrabit, neque quicquam usquam occurret salebræ. Hominem fuisse Christum, evidens est argumentum quod natus sit ex semine David, id ipsis comprobatum est sensibus. At declarandum erat, eumdem esse Filium Dei, id quod semper fuerat, sed ignotum erat mundo. Quem igitur constabat esse hominem, is declaratus est esse Filius Dei. Caro declaravit hominem, virtus & Spiritus sanctificationis declarat Filium Dei ac Deum. Idque declaratum est cum aliis quidem modis, nempe vaticiniis Prophetarum, signis innumeris, tum vero præcipue ex resurrectione mortuorum. Ad hunc modum interpretantur, ut dictum est, & Græcorum scholia, e quibus ipsa subscribam verba, ne quis nobis diffidat: Ὁρισθέντος τοῦτ' ἐστὶν ἀποδειχθέντος, ἀποφανθέντος, διά τε τῶν προφητῶν, διά τε τῶν τοσούτων θεοσημειῶν, διά τε τῆς ἀναστάσεως, id est, *Definiti, hoc est demonstrati, declarati, tum per prophetas, tum per tot divinitatis signa, tum per ipsam resurrectionem.* Hactenus Græcorum scholia. A quibus adeo non dissentit Theophylactus, ut non aliam quam hanc adducat interpretationem, exponens ὁρισθέντος Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, *cogniti pro Filio Dei*, tum ostensi, confirmati, indicati, nam iis verbis utitur Interpres operis, falso inscripti Athanasio: quum id quod ante suspicabamur, mox collato Græco Latinoque compererimus esse Theophylacti: cujus verba sunt hæc, ἀποδειχθέντος, βεβαιωθέντος, κριθέντος, id est, *demonstrati* sive *declarati*, *confirmati*, *judicati*, sive *decreti*. Chrysostomus hisce verbis exponit, δειχθέντος, ἀποφανθέντος, κριθέντος, ὁμολογηθέντος, id est, *demonstrati*, *declarati*, *judicati*, *confessi*. Semper quidem fuerat Filius Dei, sed paucis cognitus, videlicet Judæis, & horum etiam paucis. Verum post declaratus est talis universo mundo. Quo magis autem liqueat hic non fieri mentionem æternæ prædestinationis, Chrysostomus addit: *Judicati omnium suffragio, ex Prophetis, ex mirabili nativitate secundum carnem, ex virtute signorum, ex Spiritu per quem dedit sanctificationem, ex resurrectione, per quam mortis solvit tyrannidem.* Hæc satis arguunt ὁρισθέντος aliud sonare Græcis, quam interpretantur Latini.

6 *In virtute.*] ἐν δυνάμει. Recte quidem vertit, si modo recte accipiamus. Nam Latina vox anceps est: & aliquoties sic accipitur, ut opponatur vitio, & respondeat Græce ἀρετῇ: nonnunquam ut pugnet cum imbecillitate. Proinde nos maluimus alicubi vertere *potentiam*, sive *potestatem*: quandoquidem a δύναμαι dicta est δύναμις. Miro autem consilio Paulus contraria contrariis opposuit. Primum enim *Paulum* opposuit Saulo, *servum Jesu Christi* Mosaicæ Legis servituti, *vocatum Apostolum* iis qui se ingerebant, *segregatum in Evangelium* Pharisaismo, quem ante profitebatur. Atque hactenus se suumque commendavit officium. Quæ sequuntur pertinent ad commendationem Christi, qui promissus fuit, non a quovis, sed ab ipso Deo, nec per quosvis, sed per Prophetas suos, hoc est, veros ac divinos, nec in quibuslibet instrumentis, sed in Scripturis sanctis. Deinde Christi geminam in eadem hypostasi naturam mira verborum emphasi describit, de homine dicit, *factus est*: ut intelligas aliquid accessisse quod non erat: de divinitate dicit, *declaratus est*. Illic addit, *secundum carnem*: cujus comites sunt infirmitas & impuritas: unde, *Spiritus quidem promptus, caro vero infirma.* Et concupiscentias carnis vocant affectus ad vitia sollicitantes. Proinde carni opposuit virtutem Dei, & Spiritum sanctificationis, hoc est, potentiam imbecillitati, & sanctificationem immunditiæ. Assumpsit igitur nostram carnem, & ostendit suam potentiam: idque potissimum ex eo, quod suapte virtute resurrexit a mortuis, & animam, quam volens deposuerat moriens, quum visum est, recepit. Ac rursum quoniam carnis est mortalitas, & huic opposuit resurrectionem mortuorum, quæ est immortalitas. Illud vero visum est admonere, ἐν δυνάμει, id est, *in virtute*, præpositionem hanc in Evangelicis & Apostolicis litteris nonnunquam sic usurpari, ut idem sit ferme quod *per*: ut sit sensus, *in virtute Dei*, id est, *per virtutem divinam*, sive *ex virtute*, quemadmodum interpretatur Chrysostomus: a David accepit ut mori posset, a Patre ut nos redderet immortales.

7 *Per Spiritum sanctificationis.*] Thomas indicat fuisse qui hæc verba torquerent ad particulam incarnationis, *qui factus est ex semine David*: idque non vulgari coitu corporum, sed *per Spiritum sanctificationis*, ex quo conceptus fuit mirabilis ille fœtus. Verum hæc opinio absurdior est, quam ut vel refelli mereatur: unde non laborabimus in explodenda ea, quam & ipse Thomas rejecit. Illud est admonendus Lector, hujusmodi sermonis typos peculiares esse viris Apostolicis, ut pro filiis inobedientibus dicant *filios inobedientiæ*: pro saxo offensorio *petram scandali*: ita hîc quoque pro Spiritu sanctificante *Spiritum sanctificationis* dixit Paulus. Cæterum quod hîc meminit Origenes suæ divisionis de carne, anima, & spiritu, quanquam id suo loco belle dicebatur, tamen hoc loco alienius est & coactius.

8 *Ex resurrectione mortuorum Jesu Christi.*] Locus hic multifariam legi potest. Nos rationes omnes simpliciter, id quod hujus est instituti, proponemus: penes Lectorem erit, & judicandi jus, & eligendi potestas. Primam lectionem Veteres ferme sequuti videntur, videlicet ut sensus sit, virtutem divinam, & spiritum sanctificationis fuisse declaratum, ex hoc quod multa corpora sanctorum resurrexerunt cum Christo: quemadmodum recensuit Matthæus Evangelista. Cui sententiæ non admodum refragor, præsertim quum videam non displicuisse Origeni, Hieronymo vero etiam placuisse, maxime quum Paulus Colossensibus scribens Christum appellet *primogenitum ex mortuis*, & in priore ad Corinthios Epistola vocet *primitias dormientium*. Super omnia, quod capitis & membrorum eadem sit resurrectio, ut, quemadmodum Origenes scribit, Christi gloriam quodammodo nondum esse perfectam, nisi collectis totius corporis membris, ita resurrectio illius non sit perfecta, nisi reliqua etiam membra suo capiti socientur. In Christo igitur cœpta est rusurrectio, & spes præbita membris, unde sic accipi potest, ut mortuorum Jesu Christi & ipsius eadem sit resurrectio. Alioqui quod Paulus scribit Corinthiis, *Nunc autem Christus surrexit primitiæ dormientium*, non pertinet tantum ad pauculos illos, qui tum apertis monumentis surrexerant, sed ad omnia Christi membra, quibus Paulus resurgendi spem conatur infundere ex eo quod ipse Christus resurrexerit. Nec enim consentaneum est, caput & tale caput, quum vivat & regnet, deserturum sua membra. Primum autem illud constat, opinor, Paulum hoc agere ut persuadeat Christum hominem fuisse, qui pro nobis immolarit seipsum, & eumdem Deum, cujus virtute simus sanctificandi, & immortalitatem assequuturi. Atque in transcursu attingit ex argumentis præcipua, nempe genus David, tum mortem, quæ præcesserit oportet resurrectionem: deinde resurrectionem a mortuis, unde totus fidei nostræ cardo pendet. Porro de his mortuis, qui cum Christo resurrexerunt, Paulus nusquam alibi fecit mentionem in suis Epistolis, quum sæpius conetur adstruere resurrectionem mortuorum, imo ne Evangelistarum quidem quispiam, excepto Matthæo, qui tamen ipse paucis hoc, ac velut obiter attingit, non explicatis, vel qui fuerint qui resurrexerant, vel quibus apparuerint. Quod sane non ideo dixerim, quasi minus certa sit Matthæi narrantis fides, quam si idem litteris prodidissent omnes: nec enim ad eamdem coticulam Evangelistarum ac cæterorum Historicorum fidem exploramus: sed quod probabile sit, si ea res proprie pertinuisset ad Christi divinitatem comprobandam, cæteros Evangelistas rem tanti momenti non fuisse omissuros, præsertim quum nusquam fuerint diligentiores, quam in resurrectionis argumentis approbandis. Ut ne dicam interim, quod ex Matthæi verbis horum resurrectio videatur Christi resurrectionem præcessisse. Sic enim legimus apud hunc: *Jesus autem iterum clamans emisit spiritum: & ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque ad imum, & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt, & exeuntes de monumentis post resurrectionem venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis.* Atque id magis apparet ex ipsis Græcis, ut suo indicavimus loco, hæc verba, *post resurrectionem*, referenda esse ad proxima, nempe ad hæc, *apparuerunt multis*, aut certe ad id quod proxime præcessit, *egressi de monumentis*, ut accipias statim in ipsa morte revixisse corpora mortuorum, at non apparuisse nisi post resurrectionem Christi,

5 Κυρίου ἡμῶν, Δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν, εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς 6 ἔθνεσιν, ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, Ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς, κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Πᾶσι

rexit e mortuis 9 Jesus Christus Dominus noster, Per 5 quem accepimus 10 gratiam ac muneris Apostolici functionem, 11 ut obediatur fidei inter omnes gentes, 12 super ipsius nomine, 13 Quorum de numero estis & 6 vos,

Christi, ut quemadmodum Joannes prædicationis & passionis Christi, ita hi resurrectionis *πρόδρομοι* fuerint. Neque vero me clam est Hieronymum cumque hoc complures Interpretes in hac esse sententia, ut dicant monumenta duntaxat aperta fuisse moriente Christo, verum non resurrexisse quemquam nisi post peractam illius resurrectionem. Et facile cedimus auctoritati. Quanquam si quis expenderit ipsa Matthæi verba, deprehendet hanc interpretationem nonnihil esse detortam. Porro si quem hoc torquet, ne Christus non sit *primitiæ dormientium*, quemadmodum scripsit Paulus, quid is dicet quod Lazarus & præter hunc multi revixerunt ante Christum? At illi resurrexerunt denuo morituri, hi semper victuri: fateor, interest omnino nonnihil. Verum ut demus hos priores revixisse, nihilosecius *primitiæ dormientium* erit Christus, qui princeps & auctor fuerit omnis resurrectionis, per quem & illi revixerunt qui priores illo revixerunt: verum hac de re nihil digladior. Illud propius ad rem nostram pertinet, Paulus cum obiter & in transcursu voluerit asserere divinitatem & virtutem Christi, magis debebat, ut videtur, ipsius adducere resurrectionem quam aliorum, de quibus haud scio, an Romani quicquam audierant: & sicut proposuit ipsius nativitatem, per quam declararet hominem, ita & ejusdem proponeret resurrectionem, per quam declaratus fuerit Filius Dei. Aut igitur de tota resurrectione accipiendum est quæ cœpit in Christo, aut de ipsius Christi resurrectione. Ad quem sensum proxime accedit secunda lectio, quam video Laurentio Vallæ placuisse, acerrimi sane judicii viro, ut genitivus Latinus, *Jesu Christi*, vertatur in ablativum: nam apud Græcos genitivus, Ἰησοῦ Χριστοῦ, potest utrolibet referri, vel ad mortuos, vel ad id quod præcessit, *περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ*, id est, *de Filio suo Jesu Christo*: deinde post Hyperbaton, quo sæpe Paulus utitur, reddatur *Jesu Christo*. Hanc equidem Laurentii sententiam adeo non improbo, ut admirer nec Origeni, nec Chrysostomo, nec Theophylacto,* nec Augustino, nec Ambrosio, tale quicquam in mentem incidisse, præsertim quum locus nonnihil torqueret. Sensit enim Augustinus incommodum, quod sic adjici videretur *Jesu Christi*, qualis alius esset *Filius Dei*, alius *Jesus Christus*: qua de re disseruit enarrans Psalmum sexagesimum septimum. Atqui hoc incommoditatis effugerimus, si Laurentianam amplectemur lectionem. Alii sic medentur, ut dicent hanc ejusdem dictionis iterationem esse ex idiomate sermonis Hebraici, qui vice pronominis proprium nomen repetunt: quod genus est illud, *Fecit Moses sicut præcepit Dominus Mosi*, pro eo quod erat, *sicut præcepit Dominus ei*. Tertia lectio sic habet, ut *Jesu Christi* sit casus paternus, sed ad resurrectionem tantum referatur, non ad alios mortuos, non quod eos excludamus a resurrectione, sed illud perpendimus quid hic agat Paulus. Nam quod additum est *mortuorum*, non efficit ut de aliis mortuis intelligamus, quam de Christo. Sed quoniam anceps erat apud Latinos *resurrectionis*, apud Græcos *ἀναστάσεως* vocabulum, resurgit enim & is qui sedebat aut jacebat, & dicturi sententiam in senatu *ἀνιστανται*, addidit *mortuorum*, ne quis esset amphibologiæ locus. Duo igitur hæc verba, *resurrectio mortuorum*, velut periphrasi rem eamdem explicantia, complexim referuntur ad *Jesu Christi*: ut hic sit sensus, qui sicuti factus fuit homo, juxta carnem natus ex David: ita declaratus est Filius Dei, in virtute Dei per Spiritum sanctificationis. Declaratus, inquam, ex eo quod resurrexit a mortuis, quod quidem solius est Dei. Porro si quem etiam ille scrupulus habet, quod juxta nostram sententiam Græca præpositio *ἐξ* fuerit addenda, *ἐξ ἀναστάσεως ἐκ τῶν νεκρῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*, huic responderi potest, præpositionem quæ præcessit facile repeti posse, præsertim quum eadem fuerit repetenda, & vel ob hoc omissam videri posse: deinde passim apud Græcos omitti præpositiones, præsertim *ἐν*, *σὺν*, *κατὰ*, *ἐξ*, *ἀπό*. Id quod hic quoque fit mollius, propterea quod *ἀνάστασις* in se vim obtineat præpositionis, & motum a loco quopiam significet. In quod genus verbis, Latini quoque non infrequenter omittunt præpositionem, si libeat, ut *surrexit terra*, & *surrexit a terra*, *dejecit cœlo*, & *dejecit e cœlo*. Denique si quis *resurrectionis mortuorum* complexim accipiat, ita ut ostendimus antea, ne opus quidem fuerit ulla præpositione, quum duæ dictiones pro unica ponantur. Cæterum quod nos vertimus *Jesus Christus*, nominandi casu, primum nihil variat Pauli sententiam, & tamen effugimus duo pariter incommoda, nempe sermonis ambiguitatem, & Hyperbati molestiam. Alioqui ad verbum reddi poterant ad hunc modum, *De Filio suo genito ex semine David secundum carnem, declarato Filio Dei, in potentia, secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christo Domino nostro*. Quin & illud diligens Lector expendat velim, num hic *ἀνάστασις* accipi possit transitive, ut perinde valeat ac si dicas, *resuscitatione mortuorum*. Quod quidem propemodum subindicavit Chrysostomus, & hujus imitator Theophylactus, quum ait: *Christum primum omnium ac solum fuisse qui seipsum suscitarit, atque hoc potissimum argumento liquere, quod fuerit Filius Dei*. Illud certe recte monstravit Augustinus, *ex resurrectione mortuorum* referendum esse non ad proxime præcedentia, sed ad id quod præcessit, *qui prædestinatus est*. Atqui illud *prædestinatus est* dure cohæret cum *ex resurrectione*, nisi interpretemur *declaratus est*. Idem Augustinus, *prædestinatus ex mortuis*, interpretatur, *prædestinatus in hoc, ut primus resurgeret*, ut præpositio *præ* pertineat ad ordinem resurgendi. Cæterum hunc sensum ipsa Pauli verba non satis exprimunt. Ut igitur sermonem prolixum conferam in Epilogum, si legimus *Jesu Christi*, triplex est varietas; prima, ut *ἀνάστασις* accipiatur active sive neutraliter, idque gemino sensu, sive ut Pater intelligatur suscitasse Filium a mortuis, sive ut Filius suscitarit seipsum: nam uterque sensus pius est. Deinde, ut *resurrectio* dicatur passive, sentiamusque mortuos suscitandos ad vocem Filii Dei, quemadmodum & Lazarum præter alios suscitavit. Quanquam nihil vetat hic *resurrectionem* accipi pro resurrectione universali, quæ est & capitis & totius corporis mystici. Postremo, genitivus hic *mortuorum* refertur ad Jesum Christum, cujus mortui dicuntur qui moriuntur in fide, ut intelligas hic tantum fieri mentionem de resurrectione justorum. Potest & complexim legi *resurrectio mortuorum*, pro *resurrectione a mortuis*; ut *Jesu Christi* pertineat ad *ἀνάστασιν*, non ad mortuos. Cæterum si legimus *Jesu Christo*, pertinebit ad superiora, *de Filio suo Jesu Christo, qui prædestinatus est*, & cætera. Hæc paulo verbosius disserui quam hujus instituti fortasse patiebatur ratio: sed id consulto fecimus, ne quis clamitet me temere præter omnium superiorum sententiam hujus loci mutasse lectionem. Quod superest, ego sum indicis officio functus, Lectori judicium deferens.

9 *Jesu Christi Domini nostri*] Id quoque Lector in Paulo comperies, quemadmodum annotavit & Ambrosius, atque item in cæteris Apostolis. Patri fere tribuunt cognomen *Dei*, Christo *Domini*, quum utrumque vocabulum utrique pariter competat, eo quod idem est dominium Patris & Filii.

10 *Gratiam & Apostolatum*] Χάριν καὶ ἀποστολήν. *Gratia* quoque Paulinum est verbum, quod libenter inculcat, excludere cupiens carnalem fiduciam Legis Mosaicæ: *χάρις* autem apud Græcos nonnunquam *beneficium* significat, quod confertur gratuito: unde & *χαρίζομαι* verbum, *largior*, sive *gratuito dono*: nonnunquam *favorem*: ut, *invenisti gratiam apud Deum*: nonnunquam *obligationem beneficii*: ut *ἔχω χάριν*, *οἶδα χάριν*, *καὶ μιμνήσομαι χάριν*. Jam video fuisse quosdam, quos offendat vox *Apostolatus*, parum probata Latinis auribus, & Græcam vocem malint *ἀποστολήν*. Quorum ego sententiæ facile subscriberem, si perinde multi intelligerent *apostolen* ut *apostolatum*. Ad hæc video Christianos Scriptores, coactos opinor, formam hanc in plerisque recepisse, *Clericatus*, *Diaconatus*, *Episcopatus*. Nos vertimus *Apostolici muneris functionem*, ne quis dignitatem a Paulo putet significari: ut enim *ἐπισκοπὴ* est ipsa functio Episcopatus, sic & *ἀποστολὴ*, Apostolatus. *Gratiam* hic vocat, quod ab errore sit revocatus, nec revocatus modo, verum etiam ad hoc delegatus, ut alios cum auctoritate vocaret ad Evangelii gratiam.

11 *Ad obediendum fidei*] Nomen est apud Græcos, non infinitum, *εἰς ὑπακοὴν πίστεως*, id est, *ad obedientiam fidei*. Verum quoniam is sermo Latinis anceps erat, Interpres explicuit per gerundium, nos per verbum, *ut obediatur fidei*. Vocat autem *obedientiam fidei*, quemadmodum exponit Chrysostomus, quod non accipiatur curiosis ratiocinationibus, sed simplici obedientia, & tacita auscultatione: idque ad utrumque populum pertinet, & Judæorum, qui signa requirebant, & Gentium, quæ philosophicas rationes flagitabant, & hodie fortassis, ad quæstionum Scholasticarum labyrinthos inexplicabiles, de his rebus quæ pie nesciuntur.

12 *Pro nomine ejus*] *ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ*, id est, *de nomine*, sive *super nomine ejus*. Nam Græca præpositio ancipiti est significatu: sicut sunt apud illos pleræque, ut sit sensus, Accepimus Apostolicum munus in hoc, ut in omnibus gentibus, non solum apud Judæos, obediatur fidei, quæ est de nomine Jesu Christi. Idem indicant Græcorum scholia, ut hæc verba, *de nomine ipsius*, referantur ad obedientiam fidei. Theophylactus *ὑπὲρ* exponit per *περί*. Tametsi dissentit eximius ille vir & amicus noster incomparabilis, Jacobus Faber Stapulensis, quem ego quoties nomino, honoris causa nomino, nempe cujus ardentissimum in restituendis bonis litteris studium magnopere comprobo: eruditionem tam variam minimeque vulgarem admiror: raram quamdam morum comitatem ac facilitatem adamo: porro singularem vitæ sanctimoniam veneror etiam & exosculor. Verum quis unquam fuit vel adeo doctus vel attentus, qui non hallucinatus sit ac dormitarit alicubi, præsertim in tot Voluminibus, totque rerum difficultatibus versans? Neque quicquam addubitarim, quin ipse sua relegens, alicubi facturus sit quod in suis libris fecit Augustinus. Proinde nemo veluti contumeliosum interpretetur, si locis aliquot ab eo dissentiens, pro mea virili patrocinor veritati. Quod ego vicissim in me fieri non solum æquo feram animo, verum etiam summi beneficii loco ducturus sum, modo absit procacitas. Quanquam hoc in loco nec mihi sane Fabri displicet sententia, ut *super nomine ejus* referatur ad illa superiora, *accepimus Apostolatum*, hoc est, functionem Apostolicam & legationem hanc qua fungimur: sed qua de re? nempe de nomine Jesu prædicando. Proinde utraque lectio probe quadrat, adeo ut difficile sit pronunciare utram alteri præferri oporteat. Chrysostomus Interpres sequi videtur posteriorem sententiam. Sic enim exponit: *Non missus sum ut ratiocinarer, sed ut, quod mihi commissum est, redderem*. Græca sic habent: *εἰς ὑπακοὴν, οὐκ εἶπε ζήτησιν καὶ κατακραυγὴν, ἀλλ' ὑπακοὴν, οὐδὲ γὰρ ἐπέμφθημεν, φησὶ, συλλογίζεσθαι, ἀλλ' ὅπερ ἐνεχειρίσθημεν ἀποδοῦναι*.

13 *In quibus estis*] Ἐν οἷς, id est, *Inter quas*, vel *Quarum de numero*, hoc est, gentium vocatarum. Quod genus est illud, *in omnibus gentibus*, *ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι*, id est, *inter omnes gentes*. Quanquam haud me fugit ad Græcanicum modum & Latinos auctores aliquoties fuisse loquutos. At nos quod dilucidius erat sequuti sumus. Annotavit hoc Chrysostomus, quod Paulus Romanis rerum dominis nihil eximium attribuerit, sed in Evangelii ratione unam e numero cæterarum gentium fecerit.

14 Omni-

7 Πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ, ἀγαπητοῖς Θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ
8 Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν
9 ὅλῳ τῷ κόσμῳ. Μάρτυς γάρ μου ἐστὶν ὁ Θεὸς, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου, ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦ-
10 μαι Πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, δεόμενος εἴπως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ
11 Θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν, εἰς τὸ στη-
12 ριχθῆναι ὑμᾶς· Τοῦτο δέ ἐστιν, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν,

7 vos, vocati Jesu Christi. 14 Omnibus qui Romæ estis, 15 dilectis Dei, 16 vocatis sanctis, gratia vobis & pax 17 a Deo Patre nostro & Domino Jesu Christo.
8 18 Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum super omnibus vobis, quod fides vestra annunciatur
9 19 in toto mundo. 20 Testis enim mihi est Deus, 21 quem colo spiritu meo, in Evangelio Filii ipsius, quod indesinenter 22 mentionem vestri faciam
10 Semper in precibus meis, orans 23 si quo modo tandem aliquando 24 prosperum iter contingat, 25 volente Deo, 26 ut veniam ad vos.
11 Desidero enim videre vos, ut 27 aliquod impertiar vobis donum spirituale, quo confirmemini:
12 Hoc est, 28 ut communem ca-

14 *Omnibus qui sunt Romæ.*] Πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ. Quoniam Græce per participium extulit, potest accipi vel tertia vel secunda persona, *Omnibus qui sunt*, aut *Omnibus qui estis.* Ad verbum sonat, *Omnibus entibus Romæ*: quanquam ea res nihil ad sententiam pertinet. Et jam solenne est nomen ejus, quem salutamus Epistola, in tertia persona adscribere: Plinius Tacito suo S. D. Atque hactenus quidem totus sermo suspensus fuit: nunc demum absoluto commate principali, redditur altera pars. Hoc loco coarguendus vel ridendus magis error eorum, qui putant Paulum Romanis lingua Romana scripsisse, sicut Hebræis scripsit Hebraice, & Græcis Græce. Neque enim scribit Romanis tantum, sed omnibus qui Romæ agerent. At eò jam confluxerat tota fere Græcia: adeo ut Juvenalis Græcam urbem appellet. Certe Græcorum linguam jam non Italia solum, verum etiam Syria, Ægyptus, Cilicia, ac bona orbis pars receperat. Quod si Romane scripsit, immerito queritur Origenes hanc interpretans Epistolam, Græcam dictionem esse perplexam, & hyperbatis obscuratam, & e Cilicum idiomate quædam parum Græca peregrinitatem resipere.

15 *Dilectis Dei*] ἀγαπητοῖς Θεοῦ. Hæc est ea vox, quam subinde vertunt in *charissimos.* Est autem Græcis non participium, sed nomen: quasi dicas, *amicus*: & idcirco apud illos mollius adhæret nomini Dei.

16 *Vocatis sanctis*] κλητοῖς ἁγίοις. Superius admonui, *vocatis* hoc loco non esse participium, sed nomen, & perinde valere quasi dicas, *vocatis ad sanctimoniam.* Gentium enim nomen Judæis invisum erat, quod hos haberent tanquam profanos, & a Deo Moseque alienos. Amolitur igitur hanc opinionem Paulus, quum ait Romanos, quod ad jus attinet, esse de numero Gentium, cæterum hoc pares esse Judæis, quod diligantur ab eodem Deo, vocatique sint ab eodem ad eamdem sanctimoniam. Judæi sua opinione nascebantur sancti, a sanctis oriundi, & in sancta Lege nati: at quod his præstare videbatur genus, hoc Gentibus præstabat favor & vocatio Dei. *Gratiam* autem vocat gratuitam munificentiam. Prius dixerat ἀγαπητοῖς, mox κλητοῖς: quoniam autem potest aliquis suo merito vocari ac diligi, addit *gratiam.* Gratia data parit remissionem peccatorum, quam suo more *pacem* vocat. Peccatum enim inimicitiam ponit inter Deum & homines. Ille nos vocavit, non nos illum quæsivimus: ille nos dilexit prior, quum essemus inimici: ille pœnam commeritis impartiit Spiritus donum: per Spiritum autem, peccatorum veniam & abundantiam charismatum.

17 *A Deo Patre & Domino nostro Jesu Christo*] Sermo quidem Græcus anceps est. Siquidem accipi potest, *a Patre nostro & Domini Jesu Christi*, ut intelligas patrem nobis cum illo communem: aut *a Patre nostro & Domino Jesu Christo*, ut intelligas gratiam, quam illis precatur, proficisci simul & a Patre: quem, ut modo dictum est, suo more veluti peculiari verbo *Deum* vocat: & a Filio, quem plerumque *Dominum* appellare gaudet, *Deum* perquam raro: quum in hac ipsa Epistola palam *hominem* dicat capite quinto: *Multo magis gratia Dei & Domini in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit.* Et Petrus in Actis Apostolorum *virum* appellat, *virum approbatum a Deo.* Item Paulus apud Athenienses, *in viro quo statuit.* Atque hanc posteriorem lectionem magis approbo, præsertim quum id annotatum sit, & ab Ambrosio, & Didymo in libro *de Spiritu sancto* secundo, sed ita ut ea sermonis forma, nec Patri auferat dominationem, neque Filio deitatem. *Siquidem eadem ratione qua Pater Dominus est, & Filius Deus est, sic & Spiritus sanctus Dominus nuncupatur*: nam his verbis usus est Didymus. Siquidem hæc annotatio non aliò spectat, quam ad indicandum morem Apostolici sermonis. Annotavit idem Tertullianus libro, quem scripsit adversus Praxeam. Hujus verba præstiterit subscribere: *Itaque Deos omnino non dicam, nec Dominos, sed Apostolum sequor, ut si pariter nominandi fuerint Pater & Filius, Deum, Patrem appellem, & Jesum Christum, Dominum nominem. Solum autem Christum potero Deum dicere, sicut idem Apostolus*: Ex quibus Christus, qui est, *inquit*, Deus super omnia benedictus in ævum omne. *Nam & radium solis seorsum solem vocabo, solem autem nominans, cujus est radius, non statim & radium solem appellabo. Nam etsi soles duos faciam, tamen & solem & radium ejus tam duas res & duas species unius & indivisæ substantiæ numerabo, quam Deum & sermonem ejus, quam Patrem & Filium.*

18 *Primum quidem gratias ago*] Quis satis admiretur Origenis in excutiendis Sacris Litteris diligentiam? Hoc quoque torsit hominem, quum Paulus hîc dicat *primum*, quæ pars huc respondeat quæ sit secunda, & dubitat an illic reddatur, *Nolo autem vos ignorare fratres.* Verum in exordio cujusvis argumenti, fortassis non sit absurdum dici *primum*, etiamsi nihil proprie reddas.

19 *In universo mundo*] Quum Græce dictum sit, ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, *in toto mundo*, idque juxta Græcos Interpretes dictum sit ὑπερβολικῶς, pro eo quod est, *in multis partibus mundi*: quorsum attinebat ut Latinus Interpres exaggeraret etiam, dicens, *in universo mundo.* Nam quod Origenes post indicatam hyperbolen, philosophari pergit de mundo Angelico, & hoc nostro non inelegantem habet anagogen. Cæterum nos simplicia & γνήσια magis delectant, quæ sensum Apostoli potius ostendunt, quam Interpretis ingenium ostentant.

20 *Testis enim mihi est Deus*] Μάρτυς γάρ μου ἐστὶν ὁ Θεὸς, id est, *Testis enim meus est Deus*: quanquam Interpres belle vertit, & magis servivit Latinis auribus, quam exprimendo Græco sermoni, nisi forte legit μοι, pro μου.

21 *Cui servio*] ᾧ λατρεύω, id est, *quem colo.* Diversum enim ab eo quod est Græcis δουλεύω, unde λατρείαν vocant cultum, qui præstatur Divis aut Deo. Græci vocem deductam putant ex λα, quæ particula vehementiam significat apud illos, & τρεῖν, quod est *tremere* sive *metuere.* Quanquam Interpres & alias nunc *obsequium*, nunc *servitutem* vertit λατρείαν, rectius versurus *cultum.* Subindicat enim Paulus religionis & cultus rationem esse novandam, urgentibus Judæis, ut ad Mosaicæ Legis ceremonias pertraherentur Ethnici. Proinde quanquam ipse Paulus a Mose provectus ad Christum jam non immolaret pecudes, tamen eumdem Deum alio ritu colebat, nempe prædicando filii Evangelio, qui cultus spiritualis esset, & ob id Deo longe gratissimus. Quum enim dicit, *in spiritu meo*, excludit corporeas victimas. Porro, *in spiritu*, præpositionem ἐν additam esse dativo instrumenti aut modi, juxta proprietatem sermonis Hebræi, frequenter jam ostendimus.

22 *Memoriam vestri*] μνείαν ὑμῶν. Quum Græcis ad utrumque sit anceps vox, & *facio memoriam* non dicamus Latine, commodius vertisset *mentionem*: quandoquidem orare nihil aliud est quam colloqui cum Deo, ne quis putet durius dictum *mentionem vestri facio.*

23 *Si quomodo*] εἴπως ἤδη ποτὲ, id est, *si quo pacto jam aliquando*, sive *tandem aliquando.* Nam ἤδη apud Græcos nonnunquam urgentis vim habet. Cæterum hæc adverbiorum & conjunctionum congeries, πῶς, ἤδη, ποτὲ, mirum quoddam & impatiens exprimunt desiderium ac studium festinandi, quemadmodum admonent & Græcanica scholia.

24 *Prosperum iter habeam*] Græcis est εὐοδωθήσομαι, verbum duabus e partibus compositum, εὖ *bene*, & ὁδὸς *via*, εὐοδόω: quo verbo utuntur quoties res succedit ex animi sententia. Idem est in Psalmo primo: *Et omnia quæcunque faciet, prosperabuntur*, εὐοδωθήσονται. Significat enim Paulus hactenus non successisse.

25 *In voluntate*] ἐν τῷ θελήματι. Admonuimus quum alias tum paulo superius, hanc præpositionem ἐν nonnunquam usurpari pro *per*, figura loquendi, sicut opinor, ab Hebræis sumpta. Proinde nos exprimentes sensum magis quam verba, vertimus *volente Deo.*

26 *Veniendi ad vos*] ἐλθεῖν. Rectius erat *venire*, sive *ut veniam*: ut infinitum verbum referatur ad participium, quod paulo ante præcessit, δεόμενος. *Orans ut veniam ad vos, siquando mihi contingat, volente Deo, prosperum iter.* Nam hæc est verborum Græcorum sententia.

27 *Aliquid impartiar gratiæ*] ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα, id est, *donum*, non *gratiam*, χάριν. Quanquam Interpres in hac voce lusit copia suo more. Nam alicubi vertit *donum*: ut illic, *sed non sicut delictum, ita & donum*, ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτως καὶ τὸ χάρισμα. Alibi Græcam vocem reliquit, quasi deesset quo redderet eam Latine: ut illic, *Sectamini charismata meliora*, Ζηλοῦτε δὲ τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα. Porro quid intersit inter χάριν & χάρισμα, aliis exprimendum relinquo. Illud constat & χάριν pro *beneficio* poni, & χαρίζομαι *beneficium largior*, sive *ad gratiam facio*: unde verbale nomen deductum χάρισμα: a χάρις χαρίζομαι, a κεχάρισμαι χάρισμα profectum est. Utrumque competit ubi quid gratis donatur, aut benefit alicui.

28 *Simul consolari*] Laurentius hîc Interpretem μαστιγοῖ, nec prorsus abs re. Quid enim erat causæ, quum Græcis utrobique verbum sit infinitum, στηριχθῆναι & συμπαρακληθῆναι, ut alterum relinqueret, alterum redderet per gerundium? Apparet utrumque pertinere ad accusativum ὑμᾶς, quia præcedit in ordine: ut sit sensus, *ut vos confirmemini, simulque consolationem accipiatis mutuam inter vos.* Siquidem illud, *simul consolari*, subjecisse videtur non ad diversa digrediens, sed velut expositione molliens quod dixerat, *ad confirmandos vos*: ne quid offenderetur Romanorum arrogantius ingenium, si viderentur egere confirmatione ceu vacillantes ac nutantes. Sed eam confirmationem, mutuam consolationem interpretatur, suo more modestissime loquens: tametsi Græcanica scholia posterius verbum συμπαρακληθῆναι referunt & ad Paulum, ut intelligas illos confirmandos & fulciendos adventu

ὑμῖν, διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως, ὑμῶν τε καὶ 13 ἐμοῦ. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοὶ, ὅτι πολλάκις προεθέμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο, ἵνα καρπόν τινα σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, 14 καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν. Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις, ὀφειλέτης εἰ- 15 μί· Οὕτως τὸ κατ' ἐμὲ, πρόθυμον καὶ ὑμῖν τοῖς 16 ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι. Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ· δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, Ἰουδαίῳ 17 τὲ πρῶτον καὶ Ἕλληνι. Δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν· καθὼς γέ-

A capiam consolationem in vobis, per mutuam fidem, vestram simul & meam. 29 Nolo autem vos ignorare fratres, quod sæpe proposueram venire ad vos, 30 licet præpeditus fuerim ad hunc usque diem, quo fructum aliquem 31 haberem inter vos quoque, quemadmodum & inter reliquas gentes. 32 Græcis simul & barbaris, eruditis pariter ac rudibus, debitor sum: 33 Ita quantum in me est, paratus sum vobis quoque qui Romæ estis evangelizare. 34 Non enim me pudet Evangelii Christi: 35 potentia siquidem est Dei ad salutem 36 omni credenti, 37 Judæo primum simul & Græco. Justitia enim Dei per illud patefit 38 ex B fide

adventu Pauli: Paulum autem solatium mutuum accepturum ex illorum confirmata fide. Quod si placet, subaudiendum est pronomen primæ personæ ἐμὲ sive ἡμᾶς, id est, *me* vel *nos*. Et ad hanc quidem sententiam interpretatur Origenes ac Theophylactus, mihique hoc magis ea probatur quod addidit conjunctionem δὲ, τοῦτο δὲ ἐστι, quæ palam indicat mitigari & corrigi quod præcessit; quod genus est & illud, *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & Ecclesia*. Deinde si sensisset, *inter vos*, ἐν ὑμῖν, magis dixisset ἐν ἑαυτοῖς. Denique magis quadrat quod sequitur, διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ, id est, *per mutuam fidem vestram simul & meam*. Illorum fides prædicabatur in toto mundo, & Paulus habebat fidem. Itaque collatione facta futurum erat ut utrinque in sua, hoc est, communi, fide alteri ab alteris fulcirentur. Quemadmodum fit quoties duo rem a diversis acceptam auctoribus inter se conferunt, uterque certius credit quod audierat ob narrationis mutuæ consensum. Illud adjiciam, ne quid fugiat Lectorem, συμπαρακληθῆναι referri posse vel ad *mutuam consolationem*, vel ad *mutuam exhortationem*. Et quum mox loquutus sit de confirmandis illis, ad id magis quadrat *exhortatio mutua* quam *consolatio*. Theophylactus admonet hoc loco *consolationem* pro *gaudio* non inepte posse accipi. Chrysostomus refert ad lenimentum afflictionum, quas ob Christi nomen perpetiebantur qui credebant Evangelio, simul indicans gradus quibus Apostolus leniit ac temperavit sermonem. Quum enim dixisset *confirmari*, metuens ne Romani arrogantes dicerent, Quid? an vacillamus, ut tua lingua simus fulciendi: mitigavit hoc, & verbum *confirmandi* vertit in *consolandi*: nec hoc contentus, non dixit παρακληθῆναι, sed συμπαρακληθῆναι: quasi non minus ipse egeret illorum consolatione. Denique junxit fidei communionem, deponens doctoris personam & induens condiscipuli. Sic Paulus fit omnia omnibus, ut omnes lucrifaciat. Hæc est pia vafrities, & sancta, ut ita dixerim, adulatio. Interpretatio Theophylacti non dissentit a Chrysostomo.

29 *Nolo autem vos*] Origenes hoc loco commonstrat hyperbaton, hoc est, confusum orationis ordinem, putans nonnihil etiam deesse. Sed existimat orationis seriem ad hunc modum posse restitui: *Sicut fructum habui in cæteris gentibus, (Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum) ita quod in me est, promptus sum, si liceat, etiam vobis qui Romæ estis evangelizare*. Hoc obiter annotavi, quod ad scripturæ distinctionem pertineat.

30 *Et prohibitus sum*] ἐκωλύθην, quod magis sonat *præpeditus sum*, quam *prohibitus*, nimirum obstantibus negotiis, quod Græci dicunt ἐμποδίζειν. *Prohibet* enim proprie, qui interdicit ne facias: nisi sentiamus Paulum prohibitum a Spiritu sancto, quemadmodum Actorum decimo sexto, volentem proficisci in Bithyniam, non permisit Spiritus sanctus. Nam tale quiddam subindicat Chrysostomus, quum ait: Τῷ μὲν θελήματι τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀντιπίπτων, τὴν δὲ ἀγάπην διατηρῶν. Etiamsi Paulus non datam proficiscendi Romam opportunitatem religiose interpretatur Dei voluntatem.

31 *Habeam in vobis*] σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, id est, *habeam & in vobis*. Nec enim emphasi caret & conjunctio. Apud Græcos omnes aliquid fructus collegerat, idem optat apud Romanos. Rursum, *in vobis* positum est pro eo quod est, *inter vos*.

32 *Græcis ac Barbaris*] Apud Græcos gemina est copula: Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, id est, *Græcisque ac Barbaris*. Ac rursum, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις, id est, *sapientibusque & insipientibus*. Nec est otiosa conjunctionis iteratio, significans Paulum esse debitorem ex æquo omnibus citra ullum gentis delectum. Idque inculcat ob Judæos, qui prædicationem Evangelii ad se solos attinere volebant. Cæterum hîc σοφοῖς non tam *sapientes* significat quam *eruditos*, & ἀνοήτοις *crassos* potius & *indoctos*, quam *stultos*. Sapientiam enim, hoc est, eruditionem, sibi vendicabant Græci. Porro *Græcos*, quos aliquoties pro quibusvis gentibus positos reperies, hîc *Barbaris* opposuit, quos ἀνοήτους vocat, ceu rudes philosophiæ & indoctos.

33 *Ita quod in me promptum est*] Laurentius admonet hoc loco, *promptum* accipiendum substantive, nempe pro ipsa promptitudine: quemadmodum illi χρηστὸν vocant χρηστότητα, ταχὺ ταχύτητα, appositivis abutentes pro substantivis nominibus, ut sit sensus: *Ita pro mea virili promptus sum, & promptitudo animi mihi adest, etiam vobis qui Romæ estis evangelizare*. Atque ita sane legit Ambrosius: *Itaque quod in me est promptus sum* & cætera. At sunt qui malint infinitum εὐαγγελίσασθαι referre ad nomen verbale ὀφειλέτης, & οὕτως adverbium sic accipere, non ut connectat hanc orationis partem cum superioribus, sed referatur ad reliquos, quibus jam prædicaverat Evangelium Paulus: ut sit sensus, *Sicut aliis gentibus jam prædicavi, quum omnibus debeam, sic quantum ad animi mei promptitudinem attinet, debeo & vobis qui Romæ agitis, tametsi sapientes, potentes, & docti sitis, prædicare Evangelium Christi*. Atque id sane belle quadrat cum iis quæ mox sequuntur.

34 *Non enim erubesco Evangelium*] Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον. Interpres aliquando vertit *confundor*, aliquando *erubesco*, adjungens accusandi casum. Latinius erat, *Non enim me pudet Evangelii*. Quanquam apud Q. Curtium scio legi, *erubescit fortunæ*: quod si crebro occurreret in bonis auctoribus, non pigeret imitari. Græci codices aliquot addunt *Christi*, τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ: quod Christi nomen adhuc apud multos, præsertim sapientiæ persuasione turgidos, contemptum haberetur, apud quos Platones, Pythagoræ, Zenones, Aristoteles erant in pretio. Quanquam Chrysostomus non addit τοῦ Χριστοῦ: sed articulus indicat de Evangelio sentiendum, de quo prius dixerat, *Evangelium Dei*.

C 35 *Virtus enim Dei est*] δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν, id est, *potentia enim Dei est*: ut ostendat ne Romanis quidem rem esse adspernandam, ceu humilem & inefficacem. Hoc admonui, quod *virtus* apud Latinos sit anceps: quæ nonnunquam sic usurpatur, ut respondeat ei voci, quæ apud Græcos est ἀρέτη, & opponatur κακίᾳ, hoc est, *vitio*: aliquoties ut respondeat Græcæ, quæ est δύναμις, & opponatur *imbecillitati* sive *impotentiæ*. Addidit autem *Dei*, ne Christus ut homo contemneretur ab infirmis & incredulis. Non additur articulus, τοῦ Θεοῦ, quod Deus hîc ponitur non tanquam certa persona, sed pro ipsa natura divina, ut distinguatur adversus homines.

36 *Omni credenti*] παντὶ τῷ πιστεύοντι, dilucidius erat, *cuivis credenti*. Non enim vult haberi delectum gentis aut fortunæ, modo fides sit communis.

37 *Judæo primum & Græco*] Et hîc gemina Græcis est conjunctio, Ἰουδαίῳ τὲ πρῶτον καὶ Ἕλληνι, id est, *& Judæo primum & Græco*. *Primum* autem hoc loco perinde valet, D quasi dicas *potissimum*: quod Judæis promissus esset Christus, a quibus & exortus est, & Græci sapientia præstarent. Cæterum hoc loco *Græcum* accipit pro Ethnico, atque ita vertit alibi non uno in loco. Tametsi superius, *Græcis ac Barbaris*, pro peculiari gente posuerit.

38 *Ex fide in fidem*] Sermo Latinus nullam habet vocem satis respondentem πίστει. Latinis enim *habere fidem alicui* dicitur, qui credit dictis illius: & *dare fidem* dicitur, qui sancte promittit: & *adstringit fidem suam*, qui se obligat alicui. *Liberat* autem *fidem suam*, qui præstat quod promisit. *Fide caret*, cui non creditur, *Fronti nulla fides*. *Fidem violat*, qui non præstat conventa: unde & *perfidus* dicitur, & *perfidia*. *Fidem derogat alicui*, qui facit ne illi credatur. *Fidem conciliat*, qui contra. *Desideramus fidem* in eo, qui non præstat ea quæ recepit. *Probamus fidem* illius, qui quod potuit fecit sedulo. Et *in fidem alicui tradimus*, quod illius fidei committimus. Et *bonæ fidei possessor* E dicitur, qui sine dolo cœpit possidere. Qui contra, *malæ fidei*. De *fide* servorum in dominos multa legimus. Et *fidem facit*, qui persuadet, & *fidus* dicitur, qui bona fide rem gerit, item *fidelis*. *Fides* igitur apud Latinos interdum est promittentis, interdum præstantis promissum, interdum credentis, interdum ejus cui creditur, interdum generale nomen, ut quum dicimus, *fidem sublatam e moribus hominum*, sentientes neminem præstare quod promittit, neque quemquam alteri fidere. Et Græce πίστις nonnunquam sonat fidem præstantis aut promittentis, nonnunquam probationem per quam persuademus. Et πιστὸς dicitur qui non fallit: ἄπιστος infidus sive diffidens: πιστεύει qui credit sive confidit aut committit: & ἀπιστεῖ qui non fidit. Apud Latinos *incredulus* est qui diffidit. *Credulus* enim, & *credulitas*, in vitium fere sonant; & *credere*, varium est. *Credit*, qui assentitur dictis, & *credit*, qui fidit: & *credit uxorem alteri*, qui committit. Jam & *fidentem* & *fiduciam* dicimus in bonam partem, quæ tantum est in credente. *Confidere* item & *fidere*, in bonam partem. *Confidentem* & *confidentiam*, in malam partem. Verum his vocibus F frequenter abutuntur Sacræ Litteræ: nam *fidem* frequenter usurpant pro *fiducia* erga Deum, ut non multum differat a spe. Interdum pro *credulitate* sive *persuasione*, qua assentimur his quæ de illo nobis tradita sunt, qua credunt & Dæmones. Nonnunquam hæc omnia complectitur *fidei* vocabulum, assensum illum & in narratis & in promissis, & fiduciam ex illius omnipotente bonitate conceptam, non sine spe, hoc est, exspectatione promissorum. Et hactenus quidem dicitur *fides hominis*. Cæterum & *Dei fides* dicitur, quam ille præstat in promissis: unde Deus *fidus* sive *fidelis*, hoc est, πιστὸς, dicitur, eo quod non fallat: sed homo *fidelis* dicitur, qui credit promittenti, præter usum Latini sermonis, & tamen sic frequenter loquuntur Sacræ Litteræ. Nam dispensator *fidelis* Latine dicitur: *infidelis* autem non Latine, sed in Scripturis, dicitur qui diffidit: Græce melius ἄπιστος, sive ἀπειθής. Nonnunquam *fides Dei* dicitur, qua nos illi fidimus potius quam homini: cujus dicitur, & ob hoc quod ab illo donatur, non solum quod in illum tendat. Interdum utriusque, ut

γέγραπται, Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. 18 Ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ Θεοῦ ἀπ᾽ οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων, τῶν τὴν 19 ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων· Διότι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς· ὁ 20 γὰρ Θεὸς αὐτοῖς ἐφανέρωσε. Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα, καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀ- 21 ναπολογήτους· Διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ εὐχαρίστησαν, ἀλλ᾽ ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκο- 22 τίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. Φάσκοντες εἶ- 23 ναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν· Καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν καὶ τετρα-

fide in fidem: sicuti scriptum est, Justus autem 39 ex fide victurus est. 40 Palam fit enim ira Dei de cœlo 18 adversus omnem impietatem & injustitiam hominum, qui 41 veritatem in injustitia detinent: Propterea quod 19 id 42 quod de Deo cognosci potest, 43 manifestum est in illis: Deus enim illis patefecit. Siquidem quæ sunt 20 invisibilia illius, 44 ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, pervidentur, 45 ipsaque æterna ejus potentia ac divinitas, 46 in hoc ut sint inexcusabiles: Propterea quod quum Deum cognoverint, non 21 ut Deum glorificaverunt, neque grati fuerunt, 47 sed frustrati sunt per cogitationes suas, & obtenebratum est insciens cor eorum. 48 Quum se crederent 22 esse sapientes, 49 stulti facti sunt: Mutaveruntque 23 gloriam 50 immortalis Dei, 51 per imaginem, non solum ad mortalis hominis similitudinem effictam, verum

Justus ex fide vivet: Dei, qui non fallit in promissis: & hominis, qui Deo fidit. Ad utrumque pertinet quod hîc dicit, *ex fide in fidem.* Quemadmodum enim Deus statis temporibus aperire cœpit qualis esset, & præstare quæ promiserat: ita crevit per gradus hominibus erga Deum cognitio & fiducia. Prophetis pauci credebant prius quam Dominus exhibuisset oculis quæ illi promiserant. Rursus ex his quæ vidimus & videmus confirmatur fides de iis quæ prædicta sunt de postremo adventu.

39 *Ex fide vivit*] *Vivet* legendum est verbo futuri temporis, ἐκ πίστεως ζήσεται. Atque ita citatur & apud hunc in Epistola ad Galatas, & in Epistola divi Jacobi. Sic interpretatur Chrysostomus, exponens de futura vita, quum hîc interim affligatur & occidatur: ideo dictum esse *vivet*, non *vivit*. Locus autem, quem adducit Paulus, est apud Prophetam Abacuc capite secundo, quem Septuaginta sic interpretati sunt, *Justus autem ex fide mea vivet.* Unus Symmachus significantius expressit, Ὁ δὲ δίκαιος τῇ ἑαυτοῦ πίστει ζήσεται, id est, *Justus autem per propriam suam fidem vivet*, sive *victurus est.* Hieronymus putat Septuaginta lapsos Hebraicorum elementorum similitudine, quæ mensura tantum inter se distant. Nam בֶּאֱמוּנָתוֹ sonat Hebræis, *in fide sua*: quod ו *vau* littera, quum est appendix dictionis, vim habet hujus pronominis *sui*, aut *ejus*. *Jod* י item adjecta vim habet hujus pronominis *mei*: בֶּאֱמוּנָתִי, id est, *in fide mea.* Porro *vivet* futuri temporis esse verbum, non solum indicat Editio Græca, quam citat Hieronymus, quæque exstat in vulgatis Græcorum codicibus, verum etiam in Hebræo verbo יִחְיֶה, additum enim י a principio tertiam personam futuri masculini efficit. Opinor autem Paulum utrumque pronomen omisisse, sive quod Romanis nota esset Editio Septuaginta, & ob id ab ea dissentire nollet, neque rursum Hebraicam ingerere, quam nesciebant. Sive quod hujusmodi pronomina passim soleant subaudiri, sive quo sententiam redderet absolutiorem, magisque catholicam. Ἐκ πίστεως. Præpositio significat originem. Vita enim ex hoc habet initium, quod submittentes humanum sensum credimus verbis divinis. Hoc adversus philosophos dictum est.

40 *Revelatur*] ἀποκαλύπτεται, id est, *retegitur* & *aperitur*, quum palam fit quod ante tectum fuerat. Nam ante proditum Evangelium Christi in solos Judæos videbatur aperta reserataque ira Dei, si peccassent. Atque ob id addit, *super omnem impietatem*, quod ad omnes ex æquo pertineret Evangelii gratia. Jam illud vel citra monitorem opinor intelligi, *iram* ex consuetudine sermonis Hebræi frequenter usurpari pro ultione supplicioque.

41 *Veritatem Dei*] *Dei* apud Græcos non additur, nec in vetustis Latinorum exemplaribus, nec attingit Chrysostomus. Sentit enim veritatem cognitam philosophis, quæ ipsorum potius est quam Dei. Nam Dei veritas confert vitam, philosophorum veritas inflat. Sed veritatem, unde debebant ad altiora proficere, detinebant in injustitia.

42 *Quod notum est Dei*] τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, id est, *quod cognoscibile est Dei*, hoc est, quod de Deo sciri cognoscique potest, adstipulantibus & Interpretibus. Est enim in Deo, ad quod nulla humanæ mentis imaginatio possit ullo modo pertingere.

43 *Manifestum est in illis*] *In illis* nove dictum est pro *apud illos*, sive *inter illos.* Nec enim *in illis* referri potest ad res conditas, de quibus nondum facta est mentio, sed ad philosophos. Cæterum adjecit *in illis*, ut eos distingueret a Barbaris & vulgo indocto.

44 *A creatura mundi*] Κτίσις ambigua vox est apud Græcos, ut quæ vel *creationem* ipsam significare possit, hoc est, actum creandi sive condendi: vel *creaturam* ipsam, hoc est, rem creatam. Interpres κτίσιν ad hominem referre videtur, τὰ ποιήματα ad res creatas, ut intelligas *a creatura*, hoc est, ab homine creato conspici animo, quæ corporeis oculis cerni non possunt, idque per res creatas, in quibus exstant Divinitatis vestigia. Alii contra, hoc ad hominem referre malunt, illud ad mundi creationem. Quanquam utrobique idem redditur sensus: mihi videtur utrumque ad mundum conditum non absurde referri posse, ut intelligas invisibilia Dei cerni ex ipsa mundi creatione, dum intelliguntur per opera, quæ Dei conditoris potentiam, sapientiam, ac bonitatem præ se ferunt. Ut dativus Græcus ποιήμασιν pertineat non ad verbum καθορᾶται, sed ad participium νοούμενα, id est, *quæ intelliguntur*, per quæ? nimirum τοῖς ποιήμασιν, hoc est, *per opera*, veluti per instrumentum. Quandoquidem Græcis dandi casu exprimitur instrumentum, ut nobis auferendi casu. Jam illud admonere non ita magni refert, νοούμενα, quod vertit *intellecta*, participium esse præsentis temporis, non præteriti. Non enim ita conspiciuntur, ut prius sint intellecta, sed tum conspiciuntur, quum ex rebus conditis intelliguntur, velut exponat quid senserit quum ait, *conspiciuntur.* Sic enim intelliguntur ex rebus conditis, tanquam in speculo cernas imaginem, unde & κάτοπτρον habet nomen. Quin & pronomen αὐτοῦ utrolibet potest referri, ad τὰ ἀόρατα, ut accipias, Dei naturam ac virtutes quæ cerni non possunt: vel ad id quod proxime sequitur, τοῖς ποιήμασιν αὐτοῦ, id est, *a creaturis illius.*

45 *Sempiterna quoque*] ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις. Græce non est *quoque*, qua conjunctione illi prorsus carent, sed *que.* Quanquam Interpres probe reddidit, si modo vera est Origenis interpretatio, ut *invisibilia* referatur ad creaturas invisibiles, videlicet substantias separatas, non ad ipsum Deum, quem postea subjicit separatim. Mihi sane non displicet Origenica diligentia, quæ nusquam non philosophatur, verum ea sententia, quam sequitur Ambrosius & Chrysostomus, mihi videtur simplicior.

46 *Ita ut sint*] *Ita* non solum redundat, verum etiam subvertit sensum, si addatur. Græci sic habent εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους, id est, *ut sint inexcusabiles*, sive, *in hoc*, *ut sint inexcusabiles.* Sive quod per Dei cognitionem eò deducti sint, ut ignorantiam non queant prætexere quum peccant: sive quod Deus in hoc ipsum indulserit eis sui cognitionem, ut postea nihil haberent, quod prætexerent suæ incredulitati, si Christum rejicerent. Etiamsi Theophylactus indicat, Paulum abusum hoc typo sermonis, quum non sentiat de fine, sed de consequentia, quod genus est & illud e Psalmo: *Quoniam malum coram te feci, ut justificeris in sermonibus.* Neque enim hoc sentit, ideo se peccasse, ut Deus appareret justus, sed hoc consequutum, ut, dum ille peccare non desinit, elucescat Dei justitia, qui peccanti quoque promissa præstet.

47 *Sed evanuerunt*] ἐματαιώθησαν, id est, *vani* sive *supervacanei facti sunt*, aut *frustrati sunt*, μάτην enim *frustra*: inde μάταιος *supervacaneus* & *nullius usus*: hinc ματαιόομαι, *frustror.* Vulgo *vanum* vocant gloriosum ac superbum, & ad eum sensum exponit Lyranus. Qui Latine callent, *vanum* dicunt, aut quod verum non est, aut quod frivolum est & inane, nihil habens solidi. Cæterum *evanescere* dicitur, quod cum prius falsa imagine offerretur oculis, deinde desinit apparere, veluti fumus. At Paulus sentit illos frustratos fuisse suis cogitationibus, hoc est, longe secus evenisse quam putabant. Id quod declarant quæ mox sequuntur, *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Id enim est *frustrari*, quum summam sapientiam tibi speraris, in summam incidere stultitiam: & quum clarissimam lucem somniaris, in altissimas demergi tenebras: & quum raram quamdam gloriam apud mortales tibi proposueris, in adeo probrosas prolabi cupiditates, ut ab iis & brutorum animantium natura abhorreat. Est autem διαλογισμὸς, non simplex cogitatio, sed cogitatio ratiocinantis & expendentis ac dijudicantis, quod alienissimum est a fide Christi, ad quam illos vocat Paulus. Taxat enim obiter dialecticas philosophorum argutias, quibus frustra freti, sapientiam absolutam & sibi vindicabant, & aliis pollicitabantur.

48 *Dicentes se esse sapientes*] Φάσκοντες εἶναι σοφοί. Si nihil licet immutare in arcanis litteris, cur hîc Interpres ausus est Græcam sermonis figuram Latinam reddere? Quanquam ne sic quidem ad plenum expressit sententiam. Nam Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ magis sonat, *Qui cum putarent* aut *profiterentur se sapientes.* Siquidem ob rerum affinitatem abutuntur sæpe φημὶ pro οἶμαι. Jam conjunctio *enim*, quæ additur in nostris plerisque, nec habetur in Græcis voluminibus, nec in vetustis Latinorum, nominatim iis quæ nobis præbuit Bibliotheca Collegii quod est Brugis S. Donatiano sacrum.

49 *Stulti facti sunt*] Græcis unica dictio est, ἐμωράνθησαν, id est, *infatuati sunt.*

50 *Incorruptibilis Dei*] ἀφθάρτου, quod alias vertit *immortalis*, ut primæ Timothei primo, *immortali Deo*, ἀφθάρτῳ Θεῷ: & hoc sane loco magis quadrabat. Opponit enim *Deum immortalem* simulacro hominis mortalis, φθαρτοῦ, nisi quod ἄφθαρτον plus quiddam significat, quam ἀθάνατον. Nam hominum animi ἀθάνατοι sunt, ἄφθαρτοι nequaquam.

51 *In similitudinem imaginis*] ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος, *in similitudine imaginis*, vel potius *in effictione* sive *assimulatione imaginis.* Neque enim sentit illos vertisse Dei gloriam in imaginem hominis, sed aliter sensisse de Deo quam oportebat, quum illi, cui simile nihil est in rebus corporeis, affingerent imaginem hominis: atque ita dictum est *in similitudine*, quasi dicas, *per assimulationem imaginis.* Ad eumdem modum paulo post, μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ ἐν τῷ ψεύδει, id est, *transmutaverunt veritatem ejus in mendacio*, ut utrobique sit auferendi casus, non accusandi.

Nec

24 τραπόδων καὶ ἑρπετῶν. Διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν εἰς ἀκαθαρσίαν, τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώ-
25 ματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς· Οἵτινες μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ ἐν τῷ ψεύδει, καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει, παρὰ τὸν κτίσαντα,
26 ὅς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. Διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας· αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν, εἰς τὴν παρὰ φύσιν·
27 Ὁμοίως τε καὶ οἱ ἄρσενες, ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει, τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑ-
28 αυτοῖς ἀπολαμβάνοντες. Καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ
29 καθήκοντα· Πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, πορνείᾳ, πονη-

rum etiam volatilium & quadrupedum & reptilium. Quapropter tradidit illos Deus [52] per cupiditates cordium suorum in immunditiam, ut ignominia afficiant [53] corpora sua inter se mutuo: Qui commutarunt [54] veritatem ejus mendacio, & venerati sunt [55] colueruntque ea quæ condita sunt, [56] supra eum qui condidit, [57] qui est laudandus in secula, amen. Quamobrem tradidit eos Deus [58] in cupiditates ignominiosas: [59] nam & fœminæ illorum mutaverunt naturalem usum, in eum qui est præter naturam: Similiterque & masculi, relicto naturali usu fœminæ, exarserunt [60] per appetentiam sui alius in alium, masculi in masculos fœditatem perpetrantes, [61] & præmium, quod oportuit, erroris sui in sese recipientes. [62] Et quemadmodum non probaverunt ut Deum agnoscerent, ita tradidit eos Deus [63] in reprobam mentem, ut facerent [64] quæ non conveniebat: [65] Repleti omni injustitia, scortatione, versutia, [66] avaritia, [67] malitia, pleni [68] invidia, cæde, contentio-

Nec enim verterunt veritatem Dei in mendacium, sed quum ipsi versarentur in mendacio, sibi mutaverunt Dei veritatem, aliter de illo prædicantes quam est. Certe *in mendacio* habebat vetustissimus codex e Bibliotheca S. Donatiani. Si hominem pro Deo coluissent, magna erat in conditorem contumelia, levior tamen fuisset insania: nunc simulacrum mendacium vocat, quod specie mentitur hominem aut aliud animal, quum nec vivat nec sentiat. Præstabilior enim viva simia, quam simulacrum hominis.

52 *In desideria cordis*] ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν, id est, *in concupiscentiis cordium suorum*: non *cordis*, nec *in desideria*. Quo sane loco videri poterat abusus præpositione, id quod & alias facit, nisi magis quadraret, ut intelligamus *tradidit* positum pro *destituit*. Non enim illos Deus adegit in concupiscentias fœdas, sed destituit suapte vitio illuc euntes. Potest & sic accipi, ut *in concupiscentiis* dictum sit *per concupiscentias*. In tantas turpitudines prolapsi sunt, illecti & abstracti suis ipsorum cupiditatibus, permittente Deo. Nec emphasi caret quod *cordium* dictum est multitudinis numero, ut intelligas diversos esse stultorum affectus, nec in his unum cor, aut ullum consensum.

53 *Corpora sua in semetipsis*] ἐν ἑαυτοῖς, id est, *inter sese*: significat enim, ni fallor, masculorum mutuum inter ipsos stuprum, & mutuum item coitum fœminarum inter ipsas.

54 *Veritatem Dei*] τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ, id est, *veritatem ejus*: nempe Dei. Alioqui quum mox præcesserit *Deus*, duriusculum est subito repetere: quanquam hîc variabant Græcorum codices.

55 *Et coluerunt*] ἐσεβάσθησαν, id est, *venerati sunt*, quod proprie dicimus de iis quibus divinum quiddam ac majestatem tribuimus, quæ & σεβαστὰ, id est, *augusta*, dicuntur. Quod sequitur, ἐλάτρευσαν, *servierunt*, nos vertere maluimus *coluerunt*.

56 *Potius quam creatori*] παρὰ τὸν κτίσαντα, id est, *ultra eum*, sive *supra eum qui creavit*, hoc est, plus honoris exhibuerunt rebus creatis, quam illi qui creaverat. Hilarius libro *de Triade* duodecimo, *Servierunt*, inquit, *creaturæ, præterito creatore*; pulchre sensum exprimens.

57 *Qui est benedictus*] εὐλογητός: quod nos ob rudiores vertimus *laudandus*: εὐλογεῖν enim Græcis est honorifice loqui de quopiam, unde & Episcoporum benedictiones opinor dictas, quod populo bene precentur, beneque ominentur. Etiamsi hoc verbum adeo passim receptum est in Sacris Litteris, ut vix liceat mutare.

58 *In passiones ignominiæ*] εἰς πάθη ἀτιμίας. Πάθη apud Græcos nonnunquam *perturbationes animi* sonat, aut *motus*, aut *morbos*, aut, quod maxime placet Fabio, *affectus*. In tanta copia probatorum nominum, quorsum opus erat novo & factitio *passionis* vocabulo? Hoc loco maxime quadrabat *morbos*, quandoquidem effœminatam libidinem & Horatius *morbum* appellat:

Contaminato cum grege turpium
Morbo virorum: --- ---

Porro quod addidit *ignominiæ*, ex Hebraica sermonis proprietate sumptum apparet, pro eo quod est, *in affectus dedecorosos*, sive *contumeliosos*, & *ignominiosos*. Siquidem libidinem contumeliam corporis appellat, ut paulo superius, τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν. Et Petrus Interprete Hieronymo honorem vocat uxoris, si coitu non contamineiur. Honori vero opponitur ἀτιμία.

59 *Nam & fœminæ illorum commutaverunt naturalem usum fœminæ*] Postrema vox *fœminæ* θηλείας additur in nonnullis Græcorum codicibus, sed mendose, ni fallor, videlicet ex proxima parte huc adjecta.

60 *In desideriis suis*] ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν, id est, *in appetentia sua*, sive, quod malim, *sui*: ut intelligas masculorum mutuam inter ipsos appetentiam.

61 *Et mercedem quam*] Græce significantius est ἀντιμισθίαν, quasi *pensationem* dicas, aut *repensationem*, ac *præmii retributionem*, seu *mercedem meritis respondentem*. Sunt enim quædam flagitia ejusmodi, ut non solum ipsa sint scelera, verum etiam scelerum pœnæ. Augustinus adversus Julianum lib. V. cap. III. aliquoties citat *mercedem mutuam*, velut exprimens vim præpositionis ἀντί: nam ἀντικατηγορία dicitur *accusatio mutua*. Verum non est hoc perpetuum ei voci, nonnunquam enim *redditionem* indicat tantum, quemadmodum Latinis *re* in *respondere* & *rependere*: & tamen non absurde diceretur *mutua*, si merces mercedi rependeretur, sicut *mutuum amat*, qui respondet in amore: verum hîc peccatori rependitur pœna, non peccatum peccato. Multo vero absurdius, si *mutuam* referas ad personas miscentes obscœnam voluptatem.

62 *Et sicut non probaverunt*] Sensus est geminus: sed uterque redditur Græcis verbis, Καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει. Sive enim accipis hunc sensum, *Et quemadmodum non probaverunt*, hoc est, *noluerunt Deum habere in agnitione*. Nam hîc *agnitio* magis est quam *cognitio*, & cognitum utcunque noluerunt agnoscere: videtur deesse articulus τὸ τὸν Θεὸν ἔχειν. Sive hunc, *Et quemadmodum non probaverunt quod Deus agnosceret & sciret omnia*, quo veluti nihil intelligente licenter peccabant. Videtur accusativus deesse, quem exigebat verbum ἔχειν, qui exprimeret quid Deus haberet in notitia. Et quanquam alicubi videtur usurpare ἐπίγνωσιν pro γνῶσιν, id est, *agnitionem* pro *cognitione*, tamen horum nominum differentia notatur & ab Hieronymo nostro, & a Græcis Interpretibus. Hoc sane loco pulchre conveniebat *agnitum*. Siquidem ante dixit Deum ab illis *cognitum*, at hîc negat *agnitum*. *Cognoscere* est intelligentis: *agnoscere* grati ac memoris. Ingratus *novit* beneficium, verum, dum dissimulat se debere, non *agnoscit*. Theophylactus admonet hîc ἐδοκίμασαν positum pro ἔκριναν, id est, *non visum est eis*, ut intelligas incusari non inscitiam, sed perversam voluntatem. Nam *probandi* verbum Latinis anceps est: *probat* qui approbat, *probat* qui tentat, *probat* qui docet argumentis. Sensus igitur juxta Græcos Interpretes sic ferme habet, *Non visum est illis Deum, quem cognoscebant, agnoscere ac venerari*.

63 *In reprobum sensum*] εἰς ἀδόκιμον νοῦν. Non est hîc *sensus* αἴσθησις, quod genus sunt visus, auditus, sed νοῦς, hoc est, *mens*. Unde dilucidius erat, *in reprobam mentem*. Est autem festiva vocum affinitas in ἐδοκίμασαν, & ἀδόκιμον, id est, *probaverunt*, & *reprobum*. Nam hîc *probari* dicitur quod placet, & ἀδόκιμον, quod omnibus displicet. Hujusmodi sunt hæc quæ commemorat flagitiorum portenta, quæ exsecrantur & ipsi Ethnici.

64 *Quæ non conveniebant*] τὰ μὴ καθήκοντα. Sensus est, *indigna se*, hoc est, quæ tales viros dedecebat facere.

65 *Repletos*] Interpres hos accusativos retulit ad verbum quod præcessit, *tradidit*. At commodius referuntur ad infinitum verbum ποιεῖν: quod posteaquam mutaverit in alium modum, mutandi simul erant accusativi in nominativos, *ut facerent quæ non conveniebant, repleti omni iniquitate*.

66 *Avaritia*] πλεονεξίᾳ. Quod aliquoties vertit *rapinam*, aliquoties *fraudem*, nonnunquam *avaritiam*. Est autem πλεονεκτεῖν verbum compositum a πλέον ἔχειν, hoc est, a *plus habendo*; quo Græci utuntur cum quis sibi plus usurpat quam jus est, aut potiores partes, fraudatis etiam cæteris, occupat; inde πλεονέκτης & πλεονεξία. Non solum autem nullus avarus est, qui non sit idem fraudator, sed ne dives quidem ullus, qui non aut iniquus sit, aut iniqui hæres, si proverbio credimus. Cæterum quoties incidit hujusmodi nominum catalogus, nonnihil dissonant exemplaria, sive Græca consulas, sive Latina: id quod oblivione notariorum accidit, quod difficile sit hujusmodi meminisse. Nec usquequaque probo quorumdam nimis anxiam in hisce rebus diligentiam, qui numerum quoque putant observandum in congesta nominum sylva: velut cum aliis aliquot locis, tum in Epistola ad Galatas, quorsum attinet numerare fructus spiritus: cum opera carnis, neque numero, neque generibus respondeant, denique catalogo adjicitur, & his similia.

67 *Nequitia*] κακίᾳ. Quæ dictio Græcis nunc *vitium* sonat & opponitur ἀρετῇ. Aliquando *ignaviam*, unde ἐκκακεῖν *deficere* ac *delassari*; nonnunquam *afflictionem*, quod rectius tamen κάκωσιν dicimus. Hoc loco maluissem vertere *malitiam*, quæ apud Senecam simpliciter usurpatur pro vitio: alioqui *perversitatem* sonat, cum quis data opera male agit. At πονηρίαν vertit *malitiam*, quæ vox aliquando non solum *malitiam* significat, sed *versutiam* & *astutiam*: unde proxime præcedit *avaritia* velut illius germana. *Nequitia* vero proprie ad libidinem & luxum pertinet, quod hæc vitia hominem perditum & nihili declarent, & ab omnibus contemni soleant his obnoxii. Est autem Græca legentibus non ingrata affinitas in πορνείᾳ & πονηρίᾳ.

68 *Invidia, homicidiis*] Apud Græcos jucunda vocum affinitas est in φθόνου, φόνου. Quanquam *cæde* potius est, singulari numero, quam *homicidiis*.

πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ, μεσοὺς φθόνου, φόνου, ἔριδος, δόλου, κακοηθείας, ψιθυριστὰς, 30 Καταλάλους, θεοστυγεῖς, ὑβριστὰς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας, ἐφευρετὰς κακῶν, γονεῦσιν ἀπει- 31 θεῖς, Ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους, ἀστόργους, ἀ- 32 σπόνδους, ἀνελεήμονας· Οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγνόντες, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, ἄξιοι θανάτου εἰσὶν, οὐ μόνον αὐτὰ ποι- II. 1 οῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι. Διὸ ἀνα-

tione, dolo, 69 malis præditi moribus, susurrones, 30 70 Obtrectatores, 71 Dei osores, 72 contumeliosi, elati, 73 gloriosi, 74 excogitatores malorum, parentibus 31 75 immorigeri, 76 Expertes intelligentiæ, pactorum haudquaquam tenaces, 77 alieni a charitatis affectu, 78 nescii fœderis, 79 immisericordes: 32 80 Qui quum Dei justitiam noverint, nempe quod ii qui talia faciunt, digni sint morte, non solum ea faciunt, verum etiam assentiuntur iis qui faciunt. II. 1 Quapropter

69 *Malignitate*] κακοηθείας. Quod magis sonat *morum asperitatem* ac *difficultatem*. Nam apud nos *malignitas* opponitur benignitati seu candori, & *maligne laudat*, qui parce ac propemodum invide laudat, & *maligne dat*, qui contracte dat.

70 *Detractores*] Significantius apud Græcos καταλάλους, id est, *obtrectatores*; nam *detrahit* qui minuit laudem alicujus: *obtrectat* qui male prædicat de alio.

71 *Deo odibiles*] Unica vox est apud Græcos θεοστυγεῖς, & magis sonat, quibus Deus est invisus, quam, quos Deus habet invisos. Atque ita interpretantur Græcanica scholia, licet Theophylactus utroque modo interpretetur, Chrysostomus non attingit. Cyprianus item in Epistola quarta libri primi legit, *Deo abhorrentes*; nimirum ex eorum genere qui dicunt Deo, *Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus*. Julius Pollux inter vocabula, quibus impietatem exprimimus, commemorat & θεοστυγὴς, admonens eam vocem esse tragicam.

72 *Contumeliosos*] ὑβριστὰς, id est, *feroces*, & per vim alios opprimentes; quasi dicas, *injuriatores*, unde mox subjicit huic cognatum vitium, ὑπερηφάνους, *superbos*.

73 *Elatos*] ἀλαζόνας. Plautus ἀλαζόνα vertit *gloriosum*, quem & *fastuosum* recte dixeris. Vox dicta Græcis παρὰ τὸ ἐν ἄλῃ ζῆν, quod impostores ejusmodi subinde mutare solent locum, quo facilius fallant quibus sunt ignoti: ἀλαζὼν diversus est ab eo, quem εἴρωνα vocant Græci. Siquidem ille præ se fert & ostentat quod non est, hic dissimulat quod est.

74 *Inventores malorum*] ἐφευρετὰς, id est, *adinventores*: sive quod in rebus per se bonis aliquid admisceant mali, sive quod semper addant mala malis. Semper enim malum e malo gignitur.

75 *Non obedientes*] ἀπειθεῖς, id est, *immorigeros*, seu *inobedientes*, sive *intractabiles*. Nec hic opus erat periphrasi.

76 *Insipientes, incompositos*] Rursus est jucundissima vocum affinitas in Græco sermone, quam Interpres nec affectavit, nec potuit reddere, ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους. Theophylactus *incompositos* interpretatur, *infidos*, minimeque tenaces pactorum, ac lubricæ fidei in conventis, quod *pacisci* Græcis dicatur συντίθεσθαι, & *conventa*, συνθῆκαι. Porro ἀσυνέτους vocat, quos nec ratio cohibet homini peculiaris, & sine qua homo desinit esse homo.

77 *Sine affectione*] ἀστόργους. Ut ne excutiam interim quod Interpres abusus est *affectione* pro *affectu*, cum multum intersit. Affectibus carere juxta Stoïcos summa laus est, sic apud nos quoque malis vacare affectibus laudi ducitur. At στοργὴ non simpliciter *affectum* significat, sed potius affectum illum pietatis aut charitatis, quo parentes tanguntur erga liberos, ac vicissim illi erga eos, quo frater erga fratrem. Unde qui eò processerunt in vitiis, ut ad hos quoque communes affectus & ad ipsum naturæ sensum obsurduerint, ἄστοργοι vocantur. Qualis erat ille, de quo Satyricus:

Nec amat, nec amatur ab ullo.

Chrysostomus ita connectit has voces enarrans, ἀσυνθέτους, ἀσπόνδους, ἀστόργους, ἀνελεήμονας: quasi prima pertineat ad naturalem omnium animantium affectum, quo communi specie conciliantur, ut homo homini, lupus lupo; secunda ad fœdera civilia, quæ fiunt ex pactis; tertia ad affectus propinquitatis aut affinitatis; quarta ad affectum misericordiæ, quo & hostium malis indolescimus interdum. Exaggerat autem, quod ad omnes hos naturæ affectus obsurduerit illorum impietas. Eumdem vocum ordinem sequitur Theophylactus, ἀσυνθέτους interpretans τοῖς συμπεφωνημένοις οὐκ ἐμμένοντας, id est, *non persistentes in conventis*.

78 *Absque fœdere*] Quæso quid hoc est, *sine fœdere*? Num damnat eos qui non pangunt fœdera, an eos potius, qui nullis fœderibus coërcentur, quo minus quod libet faciant? Unde *fœdifragos* dicere potius debuit. Quanquam alias Græci ἄσπονδον vocant *irreconciliabilem*, ut ἄσπονδος πόλεμος, & σπονδὴ *sodalitatem* quoque significat, ut intelligas, *intractabiles*, sibi viventes, erga neminem jure necessitudinis utentes. Hic συναθροισμὸς, id est, *congeries vocum*, & ἀσύνδετον mire facit ad orationis impetum ac vehementiam. Et προσονομασία non solum ad jucunditatem facit, verum etiam ad odium & inculcationem rei molestæ: veluti si dicas de manifesto mendacio, hoc neque scriptum, neque pictum est usquam.

79 *Sine misericordia*] ἀνελεήμονας, id est, *immisericordes*. Mirum cur hic Interpretem delectarit periphrasis.

80 *Qui cum justitiam Dei*] Hoc loco Græcorum codices longe a nostris dissident. Sic enim est apud illos, Οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγνόντες, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, ἄξιοι θανάτου εἰσὶν, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι. Id est, *Qui cum justitiam Dei cognorint*, nimirum hanc, *quod qui talia agunt, digni morte sint, non solum eadem faciunt, sed etiam consentiunt facientibus*: ut intelligas gravius esse approbare aliorum malefacta, quam teipsum malefacere tacitum. Sed depravationis occasio fuerunt hæ duæ voces ποιοῦσι & συνευδοκοῦσι, quæ voces apud Græcos conveniunt cum dativis participiorum plurativis & cum tertiis personis verborum. Primum enim ponit *justitiam Dei*, deinde velut exponit quæ sit ea justitia, nempe, *quod qui talia agunt, digni sint morte.* Cæterum unde hæc duo verba, *non intellexerunt*, accesserint in nostris exemplaribus, equidem non satis intelligo. Quanquam etiam illis additis idem erit sensus, si legas per interrogationem negative, ut intelligas fieri non potuisse quin hoc quoque intellexerint. Ex Origene nihil certi potest colligi quod ad hanc sane rem pertineat, nisi quod suspicor in eo locum hunc esse depravatum. At Græcorum scholia tantum indicant nonnullis hunc locum aliter legi solere, ut *facere* gravius esset, *consentire* levius. Verum nostri, quoniam, opinor, ad explendum hunc sensum sentiebant aliquid deesse, addiderunt hæc duo verba de suo, *non intellexerunt*. Cæterum magno consensu Græcorum qui nunc exstant codices indicant diversum esse Pauli sensum, nempe gravius esse comprobare aliorum malefacta, quam si ipse labaris in peccatum, propterea quod hoc sæpenumero vel casus est, vel infirmitatis, illud vel pestilentissimæ adulationis, vel deploratissimæ malitiæ. Sapientium erat plebem indoctam ab his vitiis cohibere. At isti non solum eadem fecerunt, verum etiam auctoritate sua confirmarunt populi vesaniam. Ad eum modum interpretatur Chrysostomus & Theophylactus, sed dissentiente Cypriano libri primi Epistola quarta, cumque hoc Ambrosio. Cæterum ob δυσπειθεῖς quosdam præstiterit ipsius Chrysostomi verba subscribere: Δύο τιθεὶς ἐνταῦθα ἀντιθέσεις ἀνεῖλε αὐτὰς προηγουμένως. Τί γὰρ ἂν εἴπῃς, φησὶν, ὅτι οὐκ οἶδα τὰ πρακτέα; Μάλιστα μὲν ᾔδεις. Σὺ αἴτιος, ἀφεὶς τὸν γνωρίζοντά σοι Θεόν. Νῦν δὲ διὰ πολλῶν δείκνυμί σε εἰδότα, καὶ ἑκόντα πλημμελοῦντα. Ἀλλ' ὑπὸ τοῦ πάθους ἕλκῃ. Τί οὖν καὶ συμπράττεις καὶ ἐπαινεῖς; Οὐ γὰρ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράττουσι. Τὴν γοῦν χαλεπωτέραν πρότερον θεὶς καὶ ἀσύγγνωστον, ἵνα ἕλῃ· καὶ γὰρ τοῦ πλημμελοῦντος τὴν ἁμαρτίαν ἐπαιρῶν, πολλῷ χαλεπώτερος. Τοῦτ' οὖν πρῶτον εἰπὼν, διὰ τούτου σφοδρότερον πάλιν ἐν τοῖς ἑξῆς χειροῦται αὐτῶν, οὕτως λέγων, Διὸ ἀναπολόγητος εἶ ὦ ἄνθρωπε. Id est, *Duas hic propositas objectiones dissolvit in primis. Etenim quid, inquit, habes quod dicas, non novi quæ essent agenda? Maxime sane noveras. Tu in culpa, qui Deum per quem hæc noveras reliqueris. Nunc vero multis argumentis convinco te scientem ac volentem peccare. Sed cupiditas te pertrahit ad peccandum. Cur igitur & eadem facis & laudas? Non enim solum eadem faciunt, sed & comprobant facientes. Graviorem igitur culpam & nequaquam ignoscendam prius posuit, ut capiat: etenim qui delinquentis peccatum exaggerat, multo vehementior est. Hoc igitur prius loquutus, per id vehementius etiam in his quæ sequuntur stringit illos, sic dicens, Quapropter inexcusabilis es ô homo.* Theophylactus hunc in modum: Ἔδειξεν ὅτι ἀπὸ τοῦ μὴ θέλειν γνῶναι Θεὸν, ἐπληρώθησαν πάσης κακίας· δείκνυσι νῦν ὅτι οὐδὲ συγγνώμης εἰσὶν ἄξιοι. Οὐ γὰρ ἔχουσιν εἰπεῖν, ὅτι ἠγνοοῦμεν τὸ καλόν. Οἴδασι γὰρ τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ. Ἑκόντες ἄρα ποιοῦσιν, καὶ ὃ χεῖρον τούτου, ἐπευδοκοῦσι τοῖς πράττουσι, τοῦτ' ἔστι συνηγοροῦσι τῷ κακῷ, ὅπερ ἀνίατα νοσεῖν ἐστίν. Id est, *Demonstravit quod ex eo quod nollent agnoscere Deum, repleti essent omni malitia: demonstrat nunc, quod ne venia quidem digni sunt. Non enim possunt dicere, non novimus quid esset honestum. Noverunt enim justitiam Dei. Volentes igitur faciunt, &, quod hoc pejus est, insuper & approbant eos qui faciunt, hoc est, patrocinantur malitia, qui morbus est immedicabilis.* Facit ad hanc sententiam ipse sermonis tenor, *Propterea inexcusabilis es ô homo*, &c.

1 P*Ropter quod*] Origenes indicat rectum ordinem totius hujus disputationis Paulinæ, quod sit alioqui perplexior, propterea quod ter iteretur *tradendi* verbum, & aliquot *tradendi* causæ referantur, sed quæ non satis apte videantur ad singula respondere. Proinde rectius existimat omnes *tradendi* causas, quæ separatim hic singulis traditionibus præferuntur, in unum coacervare, ac rursum traditionis species conjungere, ut ordinemus hoc pacto: *Quoniam quidem homines mutaverunt immortalis Dei gloriam imagine efficta ad similitudinem mortalis hominis, & volucrum & quadrupedum ac serpentium. Et quoniam adulteraverunt veritatem Dei mendacio, & coluerunt ac venerati sunt creaturam potius quam creatorem, nec placuit illis Deum agnoscere*, ut hactenus sit congeries causarum, mox conjungantur malorum species in quæ tradiderit illos. *Propter hæc omnia tradidit illos Deus in desideria cordis sui, & in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua: & tradidit eos Deus in affectus probrosos, ut fœminæ eorum inverterent naturalem usum in eum qui est contra naturam, similiter & masculi. Sed & tradidit illos Deus in reprobam mentem, ut faciant ea quæ non conveniunt, qui erant repleti omni iniquitate, libidine, fraude, avaritia, malitia, plenique erant livore, homicidiis, contentione, dolo*, ac cæteris malis quæ commemorat. *Quique cum cognovissent justitiam Dei hanc esse, ut qui talia agunt, digni sint morte, non solum qui faciunt illa, sed & qui consentiunt facientibus.* Et ideo pro omnibus his malis inexcusabiles erunt, dum alios judicant ac damnant super his quæ committunt ipsi. Nam de se pronunciat, qui alterum punit ob ea quæ ipse committit. Hunc lectionis ordinem indicavit Origenes. Sed interim ex hoc loco conjicere licet illum secus legisse quam hodie legunt Græci, non finiens orationem ubi nos finem facimus capitis, sed connectens cum initio proxi-

ἀναπολόγητος εἶ ὦ ἄνθρωπε, πᾶς ὁ κρίνων· ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατα-2κρίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων. Οἴδαμεν δὲ ὅτι τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ ἐστι κατὰ 3ἀλήθειαν ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας. Λογίζῃ δὲ τοῦτο, ὦ ἄνθρωπε ὁ κρίνων τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας, καὶ ποιῶν αὐτὰ, ὅτι σὺ ἐκ-4φεύξῃ τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ; Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν, ὅτι τὸ χρηστὸν 5τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ ἀποκα-6λύψεως δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, Ὃς ἀποδώσει ἑ-7κάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· Τοῖς μὲν καθ᾽ ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρ-8σίαν ζητοῦσι, ζωὴν αἰώνιον· Τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, καὶ

pter inexcusabilis es ô homo, 2 quisquis es qui judicas: 3 nam hoc ipso quod judicas alterum, teipsum condemnas: 4 eadem enim facis tu qui judicas. Sci-2mus autem quod judicium Dei est secundum veritatem adversus eos qui talia agunt. Cogitas autem hoc, 3 ô homo qui judicas eos qui talia faciunt, & facis eadem, quod tu suffugies judicium Dei? Aut 5 divitias 4 bonitatis illius ac tolerantiæ lenitatisque contemnis, 6 ignorans, 7 quod bonitas Dei 8 ad pœnitentiam te invitat? Sed juxta duritiam tuam & 9 cor pœnitere 5 nescium 10 colligis tibiipsi iram in die iræ, 11 quo patefiet justum judicium Dei, Qui redditurus est 6 unicuique 12 juxta facta sua: His quidem, 13 qui per-7severantes in benefaciendo gloriam & honorem & immortalitatem 14 quærunt, vitam æternam: 15 Iis 8 vero, qui sunt contentiosi, & qui veritati quidem 16 non obtemperant, sed obtemperant injustitiæ, ventura

proximi capitis, *Propter quod inexcusabilis es ô homo.* Atque hic sensus probe constaret, si ex Græcis verbis elici quiret. Posset autem, unico addito articulo οἱ, ut legamus hoc pacto, οὐ μόνον οἱ αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι: neque enim convenit, opinor, tam crassum solœcismum tribuere Paulo, ut dativum usurparit vice recti, hoc est, ποιοῦσιν, & συνευδοκοῦσι, pro ποιοῦντες & συνευδοκοῦντες. Et haud scio an Interpres mutarit Græcam lectionem. Certe locis aliquot utitur Paraphrastæ libertate.

2 *Omnis qui judicas*] πᾶς ὁ κρίνων, id est, *quisquis judicas*, vel *quisquis es qui judicas.*

3 *In quo enim alterum*] ἐν ᾧ γάρ. Sensus est, alium judicando teipsum condemnas, hoc est, *eo ipso quod judicas, te condemnas.* Id habet proprietas Græcanici sermonis. Ita 1. Petri cap. 11. ἐν ᾧ καταλαλοῦσι. Hæc enim proprie dicuntur in magistratus & censores morum, dum in alium fers sententiam, in te ipsum fers: quemadmodum legimus David in seipsum mortis sententiam pronunciasse. Est quiddam alioqui duriusculum in numero repente mutato, *in quo*, & *eadem enim agis.* Præterea quum subjicit, *eadem enim agis*, &c. propemodum eamdem repetit sententiam, ni legas juxta nostram annotationem.

4 *Eadem enim quæ judicas*] τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων, id est, *eadem facis tu qui judicas*, vel *tu ille judicans.* Quanquam hic error vetustos etiam codices occupavit, sive quod facillimus sit lapsus in *qui* & *quæ*, sive quod nonnulli legerint pro ὁ κρίνων, ἃ κρίνεις. Cæterum nec ex Origenis, nec ex Chrysostomi, nec Theophylacti interpretatione, nec Ambrosii, liquet quid legerint hac quidem in parte, nisi quod in Græcis constanter habetur ὁ κρίνων. *Judicas, condemnas*, κρίνεις, κατακρίνεις. Jucunditas Græcanicæ figuræ non potuit ab Interprete reddi, quod *prosonomasia* non respondeat in Latinis vocibus.

5 *Divitias bonitatis ejus*] Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος. *Divitiarum* vocabulo delectatus est Paulus, vel hoc argumento, quod eo frequentius utitur, quoties ingentem rei cujuspiam vim & copiam vult intelligi. Porro *bonitatis*, non est ἀγαθοσύνης, quod eam significat bonitatem, quæ opponitur πονηρίᾳ, id est, *malitiæ*, sed χρηστότητος, quæ *benignitas* Latine dicitur: eam ita finiunt Philosophi, *Benignitas est virtus sua sponte ad benefaciendum exposita*: unde Græca vox ab *utilitate* dicta est. Quanquam eadem accipitur pro commoditate suavitateque morum, qua nos faciles ad vitæ consuetudinem præstamus. Siquidem *usum* pro familiaritate sive consuetudine dicunt & Latini. Et Græci vehementer comes ad congressum ac blandiores χρηστολόγους appellant. Nec multum abest *bonitas* a *benignitate.* Etenim cum Deos bonos vocant, beneficos intelligi volunt. Verum nos id, quod præterquam quod certum, etiam dilucidius erat, & ad hunc locum accommodatius, sequi maluimus. Lenitatem autem & mansuetudinem Dei, quodque minime sit austerus, χρηστότητα vocat.

6 *Ignoras*] ἀγνοῶν, id est, *ignorans*, adstipulante vetustissimo codice Donatiani. Participium est apud Græcos, & a superioribus pendet. Et ita refert Hieronymus in Ezechielem.

7 *Quod bonitas Dei*] ὅτι τὸ χρηστόν. Adjectivum nomen posuit loco substantivi, estque eadem dictio quam mox exposuimus.

8 *Ad pœnitentiam te adducit*] ἄγει, id est, *ducit*, hoc est, *allicit* & *invitat.* Hieronymus in Ezechielem vertit *provocat.* Alioqui idem est *adducere*, quod *perducere.*

9 *Cor impœnitens*] Significantius Græce ἀμετανόητον, quasi dicas, *impœnitibile*, quodque nulla Dei beneficentia possit ad pœnitentiam adduci. Porro μετάνοιαν recte verteris, & *resipiscentiam*, & μετανοεῖν *resipiscere.* Nam hinc vox est dicta, quod post admissum scelus homo sentiat se peccasse, a μετὰ *post*, & νοεῖν *intelligere.*

10 *Thesaurizas tibi*] θησαυρίζεις σεαυτῷ, id est, *thesaurizas tibiipsi.* Nec enim hic otiosum est pronomen compositum, significans ipsum sibi causam esse tanti mali, cum bonitas Dei illum aliò provocet. Miror autem cur Interpretem Græca vox tantopere delectet, cum dicere potuerit, *colligis*, *recondis*, *reponis.* Significat paulatim acervari divinam iram, ut tandem universa depromatur more thesauri.

11 *Revelationis justi judicii*] Græci dividunt hæc interposita conjunctione, ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας, id est, *revelationis & justi judicii.* Quanquam Græcis *justi judicii* unica dictio est, & ob id venustior, ut distingueret novato verbo divinum judicium a nostris judiciis, in quibus non raro nocens elabitur, & innocens damnatur. Tribus notis signavit eumdem diem, *iræ*, quod tum misericordiæ locus non erit: *revelationis*, quod omnia nuda erunt quæ nunc latent: & *justi judicii*, quod recte pro cujusque meritis pronunciandum est. Atque ita deprehendet legisse Theophylactum, quisquis hujus interpretationem attentius legerit. Certe contextus sic habet, & apud hunc & apud Chrysostomum. Attamen in nonnullis Græcorum exemplaribus non additur tertia conjunctio, ut sit sensus: In eo die, quo impii non bonitatem Dei, quam contempserunt, sed iram, hoc est, justitiam & ultionem, experturi sunt, quoque aperietur divinum judicium, quod interim latet apud mortales.

12 *Secundum opera ejus*] κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, id est, *juxta facta sua*, non *ejus*; nisi mavis *ipsius*, quod pronomen ad reciproci naturam proxime accedit.

13 *Secundum patientiam*] καθ᾽ ὑπομονὴν, id est, *perseverantiam* aut *sustinentiam boni operis*, hoc est, quod perseveraverit in bono opere.

14 *Quærentibus vitam*] Hîc locus parum commode redditus est, cum Græca lectio, si quis attendat, pulchre habeat, Ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, τοῖς μὲν καθ᾽ ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι, ζωὴν αἰώνιον, hoc est, *Qui reddet unicuique juxta opera sua: his quidem, qui per perseverantiam operis boni gloriam & honorem & immortalitatem quærunt*, sive *quæsierunt*, *vitam æternam*: ut ζωὴν αἰώνιον referatur ad verbum ἀποδώσει, id est, *reddet*, τοῖς articulus ad participium ζητοῦσι; ut sit sensus, his, qui hîc quærunt gloriam illam, & honorem, & immortalitatem, perseverantes in bonis operibus, per quæ ista parantur, reddet vitam æternam, nimirum id quod quæsierunt. E diverso qui maluerunt esse contentiosi, nec obedierunt veritati, iis ventura est ira, &c. Ad hunc modum videtur legisse & Origenes, cum ait, *Quærentibus*, inquit, *gloriam & honorem & incorruptionem, pro boni operis patientia vita dabitur æterna.* Ac mox, *Nunc quidem gloriam & honorem requiramus.* Ad eumdem modum legit & exponit Theophylactus Archiepiscopus Bulgariensis, & Chrysostomus, ac cætera Græcorum scholia, ut intelligamus hoc egregium præmium dari, sed iis modo qui ambierint, ambiri autem recte factis: & ingens est exemplariorum consensus. Distinctio quidem sermonis eadem est apud utrumque. Theophylactus tamen apertius hos accusativos, *gloriam & honorem & incorruptionem*, refert ad participium ζητοῦσι, quam Chrysostomus. Nescio quid sequutus Ruffinus libro περὶ ἀρχῶν tertio, locum hunc ita refert: *Iis quidem qui secundum patientiam boni operis, gloria & incorruptio, qui quærunt vitam æternam. His autem qui ex contentione, & qui non credunt quidem veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio*, &c. Ut in utraque parte subaudiatur verbum *erit.* Tametsi constat Ruffinum esse parum bonæ fidei Interpretem. Atque hæc versio præbet occasionem alterius lectionis, quæ constabit translata in proximum locum hypostigme, ut primores accusativi, *gloriam, honorem*, & *incorruptionem*, pertineant ad verbum præcedens *reddet*: *vitam æternam* ad participium *quærentibus*, ut hic sit ordo; *His qui sunt juxta patientiam boni operis, quærentibus vitam æternam, dabit gloriam, honorem*, &c. Ut post *boni operis* ponatur hypostigme, & subaudiatur verbum *sunt*, quod Interpres in altera parte expressit, τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, *his autem qui sunt ex contentione.* Hanc lectionem sequutus videtur Ambrosius, & hoc sane loco Ruffinus. Quæ mihi quidem non displicet, sed neutram dilucide expressit Interpres, eo quod participium non verterit in verbum, quum articulum verterit in pronomen, *his qui quærunt*, ut respondeat diversæ parti, *his vero qui sunt ex contentione*; nam *contentionem* opposuit *patientiæ.* Nec multum est discriminis inter sententias duas, quas facit aliter posita hypostigme. Nihil enim refert, utrum bonis operibus ambiatur vita æterna, an gloria, honor, & immortalitas, quum hæc omnia nobis sit Deus. Porro ne quem offendat quod nos pro *incorruptione* vertimus *immortalitatem*, vertit ad eumdem modum Ambrosius in Epistola priore ad Timotheum capite primo, ἀφθάρτῳ Θεῷ, *immortali Deo*, & eodem pacto legit Ecclesia. Imo ea vis est Græcanicæ dictionis. Nam *incorruptio* an Latina vox sit nescio.

15 *Ex contentione*] τοῖς δ᾽ ἐξ ἐριθείας, id est, *contentiosis*, ut annotavit & Theophylactus, sive *qui sunt ex contentione.* Nam Græci τοὺς ἐκ στοᾶς *Stoicos* vocant, & Paulus τοὺς ἐκ περιτομῆς *circumcisos* appellat.

16 *Non acquiescunt*] Græcis unica vox est, & participium, ἀπειθοῦσι, id est, *non parentibus* sive *obtemperantibus*, neque redditur apud nos jucunditas Græci sermonis, quam habet ἐναντίωσις, ἀπειθοῦσι & πειθομένοις, id est, *non obtemperantibus* & *obtemperantibus.*

καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ 9 ἀδικίᾳ, θυμὸς, καὶ ὀργὴ, Θλίψις, καὶ στενοχωρία, ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ 10 κακὸν, Ἰουδαίου τὲ πρῶτον καὶ Ἕλληνος. Δόξα δὲ, καὶ τιμὴ, καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθὸν, Ἰου- 11 δαίῳ τὲ πρῶτον καὶ Ἕλληνι. Οὐ γάρ ἐστι προσωπολη- 12 ψία παρὰ τῷ Θεῷ. Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνό- μως καὶ ἀπολοῦνται· καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νό- 13 μου κριθήσονται. Οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλ᾽ οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσον- 14 ται. Ὅτ᾽ ἂν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσι νό- 15 μος, Οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνει- δήσεως, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούν- 16 των, ἢ καὶ ἀπολογουμένων, Ἐν ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου 17 διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἴδε σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, καὶ ἐ- 18 παναπαύῃ τῷ νόμῳ, καὶ καυχᾶσαι ἐν Θεῷ, Καὶ γι- νώσκεις τὸ θέλημα, καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα, κα- 19 τηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου, Πέποιθάς τε σεαυτὸν ὁδηγὸν 20 εἶναι τυφλῶν, φῶς τῶν ἐν σκότει, Παιδευτὴν ἀφρό- νων, διδάσκαλον νηπίων, ἔχοντα τὴν μόρφωσιν γνώ- 21 σεως καὶ τῆς ἀληθείας ἐν τῷ νόμῳ. Ὁ οὖν δι- δάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις· ὁ κηρύσσων 22 μὴ κλέπτειν, κλέπτεις· Ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν, μοιχεύεις· ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς· 23 Ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νό- 24 μου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις. Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι᾽ ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καθὼς γέγρα- 25 πται. Περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ, ἐὰν νόμον πράσ- σῃς· ἐὰν δὲ παραβάτης νόμου ᾖς, ἡ περιτομή σου 26 ἀκροβυστία γέγονεν. Ἐὰν οὖν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώ- ματα

A tura est indignatio, & ira, Afflictio & anxietas ad- 9 versus omnem animam hominis perpetrantis ma- lum, 17 Judæi primum simul & Græci. Gloria vero, 10 & honor, & pax omni operanti bonum, Judæo pri- mum simul & Græco. Non enim est 18 personarum 11 respectus apud Deum. Quicumque enim 19 sine lege 12 peccaverunt, 20 sine lege & peribunt: & quicumque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur. Non 13 enim qui audiunt legem, justi sunt apud Deum, 21 sed qui legem factis exprimunt, justi habebuntur. Nam quum gentes, quæ legem non habent, natura 14 quæ legis sunt fecerint, 22 eæ legem non habentes sibiipsis sunt lex, Qui ostendunt opus legis 23 scri- 15 ptum in cordibus suis, 24 simul attestante illorum conscientia, & 25 cogitationibus inter se accusantibus, B aut etiam excusantibus, In eo die, quum judicabit 16 Deus occulta hominum juxta Evangelium me- um per Jesum Christum. 26 Ecce tu Judæus cogno- 17 minaris, & acquiescis in lege, & gloriaris in Deo, Et 18 nosti voluntatem, ac 27 probas eximia, 28 institutus ex lege, Confidisque teipsum ducem esse cæcorum, 19 lumen in tenebris versantium, Eruditorem insipien- 20 tium, 29 doctorem imperitorum, 30 habentem for- mam cognitionis ac veritatis per legem. Qui igitur 21 doces alium, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: Qui dicis non adulterandum, a- 22 dulterium committis: qui exsecraris simulacra, sacri- C legium admittis: Qui de lege gloriaris, per legis 23 transgressionem Deum 31 dehonestas. Nam nomen 24 Dei propter vos 32 male audit inter gentes, quemad- modum scriptum est. Nam circumcisio quidem pro- 25 dest, si legem servaris: quod si transgressor legis fue- ris, circumcisio tua in præputium versa est. Ergo si 26 præ-

17 *Judæi primum & Græci*] In his quoque est geminatio con- junctionis quam superius ostendimus, Ἰουδαίου τὲ πρῶτον καὶ Ἕλ- ληνος, *Judæique primum & Græci.* Opinor autem adverbium *primum* ad utramque gentem pertinere, *Judæorum* & *Græcorum*, ut accipiamus, sicut Christi gratia primum prodita est Judæis & Græcis, ita pœnam his potissimum infligendam, si donum obla- tum adspernentur.

18 *Acceptio personarum*] προσωποληψία. Unica vox est, quæ significat *respectum personæ*, cum huic magis favemus quam illi, non ob ipsius rei, sed personæ discrimen. Huic opponitur quod paulo superius dixit, δικαιοκρισίαν, id est, *rectum judicium. Ac- ceptio personæ* Latinis auribus nihil significat, tametsi frequens est in Sacris Litteris: προσωπόληπτοι vero magis videntur appellari, quos cepit personæ favor, quam qui accipiunt, quemadmodum & ἐρωτόληπτοι & νυμφόληπτοι dicuntur. Nec magis ad per- sonam pertinet hæc vox quam ad faciem. Certe sic alicubi ne- gat Deum judicare *secundum faciem.*

D

19 *Sine lege peccaverunt*] Græcus sermo festivior est per ad- verbium ἀνόμως, quasi dicas, *illegaliter* sive *exlegaliter*, quod utrobique dictum est. Nam *exlegem* legimus pro ἄνομος. Quan- quam totus hic sermo, repetitione dictionum, & contrariis inter se relatis, picturatus, ac membrorum numeris modulatus est, ἀ- νόμως ἀνόμως, ἐν νόμῳ, διὰ νόμου, ἥμαρτον ἥμαρτον, ἀπολοῦνται, κριθήσονται.

20 *Sine lege peribunt*] Græcis est καὶ ἀπολοῦνται, id est, *& peribunt*, ut intelligas reddi similitudinem, & talem fore exitum, qualis fuerat vita.

E

21 *Sed factores legis*] ποιηταὶ τοῦ νόμου, id est, *qui operantur & faciunt legis præcepta.* Alioqui *faciunt legem* qui condunt le- gem.

22 *Ejusmodi legem*] Græcis est οὗτοι, id est, *hi*, non *ejus- modi.* Interpres legisse videtur τοιοῦτοι, nec ad sensum refert.

23 *Scriptum in cordibus*] *Scriptum*, nomen est Græcis, non participium, γραπτὸν, quasi dicas, *scriptitium*, ut opponatur illi quod ἄγραπτον vocant Jureconsulti, *jus non scriptum.*

24 *Testimonium illis reddente* &c.] συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, id est, *simul testificante ipsorum conscientia.* Nam *illis* apud Græcos non est: ut intelligas conscientiam illorum con- sentire cum judicio Dei.

F

25 *Cogitationum accusantium*] Mire dormitavit Interpres, cum verso altero genitivo Græco in ablativum Latinum συμμαρτυρού- σης, alterum relinqueret. Vertendum erat, *cogitationibus invi- cem accusantibus, aut etiam defendentibus.* Atque ita recenset Hieronymus, edisserens Ezechielis caput decimum sextum. Ad eumdem modum legit Ambrosius Interpres. Itidem Augustinus cum alias frequenter, tum libro *de Civitate Dei* vigesimo, cap. XXVI. Quanquam aliter citat exponens sermonem Domini in mon- te habitum, si tamen codex mendo vacat. Solent enim Scribæ citationes Veterum ad hanc vulgatam Editionem emendare. Nec secus legit Interpres Origenis in hanc Epistolam, quisquis is fuit. Qui nolunt Interpretem usquam errasse, & eum Spiritu sancto suggerente vertisse, vel unum hunc locum si possint expediant. Atqui hujus unius loci tam insignis supinitas & oscitantia tam evi- dens satis argumento potest esse, quantum illi fidendum sit in aliis. De commoditate sermonis loquor, non de sententiis. Nec est necesse ut Spiritui sancto tribuamus omnia. Quidam hos ge- nitivos *cogitationum* referre conantur ad vocem, quæ præcessit, *conscientiæ*, *conscientiæ cogitationum.* Verum id perquam durum est. Mea sententia non potest melius excusari Interpres, quam si dicamus tum temporis vulgus ad imitationem Græcorum ita so- lere loqui, cui navabat hanc operam potius quam eruditis.

26 *Si autem*] Verior & antiquior apud Græcos scriptura est, Ἴδε, id est, *Ecce*, non Εἰ δὲ, id est, *Si vero.* Alioqui non sa- tis cohæret ordo cum eo quod sequitur, *Qui ergo alium doces.* Quanquam Ambrosius legit Εἰ δὲ, si modo libri non fallunt, tum Origenes & Theophylactus. Neque quod ad sensum attinet quic- quam est incommodi, nisi quod, ut modo dixi, duriuscule co- hærent quæ sequuntur, *Qui igitur doces alium* &c. Quanquam hoc quoque neque novum est in Paulo, & alioqui tolerabile.

27 *Probas utiliora*] τὰ διαφέροντα, id est, *eximia* sive *egregia.* Interpres legisse videtur συμφέροντα, id est, *utilia* sive *conduci- bilia.* Demiror autem cur Theophylactus διαφέροντα voluerit in- terpretari pro συμφέροντα, nisi forte loquuntur Græci more Lati- norum, ut dicant *interesse cujuspiam*, quod ad rem illius pertineat. Cæterum *probas* hoc loco est δοκιμάζεις, hoc est, *comprobas*, quod est judicio ac velut exploratum approbare.

28 *Instructus per legem*] Græce est κατηχούμενος, id est, *eruditus*, sive *initiatus*, & *institutus.* Est autem verbum Pau- lo peculiare, quod videtur esse dictum a voce qua olim mysteria tradebantur, quæ nefas erat libris committere. Eodem usus est hujus discipulus Lucas in præfatione Evangeliorum, ut illic indica- tum est.

29 *Magistrum infantium*] διδάσκαλον νηπίων. Νήπιος, ut jam aliquot admonuimus locis, cum ad ætatem refertur, significat *in- fantem*, cum ad animum, significat *parum eruditum, parum in- genio & usu rerum callentem.* Hic tempestivius erat, *stultorum*, *insipientium*, aut *puerorum.* Quis enim docet infantes? *Parvulo- rum* erat tolerabilius, ut sæpe vertit alias. Nam hoc loco non est magister qui regat, sed διδάσκαλος, hoc est, qui doceat. Por- ro quod mox præcessit παιδευτὴν anceps est nomen, commune tum ei qui instituit pueros, tum ei qui castigat & corrigit errantes. Apparet hic Paulum tacite alludere ad locum, qui est apud Esaiam cap. XXXIII. *Ubi est scriba? Ubi legis verba ponderans? Ubi do- ctor parvulorum.*

30 *Habentem formam*] μόρφωσιν, id est, *formationem*, quasi dicas, instituendi formandique rationem, quam aliis præscribat, ut sunt & hodie qui profiteantur se posse formare conscientias sin- gulorum. Itidem Judæi sibi placebant, quod proselytis veluti stu- pidis formam vitæ præscriberent. In hanc sententiam enarrat & Theophylactus, sed illud adjiciens, fuisse qui μόρφωσιν hoc loco interpretarentur non formam, sed mentitam & adumbratam ima- ginem justitiæ, cum ita præciperent, *Ne tetigeris, ne gustaveris, ne contrectaveris.*

31 *Inhonoras*] ἀτιμάζεις, id est, *dehonestas*, sive *ignominia afficis.*

32 *Blasphematur*] Græcis vox est βλασφημεῖται, quod Latine vertas licet, *male audit*, sive *maledictis afficitur.* Testimonium, quod adducit Paulus, Origenes refert ad Esaiam, apud quem le- gis cap. LII. *Quoniam ablatus est populus meus gratis, domina- tores ejus inique agunt, dicit Dominus, & jugiter tota die nomen meum blasphematur.* Porro hæc duo verba, *in gentibus*, addi- ta sunt ex Editione Septuaginta, qua Paulus hoc loco videtur abu- sus.

ματα τοῦ νόμου φυλάσσῃ, οὐχὶ ἡ ἀκροβυστία 27 αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται; Καὶ κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία, τὸν νόμον τελοῦσα, σὲ τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς παραβάτην 28 νόμου; Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν· οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ 29 περιτομή· Ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας, ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι· οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' III. 1 ἐκ τοῦ Θεοῦ. Τί οὖν τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου; 2 ἢ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς; Πολὺ κατὰ πάντα τρόπον· πρῶτον μὲν γὰρ, ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ 3 λόγια τοῦ Θεοῦ. Τί γὰρ, εἰ ἠπίστησάν τινες; μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ καταργή-4 σει; Μὴ γένοιτο· γινέσθω δὲ ὁ Θεὸς ἀληθὴς, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης, καθὼς γέγραπται, Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νι-5 κήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. Εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι, τί ἐροῦμεν; μὴ ἄδικος ὁ Θεὸς, ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν; κατὰ ἄνθρωπον λέγω.

præputium justificationes legis servaverit, nonne præputium illius pro circumcisione imputabitur? 27 Et judicabit quod est ex natura præputium, si legem servaverit, te qui per litteram & circumcisionem transgressor es legis? 33 28 Non is, qui in manifesto Judæus sit, Judæus est: nec ea, quæ in manifesto sit carnis circumcisio, circumcisio est: 29 Sed qui in occulto Judæus fuerit, is Judæus est: & circumcisio cordis, circumcisio est, quæ spiritu constat, non littera: cujus laus non ex hominibus est, sed ex Deo. III. 1 [1] Quid igitur habet in quo præcellat Judæus? aut quæ utilitas circumcisionis? 2 [2] Multum per omnem modum: nam primum quidem illud, quod [3] illis commissa sunt oracula Dei. 3 Quid enim, si quidam fuerunt increduli? num incredulitas illorum fidem Dei [4] faciet irritam? 4 [5] Absit: imo [6] sit Deus verax, omnis autem homo mendax, quemadmodum scriptum est, [7] Ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas quum judicaris. 5 [8] Quod si injustitia nostra Dei justitiam commendat, quid dicemus? [9] num injustus Deus, qui inducat iram? hu-

sus. Alioqui veritas Hebraica habet, *Et jugiter tota die nomen meum blasphematur.* Divus Hieronymus locum hunc apud Esaiam edisserens, indicat & ad Ezechiel referri posse, apud quem legis cap. XXXVI. *Et ingressi sunt ad gentes, ad quas introierunt & polluerunt nomen sanctum meum, cum diceretur de eis, Populus Domini iste est, & polluerunt nomen sanctum meum.* Cæterum quid sibi voluerit hoc loco Lyranus, viderit ipse. Consentit enim nostra Editio cum Septuaginta & Hebraica veritate. Nec hoc sane loco ullum discrimen est, si qua fides habenda est vulgatis exemplaribus. Jam vero de Lyrano minus admiror. At Aquinas longe diligentior hoc loco, nescio qua de causa, duplicem inducit lectionem, cujus equidem verba non gravabor adscribere, quo facilius sit Lectori super hac re, vel judicare, vel inquirere. Cum enim citasset locum, qui est apud Esaiam, *Dominatores ejus inique agunt, & jugiter tota die nomen meum blasphematur,* subjicit ex Hieronymo nimirum alterum testimonium his quidem verbis: *Et Ezechielis* XXXVI. *secundum aliam litteram, ubi nostra sic habet, Non propter vos ego faciam domus Israël, sed propter nomen sanctum meum, quod polluistis in gentibus.* Hactenus Aquinas. Quæso quænam est alia lectio, sive, ut ipsi vocant, *littera*, quæ dissideat ab altera? Excute, disquire, nihil hujusmodi reperies. Proinde conjicio Thomam aliò properantem, hæc non hausisse ex ipsis fontibus, sed ex aliorum collectaneis. Sunt enim apud Ezechielem in eodem capite duo loca in consimilem sententiam. Prior est, quem nos modo citavimus, in quo nulla pugna est inter Hebræam veritatem & Editionem Septuaginta. Alter, qui non magno sequitur intervallo, repetens quod jam dictum erat, quem citat Aquinas, *Non propter vos ego faciam domus Israël, sed propter nomen sanctum meum, quod polluistis in gentibus, ad quas intrastis.* Ac ne hìc quidem ulla discordia est inter translationem Hieronymi & Septuaginta. Quod si quis nobis diffidit, conferat utramque Editionem conjunctam in operibus Hieronymi proxime editis Basileæ. Jam vero quod Paulus admonuit Judæos, id multo magis cavendum est nobis Christianis, quorum vita si nihil differat ab Ethnicorum vita, nisi titulo Christiani nominis ac ceremoniis, cæteris in rebus par, aut etiam contaminatior, periculum est, ne sanctissimum illud Christi nomen polluatur & contumeliis afficiatur intèr inimicos fidei, Judæos & Turcas, si conspiciant nos non minus abjecte servire libidini, nihilo moderatius inhiare lucris, non minus cupidos vindictæ, non minus timidos mortis, & avidos vitæ, non minus furiose belligerantes, tumultuantes, digladiantes, quamlibet levibus de causis. *Per vos blasphematur.* Græce est δι' ὑμᾶς, id est, *propter vos*, ut intelligas non instrumentum, sed causam.

33 *Non enim qui in manifesto Judæus*] Hoc loco brevitatem, quam Græcis afferunt articuli præpositivi, nos, quo dilucidior esset sensus, complusculis verbis explanavimus, sed ita ut ne tantulum quidem de sensibus immutaremus, in hunc modum, *Non is, qui manifesto Judæus sit, Judæus est: nec ea, quæ in manifesto sit carnis circumcisio, circumcisio est: sed qui in occulto Judæus fuerit, is Judæus est: & circumcisio cordis circumcisio est, quæ spiritu constat, non littera.*

1 *Quid ergo amplius*] Περισσὸν Græcis aliquando *supervacaneum* significat, aliquando *eximium*, hoc est, ἐξαίρετον. Hic *eximium* pro excellentia accipitur; sequitur enim τοῦ Ἰουδαίου, id est, *In quo excellit Judæus.*

2 *Multum*] Πολύ. Sic & apud Græcos habetur per hypsilon. Quanquam legendum videtur πολλὴ, & per duplex λ, & η, ut sit epitheton hujus nominis *utilitas*, ὠφέλεια. Πρῶτον, *primum*, hìc ordinem significat sermonis potius quam *præcipue*.

3 *Illis eloquia*] *Illis* apud Græcos non est, sed Interpres addidit necessario, ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, id est, *credita sunt eloquia*, pro eo quod est, *concredita* sive *commissa sunt illis eloquia Dei.* Sic enim Græci loquuntur, ἐνεχειρίσθην ταύτην τὴν ἐπιμέλειαν, ἐπιτέτραμμαι τὴν δίαιταν, id est, *commissa mihi est hæc provincia, delegata est mihi hæc cognitio*, quasi Græce dicas, *creditus est hanc rem*, & *commissus sum hoc negotium*: quemadmodum Latini dicunt, *doctus sum Grammaticam.* Porro quod nos legimus *eloquia*, Paulo est λόγια: philosophatur nonnihil in hoc verbo Origenes. Cæterum λόγια dixit *oracula*, quod is populus servabat oracula, aliis magis profutura quam ipsi, & tenebat non intellecta; sic enim Hesychius interpretatur, λόγια, θέσφατα, μαντεύματα, φῆμαι, χρησμοί, id est, *numinum responsa, vaticinia, rumores, oracula.* Et in hunc sensum frequenter repetitur apud Aristophanem in Equitibus. Apud Latinos *eloquium* pro *eloquentia* usurpavit Juvenalis:

Eloquium & famam Demosthenis ——

4 *Evacuavit*] Græcis futuri temporis est καταργήσει, id est, *abolebit, oblitterabit, irrita reddet*, sive *antiquabit*, quo verbo frequenter utitur divus Paulus. Interpres sæpenumero vertit *destruere*: ἀργὸν, *otiosum*, inde καταργεῖν, *otiosum* & *supervacaneum reddere.*

5 *Absit*] Frequenter obvium apud Paulum. Græce est Μὴ γένοιτο, id est, *Ne sit*, aut *Ne contingat*, sive *Deus avertat* aut *prohibeat.* Est autem abominantis sermo.

6 *Est autem*] γινέσθω Græcis est, *sit*, sive *fiat autem Deus verax.* Fortassis Interpres verterat *esto*, quemadmodum vertit Interpres Theophylacti, falso Athanasii inscripti hactenus. Positum est autem γινέσθω, pro φανερούσθω, ἀποδεικνύσθω, id est, *declaretur, ostendatur.* Neque enim fieri potest, ut Deus verax non sit, sed nostra refert, ut talem esse intelligant homines. Quanquam potest esse δοξολογοῦντος, quemadmodum dicimus, *Gloria tibi Domine.*

7 *Ut justificeris in sermonibus*] Testimonium est ex Psalmo quinquagesimo, *ut justificeris. Et cum judicaris*, apud Græcos verbum est passivum, ἐν τῷ κριθῆναι vel κρίνεσθαι, ut alii legunt. Cæterum Hebræis בְּשָׁפְטֶךָ anceps est, utrum de *judicato* Deo, an de *judicante* loquatur. Hieronymus videtur ita locum hunc interpretari, ut intelligat Deum judicatum, sed dum judicatur ab incredulis, & ipsius declarari fidem in promissis, & illorum vanitatem in judicando. Sic est *omnis homo mendax*, vel quia præstare non potest, quod pollicetur quantum in ipso est, vel quod mendax sit quisquis diffidit Dei promissis, cum ille nihil non præstet.

8 *Si autem iniquitas nostra justitiam Dei commendat*] συνίστησι, id est, *constituit*, hoc est, stabilit ac confirmat, fulcitque. Quanquam & *commendat* recte vertit. Nam, si Hesychio credimus, συνιστάνειν Græcis multa declarat, ἐπαινεῖν, φανεροῦν, βεβαιοῦν, παρατιθέναι, id est, *laudare, illustrare, confirmare, adjungere* sive *commendare.* Origenes ipse paulo post edisserens eum Pauli locum, *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis*, indicat, *commendat* idem pollere, quod *confirmat* aut *amabilem facit.*

9 *Nunquid iniquus Deus qui iram infert*] Origenes hunc edisserens locum, sive mavis, Hieronymus aut Ruffinus, ostendit in nonnullis Græcorum codicibus legi, *qui infert iram adversus hominem*: nimirum ut pro κατ' ἄνθρωπον λέγω, id est, *juxta hominem dico*, scribatur κατ' ἀνθρώπου, id est, *adversus hominem*, omisso verbo λέγω. Alteram lectionem Interpres, opinor, Origenis adjecit inveniri in Latinorum exemplaribus, nonnullis etiam Græcorum. Cum autem neutram rejiciat lectionem, liberum erit cuique utram malit sequi. Certe Chrysostomus ac Theophylactus legunt simul & interpretantur κατὰ ἄνθρωπον λέγω, id est, *juxta sensum humanum loquor*, respondens pro Deo, quum illius judicia sint inscrutabilia. Hactenus imposuit mihi titulus & peroratio commentariorum Origenis in Epistolam ad Romanos, ut crederem eos ab Hieronymo versos, tametsi de phrasi dubitabam nonnihil, quæ tamen hìc mihi visa est purior quam in cæteris versionibus est Ruffini. Magis autem offendebant admixta multa, quæ partim a Græco Scriptore Romani sermonis ignaro dici non poterant, partim ex diametro pugnant cum Origenis dogmatibus. Hieronymus autem in vertendo religiosior est quam Ruffinus, qui non solum permittit sibi de suo sententias aliquot intertexere, verum etiam totos libros prætermittit, & pro his suos supponit. Unde propemodum pedibus eo in sententiam eorum, qui putant hanc versionem esse Ruffini. Nam titulum probabile est a Scriba immutatum, quo librum redderet vendibiliorem, gratiosi nominis lenocinio. Ejusdem artificio in peroratione bis *Ruffini* nomen mutatum est in nomen *Hieronymi.* Cæterum relictum est quod prodat fucum. Ait enim sese a Gaudentio urgeri, ut Clementem, quem vertere instituerat, absolvat. Constat autem Clementem a Ruffino versum, & Gaudentio inscriptum. Ruffinus apud multos audiebat Origenista, eoque monet in peroratione, ut omisso nomine Interpretis Scriba ponat nomen Auctoris.

10 *Ju-*

6 γω. Μὴ γένοιτο· ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ Θεὸς τὸν 7 κόσμον; Εἰ γὰρ ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ψεύσματι ἐπερίσσευσεν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ, 8 τί ἔτι κἀγὼ ὡς ἁμαρτωλὸς κρίνομαι; Καὶ μὴ (καθὼς βλασφημούμεθα, καὶ καθώς φασι τινὲς ἡμᾶς λέγειν) ὅτι ποιήσωμεν τὰ κακὰ, ἵνα ἔλ-9 θῃ τὰ ἀγαθά· ὧν τὸ κρῖμα ἔνδικόν ἐστι. Τί οὖν προεχόμεθα; Οὐ πάντως· προῃτιασάμεθα γὰρ Ἰουδαίους τὲ καὶ Ἕλληνας πάντας ὑφ' ἁμαρτίαν εἶ-10 ναι· Καθὼς γέγραπται, Ὅτι οὐκ ἔστι δίκαιος, 11 οὐδὲ εἷς· Οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν, οὐκ ἔστιν ὁ ἐκ-12 ζητῶν τὸν Θεόν· Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν· οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως 13 ἑνός. Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν· ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν· ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ 14 χείλη αὐτῶν. Ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέ-15 16 μει. Ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα. Σύν-17 τριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, Καὶ 18 ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν. Οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ 19 ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. Οἴδαμεν δὲ, ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ, ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ, καὶ ὑπόδικος γένηται πᾶς ὁ 20 κόσμος τῷ Θεῷ· Διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ· διὰ γὰρ νόμου 21 ἐπίγνωσις ἁμαρτίας. Νῦν δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται, μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου 22 καὶ τῶν Προφητῶν. Δικαιοσύνη δὲ Θεοῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας 23 τοὺς πιστεύοντας· οὐ γάρ ἐστι διαστολή. Πάντες γὰρ 24 ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἀπο-25 λυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, Ὃν προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι, εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, διὰ τὴν πάρεσιν τῶν 26 προγεγονότων ἁμαρτημάτων, Ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ, πρὸς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ἐν τῷ νῦν καιρῷ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα 27 τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ. Ποῦ οὖν ἡ καύχησις; Ἐξεκλείσθη. Διὰ ποίου νόμου; Τῶν ἔργων; Οὐχί· ἀλλὰ διὰ νόμου

humano more loquor. Absit: nam quomodo [10] judi-6 cabit Deus mundum? Etenim si veritas Dei per 7 meum mendacium excelluit in gloria ipsius, quid posthac & ego veluti peccator judicor? Ac non po-8 tius [11] (quemadmodum de nobis male loquuntur, & sicut quidam ajunt nos dicere) [12] faciamus mala, ut veniant bona: quorum damnatio justa est? Quid igi-9 tur [13] præcellimus eos? Nullo modo: nam [14] ante causis redditis ostendimus & Judæos & Græcos [15] omnes peccato esse obnoxios: Sicut scriptum est, [16] 10 Non est justus, ne unus quidem: Non est qui intelli-11 gat, non est [17] qui exquirat Deum: Omnes deflexe-12 runt, simul inutiles facti sunt: non est qui exerceat bonitatem, non est usque ad unum. Sepulchrum aper-13 tum guttur eorum: linguis suis ad dolum usi sunt: venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os [18] exse-14 cratione & amarulentia plenum est: Veloces pedes il-15 lorum ad effundendum sanguinem. Contritio & cala-16 mitas in viis eorum, Et viam pacis non cognoverunt. 17 Non est timor Dei coram oculis eorum. Scimus au-18 19 tem, quod quæcumque lex dicit, his qui in lege sunt dicat, ut omne os obturetur, & [19] obnoxius fiat totus mundus Deo: Propterea quod ex operibus legis non 20 justificabitur omnis caro in conspectu ejus: per legem enim [20] agnitio peccati. [21] Nunc vero absque lege ju-21 stitia Dei manifesta est, dum comprobatur testimonio legis ac Prophetarum. Justitia vero Dei per fi-22 dem Jesu Christi in omnes & super omnes qui credunt: non enim est distinctio. Omnes enim peccave-23 runt, [22] ac destituuntur gloria Dei. [23] Justificantur 24 autem gratis per illius gratiam, [24] per redemptionem, quæ est in Christo Jesu, Quem proposuit Deus 25 [25] reconciliatorem per fidem, interveniente ipsius sanguine, ad ostensionem justitiæ suæ, [26] propter remissionem præteritorum peccatorum, [27] Quæ Deus 26 toleravit, ad ostendendam justitiam suam in præsenti tempore, in hoc, ut ipse sit justus, & justificans eum qui est ex fide Jesu. [28] Ubi igitur gloriatio? Ex-27 clusa est. Per quam legem? Operum? Non: imo per legem

10 *Judicabit Deus hunc mundum*] τὸν κόσμον, id est, *mundum*, non *hunc mundum*, quasi sit alius mundus, nisi quod articulus additus aliquoties facit, ut res certa designetur.

11 *Sicut blasphemamur*] Usus est Græca voce βλασφημούμεθα, id est, *male audimus*, sive *male de nobis loquuntur homines.*

12 *Faciamus mala*] Non inepte omisit ὅτι, quod alias solet libenter addere, cum alioqui nihil sit opus.

13 *Præcellimus eos*] προεχόμεθα. *Eos* apud Græcos non additur, sed tantum est *præstamus*, sive *præcellimus*. Siquidem Græci distinctionem subjiciunt his verbis, *Quid igitur*? Alioqui legi conjunctim poterat, *In quo igitur præcellimus.*

14 *Causati sumus*] προῃτιασάμεθα, id est, *ante causam reddidimus.*

15 *Et omnes sub peccato*] *Et* conjunctio redundat.

16 *Quia non est justus*] ὅτι. *Quia* redundat, quod erat omittendum hoc sane loco, quemadmodum paulo ante fecit. *Justus quisquam*, οὐδὲ εἷς, id est, *ne unus quidem.*

17 *Requirens*] ὁ ἐκζητῶν, id est, *qui exquirat*. Nam requirimus non quod vestigamus, sed quod abesse dolemus; requirimus in amico fidem.

18 *Maledictione*] ἀρᾶς, id est, *devotione*, *exsecratione*, sive *imprecatione*. Cæterum illud obiter admonitum Lectorem volo, testimonium hoc, quod Paulus de veteri sumpsit Instrumento, variis ex locis esse contextum, atque, ut ita dicam, consarcinatum. Nam prima pars sumpta est de Psalmo XIII. sed ita ut sententiam magis quam verba reddiderit Apostolus. Proximi duo versus, *Sepulchrum patens est guttur eorum. Linguis suis dolose agebant*, quinti Psalmi sunt. Illud autem quod sequitur, *Venenum aspidum sub labiis eorum*, centesimi XXXIX. Psalmi est. Rursum quod annectitur, *Quorum os maledictione & amaritudine plenum est*, e nono Psalmo desumptum est. Porro tres qui sequuntur versiculi, *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in viis eorum. Et viam pacis non cognoverunt*, &c. ex Esaia decerpti sunt. Ultimus autem versiculus, *Non est timor Dei ante oculos eorum*, in trigesimi quinti Psalmi principio est. Hos octo versiculos intertexuit nescio quis Psalmo XIII. quod idoneum locum non inveniret ad quem hoc Pauli referret testimonium, cum in Hebraicis codicibus non habeantur. Id indicavit Hieronymus, modo citatum Esaiæ locum edisserens, & iterum copiosius, præloquens in commentarium decimum sextum. Cæterum quæ ex Esaia mutuatus est, habentur apud eum Prophetam capite LIX. juxta Hebraicam veritatem ad hunc modum, *Cogitationes eorum cogitationes inutiles, vastitas & contritio in viis eorum. Viam pacis nescierunt, & non est judicium in gressibus eorum.*

19 *Subditus*] ὑπόδικος. Quasi dicas *obnoxius* & *reus*. Nam δίκη Græcis & *crimen* significat, & *causam*, & *vindictam*, sive *pœnam*, velut obligatus ad pœnam.

20 *Cognitio peccati*] ἐπίγνωσις. Elegantius ac significantius erat *agnitio.*

21 *Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est*] Augustinus contra Pelagium & Celest. de gratia Christi lib. I. cap. VIII. indicat distinctionem hujus sententiæ: pronunciandum enim, *Justitia Dei sine lege, nunc manifestata est.* Aliquid esset quod dicit, si adverbio præpositus fuisset articulus, Νυνὶ δὲ ἡ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη. Id quoniam factum non est, intelligendum est justitiam Dei promulgatam esse omnibus, absque præsidio legis profuturam. Quanquam ad sensum minimum refert quomodo distinguas. Augustini verba subscribam: *Quomodo ergo*, inquit, *sine lege manifestata, si per legem testificata? Non ita sine lege manifestata, sed sine lege justitia: quæ justitia Dei est.* Hæc Augustinus. Scrupulus autem, qui movit Augustinum, nullius est momenti. Justitia Dei per fidem & gratiam manifestata est per adventum Christi, sed hoc futurum prædixerat lex.

22 *Et egent*] Græce est ὑστεροῦνται, id est, *carent* sive *destituuntur*, ad verbum sonat *posteriorantur*, quasi non assequentes quod optabant. Et *gloria* Græcis est, non *gratia*, sicut legimus & in Latinis codicibus emendatioribus, δόξης τοῦ Θεοῦ. Glorificatur enim Deus in hoc, quod ex sua bonitate servat humanum genus.

23 *Justificati gratis*] Δικαιούμενοι. Participium est passivum, sed præsentis temporis: unde nos vertimus, *Justificantur autem*, addita de meo conjunctiuncula, quo sensum redderem dilucidiorem.

24 *Per redemptionem*] διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως. Quæ proprie est redemptio captivi, persoluto pro capite illius pretio, quod Gallorum vulgus appellat *rançon*: τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, & hic ἐν posita videtur pro διὰ, quæ redemptio contingit per Christum Jesum, hoc enim repetit, ut rursus excludat gloriam operum humanorum.

25 *Propitiatorem*] ἱλαστήριον, id est, *propitiationem*, seu magis *propitiatorium*, ut, quod Origeni placet, respiciat ad propitiatorium Judæorum, Christi nostri typum, quemadmodum & sanguinis meminit. Ad eumdem modum exponit Theophylactus, & ante hunc Chrysostomus: postremo & Augustinus libro *de spiritu & littera* cap. XIII. Forte Interpres masculino genere accipit τὸν ἱλαστήριον, sicuti τὸν σωτήριον.

26 *Propter remissionem*] Mirum quod exemplar sequutus Ambrosius legat, *propter propositum præcedentium delictorum.* Nam Græci πάρεσιν habent, non πρόθεσιν, nisi forte mendosus est codex Ambrosianus. Quanquam quod interpretans subjicit, *Sciens Deus propositum benignitatis suæ*, subindicat illum *propositum* legisse, non *remissionem*. Eodem modo legit Augustinus loco, quem modo indicavimus.

27 *In sustentatione*] ἐν τῇ ἀνοχῇ, id est, *in patientia* & *tolerantia.*

28 *Ubi est ergo*] Est & *tua*, addidit Interpres. Nam Græce est,

28 νόμου πίστεως. Λογιζόμεθα οὖν πίστει δικαιοῦσθαι
29 ἄνθρωπον χωρὶς ἔργων νόμου. Ἢ Ἰουδαίων ὁ
Θεὸς μόνον; οὐχὶ δὲ καὶ ἐθνῶν; ναὶ καὶ ἐθνῶν.
30 Ἐπείπερ εἷς ὁ Θεὸς, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ
31 πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως. Νόμον
οὖν καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως; Μὴ γένοιτο·
IV. 1 ἀλλὰ νόμον ἱστῶμεν. Τί οὖν ἐροῦμεν, Ἀβραὰμ τὸν
2 πατέρα ἡμῶν εὑρηκέναι κατὰ σάρκα; Εἰ γὰρ
Ἀβραὰμ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἔχει καύχημα, ἀλλ'
3 οὐ πρὸς τὸν Θεόν. Τί γὰρ ἡ γραφὴ λέγει;
Ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐ-
4 τῷ εἰς δικαιοσύνην. Τῷ δὲ ἐργαζομένῳ ὁ μισθὸς
οὐ λογίζεται κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ὀφεί-
5 λημα. Τῷ δὲ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ
ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, λογίζεται ἡ πί-
6 στις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην. Καθάπερ καὶ Δαβὶδ
λέγει τὸν μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου, ᾧ ὁ Θεὸς
7 λογίζεται δικαιοσύνην χωρὶς ἔργων. Μακάριοι, ὧν
ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ
8 ἁμαρτίαι. Μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται
9 Κύριος ἁμαρτίαν. Ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος, ἐπὶ
τὴν περιτομὴν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; Λέ-
γομεν γὰρ, ὅτι ἐλογίσθη τῷ Ἀβραὰμ ἡ πίστις εἰς
10 δικαιοσύνην. Πῶς οὖν ἐλογίσθη; ἐν περιτομῇ ὄντι, ἢ ἐν
11 ἀκροβυστίᾳ; οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλ' ἐν ἀκροβυστίᾳ. Καὶ
σημεῖον

28 legem fidei. 29 Arbitramur igitur fide justificari hominem absque operibus legis. An Judæorum Deus tantum? an non & Gentium? 30 certe & Gentium. Quandoquidem unus Deus, 31 qui justificabit circumcisionem ex fide, & præputium per fidem. 32 Legem igitur irritam facimus per fidem? Absit: imo legem stabilimus. 1 Quid igitur dicemus, invenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Nam si Abraham ex operibus justificatus fuit, 2 habet quod glorietur, at non apud Deum. Quid enim Scriptura dicit? 3 Credidit autem Abraham Deo, 4 & imputatum est ei ad justitiam. Ei vero, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. 5 Porro ei qui non operatur, sed credit in eum qui justificat impium, imputatur fides sua ad justitiam. Quemadmodum & David explicat beatificationem hominis, cui Deus 6 imputat justitiam absque operibus. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum obtecta sunt peccata. Beatus vir, cui 7 non imputavit Dominus peccatum. Beatificatio igitur hæc, in circumcisionem 8 tantum, an & in præputium devenit? Dicimus enim, quod imputata fuerit Abrahæ fides ad justitiam. Quomodo ergo imputata est? quum esset in circumcisione, an quum esset in præputio? non 9 in circumcisione, sed in præputio. Et signum acce-

est, Πῶ οὖν ἡ καύχησις, id est, *Ubi igitur gloriatio?* atque ita sane absolutius est. Plurimum acrimoniæ addunt orationi percontationes ejusmodi, præsertim re jam argumentis evicta.

29 *Arbitramur enim*] Λογιζόμεθα οὖν, *Reputamus* sive *Colligimus igitur.* Nam Theophylactus interpretatur συλλογιζόμεθα, velut hoc jam argumentando collegerit.

30 *Imo & Gentium*] Pro *imo* Græcis est ναὶ, quod est affirmantis adverbium, quasi dicas, *nimirum & Gentium.*

31 *Qui justificat*] δικαιώσει, *justificabit*, futuri temporis. Respexit enim ad eos qui adhuc essent in Judaismo seu Paganismo. In codice divi Donatiani scriptum erat *justificavit*, *b* mutato in *v* consonans, qua quidem in re subinde peccant Scribæ.

32 *Legem ergo destruimus*] καταργοῦμεν, id est, *irritam facimus*, sive *abolemus*, ut paulo superius ostendimus. Porro quod sequitur, *legem statuimus*, ἱστῶμεν dictum est pro *fulcimus* seu *stabilimus*, & facere ut stet aliquid, alioqui vacillans. Alioqui Latinis aliud sonat *statuere*, nimirum *decernere*.

1 QUid ergo dicemus, invenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem] Incertum est utro referatur hæc particula, *secundum carnem*, ad *Abraham patrem*, an ad *invenisse*. Scio in plerisque Græcorum codicibus hunc esse ordinem, *Quid ergo dicemus, Abraham patrem nostrum invenisse secundum carnem?* Verum secus legit Origenes, secus Ambrosius, secus habetur in vetustis Latinorum codicibus, nimirum hac distinctione, ut *patrem nostrum* proxime adhæreat ad hanc particulam, *secundum carnem.* Sentit enim Paulus, Abraham juxta vocationem ad fidem, & Gentium esse patrem, cæterum Judæorum esse patrem duntaxat juxta carnem. Sic etiam interpretatur Theophylactus: Πατέρα δὲ, inquit, κατὰ σάρκα καλεῖ τοῦτον, ἐκβάλλων αὐτοὺς τῆς κατὰ πνεῦμα συγγενείας, μᾶλλον δὲ καὶ ἀνάγκην αὐτοῖς περιτιθεὶς τοῦ μιμήσασθαι αὐτὸν κατὰ πάντα. Id est, *Patrem autem juxta carnem vocat illum, excludens eos a cognatione spirituali, seu potius compellens eos, ut illum imitentur in omnibus.* Similia Chrysostomus: Πατέρα δὲ αὐτὸν κατὰ σάρκα ἐκάλεσεν, ἐκβάλλων αὐτοὺς τῆς πρὸς αὐτὸν γνησίας συγγενείας, καὶ προοδοποιῶν τοῖς ἔθνεσι τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγχιστείαν. Id est, *Patrem autem illum dixit, excludens eos a vera Abrahæ cognatione, simulque viam aperiens gentibus ad affinitatem Abrahæ consequendam.* Et tamen alium sensum indicat ordo Græci sermonis, unde hyperbaton accipiamus oportet, alioqui legendum erat, Τί οὖν ἐροῦμεν, Ἀβραὰμ τὸν κατὰ σάρκα πατέρα εὑρηκέναι; Proinde non veriti sumus pristino ordini reddere hunc sermonem. Quanquam haud me fugit Ambrosium sic locum hunc interpretari, ut *secundum carnem* referatur ad *invenisse*: ut intelligamus adeo Mosaicam Legem non posse præstare salutem, ut nec Abraham ipse quicquam consecuturus fuerit *secundum carnem*, hoc est, per circumcisionem, nisi fidei merito placuisset Deo.

2 *Habet gloriam*] καύχημα *gloriationem* magis significat quam *gloriam*, quemadmodum & καύχησις, hoc est, *habet quod glorietur & jactet se.*

3 *Credidit Abraham*] Argutatur nonnihil Origenes, subhæsitans an hic vitio Librariorum legatur *Abraham* pro *Abram*, hoc est, trisyllabum nomen pro dissyllabo, quod id temporis quo promittenti credidit Deo, nondum esset *Abraham*, sed *Abram*. Unde consentaneum est illic apud Hebræos non haberi, *credidit Abraham Deo*, sed *credidit Abram*. Atque ita verterunt Septuaginta Ἀβράμ. Equidem laudo hominis diligentiam, & pudet nostræ oscitantiæ. Tamen hoc sane loco, si sermo referatur ad eum qui scripsit, sive Moses is fuit, sive Esdras, sive alius quispiam, illi certe fuit *Abraham*. Cæterum ubi Deus narratur illum nominatim compellare, *Abram* dicitur, non *Abraham*, donec illi nomen auctum esset accessione syllabæ. Sunt qui dicant & in pervetustis codicibus Latinis hoc loco legi *Abram*, non *Abraham*.

4 *Et reputatum est*] ἐλογίσθη, id est, *imputatum est*, hoc sane loco. Nam Græca vox anceps est. Cæterum longe aliud est *reputare* quam *imputare*. *Reputare* est animo considerare, *imputare* est acceptum ferre, aut in rationem addere, plerunque citra reprehensionem. *Deputare* idem est, quod *supputare* aut *existimare* seu *æstimare*, quum Græca vox sit polysemos ad *reputare, imputare, æstimare*: ἐλλογεῖσθαι proprie sonat *imputare*, quo verbo & alias usus est Apostolus. Nec injuria Valla taxat hoc loco puerilem affectationem copiæ in Interprete, dum idem verbum Græcum, eodem in loco, nunc vertit *reputatur*, nunc *accepto fert*, nunc *imputatur*, quasi nefas esset eamdem vocem sæpius repeti.

5 *Ei vero qui non operatur, credenti autem*] Utrumque Græcis participium est, μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ, id est, *non operanti, tamen credenti.* Et rursum *reputatur* pro *imputatur*. *Secundum propositum gratiæ Dei.* Hæc clausula non est in Græcis codicibus. Etiamsi Ambrosius ita legit & exponit nominatim hæc verba. Unde apparet illum diverso usum exemplari. In codice pervetusto, cujus copiam fecit Joannes Coletus e Paulina Bibliotheca, non erant in contextu, sed diversa ac recentiore manu in ima margine adjecta.

6 *Accepto fert*] λογίζεται, id est, *imputat*, sive *acceptum fert.* Est autem *acceptum ferre* pro accepto habere quod non acceperis, quæ apud Jureconsultos, ni fallor, vocatur *acceptilatio.*

7 *Non imputavit*] λογίσεται, futuri temporis est, tametsi esse potest aoristus subjunctivi, si scribatur per η, λογίσηται, ut sit *imputaverit*: licet hæc quoque pro futuris usurpentur.

8 *Tantum manet*] *Manet* apud Græcos non invenio. Sic habent Græci codices, Ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν περιτομὴν, ἢ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; *Beatitudo igitur ista*, sive *beatificatio*, aut *beatio, utrum in circumcisionem, an in præputium?* ut subaudias, *venit, competit*, aut simile verbum: atque ita Græcorum scholia legunt & interpretantur. Theophylactus enarrans, pro verbo subaudito, quod Interpres reddidit *manet*, supponit πίπτει, id est, *cadit*, sive *competit*: quemadmodum dicimus, *Non cadit in sapientem iracundia.* Atque adeo haud scio, an Interpres cupiens explicare Pauli mentem scripserit, *manat in circumcisionem*, quod postea mutatum sit in *manet.* Alioqui præpositio ἐπὶ dure jungeretur accusandi casui. Potest & e superioribus repeti verbum, *David dixit beatitudinem*, &c. *Hæc igitur beatitudo num dicta est in circumcisionem tantum, an etiam in præputium?* Annotandum & illud, apud Origenem & Ambrosium addi *tantum*, quod in vulgatis Græcorum codicibus non reperio, ne in vetustis quidem Latinorum exemplaribus. Certe in Paulino illo codice sic reperio scriptum: *Beatitudo ergo hæc in circumcisione, an etiam in præputio?* Quanquam non negarim vim ejus adverbii latere in conjunctione καὶ, *an etiam in præputio*, quod ut fieret explanatius, adjecerunt *tantum.* Ne illud quidem arbitror negligendum, μακαρισμὸν hic accipi non pro ipsa qualitate beati, sed pro præconio beatitudinis, quod David tribuit homini non ex operibus, sed ex gratia Dei per fidem non imputantis peccata. Græcis enim μακαρίζεσθαι dicuntur qui prædicantur beati, etiam falso. *Justitiam* autem hic appellat non universam virtutem, sed innocentiam, quæ contingit gratuita condonatione peccatorum. Porro *beatitudo* & *justitia* natura inter se cohærent: unde consequitur, ut in quemcunque cadit justitiæ elogium, in eumdem cadit & beatitudinis elogium. Sed Abrahæ nondum circumciso tributum est justitiæ elogium: in eumdem igitur & per hunc in gentes incircumcisas competit beatitudinis elogium, quod prædicat David circumcisus. Ita non tantum paria facit præputium cum circumcisione, verum etiam in hoc antecellit, quod ante natam circumcisionem id laudis promeruit.

9 *In circumcisione*] ἐν περιτομῇ ὄντι, id est, *cum esset in circumcisione*, quod perinde valet ac si dixisset ἐμπεριτόμῳ, id est, *circumciso*, sicut ἐν ἀκροβυστίᾳ, pro eo quod erat ἀκροβύστῳ. Præter interrogationis gratiam multum lucis addit δίλημμα, cujus altera parte rejecta, alteram evincit. Nullum enim argumentandi genus vel apertius vel violentius.

σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς, σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως, τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας, εἰς τὸ λογισθῆναι καὶ αὐτοῖς τὴν δικαιοσύνην, 12 Καὶ πατέρα περιτομῆς τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς πίστεως, τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ. 13 Οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ, ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου, ἀλλὰ διὰ δικαιοσύνης πίστεως. 14 Εἰ γὰρ οἱ ἐκ νόμου κληρονόμοι, κεκένωται ἡ πίστις, 15 καὶ κατήργηται ἡ ἐπαγγελία. Ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται· οὗ γὰρ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις. 16 Διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν, εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ σπέρματι, οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως 17 Ἀβραὰμ, ὅς ἐστι πατὴρ πάντων ἡμῶν· Καθὼς γέγραπται, Ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε, κατέναντι οὗ ἐπίστευσε Θεοῦ, τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκροὺς, καὶ κα-

A accepit circumcisionis, 10 signaculum justitiæ fidei, quæ fuerat in præputio, ut esset pater omnium credentium per præputium, ut imputaretur & illis justitia, Et pater circumcisionis 11 iis qui non solum ge- 12 nus ducerent a circumcisis, verum etiam ingrederentur vestigiis fidei, quæ fuit in præputio patris nostri Abrahæ. 12 Non enim per legem promissio contigit 13 Abrahæ, aut semini ejus, illum hæredem fore mundi, sed per justitiam fidei. Etenim si ii, qui ad legem 14 pertinent, hæredes sunt, inanis facta est fides, & 13 irrita facta est promissio. Nam lex iram operatur: si- 15 quidem ubi non est lex, ibi nec transgressio est. Id- 16 circo ex fide datur hæreditas, ut secundum gratiam, ut firma sit promissio universo semini, 14 non ei quod est ex lege tantum, verum etiam ei quod est ex fide B Abrahæ, qui est pater omnium nostrûm: Sicut scri- 17 ptum est, 15 Patrem multarum gentium constitui te, nimirum ad exemplum Dei 16 cui crediderat, qui vitæ restituit mortuos, ac vocat ea quæ non sunt, 17 tan-

10 *Signaculum*] Duo verba ponit Paulus σημεῖον & σφραγῖδα, posterius est σφραγῖδα, id est, *signum* ac *notam impressam*. Nam fidei causa solemus obsignare, quod certum esse volumus. Atque ad hunc modum obsignamus, quod ad tempus sepositum ac reconditum esse cupimus suo loco depromendum. Alioqui videri poterat Paulus bis idem dixisse, cum paulo ante dixisset *signum*, mox repetens *signaculum*. Alterum est Græcis σημεῖον, *signum*, quo aliud significatur. Siquidem jam tum carnalis illa circumcisio typum gerebat Christianæ circumcisionis, quæ non aufert pelliculam a glande, sed amputat omnes noxias cupiditates a corde. Erat C & *signaculum*, quod ad tempus tegeret mysterium post aperiendum, videlicet justitiæ, quæ confertur per fidem. Potest autem aliquid esse *signum*, quod non sit *signaculum*, ut statua signum est, at anuli symbolum affixum syngraphæ, σφραγὶς est. Est autem in his duabus dictionibus appositio. Eadem enim res dicitur σημεῖον, quatenus declarat justitiam ex fide quæ erat in Abraham ante circumcisionem, & σφραγὶς, quatenus exemplo Abrahæ omnibus credentibus promittebatur justitia ex fide sine circumcisione. Annotatum est hoc diligenter ab Origene.

11 *Non his tantum qui sunt ex circumcisione*] Græca multo secus habent, τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι, id est, *qui non tantum sunt ex circumcisione, sed etiam incedunt per vestigia* &c. ut intelligas non esse satis Judæum fuisse natum, ad hoc ut sis filius Abrahæ, nisi ejusdem ingrediaris vestigiis, id quod est filiorum. Mecum facit Ambrosius legens ad hunc modum: *Ut sit pater circumcisionis eorum, qui non solum ex circumcisione sunt, sed & eorum qui insequuntur vestigia fidei*. Nec abhorret ab hac lectione Origenis interpretatio, significans ita demum Judæos patrem habituros Abraham, si ad fidem pertine- D rent, quæ illi nondum circumciso justi cognomen conciliasset. Certe mecum facit Chrysostomus, etiamsi Theophylactus aliquanto secus exponit. In codice, quo sum usus, Scriba per negligentiam omiserat οὐ. Eam voculam aliquis adscripserat non suo loco, οὐ τοῖς μόνον, quum Chrysostomus legat τοῖς οὐ μόνον, & distinctioni respondet enarratio. Non enim hoc sentit his verbis, Abraham esse patrem & Judæorum & Gentium, sed non esse patrem Judæorum, nisi sequantur illius vestigia. Nam ante dixit, illum esse patrem omnium gentium, non simpliciter omnium, sed credentium: eumdem hic dicit patrem Judæorum, qui ne putarent esse satis prognatos esse ex stirpe Abraham, ostendit inutilem esse sanguinis propinquitatem, nisi fidem illius imitantes declarent se germanos illius filios. Offendit nonnihil articulus mox præter usum repetitus, ἀλλὰ καὶ τοῖς. Verum fieri potuit, ut eam syllabam Scriba quispiam adjecerit. Denuo nactus Græcum Theo- E phylacti codicem, inspexi locum attentius. Eamdem sane lectionem, quam indicavi habere, per οὐ adjectum supra versum, repetit in enarrando, admonens etiam quomodo sit legendum, quanquam in sententia non dissentit a Chrysostomo. Qui vertit Theophylactum sic reddidit Græca, ut nesciam an satis intellexerit: proinde non gravabor hunc locum bona fide reddere: *Existentem objectionem dissolvit. Nam fortassis dicturus erat aliquis, si quum præputiatus esset justificatus est Abraham, qua gratia circumcisus est? Ad hoc respondet, quod circumcisionis signum acceperit loco signaculi, quod obsignaret prædicaretque ipsum ex fide fuisse justificatum, quam fidem exhibuerat prius quum esset præputiatus. Itaque quoniam duo hæc considerantur in Abraham, præputium & circumcisio; per præputium quidem declaratur pater præputiatorum. Sed quorum? Eorum qui similiter, atque ipse crediderat, crederent, ut & illis fides imputaretur ad justitiam, id est,* F *in hoc ut justi fierent: per circumcisionem vero rursus declaratur pater circumcisionis, hoc est, circumcisorum. Est autem pater non his solum qui circumcisionem habent, sed & his qui ingrediuntur illius fidei vestigiis, quam fidem habuit in præputio. Ad hunc igitur modum legendum est*, Et pater esset circumcisionis, non his qui circumcisione tantum illum referunt, verum etiam iis qui incedunt vestigiis fidei, *hoc est, qui credunt similiter atque ille, mortuorum corporum resurrectionem* &c. Interpres omisit quædam verba, & addidit unum. Suspicor autem locum apud Theophylactum non carere mendo. Quum enim admonet quo pacto sit legendum, probabile est illum eam posuisse lectionem, quam sequutus est Chrysostomus, quandoquidem & reliqua commentarii pars declarat illum eamdem sequi sententiam. Sed videre mihi videor exitum hujus difficultatis, ut nihil offendat articulus repetitus, aut transposita negatio. Nimirum ut μόνον non pertineat ad negationem, quemadmodum interpretatur Chrysostomus, sed ad ἐκ περιτομῆς, ut intelligamus inter Judæos duos ordines, alterum qui nihil habent Abrahæ, nisi quod circumcisi sunt, & horum negatur esse pater, alterum eorum qui præter circumcisionem etiam fidem illius imitantur, horum demum patrem vult esse Abraham. Hunc sensum & hanc lectionem sequutus est Theophylactus, nec diversus est a sententia Chrysostomi. Verum hîc obstrepit conjunctio καὶ, non suo loco posita, ἀλλὰ καὶ τοῖς. Quod si legamus ἀλλὰ τοῖς καὶ, ne tantulum quidem residet scrupuli. Id autem probabile est incuria Scribarum commissum. Utraque lectio sensum habet catholicum ac ferme eumdem. In utraque tamen est scrupulus, in priore de τοῖς repetito, in altero de καὶ transposito. Prior sic habebit sublato articulo, τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι πίστεως, τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ, id est, *his qui non solum sunt circumcisi, sed qui ingrediuntur etiam per vestigia fidei, quæ fuit in præputio*. Posterior sic habet, οὐ τοῖς ἐκ περιτομῆς μόνον, ἀλλὰ τοῖς καὶ στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι πίστεως, id est, *non his qui nihil aliud sunt quam circumcisi, sed his qui etiam incedunt per vestigia fidei*, ut conjunctio *etiam* repetat circumcisionem. Posterior mihi magis probatur. Interpres neutram lectionem reddidit, nisi quod suspicor locum a Librariis depravatum.

12 *Non enim per legem promissio Abrahæ*] τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου. Melius hic addidisset, *contigit, quod hæres esset mundi*, vel *hæredem mundi futurum*.

13 *Abolita est*] κατήργηται. Quam varie transtulit eamdem vocem, tamen hoc loco recte, *irrita facta est, abrogata est, antiquata est*.

14 *Non ei qui ex lege est solum*] Apud Græcos *Abrahæ* videtur dativi casus, ut pertineat ad pronomen *ei*, alioqui addidisset D τοῦ Ἀβραὰμ, οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως Ἀβραὰμ, id est, non solum ei Abrahæ, qui est ex lege peculiaris Judæis, sed etiam ei qui est ex fide communis omnibus Gentibus, ut duos Abraham imagineris in uno. Tametsi sensus alter mihi non displicet, sed hic posterior argutior. Etenim ut duos facit Adam, terrenum & cœlestem: ita quasi duos facit Abraham, justificatum in præputio per fidem, qui pater est Gentium spiritualis, & justificatum per fidem in circumcisione, qui dupli ci nomine pater est Judæorum credentium. Quanquam video plerosque diversam sequi sententiam. Verum quod legimus, *non ei qui ex lege solum*, magis conveniebat *quod*, quum præcesserit *semen*. *Semen* autem hîc posteros dixit, ex Hebræi sermonis proprietate.

15 *Quia patrem multarum gentium posui te*] Si fas non est omittere quicquam, cur alibi omisit superfluam conjunctionem ὅτι, sin licet alicubi, hic certe fuerat omittenda. Thomas Aqui- E nas indicat quosdam codices pro *posui* habere *constitui*, videlicet annotaturus & alia quæ majoris sunt momenti, si id illi per linguarum peritiam licuisset. Nam unicam dumtaxat linguam noverat, nec eam sane ad plenum. Quanquam apud Græcos *ponere* frequenter usurpatur pro *facere*. Porro locus est Genesis XIII. Quo loco & illud obiter annotandum prophetico more tempus præteritum positum esse pro futuro, *constitui* pro *constituam*.

16 *Cui credidisti*] Græce est κατέναντι οὗ ἐπίστευσε Θεοῦ, id est, *coram Deo cui credidit*: sic Augustinus. Sive *ad exemplum Dei, cui credidit*. Nam hoc Paulus ad suam retulit personam. Sentit enim, quemadmodum Deus non est Deus hujus aut hujus nationis tantum, sed communis omnium, sic & Abraham fore patrem omnium credentium. Nam ad hunc modum interpretantur Chrysostomus, Theophylactus, & Græcorum scholia, κατέναντι οὗ Θεοῦ, ne quis ut nostrum somnium adspernetur. Exemplar F enim ex adverso positum reddimus. Tametsi Ambrosius legit ἐπίστευσας, id est, *cui credidisti*, ut referatur ad Ethnicum, quem alloquitur. Sic enim ait, *Ut unum Deum omnium doceat, alloquitur Gentiles*. Nec est quod offendat numerus singularis, cum hujusmodi ἐτεροιώσεις crebræ sint apud Paulum. Origenes item indicat hanc clausulam, *coram Deo cui credidit*, ex Pauli persona fuisse additam, sed *cui credidit* legit, non *cui credidisti*.

17 *Tanquam ea quæ sunt*] ὡς ὄντα, id est, *tanquam sint*, neque enim est τὰ ὄντα. Plus autem dixit *non esse* quam mortuum esse. Ac juxta Græcam veritatem adducit hunc locum Augustinus explicans Psalmum CIV. *Nam ille vocavit famem, qui vocat ea quæ non sunt tanquam sint*. Nec ibi Apostolus dixit, *Qui vocat ea quæ non sunt ut sint*, sed *tanquam sint*. Nam prisci quoque Scriptores *non esse* dicebant quæ nullius erant ponderis. M. Tullius Minutii cujusdam testamentum appellare videtur *nullum*, quod irritum esset & lege rejectum, & Græci νόμους οὐκ ὄντας vocant *irritas*

18 καλῦντος τὰ μὴ ὄντα, ὡς ὄντα. Ὃς παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίσευσεν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα πολλῶν ἐθνῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον, Οὕτως ἔσαι τὸ 19 σπέρμα σȣ. Καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίσει, ȣ̓ κατενόησε τὸ ἑαυτȣ̃ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, ἑκατονταέτης πȣ 20 ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάῤῥας· Εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τȣ̃ Θεȣ̃ ȣ̓ διεκρίθη τῇ ἀπισίᾳ, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίσει, δȣ̀ς δόξαν τῷ Θεῷ· 21 Καὶ πληροφορηθεὶς, ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐσι 22 καὶ ποιῆσαι. Διὸ καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιο- 23 σύνην. Οὐκ ἐγράφη δὲ δι' αὐτὸν μόνον, ὅτι ἐλο- 24 γίσθη αὐτῷ, Ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογίζεσθαι, τοῖς πισεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν 25 τὸν Κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν, Ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαιοσύ- V. ΐα 1 νην ἡμῶν. Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίσεως, εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τȣ̃ Κυρίȣ ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι- 2 σοῦ, Δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίσει εἰς τὴν χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἑσήκαμεν καὶ καυ-

tanquam sint. Qui 18 præter spem 19 sub spe credidit, 18 20 se fore patrem multarum gentium, juxta id quod dictum est, 21 Sic erit semen tuum. Ac 22 non infirmatus fide, haud consideravit 23 suum ipsius corpus jam emortuum, 24 quum centum fere natus esset annos, 19 nec 25 emortuam vulvam Saræ: 26 Verum ad promissionem Dei 27 non hæsitabat ob incredulitatem, sed 28 robustus factus est fide, tribuens gloriam Deo: 29 Certa persuasione concepta, 30 quod is qui promiserat, 20 idem potens esset & præstare. 31 Quapropter etiam 21 imputatum est illi ad justitiam. Non scriptum est autem propter illum tantum, imputatum fuisse illi, Sed 22 etiam propter nos, 32 quibus imputabitur, credentibus in eum 33 qui excitavit Jesum Dominum nostrum 23 a mortuis, Qui traditus fuit propter peccata nostra, & 24 excitatus est propter justificationem nostri. Justi- 25 ficati igitur ex fide, 1 pacem habemus erga Deum 1 V. per Dominum nostrum Jesum Christum, Per quem 2 & contigit nobis, 2 ut fide perduceremur in gratiam hanc,

irritas & *abrogatas*. Divus Hieronymus in primum Hieremiæ caput ita refert hunc locum: *Qui vocavit ea quæ non erant, quasi ea quæ essent*: verbis a nobis dissentiens, re consentiens.

18 *Contra spem*] παρ' ἐλπίδα, id est, *præter spem* sive *ultra spem*, hoc est, cum non appareret quod sperari posset, tamen summam habuit fidem pollicenti Deo.

19 *In spem*] ἐλπίδι ἐπίσευσεν, id est, *spei fisus est*, sive *spei credidit*. Quanquam nonnulli codices habebant ἐπ' ἐλπίδι, *in spe*, sive *sub spe*. Est autem jucunda vocis ejusdem traductio, tum contrariorum inter se relatio: quasi dicas, sperabat in rebus desperatis, & cum spes non esset, tamen sperabat, sibi diffidens, Deo fidens. Atque ea demum est Deo gratissima fides, quoties destituti nostris opibus toti pendemus a Deo. Sic enim expedite distinguit Chrysostomus παρ' ἐλπίδα τὴν ἀνθρωπίνην, ἐπ' ἐλπίδι τῇ τȣ̃ Θεȣ̃, id est, *præter spem humanam*, *in spe Dei*. Spem autem Dei vocat, quam habebat Abraham in promissis Dei.

20 *Ut fieret*] εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα, melius erat, *fore se patrem*. Nam id erat quod præter spem speravit. Et apertius erat, *juxta id quod dictum fuerat*, quam *dictum est*. Cæterum *ei* pronomen Interpres addidit explicandi gratia.

21 *Sicut stella cœli*, *&* *arena maris*] Nihil horum verborum habetur in Græcis codicibus, tantum est, *Sic erit semen tuum*. Cætera nec apud Chrysostomum, nec apud Theophylactum, nec apud Ambrosium adduntur. Quanquam qui vertit Theophylactum adjecit ex Editione Vulgata. Verum apparet addita a quopiam, cupiente sensum reddere dilucidiorem. Retulit enim Paulus verba Dei, stellas cœli ostendentis Abrahæ. Quemadmodum legis Genesis cap. decimo quinto: *Numera stellas si potes, sic erit semen tuum.* Hîc vero parum apte cohæret sermo, *Sic erit semen tuum sicut arena maris* &c. Satis erat dicere, *Erit semen tuum ut stella cœli.*

22 *Non est infirmatus in fide*] μὴ ἀσθενήσας τῇ πίσει, id est, *non infirmatus fide*, hoc est, haud debilitatus parumque firmus ac robustus fide. Nam *in* præpositio superest apud nos.

23 *Corpus suum*] ἑαυτȣ̃ σῶμα, id est, *suum ipsius corpus*. Quanquam Paulus suo more libenter utitur hoc pronomine simplici pro composito, hîc tamen nonnullam habet emphasim.

24 *Fere centum esset*] ἑκατονταέτης πȣ: πȣ conjunctio expletiva addita fecit annos incertos. Nam id temporis Abraham nonaginta novem habebat annos, ut indicant Græca scholia, & ita scriptum est in Genesi.

25 *Emortuam vulvam*] νέκρωσιν τῆς μήτρας, id est, quasi dicas, *mortificationem vulvæ*. Cæterum *emortuum* hîc vocat effœtum νενεκρωμένον, ne quis eum jam cadaver fuisse putet, sed invalidum senio, non simpliciter; nam postea sustulit liberos ex Cethura, nullo insigni miraculo, sed hactenus emortuum, ut citra opem divinam non posset gignere ex anu. Nam Cethuram integra etiamnum ætate mulierem duxisse legitur. Hujusmodi ferme Augustinus in Quæstionibus super Genesim libro primo. *Vulvam* autem vocat, non membrum muliebre pudendum, ut indoctum vulgus accipit, sed matricem qua concipitur fœtus, quæ cum destituitur vi attrahendi ac retinendi semen, sterilescit mulier.

26 *In repromissione etiam Dei*] Εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τȣ̃ Θεȣ̃, id est, *In promissione vero Dei*. Et sic legit Ambrosius, ut hæc pars adversetur superioribus, *Non est infirmatus*, *non consideravit* &c. *sed nihil diffisus est*, *nihil hæsitavit in promissis Dei*, sive potius *ad promissa Dei*. Est enim Græce εἰς ἐπαγγελίαν.

27 *Non hæsitavit*] ȣ̓ διεκρίθη, id est, *non dijudicavit* aut *disquisivit*, quod est diffidentis. Dispicit enim ac dijudicat qui non plene confidit.

28 *Confortatus est*] ἐνεδυναμώθη, id est, *invaluit* & *potens factus est*, ut respondeat illi superiori, μὴ ἀσθενήσας τῇ πίσει, id est, *non debilitatus fide*. Nec hic additur *in* præpositio, ne in vetustis quidem Latinorum codicibus. Quanquam ea est in verbo composito.

29 *Plenissime sciens*] πληροφορηθεὶς, id est, *certus factus* & *certa accepta persuasione*, quasi dicas *certificatus*, ut copiosius explicuimus in præfatione Lucæ in Evangelium.

30 *Quæcunque promisit Deus*] ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐσι καὶ ποιῆσαι, *quia quod promissum est*, *potest etiam facere*. Et conjunctio *quia* hoc loco posita est pro ὅτι, quod εἰδικῶς accepto, non αἰτιολογικῶς, id est, non ita ut causam declaret, sed exponat quid habuerit persuasum.

31 *Quia reputatum est ei*] Hìc ubi tertio jam repetitur Genesis testimonium, Latini codices addunt *ad justitiam*. Nam Græci tantum legunt, ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ, id est, *imputatum est ei*. Atque id satis erat. Notat enim quod superius dictum est veluti jam cognitum. Et exemplar omnium quæ viderim antiquissimum ex Bibliotheca divi Pauli consentit cum Græcis exemplaribus.

32 *Quibus reputabitur*] οἷς μέλλει λογίζεσθαι, id est, *quibus imputabitur*. Miror Jacobum Fabrum in examinationibus suis vertisse, *debet imputari*. Quasi *debet* significationem habeat futuri temporis, ut apud Græcos μέλλει. Et quasi idem sit *debet imputari* & *imputabitur*, quemadmodum vulgus ineruditum putat. Nisi forte visum est illi docendi gratia ad hunc loqui modum.

33 *Qui suscitavit Jesum Christum*] Χρισὸν apud Græcos non additur.

1 P*Acem habeamus ad Deum*] In plerisque Græcorum codicibus scriptum habetur ἔχομεν, in aliis variat scriptura: velut apud Theophylactum contextus habet ἔχομεν, *habemus*, enarratio ἔχωμεν, *habeamus*. Apud Chrysostomum contextus habet ἔχωμεν, *habeamus*, atque item commentarium, sed hoc incuria Librariorum fuisse commissum subindicat illud quod sequitur, τȣ̃τ' ἔσιν, ȣ̓κ ἔτι ἁμάρτομεν, *id est*, *non amplius peccamus*, ubi reliquit ο micron. Jam haud scio an primæ personæ τῶν αὐτοπαθητικῶν congruant cum indicativis, quemadmodum secundæ ἔχωμεν, ἔχετε. Quod ut donemus, sensus hic non patitur imperandi modum. Siquidem Apostolus loquitur hîc de justificatis per fidem, qui jam pacem habent cum Deo: quos si voluisset deterrere a peccando, ne pacem acceptam amitterent, dixisset aptius τηρῶμεν quam ἔχωμεν. Non enim hîc monet justificatos, sed gratulatur illorum felicitati, quod non ex suis meritis, sed ex gratuita Dei benignitate liberati sint a peccatis, eique reconciliati, quem prius habebant infensum. Huic sensui respondent ea quæ sequuntur, de fiducia accessus ad Deum, de spe gloriæ filiorum Dei, quæ perseverat & in afflictionibus hujus mundi, de charitate Dei, qui morte Unigeniti sibi reconciliavit mundum Constat Ambrosium legisse *habemus*, non *habeamus*, arguunt hæc verba; *Pacem*, inquit, *habere cum Deo fides facit*, *non lex*. *Hæc enim nos Deo reconciliat sublatis peccatis*, *quæ nos Deo fecerant inimicos*: *&* *quia Dominus Jesus hujus gratiæ minister est*, *per ipsum pacificati sumus Deo* &c. Apud Origenem in contextu legimus *habemus*, itidem repetit in Commentariis, *Si Diaboli arma projecimus*, *&* *signum Christi* *&* *crucis ejus vexilla suscepimus*, *pacem utique habemus ad Deum*: & huic lectioni respondet enarratio. *Apertissime enim*, inquit, *per hæc quæ intellexit*, *quid sit ex fide*, *&* *non ex operibus justificari*, *ad pacem Dei*, *quæ exsuperat omnem sensum*, *in qua* *&* *summa perfectionis consistit*, *invitat*. Hactenus Origenes. Sic qui vitæ monasticæ tranquillitatem, qui virginitatis laudes prædicat, invitat ad hoc vitæ genus eos qui nondum amplexi sunt. Sequitur apud eumdem Origenem, *Cum essemus*, inquit, *inimici Dei*, *reconciliati sumus Deo* &c. Ostendit autem Origenes consequens esse, ut qui gratis Deo reconciliatus est, non amplius cogitet ea quæ sunt inimica Deo. Nec mirum, si post sub sua persona loquens vertit indicativum modum in imperativum, *habeamus pacem*, non sit in nobis est & non. Ad hanc igitur exhortationem non est opus verbo imperandi, sed ipsa res hortatur, ne semel liberati a peccatis Deoque reconciliati relabamur in ea, quæ dirimunt amicitiam inter Deum & homines. Hac ratione constant & ea quæ scribit Chrysostomus, & ab hoc sua mutuatus Theophylactus. Hoc autem admonendi genus magis congruit Paulinæ modestiæ ac civilitati. Nec ille tropus est infrequens, ut hoc fieri dicamus, quod debere fieri volumus intelligi, ut illud, *Qui ex Deo natus est non peccat*, & *Mater non potest odisse filium*, *Princeps omnia metitur Reipublicæ commodis*. Hæc ita disserui, ut alteram tamen lectionem non omnino damnem. Potest enim hic sermo pertinere ad baptizatos adhuc imbecilles spiritu & subinde recidentes in peccatum, ut Apostolus, quo mitigaret admonitionem, suam admiscuerit personam.

2 *Accessum*] προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν, id est, *aditum habuimus*, sive *nacti sumus*. Tametsi non me clam est Græcos in nonnullis verbis præterito pro præsenti abuti, præsertim affectuum, ut γέγηθα, δέδια, & in hoc quod paulo post sequitur, ἑσήκαμεν *stetimus*, pro *stamus*. Ubi illud annotandum, ἐν ᾗ ἑσήκαμεν, *in qua stamus*, incertum an articulus postpositivus referat *gratiam* an *fidem*. Ambrosius videtur ad fidem referre, cum ait: *Ideo stantes quia prius jacuimus*, *credentes autem erecti sumus*, &c.

3 καυχώμεθα ἐπ᾽ ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν, εἰδότες, ὅτι ἡ θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζε-
4 ται, Ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα.
5 Ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, ὅτι ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, διὰ Πνεύ-
6 ματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν. Ἔτι γὰρ Χριστὸς, ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀ-
7 πέθανε. Μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου τὶς ἀποθανεῖται· ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τὶς καὶ τολμᾷ ἀποθα-
8 νεῖν. Συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὅτι, ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, Χριστὸς ὑπὲρ
9 ἡμῶν ἀπέθανε. Πολλῷ οὖν μᾶλλον δικαιωθέντες νῦν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, σωθησόμεθα δι᾽ αὐτοῦ ἀπὸ τῆς
10 ὀργῆς. Εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες, κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον κα-
11 ταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι᾽ οὗ νῦν τὴν καταλλα-
12 γὴν ἐλάβομεν. Διὰ τοῦτο, ὥσπερ δι᾽ ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους

hanc, in qua stamus & gloriamur 3 sub spe gloriæ Dei. 4 Nec id solum, verum etiam gloriamur super afflictionibus, scientes, quod afflictio patientiam pariat, Patientia vero probationem, probatio autem spem. Porro spes 5 non pudefacit, quod dilectio Dei 6 effusa sit in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. 7 Christus enim, quum adhuc essemus infirmi, 8 juxta temporis rationem pro impiis mortuus est. Nam vix 9 pro justo quisquam morietur: siquidem pro bono forsitan aliquis etiam 10 mori sustinet. Commendat autem suam charitatem erga nos Deus, 11 quod, quum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus fuit. Multo igitur magis justificati nunc sanguine ejus, servabimur per eum ab ira. Nam si quum inimici essemus, reconciliati fuimus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati servabimur per vitam ipsius. Non solum autem hoc, 12 verum etiam gloriantes in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem assequuti sumus. 13 Propterea, quemadmodum per unum hominem peccatum in mundum introiit, ac per peccatum mors, & sic in omnes homines

3 *In spe filiorum Dei*] Græci legunt *in spe gloriæ Dei*, ἐπ᾽ ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Nec addunt *filiorum*. Palam est Origenem legisse *in spe gloriæ Dei*, ex ipsius enarratione. Nec ullum vestigium deprehendi potest ex interpretatione Ambrosiana, quo sentiri queat illum addidisse *filiorum*. Sic enim scribit, *Credentes autem erecti sumus, gloriantes in spe claritatis, quam promisit Deus nobis*: non abhorrens ab Origene, qui interpretatur, *Gloriantes in spe videndæ gloriæ Dei*. Theophylactus interpretatur, *in spe bonorum, quæ nobis contingent non ex merito nostro, sed ut glorificetur Deus*. Nec secus legit Chrysostomus.

4 *Non solum autem*] Οὐ μόνον δὲ. Sermo Latinus hanc loquendi formam non agnoscit: mollius erat si addidisset pronomen, *Neque id solum*, aut *Neque hoc solum*. Siquidem Origenes existimat hanc particulam non solum esse referendam ad id quod proxime dictum est, *gloriamur in spe gloriæ Dei*, sed ad cætera quoque, quæ docuerat nos esse consequutos per Jesum Christum: videlicet justificatos esse ex fide per illum, per eumdem aditum esse datum in gratiam istam, per eumdem contigisse, quod licet gloriari & sperare gloriam Dei. Mihi videtur ad horum postremum non inconcinne referri.

5 *Non confundit*] οὐ καταισχύνει, id est, *non pudefacit* aut *pudore afficit*. Quis Latinus intelligeret *confundit* pro *pudefacit*. *Suffundi* dicuntur qui rubescunt, *confundi* qui perturbantur animo, id sane gignit nonnunquam in homine vehemens pudor, sed non ideo idem sonant *confundere* & *pudefacere*, quemadmodum aliud est *bibere vinum*, aliud *inebriari*. Nam quod est in Actis, *Et confundebat Judæos*, non est κατῄσχυνε, sed κατέχυνε, hoc est, *perturbabat* ac *reddebat inopes consilii*. Verisimile est autem tum vulgum ita fuisse loquutum, & vulgata lingua traditum est olim Novum Testamentum. Augustinus libro *de Doctrina Christiana* quarto capite septimo indicat hujus loci schemata, quorum unum appellatur Græce κλίμαξ, Latine *gradatio*, multum faciens ad jucunditatem orationis. Ea fit, quoties membrum sequens vocem postremam excipit præcedentis, ut ita per gradus quosdam deveniatur ad ultimum: velut hîc, ex tribulatione patientia, ex patientia probatio, ex probatione spes connectitur. Indicat & compositionis decus, quod orationem colis & commatis modulatam absolvit periodus. Primum membrum est, *quoniam tribulatio patientiam operatur*: secundum, *patientia autem probationem*: tertium, *probatio vero spem*. Deinde additur periodus, & ipsa constans tribus membris: quorum primum est, *spes autem non confundit*: secundum, *quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris*: tertium, *per Spiritum sanctum qui datus est nobis*. Hujusmodi ferme Augustinus. Quanquam mea sententia nihil vetat, quo minus priorem compositionem quatuor membris absolvamus, ut quartum sit, *spes autem non confundit*: hîc enim est finis gradationis. Deinde accinitur periodus vel unico vel duobus membris constans, *quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis*. Quin & superiora cola possunt in bina commata dividi: ut comma sit, *quoniam tribulatio*, & post minimum respirationis succedat, *patientiam operatur*, atque item de cæteris. Hæc divus Augustinus fatetur nequaquam fuisse ab Apostolo affectata, sed eloquentiam ultro comitem fuisse sapientiæ, nec sapientiam talem adspernari comitem.

6 *Diffusa est*] ἐκκέχυται, id est, *effusa est*, vel *effusa fuit*, ut intelligas largiter effusam.

7 *Ut quid enim*] Græce secus est, Ἔτι γὰρ Χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, id est, *Nam Christus cum adhuc infirmi essemus*. Apparet codicem, quem secutus est Interpres, habuisse Εἰς τί, id est, *Ad quid?* Uterque sensus est tolerabilis. *Ad quid enim* subaudi, *ne spes confundat*. Et *Ut quid* legit Ambrosius quoque. Theophylactus legit & interpretatur Ἔτι.

8 *Secundum tempus*] κατὰ καιρόν. Si referatur ad *infirmos*, mitigat quod dictum est, quasi infirmitas illorum tempori sit imputanda, quo nondum apparuerat gratia Evangelii. Sin referatur ad *mortuus est*, intelliges illum idoneo tempore & a Patre præscripto mortem oppetisse. Atque ita Græca interpretantur scholia. Eamque sententiam sequitur Ambrosius, ita scribens: *Si pro incredulis ac Dei inimicis Christus ad tempus morti se dedit. Ad tempus enim mortuus est, quia tertia die resurrexit.* Ac mox: *Apud homines igitur, id est, secundum tempus mori visus est.* Consentit & Origenes, & huic pene succinens Theophylactus, interpretans *secundum tempus*, opportuno destinatoque tempore. Quanquam Ambrosius refert ad temporis brevitatem magis quam opportunitatem. Chrysostomus hanc particulam κατὰ καιρὸν non attingit enarrans. Origenes videtur utramque lectionem attingere. Siquidem in contextu ita distinguitur sermo, *Quum adhuc essemus infirmi secundum tempus, & pro impiis mortuus est.* Rursus enarrans quum ait, *Qui secundum illud tempus quo passus est, pro impiis & injustis mortem perpeti non refugit*: videtur idem sentire quod expressit Ambrosius, aliquanto post quum addit, præcipue si intellexit, *quia quum adhuc secundum tempus impii essemus & infirmi, ipse prior pro nobis mortuus est*, attingit alteram distinctionem. Utraque lectio sensum habet pium. Is, cujus scholia feruntur in Epistolas Pauli Hieronymi titulo, triplicem sensum complectitur *infirmi secundum tempus*, quum adhuc peccatorum & scelerum languoribus premeremur: & *secundum tempus infirmi*, quo jam pene defecerat justitia. Addit alterum, sive quia ultimo tempore passus est Christus. Addit tertium, qui peculiaris est Ambrosio, sive ad tridui tempus, ut prædicebatur, est mortuus. Attingit & Thomas variam distinctionem.

9 *Pro justo moritur*] ἀποθανεῖται, id est, *morietur*. Porro *justum* & *bonum* hoc loco non personam aliquam significat, sed rem, hoc est, ipsam justitiam & bonitatem, ut sit neutri generis, non masculini, quemadmodum putat divus Hieronymus in Epistola ad Algasiam quæstione septima. Origenes utroque modo edisserit pro *justo viro* & *justa causa*. Ambrosius priorem sensum sequitur, ad personam referens *justi* vocabulum.

10 *Audeat mori*] *Et audet*, vel *etiam ausit mori*, καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν. Quanquam hîc rectius vertisset *sustinet*, quo verbo in consimili sensu usus est Suetonius.

11 *Quoniam si*] Secus est apud Græcos, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, id est, *quod cum adhuc peccatores essemus*, ut hæc particula pendeat a superioribus. *Fortassis erit qui pro bono moriatur. Attamen Dei erga nos charitas in hoc insignis est*, & humanam vincit quantumvis magnam, *quod pro impiis & indignis Filium unicum mori voluerit.* Deinde colo interposito sequatur, *Multo magis ergo nunc justificati* &c. Ea distinctio, si quis mihi diffidit, exstat in exemplari Paulino, cujus sæpe meminimus. *Commendat autem suam charitatem Deus in nobis*, hîc interposito commate sequitur, *Quoniam cum adhuc peccateres essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Hîc periodi nota interjecta, quod sequitur a majuscula incipit, *Multo igitur magis* &c. Quanquam posterior quispiam volens, opinor, emendare quod erat scriptum, in spatio quod dirimit versus adscripserat *si*. *Quoniam si cum adhuc peccatores* &c. Eamdem distinctionem habebat meus codex veteris typographiæ, nec additur *si*.

12 *Sed & gloriamur*] ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι, id est, *sed & gloriantes*. Quanquam ad sententiam haud ita magni refert. Et in nonnullis Græcorum exemplaribus καυχώμεθα reperi scriptum, velut in eo quod nobis exhibuit Monasterium Prædicatorum apud Basileam.

13 *Propterea sicut per unum hominem*] Sic quidem est apud Græcos, διὰ τοῦτο ὥσπερ δι᾽ ἑνὸς ἀνθρώπου, sed non respondet quod sequitur ad ὥσπερ, nisi ὡς legatur pro *quia*, aut ὥσπερ pro ὡς, aut nisi accipias ὥσπερ pro *tanquam*, nisi quis malit hoc quoque ἀναπόδοτον esse, qualia multa videtur Paulus habere. Origenes duas refert opiniones. Juxta priorem vult Paulum non ob inscitiam Græcanici sermonis hanc partem imperfectam reliquisse, sed data opera suppressisse, quod alioqui subjiciendum erat, quia commodius judicaret utrumque subaudiri quam palam explicari. Nam si adjecisset eam partem quæ respondet *sicut* &c. *Sic per unum hominem venit justitia in mundum, & per justitiam vita in omnes homines pertransivit*: periculum erat ne qui hoc audito securiores ac negligentiores redderentur, aut jam nunc inciperent exspectare quod postea continget, aut ne putarent hîc oscitantibus obtingere quod non sine cura studioque consequimur. Proinde in cæteris alteram partem commutato tempore reddit per verbum futuri temporis, *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivi-*

πους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. Ἄχρι

mines mors pervasit, 14 quatenus omnes peccaverunt. 15 Usque

vivificabuntur. Juxta posteriorem, vult alteram partem in posterioribus esse redditam, licet intervallo longiore, nempe illic, *Sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim unius delicto mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum per gratiam unius hominis Jesu Christi in plures abundavit.* Mihi vero videtur & alia superesse ratio, qua huic sermonis incommodo medeamur, si, quod apud Græcos frequens est, in conjunctione καὶ subaudiatur οὕτως: cujus exemplum habes in Evangelio, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, id est, *sicut in cælo, ita & in terra*: οὕτως subauditum est. Hic igitur erit sensus, *Quapropter sicut per unum hominem peccatum in mundum intravit, ita & per unum hominem intravit mors*, ut intelligas utrumque nobis ab Adam esse profectum. Ille peccavit & ob peccatum incidit in mortem. Nos item quoniam illum sequentes peccamus, in mortem incurrimus; atque ita factum est, ut & mors & peccatum in omnes dimanarit.

14 *In quo omnes peccaverunt*] ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. *In quo* quidam referunt ad Adam, in quo velut in massa latebat posteritas, & in eo peccarunt omnes. Augustinus putat referri posse ad peccatum, ut intelligamus uno Adæ peccato quodammodo peccasse omnes: quæ lectio non consistit, quum peccatum apud Græcos sit generis fœminini ἁμαρτία. Alioqui minimum referebat ad sententiam. Alii interpretantur *in quo, eo quod*, sive *quatenus.* Qui priorem sensum urgent, hinc potissimum adstruunt peccatum originis, cujus acerrimus defensor est divus Augustinus, maxime posteaquam incaluit pugna cum Pelagio & Juliano. Nec ab hujus sententia abhorruit divus Ambrosius, qui sequutus, ut solet, Origenem in hoc quoque philosophatur, quod Apostolus non dixerit ἐφ' ᾗ, id est, *in qua*, sed ἐφ' ᾧ, id est, *in quo*, hoc est, viro, non muliere: quod vir sit præcipuus auctor posteritatis, tametsi mulier prior est lapsa. Quibus posterior sensus arridet, ἐφ' ᾧ, nec ad Evam referunt nec ad Adam, sed ad rem ipsam absolute, hoc est, *in eo quod omnes peccaverunt.* Nec hæc tamen lectio simpliciter excludit peccatum originis: potest enim accipi omnes peccasse in Adam, in quo & mortui sunt priusquam nascerentur. Nam hic tropus vitari non potest. Alioqui nec peccant, qui nihil agunt, nec moriuntur, qui nondum sunt. Ad hæc quum peccato Adæ deberetur non solum mors corporis, verum etiam mors gehennæ, nec hoc peccatum transiit in omnes, nec illa mors transit in infantes, si decedant absque regenerationis lavacro, si modo nostrorum temporum Theologis credimus. Unde constat sermonem non carere tropologia, quam si excludimus, plurima consequuntur absurda. Nam si velimus amplecti vel definitionem Theologorum, vel sensum communem, peccatum est dictum aut factum, & tale nihil est in infantibus recens natis. Quod si peccatum hic accipitur pro subtractione gratiæ divinæ, quæ fuit in Adam antequam peccaret, aut pro naturali quadam pronitate ad peccandum, quæ videtur omnibus insita, quanquam arbitror hanc magis ab exemplis proficisci, quam a natura, hæc sunt pœna peccati verius quam peccatum. Itaque qui dicunt totam posteritatem peccasse in Adam, velut in massa, nihil aliud videntur dicere, quam Adæ peccatum omnibus posteris nocuisse, ac fuisse damno: qui si non violasset præceptum Dei, sui similes genuisset immortales, plenos notitia, timore, charitate, & fide, dociles & alacres ad omne bonum, quos nunc gignit tot malis obnoxios, quæ tamen Scholastici non patiuntur dici peccatum, qui ne concupiscentiam quidem patiuntur appellari peccatum, aliis reclamantibus. Atqui hæc mala non adimit infantibus baptismus: manet enim moriendi necessitas, corpus morbis obnoxium, & ad peccandum proclivitas, licet utrumque piis vertatur in bonum. Cætera excusant per habitus gratiarum infusos. Hunc labyrinthum hic non ingrediar altius, tantum attigi quantum satis est ad demonstrandum hunc Apostoli sermonem non carere tropis. Ad hæc nescio an Græcus sermo recipiat hunc sensum, ut in Adam dicantur omnes peccasse, velut in hoc latentes. Non enim dixit, ἐν ᾧ, sed ἐφ' ᾧ: gravida dicitur ἐν γαστρὶ ἔχειν, ἐπὶ γαστρὶ non item, & ἐν τόπῳ dicitur, quod loco continetur, potius quam ἐπὶ τόπῳ. Quanquam dicitur ἐπ' οἴκου, καὶ ἐπὶ τῆς χώρας. Nam quoties ἐπὶ declarat *super*, aut *in*, paterno casui jungitur, ut ἐπὶ κεφαλῆς, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, ἐπὶ πάντων, *super omnia.* Item quum tempus indicat aut ditionem, ut ἐπὶ Καίσαρος Ὀκταβίου, & Actorum XXVI. μέλλων ἀπολογεῖσθαι ἐπὶ σοῦ. Quum causam indicat sive imminentiam, dativo jungitur, ut ἐπὶ θανάτῳ, id est, *spe mortis.* Item quum viciniam declarat, ἐπὶ γήραος οὐδῷ. Rursus quum potestatem, ut ἐπὶ τῷ βασιλεῖ, id est, *in manu regis.* Item quum accessionem, ut ἐπὶ τούτοις, id est, *ad hæc* sive *post hæc*: aut quum conditionem, ut ἐπὶ τούτοις ἀφίημί σε, id est, *hac lege te dimitto*, & ἐπὶ ῥητοῖς, id est, *certis præscriptis.* Denique quum supra, ἐπὶ στύλῃ, *supra columnam*: cui simillimum est illud, ἐπὶ γήραος οὐδῷ. Accusandi casum habet quoties significat motum ad locum. Quoniam autem varius est usus Græcarum præpositionum, non ausim affirmare nusquam inveniri ἐπὶ junctum dandi casui, ubi quid declaratur esse in alio, velut arbor est in semine. Certe mihi non contingit hactenus aliquid invenire simile. Nam ad Hebræos VII. quum Paulus dicit Levi fuisse in lumbis Abrahæ, non ait ἐπ' ὀσφύϊ, sed ἐν ὀσφύϊ. Contra prima Corinth. XV. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur*, non est, ἐπὶ τῷ Ἀδὰμ, ἐπὶ τῷ Χριστῷ, sed ἐν τῷ Ἀδὰμ, ἐν τῷ Χριστῷ. Jam ut demus fuisse scriptum ἐν ᾧ, quid usitatius in Sacris Litteris, quam *in* usurpari pro *per*: ut sensus esse possit, *Mors transivit in omnes, per hoc quod omnes peccaverunt*, sive *eo quod omnes peccaverunt.* Ad hæc quod Interpres vertit *pertransiit*, Græce est διῆλθεν, quod nos maluimus vertere *pervasit*, simul ut fugeremus amphibologiam, simul ut celeritatem ac violentiam mali in omnes dimanantis exprimeremus: præsertim quum animadverterem beatum Augustinum hac occasione lapsum, qui putarit *pertransire* idem esse quod *præterire*: unde colligit & Virginem Matrem in morte Domini nonnihil dubitasse, sed ita ut gladius transierit illam, non contigerit. Locus est libro quæstionum veteris & novi Testamenti, quæstione LXXIII. quemadmodum annotavimus in Lucæ caput II. Ejusdem autem naturæ sunt διελεύσεται, quod est apud Lucam, & διῆλθεν, quod est hoc loco, quod optime reddi poterat per *dimanavit* sive *derivatum est*, nisi placuisset vim & impetum mali omnes transilientis exprimere. Ad hæc dubitabam num *pertransit* apud emendate loquentes reperiretur, quum *pervadendi* verbum sit & elegans, & huic sensui accommodum. Præterea quum in Græca voce non sit nisi unica præpositio, magis conveniebat *transiit* quam *pertransiit. Transire* vero dicuntur quæ contagio ab aliis ad alios propagantur. Unde illud Nasonis:

Multaque corporibus transitione nocent.

Nihil igitur est hic in verbis, quod non accommodari possit ad peccatum imitationis. Solæ duæ syllabæ videbantur obstare ἐφ' ᾧ, quas ostendi vix eum reddere sensum, quem quidam unicum esse volunt: & si esset, ἐν ᾧ, non multum obstaret illorum opinioni, qui putant hic Paulum loqui de peccatis singulorum ad imitationem Adæ commissis. Neque nos sumus hujus interpretationis auctores, quum totum hunc locum sic exponat quisquis fuit, cujus in omnes Pauli Epistolas scholia feruntur nomine Hieronymi. His enim verbis, *Peccatum intravit, & per peccatum mors*, subnectit hoc scholium, *exemplo vel forma.* Rursus post hæc verba, *& ita in omnes homines pertransivit*, subjicit, *dum ita peccant, & similiter moriuntur.* Atque ut intelligas illum de capitali crimine, deque morte animæ loqui, subdit, *Non enim in Abraham & Isaac & Jacob pertransiit, de quibus dicit Dominus, Omnes illi vivunt.* Hic autem ideo dicit, *omnes mortuos*, quia in multitudine peccatorum non excipientur pauci justi: sicut ibi, *Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* Et, *Omnis homo mendax.* Nam quod Origenes philosophatur in vocabulo *mundi*, quasi peccatum non transierit nisi in mundum, hoc est, in homines mundano spiritu, mihi videtur coactius, quod tamen commentum hic quoque attingit, quum ait, *Sive in eos omnes pertransiit qui humano, non cælesti ritu vivebant.* Mox subjicit, *Transivit enim & in omnes homines, qui naturalem legem prævaricati sunt.* Jam illis Apostolis verbis, *in quo omnes peccaverunt*, tale subjicit scholium, *hoc est, in eo quod omnes peccaverunt exemplo Adæ peccant.* Hactenus ille. Nihil igitur ambigui relinquitur, quin is quisquis fuit, totum hunc locum interpretetur de peccato imitationis, & morte animæ. Fateor hoc opus non esse Hieronymi, quemadmodum mentitur inepta præfatio: docti tamen hominis esse res ipsa clamitat: & qui titulis omnibus habendam fidem contendunt, nostrasque censuras rejiciunt, his certe oportet esse Hieronymi. Ex Origene vero, qui per se lubricus esse solet in disputando, præsertim quum hunc habeamus libere versum, adjectis, detractis, ac mutatis permultis, non perinde facile est colligere quid senserit. Primum enim nonnihil attigit de massa in qua peccaverunt omnes, *Si ergo*, inquit, *Levi, qui generatione quarta post Abraham nascitur, in lumbis Abrahæ fuisse perhibetur, multo magis omnes homines, qui in hoc mundo nascuntur & nati sunt, in lumbis erant Adæ, quum adhuc esset in paradiso: & omnes homines cum ipso vel in ipso expulsi sunt de paradiso, cum ipse inde pulsus est: & per ipsum mors, quæ ei ex prævaricatione venerat, consequenter & in eos pertransiit, qui in lumbis ejus habebantur: & ideo recte dicit Apostolus*, Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur. *Neque ergo ex serpente qui ante mulierem peccaverat, neque ex muliere quæ ante virum in prævaricatione facta est, sed per Adam, ex quo omnes mortales originem ducunt, dicitur introisse peccatum, & per peccatum mors. Sed hic nimirum est unus homo, per quem peccatum introivit, & per peccatum mors* &c. Hisce quidem verbis videtur respicere ad peccatum originis, quum propius inspicienti secus appareat. Tantum ostendit quare beatus Paulus nec Diabolum, nec Evam faciat auctorem peccati, quum re vera invidia Diaboli mors introiverit in orbem terrarum, ac per Diabolum transierit in Evam, per Evam in Adam: quodque primus auctor peccandi fuerit serpens, mox Eva virum pertraxit in peccatum. Sed quoniam *patris* nomine censetur posteritas, ideo dicit omnes peccasse in Adam, qui peccandi exemplum transmisit in posteros suos, & corruptus corruptos gignit. Jam Origenem non hic proprie loqui de peccato originali, satis arguunt quæ continenter subjiciuntur, *quum hortatur nos abjecta imagine terreni, imaginem portare cælestis, id est, ut secundum verbum Dei viventes renovemur & reformemur secundum interiorem hominem ad imaginem Dei qui creavit eum* &c. Cum ait *viventes*, indicat se de peccato imitationis loqui. Rursus in eadem serie disputationis aliquanto post, *conversationem non in hoc mundo, sed in cælis habentes.* Ac mox, *cum imagine terreni ambulat, & secundum imaginem terreni ambulat, & carnem cogitat, & quæ carnis sunt sapit* &c. Horum nihil competit in infantes. Hic sequuntur quædam, ut videtur, vel de lapsu Satanæ, vel de animabus, quæ juxta Platonem peccaverunt priusquam immitterentur in corpora, quæ Interpres prætermisit. Porro quum nihil non attingat, tamen de peccato infantium nullam omnino facit mentionem, ad quos volunt hunc locum proprie pertinere: deinde quum addit hic Paulum loqui de morte animæ, citans illud Prophetæ, *Anima quæ peccat ipsa morietur*, palam est illum de personali peccato disserere. Evidentius etiam hoc arguit, quod movet quæstionem, *Quare Christus mortem perpessus sit, quum nunquam peccarit.* Respondet, *Christum, quoniam erat immunis a peccato, nulli debuisse mortem, sed pro nostris peccatis sponte posuisse animam suam.* Nec hic meminit peccati originis, sed *non fecit*, inquit, *peccatum.* His quoque evidentius est quod sequitur: aggreditur enim ipsum articulum, quem urgent ad peccatum infantium. *Sed videamus*, inquit, *quomodo in omnes homines pertransiit mors*, In quo omnes,

inquit, peccaverunt. *Absoluta sententia pronunciavit Apostolus in omnes homines mortem pertransisse peccati, in eo in quo omnes peccaverunt.* Hic suspicor esse mendum, & fuisse scriptum *in eo quod* vel *quo omnes peccaverunt*, ut accipiatur ἐφ' ᾧ αἰτιολογικῶς. *Ut autem intelligas illum de peccatis singulorum agere*, Omnes, *inquit*, peccaverunt, & egent gloria Dei: *& ideo si etiam Abel illum justum dixeris, non potest excusari*, Omnes *enim* peccaverunt. Ab Abel progreditur ad Ænos, ab Ænos ad Enoch, ab Enoch ad Mathusalem, a Mathusalem ad Noë, a Noë ad Abraham, declarans argumentis singulos peccasse suis peccatis. Veritus autem recensere cæteros, ne quem offendat, si peccatum tribueret iis, quos mundus habet in summa veneratione, venit ad Christum: ad quem dicit venisse peccatum, opinor quum tentaretur a Satana, sed ab hoc uno fuisse repulsum: itaque victam mortem, cujus aculeus est peccatum: unde scriptum est, *Ubi est mors aculeus tuus?* &c. Ex his arbitror satis liquere, quod Origenes hunc locum interpretatus est de peccato imitationis, quemadmodum ille Scholiastes: quorum prior quum singulas etiam voces excutiat, veluti quum distinguit *mundum* ab *hominibus*, quod & in mundum *intravit* peccatum, nec *exisse* dicitur, in homines *pertransivit*, videlicet exitum præbente pœnitentia: ne verbo quidem attingit peccatum infantium, ad quos hic locus proprie pertinebat. Hæc non eò nobis dicuntur, ut in dubium vocem, an sit aliquod peccatum originis, sed ut declarem eos mentiri qui dicunt me unum meminisse hujus interpretationis, mihique commentum hoc cum Pelagio esse peculiare. Pelagii sententiam damno, neque me fugit Veterum hac de re consensus: tantum de hujus loci sensu disputatio est, an proprie pertineat ad peccatum originale. Primum illud in confesso est, totius hujus disputationis exordium aliunde profectum quam a peccato originali, ac disputationis summam alium habere exitum. Siquidem primo capite Gentibus exprobrat, quod præter naturæ legem ac philosophiæ cognitionem degenerarint in omne scelerum genus: in secundo reprehendit Judæos, quod legem qua gloriabantur non observarent: in tertio colligit & Gentes & Judæos pariter obnoxios egere gratia Dei: in quarto docet nec Gentes nec Judæos servari ex suis operibus, sed per fidem: & Abrahæ factam promissionem ad omnes pertinere, qui illum fide referunt: in quinto docet remissionem peccatorum, ac justitiæ, hoc est, innocentiæ donum, omnibus contingere per gratuitam Dei charitatem, qui sanguine Unigeniti sui omnium peccata abluit. Hactenus nihil est, quod non competat in peccata personalia, sic enim appellant Scholastici. Chrysostomus autem admonet in quinto capite Paulum aggredi quomodo qui justificati sunt baptismo, debeant instituere vitam, hoc est, in posterum abstinere a peccatis, ne pacem cum Deo sartam rescindamus. Nihil hîc adhuc de peccato originis. Mox quæ sequuntur, *Usque ad legem enim peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur* &c. constat plerosque Doctores interpretari de peccato imitationis. Divus enim Ambrosius ita scribit: *Usque ad legem datam non imputatum est peccatum: putabant enim se homines apud homines impune peccare, sed non apud Deum: nec enim lex naturalis penitus obtorpuerat, quia non ignorabant, quia quod pati nolebant, aliis facere non debebant* &c. Hic sermo plane testatur, Ambrosium sentire hunc locum de personalibus commissis loqui. Jam sive legas *in similitudine Adæ*, sive *non in similitudine*, utramque lectionem referunt ad peccatum imitationis. Quin & illum locum, *Si enim unius delicto multi mortui sunt* &c. qui videbatur iterum ad peccatum originis posse referri, sic interpretatur: *hoc est, si unius delicto multi mortui sunt imitantes prævaricationem ejus, magis gratia Dei* &c. Ac paulo post, *Neque mortem*, inquit, *in omnes regnasse, sed in eos qui delicto Adæ mortui sunt, quos in similitudinem prævaricationis Adæ dicit peccasse.* Rursus super his verbis, *Nam judicium quidem ex uno in condemnationem*, ita commentatur: *Manifeste diversum est, quia uno peccato Adæ condemnati sunt, qui in similitudinem prævaricationis ejus peccaverunt.* Iterum hæc verba, *Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem* &c. sic exponit: *hoc est, Sicut per unius delictum omnes homines condemnationem meruerunt, similiter peccantes, ita & justitia unius omnes justificabuntur credentes*: totamque deinceps disputationem sic temperat, ut intelligas eum loqui de peccatis singulorum propriis. Sed in medio scribit: *Manifestum itaque est, in Adam omnes peccasse quasi in massa: ipse enim per peccatum corruptus, quos genuit omnes nati sunt sub peccato: ex eo igitur cuncti peccatores, quia ex ipso sumus omnes.* Moxque, *Est & alia mors*, inquit, *quæ secunda dicitur in gehenna, quam non peccato Adæ patimur, sed ejus occasione propriis peccatis acquiritur* &c. Hic distinguit peccatum Adæ a peccatis personalibus, & mortem corporis a morte gehennæ. Verum non hoc nunc agitur, an Ambrosius agnoscat peccatum originale, quod constat illum compluribus facere locis, sed an necesse sit hunc locum de peccato originis accipere. Nam si hic sermo, *ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt*, necessario intelligitur de peccato originis, necesse est, ut quod huic annectitur, *usque ad legem enim peccatum erat in mundo*, similiter intelligamus, quod hæc pars causam reddat dicti superioris. Sed hanc partem Ambrosius interpretatur de peccatis ab unoquoque commissis. Quomodo igitur constabit disputationis tenor, si & quæ præcedunt, & quæ sequuntur, accipiuntur de commissis singulorum, in medio subito admisceatur diversi generis peccatum, præsertim quum conjunctio *enim* ita connectat inferiora cum superioribus, ut appareat eamdem rem agi. Quemadmodum autem conjunctio γὰρ conglutinat id quod sequitur cum præcedentibus, ita διὰ τοῦτο, id est, *propterea*, connectit hanc particulam cum iis quæ præcesserant: præcesserat autem, quod Christus pro inimicis ac peccatoribus mortuus esset, cujus sanguine liberati ab ira Dei, pro morte vitam, pro ignominia gloriam filiorum essemus adepti. Nihil enim interest, nisi quod quum dicimus *propterea*, causa præcessit, effectus sequitur: quum *enim*, contra. Si Titius Actio deberet mille nummûm mutui nomine, x drachmas depositi nomine, numquid videretur hic sermo sibi cohærere, si diceret, *Nunquam habui commodiorem creditorem quam Actium, cui quum deberem ex mutuo mille nummûm, videretque me rei familiaris angustia laborare, ultro condonavit enim summam, meque ex æris alieni debitore, reddidit adstrictiorem benevolentiæ debitorem. Semper enim nihil promeritum singulari benevolentia complexus est, eoque me liberavit obligatione: poterat enim mutui nomine me convenire, & ni solvissem in carcerem ducere, aut res meas loco pignoris occupare.* Hîc quum prima & ultima loquantur de mutuo, quis suspicaretur illa in medio, *dum me liberat obligatione*, pertinere ad depositum? Atqui duæ conjunctiones faciunt, *quapropter* & *enim*, ut hic sermo multo durius cohæreat, nisi totum accipiamus de peccato originis, aut totum de peccato personali, aut totum de utroque. At sunt quæ de peccato originis non possunt intelligi, sunt quæ de utroque non possunt. Jam divus Chrysostomus in hunc locum, quem necessario volunt accipiendum esse de peccato originis, nihil aliud commentatur quam hoc, Τί δέ ἐστιν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον; Ἐκείνου πεσόντος, καὶ οἱ μὴ φαγόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου γεγόνασιν ἐξ ἐκείνου θνητοί, id est, *Quid autem est*, in quo omnes peccaverunt? *Illo lapso, & hi qui non ederant de ligno, facti sunt ex illo mortales.* Hic sermo potest ad utrumque peccati genus pertinere. Porro locum, qui huic annectitur, bifariam exponit: ipsius verba subscribam, bona fide Latine reddita: *Usque ad legem enim peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputatur, quum non est lex. Illud quod dicit* usque ad legem, *quidam putant Apostolum de illo sentire tempore, quod fuit ante datam legem, veluti quod fuit sub Abel, sub Noë, sub Abraham usque ad illud quo Moses natus est. Quod igitur tum erat peccatum? Quidam ajunt eum loqui de eo quod fuit in paradiso, Nondum enim*, inquit, *erat dissolutum, quin potius florebat illius fructus. Nam communem mortem illud invexit, quæ vincebat ac regnabat. Qua igitur de causa subjicit*, Peccatum autem non imputatur ubi non est lex? *Qui nostra disseruerunt ajunt Apostolum hunc sermonem posuisse sub persona Judæorum objicientium, Si non est peccatum absque lege, quomodo mors eos absumpsit qui fuerunt ante legem? At mihi videtur, quod nunc dicturus sum, esse probabilius, magisque consentaneum esse Apostolico sensui. Quid autem hoc est? Quum ait*, peccatum usque ad legem erat in mundo, *hoc mihi videtur dicere, quod lege data peccatum superabat, videlicet quod erat ex prævaricatione, & eousque superabat, quousque fuit & lex. Non enim potest consistere peccatum, si non sit lex. Itaque si hoc, inquit, peccatum, ex legis prævaricatione mortem genuit, quî factum est, ut omnes, qui fuerunt ante legem, mortui sint? Etenim si ex peccato mors radicem traxit, quum autem non est lex, non imputatur peccatum, quomodo mors superabat? Unde perspicuum est, quod non hoc peccatum violatæ legis, sed illud per inobedientiam Adæ commissum, erat quod omnia contaminabat. Quod hujus rei signum? Illud quod etiam ante legem omnes moriebantur.* Regnabat enim mors ab Adam usque ad Mosen, etiam in eos qui non peccaverunt &c. Hisce verbis Chrysostomus non tribuit ullum peccatum infantibus, sed ait mortem corporis in eos dimanasse, perinde quasi cum Adam progenitore de vetito ligno edissent, hoc est, pro alieno peccato dedisse pœnas. Theophylactus autem versus quum ita loquitur, *Nam eo labente vel qui de ligno nihil edissent suo crimine mortales sunt facti, perinde ac si ipsi peccato forent obnoxii, quia ille peccasset:* nonne pronunciat infantes non esse obnoxios peccato? Quanquam si hunc locum accipimus de morte gehennæ, quam commeruerat Adam, hac non puniuntur infantes: si de morte corporis, ab hac non liberat baptismus. Hæc perspiciens Origenes, confugit ad mortem animæ, quæ per peccatum separat Deum ab illa. Quam mortem si accipimus, non potest hic locus accipi de peccato originis. Sed hunc locum, quem Chrysostomus interpretari videtur de prævaricatione Adæ, Ambrosius interpretatur de peccato personali, quemadmodum ostendimus. Falsum est igitur quod jactat quidam, Veteres omnes tum Græcos tum Latinos magno consensu hunc locum interpretatos de peccato originis, quum secus interpretetur Origenes Græcus, & Scholiastes Latinus: ac proinde falsum est hanc interpretationem mihi peculiarem esse cum Pelagio, quum & Ambrosius & priora & sequentia interpretetur de peccatis singulorum, tantum in medio videatur attingere peccatum Adæ. Sed falsius etiam est, hanc interpretationem pugnare cum Paulinæ dictionis & Græcæ lectionis proprietate, quum declararim, & sermonis proprietatem, & seriem tenoremque disputationis mollius quadrare ei sententiæ, quam ostendo posse consistere. Non jam excutiam quæ recitantur a cæteris ad pertrahendum hunc locum ad peccatum originis: loquuntur enim tropis ambiguis: certe nullus illorum tribuit infantibus peccatum, sed aliquam pœnæ partem ajunt transisse in posteros. Superest illa rixa, quod opituler Pelagianis, exarmans Ecclesiam, nimirum extorto hoc telo omnium, ut ajunt, validissimo. Primum alia esse docui validiora: deinde quî facio pro Pelagianis, quorum sententiam aperte detestor? Sed indico utramque lectionem consistere. Hoc vel tacente me res ipsa clamitat, Scripturam commodius accipi de peccato singulorum. Sufficiebat unus Scripturæ locus adversus Pelagium, & tuta erat Ecclesia etiam hoc telo destituta. Sed tota Ecclesia sic hunc locum interpretatur. An tota Ecclesia sunt tres aut quatuor Doctores? Tota Ecclesia docet omnes Adæ posteros nasci pœnæ obnoxios ob peccatum Adæ: sed hunc locum non posse accipi nisi de peccato originis, nusquam docet universalis Ecclesia. Atqui hoc solum erat quod annotavi. Sed in Africano, inquiunt, Concilio, Milvetano opinor, pronunciatur anathema in eos qui Pauli locum hunc secus interpretarentur. Imo ibi pronunciatur anathema in eos qui docebant infantes non egere baptismo, quod nihil haberent contagii ex Adam: & post anathema subjicitur, *quia non debet aliter intelligi.* Non hîc excutio quantum sit anathematum in illis Conciliis provincialibus, quæ utcunque vertit Hilarius, neque puto me usque adeo adstringi ejusmodi Synodis. Alioqui si quis urgeat esse servanda quæcunque in illis decreta sunt, proferam ex illis dogma-

ta

13 Ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ· ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται, μὴ ὄντος νόμου. 14 Ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παρα-

15 Usque ad legem enim peccatum erat in mundo: porro peccatum 16 non imputatur, quum non est lex. Imo regnavit mors ab Adam usque ad Mosen, in eos quoque qui non peccaverant 17 ad similitudinem trans-

ta quædam, quæ nunc Ecclesia damnat pro hæreticis: proferam institutiones, quas nusquam nunc servat Ecclesia: proferam ex universali Synodo, quæ prohibuerit hunc locum secus enarrari. Damnarit sane Milvetana Synodus Pelagianam interpretationem, nihil ad me pertinet: ille sic tollit hanc interpretationem, ut adstruat quam improbavit Ecclesia; ego demonstrans hunc locum ad revincendos Pelagianos non esse satis efficacem, relego disputantem ad alia loca hoc certiora. Hoc non est eripere telum Ecclesiæ, sed indicare tela certiora pro parum certo: nec est aperire rimam hostibus, sed admonere ne hîc urgeamus hostem, ubi possit elabi. Fatemur Ecclesiam habere auctoritatem interpretandi Scripturas, sed Ecclesiæ Doctores, quamlibet celebres, in multis Scripturæ locis hæsitant, multa varie, nonnulla etiam perperam sunt interpretati. Neque quisquam contendit hunc locum non posse secus intelligi, præter sanctum Augustinum, posteaquam incaluit conflictio cum Pelagianis. Quod si non permittunt hîc hactenus ab Augustino dissentire, ut liceat hunc Pauli locum bifariam interpretari, quin idem honoris habetur omnibus quæ vir ille docuit & asseveravit in hac ipsa disputatione. In hac enim toties inculcat infantes frustra baptizari, nisi detur eis corpus & sanguis Domini. Eam sententiam hausit ex Joannis cap. VI. *Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Ad eum locum, a Priscis interpretatum de doctrina Christi, posteriores adjecerunt alterum sensum de sumenda Eucharistia. At nunc Ecclesia, quod Augustinus & cum Augustino tota, ut probabile est, Occidentalis Ecclesia judicavit ad salutem necessarium, nec facit nec sinit fieri, & illius interpretationem rejicit, pro hæretica habitura, si quis velit illam pertinaciter tueri. In eadem inculcat, unum Christum fuisse immunem ab omni peccato, idque docet multorum testimoniis: & hanc sententiam damnant Theologorum classes præcipue Parisiensium, ingenue rejicientes talium virorum & dogma, & Scripturæ interpretationem. Ibidem citat Ambrosium, qui lotionem pedum in Apostolis interpretatur de peccato originis, quum hodie liceat secus interpretari. Nam Petrus jam circumcisus non erat obnoxius illi peccato: illic citat Cyprianum, qui scripserat infantibus per baptismum aliena remitti peccata, quum hodie doceat Ecclesia, non nisi primum illud & unicum Adæ peccatum imputari nascentibus, ne id quidem in totum: illic affertur ex I. Cor. XV. ad probandum originis peccatum, *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur*, cur eum locum ausus est de peccatis singulorum interpretari Chrysostomus? Sic enim commentatur: *Quid igitur, dic mihi, omnes mortui sunt morte peccati in Adam? Quomodo igitur Noë justus in generatione sua, quomodo Abraham, quomodo Job, quomodo cæteri omnes* &c. Hæc frustra commemorat, si locus sentit de peccato originis, quandoquidem ab hoc nullus illorum fuit immunis. Atqui hunc Pauli locum divus Augustinus adeo putat de peccato originis intelligendum, ut, quoniam ad fundamenta fidei pertinet, quisquis conetur illum secus interpretari, totum quod in Christum credimus auferre moliatur. Adducitur & illud adversus Pelagianos, *Eramus natura filii iræ*, cur divus Hieronymus eum locum ausus est secus interpretari quam de peccato originis, cur ausus est indicare φύσει accipi posse ut idem valeat quod *prorsus* sive *omnino*? Cur hîc nemo vociferatur telum ereptum Ecclesiæ propugnatoribus? An hac lege constringent nos, ut nefas habeatur, si quis ullum Scripturæ testimonium secus interpretetur quam interpretati sunt prisci Doctores Ecclesiæ conflictantes cum Hæreticis? At quid dicent, ubi ex illis conflictationibus protulerimus tot sententias, tot interpretationes illorum, quas recentiores Theologi non solum rejiciunt, sed impias & hæreticas judicant? Quod si labascit tota Ecclesia, quod annotarim hunc locum aliter posse interpretari, non damnata altera enarratione, cur hactenus nemo reclamavit in scholia Hieronymi titulo commendata, quæ totum hunc locum exponunt de peccatis voluntate commissis? Constat totam hanc Pauli disputationem esse plenam obscuritatibus, quemadmodum vere præfatur Origenes: constat multa non sine tropo dici: nos peccatum originis non hîc tantum asserimus, sed compluribus lucubrationum mearum locis, atque in ipsa etiam paraphrasi, sensum utrumque complectimur, ita loquentes: *Etenim si tantum valuit ille peccandi princeps, ut tantus hominum numerus ob unius commissa morti sit obnoxius* &c. Ac mox: *Sicut Adæ damnum Dei benignitate nobis in lucrum cesserit.* Rursum: *Licet per unum Adam peccantium invecta sit pernicies, & per Christum innocentem invecta sit salus, tamen utrumque alteri par non est. Siquidem pernicies sic orta est, ut unius peccatum in omnes posteros propagaretur, atque ita tandem omnes redderet obnoxios, contra* &c. Ac mox: *Quod si tantum valuit unius hominis culpa, ut omnes mortis tyrannidi redderet obstrictos* &c. Quid? An hoc est excludere peccatum originis? Jam quod vertimus, pro ἐφ' ᾧ *quatenus*, potest ad utrumlibet sensum vel ad utrumque potius accommodari, id est, *mors transiit eo quod omnes peccaverunt*, nimirum in Adam. Quid igitur est quod timent? An continuo revixerint Pelagiani, si locum hunc unum secus interpretatus sum quam in pugna interpretatus est Augustinus, quum sint alia multa quibus efficacius revinci possint Hæretici? Verum qui minus hic liceat, quod in aliis locis ab eodem citatis licuit Orthodoxis? An dicent dissimulandum fuisse, locum hunc bifariam exponi? Quasi me silente non id perspecturi sint Hæretici, imo quasi non hoc perspexerint ante annos mille? Quod si fidei præsidium in silentio collocamus, quid sibi volunt tot quæstionum volumina, quibus recentiores Theologi mundum impleverunt, propositis argumentis omnia vocantes in dubium, præsertim Scotus, cujus argumenta veritatem oppugnantia, quæ illi vocant ante oppositum, interdum nervosiora sunt iis quibus illa diluit. Cur hîc non metuunt ne præbeatur ansa Hæreticis? Sed illa, inquiunt, disputantur inter Scholasticos. At mea vix leguntur in cubiculis, nam Theologis illa scripsimus, non Grammaticis. Nobis sufficit unicum Scripturæ testimonium, interdum & sine Scripturis auctoritas Ecclesiæ. Adversus autem Hæreticos quid proderit censere locum hunc non aliter oportere intelligi, quum ipsa res clamitet posse secus intelligi. Postremo si quid hic offendiculi est, utris potius imputandum, eine qui hæc tribus verbis annotarat, an illis qui tales annotatiunculas atrocibus tragœdiis exagitantes in theatrum populare proferunt.

15 *Usque ad legem enim peccatum*] Ἄχρι γὰρ νόμου. Origenes interpretatur, *Usque ad finem legis Mosaicæ*, hoc est, *usque ad Christum*. Sic & Augustinus in sententiis annotatis in Epistolam ad Romanos, *Intelligendum est*, inquit, *quousque veniret gratia: contra eos enim dictum est, qui arbitrantur per legem auferri posse peccata.* Ac mox: *Non ergo putemus usque ad legem ita dictum esse, quasi jam sub lege non esset peccatum, sed sic dictum est usque ad legem, ut totum legis tempus annumeret usque ad finem legis, quod est Christus.* Apud Chrysostomum γὰρ non additur, licet apud Theophylactum addatur.

16 *Non imputabatur*] οὐκ ἐλλογεῖται, id est, *imputatur*, præsentis temporis, ut sermo sit absolutior. Nam μὴ ὄντος νόμου ad utrumque tempus quadrat, quasi dicas in genere, non ente lege non imputatur peccatum, id est, ubicunque non est lex, ibi peccatum non imputatur. Atque ita sane legit Origenes. Itaque scriptum comperi in vetustissimo nec minus emendato codice Paulino. Hic quidam interpretantur ἐλλογεῖται non pro *imputatur*, sed pro *reputatur*, hoc est, judicatur: ut intelligas nulla lege lata, peccantes non habere pro peccato quod committunt, cum nulla lege facere prohibeantur. Quidam non ineruditus libro edito putat Græcam lectionem esse depravatam, & pro ἐλλογεῖται scribendum ἐλλογεῖτο. Quasi vero non sit impudens dissentire a tanto consensu Græcorum voluminum, aut quasi si quis tempus præteritum imperfectum postulet, ἐλλογεῖτο dicendum sit, ac non potius ἐνελογεῖτο. Atque hic est qui sibi miram eruditionem vindicans, me sine fine jactat nihil omnino scire. In codice Donatiani scriptum erat, *Quum lex non est.* Unde conjectare licet & illud *imputabatur*, depravatum, pro *imputatur*: ἐλογεῖτο tolerari poterat, si diceretur λογέω pro λογίζομαι: ἐλογεῖτο scriptum erat in Commentariis Chrysostomi, in Theophylacti ἐλλογεῖτο, sed utrumque depravate, ni fallor. Illud obiter annotandum, Paulum hoc loco promiscue uti his duobus vocabulis, ἁμαρτία & παράπτωμα, cum Hieronymus alicubi putet παράπτωμα levius esse quam ἁμαρτίαν.

17 *In similitudinem*] ἐν ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ, id est, *in similitudine*, non *in similitudinem, prævaricationis Adæ.* Potest autem hæc particula *in similitudinem* referri vel ad illud superius, *regnavit mors in similitudine*, vel ad propius hoc, *qui non peccaverunt in similitudine.* Origenes & Ambrosius, atque etiam Augustinus libri de peccatorum meritis & remissione primi, capite undecimo, rursum Epistola LXXXIX. indicant duplicem hujus loci fuisse lectionem. Unam, *regnavit mors etiam in eos qui peccaverunt in similitudine Adæ.* Atque hanc videtur habere potiorem Origenes, ut quam priore loco ponat, quemadmodum & Ambrosius. Alteram, quam indicat haberi in nonnullis exemplaribus, *regnavit mors ab Adam etiam in eos qui non peccaverunt.* Prioris lectionis, in qua non additur negatio, hæc est sententia, Mortem regnasse non solum in Adam, sed in omnes etiam, qui ad illius exemplum peccaverant. Posterioris lectionis duplex est sensus. Prior est, mortem regnasse non solum in Adam & in eos qui ad illius exemplum peccaverunt, verum in eos quoque qui aut non peccaverant, aut certe non perinde graviter peccaverant atque ille. Posterior sensus est, Mortem regnasse & in eos qui non peccassent, regnasse autem non ob ipsorum commissa, sed in similitudine prævaricationis Adæ, hoc est, perinde quasi & ipsi prævaricati fuissent quemadmodum Adam. Jam cum alibi dixerit, *conclusit Deus omnia sub peccato*, & *omnes peccaverunt & egent gloria Dei*, quomodo nunc dicit *quosdam non peccasse*? Verum non peccaverant ad illius similitudinem, hoc est, non tam capitaliter, nec accepto mandato, quæ proprie prævaricatio dicitur. Nam Adæ merito est imputatum peccatum, ut cui præscriptum esset, quid sequi, quid fugere deberet. Sed ante Mosis legem non imputabatur peccatum, hoc est, non videbatur imputandum, quod non esset lex, quæ prohiberet peccatum. Illud addendum, non esse ὁμοιότητι, sed ὁμοιώματι, quod magis assimilationem sonat quam *similitudinem*, ut accipias eos qui peccant in hoc referre parentem peccatorem. Usus est eodem verbo aliquanto superius, *in similitudine imaginis hominis.* Cæterum haud me fugit quosdam totum hunc locum ad peccatum originale referre. Quibus equidem non admodum repugno, tamen & alteram interpretationem indicare visum est, quam nec Ambrosius omnino prætermisit, Origenes pene solam sequitur. Is, cujus scholia legimus titulo Hieronymi, similiter; sic enim loquitur: *Quum enim exposuisset eos qui non peccaverunt in similitudinem Adæ, esse qui ante legem Mosis peccarunt, explicat quod dixit his verbis, Hi sunt qui non ad similitudinem prævaricationis Adæ peccaverunt, qui per naturalem legem transgressi sunt, & non sicut Adam per mandatum.* Ac mox subjicit: *Sicut enim Adam primus mandatum Dei prævaricatus exemplum est imitari eum cupientibus.* Sed quid hæc persequor, quum is, ut dictum est, totum caput interpretetur de peccatis quæ committunt homines imitatione

15 παραβάσεως Ἀδάμ, ὅς ἐςι τύπος τοῦ μέλλοντος. Ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτως καὶ τὸ χάρισμα· εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι, τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριςοῦ εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσε. 16 Καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ δώρημα· τὸ μὲν γὰρ κρῖμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα, τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα. 17 Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσε διὰ τοῦ ἑνὸς, πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες, ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριςοῦ. 18 Ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτως καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς. 19 Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεςάθημεν οἱ πολλοὶ, οὕτως καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι καταςαθήσονται οἱ πολλοί. 20 Νόμος δὲ παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα· οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. 21 Ἵνα ὥσπερ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ, οὕτως καὶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον διὰ Ἰησοῦ Χριςοῦ.

Τί

transgressionis Adam, 18 qui typum gerit illius futuri. 15 At non ut peccatum, ita & donum: nam si unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum per gratiam, quæ fuit unius hominis Jesu Christi, in multos exuberavit. 16 19 Et non sicut per unum qui peccaverat, venerat mors, ita donum: 20 nam condemnatio quidem ex uno delicto ad condemnationem, 21 donum autem ex multis delictis ad justificationem. 17 Etenim si per unius delictum mors regnavit per unum, multo magis ii, qui 22 exuberantiam gratiæ & doni justitiæ accipiunt, per vitam regnabunt auctore uno Jesu Christo. 18 23 Itaque sicut per unius delictum propagatum est malum in omnes homines ad condemnationem, ita & per unius justificationem propagatur bonum in omnes homines ad justificationem vitæ. 19 24 Quemadmodum enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti fuimus multi, ita per obedientiam unius justi constituentur multi. 20 Cæterum 25 lex obiter subiit, ut abundaret delictum: ubi vero exuberavit peccatum, ibi magis 26 exuberavit gratia. 21 27 Ut quemadmodum regnaverat peccatum 28 in morte, sic & gratia regnaret per justitiam ad vitam æternam 29 per Jesum Christum.

Quid

tatione primi parentis. Quod si quis nobis proferat exemplum Virginis, Veteres neminem a peccato liberarunt in totum præter unum Christum. Si infantes, de his hic non videtur agere Paulus, nec ea quæstio tum movebatur, quum nondum esset receptum infantes baptizari. Quin & illud nobis videndum, ne plus satis oderimus Pelagianos, non quod nolim illorum explodi sententiam, qui negant ullum esse peccatum originale, sed quod nolim illud per occasionem affectate admisceri ubi non est opus, sive quod in ea disputatione libeat argutari, sive ut quemadmodum Astrologi repertis epicyclis sese e multis difficultatibus expediunt, ita nos affectate ad hoc quæstionum κρησφύγετον passim recurramus. Nisi forte nobis permittimus, ut in disputando cum adversario, qui vinciendus est magis quam docendus, Scripturæ verba ad victoriam nostram utcunque detorqueamus. Quod adversus Jovinianum pugnans Hieronymus facere videtur nonnunquam, & Augustinus aliquoties, interim & Ambrosius. Hæc dixerim, inquam, non quod faveam negantibus esse peccatum originis, sed quod nolim, si fieri possit, ullam vim fieri Scripturis Divinis. Quin potius ex ipsa disputationis consequentia diligenter expendamus, quid senserit Paulus, dispicientes quid hic agat, unde cœperit, quorsum tendat, & num consentaneum sit illum statim mysterium hoc Gentibus aperire voluisse, quod hodie quoque magis creditur quam intelligitur, nimirum communi sensu reclamante. Frustra vero quidam calumniantur, quod hac annotatione videar labefactare peccatum originis, quum tot locis in scriptis ingenue profitear & asseram. Verum hic locus mihi videtur mollius exponi de personalibus commissis posterorum Adæ, sic tamen ut nullius sententiæ præjudicem.

18 *Forma futuri*] τύπος τοῦ μέλλοντος, id est, *figura* seu *typus futuri*, hoc est, venturi Christi, ut *futuri* nomen non pertineat ad tempus quo hæc scribebat Paulus, sed ad Adam qui præcessit Christum, cujus typum gerebat. Quo elocutionis genere scripsit Colossensibus de Sabbatis & Neomeniis agens, *quæ sunt umbra*, inquit, *futurorum*. Jam enim illa Paulo futura non erant, sed præsentia. Coactius enim mihi videtur, quantumvis argutum dixeris, quod Origenes indicat hæc & ad venturi seculi conditionem posse referri. Forma igitur & typus erat Christi Adam. Quanquam ea figura in diversum recidit & analogia potius est quam similitudo. Nam ut ille princeps peccandi & moriendi, ita hic dux & auctor innocentiæ & immortalitatis. Proinde eleganter scripsit Origenes, & hunc sequutus Ambrosius, *juxta genus constare similitudine, juxta speciem repugnantiam esse.* Ut ab Adam quiddam dimanavit in omnes, ita & a Christo, hic genus est. Cæterum ab illo mors & peccatum, ab hoc innocentia & vita, hic species est. Porro *forma* Græcis est τύπος, quod velut *exemplar* sonat, unde aliud exprimitur simile. Potest autem & illud τοῦ μέλλοντος absolute sumi neutro genere, ut referatur non ad posteriorem Adam, sed ad ipsum peccatum quorumlibet Adam parentem imitantium. Is enim fuit exemplum peccandi posteris. Ostendi quis sensus e verbis Græcis excerpi possit, sequetur prudens & cordatus Lector quod optimum judicabit. Illud adjiciendum, quod Interpres hoc loco nunc vertit *plures*, nunc *multi*, Græcis eadem est dictio πολλοὶ, quam Origenes positam putat pro *omnibus*, quo magis respondeat *unius*. Etenim ubi sunt omnes, ibi sunt & multi.

19 *Et non sicut per unum peccatum*] Apud Græcos obscurius est, Καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος τὸ δώρημα, id est, *Et non sicut per unum qui peccavit donum*. Sic enim ad verbum vertere licet, & necesse est nonnulla verba subaudire, id quod admonent etiam Græcorum scholia. *Et non sicut per unum qui peccavit*, subaudi *ingressa est mors*, *ita per unum venit donum*, hoc est, *non eodem modo*. Nam ex uno peccato moriuntur omnes, sed ex multis peccatis per unum justificantur omnes. Quodque vulgati codices habent *per unum peccatum*, Ambrosius legit *peccantem*, non *peccatum*, δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, id est, *per unum qui peccavit*. Atque ita legisse Theophylactum ex ipsius interpretatione licet colligere. Certe sic legit Chrysostomus, quanquam mox ἑνὸς refertur ad peccatum, τὸ μὲν κρῖμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα, quia sequitur, τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων. Quum *unum peccatum* dicit, Adæ peccatum significat: quum *multa*, cætera peccata intelligit, quæ sibi quisque addit.

20 *Nam judicium ex uno*] *Ex uno* non refertur ad personam Adæ, sed ad peccatum, ut subaudias παραπτώματος, cui paulo post respondet *ex multis*, ut sit sensus, Nam judicium quidem ex uno peccato in condemnationem, donum autem ex multis peccatis in justificationem. Quanquam consentiunt hîc Interpretes omnes. Augustinus de nuptiis & concupiscentia ad Valerium libro secundo, cap. vigesimo septimo, item Epistola LXXXIX. palam asseverat: *Ex uno peccato sentiendum non ex uno homine, ut respondeat ad id quod sequitur, gratia autem ex multis delictis: ut intelligamus unum peccatum sufficisse ad condemnationem universi generis humani, gratiam autem unam ad universa peccata delenda.* Idem affirmat adversus Julianum Pelagianum libro primo. Rursum libro de peccatorum meritis & remissione lib. I. cap. II. Sequitur enim, *gratia autem ex multis delictis*.

21 *Gratia ex multis delictis*] χάρισμα. Quod modo *donum* verterat, & recte, nunc *gratiam* vertit haud recte, nisi prorsus idem esse putamus *gratiam* & *donum*.

22 *Abundantiam gratiæ & donationis & justitiæ accipientes*] Legendum est *doni justitiæ*, ut intelligas ipsam justitiam esse donum, καὶ τῆς δωρεᾶς δικαιοσύνης, sublata conjunctione: jamque non erit opus illa distinctione Thomæ, explicantis quid intersit inter *gratiam*, *donationem*, & *justitiam*. Quanquam Ambrosius addit, nostro more, conjunctionem, legens, *& justitiæ*, sed arbitror mendum esse codicis, quandoquidem tale nihil indicat illius enarratio. Certe Chrysostomus ac Theophylactus nobiscum faciunt.

23 *Igitur sicut per unius delictum in omnes homines*] Hic sermo mutilus est, & opus habet quæ subaudiantur, videlicet quid per utrumque sit inductum. *Itaque sicut per unius delictum irrepsit peccatum ad condemnationem, ita per unius justitiam ingressa est salus ad justificationem omnium.* Ita propemodum Theophylactus, in enarrando supplens, quæ desunt orationi. Vide Augustinum Epist. LXXXIX.

24 *Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi*] Illud ad sensum nihil attinet, quod in nostris habetur tertia persona, *constituti sunt*, quod habebatur in nonnullis Græcorum codicibus κατεςάθησαν, cum in plerisque Græcis habeatur κατεςάθημεν, quemadmodum & in Editione Aldina.

25 *Lex autem subintravit*] παρεισῆλθεν. Quasi dicas *obiter irrepsit*, ob præpositionem Græcam, quæ ferme in malam partem additur.

26 *Superabundavit gratia*] Hic χάρις est, non χάρισμα, id est, *gratia*, non *donum*. Quanquam χάριν, id est, *gratiam*, Græci aliquoties accipiunt pro *beneficio*. Cæterum quod Latinus Interpres dixit *superabundavit*, Græce est ὑπερεπερίσσευσεν, quod non perinde valet quasi dicas, sic abundare liquorem, ut effundatur quod superfluum est, sed quasi dicas vehementer ac supra modum abundare. Auget enim ὑπὲρ apud Græcos non aliter atque quam *per* apud nos. Unde nonnulli Græcorum more loquentes, sed parum Latine, dicunt *superbenedictus* pro eximie benedicto, *superexcelsus* pro vehementer excelso.

27 *Ut sicut regnavit peccatum in morte*] Origenes putat sub *mortis* nomine Diabolum posse intelligi, in hoc velut & in superioribus locis, quod Græcis mollius est, quibus θάνατος, *mors*, masculini generis est. Ambrosius putavit ad animi mortem referendum sensum. Origenes & de corporali morte interpretatur, disputans de Enoch a morte subducto. Porro quum ait, *regnavit peccatum in morte*, ἐν τῷ θανάτῳ, apparet Paulum abusum esse præpositione ἐν pro εἰς: debebat enim hæc particula congruere illi quæ sequitur, ut gratia regnaret per justitiam in vitam æternam, ubi non dixit ἐν ζωῇ αἰωνίῳ, sed εἰς ζωὴν αἰώνιον.

28 *In mortem*] ἐν τῷ θανάτῳ, id est, *in morte*, hoc est, *per mortem*, quemadmodum superius admonuimus.

29 *Per Jesum Christum Dominum nostrum*] *Dominum nostrum* hoc loco non adjicitur apud Græcos, nec in vetustis Latinorum exemplaribus, etiamsi apud Ambrosium additur, sed ita ut ex interpretatione non possit esse compertum ita legisse. Quanquam

in

VI. 1 Τί οὖν ἐροῦμεν; Ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἵνα 2 ἡ χάρις πλεονάσῃ; Μὴ γένοιτο. Οἵτινες ἀπεθάνομεν 3 τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ; Ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸν 4 θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν; Συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον, ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, 5 οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν. Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου 6 αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα. Τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τοῦ 7 μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ. Ὁ γὰρ ἀποθα- 8 νὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. Εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ, πιστεύομεν ὅτι καὶ συζήσομεν αὐ- 9 τῷ. Εἰδότες ὅτι Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν οὐκ ἔτι 10 ἀποθνήσκει· θάνατος αὐτοῦ οὐκ ἔτι κυριεύει. Ὃ γὰρ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφ᾽ ἅπαξ· ὃ 11 δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ. Οὕτως καὶ ὑμεῖς λογίζεσθε ἑαυτοὺς, νεκροὺς μὲν εἶναι τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας 12 δὲ τῷ Θεῷ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, 13 εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ. Μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας, καὶ τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιο- 14 σύνης τῷ Θεῷ. Ἁμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐ κυριεύσει· οὐ 15 γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον, ἀλλ᾽ ὑπὸ χάριν. Τί οὖν; Ἁμαρτήσομεν, ὅτι οὐκ ἐσμὲν ὑπὸ νόμον, ἀλλ᾽ ὑπὸ 16 χάριν; Μὴ γένοιτο. Οὐκ οἴδατε, ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοὴν, δοῦλοί ἐστε, ᾧ ὑπακούετε, ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον, ἢ ὑπακοῆς εἰς 17 δικαιοσύνην; Χάρις δὲ τῷ Θεῷ, ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας εἰς ὃν παρεδό- 18 θητε τύπον διδαχῆς. Ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρ- 19 τίας, ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ. Ἀνθρώπινον λέγω, διὰ

A 1 VI. Quid igitur dicemus? Manebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit. 1 Qui mortui sumus peccato, quo- 2 modo posthac 2 vivemus in eodem? 3 An ignoratis, 3 quod quicumque 4 baptizati sumus in Christum Jesum, in mortem ejus baptizati sumus? Sepulti igitur sumus una cum illo per baptismum in mortem, ut 4 quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitae ambulemus. 5 Nam si insititii facti sumus illi per similitu- 5 dinem mortis 6 ejus, nimirum & resurrectionis participes erimus. Illud scientes, quod vetus ille noster ho- 6 mo cum illo crucifixus est, ut aboleretur corpus peccati, ut posthac non serviamus peccato. B Etenim qui 7 mortuus est, justificatus est a peccato. Quod si mor- 8 tui sumus cum Christo, credimus quod & 7 vivemus cum illo. Scientes quod Christus 8 excitatus a mor- 9 tuis non amplius moritur: mors illi 9 non amplius dominatur. 10 Nam quod mortuus fuit, peccato mor- 10 tuus fuit semel: quod autem vivit, vivit Deo. Ita & 11 vos 11 reputate vos ipsos, mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo 12 per Christum Jesum Do- 12 minum nostrum. Ne regnet igitur peccatum in mortali vestro corpore, 13 ut obediatis illi per cupiditates 13 ejus. 14 Neque accommodetis membra vestra arma injustitiae peccato, sed accommodetis vosmetipsos C Deo, velut ex mortuis viventes, & membra vestra arma justitiae Deo. Peccatum enim vobis non domina- 14 bitur: non enim estis sub lege, sed sub gratia. Quid 15 igitur? Peccabimus, quod non simus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis, quod cui accommodatis 16 vosipsos servos ad obediendum, ejus servi estis, cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obedientiae ad justitiam? 15 Gratia autem Deo, quod fuistis quidem 17 servi peccati, sed obedistis ex animo in eam in quam traducti estis formam doctrinae. Caeterum liberati a 18 peccato, 16 servi facti estis justitiae. 17 Humanum quid- 19 dam

in nonnullis Graecis exemplaribus *Dominum nostrum* additum reperi, eodem, opinor, casu quo apud nos, duabus vocibus aliunde huc transcriptis.

1 QUi enim mortui sumus peccato] *Enim* redundat, Οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, id est, *Quicunque mortui sumus*, aut *Qui mortui sumus peccato*: & *peccato* dandi casus est, non auferendi, quasi quis alloquens peccatum dicat, *Tibi mortuus sum, sed Christo vivo.*

2 *Vivemus in illo*] ἐν αὐτῇ. *In ipso*, aut *in eodem* fuerat significantius.

3 *An ignoratis fratres*] *Fratres* additum est ab Interprete aut Scriba, Ἢ ἀγνοεῖτε, id est, *An ignoratis*. Atque ita sane legit Origenes & Ambrosius, neque secus habent vetustissimi codices Latini manu descripti.

4 *Baptizati sumus in Christo Jesu*] Graecis est *in Christum Jesum*, & *in mortem*, εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, & εἰς τὸν θάνατον. Quanquam ea praepositio ancipitis est naturae apud Graecos. Hic tamen magis congruebat *in Christum*, quod per baptismum inserimur in corpus Christi mysticum.

5 *Si enim complantati facti sumus*] σύμφυτοι, hoc est, *insititii* & *participes*. Allusit enim ad insitionem plantae, quae respondet communioni corporis Christi. Quemadmodum surculus decerptus e sua arbore particeps fit humoris ejus arboris cui inseritur, ita qui per baptismum Christi corpori inseruntur, consortes fiunt bonorum illius. Vide vero an praepositio σὺν pertineat ad Judaeos & Gentes simul in unum Christum collectos.

6 *Simul & resurrectionis*] Graecis est, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως, id est, *igitur & resurrectionis*. Interpres legisse videtur pro ἀλλὰ, ἅμα. Caeterum ἀλλὰ conjunctio est ratiocinandi, quam vertimus *nimirum*: & *resurrectionis erimus* bifariam accipi potest: *erimus resurrectionis*, id est, pertinebimus ad resurrectionem, aut erimus complantati similitudini resurrectionis ejus. Nos priorem sententiam secuti, vertimus addito verbo, & *resurrectionis erimus participes*.

7 *Quia simul etiam vivemus cum illo*] Graecis est συζήσομεν αὐτῷ, *convivemus illi*. Quanquam Interpres bene reddidit sententiam.

8 *Resurgens a mortuis*] ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, id est, *excitatus* sive, *qui resurrexit a mortuis*. Nam praeteriti temporis participium est. Quanquam alias hujusmodi participiis abutitur.

9 *Ultra non dominabitur*] οὐκ ἔτι κυριεύει, id est, *non amplius dominatur*, praesenti tempore, non futuro, quemadmodum illud *non moritur*, Reddit enim causam, quare non moritur, quia per illum sublatum est mortis dominium. Nam haec verba non solum pertinent ad Christum, verum etiam ad mysticum corpus Christi, cui sensui magis congruebant verba praesentis temporis. Atque ita legit Theophylactus, nec dissonat enarratio Chrysostomi. *Non moritur* enim positum indicat pro eo quod erat, est immortalis: & *mors jam illi non dominatur* positum est pro eo quod erat, mors in illum non habet jus, qui moriendo peperit sibi suisque immortalitatem.

D 10 *Quod enim mortuus est*] Ὃ γὰρ ἀπέθανε. Laurentius castigat, *Quod enim mortuum est*, neutro genere. Nam apud Graecos ὃ articulus est postpositivus, non conjunctio. Ac sane juxta Laurentii sententiam legit Hilarius libro *de Trinitate* IX. juxta fidem vetustorum codicum, *mortuum* referens ad corpus humanum, *vivit* ad naturam divinam: sed, mea sententia, melius ad Christum simpliciter refertur ἀπέθανε, ut sit sensus: hoc ipsum quod mortuus est Christus, semel duntaxat mortuus est, idque peccato, quod autem vivit &c. Quasi dicas mortem eam, quam mortuus est, mortuus est peccato, & vitam, quam vivit, vivit Deo. Est autem juxta Graecorum distinctionem signandum comma post Ὃ γὰρ ἀπέθανε, ut quod sequitur, *mortuus est semel*, ad peccatum referatur, quae vox hic dativi casus est, quemadmodum Deo, non ablativi. Consimili modo dixit in Epistola ad Galatas cap. II. ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ, id est, *quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo*. Caeterum quis tandem sensus est, si legas, *Id quod mortuum est*, &c. Quin potius illud agit Paulus, ut quemadmodum Christus semel mortuus pec- E cato, semper immortalis manet, ita nos semel mortui peccato, per baptismum & in illo renati, deinde non recidamus in peccatum. Hac ratione Interpres a gemino soloecismo absolvetur, quem illi noster impegit Stapulensis.

11 *Existimate vos mortuos*] ἑαυτοὺς, id est, *vos ipsos*: quod saepius obvium Interpres videtur neglexisse. Et *existimate* Graecis est λογίζεσθε, verbum cogitantis, ut annotavit & Origenes, quod ea res a cogitatione potissimum pendeat. Quoties enim cogitamus nos esse mortuos cum Christo, premuntur & evanescunt carnis cupiditates. Unde magis quadrabat *reputate*, hoc est, *considerate*, & *prae oculis habete*.

12 *In Christo Jesu*] Graeci addunt *Domino nostro*.

13 *Ut obediatis concupiscentiis ejus*] εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ, id est, *ad obediendum ei in concupiscentiis ipsius*: ut pronomen *ei* referat peccatum, *ipsius* referat corpus: ut intelligas obediri peccato per affectus corporis ad peccatum sollicitantes.

F 14 *Sed neque exhibeatis*] Μηδὲ παριστάνετε, id est, *Nec exhibete* sive *accommodate*: *sed* redundat.

15 *Gratias autem Deo*] Χάρις δὲ τῷ Θεῷ, id est, *Gratia autem Deo*, ut subaudiatur *sit*. Hic quidam stomachatur, clamitans Ethnicorum esse dicere *Diis gratia*, Christianorum *Deo gratias*. Verum ita loquebantur olim Christiani, sed imperiti litterarum, subaudientes *agimus* sive *agamus*. Atqui Paulus aliter loquutus est, a cujus sermone quid attinebat recedere velut affectato soloecismo? Est gratissima Deo cantio *Deo gratias*, non ob soloecismum, sed ob canentis pietatem: nec minus grata esset, *Deo gratia*, si simili affectu pronuncietur.

16 *Servi facti estis justitiae*] *Justitiae* dativus est casus, ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ, hoc est, *coepistis esse servi justitiae & addicti*.

17 *Humanum dico*] Ἀνθρώπινον λέγω. Hac loquendi figura mitigare solet Paulus, si quid durius dicere videtur, aut inconsideratius, *Secundum hominem loquor*.

διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν· ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ, εἰς τὴν ἀνομίαν, οὕτω καὶ νῦν παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ, εἰς ἁγιασμόν. 20 Ὅτε γὰρ δοῦλοι ἦτε τῆς ἁμαρτίας, ἐλεύθεροι 21 ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ. Τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε, ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων θάνατος. 22 Νυνὶ δὲ ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, δουλωθέντες δὲ τῷ Θεῷ, ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμὸν, τὸ δὲ τέλος ζωὴν αἰώνιον. 23 Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος· τὸ δὲ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ζωὴ αἰώνιος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. VII. 1 Ἢ ἀγνοεῖτε ἀδελφοὶ, γινώσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ, ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ; 2 Ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ, τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρός. 3 Ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς, μοιχαλὶς χρηματίσει, ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου, τοῦ μὴ εἶναι αὐτὴν μοιχαλίδα, γενομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ. 4 Ὥστε ἀδελφοί μου καὶ ὑμεῖς ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ γενέσθαι ὑμᾶς ἑτέρῳ, τῷ ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντι, ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ Θεῷ. 5 Ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῇ σαρκὶ, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν, τὰ διὰ τοῦ νόμου, ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, εἰς τὸ καρποφορῆσαι τῷ θανάτῳ. 6 Νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντες ἐν ᾧ κατειχόμεθα, ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος. 7 Τί οὖν ἐροῦμεν; Ὁ νόμος ἁμαρτία; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων, εἰ μὴ διὰ νόμου· τήν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ᾔδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν, Οὐκ ἐπιθυμή-

dam dico, propter infirmitatem carnis vestræ: quemadmodum enim præbuistis membra vestra [18] serva immunditiæ & iniquitati, ad aliam atque aliam iniquitatem, sic & nunc præbete membra vestra serva justitiæ ad sanctificationem. 20 Quum enim servi essetis peccati, [19] liberi eratis justitiæ. 21 Quem igitur fructum habebatis tunc in his, de quibus nunc erubescitis? nam finis illorum mors. 22 Nunc vero manumissi a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, [20] finem autem vitam æternam. [21] Etenim auctoramenta peccati, mors: [22] 23 donum autem Dei, vita æterna, per Christum Jesum Dominum nostrum. VII. 1 An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor, [1] quod lex tantisper dominetur homini, quoad ea vixerit? 2 [2] Nam viro obnoxia mulier, [3] viventi viro alligata est per legem: quod si mortuus fuerit vir, liberata est a lege viri. 3 Proinde vivente viro, [4] adultera vocabitur, [5] si se junxerit alteri viro: [6] sin autem mortuus fuerit vir, [7] libera est a jure viri, ut non sit adultera, si juncta fuerit alteri viro. 4 Itaque fratres mei vos quoque mortificati estis legi per corpus Christi, [8] ut jungeremini alteri, nimirum ei qui ex mortuis surrexit, [9] ut fructificemus Deo. 5 Quum enim essemus in carnem, [10] affectus peccatorum, [11] qui sunt per legem, [12] vigebant in membris nostris, ad fructificandum morti. 6 Nunc autem liberati sumus a lege, mortui ei [13] in qua detinebamur, ut serviamus per novitatem spiritus, & non per vetustatem litteræ. 7 Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit: sed peccatum non cognovi, nisi per legem: nam & concupiscentiam non novissem, nisi lex dixisset, Non concupisces.

18 *Servire immunditiæ*] Græce nomen est, & jucundius, δοῦλα, id est, *serva*, vel *servientia membra*, ac velut *obnoxia*.

19 *Liberi fuistis justitiæ*] *Peccati* hoc loco genitivus est apud Græcos, *justitiæ* dativus, hoc est, *liberi a justitia*. Et *eratis* potius quam *fuistis*, eo quod præcedit, *quum essetis*.

20 *Finem vero vitam æternam*] Faber Stapulensis legit *in vitam æternam*. Verum in emendatis codicibus reperio *vitam æternam* absque præpositione, consentientibus & Græcis & Latinis exemplaribus, ut sit appositio. Illud visum est submonere Lectorem, hoc loco, atque etiam in eo quod præcessit, *finis illorum mors*, τέλος accipi posse pro tributo sive vectigali, quod colligitur e servitute peccati. Nam mox sequitur, ὀψώνια. Tametsi secus interpretatur Ambrosius & Chrysostomus. Videtur ὀψώνιον esse quod datur alendo militi, τέλος extremum præmium quo jam sibi vivat missione donatus. Obstat huic sensui quod affert Chrysostomus, in mentione peccati nominari *obsonia*, hoc est, *stipendia*: in mentione vitæ æternæ non nominari *mercedem*.

21 *Stipendia enim peccati mors*] Τὰ γὰρ ὀψώνια, id est, *Obsonia*. Milites enim cibis alliciebantur ac donariis, sive auctoramentis, ut hominum genus omnium longe vilissimum, quippe quod cibi ventrisque causa vitam habet venalem, sed in quod olim ab Imperatoribus Romanis omnia ferme dignitatum insignia collata sunt. Ambrosius legit *merces* & *quæstus*. Seneca quod prius appellarat *auctoramentum vitiorum*, mox appellat *mercedem*.

22 *Gratia autem Dei*] τὸ δὲ χάρισμα, id est, *donum*, ut opponatur τοῖς ὀψωνίοις, quod est vile verbum, cum illud sit ingenuum.

1 *Lex in homine dominatur quam diu vivit*] Nobis ambiguum est, accipiendum ne sit *quam diu vivat homo*, an *quam diu vivat lex*. Atque eadem ambiguitas est in verbis Græcis. Mihi videtur *vivit* verbum referendum ad *lex* potius quam ad *homo*: idque ut malim, faciunt ea quæ mox sequuntur. Porro licebat amphibologiam ad hunc modum effugere, *Lex dominatur homini, quoad ea vixerit*, aut quod fuerit elegantius, *tantisper dum ea vixerit*. Hæc ubi scripseram, consulo Origenem, & comperio id ab eo diligenter annotatum fuisse, quod in conferenda similitudine Paulus *legem* viri loco posuit, & *hominem* uxoris vice. Ut morte viri liberatur uxor, ita antiquata lege liberatur obnoxius prius legi. Legem autem vivere dicit, quam diu valet, mortuam esse, posteaquam desiit habere vigorem. Jam κυριεύει non tantum Græcis est *dominatur*, sed etiam *jus habet* & *auctoritatem*. Illud obiter annotandum, exemplum adduci de muliere, non de viro, quod apud Judæos jus esset viris divertere ab uxoribus, cum illas sola mors a maritali jure liberaret. Nec est quod ex hoc loco magnopere ratiocinemur, Christianis modis omnibus interdictum esse divortium, cum enim addit, *nam scientibus legem loquor*, palam indicat sese non legem condere Christianis de matrimonio, sed ex Mosaica lege similitudinem docendi gratia ducere. Neque vero necesse est, ut, quod similitudinis gratia producitur, quadret per omnia: satis est, si ad id quadret, cujus docendi probandique causa adhibetur. Adventus Christi in Evangelicis libris comparatur nocturno suffossori domus, non quod undique congruat furis & Christi advenientis similitudo, sed hactenus modo congruit, quod uterque non expectatus adest.

2 *Quæ sub viro est*] Ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ, id est, *Obnoxia viro*, quasi dicas *subviralis*, & γυνὴ significat & *uxorem* & *mulierem*.

3 *Vivente viro alligata est lege*] τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ, id est, *viventi viro alligata est lege*, hoc est, *per legem*. *Legem* autem matrimonium sive jus matrimonii vocant etiam Græci, ut mox *a lege viri*.

4 *Adultera vocabitur*] χρηματίσει: quod Græcis est χρηματίσει, non χρηματίσεται, proprietas est Græci sermonis. Quemadmodum enim dicimus, *audit pater*, *audit princeps*, qui pater & princeps appellatur: ita Græcis χρηματίζει ῥήτωρ, *qui profitetur rhetorem*, aut *qui habetur pro rhetore*. Usus est hoc verbo Lucas in Actis cap. 11.

5 *Si fuerit cum alio viro*] ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ, id est, *si contingat alteri viro*, aut *si cœperit esse alterius viri*, nisi malumus subaudire præpositionem σύν. Augustinus indicans tropos veteris Instrumenti, & hunc ostendit ex Levitici cap. XXII. *Et filia sacerdotis si fuerit viro alienigenæ*, pro eo quod erat, *si nupserit viro alienigenæ*. Et tamen hunc locum calumniatus est quidam edito libello, cum sic interpretetur Augustinus: nisi forte aliud est *jungi viro*, aliud *nubere viro*. Atqui hanc sermonis formam legimus in Hecyra Terentiana, *Ut alii, si huic non sit, siet*. Ubi de matrimonio, non de coitu filiæ sentit pater.

6 *Si autem mortuus fuerit vir ejus*] *Ejus* apud Græcos non additur. Item postea, *soluta est a lege viri*, *viri* non est apud Græcos, nec ad rem pertinet. Nam articulus additus indicat eum loqui de lege, de qua prius dixit, *mulierem viro alligatam per legem*. Quanquam τοῦ ἀνδρὸς in quibusdam invenio codicibus. Nec est Græce *liberata est*, sed *libera est*, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου. Id quum ad sensum minime referat, non video tamen cur visum sit ab Apostolico verbo discedere. Quanquam suspicor a Librariis ex *libera* factam *liberatam*.

7 *Liberata est a lege viri*] κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου. Verbum κατήργηται significat *jus abolitum* & *antiquatum*, ut & aliquanto post, Νυνὶ δὲ κατηργήθημεν.

8 *Ut sitis vos alterius*] Superflue addit *vos* in vertendo, etiamsi apud Græcos additur. Satis erat, *ut sitis alterius*: quanquam Græce est *alteri*, non *alterius*, id est, *ut alius vos habeat, & non sitis vestri juris*. Græcus sermo nihil offendit, ob verbum impersonale, sed in Latino verbo subauditur prima & secunda persona, nisi vel emphaseos vel discretionis causa exprimatur. In emendatioribus Latinis non additur *vos*, ut hoc Scribis sit imputandum potius quam Interpreti.

9 *Ut fructificetis Deo*] ἵνα καρποφορήσωμεν, id est, *ut fructificemus*. Sequitur autem, Ὅτε γὰρ ἦμεν, in eadem persona, id est, *Quum enim essemus*. Allusit autem ad uxorem, cujus modo meminit, quæ parit suo viro.

10 *Passiones peccatorum*] παθήματα, id est, *morbos*, *cupiditates*, sive *affectus*, sive *perturbationes*.

11 *Quæ per legem erant*] τὰ διὰ τοῦ νόμου. Hoc loco *quæ* non refert peccata, sed passiones, παθήματα, ut intelligas legem excitasse peccandi libidinem.

12 *Operabantur in membris*] ἐνηργεῖτο. Quod magis significat *vim habebant*, sive *secreto agebant*. Nam occulta vis dicitur ἐνέργεια, velut in semine, & vis mentis in homine.

13 *In qua detinebamur*] ἐν ᾧ ad legem refertur, non ad mortem. Nec enim in plerisque Græcis est *mortis*, sed *mortui*, ἀποθανόντες. Origenes testatur utramque lectionem sibi notam fuisse.

8 ἐπιθυμήσεις. Ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς κατειργάσατο ἐν ἐμοὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν· 9 χωρὶς γὰρ νόμου, ἁμαρτία νεκρά. Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ· ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁ-10 μαρτία ἀνέζησεν· Ἐγὼ δὲ ἀπέθανον· καὶ εὑρέθη μοι 11 ἡ ἐντολὴ ἡ εἰς ζωὴν, αὕτη εἰς θάνατον. Ἡ γὰρ ἁμαρτία ἀφορμὴν λαβοῦσα διὰ τῆς ἐντολῆς, ἐξηπά-12 τησέ με, καὶ δι' αὐτῆς ἀπέκτεινεν. Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγα-13 θή. Τὸ οὖν ἀγαθὸν, ἐμοὶ γέγονε θάνατος; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ ἡ ἁμαρτία· ἵνα φανῇ ἁμαρτία, διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατεργαζομένη θάνατον, ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς. 14 Οἴδαμεν γὰρ ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν· ἐγὼ δὲ 15 σαρκικός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν. Ὃ γὰρ κατεργάζομαι, οὐ γινώσκω· οὐ γὰρ ὃ θέλω, τοῦτο 16 πράσσω, ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ. Εἰ δὲ ὃ οὐ θέ-17 λω, τοῦτο ποιῶ, σύμφημι τῷ νόμῳ, ὅτι καλός. Νυνὶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦ-18 σα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία. Οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου, ἀγαθόν· τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν, 19 οὐχ εὑρίσκω. Οὐ γὰρ ὃ θέλω ποιῶ ἀγαθὸν, ἀλλ' 20 ὃ οὐ θέλω κακὸν, τοῦτο πράσσω. Εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω ἐγὼ, τοῦτο ποιῶ, οὐκ ἔτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, 21 ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία. Εὑρίσκω ἄρα τὸν νόμον τῷ θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸ καλὸν, ὅτι ἐμοὶ τὸ κα-22 κὸν παράκειται. Συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ 23 κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. Βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου, ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας, τῷ

sces. 14 Sed occasione accepta peccatum per præceptum genuit in me omnem concupiscentiam: 9 siquidem absque lege, peccatum erat mortuum. Ego autem vivebam sine lege quondam: porro veniente mandato, peccatum revixit: 15 Ego vero mortuus sum: 10 & repertum est mandatum, quod institutum erat ad vitam, mihi cedere ad mortem. 11 Nam peccatum occasione accepta per præceptum, 16 decepit me, & per illud occidit. 12 Itaque lex ipsa quidem sancta, & præceptum sanctum ac justum & bonum. 13 Ergo quod bonum erat, mihi factum est mors? Absit: 17 imo peccatum: ut appareret peccatum, per id quod erat bonum, 18 mihi gignere mortem, 19 ut fieret majorem in modum peccans peccatum per præceptum. 14 Scimus enim quod lex spiritualis est: at ego carnalis sum, 20 venditus sub peccatum. 15 Quod enim ago, non probo: 21 non enim quod volo, hoc facio, sed quod odi, hoc ago. 16 Si vero quod non volo, hoc facio, consentio legi, quod bona sit. 17 Nunc autem 22 non jam ego perpetro illud, sed inhabitans in me peccatum. 18 Novi enim quod non habitet in me, hoc est in carne mea, bonum: nam velle adest mihi, at ut faciam bonum, non reperio. 19 Non enim quod volo facio bonum, sed quod non volo malum, hoc ago. 20 Porro si quod non volo ego, hoc facio, non jam ego perpetro illud, sed inhabitans in me peccatum. 21 23 Reperio igitur per legem volenti mihi facere bonum, quod mihi malum adjunctum sit. 22 Delectat enim me lex Dei secundum internum hominem. 23 Sed video aliam legem in membris meis, 24 rebellantem legi mentis meæ, & 25 captivum redden-

fuisse. Verum hanc, quam nos sequimur, magis approbat. Ambrosius diversam sequitur; utraque satis congruit his quæ sequuntur. Dicta est autem *lex mortis*, pro *lex mortifera*. Proinde illud, *in qua detinebamur*, referri potest vel ad *legem*, ut sit sensus, Nos jam mortui in Christo, liberati sumus a jure legis, in qua detinebamur: vel ad *mortui*, ut subaudias pronomen, *mortui ei legi, in qua detinebamur*. Divus Chrysostomus tertiam habet lectionem, *ἀπὸ τοῦ νόμου ἀποθανόντος*, id est, *a lege emortua*. Id ne quis tribuat Scribis, interpretatur, *ὡσανεὶ ἔλεγεν, ὁ δεσμὸς, δι' οὗ κατειχόμεθα, ἐνεκρώθη καὶ διεῤῥύη*, id est, *quasi dixisset, vinculum, quo detinebamur, emortuum est ac diffluxit*.

14 *Occasione autem accepta*] Ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία. Interpres non ineleganter mutavit genus participii, & activum vertit in passivum, ut conveniret tempus. Nam λαβοῦσα præteriti temporis est. Nec video cur hic Stapulensis debuerit offendi.

15 *Ego autem mortuus sum*] *ἀπέθανον*, id est, *mortuus eram*, sive *mortuus fui*, ut sit præteriti temporis, & respondeat illi *revixit*. Transfert enim Paulus docendi gratia rem in suam personam, & retulit inter se pugnantia. Nam vita peccati, mors est hominis. Proinde si revixit peccatum, illico consequuta est mors hominis.

16 *Seduxit me*] *ἐξηπάτησέ με*, id est, *decepit me, & ab via abduxit*. Hoc enim proprie sonat *ἐξαπατᾷν*.

17 *Sed peccatum ut appareat*, &c.] Variat hujus loci distinctio. Sic autem distinguunt Græci, *Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? absit, sed peccatum*, ut subaudias *mihi factum est mors*. Græca sic habent, *Τὸ οὖν ἀγαθὸν, ἐμοὶ γέγονε θάνατος; μὴ γένοιτο, ἀλλὰ ἡ ἁμαρτία*.

18 *Operatum est mihi*] *κατεργαζομένη*, id est, *operans*, participium, infiniti verbi vice positum, id est, *ut videatur peccatum per id quod bonum est mihi operari mortem*, non *operando*, quemadmodum placet Laurentio. Consistet autem & Laurentiana annotatio, si *ἵνα φανῇ ἁμαρτία*, velut parenthesi interjectum accipiatur, in hunc modum, *Quod ergo bonum est mihi factum est mors? Absit, sed peccatum ut redderetur evidentius quantum sit malum, mihi factum est mors, dum per salutiferam legem mihi peperit exitium, & admotum remedium vertit in augmentum morbi. Ingens enim malum sit oportet, quod rem optimam vertit in perniciem*. Hanc lectionem sequitur Origenes, Chrysostomus, ac Theophylactus, nisi quod Origenis Interpres participium vertit in verbum. Nam Chrysostomus ac Theophylactus legunt *κατεργαζομένη*, Interpres legisse videtur *κατηργάζετο*, nec magni refert ad sensum. Porro quod addit, *ut fiat supra modum peccans peccatum*, inculcatio & exaggeratio est ejus quod præcessit, *ut appareat peccatum*. Nec est opus, ut *ἵνα γένηται* accipiamus pro *ut appareat*, quum re vera peccatum auctum sit per legem, & oppositis præceptis veluti repagulis incruduerit concupiscentia.

19 *Supra modum peccans peccatum*] *καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία*. Quod ita sonat, quasi dicas, *scelestum scelus*, aut si quis dilucide potius quam Latine vertat, *peccaminosum peccatum*. Nam quod vertit *peccans*, Græcis non participium est, sed nomen adjectivum. Annotavit hoc diligenter sive Origenes, sive hujus Interpres, a Paulo ceu personam quamdam fingi peccati, quod Græcis est generis fœminini, ut liceat apud illos dici, *peccatrix peccantia*. Quod si apud nos *peccatum* esset generis masculini, ut velut de homine liceret dicere, *peccatum vehementer peccator*, minus esset elocutio dura. Neque video tamen cur Hieronymus dicat se malle vitium sermonis admittere, quam non satis integre exprimere sensum Pauli. Siquidem Græcis non est solœcismus *ἁμαρτωλὸς ἁμαρτία*, certe juxta dialecton Atticam. Porro quis Latinus intellecturus sit, quid sit *peccatum peccator*, pro peccato insigni & evidenti: aut cur potius *peccator peccatum*, quam *peccatrix peccatum?* Et tamen ita legit Augustinus libro primo ad Simplicianum quæstione prima, nisi quod in editis exemplaribus mendose legitur, *super modum peccator* aut *peccatum*, pro eo quod erat, *supra modum peccator peccatum*: nisi quod idem eodem modo legit sermone IV. de verbis Apostoli, quæ res probabilem conjecturam præbet, auctorem versionis, quem ibi sequutus est Augustinus, legisse *καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία*.

20 *Venundatus sub peccato*] *πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν*, id est, *venditus* sive *addictus sub peccatum*, id est, *in servitutem & jugum peccati*. Neque video quæ obscuritas hic offenderit Fabrum.

21 *Non enim quod volo bonum*] *Bonum* & *malum* apud Græcos non est, *οὐ γὰρ ὃ θέλω τοῦτο πράσσω, ἀλλὰ ὃ μισῶ*, id est, *non enim quod volo hoc ago, sed quod odi*. At paulo inferius hæ duæ voces, *bonum* & *malum*, adduntur. *Non enim quod volo facio, nempe bonum*.

22 *Jam non ego*] *οὐκ ἔτι ἐγώ*. Quod eleganter & Latine versum ab Interprete, miror quamobrem cuiquam mutandum videatur.

23 *Invenio igitur legem volenti mihi facere bonum*] Origenes ut & alias in Paulo desiderat elocutionis integritatem, ita putat hunc sermonem parum constare, vel quod conjunctiones sint superfluæ, vel quod non adhibitæ ut oportet. Putat autem incommodum hoc, tali ordine posse tolli, si legamus hoc pacto, *Igitur quia malum adjacet, volens facere bonum, invenio legem Dei, & condelector ei secundum interiorem hominem*, &c. Mea sententia potest & sic accipi, ut conjunctio *ὅτι* non sit hic causalis, quemadmodum accipit Origenes, sed accipiatur *εἰδικῶς*, sitque sensus, *Dum conor parere legi bonæ, & vincente cupiditate pertrahor ad malum, sentio malum illud in me esse, non in lege*. Atque hic quidem sensus probe habet. Verum si hunc probamus, necesse est, ut Paulum fateamur hoc sermone balbutisse, nec absolvisse quod instituerat. Apparet enim tale quiddam dicturum fuisse, *Comperio igitur legem, si quando coner benefacere, hoc efficere in me, ut intelligam peccandi malique fontem in meipso esse, non in lege*. Theophylactus restituit hunc in modum, *Invenio ergo legem faventem, volenti mihi quod bonum est facere, sed non facienti, eo quod adjacet mihi malum*. Fatetur autem obscurum esse sermonem, quod videatur deesse nonnihil. Idem indicat alios ad hunc ordinare modum, *Invenio igitur legem nemini alteri esse, nisi mihi facere bonum volenti. Nam qui recte cupit agere, ei demum lex est lex, ut quæ id faciendum præscribat, quod ille cupit facere*. Atque hæc est sententia Chrysostomi, ad quam congruit quod sequitur. *Condelector enim legi. Quemadmodum lex mihi favet volenti quod bonum, ita & ego quod honestum est cupiens, probo legem*.

24 *Repugnantem legi*] *ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ*, quasi dicas *contra militantem* & *rebellantem*. Gaudet enim Paulus metaphoris quæ militiam sapiunt. Velut ante meminit de *stipendiis*.

25 *Captivantem me in lege peccati*] *αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας*, id est, *qui reddit me captivum legi peccati*.

24 τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου. Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου
25 τούτου. Εὐχαριςῶ τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριςοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Ἄρα οὖν αὐτὸς ἐγὼ τῷ μὲν νοῒ δουλεύω νόμῳ Θεοῦ, τῇ δὲ σαρκὶ νόμῳ ἁμαρ-
VIII. 1 τίας. Οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριςῷ Ἰησοῦ, μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ
2 πνεῦμα. Ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριςῷ Ἰησοῦ ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς
3 ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου. Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν
4 τῇ σαρκὶ, Ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν, τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ
5 κατὰ πνεῦμα. Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες, τὰ τῆς

dentem me legi peccati, quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me eripiet 26 ex hoc corpo- 24
re morti obnoxio? 27 Gratias ago Deo per Jesum 25
Christum Dominum nostrum. Itaque idem ego mente quidem servio legi Dei, carne vero legi peccati.
Nulla igitur nunc est condemnatio his qui insiti sunt 1 VIII.
Christo Jesu, qui non juxta carnem versantur, sed juxta spiritum. 1 Nam lex spiritus vitæ per Chri- 2
stum Jesum liberum me reddidit 2 a jure peccati & mortis. 3 Etenim quod lex præstare non poterat, 4 3
ea parte qua imbecillis erat per carnem, hoc Deus proprio Filio, misso 5 sub specie carnis peccato obnoxiæ, præstitit, ac 6 de peccato condemnavit peccatum per carnem, Ut justificatio legis impleretur 4
in nobis, qui non secundum carnem versamur, sed secundum spiritum. Nam qui carnales sunt, quæ 5
carnis

26 *De corpore mortis hujus*] ἐκ τȣ͂ σώματος τȣ͂ θανάτȣ τȣ́τȣ. Græca magis ita sonant, ut *hujus* ad nomen *corpus* referatur, quam ad *mortem*, *ex hoc corpore mortis*. Nam *mortis corpus* vocat corpus obnoxium affectibus peccandi. Et addit *ex hoc corpore*, quod in se sumpserit personam hominis sentientis hujusmodi affectus. Quandoquidem hæc est velut una clavis ad intelligentiam Pauli, si quis animadvertat mutationem personarum, de quibus & ad quas loquitur, Certe palam est Theophylactum idem sentire, quod nos indicavimus, si quis observet, non quid verterit Interpres, sed quid interpretetur ipse: subjicit enim, id est, *morti subjecto*. Neque secus interpretatur Origenes, *mortem* interpretans peccatum, & ob id vocari *corpus mortis* in quo habitet peccatum. Et his fere subscribunt recentiores. Nam quod quidam exponit *corpus mortis* de turba malorum ingruentium, durius est.

27 *Gratia Dei*] Εὐχαριςῶ τῷ Θεῷ, id est, *Gratias ago Deo.* Atque ita legitur in emendatis Latinorum codicibus, ut sermo sit ostendentis per quem sit liberatus, nempe per eum cui gratias agit. Tametsi Laurentius indicat in quibusdam exemplaribus scriptum fuisse Χάρις τῷ Θεῷ, id est, *Gratia Deo*, quod verbis diversum, re idem est. Ex Origenis interpretatione non liquet quid legerit, sed tamen conjicere licet illum legisse quod nos ostendimus esse apud Græcos, vel ex hisce verbis: *Respondetur vero ad hoc quod dixerat*, Quis me liberabit de corpore mortis hujus? *Jam non ex illius, sed ex Apostolica auctoritate, gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Unde apparet quod propterea hæc omnia describit Apostolus, & mala quæ intra nos gerebantur exposuit, ut ad ultimum ostenderet & doceret, de quantis nos malis & de quantis nos mortibus Christus eripuit.* Hactenus Origenes, indicans quæ hactenus dicta sunt a Paulo sub ejus persona dicta, qui nondum gratiæ divinæ particeps, luctetur adhuc cum carnis affectibus, impar illis. Verum quod exclamationi respondetur non sub eadem dici persona, sed sub ejus qui non per legem, sed per gratiam Christi liberatus sit ab illa miserrima servitute. Ad aliam itaque personam refert exclamationem, *Infelix ego homo, quis me* &c. ad aliam sermonem agentis gratias Deo: quemadmodum idem Origenes ea, quæ superius multa commemorat Paulus de *lege mortis* ac *membrorum*, de necessitate peccandi, vult sub alterius persona dici. Ambrosius item interpretatur ex his verbis accipiendum, hominem gratia Dei liberatum esse de corpore mortis hujus, non liberandum. Adstipulantur his quæ mox sequuntur, *Lex enim spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati & mortis.* Atqui si legisset *Gratia Dei*, non congruebat hæc particula in Paulum, qui non liberandus erat, sed liberatus: nec consistunt ea quæ scribit Ambrosius. Igitur aut *Gratia Deo* legendum, aut *Gratias ago*: quibus verbis jam liberatus gratias agit Deo, per cujus gratiam assequutus sit quod nec naturæ, nec Mosis lex, nec conscientia, nec opera præstare poterant. Chrysostomus sine controversia legit & interpretatur Εὐχαριςῶ. Sic enim loquitur: Εἰ γὰρ καὶ τῷ Πατρὶ εὐχαριςεῖ, ἀλλὰ καὶ εὐχαριςίας ταύτης καὶ ὁ Υἱὸς αἴτιος, id est, *Quanquam enim & Patri gratias agit, attamen hujus gratiarum actionis auctor est & Filius.* Et in enarratione reliqua toties repetuntur εὐχαριςῶ, ut non possit Librariorum incuria videri factum. Theophylactus per omnia sequitur Chrysostomum. Quin & divus Hieronymus ad Algasiam quæstione octava legit *Gratia Deo*: ipsaque enarratio declarat illum ita legisse, quum ait: *Conversus in se Apostolus, imo homo sub cujus persona Apostolus loquitur, agit gratias Salvatori, quod redemptus sit sanguine ejus, & sordes in baptismo deposuerit.* Ac mox: *Gratias ago Deo per Jesum Christum Dominum nostrum, qui me de corpore mortis hujus liberavit.* Nec ad rem facit quod quidam Interpretes hunc locum adducentes meminerunt *gratiæ Dei*, & admonent hic ostensum eum qui liberat a corpore mortis, quando quisquis agit Deo gratias liberatus, hoc ipso indicat per quam & alii possint liberari. Cæterum quod agit gratias veluti liberatus, omnes ad Pauli personam accommodant, de exclamatione variant: vetustiores nolunt ad Apostoli personam pertinere, Hieronymus arbitratur sub cujusvis hominis persona dici. Et tamen si *corpus mortis* accipimus proclivitatem ad peccandum, quasi dicas moribundum, nihil vetat, quo minus hæc omnia quadrent & in Paulum, juxta Latinorum lectionem. Certe hoc agit Augustinus adversus duas epistolas Pelagianorum libro primo, capite octavo, & aliquot sequentibus, ut totus hic locus competat Paulo, vel puero, vel sub lege peccati, vel sub gratia sentienti motus affectuum, licet non assentienti: sed adeo dure multa torquens, ut magis conveniat Paulum humani generis personam in se recipere, in qua est Ethnicus exlex, Judæus carnalis sub lege, & spiritualis per gratiam liberatus.

1 Lex enim *spiritus vitæ*] *Spiritus* hoc loco genitivus est casus, ut intelligas *legem*, non *carnis*, quæ mortem affert, sed *spiritus*, qui vitam largitur, Ὁ γὰρ νόμος τȣ͂ πνεύματος. Quanquam Græca sunt hujusmodi, ut hic sensus esse possit, *Lex spiritus qui est vita*, τȣ͂ πνεύματος τȣ͂ ζωῆς, quoniam *vitæ* præponitur articulus masculinus. *Lex* autem *spiritus* perinde sonat, quasi dicas, *legem spiritualem*, juxta proprietatem sermonis Hebraici. Etiamsi me non fugit Theophylactum duos genitivos ad eamdem vocem referre, *legem spiritus*, *legem vitæ*. Redarguit enim eos qui *legem vitæ* Mosis legem interpretantur. His pene eadem disserit Chrysostomus.

2 *Lege peccati & mortis*] ἀπὸ τȣ͂ νόμȣ τῆς ἁμαρτίας καὶ τȣ͂ θανάτȣ. Et hic elegantius vertisset, *a jure peccati.* Cæterum sermo Græcus anceps est. Potest enim sic accipi, *a lege peccati & mortis*, ut *lex* ad utrumque ex æquo referatur: sive *a lege peccati & a morte, quæ comes est peccati.* Porro quod apud Chrysostomum pro *liberavit me* legitur *liberavit te*, nihil refert ad sensum.

3 *Nam quod impossibile erat legi*] Τὸ γὰρ ἀδύνατον τȣ͂ νόμȣ. Græce est *legis*, paterno casu, non *legi*, dandi. Atque ita sane legit Ambrosius. Verum habet hic sermo nonnihil difficultatis, siquidem intelligi poterat, Τὸ γὰρ ἀδύνατον τȣ͂ νόμȣ, *Impotentia enim legis*, sive *Imbecillitas legis*, per quam erat infirma & inefficax. Verum jam non congruunt ea quæ sequuntur, nisi fateri velimus Paulum vel oblivione vel imperitia vel neglectu Græci sermonis non reddidisse reliquam partem. Nam mihi quidem locum hunc pro mea virili perpendenti videtur aliquid verborum deesse ad explendam sententiam, veluti si sic legamus: *Nam quod lex Mosaica non potuit juxta partem carnalem, secundum quam erat imbecillis & inefficax, hoc Deus præstitit misso Filio suo, qui spiritualem legis partem absolvit.* Atque id ut magis probem, facit conjunctio quæ sequitur, *& de peccato damnavit peccatum.* Nisi enim subaudias verbum *præstitit*, aut *effecit*, aut aliud his simile, conjunctio videtur otiosa. Nisi placet ut ἀδύνατον nominativus positus sit absolute loco genitivi: ut sensus sit, *Quum enim esset impossibile* &c. Alioqui hæc pars, *Nam quod impossibile erat legis, in quo infirmabatur*, referenda esset ad id quod sequitur, *de peccato damnavit peccatum*, id quod lex facere non poterat.

4 *In quo infirmabatur*] ἐν ᾧ ἠσθένει. Potest & sic accipi, *in eo quod infirmabatur*, hoc est, *quatenus infirmabatur*, ut ἐν positum sit pro διά. Porro *infirmabatur* dixit, pro eo quod est *invalida parumque efficax erat.* Et ne legem videretur incusare, addidit *per carnem*, hoc est, *per carnalem legis intelligentiam*, sive *carnis infirmitatem*, cui deerat evangelica gratia.

5 *In similitudinem carnis peccati*] ἐν ὁμοιώματι, id est, *in similitudine*: quod, ut superius indicatum est, magis sonat *assimilationem* & *imaginem*. Nam quod Christus nocentis personam assumpsit, hypocrisis quædam erat, absit invidia dicto. Id quo fieret evidentius, vertimus, *sub specie carnis peccato obnoxiæ*: quod ad exprimendam falsam similitudinem accommodatior videtur vox *species*. Porro juxta proprietatem Hebræi sermonis, *carnem peccati* dixit *carnem peccato obnoxiam*. Et ideo complexim esse legendum admonet Augustinus sermone de verbis Apostoli trigesimo primo: *Vere carnem habebat Christus, peccati carnem videbatur habere, quum non haberet.*

6 *De peccato damnavit peccatum*] Indicavit Origenis Interpres, nam id de suo addidit, Græcis non esse *de peccato*, sed *pro peccato*: ut intelligamus peccatum fuisse damnatum de peccato. Neque enim accipi potest, *peccatum ex peccato damnatum*, quum sit περὶ ἁμαρτίας: & tamen ita videntur interpretari. Mihi videtur non absurde hic sensus accipi posse: *Christus missus damnavit etiam peccatum de peccato*: hoc est, convicit & coarguit peccatores, ut qui antehac falsa justitiæ imagine deceperant, nunc palam esset eos impios fuisse: quum Christum legis finem sub prætextu legis servandæ occiderent. Alii, *de peccato*, exponunt accipi pro victima, quæ solet juxta ritum Mosaicæ legis immolari pro delicto. Atque id sane pulchre quadrat in Christum, tantum obstrepit præpositio περί. Mollius erat si fuisset παρά. Græcæ lectioni magis congruit quod affert Theophylactus, peccatum suo quodam jure sævisse in peccatores. Cæterum ubi impegit in innocentem Dominum, jam quodammodo deprehensum est in peccato. Verum hæc curiosus Lector exactius perpendet. Nos in hoc argumento potissimum ea persequimur, quæ faciunt ad lectionis sinceritatem.

7 Quæ

τῆς σαρκὸς φρονῦσιν· οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα, τὰ τῦ πνεύ-
6 ματος. Τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς, θάνατος· τὸ
7 δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ζωὴ καὶ εἰρήνη. Διότι
τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς Θεόν· τῷ γὰρ
νόμῳ τοῦ Θεῦ ὐχ ὑποτάσσεται, ὐδὲ γὰρ δύναται.
8 9 Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι ὐ δύνανται. Ὑ-
μεῖς δὲ ὐκ ἐςὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ
Πνεῦμα Θεῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν· εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριςοῦ
10 οὐκ ἔχει, ὗτος οὐκ ἔςιν αὐτοῦ. Εἰ δὲ Χριςὸς ἐν ὑ-
μῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν διὰ ἁμαρτίαν, τὸ δὲ πνεῦ-
11 μα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην. Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ
ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγεί-
ρας τὸν Χριςὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ
θνητὰ σώματα ὑμῶν, διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ
12 Πνεῦμα ἐν ὑμῖν. Ἄρα οὖν, ἀδελφοὶ, ὀφειλέται
13 ἐσμὲν οὐ τῇ σαρκὶ, τοῦ κατὰ σάρκα ζῆν. Εἰ
γὰρ κατὰ σάρκα ζῆτε, μέλλετε ἀποθνήσκειν· εἰ
δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανα-
14 τοῦτε, ζήσεσθε. Ὅσοι γὰρ Πνεύματι Θεοῦ ἄγον-
15 ται, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Θεοῦ. Οὐ γὰρ ἐλάβετε
πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλά-
βετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν, Ἀββᾶ

carnis sunt curant: at qui spirituales, 7 quæ spiritus sunt. Nam affectus carnis, mors est: affectus vero spiritus, vita & pax. 8 Propterea quod affectus carnis 9 inimicitia est adversus Deum: nam legi Dei non subditur, siquidem ne potest quidem. Qui vero in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, 10 siquidem Spiritus Dei habitat in vobis: quod si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Porro si Christus in vobis est, corpus 11 quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est 12 propter justificationem. Quod si Spiritus ejus, qui excitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis, is, qui excitavit Christum ex mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra, 13 propter ipsius Spiritum inhabitantem in vobis. Proinde, fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Nam si secundum carnem vixeritis, moriemini: quod si spiritu facta corporis mortificetis, vivetis. Etenim quicunque Spiritu Dei ducuntur, hi sunt filii Dei. Non enim accepistis spiritum servitutis 14 iterum ad timorem, sed accepistis 15 spiritum adoptionis, per quem clamamus, 16 Abba,

7 *Quæ spiritus sunt, sapiunt*] φρονῦσι, non repetitur apud Græcos. Et magis est *sentiunt*, sive *curant*, quam *sapiunt*. Mirum autem cur hic Interpres inutilem affectarit copiam, quæ officiat etiam intelligentiæ. Etenim idem verbum, quod modo vertit *sapiunt*, nunc vertit *sentiunt*. Dices, Quid refert? Plurimum, ei qui velit in his tractandis philosophari.

8 *Quoniam sapientia carnis*] φρόνημα. Idem verbum, quod modo sæpius verterat *prudentiam*. Est autem verbale nomen a verbo, quod modo vertit *sapiunt* & *sentiunt*, quum potius significet affectum animi: ut μέγα φρονεῖν, *elato esse animo*, & θνητὰ φρονεῖν, *humana curare*. Ita hoc loco φρόνημα non tam significat *sapientiam* aut *prudentiam*, quam *affectum* & *curam*, seu *cogitationem*. Indicant hoc ab eodem fonte manantia φροντὶς & φροντίζειν. *Sapere carnem* Latine dicitur, qui carnalibus ducitur affectibus: *sapientiam* pro *affectu* nusquam reperi. Quod Origenes philosophatur suo more de intelligentia legis carnali, nihil mirum, quum ex crassis affectibus nascatur intelligentia crassa, & contra. Origenis commentum attingit & divus Chrysostomus. Nec est apud Græcos,

9 *Inimica & Deo*] sed, *inimicitia est adversus Deum*, ἔχθρα εἰς Θεόν. Et ad hunc modum citavit divus Hieronymus non semel adversus Jovinianum. Nec aliter Augustinus, quum alias aliquoties, tum explicans aliquot hujus Epistolæ locos, ni fallor. Superest enim in vulgatis codicibus hæc scriptura: *Quia carnis prudentia inimica est in Deum*: probabile est, *inimica* mutatum pro *inimicitia*. Ad hæc, sermo concinnior est, si abstractum abstracto respondeat: præcessit enim, *Prudentia carnis, mors: prudentia autem spiritus, vita & pax*. Quod enim ante dixerat *mors est*, exaggerat repetens *inimicitia est adversus Deum*: quasi diceret, aliquid morte pejus. Ita Chrysostomus. At Græcis sane si accentus transferatur in extremam syllabam, ἐχθρὰ, sonabit *inimicam*. Verum id φρόνημα, præcedens neutri generis nomen, non sinit: quum magis dicendum foret ἐχθρόν. Unde miror quosdam contendere recte legi, *inimica*: nisi forte putant mutandam scripturam, in omnibus exemplaribus consentientem. Jam non mirum, si qui Latini inter enarrandum dicant, *sapientiam esse inimicam Deo*: quum utraque lectio eumdem prope declaret sensum, nisi quod efficacius est *inimicitia*, magisque congruens Paulinæ phrasi.

10 *Si tamen Spiritus Dei*] εἴπερ est Græce, quod valet *ferme*, *sane*, aut *siquidem*. Quanquam hoc loco non videtur esse dubitantis, sed ratiocinantis: quasi dicas, *quandoquidem Spiritus Dei habitat in vobis*. Etiamsi Origenes & Ambrosius ambigue legit & exponit. Probabilius tamen est Paulum illis tribuere spiritum quos alloquitur, mox enim durius loquens avertit ab illis sermonem, dicens, *Si quis autem Spiritum Christi non habet*: quod annotavit & Theophylactus, & ante hunc Chrysostomus: qui admonet εἴπερ apud Paulum frequenter esse confirmantis, non dubitantis, quasi dicas ἐπείπερ: quod genus est secundæ Thessalonicensis primo: Εἴπερ δίκαιον παρὰ Θεῷ ἀποδῦναι τοῖς θλίβυσιν ὑμᾶς θλίψιν. Theophylactus annotavit hic εἴπερ non sonare dubitationem, sed fiduciam. Interdum est & obtestantis: *Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam dulce meum*. Hanc ambiguitatem quum Interpres sustulerit, cur hic tacent qui vociferantur a me contrahi sensus latitudinem: quasi sermonis ambiguitas sit scripturæ fœcunditas, aut quasi hanc fœcunditatem non magis etiam pariat imperitia. Nec enim laudanda est illa fœcunditas, quum Jureconsulti dicunt, *Vel dic, vel dic, vel dic*.

11 *Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vivit*] Pro *vivit*, Græcis est, *vita est*: atque ita citat Augustinus in explanandis quæstionibus hujus Epistolæ. Ac rursum edisserens Psalmum septuagesimum quintum. Item libro *de Civitate Dei* tredecimo. Et contra Faustum libro vigesimo quarto, capite secundo. Item Hilarius libro *de Trinitate* octavo. Consimiliter Athanasius in libello *de Spiritu Sancto* ad Serapionem. Atque item Ambrosius hunc explanans locum, suffragantibus & vetustis Latinorum exemplaribus manu scriptis. Fortassis efficacius est, *vita est*, quam *vivit*. Siquidem *vita est* quod vitam præbet. Agit enim, ni fallor, de Spiritu Christi, non nostro: quod propemodum indicant quæ mox consequuntur, *Quod si Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis*. Est autem facilis lapsus in ζωὴ & ζῇ, *vita*, & *vivit*: ac minimum interest, quantum ad sententiam attinet, juxta proprietatem sermonis Hebraici. Nec mirum, si qui Auctores hîc meminerunt de *spiritu nostro*: quandoquidem sicut corpus Christi resuscitatum resurrectionem promittit nostris corporibus, ita Christi spiritus immortalis nostro spiritui confert vitam. Theophylactus vero non solum legit ζωὴ, verum etiam interpretatur in hanc sententiam, *vita*: *Non solum*, inquit, *ipse vivit, sed & aliis hoc potest donare*. Idem admonet fuisse qui *spiritum* hîc intelligerent ipsum Christum.

12 *Propter justificationem*] διὰ τὴν δικαιοσύνην, id est, *propter justitiam*: ut & alias sæpe vertit. Nam δικαίωσις magis sonat *justificationem*.

13 *Propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis*] Hilarius libro *de Trinitate* secundo legit, *propter Spiritum suum qui habitat in vobis*: & Latinius. Quanquam id minutius est, quam ut de eo sit contendendum. Variabant hîc quædam exemplaria Græcorum, quum in plerisque esset, διὰ τὸ ἐνοικῦν αὐτῦ Πνεῦμα ἐν ὑμῖν, id est, *propter Spiritum suum qui habitat in vobis*. In nonnullis, διὰ τῦ ἐνοικῦντος αὐτῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν, id est, *per Spiritum suum qui habitat in vobis*. Ad sensum haud magni refert. Licet enim διὰ præpositio genitivo addita significet instrumentum, accusativo adjuncta causam, tamen nihil vetat quo minus alicubi res eadem tum causa sit tum instrumentum.

14 *Iterum in timore*] εἰς φόβον, id est, *ad timorem* sive *terrorem*.

15 *Spiritum adoptionis filiorum Dei*] Pro tribus vocibus una est apud Græcos, υἱοθεσίας, quæ vox *filiorum adoptionem* significat. Imo adoptionem eorum qui natura filii non sunt, in locum filiorum. Nam adoptantur & nepotes, licet hæc sit adoptio charissima. Sermo Græcus nihil habet incommodi, Latinus non video quî possit consistere. Nam si *adoptio* sumatur active, quasi filii adoptent, absurdus est sermo: sin passive, non dicuntur adoptari filii, quum per adoptionem veniunt in alienam familiam, quemadmodum dicitur *creari Magistratus* aut *eligi Episcopus*, quum suffragiis fit Magistratus aut Episcopus: nec ita dicitur *adoptio filiorum*, quemadmodum dicitur *creatio Magistratuum*: sed alieni filii, alteri adoptantur in locum filiorum, & dicuntur per adoptionem fieri filii adoptantis, & adoptator sive arrogator filios alienos aut nepotes facit suos. Pater aut patruus dicitur dare in adoptionem. Si accipimus adoptionem filiorum, qui prius erant filii Satanæ, hoc non sentit scriptura. Si accipimus adoptari filios Dei, non consistit sermo Latinus: dicendum potius erat, *Spiritum adoptionis in filios Dei*. Quemadmodum autem licet Paulo Scipionis filium adoptare in locum sui nepotis, ita licet illius nepotem adoptare sibi in filii locum. Hoc incommodum ut vitarent quidam, verterunt *Spiritum adoptionis*: quod adoptare in filii locum sit præcipuum adoptionis genus: unde per se positum intelligitur de eo quod est eximium. Ipse vero sermonis Apostolici tenor declarat hic agi de adoptatis in filiorum jus. Porro genitivus *Dei* additus est, quum in Græcis codicibus non habeatur. Non enim hic discernit filios Dei a filiis hominum, sed distinguit filios gratiæ a servis legis.

16 *Abba, Pater*] אַב sive אָבִי Hebræis, imo Syris, quemadmodum indicat Hieronymus, sonat *patrem*, dictio e duabus primis litteris composita, *aleph* & *beth*. Sed vocem Hebræam reliquit, quo significaret peculiare quiddam esse in ipso vocabulo, quod & patres libenter audiunt, & pueri primum sonare discunt. Nam hoc statim implorant patris opem, cujusmodi est apud Latinos *pappus*, vox infantibus peculiaris. Cæterum quod addidit, ὁ Πατὴρ, Græcis incertum est, utrum conduplicatio sit ad emphasim affectus faciens, an interpretatio peregrini Romanis vocabuli, maxime quum additum sit nominandi casu. Quanquam mihi vero propius videtur κατ' ἀναδίπλωσιν dictum, quum is loquendi colos Hebræis sit pene peculiaris, ἐπιτάσεως gratia, nunc eamdem vocem iterantibus, nunc eamdem alia idem pollente reddentibus: ut, *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine*: &, *Deus meus, Deus meus*: &, *Ficus bonas, bonas*: &, *Domi-*

16 βᾶ ὁ Πατήρ. Αὐτὸ τὸ Πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ 17 πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ. Εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι· κληρονόμοι μὲν Θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ, εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συν- 18 δοξασθῶμεν. Λογίζομαι γὰρ ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν 19 ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκ- 20 δέχεται. Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπί- 21 δι. Ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δό- 22 ξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. Οἴδαμεν γὰρ ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν. 23 Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ Πνεύματος ἔχοντες, καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν,

ba, Pater. Idem Spiritus [17] testatur una cum spiritu nostro, quod simus filii Dei. Quod si filii, igitur & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, [18] siquidem simul cum eo patimur, [19] ut & una cum illo glorificemur. [20] Nam reputo non esse pares afflictiones præsentis temporis ad gloriam, [21] quæ revelabitur erga nos. [22] Etenim sollicita creaturæ exspectatio exspectat ut palam fiant filii Dei. [23] Quippe vanitati creatura subjacet, non volens, sed propter eum [24] qui subjecit illam sub spe. Quoniam & ipsa creatura [25] liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quod [26] omnis creatura congemiscit simulque nobiscum parturit usque ad hoc tempus. [27] Non solum autem illa, sed & ipsi qui [28] primitias Spiritus habemus, [29] & nos ipsi in nobisipsis gemimus,

ne Dominus noster. Nam in hoc postremo exemplo Hebræis diversæ sunt dictiones: prior est vocabulum Dei tetragrammaton, constans hisce litteris, יהוה *jod, he, vau, he*: quod illi vocant ἄῤῥητον, id est, *ineffabile.* Posterior est אֲדֹנָי *Adonai*: quod commune est, ac sæpenumero tribuitur & hominibus. Sunt autem hic eadem verba, quibus Christus utitur, orans Patrem apud Marcum capite decimo quarto, *Abba Pater.* Cæterum Librariorum vitio factum arbitror, quod Augustinus Epistola centesima septuagesima octava scribit, *Abba* Græcum esse vocabulum, *Pater* Latinum: quum neque Paulus Latine scripserit Romanis, & extra controversiam sit, *Abba* Syriacum aut Hebræum esse vocabulum. Sed Augustini verba subscribam: *Non accipiatur Paulus, qui dicit Romanis scribens, In quo clamamus Abba Pater. In uno nomine duabus utitur linguis, dicit enim* Abba *Græco vocabulo* Patrem, *& Latine nominat identidem* Patrem. Equidem arbitror hæc verba assuta scriptis Augustini. Melius Thomas, qui dicit, *Abba* vocem esse Hebraicam, *Pater* Græcam sive Latinam: similiter Græci compellant *patrem* & Latini.

17 *Testimonium reddit*] συμμαρτυρεῖ. *Redditur*, vel quod refertur vel quod debetur. Ita *redditur lotium*, & *redditur ratio.* At Græcis est *attestatur*, sive, ut magis ad verbum reddam, *contestatur*, ut intelligas geminum esse testimonium duorum spirituum, nostri, & Dei. Porro testimonium spiritus nostri confirmatur testimonio Spiritus divini: quemadmodum *symmachi* dicuntur, qui in pugna ferunt suppetias. Atque usitate dicimus, *teste conscientia.* Humani spiritus testimonium imbecille est, præsertim in imperfectis, nisi accedat Spiritus divini testimonium. Neque quicquam vetat, ut dicamus mutuam charitatem inter Deum & hominem, quum charitas sit Dei donum: ita mutuum esse testimonium inter Spiritum Dei & nostrum, non quod noster spiritus confirmet Deum, sed quod sibi testis est. Chrysostomus subindicat σὺν Græcam præpositionem referri ad vocale testimonium, eo quod præcessit, *in quo clamamus, Abba Pater:* vocis autem testimonium confirmatur arcano testimonio Spiritus divini, qui suo dono confirmat eam vocem. Non dissentit Theophylactus.

18 *Si tamen compatimur*] εἴπερ, id est, *siquidem*: quod hic quoque posset accipi ratiocinative, non dubitative. Item hoc loco *compati*, est non quod vulgo accipiunt indocti, *moveri malis alterius*, sed *socium esse* & *imitatorem* atque *æmulum afflictionum Christi.*

19 *Ut & glorificemur*] *una glorificemur*, συνδοξασθῶμεν: ut intelligas communem nobis cum Christo gloriam.

20 *Existimo enim*] Λογίζομαι, id est, *Perpendo*, sive *Reputo.* Nec enim id opinatur Paulus ceu dubitans, sed certus ita esse, perpendit in animo suo. Non enim loquitur de fide, ad quam exprimendam nimis diluta vox est *existimo*, quæ frequenter conjuncta est dubitationi, sed de consideratione eorum quæ credidit, per quam veluti rationem subducit, conferens hujus vitæ molestias propter Evangelium tolerandas cum æternæ vitæ præmio, quod piis omnibus promisit Christus. Collatio vero facit, ut hæc, quæ hic patimur, levia videantur, dum animo reputamus æternam illam felicitatem. Equidem λογίζεσθαι pro *existimare* nondum legi, quod Græci dicunt οἴεσθαι, ἡγεῖσθαι, δοκεῖν, νομίζειν. Tolerabilius esset *æstimare*, quod verbum rationi congruit: *existimamus* illud carum, quod putamus esse magni pretii: sed *æstimamus* pro caro, quod animi inductione pro caro habemus. Quod si λογίζεσθαι nihil aliud sonat Græcis quam nobis *existimare*, perperam loquutus est Paulus ad Philippenses quarto, ταῦτα λογίζεσθε: aut certe peccavit Interpres, qui vertit, *hæc cogitate:* quum vertere debuerit, *hæc existimate.* Et secundæ Corinthiorum capite decimo, τοῦτο λογιζέσθω πάλιν, vertit, *hoc cogitet iterum.* Paulus usus est hoc verbo ejusdem Epist. cap. XII. pro *æstimare*, μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται, hoc est, *ne quis me pluris æstimet.* In Epistolæ ad Romanos secundo cap. usurpavit pro *Cogitas*, Λογίζῃ δὲ τοῦτο ὦ ἄνθρωπε. Ejusdem Epistolæ cap. sexto, Οὕτως καὶ ὑμεῖς λογίζεσθε ἑαυτοὺς, non docet quid debeant credere, qui hoc jam pridem didicerant, sed quid meminisse & in animo volvere, ubi magis conveniebat *æstimate*, quam *existimate.* Rursum primæ Corinthiorum quarto, Οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος, *æstimet* quadrabat magis quam *existimet.* Mirum enim si nondum Corinthii suspicabantur Paulum dispensatorem mysteriorum Dei. Rursus secundæ Corinthiorum capite decimo, *ea confidentia qua existimor audere in quosdam*, Interpres λογίζομαι vertit *existimor:* quum Chrysostomus exponat *cogito.* Hoc enim sermone minatur quibusdam, qui Paulum ut hominem quemlibet contemnebant. Nondum ait se decrevisse, sed tantum de illis puniendis cogitare, nisi resipuerint. Theophylactus λογίζομαι interpretatur ὑπολαμβάνω, στοχάζομαι, id est, *suspicor* & *destino.* Qui *suspicatur* se facturum, nondum concepit certum animi propositum: & qui *destinat*, adhuc habet telum in manu, cogitans in quos & quomodo sit mittendum. Cæterum qui docuit *existimare* esse certæ opinionis, rem plane falsam docuit. Nihilominus enim est *existimatio* dubia, quam *opinio*, imo *existimatio* sæpe fallax est: ut est illud, *Qui se existimat aliquid esse*: &, *Existimabant se spiritum videre.*

21 *Quæ revelabitur in nobis*] Dubium est apud Græcos, an verbum ἀποκαλυφθῆναι debeat referri ad præpositionem πρὸς, an ad participium μέλλουσαν. Nam si referatur ad præpositionem, erit sensus, *ad hoc ut futura gloria reveletur in nobis*, ac tum videtur deesse articulus τὸ, solitus præponi verbis infinitis. Interpres sic ordinasse videtur: πρὸς τὴν δόξαν τὴν μέλλουσαν ἀποκαλυφθῆναι, id est, *ad gloriam quæ revelabitur.* Nec est *in nobis*, sed *in nos*, seu potius *erga nos*; juxta illud, *Videmus nunc per speculum & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*; quanquam præpositio εἰς, uti sæpius admonui, Græcis anceps est; & sensum pium habet hæc quoque lectio.

22 *Nam exspectatio creaturæ*] Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία, quod non significat simpliciter *exspectationem*, sed *vehementem & anxiam exspectationem*: ut testantur & Græca scholia, quæ Græcanicæ vocis emphasim indicant, quum ex corde quidpiam exspectatur: unde nos vertimus *sollicita exspectatio.* Græca vox e tribus composita est, ex ἀπὸ præpositione, & κάρα *caput*, & δοκεῖν *videri*: quod qui vehementer desiderant aliquid videre, porrecto capite subinde prospiciunt: unde Ambrosius exponit *frequentem exspectationem*: Hilarius *longinquam*: quod prolato capite longius prospicimus. Usus est Paulus eadem voce in Epistola ad Philippenses capite primo. Aristophanes in *Equitibus*, omissa præpositione dixit, καραδοκεῖν, Ἐκαραδόκησεν εἰς ἐμ' ἡ βουλὴ πάλιν, id est, *Ad me vertebant oculos, erecti ad promissionem*, ut sensum reddam magis quam verba exprimam.

23 *Vanitati enim creatura subjecta est*] *Vanitas* non hîc sonat mendacitatem, sed potius frustrationem, ματαιότητι: quod creatura interim non assequatur, quod utcunque contendit efficere. Verbi causa, dum aliud ex alio propagans, individuis vicissim cadentibus ac renascentibus speciem tuetur ne intercidat, meditatur immortalitatem quamdam, sed frustra.

24 *Qui subjecit eam*] *Eam* additum est explicandi causa, διὰ τὸν ὑποτάξαντα. Et *in spe*, ἐπ' ἐλπίδι, magis est, *sub conditione spei.* Cæterum quod sequitur, *Quia & ipsa creatura liberabitur*, & cætera, connecti poterat superioribus, *subjecit sub spe*: nimirum hac, quod & ipsa liberanda sit a servitute, sed creatura repetita duriusculam reddit orationem.

25 *Liberabitur a servitute corruptionis*] ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, id est, *libera reddetur*, sive *in libertatem vindicabitur.* Et φθορὰ, *corruptio*, Græcis quoque vox est anceps: nam & de vitiato dicitur, & de pereunte: hîc *interitum* sonat. Atque ita legit Augustinus explanans Epistolam ad Galatas. Sensus autem est, Creaturam, quæ nunc obnoxia est exitio, asserendam in libertatem, hoc est, in gloriam filiorum Dei.

26 *Omnis creatura ingemiscit & parturit*] Aptius Græce συστενάζει καὶ συνωδίνει, id est, *congemiscit & comparturit*, sive *condolet*, ut ita loquamur. Certe *congemiscit* citat Hieronymus in Commentariorum Esaiæ libro octavo; & Augustinus octoginta trium quæstionum sexagesima septima legit *congemiscit & dolet.* Pro *dolet*, *parturit* legit Ambrosius: ut præpositio σὺν, vel ad nos referatur, indicans etiam elementa muta quodammodo nobiscum gemere: vel ad universam inter se creaturam, ut accipiamus universum mundum in melius commutandum. Paulus enim ut *tropologicos* magnitudinem malorum exprimat, fingit universum hunc mundum velut unam personam: cui quum non insit sensus, tamen ita sensum tribuit, quemadmodum in Psalmis montes dicuntur *exsultare*, flumina *plaudere.* Origenes item nominatim annotat dictum esse *congemit*, pro eo quod est, *cum alio gemit*: haud tamen dissimulans variare libros: in nonnullis enim fuisse στενάζει.

27 *Non solum autem illa*] *Illa* non additur apud Græcos, οὐ μόνον δέ. Sed tamen ex iis quæ mox sequuntur apparet subaudiendum. Quid hîc faciant, qui nec apicem mutari volunt in Litteris Sacris? frequenter indicat hanc eloquutionis formam in Paulo Origenes.

28 *Primitias spiritus habentes*] τὴν ἀπαρχήν. Mirum quid sequutus Ambrosius legerit, *sed & nos qui receptaculum Spiritus habemus*: quanquam ex enarratione non satis perspicuum est quid legerit, nisi forte quod ille scripserat *inceptaculum*, Scriba vertit *in receptaculum.*

29 *Intra nos gemimus*] ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν, id est, *in nobis ipsis ingemiscimus*, sive *intra nos ipsos*, hoc est, taciti.

30 *Ado-*

ζομεν, υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι, τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ κα 24 σώματος ἡμῶν. Τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθημεν· ἐλπὶς δὲ βλεπομένη, οὐκ ἔστιν ἐλπίς· ὃ γὰρ βλέπει τις, 25 τί καὶ ἐλπίζει; Εἰ δὲ ὃ οὐ βλέπομεν, ἐλπίζομεν, 26 δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν· τὸ γὰρ τί προσευξόμεθα καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ Πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στε- 27 ναγμοῖς ἀλαλήτοις. Ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας, οἶ- δε τί τὸ φρόνημα τοῦ Πνεύματος, ὅτι κατὰ Θεὸν 28 ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἁγίων. Οἴδαμεν δὲ, ὅτι τοῖς ἀγα- πῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν, τοῖς 29 κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν. Ὅτι οὓς προέ- γνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀ- κϐ 30 δελφοῖς. Οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλε- σε· καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν· 31 οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε. Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; Εἰ ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ'

A mus, 30 adoptionem exſpectantes, 31 redemptionem corporis noſtri. Siquidem ſpe ſervati ſumus: porro 24 ſpes ſi videatur, non eſt ſpes: quod enim quis cernit, cur 32 idem ſperet? Si vero quod non videmus, ſpe- 25 ramus, id per patientiam exſpectamus. 33 Conſimi- 26 liter autem & Spiritus auxiliatur infirmitatibus no- ſtris: 34 ſiquidem hoc ipſum quid oraturi ſimus ut oportet, non novimus, verum 35 ipſe Spiritus inter- cedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus. At ille 27 qui ſcrutatur corda, novit 36 quis ſit ſenſus Spiritus, quoniam ſecundum Deum intercedit pro ſanctis. Sci- 28 mus autem, quod his, qui diligunt Deum, omnia 37 ſimul adjumento ſunt in bonum, nimirum his qui 38 juxta propoſitum 39 vocati ſunt. Quoniam 40 quos 29 B præſciverat, eoſdem & præfinivit conformes ima- ginis Filii ſui, ut ipſe ſit primogenitus inter multos fratres. Porro quos præfinierat, eoſdem & voca- 30 vit: & quos vocavit, eos & juſtificavit: quos autem juſtificavit, 41 hôs & glorificavit. Quid igitur dice- 31 mus

30 *Adoptionem filiorum Dei*] υἱοθεσίαν, id eſt, *adoptionem*. Sed Interpres explicandæ rei gratia adjecit quædam verbula: idque perpetuo facit in hac dictione. Auguſtinus libro adverſus Fauſtum tertio capite tertio non addit *filiorum*, tantum citat *adoptionem*. Quis enim adoptat ſuos filios? Alieni qui adoptantur, non adoptantur filii, ſed in locum filiorum, ut ante dictum eſt.

31 *Redemptionem corporis*] ἀπολύτρωσιν, quæ proprie dicitur, quum dato pretio redimuntur captivi, velut a piratis aut in bello capti. *Corporis* dictum eſt pro *a corpore*: ut liberemur a corpore illo, quod ante *mortis corpus* vocavit. Videtur autem hoc ita adjectum quaſi voluerit interpretari υἱοθεσίαν *adoptionem*, quæ adoptio nihil aliud eſt quam ut ab hoc corpore liberemur, & immortale corpus recipiamus.

C

32 *Quid ſperat*] τί καὶ ἐλπίζει, *quid etiam*, aut *quid inſuper ſperat?* Non otioſa erat conjunctio, ſignificans fruſtra jam ſperari quod videas.

33 *Similiter autem & Spiritus adjuvat infirmitatem*] Græcis eſt numero plurativo, *infirmitates*, ſive *imbecillitates noſtras*, συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν. Eſt autem συναντιλαμβάνεσθαι in re quapiam ſuſcepta auxilio adeſſe laboranti; & idcirco addidit ὡσαύτως, id eſt, *conſimiliter*. Sicut nos per patientiam exſpectantes nitimur, ita etiam Spiritus admovet auxilium ſuum deficientibus, ceu manum porrigens laborantibus.

34 *Nam quid oremus*] τὸ γὰρ τί προσευξόμεθα. Interpres non expreſſit vim articuli τὸ, qui refertur ad totum hoc quod mox ſequitur: unde nos vertimus, *Siquidem hoc ipſum quid oraturi ſimus ut oportet, non novimus*: hoc eſt, tantum abeſt, ut ipſi nobis poſſimus eſſe præſidio, ut neſciamus quibus præſidiis ſit opus.

D

35 *Spiritus poſtulat*] ὑπερεντυγχάνει, quod aliquando vertit *poſtulat*, aliquando *interpellat*, aut *intercedit*. Eſt autem quoties quis convenit aliquem ſuper negotio alterius, velut ſi quis adeat Principem, commendaturus cauſam amici. Illud annotandum, quod non ſimpliciter dixit ἐντυγχάνει, ſed ὑπερεντυγχάνει. Nam hæc præpoſitio ſolet excellentiam ſignificare Græcis. Senſus enim hic eſt, ni fallor, etiamſi ſpiritus hominis aliquando petit nocitura, tamen Spiritus ſanctus afflans animos aliquorum corrigit quod male petebatur, veluti præfectus omnibus interpellationibus.

36 *Quid deſideret Spiritus*] τὸ φρόνημα, id eſt, *ſenſum*, ſive *quid ſentiat Spiritus*, hoc eſt, *affectum Spiritus*: quod Terentius vertit *ſenſum*, *Illius ſenſum pulchre calleo*. Eadem eſt vox Græca, quam toties jam vertit *prudentia*. Neſcio quid ſibi velit quidam, qui putat *ſenſum* & *affectum* eſſe voces carnales, nec convenire Spiritui divino. An putamus illum quum hæc ſcriberet eſſe ſobrium? An non de Deo dictum eſt, *Quis cognovit ſenſum Domini?* & miſericordia non eſt affectus, quæ Deo præcipue tribuitur? Et ſi Spiritus Dei recte dicitur deſiderare, concupiſcere, gemere, & interpellare, an illi abſurde tribuitur affectus? Sed in Deo non ſunt affectus quemadmodum in nobis: verum nec ſapere, nec vivere, nec miſereri, nec diligere eſt in illo, quemadmodum in nobis, & tamen hujuſmodi verbis humanis Scriptura paſſim abutitur de illo loquens.

E

37 *Cooperantur in bonum*] Συνεργεῖ referri poteſt apud Græcos vel ad *Spiritum* vel ad *omnia*: ut juxta priorem ſenſum intelligas, Spiritum ſanctum omnia vertere in bonum ſuo auxilio: juxta poſteriorem accipias, omnia etiam mala adjumento eſſe ſanctis ad felicitatem: & hic ſenſus magis mihi arridet, atque hunc ſequitur Chryſoſtomus ac Theophylactus. Nec eſt quod moveat quemquam verbum ſingularis numeri συνεργεῖ, quum πάντα nominativus ſit neutri generis.

F

38 *Secundum propoſitum*] κατὰ πρόθεσιν, id eſt, *juxta animi diſtinctionem*, ut *propoſitum* referatur non ad *ſancti*, aut ad *hominem recti propoſiti*, ſed ad *prædeſtinationem Dei*. Ita Origenes ac Thomas, etiamſi Ambroſius utrumque ſenſum videtur attingere: quanquam & Origenes aliquanto inferius explicans qui dicantur vocati & non electi, qui vocati & electi, nonnihil a ſe ipſo diſſidet, interpretans *ſecundum propoſitum vocatos* dici, qui priuſquam vocarentur, propenſo jam tum erant animo ad cultum divinum, quorumque promptæ jam voluntati tantum deerat vocatio, videlicet ut *propoſitum*, non ad Deum deſtinantem, ſed ad hominem in animo ſtatuentem pertineat: niſi forte Interpres hæc adjecit de ſuo. Ambroſium ſequitur Auguſtinus in libello *de correptione & gratia* capite ſeptimo: *Electi*, inquit, *ſunt*, *quia ſecundum propoſitum vocati ſunt, propoſitum autem non ſuum, ſed Dei.* Nam Paulus proximo hujus Epiſtolæ capite ſimili ſenſu dixit *propoſitum Dei*: rurſus ad Epheſios capite primo. Neque vero apud Græcos adjungitur *ſancti*, tantum eſt *vocati*. Atque ita legiſſe Origenem ex ipſius liquet interpretatione, quum ait: *Videndum eſt ne forte ex hoc quod dicit, iis qui ſecundum propoſitum vocati ſunt & quos præſcivit & quos prædeſtinavit*, & cætera. Neque ſecus legit Ambroſius, ſic enim ediſſerit: *Hi autem ſecundum propoſitum vocantur, quos credentes præſcivit Deus futuros ſibi idoneos, ut, antequam crederent, ſcirentur.* Legit idem Auguſtinus libro *de correptione & gratia*. Sequitur hanc tum lectionem tum ſententiam Chryſoſtomus & Theophylactus, quanquam refragatur Thomas & vetuſti Latinorum codices plerique. Apparet autem *ſancti* additum ex aliis locis, in quibus hæ duæ voces, *vocati ſancti*, ſæpenumero copulantur.

39 *Vocati ſunt ſancti*] κλητοῖς οὖσιν, *qui ſunt vocati*. Primum *ſancti*, ut dictum eſt, redundat: deinde *vocati* hîc non participium eſt, ſed nomen: quemadmodum in initio indicavimus, ut rurſus excludat opera legis, quibus male fidebant Judæi, & oſtendat veram ſanctimoniam contingere ex vocante Deo.

40 *Quos præſcivit*] οὓς προέγνωκεν, ſive, ut quibuſdam legitur, προέγνω. Jam ſuperius admonuimus apud Græcos hoc verbum aliquoties accipi pro *ſtatuit*, ſive *decrevit*, quod cognitio conjuncta ſit deliberationi: & videntur hæc non tam genere aut ratione inter ſe diſſidere, quam gradibus quibuſdam & intervallis inter ſe diſtincta connecti, quo magis rem Paulus exponat oculis, ut προγνῶναι ſit deliberantis ac ſtatuentis, quod tamen aliquo modo poſſit immutari, ut hominum more loquamur. Deinde προορίζειν ſive ὁρίζειν, quod decretum fuerit jam palam pronunciantis, quod fieri non ſolet, niſi quum ita decretum eſt aliquid, ut mutari non poſſit. Porro ubi pronunciaris quod decreviſti, ſupereſt ut exhibeas ac præſtes quod es pollicitus. Incipit autem exhibere, qui vocat & invitat. Deinde ne videatur fruſtra vocaſſe, vocatos juſtificat etiam, ſine quo non ſumus capaces promiſſi. Denique juſtificatis datur præmium. Igitur προέγνωκεν Deus ab æterno, quos decrevit ac ſtatuit ad immortalitatem vocandos eſſe: προώρισεν, de quibus jam per Prophetas ſuos, ac multo magis per Filium pronunciavit promulgato decreto ſuo. Vocavit autem per prædicationem Jeſu, juſtificavit per mortem illius, glorificavit per reſurrectionem ac præmium immortalitatis. Sive vocavit per doctrinam Evangelicam, juſtificavit per baptiſmum, glorificavit per dona Spiritus. Ad hunc modum Paulus gradibus quibuſdam, ab eo quod eſt omnium primum, pervenit ad id quod eſt omnium ſummum, quo res eſſet firmior & abſolutior. Quod ſi quis durius exiſtimet, me tollere præſcientiam hoc loco, ſciat ad eum modum interpretatum eſſe Theophylactum Græcum Interpretem, &, quo quidam credent libentius, recentem, qui hoc putat intereſſe inter πρόγνωσιν & προορισμὸν ſive ὁρισμὸν, quod illud ſit minus firmum, hoc firmius: quin etiam ubi Petrus ſcribit προεγνωσμένου μὲν πρὸ καταβολῆς κόσμου: quo loco *præſcitos* erat vertendum juxta horum ſententiam, nec Lyranus veretur exponere *præordinatos*. Et Thomas indicat fuiſſe, qui hoc loco *præſcientiam* aliud quiddam fuerint interpretati, nempe præparationem ad gratiam, quam pro tempore Deus oſtendit in ſanctis, ne videlicet nihil intereſſet inter *præſcire* & *prædeſtinare*, quorum commentum idem merito rejicit. Quanquam nec Origenes hoc loco probat, ut πρόγνωσιν, id eſt, *præſcientiam*, juxta communem ſenſum accipiamus, juxta quem Deus & perituros præſcivit, ut jam falſum ſit, quoſcunque præſcierit, eoſdem & prædeſtinaſſe. Verum ſicuti divina Scriptura, juxta conſuetudinem ſermonis ſui, *cognoſci* dicit eos, quos Deus affectu complectitur, *Non novi vos*, &, *Novit Dominus viam juſtorum*: ita hîc *præcogniti* dicuntur. Neque vero me clam eſt quoſdam ex hoc loco quæſiſſe campum exercendi ingenii, in quo de præſcientia deque prædeſtinatione Dei philoſopharentur, videlicet Origenem, divum Auguſtinum, Thomam Aquinatem, & poſt hos omnes Theologorum Scholas, quorum ego induſtriam non improbo. Verum hic ſenſus, quem oſtendimus, mihi videtur ſimplicior magiſque germanus. Quod ſi cui diverſa placent, per me ſuo quiſque judicio fruatur. Nos admonemus, non præimus, & ita noſtra conferimus in medium, ut nullius omnino ſententiæ præjudicemus.

41 *Illos & magnificavit*] Græce eſt ἐδόξασε, id eſt, *glorificavit*, nimirum per dona Spiritus & adoptionem cœleſtem: & rectius

32 καθ' ἡμῶν; Ὅς γε τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται; 33 Τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν Θεοῦ; Θεὸς 34 ὁ δικαιῶν. Τίς ὁ κατακρίνων; Χριστὸς ὁ ἀποθανὼν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐγερθεὶς, ὃς καὶ ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν. 35 Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ; θλίψις; ἢ στενοχωρία; ἢ διωγμός; ἢ λιμός; 36 ἢ γυμνότης; ἢ κίνδυνος; ἢ μάχαιρα; Καθὼς γέγραπται, Ὅτι ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν 37 ἡμέραν, ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς. Ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν, διὰ τοῦ ἀγαπήσαν-

mus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? 42 Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quî fieri potest, ut non & cum eodem 43 omnia nobis donet? 44 Quis intentabit crimina adversus electos Dei? Deus est qui justificat. Quis ille qui condemnet? Christus est, qui mortuus est, imo qui & suscitatus est, qui etiam est ad dexteram Dei, qui & intercedit pro nobis. 45 Quis nos separabit a dilectione Dei? num afflictio? num angustia? num persequutio? num fames? num nuditas? num periculum? num gladius? Quemadmodum scriptum est, Propter te morti tradimur tota die, habiti sumus 46 velut oves destinatæ mactationi. Verum in his omnibus 47 supe-

ctius erat *eosdem*, quam *illos*. Ambrosius legit *magnificavit*. Origenes edisserens hunc locum legit *glorificavit*: licet adscripserint contextum ex nostra Editione Vulgata.

42 *Qui etiam proprio Filio suo*] *Suo* redundat apud nos: nam satis erat ἰδίου, id est, *suo* vel *proprio*. Certe *suo* non additur in vetustis exemplaribus, nec apud Augustinum, qui hunc locum adducit libro *de Doctrina Christiana* quarto, capite vigesimo. Quin & Ambrosius aliquot locis hoc testimonium adducit juxta Græcorum lectionem. Hilarius libro *de Triade* sexto hoc etiam annotandum putavit, quod dixit *proprio Filio* potius quam *suo*.

43 *Omnia nobis donavit*] χαρίσεται, id est, *donabit*, futuri temporis: atque ita exponit Ambrosius ac Chrysostomus, & huic consentiens Theophylactus, etiamsi reclamant antiqui codices & Veterum citationes. Proinde suspicor variatum in Græcis exemplaribus, in quorum nonnullis scriptum fuerit ἐχαρίσατο, pro χαρίσεται. Uterque sensus bene habet. Suspicor offensum quempiam, quod nondum omnia nobis videantur donata a Deo, mutasse verbi tempus. Sed nihil vetat donationem jam peractam esse, quæ decreto constat, licet nondum sit plena donati possessio.

44 *Quis accusabit adversus electos Dei*] Τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν τοῦ Θεοῦ; id est, *Quis accusabit*, aut *Quis crimen intendet adversus electos Dei?* Faber ita legit, ut κατὰ accipiatur pro ὑπὲρ, id est, *Quis accusationem instituet pro electis Dei*, in defensionem electorum adversus inimicos. Verum hoc quidem loco sensus Pauli manifestus est, si interrogationem intelligamus efficere negationem, ut sit sensus, Neminem ausurum criminare eos, quos Deus non solum vocavit, sed etiam elegit. Proinde quæ sequuntur, usque ad illum locum, *Quis nos separabit a charitate*, sub eadem interrogatione sunt legenda, ut intelligas ἀδύνατον. Quanquam audimus hæc etiam in templis publicitus pronunciative legi, non interrogative. Sic enim habent plerique codices vulgati, *Quis est qui condemnet?* Huic percontationi velut respondentia subjiciuntur: *Christus Jesus qui mortuus est, imo & resurrexit, qui est ad dextram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Annotavit hunc locum Augustinus libro *de Doctrina Christiana* tertio, capite tertio. Quanquam ille quidem aliquanto secus distinguit hunc sermonem, quam nos vulgo facimus. Quum enim indicasset differentiolam inter *percontationem* & *interrogationem*, quod ad *percontationem* multa responderi possent, ad *interrogationem* vero, non, aut etiam, subjicit: *Pronunciabitur ergo ita, ut post percontationem, qua dicimus*, Quis accusabit adversus electos Dei? *illud quod sequitur sono interrogantis enuncietur*, Deus qui justificat? *ut tacite respondeatur, non. Et iterum percontemur*, Quis est qui condemnet? *Rursusque interrogemus*, Christus Jesus qui mortuus est? Magis autem qui resurrexit? qui est in dextera Dei? qui & interpellat pro nobis? *ut ubique tacite respondeatur, non.* Ad eumdem modum distinxisse Ambrosium colligere licet ex his verbis, quibus hunc enarrat locum: *Deum qui nos justificat, accusare nos negat. Simul & Christum damnare nos non posse, quia eo affectu dilexit nos ut moreretur pro nobis, & resurgens semper causas nostras agit apud Patrem.* Origenes videtur more nostro duas particulas hasce conjungere: *Deus qui justificat, quis est qui condemnet*: pugnat enim *justificare* & *condemnare*. Deinde, *Christus Jesus qui mortuus est*, & cætera, non videtur legere velut a percontante dicta, sed ab enunciante, non ut respondeatur superiori interrogationi, quæ jam absoluta est, subaudito *Nullus*: sed ut sit nova coacervatio argumentorum: sitque hic sensus, *Deus est is qui justificat, quis erit ille qui condemnet? Christus est is qui mortuus est pro nobis, imo qui & resurrexit, & sedens ad dexteram Dei Patris interpellat pro nobis, quis accusabit electos aut quis condemnabit?* ut ex tot argumentis simul congestis pariter consequatur, neminem fore qui nos vel criminetur vel condemnet. Ac mihi quidem hæc lectio germanior esse videtur, vel ob hoc quod alioqui nihil magnum colligi videbatur, si conficiatur, Patrem non accusaturum electos, quum justificet, aut Christum non condemnaturum, quum interpellet pro nobis. Illud efficacius, quum habeamus judicem Deum nos justificantem, Filium Dei pro nobis mortuum & adhuc pro nobis interpellantem, nihil esse quod ullius metuamus criminationem. Nec Chrysostomus, nec Theophylactus hîc meminerunt percontationis, sed hæc, *Christus Jesus qui mortuus est*, & cætera, pronunciative legunt, non dissentientes ab Origene. Poterat hæc pars connecti cum sequenti, *Quis ergo nos separabit*, & cætera. Consequens enim est, ut eum, qui sic nos amavit, ut pro nobis mortuus sit, pro nobis resurrexerit, jamque Patri dexter assidens non desinat agere causam nostram, constanter redamemus, etiamsi qua dura fuerint illius causa ferenda: sed hanc distinctionem non video quemquam Interpretem esse sequutum. Multum autem lucis accessisset orationi, si Interpres addidisset unam syllabam, *Deus est qui justificat*: &, *Christus est qui mortuus est.* Nam apud Græcos articuli reddunt orationem satis perspicuam: Θεὸς ὁ δικαιῶν, τίς ὁ κατακρίνων; *Deus est ille qui justificat, quis est ille qui condemnet?* Χριστὸς ὁ ἀποθανὼν, *Christus est ille qui mortuus est*, & cætera, ut hîc repetatur quod præcessit, τίς ὁ κατακρίνων; *quis est ille qui condemnet.*

45 *Quis ergo nos separabit*] *Ergo* additum est a Latinis, & melius omittitur. Nam si separes hunc sermonem a superioribus, videtur Paulus veluti subito raptus affectu in hanc ceu exclamationem prorupisse ob tanta fiduciæ argumenta quæ præcesserunt. Ita videtur Theophylacto juxta Chrysostomi sententiam, qui separat. Sin conjunctim legas, melius cohærerent, sublata conjunctione, quum Deus & Christus sit talis erga nos, *quis nos separabit a charitate? Charitas* autem hîc active videtur accipi, ἀγάπη, nempe qua nos dilexit Deus, & ad redamandum provocavit. Minoris est momenti quod Ambrosius legit, *a charitate Christi*: Origenes, *a charitate Dei.* Totum autem hunc locum Augustinus libro *de Doctrina Christiana* quarto capite vigesimo profert velut exemplar orationis, quæ vehementiam, hoc est, δείνωσιν, cum ornatu conjunxerit. Jucunditas enim orationis partim est in gradationibus *præscivit, prædestinavit, vocavit, justificavit, magnificavit*: partim in similiter desinentibus & cadentibus, προώρισεν, ἐκάλεσεν, & cætera: rursus ὑπὲρ ἡμῶν, καθ' ἡμῶν: partim in ejusdem vocis iteratione, quam *Traductionem* vocant, ut in proximo exemplo, ἡμῶν, ἡμῶν: tum in contrariis, *justificat*, & *condemnat*: *mors, vita*: *instantia, futura*: *altitudo, profunditas.* Nam comparia & asyndeta faciunt etiam ad δείνωσιν, quemadmodum & interrogatio. Totus autem hic sermo percontationibus & interrogationibus scatet. Quod si quis distinguat acrimoniam seu contentionem orationis a granditate, qui tertius est apud Rhetores dictionis character, ad acrimoniam facit interrogatio vehementior etiam asseveratione. Nam vehementius est, *quomodo etiam non cum illo nobis omnia donabit?* quam si dixisset, *Haud dubie & omnia nobis cum illo donabit.* Hac enim fiducia manifestæ veritatis sic urgetur auditor, quasi non habeat quod respondeat. Item acrius est, *an tribulatio, an angustia, an persequutio, an fames*, quam si negasset. Ad idem faciunt incisa, ab eadem dictione incipientia, sicut modo retuli, velut & in illo, *neque mors, neque vita, neque angeli*, & cætera. Grandem autem orationem illa proprie reddunt, quod velut afflatus Numine nihil humile loquitur. Proponit enim magnifice, *Scimus quod diligentibus Deum omnia*, & cætera. Deinde totus sermo constat magnificis tum rebus, tum personis: *mors, vita, fortitudo, altitudo*: *Deus, Christus, ad dexteram Dei, Angeli, principatus, virtutes.* Quin & illud magnificum, *in his omnibus* ὑπερνικῶμεν: &, *Certus sum enim.* Quid unquam Cicero dixit grandiloquentius.

46 *Sicut oves occisionis*] Testimonium sumptum est ex Psalmo quadragesimo tertio. Porro quod Interpres vertit *occisionis*, Hebraice est טִבְחָה, quod magis apud illos sonat *mactationem*: ea est quum lanius contrectat & explorat pecudem, num idonea sit ut juguletur. Siquidem simile quiddam est apud Latinos *mactatio*: unde Horatius:

Mactata veniet lenior hostia.

Proinde *oves occisionis* dixit, pro eo quod est, *oves occisioni destinatæ.* Cæterum hoc loco fuerat Interpreti prætermittenda conjunctio ὅτι, quid enim hic sermo significat Latinis, *Scriptum est quia propter te mortificamur*; nisi ob id Scripturam esse proditam, *Quia nos propter Deum mortificamur tota die.* Apud Græcos varia est hujus conjunctionis vis, apud nos non item: quoties autem habet vim confirmandi, præstabat omittere, si velimus loqui Latine. Fateor Ecclesiasticos frequenter *quoniam*, & *quia*, sic usurpare, ut vel confirment, vel accipiantur εἰδικῶς, præsertim utentes Scripturarum testimoniis, sed non ideo Latine dicitur.

47 *Superamus propter eum*] ὑπερνικῶμεν, id est, *supervincimus*, ut plus aliquid intelligas, quam *vincimus*: sed res tantas etiam facile vincimus, omnibus illis malis superiores. Ita Theophylactus. Deinde, *per eum qui*, & cætera; non, *propter eum*, διὰ τοῦ. Augustinus libro *de Civitate Dei* vigesimo secundo capite vigesimo tertio refert hunc ad modum: *in his omnibus supervincimus per eum qui dilexit nos.* Ad eumdem modum citat libro *de Doctrina Christiana* quarto capite vigesimo. Itidem legit & Origenes sic edisserens: *Et ideo*, inquit, *in his omnibus superamus, non nostra virtute, sed per eum qui dilexit nos.* Divus autem Basilius ad Amphilochium *de Spiritu Sancto* capite octavo ita refert: Per eum: *ut si legas* propter eum, *corruat illius argumentatio.* Ambrosius tamen legit *propter*: intelligens nos in tantis afflictionibus infracto animo perdurare amore Christi, qui nobis tantum impenderit, quodammodo rependentes illi moriendi vices. Ipsius Ambrosii verba sunt hæc, si quis forte requiret: *Et quid mirum, si servi moriantur pro bono domino, quando dominus mortuus est pro servis & malis? Vincunt ergo beneficia & exhortantur animum ad perseverandum propter eum* qui

38 σαντος ἡμᾶς. Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, 39 οὔτε δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, Οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτε τὶς κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

IX. κδ 1 Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς μου, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, 2 Ὅτι λύπη μοι ἐστὶ μεγάλη καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη 3 τῇ καρδίᾳ μου. Ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν 4 συγγενῶν μου κατὰ σάρκα, Οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται, ὧν ἡ υἱοθεσία, καὶ ἡ δόξα, καὶ αἱ διαθῆκαι, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ λατρεία, καὶ αἱ ἐ- 5 παγγελίαι, Ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς, τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶ-

A superamus; per eum qui dilexit nos. 38 Nam mihi persuasum habeo, quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque instantia, 39 neque futura, Neque altitudo, neque profunditas, neque ulla creatura alia poterit nos separare a dilectione Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.

IX. 1 Veritatem dico in Christo; non mentior, [1] attestante mihi simul conscientia mea, per Spiritum sanctum, 2 Quod dolor mihi sit magnus & assiduus cruciatus cordi meo. [2] 3 Optarim enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis cognatis meis secundum carnem, 4 Qui sunt Israelitæ, [3] quorum est adoptio, & gloria, [4] & testamenta, & [5] legis constitutio, [6] & cultus, [7] & promissiones, 5 Quorum sunt patres, & ii ex quibus est Christus, quantum attinet ad car- B nem, [8] qui est in omnibus Deus laudandus in secula, amen.

qui dilexit nos. Nobiscum faciunt Chrysostomus & Theophylactus, & legentes & interpretantes, *non mirum esse si tantis malis superiores evadimus, quum Deum habeamus propugnatorem.* Atque hanc arbitror germanam lectionem. Nam quoniam magnifica quædam dixerat Apostolus, suo more gloriam omnem transfert in Christum.

48 *Certus sum enim*] Πέπεισμαι γὰρ, id est, *Persuasus sum*, sive *Confido*, ut vertit divus Hieronymus ad Algasiam quæstione nona. Atque ita legit Ambrosius.

49 *Neque futura, neque fortitudo*] *Fortitudo* apud Græcos non legitur, nec habet ad quod respondeat, quum *instantia*, id est, *præsentia*, respondeant *futuris*, *altitudo profunditati*. Quanquam in eo, quem modo citavi, loco divus Hieronymus addit *fortitudo*, sed omissis *virtutibus*, quas Græcus δυνάμεις legit: C quas Hieronymus, ut videtur, dixit *potestates*. Apud Ambrosium nonnihil ab hac diversa reperitur lectio, novem duntaxat partes recensentem: *Neque mors, neque vita, neque angelus, neque virtus, neque altitudo, neque profundum, neque præsentia, neque futura, neque alia creatura.* Atque ita legisse Ambrosium palam arguit & ipsius interpretatio. Ex quo liquet, quod loco *fortitudinis*, apud nos non suo loco positæ, ille posuerit proximam *Angelis virtutem*, quam refert ad miraculum. Cæterum *principatuum* non meminit, etiamsi Origenes inter enarrandum nonnihil attingit de *principatibus*, nec alioqui anxius hoc loco in recensendis hujus *synathrœsmi* partibus. Augustinus in explicandis hujus Epistolæ quæstionibus aliquot recenset *mortem*, *vitam*, *angelum*, *principatum*, *præsentia*, *futura*, *virtutem*, *altitudinem*, *profundum*, & *aliam creaturam.* Verum fere fit, ut in hujusmodi singulorum catalogo nominum varient alicubi codices, labentibus memoria Scribis.

1 T*Estimonium mihi perhibente conscientia mea*] Quum sit συμμαρτυρούσης, aut conscientiæ testimonium intelligitur aliis testimoniis accedere: aut juxta vulgatam loquendi D formam conscientiæ persona affingitur, veluti quum alloquimur animum nostrum, sive quum dicimur cum animo nostro rixari, quum animus sit qui sibi loquitur: aut otiosa est præpositio σύν. Certe nemo Veterum, quod sciam, annotavit hujus vim hoc quidem loco.

2 *Optabam enim ego ipse*] *Anathemata* Græcis dicuntur res Diis dicatæ, & in hoc sepositæ. Vide Lector, num accipi possit Ηὐχόμην ἄν, δυνητικῶς pro *Optarem*, sive *Optarim*, etiamsi non additur ἄν, ut accipias *Optarim si fieri posset.* Porro illud *a Christo* refertur ad anathema: quasi dicas, quiddam sepositum & alienum a Christo. Siquidem ἀναθήματα dicuntur dona in templis dicata Numinibus: unde & Veteres *sacrum* in malum sensum usurpabant: ut Horatius,

------ *sacer intestabilis esto.*

Et Virgilius,

E *Auri sacra fames.* ------

Hieronymus ad Algasiam quæstione nona putat hîc *anathema* accipi posse pro occisione corporali, non pro exitio mentis: verum reclamat quod sequitur, *a Christo.* Proinde ridet Chrysostomus quorumdam nugale commentum, qui voluerint ἀνάθεμα positum pro κειμήλιον, hoc est, pro re cara seposita, quam vulgo vocamus *cleinodium.* Notat & illud quod dixerit, αὐτὸς ἐγώ, quum alterum pronomen videatur superesse: verum emphasim habet, Ipse qui tantum laborarim, ne sejungar a Christo, mihi videtur & singularitatis habere significationem, unus pro tam multis optarim perire, si liceat.

3 *Quorum adoptio filiorum*] ὧν ἡ υἱοθεσία, id est, *quorum adoptio*: sicut admonuimus & antea. Interpres voluit explanare vim Græcæ vocis, quod adoptentur & fratres aut nepotes. Augustinus F non addit *filiorum*, libro adversus Faustum tertio, capite tertio: qua de re supra dictum est copiosius.

4 *Et testamentum*] καὶ διαθῆκαι, id est, & *testamenta.* Atque ita refert Augustinus libro adversus Faustum duodecimo, in libris manu descriptis, ac mox disserens in hunc locum repetit *testamenta*: ad filios enim tabulæ testamenti pertinent. Ita legit Hieronymus ad Algasiam quæstione nona, interpretans alterum in littera, alterum in spiritu. Atque ita scriptum est in vetustissimis exemplaribus Latinis, quanquam Hieronymus putat hoc verbum apud Hebræos, unde ductum est a nostris, magis sonare *pacta*, quam *testamenta.*

5 *Legislatio*] ἡ νομοθεσία. Græcis unicum est verbum, quod ad omnes leges condendas pertinet, non solum ad unam. Augustinus in libello, quem scripsit adversus adversarium legis, legit *legis constitutio.* Sentit enim Paulus gloriam a Deo conditæ Legis penes illos fuisse.

6 *Et obsequium*] ἡ λατρεία, id est, *cultus*, sive *religio*: quod alibi vertit *servitutem.* Sentit autem officia sacerdotalia, & ritus ac ceremonias sacrorum, interprete Origene. Quis autem per *obsequium* quicquam tale Latinus intelligeret? *Obsequium* enim dicitur morem gerentis alienæ voluntati, quod frequenter sonat in malam partem. Certe nemo Latine loquentium pro Numinis cultu usurpavit: sed Interpres vulgari sermone loquutus est.

7 *Et promissio*] ἐπαγγελίαι, id est, *promissiones*, aut *promissa*, ut legit Ambrosius.

8 *Qui est super omnia Deus*] Locus hic trifariam potest distingui: primum ut hæc particula, *qui est super omnia*, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων, adhæreat superioribus, & separetur a sequentibus sic: *Ex quibus Christus juxta carnem, qui Christus est super omnia*, sive *qui erat super omnia.* Ne quis enim suspicaretur Christi dignitatem imminutam per assumptam hominis naturam, respiciens ad divinitatem, adjecit, *qui est super omnia.* Hæc distinctio tribuit divinitatem Christo, quod nihil sit super omnia præter unum Deum. Nam ἐπὶ positum est pro ἐπάνω: deinde interjecto colo sequatur, *Deus benedictus in secula*, ut hæc sit gratiarum actio ex contemplatione tantæ charitatis erga genus humanum, ut Deus Filium Deum nostra causa voluerit corpus humanum assumere. Verum in hac lectione in ὁ ὢν articulus propemodum superest, in Θεὸς εὐλογητὸς deest. Altera lectio sic habet, ut totus sermo sibi cohæreat: *Ex quibus Christus secundum carnem, qui Christus quum sit Deus super omnia, benedictus est*, sive *sit in secula.* Hæc lectio evidentissime pronunciat Christum Deum, mollior tamen futura, si pro ὁ ὢν scriptum fuisset ὃς ὤν. Tertia nihil habet incommodi, quod ad sermonis rationem attinet: *Ex quibus Christus juxta carnem.* Hîc colon finit sententiam: mox ex consideratione tantæ Dei bonitatis subjicitur gratiarum actio, ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, id est, *Deus qui est super omnia, sit benedictus in secula*: ut accipiamus & Legem datam & Testamentum & Prophetias & Christum denique humano corpore missum, hæc omnia Deum ineffabili consilio procurasse, ad redimendum genus humanum, atque hîc si Deum accipias pro tota Triade sacra, quod frequenter fit in Sacris Litteris, veluti quum jubemur solum Deum adorare, & illi soli servire, non excluditur Christus: sin pro persona Patris, quod apud Paulum est frequens, præsertim si eodem in loco fit mentio Christi aut Spiritus, quanquam ex aliis Scripturæ locis sole clarius est Christum non minus vere dici Deum quam Patrem aut Spiritum sanctum: tamen hic locus non est efficax ad revincendos Arianos, quando nihil vetat quo minus ad Patris personam referatur. Itaque qui contendunt ex hoc loco evidenter evinci, Christum aperte dici Deum, aut videntur aliis Scripturæ testimoniis parum fidere, aut nihil ingenii tribuere Arianis, aut parum attente contemplati sermonem Apostoli. Similis locus est hujus Epistolæ capite undecimo, ubi Patrem dicit benedictum in secula: *Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui est benedictus in secula.* Nam illic apud Græcos *benedictus* non potest nisi ad Patrem referri. Ambrosius subindicat fuisse, qui conarentur hæc ad Patrem detorquere, maxime quum hîc præcesserit Filii mentio. Id quoties fit, Apostolus solet *Dei* vocabulo signare gignentis personam. Ambrosius autem, qui contendit non posse locum hunc intelligi nisi de Filio, videtur cessurus, si proferant aliam personam, in quam hic sermo competat: atqui id esse facillimum ipsa loquitur res. Qui post Arium prostratum fuerunt, magna contentione hoc agunt, ne possit aliter quam de Filio accipi, quorum est Theophylactus, qui nominatim admonet hoc loco refelli Arianorum impietatem, qui solum Patrem volebant vere proprieque dici Deum. Illud mirum quod similia disserit in Commentariis Origenes, indicans id temporis fuisse, qui non audebant Christum appellare Deum, ne plures Deos facere viderentur. Verum verisimile est hunc locum ab Hieronymo, aut si quis alius fuit Interpres, fuisse correctum in Commentariis, qui initio operis non dissimulat sese quædam adjecisse de suo, tantaque libertate est usus, ut interdum conferat Græcorum exemplaria cum Latinis. Et divus Hieronymus objicit Ruffino, quod in libris, quos ex Origene verterat, omnes illius errores reliquerit, præter quam de Personis Divinis, quod tam insignem blasphemiam sciret Romanis auribus prorsus intolerabilem fore. Docebat enim Origenes Filium esse creaturam, Spiritum sanctum creaturæ ministrum. Quî consistit igitur Origenem adversus Arianorum dogma pugnare, quod illi ex ipsius libris hauserant, ac multis post annis cum suo dogmate damnati sunt? Dixerit aliquis Origenem hîc correxisse, quod in libris περὶ ἀρχῶν impie disseruerat. Atqui Hieronymus adversus Ruffinum negat in illius scriptis inveniri, ubi catho-

6 αἰῶνας, ἀμήν. Οὐχ οἷον δὲ, ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ· οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰ-
7 σραήλ. Οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ, πάντες τέ-
8 κνα, ἀλλ' ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα· Τουτέστιν, οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς, ταῦτα τέκνα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας, λογίζεται εἰς σπέρ-
9 μα. Ἐπαγγελίας γὰρ ὁ λόγος οὗτος, Κατὰ τὸν και-
10 ρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσται τῇ Σάῤῥᾳ υἱός. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα Ἰσαὰκ
11 τοῦ πατρὸς ἡμῶν. Μήπω γὰρ γεννηθέντων, μηδὲ πραξάντων τὶ ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν τοῦ Θεοῦ πρόθεσις μένῃ, οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος,

amen. 9 Non autem hæc loquor, quod exciderit sermo Dei: 10 non enim omnes qui sunt ex Israel, sunt Israel. 11 Neque quia sunt semen Abrahæ, statim omnes filii, sed per Isaac nominabitur tibi semen: Hoc est, non qui filii carnis, ii filii Dei, sed qui sunt filii promissionis, recensentur in semen. 12 Promissionis enim sermo hic est, 13 In tempore hoc veniam, & erit Saræ filius. 14 Non solum autem hoc, sed & Rebecca 15 ex uno conceperat Isaac patre nostro. Nondum enim natis pueris, quum neque boni quippiam fecissent neque mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante, Di-

catholice loquutus sit de dogmatibus, de quibus in libris περὶ ἀρχῶν scripsit hæretice. Chrysostomus licet non excludat Filii divinitatem, tamen hujus testimonii telo non utitur adversus Arianos, quod tamen ille solet per occasionem facere libenter. Quoniam autem subobscure videtur hunc interpretari locum, commentum quod ad hunc attinet locum bona fide adscribam: *Nam & adoptio*, inquit, *fuit gratiæ Dei, & gloria & promissiones, & lex, quæ omnia considerans animo ac reputans quantum Deus cum Filio suo studium adhibuerit ad servandos Judæos, vehementer exclamavit, dicens*, Qui est benedictus in secula, amen; *pro omnibus his gratiam referens ad unigenitum Dei. Quid enim*, inquit, *si cæteri maledicunt? Nos tamen, qui novimus illius arcana, & ineffabilem sapientiam, multamque providentiam, certo scimus illum esse dignum qui glorificetur, non qui conviciis incessatur*, & cætera. Primum hunc locum conjunctim interpretatur de Patre & Filio, quum in contextu nulla sit mentio Patris, nisi nomine Dei intelligatur: deinde quum ait gratiarum actionem pro omnibus quæ commemoravit reddi unigenito Dei, significat hæc verba, *benedictus in secula*, referenda ad Filium, cui Judæi maledicebant, quod aliis promisisset, aliis exhiberet promissum. Atqui hæc particula non potest ad Christum pertinere, nisi ad eumdem & illa referantur, *qui est super omnia Deus*. Frivolum enim arbitror, quod aliquis forte posset quartam lectionem comminisci, ut hæc particula, *qui est super omnia Deus*, per parenthesim sit interjecta contextui, veluti subito raptu mentis, tanquam ab admirante divini consilii profunditatem, cui sic placuit genus humanum redimere: quemadmodum Thomas Apostolus in absolutam orationem pronunciavit, *Dominus meus & Deus meus*: reliquus sermo cohæreat, *ex quibus Christus secundum carnem, benedictus in secula*. Ex Scriptura, quæ nonnunquam vitiatur a Scribis, non potest duci certum judicium. Eam apud Chrysostomum ita distinctam reperi, αἱ ἐπαγγελίαι, ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα. Hic interposito colo sequitur, ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς, hinc addita hypostigme, sequitur, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας: quæ distinctio reddit, ut dictum est, hanc sententiam: *Ille qui est super omnia, nempe Deus, sit benedictus in secula.* Eadem erat apud Theophylactum, nisi quod post Θεὸς non addebatur hypostigme. Sanctus Cyprianus adversus Judæos libro secundo capite quinto adducit hunc locum, omissa *Dei* mentione. Itidem Hilarius enarrans Psalmum centesimum vigesimum secundum: quod incuria Librariorum esse omissum videri potest. Etiam Chrysostomus nullam dat significationem se hoc loco legisse *Deus*: quæ vox poterat adjecta videri a studioso quopiam, velut exponente, quis esset ille super omnia, nimirum Deus. Nec est quod hic vociferemur Christum spoliari divinitate, quum idem dicat periphrasis, quod nomen Dei, veluti si quis pro Deo dicat, cœlestium ac terrestrium conditor. Quiescant igitur isti, qui gloriæ studio titillati, ad omnem occasionem tumultuantur, quasi ruitura sit Ecclesia: sive hic omittatur *Dei* vocabulum, nihil refert ad sententiam, quum periphrasis aptius præstet sensum, quam solum *Dei* nomen. Ut enim hæc omnia, quæ commemoravit de adoptione, gloria, testamentis, legislatione, cultibus, ac promissis, deque patribus, ex quibus Christus juxta carnem ortus est, declaret non fortuito facta, sed admirabili Dei providentia, qui tot modis procuravit salutem humani generis, non simpliciter dixit Deus, sed is qui rebus omnibus præest, omnia suo divino consilio dispensans moderansque, cui dicit deberi laudem in omne ævum, ob tam insignem erga nos charitatem, cui maledicebant Judæi, dum Filium illius unicum blasphemiis impeterent. Ergo nihil decedit gloriæ Dei, etiamsi non addatur hoc vocabulum: sive hic locus refertur ad totam Triadem, non excluditur Filius, quemadmodum nec Spiritus sanctus: sive proprie refertur ad Patrem, qui promisit ac misit Filium suum ad redimendum hominum genus, ex aliis Scripturarum locis abunde demonstrata est Christi divina natura: nec arbitror hodie quemquam esse Christianæ professionis, cujus aures laturæ sint hac de re dubitantem. Cæterum si Ecclesia doceat hunc locum non aliter interpretandum quam de divinitate Filii, parendum est Ecclesiæ, verum hoc nihil ad revincendos Hæreticos, aut eos qui non audiunt nisi Scripturam: sin dicat hunc locum non posse aliter exponi juxta Græci sermonis proprietatem, hoc asseverat quod ipsa mox refellit res. Jam & illud in conspicuo est, ὁ ἐπὶ πάντων bifariam accipi posse, *super omnia*, aut *super omnes*, utramque lectionem attingit Interpres Origenis; absolutius est *super omnia*, sed *super omnes* magis proprie competit Christo, ut præferatur & Patriarchis & Prophetis & Mosi, veluti filius unicus servis aut etiam amicis. Superest una lectionis varietas, potest enim ἐπὶ πάντων referri ad *benedictus*, ut accipiamus Christum super omnes aut super omnia laudandum in æternum. Mihi nec articulus videtur otiosus in τὸ κατὰ σάρκα, quum alioqui videatur supervacaneus: habet enim expressiorem vim excipiendi. Alioqui poterat Christus simpliciter videri natus ex Judæis, nec aliud fuisse quam homo: nunc articulus velut excludit hanc cogitationem, τὸ κατὰ σάρκα, hoc est, duntaxat quod ad corpus attinet humanum: nam juxta meliorem naturam ex Deo natus est Deus, quemadmodum ex patribus homo.

9 *Non autem quod exciderit verbum Dei*] Οὐχ οἷον δὲ, ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ. Quod ita vertas licebit, *Non autem velut exciderit verbum Dei*: id est, quod sic opto, ceu desperans illos, non est tale ut putem promissa divina irrita fuisse, quum Deus promiserit salutem Israëli: & tropus habet eclipsim. *Non autem hæc dico, quod* & cætera. Sic & Latini, *non quod*, sed addita conjunctio facit orationem aliquanto duriorem.

10 *Non enim omnes ex circumcisione*] *Ex circumcisione* non est apud Græcos, sed ad hunc modum, οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραήλ. *Non enim omnes qui sunt ex Israël, hi Israël*, ut subaudias *sunt*: nam secundo loco gentem ipsam vocat Israël. *Non omnes orti ex stirpe Israëlis, sunt Israëlitæ.* Nec id rarum est in Sacris Libris, *Judam* non pro homine poni, sed pro gente, & *Jacob* pro Hebræis ipsis usurpari. Cæterum video Veteres fere consentire in interpretatione hujus nominis, quorum de numero est & Origenes & Hieronymus, ut *Israël* interpretentur *virum videntem Deum*, quum hæc vocis interpretatio non quadret loco Genesis trigesimo secundo, ubi nomen commutatur *Jacob*. *Nequaquam Jacob appellabitur nomen tuum, sed Israël, quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis?* Hic enim indicat ideo commutatum nomen, quod adversus Angelum in lucta prævaluisset. Hæc est enim illa vis, qua Deus gaudet nos irrumpere in regnum cœlorum, fide ac precibus improbis ab eo extorquere benedictionem, quam non promerebamur, quaque martyres dum tentantur variis afflictionibus usque ad vitæ contemptum perseverant in professione nominis Jesu. Solus Tertullianus mihi videtur rectam interpretationem attingere libro adversus Marcionem quarto: *Et alius*, inquit, *inscribitur in nomine Israelis. Quid enim sapientius & incontradicibilius confessione simplici & exerta in martyris nomine cum Deo invalescentis, quod est interpretatio Israëlis.* In hac sententia fuit Josephus: quam cur rejiciat Hieronymus non video, quum ipse interpretetur, *Si cum Deo princeps fuisti.* At principem esse in lucta cum Deo, est prævalere. Siquidem *cum Deo* hic idem valet, quod *adversus Deum:* quemadmodum pugnare dicimur cum eo, adversus quem pugnamus. Solus Theodotion vertit, *Fortis fuisti cum Deo.* Divus Hieronymus in Quæstionibus Hebraicis fatetur se opprimi auctoritate celebrium Auctorum, qui *Israël* interpretati sunt *virum* aut *mentem videntem Deum*. Eam porro interpretationem, quanquam alicubi sequitur, hic fortiter rejicit.

11 *Neque qui semen sunt*] Οὐδ' ὅτι, id est, *Neque quod*, sive *quia*: atque ita legit Ambrosius. Consentit cum hoc vetustissimum exemplar Paulinæ Bibliothecæ, unde hoc a Librariis est depravatum. Alioqui Interpres pro ὅτι legisse videtur ὅσοι. *Neque ideo statim sunt filii Abrahæ, quod ex illo ducant genus.*

12 *Promissionis enim verbum*] ὁ λόγος, *sermo*, sive *oratio*: neque enim unum ponit verbum.

13 *Secundum hoc tempus*] κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, id est, *in tempore hoc.*

14 *Non solum autem illa*] Οὐ μόνον, *illa* pronomen addidit Interpres, ut mitigaret Græcam figuram: idque haud perperam, quod tamen alias non est ausus.

15 *Ex uno concubitu*] ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα, id est, *ex uno concubitum habens.* Potest bifariam legi, *ex uno Isaac:* atque ita genitivus Græcus vertendus erat in ablativum Latinum, πατρὸς ἡμῶν, id est, *patre nostro*: aut, *ex uno*, subaudi *filio:* deinde, *concubitum habens*, id est, connubium patris nostri Isaac, ut intelligas ex una prole constitisse promissionem, videlicet Jacob: nam Esau rejectus est. Postremo, nisi intelligas ἦν, id est, *erat habens*, oratio videtur imperfecta, nisi repetas superiora. Imputabatur in numero filiorum Abrahæ quantum ad filios attinet, quum eos pariter ex eodem patre sustulisset: sed qui reprobatus est, non habitus est pro filio, nec huic profuit ex eodem patre progenitum fuisse. Porro *cubile habens* verecunde dixit pro eo quod est *concepit*. Laurentius Valla optimo jure refellit eos, qui hoc loco putant Rebeccam ex eodem concubitu concepisse geminos, quasi illud ad hanc rem pertineat, quoto coitu concepti sint Jacob & Esau. Imo Paulus ut adimat parentum fiduciam, proponit duos fratres ex eodem patre, eadem matre, simulque eodem die progenitos, quorum alter tamen rejectus sit. Quid, quod ne potest quidem *uno concubitu* cohærere, quum κοίτη apud Græcos fœminini generis sit, ἑνὸς masculini. Nec κοίτης legitur, sed κοίτην, id est, *cubile*. Quidam impudentissime meam criminatus est impudentiam, quod hunc locum recensuerim inter manifeste depravata. Audi gloriosum hominis sermonem: *Profecto si sic sunt cætera, quæ in illo catalogo locorum depravatorum recenset Desiderius, neque sint alia loca magis in Latina Editione depravata, vereor ne minus pudenter dictum sit, ut ne dicam impudenter, hunc locum ex infinitis manifeste depravatis unum esse.*

Hæc

12 τος, Ἐῤῥήθη αὐτῇ, Ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι.
13 Καθὼς γέγραπται, Τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἠσαῦ
κϛ 14 ἐμίσησα. Τί οὖν ἐροῦμεν; Μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; Μὴ
15 γένοιτο. Τῷ γὰρ Μωσῇ λέγει, Ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ,
16 καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω. Ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος,
17 οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. Λέγει γὰρ
ἡ γραφὴ τῷ Φαραὼ, Ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε,
ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου, καὶ ὅπως διαγ-
κζ 18 γελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Ἄρα οὖν ὃν θέλει
19 ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει. Ἐρεῖς οὖν μοι, Τί
ἔτι μέμφεται; τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀν-
20 θέστηκε; Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ, ὁ ἀν-
ταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; Μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ
21 πλάσαντι, Τί με ἐποίησας οὕτως; Ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν
ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆ-
σαι ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν;
22 Εἰ δὲ θέλων ὁ Θεὸς ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν,
καὶ

A Dictum est illi, 16 Major serviet minori. Sicut scri- 12 13
ptum est, Jacob dilexi, Esau vero odio habui. Quid 14
igitur dicemus? Num injustitia est apud Deum? Ab-
sit. Nam Mosi dicit, 17 Miserebor cujuscumque mi- 15
sereor, & commiserabor quemcumque commiseror.
18 Itaque non volentis est, neque currentis, sed mise- 16
rentis Dei. Dicit enim Scriptura Pharaoni, In hoc 17
ipsum te excitavi, ut ostendam in te potentiam meam,
& ut annuncietur nomen meum in tota terra. Itaque 18
cui vult miseretur, quem autem vult indurat. Di- 19
ces ergo mihi, 19 Quid adhuc conqueritur? nam volun-
B tati illius quis resistit? 20 Atqui, ô homo, tu quis es, 20
21 qui ex adverso respondes Deo? Num dicet figmen-
tum 22 ei qui finxit, Cur me finxisti ad hunc mo-
dum? An non habet potestatem figulus luti, ut 23 ex 21
eadem massa fingat 24 aliud quidem vas in honorem,
aliud vero in ignominiam. 25 Quod si Deus volens 22
osten-

Hæc ille. Atqui susceperat Interpretem defendendum, viamque monstrarat, ut si quid incideret quod excusari non posset, id Librariis imputaretur. Hoc quum hic faciam, tamen atrociter destomachatur: idque facit eò impudentius, quod hunc locum, quem dixi depravatum, ipse non possit expedire. *Quis*, inquit, *unquam dixit habere cubile pro concipere?* Imo quis unquam dixit *habere* pro *gravidam esse?* Atqui sic accipiatur hic necesse est, si legamus *ex uno concubitu.* Quid autem prodigii fuisset, si quum verecundiæ causa dicamus *esse cognitam a viro*, quæ rem habuit cum viro, & Paulus ad Hebræos XIII. *torum immaculatum* appellat castum usum conjugii, hic dixisset *habere cubile* pro *concipere*, seu *gravidam esse.* Non sic loquuntur Latini, fateor: sed probabile est sic fuisse loquutos Hebræos, quorum idiomata frequenter exprimit Apostolus. *Bene habet*, inquit, *ex uno concubitu, si pro κοίτην legamus κοίτου.* Nonne belle explicuit nodum? ego notavi vocem a Librariis depravatam, *concubitu* pro *concubitum:* ille mavult Apostoli sermonem depravatum haberi, quum nullus Græcus codex hoc habeat, neque quisquam Græcus ad eumdem modum interpretetur. Nam Chrysostomus & Theophylactus de parentibus iisdem meminerunt, deque eodem partu geminorum, de eodem concubitu nequaquam. Quis autem hoc novit, an gemini eodem coitu seminentur? Quod ait Theophylactum videri sentire de eodem coitu, fucum esse testantur ipsa verba quæ refert ex Theophylacto, qui sequutus suo more Chrysostomum indicat hoc interesse, inter exemplum Isaac & Ismaelis, & inter exemplum Esau & Jacob, quod illi patrem tantum habuerint communem, hi utrumque parentem, præterea gemini unicoque partu editi. In Origenis libere versi contextu habetur quidem *ex uno concubitu*: sed in enarratione nulla syllaba est quæ declaret illum ita legisse. Tantundem ex Irenæi verbis. Nec Ambrosius quicquam attingit de eodem coitu. Supersunt duo Latini, qui legisse videntur *ex uno concubitu:* sed, ut conjectandum est, decepti mendo codicum. Ad Scholiasten, qui falso dicitur Hieronymus, nihil respondeo. Augustinus non raro fallitur depravata scriptura, præsertim quum non consulit Græca exemplaria. Ubi nunc est igitur ille chorus Græcorum & Latinorum, qui legunt *ex uno concubitu?* Ambrosianus contextus habet, *ex uno concubitu habens Isaac patrem nostrum:* sed mendose, ni fallor. Nec enim Rebecca genuit Isaac, sed ex eo suscepit geminos Jacob & Esau. Nec multo commodior est nostra lectio. Proinde quidam offensi verbis nihil significantibus, adjectis verbis aliquot ita legebant, *Sed & Rebecca ex uno concubitu habens geminos filios*, quemadmodum indicat ac reprobat Lyranus. Et tamen ita vertit Interpres Theophylacti, quum apud auctorem Græcum nihil sit hujusmodi. At mihi videtur hoc ipsum quod superest incommodi posse tolli, si nominativum participii pro genitivo absolute posito accipias, ἔχουσα pro ἐχούσης, id quod Græci nonnunquam faciunt. At tum hic erit ordo: *Non solum autem Sara, quin etiam cum Rebecca gravida esset ex uno, eoque patre nostro.* Deinde veluti per parenthesim interjiciantur illa, *Nondum enim natis pueris, quum neque boni quippiam fecissent neque mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante*, succedat, ad quod respondet, *Dictum est illi*: ac deinde, *Major serviet minori.* Sanctus Augustinus in explicandis aliquot hujus Epistolæ quæstionibus refert hunc in modum: *Nondum enim nascentium nec agentium aliquid boni aut mali.* Sic tum, opinor, vulgo loquebantur.

16 *Major serviet minori*] *Major* & *minor* hic non ad ætatem proprie referuntur, sed ad vires & præcellentiam, *μείζων, ἐλάσσων.* Quanquam Hebræis altera vox est רַב, quæ *dignitate præeminentem* indicat, unde & *Rabbi* dictum, צָעִיר altera, quæ nonnunquam *adolescentulum* significat.

17 *Miserebor cui misertus sum*] Apud Græcos secus est, Ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω, id est, *Miserebor cujuscunque misereor, & commiserabor quemcunque commiseror*, id est, quemcunque decretum fuerit commiserari. Certe in priore sermonis hujus parte nobiscum faciebat codex Donatiani, in quo sic habebatur scriptum, *Miserebor, cui misereor.* Hic quoque Interpres minus feliciter copiam, ut solet, affectat, οἰκτειρήσω vertens in *misericordiam præstabo*, οἰκτείρω in *misereor.* Imo potius destituit illum necessaria copia. Siquidem Hebræis diversa sunt verba, quemadmodum & Græcis, quasi dicas, *Miserebor & condonabo*, sive *gratiam faciam.* Porro nove dictum est quod sequitur, *Scriptura dicit Pharaoni*, pro eo quod erat, *Scriptura refert dictum Pharaoni.*

18 *Igitur non est volentis, neque currentis*] Hanc particulam Chrysostomus *antithesin* vocat, quasi objiciatur ab adversario, qualis est & illa, *Ergo cui vult miseretur.* Sed ubi solutio? *O homo tu quis es*, & cætera.

19 *Quid adhuc queritur*] Τί ἔτι μέμφεται, id est, *Quid adhuc conqueritur*, aut *incusat?* subaudi *Deus.* Etiamsi Laurentius ac Stapulensis dissentiunt: quorum hic *queritur* impersonaliter accipi vult, ille passive: quanquam Laurentius nostram adjungit sententiam, ad quam interpretantur omnes Græci Interpretes. Primum μέμφεται non invenio ad istum modum positum, ut persona non addatur: deinde mea sententia probe quadrat iis quæ sequuntur: *O homo tu quis es, qui respondes Deo.* Ruffinus libro περὶ ἀρχῶν tertio sententiam reddit mutatis verbis, *Quid ergo adhuc culpamur?* Illud tantum admonendus est crassus Lector, *queritur* hoc loco a *queror* deponenti verbo, non a *quæro* activo dictum esse. Hic derideat qui volet grammaticulam annotatiunculam, modo sciat sanctum Thomam in hunc impegisse lapillum, nisi quod adjicit alterum sensum, sed priorem non rejicit.

20 *O homo tu quis es, qui* &c.] Μενοῦνγε ὦ ἄνθρωπε σὺ τίς εἶ; *Atqui ô homo tu quis es?* Cæterum Interpres inferius vertit, *Et quidem* Μενοῦν, hic dissimulavit. Est autem ἐναντίωσις tacita in vocibus, *homo*, & *Deus*: præterea emphasis haudquaquam otiosa, nihil enim homo, collatus Deo.

21 *Qui respondeas Deo*] ὁ ἀνταποκρινόμενος, id est, *contra respondens*: ut sane adducitur ab Origene Homilia in Exodum quarta: vel, *qui respondes adversus Deum*; quia dixerat, *Quid igitur habet quod queratur, si quæ vult facit?* Ac mea quidem sententia rectius erat *qui respondes*, quam *qui respondeas.* Jam enim fecerat respondentem. Nec enim indignatur quod respondeat, sed quod impie respondeat: nec deterret illum ne respondeat, sed objurgat quod sic ausus sit respondere. Origenes versus habet quidem *qui respondeas*, sed interpretatio declarat illum legisse *qui respondes*: indicans ideo huic imponi silentium, quod proterve Deo obmurmurasset: quemadmodum Dominus in Evangelio procaciter percontantes, qua auctoritate faceret quæ faciebat, aut eam potestatem unde accepisset, ne responso quidem ullo dignatus est, sed objecta quæstione, quam dissolvere non audebant, occlusit illis os. At reverenter sciscitantibus idem ubique placide respondet. In sententia non multum est discriminis, sed Græca vix recipiunt illud *respondeas.* Velut ante πᾶς ὁ κρίνων, non est versum, *omnis qui judices*: quemadmodum hujus Epistolæ capite decimo quarto, Σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην, Interpres vertit, *Tu quis es qui judicas alienum servum.* Nec Chrysostomi, nec Theophylacti, nec Ambrosii, nec Augustini interpretatio declarat potius esse legendum *qui respondeas*, quam *qui respondes.* Paranti respondere petulantius apte diceretur, *Tu quis es qui respondeas*: at objurganti eum qui jam respondit proterve, magis congruit, *Tu qui es qui respondes.* A malis servis sumpta est metaphora, qui quum dominorum jussis obmurmurant, responsatores dicuntur. Itaque sic hoc loco dictum est, *Quid facis homo responsans Deo?* Tractat hunc locum Augustinus in octoginta trium quæstionum sexagesima octava, refellens Hæreticorum calumnias, colligentium ob id Paulum ad convitia subito deflexisse, quod nodum quæstionis propositæ explicare non posset.

22 *Ei qui se finxit*] *Qui finxit* est Græce; & satis erat, τῷ πλάσαντι. *Se* pronomen supervacaneum est.

23 *Ex eadem massa*] ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος quod Augustinus adducit *ex eadem conspersione.* Sentit enim argillam humore maceratam temperatamque.

24 *Aliud in honorem*], τιμὴν καὶ ἀτιμίαν Laurentius rectius verti posse putat *decus ac dedecus*: maxime quod in vasa non cadat contumelia. Atqui quum a contemnendo dicatur contumelia, quid obstat quo minus in rem inanimam competat contumelia, quum ea & expetatur & contemnatur? Quod si minus quadraret, tamen metaphora gratiam etiam adjungeret: veluti si quis Bassum aureis vasis excipientem onus ventris, apud Martialem, dicat aurum afficere contumelia. Illud verum est, in *decus ac dedecus* schematis jucunditatem reddi, quæ perit in *honore & contumelia.*

25 *Quod si Deus volens*] Ad hanc orationis partem nihil sequitur quod respondeat, quapropter ad superiora referamus oportet, vel ad illud, *Quis es tu homo qui respondes Deo?* vel ad illud, *An non habet potestatem?* Origenes existimat orationem alioqui incompositiorem componi posse ad hunc modum, *Volens Deus ostendere iram & notam facere potentiam suam, sustinet in multa patientia vasa iræ apta in perditionem, ut notas faceret divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ.* Quod si supplere placet aliquid, quan-

καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν, 23 Καὶ ἵνα γνωρίσῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ ἐπὶ σκεύη ἐλέους, ἃ προητοίμασεν εἰς δόξαν· 24 Οὓς καὶ ἐκάλεσεν ἡμᾶς, οὐ μόνον ἐξ Ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐθνῶν. 25 Ὡς καὶ ἐν τῷ Ὡσηὲ λέγει, Καλέσω τὸν οὐ λαόν μου, λαόν μου, καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην. 26 Καὶ ἔσται ἐν τῷ τόπῳ, οὗ ἐρρήθη αὐτοῖς, Οὐ λαός μου ὑμεῖς, ἐκεῖ κληθήσονται υἱοὶ Θεοῦ ζῶντος. 27 Ἡσαΐας δὲ κράζει ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ, Ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται. 28 Λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει Κύριος ἐπὶ τῆς γῆς. 29 Καὶ καθὼς προείρηκεν Ἡσαΐας, Εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμορρα ἂν ὡμοιώθημεν. 30 Τί οὖν ἐροῦμεν; Ὅτι ἔθνη, τὰ μὴ διώκοντα δικαιοσύνην, κατέλαβε δικαιοσύνην, δικαιοσύνην δὲ τὴν ἐκ πίστεως. 31 Ἰσραὴλ δὲ, διώκων νόμον δικαιοσύνης, εἰς νόμον δικαιοσύνης οὐκ ἔφθασε. 32 Διὰ τί; Ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως, ἀλλ' ὡς ἐξ ἔργων νόμου· προσέκοψαν γὰρ τῷ λίθῳ

A ostendere iram, & notam facere potentiam suam, 26 tulit multa animi lenitate vasa iræ 27 apparata in interitum, 23 Et ut notas faceret divitias gloriæ suæ erga 28 vasa misericordiæ, quæ 29 præparaverat in gloriam: 24 30 Quos & vocavit, nimirum nos, non solum ex Judæis, verum etiam ex gentibus. 25 Quemadmodum & Osee dicit, Vocabo populum qui meus non erat, populum meum, & eam quæ dilecta non erat, dilectam. 26 Et erit in loco, ubi dictum fuerat eis, Non populus meus vos, 31 ibi vocabuntur filii 32 Dei viventis. 27 Esaias autem clamat 33 super Israel, 34 Si fuerit numerus filiorum Israel ut arena maris, reliquiæ salvæ erunt. 28 35 Sermonem enim perficiens & abbrevians cum justitia, quoniam sermonem abbreviatum faciet Dominus in terra. 29 Et quemadmodum prius dixit Esaias, B Nisi Dominus Sabaoth 36 reliquisset nobis semen, ut Sodoma facti fuissemus, & Gomorrhæ assimilati fuissemus. 30 37 Quid igitur dicemus? Quod gentes, quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam, justitiam autem eam quæ est ex fide. 31 Contra Israel, qui sectabatur legem justitiæ, ad legem justitiæ 38 non pervenit. 32 Propter quid? Quia non ex fide, sed 39 tanquam ex operibus legis: impegerunt enim in 40 lapidem

quandoquidem deesse constat, subaudiri potest, *non habent quod incusent aut disceptent cum Deo.* Quidam Latini codices habebant, *Quid si Deus*, verum Græcis est Εἰ δέ.

26 *Sustinuit in multa patientia*] ἤνεγκεν Græcis verbum est anceps, quod Augustinus in Quæstionibus in Exodum ita legit, *attulit in multa patientia vasa iræ*: rursus adversus Faustum libro vigesimo primo capite secundo. Neque enim Græce est ἔφερεν, quod significat *ferre*, sed ἤνεγκεν, quod magis sonat *in medium adducere* aut *offerre*. Et ne quid hoc loco causemur scripturam casu vitiatam, citat idem ad eumdem modum, quum alias, tum libro secundo contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonifacium. Quod si vera lectio est, sensus erit: Ea vasa parata in interitum, diu exspectata, tandem adducta in suam pœnam: quanquam Origenes plane interpretatus est, *sustinuit ac toleravit*: atque hunc non illibenter sequi solitus Ambrosius. Consentiunt cum his Chrysostomus, & huic accinens Theophylactus. C

27 *Apta in interitum*] κατηρτισμένα, id est, *aptata*, sive *parata*.

28 *Vasa misericordiæ*] σκεύη ἐλέους. Recte illud annotavit Augustinus, σκεῦος Græcis dici, non proprie vas excipiendo liquori paratum, sed quodcunque pertinens ad usum domesticum. Proinde apud Livium in conceptis legatorum orationibus, puerorum & vasorum nomine, tota supellex significatur. Cæterum liquoris capax vas ἀγγεῖον appellant Græci. D

29 *Præparavit in gloriam*] Græci in nonnullis codicibus addunt αὐτοῦ, id est, *suam*. Mihi magis probatur altera lectio, ne bis idem dicere videatur. Quod enim antea vocavit τιμὴν, hic vocat *gloriam*.

30 *Quos & vocavit*] Οὓς καὶ ἐκάλεσεν ἡμᾶς, id est, *Quos & vocavit nos*: quanquam illud ἡμᾶς in quibusdam Græcis codicibus non adscribitur: additum est autem explicandi causa, *Quos & vocavit, nempe nos.* Ac rursum, ne *nos* videretur ad solos Judæos pertinere, subjicit, *non solum ex Judæis, verum etiam ex Gentibus. Et non misericordiam consequutam, misericordiam consequutam.* Id in Græcis codicibus non habetur adscriptum: nec additur ab Augustino, qui testimonium hoc refert libro adversus Faustum vigesimo secundo capite octuagesimo nono. Porro Ambrosius nec legit hanc partem, nec interpretatur. Origenes in Commentariis locum hunc apud Paulum recenset his verbis: *Qui ante non eramus plebs ejus, nunc plebem suam vocavit, & non dilectam, dilectam*, & cætera: unde apparet hunc unicam tantum particulam legisse, ἠγαπημένην. Quin & Chrysostomi pariter ac Theophylacti interpretatio palam declarat illos non aliter legisse quam legit Origenes & Ambrosius. Cæterum apud Osee capite secundo, quo ex loco testimonium hoc assumpsit Paulus, nec habetur *misericordiam consequuta*, nec *dilecta*: sed duntaxat, *Et erit in loco ubi dicetur eis, non populus vos, dicetur eis, filii Dei viventis*: nisi quod ibi præcessit, *Et miserebor ejus, quæ fuit absque misericordia.* Siquidem Apostolus magis sententiam reddidit, quam verba Prophetæ. Quanquam divus Hieronymus edisserens hujus Prophetæ caput primum, unde locus hic pendet, indicat geminam fuisse lectionem: in aliis scriptum fuisse, quemadmodum nos habemus, οὐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην: in aliis, οὐκ ἠλεημένην. Ac posteriorem ceu veriorem magis approbat, tum quod ita legatur in emendatioribus exemplaribus, tum quod aptius respondeat ad *Israël non consequutum misericordiam*, quum e diverso sequatur, *Et domui Juda miserebor.* Rectius autem congruit & cum eo quod in fine capitis secundi legimus, *Et miserebor ejus quæ fuit absque misericordia.* Quum autem hic locus e superiore pendeat, ubi dicitur, *Voca nomen ejus absque misericordia*, probabile est & hic fuisse scripturam variam. Proinde Lector aliquis offendens diversam lectionem, arbitratus est in utraque scriptura particulam orationis esse omissam, & addidit quod putabat deesse. Augustinus existimat ex eodem Prophetæ loco sumptum, quod scribit Petrus Apostolus in Epistolæ prioris capite secundo, *Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei, quorum aliquando non misertus est, nunc autem miseretur.* Videtur Petrus in hoc dissidere a Paulo, quod *misertus* legit pro *dilectus*: sed in ordine æque dissidet cum Propheta, E F

apud quem prior est filia, cui nomen *absque misericordia*, cui succedit filius, cui nomen *non populus meus*. Idem est ordo in commutatione priorum nominum in fine capitis secundi, *Et miserebor ejus quæ fuit absque misericordia, & dicam non populo meo, populus meus es tu.* Porro quod sequitur apud Paulum, *Et erit in loco ubi dictum est eis, non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei vivi*, e primo capite sumptum est. Quod autem apud Prophetam dictum est de populo Israëlitico, Paulus per similitudinem detorsit ad Gentes. In codice pervetusto Donatiani alteram particulam omissam reperi. Sic enim habebat: *Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non misericordiam consequutam, misericordiam consequutam.*

31 *Ibi vocabuntur*] ἐκεῖ additum est ab Apostolo, quum in Propheta non sit, videlicet quo magis dilucide diceret.

32 *Dei vivi*] *Viventis* est Græce, ζῶντος.

33 *Pro Israël*] *Super Israël*, sive *de Israël*, ὑπὲρ: quanquam præpositio hæc anceps est.

34 *Si fuerit numerus*] Testimonium est apud Esaiam capite decimo, in quo quum consentiant Septuaginta cum Hebraica veritate, Paulus tamen nonnihil dissidet, licet in verbis magis quam in sententia. Siquidem Septuaginta verterunt, τὸ ὑπόλειμμα ὑποστρέψει, id est, *residuum convertetur.* At Hieronymus vertit in hunc modum, *Si enim fuerit populus tuus Israël quasi arena maris, reliquiæ convertentur ex eo.*

35 *Verbum enim consummans*] *Verbum* accusativi casus est, *consummans* & *abbrevians* masculini generis, ut subaudias *est*, nempe *Deus*, Λόγον γὰρ συντελῶν, id est, *Sermonem enim consummans.* Id palam aperiunt Chrysostomus ac Theophylactus hunc enarrantes locum. Nec obstrepit huic annotationi, quod Origenes & Ambrosius de *verbo abbreviato* interpretantur, quum hic utrumque positum sit, *Qui consummat & abbreviat Pater est, qui consummatur & abbreviatur vel Christus est vel hujus doctrina.* Quanquam hæc quoque nonnihil dissentiunt ab Hebraica veritate, juxta quam ita legimus auctore Hieronymo, *Consummationem enim & abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ.* Locus est huic affinis sententiæ apud eumdem Prophetam capite octavo, *Consummationem enim & abbreviationem audivi a Domino Deo exercituum super universam terram.* Porro quod adjecit, *prædixit Esaias*, non est vaticinantis de futuro, sed quod hoc testimonium præcesserit illud quod prius adduxit, unde commodius erat, *Sicut superius dixit Esaias.* Porro צְבָאוֹת *sabaoth* Hebræam vocem reliquit Apostolus, quam Septuaginta bifariam solent vertere, aliquando παντοκράτωρ, id est, *omnipotens*: alias τῶν δυνάμεων, id est, *virtutum.* Solus Aquila vertit, τῶν στρατευμάτων, id est, *exercituum.* Indicavit hoc Hieronymus enarrans Esaiæ caput primum. Paulus, ut dixi, vocem Hebraicam non putavit esse mutandam, opinor ob id quod in ea lateat nonnihil mysterii, quod aliena lingua reddi non potuerit.

36 *Reliquisset nobis*] ἐγκατέλιπεν ἡμῖν, id est, *reliquisset in nobis.* Testimonium sumptum est ex Esaiæ capite primo.

37 *Quid ergo dicemus*] Quod sequitur, pronunciative legendum est, non interrogative, *Quid ergo dicemus?* Nempe hoc dicemus, *Gentes ex fide justitiam consequutas*, & cætera. Annotavit hunc quoque locum Augustinus libro *de Doctrina Christiana* tertio. Et ad hunc modum edisserit Theophylactus.

38 *Non pervenit*] οὐκ ἔφθασε, quod verbum varie vertitur. Est autem proprium festinantis ad occupandum aliquid: ut intelligas & Israëlitas eò contendisse per opera Legis, verum Gentes exclusis illis occupasse.

39 *Quasi ex operibus*] ὡς ἐξ ἔργων, id est, *tanquam ex operibus*, & addunt Græci νόμου, id est, *legis*, ut intelligas de operibus fide charitateque vacuis, apud Latinos non additur. Annotavit Chrysostomus, & hunc sequutus Theophylactus, voculam ὡς, quasi significet Judæorum opera non fuisse vere opera Legis. Mihi videtur & ad imputationem referri posse. Nam Judæi salutem acceptam ferebant suis operibus exclusa gratia Dei.

40 *Petram σκανδάλου*] Græcam vocem hanc libenter usurpant Interpretes, quum possent dicere, *offensæ* sive *offendiculi* aut *obstaculi*,

33 λίθῳ τοῦ προσκόμματος. Καθὼς γέγραπται, Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον προσκόμματος, καὶ πέτραν σκανδάλου· καὶ πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ᾽ αὐτῷ, οὐ καταισχυνθήσεται.

X. 1 Ἀδελφοὶ, ἡ μὲν εὐδοκία τῆς ἐμῆς καρδίας, καὶ ἡ δέησις ἡ πρὸς τὸν Θεὸν, ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ ἐστιν εἰς σωτηρίαν. 2 Μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς, ὅτι ζῆλον Θεοῦ ἔχουσιν, 3 ἀλλ᾽ οὐ κατ᾽ ἐπίγνωσιν. Ἀγνοοῦντες γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην, καὶ τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ζητοῦντες στῆσαι, τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑπετάγησαν. 4 Τέλος γὰρ νόμου, Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ 5 πιστεύοντι. Μωσῆς γὰρ γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς. 6 Ἡ δὲ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη οὕτως λέγει, Μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; 7 τουτέστι Χριστὸν καταγαγεῖν. Ἢ, Τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τουτέστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν. 8 Ἀλλὰ τί λέγει; Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τουτέστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν. 9 Ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου Κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. 10 Καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται

33 dem offendiculi. Quemadmodum scriptum est, Ecce pono in Sion lapidem offendiculi, & petram offensionis: & omnis qui credit in eo, 41 non pudefiet.

X. 1 Fratres, propensa 1 quidem voluntas cordis mei, & deprecatio quæ fit ad Deum, pro Israel est ad salutem. 2 Testimonium enim illis perhibeo, 2 quod studium Dei habent, sed non secundum scientiam. 3 Nam ignorantes Dei justitiam, 3 & propriam justitiam quærentes constituere, justitiæ Dei non fuerunt subditi. 4 Nam perfectio legis, Christus ad justificationem omni credenti. 5 Moses enim scribit de justitia quæ est ex lege, quod qui fecerit ea homo, vivet per illa. 6 Cæterum quæ ex fide est justitia, ea sic loquitur, Ne dixeris in corde tuo, Quis adscendet in cœlum? hoc est, Christum 6 ex alto deducere. 7 Aut, Quis descendet in abyssum? hoc est, Christum ex mortuis reducere. 8 Sed quid dicit? 7 Prope te verbum est in ore tuo & in corde tuo: hoc est, verbum fidei, quod prædicamus. 9 Nempe si confessus fueris ore tuo Dominum Jesum, & credideris in corde tuo, quod Deus illum excitavit a mortuis, salvus eris. 10 Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit

culi, licet haud nesciam interim manere dialecton Hebraicam, *lapis offendiculi*, pro lapide offensorio, aut lapis in quem offendunt. Nec video quid offendat quosdam in προσκόπτω, quod haud dubie significat *impingo*, vel *offendo*. Cæterum testimonium hoc contextum est e duobus Esaiæ locis. Initium enim, nempe, *Pono in Sion lapidem*, & finis, nempe, *& omnis qui credit in eo non confundetur*, sumpta sunt ex Esaiæ capite vigesimo octavo. Cæterum quod in medio intertexuit, *& lapidem offensionis & petram scandali*, sumptum est ex ejusdem capite octavo. Quanquam hoc quoque loco Paulus magis studuit sensum reddere quam verba. Quum enim Hebraica veritas habeat, *qui crediderit non festinet*, juxta Septuaginta Editionem dixit, *non confundetur*.

41 *Non confundetur*] οὐ καταισχυνθήσεται, id est, *non pudefiet*.

1 *Voluntas quidem cordis*] ἡ μὲν εὐδοκία, quod significat aliquid animo gratum & acceptum. Aurelius Augustinus explicans carptim aliquot hujus Epistolæ quæstiones, legit pro εὐδοκία, *bona voluntas*: quemadmodum hic Interpres verterat in Luca. Græcæ voci ad Hebræam effictæ nihil habet sermo Romanus quod proprie respondeat. Nam nemo laturus sit, opinor, si quis dicat, *delicium cordis mei*. Sonat autem propensam benevolentiam, ac favorem gratuitum, quem quis gerit erga alterum, qualis est Dei erga nos. Item quæ sequuntur non per omnia quadrant: sic enim Græci, καὶ ἡ δέησις ἡ πρὸς τὸν Θεὸν, ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ ἐστιν εἰς σωτηρίαν, id est, *& deprecatio quæ fit ad Deum, pro Israël est ad salutem*. Sentit enim se præstare Judæis quod potest, propensam animi voluntatem & precationes apud Deum.

2 *Quod æmulationem quidem*] ὅτι ζῆλον Θεοῦ, id est, *æmulationem Dei*, sine *quidem*. Qui nihil sciat nisi Latine, quem sensum percepturus est ex his verbis, *æmulationem Dei habent? Æmulatio* in bonam partem sonat imitationem, in malam, invidentiam. Neutrum hic quadrat. Itaque nos *studium* vertimus, qua voce Latini significant vehementem animi favorem. Et *scientia* magis cognitionem sonat, κατ᾽ ἐπίγνωσιν. Aderat studium, sed sine judicio: ut sedulitas, quem stulte diligit, urget.

3 *Et suam quærentes statuere*] Hic Græci repetunt *justitiam*. Est enim sermo ex traductione vocis ejusdem festivior. Subest & ἐναντίωσις, in *suam*, & *Dei*: item in *statuere*, & *non sunt subjecti*. Hæc enim inter se pugnant sensu magis quam verbis. Est autem ἰδίαν, id est, *propriam*, significantius quam *suam*.

4 *Finis enim legis Christus*] τέλος hoc loco *consummationem* ac *perfectionem* sonat, non *interitum*: quod indicavit & Augustinus explanans Psalmum quintum. Rursus adversus Priscillianistas & Origenistas capite septimo. Nam Græci quod absolutum & omnibus, quæ solent requiri, perfectum est, τέλειον appellant. Summa igitur legis est Christus. Et in Psalmis, quorum titulus habet *In finem*, existimant aliquid reconditius & secretius esse vestigandum. Quod hic dixit τέλος, alias vocat πλήρωμα.

5 *Moses enim scripsit*] *Scribit* est Græcis. Hic locus depravatus est apud nos, apud Græcos recte sic habetur, Μωσῆς γὰρ γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι ὁ ποιήσας αὐτὰ ὁ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς. Id est, *Moses enim scribit justitiam quæ est ex lege, quod qui fecerit hæc homo, vivet in eis*. Laurentius argutatur hoc loco, sed obscurius: id sentiens, non totam orationem ad Mosen esse referendam, nempe hanc, *Quoniam justitiam quæ ex lege est, homo vivet in ea*, quasi totum hoc scripserit Moses, verum posterius hoc duntaxat, *Qui fecerit hæc homo, vivet in eis*. Retulit enim verba quæ sunt Levitici capite decimo octavo: *Custodite leges meas atque judicia, quæ faciens homo, vivet in eis*. Itidem legis Ezechielis vigesimo, *Judicia mea projecerunt, quæ faciens homo vivet in eis*. Siquidem Paulus docendi gratia geminam facit justitiam: alteram Mosis, quæ requirit opera legis: alteram Evangelii, quæ fidem requirit in Christum. De altera dicit Moses, aut si mavis, ipsa justitia loquitur, *Qui fecerit hæc, vivet in ipsis*. Altera, quæ est ex fide, sic loquitur, *Ne dixeris in corde tuo*. Ad hunc modum interpretatur Chrysostomus: *Moses*, inquit, *ostendit nobis justitiam quæ est ex lege, qualis sit & quanti momenti. Qualis igitur est, & unde commendatur? Ab eo quod implet præcepta*, Qui fecerit ea, *inquit*, vivet in illis. Ac paulo post, *Sed dic nobis ô Paule, & alteram illam justitiam quæ est ex gratia*, & cætera. Lectio Theophylacti consentit cum lectione Chrysostomi, nec dissentit enarratio. Ambrosius legit & interpretatur juxta Græcos codices. *Moses enim scripsit justitiam quæ ex lege est, quia qui fecerit homo ea, vivet in eis.* Interpres Origenis legit & interpretatur, quod nostra Vulgata habet Editio. Sed hujus libertas facit ut hinc non possimus certo judicare quid legerit. Lector offensus absurda sermonis specie transtulit conjunctionem ὅτι, & sublato pronomine *ea*, in fine pro *eis* posuit *ea*. *Moses enim scripsit, quoniam justitiam quæ ex lege est qui fecerit homo, vivet in ea.* Principio durum videbatur, *scribit justitiam*, pro eo, quod erat, *describit justitiam*, sive *scribit de justitia*: deinde durius etiam videbatur, *qui fecerit ea vivet in eis*, non animadvertenti referri verba Scripturæ sub persona Mosis, sive justitiæ, ut ὅτι accipiatur εἰδικῶς. *Moses descripsit justitiam quæ est ex lege.* Mox quasi roganti qualis esset illa, respondit illi verbis Levitici, *Qui fecerit ea, vivet in eis*: quod bifariam accipi potest: habebit eam vitam, quam ad tempus præstant opera Legis: aut, non habebit vitam, quia nemo sine dono fidei præstat opera Legis. In nostra vero lectione ipse sermo perturbatior arguit locum a Scriba corruptum. *Moses enim scripsit, quoniam justitiam quæ ex lege est qui fecerit, vivet in ea.* Ne quid memorem de ὅτι, verso in *quoniam*.

6 *Deducere*] καταγαγεῖν, velut ex alto deorsum ducere: cui respondet ἀναγαγεῖν, quod Interpres vertit *revocare*, quum significantius sit ab imis in altum reducere. Nam mihi videntur hoc loco, præsertim Latini Interpretes, vehementer laborare, quum sensus perspicuus sit. Dixerat enim ab Evangelio tantum requiri fidem. Porro fides non flagitat experimentum, animo cernit, & suis quibusdam oculis videt qui credit: at qui diffidit, etiam sensuum exigit testimonium, dicens apud se id quod legitur Deuteronomii capite trigesimo, *Quis adscendit in cœlum?* idque de Lege dictum, Paulus interpretatur accommodans Christo. Nam id, inquit, *est Christum e cœlo detrahere*, ut aut non credatur illic esse, aut cogatur huc reversus, denuo se nostris exhibere sensibus. *Aut quis descendit in abyssum?* hoc est, quis credat quæ de inferis dicuntur, nisi viderit? *Hoc est*, inquit, *Christum a mortuis reducere*, vel quasi non descenderit ad inferos, vel quasi flagitent, ut iterum videntibns illis descendat ad inferos, quum haud ita procul petenda sint argumenta rerum, si fides adsit in corde. Jam illud, *Sed quid dicit?* ambiguum videri potest, utro referatur *dicit*, ad Mosen, an ad justitiam fidei, quæ Christus est, quam mox loquentem fecit, ut putat Origenes, atque etiam Chrysostomus: quanquam & alias Paulus posuit *dicit*, ad hunc eumdem modum, ut subaudias *Scriptura*. Proinde Interpres haud inepte adjecit de suo, sermonis explicandi gratia.

7 *Prope est verbum*] Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμα, *Prope te est verbum*, hoc est, non opus est tam procul e cœlo aut abysso petere, quum sit intra te. Cæterum testimonium, ut modo dixi, sumptum est ex Deuteronomii capite trigesimo. Quod indicavit primum Origenes, deinde Augustinus: nisi quod hic addit *valde: Prope est verbum hoc valde in ore tuo*: quemadmodum legitur & in nostra Vulgata Editione. Quanquam alia quoque nonnihil discrepant in verbis Paulinis ab Hebræis, imo a nostra Editione, quæ habet ad hunc modum, *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, nec in cœlo situm, ut possis dicere, Quis nostrûm valet ad cœlum conscendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus atque opere compleamus: neque trans mare positum, ut causeris & dicas, Quis e nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos usque deferre, ut possimus audire & facere id quod præceptum est? sed intra te est sermo valde in ore tuo & in corde tuo, ut facias illum.* Primum quod illic positum est, *Quis e nobis poterit transfretare mare?* Paulus vertit, *Quis descendet in abyssum?* Cæterum quod legit Augustinus in Quæstionibus in Deuteronomion, *Prope est verbum hoc valde in ore tuo & in corde tuo & in manibus tuis facere illud*, extremam particulam, *& in manibus tuis*, quam existimat a Paulo prætermissam, nostra certe Vulgata Editio non habet, an apud Hebræos sit, viderint earum litterarum peritiores. Fieri potest, ut hunc locum

11 γεῖται εἰς σωτηρίαν. Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ, Πᾶς ὁ
12 πιϛεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ καταισχυνθήσεται. Οὐ γάρ
ἐϛι διαϛολὴ Ἰουδαίου τε καὶ Ἕλληνος· ὁ γὰρ
αὐτὸς Κύριος πάντων, πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς
13 ἐπικαλουμένους αὐτόν. Πᾶς γὰρ ὃς ἂν ἐπικαλέ-
λγ 14 σηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται. Πῶς οὖν
ἐπικαλέσονται εἰς ὃν οὐκ ἐπίϛευσαν; Πῶς δὲ πι-
ϛεύσουσιν, οὗ οὐκ ἤκουσαν; Πῶς δὲ ἀκούσουσι
15 χωρὶς κηρύσσοντος; Πῶς δὲ κηρύξουσιν, ἐὰν μὴ
ἀποϛαλῶσι; καθὼς γέγραπται, Ὡς ὡραῖοι οἱ πό-
δες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζο-
16 μένων τὰ ἀγαθά. Ἀλλ' οὐ πάντες ὑπήκουσαν τῷ
Εὐαγγελίῳ· Ἠσαΐας γὰρ λέγει, Κύριε, τίς ἐπί-
17 ϛευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; Ἄρα ἡ πίϛις ἐξ ἀκοῆς· ἡ δὲ
18 ἀκοὴ διὰ ῥήματος Θεοῦ. Ἀλλὰ λέγω, μὴ οὐκ ἤκου-
σαν; Μενοῦνγε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος
αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα
19 αὐτῶν. Ἀλλὰ λέγω, μὴ οὐκ ἔγνω Ἰσραήλ; Πρῶτος
Μωσῆς λέγει, Ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ' οὐκ ἔθνει,
20 ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ ὑμᾶς. Ἠσαΐας δὲ ἀπο-
τολμᾷ, καὶ λέγει, Εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν,
21 ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι. Πρὸς
δὲ τὸν Ἰσραὴλ λέγει, Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς
χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα.

Λέγω

A fit ad ſalutem. Dicit enim Scriptura, [8] Omnis qui fi- 11
dit illi non pudefiet. Non enim eſt diſtinctio [9] vel Ju- 12
dæi vel Græci: nam idem Dominus omnium, [10] di-
ves in omnes invocantes ſe. Quiſquis enim invocave- 13
rit nomen Domini, ſalvus erit. Quomodo igitur in- 14
vocabunt eum, in quem non crediderunt? Quomodo
autem credent ei, [11] de quo non audierunt? Quomo-
do autem audient abſque prædicante? Quomodo au- 15
tem prædicabunt, niſi miſſi fuerint? ſicut ſcriptum
eſt, [12] Quam ſpecioſi pedes annunciantium pacem,
annunciantium bona. At non omnes [13] obedierunt E- 16
B vangelio: Eſaias enim dicit, [14] Domine quis credidit
ſermonibus noſtris? Ergo fides ex auditu eſt, auditus 17
autem [15] per verbum Dei. Sed dico, an non audie- 18
runt? Atqui in omnem terram exivit ſonus eorum, &
in fines orbis terrarum verba illorum. Sed dico, nun- 19
quid non cognovit Iſrael? [16] Primus Moſes dicit,
[17] Ego ad æmulationem provocabo vos [18] per gentem
quæ non eſt gens, per gentem ſtultam ad iram com-
movebo vos. [19] Eſaias autem poſt hunc audet, ac di- 20
cit, [20] Inventus fui his qui me non quærebant, con-
ſpicuus factus ſum his qui de me non interrogabant. [21]
Adverſus Iſrael autem dicit, Toto die expandi manus 21
C meas ad populum non credentem [22] & contradicen-
tem.

e Paulo correxerit aliquis. Certe apud Septuaginta habetur, *καὶ ἐν χερσί σου ποιεῖν αὐτό.*

8 *Omnis qui credit in illum non confundetur*] *οὐ καταισχυνθήσεται.* Frequenter ita vertit, & vulgo tum, ut apparet, ita loquebantur, quum *confundi* proprie ſit commiſceri aut perturbari. *Suffundi* dicuntur, qui pudeſcunt. Quanquam interdum vehemens pudor ſic perturbat, ut homo reddatur deliranti ſimilis. Cæterum quod legitur in Actis, *& confundebat Judæos*, aliud eſt verbum, *κατέχυνε*, hoc eſt, reddebat perturbatos ac perplexos animo, ut neſcirent quo ſe verterent. Origenis Interpres hic *καταισχυνθήσεται* vertit *erubeſcet*, adducens exemplum Adæ, qui poſt peccatum erubuit & abſcondit ſe. Verum erubeſcunt & hi quos ſua ſpes deſtituit: pudor enim juſti, probri metus eſt. Sic Judæi Chriſto velut omni ſpe fruſtrato inſultarunt, *Si Filius Dei eſt, deſcendat nunc de cruce.*

9 *Judæi & Græci*] *Ἰουδαίου τε καὶ Ἕλληνος.* Rurſus congeminata conjunctio vehementiorem facit orationem, quam nos vertimus in *vel*, conjunctionem eamdem exprimentem ſententiæ vim.

10 *Dives in omnes*] Græce participium eſt, *πλουτῶν*, id eſt, *divitiis abundans*, ſive *affluens.*

11 *Quem non audierunt*] Poterat verti, *de quo non audierunt.* Sic enim eſt Græce, *οὗ οὐκ ἤκουσαν.*

12 *Quam ſpecioſi pedes*] Paulus hoc teſtimonium retulit juxta veritatem Hebraicam, juxta quam ita legis Eſaiæ capite quinquageſimo ſecundo, interprete Hieronymo: *Quam pulchri ſuper montes pedes annunciantis & prædicantis pacem, & annunciantis bonum, prædicantis ſalutem.* Nam Septuaginta verterunt, *ὡς ὥρα*: quæ dictio, ſi cum adſpiratione ſcribatur, aut *tempus* ſignificat, ut *duodecim ſunt horæ diei*: aut *anni partem, variiſque mundum temperat horis*, unde & *ἔξωροι* dicuntur, quorum flos ætatis præteriit: aut *pulchritudinem*, unde *ὡραῖον pulchrum* dicunt. Sin abſque adſpiratione, *ὤρα*, *curam* ac *ſollicitudinem* declarat. Unde juxta Septuaginta ſic legimus: *Sicut hora ſuper montes, ſic pedes evangelizantis.* At divus Hieronymus magis probat, *Quam pulchri:* quanquam hæc lectio non multum abeſt a Græca lectione Septuaginta, modo *ὥραν* accipias pro *pulchritudine.* Sic enim legitur: *Sicut amœnitas ſuper montes, ita pedes* & cætera.

13 *Obediunt Evangelio*] *Obedierunt* eſt Græce, *ὑπήκουσαν*, verbum præteriti temporis: niſi forte hoc verbum de numero eorum eſt, quæ ſignificant actum manentem, cujuſmodi *γέγηθα, δέδια*, in quibus præteritum uſurpatur loco præſentis. Qui librum deſcripſit, jam non ſcribit: ſed qui dicuntur ſperaſſe in Domino, juxta Græci ſermonis idioma, non deſierunt ſperare. Et alioqui præſens tempus frequenter convenit omni tempori.

14 *Domine quis credidit auditui noſtro*] Id teſtimonium ſumpſit ex Eſaiæ capite quinquageſimo tertio, Septuaginta ſequutus Editionem, qui dictionem hanc *Domine* addiderunt explicandæ perſonæ gratia, quum in Hebræo non habeatur, ſed tantum, *Quis credidit auditui noſtro?* Quod idem obſervatum eſt & ab Origene. Illud admonendus Lector, hoc loco *auditum* poni pro ipſo ſermone qui auditur: proinde dilucidius erat, *Quis credidit verbis noſtris?* aut, *Quis credidit auditis noſtris?* *Auditus* enim nomen Latinis nihil aliud ſonat quam vim ac ſenſum audiendi. Quod ſi nihil aliud nobis ſonat *ἀκοὴ* quam *auditus*, cur hic idem Interpres aliter vertit Matthæi tertio, *καὶ ἀκοὰς πολέμων*, id eſt, *& opiniones bellorum* potius quam *auditus bellorum?* Et Actorum ultimo, *ἀκοῇ ἀκούσετε*, cur auſus eſt vertere, *aure audietis?* Hunc locum recenſueram inter manifeſtos ſolœciſmos, addens hæc: *Quis unquam Latine loquens auditum dixit ſermonem loquentis?* Hinc deſtomachatur rixator quidam jactans ſe declaraturum, quod a me dictum eſt, eſſe meram falſitatem, nec ullum hic eſſe ſermonis vitium. *Hieronymus*, inquit, *Auguſtinus, & Ambroſius noverunt Latine, & tamen ita loquuntur.* Primum non numeramus hos auctores in eorum numero, quorum auctoritate poſſit excuſari ſolœciſmus. Nam partim demiſerunt elegantiam ſermonis ad aures imperitæ multitudinis, cui tum & ſcribebant & loquebantur, partim ipſe ſermo Romanus id temporis degenerarat ab illa germana puritate. Deinde quid mirum, ſi utentes Scripturæ teſtimoniis, ejuſdem verbis utuntur? At quis illorum ſuo nomine loquens ſcripſit, *Olim pœnitebit te non auſcultaſſe auditui meo*, pro eo quod erat, *non auſcultaſſe verbis meis?* Nec tamen ego negavi Latinum eſſe quiſquis ita loqueretur, ſed negavi quemquam Latine loquentem ad eum loqui modum; id ſi erat mera falſitas, vel unus locus erat producendus ex probatis auctoribus. Nonne pulchre defenſus eſt Interpres a ſolœciſmo, & magnifice declaratum me meram dixiſſe falſitatem? Et qui tam indoctas næ-nias evulgant libris, miro ſupercilio objurgant, miro faſtu inſultant ac tantum non triumphant, rectius facturi, ſi diſcerent interim Græcæ Latinæque Grammatices rudimenta.

D

15 *Per verbum Chriſti*] *Θεοῦ, Dei*, non *Chriſti.* Certum eſt Chryſoſtomum legere *Θεοῦ*, ſic enarrantem hunc locum, ut pertineat etiam ad ſermonem Prophetarum. Conſentit huic Theophylactus, licet Interpres aliud verterit quam legit, uterque indicat *verbum Dei* dictum ad differentiam humani ſermonis, qui contemni poterat. Ambroſius quid legerit, parum liquet ex commentario. Origenis Interpres legiſſe videtur *Chriſti*, pro *Dei.* Ad ſenſum non ita magni refert, niſi quod *Dei* vox magis exaggerat ſermonis Apoſtolici dignitatem, & latius patet ſenſus. Nam Propheta videtur ſuo nomine querelam hanc ponere, quam Paulus ceu vaticinium accommodat ad Evangelii præcones.

16 *Primus Moſes*] *Πρῶτος Μωσῆς.* Quo Græci ſæpius abutuntur pro comparativo, *Prior Moſes.* Refertur enim ad Eſaiam, quem mox citat, licet aliud commentum attulerit Thomas Aquinas, quaſi *primus* dictus ſit, quia præcipuus: vel *primus*, quia primus inter cæteros hoc dixerit: quanquam poſterior illis ſententia non multum abhorret a noſtra.

E

17 *Ad æmulationem vos adducam*] *παραζηλώσω*, id eſt, *ad æmulandum provocabo*, & quaſi ſimulabo invidia ac dolore. Ita Ambroſius.

18 *In non gentem*] *ἐπ' οὐκ ἔθνει*, id eſt, *in non gente:* nam Græce dativus eſt. Item mox, *in gente inſipiente.* Gentem enim non gentem dixit, contemptiſſimam, nec ullo dignam honore: quod exponens addit, *in gentem inſipientem.* Sic alibi vocat *quæ non ſunt*, quæ nullo erant in pretio.

19 *Eſaias autem audet*] Conjunctio *δὲ* connectit hanc partem cum Moſe qui præceſſit, ut oſtendimus. Nec eſt ſimpliciter *τολμᾷ*, ſed *ἀποτολμᾷ*, quaſi ſumpta ab illo fiducia, qui prior illud dixerit.

20 *Inventus ſum a non quærentibus*] Locus eſt apud Eſaiam capite ſexageſimo quinto, ſenſus fere idem apud Hebræos & Septuaginta. Hebraica veritas ſic habet, *Quæſierunt me, qui ante me non interrogabant. Invenerunt, qui non quæſierunt me.* Juxta Septuaginta ſic legimus, *Apparui non quærentibus me, inventus ſum ab his qui me non interrogabant.* Paulus nec Hebræam veritatem, nec Septuaginta Editionem anxie videtur ſequutus, ſententiam contentus reddere.

F

21 *Ad Iſraël autem*] *Πρὸς δὲ τὸν Ἰσραήλ.* Poteſt accipi & *Adverſus Iſraël:* non enim alloquitur Iſrael, ſed contra Judæos facit quod dictum eſt. Siquidem præpoſitio *πρὸς* anceps eſt Græcis. Annotavit hoc & Thomas Aquinas. Teſtimonium quod adducit Paulus eſt apud Eſaiam capite ſexageſimo quinto. Origenes indicat in exemplaribus Hebræorum non adjici particulam, *& contradicentem mihi*, verum eam additam fuiſſe a Septuaginta ſenioribus. Idque verum eſſe declarat interpretatio Hieronymi ex Hebraica veritate, quæ ſic habet, *Extendi manus meas tota die ad populum incredulum.* Editio Septuaginta ſic habet, *Expandi manus meas tota die ad populum incredulum & contradicentem.*

22 *Et contradicentem mihi*] *ἀντιλέγοντα*, *mihi* a nobis additum eſt. Satis erat *contradicentem*, hoc eſt, rebellem & immorigerum, quemadmodum legunt Græci. Et comperi non additum in codice Donatiani.

1 *Dico*

XI. 1 Λέγω οὖν, Μὴ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ; Μὴ γένοιτο· καὶ γὰρ ἐγὼ Ἰσραηλίτης εἰμὶ, ἐκ σπέρματος 2 Ἀβραὰμ, φυλῆς Βενιαμίν. Οὐκ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὃν προέγνω. Ἢ οὐκ οἴδατε, ἐν Ἠλίᾳ τί λέγει ἡ γραφή; ὡς ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ κατὰ τοῦ 3 Ἰσραὴλ, λέγων, Κύριε, τοὺς Προφήτας σου ἀπέκτειναν, καὶ τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν, κἀγὼ ὑπελείφθην 4 μόνος, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχήν μου. Ἀλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμός; Κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους 5 ἄνδρας, οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ. Οὕτως οὖν καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν 6 χάριτος γέγονεν. Εἰ δὲ χάριτι, οὐκ ἔτι ἐξ ἔργων, ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκ ἔτι γίνεται χάρις· εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκ ἔτι ἐστὶ χάρις, ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκ ἔτι ἐστὶν ἔργον. λε 7 Τί οὖν; Ὃ ἐπιζητεῖ Ἰσραὴλ, τοῦτο οὐκ ἐπέτυχεν· ἡ δὲ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν, οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν. 8 Καθὼς γέγραπται, Ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως, ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ ὦτα 9 τοῦ μὴ ἀκούειν, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. Καὶ Δαβὶδ λέγει, Γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα, καὶ εἰς θήραν, καὶ εἰς σκάνδαλον, καὶ εἰς ἀνταπό-10 δομα αὐτοῖς. Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμ-λϛ 11 ψον. Λέγω οὖν, Μὴ ἔπταισαν, ἵνα πέσωσι; Μὴ γέ-

A tem. 1 Dico igitur, Num repulit Deus populum suum? Absit: nam & ego Israelita sum, ex semine Abrahæ, 2 tribus Benjamin. Non repulit Deus populum suum, [2] quem ante agnoverat. An nescitis, de Elia quid dicat Scriptura? [3] quomodo interpellat apud Deum ad-3 versus Israel, dicens, Domine, Prophetas tuos occiderunt, & altaria tua [4] subruerunt, & ego relictus fui 4 solus, & insidiantur vitæ meæ. Sed quid dicit ei [5] divinum responsum? Reliqui mihi ipsi septem millia 5 virorum, qui non [6] inflexerunt genu imagini Baal. Sic igitur & in hoc tempore [7] reliquiæ secundum electio-B 6 nem gratiæ fuerunt. [8] Quod si per gratiam, non jam ex operibus, [9] quandoquidem gratia jam non est gratia: sin ex operibus, jam non est gratia, quandoquidem opus jam non est opus. Quid igitur? Quod quærit 7 Israel, hoc non assequutus est: sed electio consequuta 8 est, reliqui vero excæcati sunt. [10] Quemadmodum scriptum est, Dedit eis Deus [11] spiritum compunctionis, oculos ut non videant, & aures ut non audiant, 9 usque ad hodiernum diem. Et David dicit, [12] Vertatur mensa illorum in laqueum, & [13] in captionem, 10 & in offendiculum, & in retaliationem ipsis. Obtene-C brentur oculi eorum, ut non videant, & tergum illo-11 rum semper incurva. Dico igitur, [14] Num ideo im-pe-

1 Dico ergo, Nunquid Deus] Græcis tantum est Μὴ, *Num*: seipsum interrogat ac sibi respondet, quo schematis genere scatet omnis Pauli sermo. Plurimum autem lucis & acrimoniæ adducit, præsertim in argumentando. Quidam appellant ratiocinationem.

2 *Quem præscivit*] προέγνω. Illud admonendum hoc loco verbum γνῶναι apud Græcos non semper significare *scire*, sive *cognoscere*, sed aliquoties *decernere*, sive *judicare*: unde & γνῶμαι dictæ sunt. Et apud Latinos legimus, *populus scivit*, & *scita populi*. Quanquam plus aliquid indicare videtur προορίζειν, quam προγνῶναι: quod posterius pertineat ad animi decretum, quod integrum est cuique mutare, prius illud ad certam sententiæ pronunciationem, quam rescindere non sit integrum. Unde nec Lyranus veretur exponere hoc loco *præscivit*, *prædestinavit*: atque ita sane interpretatur Augustinus libro *de bono perseverantia* secundo capite decimo octavo. Nos maluimus vertere, *quos ante cognovit*, juxta proprietatem Scripturæ divinæ, qua Deus *cognoscere* dicitur, quibus favet, quosque amplectitur, ut & superius admonuimus ex Origenis sententia. Nec enim consentaneum est quod Deus populum rejecit, quem ante sic adamavit, & veluti peculiarem complexus est. Chrysostomus putat additum, ὃν προέγνω, propter electos ex Judæis. Inter quos commemorat seipsum, & ne solus videatur, subjicit & de septem millibus virorum. Non enim simpliciter dixit *populum suum*, sed *populum suum, quem ante cognovit*. Cæterum præpositio πρὸ referri potest ad æternam illam prædestinationem, quæ fuit antequam Judæorum populus nasceretur, aut ad Gentes posterius vocatas ad Evangelii gratiam, juxta illud Evangelicum, *Erunt novissimi primi, & primi novissimi*.

3 *Quemadmodum interpellat*] Ambrosius legit *postulat*. Græce est, ὡς ἐντυγχάνει.

4 *Suffoderunt*] κατέσκαψαν, quod significat aliquando *subruerunt*, sive *subverterunt*.

5 *Divinum responsum*] χρηματισμὸς, id est, *oraculum*. Quod explicuit Interpres περιφράσει.

6 *Curvaverunt genua*] *Genu* est Græcis. Et *Baal* dativus est sine præpositione *ante*, quam addunt Latini: & τῇ Βάαλ, ut intelligas imaginem, non ipsum hominem. Nam *præfectum* & *idolum* Hebræis sonat בַּעַל: unde *Beelphegor*, *Idolum cadaveris*: *Beelzebub*, *muscarum Idolum*.

7 *Salva facta sunt*] γέγονεν, id est, *facta sunt*. *Salva* redundat: sicut & *Dei* superest: tantum est, Οὕτως οὖν καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν, id est, *Sic & hoc in tempore reliquiæ juxta electionem gratiæ sunt*. Non enim illud agit hoc loco Paulus, cujus sit gratia, sed gratiam opponit operibus legalibus, & electionem opponit generis affinitati. Et tamen haud scio quî factum sit, ut in expositione Origenica legatur, *salva facta sint jam*: etiamsi *Dei* non additur. Quanquam admonui, Interpretem in illis Commentariis sibi multum juris sumpsisse. Certe nec apud Chrysostomum nec apud Theophylactum adduntur. Nec mirum, si qui inter enarrandum meminerunt de his qui servati sunt, quum hic *reliquias juxta electionem gratiæ* Paulus appellet illos, qui ex Judæorum populo prædestinati fuerant ad salutem. Unde probabile est, ea, quæ nos dicimus superesse, a studioso quopiam adjecta, quo sermonem redderet explanatiorem. Denique dum excutio commentarium Origenis, deprehendo illum legisse, quemadmodum legit Chrysostomus. Sic enim loquitur, Pauli sermonem referens, *Sed quod dicit secundum gratiam factas esse reliquias, hic mihi videtur superflua esse electionis adjectio*. Hic resedit germana lectio, utcunque cætera mutarit Lector. Nam in primo contextu addidit etiam *Dei*, quum in exponendo non addatur. Multa depravavit in vetustis Auctoribus illorum sedulitas, qui juxta vulgatam Editionem emendarunt citata Scripturæ testimonia.

8 *Si autem gratia*] Εἰ δὲ χάριτι. *Gratia* ablativus est, non nominativus.

9 *Alioqui gratia*] ἐπεὶ, id est, *quoniam*, sive *quandoquidem*. Tametsi recte ac dilucide vertit Interpres, subauditur apud Græcos, εἰ δὲ μὴ, ut mox indicabimus, *alioqui gratia jam non est gratia*. Græci codices aliquanto plus habent hoc loco quam nostri. Repetunt enim, *ex operibus quæ non sint opera*: quod nostri de gratia tantum pronunciant ad hunc modum, Εἰ δὲ χάριτι, οὐκ ἔτι ἐξ ἔργων, ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκ ἔτι γίνεται χάρις· εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκ ἔτι ἐστὶ χάρις, ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκ ἔτι ἐστὶν ἔργον. Id est, *Quod si per gratiam, non jam ex operibus, quandoquidem gratia jam non est gratia: sin vero ex operibus, jam non est gratia, quandoquidem opus jam non est opus*. Atque ita sane legit atque etiam interpretatur Theophylactus. Verum quoniam hanc additionem non reperio apud Origenem, nonnihil addubito num ea sit germana lectio, præsertim quum Chrysostomus hunc enarrans locum tantum legat, Εἰ δὲ χάριτι, οὐκ ἔτι ἐξ ἔργων, ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκ ἔτι γίνεται χάρις. Nec addit his quicquam. Præterea partes sermonis videntur inversæ, hoc ordine potius digerendæ: *Quod si per gratiam, jam non ex operibus, quandoquidem opus jam non est opus: sin ex operibus, jam non ex gratia, quandoquidem gratia jam non est gratia*. Nisi in ἐπεὶ subest tacita exceptio, ut & alias hac voce usus est Paulus. Ita sensus erat: *Si gratia, non igitur ex operibus: quod ni esset, gratia non esset gratia*, hoc est, falso diceretur gratia. Atque ut Latinæ lectioni magis faveam facit quod Paulus non hîc agit, an opus sit opus, sed gratiam adstruit, quam Judæi conabantur expellere. Et tamen Aldina Editio, quin & Hispaniensis, consentit cum eo, quod nos reperimus in Græcorum exemplaribus.

10 *Sicut scriptum est*] Incertum an hæc particula referatur ad superiora, an ad ea quæ sequuntur. Origenes fatetur sibi nusquam lectum in Libris Divinis, *Dedit eis spiritum compunctionis*. Sic autem excusat, ut Paulum accipiamus Esaiæ sententiam verbis explicantem, & nonnihil de suo addentem. Id probabilius facit quod in fine adjecit, *usque in hodiernum diem*. Nam summa sententiæ est apud Esaiam capite sexto: *Auditu audite, & nolite intelligere: & videte visu, & nolite cognoscere: excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava, & oculos ejus claude, ne forte videat oculis suis, & auribus audiat, & corde intelligat, & convertatur, & sanetur*. Citatur hic locus & in Actis Apostolorum capite vigesimo octavo, sed juxta translationem Septuaginta, qui sic interpretati sunt, ut Dominus prædicat illorum cæcitatem, non ut imperet: *Aure audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non perspicietis: incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos compresserunt, ne forte videant oculis suis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertant se, & sanem illos*. Quo quidem in loco Hieronymus, edisserens Esaiam, sic excusat Lucam, qui referat Paulum cum Hebræis disserentem, non juxta Hebraicum, quod rectum esse cognoverat, sed juxta Septuaginta producere testimonia, quod magis Græcas litteras sciverit quam Hebræas, unde & sermonem hujus esse comptiorem ac secularem redolere eloquentiam.

11 *Spiritum compunctionis*] κατανύξεως, quod significat quum aliquis mordetur & pungitur dolore: unde superius dixit, παραζηλώσω.

12 *Fiat mensa eorum in laqueum*] Locus, quem adducit, exstat Psalmo sexagesimo octavo. Ne hîc quidem Paulus curavit Prophetæ testimonium ad verbum adducere. Primum enim omisit *coram ipsis*: deinde addidit *& in captionem*: quod nec apud Hebræos habetur, nec apud Septuaginta: quod ante nos indicavit Origenes.

13 *In captionem*] *Captio* non est hîc decipula proprie, unde *captiosos* dicimus, sed pro venatu positum est, quo capimus feras: quasi dicas, capiantur sua mensa, qua laxare animum debebant: non enim timemus hostem inter epulas. Est autem Græce θήραν.

14 *Nunquid sic offenderunt, ut caderent*] Μὴ ἔπταισαν, ἵνα πέσωσι; id est, *Num lapsi sunt, ut conciderent*, sive *ut caderent?* nimirum in terram. Nam πταίειν proprie est *impingere* ad quippiam: ac labi levius est quam cadere: quemadmodum & impin-

γένοιτο· ἀλλὰ τῷ αὐτῶν παραπτώματι ἡ σωτηρία 12 τοῖς ἔθνεσιν, εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς. Εἰ δὲ τὸ παράπτωμα αὐτῶν πλοῦτος κόσμου, καὶ τὸ ἥττημα αὐτῶν πλοῦτος ἐθνῶν, πόσῳ μᾶλλον τὸ πλήρωμα αὐ- λζ 13 τῶν; Ὑμῖν γὰρ λέγω τοῖς ἔθνεσιν, ἐφ' ὅσον μέν εἰμι ἐγὼ ἐθνῶν Ἀπόστολος, τὴν διακονίαν μου δοξά- 14 ζω, Εἴπως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα, καὶ σώ- 15 σω τινὰς ἐξ αὐτῶν. Εἰ γὰρ ἡ ἀποβολὴ αὐτῶν καταλλαγὴ κόσμου, τίς ἡ πρόσληψις, εἰ μὴ ζωὴ 16 ἐκ νεκρῶν; Εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύ- 17 ραμα· καὶ εἰ ἡ ῥίζα ἁγία, καὶ οἱ κλάδοι. Εἰ δέ τινες τῶν κλάδων ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ ἀγριέλαιος ὢν, ἐνεκεντρίσθης ἐν αὐτοῖς, καὶ συγκοινωνὸς τῆς ῥίζης καὶ τῆς πιότητος τῆς ἐλαίας ἐγέ- 18 νου, Μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων· εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι, οὐ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις, ἀλλ' ἡ ῥί- 19 ζα σέ. Ἐρεῖς οὖν, Ἐξεκλάσθησαν κλάδοι, ἵνα ἐγὼ

pegerunt, ut conciderent? Absit: sed [15] per lapsum illorum salus contigit gentibus, in hoc [16] ut eos ad æmulandum provocaret. Quod si lapsus illorum divi- 12 tiæ sunt mundi, & diminutio illorum divitiæ gentium, quanto magis plenitudo illorum? Vobis enim 13 dico gentibus, [17] quatenus ego quidem sum Apostolus gentium, ministerium meum [18] illustro, Si quo 14 modo ad æmulandum provocem carnem meam, & salvos reddam nonnullos ex illis. Nam si [19] rejectio 15 illorum est reconciliatio mundi, [20] quæ erit assumptio, nisi vita ex mortuis? [21] Quod si primitiæ san- 16 ctæ, sancta est & conspersio: & si radix sancta, sancti erunt & rami. Quod si nonnulli rami defracti 17 sunt, tu vero cum esses oleaster, [22] insitus fuisti illis, & [23] consors radicis & pinguitudinis oleæ factus es, Ne glorieris adversus ramos: quod si gloriaris, non 18 tu radicem portas, sed radix te. Dices igitur, De- 19 fracti

pingere potest, qui non plane concidat. Interpres de suo addidit *sic: Nunquid sic offenderunt, ut caderent?* Et probarem additum, si hoc loco *sic* adverbium positum est ut respondeat *adeo:* veluti quum dicimus, *Sic me odit, ut nec salutet: adeo metuit, ut loqui non possit.* Atqui Græca vox ἵνα finem magis significat, diversæ naturæ ab ea quæ est ὡς aut ὥστε, cujus varia vis est, quemadmodum apud nos *ut.* At Theodorus Gaza refert ἵνα inter conjunctiones causales, nec indicat aliter accipi, quum tamen diligenter indicet usum illius. Nec enim huc pertinet, quod ἵνα nonnunquam est adverbium loci. Non potest igitur hic accipi sensus, *Num adeo impegerunt*, sive *offenderunt, ut ceciderint?* Igitur ἵνα referendum videtur ad Deum, *Num ideo Deus passus est Judæos labi, ut in totum conciderent?* Non, sed ut ad tempus locum faciant Gentibus, & iidem rursum Gentium pietate provocati resipiscant & serventur. Et huic sensui pulchre congruit quod sequitur: *Absit: sed illorum delicto salus est Gentibus;* totusque sermo sequens non loquitur de magnitudine lapsus, sed de eventu. Nec aliter exponit Chrysostomus, qui Judæorum malitiam Evangelio repugnantium annotat Paulum exaggerasse testimoniis Prophetarum, consolationem suo nomine proposuisse. Ergo dubitandum non est quin gravissime impegerint, sed eventu consolatur illos: *Quæ est igitur*, inquit, *consolatio? Quum plenitudo*, inquit, *Gentium intraverit, tunc omnis Israël salvus erit.* Hactenus ille. Itaque Judæorum lapsum Deus vertit in bonum Gentium, quarum æmulatione sint ad salutem aliquando provocandi Judæi. Nec aliud affert Theophylactus, nec Origenes, nisi quod *sic* additum est a Scribis eruditulis, nec aliud Ambrosius: de eventu loquuntur omnes, non de magnitudine lapsus, nisi quod Origenis Interpres admiscet quædam de levioribus peccatis, quum hic Paulus tota Epistola exaggeret incredulitatis crimen. Unde πέσωσι interpretantur *insanabiliter peccaverint*, aut *sine spe reparationis conciderint*, quemadmodum concidit Lucifer. Quoniam autem Prophetarum verba videbantur immedicabile malum indicare, Paulus mitigat eam acerbitatem, ostendens peccatum quidem esse gravissimum, sed tamen non ideo totius populi spem esse sublatam, Λέγω οὖν. Origenes in ordine sermonis non obscure declarat germanam lectionem: *ipsum*, inquiens, *Israëlis lapsum dicit talem fuisse, non ut illi caderent, sed ut delicto suo salutem Gentibus darent.* Similiter Augustinus in sententiis, quas annotavit in hanc Epistolam, fatetur peccati magnitudinem, sed indicat pessimæ rei bonum eventum. Ejus verba sic habent: *Ergo nunquid deliquerunt, ut caderent? Absit: sed illorum delicto salus est Gentibus: non ideo dicit, quia non ceciderunt, sed quia casus ipsorum non fuit inanis, quoniam ad salutem Gentium profecit. Non ergo ita deliquerunt, ut caderent: id est, ut tantummodo caderent, quasi ad pœnam suam solum, sed ut hoc ipsum quod ceciderunt prodesset Gentibus ad salutem.* Hæc ille: in quibus perspicuum est, quod non addidit *sic:* quod tamen erat tolerabile, si non de atrocitate lapsus, sed de modo & eventu accipiatur. Jam sæpius admonuimus ex Veterum auctoritate, hujusmodi conjunctiones finales interdum ad eventum pertinere potius quam ad finem sive destinationem. Verbum *offenderunt* eleganter quidem usurpatum est ab Interprete: cæterum *offendere* dicitur, & qui lædit. Augustinus, explicans quæstiones aliquot hujus Epistolæ, pro *offenderunt* legit *deliquerunt.* Ac prorsus recte dixeris, πταῖσμα, *lapsum*, sive *delictum*: at non item *delinquere* pro *impingere.*

15 *Illorum delicto*] τῷ αὐτῶν παραπτώματι, id est, *per illorum lapsum*, potius quam *delictum.* Respexit enim ad id quod modo dixit, *Judæos impegisse*: παράπτωμα enim proprie est, quum quis per negligentiam labitur, a πίπτω, quod est *cado.*

16 *Ut illos æmulentur*] εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς. Quod rectius verti poterat, *ad provocandum eos*: ut ad Deum referatur actus verbi, qui isto modo voluerit exstimulare Judæos invidentia quadam ac zelotypia, quum viderent quod ipsis erat promissum, in Gentes esse translatum. Unde nos, quo sermonis ambiguitatem excluderemus, vertimus, *ut eos ad æmulandum provocaret*, εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς. Neque quicquam erat opus quadriga interpretationum, quam in hunc locum invexit Thomas Aquinas, ne sic quidem germanam attingens sententiam: quod haudquaquam illi, sed Interpreti imputandum est. Quis enim Græce ignarus ex his verbis percipiat quid senserit Paulus? Sic & paulo post Paulus usus est hoc verbo: Εἴπως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα. Et proximo capite: Ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ' οὐκ ἔθνει. Quo tamen verbo alias usi sunt Interpretes in malam partem, quemadmodum Psalmo septuagesimo septimo: καὶ ἐν τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν παρεζήλωσαν αὐτόν. Porro quidam accommodat verbum παραζηλῶσαι ad Judæos, ut αὐτοὺς referatur ad Gentes. Neque quisquam Interpres hoc sensit, neque ratio Græci sermonis patitur, sed hunc sensum maluit extorquere, quam non carpere nostram annotationem. Etiamsi non desunt qui verba Interpretum huc detorquent, sed falso: faciunt illi quidem mentionem de Judæis æmulaturis fidem Gentium. At quid mirum, quum παραζηλόω significet *ad invidiam & æmulandi studium irritare?* Ostendi loca aliquot, in quibus παραζηλόω significat *provocare* vel *ad iram* vel *ad æmulandi studium*: proferant illi nobis unum, ubi positum sit pro *æmulari.*

17 *Quamdiu quidem ego sum gentium Apostolus*] ἐφ' ὅσον μέν εἰμι. Origenes videtur ἐφ' ὅσον accipere pro *quamdiu*: ut subaudias χρόνον: dubitatque utrum accipiendum sit, *quamdiu sum in hac vita*, & ad affectus emphasim pertineat: quemadmodum vulgo dicimus, *Non deseram vos quoad vivam*: an Paulum post obitum etiam invisibilius Apostolum futurum. Verum quoniam id duriusculum est, malim ἐφ' ὅσον accipere pro *quatenus*, sive *in quantum.* Atque ita videtur Theophylactus sensisse, quantum conjicere licet ex illius interpretatione. Græcus dicit eadem quæ Chrysostomus, qui plane interpretatur, Paulum ex delegato munere cogi, ut aliquot Judæos provocet atque ita servet. Sic enim provocatos servabit, si quam plurimos e Gentibus pertrahat ad Evangelium. Neque enim de temporis modo loquitur, quasi mox abdicaturus Apostolicum munus, sed quandoquidem vocatus erat Apostolus Gentibus, adnititur ut gnaviter obiens sibi commissam provinciam exornet & illustret eam. Nec Ambrosius quicquam meminit de tempore, tantum de officio loquitur. Similiter quod est Matthæi vigesimo quinto, *quamdiu uni ex istis minimis fecistis*, ἐφ' ὅσον, mea sententia, rectius vertisset *quatenus*, aut *in quantum.*

18 *Honorificabo*] δοξάζω, id est, *glorifico*: ita citante locum hunc Augustino locis complusculis, nominatim libro adversus Faustum nono, capite secundo. Faber Stapulensis mavult *existimo.* Quanquam haud scio an δοξάζω reperiatur apud Græcos pro *existimo.* Et probe quadrat sensus, ut accipias Paulum celebrius reddere suum ministerium in Evangelio Gentium, ut æmulatione saltem provocaret Judæos ad Christum. Interpres Origenis vertit δοξάζω, *illustro* & *exorno*, multis verbis in hanc edisserens sententiam.

19 *Amissio eorum*] ἀποβολὴ, id est, *abjectio* sive *rejectio*, nam hanc opponit assumptioni. *Rejectio* pro *amissio* citat Augustinus libro adversus Faustum nono, capite secundo, juxta fidem voluminis antiqui manu descripti.

20 *Quæ assumptio*] τίς ἡ πρόσληψις, id est, *adjunctio*, qua quempiam nobis comitem adsciscimus, id est, adjungimus. Nam *assumptionem*, ut dixi, opposuit *rejectioni.*

21 *Quod si delibatio*] *Delibatio*, ἀπαρχὴ, id est, *primitiæ.* Theophylactus interpretatur ἀπαρχὴν, τὴν ζύμην, id est, *fermentum*: ut massa respondeat arbori, fermentum radici. Mihi magis probatur, ut ipsum frumentum intelligamus, unde conspersio sumitur. Cæterum ex vitioso tritico non possis facere bonam conspersionem. *Primitias* autem dixit, quod laudatissima soleant dicari Numini, unde & ἀκροθίνια vocantur, quasi *præcipua.* Porro conspersionem non ad farinam humore temperatam referri puto, sed magis ad molas, sive collyridas: ea erat farina oleo conspersa, quæ olim juxta ritum Mosaicæ Legis immolabantur, unde & *sanctum* vocat. Chrysostomus ἀπαρχὰς & ῥίζαν interpretatur Abraham reliquosque Patriarchas, φύραμα & κλάδους illorum posteros. Et *oleaster*, Græcis est ἀγριέλαιος; quod sonat *agrestem* sive *sylvestrem oleam*: cui respondet καλλιέλαιος, quæ est *olea frugifera.*

22 *Insertus es*] ἐνεκεντρίσθης, id est, *insitus es*: quoties fisso arboris ramo inseritur surculus. Est enim hoc unum insitionis genus. Quanquam hic magis significare videtur *inoculationem*, quum perterebrato qua se protulit gemma cortice, inseritur stolo. *Insertus es in illis*, ἐν αὐτοῖς. Apertius erat *inter illos*: hoc est, Insitio tibi dedit quod illis natura. Ridiculum est autem quod quidam interpretatur, *in illis*, pro eo quod erat *in locum illorum.* Quum enim per *oleam* intelligat populum Judæorum, nihil offendit numerus aut genus mutatum. Juxta sermonis Hebræi proprietatem, præpositio frequenter additur otiose, velut, *Confitetur in me, Confitebor in illo*, & *Percussit in gladio.*

23 *Socius radicis*] συγκοινωνὸς, id est, *particeps*, aut potius *simul particeps*, sive *consors*: hoc est, una cum cæteris ramis quibus insitus es.

24 *Bene*

20 γὼ ἐγκεντρισθῶ. Καλῶς· τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας· μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φο-
21 βοῦ. Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ
22 ἐφείσατο, μήπως οὐδὲ σοῦ φείσηται. Ἴδε οὖν χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν Θεοῦ· ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας, ἀποτομίαν· ἐπὶ δὲ σὲ χρηστότητα, ἐὰν ἐπι-
23 μείνῃς τῇ χρηστότητι· ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ. Καὶ ἐκεῖνοι δὲ, ἐὰν μὴ ἐπιμείνωσι τῇ ἀπιστίᾳ, ἐγκεντρισθήσονται· δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς πάλιν ἐγκεν-
24 τρίσαι αὐτούς. Εἰ γὰρ σὺ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐξεκόπης ἀγριελαίου, καὶ παρὰ φύσιν ἐνεκεντρίσθης εἰς καλλιέλαιον, πόσῳ μᾶλλον οὗτοι κατὰ φύσιν, ἐγ-
λη 25 κεντρισθήσονται τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ. Οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, τὸ μυστήριον τοῦτο, ἵνα μὴ ἦτε παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι, ὅτι πώρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ γέγονεν, ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν
26 ἐθνῶν εἰσέλθῃ, Καὶ οὕτως πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται· καθὼς γέγραπται, Ἥξει ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος, καὶ
27 ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ. Καὶ αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη, ὅτ' ἂν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρ-
28 τίας αὐτῶν. Κατὰ μὲν τὸ Εὐαγγέλιον ἐχθροὶ δι' ὑμᾶς, κατὰ δὲ ἐκλογὴν ἀγαπητοὶ διὰ
29 τοὺς Πατέρας. Ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσμα-
30 τα καὶ ἡ κλῆσις τοῦ Θεοῦ. Ὥσπερ γὰρ καὶ ὑμεῖς ποτε ἠπειθήσατε τῷ Θεῷ, νῦν δὲ ἠλεήθητε
31 τῇ τούτων ἀπειθείᾳ· Οὕτως καὶ οὗτοι νῦν ἠπείθησαν τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι.
Συν-

fracti sunt rami, ut ego insererer. 24 Bene dicis: per 20 incredulitatem defracti sunt, tu vero fide constitisti: 25 ne efferaris animo, sed timeas. Nam si Deus natu- 21 ralibus ramis non pepercit, vide 26 ne qua fiat ut nec tibi parcat. 27 Vide igitur bonitatem ac severitatem 22 Dei: in eos quidem qui ceciderunt, severitatem: in te vero bonitatem, si permanseris in bonitate: 28 alioqui & tu excideris. Et illi rursum, si non permanserint 23 in incredulitate, inserentur: potest enim Deus denuo inserere illos. Etenim si tu ex naturali exsectus es o- 24 leastro, & præter naturam insitus es 29 in veram oleam, quanto magis hi qui naturales sunt, inserentur propriæ oleæ? Non enim volo vos ignorare, 30 fra- 25 tres, mysterium hoc, ut ne sitis 31 apud vosmetipsos elati animo, quod excæcatio ex parte Israeli accidit, donec plenitudo gentium advenerit, Et sic totus Israel 26 salvus erit: sicut scriptum est, Adveniet ex Sion 32 ille qui liberat, & avertet impietates a Jacob. 33 Et 27 hoc illis a me testamentum, quum abstulero peccata ipsorum. Secundum Evangelium quidem inimici 28 propter vos, 34 secundum electionem autem dilecti propter Patres. Nam dona quidem & vocatio Dei 29 ejusmodi sunt 35 ut eorum illum pœnitere non possit. Quemadmodum enim & vos quondam increduli 30 fuistis Deo, nunc autem misericordiam estis consequuti 36 per illorum incredulitatem: Sic & isti nunc in- 31 creduli facti sunt 37 ex eo quod vos misericordiam
estis

24 *Bene*] Separandum est, ut sit respondentis ad superiora, καλῶς, & approbantis, quod sub persona Ethnici dixerat: eaque pronuncianter sunt legenda. Atque ita sane distinguit Augustinus in Epistolis, hunc adducens locum.

25 *Noli altum sapere*] μὴ ὑψηλοφρόνει, id est, *ne superbias, ne tibi placeas, ne efferaris animo.* Siquidem hîc *sapere* vocat, affici animo, φρονεῖν, quod alias dicitur μέγα πνέειν. Nec enim hîc agitur de sapientia sive stultitia, sed de arrogantia & modestia.

26 *Ne forte nec tibi*] μή πως. Aut omittenda erat expletiva conjunctio, aut vertenda erat, *ne qua*, aut *ne quo modo.* Nam *forte* nihil facit ad hanc sententiam.

27 *Vide ergo bonitatem*] In plerisque Græcis codicibus habebatur, Ἴδε, id est, *Vide.* Quanquam hoc ad sensum nihil attinet. *Bonitatem & severitatem*, τὴν χρηστότητα καὶ τὴν ἀποτομίαν. *Bonitas* est hæc, quam ante vertimus *benignitatem*, divi Hieronymi sequuti sententiam, quæ est quædam animi propensio ad bene merendum de quopiam, quam non inepte vertisset *indulgentiam*, cui opponit ἀποτομίαν, quæ ad verbum sonat *resectionem*: ea est, quoties res ad vivum exigitur, quem & *rigorem* dicas licebit.

28 *Alioqui*] Rursum ἐπεὶ, id est, *quandoquidem.* Quod tamen recte vertit Interpres.

29 *In bonam olivam*] καλλιέλαιον, quæ contraria est ἀγριελαίῳ, id est, *oleastro*: ut modo dictum est.

30 *Fratres, mysterium hoc*] μυστήριον. Hoc loco *mysterium* nihil aliud sonat quam rem arcanam & paucis cognitam, neque communicandam nisi initiatis.

31 *Vobisipsis sapientes*] παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι, id est, *apud vosipsos prudentes*: & φρόνιμοι magis ad affectum refertur quam ad prudentiam. *Ne sitis insolentes, animique elatioris*: alioqui sibi sapit, qui suis prospicit commodis.

32 *Eripiat & avertat impietatem*] ἀσεβείας, id est, *impietates.* Et *eripiat*, ὁ ῥυόμενος, id est, *qui liberat*: quasi dicas, ille liberator. Et *avertet*, non *avertat*, ἀποστρέψει, futuri temporis verbum. Testimonium adductum est ex Esaiæ capite quinquagesimo nono, apud quem ita legimus juxta veritatem Hebraicam: *Et timebunt qui ab occidente nomen Domini, & qui ab ortu solis gloriam ejus, quum venerit quasi fluvius violentus, quem spiritus Domini cogit, & venerit Sion redemptor, & qui redeunt ab iniquitate Jacob, dicit Dominus: hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus.* Juxta Septuaginta ad hunc modum: Καὶ φοβηθήσονται οἱ ἀπὸ δυσμῶν τὸ ὄνομα Κυρίου, καὶ οἱ ἀπ' ἀνατολῶν τὸ ὄνομα τὸ ἔνδοξον· ἥξει γὰρ ὡς ποταμὸς βίαιος ἡ ὀργὴ παρὰ Κυρίου, ἥξει μετὰ θυμοῦ, καὶ ἥξει ἕνεκα Σιὼν ὁ ῥυόμενος, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακὼβ, καὶ αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη, εἶπε Κύριος. Id est, *Et timebunt qui ab occidente nomen Domini, & qui ab ortu solis nomen inclytum: veniet enim quasi fluvius violentus ira Domini, veniet cum furore, & veniet de Sion qui liberet, & avertet impietates a Jacob, & hoc erit eis a me testamentum, dicit Dominus.* Ex quibus liquet Paulum hunc locum adduxisse juxta Editionem Septuaginta, nisi quod de suo addidit, *quum abstulero peccata eorum*: quod nec apud Hebræos habetur, nec apud Septuaginta, sed addidit velut explicans Prophetæ sensum. Nam διαθήκη, *testamentum*, Hebræis est *fœdus*: & quod Septuaginta verterunt *ex Sion*, Hebræis est *propinquus Sion.* Origenes indicat Hebræis esse, *propter Sion.* Atque ita sane scriptum est in Editione Septuaginta: suspicor id Librarii culpa depravatum, quum scriptum fuerit, *prope Sion.* Hieronymus Græce etiam interpretatur ἀγχιστεὺς, id est, *propinquus*: nisi quis probat, *propter* dictum esse pro *prope.* Præterea quod apud Hieronymum refertur, *ira Domini*, illis est, ὀργὴ παρὰ Κυρίου.

33 *Et hoc illis a me testamentum*] Est quidem Græce διαθήκη. Cæterum indicavit hoc & Augustinus libro *de loquutionibus Geneseos* primo, frequenter in arcanis litteris pro *pacto* poni *testamentum.* Quanquam Græcis διαθήκη non dicta est a testando, sed ab ordinando disponendoque.

34 *Secundum electionem autem charissimi*] ἀγαπητοὶ, id est, *dilecti*: quam vocem tamen ita sæpe vertit. Porro duo nominativi casus, *inimici* & *charissimi*, juxta ordinem grammaticum non habent unde pendeant, nisi subaudias *sunt*: sed verisimilius est casus rationem a Paulo fuisse neglectam; alioqui dicendum erat, *charissimorum* & *inimicorum.*

35 *Sine pœnitentia*] ἀμεταμέλητα, id est, *quorum non possit pœnitere* eum qui dedit, aut qui promisit, quasi dicas, *impœnitibilia.* Augustinus alicubi legit *impœnitenda.* Ambrosius huc detorquet, ut dicat in baptismo gratis remitti peccatum, nec requiri luctum aut planctum, aut aliud opus bonum, sed tantum ex corde professionem. Quæ quidem interpretatio mihi videtur coactior, nec attingitur ab Origene. Thomas eam sententiam extremo tandem attigit loco, veluti non admodum probans.

36 *Propter incredulitatem illorum*] τῇ τούτων ἀπειθείᾳ, id est, *per horum incredulitatem*, non *propter.* Nam *propter* causam significat, *per* instrumentum aut modum: quod ad sensum attinet, haud magni refert.

37 *In vestram misericordiam*] τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, *per vestri misericordiam.* Est enim similis dativus ei qui præcessit, τῇ τούτων ἀπειθείᾳ. Sensus enim est, Sicut illorum defectio vobis fecit aditum ad fidem, ita vestra fides, quam miserante Deo estis consequuti, provocabit illos ut resipiscant, seque dignos præbeant qui a Deo recipiantur. Ambrosius legit, *in vestra miseratione*: quasi Græce legisset, ἐν τῷ ὑμῶν ἐλέει. Quæ lectio si probaretur, nihil esset difficultatis. Sensus enim esset, Gentibus per Dei misericordiam ad vitam vocatis, Judæos perstitisse in incredulitate. Et fortassis Interpres legit quemadmodum Ambrosius. Scio quosdam interpretari, *in vestram misericordiam*, id est, Christum. Thomas Aquinas trifariam exponit, *in vestram misericordiam*, id est, in gratiam Christi; vel non crediderunt, ut per hoc venirent in vestram misericordiam; vel non crediderunt, quod in vestram misericordiam occasionaliter cessit. Verum inconsultis Græcis hujusmodi commenta proferre, quid aliud est quam divinare? Chrysostomus hanc particulam, *in vestra misericordia*, dissimulat. Theophylactus novum affert commentum, quasi sic ordinet: Οὕτως καὶ οὗτοι ἠπείθησαν, τῷ ὑμῶν ἐλέει ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι. Id est, *Sic & illi non crediderunt, ut vestra misericordia & ipsi misericordiam consequantur.* Sic enim habet commentum, *Sed vestra misericordia & horum erit, æmulabuntur enim vos.* Nec abhorret ab hoc Chrysostomi commentum, docens utrumque populum vicissim fuisse incredulum, ac vicissim ad gratiam vocatum. Gentibus enim persistentibus in incredulitate, Judæi vocati sunt ad Legem: mox Gentibus ad Evangelium vocatis, Judæi recesserunt perseverantes in incredulitate, sed denuo Gentium exemplo revocandi ad fidem. Ita vicibus quibusdam alteri per alteros servati sunt. Interpretes videntur illinc abhorruisse, ne dicerent Judæos occasione Gentium perstitisse in incredulitate: quum contra potius Judæorum incredulitas præbuerit occasionem, ut Evangelium transierit ad Gentes. Cæterum si meminerimus, ἵνα hîc non sonare finem aut intentionem, sed consequentiam sive eventum, & in cæteris occasionem intelligi verius quam causam, non video cur hic sensus nos terreat, quem sermo Græcus simplicissime acceptus exprimit, qui contrariis inter se relatis constat: Gentium autem fidem vocat misericordiam, ne sibi placerent Judæis prælati. Nam Evangelii gratia Judæis quodammodo deberi videbatur, vel quia ipsis peculiariter promissa, vel propter observationem Legis & unius Dei cultum. Sic

32 Συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν, 33 ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ. Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. 34 Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; 35 Ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ; 36 Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. XII. 1 Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν· 2 Καὶ μὴ συσχημα-

estis adepti, ut & ipsi misericordiam consequantur. 32 [38] Conclusit enim Deus omnes sub incredulitatem, ut omnium misereretur. 33 [39] O profunditatem [40] divitiarum & sapientiæ & cognitionis Dei, [41] quam inscrutabilia sunt judicia ejus, & [42] impervestigabiles viæ ejus. 34 Quis enim cognovit [43] mentem Domini? aut quis illi fuit a consiliis? 35 Aut quis prior dedit illi, & reddetur ei? 36 [44] Quoniam ex illo, & per illum, & in illum omnia: [45] ipsi gloria in secula. Amen. XII. 1 [1] Obsecro igitur vos, fratres, [2] per miserationes Dei, [3] ut præbeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, acceptam Deo, [4] rationalem cultum vestrum: 2 Et ne ac-

itaque loquitur: Ὥσπερ γὰρ ὑμεῖς ποτὲ ἠπειθήσατε τῷ Θεῷ, νῦν δὲ ἠλεήθητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ· Οὕτως καὶ οὗτοι ἠπείθησαν τῷ ὑμῶν ἐλέει, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι. Id est, *Quemadmodum enim vos olim increduli fuistis Deo, nunc vero credidistis propter horum incredulitatem: Ita & hi non credunt propter vestram credulitatem, ut & ipsi revocentur ad credulitatem.* Ordo, quem videtur sequi Theophylactus, coactior est, nec minus durum quod in priore parte dativus Græcus sonat occasionem: ἠλεήθητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ: in altera sonat acquisitionem: ἠπείθησαν τῷ ὑμῶν ἐλέει: quemadmodum dicimus, *Tibi ditatus est*: hoc est, tuo bono ditatus est, quod opes suas tibi communicat. Nam hoc spectasse videntur qui legunt, *in vestram misericordiam*: quod *vestra misericordia* videretur obscurius dictum. Ea subito mutatio in schemate contentionis duriuscula est. Huic accedit & aliud incommodum, quod juxta istorum interpretationem bis idem dicitur, quod non admittunt hæ voces, *quemadmodum* & *ita*: quod enim dixerat, ὑμεῖς δὲ ἠλεήθητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ, hoc in diversa parte repetit, οὕτως καὶ οὗτοι ἠπείθησαν τῷ ὑμῶν ἐλέει, quasi dicat aliquis, quemadmodum Principes populi paupertate ditescunt, ita populi paupertas divitias addit Principibus. Porro quum hic fiat sermo de malis Judæis, qui clamaverunt *Crucifige*, qui persequuti sunt Apostolos, qui gloriabantur in operibus Legis, tumebantque Patriarcharum cognatione, eoque cæteras gentes pro canibus exsecrabantur, nihil absurdi sit, si dicamus Gentium credulitatem offendiculo fuisse Judæis, ut alienarentur ab Evangelio. Petrus Apostolorum princeps coactus est sese fratribus excusare, quod Cornelium cum sua familia baptizasset: in convivio præsente Paulo subduxit se a mensa, ne Judæis esset scandalo vescens cibis communibus. Et in Actibus, Judæi murmurant adversus Gentes, quod illorum fœminæ reciperentur in ministerium Apostolicum. Paulus quam ægre obtinuit, ut Gentes liberarentur ab onere Legis. Hæc si acciderunt inter eos qui fidem Evangelicam fuerant amplexi, an non probabile est plurimos Judæos vel abstinuisse vel resilisse ab Evangelio? Ad hunc sensum facit quod paulo ante dixit, *secundum Evangelium inimici propter vos.* Id dum Origenes interpretatur, *Dicit*, inquit, *propter vos, quorum saluti invidentes Apostolos Gentibus loqui, & persequentes eos qui annunciant Christum, Nonne dicit invidiam fuisse occasionem ut non crederent Evangelio?* Confirmat hunc locum Evangelica parabola, qua filius major noluit ingredi domum, quum accepisset prodigum tanta lætitia domus excipi. Hunc itaque sensum ego sequutus sum, quod mihi videretur simplicior: tametsi nullus cæterorum est, qui aberret a pietate.

38 *Conclusit enim Deus omnia*] τοὺς πάντας, id est, *omnes*, non *omnia*. Sensus idem est, nisi quod *omnia* vehementius est. Porro quod sequitur, *incredulitate*, potest accipi & *inobedientia*. Est enim ἀπείθεια. Et *in incredulitatem* est Græcis, ut dicimus, *Concludam me in angulum.*

39 *O altitudo*] Ὦ βάθος, id est, *O profunditatem.* Miror cur Interpreti placuerit vox ambigua.

40 *Divitiarum sapientiæ*] Hæc duo nomina Græci dividunt interjecta conjunctione, πλούτου καὶ σοφίας, consentientibus quotquot viderim exemplaribus, etiam apud Chrysostomum: ut intelligas Paulum tria demirari in Deo: *divitias*, qui tam beneficus fuit erga Gentes: *sapientiam*, qui tantam eis sapientiam impartierit: *cognitionem*, qui prudenter dispiciat quid cui expediat. Ad hunc modum exponit Theophylactus. Etiamsi Chrysostomus aliquanto diversius videtur legere, conjungens hæc duo, βάθος πλούτου: ut reliqui genitivi non pendeant a βάθος, sed a duarum vocum complexu, quasi dicas, *O profundas divitias sapientiæ & scientiæ Dei.* Id illum sentire hinc colligitur, quod annotavit Paulum ad exaggerandam sapientiam Dei duabus vocibus ad epitasim facientibus fuisse usum, βάθος & πλούτου. Nam *profundum* per se habet auxesin, & *divitiæ* copiam sonat. Gemina fit amplificatio, si dicas, *profundas divitias sapientiæ.* Mihi magis probatur, ut ad totam hujus consilii dispensationem pertineat, qua factum est, ut Gentes ante Dæmoniis servientes nunc subito ad Evangelii gratiam vocentur: & Judæi, quibus ea peculiariter promissa videbatur, ab eadem exciderint.

41 *Incomprehensibilia*] ἀνεξερεύνητα, id est, *inscrutabilia*: atque ita subinde citat Hieronymus.

42 *Investigabiles*] ἀνεξιχνίαστοι, id est, *ininvestigabiles*: quemadmodum legit divus Hilarius libro *de Trinitate* octavo, juxta fidem vetustissimorum exemplariorum, id est, *non vestigabiles*, sive *impervestigabiles.* Notavit enim hujus vocis emphasim Chrysostomns, & post hunc Theophylactus. Non dixit δυσνόητα aut ἀκατάληπτα, sed *inscrutabilia* & *impervestigabilia.* Tanta est profunditas, ut nec scrutari fas sit. Jam an apud Græcos eadem sit differentia inter ἐρευνᾷν & ἐξερευνᾷν, quod Latinis est inter *vestigare* & *investigare* & *pervestigare*, considerandum est. Cæterum divus Hieronymus existimat Paulum retulisse locum qui est apud Esaiam capite undecimo: *Et non est investigatio viæ ejus.*

43 *Sensum Domini*] νοῦν, id est, *mentem*, seu *cogitationem.*

44 *Quoniam ex ipso & per ipsum*] In his tribus præpositionibus philosophantur Theologi veteres. Thomas interpretatur, *ex ipso* velut ex prima omnium causa; *per ipsum* tanquam operantem & administrantem; *in ipso* tanquam in fine; licet haud me præterit hæc varie ab illo disseri. Non abhorret autem multum a sententia Origenis, qui sic explicat: *Quod dicit*, ex ipso, *hoc ipsum quod sumus indicat*; per ipsum *autem, quod per ejus providentiam dispensamur in vita*; in ipso *vero, quod perfectio omnium & finis in ipso erit, tunc quum erit Deus omnia in omnibus.* Cæterum quod Thomas indicat præpositionem *de* idem pollere fere quod *ex*, nisi quod addit consortium substantiæ: Augustinum, ut conjectare licet, sequutus, qui libro, quem *de natura boni* scripsit adversus Manichæos, ferme in eam sententiam disserit, capite vigesimo sexto: an apud Latinos verum sit, alii viderint: certe apud Græcos eadem est præpositio. Et quum dicimus, *de illo loquitur*, nulla est communis essentiæ significatio. Ambrosius legisse videtur *in ipsum*, quum dicit omnia spectare finem.

45 *Honor & gloria*] Græcis *gloria* tantum scribitur, ἡ δόξα. *Honor* non additur. *In secula seculorum. Seculorum* additum est a nobis: nam Græcis tantum est, εἰς τοὺς αἰῶνας: nec additur apud Origenem, nec apud Theophylactum, nec apud Chrysostomum.

1 *Obsecro vos*] Παρακαλῶ, idem *Hortor* poterat accipi, sive *Adhortor*: nam Græca vox anceps est, nisi quod id quod mox sequitur, *per misericordiam*, magis videtur obtestantis & obsecrantis quam adhortantis.

2 *Per misericordiam*] διὰ τῶν οἰκτιρμῶν, id est, *per miserationes.* Consentientibus in lectione Chrysostomo ac Theophylacto. Annotavit numeri rationem & Origenes, putans in eo esse emphasim immensæ Dei misericordiæ.

3 *Ut exhibeatis corpora vestra*] παραστήσετε τὰ σώματα ὑμῶν. *Exhibetur* quod ante promissum re præstatur, aut quod prius occultum profertur, velut exhibentur syngraphæ: frequenter in malam partem, ut dicitur *exhibere negotium*, qui facessit negotium: *præbetur*, quod ad usum subministratur: ita *præbemus* aures dicenti, *præbemus* sumptum ad nuptias. Chrysostomus & Theophylactus indicant eos proprie παριστᾶναι, qui imperatori præbent equos bellicos. Unde nos vertimus *præbere.* Si respicias quod in baptismo abjuravimus desideria carnis, nosque Christo dedicavimus, quadrat *exhibendi* verbum, quo monemur hoc præstare, quod sumus professi. Rursum si consideremus allusum esse ad veterem morem holocautomatum, quo Sacerdos hostiam imponebat altari, Deus autem igni cœlitus demisso eam absumebat, non male congruit *exhibendi* verbum. Quod enim semel Deo dicatum est, non oportet in alios usus accommodare: quemadmodum qui *præbuit* equos imperatori ad bellum, postea nihil habet cum illis commercii, nec ad privatos usus revocat, quos semel tradidit. Annotavit & illud Chrysostomus, quod non dixit ποιήσατε, id est, *facite corpora vestra hostiam*: sed παραστήσατε, hoc est, *tradite*, ut jam desinant esse vestri juris, sed incipiant esse divini: nefasque sit quæ semel præbuistis imperatori Deo ad bellandum adversus Diabolum, ea denuo Diaboli obsequiis accommodare: simulque monemur, ut curemus sic tractare corpora nostra, ut idonea sint instrumenta divinæ voluntati, dignaque quæ illius oculis exhibeantur.

4 *Rationabile obsequium*] τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν, id est, *rationalem cultum vestrum*, ut appositive cohæreat cum superioribus: idque indicat Græcus articulus τὴν, *qui est cultus vester rationalis* & spiritualis: perinde quasi dicat. Si mactaveritis & immolaveritis Deo corpora vestra, hoc est, corporeos affectus, non jugulantes brutas ac mortuas pecudes, quod antehac factitatum est a Judæis, ita demum exhibebitis illi victimam acceptam. Et *rationalem* vocat, non ut intelligas cultum moderatum, hoc est, moderatam corporis macerationem, quemadmodum hodie passim citare solet Concionatorum vulgus, ut ipsis quidem videtur erudite, cæterum iis qui Græce norunt admodum ridicule, sed victimam vivam ac rationis compotem. Existimant enim *rationabile* dici, quod est rationi consentaneum & ratione temperatum. At non aliter hic Paulus appellat *cultum rationalem*, quam prima Petri *lac spirituale* dicitur, λογικὸν γάλα, id est, *rationale lac* & *spirituale.* Verum quid faciant, ubi sententiæ vis a Græco pendet idiomate, & Interpres ejus linguæ prorsus ignarus est? *Obsequium* hic posuit pro sacrificio sive cultu, idque suo more. Cæterum ut ostenderet Christianorum cultum dissimilem esse Judaicis ceremoniis, quibus immolabant brutas pecudes, adjecit *rationale*, nimirum ipsum hominem sentiens, qui victima est rationalis, & ob id Deo acceptior, quum Judæorum pecudes apud Esaiam abominetur Dominus. Et in hunc sensum palam citat divus Hieronymus, quum aliis aliquot locis, tum vero in Epistola ad Pammachium, cujus initium, *Sanato vulneri.* Neque secus interpretatur Origenes, sic inquiens: *Qui cultus quoniam dudum in pecudum mutorum corporibus consistebat, nunc in corpore rationalis hominis offeratur, & corpora magis vestra quam pecudes fiant*

σχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς, τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον. 3 Λέγω γὰρ διὰ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης μοι, παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν, μὴ ὑπερφρονεῖν παρ᾽ ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν, εἰς τὸ σωφρονεῖν, ἑκάστῳ ὡς ὁ Θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως. 4 Καθάπερ γὰρ ἐν ἑνὶ σώματι μέλη πολλὰ ἔχομεν, τὰ δὲ μέλη πάντα οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει πρᾶξιν· 5 Οὕτως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ· ὁ δὲ καθεὶς ἀλλήλων μέλη· 6 Ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα, εἴτε προφητείαν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, 7 Εἴτε διακονίαν ἐν τῇ διακονίᾳ, εἴτε ὁ διδάσκων

accommodetis vos ad figuram seculi hujus, [5] sed transformemini [6] per renovationem mentis vestræ, ut probetis, [7] quæ sit voluntas Dei, quod bonum est, acceptumque, & perfectum. [8] Dico enim per gratiam 3 quæ data est mihi, [9] cuilibet versanti inter vos, ne quis arroganter de se sentiat super quam oportet de se sentire, sed ita sentiat, [10] ut modestus sit & sobrius, [11] ut cuique Deus partitus est mensuram fidei. Quemadmodum enim in uno corpore membra multa 4 habemus, membra vero non omnia eumdem habent actum: Sic multi unum corpus sumus in Christo: [12] 5 singulatim autem alii aliorum membra: Sed tamen [13] 6 habentes dona juxta gratiam datam nobis [14] varia, sive prophetiam [15] juxta portionem fidei, Sive ministe- 7 rium

ant sacrificium Deo, & cætera. Nec aliter exponit Chrysostomus, indicans λογικὴν dici, quod res sit animi ac spiritualis: pro templo, est pectus hominis: pro pecude, corpus hominis, hoc est, affectus carnis: pro igni, est charitas Dei. Et hactenus Christianæ pietatis est imitari Christum, qui semet immolavit pro nobis. Origenes, ut solet, attingit & aliud commentum, *rationalem cultum* de quo reddi possit ratio, quasi de Judæorum victimis non potuerit reddi ratio. Simile quiddam attingit & Theophylactus, omnia nostra debere ratione geri, quod ut vere dictum esse fateor, ita recedere videtur a simplicitate sermonis Apostolici.

5 *Sed reformamini*] μεταμορφοῦσθε, id est, *transformamini*, sive *transformemini*. Potest enim utrovis accipi modo, vel ut sit indicandi modo, vel ut sit imperandi modo dictum.

6 *In novitate sensus*] τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς, id est, *renovatione mentis*, hoc est, *per innovationem mentis*, nimirum alludens ad reprobam illam mentem in quam traditi fuerant ante, simulacris pro Deo deferentes honorem.

7 *Quæ sit voluntas Dei bona & beneplacens & perfecta*] Mirum quod exemplar sequutus Augustinus legit ad hunc modum libro *de Civitate Dei* decimo: atque item in Epistola octogesima sexta, *Ad probandum quæ sit voluntas Dei, quod bonum & beneplacitum & perfectum*: quasi hæc tria epitheta non pertineant ad voluntatem Dei, sed ad complexum illum verborum præcedentium, *Exhibeamus corpora nostra*, & cætera: *& non conformemur huic seculo, sed reformemur*, & cætera: ut pareamus non nostris cupiditatibus, id quod faciunt Ethnici, sed voluntati divinæ. Id si fecerimus, inquam, sacrificium fuerit bonum, placitum, & legitimum Deo. Atque ut in hunc sensum accipi possit, facit articulus additus, τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον. Nam τέλεια proprie dicuntur, in quibus nihil possis desiderare eorum quæ ad sacri rationem ac ritum religionis pertinent: & paulo ante a sacrorum metaphora cœperat. Interpres Origenis indicat, hîc Latinos nonnihil discrepare a Græcis, sed quid sibi velit, non satis intelligo, quum Græcus sermo ad utrumque sensum sit anceps. Certe Ambrosius consentit cum Augustino. Et quod legit, interpretatur hisce verbis, claudens commentarium: *Hoc erit conformem fieri spiritualium, renovatum in spiritu ac fide, hoc scire quid placet Deo, nec aliud bonum & perfectum esse.* Ambiguitatem sermonis facit additus articulus, eo misso si dixisset, τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον, & cætera, nihil erat ambiguitatis. Nunc quoniam dictum est, τὸ ἀγαθὸν, articulus bifariam potest accipi, vel ut discernat voluntatem a voluntate, vel ut referat quod præcessit, *scire quæ sit voluntas Dei.* Utrumque sensum attingunt Interpretes. Juxta priorem sensum non solum *voluntas Dei* distinguitur a voluntate nostra, verum etiam eadem voluntas Dei discernitur. Nam vetus ille Judæorum cultus & observationes, erat quidem voluntas Dei, sed non illa bona neque bene placens neque perfecta. Indulsit enim illis Dei voluntas propter imbecillitatem eorum, quemadmodum concessit populo flagitanti Regem. Sed novum Testamentum erat hæc perfecta Dei voluntas. Ita Chrysostomus & Origenes. Ambrosius ita disserit hunc locum, ut articulus τὸ referat non solum illud proximum, *ut possitis scire quæ sit voluntas Dei*, sed totum sermonem quem veluti sibi cohærentem complectitur, *Ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam, sanctam, Deo placentem, rationale obsequium vestrum: & nolite conformari huic seculo, sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis quæ sit voluntas Dei, quod facere est bonum, Deo gratum, & perfectum.* Ut intelligamus idem esse, offerre hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, & non conformari huic seculo, ignoranti quæ sit voluntas Dei, sed adhuc hærenti ritibus idololatrarum aut ceremoniis Mosaicis, & affectuum arbitrio vitam agenti, sed reformari in novitate sensus, ut abdicata voluntate carnis scire possimus quæ sit voluntas Dei. Totum hoc, cultus est bonus, beneplacens, & perfectus apud Deum. Jam μεταμορφοῦσθε, sicut paulo ante dixi, potest esse vel imperantis vel indicantis. Imperantis, ut respondeat ei quod præcessit, μὴ συσχηματίζεσθε. Indicantis, ut intelligas per ea, quæ dicta sunt de cultu rationali, nos transformari: ut transformati scire possimus quæ sit voluntas Dei. Nisi enim mactaverimus cupiditates carnis nostræ, non possumus esse idonei, ut in actionibus nostris intelligamus quæ sit voluntas Dei, sed quod nostro sensui vehementer arridet, id interpretamur esse voluntatem Dei. Simile quiddam docet ad Ephesios quinto, Δοκιμάζοντες τί ἐστιν εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ, id est, *Probantes quid sit beneplacitum Domino.* Item hujus Epistolæ capite secundo, Καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα, καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα, *Et nosse voluntatem, & probare quæ sint potiora.*

8 *Dico enim per gratiam*] Λέγω. *Dico* dixit, pro *Jubeo*, sive *Moneo*: quemadmodum & Latini, *Jubet salvere*, & *Dicit salutem*, consimilem in modum Græci, χαίρειν λέγω: atque ob id additur, *per gratiam quæ data est mihi*: ne vel arroganter videretur eis præcipere, vel citra auctoritatem admonere. Præcipit ut Apostolus, ut intelligens quid sit Deo placitum, sed hoc ipsum beneficentiæ divinæ fert acceptum. Nisi malis dicta sic interpretari, ut Paulus explicet & explanet quæ superius dixerat, de immolando corpore, de fugiendis hujus seculi cupiditatibus; nam additis exemplis rem facit evidentiorem. Arrogantia in primis est mactanda Deo.

9 *Omnibus qui sunt inter vos*] παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν. Origenis Interpres annotandum putavit quod apud Græcos non habeatur, *omnibus qui sunt inter vos*, sed *omni qui inter vos est*. Id quum ad sententiam nihil interesse constet, miror cur admonendum duxerit. Nos maluimus vertere *cuilibet*, sive *cuicunque*. Videbatur enim aliquis fastus tribuendus iis, qui fortuna aut dotibus præcellerent. Eum personarum delectum prorsus tollens Paulus, denunciat quisquis sit ille, modo versetur apud Christianos, ne se cuiquam anteponat, sed suam quisque dotem a Deo acceptam conferat ad commoditatem proximi.

10 *Sapere ad sobrietatem*] εἰς τὸ σωφρονεῖν. Divus Hieronymus libro primo contra Jovinianum dimicans, studio tuendæ virginitatis legendum putat, *ad pudicitiam*: damnatque quod nunc legit Ecclesia, *sapere ad sobrietatem*. Sed σωφρονεῖν est *temperatum, modestum*, ac *sobrium esse*: nonnunquam & ad pudicitiam pertinet, at non hoc quidem loco. At Interpres Origenis in Epistolam ad Romanos mavult *temperantiam*, quam *sobrietatem*, quod ea virtus, quam Græci σωφροσύνην appellant, Latinis doctis vocetur *temperantia*, quæ sit moderatio cupiditatum & actionum. Atque ita videlicet adducit hunc locum Augustinus Epistola quadragesima septima. Hilarius libro *de Trinitate* decimo Græcam vocem ὑπερφρονεῖν reddidit *supersapere*. Quanquam verum est quod alibi scribit Paulus: *Scientia inflat*, ni comes sit charitas: sed hic non proprie de scientia fit sermo. Est autem jucunda vocum allusio in sermone Græco, quam Latinus Interpres reddere non potuit: ὑπερφρονεῖν, φρονεῖν, εἰς τὸ σωφρονεῖν. Nec hoc loco φρονεῖν, id est, *sapere*, pertinet ad eruditionem, sed ad cogitationem & opinionem, veluti quum quis effertur animo, & magnifice de se sentit, quemadmodum & superius admonuimus. Id ita esse satis declarat Origenes, statim indicans hunc sermonem pertinere ad eos, qui ex oleastro insiti oleæ ferocirent & superbirent adversus ramos ex olea defractos: & quod hic dixit, perinde valere atque id quod alibi, *Noli superbe sapere.* Porro quod adducit ex Philosophorum fontibus de virtutis habitu e duobus extremis redacto, subindicat se magis juxta alienam quam suam sententiam interpretatum. Chrysostomus item admonet, hic indicari matrem bonorum omnium *modestiam*, hoc est, ταπεινοφροσύνην. Huic concordat Theophylactus. Ambrosius nobiscum legit, *ad sobrietatem*: nec ullam *pudicitiæ* mentionem facit illius enarratio. Verum in pugna tantum sibi permisit beatus Hieronymus, ut quod alibi probat, hic rejiciat. Sic enim adducit hunc locum: *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad pudicitiam*, non *ad sobrietatem*: quemadmodum male in Latinis legitur codicibus, *sapere*, inquit, *ad pudicitiam.*

11 *Et unicuique sicut Deus divisit*] Sic quidem habent & Græca: verum *unicuique* non habet quo referatur. Unde necesse est fateri, & hic Paulum spectasse sensum magis quam sermonis integritatem, nisi malumus sic ordinare, *Quisque sapiat ut cuique Deus distribuit mensuram fidei.* Origenes subindicat aliquid subaudiendum, quum ait, *Ut custodiat unicuique sicut divisit Deus mensuram fidei.*

12 *Singuli autem alter alterius membra*] ὁ δὲ καθεὶς ἀλλήλων μέλη, id est, *singuli autem alius alius membra*: sive, ut nos vertimus, *singuli autem alii aliorum membra.* Significat communionem membrorum inter ipsa mutuam.

13 *Habentes donationes*] Interpres, sive, quod magis arbitror, Scriba prætermisit conjunctionem, quæ partem hanc cum superiore commodissime connectebat, Ἔχοντες δὲ χαρίσματα. Quum enim dixisset, *singuli sumus alius alius membra*, ne confusionem imaginaremur, adjecit, sumus quidem membra ejusdem corporis, *sed habentes donationes*: alioqui inabsolutus fuerat sermo; quare offensus aliquis, & putans hanc partem non pendere a superioribus, conjunctionem expunxit. Certe *autem* additur apud Ambrosium & in exemplari Paulino, licet apertius & aptius erat *sed*, quam *autem*: quemadmodum & paulo ante: *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra eumdem actum habent, sed non omnia membra. Donationes*, χαρίσματα. Ut affectat copiam quum nihil sit opus, præsertim quum *donationes* hoc loco vox sit parum Latina.

14 *Differentes*] διάφορα, id est, *diversas*, seu potius *dona diversa.*

15 *Secundum rationem fidei*] κατὰ τὴν ἀναλογίαν, id est, *juxta* pro-

8 κων ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, Εἴτε ὁ παρακαλῶν ἐν τῇ παρακλήσει, ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι, ὁ προϊστά-9 μενος ἐν σπουδῇ, ὁ ἐλεῶν ἐν ἱλαρότητι. Ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος. Ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρὸν, κολλώ-10 μενοι τῷ ἀγαθῷ. Τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους 11 φιλόστοργοι. Τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι. Τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί. Τῷ πνεύματι ζέοντες. Τῷ και-12 ρῷ δουλεύοντες. Τῇ ἐλπίδι χαίροντες. Τῇ θλίψει 13 ὑπομένοντες. Τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες. Ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες. Τὴν φιλοξενίαν 14 διώκοντες. Εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς, εὐ-15 λογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε. Χαίρειν μετὰ χαι-16 ρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων. Τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες. Μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ

rium [16] in administratione, sive qui docet in doctrina, Sive qui exhortatur in exhortatione, qui impertit in simplicitate, qui præest in diligentia, qui miseretur in hilaritate. Dilectio sit non simulata. Sitis [17] odio prosequentes quod malum est, adhærentes ei quod bonum est. [18] Per fraternam charitatem ad mutuo vos diligendos propensi. [19] Honore alius alium prævenientes. [20] Studio non pigri. Spiritu ferventes. [21] Tempori servientes. Spe gaudentes. In afflictione patientes. [22] Precationi instantes. [23] Necessitatibus sanctorum communicantes. Hospitalitatem sectantes. [24] Bene loquamini de iis qui vos insectantur, bene loquamini, inquam, & [25] ne male precemini. [26] Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus. [27] Eodem

proportionem: ut intelligas hoc esse majora dona, quo fides tua fuerit integrior. Interpres Origenis indicat ἀναλογίαν non satis commode versam esse *rationem*, quum potius sit *mensura competens*, quam *ratio*. Certe quod hic dixit Paulus ἀναλογίαν, paulo ante dixit μέτρον: hic dilucidius erat, *proportione*, sive *juxta portionem fidei*. Est enim *analogia*, congruentia rei ad aliquid relatæ: velut quum dicimus, *Cicada magnas habet alas, proportione corporis*: nam parvæ sunt alæ, si ad alas conferantur papilionum.

16 *In ministrando & in exhortando*] Nomina sunt, ἐν τῇ διακονίᾳ, ἐν τῇ παρακλήσει, id est, *in ministratione, in exhortatione*. Quanquam ea res nihil variat sensum Apostoli. Origenes putat singulas partes referri posse ad id quod præcessit, *Sive habentes prophetiam juxta mensuram fidei, ne quis plus sapiat quam oportet, sed in ea sobrius*, & item de cæteris.

17 *Odientes malum*] ἀποστυγοῦντες, id est, *odio habentes*. Quanquam hic eleganter erat *abhorrentes a malo*: ut respondeat ei quod sequitur, *adhærentes*. Cæterum *bono* & *malo* hic ad personam referri non potest: quum sit τὸ ἀγαθὸν, ad rem referatur oportet. *Bonum* dixit honestatem, *malum* turpitudinem.

18 *Charitatem fraternitatis invicem diligentes*] Alius sensus est apud Græcos, Τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι, id est, *Fraterna charitate ad mutuo vos amandum propensi*. Plutarchus libellum scripsit περὶ τῆς ἀδελφίας, id est, *de charitate fratrum inter se*: quo verbo Apostoli frequenter utuntur pro studio & amore Christianorum inter ipsos mutuo, unde & vox Græca composita est. Ambrosius legit, *Fraternitatis amore invicem benigni*. Nam φιλόστοργος Græcis dicitur, qui est propenso affectu erga cognatos aut affines: e diverso qui non tanguntur pietatis affectu, ἄστοργοι vocantur. Vult enim Paulus hoc uno nomine, Christianum esse charum Christiano, quod Christianus est. Chrysostomus plus esse putat στέργειν, quam φιλεῖν. Cognatos enim nostra sponte amamus, etiamsi nos nullo officio provocarunt, ac parum commodos ferimus tamen ac fovemus, ob hoc ipsum quod cognati sunt. Mihi plane subolet Librariorum vitio, *charitate* versum in *charitatem*. *Charitate fraternitatis*, id est, fraterne diligentes invicem, & ablativus *charitate* respondet ei quod sequitur, *Honore invicem prævenientes*. Ex altero enim alterum nascitur, ex amore beneficentia.

19 *Honore invicem prævenientes*] Sensus omnino Græcis anceps est, Τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι. Nam προηγεῖται τῇ τιμῇ, qui præcellit honore. Et tamen Græci προηγεῖσθαι hic interpretantur προλαμβάνειν, id est, *prævenire*, sive *occupare*. Si scriptura mendo vacat, nove addidit participio casum accusandi, cui magis congruebat paternus, ob præpositionem πρό. Cæterum *honorem* vocat subsidium. Hoc enim convenit fraternæ charitati, certatim se mutuo in præstandis officiis præcurrere. Tametsi nec ille sensus absurdus est, ut intelligamus honorem delatum. Ubi enim est fraterna charitas, ibi nemo sibi præripit honorem, sed alteri potius cedit, ex modestia quemque judicans magis idoneum quam sit ipse: nec refragatur huic sensui προηγεῖσθαι. Nam ἡγεῖσθαι interdum sonat *existimare*: quod imitati Latini dicunt *ducere*, ut *dignum ducere*: unde προηγεῖται, qui meliorem de alio quam de se habet opinionem: ἡγεῖσθαι nonnunquam est *ducem esse*: unde & ἡγεμὼν, *princeps*, sive *præses*: hoc sequutus Interpres vertit *prævenientes*: neque secus Theophylactus, qui προηγεῖσθαι exponit προφθάνειν, προλαμβάνειν, id est, *anticipare*.

20 *Sollicitudine non pigri*] Τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί. Σπουδὴν vocat sedulitatem & studium exhibendi officii: & ὀκνηρὸς dicitur, qui gravatim aliquid facit: unde jubet ut non solum amemus & honorem deferamus alius alii, verum etiam alacres ac prompti succurramus invicem.

21 *Domino servientes*] Origenes, aut certe hujus Interpres, indicat in nonnullis exemplaribus scriptum fuisse, *Tempori servientes*: & accipi posse, diligenter utendum temporis occasione, quandoquidem breve est. Mihi videtur recte intelligi, boni consulendum, si quid pro tempore inciderit incommodi: nam id, opinor, est servire tempori: cum hoc cohæret quod sequitur, *Spe gaudentes*. Si quis exigit tributum, pende: si quis vectigal, solve: si quis exigit honorem, redde: si quis affligit, patere: nec ea res tristem reddat, sed spes erigat in malis animum. Item quod præcedit, *Spiritu ferventes*: fervor enim spiritus contemnit obstacula, & rapit omnem occasionem benefaciendi proximo. Testatur & Ambrosius sibi narratum fuisse, in Græcorum codicibus haberi, Τῷ καιρῷ δουλεύοντες, *Tempori servientes*. Atque obiter admiror, quum Græce sciret, cur non ipse potius consuluerit Græcorum exemplaria. Quin & Glossa, quam vocant *ordinariam*, admonet duplicis lectionis, ex Bedæ opinor auctoritate. Divus Hieronymus in Epistola quadam ad Marcellam præfert hanc lectionem qua vulgo utimur, nec tamen ullam reddit causam cur præferat. Sit cuique liberum quod volet sequi. Mihi magis arridet, *Tempori servientes*. Sed ea sententia, quoniam Ethnici Philosophi nomine vulgo circumferebatur, & vafritiem quamdam præcipere videbatur, offensus aliquis mutavit in *Domino servientes*: non satis animadvertens, *Domino servientes*, cum toto sermonis hujus contextu non perinde congruere. Quanquam autem in vocibus Latinis, *tempori* & *Domino*, nulla est affinitas: tamen in Græcis est nonnulla, καιρῷ & Κυρίῳ, maxime quum Scribæ soleant in pingendo decurtare syllabas. Chrysostomus & Theophylactus legunt & interpretantur *Domino servientes*, atque ita connectunt, amantes, honorantes, & adamantes invicem, Domino cultum gratissimum exhibebitis: quod quicquid officii proximo impenditur, ad ipsum Dominum pervenit. Chrysostomus notat emphasim, seu potius epitasim, in singulis verbis quibus hic usus est Paulus. Non enim dixit tantum μεταδίδοτε, id est, *impartiamini*, sed μετὰ δαψιλείας, hoc est, *largiter* & *alacriter*: neque dixit προΐστασθε, id est, *providete*, sed addit μετὰ σπουδῆς, id est, *studiose*: nec dixit ἐλεεῖτε, id est, *miseramini*, sed ἀγαπᾶτε, id est, *diligite*, idque *sine simulatione*: neque dixit ἀπέχεσθε τῶν κακῶν, id est, *abstinete a malis*, sed μισεῖτε, id est, *odio habete*: neque dictum est ἔχεσθε τῶν ἀγαθῶν, id est, *adhærete bonis*, sed κολλᾶσθε, id est, *adglutinemini*: neque tantum ait φιλεῖτε, sed addidit φιλοστόργως, id est, *amico affectu*: neque dixit simpliciter σπουδάζετε, id est, *curate*, sed addidit μὴ ὀκνηρῶς, id est, *non pigre*: neque dixit πνεῦμα ἔχοντες, id est, *spiritum habentes*, sed πνεύματι ζέοντες, id est, *spiritu ferventes*.

22 *Orationi instantes*] Τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες: quod assiduam sonat instantiam.

23 *Necessitatibus sanctorum communicantes*] Ambrosius legit, *Memoriis sanctorum communicantes*, & Origenis Interpres fatetur sic haberi in Latinis exemplaribus. Neque admodum dissimile veri est, ex μνείαις factum esse χρείαις, a Scriba quopiam eruditulo, præsertim quum in *memoriis* videretur subabsurdus sensus. Videtur autem hoc agere Paulus, ut non solum præsentes præsentibus impartirent charitate mutua, sed absentium quoque memores essent: juxta id quod Paulus a Petro monitus facit in Epistola ad Galatas, ut pauperum memor colligeret donatitiam pecuniam. Chrysostomus ac Theophylactus legunt pariter atque exponunt χρείαις, id est, *necessitatibus*. *Necessitates* enim dixit, non *delicias*: & *communicantes* dixit, non *subvenientes*: quod commercium sit inter dantem & accipientem, & plus lucri facit qui dat beneficium, quam qui accipit. Nec tamen est ἀνάγκαις, sed χρείαις, quod magis sonat *usum*, sive *opus habere*. Hoc ideo submonui, quod quidam non nisi in extrema necessitate putant nos debere subvenire proximo.

24 *Benedicite persequentibus vos*] Græce quidem est Εὐλογεῖτε, *Benedicite*, hoc est, *Bene loquamini*: quod Origenis Interpres exponit *Bene precemini*, opinor quod sequatur, μὴ καταρᾶσθε, id est, *ne devoveatis*. Solent enim vulgo qui non possunt ulcisci injuriam, devovere diris eos, a quibus læsi sunt. Εὐλογεῖν aliquoties est *laudare*, quo pacto hic sane non potest accipi. Neque enim jubet ut laudetur insectator, sed ut ei bene precemur, aut verbis benignis admoneatur erroris. Chrysostomus interpretari videtur de convitiis, μὴ λοιδορήσητε, inquiens. Nos vertimus, *Bene loquamini de persequentibus vos*: ut indicaremus & hunc sensum. Male audiebant discipuli apud incredulos, male audit & qui vituperatur, & cui male precantur homines: ita bene loquitur de alio qui non vituperat, & bene precatur orans pro suis inimicis: bene loquitur qui docet sine convitiis, sed ex charitatis affectu.

25 *Nolite maledicere*] μὴ καταρᾶσθε, id est, *ne male precemini*, ne quem devoveatis. Si Paulus sic inculcat, ne cui male precemur: ubi sunt qui sanctum putant, jugulare hostem, aut ne hostem quidem?

26 *Gaudere*] Χαίρειν. Græcis est mos, infinitivum pro imperativo ponere, *gaudere* pro *gaudete*, & *flere* pro *flete*: opinor quod subaudiant *oportet*. Reperitur similis tropus apud Latinos Historicos potissimum, *venari* pro *venabatur*, in quo subauditur *solet*, aut *cœpit*. Verum hunc tropum nemo Latinus est imitatus. Chrysostomus annotavit ordinem verborum, existimans plus esse *gaudere cum gaudentibus*, quam *flere cum flentibus*: eo quod calamitas vel invitis excutit miserationem, felicitas autem movet invidiam. Hic perinde loquitur Chrysostomus, quasi quod præcipuum est, soleat priori loco poni.

27 *Idipsum invicem*] Τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες, id est, *Idem alii in alios*, sive *de aliis sentientes*. Refertur & hoc ad affectum animi modesti, quo nemo putat alium se minorem, sed omnibus sese accommodat, de omnibus ex æquo bene sentiens. Vult enim Paulus, in Christianis affectum esse communem,

ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. Μὴ γίνεσθε 17 φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς. Μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες. Προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀν- 18 θρώπων. Εἰ δυνατὸν, τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάν- 19 των ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες. Μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀγαπητοὶ, ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ· γέγραπται γὰρ, Ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταπο- 20 δώσω, λέγει Κύριος. Ἐὰν οὖν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν· ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν· τοῦτο γὰρ ποιῶν, ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ 21 τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, XIII. 1 ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. Πᾶσα ψυ- μγ χὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω· οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ἀπὸ Θεοῦ· αἱ δὲ οὖσαι ἐξου- 2 σίαι, ὑπὸ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. Ὥστε ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν·

dem animo alii in alios affecti. Non [28] arroganter de vobisipsis sentientes, [29] sed humilibus vos accommodantes. [30] Ne sitis arrogantes apud vosmetipsos. Neque 17 cuiquam malum pro malo reddatis. [31] Providentes parantes honesta in conspectu omnium hominum. Si fieri 18 potest, quantum in vobis est, cum omnibus hominibus in pace viventes. Non vosmetipsos [32] ulciscentes, 19 dilecti, quin potius date locum iræ: scriptum est enim, [33] Mihi ultio, ego rependam, dicit Dominus. Si igitur esurit inimicus tuus, [34] pasce illum: [35] si si- 20 tit, da illi potum: hoc enim si feceris, carbones ignis [36] coacervabis in caput illius. [37] Ne vincaris a malo, 21 imo vince bono malum. [1] Omnis anima potestati- 1 XIII. bus [2] supereminentibus subdita sit: non enim est potestas nisi a Deo: [3] quæ vero sunt potestates, a Deo ordinatæ sunt. Itaque quisquis resistit potestati, Dei 2 ordi-

nem, ut omnes non opibus, non genere, non eruditione, non honoribus, sed Christo metiamur, qui est omnibus ex æquo communis. Nunc generosus fastidit obscurum, dives pauperem vix hominis habet loco, eruditus contemnit idiotam, Sacerdos exsecratur laicum, Monachus laicos vix pro Christianis ducit, Italus cæteros omnes ut barbaros ac pene pecudes adspernatur & horret, Germanus odit Gallum, Anglus Scotum: atque ex his & id genus aliis stultissimis affectibus bella, lites, atque hi rerum tumultus, quos jam annis aliquot videmus, exoriuntur. At Paulus sic voluit unumquemque Christianum affectum esse erga cæteros, quomodo singula membra corporis affecta sunt erga cætera membra, quemadmodum alibi dilucidius explicat, idque vocat *τὸ αὐτὸ φρονεῖν*. Atque in hanc sententiem edisserit Chrysostomus ac Theophylactus, si quem magis auctoritas quam ratio commovet.

28 *Alta sapientes*] Idem participium est, quod modo, *φρονοῦντες*, id est, *sentientes*, seu *cogitantes*: ut ad affectum animi referatur. Et connectenda est hæc particula cum sermone superiori, quam Interpres male separavit. Adjecit enim hoc Paulus, velut explicans quid dixisset, *Idem invicem sentientes*. Nam ubi quisque magnifice de se sentit ac suis, alios despiciat oportet.

29 *Sed humilibus consentientes*] *τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. Humiles* hîc vocat non modestos, sed humilis sortis homines, veluti pauperes, ignobiles, indoctos, plebejos. Et non est *consentientes*, sed potius *obsecundantes* & *accommodantes vos*, ut suæ quisque oblitus magnitudinis descendat ad affectus inferiorum. Id quod mira diligentia multis locis inculcat Paulus, haud ignarus ex hoc fonte maximas vitæ pestes scatere. Paulinus in Epistola ad Augustinum legit, *humilibus congruere*.

30 *Nolite esse prudentes*] *φρόνιμοι. Φρόνιμον* vocat, non qui sapiat, sed qui parum modeste de seipso sentiat, ut mox admonuimus, & ad eum modum interpretantur Græcorum commentaria. Alioqui quid affinitatis est prudentiæ cum vindicta? At arrogantia vindex est, dum quisque se meliorem putat, quam ut alteri cedere debeat.

31 *Providentes bona*] Hæc verba, *non solum coram Deo, sed etiam*, non sunt apud Græcos, sed tantum *ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων*, id est, *coram omnibus hominibus*. Proinde nec adduntur apud Origenem, nec apud Chrysostomum aut Theophylactum: apparet addita ab explicante Pauli sententiam. Non enim hîc opponit Paulus homines Deo, sed perfectos & imperfectos, bonos & malos componit, quibus tamen omnibus vult nos probari si liceat. Atque hoc quod sequitur, *Εἰ δυνατὸν*, mea sententia rectius ad superiora referretur, quum sequens particula habeat suum *τὸ ἐν ὑμῖν*, quod idem pollet: tametsi diversam distinctionem sequuntur alii. Qui addidit *non solum coram Deo*, voluit explere sententiam, ne Paulus videretur esse contentus hominum laude. Quod ego quidem non reprehendo, tametsi satius erat Scripturam in sua integritate relinquere, nisi si qua urgeat necessitas, quam hîc nullam video: non enim dicit *coram hominibus*, sed *coram omnibus hominibus*: hoc est, Judæis, & Gentibus, robustis, & infirmis. Huic sensui non admodum concinne affuitur, *non solum coram Deo*.

32 *Defendentes*] *ἐκδικοῦντες*, id est, *vindicantes*. Est enim participium ejusdem verbi, cujus est nomen *ἐκδίκησις*, quam vertit *vindictam*. Et tamen *defendere* frequenter apud Ecclesiasticos usurpatur pro *ulcisci*. Alioqui defensio Christianis permissa est, si defendere est depellere injuriam, cum exceptione inculpatæ tutelæ. *Charissimi*, *ἀγαπητοὶ*, id est, *dilecti*. Hoc adjecit velut eblandiri cupiens: quod alioqui durum erat, lacessitum injuria, remittere vindictam.

33 *Mihi vindictam*] *Ἐμοὶ ἐκδίκησις*, id est, *Mihi vindicta*, sive *ultio*: nominandi casu. Atque ita citat Hieronymus adversus Ruffinum in Epistola, cujus initium, *Lectis litteris prudentiæ tuæ*: proinde dilucidius explicatur Deuteronomii trigesimo secundo, unde locus hic desumptus est, *Mea est ultio*: hoc est, meum est ulcisci, qui sum judex. Nec additum est in Græcis codicibus, *& ego retribuam*: sed, *ego retribuam*: citra conjunctionem, quemadmodum exstabat scriptum in vetustissimo codice Constantiensi.

34 *Ciba illum*] *ψώμιζε*. Quod quidem haud caret emphasi. Nec enim *ψωμίζειν* est simpliciter *pascere*, sed *indulgenter pascere*, veluti minutim insipato pane, aut frustulatim conciso cibo: id quod apud nonnullos fit erga eos quibus favetur in conviviis, cum aliis interim liceat esurire.

35 *Si sitit, potum da illi*] Hoc in nonnullis Græcorum exemplaribus non erat additum. Ex Origene non satis liquet quid legerit: apud Ambrosium additur, atque item in vetustis exemplaribus: præterea apud Theophylactum & Chrysostomum. Quanquam *cibi* nomine continetur & potus.

36 *Congeres super caput*] *σωρεύσεις*, id est, *accumulabis*, sive *concervabis*. Et *carbones ignis*, Hebraica figura dixit, pro *carbonibus ardentibus*, quod ita interpretatur Theophylactus: *Vis magnifice ulcisci inimicum tuum? accumula in illum beneficia. Sic enim futurum est, ut atrocius a Deo puniatur.* Mihi videtur accommodatius doctrinæ Christianæ, si intelligamus benefactis obruendum inimicum, quo tandem resipiscat, & meritis lenitateque nostra victus, ex hoste fiat amicus.

37 *Noli vinci a malo*] *Bonum* & *malum* hîc non refertur ad hominem improbum, aut probum, sed significat ipsum beneficium aut injuriam. Vincitur igitur a malo, qui provocatus injuria non temperat animo, sed adducitur ad retaliandam injuriam. Vincit malum bono, qui malefacta benefactis repensans, efficit ut inimicus resipiscens fiat amicus. Hoc præceptum, quoniam durum erat humanis affectibus, adjecit auctoritate Domini, *Dicit Dominus*. Atque idem Christus præcepit in Evangelio: & tamen haud scio quo pacto fit, ut hanc doctrinam non negligant solum, verum etiam palam irrideant, qui sibi videntur admodum esse Christiani: & quorum piæ videlicet aures ne superstitiosum quidem Christophori, Barbaræ, aut Erasmi cultum verbo notari ferunt, ad hæc Christi sanctissima præcepta non verentur cachinnos tollere: & quod ante Christum Ethnicos docuit Socrates, hoc ab ipso traditum Christo, ab Apostolis toties inculcatum irrident Christiani, quum hoc insigni præcipue Christus suos a mundo discreverit. Verum hæc comploratio non hujus est loci. Et ex hoc capite divus Augustinus profert exemplum moderatæ simul ac modulatæ dictionis. Certe vix alius est apud Paulum locus compositior, atque, ut ita dicam, picturatior. Ut autem insigniora tantum indicemus, quantum dignitatis habet illa distributio: sic enim vocant Rhetores, qua unumquodque redditur ei cui congruit: *Habentes donationes secundum gratiam quæ data est nobis differentes, sive prophetiam secundum rationem fidei, sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate*: cæteraque quæ simili modulatione ac jucunditate decurrunt usque ad bimembrem periodum, *Non alta sapientes, sed humilibus consentientes*. Interim non parum est gratiæ in iisdem vocibus per traductionem, aut similibus per adnominationem repetitis, item ex contrariis inter se redditis: quod genus sunt illa, *Gaudere cum gaudentibus*: item, *Malum pro malo*: *ἐναντίωσις* in illis est, *Flere cum flentibus, Gaudere cum gaudentibus*: item in illis, *Benedicite, & nolite maledicere*: item, *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum*: item, in *alta sapientes* & *humilibus consentientes*. Cæterum comparibus membris & incisis, similiter cadentibus ac desinentibus sic totus sermo modulatus est, ut nulla cantio possit esse jucundior. Verum his persequendis non est animus immorari, ne simul & Lectorem defatigem, & ipse videar ab argumento suscepto digredi.

1 *Omnis anima*] dixit, pro omni homine. Nam quod Origenes hîc philosophatur, *animam* dici hominem, juxta partem spiritu inferiorem, sicut *caro* dicitur, juxta partem deteriorem, & ob id *animam* intelligi hominem, qui non sit omnino purus a rebus mundi, atque ideo merito debere parere iis, qui mundi res administrant, mihi videtur argutius quam verius. Haud scio an Librariorum errore factum sit, quod in Ambrosio secus quam nos habemus legitur, *Omnibus potestatibus sublimioribus subditi estote.*

2 *Sublimioribus*] *ὑπερεχούσαις*, id est, *præcellentibus*: positivum est, non comparativum. Intelligit enim homines auctoritate publica præditos, qualis est Regum, Præsidum, & Magistratuum. Comparativum, quod Latinus Interpres posuit, facit ut aliquis & hunc sensum possit accipere, Parendum Regibus ac Præsidibus, non inferioribus Magistratibus. Quod hîc vertit *sublimioribus*, primæ Petri secundo vertit *præcellenti*, *εἴτε βασιλεῖ ὡς ὑπερέχοντι*, *sive regi tanquam præcellenti.*

3 *Quæ autem sunt a Deo*] Secus distinguunt Græci, *αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι, ὑπὸ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν*, id est, *quæ vero sunt potestates, a Deo sunt ordinatæ*: ut comma ponas post *potestates*: repetit enim quod supra dixerat, *Non est potestas nisi a Deo.* Atque ita legit & interpretatur Ambrosius: *Quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt.* Rursus in Lucæ caput tertium: *Quæ autem sunt, a Deo*, inquit, *ordinatæ sunt*: non *data*, sed *ordinata*. Atque ita distinguunt vetustissima exemplaria, nominatim quod exhibuit Collegium Ecclesiæ Constantiensis. Rursus in meo codice vetustæ typographiæ, & in Constantiensi habebatur *ordinata*, non *ordinata*:

ϛηκεν· οἱ δὲ ἀνθεϛηκότες, ἑαυτοῖς κρῖμα λήψονται. 3 Οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων, ἀλλὰ τῶν κακῶν. Θέλεις δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν; τὸ ἀγαθὸν ποίει, καὶ ἕξεις 4 ἔπαινον ἐξ αὐτῆς· Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐϛί σοι εἰς τὸ ἀγαθόν· ἐὰν δὲ τὸ κακὸν ποιῇς, φοβοῦ· οὐ γὰρ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φορεῖ· Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐϛιν, ἔκδικος εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσ5 σοντι. Διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι, οὐ μόνον διὰ τὴν 6 ὀργὴν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν συνείδησιν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρυς τελεῖτε· λειτυργοὶ γὰρ Θεοῦ εἰσιν, εἰς 7 αὐτὸ τῦτο προσκαρτερῦντες. Ἀπόδοτε ὖν πᾶσι τὰς ὀφειλάς· τῷ τὸν φόρον, τὸν φόρον· τῷ τὸ τέλος, τὸ τέλος· τῷ τὸν φόβον, τὸν φόβον· τῷ τὴν τιμὴν, τὴν 8 τιμήν. Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλους· ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, νόμον πε9 πλήρωκεν. Τὸ γὰρ, οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις, οὐκ ἐπιθυμήσεις, καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολὴ, ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις τὸν 10 πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. Ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται· πλήρωμα οὖν νόμου, ἡ ἀγά11 πη. Καὶ τοῦτο εἰδότες, τὸν καιρὸν, ὅτι ὥρα, ἡμᾶς

ordinationi resistit: qui autem restiterint, sibiipsis 4 judicium accipient. Nam principes 5 non terrori sunt bene agentibus, sed male. Vis autem non timere potestatem? quod bonum est facito, & feres laudem ab illa: 6 Dei enim minister est tibi in bonum: quod si feceris id quod malum est, time: non enim frustra gladium gestat: nam Dei minister est, ultor ad iram ei qui quod malum est fecerit. 7 Quapropter oportet esse subditos, non solum propter iram, verum etiam propter conscientiam. Propter hoc enim & vectigalia solvitis: siquidem ministri Dei sunt, 8 in hoc ipsum incumbentes. Reddite igitur omnibus quod debetur: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. 9 Nemini quicquam debeatis, nisi hoc, ut invicem diligatis: 10 nam qui diligit alterum, legem explevit. 11 Siquidem illa, non mœchaberis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod aliud præceptum, 12 in hoc sermone summatim comprehenditur, nempe, Diliges proximum tuum sicut teipsum. 13 Dilectio proximo malum non operatur: consummatio itaque legis, est dilectio. 14 Præsertim quum sciamus tempus, quod tempestivum sit, nos jam

nata: ut appareat hoc a Librariis vitiatum. Neque secus distinguit Augustinus, hoc adducens testimonium Epistola ad Macedonium quinquagesima quarta, nisi quod *potestates* non repetit: ita legens, *Non est enim potestas, nisi a Deo: quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt*: ut a verbo *sunt*, succedat hypostigme. Theophylactus non repetit *potestates*: *Quæ autem sunt a Deo, ordinata sunt*: sed ita ut subaudiri velit. Apud Chrysostomum repetitur. Quanquam totam hanc clausulam apud Origenem non reperio, ne in interpretatione quidem ulla hujus rei fit mentio. Videri poterat adjecta ab Interprete quopiam, qui volens confirmare, quod omnis potestas sit a Deo, asseveratione graduum sententiam eamdem repetiverit: *Itaque qui resistunt, Dei ordinationi resistunt*, faciens ad ea quæ mox sequentur: etiamsi Chrysostomus ac Theophylactus, ut modo dixi, more nostro distinguit. Quoniam Paulus intelligebat nonnullos Christianos prætextu religionis detrectare Principum jussa, atque ita futurum, ut ordine perturbato sursum ac deorsum omnia miscerentur, præcipit, ut quibuslibet potestate publica præditis obtemperent, excepta fidei & pietatis causa. Ipsi quidem Ethnici sunt, ac mali, sed ordo tamen bonus, & ob hunc mali quoque Principes nonnunquam ferendi sunt piis hominibus. Notavit Chrysostomus ὑποτασσέσθω: non enim dixit πειθέσθω, quod est simpliciter *parere*, sed *subditi estote*. Nam πείθεσθαι dicuntur, qui persuasi parent, hoc est, dicto audientes sunt, quod unico verbo Græci dicunt πειθαρχεῖν, sed ὑποτάσσονται & servi. Exigit igitur Apostolus a Christianis, ut Tyrannis quoque obsecundent & ferant: veluti quum Tyrannus dicit, I in carcerem, eant: pone cervicem, ponant. Et significantius est *anima*, quam *hominis* vocabulum, ne quis omnino putaret se exemptum ab obedientia Principum, sive Apostolus esset, sive Propheta. Annotavit & illud, quod non dixit, omnes Principes ordinatos a Deo, sed potestatem: quemadmodum matrimonium est a Deo, sed non omnes conjuges jungit Deus.

4 *Damnationem acquirunt*] λήψονται, id est, *accipient*: ut futuri sit temporis. Cæterum κρῖμα, id est, *judicium*, haud male vertit in *damnationem*.

5 *Non sunt timori boni operis*] οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων, id est, *non sunt terror* sive *timor bonorum operum*. Hoc est, Non sunt formidandi bene agentibus. Non enim deterrent benefacta, sed maleficia.

6 *Dei enim minister est*] διάκονος, id est, *ministrator*. Nam de potestate loquitur. Quanquam ut *magistratus* nonnunquam homo dicitur magistratu fungens, ita & *potestas* homo potestate præditus. Et Græci addunt pronomen σοι. *Dei minister est, sed in tuum bonum*: quo minus est causæ cur metuas aut oderis.

7 *Ideoque necessitati subditi estote*] Græcis alius est sensus: Διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι. *Quare necesse est subjici*. Interpres legisse videtur ὑποτάσσεσθε per ε psylon, non per αι diphthongum. Quanquam si ὑποτάσσεσθε sit ὁριστικὸν, idem erit sensus qui per infinitum, quum infinitum verbum indicativi vice usurpetur. Etiamsi *necessitatis* verbum apud Ambrosium omnino non legitur. Origenes suo more detorquet eam necessitatem ad eos duntaxat, qui nondum pure spirituales sunt. Quanquam mea sententia cæteris quoque ferendi sunt Principes, ne magna gravique rei publicæ ruina provocentur, & hanc, ni fallor, appellat *necessitatem*. Cæterum *iram*, Hebræorum more, vocat ultionem ac supplicium, quo castigantur admissa. *Conscientia* potest accipi bifariam, vel illius qui non obtemperat ei, cui Deus vult obtemperari, vel illius qui tuo exemplo putat sibi contemnendum esse Magistratum, quem videt abs te negligi, & recte negligentem non recte imitatur. Augustinus interpretatur *necessitatem*, auctoritatem Principum in tollendis rebus subditorum. Non dissimulabitur & illud, apud Theophylactum & Chrysostomum hæc verba, Διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι, sic esse interjecta, ut contextum superiorem cum posteriore connectant, *Dei minister est*: oportet igitur obedire, quemadmodum initio dicere cœperam. Quoniam autem ob longius hyperbaton hæc verba, *non solum propter iram*, & cætera, durius cohærebant cum eo quod præcesserat, *Omnis anima subdita sit*: aliquis repetiit quod præcesserat, quo mollior esset orationis ordo. Id esse verum perspiciet, qui inspexerit codicem pervetustum ac diligentissime scriptum, quem nobis exhibuit Collegium Dominicalium Basileæ, & codicem Chrysostomi, qui mihi hæc scribenti subserviebat. Non reprehendo tamen, sed laudo quod factum est.

8 *In hoc ipsum servientes*] προσκαρτερῦντες. Quod paulo superius transtulit *instantes*, nunc vertit *servientes*: nos vertimus *incumbentes*, hoc est, operam dantes & adnitentes. Pro me facit Augustinus hunc adducens locum libro *de Doctrina Christiana* quarto, capite vigesimo, legens, *in hoc ipso perseverantes*.

9 *Nemini quicquam debeatis*] ὀφείλετε. Incertum an sit *debetis*, indicandi modo, an *debete*. Sensus autem Græci sermonis anceps est, potest enim sic accipi, Solvite unicuique quod debetis, quo soluto, desiistis debere. At sola charitas non desinat deberi, sed semper persolvatur, & nihilominus semper debeatur, ut non sit finis bene merendi. Ad eum modum enarrant Origenes, Chrysostomus, ac Theophylactus. Potest & ita intelligi, ut superiora referantur ad Magistratus Ethnicos, uti tum erant omnes. Quod sequitur, *Nemini quicquam*, & cætera, ad Christianos, Solvite illis quod debetis. Cæterum Christianus Christiano nihil debet, nisi mutuam charitatem. Atque hunc sensum amplexus est Ambrosius, sic edisserens: *Pacem vult nos habere, si fieri potest, cum omnibus: dilectionem vero cum fratribus*. Annotavit distributionis gratiam Augustinus, quo dictum est loco, qua singula singulis apte redduntur, modulato sermonis cursu, *cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Atque hæc membratim*, inquit, *fusa, clauduntur etiam ipso circuitu, quem duo membra connectunt*, Nemini quicquam debeatis, nisi ut invicem diligatis. Quanquam est in hoc multum jucunditatis, ex comparibus, asyndetis, & ejusdem vocis traductionibus, denique & in repetitionibus vocis initio iteratæ, *cui, cui, cui*.

10 *Qui enim diligit proximum*] ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, id est, *qui enim diligit alterum*. Interpres legisse videtur τὸν πλησίον. Etiamsi id ad sensum minimum habet momenti.

11 *Nam non adulterabis*] Ut modo, ita nec hic reddidit vim articuli Græci, εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾷν, quod nos expressimus, *nisi hoc, ut invicem diligatis*. Et, Τὸ γὰρ, Οὐ μοιχεύσεις. *Nam illa, Non adulterabis*, & cætera.

12 *In hoc verbo instauratur*] ἀνακεφαλαιῦται, id est, *recapitulatur*, hoc est, *summatim in hoc verbo continetur*. Augustinus in Epistola quadam vertit *recapitulatur*. Sumptum est ab Epilogis Rhetorum, in quibus tota causa summatim repetitur, quam ἀνακεφαλαίωσιν vocant illi. Nam *instauratur*, quod instar priorum restituitur: ita dicimus collapsum ædificium instaurari. Nam Ambrosius legit *consummatur*. Nos vertimus *summatim comprehenditur*: dubii num *recapitulari* reperiatur apud Latinos: optarim certe inveniri. Chrysostomus annotavit hujus verbi proprietatem, non dixit πληρῦται, id est, *impletur*: sed ἀνακεφαλαιῦται: quo compendium ac brevitatem exprimeret.

13 *Dilectio proximi*] τῷ πλησίον, id est, *proximo*, dandi casu, ut referatur ad verbum *operatur*. Confirmat enim ratione quod dixerat, Epilogum, hoc est, totius Legis esse compendium in charitate. Lex diversis mandatis deterret a lædendo proximo, *Non pejerabis, Non furaberis, Non adulterabis, Non dices falsum testimonium, Non occides*, & quid non? At qui charitate Christiana præditus est, is nullum omnino lædit mortalem, prodest omnibus quibus potest, & bonis & malis. Etiamsi altera lectio, τὸ πλησίον, probe habet: τῷ πλησίον legit Chrysostomus, atque item Theophylactus, utcunque tractavit illum Interpres.

14 *Et hoc scientes tempus*] *Hoc* pronomen apud Græcos non refertur ad *tempus*, quum *tempus* illis sit masculini generis. Verum ita loquitur, *Et hoc*, sive *Idque quum sciamus*, nempe *tempus*, Καὶ τῦτο εἰδότες τὸν καιρόν. Ut *Et hoc* vim habeat exaggerandi, veluti quum dicimus, *Scortaris, & hoc in Quadragesima*: ut intelligamus quæ præcepit, nunc præcipue præstanda esse in Lege Evangelica, quæ plus aliquid exigit supra Mosis naturæque Legem. *Tempus* autem hoc loco significat opportunitatem & occasionem, καιρὸν, pro quo usurpant ὥρα. Hora, pars est diei, unde illud, *Et mutatur in horas*. Hora, est pars anni, velut hyems, ver,

ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι· νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν
12 ἡ σωτηρία, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν. Ἡ νὺξ προέκοψεν,
ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν· ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ
σκότους, καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτός·
13 Ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν, μὴ κώ-
μοις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις, μὴ
14 ἔριδι καὶ ζήλῳ· Ἀλλ' ἐνδύσασθε τὸν Κύριον Ἰησοῦν
Χριστὸν, καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς
XIV. 1 ἐπιθυμίας. Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμ-
βάνε-

jam 15 a somno expergisci: 16 nunc enim propius adest nobis salus, 17 quam tum cum credebamus. 18 Nox 12 progressa est, dies autem 19 appropinquat: abjiciamus igitur opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Tanquam in die 20 composite ambulemus, 21 non co- 13 messationibus & ebrietatibus, non cubilibus ac lasciviis, non contentione & æmulatione: Sed induamini Do- 14 minum Jesum Christum, & carnis curam ne agatis 22 ad concupiscentias. Porro 1 eum qui infirmatur fide, 2 1 XIV. assu-

ver, æstas, autumnus: quarum quæque suas habet actiones: ut apud eumdem Poëtam, *Variisque mundum temperat horis.* Unde *ὡραῖον*, *tempestivum*, sive *pulchrum*: & ἔξωρον, quod jam defloruit. Ita tempus universum suis quibusdam horis distinguitur: erat hora ante Legem, sub Lege, sub Evangelio: Gentes versabantur in tenebris, Judæi in umbris, dissimulatus est somnus. At simul atque effulsit clarissima lux Evangelii, turpe est quemquam adhuc dormire.

15 *De somno surgere*] ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι. Ἐγείρεται, qui jacebat aut sedebat: ἐγείρεται, structura quæ surgit in altum: ἐγείρεται, qui expergiscitur. Geneseos XLI. Ἠγέρθη δὲ Φαραὼ, *Experrectus est autem Pharao.* De templo corporis sui dixit apud Joannem Dominus ἐγερῶ, *excitabo*: & apud Esaiam vigesimo sexto, *Expergiscimini & laudate*: Septuaginta verterunt ἐγερθήσονται, mutatis tempore & persona. Ad Ephesios quinto, *Exsurge qui dormis*, Ἔγειραι ὁ καθεύδων. Et *exsurge a mortuis*, ἀνάστα, quod est verbum anceps, quemadmodum ἐγείρεσθαι. Cæterum ad significandam somni solutionem propria sunt ἐκνήφειν, & ἐξυπνιάζεσθαι. Apostolus autem vitam in vitiis actam *somnum* appellat, primæ ad Thessalonicenses quinto, similem huic loco sententiam proferens, *Omnes enim vos filii lucis estis & filii diei, non sumus noctis neque tenebrarum. Itaque non dormiamus sicut cæteri, sed vigilemus & sobrii simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt.* Huc respiciens verti *expergisci*, pro *surgere*: & si qua emphasis est in *surgere*, eadem manet in *expergisci*. Sic enim dici videtur experrectus, quasi ex somno perrectus. Quod si quis hunc locum existimat pertinere ad resurrectionem mortuorum, qui dormire dicuntur Apostolo, pulchre congruit *expergisci* verbum. Frivolum est enim quod quidam caussantur de surgendo ad bona opera, & quod experrecti redormiscunt. Sic & qui surrexerunt, redeunt ad stratum, & quidam surgunt dormientes. Ideo excitamur a somno, ut surgamus.

16 *Nunc enim propior est*] ἐγγύτερον ἡμῶν, id est, *propius nos est*, sive *propius abest a nobis*, ut *propius* sit adverbium, habeatque casum præpositionis unde fluxit. Nam Græci dicunt, ἐγγύς σου, id est, *prope te.* Proinde ἐγγύτερον comparativo convenit duplex casus paternus, alter thematis, alter comparationis. Hoc igitur ἡμῶν non est comparationis, sed thematis. Velut apud nos si dicas, *Sum abundantior pecuniis te: pecuniis* ablativus est thematis, *te* comparationis. Nunc Interpres genitivum ἡμῶν retulit ad σωτηρίαν, quum pertineat ad ἐγγύτερον. Sentit enim Evangelii fidem viciniorem esse, quam tum erat, quum sibi fiderent in philosophia & operibus Legis. Alioqui si sensisset *nostra salus*, dixisset, ἡ σωτηρία ἡμῶν, aut ἡ ἡμῶν σωτηρία. Nunc est ἡμῶν ἡ σωτηρία. Loquitur absolute de salute omnibus adventante.

17 *Quam quum credidimus*] ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν. Certe dilucidius erat, non modo Latinius, *quam tum quum credebamus.* Siquidem in Lege Mosis opinio magis fuit salutis quam salus, & umbra potius quam res. Unde noctem vocat procul adhuc agente sole, quæ paulatim rarescit accessu luminis.

18 *Nox præcessit*] προέκοψεν, id est, *processit*, sive *progressa est*, & tendit ad interitum, hoc est, nox maxima ex parte peracta est, & instat dies, paulatim illucescente Evangelio. Cyprianus in sermone *de zelo & livore* legit, *Nox transivit.* Origenis Interpres Homilia trigesima quinta legit, *Nox promovit*: ut dubitandum non sit, quin errore Librariorum ex *processit* factum sit *præcessit.* Chrysostomus aperte interpretatur de nocte adventante: *Dies, inquit, appropinquat. Proinde*, inquit, *si nox desinit, hæc autem accedit, quæ hujus sunt deinceps agamus, non quæ illius, quandoquidem hoc & in rebus mundanis agitur. Quum enim viderimus noctem ad auroram properantem, hirundinemque canentem audierimus, suum quisque proximum excitamus, etiamsi adhuc nox sit. Porro ubi jam abiit nox, festinamus nos invicem alloquentes dicere, Dies est, omniaque quæ diei sunt agimus, vestientes nos, & abjicientes somnia, discusso sopore, ut nos dies inveniat apparatos.* Apertius etiam Theophylactus, fingens exempli caussa noctem esse duodecim horarum, peractis decem dicimus, Ἡ νὺξ προέκοψεν, hoc est, πρὸς τέλος ἐστί. Nec absurde loquuntur, qui tunc dicunt noctem præteriisse, sed hoc non sonat προέκοψεν, quæ vox constanter est in Græcorum codicibus. Postremo *præcedendi* verbum non congruit ei quod sequitur, *dies appropinquat*, sive *instat.* Nam peracta nocte jam non imminet dies, sed dies est, jamque serum est homines excitare somno. Nec me clam est, quod omnes interpretantur hunc locum de resurrectione, quam interpretationem si probamus, non omnino præteriit nox: nec adest dies, sed adhuc in spei diluculo sumus, resurrectionis diem velut instantem exspectantes. Unde nihil est dubitandum, quin *præcessit* a Librariis depravatum sit ex *processit*, qui non animadverterint, *procedere* non semper esse prodire in publicum, sed interdum progressum aut provectum esse. Id ex Lucæ primo discere poterant, qui scribit Zachariam & Elisabet processisse in diebus suis, sentiens illos esse provectæ jam ætatis, quum vita nondum præteriisset, sed esset vicina termino.

19 *Appropinquavit*] ἤγγικεν. Est quidem præteriti temporis, sed quod Latinius reddatur Latine per verbum præsentis temporis, incolumi sensu, *appropinquat*, sive *in propinquo est.* In plerisque codicibus video depravatum *appropinquabit.* Sentit enim diem adventus Christi jam instare, noctem superioris ignorantiæ jam ad finem tendere.

20 *Honeste ambulemus*] εὐσχημόνως, id est, *composite*, sive *modeste.* Cyprianus eo, quem mox citavimus, loco vertit *decenter.* Nam orta luce ob pudorem homines se gerunt verecundius, componuntque mores ad hominum judicia, nox enim vacat pudore.

21 *Non in comessationibus*] Græce abest præpositio *in*, μὴ κώμοις, id est, *non commessationibus*: etiamsi non omnino displicet addita. Κῶμος autem Græcis Deus est temulentiæ, & eodem nomine vocatur convivium procacius ac juvenile. Quin & cantiones ac saltationes lascivæ Græcis κῶμοι dicuntur: unde & *comœdia* dicta est. Et κωμάζειν dicuntur, qui coronati ac bene poti in alienum convivium irruebant, non sine tibicine: quemadmodum apud Platonem Alcibiades irrumpit in convivium Agathonis. Morem hunc fuisse apud Græcos locis aliquot declarat Athenæus.

22 *In desideriis*] εἰς ἐπιθυμίας, id est, *ad concupiscentias*: hoc est, ad necessitatem, non ad voluptatem. *Curam* autem vertit πρόνοιαν, id est, *providentiam*: sic enim legit Origenes Homilia in Exodum nona. Item Augustinus adducens hunc locum libro *de Doctrina Christiana* quarto, capite vigesimo: quum fateatur reliquam orationem modulatam ac numerosam esse: tamen offenditur nescio quid extrema clausula, *& carnis curam ne feceritis in desideriis*: mallet enim hanc compositionem, *& carnis providentiam in desideriis ne feceritis.* Eant nunc ac meam μικρολογίαν damnent in Sacris Litteris, quum tam minutula curæ sint tanto Episcopo. Et tamen quid hoc sit quod offenderit Augustinum nequeo divinare. Porro *in concupiscentiis*, non ob id tantum in fine ponitur, ut consentiat cum ordine Græci sermonis, verum etiam quod illic magis ferit aures. Nam *carnis curam* haberi non vetat, ideo velut ἐπιφωνεῖ, *in concupiscentiis.* Apud Græcos prior pars, καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν, juxta rationem accentuum, quam in compositione magis spectamus, est trochaicus dimeter catalecticus, posterior est trochaicus trimeter brachycatalecticus. Hunc sane locum adducit Augustinus, ut exemplum mediocris characteris, quem arbitratur exhortationi competere. Quanquam insunt & alia multa decora, velut ἐναντίωσις & ὁμοιοτέλευτον in illis, *Nox præcessit, dies appropinquavit.* Item ἐναντίωσις in *abjiciendo* & *induendo*, in *luce* ac *tenebris.* Ad hæc metaphora in unica voce *arma lucis.* Rursus collatio, *sicut in die*: sed jucundior est Græcorum verborum sonus, ἀποθώμεθα, ἐνδυσώμεθα, σκότους, φωτός: in verbis plenum est ὁμοιοτέλευτον, in nominibus ex parte ὁμοιόπτωτον, quum apud nos omnino non sit. Subest & catachreseos gratia in εὐσχημόνως, & περιπατῶμεν. Neutrum enim proprie dictum est. Ne quid interim dicam de concinnitate membrorum, articulorum, & comparium, quæ tamen evidentior est in his quæ sequuntur. Quanquam totus hic sermo videri potest allegoria: *Nox præcessit, dies appropinquavit, abjiciamus opera tenebrarum, sicut in die honeste ambulemus.* Nullum enim hic verbum est proprium. Modulatior ac numerosior cursus est in illis, *non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione.* Unumquodque membrum constat jugo vitiorum inter se cognatorum, ut interpretatio schema videri possit: nec caret gratia vox eadem in initiis membrorum repetita. Adde his parem fere numerorum colorum & commatum, deinde ὁμοιόπτωτον. Tametsi hæc non semper respondent in Græcis: nam in κώμοις & μέθαις numerus par est: ὁμοιόπτωτον non perinde plenum est ut in Latinis. Rursus *in contentione & æmulatione*, apud nos ὁμοιόπτωτον est, apud Græcos nequaquam, ἔριδι καὶ ζήλῳ. In summa, schemata, quæ sita sunt in dictionibus, non perpetuo conveniunt nobis cum Græca lectione. Verum quæ sita sunt in rebus, communia sunt omnium linguarum.

1 *Infirmum autem*] Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα, id est, *Eum qui infirmus est.* Nec est, *in fide*, sed *fide*, ut referatur ad participium ἀσθενοῦντα, non ad sequens verbum, *suscipite* vos qui firmiores estis, suscipite eum qui nondum firmus est fide. *Infirmos* autem vocat Judæos, qui nondum poterant contemnere ciborum delectum, & tamen ad firmos vertit sermonem, quo facilius medeatur imbecillibus. Ita Chrysostomus.

2 *Assumite*] προσλαμβάνεσθε, id est, *vobis adjungite*, & *recipite in vestrum contubernium.* Qui nondum perfecte credit, non est rejiciendus, ne linum fumigans exstinguatur, sed tolerandus & alendus, donec proficiat ad meliora. Illud obiter annotandum, quod Paulus abstinentiam ciborum infirmitati fidei tribuit, non de his loquens qui quo corpus habeant obtemperantius, a lautioribus eduliis abstinent, sed de his qui Judaico more certos fugiunt cibos. Et tamen hos vult tolerari, sed hac spe, ut proficiant in fide, & ejusmodi ceremonias negligant. At hodie videmus inter Christianos prope plus esse superstitionis in ciborum delectu, quam unquam fuerit apud Judæos. Nec ista jam tolerantur, sed in his quidam absolutam constituunt pietatem: pro illis omni telorum genere depugnamus: ex his judicamus, aversamur,

2 βάνεσθε, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν. Ὃς μὲν πιςεύει φαγεῖν πάντα· ὃς δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει. 3 Ὁ ἐσθίων, τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω· καὶ ὁ μὴ ἐσθίων, τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω· ὁ Θεὸς 4 γὰρ αὐτὸν προσελάβετο. Σὺ τίς εἶ, ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; τῷ ἰδίῳ κυρίῳ ςήκει, ἢ πίπτει, ςαθήσεται δέ· δυνατὸς γάρ ἐςιν ὁ Θεὸς ςῆσαι αὐ- 5 τόν. Ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν· ἕκαςος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πλη- 6 ροφορείσθω. Ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ φρονεῖ· καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ οὐ φρονεῖ· ὁ ἐσθίων, Κυρίῳ ἐσθίει, εὐχαριςεῖ γὰρ τῷ Θεῷ· καὶ ὁ μὴ ἐσθίων, Κυρίῳ οὐκ ἐσθίει, καὶ εὐχαριςεῖ τῷ 7 Θεῷ. Οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ἑαυτῷ ζῇ, καὶ οὐδεὶς ἑαυ- μζ 8 τῷ ἀποθνήσκει. Ἐάν τε γὰρ ζῶμεν, τῷ Κυρίῳ ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκομεν, τῷ Κυρίῳ ἀποθνήσκομεν· ἐάν τε οὖν ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκομεν, 9 τοῦ Κυρίου ἐσμέν. Εἰς τοῦτο γὰρ Χριςὸς καὶ ἀπέθανε,

A assumite, 3 non ad dijudicationes disceptationum. 2 Alius quidem credit 4 vescendum esse quibuslibet: 5 alius autem qui infirmus est, oleribus vescitur. 3 Qui vescitur, non vescentem 6 ne despiciat: & qui non vescitur, vescentem ne judicet: Deus enim illum assumpsit. 4 Tu quis es qui judicas de alieno famulo? proprio domino stat, aut cadit, imo fulcietur ut stet: potens enim est Deus efficere ut stet. 5 8 Hic quidem judicat diem ad diem conferens, ille autem idem judicat de quovis die: 9 unicuique sua mens satisfaciat. 6 Qui curat diem, Domino curat: & qui non curat diem, Domino non curat: qui vescitur, Domino B vescitur, gratias enim agit Deo: 10 & qui non vescitur, Domino non vescitur, & gratias agit Deo. 7 Nullus enim nostrûm sibiipsi vivit, & nullus sibiipsi 8 moritur. Nam sive vivimus, Domino vivimus, sive morimur, Domino morimur: sive igitur vivamus, 9 sive moriamur, Domini sumus. In hoc enim Christus &

samur, exsecramur proximum ceu parum Christianum: ex his, nobis stultissime placemus, alioqui teterrimis animi morbis infecti, superbia, ira, livore, amore nostri.

3 *Non in disceptationibus cogitationum*] μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν, id est, *non ad dijudicationes disceptationum*: hoc est, *non in anxiis disceptationibus*, per quas futurum est ut ille alienetur, qui potius fovendus sit lenitate, donec proficiat ad perfectiora. Hoc plerique referunt ad Gentes: mihi videtur ad utrosque pertinere, ut intelligamus disceptationes mutuas, quæ nascuntur C ex discriminibus ciborum. Siquidem, ut alibi declarat, utrique judicabant alteros: qui vescebantur, abstinentiam aliorum vocabant superstitionem: qui non vescebantur, vescentes judicabant, quasi utentes prohibitis. Ex hujusmodi frivolis non vult inter Christianos esse disceptationem, sed utrosque alteris vult concedere tuendæ concordiæ gratia. Mirum est autem cur Interpres maluerit *cogitationum*, quam *disceptationum*: nisi forte non legit διαλογισμῶν, sed λογισμῶν: διαλογισμὸς apud Græcos interdum declarat inanem concertationem verborum de rebus nihili. *Cogitatio* unius esse potest, *disceptatio* complurium est. Alteri enim alteros judicabant: nec refert utrum tacita cogitatione id fecerint, an sermone. Illud adjiciam, *dijudicationes cogitationum*, non ita dictum, ut intelligas *cogitationes dijudicatas*: sed appositive, ut intelligas *dijudicationes esse cogitationes*, quasi dixisset, tacitas dijudicationes.

4 *Manducare omnia*] φαγεῖν καὶ ἐσθίειν, quæ significant *edere* D seu *vesci*, hic perpetuo vertit *manducare*: quum *mandere*, vel *manducare*, sit proprie cibum dentibus comminuere. Porro πάντα significantius vertisset *quævis*, id est, sine delectu quemvis cibum. Nam hoc quoque significat πᾶν. Quis autem possit unus edere omnia? Illud indicandum paucis, *credit manducare*, novam esse sermonis figuram & Græcis & Latinis. Nam Græcis sonat, *putat se manducare omnia*: quum sit sensus, Putat sibi licere vesci quibuslibet cibis citra delectum. Unde rectius vertisset infinitum per gerundium, *credit sibi vescendum esse quibuslibet*.

5 *Qui autem infirmus est*] ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει, id est, *qui autem infirmus est, oleribus vescitur*: ut sit indicativi modi, non imperativi. Totidem sane verbis adducit Hieronymus in Ecclesiastæ caput secundum: *Non enim jubet ut vescatur oleribus, quem mallet firmiorem redditum vesci quibuslibet: sed ostendit quid faciat infirmus, suæ obtemperans superstitioni. Nam quod dixit* infirmus, *non ad valetudinem corporis referendum est, sed ad animi superstitionem*: unde Latini quoque *infirmitatem* vocant. Horatius in Satyris, *At sum mi paulo infirmior*, id est, *superstitiosior*. E Chrysostomus legit ἐσθίει, id est, *vescitur*: itaque interpretatur, dicens hac occasione factum, ut deinde in totum a carnibus abstinerent, quo νηςεία, id est, *jejunium*, videretur, non Mosaicæ Legis observatio. Nec ulla est vox in illius Commentariis, quæ significet hoc a Paulo præcipi. Theophylactus per omnia consentit cum Chrysostomo, iisdem pene verbis eamdem sententiam referens. Nec aliud indicat Origenes: nec aliud legisse videtur Ambrosius, nisi quod corruptum apparet commentum: *Is vero*, inquit, *qui infirmus est, olera manducet: igitur quia hoc putat, ut ille olera edat, ideo suadendum est, ut carnes edat.* Legendum arbitror, *Igitur quia hoc putat ille, ut olera edat, ideo suadendum non est ut carnem edat.* Et verum est, *edat* accipi posse, ut sit permittentis, non præcipientis: sed obstat Græcorum codicum consentiens tum lectio tum interpretatio: unde probabile est sicubi legitur *manducet*, aut depravatam esse lectionem, aut si quis interpretatur, non consuluisse Græca: quale commentum adjicitur in scholiis Latinis, sed prius indicarat F legendum indicandi modo. In nonnullis Græcorum exemplaribus habebatur, ὃς δὲ ἀσθενῶν. Solet autem Paulus in hujusmodi abuti articulo postpositivo loco præpositivi. Vertendum igitur erat, *Alius credit vescendum esse omnibus*, aut *quibuslibet: alius rursus qui infirmus est, oleribus vescitur.* Alioqui *alius*, quod præcedit in priore divisionis parte, non habet quod ipsi respondeat.

6 *Non spernat*] ἐξουθενείτω, quasi dicas, *nihili faciat*, & *pro nihilo ducat*: ut Græca vox indicat ex nihilo composita.

7 *Domino suo stat aut cadit*] *Stabit autem*, ςαθήσεται δέ. Quod adducens Cyprianus in Epistola libri quarti secunda, non inscite vertit proximum verbum ςῆσαι, *stabilire*: quod tamen idem est cum superiore, *potens est enim Deus stabilire illum.*

8 *Nam alius judicat*] Ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν· ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν· ἕκαςος &c. Id est, *Hic quidem judicat diem juxta diem: ille vero judicat omnem diem: unusquisque* &c. Quod si liceat, ut par est, neglecta verborum superstitione sententiam bona fide reddere, verti poterat in hunc modum: *Hic quidem existimat aliquid interesse inter diem & diem: ille vero perinde sentit de quovis die.* Augustinus in Quæstionibus hujus Epistolæ legit: *Alius quidem judicat alternos dies: alius autem judicat omnem diem.* At pudet me commenti quod idem eodem C adscribit loco, haudquaquam adscripturus, si aut Græca consuluisset, aut interpretatio melior contigisset. Ipsius verba subscribam, ne quis mihi diffidat: *Sequestrata jam*, inquit, *meliore consideratione, non de duobus hominibus mihi videtur dictum, sed de homine & Deo. Qui enim alternos dies judicat, homo est: potest enim hodie aliud, cras aliud judicare: id est, ut quemcunque hodie malum, convictum confessumque damnaverit, cras bonum inveniat depravatum. Qui autem judicat omnem diem, Deus est: quia novit qualis quisque sit. Unusquisque in suo intellectu abundat, inquit: id est, quantum humano intellectui, vel unicuique homini concessum est, tantum audeat judicare. Qui sapit, inquit, diem, Domino sapit: id est, quia hoc ipsum ad præsentem diem bene judicat, Domino sapit. Hoc est autem bene judicare ad diem, ut noveris non esse de correctione ejus desperandum in futurum, de cujus culpa manifesta in præsentia judicaveris.* Hactenus Augustinus. Quæso te Lector, nonne videtur in alio mundo versari, quum hæc adscribit? Quod nolim ita rapiat ali- D quis, velut in Augustini dictum contumeliam, cujus & eruditionem suspicimus, & sanctimoniam veneramur, sed ut tanti viri lapsus nobis persuadeat non esse negligendam Græcorum voluminum collationem. Divus Hieronymus secundo adversus Jovinianum libro vertit ad hunc modum: *Alius judicat diem plus quam diem*: ut παρὰ accipiatur pro *supra*, sive *ultra*: quem in modum aliquoties invenitur apud Græcos. Quanquam Græcis παρὰ nonnunquam relationem habet, velut illorum proverbio dictum est, Τὴν πορφύραν παρὰ πορφύραν, id est, *Purpuram juxta purpuram.* Etenim qui confert, is putat alterum altero melius esse. Judæis alius dies profanus erat, alius sanctus. At Christianis quilibet dies æque sanctus est: non quod observandi non sint festi dies, quos deinde sancti Patres instituerunt, quo commodius plebs Christiana conveniret ad concionem Ecclesiasticam & cultum divinum, sed eos perpaucos, nempe diem Dominicum, Pascha, Pentecosten, & aliquot hujuscemodi, quos recenset Hieronymus. Verum haud scio an expediat quibuslibet ex causis festa festis accu- E mulare, præsertim quum videamus eò redisse Christianorum mores, ut quam olim conducebat ad pietatem hæc instituere, tam nunc conducibile videatur eadem antiquare.

9 *In suo sensu*] ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω, id est, *propria mente*, sive *animo certus sit*, sive *certam habeat persuasionem*, hoc est, acquiescat in sua opinione. Ambrosius interpretatur, *unusquisque suo consilio remittatur.* Quid Augustinus interpretetur, modo ostendimus. Alioqui *abundare in suo sensu* est hominis præfracti & obstinatæ mentis.

10 *Et qui non manducat, Domino non manducat*] Græci addunt, καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ οὐ φρονεῖ, id est, *& qui non sapit diem, Domino non sapit.* Deinde sequitur, *& qui edit, Domino edit: gratias enim* & cætera. Alioqui non reddetur quod priori parti repugnet, *Qui sapit diem, Domino sapit.* Certe apud Theophylactum additur hæc particula. Verum quoniam nostrorum codicum magnus consensus est, nec apud Ambrosium reperitur, nec apud Origenem, fieri potest, ut quod F in Paulo defuit, de suo suppleverit aliquis. Atque haud scio an *gratias agit* referri possit ad illum qui distinguit diem. Nam qui vescitur, & qui non vescitur, uterque tamen edit, & pro esu licet diverso pariter gratias agunt. Annotandum & illud, quod Paulus hasce partes *firmi* & *infirmi* vario ordine proponit: quum primum ait, *Alius credit edere omnia, is vero qui infirmus est, oleribus vescitur*: quod *firmi* est, præposuit: quod *infirmi*, posterius fecit. Ac mox eodem ordine repetit: *Itaque qui edit, non edentem non spernat. Qui non edit, edentem non judicet.* Ac paulo post invertit ordinem: *Nam alius quidem judicat diem inter diem, alius vero judicat omnem diem:* hic quod *infirmi* est, priore loco posuit. Cæterum in his quæ sequuntur rursus invertit ordinem: quum enim ait, *Qui sapit diem, Domino sapit*, quod *infirmi* est, præposuit. Nam *sapere* hoc loco curare est & sentire discrimen inter diem & diem, quod est Judaicæ superstitionis. Et *non sapere* est non curare discrimen diei. Ac mox: *Qui edit, Domino edit: & qui non edit, Domino non edit*: quod fir-

θανε, καὶ ἀνέστη, καὶ ἀνέζησεν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. 10 Σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου; ἢ καὶ σὺ τί ἐξουθενεῖς τὸν ἀδελφόν σου; πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ. 11 Γέγραπται γὰρ, Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος, ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ. 12 Ἄρα οὖν ἕκαστος ἡμῶν περὶ ἑαυτοῦ λόγον δώσει τῷ Θεῷ. 13 Μηκέτι οὖν ἀλλήλους κρίνωμεν· ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον, τὸ, μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ, ἢ σκάνδαλον. 14 Οἶδα καὶ πέπεισμαι ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ, ὅτι οὐδὲν κοινὸν δι' ἑαυτοῦ, εἰ μὴ τῷ λογιζομένῳ τι κοινὸν εἶναι, ἐκείνῳ κοινόν. 15 Εἰ δὲ διὰ βρῶμα ὁ ἀδελφός σου λυπεῖται, οὐκ ἔτι κατὰ ἀγάπην περιπατεῖς· μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε, ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἀπέθανε. 16 Μὴ βλασφημείσθω οὖν ὑμῶν τὸ ἀγαθόν. 17 Οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις, ἀλλὰ δικαιοσύνη, καὶ εἰρήνη, καὶ χαρὰ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. 18 Ὁ γὰρ ἐν τούτοις δουλεύων τῷ Χριστῷ, εὐάρεστος τῷ Θεῷ, καὶ δόκιμος τοῖς ἀν-

μὴ

& 11 mortuus est, & resurrexit, & revixit, ut mortuis ac viventibus dominetur. 10 Tu vero cur judicas fratrem tuum? 12 aut etiam tu cur despicis fratrem tuum? 13 omnes enim statuemur apud tribunal Christi. 11 Scriptum est enim, Vivo ego, dicit Dominus, 14 mihi sese flectet omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. 12 Igitur unusquisque nostrûm de seipso rationem reddet Deo. 13 Ne posthac igitur alius alium judicemus: 15 verum illud judicate magis, ne offendiculum ponatur fratri, aut lapsus occasio. 14 16 Novi siquidem & persuasum habeo per Dominum Jesum, 17 nihil esse commune per se, nisi ei qui existimat aliquid esse commune, illi commune est. 15 Verum si propter cibum frater tuus 18 contristatur, non jam secundum charitatem ambulas: ne cibo tuo illum perdas, pro quo Christus mortuus est. 16 19 Ne vestrum igitur bonum hominum maledicentiæ sit obnoxium. 17 Non enim est regnum Dei cibus ac potus, 20 sed justitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. 18 21 Etenim qui per hæc servit Christo, acceptus est Deo, & pro-

firmioris erat, præposuit, quod *infirmioris*, posterius fecit. Nisi quis malit *sapere diem* in diversum sensum interpretari. Certe Thomas Aquinas sic exponit, ut *sapere diem* dicatur, qui discernit inter diem & diem, etiamsi hoc detorqueat ad dies festos nostros, & dies jejuniorum, quod ille laudi tribuit. Quæ si vera est interpretatio, non erit infirmitatis judicare inter diem & diem, sed perfectæ pietatis: & judicare omnem diem, non erit firmæ fidei, sed impietatis. Ambrosius & ipse nescio quo detorquet hunc locum, hoc commenti vice subjiciens: *Verum est, quia qui semper abstinet se, Deo placere se putat: semper abstinere perfectius est, quam interim abstinere, interim non abstinere. Quod si semper abstinet, qui judicat omnem diem, quum ante non manducantem fecerit infirmiorem, quomodo hic versa vice firmior est, qui prius habitus est infirmior?* Sed quod Paulus dixit de delectu ciborum juxta morem Judaicum, item de delectu dierum juxta ritus eorumdem, hoc Ambrosius & Thomas deflexerunt ad posteriora tempora, quibus per Episcopos &. festi dies sunt indicti, sed pauciores quam nos habemus, & certa jejunia, quorum nihil adhuc opinor ætate Pauli fuisse: de indictis loquor. Origenes interpretatur *sapere diem*, qui non discernit diem a die, copulans manducantem omnia, & sapientem omnem diem. Ex quo mihi venit in mentem, hanc particulam ad utrumque referri posse, distinguentem & non distinguentem. Etenim quum sapiat diem qui de quovis die idem sentit, & sapiat diem, qui de alio atque alio aliter atque aliter sentit, generali sermone duas partes complexus est. Qui sapit diem, sive sic sapiat, sive secus, Domino suo sapit, non tibi, ad quem nihil attinet. Atque hanc apparet fuisse causam, quare huic parti nulla sit reddita contraria, quum edenti sit oppositus non edens: sane Chrysostomus nec enarrans attingit hanc particulam. Quo quidem loco nos maluimus vertere, *vescitur* & *non vescitur*: quod non simpliciter agat de edendo, aut non edendo, sed de genere cibi: hoc est, de suilla, aut idolothyto. Porro quoties de cibi genere loquimur, elegantius est *vesci*, quam *edere*. Porro pro *sapit* maluimus *curat*, quod verbum φρονεῖν apud Græcos sit πολύσημον, & nunc pro *sentire* ponatur, nunc pro *sapere*, nunc pro *cogitare*, aliquoties pro *affectum esse*, nonnunquam vix habet sermo Latinus, quo reddat quod sentit.

11 *Mortuus est & resurrexit*] Hic addunt Græci codices, καὶ ἀνέζησεν, id est, *& revixit*. Etiamsi Theophylactus ἔζησεν legit, id est, *vixit*: non ἀνέζησεν: quod si sequimur, accipiendum est tempus præteritum pro præsenti, quod in hujusmodi verbis solet fieri, *in hoc mortuus est, in hoc resurrexit, & in hoc nunc vivit, ut* & cætera. Ambrosius ita legit & interpretatur: *In hoc enim Christus & vixit & mortuus est & resurrexit.* In Paulino codice, qui mihi multorum instar erat, quum hæc primum ederem, ad hunc modum scriptum erat: *In hoc enim Christus & mortuus est & revixit, ut* & cætera: in hoc certe consentiente cum Græcis exemplaribus, quod conduplicat conjunctionem. Atque ita legisse Origenem declarat ipsius interpretatio, cujus hoc est initium, *Mortuum dicit esse Christum, dispensatione sine dubio passionis, vixisse autem per sacramentum resurrectionis.* Atque hæc lectio respondet ei quod sequitur, *ut & mortuorum & vivorum dominetur.* Nam hoc ordine legitur & apud Græcos & apud Origenem edisserentem his verbis: *Sed moverit aliquem fortassis quod dixit Apostolus, idcirco mortuum esse & vixisse, ut mortuorum & vivorum dominetur: quasi hoc dederit intelligendum, quod nisi mortuus fuisset, & nisi post mortem rursus vixisset, non tenuisset dominationem vivorum.* Idem est ordo apud Ambrosium, idem in vetustissimo exemplari, quod modo citavi: ut *mortui* præcedant, *vivi* sequantur: prius enim est mori, posterius vivere, præsertim in Christo, quantum ad humanam naturam assumptam, quæ mortalis erat. Et tamen in superioribus præcesserant vivi: *Sive vivimus, Domino vivimus: sive morimur, Domino morimur.* Apud Chrysostomum tantum est, ἀπέθανεν, ἔζησεν. Quanquam Editio Veronensis habet tria, ἀπέθανεν, ἀνέστη, ἔζησεν. Medium illud, ἀνέστη, videtur adjectum: quod sub finem hujus commenti sic loquitur, νεκρὸς ὢν ἔζησεν. Cum Veronensi consentit Editio Aldina. Verum his nimium immoror, quum ad sensum aut nihil aut minimum referat.

12 *Aut tu quare spernis*] ἢ καὶ σὺ τί ἐξουθενεῖς, id est, *aut etiam tu cur adspernaris*: ut illud prius *tu* referatur ad non edentem, posterius ad edentem: ut non sit otiosa conjunctio καί. Nam non edens ob superstitionem judicat edentem. Rursus edens ob scientiam contemnit non edentis infirmitatem. Ambrosius additis verbis aliquot ita legit: *Tu autem quid judicas fratrem tuum in non edendo? Aut tu quare spernis fratrem tuum in edendo?* Quanquam arbitror *in edendo* & *non edendo* de suo addidisse, explicandæ rei gratia.

13 *Omnes enim stabimus*] πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ. Id est, *omnes enim sistemur*, sive *sistendi sumus ad tribunal Christi.* Nam rei sive judicandi, sisti judicio dicuntur, dum coguntur adesse.

14 *Mihi flectetur*] ἐμοὶ κάμψει, id est, *mihi flectet*: ut subaudias *se*. Certe in vetustissimo codice uno atque altero *flectet* scriptum comperi, non *flectetur*. Testimonium exstat apud Esaiam capite quadragesimo quinto, quod Paulus sic adduxit, ut nec ad verbum respondeat Hebraicæ veritati, nec Editioni Septuaginta. Siquidem juxta hos ita legimus: *Per memetipsum juro, nisi egrediatur de ore meo justitia, sermones mei non avertentur, quia mihi incurvabit omne genu: & jurabit & confitebitur omnis lingua, dicens.* Juxta Hebræos ita vertit Hieronymus: *In memetipso juravi, egrediatur de ore meo justitiæ verbum, & non revertetur, quia mihi curvabitur omne genu, & jurabit & confitebitur omnis lingua Deo.*

15 *Sed hoc judicate magis*] Ambrosius legit, *& in hoc* vel *in eo judicate magis*: haud scio quod exemplar sequutus. Nam & Græci codices, & nostri vetusti refragantur. Hieronymus, aut quisquis fuit Origenis Interpres, in enarratione indicat hic *judicate* dictum non pro *condemnate*, sicut antea, sed pro *statuite. Judicium* enim pro *condemnatione* ponere, peculiare est Hebræis. Græcis vox anceps est κρίνειν, quæ nunc *judicare* sonat, nunc *statuere*, sive *decernere*. Quod si cui non placet aliter accipi *judicandi* verbum, quam in cæteris acceptum fuerit, poterit & hic esse sensus: Non convenit ut quisquam vestrûm alterum judicet, qui seu recte ait, seu secus, Domino suo judicandus servatur: quod si quid de quoquam fas sit judicare, is potius judicandus, qui ob cibum corporalem noluerit vitare fratris offensam, quam qui vel suspicatur illum non sincera conscientia vesci, vel exemplo ejus provocatur ad id faciendum, quod arbitratur non recte fieri.

16 *Scio & confido*] Οἶδα καὶ πέπεισμαι, id est, *Scio & certus sum*, sive *persuasum habeo.*

17 *Nihil commune per ipsum*] Interpres legisse videtur δι' αὐτοῦ, alpha tenui. Atque ita legit Ambrosius, interpretans beneficio Christi nihil esse commune. Sed rectius est quod habetur, δι' αὑτοῦ, alpha adspirato, sive δι' ἑαυτοῦ, id est, *per seipsum*, sive *per se*: quia sequitur, *sed ei qui immundum existimat, immundum est.* Atque ita legit Origenes, & huic consentiens Chrysostomus ac Theophylactus, qui interpretantur, δι' αὑτοῦ, id est, τῇ φύσει, id est, *natura.*

18 *Contristatur*] λυπεῖται, id est, *dolet*, sive *molestia afficitur.*

19 *Non ergo blasphemetur bonum nostrum*] *Vestrum* est Græcis secundæ personæ, ὑμῶν τὸ ἀγαθὸν, id est, *vestrum bonum.* Id quod recte facitis curandum est, ne cui præbeat obtrectandi materiam. Aut, *vestrum bonum*, recta opinio vestra, qua sentitis fas esse quibuslibet vesci. Ad eum modum declarat Theophylactus. Chrysostomus item legit ὑμῶν, *vestrum*: interpretans concordiam Christianorum. Hic sermo similis videtur illi, ἡμῶν ἡ σωτηρία: quum usitatius dicatur, τὸ ὑμῶν ἀγαθόν. Verum hic *bonum* appellat, non quod simpliciter bonum sit, sed quod illi bonum, qui bono animo facit: & idcirco distinxit articulo. Quanquam qui contendat omnino similem esse sermonis formam, quum hoc non est cur debeam digladiari.

20 *Justitia, pax, & gaudium in Spiritu sancto*] Et hic præpositio ἐν Hebræorum more usurpata videtur pro διὰ, hoc est, *per*: id quod satis indicat Origenes edisserens hunc locum. Spiritum sanctum opponit disceptationi de cibis: illa iram parit, tristitiam, & injustitiam, hic pro ira pacem, pro tristitia gaudium, pro offensa & injuria justitiam.

21 *Qui enim in hoc servit Christo*] Græci legunt *in his*: quod idem pollet, quasi dixisset, *per hæc.* Ὁ γὰρ ἐν τούτοις δουλεύων. Fœminina nomina retulit per pronomen neutri generis, ut simul intelligas & alia ejusdem generis, cujusmodi sunt justitia, pax, &

19 ἀνθρώποις. Ἄρα οὖν τὰ τῆς εἰρήνης διώκωμεν, καὶ 20 τὰ τῆς οἰκοδομῆς, τῆς εἰς ἀλλήλους. Μὴ ἕνεκεν βρώματος κατάλυε τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ· πάντα μὲν καθαρὰ, ἀλλὰ κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ, τῷ διὰ προσ- 21 κόμματος ἐσθίοντι. Καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα, μηδὲ πιεῖν οἶνον, μηδὲ ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσ- 22 κόπτει, ἢ σκανδαλίζεται, ἢ ἀσθενεῖ. Σὺ πίστιν ἔχεις; κατὰ σαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Μα- 23 κάριος ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν, ἐν ᾧ δοκιμάζει. Ὁ δὲ διακρινόμενος, ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται, ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως· πᾶν δὲ ὃ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστίν.

XV. 1 Ὀφείλομεν δὲ ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ τὰ ἀσθενήματα τῶν 2 ἀδυνάτων βαστάζειν, καὶ μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν. Ἕκαστος γὰρ ἡμῶν τῷ πλησίον ἀρεσκέτω εἰς τὸ ἀγαθὸν 3 πρὸς οἰκοδομήν. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν, ἀλλὰ καθὼς γέγραπται, Οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδι- 4 ζόντων σε ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ. Ὅσα γὰρ προεγράφη, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη, ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν γραφῶν 5 τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς

19 probatus hominibus. Itaque quæ pacis sunt 22 secte- 20 mur, & quæ ædificationis, alius erga alium. Ne cibi causa destruas opus Dei: omnia quidem pura, sed malum est homini, qui per offendiculum vescitur. 21 Bonum est non edere carnes, neque bibere vinum, neque quicquam, 23 per quod frater tuus impingit, aut 22 offenditur, aut infirmatur. 24 Tu fidem habes? apud temetipsum habe coram Deo. Beatus qui non judicat 23 seipsum, in eo quod probat. 25 At qui dijudicat, si ederit, condemnatus est, quoniam non edit ex fide: porro quicquid ex fide non est, peccatum est.

XV. 1 Debemus autem 1 nos, qui potentes sumus, infirmitates impotentium portare, ac non placere nobisipsis. 2 Nam unusquisque nostrûm proximo placeat in bonum ad ædificationem. 3 Etenim Christus non placuit sibiipsi, 4 sed quemadmodum scriptum est, Opprobria opprobrantium tibi inciderunt in me. 5 Nam quæcumque præscripta sunt, in nostram doctrinam præscripta sunt, 6 ut per patientiam & consolationem scripturarum 5 spem habeamus. Deus autem patientiæ & consolationis

& gaudium. Ita quidem legit atque enarrat Theophylactus, nec aliter legit Chrysostomus, nisi quod in commentario non aperit quid legerit. Sed tamen refragante Ambrosio, refragante Origene, qui *in hoc* refert ad Spiritum sanctum, cujus paulo ante facta est mentio: quasi dicas, eos in carne servire Christo, qui de cibis contendant: in spiritu servire, qui contemptis iis, ea modo sectentur, quæ pacis sint & concordiæ: refragantibus & vetustis Latinorum exemplaribus.

22 *Et quæ ædificationis sunt, invicem custodiamus*] καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς τῆς εἰς ἀλλήλους, id est, *quæ ad mutuam pertinent ædificationem*, & subanditur διώκωμεν, id est, *sectemur*. Porro Paulus suo more *ædificare* vocat *prodesse*. Etiamsi τῆς εἰς ἀλλήλους nihil vetat quo minus & ad pacem referatur, ut intelligas pacem mutuam & mutuum auxilium. Cæterum verbum *custodiamus*, quod nescio quis adjecit, in Græcis codicibus non invenitur, nec apud Chrysostomum, nec apud Theophylactum. Nec opus est, quum præcesserit *sectemur*. Nec additum erat in pervetusto codice Constantiensi, nisi quod quidam inter versus adscripserat manu barbarica.

23 *In quo frater tuus offenditur*] Græce est προσκόπτει, id est, *impingit*. Et in codice Donatiani scriptum erat *offendit*, non *offenditur*. Consentiebat vetustissimum exemplar Constantiense. Ad sensum haud magni refert, nisi quod Latinis *offenditur*, qui provocatur ad iram: veluti Rex offenditur, sed non impingit: at qui conspecta puella concupiscit, offendit, non offenditur. Chrysostomus & Theophylactus Græce loquentes, recte exponunt προσκόπτει per σκανδαλίζεται.

24 *Tu fidem quam habes*] *Quam* relativum apud Græcos abest, Σὺ πίστιν ἔχεις, κατὰ σαυτὸν ἔχε, id est, *Tu fidem habes, in teipso habe*, sive *apud te solum*. Atque ita scriptum comperi in exemplari Paulino, si quis parum tribuit Græcis, etiamsi cum Græcis consentit Ambrosius, Chrysostomus, ac Theophylactus. Et est omnino sermo vividior, omisso *quam*. *Coram Deo* addidit, comprimens inanem gloriam, quæ solet esse comes scientiæ. *Fidem* autem hîc indicat Chrysostomus non accipi pro fide dogmatum, sed pro fiducia conscientiæ, quæ opponitur infirmitati ac trepidationi. Quidam ita distinguunt: *Fidem habes apud temetipsum? habe coram Deo.* Id durius est.

25 *Qui autem discernit*] Ὁ δὲ διακρινόμενος, id est, *Qui vero hæsitat*. Quanquam participium est medium, ut possit accipi *qui dijudicatur*. *Ei autem qui potens est.* Hanc partem usque ad, *Debemus autem*, quidam codices omnino non habent, quidam in fine adjiciunt Epistolæ. Chrysostomus interpretatur in fine. Theophylactus hoc loco, quum is qui hunc vertit Latine, nec hic, nec in fine transtulerit: quod arbitror accidisse casu. Hic prætermisit, ut consentiret cum nostris codicibus: ad finem ubi ventum est, oblitus non adjecit. Nos, quoniam id non videbatur ad hunc locum pertinere, semovimus in finem hujus Epistolæ. Marcion hîc finiebat Epistolam ad Romanos, affirmans reliquam appendicem esse notham.

1 NOs firmiores] ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν, id est, *nos qui potentes sumus, impotentiam infirmitatis portare*. Laurentius mavult, *validi, invalidorum*. Sic enim redditur schema ἐναντιώσεως & προσονομασίας, quod est in Græcis vocibus. Quod idem licuisset, si vertisset, *firmi, infirmorum*, aut *validi, invalidorum*. Nam hic pro *infirmorum* Ambrosius legit *invalidorum*.

2 *Unusquisque vestrûm*] Variant hîc Græci Latinique. Quidam habent, Ἕκαστος γὰρ ἡμῶν, id est, *Unusquisque enim nostrûm*. Quidam conjunctionem γὰρ non addunt. Tolerabilius quod quidam loco γὰρ habent δέ. Ex nostris quidam habent *vestrûm* pro *nostrûm*: quum Græcis sit ἡμῶν, primæ personæ. Nec additur apud illos *suo*: tantum est, τῷ πλησίον ἀρεσκέτω, *proximo placeat*. Ambrosius sine pronomine legit: *Et unusquisque proximo placeat*. *Placeat* autem hîc positum est pro *obsecundet*, ac *morem gerat*. Neque enim Paulus placuit omnibus, & tamen dicit, *Sicut ego per omnia omnibus placeo*. Sed in omnibus se Paulus accommodabat omnibus, ut omnes lucrifaceret, quemadmodum mox,

3 *Christus non placuit sibi*] Quid erat in Christo, cur ipse sibi displiceret? Sed hoc loco placet sibi, qui suo servit commodo, & quod ait, ad suum trahit compendium: quod genus homines Græcis φίλαυτοι dicuntur, non tantum ob arrogantiam, verum etiam ob privati commodi studium. A quo vitio Christus longissime abfuit, qui totum sese nobis impendit. Subnotavit & Origenes hîc damnari vitium φιλαυτίας.

4 *Sed sicut scriptum est, improperia* & cætera] Et hic sermo parum est absolutus, sed contraria pars subaudienda est: *Christus non sibi placuit, sed sibi displicuit*, hoc est, non inservivit suis commodis, sed suo incommodo nostris consuluit commodis, *quemadmodum scriptum est*, & cætera.

5 *Quæcunque enim scripta sunt*] Græcis non est simpliciter *scripta*, sed utroque προεγράφη, id est, *præscripta*, sive *antescripta*. Atque ad eum sane modum adducit Augustinus hunc locum Epistola centesima trigesima septima: *Quæcunque enim ante scripta sunt, ut nos doceremur scripta sunt*. Item adversus Faustum libro decimo tertio, capite ultimo. Sentit enim hæc prius scripta quam fierent, aut patefierent: & promissio præcedit, res sequitur, Scripturæ promittunt quod post exhibebitur. In lectione consentiunt & Chrysostomus & Theophylactus. Eodem verbo usus est in Epistola ad Galatas capite tertio, *Ante quorum oculos Christus præscriptus est*. Non igitur fuerit absurdum, si *præscripta* accipiamus, quæ proposita sunt imitanda: unde & *præscriptum* dicimus, exemplar ad imitandum propositum. Nec dubito quin idem legerint Origenes & Ambrosius, quorum prior bifariam interpretatur præpositionem πρό: primum de figuris veteris Testamenti, quæ tametsi jam cessarunt, velut umbræ exorta luce, tamen propter nos olim scriptis prodita sunt, quibus patefacta mysteria ministrant salutarem doctrinam, etiam ex illis quæ videbantur supervacanea: quod genus sunt illa, *Non obligabis os bovi trituranti*: & quod Abraham duos habuit filios, priorem ex ancilla, posteriorem ex libera: quod populus in deserto comedit manna, quod bibit aquam de petra. Hujus generis sunt & illa quæ Paulus commemorat primæ Corinth. decimo. Quin & ipsa mundi conditi historia multa nos docet, si allegoriam intelligamus. Hæc omnia prius scripta sunt, quam patesceret mysterium. Deinde exponit de Scripturis propheticis: prædictum erat Judæis, *Aure audietis, & non audietis, videntes videbitis, & non intelligetis*. De nobis prædictum erat, *Quibus non est nunciatum de eo, videbunt*. Hæc omnia quum Evangelium exhibuerit, fiduciam concipimus, & ea quæ promissa sunt nobis de seculo venturo, sine dubio eventura. De promissis item meminit Ambrosius. Atque hunc locum de propheticis Scripturis interpretatur Augustinus, quale est quod modo citavit Paulus: *Probra exprobrantium tibi ceciderunt super me*. Quæ verba, secundum Chrysostomum, sunt Patris ad Filium. Quum enim Judæi clámarent, *Si Filius Dei est, descendat nunc de cruce*, per Filium etiam Patrem afficiebant contumelia. Quemadmodum autem Christus per cruciatus & ignominiam pervenit ad æternam gloriam, ita nos debemus æquo animo tolerare malorum injurias & convitia, ut simul cum Christo glorificemur. Itaque præpositio πρὸ non est otiosa, declarans ea quæ scripta sunt in veteri Testamento, per Evangelium vel exhiberi, vel aperiri, ne Gentes crederent illa ad se non pertinere. * Scripta sunt autem, non solum ut illa crederemus, verum etiam ut imitaremur: itaque nihil vetat, *præscripta* accipi, quæ sunt oculis proposita: quemadmodum Galat. tertio Paulus dicit Christum illis ante oculos præscriptum. Restant duo cavilla nugacissima. Multa scelera scripta sunt in veteri Testamento, quæ non sunt proposita ad imitandum, veluti parricidium Cain: multa item miracula, veluti de transmisso mari rubro. Jam diximus & in his esse quæ juxta sensum mysticum nobis sunt imitanda, & commemorata scelera nos admonent ut bonos imitemur. Et in his igitur est exemplum imitationis. Alterum est, Multa scripta sunt postea quam sunt facta. Verum hic agebatur de Scripturis propheticis, e quibus proximum attulerat testimonium. Quod si quis omnino velit esse sententiam generalem, quoniam in omnibus latet mysticus sensus, recte dicuntur prius scripta sub involucro, quæ post per Evangelium sunt reserata. Ac plane verum est, nihil esse in divinis, quod non pertineat ad doctrinam nostram. Cæterum hîc Paulus proprie loqui videtur de propheticis, quæ præcesserunt, ac designarunt Evangelium & Christum. Dixerit aliquis hæc esse minuta, nec referre si Interpres omisit syllabam. Atqui si quid simile committatur a nobis, tum in singulis apicibus latet ingens mysterium, & sacrilegium admissum est.

6 *Per patientiam & consolationem*] Ambrosius pro *consolatione*

τῆς παρακλήσεως δώῃ ὑμῖν τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλή-
6 λοις κατὰ Χρισὸν Ἰησοῦν, Ἵνα ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ
σόματι δοξάζητε τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡ-
7 μῶν Ἰησοῦ Χρισοῦ. Διὸ προσλαμβάνεσθε ἀλλήλους, κα-
θὼς καὶ ὁ Χρισὸς προσελάβετο ἡμᾶς εἰς δόξαν Θεοῦ.
8 Λέγω δὲ Ἰησοῦν Χρισὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς
ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγε-
9 λίας τῶν Πατέρων· Τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι
τὸν Θεόν· καθὼς γέγραπται, Διὰ τοῦτο ἐξομολογήσο-
10 μαί σοι ἐν ἔθνεσι, καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ. Καὶ
πάλιν λέγει, Εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐ-
11 τοῦ. Καὶ πάλιν, Αἰνεῖτε τὸν Κύριον πάντα τὰ ἔθνη,
12 καὶ ἐπαινέσατε αὐτὸν πάντες οἱ λαοί. Καὶ πάλιν
Ἡσαΐας λέγει, Ἔσαι ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνισά-
13 μενος ἄρχειν ἐθνῶν· ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. Ὁ δὲ
Θεὸς τῆς ἐλπίδος πληρώσαι ὑμᾶς πάσης χαρᾶς καὶ εἰ-
ρήνης, ἐν τῷ πισεύειν εἰς τὸ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν τῇ
14 ἐλπίδι ἐν δυνάμει Πνεύματος ἁγίου. Πέπεισμαι δὲ,
ἀδελ-

nis det vobis 7 idem mutuo inter vos sentire secundum Jesum Christum, 8 Ut unanimiter uno ore glorificetis 6 Deum ac Patrem Domini nostri Jesu Christi. Qua- 7 propter 9 assumite vos invicem, quemadmodum & Christus assumpsit nos 10 in gloriam Dei. Illud autem 8 dico, Jesum Christum ministrum fuisse circumcisionis pro veritate Dei, 11 ad confirmandas promissiones Patrum: Cæterum, ut gentes pro misericordia glo- 9 rificent Deum: sicut scriptum est, 12 Propter hoc confitebor tibi in gentibus, & nomini tuo canam. Et 10 rursum dicit, 13 Gaudete gentes cum populo ejus. Et 11 rursum, Laudate Dominum omnes gentes, 14 & collaudate cum omnes populi. Et rursum Esaias dicit, 12 15 Erit radix Jesse, 16 & qui exsurget ad imperandum gentibus: in eo gentes sperabunt. Deus autem spei 13 impleat vos omni gaudio & pace, in credendo in hoc ut exuberetis in spe per potentiam Spiritus sancti. 17 Persuasum enim habeo, fratres mei, & ipse ego de 14 vobis,

ne legit *exhortationem*. Est enim παράκλησις, vocabulum ad utrumque commune. Quanquam ad sensum hujus loci non ita magni refert utrum legatur.

7 *Idipsum*] τὸ αὐτὸ, id est, *idem*: quod composite dicitur ταὐτό. Siquidem τὸ nihil aliud est quam articulus præpositivus: nec Latine redditur gemino pronomine. Et, ἐν ἀλλήλοις, id est, *inter vos mutuo*, vel *invicem*: de quo superius admonuimus. Laurentius hic Interpreti impingit geminum solœcismum, quem quidem sic excusat: Ad eum modum loquuti sunt Ambrosius & Augustinus, homines pulchre Latini: nec hic excuti Tullianas Orationes, sed agi de simplicis Scripturæ veritate. Primum, ut sint illi Latinissimi, quid refert si sic loquantur, utentes Scripturæ verbis, quod facturus erat & Cicero? Jam hic allegare Scripturæ simplicitatem, quid aliud est, quam agnoscere solœcismum.

8 *Ut unanimes*] Ἵνα ὁμοθυμαδὸν, id est, *Ut unanimiter*. Interpres legisse videtur ὁμόθυμοι. Neque magnopere refert ad sensum.

9 *Suscipite invicem*] προσλαμβάνεσθε ἀλλήλους, id est, *assumite invicem*: hoc est, alius alium sibi adjungat & opituletur: ut respondeat illi, *Infirmum in fide suscipite*.

10 *In honorem*] εἰς δόξαν, id est, *in gloriam*. Interpres lascivit affectatione copiæ. Sentit enim Paulus ferendum fratrem, ut hoc redundet in gloriam Dei, qui laudatur per benefacta profitentium illum. Ita prorsus explicat Chrysostomus ac Theophylactus. Cæterum hæc particula, *in honorem Dei*, adnecti potest particulæ proxime præcedenti, sicut Christus suscepit vos, adoptans in locum filiorum Dei, qui vestra concordia glorificatur apud incredulos: aut cum superiore, suscipite invicem ad honorem Dei: aut ad utramque: Sicut cessit in Dei gloriam, quod Christus vos clementer suscepit, ita cedet in ejusdem gloriam, si vos alius alium susceperitis. Porro quemadmodum verum est, interdum non referre utrum *honorem* dicas an *gloriam*: ita frequentius accidit, ut alterum modo congruat. *Habendus est honor parenti*, Latine dicitur. *Habenda est gloria*, non item. *Honorem* præfamur auribus, non *gloriam*. Et *in honore* sunt, non *in gloria*, qui præcellunt dignitate & auctoritate. Et populus mandat candidatis *honores*, non *glorias*. Et liberi parentibus deferunt *honorem*, non *gloriam*. At profertur nobis Hieronymus enarrans Malachiæ caput primum, cujus verba subscribam: *Quod autem* gloriam *diximus vel* honorem, *& apud Græcos* δόξα, *& apud Hebræos* כָּבוֹד, *unum verbum est: sed nos pro Latinæ linguæ proprietate* honorem *posuimus*. Quid est, *pro linguæ Latinæ proprietate?* Si idem sonat *honor*, & *gloria*, quænam est illa proprietas, quæ persuasit ut δόξαν maluerit *honorem* vertere, quam *gloriam?* Ea res arguit apud Hebræos vocem esse pariter accommodam ad δόξαν & τιμὴν, apud Latinos aliquid interesse inter *honorem* & *gloriam*: quemadmodum apud Græcos nonnihil interest inter δόξαν & τιμήν. Exodi vigesimo, quod est, *Honora patrem & matrem*, non est δόξασον, sed τίμα: & Levitici decimo nono, *Honora personam senis*, τιμήσεις est: & Psalmo octavo conjunguntur hæc duo, δόξῃ καὶ τιμῇ, id est, *gloria & honore*: & Hieronymus has voces distinctim interpretatur: *gloria*, quum ejus descensu inferi claruerunt: *honore*, quum vicit mortem: *corona*, quum circumdatus sanctorum choro triumphans rediit ex inferno. Nec prorsus idem valent *honorare* & *honorificare*, nec *clarificare* & *honorare*. Apud Græcos δόξα sonat magnificam existimationem: unde & δοκοῦντες dicuntur, qui valent auctoritate: τιμὴ sonat officii debiti persolutionem, a τίω, unde dictum est, *Honos alit artes*, non solum ob gloriam, sed ob præmium: & *honorare* parentes non est illorum laudes celebrare, sed omne pietatis officium exhibere, præcipue subsidium egestatis. Quod genus est & illud primæ Timothei quinto: *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt*: ubi inepte poneretur δόξης pro τιμῆς. Denique quanquam hoc loco non omnino male quadrat *honoris* vocabulum, tamen *gloria* mihi videtur significare quiddam magnificentius. Respondet hoc dictum illi Evangelico Matthæi quinto: *Ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum*: atque illic Interpres vertit *glorificent*, non *honorent*, quum sit δοξάσωσι.

11 *Ad confirmandas promissiones patrum*] Interpres dum alterum verbum infinitum vertit in gerundium, alterum relinquit, obscuravit sententiam, quæ quidem est hujusmodi: Paulus veluti nonnihil digressus, redit ad id quod instituerat. Dico, inquit, hoc est, quæ diximus hactenus, huc tendunt, ut intelligas Christum auctorem esse Novi Testamenti, quod primum administravit Judæis, ut Patrem ostenderet esse veracem, qui illis promiserat per Prophetas. Cæterum id voluit esse commune Gentibus, non ex promisso, quanquam & de illis erat prædictum, sed ex misericordia, & hoc gratius esse donum, quod non exspectantibus obtigisset. Opposuit igitur misericordiam promissis, nam in illis quoddam esse videtur, hic favor merus est. Habet enim quod expostulet, cui pollicitus sis, nisi præstiteris: & tamen plus affert voluptatis ac laudis, quod præter omnem spem obvenerit boni. Proinde clare verti poterat hunc in modum, *Cæterum illud est quod dico, Jesum Christum in hoc suo functum officio erga Judæos, pro veritate Dei, ut ea confirmaret, quæ fuerant promissa patribus: cæterum ut Gentes pro misericordia glorificarent Deum, quibus nihil erat promissum, & tamen idem contigit quod illis*. Chrysostomus nihil offenditur sermone. Sunt qui putent utrumque verbum infinitum pertinere ad λέγω: & tolerabile est, si in priore parte *dico* accipiatur, ut sit interpretantis: in altera, ut sit jubentis. Potest autem δοξάσαι infinitum accipi pro imperativo. Cæterum non refert quod Theophylactus & Origenes in commentario separant hanc partem, *Gentes autem*: quum δὲ conjunctio conglutinet. Mirum est autem, quanto artificio Paulus sermonem suum moderetur, quo Gentes agnoscant Dei in se clementiam, vocat misericordiam: rursus ne Judæi non ferrent illos ad communem gratiam admissos, subjicit Judæorum testimonia, quibus declarat & illis esse promissum, licet non tam evidenter.

12 *Propterea confitebor tibi in gentibus Domine*] Exstat hoc vaticinium Psalmo decimo octavo.

13 *Lætamini gentes cum plebe ejus*] *Ejus*, αὐτοῦ, ad Deum refertur, veluti communem futurum utrique populo. Nam populum Dei dixit Judæos. Totidem verbis hæc habentur in cantico Deuteronomii. Mirum autem, cur Thomas citarit ex Esaiæ capite trigesimo quinto, sive lapsu memoriæ, sive quod illic simile tractatur argumentum. Rursus mirum est, nostram Editionem cum Paulo dissentire, quæ sic habet: *Laudate gentes populum ejus*. Hebræi habent, *Cantate gentes populum ejus*. Sed Apostolus hoc loco sequutus est Editionem Septuaginta, qui verterunt, Εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.

14 *Et magnificate eum*] καὶ ἐπαινέσατε, *& adlaudate*, quasi laudibus respondete: quale est ἐπαινάζειν. Ambrosius item legit *magnificate*. Quanquam *magnificare* dictum est pro extollere & laudibus efferre. Origenes admonet in Psalmo, pro *magnificate* scriptum fuisse *collaudate*. Unde liquet in illius codice fuisse μεγαλύνατε, pro ἐπαινέσατε: nisi forte Latinus Interpres adjecit hoc de suo. Videtur autem Ruffinus hoc opus transtulisse, qui nihil non contaminat.

15 *Erit illa radix Jesse*] Hoc testimonium exstat apud Esaiam capite undecimo: quod tamen Paulus adduxit juxta translationem Septuaginta, sicuti pleraque solet. Juxta Septuaginta sic legimus: *Et erit in die illa radix Jesse, & qui consurget ut princeps sit gentium, in ipso gentes sperabunt, & erit requies ejus honor*. Juxta veritatem Hebraicam hoc modo: *In die illa erit radix Jesse, qui stet in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum ejus gloriosum*. Hieronymus admonet pro *requies ejus* apud Hebræos haberi מְנֻחָתוֹ, in qua dictione consenserunt omnes Interpretes: quod tamen Hieronymus vertit *sepulchrum ejus*: volens explicare sensum alioquin obscuriorem. Nam *menucha requiem* sonat, sed proprie eam quam precari solemus defunctis. Ita licet verbis dissonent Septuaginta & Hieronymus, tamen in sententia consentiunt. Cæterum quod vertit, *stat in signum*, Hebræis est עֹמֵד לְנֵס. Porro נֵס *vexillum* sonat, sive *trophæum*, item *miraculum re testatum*: sensus fere idem est, quod sub vexillo principis agat populus. Porro *deprecabuntur* Hebræis est יִדְרֹשׁוּ, quod est *requirent*: petit autem qui requirit, & sperant qui concurrunt ad aliquem. Illud adjiciam, particulam, *& erit requies ejus honor*, licet sit apud Esaiam & apud Origenem in contextu, tamen non apparet additam a Paulo, quum nec apud Græcos reperiatur, nec ab Origene explicetur, nec apud nostros usquam adscribatur.

16 *Et qui exsurget*] ὁ ἀνισάμενος, *exsurgens*: quod tametsi præsentis temporis est, tamen Interpres non absurde vertit in futurum: quod adhæreat verbo futuri temporis, ἔσαι, id est, *erit*. Alioqui poterat & ita verti, καὶ ὁ ἀνισάμενος ἄρχειν, id est, *& qui exsurgat ad imperandum*.

17 *Certus sum autem*] Πέπεισμαι, id est, *Persuasum habeo*.

ἀδελφοί μου, καὶ αὐτὸς ἐγὼ περὶ ὑμῶν, ὅτι καὶ αὐτοὶ μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης, πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως,
15 δυνάμενοι καὶ ἀλλήλους νουθετεῖν. Τολμηρότερον δὲ ἔγραψα ὑμῖν, ἀδελφοί, ἀπὸ μέρους, ὡς ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς, διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ὑπὸ τοῦ
16 Θεοῦ, Εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ ἔθνη, ἱερουργοῦντα τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἡγιασμένη ἐν Πνεύ-
17 ματι ἁγίῳ. Ἔχω οὖν καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τὰ
18 πρὸς Θεόν. Οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν τι ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ, εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, λόγῳ
19 καὶ ἔργῳ, Ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος Θεοῦ, ὥστε με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι
20 τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Οὕτως δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι, οὐχ ὅπου ὠνομάσθη Χριστός,
21 ἵνα μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ· Ἀλλὰ καθὼς γέγραπται, Οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, ὄψονται, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι. Διὸ

vobis, quod & ipsi 18 pleni estis bonitate, impleti omni scientia, 19 valentes etiam invicem alius alium admonere. Sed 20 tamen audacius scripsi vobis, fratres, 15 21 ex parte, veluti commonefaciens vos, propter gratiam quæ data est mihi a Deo, In hoc ut sim minister 16 Jesu Christi in gentes, 22 administrans Evangelium Dei, ut fiat oblatio gentium 23 acceptabilis, sanctificata per Spiritum sanctum. 24 Habeo igitur quod glorier 17 per Christum Jesum 25 in his quæ ad Deum pertinent. 26 Non enim ausim loqui quicquam 27 eo- 18 rum, quæ non effecit Christus per me, in obedientiam gentium, verbo & facto, Per potentiam signo- 19 rum ac 28 prodigiorum, per potentiam Spiritus Dei, ut ab Hierusalem 29 & in circumjacentibus regionibus usque ad Illyricum 30 impleverim Evangelium Christi. 31 Ita porro annitens prædicare Evangelium, 20 non ubi nominatus erat Christus, ut ne super alienum fundamentum ædificarem: Sed quemadmodum scri- 21 ptum est, Quibus non est annunciatum de eo, videbunt,

18 *Pleni estis dilectione*] ἀγαθωσύνης, id est, *bonitate*. Interpres legisse videtur ἀγαπωσύνης: ἀγαθωσύνης legit & interpretatur Chrysostomus, & huic succinens Theophylactus. Indicant enim hoc verbo declarari virtutem universam. Origenes autem quum in commento legat *bonitatem*, tamen in contextu depravavit aliquis *dilectionis*: quod idem suo more fecit Interpres Theophylacti. Est autem hic *bonitas*, quæ opponitur malitiæ, non quæ respondet χρηστότητι, ut sit *benignitas*.

19 *Ita ut possitis alterutrum*] δυνάμενοι καὶ ἄλλους νουθετεῖν, id est, *potentes & alios admonere*. Atque ita quidem interpretatur Theophylactus. Ex enarratione Chrysostomi non liquet quid legerit, nisi quod semel habetur ἄλλους, bis ἀλλήλους. Apparet Interpretem legisse ἀλλήλους pro ἄλλους: & sane ἀλλήλους magis probo. Sensus est enim, Tantum valetis scientia & charitate, ut citra admonitionem meam possitis ipsi vos invicem admonere, si sit opus. Adque eum modum Ambrosium legisse declarat ipsius interpretatio: *Non dixit*, inquit, *ut invicem se doceant, sed admoneant*. Nec enim otiosum est αὐτοὶ, quod apud Græcos sæpenumero sonat *sponte*, aut *ultro*: velut apud Homerum,

Τί με σπεύδοντα καὶ αὐτὸν ὀτρύνεις;

id est,

Cur me festinantem & ultro incitas?

Nec est otiosa conjunctio apud Paulum, ut nec apud Homerum: refertur enim ad Paulum admonentem: ut intelligas, Etiamsi ego non admonerem vos, ipsi vos invicem admonere possitis.

20 *Audacius autem*] *Audacius* dixit pro *Familiarius*, sive *Liberius*: & referendum est ad partem superiorem: Non est opus vobis mea admonitione, quum ipsi possitis invicem id facere: tamen fretus bonitate vestra, non veritus sum ad vos scribere, commonefaciendi gratia magis quam docendi. Quod quo dilucidius esset Lectori, nos vertimus, *Sed tamen audacius*. Hoc schemate frequenter utitur Paulus, quo lenimus quod poterat offendere.

21 *Ex parte*] ἀπὸ μέρους. Hoc adjecit, mitigans quod dixerat *audacius*: perinde valet quasi dicas *aliquantulum*: admiscuit enim nonnulla liberius dicta de stulta sapientia, de idolis, de libidine præpostera: proinde dicit se quædam liberius loquutum, non quod illos contemneret, sed quod illis fideret, veluti peculiaris illorum Apostolus: plus enim audemus apud illos, quos familiarius amamus.

22 *Sanctificans Evangelium Dei*] ἱερουργοῦντα. Quasi rem sacram operans, ut respondeat ad λειτουργὸν, qui proprie sacrorum aut rei publicæ minister est: & ἱερουργεῖν fungi administratione sacrorum. Augustinus in libello, quo quæstiones aliquot explicat in Epistolam ad Romanos, pro *sanctificans* legit *consecrans*, propius exprimens Græcam vocem. Voluit enim Paulus prædicationem Evangelii rem videri cum primis sacram, ac veluti victimam Deo gratissimam, quod Gentes redderet Christo dignas. Atque hujus sacri se velut sacrificium facit. Id autem solet requiri in hostiis, ut pura sit ac sancta, & ad rem divinam legitima: quod alibi Paulus τέλειον vocat. Annotavit hac de re nonnihil Origenis Interpres. Chrysostomus autem diligenter Græcæ vocis emphasim explicat. Vox Græca composita est ab ἱερὸν, *sacrum*, & ἔργον, *opus*: inde ἱερουργεῖν, *operari sacris*: inde sequitur προσφορὰ, id est, *oblatio*.

23 *Accepta & sanctificata*] *Et* copula redundat: nec addebatur in codice Constantiensi. Nam *sanctificata* refertur ad id quod proxime sequitur, *in Spiritu sancto*, hoc est, *per Spiritum sanctum*: ut ostendat nihil deesse suo sacrificio, quod ipse Spiritus sanctus consecrarit.

24 *Habeo igitur gloriam*] καύχησιν, id est, *gloriationem*: hoc est, *habeo de quo glorier*.

25 *Ad Deum*] τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, id est, *in his quæ ad Deum pertinent*. Interpres omisit articulum τά. Non immutat quidem sensum additus aut omissus articulus: habet tamen vim discernendi, vel excipiendi: quod genus est illud hujus Epistolæ capite primo, τὸ κατ' ἐμέ. Id indicat tacite Chrysostomi, Theophylacti, & Origenis interpretatio, dum admonent, non esse gloriandum in quibuslibet, non in operibus, non in sapientia, sed tantum in his quæ sunt gratiæ divinæ.

26 *Non enim audeo*] τολμήσω, id est, *audebo*, vel *ausim*. Nam hoc ceu procemiolo pariter & arrogantiæ crimen excludit, & sibi fidem apud Lectorem conciliat.

27 *Eorum quæ per me non effecit*] Ambrosius sic interpretatur, quasi Paulus non possit quicquam commemorare eorum quæ ad laudem prædicationis pertinent, quæ per ipsum præstita non sint auxilio Dei. Ipsius verba subscribam: *Gloriam habere se dicit apud Deum per Christum Jesum. Credens enim & serviens Christo Jesu in conscientia pura, meritum sibi fecit apud Deum Patrem, in tantum ut nihil deesse dicat, quod non per illum operatus sit Christus, ad exhortationem Gentium.* Ac mox: *Serviens enim Christo, gloriam habet ad Deum, in tantum ut indigere non habeat aliquid divinæ virtutis, quod sibi præstitum non sit a Deo: sed omnia se, quia idoneus inventus est dispensator, consequutum quæ ad conversionem Gentium per signorum virtutem proficerent.* Origenes diversam sequitur sententiam, nimirum hanc: Nolim alienorum factorum laudem mihi arrogare, tantum ea dicam quæ per meipsum effecit Christus. Et hujus verba subscribam: *Quæ loquor, inquit, non sunt alieni operis verba, ne alienorum gestorum laudator efficiar: sed quæ scio Christum per me effecisse, hæc vobis scribo, quæ per obedientiam Gentium verbo in me & opere explevit.* Origenis interpretatio mihi magis probatur, non modo quia modestior est, magisque cohærens cum his quæ sequuntur, *Sed sic prædicavi Evangelium*; (nam hanc partem opponit superiori, quod pugnent inter se, narrare ab aliis facta, & ita prædicare, ut nusquam prædices ubi prædicarint alii) verum etiam quod non videam, quomodo sensus, qui placet Ambrosio, ex Græco sermone possit elici. Is ad hunc habet modum: Οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν τι ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ. Illud certum, *eorum* non posse referri ad cæteros Apostolos, sed ad ipsa facta. Poterit & hic sensus esse tertius: Non ausim quicquam loqui de factis meis, sed tantum de iis quæ Christus per me gessit. Verum Origenicæ interpretationi palmam tribuo. Emphasis enim totius sermonis est in pronomine *me*, per quod excluduntur aliena facta. Utramque sententiam interpretationi miscet ac complectitur Chrysostomus ac Theophylactus: Non jacto quod ipse non fecerim, imo quod feci, non ego feci, sed Christus per me. Et *effecit* præteriti temporis est, non præsentis: commemorat enim quæ jam gesserat.

28 *Prodigiorum in virtute Spiritus sancti*] Græce est *Spiritus Dei*, ἐν δυνάμει Πνεύματος Θεοῦ. Atque ita sane legit Origenes ac Chrysostomus, & huic consentiens Theophylactus. Quanquam secus habet Ambrosius, ac vetusta Latinorum exemplaria. Nec mirum, si Origenes enarrans meminit Spiritus sancti, quum Dei Spiritus sit Spiritus sanctus. Sed vox *Dei* magis exprimit auctoritatem miraculorum. Nec in Ambrosiano commentario quicquam est quod declaret illum legisse secus, quam *Spiritus Dei*. Hoc loco Chrysostomus tecte notare videtur quosdam Episcopos, qui mitris, pedis, ac stolis sibi vindicant auctoritatem: quum Paulus longe præstantioribus argumentis se probet Apostolum, magnitudine miraculorum & proventu doctrinæ Evangelicæ: quorum tamen nihil arrogat sibi, sed universam gloriam Deo transscribit, vir & modestissime magniloquus, & magnifice modestus, in Christo superbus, in se humilis.

29 *Per circuitum*] καὶ κύκλῳ, id est, *& in circuitu*, sive *undique*.

30 *Repleverim Evangelium Christi*] Pronomen ἐμὲ hic non vertit Interpres, atqui alias addidit ὑμᾶς, satis dure. Deinde *Evangelium* hic appellat Evangelii prædicationem, qua in tot regionibus perfunctus erat. Quanquam aptius erat *impleverim*, aut *compleverim*, quam *repleverim*. Non dissimili figura dictum opinor in Evangelio, *Priusquam consummabitis omnes civitates*, pro eo quod erat, *Priusquam peragraveritis omnes civitates*. Annotavit Chrysostomus, quod non dixit se prædicasse, sed implesse, hoc est, nihil omisisse quod ad fidum ac strenuum Evangelistam pertineret.

31 *Sic autem prædicavi*] Græca nonnihil dissonant a Latinis, Οὕτως δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι, *Sic autem adnitens prædicare Evangelium*. Est autem φιλοτιμεῖσθαι velut *ambitiose conari* quippiam. Ita Paulus sancta quadam ambitione abstinuit ab his locis in quibus reliqui Apostoli prædicaverant, ut ipse esset pater & auctor suæ gentis. Emphasim verbi φιλοτιμεῖσθαι verbo tantum indicavit Chrysostomus, dicens Apostolum id gloriæ causa fecisse, quod studio abstinuerit ab iis qui jam audierant Evangelium. Ambrosius exposuit per *nitendi* verbum. Cæterum conjunctio δὲ, etiamsi commode reddi non poterat, tamen Græcis haudquaquam est otiosa: significat enim adjici quiddam magni momenti, quod rem vehementer augeat, id quod nos per *adeo* sive *porro* solemus efferre: veluti si dicas, *Alii cunctos, atque adeo solus*, sive *Alii cunctos, porro solus alui*.

32 Et

22 Διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑ-23 μᾶς. Νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις, ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑ-24 μᾶς ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν, Ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν, ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς· ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς, καὶ ἐφ᾽ ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ, ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους 25 ἐμπλησθῶ. Νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ, δια-26 κονῶν τοῖς ἁγίοις. Εὐδόκησαν γὰρ Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι εἰς τοὺς πτω-27 χοὺς τῶν ἁγίων τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ. Εὐδόκησαν γὰρ, καὶ ὀφειλέται αὐτῶν εἰσίν· εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη, ὀφείλου-28 σι καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς λειτουργῆσαι αὐτοῖς. Τοῦτο οὖν ἐπιτελέσας, καὶ σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον, ἀπελεύσομαι δι᾽ ὑμῶν εἰς τὴν Σπα-29 νίαν. Οἶδα δὲ, ὅτι ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς, ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ ἐλεύσομαι.

A bunt, 32 & qui non audierant, intelligent. 33 Quapropter & præpeditus sum sæpe, quo minus venirem ad 22 vos. Nunc vero 34 quum non amplius habeam locum 23 in regionibus his, desiderium autem habeam veniendi ad vos 35 multis jam annis, 36 Quandocumque iter 24 instituero in Hispaniam, veniam ad vos: 37 spero enim fore, ut istac iter faciens videam vos, & a vobis producar illuc, si tamen vestra consuetudine prius ex parte 38 fuero expletus. 39 Nunc autem proficiscor Hie- 25 rosolymam, ministrans sanctis. 40 Visum est enim Ma- 26 cedoniæ & Achaiæ 41 communicationem aliquam facere in pauperes sanctos, qui sunt Hierosolymis. Nam ita visum est ipsis, & debitores illorum sunt: 42 27 etenim si spiritualia sua communicaverunt gentibus, debent & hæ in carnalibus ministrare illis. Hoc igi- 28 B tur 43 ubi perfecero, 44 & obsignavero illis fructum hunc, revertar per vos in Hispaniam. Scio namque, 29 quod ubi venero ad vos, 45 cum plenitudine benedictionis

32 *Et qui non audierunt de eo intelligent*] *De eo* redundat. Quanquam intelligitur e superiore parte repetitum.

33 *Propter quod impediebar plurimum*] Διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Id est, *Quapropter etiam impediebar sæpenumero venire ad vos*. Nam id quoque significat τὰ πολλὰ, adverbii vice positum: & ita exponunt Græcanica scholia, nominatim & evidenter Chrysostomus ac Theophylactus: sæpius enim conabatur, & semper obsistebant negotia, quibus detinebatur. Porro illud *impeditus sum*, est ἐνεκοπτόμην, quod significat rem cœptam interrumpi: ut aptius futurum fuerit, *inhibitus sum*, sive *præpeditus sum*: quemadmodum in Actis, C destinans proficisci in Bithyniam, prohibitus est a Spiritu sancto.

34 *Locum non habens*] μηκέτι τόπον ἔχων, id est, *quum non amplius habeam locum*. Cæterum locum intelligit vacuum, quem ob id quærebat, quo plus esset fructus, sicut ante dixerat.

35 *Ex multis jam præcedentibus annis*] ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν, id est, *a multis annis*, sive *multis jam annis*. Nec video cur Interpres putarit addendum aliquid, quum sermo de sequuturis annis non possit intelligi.

36 *Quum in Hispaniam proficisci cœpero*] Ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν, ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς. *Ut si proficiscar in Hispaniam, veniam ad vos.* Quanquam quidam Græci codices habebant ἕως, non ὡς. Si disjunctim legatur, sonat *Ut si*: si conjunctim, verti poterat *Simulatque*, ut indicet id brevi futurum. Cæterum Græci Scriptores, Paulum sequuti, fraudant *Hispaniam* prima regionis syllaba: quam illi solent hujusmodi dictionibus addere, dicentes *espero* pro *spero*, *exspecto* pro *specto*: idem facientes in hac dictione, quod Latini facimus in *Iscariote*.

D 37 *Spero enim quod præteriens videam vos*] ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς, καὶ ὑφ᾽ ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ. Quando video Fabrum offendi sermone, sic Latine verti poterat: *nam spero futurum, ut isthac iter faciens videam vos, & a vobis producar*, sive *deducar illuc*. *Quod præteriens*, διαπορευόμενος, id est, *pertransiens*, sive *isthac iter faciens*. Cæterum illa verba, ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς, videntur adjectitia, vel hoc argumento quod Chrysostomus non attingit, licet addantur apud Theophylactum. Ambrosius legit, *Quum in Hispaniam proficisci cœpero, videbo vos, & a vobis præmitti illuc.* Si locus vacat mendo, Ambrosius sic ordinat: *Cupiditatem habens venire ad vos multis jam annis, quum in Hispaniam proficisci cœpero, & a vobis deduci illuc*, ut utraque pars, *venire*, & *deduci*, pertineat ad nomen *desiderium*. Sed conjecto scripturam esse mutilam. Si tollatur Græca conjunctio γὰρ, quæ non est apud Latinos, nihil habet incommodi sermo, ut ὡς ἂν conjunctim referatur E ad superiora, hunc in modum, *Quum non habeam locum vacuum in hisce regionibus, & alioqui cupidus sim multis jam annis veniendi ad vos, simulatque proficiscar in Hispaniam, spero fore ut in transitu vos videam, & a vobis eò proficiscens deducar.* Interpres futuri temporis verba vertere solet per incipiendi verbum. At hic Græci legunt, Ὡς ἂν πορεύωμαι. Cæterum προπεμφθῆναι inepte vertit, quisquis fuit, *præmitti*. Sic enim legit Ambrosius, *Quum sit officii gratia deducere proficiscentem.* Interpres Origenis secus ordinat, enarrans, *Quum in Hispaniam proficiscar, spero quod visurus sum vos.* Conjunctionem tamen non addit. Jam hæc verba, ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς, quum sint apud Chrysostomum, apud Theophylactum non adduntur, nec in contextu, nec in enarratione, quemadmodum nec apud Ambrosium. Video Veteres in his quæ non videbantur admodum pertinere ad dogmata Apostolica sibi nimium per- F misisse in mutanda scriptura. Inde illa tanta varietas in Actis Apostolorum & Apocalypsi. Et Epistola ad Philemonem vix a Græcis recepta est inter Apostolicas, quod rem humanam tractare videatur. Sed utinam ejus generis Epistolas haberemus trecentas.

38 *Fruitus fuero*] ἐμπλησθῶ, id est, *expletus fuero*: quod quidem multo significantius est ad explicandum ingens Pauli desiderium. Atque ut magis intendat epitasin, addit *ex parte*, significans inexplebilem cupiditatem.

39 *Nunc igitur proficiscar*] πορεύομαι, id est, *proficiscor*: præsentis est temporis, velut & participium quod sequitur, διακονῶν, id est, *ministrans*: jam enim hoc agebat. Hoc siquidem facere dicimur, quod adornamus facere. Apostolus enim hoc dicto excusat dilationem profectionis in Hispaniam. Poterant enim dicere, Si nihil est isthic quod te remoretur, cur differs nos invisere? *Nunc*, inquit, *proficiscor Hierosolymam*: si dixisset *proficiscar*, auxisset suspicionem moræ longioris. Itaque verbum præsentis temporis magis congruit Apostolico sensui. Demiror autem, cur Interpres participium mutarit in verbum infinitum, nisi forte legit διακονεῖν.

40 *Probaverunt enim Macedones*] εὐδόκησαν, id est, *approbarunt*, & *ita visum est illis*. At idem verbum mox vertit *placuit illis*: adeo Interpres nefas judicavit idem verbum iterare, quod tamen ipse Paulus non est veritus facere. Porro εὐδοκεῖν non solum sonat *probare*, verum *ex animo probare*: quoties res non C solum utcunque placet, sed bene & ex animo placet: ut intelligamus hujusmodi munera, si ultro offerantur, accipienda eis quibus fuerit opus, non exigenda: quandoquidem ipse Paulus maluit manibus laborare, quam alieno cibo vivere.

41 *Collationem*] κοινωνίαν, id est, *communionem*, sive *communicationem*. Sic enim vocat eleemosynam missam, civili nimirum vocabulo: quasi non sit beneficium juvare pecunia, sed censum quem habemus cum aliis communem, quum opus est, illis impartiri. Cæterum quod vertit, *in pauperes sanctorum*, nimium fidus fuit Interpres, ut qui schema quoque & idioma Græci sermonis expresserit. Alioqui dicendum erat, *pauperibus sanctis*: ne quis suspicetur sanctos habuisse pauperes, qui sancti non essent. Quum enim omnes Christiani tum dicerentur sancti, ad distinguendum pauperes Ethnicos a fidelibus non erat opus genitivo. Illud annotandum, quod Paulus videtur jungere duo inter se pugnantia, εὐδόκησαν & ὀφειλέται. Etenim qui sponte & bona animi voluntate offert, non videtur debere: unde divinam erga homines beneficentiam εὐδοκίαν appellat. Atqui quum hoc videatur D adjecisse civiliter magis quam ex animo, tamen addit hanc unam causam, quod illi spiritualia impartissent, velut alioqui nihil deberetur. At hodie nulli magis tyrannice exigunt decimas, quam qui nihil impartiunt spirituale. Sic enim Paulus appellat doctrinam Evangelicam.

42 *Si spiritualium illorum participes facti sunt Gentiles*] Græca sic habent: εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη. Paulus hoc verbo κοινωνεῖν utitur ambigue, ut interdum pertineat ad dantem, interdum ad accipientem. Ad Galatas sexto: Κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι, dixit pro *Impertiat*: hic ἐκοινώνησαν accipere videtur pro *participes fuerunt*, ut pertineat ad accipiendum: nisi legas αὑτῶν alpha adspirato, & τὰ ἔθνη accusandi casu. Nec ad sententiam refert utro modo legas. Ut enim accipiamus ita dictum, quod Lex & Evangelium & Christus primum ortum sit a Judæis, ut posteris debemus pro beneficio a majoribus accepto, ita posteri nobis communicasse E dicuntur, quod ab ipsorum progenitoribus venit. Ac mox diversum in modum usurpat Chrysostomus κοινωνῆσαι & μεταδοῦναι, interpretans quod Paulus dixit λειτουργῆσαι. Annotavit & illud Chrysostomus, quod *spiritualibus* addidit αὐτῶν, quod ea propria sint cujusque bona; *carnalibus* non addidit, quod hæ facultates non sint tantum possessoris, sed egentium quoque.

43 *Quum consummavero*] ἐπιτελέσας, id est, *ubi perfecero*.

44 *Et assignavero*] σφραγισάμενος, id est, *obsignavero*, vel *obsignatum reddidero*: sic enim reddi solet pecunia. Sentit enim Paulus, se diligenter ac certa fide velle reddere hoc munus. Quod omnis pecuniæ tractatio suspecta soleat esse, præsertim Judæis avarissimis: subindicat tale quiddam & Theophylactus. *Fructum hunc*. *Fructum* Chrysostomus & Theophylactus refert non ad accepturos, sed ad eos qui contulerant: quasi in beneficiis Chri- F stianorum lucrum penes dantem sit, non penes accipientem. Quod si Paulus integre ac tuto reddidisset eam pecuniam, futurum erat ut Macedonibus cæterisque qui contulerant, ceu thesaurus quidam in tuto reconditus videretur. Hoc admonui, ut Lector intelligat, *eis* pronomen non referre Sanctos, sed Græcos.

45 *In plenitudine benedictionis* & cætera] ἐν πληρώματι εὐλογίας τῦ Εὐαγγελίυ τῦ Χριςῦ, id est, *in plenitudine benedictionis Evangelii Christi*. *Benedictionem* Paulus aliquoties vocat *eleemosynam*. Atque hic videtur verecunde significare, ut Romani quoque conferant. Quanquam Chrysostomus mavult hic generaliter accipi pro omni virtutum & officiorum genere, propterea quod additur *Evangelii*. Atqui quod Evangelii nomine datur, εὐλογία est Evangelii. Simili tropo εὐλογίαν dixerunt eleemosynam, quæ verbis amicis dabatur, quo convivium pauperibus dari solitum ἀγάπην. Quidam legunt, *Evangelii Christi*: quod apud Chrysostomum legitur in contextu, sed in enarrando declarat tantum legisse *Evangelii*. Additur & apud Theophylactum, sed in contextu

30 μαι. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος, συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς 31 ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Θεὸν, Ἵνα ῥυσθῶ ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἵνα ἡ διακονία μου ἡ εἰς 32 Ἱερουσαλὴμ εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς ἁγίοις, Ἵνα ἐν χαρᾷ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ 33 συναναπαύσωμαι ὑμῖν. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν. XVI. 1 Συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην, τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν, οὖσαν διάκονον τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν 2 Κεγχρεαῖς, Ἵνα αὐτὴν προσδέξησθε ἐν Κυρίῳ, ἀξίως τῶν ἁγίων, καὶ παραστῆτε αὐτῇ ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρήζῃ πράγματι· καὶ γὰρ αὕτη προστάτις πολλῶν ἐ- 3 γενήθη, καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ. Ἀσπάσασθε Πρίσκαν καὶ 4 Ἀκύλαν, τοὺς συνεργούς μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, Οἵτινες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν· οἷς οὐκ ἐγὼ μόνος εὐχαριστῶ, ἀλλὰ καὶ πᾶ- 5 σαι αἱ Ἐκκλησίαι τῶν ἐθνῶν, Καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν Ἐκκλησίαν. Ἀσπάσασθε Ἐπαινετὸν τὸν ἀγαπητόν μου, ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας ἐν Χριστῷ. 6 Ἀσπάσασθε Μαριὰμ, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν εἰς ἡ- 7 μᾶς. Ἀσπάσασθε Ἀνδρόνικον καὶ Ἰουνίαν, τοὺς συγγενεῖς μου, καὶ συναιχμαλώτους μου, οἵτινές εἰσιν ἐπίσημοι ἐν τοῖς Ἀποστόλοις, οἳ καὶ πρὸ ἐμοῦ γεγόνασιν ἐν 8 Χριστῷ. Ἀσπάσασθε Ἀμπλίαν τὸν ἀγαπητόν μου ἐν Κυ- 9 ρίῳ. Ἀσπάσασθε Οὐρβανὸν τὸν συνεργὸν ἡμῶν ἐν Χρι- 10 στῷ, καὶ Στάχυν τὸν ἀγαπητόν μου. Ἀσπάσασθε Ἀπελλῆν τὸν δόκιμον ἐν Χριστῷ. Ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν 11 Ἀριστοβούλου. Ἀσπάσασθε Ἡρωδίωνα τὸν συγγενῆ μου. Ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου, τοὺς ὄντας ἐν Κυ- 12 ρίῳ. Ἀσπάσασθε Τρύφαιναν καὶ Τρυφῶσαν, τὰς κοπιώσας ἐν Κυρίῳ. Ἀσπάσασθε Περσίδα τὴν ἀγαπη- 13 τὴν, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν ἐν Κυρίῳ. Ἀσπάσασθε Ῥοῦφον τὸν ἐκλεκτὸν ἐν Κυρίῳ, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ

A ctionis Evangelii Chriſti venturus ſim. 46 Obſecro autem vos, fratres, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, 47 & per dilectionem Spiritus, 48 ut me laborantem adjuvetis precationibus pro me ad Deum, Ut 31 liberer ab incredulis in Judæa, 49 utque miniſterium hoc meum, quod exhibebo 50 Hieroſolymis, acceptum ſit ſanctis, Ut cum gaudio veniam ad vos, per 32 voluntatem Dei, unaque vobiſcum refociller. Deus 33 autem pacis ſit cum omnibus vobis. Amen. XVI. 1 Commendo autem vobis Phœben, ſororem noſtram, 1 quæ eſt miniſtra Eccleſiæ 2 Cenchreenſis, 2 Ut illam ſuſcipiatis in Chriſto, 3 ita ut decet ſanctos, & adſitis ei in quocumque vobis eguerit negotio: nam hæc quum multis adſuit, tum mihi etiam ipſi. 3 Salutate 4 Priſcam & Aquilam, adjutores meos in Chriſto Jeſu, 4 Qui pro (B) anima mea 5 ſuam ipſorum cervicem ſuppoſuerunt: quibus non ego ſolus gratias ago, ſed & omnes Eccleſiæ gentium, 5 6 Item quæ in domo illorum eſt congregationem. 7 Salutate Epænetum dilectum meum, 8 qui eſt primitiæ Achaiæ in Chriſto. 6 Salutate Mariam, 9 quæ multum laboravit erga nos. 7 Salutate 10 Andronicum & Juniam, cognatos meos, & concaptivos meos, 11 qui ſunt inſignes inter Apoſtolos, qui etiam ante me fuerunt in Chriſto. 8 Salutate 12 Ampliam dilectum meum in Domino. 9 Salutate Urbanum adjutorem noſtrum in Chriſto, & Stachyn dilectum meum. 10 13 Salutate Apellam probatum in Chriſto. Salutate eos qui ſunt 14 ex Ariſtobuli familiaribus. 11 (C) Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui ſunt ex Narciſſi familiaribus, hos qui ſunt in Domino. 12 Salutate Tryphænam & Tryphoſam, quæ laborant in Domino. Salutate Perſidem dilectam, quæ multum laboravit in Domino. 13 Salutate Rufum electum in Domino, & matrem illius ac meam.

textu duntaxat, Noſter Interpres cum Ambroſio tantum habet, *in benedictione Chriſti*: ita etiam enarrat Ambroſius. Similiter legit Origenes.

46 *Obſecro ergo vos*] Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, id eſt, *Hortor autem vos*. Tametſi hoc ſane loco non admodum male quadrabat *Obſecro*, propter ea quæ ſequuntur, *per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum*.

47 *Per charitatem ſancti Spiritus*] *Sancti* ſupereſt, διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος, id eſt, *per dilectionem Spiritus*.

48 *Ut adjuvetis me*] συναγωνίσασθαι, quod eſt *opitulari*, ſed certanti & laboranti. Quod ante nos annotavit & Origenes: ſed tamen eò detorquens, quod inter orandum certamen ſit cum impiis Dæmonibus, preces piorum interpellare ſolitis. Quanquam Ambroſius legit, *ut ſollicitudinem impartiamini*. Interpres rectius expreſſit quam Ambroſius, mea quidem ſententia. Et *in orationibus* dixit pro *per precationes*: quam ſermonis formam oportet jam nobis eſſe familiarem.

49 *Obſequii mei oblatio*] καὶ ἵνα ἡ διακονία μου, id eſt, *& ut miniſterium meum*. Ambroſius velut exponens legit, *ut munerum meorum oblatio*. Quanquam mihi videtur aliud quiddam legiſſe, forte προσφορὰ, quo verbo uſus eſt ante: quandoquidem & paulo ſuperius uſus eſt verbo apto ſacrificiis, λειτουργῆται, quod Interpres vertit *miniſtrare*. Nos addidimus pronomen, *ut miniſterium hoc meum*, propter articulum Græcum, ἵνα ἡ διακονία μου.

50 *Accepta fiat in Hieruſalem*] Græci nonnihil diverſe legunt. Nonnulli ſic habent: καὶ ἵνα ἡ διακονία μου, ἡ εἰς Ἱερουσαλὴμ, εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς ἁγίοις, id eſt, *& ut miniſterium meum, quod eſt in*, vel *erga Hieruſalem, acceptum ſit ſanctis*. Quidam codex ſic habebat, ἡ διακονία μου ἡ Ἱερουσαλὴμ, id eſt, *miniſterium meum quæ eſt Hieruſalem*. At Theophylactus nec legens, nec interpretans addit hanc particulam, quemadmodum nec Chryſoſtomus. Porro modeſte vocat *miniſterium*, quum ſit alienæ liberalitatis miniſter duntaxat.

1 QUæ eſt in miniſterio] οὖσαν διάκονον, id eſt, *quæ eſt miniſtra*: per hanc *Phœben* putant redditam Epiſtolam Romanis.

2 *Quæ eſt Cenchris*] *Cenchreis* Græce eſt, Κεγχρεαῖς, aut ut in nonnullis habetur ſcriptum, Κεχρεαῖς, dictione triſyllaba: quod nos vertimus *Cenchreenſis*. Cæterum quum plura ſint hujus nominis loca, nempe in Troade oppidum, atque aliud item in Italia, tamen magis conſentaneum eſt, Paulum ſentire de *Cenchreis* ſtatione navali Corinthiorum, quandoquidem conſtat hanc Epiſtolam e Corintho miſſam. Hoc etiam Origenes indicavit. Sic enim loquitur præfatus in expoſitionem hujus Epiſtolæ: *Cenchreis enim dicitur locus Corintho vicinus, imo portus ipſius Corinthi.*

3 *Digne ſanctis*] ἀξίως τῶν ἁγίων, vertit poterat, *ut decet ſanctos, ut dignum eſt ſanctis*. Adverbio addidit caſum nominis.

4 *Priſcam & Aquilam*] Origenes putat *Priſcam* eamdem eſſe quam Lucas in Actis capite decimo octavo *Priſcillam* appellat, cujus maritus erat *Aquila*, Ponticus genere, Judæus vero origine & religione, Paulo ὁμότεχνος, nimirum artifex tabernaculorum, & ut Origenes interpretatur, *ſutor*. Movet Origenem qui fieri potuit ut *Aquila* Romæ fuerit, quum Claudius Imperator eos omnes abegerit, ut refertur capite modo citato. Sed fieri potuit, ut ceſſante ſævitia edicti, Corintho relicta, Romam redierit *Aquila*: quandoquidem illic multos Judæos ipſe Paulus poſt offendit: quod palam eſt ex hiſtoria capitis, quod eſt ejuſdem voluminis ultimum.

5 *Suas cervices*] τὸν ἑαυτῶν τράχηλον, id eſt, *ſuam ipſorum cervicem*.

6 *Et domeſticam eccleſiam*] καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν: Familiam Chriſtianam, & ſi qui acceſſerant, *eccleſiam* vocat: unde nos maluimus *congregationem* appellare, propter craſſos, qui putant *eccleſiam* eſſe templum. Nec videri debet indignum, ſi quis conventum Chriſtianorum dicat *congregationem*, quum Interpres ſecundæ Theſſalonicenſium ſecundo totam aggregationem fidelium in Chriſtum appellet *congregationem*.

7 *Salutate Ephenetum*] Ἐπαινετός. *Epænetus* dicitur, non *Ephenetus*: quod Latine ſonat *Laudatus*, ſive *Laudabilis*.

8 *Qui eſt primitivus Eccleſiæ Aſiæ*] ἀπαρχὴ, id eſt, *primitiæ*, ſive quod hunc primum Achivorum converterit ad Chriſtum, ſive quod hic eſſet præcipuus. Nam Ambroſius hoc referre videtur ad dignitatem hominis, ita loquens: *Hujus Epæneti etiam præſentem dignitatem non tacuit, ut oſtendat & dignitoſos credere, & invitet primos Romanorum ad fidem.* Hæc ille. Solent autem optima quæque in primitias ſeparari. Ac mox, *Eccleſiæ Aſiæ*, τῆς Ἀχαΐας, id eſt, *Achaiæ*, eſt Græce, non *Aſiæ*: licet refragante vetuſtiſſimo codice Paulino. Chryſoſtomus ac Theophylactus legunt *Achaiæ*. Origenes legit *Aſiæ*. Itaque citat Hieronymus locis aliquot. Qui *Aſiam* mutarunt in *Achaiam*, hoc videntur offenſi, quod non eſſet veriſimile *Epænetum* eſſe primum, vel dignitate vel converſione totius *Aſiæ* minoris, quæ in multas regiones diſſecta eſt. Cæterum conſtat quoties *Aſia* dicitur abſolute, partem *Aſiæ* minoris ſignificari, in qua eſt Epheſus. Nec additur *Eccleſiæ* apud Græcos, vel in vetuſtis Latinorum exemplaribus, nec apud Ambroſium quidem. Addit autem *in Chriſto*: videlicet interpretans cur vocarit primitias.

9 *Quæ multum laboravit in vobis*] εἰς ὑμᾶς, id eſt, *erga vos*. Idem enim ſatis colligitur ex interpretatione Origenis, apertius etiam ex Ambroſiana, apertiſſime ex Theophylacti. Quanquam non ſum neſcius in nonnullis Græcorum codicibus haberi ſcriptum εἰς ἡμᾶς. Siquidem in his facillimus eſt Scribarum lapſus. Apud Chryſoſtomum Scriba poſuerat utrumque: ex enarratione non liquebat quid legiſſet, niſi quod magis convenit ἡμᾶς, primæ perſonæ.

10 *Andronicum & Juliam*] Ἰουνίαν, id eſt, *Juniam*. Nam *Juliam* poſterius ſuo loco refert. Conſentiebat cum Græcis vetuſtiſſimus codex e Conſtantia præbitus.

11 *Qui ſunt nobiles*] ἐπίσημοι, id eſt, *inſignes*. Ne quis eum de genere loqui putet.

12 *Ampliatum*] Ἀμπλίαν, id eſt, *Ampliam*: niſi forte Romanam vocem depravavit ad pronunciationem Hebraicam. Nec eſt *dilectiſſimum*, ſed *dilectum*, ἀγαπητόν.

13 *Salutate Apellem*] Origenes addubitat num hic ſit Apollo Alexandrinus, vir in Scripturis eruditus, cujus mentio fit in Actis Apoſtolorum capite decimo octavo.

14 *Ex Ariſtoboli domo*] τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου, id eſt, *eos qui pertinent ad Ariſtobulum*, ut penultima ſonetur accentu acuto, eſt

14 καὶ ἐμῦ. Ἀσπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν, 15 Πατρόβαν, Ἑρμῆν, καὶ τὺς σὺν αὐτοῖς ἀδελφύς. Ἀσπάσασθε Φιλόλογον καὶ Ἰουλίαν, Νηρέα καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, καὶ Ὀλυμπᾶν, καὶ τὺς σὺν αὐτοῖς 16 πάντας ἁγίυς. Ἀσπάσασθε ἀλλήλυς ἐν φιλήματι ἁγίῳ. 17 Ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ Ἐκκλησίαι τῦ Χριςῦ. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, σκοπεῖν τὺς τὰς διχοςασίας καὶ τὰ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδαχὴν, ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε, 18 ποιῦντας, καὶ ἐκκλίνατε ἀπ᾽ αὐτῶν. Οἱ γὰρ τοιῦτοι, τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῷ ὐ δυλεύυσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ, καὶ διὰ τῆς χρηςολογίας καὶ εὐλο- 19 γίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. Ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο. Χαίρω ῦν τὸ ἐφ᾽ ὑμῖν· θέλω δὲ ὑμᾶς σοφὺς μὲν εἶναι εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἀ- 20 κεραίυς δὲ εἰς τὸ κακόν. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τὺς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει. Ἡ 21 χάρις τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῦ μεθ᾽ ὑμῶν. Ἀσπάζονται ὑμᾶς Τιμόθεος ὁ συνεργός μυ, καὶ Λύκιος, καὶ Ἰά- 22 σων, καὶ Σωσίπατρος, οἱ συγγενεῖς μυ. Ἀσπάζομαι ὑ- 23 μᾶς ἐγὼ Τέρτιος ὁ γράψας τὴν Ἐπιςολὴν ἐν Κυρίῳ. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Γάϊος ὁ ξένος μυ καὶ τῆς Ἐκκλησίας ὅλης. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἔραςος, ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως, 24 καὶ Κύαρτος ὁ ἀδελφός. Ἡ χάρις τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ 25 Χριςῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν. Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς ςηρίξαι κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μυ καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησῦ Χριςῦ, κατὰ ἀποκάλυψιν μυςηρίυ, χρόνοις αἰωνίοις 26 σεσιγημένυ, φανερωθέντος δὲ νῦν, διά τε γραφῶν προφητικῶν, καθ᾽ ἐπιταγὴν τῦ αἰωνίυ Θεῦ, εἰς ὑπακοὴν 27 πίςεως, εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος, Μόνῳ σοφῷ Θεῷ, διὰ Ἰησῦ Χριςῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Πρὸς

am. Salutate [15] Asyncritum, Phlegontem, [16] Hermam, Patrobam, Mercurium, & qui cum his sunt fratres. Salutate Philologum & Juliam, Nereum & sororem ejus, [17] & Olympam, & qui cum his sunt, omnes sanctos. Salutate vos invicem cum osculo sancto. [18] Salutant vos Ecclesiæ Christi. Obsecro autem vos, fratres, ut consideretis eos qui dissidia & offendicula contra doctrinam, quam vos didicistis, gignunt, & declinetis ab illis. Nam qui ejusmodi sunt, Domino Jesu Christo non serviunt, sed suo ventri, [19] & per blandiloquentiam & assentationem decipiunt [20] corda simplicium. [21] Nam vestra obedientia ad omnes permanavit. Gaudeo igitur sane de vobis: sed volo vos sapientes quidem esse ad bonum, sinceros autem ad malum. Deus autem pacis conteret Satanam sub pedes vestros brevi. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit vobiscum. Salutant vos [22] Timotheus cooperarius meus, & Lucius, & Jason, & Sosipater, cognati mei. Saluto vos [23] ego Tertius, qui scripsi Epistolam in Domino. Salutat vos Gaius hospes meus [24] & Ecclesiæ totius. Salutat vos Erastus, [25] quæstor ærarius civitatis, & Quartus frater. [26] Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen. [27] Ei autem qui potens est vos confirmare secundum Evangelium meum & præconium Jesu Christi, juxta revelationem mysterii, temporibus æternis taciti, Manifestati vero nunc, & per Scripturas propheticas, juxta delegationem æterni Dei, in obedientiam fidei, in omnes gentes patefacti, Soli sapienti Deo, per Jesum Christum, cui gloria in secula. Amen.

Ad

est enim Græcis diphthongus: nomen ab optimo consilio dictum. *Domo* non addebatur in exemplari quod præbuit Constantia. Sic Horatius, *Venimus ad Vestæ*, ut subaudiatur templum. Græci, ἐν ᾅδυ, subaudientes τόπῳ. Nec absurde dixerimus, *Veniam ad Pascha*, ut subaudiamus festum.

15 *Asyncretum, Plegontam*] Legendum est, *Asyncritum, Phlegontem*, Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα. *Asyncritus* sonat *incomparabilis*, *Phlegon incendens*.

16 *Herman, Patrobam, Hermen*] Diversa nomina sunt: prius est Ἑρμᾶν, *Herman*: alterum Ἑρμῆν, quod Latine sonat *Mercurium*: atque ita nos vertimus, ne quis in illis forte ξενίζηται. Origenes in libris περὶ ἀρχῶν arbitratur hunc *Hermen* esse auctorem libri apocryphi, cui titulus *Pastor*: unde frequenter adducit testimonia, & putat scriptum afflatu divino, quanquam non negat a multis contemni. Mira fuit in his Veterum vel credulitas vel civilitas, qui tantum tribuerint libris quos titulo Clementis habemus, quum in his tam manifestus appareat fucus hominis qui talia scripsit.

17 *Olympiadem*] Græce Ὀλυμπᾶν, *Olympam*. Apparet enim viros esse, non mulieres, e duobus articulis Græcis αὐτῦ & σὺν αὐτῷ. At ex *Olympiade* non potes virum facere.

18 *Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi*] Disputat Origenes, quî potuerit Paulus omnium Ecclesiarum nomine salutem adscribere, quum verisimile non sit, omnes adfuisse Corinthi quum hæc scriberetur Epistola. Sed quoniam cognovit omnium erga Romanos studium, omnium nomine salutat illos.

19 *Per dulces sermones & benedictiones*] διὰ τῆς χρηςολογίας καὶ εὐλογίας. Ne quis imaginetur *benedictiones* vulgo dictas Episcoporum, Græcis sunt duæ dictiones, χρηςολογία, quam *blandiloquentiam*, seu *blandiloquium* recte dixeris: unde Cæsares quosdam oratione quam re benigniores, vulgo *chrestologos* dictos accepimus. Et εὐλογία ad verbum quidem sonat *benedicentiam*: cæterum hic pro *laudatione* sive *adulatione* positum est. Inculcavit enim idem dictum odio vitii, nempe assentationis.

20 *Corda innocentium*] Græce est ἀκάκων, quod magis significat *simplices, minimeque subdolos*, quam *innocentes*. Siquidem *innocens* Latinis dicitur, qui vacat omni crimine vitæ: ἄκακος, qui expers est fraudis ac suspicionis. Siquidem *innocentia* verbum unum est ex eorum numero quæ Cicero dicit Græcis deesse.

21 *Vestra enim obedientia*] Appositius erat hoc loco, *Nam vestra obedientia*. Occurrit enim tacitæ quæstioni, cur dixerit *corda simplicium*: *Nam vestra* qui prudentes estis, &c.

22 *Timotheus adjutor meus*] ὁ συνεργός μυ, quod *socium & consortem operis* significat Græcis, quasi *collegam* dicas aut *cooperarium*. Ambrosius non ineleganter vertit, *consors laborum meorum*.

23 *Ego Terentius*] *Tertius*, Τέρτιος, legendum est, non *Terentius*. Quanquam in nonnullis habetur *Terentius*. Ambrosius legit *Tertius*: addit enim, *nomine, non numero*. Atque ita legit Chrysostomus, ac Theophylactus Græcus Interpres. Sic enim hic dictus est *Tertius*, ut apud Romanos dicebantur *Sexti, Quinti*, ac *Decimi*.

24 *Et universa Ecclesia*] Latinus sermo habet amphibologiam, quod incertum sit an *Gajus* hospes Pauli Romanos salutet una cum tota congregatione, an intelligendus sit hospes non Pauli solum, sed totius etiam Ecclesiæ. Apud Græcos tantum posterior sensus accipi potest, atque ideo nos vertimus, *hospes meus & totius Ecclesiæ*.

25 *Arcarius civitatis*] ὁ οἰκονόμος, id est, *dispensator*: unde nos *quæstorem ærarii* vertimus. Theophylactus putat præfectum fuisse; & prorsus hactenus erat præfectus. Arbitror significari præfectum ærario.

26 *Gratia Domini nostri* & cætera] Quoniam eadem fere verba paulo superius posita sunt, apud Ambrosium & Origenem hic non repetuntur, nec in vetustissimo codice quem exhibuit Bibliotheca Constantiensis. Apud Chrysostomum priore loco non additur, nec in contextu, nec in enarratione, sed in fine duntaxat post doxologiam, & admonet convenire, ut sermo noster a gratia Dei sumat exordium, & in gratiæ commemorationem desinat. Chrysostomo consentit Theophylactus.

27 *Ei autem qui potens*] Hæc est pars quæ in plerisque Græcorum codicibus non additur. In nonnullis alio additur loco, nempe in fine capitis decimi quarti, sicut indicavimus eo loco. In quibusdam adjicitur in fine Epistolæ. Id quod & nos fecimus, præsertim assentientibus Latinis exemplaribus, etiam vetustis, & Ambrosio, cumque his Origene, qui docet non solum hanc partem resectam fuisse a Marcione, qui quasdam Paulo inscriptas Epistolas rejecit totas, quasdam truncavit mutilavitque: verum etiam totum hoc quod sequitur ab eo loco quo dixit Paulus, *Omne autem quod non est ex fide, peccatum est*: hoc est, a calce capitis decimi quarti, quod cætera adhortationibus tantum & salutationibus occupata parum viderentur respondere Paulinæ gravitati. Sed hujus sententiam jam olim ab omnibus explosam quid attinet refellere? Mirum est autem, quî acciderit, ut hæc pars suo loco fuerit mota. Etenim si ob id loco mota est, quod cum his, quæ præcederent ac sequerentur, parum concinna cohæreret, ne hic quidem cohæret. Nam quod sermonis ordo nec apud Græcos nec apud nos consequitur, minus admiror in Paulo, apud quem frequenter ejusmodi occurrunt incommoda. Etenim ut negligamus hyperbaton, quod adjicitur in fine, *honor & gloria*, quo minus ad initium orationis referatur, *Ei autem qui* & cætera, obstat dictio *cui*, quemadmodum annotavit & Thomas, sequutus Augustinum, qui utcunque explicat alteram constructionis incommoditatem, ut *per Jesum Christum* non referatur ad *sapienti*: ne Deus Pater per Filium sapiens esse videretur: sed ad id quod sequitur, *sit honor & gloria*: quod is Patrem sua morte illustravit apud homines. Verum quid faciemus *ly cui*, sic enim Aquinas ille loquitur: quod ita constanter obsedit omnes Græcorum ac Latinorum codices, ut nisi summa impudentia non possit expungi? Quod si locus tuetur, nec superiora cohærent, nec inferiora, nec ipse sane reperio quid hic comminiscar, nisi libeat ingenue fateri, Paulum suo more hanc orationem imperfectam extulisse, ut subaudiamus, *gratias agamus*, aut simile quippiam. Ambrosius connectit superiora cum extremis, *sit honor & gloria*, dissimulato incommodo constructionis, quo tamen offensus est Thomas. Sed multo ante hunc Augustinus libro adversus Maximinum Arianorum Episcopum tertio, capite decimo tertio, putat autem sic ordinari posse: *Ei gloria, cui per Jesum Christum gloria*. Licet fateatur, omissa voce *cui*, sermonem esse magis usitatum. Porro quod nos legimus *per scripturas prophetarum*, Græcis est διά τε γραφῶν προφητικῶν, id est, *perque scripturas propheticas*: quum neque præcedat aliquid, ad quod referatur conjunctio τὲ, neque sequatur καὶ, quæ consuevit huic connecti, ni vis alterius conjunctionis subaudiatur in *nunc*: atque hunc accipiamus sensum, quod mysterium patefactum nunc per Evangelium & olim per scripta prophetica.

28 *Missa*

Πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἐγράφη ἀπὸ Κορίνθου διὰ Φοίβης τῆς διακόνου τῆς ἐν Κεγχρεαῖς Ἐκκλησίας.

Ad Romanos 28 missa fuit a Corintho per Phœben ministram Cenchreensis Ecclesiæ.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ

ΤΕΛΟΣ.

EPISTOLÆ AD ROMANOS

FINIS.

28 *Missa fuit e Corintho*] Hoc e Græcis voluminibus adjecimus, nisi quod ἐγράφη vertimus in *missa est*: *missa est per Phœben*: cæterum scripta manu Tertii, dictante Paulo. Atque illud interim subit admirari, cujusmodi legatis tunc usi fuerint illi vere maximi Pontifices, quum Paulus ad Romanos adhuc florentes de tam arduis rebus scripserit per mulierculam. Deinde ridere libet novam Nicolai Lyrani diligentiam, qui, quum Origenes & divus Hieronymus, cumque his omnes Antiqui confirment hanc Epistolam e Corintho fuisse missam, ipse tamen ambigit: nimirum quod Haimo scripsit ex Athenis missam. Verum hunc plus quam Gordianum nodum vide quanta dexteritate mirus explicat artifex: *Partem*, inquit, *scripsit Athenis*: *quod supererat*, *deinde addidit Corinthi*: *atque ita Romam misit*. O hominem suavem! mallet, opinor, Paulum quamlibet magnum itineris facere dispendium, ne quid patiatur auctoritas Haimonis, perinde quasi ille uno aut altero in loco labatur.

DESIDERII ERASMI ROTERODAMI

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM PAULI AD ROMANOS

FINIS.

ΥΠΟ-

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

τῆς πρὸς

ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ

Πρώτης

ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Ἐφέσου τῆς Ἀσίας, ἑωρακὼς αὐτοὺς ἤδη καὶ διδάξας, ὑπομιμνήσκων δὲ ὅμως διὰ τῆς ἐπιστολῆς ταύτης. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς ἐπιστολῆς αὕτη. Κορίνθιοι ἐκ φιλονεικίας συναγόμενοι ἐσχίζοντο ταῖς γνώμαις, καὶ λοιπὸν ἦν ἐν αὐτοῖς σχίσματα. Καὶ ὄντων σχισμάτων παρεβλέποντο τὸν λαβόντα τὴν μητρυιάν. Ἄλλοι δὲ ἤθελον καταλιμπάνειν τὰς ἰδίας γυναῖκας, προφάσει τῆς ἐγκρατείας. Τινὲς δὲ καὶ ἐν εἰδωλείοις ἤσθιον, ὡς ἀδιαφόρων ὄντων τῶν εἰδωλοθύτων. Ἄλλοι δὲ τοὺς μὲν ἄλλους ἐξουθένουν, τοὺς δὲ λαλοῦντας γλώσσαις ἐθαύμαζον, καὶ τέλος ἠπάτηντο καὶ εἰς τὸ περὶ ἀναστάσεως μυστήριον, λέγοντες μὴ ἐγείρεσθαι τὴν σάρκα ταύτην. Τούτων πάντων ἐν Κορίνθῳ κινουμένων, γράφουσιν οἱ λαοὶ τῷ Ἀποστόλῳ. Καὶ λοιπὸν πρὸς πάντα ἀντιγράφει. Καὶ πρῶτον μὲν μαρτυρεῖ αὐτοῖς ἐν φρονήσει καὶ γνώσει. Οὐκ ἀποδέχεται δὲ αὐτοὺς ποιοῦντας τὰ σχίσματα, ἀλλὰ καὶ συμβουλεύει μὴ ἐν λόγῳ τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' ἐν ἔργῳ καὶ δυνάμει ἡγεῖσθαι. Ἔπειτα ἐπιτιμήσας τῷ τὴν μητρυιὰν λαβόντι, καὶ παραινέσας μὴ ἔχειν κρίματα πρὸς ἑαυτοὺς, λοιπὸν περὶ ὧν ἔγραψαν ἀποκρίνεται, περὶ μὲν τοῦ γάμου διδάσκων ἄῤῥηκτον εἶναι τὴν συζυγίαν, καὶ ἐν καιρῷ μόνῳ σχολάζειν διὰ τὴν εὐχήν. Διὰ δὲ τὸ ἀγαπᾷν αὐτοὺς τὴν ἐγκράτειαν, γράφει περὶ παρθενίας, ὅτι οὐ κατὰ ἀνάγκην, ἀλλὰ πειθοῖ τοῦτο γινέσθω. Εἶτα περὶ τῶν εἰδωλοθύτων, ἵνα μὴ καταχρῶνται τῇ γνώσει, ἀλλὰ τῇ ἀγάπῃ πολιτεύωνται. Κωλύει οὖν τὰ ἐν εἰδωλείῳ συμπόσια, ἵνα μὴ σκανδαλίζωνται οἱ μικροί. Εἶτα περὶ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων γράφει, ἵνα μὴ διαφέρωνται ἐν τοῖς χαρίσμασι, μηδὲ προκρίνωσι τὸν ἔχοντα χάρισμα τόδε, τοῦ ἔχοντος τόδε. Πάντα γὰρ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος εἶναι λέγει. Καὶ λοιπὸν περὶ ἀναστάσεως διδάσκει, ὅτι ἡ σὰρξ ἐγείρεται, ἀποθνήσκουσα μὲν σαρκὶ, ἐγειρομένη δὲ ἄφθαρτος κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν· τὴν δὲ ἀνάστασιν ἀπὸ τοῦ ἐγηγέρθαι τὸν Χριστὸν συνίστησι. Καὶ τέλος παραινετικοὺς λόγους εἰς τὰ ἤθη γράφει, καὶ περὶ λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους παραγγέλλει, καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν.

IN EPISTOLAM AD CORINTHIOS

Priorem Argumentum

PER

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

CORINTHUS Achajæ metropolis olim erat, ob portuum commoditatem, eſt enim Iſthmos, emporium totius Achajæ tum celeberrimum tum opulentiſſimum. Fere fit autem ut ejuſmodi civitatum mores multo ſint corruptiſſimi, quod undique ex omni natione non tam mores quam vitia ſoleant importari, & magnam vitæ licentiam negotiatorum genus ſibi vindicat. Proinde Corinthii tametſi prædicatione Pauli jampridem Evangelicam doctrinam accepiſſent, tamen adhuc ingenii vitæque prioris veſtigia nonnulla ac reliquiæ manebant: adeo ut periculum eſſet, ne per Philoſophos, crucis prædicationem ut humilem & indoctam faſtidientes, & Pſeudapoſtolos ad Judaiſmum invitantes, a Chriſti ſinceritate alienarentur. Uſque adeo ardua res eſt, ab iis, in quibus natus ſis & quibus diu aſſueveris, in alium hominem transformari. Quin divus Hieronymus in præfatione ſecundi libri Commentariorum, quos ſcripſit in Epiſtolam ad Galatas, teſtatur, ſua etiamnum ætate apud Achaïcos horum, quæ Paulus Corinthiis objicit, exſtitiſſe reliquias. Quum hodie ſatis eſſe putemus, aquula modo tingi, ut ſubito fias Chriſtianus. Paulus igitur ſciens, non minoris eſſe virtutis parta tueri, quam paraſſe, filios ſuos, quos magno ſtudio Chriſto genuerat, nam ſeſquiannum apud illos egerat, pari ſtudio ad Chriſtum revocat, & in Evangelica doctrina confirmat: nunc Apoſtolica ſæviens auctoritate, corripiens, objurgans, ac minitans denique: nunc paterno affectu blandiens atque exhortans, & neceſſariæ reprehenſionis acrimoniam laudis admixtu leniens: & ſapientum Medicorum exemplo, amarum abſinthii pharmacum prælito melle condulcans, ac ſingulis malis opportuna admovens remedia. Primum, opulentiæ comes ſolet eſſe tumor ac ferocitas: & inter feroces plerumque factiones oriuntur, dum nullus alteri vult cedere, & ſe quiſque potiorem ducit. Ad hæc opes comitatur luxus & gulæ ſtudium, luxus libidinem comitem trahit. Porro negotiatorum peculiaris eſt avaritia. Neque vero ſolum tumebant opibus, verum etiam Græcanicæ philoſophiæ ſupercilio, ſine qua cæteros ut barbaros deſpiciebant. Tumoris erat, quod ex dignitate Apoſtolorum, a quo quiſque fuerat baptizatus, efferrent ſeſe. Hinc illæ diſſidiorum voces: *Ego Apollo: ego Cephæ: ego Pauli.* Præterea quod ne in conventiculis quidem ſolennibus ſatis inter eos conveniret, quum in donis ſpiritualibus ſibi quiſque placeret, & dum in eodem dono ſibi nollent invicem cedere, tumultus & confuſio naſceretur, adeo ut in publico conventu mulieres etiam loquerentur ac docerent. Porro luxus

simul & tumoris erat, quod quoties ad sacrosanctam cœnam convenirent, quam Paulus Dominicam vocat, in qua maxime conveniebat præstare Christianam concordiam, divites non exspectatis tenuioribus cibum caperent, & usque ad temulentiam sese ingurgitarent, esurientibus cæteris: ut jam non solum dissidium illic esset & intemperantia, verum etiam indecora quædam inæqualitas, quam Dominica cœna nesciebat. Jam partim tumoris, partim philosophiæ vitium erat, quod Paulum quidam illorum, ut tenuem atque humilem, deinde ineloquentem & imperitum, fastidirent. Proprium vero philosophiæ fuit, quod resurrectionem mortuorum, fidei nostræ basim, in dubium vocarent. Luxus erat, quod promiscue vescerentur iis, quæ tum simulacris Dæmonum immolabantur, non vitato offendiculo infirmorum. Libidinis erat, quæ nusquam gentium regnabat impunitius quam Corinthi: quod præter alia repertus sit inter eos, qui patris uxorem, hoc est, novercam suam, stupro contaminarit: nec hujus auctorem flagitii e suo contubernio profligarint: quodque cum aliis flagitiosis Christianis commercium habuerint, velut illorum vitiis faventes. Huc pertinet, quod præter decorum & viri essent comati, & mulieres non vererentur nudo capite conspici in cœtu ecclesiastico, velut ipso corporis habitu mores effœminatos ac delicias præ se ferentes. Avaritiæ erat, quod non de fama, neque de capite, sed de re pecuniaria inter sese lites agitarent, eò gliscente pecuniæ studio, ut Christiani rerum ejusmodi contemptum professi, apud Ethnicos & impios judices litigarent magno dedecore Christiani nominis. Et adeo non negligerent potius pecuniolæ jacturam, ut ipsi ultro alios in hujusmodi negotiis circumvenirent. Postremo de matrimonio inter sese dissentiebant, jam tum asseverantibus quibusdam Christianis, in totum a conjugio temperandum, quum viderent Apostolos ab uxoribus suis abstinere.

Morbos ostendi Corinthiorum, non omnium, sed quorumdam: qui ne gregem universum contagio inficerent, Paulus his remediis occurrit. Primo loco præfatus fiduciam suam de futura illorum constantia in Evangelio Christi, severius objurgat, ac docet: ne per contentionem humanam in hominibus glorientur, sed per concordiam ex æquo glorientur in Christo, cui uni accepta ferenda sunt omnia, obiter indicans fontem ejusmodi dissidiorum, animi tumorem esse. Proinde a supercilio mundanæ philosophiæ ad crucis humilitatem revocat: quæ licet ostentationem non habeat, vim tamen & energiam habet. Indicat & auctores hujus mali Pseudapostolos, qui post Pauli abitum sese ingerebant, declarans se rectum jecisse fundamentum, cavendum ne illi superstruerent quod paulo post esset demoliendum: hoc est, ne quid discerent Corinthii, quod mox esset dediscendum. Deinde ceu pater cum filiis expostulat, quod huc provecti sint magnitudinis, ut jam auctorem suum velut humilem contemnant, nihil non perpetientem Evangelii gratia, cui ob id ipsum magis etiam favere conveniebat. Hortatur autem filios, ne degenerent a patre, nec ultro se pædagogis in servitutem dedant. Atque hæc quidem potissimum agit capite primo, secundo, tertio, & quarto. Porro quarti finis ad quinti initium mihi videtur pertinere. De incesto præcipit, & publico consilio decernit, vitandam hominis consuetudinem, partim quo pudore correctus resipiscat, partim ne hujus contactu cæteri inficiantur. Admonet autem non hunc modo vitandum, verum etiam omnes qui falso titulo Christiani manifestis flagitiis essent infames. Nam Ethnicos flagitiosos non ita oportere vitari, vel quod nostra non referat, quales illi sint: vel quod passim essent flagitiosi, ut omnes vitandi fuerint ei, qui flagitiosos vellet effugere. Hæc agit capite quinto. Tertio de litibus admonet, si quid hujusmodi quæstionum inter ipsos natum esset, quod ipsum tamen inter Christianos fœdum videretur, ob pecuniam, quæ nobis debeat esse vilissima, contendere: ne res eò procedat, ut Ethnici judices adeantur, sed ipsi per arbitros quoscunque rem inter se transigant. Idque agit capite sexto, cujus magna pars ad septimum pertinet, mea quidem sententia: nimirum ab eo loco, quo de matrimonio tractaturus, inter cætera vitia, scortationem, adulterium, & masculam Venerem damnat: idque prosequitur sub initium proximi capitis: *Nescitis quod membra vestra templa sunt Christi?* Quarto loco præcipit de matrimonio, de viduitate, de impari connubio, de divortiis, de virginitate: obiter admonens, ob susceptum Christianismum non esse mutandum vitæ statum. Totoque hoc sermone ita hortatur ad cœlibatum & continentiam, ut tamen conjugii remedium non adimat iis, quibus opus est. Hoc agitur capite septimo. Quinto docet, carnes immolatas simulacris re nihil differre a cæteris carnibus: & tamen ab his abstinendum, si periculum sit, ne quis Ethnicus aut Christianus infirmior, ex eo quod vesceris, existimet te simulacrorum assentiri culturæ. Ab his & hujusmodi vitiis Veterum exemplo deterret. Idque agit capite octavo, & rursus capite nono. Nam in medio exspatiatur in commendationem sui, tacite se præferens cæteris Apostolis etiam summis, qui solus omnium Corinthiis gratis impartierit doctrinam evangelicam. Sexto docet, quid oporteat observari in conventu publico Christianorum, ne viri sint comati, ne mulieres nudo capillitio, tum in Dominico convivio servetur communitas & æqualitas: neque enim illic agi negotium ventris, quod domi rectius agatur, sed mysticis epulis repræsentari cœnam Dominicam. Præterea monet, ne quis ob dotem spiritualem sibi placeat, sed suam quisque dotem in commune conferat commodum, exemplo membrorum corporis, exhortans, ut reliquis quidem donis, quæ contigerunt, recte utantur, præcipue tamen enitantur ad charitatem, sine qua reliqua adeo nihil conducant, ut officiant etiam. Porro quum charitati primas tribuerit, proximas tribuit prophetiæ, sic enim vocat enarrationem arcanæ Scripturæ. In hac admonet vitandum esse tumultum & confusionem. Id fore, si vicissim & pauci dicant, mulieribus interim silere jussis, adeo ut nec discendi gratia rogare liceat in cœtu. Hæc agit capite undecimo, duodecimo, decimo tertio & decimo quarto. Septimo loco variis argumentis adstruit resurrectionem mortuorum, declarans qualis & quibus modis ea sit futura. Atque id quidem capite decimo quinto. Postremo capite familiaria quædam subjicit, de collatione pecuniæ in subsidia pauperum, de suo ad Corinthios reditu. Postremo Timotheum & alios aliquot illis commendat.

Divus Ambrosius putat hanc non esse primam Epistolam, quam Paulus scripserit Corinthiis: hanc, opinor, conjecturam sequutus, quod capite quinto, *Scripsi*, inquit, *vobis in Epistola*: quasi prius alteris litteris super hac re ad illos scripserit. Etiamsi Græci Interpretes dissentiunt. Hanc missam putant per Timotheum, cujus semel atque iterum facit mentionem, simulque per Stephanam, Fortunatum, & Achaicum, quos illis commendat. Rursus alii putant ab Epheso missam, quod in calce scribat: *Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten*. Alii e Philippis, nam hanc inscriptionem habent Græcorum codices. Nec mihi conjectare licet, quid sequuti sint, qui ita senserunt, nisi colligunt ex itinere scriptam, ob ea quæ scribit Paulus: *Veniam autem quum Macedoniam pertransiero, nam Macedoniam pertransibo*. Ac mox: *Nolo enim vos modo in transitu videre.*

EPISTOLA PAULI AD CORINTHIOS PRIMA.

I. 1 ΠΑΥΛΟΣ κλητὸς Ἀπόστολος Ἰησῦ Χριστῦ διὰ θε-2λήματος Θεῦ, καὶ Σωσθένης ὁ ἀδελφὸς, Τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, κλητοῖς ἁγίοις, σὺν πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, 3 ἐν παντὶ τόπῳ, αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν· Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χρι-4στοῦ. Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, τῇ δοθείσῃ ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. 5 Ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ λόγῳ 6 καὶ πάσῃ γνώσει· Καθὼς τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ἐ-7βεβαιώθη ἐν ὑμῖν, Ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι, ἀπεκδεχομένυς τὴν ἀποκάλυψιν τῦ 8 Κυρίυ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους, ἀνεγκλήτους ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν 9 Ἰησοῦ Χριστοῦ. Πιστὸς ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῦ Κυρίυ ἡμῶν. β 10 Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα, ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ. γ 11 Ἐδηλώθη γάρ

A

PAULUS vocatus Apostolus Jesu Christi per 1. I. voluntatem Dei, & Sosthenes frater, Ecclesiæ 2 Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis per Christum Jesum, [1] vocatis sanctis, una cum omnibus qui invocant nomen Domini nostri Jesu Christi, in quovis loco, [2] vel suo vel nostro: Gratia vobis & pax 3 a Deo 3 Patre nostro & Domino Jesu Christo. Gratias ago 4 Deo meo semper pro vobis, de gratia Dei, quæ data est vobis per Christum Jesum. Quod 4 in omnibus di- 5 tati estis per ipsum, in omni sermone & omni cognitione: 5 Quibus rebus testimonium Jesu Christi con- 6 firmatum fuit in vobis, 6 Adeo ut non destituamini 7 in ullo dono, exspectantes revelationem Domini nostri Jesu Christi, Qui & confirmabit vos usque ad fi- 8 nem, 7 inculpatos in die Domini nostri Jesu Christi. [8] Fidelis Deus, per quem vocati estis 9 in consortium 9 Filii ipsius Jesu Christi Domini nostri. 10 Obsecro 10 autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, 11 ut idem loquamini omnes, & non sint inter vos 12 dissidia, 13 sed sitis integrum corpus 14 eadem mente & eadem sententia. Significatum est enim 11 mihi

B

1 VOcatus Apostolus & vocatis sanctis] κλητὸς, & κλητοῖς, nomina sunt, non participia, ut superius admonuimus, non perinde quod jam sancti sint, sed quod vocati sint ad sanctimoniam. Quemadmodum indicavit & Ambrosius: quanquam olim omnes Christiani dicebantur *sancti*, ad discrimen profanorum, nec erat titulus virtutis, sed professionis.

2 *Ipsorum*] Latinius erat *suo*. Est autem Græcis duplex conjunctio, αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν, id est, *suoque & nostro*. Porro sensus nonnihil est anceps. Theophylactus existimat *suoque & nostro* referri posse ad Dominum, quia præcessit *Domino nostro*, deinde repetens addat, non solum nostro, sed & illorum quicunque invocant. Ad eumdem modum ordinat Chrysostomus in Commentariis Græcis nondum versis, quos in hanc scripsit Epistolam, si modo non fallit titulus. Ejus codicis copia nobis facta est ex Bibliotheca Prædicatorum apud Basileam. Verum hæc interpretatio mihi videtur affectata. In hac Editione, quam nunc quintam damus, consuluimus alios Chrysostomi codices, & comperimus eum ita temperare enarrationem, ut αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν possit vel ad Dominum vel ad locum referri, quia sicut unus est Dominus, ita una est Ecclesia. Quidam simpliciter interpretantur, sive in suis locis in quibus agunt, sive in his in quibus nos agimus. Tertius autem sensus mihi videtur argutior, & ad Paulinos affectus accommodatior, quem hac lege referam, ut liberum sit Lectori nihilosecius quod malit sequi, in quovis loco, sive ipsorum, sive meo, aut & ipsorum & meo: ut intelligas Paulum omnem locum suum ducere, in quo sint qui invocant nomen Domini, quod inter Christianos charitas communia faciat omnia. Nec abhorret ab hac sententia Theophylactus, indicans Paulum objurgaturum Corinthios ob coortum inter illos dissidium, hac usum parasceve, quasi diceret, Si omnium, qui quovis loco credunt Christo, una eademque est Ecclesia, cur vos ejusdem Reipublicæ cives inter vos dissidetis? Ambrosius videtur *ipsorum* referre ad loca Gentium, *nostro* ad Judæorum: sic enim adscribit, *Cum Judæis veris jungit & Gentes.* Nisi mavis invertere, ut prius ad Judæos pertineat, *nostro* ad Gentes: quod in Judæa tantum soleat invocari nomen Domini, & Paulus ut Gentium Apostolus *nostro* dixerit. Coactius est quod addit Thomas, & hunc sequutus Lyranus, *ipsorum* referri ad Episcopos ejus loci, quibus licet essent subjecti, non tamen per hoc eximebantur a ditione Apostoli. Certe nomen ditionis inauditum fuit inter Apostolos.

C

3 *A Deo Patre nostro & Domino Jesu*] Anceps est sensus apud Græcos, propterea quod hic genitivus referri potest & ad præpositionem ἀπὸ, ut sit sensus, A Patre pariter atque a Filio pacem proficisci. Et ad nomen *Patre*, ut accipiamus Patrem esse communem Christo & nobis. Priorem tamen sensum sequuntur omnes.

D

4 *In omnibus*] ἐν παντὶ, id est, *in omni*: hoc est, in quavis re. Quanquam id quidem ad sensus integritatem nihil refert, & recte numerum mutavit Interpres.

5 *Sicut testimonium*] Καθὼς, id est, *Quemadmodum*: quod ad superiora referendum est, id est, Per quæ, sive quibus rebus, nempe sermone & cognitione. Etenim quo magis illi abundabant dotibus sacris, hoc testatior reddebatur Evangelii veritas. In eum sensum prorsus interpretatur Theophylactus. Nec ab hac sententia multum abest Ambrosius. Thomas pro una varias inducit sententias.

E

6 *Ut nihil vobis desit*] Ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι, id est, *Ut non destituamini in ullo dono.* Et *Ut* hoc loco non notat finem, sed consequentiam, velut *adeo ut*. Item hoc loco *gratia* est, non χάρις, sicut paulo superius, sed χάρισμα, quod sæpenumero *donum* vertit.

7 *Sine crimine*] ἀνεγκλήτυς, quasi dicas, *incriminabiles*, *inculpatos*: ab ἐγκαλεῖν, quod est *in jus vocare*: & ἔγκλημα *crimen* est Græcis, indidem dicta vox. Est autem perfectius atque etiam difficilius ἀνέγκλητον esse, quam innocentem. Siquidem ipsa etiam innocentia non vacat aliquoties crimine.

8 *Fidelis Deus*] πιστός. Paulus hanc dictionem varie usurpat. Nonnunquam πιστοὶ dicuntur *qui credunt*, ut ἄπιστοι *increduli*: alias πιστοὶ, qui sunt bonæ fidei, præstantes quod receperint, ut hoc in loco, teste & Theophylacto, qui *fidelem Deum*, veridicum interpretatur, ac mentiri nescium. Interim ad rem refertur, ut πιστὸς ὁ λόγος, pro sermone certo & indubitato. Porro *fidelis* vocabulum etiam superiori competere testatur Horatius:

Unde mihi tam fortem, tamque fidelem.

Loquitur enim de eo, quem certe volebat superiorem videri.

9 *In societatem*] εἰς κοινωνίαν, *in communionem*, sive *consortium*: licet recte verterit Interpres.

10 *Obsecro vos*] Παρακαλῶ. *Hortor* esse poterat. Quanquam & *Obsecro* satis quadrat, sive *Obtestor*: præsertim quia sequitur, *per nomen Domini nostri Jesu.* Sic enim interpretatur & Theophylactus, Paulum obtestari Corinthios per nomen illud quod omnibus Christo initiatis sacrosanctum esse debet.

11 *Ut idipsum dicatis*] ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε, id est, *ut idem loquamini*: hoc est, *consentiatis*. Quod ad Romanos scribens dixit, τὸ αὐτὸ φρονεῖν, id est, *idem sentire*, sive, ut ille vertit, *sapere*: quod hæc inter se cognata sint, dissentire animo & dissidere verbis. Ad hunc modum exponit & Theophylactus. At hujus præcepti non meminerunt quidam, quorum alius mordicus tenet Scotisticam sectam, alius Thomisticam, alius Occanisticam, alius Albertisticam. Aliud loquuntur Nominales, aliud Reales, aliud Jurisperiti, aliud Theologi, rursus aliud Transalpini, aliud Cisalpini.

12 *Schismata*] Græcam vocem reliquit: dicere poterat *sectiones*, aut *dissensiones*, aut *dissidia*.

13 *Sitis autem perfecti*] κατηρτισμένοι, sive, ut quidam habebant, ἀπηρτισμένοι: quod significat *perfectum*, ut corpus est, in quo nullum sit membrum mutilum, aut mancum, aut inæquale, ab ἄρτιος & ἀρτίζω. Unde nos explicandi causa vertimus, *sitis integrum corpus.* Etenim quum dicitur *perfectum*, vulgus intelligit absolutam virtutem: de qua nondum agit Paulus apud seditiosos. Si vertissem *integri*, visus essem dicere incorruptos ac probos. Monet enim Paulus, ut non solum concordes sint lingua idem loquentes, verum etiam ut sicut integri corporis membra eodem aguntur spiritu, ita & illis mens sit eadem. Porro quod dissidet, divulsum est ac dissipatum, non integrum ac solidum.

14 *In eodem sensu*] αὐτῷ νοῒ, id est, *eadem mente*. *In* præpositio posita est pro *per*: ideoque ea omissa, sensum eumdem reddidimus. *In eadem scientia*, αὐτῇ γνώμῃ, id est, *eadem sententia*: quod aut mutatum est a Librariis, aut Interpres legit γνώσει, sicut habetur in Editione Aldina, pro γνώμῃ. Sed hoc mihi verisimilius est, quum & Græcorum codices consentiant, & in vetustissimis Latinorum exemplaribus habeatur *sententia* pro *scientia*, nominatim in exemplari Paulino probatissimæ fidei, quodque multorum instar esse possit: rursum in eo quod nobis præbuit Collegium Canonicorum Constantiensium. Ad hæc Ambrosius deprehenditur *sententia* legisse, non *scientia*, si quis attentius obser-

γάρ μοι περὶ ὑμῶν, ἀδελφοί μου, ὑπὸ τῶν Χλόης, 12 ὅτι ἔριδες ἐν ὑμῖν εἰσι. Λέγω δὲ τοῦτο, ὅτι ἕκαστος ὑμῶν λέγει, Ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἐγὼ δὲ 13 Ἀπολλῶ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ, ἐγὼ δὲ Χριστοῦ. Μεμέρισται ὁ Χριστός; μὴ Παῦλος ἐσταυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν; 14 ἢ εἰς τὸ ὄνομα Παύλου ἐβαπτίσθητε; Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, ὅτι οὐδένα ὑμῶν ἐβάπτισα, εἰ μὴ Κρίσπον 15 καὶ Γάϊον, Ἵνα μή τις εἴπῃ, ὅτι εἰς τὸ ἐ-16 μὸν ὄνομα ἐβάπτισα. Ἐβάπτισα δὲ καὶ τὸν Στεφανᾶ οἶκον· λοιπὸν οὐκ οἶδα, εἴ τινα ἄλλον ἐ-d 17 βάπτισα. Οὐ γάρ ἀπέστειλέ με Χριστὸς βαπτίζειν, ἀλλ' εὐαγγελίζεσθαι, οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα e 18 μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ. Ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ, τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστὶ, f 19 τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν δύναμις Θεοῦ ἐστι. Γέγραπται γὰρ, Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ 20 τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω. Ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; Οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου; 21 Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν Θεὸν, εὐδόκησεν ὁ Θεὸς, διὰ 22 τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας. Ἐπειδὴ καὶ Ἰουδαῖοι σημεῖον αἰτοῦσι, καὶ Ἕλληνες σο-23 φίαν ζητοῦσιν. Ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν·

mihi de vobis, fratres mei, 15 a familiaribus Chloæ, quod contentiones sint inter vos. Dico autem illud, 12 quod unusquisque vestrûm dicit, Ego quidem sum Pauli, ego vero Apollo, ego vero Cephæ, ego vero Christi. Num divisus est Christus? num Paulus cru-13 cifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati fuistis? Gratias ago 16 Deo meo, quod neminem ve-14 strûm baptizaverim, nisi Crispum & Gajum, Ne 15 quis dicat, quod 17 in meo nomine baptizaverim. Ba-16 ptizavi autem & Stephanæ familiam: præterea haud scio, 18 num quem alium baptizaverim. Non enim 17 misit me Christus ut baptizarem, sed evangelizarem, 19 non erudito sermone, 20 ne inanis reddatur crux Christi. Nam sermo crucis, iis quidem qui pereunt, 18 stultitia est, 21 at nobis qui salutem consequimur, 22 potentia Dei est. Scriptum est enim, 23 Perdam sa-19 pientiam sapientium, 24 & intelligentiam intelligentium rejiciam. Ubi sapiens? 25 ubi scriba? 26 ubi dis-20 putator seculi hujus? 27 Nonne infatuavit Deus sapientiam mundi hujus? Nam postquam in sapientia Dei 21 non cognovit mundus per sapientiam Deum, visum est Deo, per stultitiam prædicationis salvos facere credentes. Quandoquidem & Judæi signum postu-22 lant, & Græci sapientiam quærunt. Nos autem præ-23 dicamus Christum crucifixum, Judæis quidem offendicu-

vet ea quæ commenti vice subjicit: *Perfectos vult eos esse in eodem sensu, quem illis tradiderat, ut non discreparent. Ad illorum enim exemplum, quos supra laudat, hos provocat, ut hoc sentiant ac defendant.* Hactenus Ambrosius. *Sensum* refert ad id quod illis fuerat a Paulo traditum, *sententiam* ad defensionem. Nam *sententia* vocatur fere quæ profertur ac recitatur, *sensus* apud nos est. Certe palam pro *scientia sententiam* legit Hilarius in Psalmum centesimum trigesimum secundum. Rursus Augustinus libro primo contra Donatistas *de Baptismo* capite decimo *sententia* legit, non *scientia*. Itidem legisse Chrysostomum ac Theophylactum deprehendet qui perpenderit attentius illorum interpretationem. Thomas detorquet *sensum* ad eam vim animi, qua judicamus de agendis: *scientiam*, qua judicamus de cognoscendis. Id commentum mihi sane non admodum arridet, quum mente potius judicemus cognoscenda. Neque enim *sensus* hic accipi potest pro sensu corporalis organi, qualis est visus aut auditus. Erroris ansa hinc præbita est, quod paulo superius habebatur *γνώσει, ἐν πάντι λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει.* Verum illic loquebatur Apostolus de abundantia scientiæ & eruditionis, hîc agit de consensu. At fieri potest, ut non sit eadem scientia, quum mens sit eadem.

15 *Ab his qui sunt Chloes*] Theophylactus Græcus Interpres *Chloen* familiæ Corinthiensis nomen esse putat, ut intelligas ejus gentis aliquos fuisse qui Paulo significarint de Corinthiorum dissidio. Quemadmodum ad Romanos scribens dixerat, *ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου*, gentiles illius ac familiares intelligens. Thomas ambigit utrum *Chloen* vicum facere malit, quæ pertinuerit ad ditionem Corinthiorum, an matronam. Ambigit & Ambrosius homines sint, locus, an fœmina. Etiamsi apud Græcos locorum nominibus addi solet præpositio. Neque enim apud illos receptum est, τοῖς οὖσι Ῥώμης: quemadmodum apud nos *iis qui Romæ sunt*, sed addita præpositione efferunt, ἐν τῇ Ῥώμῃ. Certe apud Horatium in Odis *Chloe* fœminæ vocabulum est:

Me nunc Cressa Chloe regit,
Dulces docta modos, & cithara sciens.

Miro vero consilio Paulus fidei causa familiæ nomen expressit, at rursus hominum nomina suppressit, ne quid illis conflaret invidiæ.

16 *Deo meo*] *Meo* apud Græcos non est, nec apud Ambrosium, nec in antiquis exemplaribus, nominatim in Paulino & Constantiensi. Et absolutius est, ut sit Deus omnium. Nam quod paulo superius dixit, *Gratias ago Deo meo*, annotatum est a Theophylacto, quod Deum omnium communem, affectu quodam summo, suum Deum appellarit, & hîc annotaturo, si suum dixisset Deum.

17 *In nomine meo baptizati estis*] *ἐβάπτισα*, id est, *baptizavi*, primæ personæ, licet constanter refragantibus Latinis exemplaribus: & ad sensum nihil interest. Ex Theophylacti Commentariis non admodum liquet quid legerit, nisi quod conjectura magis eò vergit, legisse *ἐβάπτισα*, quam *ἐβαπτίσθητε*: subjicit enim, Paulum complures baptizasse, sed in Christi nomine, non suo. Hac Editione quinta, quoniam ad manum erat Græcus codex, comperi scriptum *ἐβάπτισα*, tum apud Chrysostomum, tum apud Theophylactum. Lectionem confirmat Chrysostomi commentarium: *Quid*, inquit, *gloriamini, quod baptizarim: quum ego gratias agam Deo, quod id non fecerim.* Certe Augustinus quum alias, tum libro adversus Cresconium tertio, capite undecimo, legit juxta Græcos. Verum ne quid erres Lector, in hac voce sæpe reperita: in primo loco, *aut in Pauli nomine baptizati estis*, consentiunt Latini codices cum Græcis: in altero loco, *Ne quis dicat, quod in nomine meo baptizavi*, Græci consentiunt, Latini dissentiunt, eo quod quidam legunt *baptizati sitis*, alii *baptizavi*.

18 *Si quem alium vestrûm*] *εἴ τινα ἄλλον*, id est, *num quem alium*. Nam *vestrûm* redundat: nec additur apud Ambrosium, nec apud Chrysostomum ac Theophylactum.

19 *Non in sapientia verbi*] *ἐν σοφίᾳ λόγου*, id est, *in eruditione sermonis.* Siquidem *σοφὸν* appellant non solum quod sapit, verum etiam quicquid elegans est & eruditum. Græcis autem placebat eruditio, sicuti Judæis miracula ac prodigia. Et *in* præpositio loco *per* posita est, & Hebraica figura dictum est, *in sapientia sermonis*, pro eo quod erat, *erudito sermone*, sive *per eruditum sermonem.* Porro quum *λόγος sermonem* significet potius quam *verbum*, cur hoc in loco libuit abuti *verbo?* Et mox ad eumdem modum, *verbum enim crucis*, neque enim hic significatur Dei Filius. Ubi & illud obiter annotandum, hîc geminum addi articulum, *ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ*: quo sit evidentior discretio hujus sermonis de cruce simplicis & compositi, suoque congruentis argumento, a sermone Philosophorum & Rhetorum fucato compositoque.

20 *Ut non evacuetur*] *ἵνα μὴ κενωθῇ*, id est, *ut non fiat inanis.* Nam *inane* dicitur quod non est solidum, sed specie blanditur. Illud obiter annotabis optime Lector, quam sollicite curarit divus Paulus ut Evangelium Christi purissimum esset ab omnibus humanis adminiculis, ne quid inde sibi vendicare posset hic mundus, adeo ut nec eloquentiam voluerit adjungere, aut eruditionem humanam. At his temporibus quum oneremus Christum opibus, negotiis profanis, honoribus, imperiis, exercitibus, voluptatibus, & quibus tandem non? solam eloquentiam exsecramur. Et hac una in parte vel anteimus Apostolos; nam illi simpliciter dixerunt, sed cordate, sine lenociniis, at rursum sine spurcitia, sine portentis: inaffectate loquuti sunt, sed prudenter: & ut paucis dicam, quemadmodum alio modo potentes erant ac divites, alio modo nobiles & inclyti, ita diverso modo tum eruditi, tum eloquentes.

21 *Id est, nobis*] *Id est* addidit nescio quis, nam Græce est, *τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν*, id est, *nobis autem qui salutem consequimur.* Apud Ambrosium ita legitur, *His autem qui salvi fiunt, Dei virtus est*, omisso, ut apparet, *ἡμῖν*.

22 *Dei virtus est*] *δύναμις.* Ut opponatur infirmitati & impotentiæ: quod Corinthii divitiis essent insolentes, quemadmodum Romani tumebant imperii gloria & laude bellica.

23 *Perdam sapientiam sapientium*] Testimonium est apud Esaiam capite vigesimo nono, quod suo more adduxit, non juxta veritatem Hebraicam, sed juxta Septuaginta: licet in sensu nulla sit discrepantia. Sic enim habet Hebraica veritas: *Peribit enim sapientia a sapientibus ejus, & intellectus prudentium illius abscondetur.* Septuaginta sic: *Et perdam sapientiam sapientium, & intellectum prudentium abscondam.*

24 *Et prudentiam*] *τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν*, id est, *intelligentiam intelligentium:* si quis ad verbum reddat.

25 *Ubi scriba*] *γραμματεύς.* Id Theophylactus ad Judæos referri putat, apud quos sapientiæ professio penes Scribas erat, alioqui *γραμματεὺς* ad verbum *litteratorem* sonat: unde & *litteratus* dicitur. Neque enim *scriba* simpliciter is dicitur Hebræis, qui scribit, sed qui consultus de rebus perplexis, ex oraculis Scripturarum Sacrarum respondet, quemadmodum annotavimus in Evangeliis. Sumptum apparet ex Esaiæ capite trigesimo tertio, ubi juxta Hebraicam veritatem ita legit Hieronymus: *Ubi scriba? ubi Legis verba ponderans? ubi doctor parvulorum?* Juxta Septuaginta ad hunc modum legimus: *Ποῦ εἰσιν οἱ γραμματικοί; ποῦ εἰσιν οἱ συμβουλεύοντες; ποῦ ἐστιν ὁ ἀριθμῶν τοὺς συντρεφομένους μικρὸν καὶ μεγάλον λαόν;* Id est, *Ubi sunt grammatici? ubi consultores? ubi est qui numerat eos qui nutriunt parvum & magnum populum?*

26 *Ubi inquisitor*] *συζητητὴς*, id est, *disputator:* ad verbum sonat *conquisitor:* nam *συζητεῖν* est *disputare.* Atque ita legit Ambrosius. Itaque scriptum comperi in exemplari Paulino & Constantiensi. De hoc verbo nonnihil admonuimus in Evangeliis: *Ubi est scriba? ubi est Legis verba ponderans? ubi doctor parvulorum?*

27 *Nonne stultam fecit*] *Οὐχὶ ἐμώρανεν*, id est, *Nonne stultificavit*, sive *infatuavit*, ut ita loquamur; fatuum enim & sapidum pugnant inter se.

28 *Gen-*

24 ρίαν· Αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς, Ἰουδαίοις τὲ καὶ Ἕλλησι, Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν, καὶ Θεοῦ σοφίαν. 25 Ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ, καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί. 26 Βλέπετε γὰρ τὴν κλῆσιν ὑμῶν, ἀδελφοὶ, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, οὐ πολλοὶ δυνατοὶ, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς· 27 Ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα τοὺς σοφοὺς καταισχύνῃ· καὶ τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρά· 28 Καὶ τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου καὶ τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, καὶ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ· 29 Ὅπως μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ. 30 Ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τὲ, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις· 31 Ἵνα, καθὼς γέγραπται, ὁ καυχώμενος ἐν Κυρίῳ καυχάσθω.

II. 1 Κἀγὼ ἐλθὼν πρὸς ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας, καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μαρτύριον τοῦ Θεοῦ. 2 Οὐ γὰρ ἔκρινα τοῦ εἰδέναι τὶ ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον. 3 Καὶ ἐγὼ ἐν ἀσθενείᾳ, καὶ ἐν φόβῳ, καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς. 4 Καὶ ὁ λόγος μου, καὶ τὸ κήρυγμά μου, οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως, 5 Ἵνα ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ.

diculum, 28 Græcis vero stultitiam: 29 Sed iisdem vocatis, Judæis pariter & Græcis, Christum Dei potentiam, ac Dei sapientiam. 30 Quoniam stultitia Dei sapientior est quam homines, & imbecillitas Dei robustior est quam homines. 31 Videtis enim vocationem vestram, fratres, quod non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi claro genere nati: Verum quæ stulta erant secundum mundum, delegit Deus, 32 ut pudefaceret sapientes: & quæ erant imbecillia in mundo, delegit Deus, ut pudefaceret ea quæ sunt robusta: Et quæ ignobilia erant in mundo contemptaque, delegit Deus, 33 & ea quæ non erant, 34 ut ea quæ sunt oblitteraret: Ut ne glorietur 35 ulla caro coram ipso. 36 Ex eodem autem vos estis in Christo Jesu, 37 qui factus fuit nobis sapientia a Deo, justitiaque, & sanctificatio, & redemptio: 38 Ut, quemadmodum scriptum est, qui gloriatur in Domino glorietur.

II. Et ego quum venirem ad vos, fratres, non veniebam 1 cum eminentia sermonis aut sapientiæ, annuncians vobis 2 testimonium Dei. 3 Non enim me judicavi quicquam scire inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum. Et ego per infirmitatem, & cum timore, ac in tremore multo apud vos versatus sum. Et sermo meus, & prædicatio mea, 4 non erat in persuasoriis humanæ sapientiæ verbis, 5 sed in ostensione spiritus ac potentiæ, Ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in potentia Dei.

28 *Gentibus autem stultitiam*] Ἕλλησι δὲ, id est, *Græcis autem*: quo nomine solet omnes complecti, qui Judæi non essent.

29 *Ipsis autem vocatis*] Αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς. Dilucidius erat, *Sed iisdem vocatis*: ut intelligas utriusque gentis Christianos, quibus ex æquo Christus probatur. Quum unus utrumque sit, quod utraque gens requirebat. Quid quæris Judæe? Signa: hic est Dei virtus. Quid tu Græce? Sapientiam: hic est sapientia Patris æterni. Nam id sensisse Paulum testantur & Græci Interpretes.

30 *Quod stultum est Dei*] τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ, id est, *stultitia Dei, & infirmitas Dei*: ut adjectivum in genere neutro positum intelligatur vice substantivi nominis. Annotavit hunc locum Augustinus in opere *de Doctrina Christiana*, libro secundo, capite decimo tertio, ostendens in hac interpretatione, licet absit solœcismus, non abesse tamen amphibologiam, quod incertum sit an *hominibus* sit dandi casus, an auferendi: quasi dicas, stultum est tibi, sed stultius huic. Id incommodi vitari posse putat, si vertas, *fortius est quam homines, & sapientius est quam homines*. Atque ita sane refert libro adversus Faustum duodecimo, capite vigesimo tertio. Cæterum si Interpres vertisset ad verbum *sapientius & fortius est hominum*, duplex fuisset incommodum: non solum enim admisisset solœcismum, verum etiam amphibologiam: quod perverse poterat accipi, quod stultum est hominum, sapientius esse quam Dei, & infirmum hominum, fortius quam Dei. Porro stultitiam & imbecillitatem Dei vocat prædicationem crucis, sive quod ea res stulta & imbecillis videretur impiis, sive quod ad ineffabilem illam Dei sapientiam ac potentiam hæc quodammodo stulta esset & imbecillis. Ut enim omnes justitiæ hominum coram Deo sunt veluti pannus mulieris menstruo fluxu pollutæ, ita universa mortalium sapientia, si componatur ad incogitabilem illam ac cœlestem sapientiam, stultitia quædam dici possit. Nec est quod abominemur hunc sermonem, *stultitia Dei*: quam non horruit Augustinus Epistola centesima secunda, scribens ad hunc modum: *Hæc stultitia Dei, & stultitia prædicationis multos contrahit ad salutem*. Si Deus demisit se ad nostram imbecillitatem, ut fortes redderet, quid novum si se demisit ad nostram stultitiam, ut ex stultis redderet sapientes?

31 *Videte enim*] Βλέπετε γάρ. Tametsi Græca vox anceps est, tamen sensui magis congruit *Videtis*, quam modus imperativus *Videte*. Nec enim admonet ut videant quod sciebant, sed quod perspicuum erat, trahit in argumentum. Ambrosius Græcam vocem ancipitem ancipiti Latina explicat, legens, *Intuemini enim fratres*. Theophylactus interpretatur per imperandi modum, atque item Chrysostomus: quum tamen huic enarrationi magis congruat indicandi modus. Apostolus enim citat ipsos Corinthios testes eorum quæ dixit. Ipsi videtis inter vos esse electos, qui juxta mundum stulti sunt & contempti. Sensus tamen eodem recidit.

32 *Ut confundat*] καταισχύνῃ, id est, *pudefaciat*, aut *suffundat*, potius quam *confundat*: nam *confundi* dicitur, qui perturbatur. *Ut confundat sapientes.* Mirum est, cur Paulus non servaverit utrobique generis similitudinem. Nam ad *stulta* opponit *sapientes*, non σοφὰ, id est, *sapientia*, sive *docta*: & tamen in cæteris reddit neutrum genus, *fortia*, & non *fortes*.

33 *Et ea quæ non erant*] καὶ τὰ μὴ ὄντα. Quum ante dixisset, ἐξουθενημένα, hoc est, *pro nihilo habita*, sive *ad nihilum redacta*, Hebraica figura rem auxit, quemadmodum & in superiori Epistola, *vocat ea quæ non sunt tanquam sint*: *non esse* intelligens quæ sint contemptissima, sive perditissima. Unde *nihili hominem* dicimus nullius pretii hominem.

34 *Ut ea quæ sunt destrueret*] καταργήσῃ, quod aliquoties vertit *evacuaret*. Est autem *antiquare* & velut *oblitterare*: ut frequenter jam admonuimus.

35 *Omnis caro*] πᾶσα σάρξ. Mollius erat, *ulla caro*. Quod & ipsum Hebraica figura dictum est. Siquidem hîc *carnem* pro homine posuit, ut superius *animam*: *Omnis anima potestatibus sublimioribus* & cætera. *In conspectu ejus.* Græcis est *Dei*, pro *ejus*. Atque ita sane scriptum comperimus apud Chrysostomum ac Theophylactum. Quanquam exemplaria Græca variant. Sunt enim quæ habeant αὐτοῦ, pro Θεοῦ: licet hoc ad sententiam perpusillum referat.

36 *Ex ipso autem*] Ἐξ αὐτοῦ γὰρ, potest accipi, *Ex eodem enim*: hoc est, nec ex divitibus, nec ex sapientibus: sed sine discrimine *ex eodem*. Id mollius esset, si adderetur articulus τοῦ αὐτοῦ. Etiamsi Ambrosius refert ad Patrem, atque item Theophylactus: ut sit sensus, Non est quod alius alium oderit aut fastidiat, omnes ex eodem Patre nati estis, nempe filii Dei: idque *per Christum*. Quo loco palam indicat Theophylactus, præpositionem ἐν poni loco διὰ, quod nos & alias indicavimus.

37 *Qui factus est nobis*] Hoc perinde sonat Græce, quasi dicas, *cœpit nobis esse sapientia*, vel *fuit nobis sapientia*, ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία. Velut illud, *ante me factus est*, id est, cœpit esse prior me. *Qui factus est nobis sapientia.* Post *sapientia*, Græci habent ἀπὸ Θεοῦ, id est, *a Deo*: quod in nostris aliquot exemplaribus non legitur, quum habeatur apud Ambrosium, & in exemplari Paulino. Ambrosius etiam interpretatur, atque item Theophylactus indicat non sine causa adjectum, *a Deo*. Ne quis addubitet in nostris ubi deest, incuria Scribarum omissum esse.

38 *Ut quemadmodum scriptum est*] Non dubium est quin Hieremiæ capite nono: *Hæc dicit Dominus, Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur dives in divitiis suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dominus qui facio misericordiam & judicium & justitiam in terra: hæc enim placent mihi, dicit Dominus.*

1 IN *sublimitate*] καθ' ὑπεροχὴν, id est, *juxta eminentiam*: nam hoc verbo usus est Ambrosius. Nec est *in* apud Græcos, sed κατὰ, *juxta*, aut simile quippiam. Ambrosius legit *cum eminentia*. Paulinus codex habebat *per sublimitatem sermonis*.

2 *Testimonium Christi*] *Dei* est apud Græcos, non *Christi*: idque perspicuum est ex interpretatione Theophylacti: *Dei*, inquit, *testimonium vobis pronunciaturus, id est, Christi mortem*. Ambrosius legit, *prædicans vobis mysterium Dei*: nec ita legit solum, verum etiam interpretatur. Unde diverso videtur usus exemplari Græco, siquidem apud illos inter μαρτύριον & μυστήριον nonnulla vocum affinitas est.

3 *Non enim judicavi me scire*] Οὐ γὰρ ἔκρινα τοῦ εἰδέναι τὶ, id est, *Non enim judicavi ut scirem aliquid* Fortassis *judicavi* refertur ad consilium veniendi. Siquidem Græci Interpretes dissimulant hujus articuli vim τοῦ, qui præponitur verbo infinito. Aut, quod magis arridet, *judicavi* posuit pro *æstimavi*: velut in Epistola superiori, *Alius judicat diem ad diem*. Sensus igitur erit, *Non æstimavi me alicujus pretii, ob id qaod scirem aliquid inter vos*, & cætera. Nam ubi causa significatur, solet in his subaudiri ἕνεκα, ut sit sensus, ἕνεκα τοῦ εἰδέναι. Certe Hilarius libro *de Trinitate* decimo citans hunc locum non addit pronomen *me*.

4 *Non in persuasibilibus*] πειθοῖς, id est, *suasoriis*, & ad persuadendum appositis: & σοφία sæpe *doctrinam* significat, ut jam admonuimus.

5 *In ostensione spiritus*] ἐν ἀποδείξει, quod propemodum sonat *ostentationem*. Nam Rhetores ἀποδείξεις vocant orationes, quas ostentandi ingenii gratia recitant auditoribus: quod genus extant aliquot Luciani & Apuleii. Mathematici quoque vocant ἀπόδειξιν,

6 Θεῦ. Σοφίαν δὲ λαλῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· σοφίαν δὲ ὐ τῦ αἰῶνος τύτυ, ὐδὲ τῶν ἀρχόντων τῦ αἰῶνος τύ-7 τυ, τῶν καταργυμένων· Ἀλλὰ λαλῦμεν σοφίαν Θεῦ ἐν μυςηρίῳ, τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ Θεὸς 8 πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν ἡμῶν, Ἣν ὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τῦ αἰῶνος τύτυ ἔγνωκεν· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, ὐκ 9 ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐςαύρωσαν. Ἀλλὰ καθὼς γέγραπται, Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡ-10 τοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Ἡμῖν δὲ ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ· τὸ γὰρ 11 Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. Τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ; Οὕτω καὶ τα τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ 12 Θεοῦ. Ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἵνα εἰδῶμεν τὰ ὑ-13 πὸ τῦ Θεῦ χαρισθέντα ἡμῖν, Ἃ καὶ λαλῦμεν, ὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς Πνεύματος ἁγίου, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες.

Dei. Porro sapientiam loquimur inter perfectos: 6 sapientiam autem non seculi hujus, 7 neque principum seculi hujus, qui abolentur: Sed loquimur sapientiam Dei 8 in mysterio, quæ est recondita, quam præfinierat Deus ante secula in gloriam nostram, Quam nemo principum seculi hujus cognovit: nam si cognovissent, 9 haudquaquam Dominum gloriæ crucifixissent. 10 Sed quemadmodum scriptum est, 11 Quæ oculus non vidit, & auris non audivit, & in cor hominis non adscenderunt, quæ præparavit Deus 12 diligentibus se. Nobis autem Deus revelavit per Spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, 13 etiam profunditates Dei. 14 Quis enim hominum novit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in eo? Sic & ea quæ sunt Dei nemo novit, nisi Spiritus Dei. Nos vero non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum qui est ex Deo, ut sciamus quæ a Christo donata sint nobis, Quæ & loquimur, non sermonibus quos docet humana sapientia, 15 sed quos docet Spiritus sanctus, spiritualibus 16 spiritualia comparantes.

17 Ani-

δειξιν, ubi rem picturis ostendunt: & Dialectici syllogismum e principiis rem certam colligentem *ἀπόδειξιν* appellant. Paulus *ἀπόδειξιν* appellat, quum ipsa re præstatur ac declaratur spiritus Apostolicus.

6 *Sapientiam autem*] Ex hoc loco apparet quid Paulus senserit, quum tribueret Deo stultitiam, nimirum ad collationem hujus sapientiæ, quam loquebatur inter perfectos: ne quis alteram illam sententiam arbitretur omnino rejiciendam, quam proximo capite recensuimus.

7 *Neque Principum hujus seculi*] *ἀρχόντων*. Quod quidam interpretati sunt *Dæmones*, reclamante Chrysostomo simul & Theophylacto: qui *Principes* exponunt Philosophos, Oratores, & alioqui doctos, qui olim in Republica regnabant. Nam quod Origenes Homilia in Matthæum quarta *Principes hujus seculi* vult esse Dæmones, quibus Pater ob salutem humani generis tradiderit Filium, per quos deinde traditus sit in manus impiorum hominum, mihi sane videtur paulo coactius, licet ea sententia placuerit Ambrosio. Porro quod apud Ethnicos erant Oratores & Philosophi, hoc apud Judæos Scribæ & Pharisæi. *Qui destruuntur*, *καταργυμένων*, videtur referri posse ad utrumque, *hujus seculi*, & *principum*, *quæ abolentur*: ut intelligamus utrumque abolendum, & seculum hoc, & hujus seculi Principes.

8 *In mysterio quæ abscondita*] Græcis *absconditam* non pendet ab iis verbis quæ proxime præcedunt, *in mysterio*: quasi dixerit, *reconditam in mysterio*. Sed loquimur, inquit, non propalam, aut passim, ne simus offendiculo, sed secreto: nec inter quoslibet, ne rosas objiciamus porcis, sed inter perfectos: neque quamlibet sapientiam, quam alii Philosophi publice profitentur, sed arcanam illam & reconditam, atque, ut ita loquar, retrusam. Id ita esse arguit articulus Græcus additus participio, *τὴν ἀποκεκρυμμένην*. Atque ita legisse videtur, quisquis fuit qui libros Origenis transtulit adversus Celsum. Sic enim adducit hoc testimonium: *Sapientiam autem loquimur in perfectis, sapientiam vero non hujus seculi, nec Principum hujus mundi qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quod absconditum est, quod prædestinavit* & cætera. Neque secus legit Augustinus in collectaneis Bedæ: nisi quod Græcis est *quæ abscondita est*, non *quod absconditum*. Ad eumdem modum adducit Hieronymus præloquens in tertium Commentarium in Epistolam ad Galatas: *Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est*. Atque ita scriptum comperi in vetustissimo codice Paulino. Consentiebat uterque codex e Constantia nobis suppeditatus. Neque secus adducit hunc locum Ambrosius libro *de Fide* tertio, capite tertio. Convenit enim ut quæ sunt arcana non palam effutiantur, sed secreto iis qui digni sunt communicentur.

9 *Nunquam Dominum gloriæ*] *ὐκ ἂν* est Græcis, hoc est, *nequaquam*. Id quod incuria Librariorum videri poterat immutatum, ni tantus esset nostrorum codicum consensus.

10 *Sicut scriptum est*] *Ἀλλὰ καθὼς γέγραπται*, id est, *Sed sicut scriptum est*, ut conjunctio connectat sermonem cum superioribus: *Non loquimur sapientiam hujus mundi, sed ea loquimur quæ nec oculus vidit, nec auris* & cætera. Porro quod mox præcessit, *quam prædestinavit Deus*, *ἣν προώρισεν*, rectius est *præfinivit*, sive *præordinavit*: videlicet suo tempore revelandam, ne rem putarent nuper inventam.

11 *Quod oculus non vidit*] Recte quidem admonet Laurentius, verbum singulare *descendit* vertendum fuisse in plurale, propter nomen neutri generis. Atque ita citat divus Hieronymus, cum aliis aliquot locis, tum adversus Ruffinum, *adscenderunt*, non *adscendit*, *ἀνέβη*, & *quæ*, non *quod*. Eamdem scripturam comperi in altero exemplari Constantiensi miræ vetustatis. Verum magis movet articulus postpositivus *ἃ* in initio sermonis: nam is reddit orationem inabsolutam, tam apud Latinos quam apud Græcos, nisi subaudias *sunt*. Ejusmodi sunt, *quæ præparasti*. Quanquam hujusmodi quædam & alias apud Paulum licet reperire: nisi Interpres pro *ἃ* legit *ὅτι*, aut nisi quis conjunctionem *quod* de suo adjecit, aut nisi placet quod proximo indicavimus loco. Faber legisse videtur *δὴ* pro *δὲ*. Verum video *δὲ* referri ad id quod præcessit, *Nemo principum seculi hujus novit, sed nobis revelavit*. Porro testimonium hoc Paulus sumpsit ex sexagesimo quarto capite Esaiæ, sententiæ magis exprimens veritatem, quam verba annumerans. Nam illic juxta veritatem Hebraicam ita legitur, *A seculo non audierunt, nec auribus perceperunt. Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti exspectantibus te.* Apostolus legisse videtur, למחכה לו, quod est *diligentibus se*, per ב beth, a verbo חָבַב, quod est *vehementer dilexit*. Septuaginta vero per כ caph, a verbo חִכָּה, quod est *exspectavit*. Præterea apud Hebræos est pronomen tertiæ personæ לו, sicut apud Apostolum *αὐτόν*.

12 *His qui diligunt illum*] *τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν*, id est, *diligentibus se*. Apud Septuaginta non verba solum diversa sunt, sed sensus ipse plurimum ab hoc discrepat; sic enim legitur: *Ἀπὸ τῦ αἰῶνος ὐκ ἠκύσαμεν, ὐδὲ οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν εἶδον Θεὸν πλήν συ, καὶ τὰ ἔργα συ, ἃ ποιήσεις τοῖς ὑπομένυσιν ἔλεον.* Id est, *A seculo non audivimus, neque oculi nostri viderunt Deum absque te, & opera tua, quæ facies exspectantibus misericordiam.* Atque ad eum modum adducit Hilarius libro *de Trinitate* quinto. Unde fuerunt qui locum hunc ex Apocryphis Judæorum peterent, sed vehementer refragante Hieronymo. Sane hic unus est inter paucos, quos Paulus adduxerit ex Hebraica veritate, licet sensum magis expresserit, quam verba annumerarit.

13 *Etiam profunda Dei*] *καὶ τὰ βάθη*, id est, *etiam profunditates*. Quanquam id quidem ad sensum perparvi refert.

14 *Quis enim scit hominum quæ sunt hominis*] *τὰ τῦ ἀνθρώπυ*. Quod Augustinus libro *de Civitate Dei* primo non ineleganter explicuit. *Quid agatur in homine*, vertere poterat. Et *statum hominis*, aut *res hominis*.

15 *Sed in doctrina Spiritus*] Græce sic habet, *ὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς Πνεύματος ἁγίυ*, id est, *non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctis Spiritus sancti*, ut subaudias *verbis*. *Doctis* autem hoc loco nomen adjectivum, non participium: & genitivus *sapientiæ* ad *doctis* refertur magis quam ad *verbis*. Quasi dicas, *non in verbis callentibus humanam sapientiam, sed in verbis peritis Spiritus*: hoc est, quæ habent doctrinam Spiritus, quæ Numinis afflatu contigerit. In paucis Græcorum exemplaribus scriptum erat *διδακτικοῖς*: quod verbum alias Paulus usurpavit active, velut in Epistolæ ad Timotheum secundæ capite secundo, *πρὸς πάντας διδακτικὸν*, id est, *erga omnes paratum ac propensum ad docendum*. Ad eumdem modum hic legas licebit, *non in verbis quæ doceant humanam sapientiam, sed quæ doceant Spiritum Dei*. At mihi magis probatur, ut hic intelligamus sermonem Apostolorum non constare doctrina humana, sed afflatu divino. Nam hujusmodi *θεοδίδακτοι* dicuntur, id est, *divinitus docti*. Id quanquam est aliquanto durius citra compositionem, tamen ita Joannes extulit in Evangelii sui capite sexto: *Καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ τῦ Θεῦ.* Quo loco certum est divinitus afflatos intelligi. Ambrosius sensum magis exprimit, quam reddit verba, legens ad hunc modum: *Non in doctrina verborum humanæ sapientiæ, sed in doctrina Spiritus.* Theophylactus, Chrysostomum sequutus, sentit ea quæ didicerit Paulus a Spiritu. Id Augustinus exprimens, legit in Epistola centesima quinquagesima: *Non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed docti Spiritu.* Quid hic dicent Theologi quidam, ut sibi videntur, qui tradendo Sacras Litteras nihil crepant, nisi philosophiam Aristotelicam?

16 *Spiritualia comparantes*] *συγκρίνοντες*, id est, *conferentes, componentes*: ne quis accipiat *comparare* pro *parare*. Nec enim ad homines refertur *spiritualibus*, sed ad res: quibus accommodandam putavit Paulus eloquentiam item spiritualem, ne videretur absurdum, cœlestem illam philosophiam humanis verborum ornamentis commendari. Nam quod admonet Theophylactus de sacramentis Evangelii, cum veteris Instrumenti sacramentis conferendis, ut verum esse fateor, ita parum existimo quadrare ad hujus loci sententiam. Appositiora sunt quæ scribit Chrysostomus, ad confirmandum Evangelium non esse opus humana philosophia, sed sufficere sibi Scripturam: velut ad probandum, quod Christus natus sit de virgine, aut mortuus revixerit, non adhibendæ sunt Philosophorum rationes, sed vel oracula typique veteris Instrumenti, vel miracula. Qui in paradiso creavit arbores absque semine, qui Adam creavit ex argilla, Evam e costa viri, terram e nihilo, ei facile fuit e virginis substantia creare corpus humanum, aut mortuum reddere vitæ: quicquid enim in Scripturis est, spirituale est, quia ab eodem Spiritu proditum.

17 *Ani-*

14 τες. Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ, μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι, καὶ οὐ δύναται γνῶναι, ὅτι πνευματικῶς ἀνακρί-
15 νεται. Ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν πάντα,
16 αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται. Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; Ἡμεῖς δὲ
III. 1 νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν. Καὶ ἐγὼ, ἀδελφοὶ, οὐκ ἠδυνήθην λαλῆσαι ὑμῖν ὡς πνευματικοῖς, ἀλλ'
2 ὡς σαρκικοῖς, ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ. Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ οὐ βρῶμα· οὔπω γὰρ ἠ-
3 δύνασθε, ἀλλ' οὔτε ἔτι νῦν δύνασθε· Ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε· ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος, καὶ ἔρις, καὶ διχοστασίαι, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε, καὶ
4 κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε; Ὅτ' ἂν γὰρ λέγῃ τις, Ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου· ἕτερος δὲ, Ἐ-
5 γὼ Ἀπολλὼ, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε; Τίς οὖν ἐστι Παῦλος; τίς δὲ Ἀπολλώς; ἀλλ' ἢ διάκονοι, δι' ὧν ἐπιστεύσατε, καὶ ἑκάστῳ ὡς ὁ Κύριος ἔδωκεν.
6 Ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν, ἀλλ' ὁ Θεὸς
7 ηὔξανεν. Ὥστε οὔτε ὁ φυτεύων ἐστί τι, οὔτε ὁ
8 ποτίζων, ἀλλ' ὁ αὐξάνων Θεός. Ὁ φυτεύων δὲ, καὶ ὁ ποτίζων, ἕν εἰσιν· ἕκαστος δὲ τὸν ἴδιον
9 μισθὸν λήψεται κατὰ τὸν ἴδιον κόπον. Θεοῦ γάρ ἐσμεν συνεργοί· Θεοῦ γεώργιον, Θεοῦ οἰκοδομή ἐστε,
10 Κατὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι. Ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθεικα, ἄλλος δὲ ἐποικοδομεῖ· ἕκαστος δὲ βλεπέτω πῶς ἐποικοδομεῖ.
11 Θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι, παρὰ τὸν κεί-

14 17 Animalis autem homo non accipit ea quæ sunt Spiritus Dei, 18 stultitia siquidem illi sunt, nec potest cognoscere, quod 19 spiritualiter dijudicantur. 15 At spiritualis dijudicat quidem omnia, ipse vero a nemine dijudicatur. 16 20 Quis enim cognovit mentem Domini, 21 qui consilium daturus sit illi? 22 Nos autem mentem Christi tenemus. III. 1 Et ego, fratres, non potui loqui vobis 1 ut spiritualibus, sed loquendum fuit ut carnalibus, 2 ut infantibus in Christo. 2 Lactis potu vos alui, 3 & non cibo: nondum enim poteratis, 4 imo ne nunc quidem adhuc potestis: 3 Nam adhuc carnales estis: siquidem quum in vobis sit 5 æmulatio, & contentio, & factiones, 6 nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? 4 Etenim quum dicat aliquis, Ego quidem sum Pauli: alter vero, Ego Apollo, nonne carnales estis? 5 Quis igitur est Paulus? 7 quis autem Apollo? nisi ministri, 8 per quos credidistis, 9 & ut cuique Dominus dedit. 6 Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus dedit incrementum. 7 Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui dat incrementum Deus. 8 Cæterum is qui plantat, & is qui rigat, 10 unum sunt: unusquisque tamen suam mercedem accipiet juxta suum laborem. 9 11 Etenim Dei sumus cooperarii: 12 Dei agricolatio, Dei ædificatio estis, 10 Juxta gratiam Dei, quæ data est mihi. 13 Ut sapiens architectus fundamentum posui, alius autem super illud ædificat: porro quisque videat quomodo superstruat. 11 Nam fundamentum aliud nemo potest ponere,

17 *Animalis autem homo*] ψυχικός. Veluti animum, hoc est, affectus sequens humanos. Etenim quum Paulus hominem dividat in tres partes, carnem, animam, & spiritum, hic *animæ* vocabulo pro carne videtur abusus.

18 *Stultitia enim est illi*] *Est*, plurative erat vertendum *sunt*: ut intelligas ea quæ sunt Spiritus, illi esse stultitiam. Fefellit Interpretem verbum singularis numeri, sed quod vice plurativi positum est.

19 *Spiritualiter examinatur*] ἀνακρίνεται, id est, *dijudicatur*: quod verbum mox sæpius vertit *judicatur*. Rursum hic *examinatur*, erat dicendum multitudinis numero: ut subaudias quæ præcedunt: nempe, Ea quæ sunt spiritus: nisi ὅ, τι sit articulus, non conjunctio *quod*, ut hic sit sensus, Non potest intelligere ea spiritualiter dijudicari, quum sit ipse carnalis. Et tamen Ambrosius accipit singulari numero.

20 *Sicut scriptum est, Quis enim cognovit*] *Sicut scriptum est*, in Græcis codicibus non invenio, nec in vetustissimo codice Donatiani. Consentiebat uterque codex e Constantia missus. Cæterum testimonium, quod sine nomenclatura retulit, est apud Esaiam capite quadragesimo. Quanquam Paulus expressit potius quam appendit verba. Siquidem Septuaginta verterunt ad hunc modum, indicante Hieronymo: Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου, καὶ τίς αὐτοῦ σύμβουλος ἐγένετο; Id est, *Quis novit mentem Domini? & quis consiliarius ejus fuit?* Juxta veritatem Hebraicam ita transtulit Hieronymus: *Quis adjuvit Spiritum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit, & ostendit illi? cum quo iniit consilium, & instruit eum?* Porro quod Paulus ait συμβιβάσει, Theophylactus Chrysostomum sequutus interpretatur διορθώσει, id est, *corriget*, sive *corripiet*: quod equidem non admodum probo. Cæterum quod Hieronymus vertit *adjuvit*, Paulus *cognovit*, Hebraice est תִּכֵּן. Quod Hieronymus vertit *spiritum*, Paulus *mentem*, apud Hebræos est רוּחַ.

21 *Aut quis instruxit eum*] ὃς συμβιβάσει αὐτόν; id est, *quis instruet*, aut *docebit eum?* Donatiani codex habebat, *qui instruat eum?* non multum dissidens a Græcis. Suffragatur exemplar utrumque Constantiense. Quanquam Græcis ambiguum est, *qui* pronomen utrum ad *mentem* referatur, an ad *Dominum*. Tametsi ipse malim in eam legi sententiam, in quam legunt omnes: *Quis cognovit mentem Domini? qui instructurus sit illum?* Quod ut fieret evidentius, explicuerunt per conjunctionem disjunctivam. Videri poterat referre eam sententiam, quæ est capite Sapientiæ nono: *Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus?* Ac paulo post, *sensum autem tuum quis sciet?* nisi apud Hebræos liber Sapientiæ extra canonem esset. Unde satius est, ut, quemadmodum ostendimus, ad Esaiam referamus testimonium.

22 *Nos autem sensum*] νοῦν, id est, *mentem*: & *tenemus* magis quadrabat quam *habemus*: ut accipiamus Domini mentem perfectis esse cognitam.

1 **Q***uasi spiritualibus*] ὡς ubique est: quod iste nunc *quasi* vertit, nunc *tanquam*: per *tanquam* recte vertisset ubique. Quanquam hic quoque sermo juxta rationem Grammatices habet nonnihil imperfectum, plenus erat futurus, si dixisset, *Non potui vobis loqui tanquam spiritualibus, sed loquendum fuit tanquam carnalibus*.

2 *Tanquam parvulis in Christo*] ὡς νηπίοις. Νήπιος significat *infantem* adhuc pusillum & stultum, parumque prudentem, potissimum ætate. Poterat igitur dicere, *infantibus in Christo*. Porro dativus hic, *parvulis*, ad superiora pertinet, hoc est, ad *loqui*, non ad id quod sequitur, *Lac potum dedi*: id quod ex Græco liquet sermone. Atque ita distinctio servatur in vetustissimis Latinorum exemplaribus, *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam parvulis in Christo*. Quæ distinctio si placet, subaudiendum est *loquendum erat*.

3 *Non escam*] Aut ferenda est ἀκυρολογία, aut aliquid subaudiendum est, Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ οὐ βρῶμα, quod ad verbum ita sonat, *Lacte vos potavi, & non cibo*. Quis autem potat hominem cibo? Unde Theophylactus enarrans addit προσήνεγκα, id est, *obtuli*: ut hoc ad cibum pertineat. Nos quo sermonis absurditatem effugeremus, ita vertimus, *Lactis potu vos alui, non cibo*. In vetustiore codice Constantiensi tantum erat, *Lac vobis dedi, non cibum*.

4 *Sed ne nunc quidem potestis*] ἀλλ' οὔτε ἔτι νῦν δύνασθε, id est, *imo nec adhuc nunc potestis*. Quanquam id nihil ad sententiam.

5 *Zelus & contentio*] Græci ita ponunt, ζῆλος καὶ ἔρις καὶ διχοστασίαι, id est, *æmulatio & lis & seditio*.

6 *Nonne homines estis*] Et hic pro *homines* Græcis est σαρκικοί, id est, *carnales*. Tametsi in castigatioribus exemplaribus nostris scriptum reperio *carnales*, velut in Paulino, consentiente utroque Constantiensi. Atque ita subinde adducitur ab Augustino, cum alias frequenter, tum libro *de Continentia* capite quarto, quemadmodum legimus apud Græcos, consentiente Græcis Ambrosio. Nam mox sequitur, *& secundum hominem ambulatis*: quæ pars parum apte cohærebit cum superiore, *homines estis*, cum idem bis diceretur. At paulo post *homines* vocat, idem tamen intelligi volens, *Ego quidem sum Pauli, ego vero Apollo, nonne homines estis?*

7 *Quid igitur est Apollo*] *Quis* est Græce non *Quid*, Τίς: sed refragantibus nostris omnibus: & haud scio an Græci legant depravate, præsertim quum sequatur, *Itaque neque qui plantat est aliquid*. *Quid* enim posuit pro *cujus momenti*: ut alibi dicit, *ea quæ non sunt*, pro *iis quæ nullius sunt pretii*. Ita legisse Chrysostomum subindicat illius interpretatio. Et *Apollos* est nominandi casus, non *Apollo*, Ἀπολλώς, cujus genitivum facit *Apollo*.

8 *Ejus cui credidistis*] ἀλλ' ἢ διάκονοι, δι' ὧν ἐπιστεύσατε, id est, *nisi ministri, per quos credidistis*, hoc est, non auctores fidei vestræ, sed ministri duntaxat. Atque hanc scripturam comperimus apud Chrysostomum ac Theophylactum. Ad sensum haud magni refert.

9 *Et unicuique sicut Dominus dedit*] Hic sermo parum est absolutus, nisi legas, *prout unicuique Dominus dedit*. Consimilem huic ostendimus in Epistola ad Romanos capite duodecimo: *Et unicuique sicut divisit Deus mensuram fidei*.

10 *Unum sunt*] τὸ ἕν εἰσιν, hoc est, *idem sunt*, & nullius discriminis. Quantum ad hoc quod uterque alienum agit negotium, neuter suum, ut ab iis vel auctoribus debeant sibi cognomentum adsciscere, & factionibus inter se dissidere. At si divus Paulus ita stomachatur adversus Corinthios, quod ab his mutuarentur cognomina, a quibus baptismum acceperant, & Christi mysteriis primum erant initiati, quid diceret de nostræ tempestatis factionibus, qua mille cognomentis, mille cultibus, ceremoniis, regulis inter sese dissident, qui vocantur religiosi? Quibus ex rebus quantum Christianæ concordiæ nascatur inter hos, non libet hic commemorare.

11 *Dei enim adjutores sumus*] συνεργοί. *Cooperarii* legit Augustinus. Ambrosius legit *operis participes*, velut explicans Græcam vocem.

12 *Dei agricultura*] Θεοῦ γεώργιον, id est, *Dei agricolatio*. *Estis* verbum tantum apud Græcos apponitur in proxima orationis parte, *Dei ædificatio estis*. Atque ita legit Ambrosius.

13 *Ut sapiens architectus*] ἀρχιτέκτων, qui princeps & auctor est fabricæ. Nam in jaciendo fundamento summum est negotium. Hic σοφὸν plane posuit pro *docto* & *scito*.

14 *Fa-*

12 κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός. Εἰ δέ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, χρυσὸν, ἄργυρον, 13 λίθους τιμίους, ξύλα, χόρτον, καλάμην, Ἑκάστου τὸ ἔργον φανερὸν γενήσεται· ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει, ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται· καὶ ἑκάστου τὸ 14 ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει. Εἴ τινος τὸ 15 ἔργον μένει, ὃ ἐπῳκοδόμησε, μισθὸν λήψεται. Εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαύσεται, ζημιωθήσεται· αὐτὸς δὲ 16 σωθήσεται, οὕτως δὲ ὡς διὰ πυρός. Οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰ-17 κεῖ ἐν ὑμῖν; Εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός· ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅ-18 γιός ἐστιν, οἵτινες ἐστὲ ὑμεῖς. Μηδεὶς ἑαυτὸν ἐξαπατάτω· εἴ τις δοκεῖ σοφὸς εἶναι ἐν ὑμῖν, ἐν τῷ αἰῶνι 19 τούτῳ μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός. Ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστι· γέγραπται

nere, præter hoc quod positum est, quod est Jesus Christus. 12 Quod si quis superstruit super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, 14 fœnum, stipulam, 13 Cujusque opus manifestum fiet: 15 dies enim declarabit, 16 quod in igne revelatur: & 17 cujusque opus quale sit, ignis probabit. 14 Si cujus opus manserit, quod superstruxit, mercedem accipiet. 15 Si cujus opus exustum fuerit, 18 damnum patietur: ipse vero salvus fiet, sed sic tanquam per ignem. 16 An nescitis, quod templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? 17 Si quis templum Dei 19 profanat, hunc perdet Deus: nam templum Dei sanctum est, 20 quod estis vos. 18 Ne quis seipsum fallat: si quis sibi videtur sapiens esse inter vos, in seculo hoc 21 stultus fiat, ut reddatur sapiens. 19 Etenim sapientia mundi hujus stultitia est apud Deum: scriptum est enim, 22 Qui

14 *Fœnum, stipulam*] καλάμην, id est, *culmen*. Illud obiter admonendum, quod dixit, *aurum*, *argentum*, & *lapides pretiosos* pertinere ad pios, *lignum*, *fœnum*, *stipulam* ad improba facta: ut palam est ex primo libro Hieronymi adversus Jovinianum. Tribus enim duraturis in igni tria opposuit peritura, si ignis inciderit. Neque secus adducit Origenes Homilia in Exodum sexta: *Triplex namque est*, inquit, *etiam bene agendi via. Nihilominus enim vel opere, vel cogitatione, vel verbo boni aliquid agitur. Hoc etiam significat & Apostolus, quum dicit*, Qui autem ædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, *triplicem bonorum indicans viam: subjungit nihilominus triplicem etiam malorum, quum dicit*, ligna, fœnum, stipulam. Hæc ideo dixit, quod sint qui hæc non ad mala & bona opera, sed bonorum operum gradus referant. Nec admodum ad rem pertinet, huc purgatorii mentionem admiscere. Quandoquidem *diem* posuit pro perspicua operis inspectione. Nam noctu & quæ bella sunt displicent, & quæ fœda placent, diei certiora sunt judicia. Deinde *ignem* posuit pro exacta exploratione. Quin & illud annotavit Ambrosius, non esse dictum, *salvus erit per ignem*, sed *quasi per ignem*, ut similitudinem intelligas esse, non rem. Atqui apud inferos ajunt esse verum ignem materialem. Denique nec Gregorio displicet hic sensus, ut per *ignem* intelligamus afflictionem temporalem, divum Augustinum, ut apparet, sequuto, qui *lignum*, *fœnum*, ac *stipulam* interpretatur, manente sincera fide, amorem rerum temporalium, ignem, molestiam deserentium ea, quæ perperam dilexerunt, nec de gehenna, nec de purgatorio faciens mentionem. Neque vero novum est in Scripturis, *ignem* accipi pro afflictione hujus vitæ, velut in Psalmis, *Transivimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium*. Quod si quis urgeat, per *ignem* intelligendum pœnas gehennæ aut purgatorii, quomodo qui superstruxerunt aurum & lapides pretiosos dicuntur per ignem examinari, æque atque illi qui superstruxerunt lignum, fœnum, ac stipulam? Coactius est, quod quidam *lignum*, *fœnum*, *stipulam* interpretantur peccata venialia: ut *stipula* significet culpas omnium levissimas, quibus opponunt plumbum. At plumbum minus est grave quam aurum, & æque purgatur igni atque aurum. Jam quum Græcis sit καλάμη, id est, *culmus*, quid persuasit istis culmum esse leviorem fœno? Aut qui factum est, ut, quum in bonorum ordine, quod optimum est, primum obtineat locum, quod vilissimum est, postremum, in malorum ordine, quod minime malum est, extremum habeat locum? *Ignis* igitur vocabulo judicium exactum significatur, quod ubi prodiderit errorem, sequitur afflictio pœnitentiæ. Hic sensus convenit cum dicto Petri Epistolæ primæ capite primo, *Ut probatio vestra fidei pretiosior sit auro, quod per ignem probatur*. Item Evangelicæ sententiæ, de iis qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Neque vero sum nescius, locum hunc ab Augustino & Veteribus, Thoma præcipue, torqueri ad varios sensus, quos omnes excutere non est hujus instituti. Mihi ut simplicissimus maxime placet, si accipiamus de doctrina Apostolorum Paulo succedentium. Ille bonum posuerat fundamentum, videant, inquit, cæteri quid superstruant. Si digna Christo, durabit opus, etiam in luce conspectum: sin Judaismum adjunxerint, fallent quidem ad tempus, cæterum patefiet illorum impostura, simul atque vero judicio perpendi cœperint. Atque hos sequutus tantum operæ luserit, cogeturque destructo, quod ædificatum est, aliud superstruere. Id quod evenit in Romanis & Galatis, quos Paulus iterum parturiit Christo. Atque hanc sententiam sequitur divus Ambrosius, ne quis meum somnium esse suspicetur: *Opus*, inquit, *quod ardere dicitur, mala doctrina est*. Idem in verbis, quæ sequuntur, pœnam ignis interpretatur excussionem ac refutationem falsæ doctrinæ. Et aliquanto post: *Sed quum dicit*, inquit, *sic quasi per ignem, ostendit salvum quidem illum futurum, sed pœnas ignis passurum, ut per ignem purgatus fiat salvus, & non sicut perfidi æterno igni in perpetuum torqueatur, ut aliqua parte opera pretium sit credidisse in Christum. Semper enim erubescat necesse est, qui se videt falsum defendisse pro vero. Et simili modo semper fiduciam habebit Dei, qui abjecto falso sequutus est verum*. Ex his palam est Ambrosium non sentire de igne purgatorio apud inferos, sed de correctione hujus vitæ, ac de pudore qui consequitur agnitum errorem. Ab Ambrosiano commento non omnino dissentit is, cujus exstant in omnes Epistolas Paulinas scholia, Hieronymi titulo. Theophylactus de gradibus bonorum ac malorum operum interpretatur, subindicans aliis videri *ligno* significari levioris culpæ commissa, graviora per *fœnum*, gravissima per *stipulam*, aliis contra. In bonorum ordine primum locum dedit *auro*, proximum *argento*, tertium *lapidibus pretiosis*, de marmoribus enim ac similibus sentit, opinor, non de gemmis, quibus nemo struit ædificium. Consentaneum est eumdem ordinem servatum in his quæ non ferunt ignem. Ut doctrina levius recedens a vero sit *lignum*, quæ longius abest, *fœnum*, quæ longissime, *stipula*. Joannes Chrysostomus ex hoc Apostoli loco arripit occasionem probandi gehennam esse sempiternam, quod id temporis apparet multos fuisse, qui crederent gehennæ supplicia aliquem habitura finem, quem errorem hauserunt ex Origenistis, atque hac fiducia peccabant licentius. Quibus ut terrorem incutiat, hunc Apostoli sermonem detorquet huc, ut per fundamentum intelligamus fidem, per superstructiones operationes bonas aut malas. Verum hoc agit argumentis parum solidis, ut hoc commentum vix probabile sit esse Chrysostomi. Vult autem Apostolum his verbis sternere viam ad insectandas Corinthiorum libidines: atque ex iisdem verbis colligit suppliciorum æternitatem, quibus recentiores colligunt sensum contrarium. *Salvus erit ipse, sed sic quasi per ignem*. Quomodo pronunciantur futuri salvi, qui traduntur æternæ morti, quæ est gehenna? Hic vir ingeniosus excusat, Scripturam interdum verbis malum declarantibus abuti in bonam partem, quemadmodum legimus captivitatem optabilem, & mortificationem bonam. Itidem hic intelligi vult, *salvus per ignem*, cruciabitur in igni, sed non absumetur ab igni. Hoc commentum quis non statim videt esse durum? Quis autem sic loquitur, *Salvus erit, sed sic quasi per ignem*, pro eo quod erat, æterno igni cruciabitur, sed ipse non absumetur? Quid igitur agit illa exceptio, *sed sic*, quæ sonat eum fore salvum aliquo modo, sed non absque cruciatu? Quid porro sibi vult *quasi*, quæ vox similitudinem declarat, non veritatem? Mihi verisimile fit, aut hæc esse adjecta ab alio, aut Chrysostomum ad territandum duræ cervicis populum hac interpretatione fuisse abusum. Nec tamen interim usquam fit ulla purgatorii mentio. Cæterum, ut & hoc obiter annotem, Apostolus videtur alludere ad locum, qui est apud Esaiam capite primo: *Et erit fortitudo vestra ut favilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla, & accendetur*. Uterque significat inanem fiduciam perituram, sublato opere cui fidebat.

15 *Dies enim Domini*] *Domini* additum est a Scriptore, sive ab Interprete volente sermonem facere explanatiorem, quum apud Græcos non sit, atque adeo in Paulino exemplari non erat adscriptum, sed posterior quispiam diversa manu adjecerat in margine. Theophylactus nec legit, nec interpretatur, etiamsi Interpres Latinus hoc addidit de suo. Nox ignorantiæ multa celat, dies retegit, videlicet cum erumpens & emicans veritas factis ac rebus ipsis sese declarat. Sed tamen articulus facit propemodum, ut de certo die debeat accipi, ἡ γὰρ ἡμέρα, quasi dicas, *nam ille dies*.

16 *In igni revelabitur*] *Revelatur* est præsentis temporis, ἀποκαλύπτεται, ut sensus sit absolutus, omne opus igni perspicuum fieri; nam duo verba futuri temporis inter se respondent, *declarabit* & *probabit*: cæterum *revelatur* annectitur superiori verbo, *nam dies ille declarabit*, opus hujus aut illius per ignem aperiri ac patefieri quale sit. Siquidem Interpres *quia* posuit pro *quod*: etiamsi apud Græcos non liquet, ὅτι conjunctio sit, an articulus postpositivus pro ὅ, τι.

17 *Uniuscujusque opus*] Hic Ambrosius legit, *qui facit hoc opus, manifestus erit*: si modo codex mendo vacat.

18 *Detrimentum patietur*] ζημιωθήσεται, id est, *damno afficietur*. Veniam consequentur utcunque, si resipiscant, cæterum nihil auferent præmii qui luserunt operam.

19 *Violaverit, disperdet*] φθείρει, φθερεῖ, id est, *destruit, destruet*: jucunda vocum allusio. Et idem verbum variavit Interpres, sed recte, quod apud Latinos non responderet allusio. Est enim Græcis φθείρω *corrumpo*, ut *corrumpitur virgo*, aut res sacra: est & *perdo*. Malim enim perire allusionem, quam quod vertit Hilarius in commentario Psalmi sexagesimi quarti: *Si quis templum Dei corruperit, corrumpet & hunc Deus*. Et hanc fuisse priorem lectionem testatur Augustinus contra Epistolam Manichæi capite trigesimo nono: sed Lectorem, offensum verbo *corrumpet*, mutasse in *disperdet*, quum fateatur Græcis esse *corrumpet*.

20 *Quod estis vos*] οἵτινες ἐστὲ ὑμεῖς, id est, *qui estis vos*: sicuti paulo superius, *quod est Christus Jesus*, sive *qui est Christus Jesus*: uti comperio in vetustissimis exemplaribus. Tametsi hoc nihil ad sensum. Testimonium adductum est ex Job capite quinto.

21 *Stultus fiat ut sit sapiens*] Cum Græcis sit γενέσθω & γένηται, fortassis utrumque vertendum erat eodem verbo, *stultus fiat, ut fiat sapiens*: sive *stultus sit, ut sit sapiens*.

22 Com-

γραπται γάρ, Ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ 20 πανουργίᾳ αὐτῶν. Καὶ πάλιν, Κύριος γινώσκει τοὺς 21 διαλογισμοὺς τῶν σοφῶν, ὅτι εἰσὶ μάταιοι. Ὥστε μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις· πάντα γὰρ ὑμῶν 22 ἐστιν, Εἴτε Παῦλος, εἴτε Ἀπολλὼς, εἴτε Κηφᾶς, εἴτε κόσμος, εἴτε ζωὴ, εἴτε θάνατος, 23 εἴτε ἐνεστῶτα, εἴτε μέλλοντα· πάντα ὑμῶν ἐστιν, Ὑ-

IV. 1 μεῖς δὲ Χριστοῦ, Χριστὸς δὲ Θεοῦ. Οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος, ὡς ὑπηρέτας Χριστοῦ, καὶ οἰ- 2 κονόμους μυστηρίων Θεοῦ. Ὃ δὲ λοιπὸν, ζητεῖται 3 ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ. Ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας, ἀλλ' οὐδὲ ἐμαυτὸν ἀνακρί- 4 νω. Οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι· ὁ δὲ ἀνακρίνων με, Κύριός 5 ἐστιν. Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τί κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν, καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. 6 Ταῦτα δὲ, ἀδελφοὶ, μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλὼ δι' ὑμᾶς, ἵνα ἐν ἡμῖν μάθητε, τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν, ἵνα μὴ εἷς ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς μὴ 7 φυσιοῦσθε κατὰ τοῦ ἑτέρου. Τίς γάρ σε διακρίνει; τί δὲ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι,

22 Qui comprehendit sapientes 23 in astutia ipsorum. Et rursum, Dominus novit cogitationes sapientium, 20 quod sint vanæ. Itaque ne quis glorietur in homini- 21 bus: 22 omnia namque vestra sunt, Sive Paulus, sive 22 Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura: omnia inquam vestra sunt, Vos autem Christi, Christus vero Dei. 23 Sic nos æstimet homo, ut ministros Christi, & 1 dispen- IV. 1 satores mysteriorum Dei. 2 Quod superest autem, il- 2 lud requiritur in dispensatoribus, ut fidus aliquis reperiatur. Mihi vero pro minimo est, ut a vobis diju- 3 dicer, 3 aut ab humano judicio, imo nec meipsum dijudico. 4 Nullius enim rei mihi conscius sum, sed 4 non per hoc justificatus sum: cæterum qui me judicat, Dominus est. 5 Proinde ne ante tempus quicquam 5 judicetis, donec venerit Dominus, qui & illustraturus est occulta tenebrarum, & patefaciet consilia cordium, ac tunc laus erit unicuique a Deo. Hæc autem, 6 fratres, 6 per figuram transtuli ad meipsum & in Apollo propter vos, ut in nobis disceretis, 7 ne quis supra id quod scriptum est, de se sentiat, ut ne hic illius, ille hujus nomine inflemini alius adversus alium. 8 Quis enim te dijudicat? quid autem habes, quod non 7 accepisti? quod si etiam accepisti, quid gloriaris, quasi non

22 *Comprehendam*] Ὁ δρασσόμενος, id est, *Qui comprehendit.* Est enim δράττεσθαι fugientem e cursu reprehendere, manuque injecta capere. Ambrosius legit *reprehendam*, verbo sane eleganti, sed ambiguo. Reprehendit enim & qui carpit.

23 *In astutia eorum*] *Eorum* referendum est ad *sapientes*: unde Latinius erat *ipsorum*, ut accipiamus stulte sapientes sua ipsorum astutia fuisse captos ac revictos, dum ipsa re comperiunt, sapientiam suam nihil profuisse ad veram felicitatem.

24 *Omnia enim vestra sunt*] Non repetitur secundo loco *enim*, & officit sententiæ. Iteratur enim hæc particula confirmandi gratia, quasi diceret, *omnia, inquam, vestra sunt.* Hoc loco consentit Ambrosius cum Græcis.

1 D*Ispensatores ministeriorum*] μυστηρίων, id est, *mysteriorum*, sive *arcanorum*: consentientibus omnibus, etiam Thoma, præter paucos codices depravatos; sed tamen evulgatissimos. Et melius erat *æstimet*, quam *existimet*: non enim ad hunc modum quisquam loquitur Latine, *existimas me ut regem*, sed *existimas me regem.* Nec agitur de existimatione, sed æstimatione. Non enim vult Paulus Apostolos pluris fieri, quam fieri debeant ii, qui rem administrant alienam. Et *dispensatores* hic *œconomi* vocantur, qui administrant quidem, sed rem alienam & rationem reddituri.

2 *Hic jam quæritur*] Ὃ δὲ λοιπὸν ζητεῖται, id est, *Quod autem superest quæritur*, sive *deinceps*, sive *posthac quæritur.* Interpres legisse videtur Ὧδε, non Ὃ δὲ, id est, *Hic*, non *Quod autem*: sed magno consensu refragantibus Græcis omnibus. Proinde Lectoris est deligere, utram lectionem sequi malit. Nos quod in Græcis codicibus reperimus, vertimus, ne Latina discreparent a Græcis. *Quæritur* autem hoc loco significat *spectatur*, sive *requiritur*: nam fides in œconomo potissimum spectari solet, auctoritas penes dominum est. Porro *in dispensatoribus* rectius erat quam *inter dispensatores.* Neque enim hoc inter œconomos disputatur, sed ab illis requiritur.

3 *Aut ab humano die*] Hunc locum alicubi citat Hieronymus, ut ostendat Paulum non admodum elegantem fuisse in lingua Græca, sed quædam Cilicum more dixisse: nam Cilix erat Tarsi natus. Hic quum nihil esset contumeliose dictum in Paulum, tamen magnis tragœdiis exagitavit quidam hunc locum, ex hoc declarans, me nihil prorsus intelligere omnium quæ lego vel apud Hieronymum, vel apud alios Ecclesiæ Doctores. Ob hujusmodi calumnias Hieronymi verba subscribam ex Epistolæ ad Algasiam quæstione decima: *Illud*, inquit, *quod crebro diximus, etsi imperitus sermone, non tamen scientia: nequaquam Paulum de humilitate, sed de conscientiæ veritate dixisse, etiam nunc approbamus. Profundos enim & reconditos sensus lingua non explicat. Et quum ipse sentiat quid loquatur, in alienas aures puro non potest transferre sermone: quem quum in vernacula lingua habeat disertissimum, quippe Hebræus ex Hebræis, & eruditus ad pedes Gamalielis viri in lege doctissimi, seipsum interpretari cupiens involvitur.* Nonne palam hic fatetur Hieronymus Paulum minus calluisse Græcam linguam quam Hebraicam, quod alteram didicisset a majoribus & a doctissimo præceptore, alteram e commercio Cilicum? Nonne comprobat hic quod alias ostendi, Paulum imperite loqui ob inscitiam sermonis Græci? Porro qui puro sermone non potest eloqui quod sentit, nonne utcunque eloquitur sermone parum eleganti parumque puro? Ac mox Hieronymus ostendit, illum ex idiomate Cilicum multa dixisse: quod genus sunt, ἀπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας, pro *humano judicio*, & ἀνθρώπινον λέγω, quum quid dicit humilius parumque perfectum, & οὐ κατενάρκησα ὑμᾶς, quum quis alteri gravis imminet, & καταβραβεύειν, ubi quis in certamine præripuit alteri præmium injuste. Hæc Hieronymus ita vult esse dicta Paulo, ut Virgilio dictum est *sceleratum frigus.* Neque vero me fugit hæc varie vafreque scribi ab Hieronymo, nec excutio quantum apud me valeant hæc quæ scribit. Tantum indico me non temere indicasse locum. Si Paulus non potest explicare pure quod sentit, aut ipsius imperitia fuit in causa, aut ipse sermo parum expolitus, aut res ipsa. Sed rem explicat in Hebræa lingua in qua fuit disertissimus, superest ut aut Cilicum lingua minus fuerit elegans, aut eam minus calluerit Paulus. Et utrumque fuisse verum subindicat Hieronymus, quum & fateatur Paulum imperitum fuisse sermonis Græci, non quod more vulgari non potuerit loqui, sed quod animo declarando defuerit sermo purus & elegans, & ostendat quædam esse peculiaria ejus gentis in qua natus est, quibus abusus sit ad explicandum utcunque quod senserat. Neque vero contra me facit, si Tarsus prodidit aliquot eruditos viros, Aratum & Oppianum: quasi vero non & Scythia nobis dederit Anacharsidem. Non refert ubi natus sis, sed unde didiceris. Neque qui scribunt, utuntur omnibus quæ vulgaris habet sermo. Nam & ætate Ciceronis vulgo quædam ferebantur, a quibus ipse abstinet. At Pauli sermonem fuisse vulgarem, nemo, puto, negaverit. Disertius autem dicturus erat, opinor, si Athenis cum Demosthene, Platone, & Isocrate versatus fuisset, & purius quæ senserat, eloqui potuisset. Utinam Deus det mentem meliorem iis qui hujusmodi sycophantiis & suum perdunt otium & alienum. Cæterum ut paulo superius *diem* dixit pro judicio, quo modo alibi sæpe *diem Domini* vocat, ita hic *humanum diem* dixit pro judicio humano, reis enim dies dicitur.

4 *Nihil enim mihi conscius sum*] An Latine dicatur, *nihil sum conscius*, quemadmodum dicitur, *non sum id nescius*, non satis apud me liquet, Græce verbum est, *nihil mihi conscio*, οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα. Sic & Horatius,

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

5 *Itaque nolite*] Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, id est, *Ne ante tempus aliquid judicetis.* Augustinus legit, *Nolite ante tempus quicquam judicare*: cum aliis aliquot locis, tum explanans Psalmum octogesimum octavum: item ad Probam viduam de orando Deo.

6 *Transfiguravi in me & Apollo*] μετεσχημάτισα, id est, *transfiguravi*, hoc est, aliorum personam in nos duos transtuli, & sub persona nostra de malis dispensatoribus loquuti sumus, ne quos offenderemus. Item *Apollo* hoc loco accusandi casu debet accipi, *in me & in Apollo.* Atque hic nonnulli Latini codices habent mendose, *ut in vobis discatis*, secundæ personæ, pro *nobis*, primæ.

7 *Ne supra quam scriptum est*] Græce paulo diversius est, μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν, ἵνα μὴ εἷς ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς μὴ φυσιοῦσθε κατὰ τοῦ ἑτέρου, id est, *non supra id quod scriptum est sentire*, id est, de vobis ipsis sentire, quemadmodum crebro jam indicavimus, *ne unus pro uno infletur adversus alterum.* Est autem sermo perturbatior, verum dilucidior erit, si *unus pro uno* pertineat ad singulos discipulos ac præceptores, ut hic infletur nomine *Apollo*, ille nomine *Pauli*, hic nomine *Cephæ*: & quod sequitur, *adversus alterum*, pertineat ad Christianos inter se discordantes, ob studia præceptorum, qui mos esse solet contentiosis. Quandoquidem *unus pro uno* positum est pro *alius pro alio*, sive ut melius dicam, *alius de alio* sive *super alio.* Illud novum, quod ἵνα μὴ indicandi modo adjungitur, nisi forte pro φυσιοῖσθε depravatum est φυσιοῦσθε, aut nisi variat hic quoque synæreseos ratio, sicut in aliis nonnullis. Et in nonnullis Græcorum exemplaribus congeminatur μὴ, in nonnullis semel duntaxat ponitur.

8 *Quis enim te discernit*] διακρίνει, id est, *dijudicat.* Divus Augustinus in Epistola ad Valentium, ac rursus in libro ad eumdem *de gratia & correptione*, item libro ad Bonifacium contra duas Pelagii Epistolas cap. VII. interpretatur *discernit* pro separat a massa Adæ: qui sensus pius quidem est ac verus, quanquam hic Paulus non agebat de peccato primorum parentum, sed adversus illos disputabat, qui se cæteris præferebant, quod essent a præcipuis Apostolis baptizati, quum baptismus sit æqualis omnium. Ita sanctus Ambrosius. Et Theophylactus *discernit* interpretatur *judicat*, ψηφίζει, addens hominum judicia falli. Chrysostomus hanc particulam dissimulat. Cæterum διακρίνειν in Sacris Litteris aliquoties usurpatur pro *dubitare*, sive *hæsitare*, nonnunquam pro *anteponere*: quemadmodum διαφέρειν interdum so-

8 σαι, ὡς μὴ λαβών; Ἤδη κεκορεσμένοι ἐςὲ, ἤδη ἐπλουτήσατε, χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε, καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύ-9 σωμεν. Δοκῶ γὰρ ὅτι ὁ Θεὸς ἡμᾶς, τοὺς Ἀποςόλȣς ἐσχάτȣς, ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανατίους· ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ, καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις. 10 Ἡμεῖς μωροὶ διὰ Χριςὸν, ὑμεῖς δὲ φρόνιμοι ἐν Χριςῷ· ἡμεῖς ἀσθενεῖς, ὑμεῖς δὲ ἰσχυροί· ὑμεῖς ἔνδο-11 ξοι, ἡμεῖς δὲ ἄτιμοι. Ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πεινῶμεν, καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν, καὶ κολαφιζό-12 μεθα, καὶ ἀςατοῦμεν, Καὶ κοπιῶμεν, ἐργαζόμενοι ταῖς ἰδίαις χερσί· λοιδορȣμενοι, εὐλογȣμεν· διω-13 κόμενοι, ἀνεχόμεθα· Βλασφημȣμενοι, παρακαλȣμεν· ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, 14 πάντων περίψημα ἕως ἄρτι. Οὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς γράφω ταῦτα, ἀλλ' ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ νουθε-15 τῶ. Ἐὰν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριςῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας· ἐν γὰρ Χριςῷ Ἰη-16 σȣ διὰ τȣ Εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. Παρα-17 καλῶ οὖν ὑμᾶς, μιμηταί μου γίνεσθε. Διὰ τȣτο ἔπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον, ὅς ἐςι τέκνον μου ἀγαπητὸν

8 non acceperis? Jam saturati estis, 9 jam ditati estis, absque nobis regnum adepti estis, atque utinam sane adepti sitis, ut & nos simul vobiscum regnemus. 9 Arbitror enim quod Deus nos, qui sumus Apostoli postremi, ostenderit 10 tanquam morti addictos: quoniam 11 spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. 10 Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes per Christum: nos imbecilles, vos autem validi: 12 vos clari, nos contempti. 11 Ad hoc usque tempus & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, 13 & incertis vagamur sedibus, 12 Et laboramus, operantes propriis manibus: 14 male audientes, benedicimus: persecutionem patientes, sustinemus: 13 Convitiis affecti, obsecramus: veluti 15 excrementa mundi facti sumus, 16 omnium rejectamentum ad hunc usque diem. 14 17 Non quo vos pudore suffundam, hæc scribo, sed ut filios meos 18 dilectos admoneo. 15 Nam 19 etiamsi innumeros pædagogos habeatis in Christo, non multos tamen habetis patres: siquidem in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui. 16 20 Adhortor itaque vos, 21 ut imitatores mei sitis. 17 Hac de causa misi vobis Timotheum,

nat *differre*, interdum *excellere*, velut hujus Epistolæ capite undecimo, *non dijudicans corpus Domini*, μὴ διακρίνων: quod enim aliis præferimus, separamus a turba. Hoc ideo admoneo, quod hic Paulus loqui videtur de primoribus, quos non patitur se cuiquam præferre, eo quod si quid habent supra cæteros, ex sese non habent. Si ς, quod est in τὶς, transferretur in finem verbi διακρίνει, sensus esset commodior, τί σε διακρίνεις; id est, *cur te ipsum tanquam præstantiorem a vulgo segregas.*

9 *Sine nobis regnatis*] *Regnastis* est Græce, ἐβασιλεύσατε: *& utinam regnetis*, ἐβασιλεύσατε, id est, *regnassetis*. Quanquam in hujuscemodi Græci nonnunquam præteritis pro præsentibus abutuntur. Verti poterat, *regnum consequuti*, sive *adepti estis*, & *consequuti sitis*.

10 *Tanquam morti destinatos*] ὡς ἐπιθανατίȣς, id est, *obnoxios morti*. Quanquam Interpres belle vertit. Sentit enim de iis, qui juxta morem Romanum inclusi caveis, spectante populo, bestiis objiciebantur.

11 *Spectaculum sumus*] θέατρον, id est, *theatrum*: quod tamen & apud Græcos a spectando dictum est. Atque apud Veteres nocentum supplicium spectaculi vice exhibebatur populo, velut homo commissus cum leone aut urso. Vocem Græcam usurpavit Hieronymus enarrans caput Epistolæ ad Galatas quartum, simul admiscens similitudinem de fabularum actoribus, quibus hoc unicum est studium, ut populo placeat fabula. *Mutabat*, inquit, *Paulus vocem suam, & in histrionum similitudinem, factus est siquidem theatrum mundo & angelis & hominibus: habitum in diversas figuras vertebat, & voces, non quod id esset, quod se esse simulabat, sed quod id tantum videretur esse, quod cæteris proderat.* Nemo dubitat quin hæc pie Hieronymus, sed quas calumnias excitarent quidam, si hæc dixisset Erasmus? Paulus histrioni comparatur, & simulare dicitur: sed quid sit histrio, non intelligitur, & ex simulando calumniam struit simulator.

12 *Nobiles, ignobiles*] ἔνδοξοι, ἄτιμοι, id est, *gloriosi* & *infames*, sive *clari* & *obscuri*, aut *in pretio habiti* & *contempti*. Nec enim hic *nobilis* est eadem vox, quæ superius fuit εὐγενὴς & ἀγενής. Nam illa ad genus referuntur, hæc ad famam & opinionem. Nec est in verbis Græcis illa προσονομασία, *nobilis* & *ignobilis*.

13 *Instabiles sumus*] ἀςατȣμεν, *non habemus certam sedem*. Unde nos vertimus, *incertis vagamur sedibus*. Est autem una tragicarum imprecationum, τὸ εἶναι ἀνέςιον.

14 *Maledicimur, & benedicimus*] Participia passiva præsentis temporis Interpres reddidit per verba, adjecta conjunctione, λοιδορȣμενοι, διωκόμενοι, βλασφημȣμενοι, id est, *dum maledicimur*, sive *convitiis afficimur, dum persequutionem patimur, dum blasphemamur.*

15 *Purgamenta hujus mundi*] *Hujus* pronomen non additur apud Græcos.

16 *Omnium peripsema*] πάντων περίψημα. Interpres Græcam vocem reliquit, quam Laurentius putat verti potuisse, *pulvis vestigiorum*. Græca scholia dicunt περίψημα esse reticulum, quo sudantes se abstergunt, alii soleæ suppactum corium, alii pulverem quem calcamus, alii quod abjicitur in mare, quo navis sit incolumis. Videtur omnino *peripsema* apud Græcos quiddam esse tale, quale apud nos est nauci, quisquiliæ, & sterquilinium. Addit Suidas ita vocari solere hominem jugibus obnoxium malis. Theophylactus putat idem esse περικάθαρμα & περίψημα, nempe ἀποσπόγγισμα, id est, id quod abstergitur, περιψᾶν enim esse *abstergere*. Nec Chrysostomus ullum facit discrimen. Hesychius adjicit: Græcis & pretium quo redimitur captivus aut vita cujuspiam, περιψήματα dici, denique quod omnium pedibus conculcatur. Dicuntur & ἀντίλυτρα & ἀντίψυχα, id est, *redemptiones*, quum vita vita redimitur, veluti legimus de Admeto & Alcestide. Ambrosius explanans Psalmum, *Beati immaculati*, sermone octavo, refert his verbis: *Tanquam lustramenta hujus mundi facti sumus. Omnium lustramenta usque adhuc, quod Latinis quæ purgantur, lustrari dicantur.* Ac mox idem Ambrosius *lustramenta*, *purgamenta* interpretatur. *Lustramenta* autem non simpliciter dicuntur *purgamenta*, sed ea per quæ fit aliorum expiatio. Enarrator Pluti Aristophanici refert, olim homines, qui in pestilentia, fame, aut alio quopiam malo, quod denunciabat iram Numinis, ad expiandam civitatem immolabantur Diis, καθάρματα solere vocari: quem morem ait & apud Romanos obtinuisse, sentiens, opinor, Decios, & Quintum Curtium. Servius exponens Maronis carmen ex Æneidos tertio,

------ Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames? ------

admonet, auri famem, *sacram* dictam ex more Gallorum. Quum enim Massilienses peste laborarent, unus se ex pauperioribus offerebat alendum anno integro publicis & purioribus cibis, postea verbenis vestibusque sacris ornatus circumducebatur per urbem cum exsecrationibus, ut in eum inciderent omnia mala civitatis, & sic projiciebatur. Hujus auctorem historiæ citat Petronium. Quin & Suidas indicat veterem fuisse morem, ut, si quid mali premeret, quotannis unum aliquem in mare projicerent, veluti Neptuno sacrificantes, addebant hæc verba, Περίψημα ἡμῶν γενȣ, *Esto nostrum peripsema*; id est, salus, sive redemptio. Verum an tale quippiam Paulus senserit, nescio. Certe nullus veterum Interpretum attingit hunc sensum. Nec inficior Paulum interdum exempla collationesque ducere a rebus Ethnicorum, velut a pugilibus, a stadiis, a militia, sed publicis, & quæ sine gravi crimine peragi possunt. A latronibus, veneficis, & impiis ritibus nunquam traxit exemplum ad bonos mores. Jam an hoc exemplum immolandi hominem fuerit perpetuum apud eos quibus scripsit Paulus, nescio, mihi non fit verisimile. Ad hæc, si Paulus diceret se victimam in hoc datam, ut repurget mundum omnibus malis, videretur sibi arrogare quod Christi proprium est: etiamsi pio sensu dici posset Martyrum mortes fuisse quodammodo supplementum eorum, quæ pro nobis passus est Christus, quod in illis Christus patitur: & Paulus optat anathema fieri pro fratribus: & in secunda Epistola non recusat superimpendi pro Corinthiis. Est alius scrupulus, quod Paulus non vocat se *catharma*, numero singulari, sed περικαθάρματα, ut per similitudinem ad res projectas pertineat potius quam ad hominem. Quod autem se vocat περικαθάρματα mundi, & omnium περίψημα, eò pertinet, ne quid offendat eos ad quos scribit, quibus erat charissimus: sed quæ passus est apud illos, maluit civitati publicoque nomini imputare. Id annotavit Chrysostomus. Scholiastæ sum functus officio, judicium penes Lectorem esto. Mihi Paulus his verbis extremum sui contemptum, apud homines pietati nondum initiatos, significare videtur. Siquidem Plinius libro trigesimo secundo, capite ultimo, *purgamenta* vocat quæ mare rejicit in littus. Quum enim de piscibus dixisset, *Præter hæc*, inquit, *purgamenta aliqua relatu indigna, & algis potius annumeranda quam animalibus.* Nec ideo voces hæ perdunt nativam significationem, si aliquando ad homines transferuntur, veluti cothurnus non desinit significare cothurnum, si quis lubricæ fidei cothurnus dicitur. Quanquam & Paulus se non sine tropo *purgamenta* dixit & *peripsema*: quemadmodum hominem sordidum Terentius dixit *sterquilinium*.

17 *Non ut confundam*] οὐκ ἐντρέπων, id est, *non confundens*. Quanquam melius erat *suffundens*, aut *rubore suffundens*: siquidem ἐντρέπεσθαι dicitur Græce, cui suum probrum ingeritur, ut ipse semet agnoscat: hinc enim dicta vox est.

18 *Charissimos*] ἀγαπητά. Quod ita perpetuo fere transfert, quum sit *dilectos*: nisi quod suspicor id data opera factum, quod ea vox Græcis plus quiddam significat, quam nobis *dilectus*.

19 *Si decem millia*] μυρίȣς. Quod aliquoties *decem millia* significat, alias ingentem numerum: pro quo Latini abutuntur mille aut sexcentis; μυρίȣς igitur dixit pro quamlibet multis. Et *pædagogi* servi erant, quibus patres liberorum moderandorum curam mandabant: unde Græca vox dicta est. Multum autem interest inter *pædagogum* & *patrem*. Pædagogus sævit pro imperio: pater etiam vitam, si necesse sit, impendit.

20 *Rogo ergo*] Παρακαλῶ. Quod plerunque vertit *obsecro*. Atque ita legit Ambrosius, nonnunquam *adhortor*.

21 *Imitatores mei estote*] γίνεσθε. Quod verti poterat & *fiatis*. Quum enim dixisset *genui vos*, adjecit, *Igitur imitemini me*, quo perspicuum sit vos esse vere filios meos, id fiet si me parentem expresseritis. Nam, ut eleganter inquit Flaccus,

Laudantur simili prole puerpera.

At multo magis laudantur simili prole patres. *Sicut & ego Christi.*

τὸν καὶ πισὸν ἐν Κυρίῳ, ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς μου, τὰς ἐν Χρισῷ, καθὼς πανταχοῦ 18 ἐν πάσῃ Ἐκκλησίᾳ διδάσκω. Ὡς μὴ ἐρχομένου δέ 19 μου πρὸς ὑμᾶς, ἐφυσιώθησάν τινες. Ἐλεύσομαι δὲ ταχέως πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ, καὶ γνώσομαι οὐ τὸν λογον τῶν πεφυσιωμένων, ἀλ- 20 λὰ τὴν δύναμιν. Οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία 21 τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει. Τί θέλετε; Ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ πνεύματι V. κϐ 1 τε πρᾳότητος; Ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, καὶ τοιαύτη πορνεία, ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται, ὥστε γυναῖκά τινα τοῦ πατρὸς ἔ- 2 χειν. Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐσὲ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν, κγ 3 ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας. Ἐγὼ μὲν γὰρ, ὡς ἀπὼν τῷ σώματι, παρὼν δὲ τῷ πνεύματι, ἤδη κέκρικα ὡς παρὼν, τὸν οὕτως τῦτο κατεργα- 4 σάμενον, Ἐν τῷ ὀνόματι τῦ Κυρίῦ ἡμῶν Ἰησῦ Χρισῦ, συναχθέντων ὑμῶν καὶ τῦ ἐμῦ πνεύματος, σὺν τῇ δυνάμει τῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησῦ Χρι- 5 σῦ, Παραδῦναι τὸν τοιῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ κδ 6 τῦ Κυρίου Ἰησῦ. Οὐ καλὸν τὸ καύχημα ὑμῶν. Οὐκ οἴδατε, ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ; 7 Ἐκκαθάρατε ὖν τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέον φύραμα, καθὼς ἐσὲ ἄζυμοι· καὶ γὰρ τὸ Πάσχα 8 ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χρισός. Ὥστε ἑορτάζωμεν, μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονη- κε 9 ρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. Ἔγραψα

theum, qui est 22 filius meus dilectus & fidelis in Domino, qui vobis in memoriam reducet vias meas, quæ sunt in Christo, quemadmodum ubique in omni Ecclesia doceo. 23 Perinde quasi non sim venturus ad 18 vos, inflati sunt quidam. Sed veniam brevi ad vos, si 19 Dominus voluerit, & cognoscam non sermonem istorum qui inflati sunt, sed virtutem. Non enim in ser- 20 mone regnum est Dei, sed in virtute. Quid vultis? 21 Cum virga venio ad vos, an cum charitate & spiritu lenitatis? Omnino auditur 1 inter vos stuprum, & 1 V. hujusmodi stuprum, 2 quod nec inter gentes nominatur, ut aliquis uxorem patris habeat. Et vos inflati e- 2 stis, ac non potius luxistis, ut tolleretur de medio vestrûm, qui facinus hoc perpetrasset. Nam ego qui- 3 dem, 3 ut absens corpore, præsens autem spiritu, jam decrevi tanquam præsens, 4 ut is qui sic hoc patravit, In nomine Domini nostri Jesu Christi, 5 congregatis 4 vobis & meo spiritu, 6 una cum potestate Domini nostri Jesu Christi, Tradatur Satanæ ad interitum car- 5 nis, quo spiritus salvus sit 7 in die Domini Jesu. 8 Non est bona gloriatio vestra. An nescitis, quod 9 pau- 6 lulum fermenti totam conspersionem fermentat? Ex- 7 purgate itaque vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis infermentati: nam & 10 Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. 11 Itaque fe- 8 stum celebremus, non in fermento veteri, nec in fermento malitiæ 12 & versutiæ, 13 sed in panibus fermento carentibus, hoc est, sinceritate & veritate. Scripsi vobis per Epistolam, ne 14 commisceremini 9 cum

sti. Hæc particula nec apud Græcos additur, nec apud Ambrosium. In exemplari Paulino diversa manu subnotatum erat in margine, velut adjectum ab alio quopiam: licet ita legat Thomas Aquinas & interpretetur. In codice Donatiani non additur, nec in duobus quos exhibuit Constantia. Adscriptum videtur ex capite undecimo hujus Epistolæ, *Imitatores mei estote:* & illic additur, *sicut ego Christi.* Quanquam illic aptius congruit, præcesserat enim, *Sine offensione estote Judæis & Gentibus & Ecclesia Dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant:* atque huic respondet quod mox sequitur, *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Sentit idem quod scripsit ad Romanos capite decimo quinto: *Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmiorum sustinere, & non nobis placere: unusquisque vestrûm proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, Improperia improperantium tibi ceciderunt super me.* Cæterum haud scio, an quemadmodum dicimur *renasci in Christo,* sive *per Christum,* ita legatur *Christus genuisse nos Deo.* Sic enim interpretatur Aquinas.

22 *Filius meus charissimus*] ἀγαπητὸς, *dilectus,* de quo modo meminimus.

23 *Tanquam non venturus sim*] Ὡς μὴ ἐρχομένῦ μῦ πρὸς ὑμᾶς, id est, *Tanquam me non veniente ad vos,* seu *Tanquam non veniam.* Quanquam hoc verbum invenitur aliquoties in significatione futuri. Et Hebraico tropo dixit *in virga,* pro eo quod Latinius diceret, *cum virga,* aut *per virgam.*

1 I*Nter vos fornicatio*] *Fornicari* pro illicita uti libidine, & *fornicationem* pro stupro, nondum apud idoneos Auctores reperi, licet *fornicem* pro lustro sciam inveniri. Nos aliquando *stuprum,* aliquando *scortationem* vertimus. Siquidem a *scorto* dicta Gæcis πορνεία.

2 *Qualis nec inter gentes*] Deest in Latinis codicibus ὀνομάζεται, id est, *nominatur.* Nec erat otiosa hujus verbi emphasis, quod hoc libidinis genus non solum non committeretur inter Ethnicos, verum ne nominaretur quidem: quod annotavit & Theophylactus, etiamsi parum pudens videtur hyperbole, nisi mavis *nominatur* simpliciter positum pro *auditur.* Quanquam & sic hyperbole locus est, quum inter Ethnicos audiantur turpiora: nisi Paulus negat audiri, quod rarum est. Certum est nec apud Ambrosium, nec apud Thomam, nec apud Augustinum, nec in pervetustis exemplaribus addi: unde puto nostram lectionem esse sinceram, etiamsi Græca sensu nihil discrepant.

3 *Absens corpore, præsens autem spiritu*] Hoc est quod quodam in loco annotavit Hieronymus, Paulum ob imperitiam Græcanici sermonis aliquoties non reddere has inter se conjunctiones μὲν & δὲ, per quas Græci plerunque connectunt orationis partes. Mollius erat, *corpore quidem absens, spiritu vero præsens:* & tamen in Græcis Auctoribus probatæ elegantiæ licet reperire similem orationis formam.

4 *Eum qui sic operatus est*] τὸν ὕτως τῦτο κατεργασάμενον, id est, *eum qui sic hoc fecit,* sive mavis *perpetravit.* Id quod mox ad eumdem repetit modum. In nonnullis Græcorum exemplaribus prior pars non addit ὕτως, sed posterior. Ambrosius in posteriore legit, *Jam judicavi ut præsens, eum qui sic operatus est,* quum in priore legat, *qui hoc opus fecit:* unde conjectare licet, apud Græcos ex utraque utrique nonnihil additum fuisse, τῦτο ex priore, & ὕτως ex posteriore.

5 *Congregatis vobis & meo spiritu*] συναχθέντων ὑμῶν καὶ τῦ ἐμῦ πνεύματος, id est, *convocatis,* sive *congregatis vobis & meo spiritu.* Faber Stapulensis amicus noster hunc locum mutavit, volens συναχθέντων deduci a συνάχθομαι, cujus in hac quidem parte non subscribo judicio, etiamsi alias eruditissimo pariter ac diligentissimo viro lubens assentior, & reclamant cum alia, tum Græca scholia. Ad hæc Interpretes, quos ego viderim, omnes: qui testantur Paulum hoc ideo dixisse, ut ostenderet hanc tam severam sententiam non profectam ab ipso proprie, sed a communi Ecclesiæ consensu: nam & *synagoga* hinc dicitur παρὰ τὸ συνάγω, quod est *congrego,* sive *convoco.* Porro addidit *& spiritu meo,* quod ipse corpore tum non esset præsens, sed spiritu duntaxat adesset in ea sententia pronuncianda.

6 *Cum virtute Domini nostri Jesu Christi*] σὺν τῇ δυνάμει τῦ Κυρίῦ. Incertum utro referatur ad participium ne *congregatis,* an ad *tradi hominem Satanæ.* Ambrosius videtur ad participium referre: ut intelligamus concilium illud ex tribus constare, ex Pauli decreto, ex consensu multitudinis, ex auctoritate Christi. Alioqui σὺν præpositio Græcis nonnunquam non comitem, sed fautorem & adjutorem sonat, ut σὺν ταῖς Μύσαις, *Musis adjuvantibus:* σὺν τῷ Θεῷ, id est, *Deo favente.* De *virtute,* quæ hîc potestatem aut vim significat, non probitatem, crebro jam admonuimus.

7 *In diem Domini nostri Jesu Christi*] ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῦ Κυρίῦ Ἰησῦ, id est, *in die Domini Jesu,* nec additur *Christi.* Rursum *diem* appellat judicium, ut indicatum est antea.

8 *Non est bona gloriatio vestra*] Augustinus contra Epistolam Parmeniani libro tertio capite secundo indicat in quibusdam codicibus, maxime Latinis, scriptum fuisse, *bona est gloria vestra,* quod εἰρωνικῶς accipi vult. *Totam massam corrumpit.* Quod hîc *massam* vertit, mox *conspersionem* transtulit, Græce φύραμα: ea est farina aqua conspersa sive temperata, a verbo φυρᾷν, quod significat *miscere,* veluti cum argilla humore maceratur, farina liquore aquæ oleive, aut aliud simile. In hunc sensum *conspersio* invenitur apud probatos Auctores. Quanquam & *massulas salis* legimus apud Columellam. Interpres mutavit, quum nihil esset cur foret affectanda varietas.

9 *Modicum fermentum totam massam corrumpit*] Hieronymus in Epistolam ad Galatas libro tertio taxat Interpretem, quod perperam verterit: citans hunc locum & emendat ad hunc modum, *Modicum fermentum totam conspersionem fermentat.* Ego vero maluissem dicere, & *paululum fermenti,* quam *modicum fermentum,* quod quælibet fermenti pars fermentum sit, ut quævis aquæ pars, aqua. Jam si Novum Testamentum habemus ab Hieronymo restitutum, ut quidam autumant, quomodo taxat hic quod nos legimus?

10 *Pascha nostrum*] Deest *pro nobis,* ὑπὲρ ἡμῶν ἐθύθη, id est, *pro nobis immolatus est,* & cætera: sed reclamantibus omnibus libris nostris, quibus hac in parte, ut dicam ingenue, magis accedo.

11 *Itaque epulemur*] ἑορτάζωμεν, id est, *festum agamus diem:* ita sane vertit Interpres Origenis Homilia in Leviticum quinta. Solent autem ii dies solennibus epulis celebrari.

12 *Et nequitia*] καὶ πονηρίας. Quod significat & *malitiam* & *versutiam.* Duo proposuit κακίας καὶ πονηρίας, quibus respondent, quæ postea sequuntur, εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας: nam *malitia* opponitur *sinceritati, versutia veritati,* hoc est, simplicitati: sic & Ambrosius. Ut sinceritas mundam vitam faciat, veritas omnem fraudem excludat.

13 *Sed in azymis*] *Azymi* vocem, quam ubique relinquit, *infermentatum* vertere poterat, aut *expers fermenti:* subaudiendum autem, opinor, *panibus,* ἐν ἀζύμοις. Deinde explicans quid dixerit *infermentatum,* adjicit *sinceritatis ac veritatis,* perinde quasi dixisset, hoc est, infermentatis celebrare Pascha nostrum, sincero veroque esse animo erga omnes.

14 *Commisceamini fornicariis*] πόρνοις, id est, *scortis:* est enim

ψα ὑμῖν ἐν τῇ Ἐπιςολῇ, μὴ συναναμίγνυσθαι
10 πόρνοις· Καὶ οὐ πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου, ἢ τοῖς πλεονέκταις, ἢ ἅρπαξιν, ἢ εἰδωλολάτραις· ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου
11 ἐξελθεῖν. Νυνὶ δὲ ἔγραψα ὑμῖν, μὴ συναναμίγνυσθαι· ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης, ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος, ἢ ἅρπαξ, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν.
12 Τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; οὐχὶ τοὺς
13 ἔσω ὑμεῖς κρίνετε; Τοὺς δὲ ἔξω ὁ Θεὸς κρίνει·
VI. 1 Καὶ ἐξαιρεῖτε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. Τολμᾷ τις ὑμῶν, πρᾶγμα ἔχων πρὸς τὸν ἕτερον, κρί-

A cum ſcortatoribus: 15 Ac non omnino cum ſcortatoribus mundi hujus, aut cum avaris, aut cum rapacibus, aut ſimulacrorum cultoribus: 16 alioqui utinam videlicet e mundo exiſſetis. Nunc autem ſcripſi vo- 11 bis, ne commiſceamini: 17 ſi quis quum frater appelletur, fuerit ſcortator, aut avarus, aut ſimulacrorum cultor, aut convitiator, aut ebrioſus, aut rapax, cum ejuſmodi ne cibum quidem capiatis. 18 Quid enim ad 12 me attinet etiam de his qui foris ſunt judicare? nonne de his, qui intus ſunt, judicatis? Eos vero, qui foris 13 ſunt, Deus judicat. 19 Etiam profligate iſtum, qui ma-
B lus eſt, ex vobiſipſis. 1 Suſtinet aliquis veſtrûm, ne- 1 VI. gotium

enim vox quæ communis ſit cuivis corpori meritorio. Proſtabant enim Corinthi non ſolum puellæ, ſed & catamyti: etiamſi ſunt, qui velint πόρνον & *ſcortatorem* dici, non ſolum *ſcortum*. Putant autem dictum a πέρνω, quod eſt *vendo*, id quod magis competit in ſcorta: & πορνοβόσκους Græci dicunt *lenones*, quos Itali vulgo vocant *ruffianos*. Cæterum quod dixit *commiſceri*, Græce eſt συναναμίγνυσθαι, quod accipi poteſt *denuo commiſceri*: ut ſignificet eos id facere ſolitos antequam initiari eſſent Chriſto.
C Et *commiſceri* non ſolum eſt habere rem cum illis, verum etiam habere conſuetudinem & commercium, idque inculcat quum adjicit, οὐ πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου: quod intelligeret difficillimum eſſe verſari inter tot illecebras ejus regionis, nec pellici in peccatum. Quanquam non me fugit alium ſenſum adduci a pleriſque Veterum, nimirum hunc, Paulum non vetare quo minus habeant conſuetudinem cum Ethnicis inquinatis, alioqui totam Græciam eſſe relinquendam, ſed ut vitarent ſi quis Chriſtianam Religionem profeſſus, eſſet hujuſmodi. Nam quod dixit *mundi hujus*, non eſt accipiendum quaſi ſit alius mundus. *Mundum hunc*, Græciam intelligit, ac præcipue Corinthum hujuſmodi voluptatibus corruptiſſimam. Ad eum modum interpretatur Chryſoſtomus, ſi modo illius ſunt Græci Commentarii qui illi inſcribuntur, & huic conſentiens Theophylactus: is ſermonem ordinat in hunc modum: *Scripſi vobis paulo ante in hac Epiſtola, ne commiſceamini ſcortatoribus aut ſcortis, quum dicerem expurgandum vetus fermentum. Quod tamen nolim ita accipi, quaſi jubeam vitari conſuetudinem omnium ſcortatorum hujus mundi. Sed ſi quis dictus frater ſit ejuſmodi, hic adeo vitandus eſt, ut nec cibum cum eo capi velim.* Lyrenſis docte exponit fornicarios hujus
D mundi, *qui communiter*, inquit, *vocantur ribaldi*. O gravem divinæ Scripturæ Interpretem! Si tamen hoc ab illo ſcriptum eſt, ac non potius ab alio quopiam maleferiato adjectum.

15 *Non utique*] Καὶ οὐ πάντως, *Et non omnino*, ſive *in totum*: ut intelligas ab omnibus abſtinendum: ſive, quod placet Ambroſio, ut ſit exponentis, non abſtinendum a fornicariis hujus mundi, ſed a fratribus, hoc eſt, a Chriſtianis fornicariis, inter quos erat is, quem jubet tradi Satanæ, hoc eſt, ejici e contubernio cæterorum Chriſtianorum, quo magis pudore corrigeretur. Nam erant fortaſſis, qui crederent vitandos duntaxat Ethnicos ſceleroſos, Chriſtianos autem non vitandos. Paulus contra jubet vitari fratres, cum Ethnicis non prohibet cibum capere. Ad hunc ſenſum faciunt quæ ſequuntur: *Quid enim mihi de iis qui foris ſunt judicare?* Quanquam, ut ingenue fatear, totus hic ſermo mihi videtur perturbatior, ac Delium aliquem natatorem deſiderans. Præſertim quum mentionem faciat *idololatriæ*, quam veriſimile non eſt tum inter Chriſtianos fuiſſe. Illud opinor non opus eſſe ut admoneam, *commiſceri* hîc non pertinere ad coitum, ſed ad vitæ conſuetudinem.

E 16 *Alioqui debueratis* &c.] ἐπεὶ, id eſt, *quoniam* ſive *quandoquidem*: quod hîc ſubinde transfert *alioqui*, & aliquoties apte, nimirum quoties ſubeſt tacita exceptio, quemadmodum & hîc accipi licet. Nam ſi id fieri non poſſit, abſtinendum omnino a ſcortis omnibus Græcanicis: id ſi non poteſtis, fugiendum potius e tota Græcia. Aut, non in totum veto conſuetudinem cum improbis, alioqui ſi id conemini, fugiendum ſit ex hoc mundo, quum tales nuſquam non ſint. *Debueratis exire*, ὀφείλετε, id eſt, *debetis*: legitur apud Græcos per o parvum, magno ſane Græcorum codicum conſenſu. *Quandoquidem debetis exiſſe*, ſive *exire ex hoc mundo*, quando non convenit commiſceri ſcortatoribus. Duriuſculum eſt quod interpretatur Ambroſius, ſatius eſſe mori & decedere ex hoc mundo, quam habere rem cum ſceleratis: etiamſi Græci interpretantur de relinquenda Græcia, ut ſæpe jam dictum eſt. Si non licet alia ratione effugere commercium ſcortorum & ſcortatorum, ſatius eſt infectam ac peſtilentem relinquere regionem. Verum id non audet ab illis exigere, quod ta-
F men malit. Illud certe exigit, ne commiſceantur, hoc eſt, ne familiarem cum illis agant conſuetudinem, ceu vitiis illorum faventes, & ideo ſequitur, *Nunc autem ſcripſi vobis*, hoc eſt, mitius. Apparet Interpretem & Ambroſium legiſſe ὠφείλετε per ω mega. Cæterum ut & de meo ſuperiorum ſtudiis nonnihil adjiciam, mihi videtur ὀφείλετε hoc loco eſſe ſignum optantis, poſitumque pro εἴθε, id eſt, *utinam*, ſive ô ſi. Additur interdum altera dictiuncula, εἴθ' ὤφελες, & ὡς ὤφελες. Quum per o micron ſcribitur, ὄφελον, optantis eſt, ſine diſcretione perſonæ aut numeri. Alioqui ſi non ſitis temperaturi a commercio talium, utinam potius exiſſetis ex hoc mundo, & quovis exſulatum abiſſetis. Thomas Aquinas pro uno ſenſu multos producit, ut eſt fœcunda ignorantia: quorum primus eſt, *alioqui debueratis ex hoc mundo exiſſe*, hoc eſt, ſi velitis omnium malorum vitare conſuetudinem, profugiendum erat ex hoc mundo, quum mundus undique malis ſit refertus. Alter hic eſt, Nihil erat opus ſuper hac re commoneri, quandoquidem a baptiſmo jam ultro a mundo ſemoti eſtis. Tertius ſic habet juxta Ambroſium: Præſtabat mori quam cum ſceleroſis habere conſuetudinem. Hugo Carrenſis addit quartum, Debebatis ex hoc mundo exiſſe, id eſt, confugiſſe ad religionem, ſic enim appellat vitam Monaſticam. Sed omnium maxime placet Chryſoſtomi interpretatio, ut intelligamus Paulum explicare quid ſenſiſſet, quum litteris ſuis juberet illos fugere commercium & conſuetudinem ſcortatorum, rapacium, & eorum qui ſimulacris immolarent. Id quum perperam intellectum, durius videretur Corinthiis, ait ſeſe non hoc juſſiſſe, ut ab Ethnicis ſceleroſis abſtinerent: quod licet optandum eſſet, tamen fieri non
C poſſet, quum ubique ſceleratorum hominum plena eſſent omnia, ſed quoad liceret ab iſtiuſmodi Chriſtianis abſtinerent: ideoque velut obiter interjicit, *alioqui debueratis ex hoc mundo exiſſe*, hoc eſt, utinam id eſſet quod opto, ut in totum hujuſmodi conſortia poſſitis vitare. Nunc quoniam fruſtra opto, quod fieri non poteſt, illud ſcribo quod ante ſcripſi, ut Chriſtianos tam fœdis vitiis infames arceatis a veſtro contubernio, partim ne ipſi videamini factis illorum aſſentiri, partim ut illi pudore correpti reſipiſcant.

17 *Si is qui frater nominatur*] Hic Latini addunt de ſuo *inter vos*: quæ duo verba non ſunt in Græcis codicibus, nec apud divum Ambroſium, nec in codice Donatiani, nec utroque Conſtantienſi. Jam quanquam ad ſenſum non magni refert, Græce eſt, *ſi quis frater nominatus*, aut *quum frater nominetur*, ut ſubaudias verbum ſubſtantivum *eſt*, aut *fuerit*. Niſi malumus videri participium, verbi vice poſitum, ὀνομαζόμενος pro ὀνομάζεται. Sic enim habebat vetuſtiſſimus codex Paulinus, *ſi quis frater nominatur inter vos fornicator, aut avarus, aut idolis ſerviens*, & cætera: ut *nominatur* adjungatur iis quæ ſequuntur, *ſcortator, idololatra, avarus*. Nam Græci referunt ad ſuperiora. ut intel-
D ligamus eum, qui ſit ejuſmodi probris obnoxius, titulo duntaxat eſſe Chriſtianum, quum Chriſtianiſmus verus ſit innocentia vitæ. Quin & illud expende Lector, utro referenda ſit hæc orationis pars, *ſi is qui frater nominatur*, & cætera, ad ſuperiora: an ab illis abſoluta, pertineat ad ea quæ ſequuntur. Si ad ſuperiora referas, ſupereſt in ordine quod ſequitur, *cum ejuſmodi nec cibum ſumere*. Sin ad inferiora, quomodo corrigit quod ſcripſerat, *ne ſe commiſcerent*, ſi nihil addatur quod ſententiam generalem explanet? An hic quoque fatebimur Paulum ſive imperitia, ſive neglectu Græci ſermonis perturbatius explicare quod ſentit, &, *ſi is qui frater nominatur*, referendum ad id quod præceſſit, *Scripſi vobis non commiſceri, ſi quis frater nominetur ſcortator, aut* & cætera: ac deinde neglecto ſermonis ordine per epitaſin additum, *cum hujuſmodi ne cibum quidem capere*, perinde quaſi dixerit, Hoc ſenſeram, ſi quis Chriſtianus hujuſmodi flagitiis ſit infamis, adeo non oportere cum eo commercium habere, ut ne menſam quidem communem eſſe velim: quod veſtra refert illum corrigi, & periculum ſit ne cæteros exemplo ſuo corrumpat, quum in Ethnico non ſit eadem ratio.

E 18 *Quid enim mihi*] Τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; Id eſt, *Quid enim mea etiam eos qui foris ſunt judicare?* hoc eſt, Quid ad me attinet, ut quum ſatis moleſtum ſit judicare de his quæ ad noſtrum gregem pertinent, de iis etiam feram ſententiam qui ſunt a contubernio noſtro alieni? *Judicare* dixit pro condemnato habere. Habet autem qui vitat hominis conſuetudinem. Quod ſi vitemus Ethnicos, quomodo convertentur ad Chriſtum? ferendi ſunt in hoc ut ſanentur. Et ſi ſalem non admiſceas, quomodo ſalietur quod eſt inſulſum?

19 *Auferte malum*] Καὶ ἐξαιρεῖτε τὸν πονηρὸν. id eſt, *Et tollite ſceleroſum illum*: ut ad hominem referatur, non ad rem, propter additum articulum. Quod annotatum eſt & Auguſtino in Quæſtionibus ſuper Deuteronomium, admonenti hoc ſermonis colore ſolitam uti Scripturam Sacram, quoties jubet de nocente capitis ſupplicium ſumere. Non quod Paulus idem ſenſerit, ſed quod excommunicatio apud Chriſtianos inſtar capitalis ſupplicii ſit. Etiamſi videtur hic locus nonnihil torſiſſe divum Auguſtinum, qui
F viſus eſt adeo abhorruiſſe ab occidendis improbis, ut crebris Epiſtolis obſecret & obteſtetur præfectos Cæſaris, ne capitis ſupplicio afficerent Donatiſtas, qui non ſolum pertinaciſſime ſegregabant ſeſe a conſortio Chriſtianorum, verum etiam crudeliſſimis ſuppliciis in Orthodoxos ſæviebant. Proinde confugit ad hanc interpretationem, ut intelligamus jubere Paulum, ut quiſque malum hominem exuat: juxta illud quod dictum eſt Epheſiis, *Exuite veterem hominem cum actibus ſuis*. Idem contra Epiſtolam Parmeniani libro tertio, capite primo, *malum* interpretatur *malitiam*, quaſi ſcriptum eſſet, τὸ πονηρόν. Sed utrumque coacte, præterque Veterum lectionem ſimul & enarrationem.

1 AUdet aliquis] Τολμᾷ. Nonnunquam ſignificat *ſuſtinet*, aut *poteſt*, quum ſignificamus rem non periculoſam, in qua proprie dicimur *audere*, ſed duram affectibus noſtris & intolerandam atque indignam. Ita Suetonius ad Græcorum imitationem in Cæſare Octavio: *Poſtquam vero pontificatum maximum, quem nunquam vivo Lepido auferre ſuſtinuerat, mortuo demum ſuſcepit*. Idem in eodem aliquanto inferius: *Nam quamvis minime appeteret hereditates, ut qui nunquam ex ignoti teſtamento*

κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων, καὶ οὐχὶ ἐπὶ τῶν ἁ-
2 γίων; Οὐκ οἴδατε, ὅτι οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον
κρινοῦσι; καὶ εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος, ἀ-
3 νάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων; Οὐκ οἴδατε, ὅ-
4 τι ἀγγέλους κρινοῦμεν, μήτιγε βιωτικά; Βιω-
τικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε, τοὺς ἐξουθε-
νημένους ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τούτους καθίζετε.
5 Πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω· οὕτως οὐκ ἔστιν ἐν
ὑμῖν σοφὸς, οὐδὲ εἷς, ὃς δυνήσεται διακρῖναι
6 ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ; Ἀλλὰ ἀδελ-
φὸς μετὰ ἀδελφοῦ κρίνεται, καὶ τοῦτο ἐπὶ ἀ-
κζ 7 πίστων. Ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ἐν ὑμῖν ἐστιν,
ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν· διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον
8 ἀδικεῖσθε; διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε; Ἀλλὰ
ὑμεῖς ἀδικεῖτε, καὶ ἀποστερεῖτε, καὶ ταῦτα ἀδελφούς.
κη 9 Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι ἄδικοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρο-
νομή-

A gotium habens cum altero, judicari 2 sub injustis, & non magis sub sanctis? An nescitis, quod sancti 3 mun- 2 dum judicabunt: & si per vos judicatur mundus, 4 indigni estis minimis judiciis? An nescitis, quod ange- 3 los judicabimus, 5 non tantum ista quæ ad victum pertinent? Proinde judicia siquidem habueritis 6 de iis 4 quæ ad vitæ usum attinent, 7 qui contempti sunt in Ecclesia, 8 eos constituite. 9 Ad erubescentiam vestram 5 dico: 10 adeo non est inter vos sapiens, 11 ne unus quidem, 12 qui possit dijudicare inter fratrem suum & fratrem? 13 Sed frater cum fratre litigat, 14 idque sub 6 infidelibus. 15 Itaque jam quidem omnino delictum in 7 B vobis est, quod lites habetis inter vos invicem: cur non potius injuriam patimini? cur non potius 16 damnum accipitis? Imo vos injuriam facitis, & damno 8 afficitis, 17 idque fratres. An nescitis, quod injusti re- 9
gni

mento capere quicquam sustinuerit, amicorum tamen suprema judicia morosissime pensitavit. Ac rursus in Cæsare dictatore: *Cornelio Phagitæ, cujus quondam nocturnas insidias æger ac latens, ne perduceretur ad Syllam, vix præmio dato evaserat, nunquam nocere sustinuit.* Item aliis compluribus locis comperire licet hoc verbi positum pro *voluit*, aut *potuit*, sive *animum induxit.* Nobis ut in hoc argumento unum atque alterum indicasse locum satis est, ob diffidentem ac morosum Lectorem; nam in eodem sensu reperias hoc verbum, & apud Senecam & Quintilianum & Lucanum. Paulus igitur indicans hoc vehementer pudendum, miratur esse quemquam Christianum, qui possit animum inducere, ut apud Ethnicos judices pro re pecuniaria con- C tendat.

2 *Apud iniquos*] ἐπὶ τῶν ἀδίκων. Magis sonat, *sub injustis*, & *sub sanctis*: ut dicimus *sub tali principe*, & *sub judice*; ut Horatius,

------ *& adhuc sub judice lis est.*

At in judice potissimum requiritur justitia, idcirco accommodam addidit ἐπὶ τῶν, *sub iniquis.* Nisi quod Hebræorum more quævis improbitas ἀδικία dicitur.

3 *De hoc mundo judicabunt*] τὸν κόσμον κρινοῦσιν, id est, *mundum ipsum judicabunt*, pronomen *hoc* non additur nec in codice Donatiani, nec in Constantiensi. *Judicari mundum* dixit, quod e vita sanctorum apparet mundanos errare ac desipere, idque velut explicans subjecit, *si in vobis judicatur mundus.* Nam *judicatur* est præsentis temporis, κρίνεται, non κρινεῖται, consentientibus tum exemplaribus tum Interpretibus Græcis, ut palam intelligas eum loqui de vita Christianorum, quæ utinam hodie ta- D lis esset, ut per eam mundus judicaretur. Nunc ab Ethnicis plerique titulo magis ac ceremoniis, quam affectibus ac vita differimus. Quin & Ambrosium legisse *judicatur* subindicat ejus interpretatio;. *Tunc*, inquiens, *judicatur hic mundus in vobis, si opus perfidorum hominum non inveniatur in vobis.* Theophylactus ut Chrysostomus & legit & interpretatur *judicatur*: & tamen Interpres constanter vertit *judicabitur.* Augustinus tamen legit *judicabitur*, referens ad extremum judicium, quo sancti sedebunt in duodecim thronis, judicaturi duodecim tribus Israël. Nihil autem vetat quo minus hic locus ad utrumque tempus pertineat. Siquidem & nunc *judicatur*, hoc est, condemnatur mundus impius ex innocenti vita piorum: & olim *condemnabitur*, quum piorum & impiorum opera omnia proferentur in apertum. Illud obiter indicandum, *in vobis*, hic dictum Hebræo more, pro *per vos.*

4 *Indigni estis qui de minimis judicetis*] ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων, id est, *indigni estis minimis judiciis*: nam κριτήριον E locus est ubi causæ cognoscuntur. Siquidem alicubi audiebantur causæ capitales, alicubi leviores ac civiles, de mutuo, de commodato, de empto: hæc quæ ad vitæ usum pertinent, vocat *minima.* Græci sic accipiunt hunc locum, Quum sitis judicaturi de mundo, indignum est vos judicari in Gentilium judiciis, quæ hic *minima* vocat præjudicio illo magnifico, quo sancti mundum & Angelos judicabunt. Quanquam sermo Græcus anceps est, potest enim accipi, Indigni estis qui de minimis litigetis aut judicetis, judicaturi & Angelos. Ita Theophylactus & Chrysostomus, ut non sit percontatio negandi vim obtinens, sed asseveratio.

5 *Quanto magis secularia*] Græce est, μήτιγε βιωτικά, id est, *non solum victualia*, aut *quæ ad victum* aut *facultates* sive *ad vitæ usum pertinent.* Nam βίος Græcis tria significat, *vitam*, *victum*, & *facultates* ac *substantiam* qua vivimus: sentit enim lites pecuniarias. Quoniam autem vulgus hominum his rebus deditum est quæ ad victum pertinent, *victus* autem vocabulum complectitur & vestes & domum & cætera vitæ necessaria, Veteres βιω- F τικοὺς appellarunt mundi rebus deditos. Sic apud Suidam in dictione βίος, ex Philone, βιωτικῶν ἀνθρώπων: & Chrysostomus libro tertio *de Sacerdotio*, capite decimo quinto, ἀνθρώπους βιωτικοὺς appellat gloriæ studiosos. Rursus libro quarto, capite primo, militiam, negotiationem, & agricolationem vocat βιωτικά. Et μήτιγε Græcis valere idem quod πόσῳ μᾶλλον, annotavit Hesychius.

6 *Secularia igitur*] Et hic est βιωτικὰ, quasi quæ ad victum & rem domesticam pertinent. Mira est autem in hoc Interprete copiæ affectatio. Quid autem simile *secularibus* & βιωτικοῖς.

7 *Contemptibiles*] ἐξουθενημένους, id est, *contemptos*, & *nihili habitos.*

8 *illos constituite ad judicandum*] καθίζετε anceps est, quippe quod verti poterat *constituite*, vel *constituitis.* Mihi non displicet modus imperandi: ut Apostolus jubeat vel extremis Christianorum id muneris delegari potius, quam ut ad Ethnicos judices eant. Augustinus libro adversus Faustum quinto, capite nono, legit *collocate* pro καθίζετε: etiamsi dissentit Ambrosius aliter explicans hunc locum, quasi videlicet Paulus objurget Corinthios, quod quoslibet hujusmodi negotiis judicandis præficerent. Græcorum scholia, ac nominatim Chrysostomus & Theophylactus mecum faciunt, & magis quadrat ad sensum Pauli. Nec enim illud hic agit, qui constituantur judices in Ecclesia, sed ne Christiani litigent apud impios, & quemvis potius vel contemptissimum, modo Christianum, arbitrum suæ causæ faciant, quam adeant tribunalia impiorum. Non quod ita sentiat faciendum, ut infimis committantur judicia, sed ut declaret quam alterum sit indecorum, dicit hoc citius committendum. Et ideo mox sequitur, *Ad verecundiam vestram dico*, non quod existimem nullos esse inter vos qui sapiant, sed ut istam falsam licet excusationem vobis adimam. Divus Augustinus in libro *de opere Monachorum* ait sese ex hoc Pauli loco cogi ad suscipienda judicia causarum, quum esset Episcopus. Quod recte an secus senserit, non est hujus loci excutere. Nec hoc loco Paulus *Ecclesiæ* nomine proprie designat Sacerdotes, sed cœtum Christianorum hominum, in quo fieri non poterat, quin aliqui forent idonei, qui de levibus negotiis arbitrarentur. In hoc pro me facit Augustinus, quod Paulus senserit tolerabilius esse, causas tam humiles vel infimis ac contemptissimis Christianis delegari, quam agi apud judices profanos & impios. Postremo de deligendis arbitris potissimum loqui videtur Paulus. Si quid parum convenit, per arbitros transigatur, & eos arbitros qui inter vos habentur contemptiores. Quod si hodie placeret Christianis, frigeret rapacissima plerunque Advocatorum, Procuratorum, ac Jureconsultorum turba. *Constituite*, καθίζετε, id est, *collocate*: nam καθίζειν est proprie *collocare in sede*, & judicis est sedere. Mire autem addidit τούτους, ad odium rei.

9 *Ad verecundiam vestram*] Πρὸς ἐντροπὴν, id est, *Ad suffusionem* sive *pudorem*, aptius quam *Ad verecundiam*: & paulo superius vertit *ad confusionem.* Hoc adjecit, significans se non esse loquutum ex animo, quod vellet contemptissimos ad judicandum deligi, sed quod hoc quoque judicaret tolerabilius, quam id quod illi faciebant, litigantes Christiani apud Ethnicos.

10 *Sic non est*] Οὕτως in nonnullis exemplaribus Græcis conjungitur cum proxime præcedenti verbo *dico*, non cum sequentibus: ut sit sensus, Sic loquor, non quod id velim fieri, sed ut intelligatis quam sit indignum quod facitis. Nos tamen diversam lectionem sequi maluimus, ut οὕτως positum sit pro *adeo*, per indignationem. Mirum autem, unde Interpres Theophylacti legat *si* pro *sic*, si tamem locus mendo vacat.

11 *Sapiens quisquam*] οὐδὲ εἷς, id est, *ne unus quidem*, quod est vehementius, quum sitis tam multi.

12 *Qui possit judicare inter fratrem suum*] ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ. Quasi dicas, *in medio fratris.* Et quomodo judicet aliquis inter unum? Proinde clarius erat ac Latinius, *inter fratrem & fratrem*: hoc est, inter Christianum & Christianum. Illud obiter subindicatur, non opus esse magna juris subtilitate inter Christianos, inter quos ipse fraternus affectus facile vel remittit noxam, vel componit negotium.

13 *Frater cum fratre judicio contendit*] κρίνεται, id est, *judicatur.* Quod tamen non ineleganter vertas *litigat*, sive, ut hic, *judicio contendit.*

14 *Et hoc apud injustos*] ἐπὶ τῶν ἀδίκων, id est, *sub injustis*, ut modo indicavimus, aut, ut in plerisque legimus, ἐπὶ τῶν ἀπίστων, id est, *sub incredulis*: atque ita legit & interpretatur Chrysostomus & Ambrosius. Neque enim Apostolus ideo deterret a judiciis Ethnicorum, quod sint injusti, sed quod indecorum sit, ad illorum tribunalia ob levissimas causas ultro currere.

15 *Jam quidem omnino delictum est*] Non est Græce παράπτωμα, sed ἥττημα, quod significat aliquem esse victum & superatum. Victus videtur ab iracundia aut avaritia, qui ob pecuniolam litem movet fratri. Ad hunc modum exponunt Græca scholia. Porro *inter vos* melius reddidit Interpres, quam refert Augustinus libro adversus Manichæum quinto, capite nono: *Quod judicia habetis vobiscum*: quum Græce sit μεθ' ἑαυτῶν. Latine dicimus, *litigat cum illo*: at non item *litigant secum*, pro eo quod est, *litigant inter sese.*

16 *Fraudem patimini*] ἀποστερεῖσθε, id est, *damno afficimini*, aut *fraudamini.* Nam *fraus* aliquando non pro dolo, sed pro damno ponitur.

17 *Et hoc fratribus*] Poterat Interpres incolumi Grammatica vertere sic, *injuria afficitis & fraudatis, atque id fratres.* Nec est quod mutes *& hoc*, καὶ ταῦτα, in *& hæc*: quasi hac via

νομήσουσι; Μὴ πλανᾶσθε· οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε
10 ἀρσενοκοῖται, Οὔτε κλέπται, οὔτε πλεονέκται, οὔτε μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες, βασι-
11 λείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. Καὶ ταῦτά τινες ἦτε, ἀλλὰ ἀπελούσασθε, ἀλλὰ ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ
κθ 12 ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει· πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐκ ἐγὼ ἐξουσιασθήσομαι ὑπό τινος.
13 Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν· ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει· τὸ δὲ σῶμα οὐ τῇ πορνείᾳ, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ, καὶ ὁ Κύ-
14 ριος τῷ σώματι. Ὁ δὲ Θεὸς καὶ τὸν Κύριον ἤγειρε,
λ 15 καὶ ὑμᾶς ἐξεγερεῖ διὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. Οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν μέλη Χριστοῦ ἐστιν; Ἄρας οὖν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, ποιήσω πόρνης μέλη; Μὴ
16 γένοιτο. Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, ἓν σῶμά ἐστιν; Ἔσονται γὰρ, φησιν, οἱ
17 δύο εἰς σάρκα μίαν. Ὁ δὲ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἓν
λα 18 πνεῦμά ἐστι. Φεύγετε τὴν πορνείαν· πᾶν ἁμάρτημα, ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν· ὁ δὲ
19 πορνεύων, εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει. Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι τὸ σῶμα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἐστὲ
20 ἑαυτῶν; Ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς· δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν, ἅτινά

gni Dei hæreditatem 18 non consequentur? Ne erretis: 19 neque scortatores, neque cultores simulacrorum, neque adulteri, neque molles, neque qui concumbunt cum masculis, Neque fures, neque avari, 10
neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regni Dei hæreditatem accipient. 20 Atque hæc eratis qui- 11
dam, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis per nomen Domini Jesu, & per Spiritum Dei nostri. Omnia mihi licent, at non omnia conducunt: 12
21 omnium mihi potestas est, at ego non redigar sub ullius potestatem. 22 Escæ ventri destinatæ sunt, & 13
venter escis: Deus autem & hunc & illas abolebit: corpus vero non stupro, sed Domino, & Dominus corpori. Deus autem & Dominum suscitavit, & vos 14
suscitabit per potentiam suam. 23 An nescitis, quod 15
corpora vestra membra sunt Christi? Num igitur tollens membra Christi, faciam scorti membra? Absit. An nescitis, quod 24 qui adglutinatur scorto, unum cor- 16
pus est? 25 Redigentur enim, inquit, duo in carnem unam. At qui adglutinatur Domino, unus spiritus est. 17
Fugite scortationem: omne peccatum, quodcumque 18
fecerit homo, extra corpus est: sed qui scortatur, in proprium corpus peccat. An nescitis, quod corpus ve- 19
strum templum est habitantis in vobis Spiritus sancti, quem habetis a Deo, & non estis ipsi vestri juris? 26 Nam empti estis pretio: 27 glorificate jam Deum 20
in corpore vestro & in spiritu vestro, quæ sunt Dei.
1 Cæ-

subventum sit Latinitati, quemadmodum vult Stapulensis: quandoquidem Latinus sermo, qui recipit loquendi formam, numerum pluratívum non recipit, nisi sit nomen ejusdem numeri: ut *Multa abegerunt pecora, eaque insignia*. Etiamsi Græcam eloquutionis formam videtur expressisse semel Suetonius in Tiberio Cæsare capite vigesimo secundo: *Quos codicillos dubium fuit, Augustus ne moriens reliquisset, quo materiam tumultus post se subduceret, an nomine Augusti Livia, & ea conscio Tiberio an ignaro dictasset*, & cætera. Nisi mavis *&* *ea* referre ad Liviam, pro *eaque*, quemadmodum dicimus, *isque*.

18 *Non possidebunt*] βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι, id est, *non sortientur sortem*, sive *hereditatem regni Dei*: hoc est, non continget illis regnum Dei.

19 *Neque fornicarii*] οὔτε πόρνοι, id est, *scorta*, sive *scortatores*. Opinor Interpretem consuluisse verecundis auribus, quod *scortum* apud Latinos vocabulum sit obscœnius, dictum a pellibus. Ac mox, ἀρσενοκοῖται, rem per se fœdissimam quam potuit minime fœde significavit. Siquidem *concumbunt* & qui in eodem dormiunt lecto, etiamsi nihil peccent. Illud admiror, cur Faber Stapulensis hoc loco maluerit *cinædi* vocabulum, non solum obscœnum, verum etiam aliud exprimens, quam Paulus senserit. Siquidem *cinædi*, ni fallor, dicuntur, qui turpiter obsecundant, olim ita vocati, qui fœdo parumque virili corporis motu gesticularentur saltitarentque, sive quod ad cantum moverent effœminate corpus, sive quod irritarent moverentque pudendas corporis partes, παρὰ τὸ κινεῖν τὰ αἰδοῖα, sive quod vacarent pudore, quasi κενοὶ αἰδοῦς. Certe vitari non potest, quin si *cinædus* non est proprium catamytorum vocabulum, saltem commune sit ad utcunque effœminatum.

20 *Et hæc aliquando quidem*] Καὶ ταῦτά τινες ἦτε, id est, *Et hæc quidam eratis*: ut intelligas quosdam ex illis tales fuisse, non omnes, quemadmodum annotavit Valla. Neque enim consentaneum est omnes fuisse fures, aut adulteros, aut masculorum concubitores, etiamsi idololatriæ vitium omnibus fuit commune. Nam furtum & adulterium apud Græcos etiam legibus puniebatur. Nisi malumus ταῦτα positum pro τοιοῦτο, & τινὲς additum juxta proprietatem Græci sermonis, ut & alias sæpenumero apponitur, ut sit sensus, Hujus generis homines fuistis. Quanquam magno consensu Latini codices, quos ego sane viderim, scriptum habent *quidem*, ut sit conjunctio. Atque ita legit Augustinus. Quin & Theophylactus sic interpretatur, quasi pro τινὲς legisset μὲν, quasi ad omnes hic sermo pertineat, quum in contextu sit τινὲς, non μὲν: nisi malumus hoc Interpreti imputare. Chrysostomus legit τινὲς, sed hanc particulam in enarrando dissimulat. Ambrosius tamen legisse videtur *quidam*, quum commentarii vice adscribit, *ne omnibus hoc adscribere videretur: ac certe omnes ab his criminibus immunes faceret, si taceret. Prohibuisse enim videbatur, non revelasse crimina illorum: idcirco sic ait, Et hæc quidem fuistis*. Hactenus ille. Quomodo autem ex Pauli verbis apparet eum non omnibus hæc tribuere, nisi legamus *quidam*? Proinde verisimile est, Librariorum errore, *quidam* mutatum in *quidem*. Divus Irenæus libro quinto semel atque iterum adducens hunc locum legit *quidam*: quæ dictio fuerat in prioribus libris per Librarios depravata, quum viderent eamdem sæpius repeti, reliquerunt.

21 *Omnia mihi licent, sed ego sub nullius*] Græcorum verborum jucundam allusionem Interpres servare non potuit, ἔξεστι & ἐξουσιασθήσομαι, id est, *licet*, & *in potestatem redigar*. Eam nos utcunque retulimus ad hunc modum, *omnium mihi potestas est, at ego non redigar sub ullius potestatem*.

22 *Esca ventri*] *Esca* dicendum in plurali numero, sicut paulo post, *venter escis*. Tum *& hunc & has* dicendum erat. Ita ferme citat Hieronymus in Epistola ad Amandum, & Græca sic habent, ut ille citat. Codex Donatiani habebat, *& hunc & has destruet*. Nec hoc ita magni refert, nisi quod multitudinis numerus hoc loco magis congruit, quum de generibus ciborum agat, non simpliciter de cibo. Exemplar Constantiense scriptum habebat, *& hunc & hæc*: quasi legisset, βρώματα. Videtur autem verbum aliquod subaudiendum, in *Esca ventri*, *& venter escis*, ut paulo post, *corpus autem non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori*, nimirum *destinata est*, aut *dicata est*. Consimili forma sermonis in Epistola ad Romanos capite septimo significavit mulierem viro dicatam ac propriam: *Adultera*, inquiens, *vocabitur, si fuerit alteri viro*: sic enim habet Græcus sermo, quo scripsit Paulus. Et haud scio, an juxta proprietatem sermonis Hebræi dicatur alicui esse, quod ad illum pertinet, & illius bono destinatum est.

23 *An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt*] Græce non est μέλη, sed σώματα, id est, *corpora*. Atque ita legit simul & interpretatur Chrysostomus ac Theophylactus: itaque citat Hieronymus adversus Jovinianum libro secundo, nec aliter legit Ambrosius. Nostri codices magno consensu priore loco habent, *Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi*: posteriore, *An nescitis, quoniam membra vestra templum est Spiritus sancti*. Porro quod *templum* dicit, non *templa*, aut numerus positus est pro numero, aut quoniam de pariter collecto Ecclesiæ corpore loquitur, magis conveniebat *templum* quam *templa*, ut indicat & ille.

24 *Qui adhæret meretrici*] ὁ κολλώμενος. Quasi dicas, *qui adglutinatur*. Idque concinne quadrat cum eo quod sequitur, *unum corpus efficitur*. Est ἐστὶ apud Græcos, *est* pro *efficitur*: quod est vehementius.

25 *Erunt enim duo in carne una*] εἰς σάρκα μίαν, id est, *in carnem unam*. Atque ita legit divus Hieronymus in libello ad Gerontiam *de Monogamia*: id quod palam est ex eo quod apud eum sequitur, *non in duas, nec in tres*. Porro juxta proprietatem Hebraici sermonis nihil aliud est, *Erunt duo in carnem unam*, quam e duobus fiet velut unus homo. Citatur ad eumdem modum in libris adversus Jovinianum, nec semel apud Tertullianum.

26 *Empti enim estis pretio magno*] *Magno* a nostris additum est, Ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς, id est, *Empti enim estis pretio*. Nam hoc tantum hîc agit, eos non esse sui juris, quum sint empti, & empti pretio, nimirum jam illius facti a quo empti sunt. Atque eum in modum adducit hunc locum Chrysostomus Homilia in Matthæum quinquagesima quinta. Nec aliter legit in Commentariis. Quum hanc lectionem Theophylactus proponat, & enarrans iterum atque iterum repetat, tamen Interpres ubique vulgatam nostram inculcat Editionem, ne dicam Scribarum depravationem. Neque tamen consequens est, ut si Interpres dixisset *pretium fuisse magnum*, idcirco *magnum* scripserit Apostolus: nunc *pretium* repetit, nec addit *magnum*. Ambrosius adducens sententiam hanc ex capite proxime sequenti, libro *de Cain & Abel* secundo, capite tertio, non addit *magno*. Rursus in Epistolarum libro secundo, capite secundo: ac mox proximo capite Paulus eamdem sententiam totidem verbis inculcat, licet ordine verso, Τιμῆς ἠγοράσθητε, *Pretio empti estis*. Neque secus adducit Origenes Homilia in Exodum sexta. Cæterum de magnitudine pretii adjectum apparet ex Epistola divi Petri priore capite primo, *non corruptibilibus auro vel argento*, & cætera. Qui mutavit scripturam videtur offensus absurditate sermonis, quasi quicquam ematur absque pretio, eoque, *pretio*, superesse, nisi addas *magno*. Atqui *pretio* additum facit ad emphasim juris Dominici, in cujus jus toti transivimus redempti a jure Diaboli, idque præsenti pretio. Cæterum quum in proximo reperisset eamdem sermonis formam, non ausus est mutare scripturam.

27 *Glorificate, & portate Deum*] Græcis non additur *portate*, sed

VII. 1 ἅτινά ἐστι τοῦ Θεοῦ. Περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι, Καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι. Διὰ δὲ τὰς πορνείας, ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω. Τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί. Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνήρ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνή. Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἐὰν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ· καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχησθε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν. Τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ'

1 Cæterum de quibus scripsistis mihi, 2 Bonum est homini 3 uxorem non attingere. Attamen 4 propter stupra vitanda, 5 suam quisque uxorem habeat, & suum quæque virum habeat. 6 Uxori vir debitam benevolentiam reddat, similiter autem & uxor viro. Uxor proprii corporis jus non habet, sed maritus: similiter & maritus proprii corporis jus non habet, sed uxor. 7 Ne fraudetis vos invicem, 8 nisi si quid ex consensu pro tempore 9 ut vacetis jejunio & precationi: 10 & rursum in unum conveniatis, ne tentet vos Satanas 11 propter intemperantiam vestram. Hoc autem dico 12 juxta indulgentiam, non juxta præceptum. 13 Nam

sed additur quod Latini non habent, καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν, id est, *& in spiritu vestro*. Theophylactus exponens hunc locum, de portando nullum facit verbum, de spiritu seorsim ac nominatim interpretatur. Idem facit Chrysostomus. Quanquam in Editione Veronensi aliquis addidit ἄρα τε, sed sermone non cohærente. Sic enim legitur, δοξάσατε δὴ, ἄρα τε τὸν Θεόν. Item illud, ἅτινά ἐστι τοῦ Θεοῦ, id est, *quæ sunt Dei*: ut referatur simul ad corpus & spiritum, quorum utrumque Deo dicatum sit. Cæterum utraque vox, σῶμα & πνεῦμα, Græcis neutri generis est. Nam & hanc particulam separatim exponit Theophylactus: atque ad eumdem modum & legit & interpretatur Chrysostomus. Quanquam magno consensu discrepant Latinorum & codices & Interpretes.

1 *De quibus autem scripsistis mihi*] Sermo quidem est inabsolutus, verum hic loquendi color haud est insolens etiam apud Latinos. Nam sensus est, Ut de his, quæ scripsistis mihi, respondeam.

2 *Bonum est mulierem*] Hic est unus locus, opinor, in quo conveniebat addere conjunctionem μὲν, quæ respondeat δέ. Verum id Paulo frequentissimum, quum hoc argumento colligat Hieronymus, Paulum parum bene calluisse Græcum sermonem.

3 *Mulierem non tangere*] Rectius hic erat *uxorem*. Quandoquidem Græca vox γυναικὸς ambigua est. Deinde *tangere*, ἅπτεσθαι, juxta proprietatem Græcanici sermonis sæpenumero significat non manu contingere, sed habere cum aliquo negotium sive commercium. Proinde μὴ ἅπτεσθαι γυναικὸς nihil aliud sonat, quam si dicas, *Bonum est abstinere ab uxore*: hoc est, non ducere uxorem. Etiamsi divus Hieronymus adversus Jovinianum studio torquet hoc verbum ad simplicem contactum, velut in ipso contactu quoque periculum sit, non solum in coitu. Id quod fortasse concedendum est in Divinis Litteris, quoties aut hortamur, aut consolamur, aut deterremus, aut ludimus. In disputatione seria nolim id fieri, etiamsi hoc vel in primis sibi permittit Hieronymus, idque factum defendit exemplo Pauli, apud quem ait pugnare testimonia, quæ suis locis non pugnant. Verum ab iis interim periculum est, quibus mos ex quocunque libro quatuor aut quinque verba decerpere ac velut ex oraculo proferre, haud perpendentibus quid præcesserit, quid consequatur, cum quo agatur, quid agatur, quorsum & quo animo dictum sit. Quid quod ea quæ sequuntur palam indicant hunc esse sensum, *Propter fornicationem autem*, & cætera. Optimum erat non ducere uxorem: cæterum qui metuit ne labatur in stuprum, ducat potius, & suam habeat citius quam alienam. Jam illud, quamvis non est proprium hujus instituti, tamen obiter admonuisse profuerit, *bonum* hic accipi pro commodo, non autem ut opponatur vitio, quemadmodum passim dicitur, *bono fuisse* quod profuit, & *malus bello* dictus est Horatio, qui bello sit inutilis. Neque enim hoc quærebatur a Corinthiis, opinor, an fas esset uxorem ducere, sed an expediret eo rerum statu matrimonii vinculis illigari. Hieronymus autem pugnans adversus eos, qui matrimonio plus satis tribuebant, ita ratiocinatur. Si bonum est non tangere uxorem, malum igitur est tangere: quum bono malum sit contrarium. Hanc ratiocinationem ita refellit Augustinus, qui legerat Aristotelis categorias, ut dicat quædam esse indifferentia, quæ nec bona sint nec mala, veluti nasum emungere, aut salivam jacere. Quum enim is in matrimonio tria constituerit bona, non passus est ullam mali mentionem, eoque *bonum* ait hic accipi pro melius: ne quis turpe putet uxorem ducere, quasi bonum pugnet cum turpi. Quod si in verbis Hieronymi *malum* & *bonum* utrobique consimiliter sumantur, recte procedit illius argumentatio, juxta propositam a Corinthiis quæstionem. Si commodum est non ducere uxorem ob sarcinas curarum, ob vincula affinitatum, incommodum est igitur ducere. Perinde ut si quis rogatus, num bonum esset sibi longum iter ingressuro, latrociniis obnoxium, tollere pecuniam, responderet, bonum est pecuniam non tollere, recte consequeretur, malum esse tollere. Nam quod hic opponitur bono, Paulus paulo post vocat tribulationem, sive afflictionem carnis. Nec dicit simpliciter, *bonum est sic manere ut ego sum*, sed *bonum est ob urgentem necessitatem*. Proinde non quod pro tempore proque præsenti bonum est, id protinus simpliciter bonum est. Ætate Pauli, quum inter innumeros Ethnicos perpauci essent Christiani, fortasse commodius erat abstinere a matrimonio: nunc mutatis rebus haud scio, an magis expediat sanctum connubium & immaculatum torum sancte pureque colere, etiam Sacerdotibus, si qui non continent, quando horum tam ingens ubique numerus est, rursus tanta raritas caste viventium. Quod igitur hæc nonnihil torquet Hieronymus, victoriæ datum est: præsertim quum ille plurimum interesse putet, docendus sit aliquis, an vinciendus: initiandus, an illaqueandus. Cæterum quæ hic argutatur Augustinus, ut vera sint, certe ad Pauli sensum mihi non videntur proprie facere.

4 *Propter fornicationem*] διὰ δὲ τὰς πορνείας, id est, *propter fornicationes autem*, sive *scortationes*. Quanquam hoc nihil ad sensum, nisi forte numero multitudinis innuit diversas libidinis species.

5 *Suam uxorem habeat*] ἐχέτω: quod verbum apud Græcos plane imperativi est modi. Verum non est quod id nos commoveat, nec est cur interpretemur *habeat*, habere liceat: quum id dicatur iis, qui se non possunt a consuetudine mulierum cohibere: non omnibus. Atque his sane, qui sibi permissuri essent scortationem, aut fœdius aliquod libidinis genus, imperat ut potius ducant uxorem. Quod si hoc loco perpetuo ἄνδρα vertisset *maritum*, & γυναῖκα *uxorem*, plusculum lucis accessisset sermoni. Nam voces apud Græcos ambiguæ sunt. Argutatur hoc loco Valla de pronomine *suum* & *suam*, quæ non arbitratus sum operæ pretium adscribere.

6 *Uxori vir debitum reddat*] Græce sic est, τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω, id est, *debitam benevolentiam reddat*: ut rem parum verecundam verecunde notaret. Quanquam secus legunt Ambrosius & Hieronymus. Omnino coitum significat, & ideo texit verbis, quod oportebat intelligi. In uno duntaxat codice pro εὔνοιαν, id est, *benevolentiam*, scriptum reperi τιμὴν, id est, *honorem*: exponentibus ad eum modum & Commentariis qui Chrysostomo inscribuntur, sed titulo mihi suspecto. Proinde quoniam variat Græcorum scriptura, in conjecturam adducor a Paulo scriptum fuisse τὴν ὀφειλὴν, id est, *debitum*: quod deinde sive casu, sive quo verecundior esset oratio, quispiam mutarit in ὀφειλομένην εὔνοιαν. Quanquam ad eum modum legit & interpretatur Theophylactus, nullam coitus faciens mentionem. Prius quam adornarem hanc quintam Editionem, nactus sum codices Græcos fidei melioris. In his contextus habet, τὴν ὀφειλομένην τιμὴν, id est, *debitum honorem*: atque item commenti limen, sed in medio ὀφειλὴν, quum ait, διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὀφειλὴν τὸ πρᾶγμα ἐκάλεσεν, id est, *eoque negotium hoc appellavit debitum*. Cæterum de honore nullam facit mentionem. Et Chrysostomus huc deflectit enarrationem, quasi Paulus his verbis commendarit fidem & castitatem conjugalem, ne vel hic vel illa cuiquam sui corporis copiam faciat, nisi uni cui debetur ex fide matrimonii. Et quum in cæteris utriusque Testamenti litteræ multum auctoritatis tribuant viro, in hoc pares ostendit, quod maritus æque atque uxor non possit alii cuiquam facere corporis sui copiam: quod quidem attinet ad usum connubialem. Hæc quidem vere dicuntur, sed vel ea quæ sequuntur declarant Apostolum de coitu conjugali sentire: *Nolite fraudare invicem, nisi ex consensu*. Nam ut interpreteris, *Nolite fraudare*, pro Nolite alii corporis vestri copiam facere: quî quadrat quod sequitur, *nisi ex consensu?* An ex consensu licebit adulterium committere? Hoc igitur in loco castigatior est Latina Editio.

7 *Nolite fraudare*] Μὴ ἀποστερεῖτε, id est, *Ne fraudetis*. Fraudamus autem proprie, quum subtrahimus rem debitam, sicut frustramur re sperata.

8 *Ni forte ex consensu*] Non est Græce *forte*, sed εἰ μή τι ἄν. Verum Interpres exprimere voluit conjunctionem expletivam ἄν, idque non inepte: sed τὶ quoque diminuit, *nisi si quid fiat ex consensu*. Sensit Apostolus Corinthiis in libidinem pronioribus non esse tutum sæpius aut diutius secubare, eoque multis modis adstringit hanc confessionem, *nisi si quid* & *ex consensu* & *orandi causa* & *ad breve tempus fiat*.

9 *Ut vacetis orationi*] Græcus addit τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ, id est, *jejunio & orationi*: quæ duo conjungit & divus Hieronymus: licet Chrysostomus, & hunc sequutus Theophylactus, enarrans hunc locum, *jejunii* nullam faciant mentionem: quanquam in textu additur νηστείᾳ, non taciturus si legisset. Idem annotavit emphasim hujus verbi σχολάζητε. Non enim dixit *oretis*, sed *vacetis precationi*: quod ea res desideret animum ab omnibus mundanis curis vacantem. Atqui *vacandi* verbum non perinde congruit *jejunio*.

10 *Revertimini in idipsum*] ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχησθε, id est, *ad idem*, sive *in unum congrediamini*, sive *conveniatis*, ut intelligas eos ante fuisse separatos thalamis. Græcis enim *in idem venire* dicuntur, qui conveniunt in eumdem locum, sive qui consentiunt, hoc est, in eamdem eunt sententiam, velut in hujus Epistolæ capite undecimo: *Convenientibus vobis in unum*, Συνερχομένων ὑμῶν εἰς τὸ αὐτό. Quod hic vertit *in idipsum*, illic transtulit *in unum*. Mirum autem, quod sequutus exemplar Augustinus Epistola centesima nonagesima nona legit, *& iterum ad idipsum estote*. Exstat eadem lectio Homilia quinquagesima, de mixtis argumentis; ac rursus libro contra Faustum quinto capite nono. Quin & apud Origenem sic adducitur Homilia in Numeros vigesima tertia. Fortasse legerunt γίνεσθε.

11 *Propter incontinentiam*] διὰ τὴν ἀκρασίαν, id est, *propter intemperantiam*: tametsi minimum interest.

12 *Secundum indulgentiam*] Quidam Græci codices habent, κατὰ συγγνώμην, id est, *secundum ignoscentiam* seu *veniam*. Quidam habent, κατὰ γνώμην, id est, *juxta consilium*, sive *senten-*

7 κατ' ἐπιταγήν. Θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώπους εἶναι, ὡς καὶ ἐμαυτόν· ἀλλ' ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ Θεοῦ,
λδ 8 ὃς μὲν οὕτως, ὃς δὲ οὕτως. Λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις, καλὸν αὐτοῖς ἐστιν, ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀ-
9 γώ. Εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν· κρεῖσ-
λε 10 σον γάρ ἐστι γαμῆσαι, ἢ πυροῦσθαι. Τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω, οὐκ ἐγὼ, ἀλλὰ Κύριος, γυ-
11 ναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι· Ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω·
12 καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι. Τοῖς δὲ λοιποῖς ἐγὼ
λϛ λέγω, οὐχ ὁ Κύριος, Εἴ τις ἀδελφὸς γυναῖκα ἔχει ἄπιστον, καὶ αὐτὴ συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτοῦ, μὴ ἀ-
13 φιέτω αὐτήν. Καὶ γυνὴ, ἥτις ἔχει ἄνδρα ἄπιστον, καὶ αὐτὸς συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτῆς, μὴ ἀφιέτω αὐτόν.
14 Ἡγίασται γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικὶ, καὶ ἡγίασται ἡ γυνὴ ἡ ἄπιστος ἐν τῷ ἀνδρί· ἐπεὶ ἄρα τὰ
15 τέκνα ὑμῶν ἀκάθαρτά ἐστι, νῦν δὲ ἅγιά ἐστιν. Εἰ δὲ ὁ ἄπιστος χωρίζεται, χωριζέσθω· οὐ δεδούλωται ὁ ἀδελφὸς ἢ ἡ ἀδελφὴ ἐν τοῖς τοιούτοις, ἐν δὲ εἰρήνῃ κέκλη-
16 κεν ἡμᾶς ὁ Θεός. Τί γὰρ οἶδας γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; ἢ τί οἶδας ἄνερ, εἰ τὴν γυναῖκα σώσεις;
17 Εἰ μὴ ἑκάστῳ ὡς ἐμέρισεν ὁ Θεὸς, ἕκαστον ὡς κέκληκεν ὁ Κύριος, οὕτως περιπατείτω, καὶ οὕτως ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις

A 13 Nam velim omnes homines esse, ut & ipse sum: sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius autem sic. 14 Dico autem inconjugatis & 8 viduis, bonum eis est, si manserint ut & ego. Quod si se 9 non continent, contrahant matrimonium: 15 nam satius est matrimonium contrahere, quam uri. 16 At 10 conjugatis præcipio, non ego, imo Dominus, uxor a viro ne separetur: Quod si separata fuerit, maneat in- 11 nupta, aut marito reconcilietur: & maritus uxorem ne dimittat. 17 Reliquis autem ego dico, non Domi- 12 nus, Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc assentitur ut habitet cum illo, ne dimittat eam. Et 13 B mulier, quæ habet maritum infidelem, & is assentitur ut habitet cum ea, ne dimittat illum. Sanctificatus est 14 enim maritus incredulus 18 per uxorem, & sanctificata est uxor incredula per maritum: alioqui filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Quod si in- 15 credulus discedit, discedat: non est servituti subjectus frater aut soror in hujusmodi, sed in pace 19 vocavit nos Deus. Quî namque scis mulier, an maritum sis 16 servatura? aut quî scis vir, an uxorem sis servaturus? 20 Utcumque fuerit, unusquisque ut ipsi partitus est 17 Deus, unusquisque ut illum vocavit Dominus, ita am-

tentiam: quasi dicat, dico meam sententiam, & quod mihi videtur optimum factu, non autem præcipio. Quanquam συγγνώμη appositius ad ἐπίταγη est, *venia* ad *imperium.* Imperium C exigit, venia concedit nonnihil præter jus. Indulget enim hoc Paulus illorum fragilitati. Augustinus non dubitat ex hoc loco asseverare, coitum cum uxore restinguendæ libidinis causa initum non vacare culpa, licet venialis sit, excusante videlicet matrimonio.

13 *Volo autem omnes vos esse sicut meipsum*] Græci γὰρ habent, non δέ. Exponit enim quid dixerit *secundum indulgentiam:* alioqui vellem, inquit, omnes qui habent uxores in totum abstinere ab illis. Vel ex hoc loco conjicere licet, Paulo fuisse conjugem, posteaquam de conjugatis agens sui facit mentionem.

14 *Dico autem non nuptis*] ἀγάμοις, *innupiis* erat apertius, vel potius *cœlebibus*, aut *inconjugatis.* Nam articulus indicat hoc viris dici, τοῖς ἀγάμοις, id est, *iis qui cœlibes sunt.* Quanquam nihil vetat quo minus ad utrumque sexum referatur. Et Theophylactus articulum addidit fœmineum, ταῖς ἀγάμοις, ut alterum D ad virgines pertineat, alterum ad viduas. Quæ cœlibes sunt, dici possunt ἄγαμοι: at non possunt semel expertæ nuptias. Apparet autem id a studioso quopiam factum esse, quo Paulo vindicaret laudem virginitatis. Nam τοῖς habet Chrysostomus: neutrius autem interpretatio facit ullam virginum aut virginitatis mentionem. Ipse vero sermonis tenor suadet, ut intelligamus Apostolum hic de viris viduis ac mulieribus viduis agere, aut certe, de viris qui quocunque modo cœlibes erant, sive morte conjugis, sive quod nunquam tentassent matrimonium. Nam mulierem probam, si cœlebs sit, oportet aut viduam esse aut virginem. Primum Apostolus hortatur conjugatos, ut qui in totum abstinere non possunt, precandi gratia interdum a congressu temperent, sed ex consensu. A conjugatis transit ad cœlibes conjugium expertos, quos hortatur ne repetant matrimonium. Hinc redit ad conjugatos, multa præcipiens de divortio & matrimonio impari. Post hæc venit ad virgines fœminas. Tandem mixtim disserit E de viduis, de conjugatis, & virginibus. *Reliquum est, ut qui habent uxores,* & cætera, ad conjugatos pertinet. *Qui sine uxore est,* & cætera, ad cœlibes pertinet. *Et mulier innupta & virgo,* ad viduas & virgines pertinet. Quam ante vocavit χήραν, hic appellat ἄγαμον: quemadmodum prius viros viduos dixit ἀγάμους. Atque ita miscet disputationem hujus capitis. Porro sui mentionem facit duobus locis. Hortatus enim conjugatos ad spontaneam continentiam, quam tamen non audet exigere, subjicit: *Volo autem omnes vos esse sicut meipsum.* Mox de viduis viris ac viduis fœminis loquutus, addit, *bonum est illis, si sic permanserint sicut ego.* Nec absurdum est utrobique fieri mentionem Apostoli. Hortatur enim omnes ad exemplum suum, qui sive habebat uxorem, eam verterat in sororem, & habebat tanquam non habens, sive jam erat defuncta, utroque modo liber erat a sollicitudine conjugii. Nam quod hîc dicit, *Volo vos omnes esse sicut meipsum,* post velut explanans dicit, *Volo vos sine sollicitudine esse.* Itaque quod conjugatis & viduis dicit, *Volo vos esse sicut ego sum,* non F est necesse ut accipiamus, Apostolum optare, ut qui duxerant uxores, fierent cœlibes: sed ut, quod ipse fortasse fecerat, uxores verterent in sorores: atque hac ratione sibi pararent otium ad serviendum Domino. Nec consequitur ideo Paulum fuisse viduum, quod cupit eos esse sicut erat ipse. Nam etiamsi Paulus non fuisset viduus, tamen erat in ea libertate, quam habent vidui. Ad hanc tuendam illos adhortans, admonet ut in libertate sua perseverent. Exemplum igitur, ad quod invitat Paulus, non est situm in conditione seu vitæ statu, sed in tranquillitate, quam præstat continentia. Cæterum ubi sine controversia de virginibus loquitur, nullam facit sui mentionem. Nam quod præfatus se de virginibus præceptum Domini non habere, subjungit, *bonum est homini sic esse;* sic non refertur ad Paulum, sed ad statum præsentem. Et si referretur ad Paulum, non statim sequeretur eum fuisse virginem: nihilo magis quam sequitur illum conjugatum ac viduum, quod hos invitat ad imitationem sui. Quod enim erat in Paulo, & maritis & viduis & virginibus poterat esse commune.

Ex hoc itaque loco quanquam non potest evinci, Paulum fuisse maritum, aut viduum, aut virginem, tamen probabilius alterum e duobus illis prioribus colligitur, quam tertium. Res autem indigna est contentione.

15 *Melius est nubere quam uri*] κρεῖττον γάρ ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι. *Nubere* Græcis ambiguum est verbum, γαμῆσαι, quod significat & *nubere viro,* & *ducere uxorem.* Nam hæc sententia ad utrosque pertinet, viros ac mulieres. Ideo quod ante dixit, *innuptis* & *viduis,* pro *innuptis* in quibusdam Græcis codicibus est τοῖς ἀγάμοις, addito articulo masculino. Ita tamen ut sub uno genere sexum utrumque intelligas, quanquam, ut modo dictum est, nonnulli codices habent ταῖς: ita tamen ut mox redeat ad masculinum genus, καλὸν αὐτοῖς ἐστιν, id est, *bonum est eis.* Et κρεῖττον non proprie *melius* est, sed *potius* ac magis eligendum. Porro πυροῦσθαι, id est, *uri,* demiror cur quidam contra omnium Veterum opinionem exponant de igni gehennæ, quum hic palam de libidinis loquatur incendio, molestiaque corporis non se continentis.

16 *His autem quæ matrimonio juncta sunt*] γεγαμηκόσι Græcis quidem est masculini generis, sed ita ut fœmininum quoque complectatur: id quod sequentia declarant. Proinde nos vertimus, *Conjugatis autem:* ut ad virum simul ac mulierem pertineat. Atque adeo in pervetustis exemplaribus, nominatim in eo quod exhibuit Bibliotheca Collegii divi Pauli apud Londinum, scriptum reperi genere masculino, *His autem qui matrimonio juncti sunt.* Tum Augustinus explanans sermonem Christi in monte habitum citat genere masculino: *His qui sunt in conjugio, præcipio, non ego, sed Dominus.*

17 *Nam cæteris dico*] Augustinus indicat hoc pertinere ad impari matrimonio junctos.

18 *Per mulierem fidelem, per virum fidelem*] ἐν τῇ γυναικὶ, ἐν τῷ ἀνδρὶ, id est, *in muliere, in viro.* Quanquam γυνὴ Græcis & *mulierem* significat & *uxorem.* Atque hoc sane loco recte mutavit Interpres præpositionem, quod tamen alias aut veretur aut negligit facere. Adjectivum *fidelis* utrobique additum est a nobis, quum apud Græcos non addatur, sed subaudiatur. Augustinus libro primo, quo exponit sermonem in monte habitum, legit ad hunc modum: *Sanctificatus est enim vir infidelis in uxore fideli, & sanctificata est mulier infidelis in fratre fideli.* Et ne quis existimet hoc casu factum, aut locum depravatum, ipse aliquanto post eodem libro adducit hujus loci testimonium, docens in Sacris Litteris *fratris* vocabulo significari Christianum, verum hic non addit *fideli.* Et *sanctificatum* hic vocat *purificatum.* Sequitur enim, *alioqui filii vestri immundi erunt.*

19 *Vocavit vos*] ἡμᾶς, id est, *nos,* primæ personæ, non secundæ, suffragante & vetustissimo codice Paulinæ Bibliothecæ, atque item Donatianicæ.

20 *Nisi unicuique sicut divisit Dominus*] Quidam Græci codices habent εἰ μὴ, id est, *nisi:* quidam ἢ μὴ, id est, *an non:* ut referatur ad superiora. At Græcorum quidem scholia distinctionem apponi volunt post εἰ μή: an servaturus sis: an non: quod alioqui videatur imperfecta sermonis constructio: & hujus distinctionis Severianum quemdam citant auctorem. Theophylactus & ipse commonstrat duplicem hujus loci ordinem. Prior hic est, *Qui scis, an servatura sis uxor virum, nec ne?* Ac mox velut ex abrupto interjiciatur, *Unicuique sicut divisit Dominus.* Deinde succedat quod priori particulæ respondeat: *Qui scis vir, an servaturus sis uxorem, nec ne?* ut illud, *unicuique sicut divisit Dominus,* quum sit constructionis lege ab utroque separatum, ad utrumque respondeat. Variæ sunt dotes Dei: fortasse continget, ut servetur ille aut illa: quare sive continget, sive non continget, non est dirimendum conjugium. Alter ordo conjungit duas partes, *Quî scis an tu servatura sis virum, an tu servaturus uxorem?* deinde succedat ceu novum caput, *Nisi unicuique ut divisit Dominus sic maneat:* quasi dicas, nihil aliud tentetur aut novetur ob alterum infidelem: tantum ut cuique sua sors obtigit, ita maneat. Atque hanc lectionem ille præfert superiori. Quod si de distinctione laboratur, nil vetat quo minus referatur ad *permaneat* verbum: *Qui scire possis an servaturus an servatura sis,* nisi

18 σίαις πάσαις διατάσσομαι. Περιτετμημένος τὶς ἐκλήθη; μὴ ἐπισπάσθω. Ἐν ἀκροβυσίᾳ τὶς ἐκλήθη; 19 μὴ περιτεμνέσθω. Ἡ περιτομὴ ὐδέν ἐστιν, καὶ ἡ ἀκροβυσία ὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν Θεῦ. λζ 20 Ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει, ᾗ ἐκλήθη, ἐν ταύτῃ με- 21 νέτω. Δῦλος ἐκλήθης; μή σοι μελέτω, ἀλλ᾽ εἰ καὶ δύνασαι ἐλεύθερος γενέσθαι, μᾶλλον χρῆσαι. 22 Ὁ γὰρ ἐν Κυρίῳ κληθεὶς δῦλος, ἀπελεύθερος Κυρίου ἐστίν· ὁμοίως καὶ ὁ ἐλεύθερος κληθεὶς, δοῦ- 23 λός ἐστι Χριστοῦ. Τιμῆς ἠγοράσθητε, μὴ γίνεσθε 24 δῦλοι ἀνθρώπων. Ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἀδελφοὶ, λη 25 ἐν τούτῳ μενέτω παρὰ Θεῷ. Περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίυ οὐκ ἔχω, γνωμὴν δὲ δίδω- 26 μι, ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι. Νομίζω οὖν τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην· ὅτι καλὸν ἀνθρώπῳ τὸ οὕτως εἶ- 27 ναι. Δέδεσαι γυναικί; μὴ ζήτει λύσιν. Λέ- 28 λυσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζήτει γυναῖκα. Ἐὰν δὲ καὶ γήμῃς, οὐχ ἥμαρτες· καὶ ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτε· θλίψιν δὲ τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι· ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδο- 29 μαι. Τοῦτο δὲ φημὶ, ἀδελφοὶ, ὁ καιρὸς συνεσταλμένος· τὸ λοιπόν ἐστιν, ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες 30 γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσι· Καὶ οἱ κλαίοντες, ὡς μὴ κλαίοντες· καὶ οἱ χαίροντες, ὡς μὴ χαίροντες· καὶ οἱ ἀγοράζοντες, ὡς μὴ κα- 31 τέχοντες· Καὶ οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ, ὡς μὴ καταχρώμενοι· παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ 32 κόσμου τούτου. Θέλω δὲ ὑμᾶς ἀμερίμνους εἶναι. Ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέ- 33 σει τῷ Κυρίῳ. Ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί. Μεμέρισαι ἡ

ambulet, 21 & ſic in Eccleſiis omnibus ordino. Circumciſus aliquis vocatus eſt? 22 ne accerſat præputium. In præputio aliquis vocatus eſt? ne circumcidatur. Circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſervatio mandatorum Dei. Unuſquiſque in ea vocatione, in qua vocatus fuit, maneat. Servus vocatus es? ne ſit tibi curæ, quinetiam ſi potes liber fieri, potius utere. Etenim qui in Domino vocatus eſt ſervus, libertus Domini eſt: ſimiliter & qui liber vocatus fuit, ſervus eſt Chriſti. Pretio empti fuiſtis, nolite fieri ſervi hominum. 23 Unuſquiſque in eo, in quo vocatus fuit, fratres, maneat apud Deum. De virginibus autem præceptum Domini non habeo, 24 conſilium tamen do, tanquam miſericordiam conſecutus a Domino, in hoc ut ſim fidelis. Arbitror igitur hoc bonum eſſe 25 propter præſentem neceſſitatem: nam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es uxori? 26 ne quære divortium. Solutus es ab uxore? ne quæras uxorem. Quod ſi duxeris uxorem, non peccaſti: & ſi nupſerit virgo, non peccavit: attamen 27 afflictionem in carne habituri ſunt hujuſmodi: ego vero vobis parco. Cæterum illud dico, fratres, 28 tempus contractum eſt, ſupereſt, ut qui habent uxores, ſint tanquam non habeant: Et qui plorant, tanquam non plorent: & qui gaudent, tanquam non gaudeant: & qui emunt, tanquam non poſſideant: Et qui utuntur mundo hoc, 29 tanquam non utantur: 30 præterit enim habitus hujus mundi. Velim autem vos abſque ſollicitudine eſſe. 31 Qui cælebs eſt, curat ea quæ ſunt Domini, 32 quomodo placiturus ſit Domino. At qui duxit uxorem, ſollicitus eſt de his quæ ſunt mundi, quomodo placiturus ſit uxori. 33 Diviſa ſunt hæc duo, mulier & virgo. 34 In-

niſi unuſquiſque ſic permanſerit, ut vocatus eſt? Verum mihi magis placet, ut ſeorſim legatur *εἰ μὴ*, ac perinde valeat, quaſi dicas, *utcunque eſt*, aut *in ſumma*. Hac loquendi forma ſolemus uti, quoties omiſſis quæ incerta ſunt, ad id redimus quod certum eſt. Hanc Græcanici ſermonis figuram expreſſiſſe videtur Terentius in Adelphis, *Gaudebam. Ecce autem de integro, niſi quicquid eſt volo ſcire, atque hominem convenire.* Idem aliis aliquot locis ad eumdem uſurpavit modum. Sic Paulus, quoniam id quod erat dubium propoſuerat de ſervando viro aut uxore infideli, utcunque hoc eſt, inquit, maneat unuſquiſque ut illi tribuit Deus, & ut vocatus eſt, quicunque ſequatur exitus de ſervando conjuge. Meminit & Thomas nonnihil de duplici hujus loci lectione, ex quo apparet illum adjutum Commentariis e Græco verſis, quæ nunc non exſtent.

21 *In omnibus Eccleſiis doceo*] *διατάσσομαι*, id eſt, *ordino*, ſive *inſtituo*.

22 *Non adducat præputium*] *μὴ ἐπισπάσθω*, id eſt, *ne adſciſcat*: ut ſubaudias *præputium*. Subindicat Theophylactus præputium reſectum pharmaco ſolere reduci. Rei hujus artificium aliquod indicat Cornelius Celſus libro ſeptimo, capite vigeſimo quinto, quomodo tegenda ſit glans vel natura, vel amputatione nuda. Verum an hoc Paulus ſenſerit, neſcio. Certe Origenes libro *περὶ ἀρχῶν* quarto putat nullo modo revocari poſſe ſemel amputatum præputium. Utcunque habet, nos maluimus *accerſere*, quam *adducere*, vel ob verecundiam.

23 *Unuſquiſque in quo vocatus eſt frater*] *ἀδελφοὶ*, id eſt, *fratres*, multitudinis numero, idque duntaxat in hac poſteriore parte. Præterea *in hoc* repetitum eſt ex ſuperfluo juxta proprietatem ſermonis Hebraici, quemadmodum & paulo ſuperius, *Unuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat.*

24 *Conſilium autem do*] *γνώμην δὲ δίδωμι*, id eſt, *ſententiam autem do*, ſive dico id, quod mihi videtur optimum: hoc eſt, profero meam ſuper hac re ſententiam. Qui conſilium dat, ſuum aperit judicium. Et ne contemnatur, addit hoc ſe miſericordia divina conſequutum, ut ſuper ea re dicat bona fide, quod optimum putet velut Apoſtolus.

25 *Propter inſtantem neceſſitatem*] *ἐνεστῶσαν*. Græci *ἐνεστῶτα* vocant præſens tempus, & hos imitatus Fabius *inſtans* appellat. Ambroſius legit *propter præſentem neceſſitatem*, nimirum, intelligens præſentem illorum temporum ſtatum. Oportet enim hujuſmodi conſilia pro temporum ratione moderari. Idque confirmat ea quæ ſuperius a nobis dicta ſunt.

26 *Noli quærere ſolutionem*] *λύσιν*. Aliis magis placet *divortium* quam *ſolutio*, veluti Latinius: ſed tamen interim perit aliqua gratia contrariorum, *alligatus*, *ſolutus*, & *ſolutio*.

27 *Tribulationem carnis*] Græce eſt *τῇ σαρκὶ*, id eſt, *carni*, ſive *in carne*. Nec eſt cur Valla rejiciat hac gratia expoſitionem Ambroſianam, ac cæterorum omnium, qui *tribulationem carnis* interpretantur incommoda hujus mundi, velut lites cum affinibus, curam liberorum, ſollicitudinem rei domeſticæ, & id genus alia ſexcenta, quæ matrimonium comitantur. Paulus enim ſuo more *carnem* vocat, quod pinguius eſt & craſſius, & ab illa divini Spiritus puritate ſimplicitateque recedens. Sic autem dictum eſt, *habere tribulationem carne*, quemadmodum dicimus, *affligimur animo*, aut *cruciatur corpore*.

28 *Tempus*] *ὁ καιρὸς συνεσταλμένος*, id eſt, *tempus contractum*: quod Hieronymus adverſus Jovinianum vertit, *tempus in collecto eſt*. Et quod ſequitur, *τὸ λοιπὸν*, poteſt ad ſuperiora referri, ut legas, *tempus quod ſupereſt contractum eſt*. Atque ita Græci videntur legere, nominatim Theophylactus, & eumdem ad modum Ambroſius, ut ex illius interpretatione colligitur. Quod ſi placet ſequi, conjunctio *ut*, quæ ſequitur, non accipietur *εἰδικῶς*, ſed ut conſequentiam declaret, velut in hac oratione: Omnis hæc vita brevis eſt, ut ſi quid etiam voluptatis habeat matrimonium, negligendum ſit, ob hoc ipſum quod brevi dilapſurum.

29 *Tanquam non utantur*] *ὡς μὴ καταχρώμενοι*, id eſt, *tanquam non abutentes*. Quanquam hoc *abutentes* nihil aliud eſt mea ſententia, quam vehementer utentes. Utimur in bonum, abutimur in malum, & ſecundum Jureconſultos, abuſus eſt vini, frumenti, & ſimilium, quæ uſu abutuntur: uſus equi, aut veſtis, ac ſimilium: & utimur homine qui cum eſt nobis familiaritas. Hîc *abuti* dictum videtur pro valde uti, quemadmodum Latini dicunt, *fatigari* & *defatigari*, *amare* & *deamare*, *perditus* & *deperditus*. Neque enim *abuti* ſemper ſonat in malam partem, quemadmodum nec *καταχρῆσθαι* apud Græcos. Interdum enim quod alieniore loco ac tempore adhibemus, *abuti* dicimur: unde & Rhetores *catachreſim* habent inter ſchemata, hoc eſt, ornamenta dictionis. *Κατὰ* præpoſitio apud Græcos & in laudem ſonat, *παραχρῆσθαι* magis ſonat in vitium. Hoc itaque dicit Apoſtolus, Tempus hîc eſſe breve, nec vacare uxorium eſſe.

30 *Præterit enim figura*] *παράγει*. Faber Stapulenſis emendat *decipit*: quod ipſa vox videatur ita ſonare *παράγειν*, quaſi *ſeducere*, ſive *a via abducere*. Verum hujus verbi compoſita ſæpenumero & neutralia uſurpantur, ut *ὑπάγω*, pro *abeo*: quod non ſemel poſitum in Evangelicis litteris. *Ὕπαγε ὀπίσω μυ.* Et apud Joannem capite nono, *Καὶ παράγων ὁ Ἰησῦς*, *Et præteriens Jeſus*. Et apud eumdem capite decimo quarto, *ἄγωμεν ἐντεῦθεν*, *eamus hinc*. Item Matthæi quarto, *περιῆγεν ὅλην τὴν Γαλιλαίαν*, id eſt, *circumibat totam Galilæam*. Apud eumdem capite vigeſimo, *ὅτι Ἰησῦς παράγει*, id eſt, *quod Jeſus præteriret*. Rurſus capite vigeſimo primo, *προάγυσι*, *præcedunt*. Item capite vigeſimo tertio, *περιάγετε*, *circumitis*. Atque ita ſane magis quadrat ad Pauli ſententiam, & ita exponunt Græca ſcholia, *παράγει*, *παρέρχεται*. Quod autem dixit *σχῆμα*, hoc eſt, *figura*, perinde eſt quaſi dicas *habitus* ſive *ſtatus*. Annotavit emphaſim nominis & Theophylactus, quod mundus hic nihil habeat ſolidi, ſed ſpeciem modo quamdam bonorum ac malorum præ ſe ferat. Chryſoſtomus hoc loco videtur eſſe mutilus.

31 *Qui ſine uxore eſt*] *ὁ ἄγαμος*, id eſt, *qui cælebs eſt*, ſive *inconjugatus*. Mirum cur Interpreti placuerit periphraſis, quum ſuppetat Latinis verbum proprium, quo certe uſus eſt Cyprianus in ſecundo tractatu *de habitu virginum*: *Cælebs cogitat ea quæ ſunt Dei, quomodo placeat Deo: qui autem matrimonium contraxit*, & cætera.

32 *Quomodo placeat Deo*] Græcis *Domino* eſt, non *Deo*, *τῷ Κυρίῳ*. Maritum non habet cui placeat, ſed habet Dominum, cujus animo debet obſequi. Deinde ſequitur, *ut ſit ſancta & corpore & ſpiritu*, gemina conjunctione.

33 *Et diviſus eſt*] Longe alius ſenſus eſt apud Græcos. Siquidem verbum *μεμέρισαι* non ad ea quæ præcedunt, ſed ad ſequentia refertur. *Μεμέρισαι καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος*, id eſt, *Diviſa eſt*, ſive *Diviſa ſunt & uxor & virgo*: hoc eſt, diverſo vitæ ſtudio ſunt. Deinde explicat diſcrimen vitæ. In eam ſententiam interpretatur Theophylactus. Citatur hic locus emendate adver-

34 ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. Ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι· ἡ δὲ γαμήσασα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, 35 πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί. Τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ λθ 36 Κυρίῳ ἀπερισπάστως. Εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος, καὶ οὕτως ὀφείλει γίνεσθαι· ὃ θέλει ποιείτω, οὐχ 37 ἁμαρτάνει, γαμείτωσαν. Ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ, μὴ ἔχων ἀνάγκην, ἐξουσίαν δὲ ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος, καὶ τοῦτο κέκρικεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, τοῦ τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ 38 παρθένον, καλῶς ποιεῖ. Ὥστε ὁ ἐκγαμίζων καλῶς ποιεῖ· ὁ δὲ μὴ ἐκγαμίζων κρεῖσσον ποιεῖ. μ 39 Γυνὴ δέδεται νόμῳ, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς· ἐὰν δὲ καὶ κοιμηθῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἐλευθέρα

A 34 Innupta curat ea quæ sunt Domini, ut sit sancta cum corpore tum spiritu: contra quæ nupta est, curat ea quæ sunt mundi, quomodo placitura sit viro. Hoc autem ad id, quod vobis conducibile est, dico, 35 non uti laqueum vobis injiciam, 35 sed ut quod honestum ac decorum est sequamini, & adhæreatis Domino, absque ulla distractione. 36 Quod si quis indecorum virgini suæ putat, 36 37 si prætereat nubendi tempus, & sic oportet fieri: quod vult faciat, 38 non peccat, jungantur matrimonio. 37 39 Cæterum qui stat firmus in corde, non habens necessitatem, 40 sed potestatem B habet propriæ voluntatis, 41 & hoc decrevit in corde suo, ut servet suam virginem, bene facit. 38 Itaque qui elocat nuptum, bene facit: attamen qui non elocat nuptum, melius facit. 39 Uxor alligata est matrimonio, quandiu vivit maritus ejus: quod si dormierit maritus illius, 42 libera est ad cui velit nubendum, modo in

sus Helvidium, etiamsi nonnihil mendi adsperserant hîc quoque Librarii. Quanquam ex ipsa sermonis continentia palam est Hieronymum sic accipere ut nos interpretamur, nempe quum ait, *Vide quanta felicitatis sit, quæ & nomen sexus amiserit.* Item in Epistola ad Eustochium *de virginitate servanda.* At rursus idem in priore adversus Jovinianum libro rejicit hanc lectionem, quam fatetur quidem esse in Latinis codicibus, & a se pro loci qualitate sic fuisse edissertam, verum non esse veritatis Apostolicæ, a quo sic fuerit scriptum: *Sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat* C *uxori, & divisus est.* Deinde hac absoluta sententia, transiens ad virgines & continentes subjecit, *Mulier innupta & virgo cogitat quæ sunt Domini:* vultque per interpretationem additum esse *virginem*, ne putemus innuptas meretrices hoc sermone comprehendi posse, aut certe elegantiæ causa bis idem esse dictum: unde conjicere licet exemplaria Græcorum illa quoque tempestate variasse. Siquidem in codicibus Græcorum hodie legimus ad hunc modum: *Ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί. Μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος*, hoc est, *Qui vero duxit uxorem, sollicitus est de his quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori.* Deinde interposito puncto sequitur, *Divisa est mulier & virgo.* Proinde quod Hieronymus scribit esse in Latinis codicibus, hodie in Græcis habetur: & quod ait esse Apostolicæ veritatis, hoc legitur in vulgatis Latinorum exemplaribus. Verum utrocunque modo legas, eadem ferme constat sententia. Divus Ambrosius ita legit: *Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt hujus mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est: divi-* D *sa est mulier & virgo:* idque exponens subjicit: *Divisa non utique natura, sed actu: quia legimus in Numeris, mulieres virgines appellatas.* Quibus ex verbis palam est, Ambrosio Paulum sentire, diversum esse studium mulieris & virginis. At idem in libello *de Viduis* aliter citat hunc locum: *Juxta quod scriptum est*, inquiens, *& mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu:* quæ quidem palam arguunt Ambrosii quoque codices hoc loco variasse. Similiter citat Augustinus libello *de bono viduitatis*, capite secundo, addens illic, innuptam mulierem dici viduam. Illud addam, hoc certe loco rectius *γυνὴ* vertisset *uxorem*, quam *mulierem*: tametsi vox ea utrumque significat. Ad eumdem modum citat Hieronymus, tum aliis aliquot locis, tum in Epistola ad Eustochium *de virginitate servanda.*

34 *Virgo cogitat*] *μεριμνᾷ*, id est, *curat*, sive *sollicita est*: quemadmodum superius verterat.

35 *Quod honestum est, & quod facultates præbent*] Græce sic E habet, *ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ ἀπερισπάστως.* Quæ quidem ad verbum transferre difficillimum fuerit. Est autem hujusmodi ferme sententia: *sed ad id quod honestum est ac decorum, & ut indivulsi semper assideatis & adhæreatis Domino.* Divus Hieronymus adversus Jovinianum, testatus Græcam proprietatem reddi non posse, explicuit sententiam hujus loci ad hunc modum: *Hoc autem ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam, sed ut ad id quod honestum est, & intente facit servire Domino, absque ulla distractione, vos adhorter.* Addit hanc sententiam in Latinis codicibus omnino non inveniri, propter interpretationis difficultatem. Certe apud Ambrosium abest hujus sermonis clausula: sic enim legit, *Hoc autem ad vestram ipsorum utilitatem dico, ut non laqueum vobis injiciam, sed ad id quod honestum est.* Sic finit sermonem, neque in interpretatione significat amplius legisse se. Hieronymus *εὔσχημον* vertit F *honestum*, & *τὸ εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ* reddidit, *quod intente facit servire Domino*, & pro *ἀπερισπάστως* posuit *absque ulla distractione.* Usus est hac voce Plutarchus in libello *de Curiositate*, *ἀπερίσπαστον* appellans assiduum studium sapientiæ, nullis negotiis aliò mentem avocantibus. In vetustis codicibus etiam excusis adhuc habetur, *Domino obsecrandi*: quo modo non puto quemquam Latine fuisse loquutum. Donatiani codex habebat *observandi.* In utroque item Constantiensi erat *observandi*: ex his divinare licet primam scripturam fuisse, *Domino observiendi*: quod alius vertit in *obsecrandi*, relicto dativo: alius in *observandi*, mutato etiam casu. Certe apud Græcos nulla *obsecrandi* mentio.

36 *Turpem se videri existimat*] *Εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει*, id est, *Si quis turpe* aut *indecorum existimat in virgine sua.* Augustinus in Quæstionibus super Numeros Pentateuchi indicat quosdam *virginem* hoc loco interpretari *virginitatem.* At horum sententiam non approbat, quod nihil alias comperiatur adsimile in Divinis Libris. Sentit enim Paulus de parentibus elocantibus nuptum filias, citra quorum auctoritatem non erat ratus matrimonii contractus. Quod utinam & his temporibus servaretur, præsertim in ea ætate, cui nondum satis constat vel consilium vel judicium, maxime quum usqueadeo placeat, semel initum quocunque pacto connubium non alia re quam morte dirimi. Cæterum ut hæc ad parentem potius quam ad virginitatem referantur, suadent quæ sequuntur: *Igitur & qui matrimonio jungit virginem suam* & cætera. Atque ita sane edisserit hunc locum Theophylactus.

37 *Si fuerit superadulta*] *ὑπέρακμος.* Nam id vertit *superadultam*, cujus flos jam præterierit. Quod Ambrosius ita reddidit, *si sit ultra pubertatem*: id quod vulgo rideri solet, quum anum vocant virginem. Solent & infamiæ esse obnoxiæ virgines admodum adultæ, quasi fastiditæ a procis.

38 *Non peccat, si nubat*] *γαμείτωσαν*, id est, *nubant.* Quanquam verbum *γαμεῖν* commune est viro ducenti uxorem, & puellæ nubenti viro. Unde subito Paulus mutato numero verbi sponsum & sponsam respexit, aut certe ad eum, qui locat filiam & sponsum. Theophylactus legit *γαμησάτωσαν*: nec additur *si*, sed est, *οὐχ ἁμαρτάνει, γαμείτωσαν*: ut *non peccat* pertineat ad patrem, *γαμείτωσαν* ad eos inter quos coit matrimonium.

39 *Nam qui statuit*] *Ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος*, id est, *Qui vero stat firmus*, nisi quod Verbum *ἵστημι* & *statuo* sonat Græcis, & *sto.* Certe vocem eamdem in Evangelio Joannis vertit *stat.* Hic sane magis congruebat *stat firmus*: nam mox sequitur *decernendi* verbum. Cæterum quod hic dicit de firmiter stando, respondet ei quod præcessit, *qui turpem se existimat*, & cætera. Qui non metuit pudicitiæ filiæ, nec movetur probro vulgari, quod virginem nubilem detinet domi, faciat quod judicarit esse optimum.

40 *Potestatem autem sui habens*] *ἔχει*, *habet*, non *habens.* Quanquam hîc variant exemplaria.

41 *Et hoc judicavit*] Melius *decrevit*, sive *statuit*: hoc quidem loco *κέκρικεν*, quod alias ita vertit.

42 *Liberata est a lege, cui autem vult, nubat*] Græca paulo secus habent, *ἐλευθέρα ἐστὶν, ᾧ θέλει γαμηθῆναι*, id est, *libera est, ut nubat cui velit*, sive *ad nubendum cui velit.* Donatiani codex sic habebat, *libera est, cui vult nubat.* Suspicor ab Interprete scriptum, *ut cui vult nubat*: & *ut* depravatum in *autem.* Certe *autem* non est in vetustis exemplaribus, nominatim iis quæ suggessit Constantia. Quanquam, ut semel in hujus operis initio sum testatus, perpetuo testatum haberi par est, in toto opere me nusquam esse velle contentiosi dogmatis auctorem: tantum juvandi studio monere studiosos, semper inconcusso & illabefacto judicio sacrosanctæ Ecclesiæ, & eorum quibus uberius donum eruditionis ac sapientiæ contigit a Christo: tamen idem hoc loco nominatim testor, ob quosdam in hisce rebus captiosiores, quam pure Christianum hominem deceat. Porro ut non arbitror contumeliosum, a quoquam Auctore quamlibet magno aut vetusto dissentire, ita non gravatim a me ipso dissentiam, si quis afferat quod sit rectius, etiamsi sit idiota qui doceat. Scio receptissimum esse inter Christianos, ubi semel coiit matrimonium, nullo pacto posse dirimi, nisi morte alterius. Atque in hac sententia fuisse video Chrysostomum ac veteres Latinos: sine dubio certe fuit Augustinus, eamque veterum Episcoporum constitutionibus & decretalium legum auctoritate esse confirmatam, denique & Theologicarum Scholarum consensu comprobatam. Cæterum si semper hoc bonis viris cordi fuit, opinionem in melius commutare, & leges ceu pharmaca convenit ad morborum habitum ac rationem accommodare, consideremus an hic expediat idem fieri: & si expedit, an liceat ut matrimonia quædam dirimantur, non temere, sed gravibus de causis: neque per quoslibet, sed per Ecclesiæ præfectos, aut judices legitimos: & ita dirimantur, ut liberum sit utrique cui velit jungi, aut alteri certe, qui divortio non dederit causam. Scio quædam esse ejus generis, ut nefas sit ceu dubia vocare in disputationem. Quod genus sunt, an Christus sit Deus & idem homo, an natus absque viri opera, an animæ supersint a morte corporis, an hæc corpora sint olim revictura. Hæc enim tam evidenter traduntur nobis auctoritate divinæ Scripturæ ac totius Ecclesiæ consensu, ut impium sit ac periculosum de his in diversam partem disserere, nisi forte nobis cum Ethnicis res inciderit. Et tamen non arbitror odiose rejiciendum, qui de hujusmodi quoque rebus animi sui scrupulum, ut est humanæ mentis infirmitas, doctis aperuerit, nihil aliud agens, quam ut, quod credit utcunque, credat certius. Sed videndum est, an hujus generis sit de quo nunc agimus. Quædam ita recepta sunt auctoritate Ecclesiæ, ut pro re nata possint mutari. Et ut fas non est, divinam Scripturam, quam certissimam habemus vitæ regulam, abrogare, ita pii ac prudentis dispensatoris est, eam ad publicos

blicos mores accommodare. Sed hac de re plusculum dicemus alias: nunc ad institutum properemus. Primum igitur hoc est Apostolicæ pietatis, omnium saluti quantum licet consulere, & infirmis etiam Ecclesiæ membris sua cura succurrere. Videmus autem tot hominum millia infelici conjugio sibi cohærere cum exitio utriusque, qui fortasse disjuncti servari possent. Quod si fieri possit citra injuriam divini præcepti, optandum opinor omnibus piis: sin minus, votum tamen ipsum pium arbitror, præsertim quum charitas optet nonnunquam & quæ fieri non possunt. Optat Moses deleri de libro vitæ: optat Paulus anathema fieri a Christo pro fratribus. Non defuerunt autem qui ita senserint, a recte dirempto matrimonio licuisse cum alia copulari. Ne quis protinus hanc propositionem velut inauditam & modis omnibus absurdam existimet explodendam, & indignam quæ vocetur in disputationem: siquidem Origenes Homilia in Matthæum septima testatur sibi notos fuisse quosdam Episcopos, qui permiserint uxoribus, quæ cum viris divortium fecerant, aliis nubere viris, ac fatetur hoc ab eis factum adversus præceptum Domini & Pauli, sed tamen factum non omnino damnat, quod existimet illos probabili causa adductos id permisisse, ne quid deterius committeretur, nimirum obsequutos duritiei cordis, quo consilio Paulus permiserit & viduis incontinentibus secundas nuptias. Quod exemplum ita confert Origenes, ut durius videri velit viduæ, quæ libidinis, non prolis gratia maritum alterum desideret, permittere novas nuptias, quam viro permittere, ut rejecta uxore adultera ducat se digniorem. Deinde non videtur addubitare, quin viro liceat idem, cui permittit Evangelium ob adulterium repudiare, nec Paulus huic præcipit ut uxori reconcilietur.

Sed annotavit Origenes ab Episcopis hoc etiam uxoribus permissum, quod Paulus nominatim videtur prohibere. Neque enim illic Origenes Judaicum virum appellat, qui ob adulterium aut similem causam repudiat uxorem, sed qui morosus sit ac præfractus, Judæorum more ob quamlibet levem causam repudium parans. Sic enim argumentatur vir ille Judaicus, & divortium meditans: *Moses permisit ob rem turpem repudiare, & exemplum rei turpis ponit adulterium, licebit igitur ob alias res turpes uxorem abjicere.* Hanc argumentationem rejicit Origenes, negans Mosen sensisse de adulterio, quum dicit *rem turpem*: quandoquidem in adulterio non dabatur repudii libellus, sed uxor tradebatur lapidantibus. Verum *rem turpem* appellavit quamlibet vel morum culpam, vel corporis vitium, quo maritus offenderetur. Hæc Origenem sensisse declarat quod mox sequitur: *Posthac autem*, inquit, *Dominus non permittit propter aliam aliquam culpam uxorem dimittere, nisi propter solam causam fornicationis.* Sub hæc Origenes movet aliam quæstionem, an quemadmodum ob adulterium licet uxorem repudiare, ita propter parricidium, veneficium, aut furtum liceat. Et hæret hic perplexus, videns impium, facere adversus præceptum Dei, & tamen iniquum & inhumanum cogi maritum, ut in uxore ferat ea peccata, quæ sint adulterio graviora, tandem hujus difficultatis exitum quærens, dicit: *Disputo ergo, quia non præceptive mandavit, ut nemo dimittat uxorem, excepta causa fornicationis, sed quasi exponens rem dixit: Qui dimiserit uxorem, excepta causa fornicationis, facit eam mœchari.* Sensit, opinor, Origenes, uxorem protrudi ad adulterium, quum merito rejectæ non sit jus denuo nubendi, sed tamen hoc mulieri imputandum, non viro repudianti. Jam aliquanto superius adduxerat similitudinem de Christo, qui repudiarit Synagogam viricidam, & Ecclesiam duxerit novam sponsam. Origenis verba sunt hæc: *Dicendum quoniam non dimisit Christus primam uxorem suam, id est, primam Synagogam, secundum speciem spiritualem, servans quod dictum est, Quod Deus conjunxit, homo non separet, nisi quando adultera est uxor illa, corrupta ab adultero inimico, cujus consilio & insidiata est viro*, & cætera. Ac mox: *Et reliquit propter Ecclesiam Christus vir Patrem, cum quo erat, quum in forma Dei esset: reliquit etiam matrem*, & cætera. Hactenus Origenes. Audis Lector divortium, audis a divortio novam sponsam. Ex quibus satis liquet, Origenem in hac fuisse sententia, licere post repudiatam adulteram ducere domum aliam uxorem. Cæterum quod ait, Episcopos illos fecisse contra doctrinam Evangelicam, qui post repudium permiserant matrimonium, sentit Origenes de his, qui ob alias causas repudiarant uxores, Judæorum exemplo. Similiter accipiendum est quod scribit: *Qua enim ratione adultera est mulier, quanquam legitime videatur nubere viro vivente: eadem ratione & vir, quamvis legitime videatur accipere dimissam ab aliquo viro, non accipit legitime secundum sententiam Christi, sed magis mœchatur, quasi alienam accipiens.* Agit hic Origenes de iis qui divortium fecerant ob alias causas, quas Christus non excepit, aut ob causas leves. Nec tamen humanis legibus puniebatur qui hoc fecisset, imo matrimonium habebatur legitimum. Sed an juxta Christi sententiam legitimum sit, disputat Origenes, præsertim in atrocibus commissis, velut in veneficii aut homicidii conatu. Sic enim ait: *Si justam excusationem habet apud Deum, tractabis.* Et tamen fatetur, quod qui sic dimittit, præbet adulterii causam, sed fortassis hoc *apud Deum* imputandum uxori, non marito.

Nec ab his dissentire videtur Tertullianus libro adversus Marcionem quarto sic interpretans hæc verba Christi, *Si quis dimiserit uxorem, & aliam duxerit*, quasi qui hoc animo repudiat ut novam ducat, non recte dimittat: dimittit enim, non ex justa causa: sed causatur quidvis, quo, quam fastidit, videatur juste dimittere. *Manet*, inquit, *matrimonium quod non rite diremptum est: manente matrimonio, nubere adulterium est. Ita si conditionaliter prohibuit non dimittere uxorem, non in totum prohibuit. Et quod non in totum prohibuit, in totum permisit.* Idem paulo post: *Habet itaque & Christum assertorem justitia divortii.* Dices Tertullianum non audiendum, quum seipsum submoverit ab Ecclesia. Verum in hac parte non fuit a quoquam Orthodoxo notatus: notandus utique, si hæc opinio dissensisset ab ea, quæ tunc erat Orthodoxorum.

Ejusdem opinionis fuit Pollentius quidam, vir, ut apparet, gravis & eruditus, contra quem libris duobus agit Augustinus, sed agit non ut cum hæresiarcha, sed ut cum antagonista: itaque refellit illius sententiam, ut hæreseos crimen non intentet. Quin & divus Ambrosius, sine controversia vir non orthodoxus modo, verum etiam probatæ sanctimoniæ, tribuit viro jus ducendi alteram uxorem, ubi priorem ob culpam admissam repudiarit. Neque dubium est, quin is Episcopus exercuerit in suis, quod recte jureque fieri scripsit. Scripsit autem enarrans caput Epistolæ ad Corinthios prioris septimum, hunc in modum: *Et virum uxorem non dimittere, subauditur autem excepta fornicationis causa. Et ideo non subjecit, sicut de muliere; Quod si discesserit, manere sic: quia viro licet ducere uxorem, si dimiserit uxorem peccantem: quia non ita lege constringitur sicut mulier. Caput enim mulieris vir est.* Idem paulo superius: *Quod si se*, inquit, *continere non potest, quia pugnare non vult contra carnem, viro reconcilietur. Non enim permittitur mulieri, ut nubat, si virum suum causa fornicationis dimiserit, aut apostasiæ, aut si illicite impellente lascivia usum quærit uxoris: quia inferior non omnino hac lege utitur, qua potior. Si tamen apostatet vir, aut usum quærit uxoris invertere, nec alii potest nubere mulier, nec reverti ad illum.* Hic quum ait, *quia inferior non omnino hac lege utitur qua potior*, videtur tacite tribuere marito jus ducendi alteram. At aliquanto post & uxori tribuit jus alteri nubendi vivo marito priore: enarrans enim Pauli verba, *Non est enim frater aut soror servituti subjectus in hujusmodi*, ait: *Hoc est, non debetur reverentia conjugii ei qui horret auctorem conjugii. Non enim ratum est matrimonium quod sine Dei devotione est, ac per hoc non est peccatum ei qua dimittitur propter Deum, si alii se junxerit. Contumelia enim Creatoris solvit jus matrimonii circa eum qui relinquitur, ne accusetur alii copulatus. Infidelis autem discedens & in Deum & in matrimonium peccare dignoscitur, quia noluit sub Dei devotione habere conjugium. Itaque non est ei fides servanda conjugii, qui ideo recessit, ne audiret auctorem esse Christianorum Deum conjugii. Nam si Esdra dimitti fecit uxores aut viros infideles, ut propitius fieret Deus: nec iratus, si alias ex genere suo acciperent, non enim ita præceptum his est, ut remissis istis alias minime ducerent, quanto magis si infidelis discesserit, liberum habebit arbitrium, si voluerit nubere legis suæ viro: illud enim non debet imputari matrimonium quod extra legem Dei est.* Hactenus ille. Neque enim arbitror hic causari quemquam posse, Ambrosium agere de muliere, quæ per imprudentiam nupserit marito Pagano, quem credebat esse Christianum, quum Paulus permittat conjunctionem, si consentiat infidelis. Quod si hic error intercesserit in contrahendo, nullo jure poterit cum illo manere cum quo non potuit contrahere matrimonium.

Sane frigidum est quod Petrus Lombardus adducens eum locum ex Ambrosio, quem nos primum recensuimus, libro *Sententiarum* quarto, sic diluere conatur, ut dicat hæc verba a falsariis indita libris Ambrosianis, quum & stilus ad unguem congruat, neque quicquam alioqui sit illic adscriptum vice commentarii. Nihil negotii fuerit quemvis nodum ista ratione dissolvere, si quis recipiat. Sunt in libris Cypriani, sunt in Hieronymi, sunt in Augustini, sunt in Thomæ, quæ rejicit Ecclesia. Cur non in his omnibus eodem utimur cresphygeto, moxque occinimus, a falsariis subdita sunt? Jam si recentiorum opiniones excutiamus, quibus hactenus plurimum auctoritatis & fora & scholæ tribuunt, comperiemus & inter hos fuisse, qui putarint matrimonium posse dirimi, aut certe qui putarint hoc argumentum esse disputabile. Primum Joannes Andreæ decernit matrimonium, antequam intercesserit copula, posse dirimi, non solum ob professionem vitæ Monasticæ, verum etiam sola Romani Pontificis auctoritate. Quod si mihi dant hujusmodi matrimonium, verbis legitimis ac mutuo consensu contractum inter personas idoneas, esse verum matrimonium, simul dabunt ejus vim pendere ex lege divina. Aut igitur lex divina non hoc sensit, quod nos interpretamur, aut Pontifex potestatem habet laxandi juris divini. Rursus idem Joannes docet matrimonium consummatum interventu coitus non posse dirimi. Sed hujus discriminis ego nullam adhuc satis gravem audio causam. Nam rationes, quas adducunt Hostiensis, Augustinus, & Leo Papa, præter quam quod hominum commenta sunt, non efficiunt tamen, quo minus adversus Christi Paulique doctrinam dirimatur matrimonium, & a divortio sit jus iterandi conjugii. Aut igitur negandum est esse matrimonium, quod non confirmavit congressus conjugalis, aut fatendum est recte dirimi matrimonium. Alioqui quis Deus hoc revelavit Doctoribus istis, quod professio vitæ Monasticæ, & mutatus cultus juxta hominum institutionem dirimit matrimonium, etiam altero conjugum reclamante. Ratum, inquient, non consummatum: quasi ante congressum non legitimum ac perfectum quod ad conjugii rationem attinet. Quod oraculum aperuit, quod lapsus in hæresim dirimat matrimonium, etiam consummatum: & ita dirimat, ut jus sit ei, qui perstiterit in fide, alteri jungi? Ut omittam interim quod Zacharias Papa, quemadmodum refertur libro *Sententiarum* quarto, distinctione trigesimâ quarta, dirimit matrimonium, ob rem habitam cum sorore uxoris tuæ. Ejus verba sic habent: *Concubuisti cum sorore uxoris. Si fecisti, neutram habeas: & uxor tua, si non fuerit conscia sceleris, & continere non vult, nubat in Domino cui vult. Tu vero & adultera sine spe conjugii maneatis, & dum vivitis pœnitentiam agite.* Hactenus Zacharias. Jam vero mihi nequaquam verisimile videtur commentum, quod addit Petrus Lombardus: *Quod ait*, inquit, *cui vult nubat, intelligendum est post mortem viri.* An rem tanti momenti taciturus erat Pontifex, si sensisset quod hic interpretatur? Quid si maritus superstes sit uxori: nonne jam par erit hac in parte pœna nocentis & innocentis? Verum hoc utcunque habet; nam causabitur aliquis, non fuisse matrimonium, quod contra Pontificis constitutionem contractum est. Atqui id si verum est, cur non liberatur mulier?

Verum hanc, ut dixi, quæstionem in præsentia missam faciamus;

mus: de Monasticæ vitæ professione, nulli dubium est, quin dirimat matrimonium non consummatum: lapsus in hæresim etiam consummatum. Quod si ideo licet dirimere matrimonium non consummatum, quod plenior sit ratio sacramenti in consummato, eadem ratione licebit & consummatum dirimere, quod plenior etiam est ratio in fœcundo conjugio, quam in sterili: in primo, quam in secundo aut tertio. Mihi probabile videtur hoc humanis legibus cautum, ut non consummatum aliquo modo liceret dirimere, quod intactæ facile sponsus alius reperiatur, contactæ non item. At nos, nescio quo studio, in hoc negotio leges humanas miscuimus cum jure divino, remque prorsus inextricabilem reddidimus. Et tamen Joannes Andreæ non usque adeo abhorret ab hac opinione, si dicat aliquis matrimonium consummatum gravi de causa posse dirimi: quum hoc argumentum disputet in regula actus legitimi, *de regulis juris* libro sexto, citante Panormitano in cap. *Ex publico*, *De conversione conjugatorum*. Nam proposito casu, an Pontifex possit indulgere, ut filius unicus Regis Monachus ducat uxorem, eamque habeat, donec gignat prolem masculam: rationibus in utramque partem adductis, pro neutra parte pronunciat, rem aliorum arbitrio relinquens. Tandem ita claudit disputationem Panormitanus: *Ego satis putarem, quod nullo casu Papa posset dissolvere matrimonium consummatum inter fideles, ita quod eligerem partem negativam.* Nec hîc asseverat, sed argumentum ut disputabile proponit, cujus alteram partem ipse putat esse probabiliorem. Idem in cap. *Quanto*, *De divortiis*, inter multa scribit hæc: *Et est iste textus ad hoc optimus, & per rationem suam posset argui, quod etiam Ecclesia non posset illud dissolvere.* Rursus hîc non affirmat Ecclesiam non posse dirimere matrimonium consummatum, imo potius innuit posse: licet ex hoc capite dicat posse sumi argumentum pro diversa parte. Neque statim expugnatum est, quod oppugnari potest argumento. Quin & Hostiensis videtur alicubi pro diversa parte facere. Siquidem in cap. *Ex parte*, *De conversione conjugatorum*, quærit, an Ecclesia possit hodie statuere, ut, altero fidelium prolapso in hæresim, possit alter conjugum transire ad altera vota: ac definit posse, hoc argumento: *Sicut statuit*, inquit, *inter infideles, inter quos est verum matrimonium*, in C. de infidel. & consang. & affin. *eodem modo videtur quod possit statuere inter fideles. Nam ratificatio matrimonii, quæ est inter fideles, nascitur ex sacramento baptismi, ut in dicto cap.* Quanto: *& hoc ex Ecclesiæ dispositione. Potest ergo aliter Ecclesia statuere.* An non hîc aperte pronunciat Hostiensis, Ecclesiam posse statuere, ut aliquod matrimonium ratum & consummatum dissolvatur, altero labente in hæresim: ita ut alter innoxius possit ad secunda vota transire, hoc est, novum inire matrimonium. Negat tamen hoc posse fieri, nisi statuat Ecclesia.

Jam Antonius narrat sibi conspectum fuisse diploma, quo Romanus Pontifex dirimebat matrimonium ratum & consummatum. Porro quantum his Auctoribus tribuendum sit, alii viderint. A me sunt in hoc producti, ut apud hos, qui illis plurimum tribuunt, non videar absurde fecisse, qui optarim aliqua ratione fieri, ut auctoritas Ecclesiæ succurrat infeliciter ac cum detrimento salutis cohærentibus. Jam nemo poterit inficiari, leges Christi multo æquissimas esse, longeque præcellere, sive cum lege naturali, sive cum humanis legibus conferantur. Christus virginitatem non exigit, ne videatur cum natura pugnare, licet beatos pronunciet, qui hoc possint capere, sed addit, *propter regnum Dei*. Regnum autem Dei vocat Evangelii prædicationem, ut hoc ipsum ad ea tempora magis pertineat. Est tempus nubendi, est tempus abstinendi a nuptiis. An igitur æquum videtur, ut maritus cum uxore flagitiis operta, quibus neque causam dedit, nec mederi possit, cogatur vivere, cum qua vivere non sit vivere: aut si divertat, compellatur omnem ætatem orbus, destitutus, ac velut eviratus degere? Sit æquum ei, qui divortio causam dedit, adimi jus iterandi conjugii, cur is plectitur qui nihil est commeritus, nisi quod parum feliciter duxit uxorem? At quis unquam audivit fortunam puniri, si absit culpa, præsertim lege divina? Quid est hoc aliud, quam afflicto afflictionem addere, cui subventum oportuit? Nam quod spuriis aut nothis ad quosdam honores & commoda interclusus est aditus, primum humanis legibus interclusus est, non Evangelicis. Deinde sic visum est ulcisci parentum intemperantiam. Postremo non sic interclusus est, quin sua virtute possint fortunam sarcire. Quanquam nec omnino simile est, non admitti ad dignitates, & per omnem vitam cruciari, & nulla sua culpa tantis objici periculis. Si facit adulteram, qui sine legitima causa repudiat uxorem, non facit adulteram, qui vetat inire matrimonium, cum eo sit habitu corporis, ut castitas non sit exigenda? Nam quod objiciunt exemplum Monacharum ac Monachorum, quibus ideo non fit injuria, quod sua sponte susceperunt inabrogabilem professionem, fortasse respondere poteram, nil agit exemplum litem quod lite resolvit. Et tamen, si credimus quibusdam Jureconsultis, Pontifex Romanus potest ex Monacho non Monachum facere. Siquidem quod afferunt de voto solenni & non solenni, ut constanter asseverari video, ita non video solidis rationibus esse nixum. Si pondus habebit hæc ratio, volentes susceperunt, ut quod actum est, sit perpetuum, omnes contractus, qui inter volentes coierint, debent esse perpetui, qui nunc novis causis emergentibus ex æquitate juris sæpenumero rescinduntur. Sed dicet aliquis, in matrimonio lex est præscripta ne dirimatur semel contractum, & hujus legis non ignari ultro præbent colla capistro. Atqui hoc est quod hîc agimus, an hujus legis rigor possit aliquo pacto laxari, quum sæpe tales existant causæ ut crudele videatur non subvenire periclitanti. Quod si res pugnare videtur cum æquitate naturali, videndum est, an secus interpretanda sint, quæ super hac re leguntur in Evangelicis & Apostolicis litteris. Liceat enim hîc, quod in aliis Sacræ Scripturæ locis facere non veremur. Excutiamus, quando, quibus, qua occasione dictum sit, & fortassis veram germanamque sententiam deprehendemus. Neque vero statim hîc reclamet aliquis: O cœlum, ô terra! Iste convellit decreta Ecclesiæ. Primum non convello, ut ante testatus sum, sed disputandi gratia confero: tum dispiciendum est, quo animo hoc receperit Ecclesia. Quædam enim sic instituit, ut ad tempus modo velit valere. Deinde si nusquam sua placita mutavit, vel Ecclesia, si sic libet appellare, vel Romanus Pontifex, non postulo, ut hîc quicquam demutet. Sin comperitur idem alias fecisse in rebus per se quidem gravioribus, sed fortasse non perinde facientibus ad salutem mortalium, cur idem hîc vereamur facere, quum hac via tot hominum saluti liceat consulere? Christus non gravatur ob unam oviculam lustratis omnibus obambulare, quam humeris reducat, & nos gravabimur experiri, si qua tam multis pereuntibus succurri possit, præsertim quum Christus salutis sit auctor, & humanæ leges non aliter valere debeant, nisi quatenus ad salutem conducunt hominum. Denique quum plerique Theologi tantum auctoritatis tribuant Romano Pontifici, ut possit abrogare quod ab Apostolis, atque adeo ab ipso Petro sit institutum, nec desint qui vocent in quæstionem, num jus habeat & adversus Evangelicam doctrinam statuendi quippiam: nec prorsus abnuunt, quin aliqua ratione possit, si non abrogando quod statuit Christus, certe vel interpretando, vel adstringendo, vel relaxando, quod non veritus est Paulus, quoties ait, *Ego, non Dominus*: secundum indulgentiam agens, non ex imperio, cur hîc adstringunt illius potestatem? Porro quod ad matrimonium attinet, Joannes Andreæ, gravis apud Jureconsultos auctor, asseverat Romanum Pontificem posse constituere, ut per secundum matrimonium irritetur prius non consummatum, sicut irritatur per ingressum religionis. Et in hujus sententiam pedibus discedit Panormitanus, quod liquet ex horum commentariis in capitulum, *Quod votum*, titulo, *De voto & voti redemptione*, libro sexto. Item in capitulo *Ex publico*, *De conversione conjugatorum*.

In Actis Apostolorum, solenni celebrique concilio decretum ac promulgatum est, ut qui ex Paganismo cooptarentur in Christianos, abstinerent ab idolothytis, a suffocato animante, a sanguine, & a stupro. Conciliabulum dici non potest tam frequens cœtus, acephalum dici non potest, ubi Petrus aderat ipse. Et tamen quod ibi decretum est, adeo est antiquatum, ut nunc Judaizare crederetur, qui abhorreret a gallina suffocata, aut fartis sanguine distentis. Nec lædimus interim Apostolicam majestatem, tantum excusamus hoc ad tempus fuisse constitutum, ob placandos Judæorum animos. Paulus vetat Episcopum fieri qui neophytus sit, aut percussor, aut vinolentus. At hodie Romanus Pontifex vel heri baptizatum, vel piratam publicum admittet ad honorem Episcopalem, si videatur, nihil deterritus Paulina constitutione. In synaxi *Transsubstantiationem* sero definivit Ecclesia: diu satis erat credere, sive sub pane consecrato, sive quocumque modo adesse verum corpus Christi. Ubi rem propius contemplata est, ubi exactius expendit, certius præscripsit. Non erant Hæretici qui olim credidissent Spiritum sanctum a Patre duntaxat procedere, & haud scio, an maxima pars Christianorum primitus ita crediderit. Expensa re, definiit Ecclesia, quod hodie sequimur. Idem videtur accidisse in conceptione beatæ Virginis, si tamen hoc Ecclesia sic definiit, ut hæreticus sit habendus qui dubitet: nam mihi nondum satis liquet, etiamsi sunt qui prædicent hoc esse definitum in Concilio Basiliensi. Hîc rursus oritur dubitatio gemina, an valeant omnia in eo Concilio acta, tum quibus verbis & quo animo hoc sit definitum. Quod si ut articulus fidei, quid fiet Dominicanis, quorum plerique persistunt in diversa sententia? Sunt hujus generis alia multa. Nemo Priscorum audebat clare pronunciare, Spiritum sanctum esse Patri Filioque *homusion*, ne tum quidem, quum quæstio de Filio tanta contentione per universum orbem agitaretur. Quin in epinicio, quod post Arianos profligatos canere cœpit Ecclesia, quod tribuitur Filio, *Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero*, non idem dilucide tribuitur Spiritui sancto. Nunc audemus profiteri, Spiritum sanctum *homusion* Patri & Filio, & Deum verum, de Patre Deo vero, & de Filio Deo vero.

Nullus, opinor, Ecclesiam Christi, quæ constat hominum consortio, sic omni prorsus errore liberat, ut nihil ignoret. Satis est hactenus vacare errore, ut religionis ac fidei summa constet. Nam fieri potest, ut de die Paschæ statuendo labatur numero Ecclesia, quum is error ad pietatis aut fidei negotium proprie non pertineat. Loquor autem de Ecclesia, cujus auctoritatem sequimur, videlicet Romana. Porro si verum est, quod quidam asseverant, Romanum Pontificem errore judiciali non posse unquam errare, quid opus generalibus Conciliis, quid opus in Concilium accersere Jureconsultos ac Theologos eruditos, si pronuncians labi non potest? Cur datus est appellationi locus, vel ad Synodum, vel ad eumdem rectius edoctum, postea quam semel de causa pronunciavit Pontifex? Quorsum attinet tot Academias in tractandis fidei quæstionibus distorqueri, quum ex uno Pontifice quod verum est audire liceat? Imo qui fit, ut Pontificis hujus decreta cum illius pugnent decretis? Ut enim taceam de Formoso, nonne Papa Joannes vigesimus secundus & Nicolaus decretis totis inter se pugnant? idque in his quæ videntur ad fidei negotium pertinere. Quorum alter pronunciavit judicialiter, ut illorum more loquar, Christum & Apostolos nihil habuisse, nec in commune, nec privatim: alter contra pronunciat habuisse. Id ex ipsorum *Extravagantibus* licebit cognoscere: sed propius ad id quod hîc agimus facit, quod Innocentius tertius ac Celestinus de matrimonio dirimendo prorsus pugnantia definierunt. Quorum hic jus facit alteri conjugum iterare matrimonium, si alter fuerit in hæresim prolapsus, Innocentius negat: quemadmodum legimus libro *Decretalium* quarto, titulo *De divortiis*, capite *Quanto*. Nec illic dissimulat Innocentius quemdam prædecessorem suum secus statuisse, Celestinum indicans: ut aperit Glossema declarans Celestini super hac re constitutionem, olim exstitisse in *Decretalibus*, libro tertio, titulo *De conversione infidelium*, in fine. Id eò magis verisimile est, quod is titulus paucissimis constet capitibus, ut intelligas esse decurtatum. Præterea Pelagius, ut exstat in *Decretalibus*, distinctione trigesima prima, cap. *Ante triennium*, constituerat,

tuerat, ut hypodiaconi Siciliæ ab uxoribus abstinerent, quas ante constitutionem legitime duxerant. Id decretum velut iniquum, & cum Evangelico pugnans præcepto, retractat & abrogat Gregorius, ejus nominis primus, qui Pelagio successit, statuens, ut in posterum nemini ad eum ordinem pateret aditus, nisi novisset castitatem. Cæterum durum & iniquum esse, ut ad castitatem cogatur, qui non voverit castitatem, nec ulla culpa commeruerit, ut eò debuerit compelli. At quod hic iniquum videtur Gregorio, non visum est iniquum Innocentio tertio, loco quem modo adduximus, qui ita respondet iis qui objiciebant, præter æquum videri, conjugem relictum suo jure privari sine culpa, præsertim quum contumeliosior sit in Christum, qui baptizatus recidit in hæresim, aut Paganismum, quam qui natus Ethnicus recusat ad Christi professionem converti. Ad hæc seculis aliquot hanc sententiam complexa est Ecclesia Mutinensis, ut qui contraxisset cum Barbara verbis legitimis, & ex animo, sed non intercedente coitu, postea contraheret cum Cornelia, & coitum adjungeret, cogeretur priore relicta posteriori convivere. Id palam rescindit Innocentius Romanus Pontifex, ex diametro, quod ajunt, diversam pronuncians sententiam: videlicet priorem esse legitimam uxorem, quod cum posteriore sit actum, adulterium esse, non matrimonium: ut proditum est libro *Decretalium Epistolarum* quarto, titulo quarto, cap. *Tuas dudum*: & ejusdem tituli, capite *Licet*. Alexander tertius indicat suo rescripto fuisse statutum ac definitum aliquando a prædecessoribus suis, id est, Romanis Pontificibus, quod in Mutinensi Ecclesia damnat Innocentius. Quanto id periculosius, quam causa divortii: & tamen hic decreta Pontificum mutavit Romanus Pontifex. Ut non commemorem interim, quod in causa fidei Schola Parisiensis aliquando publicitus improbarit Romani Pontificis sententiam, eumque ad palinodiam compulerit, si qua fides historiis. Nisi forte fabulam vanam esse putamus, quod refert Joannes Gerson in sermone quodam Paschali de Joanne Pontifice, ejus nominis vigesimo secundo, qui decernebat ante diem judicii non esse puniendas animas impiorum: quem errorem publicitus explosit Schola Parisiorum, Pontificem adigens ad palinodiam. Nec dici potest, hunc errorem privatum fuisse Pontificis: publicum fuisse oportet, scripto aut etiam decreto vulgatum, quum ea res adeo commoverit Galliæ regnum. Sed quid ego de Pelagiis, aut Alexandris loquor, aut Innocentiis, quum non puduerit Petrum Apostolorum principem melioribus auscultare, postea quam admonitore Paulo suum agnovit errorem? si tamen amplectimur hac in parte divi Aurelii Augustini sententiam.

Jam ut demus conjugium legis esse divinæ, certe pleraque, quæ circa matrimoniorum causas tractantur, ad jus positivum pertinent, veluti de gradibus, de impedimentis, de rescissionibus. Neque hæc decreta a Synodis celebribus profecta sunt ad nos, sed a privatis Pontificum responsis, quibus hujus aut illius consultationibus pro tempore, quod æquum videretur, respondebant, nonnunquam & a seipsis dissentientes. Atque hæc constitutio, de qua nunc agimus, primum, opinor, ab uno aut altero Episcopo profecta est, deinde paulatim latius serpens invaluit. Homines erant illi, & nemo nescit quantum valeat semel recepta consuetudo. Nec mirum est, Veteres illos tam iniquos fuisse divortio, quod & apud Ethnicos semper fuit odiosum, qui conjugium etiam ægre admiserint, ægrius digamiam. Hæc eò prodimus, ne quis statim velut absurdam rejiciat disputationem de mutandis divortii legibus. Sed jam, si placet, excutiamus divinorum voluminum locos, unde videmur ad hanc legem recipiendam fuisse compulsi. Dominus noster Christus apud Matthæum capite quinto, tradens cœlestem illam suam philosophiam, & absolutum præscribens exemplar, cujusmodi suos esse voluerit, loquitur ad hunc modum: *Dictum est autem, Quicunque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudii. Ego autem dico vobis, quod omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterium committit.* Verum quum eodem in loco complura doceat, quæ pure germaneque Christianis digna sunt, cur in cæteris omnibus recipimus interpretationem, in uno divortio tam rigidi sumus, ut magis etiam adstringamus verba Christi? Etenim quum ille reliquerit marito unam causam repudiandæ conjugis, nos eam multis modis adstringimus. Primum ita licebit divertere, ut postea vivat castratus & orbus. Deinde si post suspicionem adulterii rem habuerit cum uxore, excidit a jure repudiandi. Ad hæc si ipse quoque fuerit adulter, cogetur cum adultera cohærere. Postremo particulam exceptionis huc detorquemus, non ut jus faciat marito repudiandi, sed ut si repudiet, non facturus sit adulteram, quandoquidem jam adulteram abjicit. Nam id Augustini commentum est. Divortium interim appello, verum, & quale solum illa novit ætas, qua licebat a repudio prioris alteram ducere. Nam quod nos interpretamur divortium, quum dirimitur domestica consuetudo, manente conjugii vinculo, quis unquam veterum vel Theologorum vel Jureconsultorum appellavit divortium? Sed de hoc mox. Hac igitur una in parte tam mordicus tenemus summum, quod ajunt, jus, in cæteris quamvis recipientes interpretationem. Vetat inibi, Ne juremus omnino: vetatque multo severius quam divortium, & pluribus verbis inculcat, & tamen ob tres drachmas juramus passim, sic excusantes, Non est jurandum temere. Cur non item, Non est divertendum ab uxore temere? Vetat ille irasci: mox subjicimus, Temere. Vetat ille compellare quenquam contumeliosius: nos etiam colaphos impingimus, denique occidimus, & excusamus, Non lædendi, sed castigandi animo. Vetat ille, ne munus offeramus, ni prius reditum sit in gratiam cum fratre: excusamus, Si petat ille sibi ignosci, & si satisfaciat. Vetat ire ad judices pro credito, sed rem transigi jubet cum adversario. Nos ob sex obolos conjicimus proximum in vincula, & jure agere dicimur. Imo definimus peccare eum, & negligentiæ reum agimus, qui jus suum hac via non persequatur. Vetat injuriam injuria retaliare, etiam jure. Nam antiquitus talionis pœna sine judicio, ni fallor, non permittebatur. Nos ob paucos nummos subductos hominem ad suspendium adigentes, excusamus, Jus persequor, non vindictam. Vetat ille resisti malo: nos excusamus, consilii esse, non præcepti, licere nihilosecius vim vi repellere. Et ne singula persequar, jubemur diligere inimicos, bene mereri de male merentibus, bene precari male precantibus: excusamus, optabo inimicis mentem meliorem, signa familiaritatis non teneor exhibere. Postremo communis omnium excusatio opponitur omnibus, perfectis hæc præcipiuntur. Neque quisquam interim ex tam multis, qui se perfectionis titulo venditant, agnoscit perfectæ pietatis professionem, quum exigitur officium, ut ista pene frustra dicta sint a Christo. Christus hæc loquutus est, non turbis, sed discipulis, idque in monte, depingens purissimam illam sui corporis partem, quam appellat regnum cœlorum, cui nullis sit opus legibus. Quorsum enim opus præcepto, *Ne occidas*, ubi nemo vel læsus irascitur, aut maledicit? ubi placat ultro etiam is qui injuria affectus est? ubi quisque mavult de suo jure concedere, quam apud judicem experiri? Quid opus lege, quæ vetat adulterium, ubi nemo concupiscit quod alienum est? Quorsum opus jurejurando, ubi nec fallere studet quisquam, neque diffidit quisquam? Quid opus, ut lex moderetur ultionis æquilibrium, ubi diliguntur & hostes, ubi malefactum beneficio pensatur, convitium benedictis? Ita nihil opus libello repudii, ubi nemo malus est: aut si quid est humani vitii, vel toleratur invicem vel sanatur. Pone talem populum qualem Christus optat, nec repudio fuerit opus, nec jurejurando. Quod si ob infirmos, quos in tanto numero plurimos habet Ecclesia, nemo vetatur legibus suum jus persequi: nemo vetatur vim a capite propellere: nemo vetatur jurare, modo ob rem, & ne pejeret: nemo cogitur bene mereri de male merentibus: cur unum hoc de divortio promiscue exigimus ab omnibus? Si ob duritiam cordis permissum est Judæis ob quamlibet causam uxorem abjicere, ne quid gravius admitterent, & videmus inter Christianos, præter assiduas conjugatorum rixas, graviora discrimina, nimirum cædes, veneficia, incantamenta: cur, quum idem sit morbus, non idem admovetur remedium? Non probat Paulus digamiam, & tamen ob incontinentiam permittit, quod non audet exigere, satius esse judicans nubere, quam uri. Et nos de rigore divortii nihil omnino laxamus? Judæi, quod Moses scripserat de libello repudii, sic interpretabantur, quasi maritis jus esset quamlibet levi de causa rejicere conjugem, puta si quid in corpore fœditatis offenderet. Sic enim interrogant Christum capite decimo nono, *An licet quacumque de causa dimittere uxorem?* Id Christus adstringit ad unam adulterii causam: non quod non sint alia flagitia adulterio sceleratiora, sed quod adulterium tota ratione pugnet cum conjugio. Matrimonium e duobus unum facit: eam copulam dissecat adulterium. Ergo suis Christus unam duntaxat causam indulget divortii, Judæis non adimit quod indulsit Moses ob ingenii duritiem, negans ab initio fuisse sic. Si ut conditus erat homo perseverasset, nullum erat futurum inter ullos divortium. Christus revocans suos ad pristinam innocentiam, non vult divortium, quia non vult duros corde, & tamen Paulus indulget humanæ fragilitati, relaxans sæpenumero Domini præceptum. Cur non idem facere possit Romanus Pontifex? Porro quod objicitur ex eodem loco, *Quod Deus conjunxit, homo ne separet*, non magno negotio solvi potest. Hoc Deus conjunxit, quod rite conjungitur: hoc Deus dirimit, quod recte dirimitur. Apud Ethnicos non erat ratum matrimonium, nisi parentum aut tutorum auctoritate comprobatum, ne apud Judæos quidem, & tamen apud utrosque aliquo modo dirimi poterat matrimonium. Apud Christianos facillime coit conjugium, & semel initum nullo pacto potest divelli. Furtim inter pueros & puellas, per lenones ac lenas, inter stultos ac temulentos copulatur matrimonium, & tam turpiter initum indissolubile est, & quod magis est novum, sic initum fit sacramentum. Nam quæ nos de consensu, & verbis de præsenti, de rato & non rato disserimus, humanæ sunt interpretationes, non oracula Dei. Fateor absque mutuo consensu non coire matrimonium, sed consensum requiro sobrium. Consensum non per insidias ac temulentiam extortum. Consensum ex amicorum consilio sic adhibitum, ut par est in re, quæ rescindi nunquam possit, & quæ mereatur inter Ecclesiæ sacramenta numerari. Cæterum ubi cognitis causis Episcopus aut alii legitimi judices dirimunt hujusmodi matrimonium, non hoc separat homo, quod Deus conjunxit, sed quod male conglutinavit pueritia, quod vinum, quod temeritas, quod inscitia, quod male per lenas ac lenones suos diaconos conjunxerat Diabolus, hoc per suos ministros recte dirimit Deus.

Atqui divortium, inquiunt, approbat Ecclesia: sed hactenus, ut uterque maneat inconjugatus. Obsecro te, an de hoc divortio sensit Christus? A Judæis interrogatur, Judæis respondet. At illi nullum aliud noverant divortium, nisi quod adimeret jus repetendi dimissam, & daret jus ducendi alteram. Siquidem licuisse Judæis, etiam mulieribus, a repudio alteri nubere, vel illud est argumento, quod Sacerdos prohibetur repudiatam ducere: quæ lex supervacanea fuisset, si non erat fas repudiatæ cuiquam nubere. Imo in hoc dabatur libellus repudii, ne jus esset repudiatam repetere, ac firmum esset alterum matrimonium. Siquidem hæc Chrysostomi ratio mihi videtur probabilior, quam ea quam affert Augustinus libro adversus Faustum decimo nono, capite vigesimo quinto. Quod si Christus de vero divortio loquutus est, unde nobis hoc novum divortii genus, quod nomine verius, quam re divortium est? Sed fingamus de hoc divortio sensisse Christum, quum is unicam duntaxat repudii causam indulserit, cur Augustinus addit idololatriam & hæresim, nec alio titulo, quam quod hæc sit quædam fornicatio? Atqui ad eam rationem videtur omne facinus capitale, quod animam alienat a Deo, fornicatio quædam dici posse. Cur nostræ leges tot casus adjecerunt, pene innumeros, in quibus recipitur divortium? Hieronymus etiam ob adulterii suspicionem pronunciat libere rejici uxorem: *Ubicumque*, inquit, *est fornicatio, & fornicationis suspicio, libere uxor dimittitur.* Si quid licet immutare in præceptis Christi, cur non consulitur saluti

saluti male cohærentium ? Si nihil licet, cur aiii sunt ex unica causa tam multas reddere ? Pontificiæ leges concedunt iterare conjugium alteri conjugum ad Christum converso, si altera nolit ab impietate blasphemiaque resipiscere: Christus fornicationem excepit, hunc casum non excepit. Et tamen hic audemus concedere, quod illic non audemus. A frigido dimisso licet nubere, a parricida dimisso non licet. Error conditionis irritat contractum & consummatum matrimonium, veluti si qua nubat servo, quem credebat ingenuum. Error qualitatis non dirimit. Quasi non sit tolerabilius servo junctum esse, quam venefico aut mago & homicidæ aut etiam parricidæ. Quod levius est, non exigitur: quod gravius est, exigitur. Respondebit aliquis, hic non dirimi matrimonium, sed declarari tantum, non fuisse verum matrimonium quod esse videbatur. Audio, sed illud quæro, quanam auctoritate pronunciarint, hanc causam valere ad dirimendum matrimonium creditum, aliam parem, aut multo etiam graviorem, non valere ? Aut cur non eadem ratione succurritur male copulatis, ut pronuncietur non fuisse verum matrimonium, quod inter pueros ac puellas, qui sunt in parentum potestate, citra parentum auctoritatem, per violentiam & lenarum insidias contractum erat ?

Sed jam, si placet, causas excutiamus, quibus adducti Veteres non concedunt iteratum conjugium, ne ob adulterii quidem crimen. Hieronymus hanc adducit causam, ne si duxeris alteram, videatur non offensus prioris vitiis, sed aviditate formosioris mutasse conjugem. Quin ipsius verba subscribam: *Et quia poterat*, inquit, *accidere, ut aliquis calumniam faceret innocenti, & ob secundam copulam nuptiarum veteri crimen impingeret, sic priorem jubetur dimittere uxorem, ut secundam prima vivente non habeat. Quod enim dicit tale est, si non propter libidinem, sed propter injuriam dimittis uxorem, quare expertus infelices priores nuptias novarum te immittis periculo ? Nec non quia poterat evenire, ut juxta eamdem legem uxor quoque marito daret repudium, eadem cautela præcipitur, ne secundum accipiat virum. Et quia meretrix, & quæ semel fuerit adultera, opprobrium non timebat, secundo præcipitur viro, quod si talem duxerit, sub adulterii sit crimine.* Hactenus Hieronymus. At interim seposita paulisper auctoritate Scriptoris, rem ipsam mecum expendat Lector, num hæ satis graves sint causæ, cur innoxius maritus debeat vel alligari sceleratæ mulieri, vel orbitatis molestiam & libidinis incendium ferre per omnem vitam, ne vel parum prudens habeatur quibusdam, quod rem, quæ non successerit, denuo sit aggressus: quasi turpe sit, qui semel tempestatem expertus sit, iterare navigationem, aut qui in deligendo amico erraverit, quemquam alium in amicitiam admittere: vel intemperans aut avarus, qui formam aut dotem mutare voluerit, non uxorem. Sed obsecro te, ubi res erit acta per Episcopos, per probatos & graves judices, ubi divortium horum auctoritate comprobatum erit, qui deinde suspicabuntur, probi, an improbi? Nimirum improbi. Sed æquumne censemus, ut ob aliquot improbos male suspicaces tanta calamitate premantur maritus innoxius, aut mulier innocens? Consimiles ferme causas adducit Augustinus in libris ad Pollentium: *Ne in contumeliam*, inquit, *prioris mariti videatur alterum prætulisse, neve non tam videatur mariti vitiis offensa divertisse, quam recentis aviditate, jocum etiam admiscens, ac negans ob malorum querelas oportere perverti Evangelium.* Atqui primum Evangelium non vetat iterare matrimonium, ubi jure dimiseris uxorem. De Pauli verbis mox loquemur. Deinde quum nec Christus, nec Paulus continentiam exigat ab iis qui continere non possunt, cur mali dicantur, qui continere nequeunt, nec se continentiæ voto adstrinxerunt ? Corporis hoc vitium est, non animi. Cur autem pœnas dare cogitur, qui nihil admisit? imo qui afflictus est.

Jam vero quod de sacramento afferunt, cujusmodi sit, videamus, per quod volunt omne matrimonium semel contractum esse indissolubile. Neque enim hic Augustinus, qui tria bona ponit in matrimonio, quum tertium sacramentum vocat, sentit unum e septem sacramentis: quod ipsum subnotare videtur Petrus Lombardus distinctione trigesima prima: imo haud scio, an hoc sacramentum septimum Veteribus fuerit cognitum. Primum quod Dionysius enumerans nominatim singula, & singulorum vires, ritus, ac ceremonias explicans, de conjugio nullam facit mentionem. Nam quod causantur quidam, comprehendi sub sacramento ordinis: id tale est, ut efficiat, ne nihil respondisse videaris, quum omnino nolueris obmutescere. Quasi vero iisdem ceremoniis consecretur sacerdos, & sponsus jungatur sponsæ: saltem duobus verbis nomen addidisset, præsertim quum de eo tam multa scripserit Paulus. Deinde quum tot voluminibus tractatum sit de matrimonio vel a Græcis vel a Latinis, nullus est locus unde liqueat illos conjugium inter septem sacramenta commemorare, præsertim quum Augustinus, conjugii fautor, bona matrimonii diligenter recenseat & inculcet. Quin Jovinianus, sic impense favens matrimonio, ut hac de causa judicatus sit hæreticus, quum utriusque Testamenti libros omnes excusserit, nihil non detorquens ad laudem matrimonii, non hoc tantum & plausibile ac palmarium argumentum, vel in primis produxisset, passim ita clamitans, Matrimonium est unum e septem Ecclesiæ sacramentis, virginitas non est. Nec opinor Hieronymum tam libere stomachaturum fuisse in digamos, si constitisset & illic esse unum e septem sacramentis. Verum cur hæc recenseo, quum Durandus fateatur matrimonium a recentioribus Theologis denique numerari cœptum inter ea, quæ proprie dicuntur Ecclesiæ sacramenta? Porro quod Paulum sequuti Veteres matrimonium aliquoties vocant sacramentum, id sentiunt, opinor, in copula viri & uxoris: quoniam est arctissima amicitia, repræsentari typum quemdam & imaginem Christi, sponsam Ecclesiam sibi copulantis. Et est quidem omnino res sancta sacraque matrimonium rite servatum, & tamen typus esse potest rei sacræ, quod per se sanctum non sit, velut Bethsabee erepta Uriæ, & David juncta, & Oseæ Prophetæ stuprum, Samsonisque ac Dalilæ fabula, quod palam testatur Hieronymus. Ac rursus nihil est necesse, ut typus per omnia respondeat. Alioqui sacramentum non erit, ubi quis sterilem habet uxorem, aut ubi uxor fert maritum ebriosum aut infamem aut aleatorem. Ut demus interim matrimonium hic accipi pro vero sacramento, sacramentum non erit, ubi vetulus ducit vetulam, ebrius ebriam, & tamen Ecclesia agnoscit sacramentum. Alia sexcenta referri poterant, in quibus imago non respondeat, matrimonii humani & mystici. Neque protinus injuria fit sacramento Baptismi, si quidam illotam habent vitam. Neque continuo non est sacramentum conjugium, si quibus vitiis contaminentur conjugati: alioqui nostro divortio, quod tam facile indulgemus, fiet injuria sacramento Christi. Aliquo modo dissolvimus conjugium, quum Christus modis omnibus adhæreat suæ sponsæ. Denique ne morte quidem oportebat dirimi matrimonium, si postulemus ut typus respondeat undique. Imo si typum urgeamus, interprete Origene, Synagogam repudiavit Christus, ut interfectricem mariti, cujus illa vox est, *Tolle tolle, crucifige eum*: & hac repudiata sibi junxit Ecclesiam. Ad hanc imaginem licebit abjicere, quæ necem machinata sit viro, & alteram se dignam ducere. Quod ad mysterii congruentiam pertinet, satis est quod hoc animo semper unus uni jungitur, ut nulla fiat divulsio, quod inter plerosque perpetuum est conjugium. Certe mirum est, quum tot Græci veteres simul ac Latini causas exquirant, cur sit indissolubile matrimonium, nihil hujusmodi venisse illis in mentem, quod nobis videtur insolubile. Nemo contrahit matrimonium, nisi hoc animo, ut sit perpetuum, neque vero quisquam hic velit ominari divortium. Quod si incidat necessario, ut sunt res humanæ, non fit injuria sacramento, si paucorum necessitati succurratur. Ut enim paucorum privilegium non irritat legem generalem, ita paucorum infelicitas non vitiat commune sacramentum. Postremo consequetur, aut in vetere Testamento matrimonium non fuisse sacramentum, aut dirimi nullo pacto debuisse, præsertim cum homicidii periculis nostro divortio potuerit occurri.

Chrysostomus duplicem adducit causam, cur apud Judæos viro permittatur uxorem abjicere, sed dato libello: *Permittitur*, inquit, *repudiare, ne invisam occidat.* Itane prodesse debet apud Judæos flagitioso sua malitia, & apud nos non proderit marito sua innocentia ? *Jubetur*, inquit, *dare libellum, ne liceat recipere quam repudiavit: alioqui futuram infinitam ac fœdam adulteriorum confusionem.* Atqui hæc causa nos deterret, quo minus faciamus marito jus recipiendi quam repudiarit. Atque is eamdem putat esse causam, cur liceat adulteram abjicere, ne passim misceantur adulteria mutua. Quæ causa si vera est, cur apud nos nemo cogitur adulteram repudiare, imo vetatur, nisi malit castrari ? Innocentius tertius cap. *Quanto*, quod superius a nobis adductum est, hanc reddit causam, cur uxor mariti in hæresim prolapsi non possit cum alio novare conjugium: *Quod*, inquit, *in odium conjugum, vel quando sibi invicem displicerent, si eas possent in tali casu dimittere, simularent hæresim, ut ab ipsa nubentibus conjugibus resilirent.* Glossema citat in eamdem sententiam cap. *Dixit Dominus*, causa trigesima secunda, quæstione prima, quod ipsi ex Hieronymo paulo ante citavimus. Atqui si hanc causam recipimus, non licebit nubere, quæ per errorem nupserit Petro, credens esse Joannem, aut servo credens esse ingenuum, ne quæ divortium affectet, subornet ejusmodi causas: etiamsi capitulum, quod citat Glossema, mihi non videtur admodum facere ad Innocentii sententiam. Sentit enim maritum fingentem sese hæreticum, quo deterreat uxorem, mox illa juncta alteri, fingentem se resipuisse. Itidem poterat se servum fingere, qui studeret abigere uxorem. Quin eadem prætexi poterant adversus divortium nostrum: simulabit vitium aliquod, cui uxor domi molesta est, quo illam ædibus exigat, satis magnum simulationis præmium esse ducens, si quam odit, domi non videat. Ac de causis quidem hactenus.

Jam, si videtur, Pauli locos excutiamus, unde potissimum videntur hausisse nostri Pontifices hanc in dirimendis conjugiis difficultatem. Paulus Epistolæ ad Romanos capite septimo, *An ignoratis*, inquit, *fratres, scientibus enim legem loquor, quia lex in homine dominatur, quanto tempore vivit: nam quæ sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est a lege viri. Igitur vivente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est a lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro.* Non agit hic Paulus de divortio, sed similitudinem adducit Judæis ex ipsorum lege, qua doceat ac persuadeat, antiquata jam Mosis Lege per Evangelium, non amplius illos teneri Legis ceremoniis, quum Christo novo sponso nupserint. Nec est necesse similitudinem aut parabolam quadrare per omnia, alioqui parabolas de nocturno suffosore domus, de pecunia fœneratori debita, de dispensatore iniquo, de vite & palmitibus, de pueris in foro canentibus, & id genus innumeris, ad hanc legem ridicule exigemus. Satis est si hactenus congruant, quatenus declarant id cujus gratia adhibentur. Est autem Paulo peculiare, nihil non torquere ad Evangelii negotium, pia Christianaque vafritie, dum in omnia se vertit, ut omnes Christo lucrifaciat. Cujus dissimillimi sunt hodie, qui in omnia se vertunt, ut a Christo avocent, & ipsi rem ac honorem lucrifaciant. Alioqui si quis urgere velit hunc Pauli sermonem juxta id quod verba sonant, ne adulteram quidem fas erit dimittere, nihil enim excipit. Rursus non apte citare videbitur Legem Mosaicam Judæis Paulus, in hanc sententiam, quum Lex permittat maritis qualibet ex causa repudiare, modo det libellum repudii. Liquet igitur Paulum hic non exclusisse divortium, quod ipsa Lex palam indulget, cujus adducit testimonium, sed suum agit negotium, dissimulans id quod ad præsentem causam non faciebat. Rursum Epistolæ ad Corinthios prioris capite septimo in consimilem ferme modum scribit: *Igitur qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit: & qui non jungit, melius facit. Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit. Quod si dormierit vir ejus, liberata est a lege, cui vult nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum consilium.* Ne hic quidem Paulus

lus tractat materiam divortii, sed adhortatur pro illorum temporum statu, ut quæ liberæ sint a conjugio, præsertim viduæ, (nam ad harum causam videtur redire) abstineant a conjugio, quo liberiores sint a negotiis mundi, tum adhuc impii & idololatræ, quæ non poterant non commisceri affinitatibus. Et tamen hoc non exigit, tantum edicit, ut quæ non nupserint, si velint nubere, jungantur Christiano. Alioqui Christianam jam Ethnico junctam non avellit a marito, nisi maritus ipse discedat; non enim peccare, si libera nubat. Porro nihil esse opus marito, quæ jam maritum habet. Opinor hanc esse præcipuam clavim ad intelligendam mysticam Scripturam, dispicere quid agat is qui loquitur, præsertim in Paulo, qui lubricus est in disputando, nunc huc se proripiens, nunc illuc: ut, quemadmodum inquit Origenes, vix intelligat Lector, unde egressus, quo educatur. Restat locus omnium difficillimus, qui præcessit in eodem capite, ubi de conjugatis agens sic loquitur: *Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis, si sic permanserint, sicut & ego. Quod si se non continent, nubant. Melius est enim nubere, quam uri. His autem, qui matrimonio juncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari: & vir uxorem non dimittat.* Hæc dicta videntur de paribus matrimoniis, hoc est, viri Christiani & mulieris item Christianæ. Sequitur enim de impari conjugio: *Nam cæteris dico ego, non Dominus.* Primum quod Paulus nusquam addit exceptionem Evangelicam, Ambrosius admonuit ubique esse supplendam, ne videatur Apostolus pugnare cum præceptis sui Domini. Præterea Paulus non videtur hic agere de gravibus flagitiis, quæ crimen adulterii vel æquent, vel superent etiam, sed de levioribus offensis, ob quas apud Græcos potissimum crebra fiebant divortia, juxta illud Juvenalis Sat. VI.

---- sic fiunt octo mariti
Quinque per autumnos: ----

Id colligitur ex eo quod sequitur, *aut viro suo reconciliari.* Redeunt enim in gratiam, quos offensa aliqua humana diremit. Et reconciliatur quæ offendit, non quæ offensa est. Quod si jure discessit, cur jubet eam reconciliari, quæ magis erat placanda? quod si mutuæ fuerunt offensæ, sed mediocres, vetat ne protinus adjungat sese alteri viro, & reditum ad priorem sibi intercludat, sed maneat innupta, si forte detur utrique reditus in gratiam. Ad hæc, Apostolus hîc de muliere duntaxat loquitur, quod huic sexui apud Judæos non esset ullum jus repudiandi. Virum tantum hortatur, ne ob offensas hujusmodi uxorem abjiciat. Non addit autem, quod si abjecerit, maneat cœlebs, aut uxori suæ reconcilietur. Id enim annotavit Ambrosius, etiamsi Augustinus vult ubique par esse jus tam uxori quam viro: quod ut fortiter ac constanter asseverat, ita non est quo certum doceat. Verum haud scio, an Paulus tribuerit hac in parte nonnihil suæ legi, quæ cum viro permittat ob quamlibet causam mutare uxorem, atque zelotypiæ quoque virili sævum remedium indulserit, uxori nihil hujusmodi concedit. Ad hæc, Apostolus in omnibus Epistolis suis haud multum auctoritatis tribuit uxoribus, quas subjicit potestati mariti, quas non patitur esse retecto capite, quas non sinit ne loqui quidem in Ecclesia. Vetuisse igitur videtur Paulus, ne ob vulgares offensas uxor virum relinqueret. Quod si factum esset, abstineret a secundo conjugio, ne non liceret ad pristinam redire, reconciliatis animis. Neque enim probat, ut divulsa a viro maneat innupta, viro nolente: sed hoc mavult, quam iterato matrimonio novo vetus aboleri.

Quod si Paulo proposita fuisset hujusmodi causa, stultus cum stulta, puer cum puella contraxit, intercesserunt lenæ, vinum, temeritas, arte in nassam inducti sunt, & hujusmodi matrimoniorum plenus est mundus, infinita mortalium millia male tenentur illaqueata. Nutu coit matrimonium, si modo coitus successerit, imo si non successerit, nihil inter conjunctos convenit, tanta est morum & ingeniorum dissimilitudo: rixæ juges, odium immedicabile, timetur venenum, timetur cædes, nihil non malorum exspectatur, neuter cœlebs potest vivere, si cohærent, bis perit uterque: si mutetur conjugium, spes est utrumque fore incolumem: fortassis pro causæ circumstantiis aliud responderet Apostolus, & nonnihil relaxaret de rigore consilii superioris, suaque scripta civilius, opinor, nobis interpretaretur, quam nos interpretamur. Aut si ad Paulum confugisset nobilis illa Fabiola, Hieronymi monumentis æternæ hominum memoriæ consecrata, quæ tecta cilicio, nudis pedibus publicitus egit pœnitentiam, quod priore marito relicto puella nupsisset alteri, (subindicat autem Hieronymus virum abusum fuisse uxore, secus quam decet maritum, quum referat illam ea pati coactam a marito, quæ nulla ancilla pateretur a domino; siquidem dabatur & mancipiis confugium ad statuam Principis, si infami injuria tentata fuissent a dominis) atque hisce verbis eum compellasset: Non exiges Paule, ut hujusmodi maritum feram, cui non possum obsequi, nisi fiam abominabilis. Imo non patieris ferre talem, etiamsi cupiam, & eum corporis habitum in me sentio, ut tutum non sit carere connubio. Nec tu exigis tantum donum ab iis, quibus hoc nondum contigit divinitus, qui viduas etiam lasciviores jubes nubere. Hæc, inquam, & hujusmodi si narrasset Fabiola, civiliorem, ni fallor, experta fuisset Apostolum, quam Episcopum illum, quisquis fuit, qui innoxiam puellam adegit ad publicam pœnam, quasi matrem veneno necasset: præsertim quum illa, ut indicat Hieronymus, non contemptu constitutionis Pontificiæ, sed imprudentia, maritum alterum adscivisset. Quod si quis urgeat, Paulum hîc agere de causa adulterii, cur non excipit quod excepit Dominus? Imo cur addidit quod non addidit Dominus? *maneat innupta.* Cur viro prohibet ne dimittat, cui permittit Christus, ut dimittat adulteram? Non tamen hæc dicimus, quod velimus aperiri fenestram crebris divortiis: verum ubi nihil non frustra tentatum est, consuli cupiam saluti vel infelicium, vel infirmiorum. Neque vero periculum est, ne passim dirimantur connubia, quando & apud Ethnicos suus constabat honos matrimonio, apud quos mutuum erat divortii jus, at non temere tamen. Vis rara esse divortia? Cura ut non tam facile coeant conjugia. Judicio coeant: coeant auctoritate parentum, aut eorum quorum interest: quemadmodum apud Hebræos, Græcos, Romanos, ac Barbaros olim coire solebant. Quis enim apud Christianos hoc oraculum primus prodidit, quod solo consensu contrahatur matrimonium, etiam invitis his; sub quorum potestate Deus voluit liberos esse? Quod argumentum nimium facile discutit Thomas Aquinas: *Non est*, inquit, *in potestate patris, ut ancilla, sed ut filia.* Cur igitur non itidem licebat apud Judæos invitis parentibus nubere? Ac linum lino connectens, addit: *Sicut potest ingredi religionem absque consensu parentum, quum sit persona libera.* Ut liberi parentibus invitis se conferant ad professionem Evangelii, docent nos ipsa Evangelia. Hîc tamen & hactenus tantum negligunt auctoritatem parentum, quatenus cogunt ad impietatem. Cæterum ut puella aut puer relictis Christianis parentibus, quibus duplici nomine debet obsequi, se addicat instituto Benedictinorum aut Dominicalium, apud quos fortasse licentius vivat & impunitius, non religiosius, ac præter publicum jus semet emancipet ab eorum potestate, quibus illos & natura & humanæ divinæque leges voluerunt esse subditos, ac se nescio quibus dedant in servitutem humanam, ut ex liberis fiant parentum perfugæ, hominum aliorum mancipia, non video qua ratione nitatur. Hæc constitutio videtur ab iisdem profecta, qui statuerunt, ut a sponsa legitime ducta, sed nondum cognita, liceat divertere ad vitam Monasticam, nec interim fas sit puellæ alteri nubere ante editam sponsi professionem, & si ante professionis diem migret in aliud Monasterium, & hinc rursus in aliud, ut jam fiant anni quattuor, sponsa tamen cogetur manere innupta. Denique si ille nusquam profiteatur, sed redeat ad sponsam, illa cogetur summa cum infamia maritum habere, qui tot annis habitaverit in cuculla. Præclara æquitas. Egregius religionis favor, ob humanum institutum violare legem divinam, cum injuria innocentis puellæ, atque etiam cum periculo non mediocri. Et hîc affertur nobis frigida subtilitas: Monachi sunt mundo mortui. Mors corporis dirimit matrimonium, multo magis mors spiritualis. Quasi vero non omnes Christiani in baptismo hanc mortem professi sint, & Christo in baptismo consepulti. Jactatur addictio, quasi non cæteri Christiani sint toti addicti Christo. Qui hæc statuerunt, aut non intellexerunt vigorem legis divinæ, aut nimium tribuerunt humanis institutis. Verum ut ad rem. Saltem hoc apud nos detur infelici innocentiæ, quod apud Judæos datum est perversæ maritorum acerbitati, quod Paulus indulget viduis intemperantibus, ne quid admittant sceleratius. Ei, quæ frigido nupsit, succurrit tacita conditio, & dirimitur matrimonium. At qualitas animi sæpe gravior est corporis vitio: cur hîc non est tacitæ conditionis remedium? Non probatur, inquiunt, apud Judæos divortium, sed conceditur. Conceduntur & apud Christianos lupanaria publica, ne quid admittatur deterius. At mihi non fit verisimile peccaturum fuisse Judæum, qui uxorem egregie sceleratam abjecisset, & alteram duxisset domum, quum id lex palam concederet, nihil addens, hoc donatum duritiæ cordis, præsertim quum ex sensu naturæ non possit sciri quod nos interpretamur. Et si concessum est duritiæ cordis, utique licet, quod concedit Deus: præsertim si nullo signo declaret eos peccare, qui permisso utantur. Verum hæc utcunque habeant, ita conceditur, ut tamen impune sit marito duxisse quam velit, nec vetantur utcunque repudiatæ nubere. Interdum enim hoc licere dicitur, quod lex non punit. At apud nos idem non modo non toleratur, sed ut atrox flagitium punitur, & aliquanto gravius quam adulterium: quum Augustinus clare pronunciet, sceleratius esse extra connubium libidinari, quam a divortio novo marito junctam vivere. Neque simpliciter negat hujus esse uxorem, sed magis esse illius quem reliquit, quam cui nupsit.

Verum hujus disputationis jam modus esto, quum res voluminis sit, non annotatiunculæ. Hæc tamen paucis libuit delibare, quo doctis ac studiosis uberiorem cogitandi materiam præberemus. Nec ullo pacto judicio majorum ob hæc præire conamur, multo minus Ecclesiæ Catholicæ. Cæterum quoniam in priore Editione votum in hac re nostrum, sive prudens, sive imprudens, certe pium, subindicaveram: ne quis id aliorsum interpretaretur atque a me scriptum fuerat, declarandum putavi, quibus rationibus adducti tale quiddam optaremus, si qua fieri possit per Ecclesiasticam auctoritatem. Miserebat me illorum, quos videbam hujusmodi vinculis inextricabilibus implicatos, quos sciebam esse plurimos, præsertim apud Britannos, apud quos hoc opus primum deformabam. Videbam viros olim probatæ doctrinæ sanctimoniæque non fuisse deterritos Evangelii Paulique verbis, quo minus admitterent divortium. Videbam quædam secus posse exponi, quam hactenus exposita sunt. Videbam hoc tribui Pontifici Romano, ut Evangelicam & Apostolicam doctrinam interpretetur, adstringat, laxet, dispenset, & juxta quosdam etiam abroget aliqua in parte. Videbam & hodie matrimonium dirimi, ob errorem personæ & conditionis etiam consummatum coitu; ob lapsum in hæresim etiam illud dissolvi, de quo dubitari non poterat, quin verum esset matrimonium. Videbam ob professionem instituti humani, ob mutatum pallium, sponsum legitimum fraudari sua sponsa. Videbam per Romanum Pontificem personas reddi inhabiles, quas neque natura neque lex divina fecerat inhabiles: ac ejusdem videtu potestatis, hominis auctoritate vetare ne coëat matrimonium, & efficere ut dirimatur matrimonium. Videbam Scripturam hac in parte, ut in plerisque, esse perplexam & ancipitem. Videbam veteres Interpretes doctissimos a recentioribus dissidere. Videbam quanta sit auctoritas Ecclesiæ a Christo tributa, cui dederit claves regni cœlorum. Cogitabam Ecclesiam habere sponsi sui spiritum, neque posse non recte statui, quod ad hominum salutem illo auctore statueretur. Videbam quam esset ingens Romani Pontificis clementia, quæ succurrat etiam iis qui apud inferos, citra periculum exitii æterni, cruciarentur. Cupiebam & iis succurri, qui quum

æternæ

θέρα ἐςὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι, μόνον ἐν Κυρίῳ. 40 Μακαριωτέρα δέ ἐςιν, ἐὰν οὕτως μείνῃ, κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην· δοκῶ δὲ κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν. VIII. 1 Περὶ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων, οἴδαμεν, ὅτι πάντες γνῶσιν ἔχομεν· ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ 2 δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ. Εἰ δέ τις δοκεῖ εἰδέναι τι, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκεν, καθὼς δεῖ γνῶναι. 3 Εἰ δέ τις ἀγαπᾷ τὸν Θεὸν, οὗτος ἔγνωςαι ὑπ' 4 αὐτοῦ. Περὶ τῆς βρώσεως οὖν τῶν εἰδωλοθύτων οἴδαμεν, ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ, καὶ ὅ- 5 τι οὐδεὶς Θεὸς ἕτερος, εἰ μὴ εἷς. Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ, εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ τῆς γῆς, ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ· καὶ κύ- 6 ριοι πολλοί· Ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς, ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριςὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ 7 ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. Ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις· τινὲς δὲ τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου ἕως ἄρτι ὡς εἰδωλόθυτον ἐσθίουσι, καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν ἀσθενὴς οὖ- 8 σα μολύνεται. Βρῶμα δὲ ἡμᾶς οὐ παρίςησι τῷ Θεῷ· οὔτε γὰρ ἐὰν φάγωμεν, περισσεύομεν· οὔτε 9 ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑςερούμεθα. Βλέπετε δὲ, μήπως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη πρόσκομμα γένηται τοῖς ἀ- 10 σθενοῦσιν. Ἐὰν γάρ τις ἴδῃ σὲ, τὸν ἔχοντα γνῶσιν, ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον, οὐχὶ ἡ συνείδησις αὐτοῦ ἀσθενοῦς ὄντος οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν;

in Domino. 43 Attamen beatior est, si sic maneat, 44 40 juxta meam sententiam: opinor autem quod & ipse Spiritum Dei habeam. Cæterum de iis, quæ simulacris immolantur, scimus, quod omnes scientiam habemus: 1 scientia inflat, charitas vero ædificat. 2 Quod 1 VIII. 2 si quis sibi videtur aliquid scire, 3 nondum quicquam novit, quemadmodum oporteat scire. At si quis diligit Deum, hic cognitus est ab illo. 4 De esu igitur 3 4 eorum, quæ simulacris immolantur, scimus, 5 quod nullum est simulacrum in mundo, & quod 6 nullus sit Deus alius, nisi unus. Nam etiamsi sunt qui dicantur 5 dii, sive in cœlo, sive in terra, 7 quemadmodum sunt dii multi, & domini multi: Nobis tamen unus est 6 Deus, qui est Pater ille, 8 ex quo omnia, & nos in illum: 9 & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per illum. Sed non in omnibus est scien- 7 tia: nonnulli vero cum conscientia simulacri usque ad tempus tanquam simulacris immolatum edunt, & conscientia illorum infirma quum sit, polluitur. 10 Atqui esca nos non commendat Deo: neque si come- 8 damus, aliquid nobis superest: neque si non comedamus, 11 quicquam nobis deest. Sed videte, 12 ne quo 9 modo facultas illa vestra offendiculo sit iis qui infirmi sunt. Etenim si quis conspexerit te, qui habes scien- 10 tiam, 13 in epulo simulacrorum accumbentem, 14 nonne conscientia ejus, qui infirmus est, ædificabitur ad eden-

æternæ salutis periculo hîc discruciarentur in vita, nihil commeriti. Videbam ea, quæ objiciuntur, facile posse dilui citra nostræ Religionis injuriam. Videbam rationes, quas adducunt hac in causa Veteres ac Neoterici, non esse tam urgentes, ut ad tantam adigant necessitatem hominum genus. His rebus commota charitas Christiana proposuit iis qui me plus cernunt, dispicerent, si qua ratione sermo Evangelicus ac Pauli dispensari posset ad plurimorum salutem, ad quam omnia scripta sunt nobis, & ad quam Paulus nonnunquam etiam detorquet Sacras Litteras. Quod si hoc quod opto fieri non potest, certe illud potest statui, ne matrimonia præter Veterum omnium morem, præter æquitatem naturalem, tam facile, ne dicam tam temere, coeant. Etenim si Romanus Pontifex statuere potest, ne conjugium inter tertio gradu conjunctos sit conjugium, idem videlicet statuere potest, ne inter eos qui alienæ sunt potestatis, ne inter adolescentulos, puellas, ebrios, inconsultos, nullo majorum consilio, sed lenonum ac lenarum impulsu, vel stultitiæ potius consilio rem gerentes, ratum sit matrimonium. Hac certa via fiet, ne tam multi miserabilibus nexibus implicentur.

43 *Beatior autem erit*] Græce habet *est*, præsentis temporis, non *erit*. Vel ex hoc apparet, quum superius diceret, *Mulierem non tangere bonum esse*, non de vitio, sed de vitæ commoditate sensisse.

44 *Secundum meum consilium*] κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην, id est, *mea sententia*, sive *meo judicio*: liberum interim faciens hac in re suum cuique judicium.

1 *Scientia inflat, charitas ædificat*] Hunc locum eò torquent quidam, ut dicant esse periculosum bonas litteras attingere, quum ipse Paulus paulo ante de se dixerit, *Scimus quod omnes scientiam habemus*, videlicet de se suique similibus loquens. Proinde non vetat Paulus, ne non amplectamur scientiam, sed ne desit scientiæ charitas, alioqui nihil æque inflat atque inscitia. Tractat hunc locum eleganter Augustinus libro adversus Faustum decimo quinto, capite octavo.

2 *Si quis autem existimat se scire*] Εἰ δέ τις δοκεῖ εἰδέναι τί. *Si quis quid videtur scire*, aut, *Si quis sibi videtur aliquid scire*, ut intelligas omnem scientiæ persuasionem oportere abesse.

3 *Nondum cognovit*] οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκεν, id est, *nondum quicquam novit*: ut intelligamus hanc esse præcipuam scientiæ partem, nosse rationem sciendi. Jam tametsi Græcæ negationis congeminatio est ex idiomate sermonis, tamen nonnihil facit ad vehementiam, alioqui vertendum erat ad verbum, *nondum nihil novit*. Hîc rursus libet istos quosdam anxie religiosos appellare, qui nihil omnino mutandum putant in Divinis Litteris, ne jota quidem aut apicem, cur hîc ausus est Interpres totam negationem omittere? Aut quînam explicabunt hunc locum, qui Dialecticorum regulas per omnia sanctas & ἀκινήτους esse contendunt.

4 *De escis*] Περὶ δὲ τῆς βρώσεως τῶν εἰδωλοθύτων, id est, *De esu vero eorum quæ idolis immolantur*: quidam vertunt *immolatitia*. Dure vertit Græca. Quis enim dicitur, *immolare escas*? Nec abest amphibologia. Potest enim accipi, quod ea quæ immolantur idolis comedant. Et miror hîc *escarum* vocabulum placuisse Interpreti, quum Græca commode reddi potuerint, *de esu eorum quæ simulacris immolantur*.

5 *Quia nihil est idolum*] ὅτι οὐδέν. Potest legi, *quod nullum est*, sive *nihil esse idolum*: nam addit *in mundo*. Melius autem vertisset ὅτι *quod*. Ambrosius pro *idolo* semper legit *simulacrum*: nam *idolum* Græca vox, sed a Latinis jam usurpata, & θύω, *sacrifico*: inde εἰδωλόθυτα, *simulacris immolata*, pro quo vulgo legit *idolotica*, mendose, quum in Paulino codice scriptum habeatur *idolothyta*. Thomas Aquinas adducit novam differentiam inter *idolum* & *simulacrum*, quod *simulacrum* sit effictum ad similitudinem alicujus rei naturalis: *idolum* contra, *ut*, inquit, *si corpori humano addatur caput equinum*. Quæ distinctio vera sit, nec ne, judicent alii: mihi Lexico, quod *Catholicon* inscribunt, non indigna videtur. Certe Ambrosius nullum novit discrimen inter *idolum* & *simulacrum*: nec ego ullum video, nisi quod *simulacrum* est vox Latina a *simulando* dicta, *idolon* Græca, ab εἶδος, *species*, quod speciem & imaginem inanem præ se ferat, quum absit veritas: unde quæ nos *spectra* vocamus, Græci vocant εἴδωλα.

6 *Nullus est Deus nisi unus*] ἕτερος, id est, *alius*, deest in nostris. Et sicut non est ullus Deus præter unum, ita non est idolum, quod Deum aliquem repræsentet.

7 *Siquidem sunt dii*] ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, id est, *quemadmodum sunt dii multi*. Fortasse Interpres legit εἴπερ. *Siquidem sunt dii multi & domini multi*. Totum hoc deest apud Ambrosium, adeo ut nec edisserens indicet se legisse. Non erat autem hinc periculum, ne plures deos crederemus, quum satis manifeste testetur illos non esse simpliciter deos aut dominos, sed illis esse deos ac dominos, a quibus colebantur. Quemadmodum & Paulus Romanis scribens, dicit Deum Pseudapostolorum esse ventrem. Huic respondet quod sequitur, *Nobis autem*, & cætera. Itidem & de se paulo post, *Etsi aliis non sum Apostolus, sed tamen vobis sum*. Rursus non appellat eos simpliciter deos ac dominos, sed ait vocari deos ac dominos, videlicet nomine, non re, & opinione, non virtute.

8 *Ex quo omnia, & nos in illo*] Græce est, *& nos in illum*: atque ita primum scriptum erat in exemplari, quæ viderim, omnium emendatissimo, Bibliothecæ Paulinæ: quod tamen ita fuit erasum, ut evidentissimum rasuræ vestigium testetur adhuc germanam scripturam. Neque vero nescio Græcam præpositionem esse ancipitem, neque me fugit quid interpretentur Ambrosius ac Thomas: mihi tamen videtur germanius *in illum*: ut respondeat ei quod præcessit, *ex quo omnia*, tanquam ab auctore summo, *& nos in illum*, ad quem ceu fontem omnia referenda sunt. Aut omnia quidem sunt ex illo, qui condidit universa, nos tamen qui credidimus per fidem in illum conversi sumus, & velut in unum commissi, quemadmodum interpretatur Theophylactus.

9 *Et unus Dominus*] Hic locus facit ad id quod alias admonuimus, Paulum fere *Dei* vocabulum tribuere Patri, *Domini* Filio, quum alias & Pater vocetur *Dominus*, & Filius dicatur *Deus*.

10 *Esca autem nos non commendat Deo*] οὐ παρίςησι τῷ Θεῷ, id est, *commendatos*, sive *gratos reddit Deo*. Quod si vere dixit Paulus, unde nunc inter Christianos tot præcepta de ciborum generibus? unde tanta in his observandis superstitio, ut pene nulla ex re magis judicemur?

11 *Deficiemus*] ὑςερούμεθα, id est, *minus habemus*. Ambrosius legit, *non deerit nobis*. Sensus est, Nihil habere momenti ad pietatem, quibus vescamur cibis. Porro Græcis utrumque verbum est præsentis temporis, περισσεύομεν, & ὑςερούμεθα, *plus habemus*, & *minus habemus*. Neque enim temporis rationem declarare voluit Paulus, sed rei naturam: veluti si quis dicat, *Pauperes ubique negliguntur*.

12 *Ne forte hæc licentia*] ἡ ἐξουσία, id est, *potestas*, sive *jus*. Nec est *eum*, sed *te*. Ἐὰν γάρ τις ἴδῃ σὲ τὸν ἔχοντα γνῶσιν, id est, *Nam si quis viderit te, qui habes scientiam*. Porro secundam personam ex consuetudine sermonis pro quavis persona posuit.

13 *In idolio*] ἐν εἰδωλείῳ, id est, *in idoleo*, penultima producta. Est autem *idoleum* locus simulacrorum, aut mensa in qua carnes sacræ proponebantur. Et cur non *accumbentem* potius quam *recumbentem*? κατακείμενον: nam recumbunt resupinati.

14 *Nonne conscientia ejus quum sit infirma*] ἡ συνείδησις αὐτοῦ ἀσθενοῦς ὄντος οἰκοδομηθήσεται, id est, *conscientia ejus, qui infirmus est, ædificabitur*, & cætera. Interpres legisse videtur ἀσθενὴς οὖσα.

15 *Ido-*

11 ἐσθίειν; Καὶ ἀπολεῖται ὁ ἀσθενῶν ἀδελφὸς ἐπὶ 12 τῇ σῇ γνώσει, δι' ὃν Χριστὸς ἀπέθανεν. Οὕτως δὲ ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενοῦσαν, εἰς Χριστὸν ἁμαρ- 13 τάνετε. Διόπερ εἰ βρῶμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἵνα IX. 1 μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω. Οὐκ εἰμὶ Ἀπόστολος; οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος; οὐχὶ Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Κύριον ἡμῶν ἑώρακα; οὐ τὸ ἔργον μου 2 ὑμεῖς ἐστὲ ἐν Κυρίῳ. Εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ Ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι· ἡ γὰρ σφραγὶς τῆς ἐμῆς Ἀ- 3 ποστολῆς ὑμεῖς ἐστὲ ἐν Κυρίῳ. Ἐμὴ ἀπολογία τοῖς 4 ἐμὲ ἀνακρίνουσιν αὕτη ἐστί· Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξου- 5 σίαν φαγεῖν καὶ πιεῖν; Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ Ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου, καὶ 6 Κηφᾶς; Ἢ μόνος ἐγὼ καὶ Βαρνάβας οὐκ ἔχομεν 7 ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι; Τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ; Τίς φυτεύει ἀμπελῶνα, καὶ ἐκ καρποῦ αὐτοῦ οὐκ ἐσθίει; Ἢ τίς ποιμαίνει ποί- 8 μνην, καὶ ἐκ τοῦ γάλακτος τῆς ποίμνης οὐκ ἐσθίει; Μὴ κατὰ ἄνθρωπον ταῦτα λαλῶ; Ἢ οὐχὶ καὶ ὁ νόμος ταῦ- 9 τα λέγει. Ἐν γὰρ τῷ Μωσέως νόμῳ γέγραπται, Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; 10 Ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει; Δι' ἡμᾶς γὰρ ἐγράφη, ὅτι ἐπ' ἐλπίδι ὀφείλει, ὁ ἀροτριῶν, ἀροτριᾷν, καὶ ὁ ἀ- 11 λοῶν, τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν, ἐπ' ἐλπίδι. Εἰ ἡμεῖς ὑμῖν

edendum 15 ea quæ sunt simulacris immolata? Et peribit frater, qui infirmus est, in tua scientia, propter quem Christus fuit mortuus. Sic autem peccantes in 12 fratres, & vulnerantes illorum conscientiam infirmam, 16 in Christum peccatis. Quapropter si esca offendit 13 fratrem meum, 17 haudquaquam vescar carnibus in æternum, ne fratri meo sim offendiculo. 1 An non sum 1 IX. Apostolus? an non sum liber? an non Jesum Christum Dominum nostrum vidi? an non opus meum vos estis in Domino? Si cæteris non sum Apostolus, at sane 2 vobis sum: siquidem 2 sigillum Apostolatus mei vos estis in Domino. Mea responsio apud eos, 3 qui me in- 3 terrogant, hæc est: 4 An non habemus potestatem e- 4 dendi ac bibendi? An non habemus potestatem 5 so- 5 rorem mulierem circumducendi, quemadmodum & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? 6 Aut 6 solus ego & Barnabas non habemus potestatem 7 hoc faciendi? Quis militat suis 8 stipendiis unquam? Quis 7 plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Aut quis pascit gregem, & de lacte gregis non edit? Num se- 8 cundum hominem hæc dico? 9 An non & lex eadem dicit? Etenim in Mosis lege scriptum est, Non obli- 9 gabis os bovi trituranti. Num boves curæ sunt Deo? An hoc propter nos omnino dicit? 10 Propter nos enim 10 hoc scriptum est, quod sub spe debeat is, qui arat, arare, 11 & qui triturat sub spe, spei suæ particeps esse debeat. Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum 11 est

15 *Idolotica*] Reliquit aliquoties hanc vocem non versam. *Idolothyta* vero scribendum est, id est, Idolis immolata, *παρὰ τὸ εἴδωλον καὶ θύω*, ut modo admonuimus.

16 *In Christum peccatis*] Hoc loco nescio an subscribendum sit sententiæ Ambrosianæ, qui legit *in Christo*, non *in Christum*. Id enim declarat illius interpretatio. Quando enim charitatis non æmuli sunt, qua Christus nos liberavit, peccant *in Christo*, non *in Christum*, quia *in Christum* peccare, negare est Christum: *in Christo* autem in hæc quæ sunt Christi. Sicut & hic qui sub lege est, *in lege* dicitur peccare, ita & hi qui sub Christo sunt, *in Christo* peccare dicuntur. Certe Græci legunt *in Christum*: qui sermo ut sit anceps, tamen Chrysostomus ac Theophylactus interpretantur hanc injuriam admitti *in Christum*, quandoquidem committitur in membrum Christi.

17 *Non manducabo carnem*] *οὐ μὴ φάγω κρέα*, id est, *non manduco*, sive *non edo*, aut *vescor carnibus*. Et est *ἐμφατικώτερον* per tempus præsens: tametsi non negem in his verbis Græcos aliquoties abuti verbo præsentis temporis vice futuri, & geminatam negationem nihilo plus efficere quam unam, nisi quod aliquid addit vehementiæ. Illud obiter annotandum, quum Paulum in idolothytis nihil offendat, præter offensionem infirmi, quem ferri vult, duntaxat in hoc ut proficiat, mirum est cur Augustinus in Epistola ad Publicolam centesima quinquagesima quarta pronunciaverit melius respui Christiana virtute cibum in idolio repertum, ei qui ob famem de vita periclitetur, etiamsi nullus adsit hominum, modo sciat eum cibum simulacris immolatum fuisse. Opinor & hunc locum retractaturum fuisse, si monitus rem propius expendisset. Jam vero quod hîc Paulus de scandalo vitando disserit, non opinor ad quodvis scandalum vitandum esse pertrahendum. Nam ingens est scandalum idololatriæ, & illis temporibus suspicio pene invincibilis. Et tamen Paulus infirmum docet offendi non debere, & firmi scientiam magis approbat, tantum concedi vult infirmitati, quæ vinci non possit. At nos dum quasvis ineptias vulgo receptas ultro sequimur, quid aliud quam alimus infirmitatem populi? Nec enim damus operam, ut illi desinant esse infirmi, sed ut ipsi cum illis infirmemur. Quod si is, qui firmior est, semper obsecundabit infirmitati alienæ, & hujusmodi obsequiis semper in majus gliscent & augescent offendicula, quis tandem offendiculorum erit finis? aut quando habituri sumus Christianos, in Christo fortes & adultos? Distinguamus igitur offendiculi causas, & stultam hujusmodi quorumdam infirmitatem non alamus, sed corrigamus.

1 *NOn sum Apostolus*] Apertius erat, *An non sum Apostolus?* nam plane Græci legunt per interrogationem, quæ tamen vehementius affirmet, ut sit impudens contradicere. Nec est quod metuamus, ne hæc videantur arrogantius dicta a Paulo. Nihil enim magis in illum convenit, quam hujusmodi sancta quædam ostentatio, & pia insolentia, qua aliis quoque locis utitur.

2 *Signaculum Apostolatus mei vos estis*] *ἡ γὰρ σφραγὶς*, id est, *sigillum*: quo certa fides fiat auctoritatis Apostolicæ: quemadmodum vulgatis etiam proverbiis, quod vehementer certum & indubitatum intelligi volumus, id dicimus obsignatis litteris testatum.

3 *Qui me interrogant*] *τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσι*, id est, *iis qui me dijudicant*. Quanquam & hic sensus esse potest, *hoc illis respondeo qui me interrogant*: hoc est, qui rogant quo argumento doceam me esse Apostolum. Est enim verbum ambiguum, quod significat tum *interrogo*, tum *excutio* & *examino*: & tamen annotavit hoc quisquis fuit, cujus exstant collectanea in hanc Epistolam, nomine Hieronymi. Chrysostomus varie interpretatur, qui scire quærunt unde constet quod sim Apostolus: aut qui mihi crimini vertunt, quod accipiam pecunias, aut qui percontantur, quamobrem non accipiam: aut qui conantur persuadere me non esse Apostolum, his omnibus respondeo, me in vobis declarasse quod sim Apostolus, & adversus eosdem me defendo iis rationibus, quas mox dicam, *An non habemus potestatem edendi ac bibendi*, & cætera.

4 *Nunquid non habeo*] *Μὴ οὐκ ἔχομεν*, id est, *An non habemus?*

5 *Sororem mulierculam*] *ἀδελφὴν γυναῖκα*, id est, *sororem mulierem*: atque ita scriptum in vetustissimis exemplaribus. Laurentius cavillatur hoc loco, quum dixisset *sororem*, quid opus erat addere *mulierem*, quasi soror sit quæ mulier non sit: unde colligit Apostolos uxores suas secum circumducere solitos, sed quæ jam essent loco sororum, imo *sororem* addidit, ut intelligas Christianam, & hac gratia sequi Apostolos. Ambrosius legit *mulieres*, pro *sororem mulierem*. Atque ita citat divus Hieronymus adversus Jovinianum libro secundo, sive quod hæc lectio magis faciebat ad causam quam illic agit, sive quod alteram lectionem nescierit: nam *γυναῖκα* Græcis & *uxorem* significat, ut crebro jam admonuimus. Certe Clemens, ut refert Eusebius *Ecclesiastica Historia* libro tertio, locum hunc adducit, quo doceat Paulo fuisse uxorem: quam tamen non circumduxerit, consulens Evangelicæ libertati, quum Petrus & Philippus circumducerent suas.

6 *Aut ego solus & Barnabas*] *An* castigat ac mutat Faber. Verum recte habebat *Aut*, quum præcesserit *Μὴ*, id est, *An*: quod hîc tacite repetendum est. Etenim si fuisset novum interrogantis caput, dixisset rursus, *Μὴ οὐκ*, ut cœperat.

7 *Hoc operandi*] *Hoc* additum est. *Οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι*; id est, *An non habemus potestatem non operandi?* ut verbum *operandi* sit absolutum: & videtur esse sensus, An nobis solis non licet in otio vivere suppeditantibus aliis? Sic & Chrysostomus ac Theophylactus *μὴ ἐργάζεσθαι* interpretatur *in otio vitam agere*: nimirum huc respiciens, quod Paulus & Barnabas opera manuaria sibi victum pararent, quum non reliqui tantum Apostoli, sed ipse etiam Cephas aleretur aliena benignitate. Annotavit & hoc Theophylactus, subindicans quo præcellentior est Episcopus, hoc minus debere gravare gregem suum. At hodie quantum est onus ferre quosdam, Tyrannos verius quam Episcopos, quorum ut quisque maximus est, ita populo fere gravissimus imminet. Sed fortasse rectius est, ut accipiamus in eum sensum, in quem omnes interpretantur. An non habemus potestatem, ut hoc nobis liceat agere quod agunt omnes? nam duabus negationibus *οὐ μὴ* unius vice est abusus. Civilius enim erat dicere, faciendi quod alii faciunt, quam circumducere mulierem, præsertim quum nominasset Petrum & fratres Domini; id subindicat Ambrosius. Verum id exactius expendat diligens Lector.

8 *Stipendiis*] *ὀψωνίοις*. De quo superius meminimus.

9 *An non & lex hæc dicit*] *ταὐτὰ* legit Ambrosius, non *ταῦτα*, & ob id vertit *eadem*, non *hæc*.

10 *Propter nos utique*] *πάντως*. Rursum, ut paulo superius, vertit *utique*. Est autem adverbium affirmantis.

11 *Et qui triturat*] Græce paulo secus est: *καὶ ὁ ἀλοῶν τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν ἐπ' ἐλπίδι*, id est, *& qui triturat, spem suam participare in spe*. Quanquam nos hyperbaton Græci sermonis mutavimus, Ambrosium & alios sequuti. Porro quod in nostris exemplaribus additum est, *fructus percipiendi*, videtur explanandæ rei gratia factum. Illud certum non adjici apud Græcos. Cæterum *sub spe*, quod apud nos non additur, interpretatur etiam nominatim Theophylactus, annotans, in aratione semel duntaxat poni spem, nec fieri mentionem participationis, propterea quod totus proventus aranti tantum in votis sit. At qui triturat, jam incipit esse particeps spei, fruiturque optatis, laborans interim in aliam spem anni sequuturi: quamvis haud nesciam, Theophylactum hanc clausulam ad Apostolos proprie referre, qui non cibi tantum causa docerent, sed uberius præmium in posterum exspectarent. Hæc Theophylactus hausit e Chrysostomo.

ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν, μέγα εἰ ἡμεῖς ὑμῶν
12 τὰ σαρκικὰ θερίσομεν; Εἰ ἄλλοι τῆς ἐξουσίας ὑμῶν
μετέχουσιν, οὐ μᾶλλον ἡμεῖς; Ἀλλ' οὐκ ἐχρησάμεθα τῇ
ἐξουσίᾳ ταύτῃ, ἀλλὰ πάντα στέγομεν, ἵνα μὴ ἐγκο-
13 πήν τινα δῶμεν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ. Οὐκ οἴδα-
τε, ὅτι οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν;
Οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες, τῷ θυσιαστηρίῳ συμ-
14 μερίζονται; Οὕτως καὶ ὁ Κύριος διέταξε, τοῖς τὸ Εὐαγ-
15 γέλιον καταγγέλλουσιν, ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου ζῆν. Ἐγὼ
δὲ οὐδενὶ ἐχρησάμην τούτων. Οὐκ ἔγραψα δὲ ταῦτα,
ἵνα οὕτως γένηται ἐν ἐμοί. Καλὸν γάρ μοι μᾶλλον ἀ-
16 ποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τὶς κενώσῃ. Ἐὰν
γὰρ εὐαγγελίζωμαι, οὐκ ἔστι μοι καύχημα. Ἀνάγκη
γάρ μοι ἐπίκειται. Οὐαὶ δέ μοί ἐστιν, ἐὰν μὴ εὐαγ-
17 γελίζωμαι. Εἰ γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράσσω, μισθὸν ἔχω·
18 εἰ δὲ ἄκων, οἰκονομίαν πεπίστευμαι. Τίς οὖν μοί
ἐστιν ὁ μισθός; Ἵνα εὐαγγελιζόμενος, ἀδάπανον θήσω
τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ, μὴ καταχρήσασθαι
μϐ 19 τῇ ἐξουσίᾳ μου ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. Ἐλεύθερος γὰρ ὢν
ἐκ πάντων, πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα, ἵνα τοὺς πλείο-
20 νας κερδήσω. Καὶ ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις, ὡς
Ἰουδαῖος, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσω· τοῖς ὑπὸ νό-
μον, ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδή-
21 σω· Τοῖς ἀνόμοις, ὡς ἄνομος, μὴ ὢν ἄνομος Θεῷ,
22 ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ, ἵνα κερδήσω ἀνόμους. Ἐγενόμην
τοῖς ἀσθενέσιν, ὡς ἀσθενὴς, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς κερ-
δήσω. Τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, ἵνα πάντως τι-
23 νὰς σώσω. Τοῦτο δὲ ποιῶ διὰ τὸ Εὐαγγέλιον, ἵ-
μγ 24 να συγκοινωνὸς αὐτοῦ γένωμαι. Οὐκ οἴδατε, ὅτι
οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες, πάντες μὲν τρέχουσιν, εἷς
δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον; Οὕτως τρέχετε, ἵνα
κατα-

A est 12 si nos vestra carnalia messuerimus? Si cæteri 12
13 potestatis erga vos participes sunt, 14 cur non potius nos? Atqui non usi fuimus potestate ista, 15 sed omnia sufferimus, 16 ne quod offendiculum demus Evangelio Christi. An nescitis, quod ii 17 qui in sacris 13 operantur, ex sacrificio vivunt? 18 Qui sacrario assistunt, una cum sacrario partem accipiunt? Sic & Do- 14 minus ordinavit, ut qui Evangelium annunciant, ex Evangelio vivant. Ego tamen nullo horum usus fui. 15 Quanquam non scripsi hæc, ut ita fiat in me. Nam bonum est mihi mori potius, 19 quam ut gloriationem meam aliquis inanem reddat. 20 Etenim si evangeli- 16 zem, non est quod glorier. Necessitas enim mihi incumbit. Væ autem mihi est, nisi evangelizem. Nam 17 si volens hoc faciam, præmium habeo: sin invitus, B dispensatio commissa est mihi. 21 Quod igitur mihi est 18 præmium? Ut quum evangelizem, 22 gratuitum efficiam Evangelium Christi, in hoc, ne abutar potestate mea in Evangelio. Etenim quum liber sim ab omnibus, 19 omnibus meipsum servum feci, quo plures lucrifaciam. Et factus sum Judæis, quasi Judæus, ut Judæos lu- 20 crifaciam: iis qui sub lege sunt, quasi sim sub lege, ut eos qui sub lege sunt, lucrifaciam: His qui sine le- 21 ge sunt, 23 tanquam sim sine lege, quum non sim 24 sine lege Deo, sed obnoxius legi Christi, ut lucrifaciam eos qui sunt sine lege. Factus sum 25 infirmis, 22 quasi infirmus, ut infirmos lucrifaciam. Omnibus fa- C ctus sum omnia, 26 ut omnino aliquos servem. 27 Hoc autem 23 facio propter Evangelium, ut particeps illius fiam. An 24 nescitis, quod qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, 28 sed unus accipit præmium? Sic currite, 29 ut

12 *Si carnalia vestra metamus*] θερίσομεν, id est, *metemus*: etiamsi id ad sensum nihil refert.

13 *Potestatis vestræ*] ἐξουσίας: ut intelligas non quamlibet potestatem, sed facultatem metendi, & circumducendi uxores sive mulieres, quam illi cæteris Apostolis permittebant.

14 *Quare non potius*] *Quare* addidit de suo Interpres: sat erat, *nonne magis nos?* οὐ μᾶλλον ἡμεῖς;

15 *Sed omnia sustinemus*] στέγομεν: quod proprie vasis est omnia capientis.

16 *Ne quod offendiculum demus Evangelio*] Non est Græce σκάνδαλον, quod hic vertit *offendiculum*, sed ἐγκοπὴν, quod *intercisionem*, sive *interruptionem* sonat: ne quid existat, quod Evangelicæ prædicationi moram ullam afferat. Annotavit hoc ante nos Theophylactus.

D

17 *Qui in sacrario operantur*] Paulo diversius est apud Græcos, ὅτι οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν, id est, *qui sacra operantur, e sacro* sive *templo vescuntur*: nam ἱερὸν *victimam* significat & *templum*.

18 *Qui altario deserviunt*] τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες, id est, *sacrario assistentes* sive *assidentes*. Cujus vocis emphasim & ante nos annotavit Theophylactus, & ante hunc Chrysostomus. Non enim ait Sacerdotes, sed *qui assident altario*: ut intelligamus assiduum cultum sacrorum. At hodie nulli fere magis absunt ab altari, quam ii qui maxime participes sunt altariorum. Nec ulli molestius exigunt a populo decimas, quam ii qui nihil eorum præstant populo, quorum gratia dandæ fuerant decimæ. Nec satis est assidere, sed operandum est: nec satis quidvis operari, sacra oportet operari, & in his assiduum esse. Nec dixit *e sacro accipiunt*, sed *e sacro vescuntur*: ut admoneat victum deberi, non divitias. Et τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται, *partem accipiunt cum sacrario*. Dividebatur enim hostia inter Sacerdotes & Levitas. Stomachatur hoc loco Valla, fortasse liberius aliquanto, quam ut quorumdam aures ferre possint: verum non omnino ab re adversus Remigium, qui duas has voces *sacrarium* & *altarium* ita distinxerit, ut *sacrarium* ad idola pertineat, *altare* ad Deum, quum earum vocum proprietas magis a Græcis fuerit petenda. Deinde longius evectus animi calore Valla, demiratur impudentiam quorumdam Theologorum, qui Paulinas Epistolas, quum Græce scriptæ sint, ausi sint interpretari, Græcarum litterarum prorsus ignari. Nec hic a divi Thomæ nomine temperat, quod de hoc narrant quidam, confectis in Paulum commentariis, visum illi Paulum, & ingenue confessum, suas Epistolas ante id temporis a nemine fuisse intellectas, præterquam a Thoma, ceu fabulam commentitiam & impudenter confictam deridet: quum ne fieri quidem possit, ut exacte quisquam interpretetur ignarus ejus linguæ, in qua scriptum fuit quod interpretatur. Ego sane ut non possum omnino refellere quod scribit Valla, ita talibus viris, præsertim sanctimonia quoque commendatis, nonnihil deferendum arbitror. Habenda ratio temporum, in quibus illi vixerunt. Postremo meminisse oportet homines fuisse. Proinde ut & ingenuum est, & ad eruditionem conducibile, non dissimulare, sicubi lapsi sunt Veteres, ita probi hominis officium existimo a conviciis temperare, & ita mederi malo, ut, quoad licet, non lædas hominem. Thomas hoc loco *sacrarium* interpretatur templum Judæorum vel Gentilium: *altarium*, altare templi Hierosolymitani, sive ipsum templum: sensum, opinor, exponens ejus sermonis magis quam vocum proprietatem. Alioqui ut domus non magis dicitur Gallorum quam Britannorum, ita *sacrarium* & *altarium* quorumlibet est. Nisi quod θυσιαστήριον, ab immolando dictum, locus est ubi victimæ mactantur.

E

F

19 *Quam ut gloriam meam*] τὸ καύχημα, id est, *gloriationem*. Sic enim paulo ante, quasi glorians jactavit sese. Et *evacuet*, est κενώσῃ, id est, *irritam* sive *inanem reddat*.

20 *Et si evangelizavero*] εὐαγγελίζομαι, præsentis temporis est, *evangelizo*, sive *evangelizem*, ut legit Ambrosius.

21 *Merces mea*] Pro *mea*, *mihi* est apud Græcos: Τίς οὖν μοί ἐστιν ὁ μισθός; *Quid igitur mihi est mercedis?* Apparet Interpretem legisse μου, pro μοι.

22 *Sine sumptu ponam*] ἀδάπανον θήσω, id est, *gratuitum faciam*. Et jucunde vocat ἀδάπανον, quod nemini sit sumptui. Alioqui sine sumptu facit, & is qui nihil impendit. Porro *ponere* apud Græcos passim pro *facere* obvium est. Et post *Evangelium* Græci addunt *Christi*. O gloriam vere Apostolicam! sed quam nemo nunc studet æmulari. Nihil nunc gratuitum, ne sepultura quidem, quum Augustinus Epistola sexagesima quarta nolit vendi mortualia.

23 *Tanquam sine lege essem*] Adverbium Græcum ὡς anceps est: tamen hic magis quadrabat *quasi*: atque ita legit divus Hieronymus in Esaiam, itaque Ambrosius in plerisque locis. Non enim ponitur exemplum, sed falsa rei species proponitur. Theophylactus legit, ἄνομος Θεοῦ, & ἔννομος Χριστοῦ, quod dure sonat *exlex Dei*, & *sublex Christi*.

24 *Sine lege Dei*] *Deo* est Græce, μὴ ὢν ἄνομος Θεῷ, *cum Deo non sim sine lege*. Quanquam in hoc variant Græcorum exemplaria. Chrysostomus legit, ἄνομος Θεοῦ.

25 *Infirmis infirmus*] ὡς ἀσθενὴς, id est, *tanquam* vel *quasi infirmus*.

26 *Ut omnes facerem salvos*] Græce secus est: ἵνα πάντως τινὰς σώσω, id est, *ut omnino aliquos salvos facerem*. Quanquam hic apparet Græcorum exemplaria variasse. Sane Theophylactus juxta id, quod nos adduximus, & legit & interpretatur, existimans hoc facere ad exaggerandam Pauli charitatem, quod nihil non faciat, ut aliquot saltem adducat ad salutem. Laurentium Vallam nonnihil offendit tempus verbi perperam immutatum, *ut omnes salvos facerem*, σώσω, velut ad præteritum referatur, quum verbum sit futuri temporis. Neque sensus est eum id olim egisse, nunc desinere, sed nunc item agere, & ita facturum. Porro quod hic dictum est σώσω, idem accipiendum est de eo quod præcessit κερδήσω, *lucrifaciam*, potius quam *lucrifacerem*.

27 *Omnia autem facio*] Τοῦτο δὲ ποιῶ, id est, *Hoc autem facio*. Atque ita legit Theophylactus. Chrysostomus habet πάντα, quanquam ex enarratione parum liquet quid legerit.

28 *Unus accipit bravium*] Ambrosius legit *palmam* pro *bravio*: itidem & Cyprianus, nam βραβεῖον est Græce. Atque est quidem omnino *brabion*, præmium: sed proprium quod datur certantibus ac vincentibus. Existimant enim dictum βραβεῖον, quasi ῥαβδεῖον, commutatis ac translatis duabus litterulis: propterea quod certaminum judices data virga palmea designarent victorem: unde & βραβευταὶ dicuntur Græcis, quasi ῥαβδευταὶ, qui victorem pronunciant.

29 *Ut comprehendatis*] ἵνα καταλάβητε. Aut abusus est ἵνα pro ὥστε: aut sensus est, Hoc animo currite, non tantum ut videamini certasse, sed appetisse victoriam, quemadmodum palam interpretatur Theophylactus. Quæ sententia si probatur, *sic* adverbium non est referendum ad *ut*, quod sequitur: quasi dicas, *Sic sequere ut sequaris*: sed ad similitudinem, quæ præcessit. *Sic* id

25 καταλάβητε. Πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται· ἐκεῖνοι μὲν οὖν, ἵνα φθαρτὸν στέφανον μθ 26 λάβωσιν, ἡμεῖς δὲ ἄφθαρτον. Ἐγὼ τοίνυν οὕτως τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως· οὕτως πυκτεύω, ὡς οὐκ 27 ἀέρα δέρων· Ἀλλ' ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ, μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκι- X. με 1 μος γένωμαι. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν πάντες ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλ- 2 θον, Καὶ πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο ἐν τῇ 3 νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ· Καὶ πάντες τὸ αὐτὸ 4 βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον, Καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πόμα πνευματικὸν ἔπιον· ἔπιον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. μϛ 5 Ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν εὐδόκησεν ὁ Θεὸς, 6 κατεστρώθησαν γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, εἰς τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμη- 7 τὰς κακῶν, καθὼς κἀκεῖνοι ἐπεθύμησαν. Μὴ δὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε, καθώς τινες αὐτῶν, ὡς γέγραπται, Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ 8 ἀνέστησαν παίζειν. Μὴ δὲ πορνεύωμεν, καθώς τινες αὐτῶν ἐπόρνευσαν, καὶ ἔπεσον ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ εἰ- 9 κοσιτρεῖς χιλιάδες. Μὴ δὲ ἐκπειράζωμεν τὸν Χριστὸν, καθὼς καί τινες αὐτῶν ἐπείρασαν, καὶ ὑπὸ τῶν 10 ὄφεων ἀπώλοντο. Μὴ δὲ γογγύζετε, καθὼς καί τινες αὐτῶν ἐγόγγυσαν, καὶ ἀπώλοντο ὑπὸ τοῦ ὀλο- μζ 11 θρευτοῦ. Ταῦτα δε πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ 12 τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν. Ὥστε ὁ δοκῶν ἑστάναι, 13 βλεπέτω μὴ πέσῃ. Πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν, μη εἰ μὴ ἀνθρώπινος· πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς

ut comprehendatis. 30 Omnis autem qui certat, 31 per omnia temperans est: illi quidem igitur, ut perituram coronam accipiant, 32 nos autem ut æternam. Ego itaque sic curro, ut non in incertum: 33 sic pugilem ago, non velut 34 aërem feriens: Verum 35 subjicio corpus meum, & in servitutem redigo, ne quo modo fiat, ut, quum aliis prædicarim, ipse reprobus efficiar. 1 Nolim autem vos ignorare, fratres, quod patres nostri omnes sub nube erant, & omnes per mare transierunt, 2 Et omnes in Mosen baptizati sunt in nube & in mari: Et omnes eamdem escam spiritualem comedebant, Et omnes eumdem potum spiritualem bibebant: 3 bibebant enim de spirituali, 4 quæ illos comitabatur, petra: petra vero fuit Christus. Sed plures illorum non 5 approbavit Deus, prostrati sunt enim in deserto. 6 Hæc autem figuræ nostri fuerunt, ne nos simus concupiscentes rerum malarum, quemadmodum & illi concupierunt. 7 Neque simulacrorum sitis cultores, sicuti quidam illorum, quemadmodum scriptum est, Sedit populus ut ederet ac biberet, & surrexerunt ad ludendum. Neque stupris inquinemur, sicuti quidam illorum stupris polluti sunt, & conciderunt uno die viginti tria millia. Neque tentemus Christum, 8 sicut & quidam illorum tentaverunt, & a serpentibus exstincti sunt. Neque murmuretis, sicut & quidam illorum murmuraverunt, & interempti sunt ab exstinctore. Hæc autem omnia figuræ contigerunt illis: scripta vero sunt 9 propter admonitionem nostri, in quos termini ætatum inciderunt. Proinde qui sibi videtur stare, videat ne cadat. 10 Tentatio vos non cepit, nisi humana: sed fidelis est Deus,

id est. ad illorum exemplum & vos in vestro stadio currite. Idem subindicat Chrysostomus his verbis: Καὶ εἰπὼν οὕτως, τὸν τύπον διδάσκει, id est, *Et quum ait* sic, *etiam formam* sive *exemplum commonstrat.* Mirum unde Cyprianus hic legat, *Sic currite ut omnes occupetis.* Quanquam recte occupat qui assequitur & antevertit.

30 *Qui in agone contendit*] Πᾶς γὰρ ὁ ἀγωνιζόμενος, id est, *Omnis enim qui certat:* sed proprie in publicis certaminibus, veluti palæstra, aut Olympiacis, aut Circensibus. Nam de cursu ac pugilibus ipse mox meminit.

31 *Ab omnibus se abstinet*] πάντα ἐγκρατεύεται, id est, *omnia sustinet*, aut *tolerat:* sive, quod magis probo, *in omnibus temperans est*: ut subaudias κατά. Cyprianus legit, *in omnibus continens est.* Siquidem athletæ, victus etiam ratione, præparantur ad certamina.

32 *Nos autem incorruptam*] φθαρτὸν, ἄφθαρτον, id est, *corruptibilem*, & *incorruptibilem.* Miror cur variaverit.

33 *Sic pugno*] Non est *pugno*, quod Græce μάχομαι, sed πυκτεύω, quod est *pugilum certamen exerceo*, & *pugnis certo.* Ad pugnos allusit Interpres, non ad pugnas. Ambrosius legit, *percutio pugnis*, pro *pugno.* Atque ita locum adducit libro *de Paradiso*, capite duodecimo. Augustinus enarrans Psalmum quinquagesimum septimum legit, *Non sic pugillor quasi aërem cadens:* adscribitque, *pugillari est pancratium facere.* Rursum tractatu *de utilitate jejunii.* Thomas tamen videtur *pugnare* interpretari bellare, primum quum ait, *Secundo pugnam suam in victoria mali.* Ac mox, *Sic pugno*, inquit, *contra hostes decertando contra malum.* Condonandus lapsus, nisi quidam nimium urgerent nos fabula de Paulo commentariorum illius approbatore.

34 *Aërem verberans*] Proverbiali schemate dictum est, pro frustra & inaniter laborare, veluti pugil nihil agit, nisi corpus attingat. Cæterum hæc eò tendit parabola, ut intelligamus non esse satis quomodocunque nostro fungi officio, nisi demus operam, ut insigniter ac præter cæteros gessisse nos videamur.

35 *Castigo*] ὑπωπιάζω, id est, *coerceo*, sive *cohibeo*, *subigoque*: nam Interpres sensum expressit potius, quam vocem Græcam reddidit. Eam Paulinus propius expressit Epistola quinquagesima octava ad Augustinum, *Lividum*, inquit, *facio corpus meum*, & *in servitutem redigo.* Siquidem Græcis ὑπωπιάζειν est *livore* seu *sanguinis notæ sugillare* proprie *oculos*, quos illi ὦπας vocant, & ὑπώπια notas ejusmodi, auctoribus Hesychio & Suida: licet hanc vocem diligenter explicarit etiam Theophylactus. Apparet sumptam metaphoram a certamine pugilum, unde Paulus non libenter solet similitudines ducere. Siquidem in his supplantabat, qui dejiceret in humum antagonistam suum, sugillabat qui notam insignem inflixisset faciei.

1 N*Olo enim*] Οὐ θέλω δὲ, *Nolo autem.* Ambrosius legit *enim*, consentientibus & antiquis exemplaribus, ut hæc cohæreant cum superioribus: si quod modo præcepit Corinthiis, idem Judæorum exemplis corroborat: quod si mavis *autem*, erit ad alia digredientis.

2 *Et omnes in Moyse baptizati sunt*] εἰς τὸν Μωσῆν est Græce, id est, *in Mosen.* Augustinus enarrans Psalmum septuagesimum septimum legit *per Mosen.* Rectius arbitror accipi, *in Mosen*, pro *in legem Mosaicam*, nondum enim *in Christum*, cujus adventus procul aberat: interim Moses Christi typum gerebat, & figuris res adumbrabatur Evangelica.

3 *Bibebant autem*] Græcis est *enim.* Atque ita refert Augustinus libro adversus Faustum duodecimo, capite vigesimo nono, ex vetusti codicis fide, ubi & Græce dixit, *consequente eis.* Et alias aliquoties sic loquitur, *Consequens est huic.*

4 *Consequente eos*] ἀκολουθούσης, id est, *sequente*, sive *prosequente.* *Sequente* autem dixit, tanquam itineris perpetua comite: id enim sonat ἀκολουθεῖν magis quam ἕπεσθαι. Origenes Homilia in Exodum quinta *sequentem petram* refert ad nubem, quæ præcessisse legitur Hebræos, offensus, ut apparet, absurditate sensus, si petra dicatur sequi proficiscentes. Verum accipi potest rivum, qui e petra prosiliit, illos fuisse comitatum. Et Augustinus cum aliis aliquot locis, tum contra adversarium Legis & Prophetarum, libro secundo, capite sexto, interpretatur, *Christus erat petra, id est, petra significabat Christum:* nec obstat quod hanc petram dixerit spiritualem. Quicquid enim mysticum habet sensum, spirituale dicimus. Bibebant aquam de petra, non qualibet, sed de spirituali, quæ significabat illam unicam petram, unde salutem hauriunt omnes credentes. Hieronymus, aut si quis alius is fuit, enarrans Psalmum quadragesimum primum, adducit hunc locum omisso pronomine *eos:* quod quum non sit apud Græcos, adjectum est ab Interprete, quo sermo fieret explanatior, & nos item addidimus. Nec addit tamen Ambrosius, quum subinde locum hunc in suis libris adducat.

5 *Beneplacitum est Deo*] εὐδόκησεν ὁ Θεός. Quod Ambrosius vertit, *bene sensit Deus*, nos vertimus *approbavit.* De hoc verbo jam crebro monuimus.

6 *In figura facta sunt nostri*] *Figura*, sive *forma*, est Græcis, pluralis numeri, τύποι: sicut & paulo post, *Hæc autem omnia in figura contingebant*, Ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον, id est, *Hæc omnia figuræ contingebant.* In collectaneis Bedæ priore loco *figuræ* legitur, licet *nostri* depravatum erat in *nostra:* quod tamen ad eumdem modum frequenter est obvium in libris Augustini: ac priore loco Græcis additur ἡμῶν, ut legant, *Hæc autem figuræ nostri fuerunt.* Et ad eum modum citat hunc locum Augustinus, enarrans Psalmum centesimum decimum tertium. Rursus adversus Faustum in fragmento quarti libri, aliisque locis compluribus.

7 *Neque idololatræ efficiamini*] Opinor pro γίνεσθαι mutatum esse γίνεσθε, id est, *Neque efficeremur simulacrorum cultores:* quandoquidem in hoc quoque additur, *sicut quidam eorum*, ut γίνεσθαι respondeat ad εἶναι. Alioqui in duobus mutavit personam, in *idololatris* & *murmuratoribus.*

8 *Sicut quidam eorum*] καθὼς καί τινες αὐτὸν ἐπείρασαν, id est, *quemadmodum & quidam illum tentaverunt.* Interpres legit αὐτῶν: atque ita scriptum est in nonnullis exemplaribus. Nec ex Ambrosio, nec ex Chrysostomo, nec ex Theophylacto satis liquet quid legerint, nisi quod apud utrumque contextus habet αὐτῶν. Si legimus αὐτὸν, id est, *eum*, ex hoc loco declaratur Christi Divinitas, quem a Judæis tentatum dicit prius quam hominem assumeret. Nam de eo quod præcessit, *petra autem erat Christus*, posset aliquis interpretari, petra illa designabat Christum post nasciturum. *Spiritalem* autem vocari, quod typum haberet mysticæ petræ. Si legimus αὐτῶν, sensus erit, ne nos tentemus Christum, sicut olim Judæi tentaverunt Deum.

9 *Ad correptionem nostram*] πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, id est, *ad admonitionem nostram*, sive *nostri:* quod tamen nonnunquam pro correptione usurpatur.

10 *Tentatio vos non apprehendat*] εἴληφεν, id est, *apprehendit*, præteriti temporis, sive *cepit.* Subindicat enim Corinthios jam

ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε· ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ὑμᾶς 14 ὑπερενεγκεῖν. Διόπερ, ἀγαπητοί μου φεύγετε ἀπὸ 15 τῆς εἰδωλολατρείας, Ὡς φρονίμοις λέγω, κρίνατε ὑ- μθ 16 μεῖς ὅ φημι. Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐστι; Τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος 17 τοῦ Χριστοῦ ἐστιν; Ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν· οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου ν 18 μετέχομεν. Βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα. Οὐχὶ οἱ ἐσθίοντες τὰς θυσίας, κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστη- 19 ρίου εἰσί; Τί οὖν φημι, ὅτι εἴδωλόν τί ἐστιν; ἢ 20 ὅτι εἰδωλόθυτόν τί ἐστιν; Ἀλλ' ὅτι ἃ θύει τὰ ἔθνη, δαιμονίοις θύει, καὶ οὐ Θεῷ. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι. 21 Οὐ δύνασθε ποτήριον Κυρίου πίνειν καὶ ποτήριον δαιμονίων. Οὐ δύνασθε τραπέζης Κυρίου μετέχειν καὶ 22 τραπέζης δαιμονίων. Ἢ παραζηλοῦμεν τὸν Κύριον; 23 Μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμέν; Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει· πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' 24 οὐ πάντα οἰκοδομεῖ. Μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω, ἀλ- να 25 λὰ τὸ τοῦ ἑτέρου ἕκαστος. Πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν. 26 27 Τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Εἰ δέ τις καλεῖ ὑμᾶς τῶν ἀπίστων, καὶ θέλετε πορεύεσθαι, πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε, μηδὲν 28 ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν. Ἐὰν δέ τις ὑμῖν εἴπῃ, Τοῦτο εἰδωλόθυτόν ἐστι· μὴ ἐσθίετε δι' ἐκεῖνον τὸν μηνύσαντα, καὶ τὴν συνείδησιν. Τοῦ γὰρ Κυ-

A Deus, qui non ſinet vos tentari ſupra id quod poteſtis: imo faciet una cum tentatione [11] eventum, [12] quo poſſitis ſufferre. Quapropter, dilecti mei, fugite ab ſi- 14 mulacrorum cultu, Ut prudentibus loquor, judicate 15 vos quod dico. Poculum benedictionis, [13] cui bene- 16 dicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? [14] Panis, quem frangimus, [15] nonne communicatio corporis Chriſti eſt? Quoniam [16] unus panis, unum cor- 17 pus multi ſumus: [17] nam omnes ex eodem pane participamus. [18] Videte Iſraelem juxta carnem. Nonne 18 qui edunt victimas, participes ſacrarii ſunt? [19] Quid 19 ergo dico, quod ſimulacrum aliquid ſit? aut quod ſi- B mulacris immolatum aliquid ſit? Non. [20] Verum illud 20 dico, quod quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, & non Deo. [21] Nolim autem vos conſortes dæmoniorum eſſe. Non poteſtis poculum Domini bibe- 21 re & poculum dæmoniorum. Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe & menſæ dæmoniorum. [22] An 22 provocamus Dominum? Num fortiores illo ſumus? Omnia mihi licent, at non omnia conducunt: omnia 23 mihi licent, ſed non omnia ædificant. Nemo quod 24 ſuum eſt quærat, [23] ſed quiſque quod alterius eſt. [24] Omne quod in macello venditur edite, [25] nihil inter- 25 rogantes propter conſcientiam. Domini ſiquidem eſt 26 terra, [26] & plenitudo ejus. Quod ſi quis vocat vos in- 27 C fidelium, & vultis ire, quicquid apponitur vobis edite, nihil interrogantes propter conſcientiam. Quod ſi 28 quis vobis dixerit, [27] Hoc ſimulacris immolatum eſt: ne edatis propter illum [28] qui indicavit, & propter con-

jam incidiſſe in tentationem, ſed humanam, hoc eſt, tolerabilem ac ſanabilem. Et in hanc ſane lectionem conſentiunt exemplaria Græcorum quæ viderim omnia: tametſi apparet Ambroſium legiſſe *apprehendat*, ex his verbis quæ ſubjicit, *Ut autem humana tentatio illos apprehendat, hortatur.* Quanquam quid ſimile inter καταλαμβανέτω & εἴληφεν. Niſi forte Ambroſius legit εἰληφέτω. At mihi ſenſus Græcæ lectionis videtur magis germanus eſſe Paulo, atque eam palam eſt Chryſoſtomo & Theophylacto placuiſſe. Ante terruerat eos horrendis exemplis, mox, ne deſperent, reficit eos, extenuans quod hactenus peccaſſent, dicenſque, leve quiddam eſſe quum ipſe gravioribus malis fuiſſet tentatus.

D 11 *Proventum*] τὴν ἔκβασιν, id eſt, *exitum*, ſive *eventum*: id eſt, is qui ſinit vos incidere in tentationem, idem faciet ut tentatio bene eveniat. Hieronymus in Commentariis Jonæ legit ad hunc modum, *Sed faciet cum tentatione & exitum.* Atque item Auguſtinus explicans Pſalmum ſexageſimum primum. Nam *proventus* dicuntur ſementis, & e terra naſcentium. Rurſus Epiſtola octogeſima nona. At ne quis putaret ſic eſſe dictum, *ſed faciet cum tentatione proventum*, quaſi Deus paciſceretur cum tentatione de eventu, nos vertimus, *Sed faciet una cum tentatione eventum:* ut ſit ſenſus, Qui paſſus eſt incidere tentationem, idem dabit & exitum bonum.

12 *Ut poſſitis ſuſtinere*] Græce magnificentius quiddam dicitur ὑπερενεγκεῖν, quod eſt ita ferre, ut oneri ſuperſis ac ſuperes: quemadmodum ad Romanos dixit ὑπερνικῶμεν.

13 *Cui benedicimus*] ὃ εὐλογοῦμεν, id eſt, *quem cum gratiarum actione ſumimus.* Sic enim interpretantur Chryſoſtomus ac E Theophylactus. Nonnihil recentiores interpretantur de benedictione conſecrantis.

14 *Et panis, quem frangimus*] Τὸν ἄρτον, ὃν κλῶμεν, id eſt, *Panem, quem frangimus.* Cur non offenduntur hoc loco, quos illud offendit, quod Græci in verbis, quibus Latini conſecrant corpus Chriſti, dicunt, *Hoc eſt corpus meum, quod frangitur pro vobis:* ſequuti, ut apparet, Paulum auctorem, qui proximo capite ad hunc modum recenſet verba Chriſti? Quod ſi quis cavilletur eum locum eſſe depravatum in exemplaribus, certe hoc loco conſentiunt noſtri codices cum Græcorum lectione, & tamen ſunt qui putent hîc agi de pane & calice conſecrato, aut certe in genere, ut poſſit locus ad utrumque ſenſum accommodari. Nam priſci Chriſtiani omnem panem veluti ſacrum habebant, ob memoriam cœnæ Dominicæ, & calicem inter ſe porrigentes, gratias agebant Domino, quum tamen non ſemper fieret conſecratio ſacramentalis. Annotatum eſt hic, quod prius meminit calicis quam panis. In Luca bis fit calicis mentio, prioris illis edentibus, alterius poſt cœnam.

F 15 *Nonne participatio corporis*] κοινωνία, modo *communionem* verterat, nunc vertit *participationem*: ad quid conducat iſta copia non video. Interim Lector Græce ignarus comminiſcitur aliquod diſcrimen inter *communicationem* & *participationem* fruſtra.

16 *Uunus panis & unum corpus*] Abeſt Græcis copula &, εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα, id eſt, *unus panis, unum corpus*: ita legit Chryſoſtomus ac Theophylactus: atque ita ſcriptum comperi in exemplari Paulino. Conſentiebat utrumque Conſtantienſe. Dixerit aliquis, quid refert, ſi addatur conjunctio &? Non admodum: tamen τὸ ἀσύνδετον melius congruit ſenſui, quem afferunt Græci. Putant enim nos intelligi panem illum, qui eſt corpus Domini: quandoquidem omnes Chriſtiani membra Chriſti ſunt, quaſi correxerit quod prius dixerat *participamus*: plus eſt enim unum & idem eſſe, quam participem eſſe.

17 *Omnes qui*] οἱ γὰρ πάντες, id eſt, *omnes enim*, abſque *qui*. *Omnes enim de uno pane participamus.* Ita legit & Ambroſius. In vetuſtiſſimo codice ſcriptum reperi *omneſque*: ut veriſimile ſit, *que* mutatum in *qui*: tametſi hæc lectionis varietas ſenſum non admodum variat. Cæterum non eſt mentio de calice nec apud Græcos, nec in codice Donatiani. In vetuſtiore codice Conſtantienſi non erat mentio calicis, ſed recentiore manu aliquis adjecerat in ſpatio verſuum. In nonnullis excuſis reperi, *omnes quidem de uno pane*, & ſic habebat uterque Con- D ſtantienſis, ut probabile ſit Interpretem γὰρ vertiſſe per conjunctionem expletivam.

18 *Videte Iſrael ſecundum carnem*] Ad differentiam adjecit *ſecundum carnem*, ut oſtenderet eſſe alium *ſecundum ſpiritum*: licet Græcis non repetatur articulus, τὸν κατὰ σάρκα.

19 *Quid ergo? dico*] Ex Græcis exemplaribus locus ita debet diſtingui: *Quid igitur dico? idolum eſſe aliquid, aut idolis immolatum eſſe aliquid?* quaſi diceret, Nequaquam hoc loquor. Et veluti jam negaſſet ſe id ſentire, quod per ſe dictu ſit abſurdum, ſubjicit quid ſentiat, *Sed quæ immolant*, & cætera: alioqui dure cohæreret quod ſequitur: *Sed quæ gentes immolant*, & cætera. Proinde nos non veriti ſumus additis aliquot verbis orationem reddere lucidiorem. Ad hunc modum diſtinguunt & Latinorum vetuſta exemplaria.

20 *Sed quæ immolant gentes*] Ἀλλ' ὅτι ἃ θύει, id eſt, *Sed quod ea quæ immolant*: ut intelligas, *Sed hoc dico, quæ gentes immolant, ea immolari dæmonibus, non Deo.*

E 21 *Nolo autem vos ſocios fieri*] κοινωνούς, id eſt, *participes*, ſive *communicatores*, aut *conſortes*.

22 *An æmulamur Dominum*] παραζηλοῦμεν, id eſt, *provocamus & irritamus*: quod ſuperius vertit, *ad æmulandum provoco.* Et ad eum modum interpretantur Græcorum ſcholia, nominatim Theophylactus: πειράζομεν ἢ παροξύνομεν, id eſt, *tentamus & irritamus*: nam ζηλοῦμεν & in bonam partem dicitur: παραζηλοῦμεν fere non niſi in malam.

23 *Sed quod alterius*] ἀλλὰ τὸ τοῦ ἑτέρου ἕκαστος, id eſt, *ſed quiſque quod alterius.*

24 *Omne quod in macello venit*] *Venit* hoc loco ſignificat *venundatur*, πωλούμενον: & *in macello* legendum, non *in macellum.* Indicat hoc & divus Auguſtinus adverſus Adamantium, *Interrogare*, inquit, *vetat, quum quid de macello emitur.* Atque hujuſmodi amphibologiam tollere poterat accentus circumflexus, notatus ſupra verbum *vênit.*

F 25 *Nihil interrogantes*] μηδὲν ἀνακρίνοντες, id eſt, *nihil dijudicantes:* quod idem verbum eſt paulo inferius. Ambroſius legit, *nihil diſquirentes.* Eſt autem participium ejus, quod ſuperius vertit *interrogans.*

26 *Et plenitudo ejus*] *Ejus* ad terram refertur, non ad Dominum, αὐτῆς, hoc eſt, quidquid dives gignit terra, id omne Domini eſt.

27 *Hoc immolatum eſt idolis*] Vetuſti codices habent, *Hoc immolatitium eſt idolis.* Atque ita legimus apud Ambroſium. Eſt autem Græcis eadem dictio, quam Interpres toties reliquit, εἰδωλόθυτον.

28 *Qui judicavit*] τὸν μηνύσαντα, id eſt, *indicavit*, per *n*, non per *u*. Id tametſi minutulum eſt, tamen quoniam facillimus in hujuſmodi lapſus eſt, admonendum duxi. Nam μηνύειν Græcis eſt *prodere rem prius occultam*: licet apud Ambroſium hæc particula non addatur, *propter eum qui indicavit*, haud ſcio an Librariorum incuria.

29 Con-

29 Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Συνείδησιν δὲ λέγω, οὐχὶ τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἑτέρου. Ἵνα τί γὰρ ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑ-30 πὸ ἄλλης συνειδήσεως; Εἰ δὲ ἐγὼ χάριτι μετέχω, τί βλασφημοῦμαι, ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαρι-31 στῶ; Εἴτε οὖν ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τί 32 ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε. Ἀπρόσκοποι γίνεσθε, καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ 33 Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. Καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ XI. 1 τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι. Μιμηταί μου γίνε-2 σθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. Ἐπαινῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ὅτι πάντα μου μέμνησθε· καὶ καθὼς πα-3 ρέδωκα ὑμῖν, τὰς παραδόσεις κατέχετε. Θέλω δὲ ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ, ὁ Χριστός ἐστι· κεφαλὴ δὲ γυναικὸς, ὁ ἀνήρ· κεφαλὴ δὲ 4 Χριστῦ, ὁ Θεός. Πᾶς ἀνὴρ προσευχόμενος ἢ προφητεύων, κατὰ κεφαλῆς ἔχων, καταισχύνει τὴν κεφα-5 λὴν αὐτῦ. Πᾶσα δὲ γυνὴ, προσευχομένη ἢ προφητεύυσα ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ, καταισχύνει τὴν κεφαλὴν ἑαυτῆς· ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυ-6 ρημένῃ. Εἰ γὰρ ὐ κατακαλύπτεται γυνὴ, καὶ κειράσθω. Εἰ δὲ αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι, κατα-7 καλυπτέσθω. Ἀνὴρ μὲν γὰρ ὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν, εἰκὼν καὶ δόξα Θεῦ ὑπάρχων· γυ-8 νὴ δὲ δόξα ἀνδρός ἐστι. Οὐ γάρ ἐστιν ἀνὴρ ἐξ γυναικὸς, 9 ἀλλὰ γυνὴ ἐξ ἀνδρός. Καὶ γὰρ ὐκ ἐκτίσθη ἀνὴρ διὰ τὴν 10 γυναῖκα, ἀλλὰ γυνὴ διὰ τὸν ἄνδρα. Διὰ τῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ

conſcientiam. Domini ſiquidem eſt terra, & plenitudo ejus. 29 Porro conſcientiam dico, non tuam, ſed illius alterius. Cur enim libertas mea judicatur 30 ab alia conſcientia? Quod ſi ego 31 cum gratia participo, cur ob id mihi male dicitur, 32 pro quo ego gratias ago? Sive igitur editis, ſive bibitis, 33 ſive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. 34 Tales eſtote, ut nullum præbeatis offendiculum, neque 35 Judæis, neque Græcis, neque Eccleſiæ Dei. Quemadmodum ego per omnia omnibus placeo, 36 non quærens meam ipſius utilitatem, ſed multorum, ut ſalvi fiant. 1 Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Collaudo autem vos, fratres, 2 quod omnia mea memoria tenetis: 3 & quemadmodum tradidi vobis, inſtituta tenetis. Sed volo vos ſcire, quod omnis viri caput, Chriſtus eſt: caput autem mulieris, vir: caput vero Chriſti, Deus. Omnis vir orans aut prophetans, 4 quicquam habens in capite, 5 probro afficit caput ſuum. Omnis vero mulier, orans aut prophetans non velato capite, dehoneſtat caput ſuum: 6 nam id perinde eſt prorſus, 7 ac ſi raſa eſſet. Etenim ſi non velatur mulier, 8 etiam tondeatur. Quod ſi fœdum eſt mulieri tonderi 9 aut radi, 10 veletur. Vir quidem non debet velare caput, quum is imago ſit & gloria Dei: at mulier gloria viri eſt. Non enim eſt vir ex muliere, ſed mulier ex viro. Neque enim conditus eſt vir propter mulierem, ſed mulier propter virum. Propter hoc debet mulier 11 poteſtatem habere in capite, propter angelos: Alio-

29 *Conſcientiam dico, non* &c.] Ante hunc locum repetitur in Græcis codicibus, *Domini enim eſt terra, & plenitudo ejus*: quod paulo ſuperius poſitum eſt: ſed utrobique probe quadrat. Illic non refert quibus veſcamur, omnia enim ſunt Domini. Et hîc non eſt cur fratrem offendas, veſcens idolis immolato, quum tantam ciborum copiam dives mundus ſuppeditet. Cæterum hoc poſteriore loco videtur inferri ſub alterius perſona, velut objicientis Paulo, quod ipſe mox dixerat: Quam mihi narras conſcientiam, quum, ut ipſe fateris, Domini ſit terra & plenitudo ejus? Idcirco ſubjicit ac diſtinguit conſcientiam: Conſcientia, inquit, tua dicit, Domini eſt terra, & plenitudo ejus: at non idem dicit alterius conſcientia, quæ putat aliquid ſimulacris eſſe proprium, neque commune Deo. Neque magnopere facit ad rem quod hîc argutatur de ἑαυτῦ, deque *illum* & *conſcientiam* Laurentius. Quum enim ait, *& propter conſcientiam*, exponit quid ante dixerat *illum*: alioqui qui audierat ſibi dictum, ne ederet propter illum qui indicavit, rogare poterat, quid hoc ad illum? Reſpondet Paulus, ob illius conſcientiam, quam tuo facto vulneras, etiamſi tua firma ſanaque eſt. Deinde quod dicit *tuam*, ſuo more perſonam fingit: quandoquidem nonnunquam in ſe recipit perſonam alterius, quo rem magis exponat oculis.

30 *Ab aliena conſcientia*] ὑπ' ἄλλης συνειδήσεως, id eſt, *ab alia conſcientia*. Atque ita legit Ambroſius, itaque ſcriptum viſitur in vetuſtiſſimis exemplaribus, nominatim utroque Conſtantienſi. Quanquam id quidem ad ſenſum haud magni refert.

31 *Cum gratia participo*] Ambroſius legit, *gratia particeps ſum*: verum non reperio μετέχω dativo junctum, niſi referatur ad ſocium communionis, non ad rem cujus particeps es. Unde magis probo *cum gratia*, id eſt, cum gratiarum actione. Poteſt & hunc in modum accipi, ut χάριτι ſonet hîc *beneficentiam*, ſitque dativus inſtrumenti, ſive modi. Si ego particeps ſum eſcarum, idque non per idolum, ſed beneficio munificentiaque Dei, quid eſt cur male audiam? In hunc ſenſum interpretatur Chryſoſtomus ac Theophylactus, gratiam Dei vocans animi fortitudinem contemnentis idolum, ac Dei bonitatem, qua fit, ut ipſius dona, per impiorum malitiam, non inquinentur puris.

32 *Pro eo quod gratias ago*] ὑπὲρ ὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ, id eſt, *pro eo, pro quo ego gratias ago*. Opponit autem hæc inter ſe veluti contraria, βλασφημεῖν & εὐχαριστεῖν.

33 *Vel aliud quid*] εἴτε τὶ, id eſt, *ſive quid*. *Aliud* additum eſt explicandæ rei gratia. Atque ita legit Ambroſius, *ſive aliquid facitis*: quemadmodum habetur apud Græcos.

34 *Sine offenſione eſtote*] Græce jucundius eſt, Ἀπρόσκοποι, id eſt, *Tales ut nemo per vos offendatur*.

35 *Judæis & Gentibus*] Pro *Gentibus* eſt Ἕλλησι, id eſt, *Græcis*. Iteratur autem ad ſingula conjunctio καὶ, proinde nos vertimus per *neque*.

36 *Non quærens quod mihi utile eſt*] Simplicius & verius erat, *non quærens meam ipſius utilitatem, ſed multorum*, μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν.

1 IMitatores mei eſtote, ſicut &c.] De hoc loco ſuperius admonuimus hujus Epiſtolæ capite quarto: vox eſt autem digna iis, qui locum Apoſtolorum ſibi vindicant. Se Paulus proponit exemplar, ſibi conſcius ſe nihil habere, quod non ſit imitandum: & tamen hoc exemplar non vult imitabile videri cuiquam, niſi reſpondeat ad archetypum Chriſti. Nunc quidam ſuo arbitratu viventes, nihil enim dicam aliud, ſatis eſſe putant, ſi minis denuncient quidquid ab aliis fieri collibuerit, ſive rectum id fuerit, ſive ſecus. Sunt alii ſuperſtitioſi magis quam religioſi, qui ad ſuum quiſque inſtitutum vocant homines: Franciſcani dicunt, *Imitatores noſtri eſtote*. E diverſo Prædicatores clamant, *Imitatores noſtri eſtote*. Totidem verbis hinc clamant Carmelitæ, hinc Benedictini, hinc alii atque alii. Et recte clamant, modo vere poſſint addere cum Paulo, *ſicut & nos ſumus Jeſu Chriſti*. Nunc ipſi, de multis loquor, hominum æmulatores, tamen clamant, *Imitatores noſtri eſtote*.

2 *Per omnia mei memores eſtis*] ὅτι πάντα μυ μέμνησθε, id eſt, *quod omnia mea meminiſtis*. Et in hunc ſenſum accipit Ambroſius: legit enim, *quod omnia mea memoria retinetis*. Et conſentiunt Græcanica ſcholia, nominatim Theophylactus. Præparat enim illos laude ad ſequentem admonitionem: quaſi diceret, Sicut in cæteris tenetis mea præcepta, ita in hoc quoque ſequamini. Hæc interpretatio mihi ſane magis arridet quam Ambroſii. Scribit enim hunc in modum: *Poſtquam mores & converſationem illorum arguit, nunc traditiones vult corrigere. Ideo non hoc confirmat, ſed ſuccenſet eis, quia quum eſſet Apoſtolus eorum, immemores erant traditionum ejus: neque quod adhuc non didicerant, ex aliarum Eccleſiarum traditione ſequebantur, ac per hoc quaſi noviter tradit illis dicens*. Fortaſſis Interpres legit πάντῃ, hoc eſt, *in omnibus*, aut πάντα accepit per ſynecdochen, κατὰ πάντα. Codex vetuſtior Conſtantienſis habebat, *omnia mei memores eſtis*: omiſſa præpoſitione, quæ nec apud Græcos eſt.

3 *Et ſicut tradidi vobis præcepta mea*] Hic apparet variam fuiſſe in Græcis codicibus lectionem. Nam Ambroſius legit ad hunc modum, *& quomodo ubique trado traditiones meas tenetis*: id quod ex interpretatione quoque licet colligere. Interpretatur enim *ubique*, id eſt, in omnibus Eccleſiis. Atqui πανταχῦ, quod apparet legiſſe Ambroſium, non reperimus in Græcorum codicibus: nec uſquam illius meminerunt Interpretes, quos ego ſane viderim. Mollior erat futurus ſermo, ſi priore loco poſuiſſet μὲν, poſteriore δέ. Laudo quidem vos, quod in cæteris omnia mea tenetis: cæterum illud eſtis admonendi, quod parum videmini meminiſſe. Seu prius illud δὲ tantum notat digreſſionem a cœpto ſermone de idolothytis, poſterius vim habet adverſativam, quaſi præceſſiſſet μέν. In vetuſtiſſimo codice pro *tenetis* erat *tenete*. Nam Græca vox anceps eſt, κατέχετε. Nec eſt *præcepta* Græce, ſed modeſtius verbum, & Paulo dignius, παραδόσεις, id eſt, *traditiones*: quæ nos *inſtituta* poſſumus dicere. Levius eſt enim *traditio*, quam *præceptum*.

4 *Velato capite*] Græce eſt κατὰ κεφαλῆς ἔχων, id eſt, *in capite habens*: ut intelligas non ſolum de pileo, verum etiam de coma, quæ & ipſa caput tegit: atque id annotant Græcanica ſcholia, nominatim Theophylactus. Et mox meminit de tondendo, ſic argumentans, Si mulier in hoc imitatur virum, quod aperit caput: ſimul & in hoc imitetur, quod ille tonſus eſt.

5 *Deturpat caput ſuum*] καταισχύνει, id eſt, *dedecorat*, ſive *pudefacit*, aut *dehoneſtat*.

6 *Unum eſt enim*] ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ, id eſt, *unum eſt & idem*: hoc eſt, nihil omnino refert. Aliquanto diverſius legit Ambroſius, verum hoc nihil habet momenti ad ſenſum.

7 *Ac ſi decalvetur*] τῇ ἐξυρημένῃ, id eſt, *cum deraſa* ſive *raſa*: hoc eſt, perinde eſt ac ſi raſa ſit. Ambroſius legit, *unum eſt enim atque idipſum ut decalvata*. Fortaſſis Interpres affectavit hoc verbum *decalvare*, velut odioſius, & ſcommatis obnoxium eſt calvitium.

8 *Tondeatur*] καὶ κειράσθω, id eſt, *etiam tondeatur*. In exemplari Paulino ac Donatianico ſcriptum erat, *Si non velatur mulier, & tondeatur*. Conſentiebat utrumque Conſtantienſe. Nec enim eſt otioſa conjunctio, quæ perinde valet, ac ſi dicas, Eadem opera tondeatur, quandoquidem retegit caput.

9 *Aut decalvari*] ἢ ξυρᾶσθαι, id eſt, *radi*: de quo modo meminimus.

10 *Velet caput ſuum*] κατακαλυπτέσθω, id eſt, *veletur*: nec aliud quicquam additur apud Græcos. Ambroſius legit, *velet caput*.

11 *Velamen habere*] ἐξουσίαν ἔχειν, id eſt, *poteſtatem habere*.

γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, διὰ τοὺς ἀγγέλους· 11 Πλὴν οὔτε ἀνὴρ χωρὶς γυναικὸς, οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς 12 ἐν Κυρίῳ. Ὥσπερ γὰρ ἡ γυνὴ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, οὕτως καὶ ὁ ἀνὴρ διὰ τῆς γυναικὸς, τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ 13 Θεοῦ. Ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε, πρέπον ἐστὶ, γυναῖκα 14 ἀκατακάλυπτον τῷ Θεῷ προσεύχεσθαι; Ἢ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, ὅτι ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ, ἀτι- 15 μία αὐτῷ ἐστι; Γυνὴ δὲ ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῆς ἐστιν; ιζ 16 ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται. Εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχο- 17 μεν, οὐδὲ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο δὲ παραγγέλλων οὐκ ἐπαινῶ, ὅτι οὐκ εἰς τὸ κρεῖττον, ἀλλ' εἰς τὸ ἧττον 18 συνέρχεσθε. Πρῶτον μὲν γὰρ συνερχομένων ὑμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀκούω σχίσματα ἐν ὑμῖν ὑπάρχειν, καὶ μέ- 19 ρος τι πιστεύω. Δεῖ γὰρ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι, ἵνα ιη 20 οἱ δόκιμοι, φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν. Συνερχομένων οὖν ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὐκ ἔστι κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν· 21 Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φα- 22 γεῖν· καὶ ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει. Μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν; ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖτε, καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας; Τί ὑμῖν εἴπω; Ἐπαινέσω ὑμᾶς; Ἐν τούτῳ 23 οὐκ ἐπαινῶ. Ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν, ὅτι ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ νυκτὶ, ᾗ 24 παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον· Καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ εἶπε, Λάβετε, φάγετε· τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν

11 Alioqui neque vir absque muliere, neque mulier absque viro in Domino. 12 Nam quemadmodum mulier ex viro est, ita & vir per mulierem, omnia vero ex Deo. 13 [12] Inter vosipsos judicate, num decorum est, mulierem non velatam Deum orare? 14 [13] An ne natura quidem ipsa hoc docet vos, quod viro quidem, si [14] comatus fuerit, probro sit? 15 Contra mulieri, si comata fuerit, gloriæ sit? eo quod [15] coma pro velamine data sit. 16 Cæterum si quis videtur contentiosus esse, nos hujusmodi consuetudinem non habemus, [16] neque ecclesiæ Dei. 17 [17] Illud tamen præcipiens non laudo, quod 18 non in melius, sed in deterius convenitis. Nam primum quidem, quum convenitis in ecclesia, audio dissidia in vobis esse, & [18] aliqua ex parte credo. 19 Oportet enim & [19] sectas in vobis esse, [20] quo qui probati sunt; manifesti fiant inter vos. 20 Igitur quum convenitis in eumdem locum, non licet dominicam cœnam edere: 21 Quod unusquisque propriam cœnam occupat [21] in edendo: & hic quidem esurit, ille vero ebrius est. 22 [22] Num sane domos non habetis ad edendum & bibendum? An ecclesiam Dei contemnitis, [23] & pudefacitis eos qui non habent? Quid vobis dicam? 23 [24] Laudabo vos? In hoc non laudo. Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis, [25] quod Dominus Jesus in ea nocte, qua traditus est, accepit panem: 24 [26] Et postquam gratias egisset, fregit, ac dixit, [27] Accipite, edite: [28] hoc meum est corpus, [29] quod pro vobis

Porro Ambrosius & Græca scholia indicant *potestatem* hoc loco accipi pro velamine: quod velamen impositum cogat illam demittere oculos, significetque illam esse sub alterius imperio. Laurentius indicat in nonnullis etiam Latinis codicibus scriptum fuisse *potestatem*, pro velamine. Id quod admonuit & Thomas Aquinas: & nos in Paulino exemplari ita scriptum comperimus, suffragante utroque Constantiensi.

12 *Vos ipsi judicate*] Ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε, id est, *Inter vos ipsos*, vel *In vobis ipsis judicate*: hoc est, in suo quisque animo.

13 *Nec ipsa natura docet*] Ἢ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς; id est, *An ne ipsa quidem natura docet vos?* Quanquam Latinis *nec* aliquoties pro *ne quidem* usurpatur. Interpres non videtur legisse ἢ, quod hodie videmus additum in Græcis codicibus.

14 *Comam nutriat*] κομᾷ, id est, *comatus est*. Coma, capillitium, sed promissius & curatum.

15 *Capilli*] ἡ κόμη, id est, *coma*. Cur quod modo vertit *comam*, nunc mutavit in *capillos?*

16 *Nec ecclesia Dei*] *Ecclesia*, multitudinis numero, *αἱ ἐκκλησίαι*, suffragante codice Latino, quem modo citavimus. Sunt & mundi conventicula, plena litium ac jurgiorum. Porro cœtus Christianorum ab hujusmodi vitiis debent abesse.

17 *Hoc autem præcipio non laudans*] Τοῦτο δὲ παραγγέλλων οὐκ ἐπαινῶ, id est, *Hoc autem præcipiens* sive *denuncians non laudo*. Laudarat ante, quod omnia tenerent: nunc non laudat in hoc, quod cogitur præcipere de concordia: quasi dicat, Hoc non laudo, quod præcipio. Oportebat enim vos vestra sponte, quod rectum est, tenere ac facere. In hanc sententiam Theophylactus, & ante hunc Chrysostomus in Homilia, quam nobis vertit Hieronymus Donatus. Item in Commentario. Abutuntur enim Græci participiis pro verbis infinitis. Interpres & Ambrosius legisse videntur, Τοῦτο δὲ παραγγέλλω οὐκ ἐπαινῶν. Potest & hic accipi sensus, Ante collaudati sunt, quod meminissent, ac tenerent omnia, quæ Paulus ordinarat: hic reprehenduntur, quod non servarent omnia, quæ tenebant memoria.

18 *Ex parte*] μέρος τι, id est, *ex parte aliqua*, sive *partem aliquam*. Et αἱρέσεις reliquit, quum *sectas* commode potuerit dicere. Divus Chrysostomus in Homilia, quam unam vertit Hieronymus Donatus, magna contentione multisque verbis asseverat, hic *hæreses* non esse opinionum, sed animorum dissidia: idque probat duobus potissimum argumentis: alterum est, quod nisi accipias *hæreses* pro dissidiis, non congruent quæ mox sequuntur: *Convenientibus ergo vobis in unum, non est dominicam cœnam manducare*, & cætera. *Cœnam* autem *dominicam* vocat, in qua sunt, velut inter ejusdem domini conservos, omnia communia: quod apud Corinthios fieri desierat: & hinc sermonem orsus fuerat. *Primum quidem convenientibus vobis in ecclesiam.* Ubi *schismatum* meminit, quæ nunc mutato vocabulo vocat *hæreses*. Alterum est, quod dicit Paulum acrius, quam hîc facit, invehi solere in opinionum hæreticarum auctores, quos & canes appellat & operarios malos, negans vel Angelum de cœlo loquentem audiendum, si diversa doceat ab iis, quæ Paulus docuerat. Eadem habentur in Græcis Commentariis. Jam quamvis verum est & per opinionum hæreses illustrari qui sunt probati, tamen hoc loco Paulus non agit proprie de talibus, quales docuisset in ecclesiam non esse recipiendos.

19 *Scissuras*] σχίσματα. Quod alibi relinquere solet, hîc magis quadrabat *sectiones*, sive *dissidia*. Cæterum *inter vos* non additur in vetustis codicibus Latinis, quum sit apud Græcos ἐν ὑμῖν.

20 *Ut qui probati sunt*] ἵνα οἱ δόκιμοι, id est, *probi*: ut opponatur reprobis. Et conjunctio ἵνα non causam significat, sed eventum: quod diligenter annotavit Chrysostomus.

21 *Ad manducandum*] ἐν τῷ φαγεῖν, id est, *in edendo*: atque ita legit divus Ambrosius. Nec est otiosa verbi conjunctio πρὸ in προλαμβάνει, quod nos vertimus *occupat*. *Præsumit* enim aliud sonat Latinis auribus. Præveniebant enim alios, & illis non exspectatis, suam quisque cœnam edebat: & ob id mox subjicit, *invicem exspectate*.

22 *Nunquid domos non habetis*] *Num domos non habetis?* vel, *An non habetis domos?*

23 *Et confunditis*] καταισχύνετε, id est, *pudefacitis*. Quanquam Hieronymus in Epistolam ad Galatas capite quarto putat nihil interesse inter αἰσχύνην & σύγχυσιν, licet apud idoneos Auctores secus esse comperiatur. Turbatur quidem & qui vehementer pudescit, hoc est, animo confunditur: at non quisquis confunditur, pudefit. Et ἀπορεῖν, unde ἀπορία, non semper significat *egere*, sed interdum *inopem esse consilii animique perplexi*, ut non satis conveniat cum καταισχύνεσθαι, sed magis cum συγχεῖσθαι.

24 *Laudo vos &c*] Ἐπαινέσω ὑμᾶς ἐν τούτῳ; οὐκ ἐπαινῶ. Id est, *Laudabo vos in hoc? non laudo.* Ad hunc modum distinguunt Græcanici codices. Poterat enim simpliciter dicere, *in isto vos non laudo*: sed interrogatio præmissa facit ardentiorem orationem. Quanquam video Theophylactum sic interpretari, ut hæc particula, *Laudo vos*, non percontative, sed pronunciative sonetur. Ne nimium irritaret divites, in cæteris quidem collaudaturum se dicit illorum officium, in hoc negat se posse laudare. Sed & altera distinctio belle habet, *Laudabo vos? in hoc non laudo*: ut ad interrogationem subaudiatur, *Laudo in cæteris*.

25 *Quoniam Dominus noster Jesus Christus*] *Noster* apud Græcos non additur. Latini codices variant. Sermo absolutior est, non addito pronomine.

26 *Et gratias agens*] καὶ εὐχαριστήσας, id est, *actis gratiis*, vel, *quum egisset gratias*.

27 *Accipite & manducate*] Λάβετε, φάγετε, id est, *Sumite, edite*: citra conjunctionem interpositam. Cæterum quod hæc duo verba, *Sumite, edite*, non adduntur apud Ambrosium in Editione posteriore, suspicor Librariorum errore commissum. Quanquam in vetustiore Constantiensi addebantur hæc verba, sed in margine manu recentiore fuerant adjecta.

28 *Hoc est corpus meum*] τοῦτό μου σῶμα, id est, *hoc meum corpus*, absque verbo substantivo *est*: quanquam in quibusdam additum reperio. Fatetur Thomas fuisse, qui dicerent Christum aliis verbis consecrasse panem, prius quam porrigens Discipulis diceret, *Hoc est corpus meum*. Et eam opinionem licet refellat, non tamen vocat hæreticam, quum hæreticam dicat eorum, qui contendebant corpus Christi non esse vere in sacramento synaxeos, sed velut in signo. Et sunt qui negent Verbo Incarnato opus fuisse aliis verbis ad consecrandum. In omnibus accedendum est judicio Ecclesiæ, licet hic sermo videatur jam panem consecratum porrigentis. Quod nisi quis acquiescat in Ecclesiæ decretis, difficillimum fuerit probare sensui humano, quibus verbis consecret Sacerdos. Nam ut donemus Christum ejusmodi verbis consecrasse, qui constat hoc pactum, nobiscum initum, ut referentes aliena verba, consecremus & ipsi? Verum hic captivandus est, ut inquit Paulus, intellectus humanus in obsequium fidei, ut hoc majus sit fidei meritum, quo minus assequitur humana ratio.

29 *Quod pro vobis tradetur*] τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον, id est, *quod pro vobis frangitur*. Atque in hoc tantus est Græcorum codicum consensus, ut appareat apud nos varietatem ortam, aut certe data opera mutatam scripturam, quod absurdum videretur frangi corpus, non quod vere frangatur, sed quod, ut ait divus Augustinus, per partes sumatur: quod olim eodem pane sacro, in multas partes dissecto, distribueretur omnibus Christi corpus. Quemadmodum autem Christus comesus a singulis vivit, nec dentibus discerpitur, ita hoc quo dixi modo fractus

25 ἐμὴν ἀνάμνησιν. Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων, Τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι· τοῦτο ποιεῖτε, ὁσάκις ἂν πίνη-
26 τε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θά-
27 νατον τοῦ Κυρίου καταγγέλλετε, ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ. Ὥστε ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον, ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ Κυρίου ἀναξίως, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ αἵματος
28 τοῦ Κυρίου. Δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτὸν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέ-
29 τω. Ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως, κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει, μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ
νθ 30 Κυρίου. Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄρ-
31 ρωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς
32 διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα. Κρινόμενοι δὲ ὑπὸ Κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ
ξ 33 κατακριθῶμεν. Ὥστε, ἀδελφοί μου, συνερχόμε-
34 νοι εἰς τὸ φαγεῖν, ἀλλήλους ἐκδέχεσθε. Εἰ δέ τις πεινᾷ, ἐν οἴκῳ ἐσθιέτω, ἵνα μὴ εἰς κρῖμα συνέρχησθε. Τὰ δὲ λοιπὰ, ὡς ἂν ἔλθω, διατάξομαι.
XII. 1 Περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν, ἀδελφοὶ, οὐ θέλω ὑ-
ξα 2 μᾶς ἀγνοεῖν. Οἴδατε ὅτι ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα
3 τὰ ἄφωνα, ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι. Διὸ γνωρίζω ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς ἐν Πνεύματι Θεοῦ λαλῶν λέγει ἀνά-

bis frangitur: hoc facite [30] in mei commemorationem. [31] Ad eumdem modum & poculum peracta cœ- 25
na, dicens, Hoc poculum novum testamentum est in meo sanguine: hoc facite, quotiescumque biberitis, in mei commemorationem. Quotiescumque enim co- 26
mederitis panem hunc, & de poculo hoc biberitis, mortem Domini [32] annunciatis, donec venerit. Itaque 27
quisquis ederit [33] panem hunc, aut biberit de poculo Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem homo seipsum, & sic [34] de pane 28
illo edat, & de poculo illo bibat. Nam qui edit & bi- 29
bit [35] indigne, judicium sibiipsi edit & bibit, non dijudicans corpus Domini. Propter hoc inter vos multi 30
imbecilles & invalidi, & dormiunt multi. [36] Etenim 31
si nosipsos dijudicassemus, haudquaquam judicati fuissemus. At quum judicamur, a Domino corripimur, 32
[37] ne cum mundo condemnemur. Itaque, fratres mei, 33
quum convenitis ad comedendum, alius alium exspectate. Quod si quis esurit, domi edat, [38] ne ad conde- 34
mnationem conveniatis. Cætera vero, quum venero, disponam. [1] Porro de spiritualibus, fratres, nolo vos 1 XII.
ignorare. Scitis [2] quod gentes fuistis, & ad simulacra 2
muta utcumque ducebamini sequentes. Quapropter 3
notum vobis facio, quod nullus per Spiritum Dei loquens

ctus non laceratur in partes. Certe divus Ambrosius legit *frangitur*, Græcis consentiens, nihil offensus ea lectione. Nec aliter citat Beda enarrans Evangelium Lucæ. Porro si quid offendit, quod prius dictus sit fregisse panem, & mox adjecisse, *quod frangitur*, opinor, aut primum cœpisse frangere panem fortassis in duas aut tres partes, deinde ut cuique impartiebat, a majoribus fragmentis minora defregisse: aut *frangitur* sine certa ratione temporis esse positum, veluti fieri dicitur, quod, quoties solet aut opus est fieri, fit, etiamsi jam non fiat: & solvi quod solvi debet, etiamsi sæpe non solvatur. Cæterum hic *frangi* nihil aliud esse, quam dispartiri, subindicat & interpres Theophylactus: *Corpus inquiens suum, quod omnibus æque dispartiens morti destinasset. Ipse vero, in cibo sumendo tempore anticipato, neque communem hunc & cibarium panem in medium exponis, neque eumdem frangis, ut multis detur, sed tibi ipsi reservas.* Atque ex Græcis exemplaribus palam est, quod idem legerit Chrysostomus quod Theophylactus: id quod ex ipsa perspicuum est enarratione, quocunque consilio Hieronymus Donatus Latine reddidit, quod nostra vulgaris habet lectio. Postremo non satis constat ex Veterum Commentariis, an hic Paulus tractet de sacerdotali consecratione corporis & sanguinis Dominici. Siquidem Apostoli sermo cœpit a conviviis Idololatrarum & Christianorum: posteaquam autem ostenderat non convenire, ut Christiani se misceant religiosis vel superstitiosis potius Gentium conviviis, progressus ostendit, qualia debeant esse vere religiosa Christianorum convivia, quanta concordia quantaque communione rerum omnium sint peragenda. Totus autem Apostoli sermo videtur in hoc versari, ut reprehendat inæqualitatem convivii, revocetque illos ad archetypum exemplum Christi & Apostolorum. Nam in primordio subolescentis Ecclesiæ erant omnia communia, ab hac summa charitate paulatim refrixerunt animi Græcorum, servato tamen aliquo pristinæ communionis vestigio, dum certis diebus, præcipue festis, ut est probabile, conveniunt simul, & ad convivium a divitibus apparatum adhibentur & pauperes. Tandem id quoque corruptum est a quibusdam, & conventus quidem fiebant, sed exclusis pauperibus, quisque cum suis epulabatur, etiam usque ad temulentiam, ita ut non solum pauperes non reficerentur, verum illis etiam exprobraretur conditionis humilitas. Eoque Paulus, ut exponunt Chrysostomus ac Theophylactus, injicit mentionem cœnæ dominicæ, ut illius sacratissimi convivii recordatione revocarentur ad sobrietatem ac fraternam communionem, quam Dominus inter suos exhibuit proprii corporis distributione. Neque enim semper Dominus consecravit corpus suum, quoties legitur gratiis actis fregisse panem, siquidem benedixit ac fregit convivium exhibens multis hominum millibus. Et in Emaunte benedicit, frangit, ac porrigit panem. Rursum quoties in Sacris Libris fit mentio fracti panis, non statim accipiendum est inter Discipulos fuisse consecratum corpus & sanguinem Domini, quemadmodum in Actis capite secundo bis fit mentio fractionis panis, quæ paragebatur quotidie per singulas domos. Item Paulus Actorum vigesimo septimo, in navigatione benedicit ac frangit panem, invitans alios ad sumendum cibum, &, ut est verisimile, panem fractum porrigens. In his igitur solennibus Christianorum conviviis erat aliqua cœnæ dominicæ commemoratio, quum tamen non consecraretur corpus & sanguis Domini. Quin & hodie multis in locis, peracto sacro, datur singulis frustulum panis, in signum corporis dominici, ut illius mysterii memores domi frugalius agant convivium, haudquaquam immemores pauperum. Fortasse talia fuerunt Corinthiorum convivia, quæ Paulus indecenter agi stomachatur. Et haud scio an panem illum & calicem, quem inter sese conferebant Christiani, cum gratiarum actione ac significatione mutuæ inter ipsos charitatis, nonnunquam appellarint corpus & calicem Domini, quod essent illorum signa. Certe Chrysostomus ac Theophylactus cœnam dominicam interpretantur, non quod ibi consecraretur corpus & sanguis Domini, sed quod esset eduliorum potusque communio. Quanquam in fine nonnihil attingunt de indigna corporis & sanguinis sumptione, sed obscurius. Mihi quidem magis placet, ut hic locus pertineat etiam ad consecrationem, attamen admonere Lectorem visum est, quo diligentius excutiat. Cæterum *frangendi* verbum haud male congruit corpori dominico, frangitur panis triticeus, ut multis vitam conferat: frangi dicitur & corpus Domini, quod vitam ex æquo conferat omnibus digne sumentibus. Idem panis inter multos distributus concordiæ symbolum est: idem corpus pro omnibus immolatum amicitiæ signum est.

30 *In meam commemorationem*] εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, id est, *in mei memoriam*, aut *in mei commemorationem*, ut legit Ambrosius. Quanquam Græca vox parum commode reddi potest nisi circumloquaris, *ad renovandam mei memoriam.*

31 *Similiter & calicem*] Ambrosius *poculum* legit, propius Græcam exprimens vocem ποτήριον, a *potando* dictam, quemadmodum *poculum* apud nos. Nam calix poculi genus est. Poculum est unde bibitur, sive cyathus sit, sive calix, sive urceus.

32 *Annunciabitis*] καταγγέλλετε, id est, *annunciate*, sive *annunciatis*. Tametsi in hisce verbis video Apostolos abuti tempore, ut in his quæ mox præcesserunt, *quoties bibetis*, πίνητε. Ambrosius legit *annunciantes*, aliquot verbis in medio relictis, incuria, sicut arbitror, Librariorum. Sic enim apud illum legimus, *Hoc facite quotienscunque bibetis in mei commemorationem, mortem Domini annunciantes, donec veniat.* Non contendam cum eo, qui mallet *annunciatis* indicandi modo, tamen arbitror utramque lectionem consistere: & qui legit *annunciabitis*, videtur imperandi sensu loqui.

33 *Panem* &c.] τὸν ἄρτον τοῦτον, id est, *panem hunc.* Hic palam corpus consecratum *panem* vocat, non quod adhuc sit panis eo modo quo fuit, sed quod sit panis vivus & vitam conferens veram.

34 *De pane illo edat*] *Illo* hoc loco non additur apud Græcos, sed Interpres explicuit vim articuli, quod & alias sæpenumero facit. Ambrosius legit *de pane edat.*

35 *Indigne*] ἀναξίως τοῦ Κυρίου, id est, *indigne Domino.* Ad eum modum legit & Chrysostomus, utroque loco addens *Domini* nomen. Ambrosius item repetit *Domini* nomen: *Itaque quicunque ederit panem hunc, aut biberit calicem Domini indigne Domino*, licet proximo loco non apponat *Domino*: *Qui enim manducat & bibit indigne, judicium sibi ipsi manducat.* Quanquam in nonnullis Græcorum codicibus legitur, τοῦ Κυρίου ἀναξίως, ut Κυρίου utrolibet possit referri, *panem Domini*, aut *panem indigne Domino.*

36 *Quod si*] Εἰ γὰρ, id est, *Si enim*, non Εἰ δέ.

37 *Ut non cum hoc mundo*] *Cum mundo* sat erat, σὺν τῷ κόσμῳ. Nec hic potuit servari non ingrata vocum allusio, κρινόμενοι & κατακριθῶμεν.

38 *Ut non in judicium conveniatis*] εἰς κρῖμα. Clarius erat, *ad condemnationem*: ne quis accipiat eos judices adire.

1 DE *spiritualibus autem*] Περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν. Incertum an sentiat de donis Spiritus, ut interpretantur divus Chrysostomus, Theophylactus, & Ambrosius, an de psallendo spiritu, de quo videtur nata fuisse quæstio.

2 *Cum gentes essetis*] Græci paulo diversius habent, ὅτι ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα ὡς ἂν ἤγεσθε ἀπαγόμενοι, *quod gentes fuistis, ad simulacra muta utcunque ducebamini abeuntes*, sive *abducti*, aut, quod malim, *sequentes.* Nam si ὅτι legas, sermo penderet, nisi placet participium verbi loco positum esse, ἀπαγόμενοι pro ἀπήγεσθε. Neque enim participium ἀπαγόμενοι simpliciter adhæret nomini ἔθνη. Porro periphrasin Interpretis non improbo. Ambrosius legit, *Cum gentes eratis, simulacrorum forma euntes, prout ducebamini.* Quanquam hic puto superesse conjunctionem *cum*, id quod propemodum liquet ex illius interpretatione: cujus verba subscribam, si quis forte requiret: *Spiritualia*, inquit, *illis traditurus, exemplum prioris conversationis memorat, ut, sicut simulacrorum fuerunt forma colentes idola, & ducebantur duce voluntate dæmoniorum, ita & colen-*

ἀνάθεμα Ἰησῦν· καὶ ὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰη-
4 σῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Διαιρέσεις δὲ χαρισ-
5 μάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα. Καὶ διαιρέσεις δια-
6 κονιῶν εἰσι, καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος. Καὶ διαιρέσεις ἐνερ-
γημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτός ἐςι Θεὸς, ὁ ἐνεργῶν
7 τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. Ἑκάςῳ δὲ δίδοται ἡ φανέρωσις
8 τῦ Πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον. Ὧ μὲν γὰρ διὰ
τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λό-
9 γος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα· Ἑτέρῳ δὲ
πίςις ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι, ἄλλῳ δὲ χαρίσ-
10 ματα ἰαμάτων ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι· Ἄλλῳ δὲ
ἐνεργήματα δυνάμεων, ἄλλῳ δὲ προφητεία, ἄλλῳ
δὲ διακρίσεις πνευμάτων, ἑτέρῳ δὲ γένη γλωσσῶν,
11 ἄλλῳ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν. Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ
τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάςῳ,
12 καθὼς βύλεται. Καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ἕν ἐςιν,
καὶ μέλη ἔχει πολλὰ, πάντα δὲ τὰ μέλη τῦ σώματος
τῦ ἑνὸς, πολλὰ ὄντα, ἕν ἐςι σῶμα, ὕτω καὶ ὁ Χρι-
13 ςός. Καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ Πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶ-
μα ἐβαπτίσθημεν, εἴτε Ἰυδαῖοι, εἴτε Ἕλληνες, εἴτε
δῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι· καὶ πάντες εἰς ἓν Πνεῦμα ἐπο-
14 τίσθημεν. Καὶ γὰρ τὸ σῶμα ὐκ ἔςιν ἓν μέλος, ἀλλὰ
15 πολλά. Ἐὰν εἴπῃ ὁ πῦς, Ὅτι ὐκ εἰμὶ χεὶρ, ὐκ εἰμὶ
ἐκ τῦ σώματος· ὐ παρὰ τῦτο ὐκ ἔςιν ἐκ τῦ σώματος;
16 Καὶ ἐὰν εἴπῃ τὸ ὖς, Ὅτι ὐκ εἰμὶ ὀφθαλμὸς, ὐκ εἰμὶ ἐκ
17 τῦ σώματος· ὐ παρὰ τῦτο ὐκ ἔςιν ἐκ τῦ σώματος; Εἰ
ὅλον τὸ σῶμα ὀφθαλμὸς, πῦ ἡ ἀκοή; Εἰ ὅλον ἀκοὴ,
18 πῦ ἡ ὄσφρησις. Νυνὶ δὲ ὁ Θεὸς ἔθετο τὰ μέλη, ἓν
19 ἕκαςον αὐτῶν ἐν τῷ σώματι, καθὼς ἠθέλησεν. Εἰ δὲ
20 ἦν τὰ πάντα ἓν μέλος, πῦ τὸ σῶμα; Νῦν δὲ πολ-
21 λὰ μὲν μέλη, ἓν δὲ σῶμα. Οὐ δύναται δὲ ὁ ὀφθαλ-
μὸς εἰπεῖν τῇ χειρὶ, Χρείαν συ ὐκ ἔχω· ἢ πάλιν ἡ
κεφα-

quens; dicit anathema Jesum: 4 & nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi per Spiritum sanctum. 5 Divisiones autem donorum sunt, sed idem Spiritus. Et divisiones ministeriorum sunt, & idem Dominus. 6 Et divisiones operationum sunt, sed idem est Deus, efficiens omnia in omnibus. Unicuique vero datur manifestatio Spiritus 7 ad id quod expedit. Nam huic quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii vero sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum: Alii vero fides per eumdem Spiritum, alii vero 8 dona sanationum per eumdem Spiritum: Alii vero 9 efficaciæ potentiarum, alii vero prophetia, alii vero 10 discretiones spirituum, alii vero genera linguarum, 11 alii vero interpretatio linguarum. 12 Sed omnia hæc efficit 13 unus ille & idem Spiritus, 14 dividens peculiariter unicuique, sicuti vult. Quemadmodum enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia vero membra corporis unius, multa quum sint, unum sunt corpus, sic & Christus. Etenim per unum Spiritum nos omnes in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, 15 sive Græci, sive servi, sive liberi: & omnes 16 unum Spiritum hausimus. Etenim corpus non est unum membrum, sed multa. Si dicat pes, Non sum manus, non sum de corpore: num idcirco non est de corpore? Et si dicat auris, Non sum oculus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi olfactus? Nunc autem Deus posuit membra, unumquodque singulatim in corpore, quemadmodum voluit. Quod si essent omnia unum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra, unum vero corpus. At non potest oculus dicere manui, Non est mi-
hi

lentes Deum, sint forma legis dominicæ. Hactenus ille. Revocat enim illis in memoriam, quod aliquando fuerint gentes, id cum jam esse desierint, admonet aliis moribus esse vivendum. Augustinus libro adversus Faustum XXI. cap. VIII. locum hunc ita refert: *Scitis quando gentes eratis, ad simulacra sine voce quomodo adscendebatis inducti?* Satis liquet hunc Interpretem legisse pro ὅτι, ὅτε. Et haud scio an pro *adscendebatis* scriptum fuerit *incedebatis*. Porro quoniam vertit *inducti*, legisse videtur ἐπαγόμενοι pro ἀπαγόμενοι.

3 *Dicit anathema Jesu*] λέγει ἀνάθεμα Ἰησῦν, id est, *dicit anathema Jesum*, accusandi casu, id est, *dicit Jesum esse anathema*, hoc est, maledicit & exsecratur Jesum. Probabile est autem ita legisse & Ambrosium, vel hoc argumento, quod proxima pars adhuc casu mansit incorrupta. *Nemo potest dicere Dominum Jesum*. Certe ita refert Hilarius lib. *de Trinitate* VIII. juxta fidem vetustissimi codicis.

4 *Et nemo potest dicere Dominus*] Hieronymus in Johelem legit *Dominum Jesum*, atque item Hilarius libro *de Trinitate* secundo. Rursum Ambrosius libro *de Vocatione gentium* secundo, capite secundo. Rursum in Commentariis hunc ipsum enarrans locum sic adducit. Item libro *de Spiritu Sancto* primo, capite decimo. Itidem Origenes in Genesim Homilia decima septima, quemadmodum hodie legitur in omnibus Græcorum codicibus, *δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησῦν*: ut opponatur ei quod supra dixit, *dicit anathema Jesum*, hoc est, vocat illum anathema. *Neque rursus quisquam eum Dominum vocat, nisi*, & cætera. Sic enim Veteres loquebantur, *Anathema sit*, quoties vitandum hominem significarent. Ex hoc capite & proximo licet conjicere, quæ fuerint dotes illius veteris Ecclesiæ Christianæ, priusquam tot cæremoniis, opibus, imperiis, copiis, bellis, aliisque id genus esset onerata. Nunc fere tot præclara munia ad unam potestatem redacta sunt, hoc est, Christi titulo palliatam tyrannidem. Quid enim est aliud potestas, nisi adsit animus Apostolicus?

5 *Divisiones gratiarum*] χαρισμάτων, id est, *donorum*: sic vertit Hieronymus in Epistolis, & aliis item locis. Augustinus in libello *de Præscientia Dei* ad Dardanum legit *divisiones donationum*. Sed χάρισμα est *donum gratuitum*, nam a χάρις *gratia* nomen habet.

6 *Divisiones operationum*] ἐνεργημάτων. Quod non significat simpliciter *operationem*, sed vim quamdam & efficaciam, qua Deus agit in nobis. Sequitur enim mox, ἐνεργῶν τὰ πάντα, & paulo post ἐνεργεῖ, quod vertit *operatur*. Quanquam, ut dixi, aliud quiddam sonat Græcis. Et *agit* magis quam *operatur*.

7 *Ad utilitatem*] πρὸς τὸ συμφέρον, id est, *ad id quod expedit*: ita vertit Hieronymus in Quæstionibus ad Hedibiam, ac rursum in secundo libro adversus Jovinianum. Magis autem sonat ad verbum, *ad id quod confert*: etiamsi recte vertit Interpres.

8 *Gratia sanitatum*] χαρίσματα ἰαμάτων, id est, *dona sanationum*. *In uno Spiritu*, ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι, id est, *in eodem Spiritu*, seu potius *per eumdem Spiritum*.

9 *Operatio virtutum*] ἐνεργήματα, id est, *operationes*, & magis, ut dictum est, *efficacia*.

10 *Discretio spirituum*] διακρίσεις, *discretiones*. Interpres legit διάκρισις, tametsi ad sensum nihil refert.

11 *Alii interpretatio sermonum*] γλωσσῶν. Quam vocem modo verterat *linguas*, nunc vertit *sermones*. Nam Græci repetunt utrobique vocem eam γλωσσῶν. *Alii genera linguarum, alii interpretatio linguarum*. Ita citat hunc locum Augustinus adversus Faustum libro duodecimo, capite octavo, ex vetusti codicis fide manu descripti. Sic certe legisse Theophylactum ex ipsius liquet interpretatione, quum ait: *Nam doctrina gratia longe est excellentior, & simplex variis linguis loquendi donum plurimum antecedit linguarum interpretatio*. Quanquam aliquanto post, repetens ordine dotes Spiritus, extremo loco recenset *genera linguarum* & *interpretationes sermonum*. Licet hæc posterior particula tantum apud Latinos illic addatur.

12 *Hæc autem omnia operatur*] ἐνεργεῖ. Magis *efficit* quam *operatur*. Et efficit per occultam vim in nobis. Divus Hilarius velut conans exprimere Græcam vocem, aliquoties vertit *inoperatur*, nominatim libro *de Trinitate* octavo.

13 *Unus & idem*] τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτό. Articulus additus facit, ut de certo Spiritu intelligamus. Proinde nos vertimus, *unus ille atque idem Spiritus*.

14 *Dividens singulis*] διαιρῦν ἰδίᾳ ἑκάςῳ, id est, *dividens privatim* sive *peculiariter unicuique*: quod Hieronymus in Dialogo primo adversus Pelagium vertit *proprie*, sive *propria*. *Dividens singulis, prout vult*. Sermo Græcus habet amphibologiam, διαιρῦν ἑκάςῳ, καθὼς βύλεται, *dividens cuique, ut vult*. Nam verbum *vult* referri potest ad Spiritum dividentem, & ad hominem cui dividitur, ut si Latine dicas, *impartiens cuique, prout vult*. Anceps enim est, utrum sit, ut vult ipse, an ut vult quisque. Atque in hunc posteriorem sensum alicubi torquet locum hunc Origenes enarrans Epistolam ad Romanos, innuens in nobis situm, ut quam plurimum gratiæ nobis impertiat Deus. Quin & apud Græcos additur vox ἰδίᾳ, quam Interpres non reddidit. Eam si vis adverbii vim habere, vertendum erat, *dividens peculiariter*, sive *privatim*. Sin malis nomen esse, transferendum erat, *dividens propria cuique*, sive *sua cuique*. Atque ita quidem adducit Augustinus libro *de Trinitate & Unitate Dei*, capite octavo, *dividens propria unicuique, prout vult*. Totus autem hic sermo Pauli, distributionibus, dictionum earumdem iterationibus, idque nunc in principio, nunc in medio, nunc in fine, membris incisis, comparibus, similiter cadentibus ac desinentibus, periodisque floridus est.

15 *Sive Gentiles*] εἴτε Ἕλληνες, id est, *sive Græci*: ut legit Ambrosius, de quo jam frequenter admonuimus.

16 *In uno Spiritu potati sumus*] Græce est, *in unum Spiritum potati sumus*: sicut superius vertit *in unum corpus*, εἰς ἓν σῶμα. Ad eumdem modum legit Ambrosius, Græca sequutus exemplaria. Cæterum aliquanto superius miscuit diversas præpositiones, εἰς & ἐν. Καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ Πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, id est, *Etenim in uno Spiritu*, sive *per unum Spiritum, nos omnes in unum corpus baptizati sumus*. Quod si complexim legas, sensus erit: Nos omnes baptismo facti sumus unum corpus, idque per Spiritum omnibus communiter impertientem se. Sin divisim, subaudiendum erit verbum substantivum *sumus*, *Etenim in uno Spiritu sumus nos omnes*. At prior lectio mihi magis arridet. *Potati sumus*, & cætera. Est quidem Græce ἐποτίσθημεν, hoc est, *poti*, sive *potati sumus*, sed ut potatus intelligatur is cui potus est datus. Sensum eleganter expressit Ambrosius, legens, *& omnes unum Spiritum potavimus*. Itidem legit Augustinus. Siquidem ποτίζεσθαι Græcis dicitur, quod irrigatur: combibitur autem quicquid est liquidum. Proinde

22 κεφαλὴ τοῖς ποσὶ, Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω. Ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον τὰ δοκοῦντα μέλη τοῦ σώματος ἀσθενέστε-
23 ρα ὑπάρχειν, ἀναγκαῖά ἐστι· Καὶ ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι τοῦ σώματος, τούτοις τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν· καὶ τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν εὐσχημοσύνην
24 περισσοτέραν ἔχει. Τὰ δὲ εὐσχήμονα ἡμῶν οὐ χρείαν ἔχει· ἀλλ' ὁ Θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα, τῷ
25 ὑστεροῦντι περισσοτέραν δοὺς τιμὴν, Ἵνα μὴ ᾖ σχίσμα ἐν τῷ σώματι, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μερι-
26 μνῶσι τὰ μέλη. Καὶ εἴτε πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη· εἴτε δοξάζεται ἓν μέλος,
27 συγχαίρει πάντα τὰ μέλη. Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χρι-
28 στοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους. Καὶ οὓς μὲν ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, πρῶτον Ἀποστόλους, δεύτερον Προφήτας, τρίτον Διδασκάλους, ἔπειτα δυνάμεις, εἶτα χαρίσματα ἰαμάτων, ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις, γένη
29 γλωσσῶν. Μὴ πάντες Ἀπόστολοι; μὴ πάντες Προφῆται; μὴ πάντες Διδάσκαλοι; μὴ πάντες δυνάμεις;
30 Μὴ πάντες χαρίσματα ἔχουσιν ἰαμάτων; μὴ πάντες γλώσσαις λαλοῦσι; μὴ πάντες διερμηνεύου-
31 σι. Ζηλοῦτε δὲ τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα· καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι.

XIII. ξϛ 1 Ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, γέγονα χαλκὸς ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον. Καὶ

A hi opus te: aut rursum caput pedibus, 17 Non est mihi opus vobis. Imo multo potius quæ videntur mem- 22 bra corporis imbecilliora esse, 18 necessaria sunt: 19 Et 23 quæ putamus minus honesta esse corporis, his honorem uberiorem apponimus: 20 & indecora nostri copiosiorem decorem habent. Cæterum quæ decora sunt 24 nostri, 21 non indigent: sed Deus 22 simul temperavit corpus, 23 ei, cui deerat, copiosiorem addens honorem, 24 Ne sit dissidium in corpore, 25 sed invicem 25 alia pro aliis eamdem sollicitudinem gerant membra. Et sive patitur unum membrum, simul patiuntur 26 omnia membra: 26 sive glorificatur unum membrum, simul gaudent omnia membra. Vos autem estis cor- 27 B pus Christi, 27 & membra ex parte. 28 Et alios quidem 28 posuit Deus in ecclesia, primum Apostolos, deinde Prophetas, tertio Doctores, deinde potestates, deinde dona sanationum, 29 subsidia, gubernationes, genera linguarum. Num omnes Apostoli? num omnes 29 Prophetæ? num omnes Doctores? num omnes potestates? Num omnes dona habent sanationum? num 30 omnes linguis loquuntur? num omnes interpretantur? 30 Sectemini vero dona potiora: & adhuc his 31 excellentiorem viam vobis ostendo. Si linguis homi- 1 XIII. num loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, 1 factus sum æs resonans, 2 aut cymbalum C tinni-

de nos quo dilucidiores essemus, vertimus, *eumdem Spiritum hausimus.* In nonnullis exemplaribus, pro *potati sumus*, depravatum comperi, *vocati sumus.* Tanta est Librariorum audacia.

17 *Non estis mihi necessarii*] Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω. Quod modo verterat, *Opera vestra non indigeo.*

18 *Necessariora sunt*] ἀναγκαῖα, id est, *necessaria*, per positivum, non comparativum: nam comparatio redditur per magis. Certe juxta Græcorum codices citat Augustinus sermone quinquagesimo tertio: *Et quæ inhonesta sunt nostra, magis necessaria sunt.* Rursus adversus Faustum libro vigesimo primo, capite octavo. Itidem Ambrosius libro, quem inscripsit *de Noe & Arca*, capite octavo. Quanquam μᾶλλον pro *potius* accipi potest, ut corrigat verius quam comparet: sitque sensus, Ea membra, quæ putantur inhonesta, necessitate commendari & usu. Nec enim apparet hoc sentire Paulum, membra pudenda quæ vocantur, esse magis necessaria cæteris, sed satis esse quod necessaria sint corpori, ad hoc ne putentur negligenda.

19 *Et quæ putamus ignobiliora*] Non reddidit Interpres festivam vocum allusionem ἀτιμότερα & τιμὴν, id est, *inhonoratiora* & *honorem.* Pro ἀτιμότερα Augustinus legit *viliora.*

20 *Et quæ inhonesta sunt nostri*] ἀσχήμονα & εὐσχημοσύνην, id est, *immodesta*, sive *indecora*, & *modestiam*, sive *decus.* Ambrosius legit, *& quæ inferiora sunt nobis, reverentiam abundantiorem habent.* Verum haud scio an locus mendo vacet.

21 *Nullius egent*] οὐ χρείαν ἔχει, id est, *non habent opus*: ut subaudias, eo honore addito.

22 *Temperavit*] συνεκέρασε, id est, *contemperavit*: hoc est, simul moderatus est, & miscuit membra temperatura quadam, ut sibi mutuo sint auxilio.

23 *Et cui deerat*] τῷ ὑστεροῦντι, quod vertere solet *deficit*: sed hîc sane bene reddidit.

24 *Ut non sit schisma in corpore*] Græcam vocem reliquit *schisma*, vertere poterat *dissidium.*

25 *Sed in idipsum*] ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη, *sed idem mutuo curent membra*: ut τὸ αὐτὸ parem indicet omnium membrorum sollicitudinem.

26 *Sive gloriatur*] δοξάζεται, id est, *glorificatur*: hoc est, honore afficitur. Interpres videtur *gloriatur* dixisse pro *gloria afficitur.* Thomas Aquinas interpretatur *gloriatur*, *vigoratur*: ut sentire possis eum nonnihil offensum fuisse hoc loco. Certe *glorificatur* legit Ambrosius cum Græcis consentiens. Et in eum sensum interpretatur Theophylactus. Ad eumdem modum legit Augustinus tractatu in Epistolam Joannis tertio, nec legit solum, verum etiam de glorificatione interpretatur. Rursus adversus Faustum libro vigesimo primo, capite octavo. Iterum Epistola centesima quadragesima quarta. Rursus Posidonius sive Possidius in ejus vita capite septimo.

27 *Membra de membro*] μέλη ἐκ μέρους, *membra ex parte.* Hoc dicit, quod Corinthii non essent omnia membra corporis, sed aliqua pars membrorum. Quanquam Ambrosius legisse videtur ἐκ μέλους. Est autem facilis in hisce litteris lapsus ob affinitatem vocum μέλους & μέρους, præsertim si accesserit aliquis labdacismus. Ad eumdem modum legit divus Thomas, trifariam hunc enarrans locum. Cæterum ille sensus minus est coactus, ut intelligamus membra de membro: hoc est, aliud membrum ab alio pendere, mutua connexione. At superiorem lectionem sequitur Theophylactus, quem versum Latine falsissimo Athanasii titulo quidam ediderant. Idque negant esse factum temeritate Librariorum, sed astutia studioque ipsius Christophori Persona, qui vertit hoc opus. Testatur id etiam codex ille, quem Christophorus Sixto Pontifici hujus nominis quarto pulchre depictum obtulit. Titulum majusculis miniatis præfixerat Athanasii, quum in præfatione nec Athanasii nec Theophylacti faciat mentionem. Videtur itaque fucum fecisse Pontifici. Hæc scribunt, qui codicem in Bibliotheca Pontificia asservatum viderunt. Origenes Homilia in Leviticum septima adducit hunc locum juxta id quod in Græcorum legitur codicibus.

28 *Et quosdam quidem*] Καὶ οὓς μέν. Articulum postpositivum Paulus aliquoties usurpat pro præpositivo in distribuendo. Verum hîc non habet quod respondeat, cujusmodi multa sunt apud hunc Apostolum. Nam quod Faber-Stapulensis mutat *quosdam* in *suos*, ut οὓς positum sit pro ἑοὺς, non est probabile, præsertim in oratione soluta, maxime quum nullum nomen adhæreat pronomini, alioqui dixisset τοὺς αὐτοῦ. Vitari poterat incommodum anapodoti, si primam particulam hujus divisionis conjunctim legas, ad hunc modum, Καὶ οὓς μὲν ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν ἐκκλησίᾳ, πρῶτον Ἀποστόλους: ut totum hoc unum efficiat ordinem: deinde succedat, δεύτερον Προφήτας, ut quod cœperat dicere per οὓς, postea mutata voce dicat per δεύτερον & ἔπειτα. Quod ita explanatius efferri poterat: *Et alios quidem constituit primo loco, nempe Apostolos: alios secundo, nempe Prophetas: alios tertio, nempe Doctores*: atque item de cæteris.

29 *Opitulationes*] ἀντιλήψεις, id est, *subventiones*, sive *subsidia*: quod alibi vertit *suscipere*: est autem ἀντιλαμβάνεσθαι conantem porrecta manu adjutare. *Interpretationes sermonum.* Non legitur apud Græcos hoc loco totum hoc, ac ne in vetustis quidem Latinorum codicibus, nominatim iis, quos nobis exhibuit Collegium sancti Donatiani Brugis, nec in duobus, quos exhibuit hac Editione Collegium Ecclesiæ Constantiensis. Idem enim videtur cum illo, γένη γλωσσῶν, id est, *genera linguarum*, quod modo recensuit. Opinor *interpretationes sermonum* adjectum ab Interprete quopiam, aut ut isti loquuntur postillatore, quod postea traductum sit in contextum sermonis: præsertim quum ne mentio quidem hujus particulæ apud ullum Græcum Interpretem reperiatur. Quanquam, ne quid dissimulem, Ambrosius legit quemadmodum nos vulgo legimus, nec legit solum, verum etiam interpretatur. Deinde paulo post repetens hos gradus, hoc loco duos reddit, non unum: *Nunquid omnes linguis loquuntur, nunquid omnes interpretantur*, nisi forte hæc duo velut inter se cognata unius loco posuit: ut interim dissimulem, quod toties jam ἰάματα vertit *sanitates*, pro *sanationes*: nam ἴαμα apud Græcos non est nisi *sanatio.*

30 *Æmulamini autem charismata*] Ζηλοῦτε τὰ κρείττονα χαρίσματα, id est, *Æmulamini potiora dona*: id est, ad ea nitamini dona Spiritus quæ sunt eximia. Non dixit μείζονα, id est, *majora*: sed κρείττονα, id est, *potiora*, quæque magis conducunt ad publicam utilitatem. Hîc *charismata* reliquit vocem Græcam. Divus Hieronymus adversus Jovinianum libro secundo vertit *dona*: malens Latine loqui, quam Græce. Nec est otiosa conjunctio δὲ, separat enim charitatem a turba cæterorum donorum. Alia contingant aliis, cæterum vos ea sectemini quæ sunt potiora.

31 *Excellentiorem viam*] καὶ ὑπερβολὴν ὁδὸν, id est, *excellentem viam*, sive *eximiam & egregiam viam.* Ambrosius legisse videtur ἔτι μᾶλλον, vertit enim *magis excellentiorem.* Porro ut noster Interpres verterit per comparativum ἔτι, id est, *insuper*, fuit in causa, quod aliquoties vim habeat comparativi.

1 *Factus sum velut æs sonans*] *Velut* redundat: γέγονα χαλκὸς ἠχῶν, id est, *factus sum æs resonans*, sive *tinniens*, aut *crepitans.* Nec *velut* adverbium additur apud Græcos; verum alius quispiam adjecit de suo.

2 *Aut cymbalum tinniens*] ἀλαλάζον. Quod alias vertunt *jubilare.* Est autem ἀλαλάζειν proprie *perpetuo sonitu strepere ac tinnire*, ut exponunt Etymologici Græci, sono sonum excipiente, quemadmodum fit in lebetibus Dodonæis. Qua de re copiosius dictum est in *Chiliadibus* nostris. Non opinor hic refellendos mihi, qui putant Prædicatorem Evangelicum conferri cum ære sonante, quod is suo tinnitu prosit quidem aliis, cæterum seipsum consumat. Siquidem hic Prophetas appellat Prædicatores: cæterum qui lingua duntaxat loquuntur, velut inutiles per se, cymbalis tinnientibus comparat. Id magis ad eos pertinet, qui verba sacra non intellecta canunt aut recitant in templis.

2 Καὶ ἐὰν ἔχω προφητείαν, καὶ εἰδῶ τὰ μυστήρια πάντα, καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν, καὶ ἐὰν ἔχω πᾶσαν τὴν πίστιν, ὥστε ὄρη μεθιστάνειν, ἀγάπην δὲ μὴ

tinniens. Et si habeam prophetiam, 3 & noverim mysteria omnia, omnemque scientiam, & si habeam omnem fidem, adeo ut montes loco dimoveam, 4 chari-

3 *Et si noverim mysteria omnia*] μυστήρια. Augustinus cum alias frequenter, tum in libello *de actis cum Emerito*, legit *sacramenta* pro *mysteria* : ut scias illic *sacramentum* interdum dici, quod reconditum est.

4 *Charitatem non habeam*] Augustinus ad Simplicianum libro secundo fatetur ex hoc loco non exacte doceri prophetiam aut fidem esse sine charitate, quod hæc sermonis forma non affirmet, sed fingat interdum: quod genus, si dicas, Si corpus habeat figuram, colorem autem non habeat, cerni non possit, non sequitur corpus carere colore, sed fingitur carere: quod si fiat, cerni non possit. Similiter Basilius Magnus in Epistola ad Neocæsarienses, referens hunc Apostoli locum, hæc subjicit: *Non quod horum quæ commemoravimus singula sine charitate possint inveniri, sed quod sanctus Paulus voluerit testimoniis confirmare, quod dixerat præceptum charitatis infinitis partibus reliquis omnibus excellentius esse.* Quod si quem offendit *fictionis* vocabulum, sunt enim qui putant *fingere* nihil aliud esse quam mentiri: sciant quoties audiunt in Theologorum Diatribis, *posito casu* vel *dato*, idem illos dicere, quod alii dicunt, *finge*, *pone*, aut *fac ita esse*. Rhetores autem docent & argumentandi & amplificandi rationem a fictione. Quanquam *fingendi* verbum, in hoc sane sensu, non est in Sacris Litteris, tamen ipsa res frequens est. Atque hoc sermonis tropo nihil vulgatius. Quoties audimus illa, Si filius meus esses, non potuissem tecum amantius agere. Si tibi corpus esset ferreum, non sufficeret istis laboribus. Si apud Scythas natus esses, non posses esse moribus asperioribus. Si mihi sint linguæ centum, non possim omnia commemorare. Sic argumentatur Dominus, *Si ego in Beelzebul ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt?* Et, *Si crederetis Mosi, crederetis utique & mihi.* Sic per fictionem argumentatur Apostolus primæ ad Corinthios decimo quinto: *Si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra.* Ac mox: *Si mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit.* Rursus: *Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus*, & cætera. Tali fictione usus est Propheta David Psalmo centesimo trigesimo octavo: *Si adscendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo & habitavero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me*, & cætera. Nullus homo vivens potest adscendere in cœlum, aut descendere ad inferos, aut sumptis alis procul avolare. Sed hæc per fictionem commemorat Propheta, quo magis asseveret, neminem effugere posse manus Dei. Simili figura loquitur beatus Paulus: *Etsi imperitus sermone, non tamen scientia.* Paulus non erat imperitus sermone, qui apud Corinthios gloriatur se plus cæteris loqui linguis. Simile & illud, *Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres.* Tum temporis pauci crediderant apud Corinthios, unde fieri non potuit, ut haberent decem millia præceptorum in doctrina fidei. Nam hos appellat pædagogos. Ejusdem formæ est quod hic dicit, *Et si linguis hominum loquar & Angelorum.* Angeli non habent linguam, sed hoc per fictionem, exaggerandi gratia, est additum. Adde quod inter dona Spiritus hic commemoratur *opitulatio:* & ad Romanos duodecimo legimus, *Qui tribuit in simplicitate, qui miseretur in hilaritate.* Et tamen per fictionem Paulus hoc loco disjungit, quæ separari non possunt, *Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum.* Et, *Si tradidero corpus meum, ita ut ardeat*, & cætera. Neque enim Paulus sentit de iis, qui ob inanem gloriam dilargiuntur sua pauperibus, aut corpus suum tradunt incendio, quod fecisse legitur Peregrinus: (alioqui frigide vitiosam actionem conferret cum donis Spiritus) sed de his qui ad hæc parati sunt ob abundantiam Evangelicæ charitatis. Quid igitur agit hæc fictio? Non ut intelligamus hoc fieri posse sine charitate, sed ut perspicuum sit, non ex modo liberalitatis, nec ex difficultate actionis, sed ex magnitudine charitatis Deum æstimare nostras actiones. Unde fit, ut qui largitur assem, interdum magis placeat Deo, quam qui largitur decem millia ducatorum. Idem sentiendum est de omnibus functionibus spiritualibus, quas Deo commendat charitas in proximum. Ne quis autem hoc velut e meo natum capite contemnat, sciat divum Chrysostomum, & hunc imitatum Theophylactum ita differere, qui admonent, Apostolum respicere ad illa duo, quæ Dominus proposuit ut argumenta summæ charitatis in proximum: quorum alterum est, quum dicit adolescenti, *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes & da pauperibus:* alterum, quum ait Discipulis, *Majorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Qui convenit autem, ut quæ perfectam declarant charitatem, fiant absque charitate? Addunt & illud, Paulum compluribus locis, vel exaggerandi, vel confirmandi gratia, fingere hoc esse, quod non est, nec esse possit: veluti quum scribit Galatis, *Et si nos, aut Angelus de cœlo aliud vobis evangelizaverit, præter hoc quod accepistis, anathema sit.* Si de malis Angelis loquitur, sermo non friget modo, verum etiam absurdus est: si de bonis, in eos non cadit, nec prædicare falsa, nec anathematis exsecratio. Afferunt & eum locum, qui est ad Romanos octavo, quum ait, se neque per Angelos, neque per principatus, neque per virtutes posse sejungi a charitate, quæ est in Christo Jesu. Atqui Angelorum est allicere ad amorem Dei, non divellere. Addit, *neque alia creatura:* quum nulla sit alia creatura. Universam enim creaturam, visibilem & invisibilem, summam, mediam, & imam complexus est. Verum ad asseverationis certitudinem fingit hoc esse, quod esse non possit. Videtur & hoc ἀδύνατον, quod ait, *Et si habuero prophetiam & noverim mysteria omnia.* Nulli enim hominum, excepto Christo, datum est nosse mysteria omnia, fortasse nec Angelorum cuiquam. Postremo illud constat, *si* esse conditionale: cujus tamen usus est in ratiocinando, & in amplificando: nec minus conditionale est *sive*, qua voce hic utitur Paulus: *sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur.* Quanquam autem nec divus Basilius, nec Augustinus asseverant, cætera Spiritus dona non posse inveniri sine charitate, tamen illud recte sentiunt, ex hoc loco non evidenter convinci prophetiam, aut fidem inveniri sine charitate. Opinor autem Apostolum hic loqui non de quacunque fide, aut prophetia, sed de donis Spiritus, post adscensionem Domini. Alioqui linguæ donum habuit asina Balaam, & ipse Balaam erat propheta, & Cajaphas prophetiam edidit, sed ab ipso non intellectam: & in extremo judicio quidam dicturi sunt, *Domine, in nomine tuo prophetavimus*, sed audient, *Nescio vos.* Verum hujusmodi prophetiæ genus non invenimus pro dono Spiritus commemoratum in Sacris Litteris, post Christum sublatum in cœlum. Porro Apostolum hic loqui non de qualibet fide, aut prophetia, declarant illa, *Et si habuerim prophetiam, ut noverim mysteria omnia.* Rursus, *Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam.* Quomodo talis prophetia contingeret absque charitate? quum scriptum sit, *In malevolam animam non introibit sapientia.* Quumque vera fides multa complectatur, certum assensum omnium, quæ tradita sunt nobis ad salutem æternam necessaria, certam fiduciam de misericordia Domini, deque promissis, vel in hac vita præstandis, vel in futuro seculo, quomodo tale donum caderet in mentem charitatis expertem? Nunc abutor illorum sententia, qui omnem fidem interpretantur perfectam. Illud, opinor, nullus inficiabitur, Paulum hic loqui de charitate, non quacunque, sed de vera & Evangelica. Quam si conferat cum aliis donis mortuis, friget amplificatio. Quid enim magni sit, si vera charitas præferatur tali prophetiæ, qualem habuit Balaam, aut tali fidei, qualem habent & Dæmones? Hoc nimirum perinde sit, quasi si quis volens exaggerare robur tauri, componat illum cum leone, vel mortuo, vel unguibus ac dentibus exarmato. Probabile est igitur Paulum veram & Evangelicam charitatem amplificandi gratia conferre cum veris ac perfectis donis Spiritus, per fictionem separando ea quæ cohærent. Illud extra controversiam est, quoties Dominus aut Apostoli loquuntur de fide, sentiunt de viva fide. Quod genus sunt, *Fides tua te salvam fecit.* Et, *Si habueritis fidem sicut granum sinapis.* Et quum beatus Paulus docet Abraham ob fidem promeruisse justitiæ elogium, aliisque locis innumeris: per omnes enim Epistolas nihil magis inculcat, quam gratiam & fidem, & homines per fidem justificari, ac per fidem stare, & qui ex fide sunt, benedictionem consequuturos, & habitare Christum in nobis per fidem. Denique cum Hebræis copiose decantat encomium fidei. Similiter Petrus in Actis, *Fide purificans corda eorum.* Rursus quum in Epistola jubet nos resistere Diabolo fortes fide. Item quum Joannes scribit, nos vincere mundum per fidem. Huic fidei toties prædicatæ in novi Testamenti voluminibus qui jungit individuam comitem charitatem, obsecro quid peccat? Jam quum fides gignat opera charitatis, quemadmodum Romanis scribit Apostolus, *Quidquid ex fide non est, peccatum est,* & ad Galatas describit fidem, quæ per charitatem operatur, opera charitatis fidei tribuenda sunt. Qui convenit ergo charitatem a fide separare, hoc est, radicem a ramis? Sed quosdam offendit, si quis dicat, Sola fide contingere homini justitiam, hoc est, remissionem peccatorum. Qui nimirum mihi videntur aut ignorare, aut non meminisse has voces, *solus*, *singularis*, & *unicus*, sic frequenter tum ab Ethnicis, tum ab Orthodoxis usurpari, ut declarent non solitudinem, sed eminentiam: veluti quum Satyricus ait Sat. VIII.

------ *Nobilitas sola est atque unica virtus,*

sentit summum & eximium nobilitatis genus esse nominis claritatem virtute propria partam. Et qui dicit hominem singulari prudentia præditum, non spoliat eum cæteris virtutibus, sed eximiam prudentiam tribuit. Rursus quum in Comœdia quidam dicit, *Solus est amico amicus*, non sentit præter illum neminem aliis esse amicum, sed hunc excellenter esse amico amicum. Similiter quum beatus Hieronymus hortans Heliodorum, ut amore religionis contemnat affectus parentum, ait, *Solum pietatis genus est, hac in re esse crudelem*, non sentit aliis in rebus nullam esse pietatem, sed hanc pietatem esse præcipuam, si quis amore Christi contemnat affectus naturæ. Cæterum ut hæc parum habeant ponderis, ex ipso sermonis tenore perpendendum est, quid excludatur per hujusmodi voces. David quum ait, *Unam rem petii a Domino*, & cætera, non sentit se nihil aliud petere a Domino, quum toties in Psalmis petat remissionem peccatorum, auxilium adversus inimicos, intellectum Legis, stabilitatem regni sui, prosperitatem urbis Hierosolymorum: sed sentit illud præcipue ab ipso desiderari. Item quum Lex dicit, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies*, non excludit venerationem & honorem debitum Regibus ac parentibus, aut Divis, opinor: nec obsequium, quod servi debent dominis, sed ostendit summum honorem summumque cultum deberi Deo. Præterea quum Christus Patri loquens, dicit, *Ut cognoscant te solum verum Deum*, & cætera, non excludit seipsum ac Spiritum sanctum a consortio Divinitatis, sed excludit Deos Gentium. Rursus quum ait, *Solus Deus bonus est*, non submovet omnes Angelos atque homines a cognomine *boni*, quum idem in Parabolis servos appellet *bonos*, & pisces *bonos*, hac metaphora designans homines bonos, sed summam ac nativam bonitatem tribuit Deo. Idem quum ait Archisynagogo, *Tantummodo crede, omnia possibilia credenti*, vox *tantummodo* non excludit alias virtutes, sed sollicitudinem de morbo insanabili, aut de morte filiæ. Eodem schemate Paulus appellat solum Deum sapientem & immortalem, non excludens Angelos ac Prophetas, quum in Evangelio virgines quinque dicantur pruden-

tes,

3 μὴ ἔχω, οὐδέν εἰμι. Καὶ ἐὰν ψωμίσω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μȣ, καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου, ἵνα καυθήσωμαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦ-
4 μαι. Ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ, χρηςεύεται· ἡ ἀγάπη οὐ ζηλοῖ· ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται, οὐ φυ-
5 σιοῦται, Οὐκ ἀσχημονεῖ, οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς,
6 οὐ παροξύνεται, οὐ λογίζεται τὸ κακὸν, Οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ, συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ,
7 Πάντα ϛέγει, πάντα πιςεύει, πάντα ἐλπίζει, πάν-
8 τα ὑπομένει. Ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει· εἴτε δὲ προφητεῖαι καταργηθήσονται, εἴτε γλῶσσαι παύ-
9 σονται, εἴτε γνῶσις καταργηθήσεται. Ἐκ μέρους γὰρ
10 γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν. Ὅτ' ἂν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται.
11 Ὅτε ἤμην νήπιος, ὡς νήπιος ἐλάλουν, ὡς νήπιος ἐφρόνουν, ὡς νήπιος ἐλογιζόμην· ὅτε δὲ γέγονα ἀνὴρ,
12 κατήργη τὰ τοῦ νηπίȣ. Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δί ἐσόπτρȣ ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους, τότε δὲ ἐπιγνώσομαι
13 καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην. Νυνὶ δὲ μένει πίςις, ἐλπὶς, ἀγάπη, τὰ τρία ταῦτα· μείζων δὲ τȣ́των ἡ ἀγάπη.

A ritatem autem non habeam, nihil sum. 5 Et si insumam in alimoniam omnes facultates meas, & si tradam corpus meum, 6 ut comburar, charitatem autem non habeam, nihil utilitatis capio. 7 Charitas patiens est, 8 benigna est: charitas non invidet: charitas 9 non est procax, non inflatur, 10 Non est fastidiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, 11 non cogitat malum, Non gaudet de injustitia, sed congaudet veritati, 12 Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. 13 Charitas nunquam excidit: 14 sive prophetiæ abolebuntur, sive linguæ cessabunt, sive B scientia abolebitur. 15 Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Ast ubi venerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est, abolebitur. 16 Quum essem puer, ut puer loquebar, ut puer sentiebam, ut puer cogitabam: at ubi factus sum vir, 17 abolevi puerilia. Cernimus enim nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc cognosco ex parte, tunc vero cognoscam quemadmodum & cognitus sum. Nunc autem manet fides, spes, charitas, tria hæc: 18 sed maxima in his charitas.

Διωκε-

tes, ac præter Salomonem complures sapientiæ nomine prædicentur in canonicis litteris: sed ostendit in Deum hæc cognomina singulariter competere. Quemadmodum Jesus dicitur unigenitus & unicus Filius Dei, non quod solus sit, sed quod eximie Filius. Similiter apud Lucam capite nono, quum legimus, *inventus est Jesus solus*, non excluduntur tres Discipuli, sed Moses & Elias, qui prius cum eo colloquebantur. Mox in eodem capite, *Quum solus esset orans.* Erant autem cum illo & Discipuli. Vox *solus* excludit turbam, quæ solet adesse. Denique quum beatus Thomas Aquinas in Prosa dicit, *Ad firmandum cor sincerum sola fides sufficit*, per dictionem *sola* non excluditur charitas aliæque virtutes, sed tantum humana ratio sensuumque experientia. Hujusmodi loquutionibus quum & sacra Volumina, & Orthodoxorum libri, & quotidianus hominum sermo plenus sit, veluti quum dicimus, *Nihil hic esurit, nihil sitit, nisi aurum*, non excluditur panis & vinum, sed exaggeratur insignis avaritia. Itidem dicimus, Regem ambulare solum, etiamsi uno atque altero comitatus incedat, sed solum dicimus non stipatum solito comitatu. Anachoretas dicimus solos habitare in nemoribus, quum illic adsint diversa animantium genera, interdum & famulus. Itaque qui dicit, homines sola fide justificari, non protinus excludit charitatem, neque charitatis opera, sed philosophiam humanam, aut ceremonias operaque legalia, aut vitam actam ante baptismum, aut aliud simile, quod ex sermonis tenore colligitur. Apud Paulum quidem non additur dictio *sola*. Quid refert? quum tot locis inculcet Abraham pronunciatum justum sine operibus. Nos omnes justificari per fidem, & non ex operibus, nam si ex operibus, jam abrogari gratiam. Hoc genere sermonum omnes Paulinæ scatent Epistolæ. Qui tamen nusquam separat charitatem a fide purificante, ac toties hortatur ad opera charitatis. Sed ad hanc salebram diutius restitimus, quam patitur argumenti ratio.

5 *Distribuero in cibos pauperum*] Græcis una vox est, ψωμίσω. Et *omnes facultates meas*, est τὰ πάντα μȣ, id est, *omnia mea*. In nonnullis tamen legimus, τὰ πάντα ὑπάρχοντά μȣ.

6 *Ita ut ardeam*] *Ita* redundat. Nec addebatur in duobus Constantianis, ἵνα καυθήσωμαι, id est, *ut comburar*, sive *ad comburendum*. Divus Hieronymus scribens in Epistolam ad Galatas capite quinto, dicit in Latinis codicibus haberi *ita ut glorier*, eamque lectionem vocat errorem, sed addit Græcorum etiam exemplaria esse diversa. Nec dubium est quin error natus sit ex mutatione litteræ, καυχήσωμαι, pro καυθήσωμαι. Theophylactus, & ante hunc Chrysostomus, nobiscum & legit & interpretatur καυθήσωμαι. Eaque lectio mihi videtur esse germana. Quanquam Hispaniensis Editio habebat καυχήσωμαι. Rem magnam facit, qui facultates omnes impendit alendis pauperibus: at majorem facit, qui corpus suum tradit ignibus, quod fecisse legitur Peregrinus. De gloria meminit nonnihil is, cujus exstant scholia in omnes Epistolas Pauli, Hieronymi titulo: quasi legerit, *ut glorier.* Basilius in Epistola quadam ad Neocæsarienses legit, ἵνα καυθῇ, id est, *ut ardeat:* ut subaudiatur *corpus*.

7 *Charitas patiens est*] μακροθυμεῖ, id est, *longanimis est*, sive *leni animo est*. Et ita legit Ambrosius. Quanquam in vulgatis codicibus pro *longanima* mutaverunt *magnanima*. Etiamsi apud Cyprianum aliquoties *magnanima* vocetur charitas ex hoc Pauli loco, quod μακρὸν ut *longum*, ita & *magnum* sit. Mihi nec *longanimis* nec *magnanimus* satis exprimere videtur Græcæ dictionis vim. Neque enim Latini sic dicimus *longum animum*, ut dicimus *magnum animum*: quin pro *longo lenem* vocamus, hoc est, non præcipitem ad iram aut vindictam.

8 *Benigna est*] χρηςεύεται, pro quo Ambrosius legit *jucunda est*. Significat autem comitatem ac suavitatem morum, quæ opponitur asperitati ac difficultati seu morositati. Vera pietas nescit supercilium, simulata sanctitas asperitate morum gravis est. *Benignitas* Latinis plerunque ad beneficentiam pertinet. Sic enim a *bono* dicitur *benignus*, ut a *malo malignus*. Thomas Aquinas novam adducit etymologiam: *Benignitas*, inquiens, *dicitur quasi bona igneitas, quod quemadmodum ignis facit effluere, ita & charitas.* Atque id docet testimonio Solomonis Proverbiorum capite quinto, *Deriventur fontes tui foras.* Vir indignus qui ex tam indoctis Auctoribus hujusmodi nænias sacris Commentariis admisceret. Nam satis apparet huic, si quid ad vocum enarrationem aut sacrorum Voluminum testimonia pertinet, fere non ex ipsis

1 Se-

fontibus, sed ex alienis collectaneis & indicibus petitum esse.

9 *Non agit perperam*] περπερεύεται. Repetitur hoc loco apud Græcos *charitas*. Ac Græca quidem scholia hanc vocem variis modis interpretantur. Quidam περπερεύεσθαι putant idem quod est *adulari*, alii quod *extolli*, & *ostentare sese*, a nomine πέρπερος, quod dictum volunt quasi περίπτερος. Id sensisse videtur & Hesychius. Alii interpretantur *garrire*, a πέρπερος, quod dictum volunt quasi περίφερος, ὥσπερ τοῖς λόγοις περιφερόμενος, quod loquutulei sermonum ambagibus molesti sint. Sunt qui interpretentur πέρπερον *præcipitem* ac *temerarium*, & περπερεύεσθαι *præcipitem esse*. Theophylactus interpretatur *inconstantem* ac *levem*. Mihi videtur vox a *Perperis* fratribus esse conficta, qui & *Cercopes* dicti sunt, quorum procacitas & improbitas etiam fabulis est nobilitata. De quibus plura retulimus in proverbio, *Ne in Melampygum incidas*, si cui libebit cognoscere. Nos vertimus, *non est procax*: quam interpretationem & Theophylactus recenset. Alioqui Latine *perperam agit*, qui data opera secus agit, quam oportet. Atque ita quidem interpretatur Aquinas, *perperam*, id est, *perverse*.

10 *Non est ambitiosa*] οὐκ ἀσχημονεῖ, id est, *non agit inhoneste*, sive *indecore*. Miror unde vox *ambitiosa* huc irrepserit, quum nihil habeant affinitatis ἀσχημονεῖν & φιλοτιμεῖσθαι, nisi forte quia præcessit *non inflatur*, quod videtur ambitionis esse. Quanquam Græca scholia sic interpretantur, οὐκ ἀσχημονεῖ, id est, *nihil sibi indecorum putat*, quamlibet humile officium, modo prosit. Et Theophylactus ad eumdem exponit modum, non dissimulata tamen altera quoque interpretatione. Ex Ambrosio nihil quitum est colligi, quod is contentus explicuisse summam hoc loco, singula negligat persequi. Augustinus *de Gratia & Libero Arbitrio* ad Valentinum capite decimo septimo legit, *non dehonestatur*.

11 *Non cogitat malum*] οὐ λογίζεται τὸ κακὸν, hoc est, *non imputat cuiquam malum, nec male cogitat de quoquam*, annotante Valla, sive quia omnes ex suo metitur animo, sive quia non molitur vindictam.

12 *Omnia suffert*] Πάντα ϛέγει, hoc est, *Nihil gravatur*. Translatum a tignis sustinentibus onus impositum, aut a vasis recipientibus quod infunditur. Cyprianus *de Simplicitate Prælatorum* tractatu tertio, pro *omnia suffert*, legit, *omnia diligit*. Unde conjicere licet illius codicem habuisse, Πάντα ϛέργει, addita litterula verbo ϛέγει. Et uterque sensus est tolerabilis, tametsi is, quem nostra habet Editio, mihi magis probatur, quod hæc omnia simul congesta videntur eodem pertinere: *Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* Siquidem in se recipit quod traditur is qui credit, & qui credit sperat, & qui sperat sustinet, hoc est, durat in tempus ut promissa appareant: id enim proprie sonat ὑπομένειν, diversum ab eo quod præcessit ϛέγειν.

13 *Charitas nunquam excidit*] οὐδέποτε ἐκπίπτει, hoc est, *nunquam cessat*, ubique prodest, ubique est usui, imo crescit indies. Etiamsi ἐκπίπτειν Græce est *exsulatum abire* & *ejici*. Ita sensus erit, Nunquam non esse locum charitati.

14 *Sive prophetiæ evacuabuntur*] Græci addunt δέ. Atque ita legit divus Ambrosius, *Sive autem prophetiæ evacuabuntur*. Deinde quod sequitur,

15 *Ex parte enim cognoscimus*] Ἐκ μέρȣς δέ. Nonnulli Græci codices habebant *autem* pro *enim*, δὲ pro γάρ.

16 *Quum essem parvulus*] Νήπιος. Quod & *puerum*, aut *infantem* significat, & *parum prudentem*, quod ea ætas ob inscitiam rerum parum sapiat, ut crebro jam admonuimus.

17 *Evacuavi ea quæ sunt parvuli*] Quod Ambrosius legit, *ea quæ parvuli erant destruxi.* Atque hoc loco mihi videntur Græci codices depravati, in quibus ita scriptum comperio, consentiente & Aldina Editione, κατήργην κατὰ τȣ̃ νηπίȣ. Suspicor autem a Paulo scriptum fuisse, κατήργηκα τὰ τȣ̃ νηπίȣ, aut κατήργην τὰ τȣ̃ νηπίȣ: κατήργηκα legit Theophylactus, itidem & Chrysostomus.

18 *Major autem horum*] μείζων δὲ τȣ́των ἀγάπη, id est, *maxima ex his charitas*. Quanquam & Latini ad exemplum Græcorum aliquoties comparativum usurpant pro superlativo. Ut illud Catulli,

Hespere qui cælo luces jucundior ignis.

Et Quintus Curtius *duo majora omnium navigia* dixit. Et Græci nonnunquam comparativis superlativorum vice abutuntur. Atque ita sane enarrat Theophylactus: *Charitatem inter ea, quæ manent,*

XIV. 1 Διώκετε τὴν ἀγάπην, ζηλοῦτε δὲ τὰ πνευματικὰ, 2 μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε. Ὁ γὰρ λαλῶν γλώσσῃ, οὐκ ἀνθρώποις λαλεῖ, ἀλλὰ τῷ Θεῷ· οὐδεὶς 3 γὰρ ἀκούει, πνεύματι δὲ λαλεῖ μυςήρια. Ὁ δὲ προφητεύων, ἀνθρώποις λαλεῖ οἰκοδομὴν, καὶ 4 παράκλησιν, καὶ παραμυθίαν. Ὁ λαλῶν γλώσσῃ, ἑαυτὸν οἰκοδομεῖ· ὁ δὲ προφητεύων, ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ. 5 Θέλω δὲ πάντας ὑμᾶς λαλεῖν γλώσσαις, μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε· μείζων γὰρ ὁ προφητεύων, ἢ ὁ λαλῶν γλώσσαις, ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ, ἵνα ἡ ἐκ-

1 Sectemini charitatem, æmulemini ſpiritualia, magis tamen ut prophetetis. Nam qui loquitur lingua, 2 non hominibus loquitur, ſed Deo: nullus enim audit, 2 ſpiritu vero loquitur myſteria. 3 Cæterum qui prophetat, 4 hominibus loquitur ædificationem, & exhortationem, & conſolationem. Qui loquitur lingua, 4 ſeipſum ædificat: at qui prophetat, 5 congregationem ædificat. Volo autem omnes vos loqui linguis, 5 magis tamen ut prophetetis: major enim qui prophetat, quam qui loquitur linguis, 6 niſi interpretetur, ut eccle-

ſummum tenere locum. Nos maluimus auferendi caſu uti, ut effugeremus incommodum generis *horum* aut *harum*. In codice Donatiani ſcriptum erat, *major autem his eſt charitas:* qui ſermo abſurdus eſt. Neque enim charitas ſeipſa major eſt. Hoc incommodum excluſiſſet addita præpoſitio, *major inter hæc*, aut *maxima in his:* ut intelligatur diſtributio. Exoritur hic alius ſcrupulus, quid nobis declaret adverbium *nunc*, an vitam præſentem, in qua per fidem ambulamus, an Eccleſiæ primordia. Poſterius recipi non poteſt, alioqui ſequeretur Eccleſiam militantem ſine fide, ſpe, & charitate poſſe conſiſtere. Si accipimus hæc tria manere in hac vita, quaſi ceſſatura ſint in futura, de fide & ſpe rationi locus eſſet, verum de charitate prius pronunciavit Apoſtolus, quod etiamſi tollerentur cætera dona Spiritus, charitas tamen nunquam excideret. Petrus Apoſtolus fatetur a Paulo quædam eſſe ſcripta difficilia intellectu, & Priſcorum quidam in Divinis Libris exercitatiſſimi fatentur, Paulum in diſſerendo eſſe varium ac lubricum, quod obiter quædam attingat, velut oblitus illius quod inſtituerat, eamdemque vocem interdum uſurpet non eodem ſenſu, nonnunquam ſubito dilabatur in aliud argumentum. *Legis* vocabulum frequenter apud hunc repetitur, at non ſemper eodem ſenſu. Fortaſſis & hic tale quiddam remoratur intelligentiam noſtram. Quædam enim dona, quæ rudimentis Eccleſiæ erant neceſſaria, nunc ceſſant, veluti donum linguarum, ſanationes, præſcientia futurorum, reliquaque miracula, quæ confirmatis in fide ſupervacanea ſunt, ſiquidem ſigna data ſunt infidelibus, non fidelibus. Tale quiddam videtur innuere, quum ait, *Quum eſſem parvulus*, & cætera: quaſi quædam dona eſſent ad tempus data Eccleſiæ ſuboleſcenti, ceſſatura poſtea quam illa profeciſſet ad menſuram plenitudinis Chriſti. Ab hac autem perfectione digredi videtur ad majorem perfectionem, quæ continget in futura vita. Neque enim illa, *tunc videbimus facie ad faciem*, & *tunc cognoſcam ſicut & cognitus ſum*, quadrant in Eccleſiam militantem. Quod ſi recipimus Apoſtolum hic per occaſionem nonnihil digreſſum, quod & alias interdum facit, fortaſſe non abſurde accipiemus hunc ſenſum: Etiamſi cætera dona ceſſent in Eccleſia, fidem tamen, ſpem, & charitatem nunquam ceſſaturam: abſque his enim non eſſet Eccleſia Chriſti, ſed Synagoga Satanæ. In vita autem cœleſti nec fidem, nec ſpem, nec charitatem manſuram. Fides enim ſubſtantia eſt rerum ſperandarum, argumentum non apparentium. Et, quod quis videt, quid ſperat? Sed abſonum videtur apud ſuperos ceſſare charitatem, ubi erit perfecta omnium charitas. At ſalvo aliorum judicio mihi videtur Apoſtolus hic agere, non de tota charitate, qua diligimus Deum ſuper omnia, & proximum propter Deum, ſed de una tantum functione charitatis, qua ſtudemus prodeſſe proximo. Arguit hoc totius hujus diſputationis tenor, in qua nulla mentio de dilectione Dei, ſed huc tantum ſpectat, ut quodcunque donum aliquis accepit a Deo, conferat ad utilitatem proximi; licet vera charitas proximi non ſeparetur a charitate Dei, ex qua naſcitur, fortaſſis & eadem eſt. Eoque vult eum qui loquitur linguis tacere in eccleſia, niſi ſit qui interpretetur, nec interpretem probat, niſi adſit propheta qui ſenſum myſticum enarret: nec prophetam probat, niſi quod ſuggeſſit Spiritus proferat, ad ædificationem eccleſiæ, citra contentionem ac diſſidium. Hæc autem functio charitatis ceſſabit apud ſuperos, ubi nullus erit, qui alterius officio deſideret adjuvari, quum in hac vita nullus ſit qui non egeat auxilio proximi. Jam forſitan & illud movebit aliquem, quum Dominus in Evangelio & Paulus in Epiſtolis tam inſigniter fidem prædicent, quomodo Paulus hic dicat charitatem eſſe majorem. Siquidem ut nullum donum Deo gratum eſt abſque charitate, ita nullum donum acceptum eſt abſque fide, imo ne datur quidem abſque fide. Nam fides quaſi manus animi ſunt, quibus excipimus & amplectimur Spiritus munificentiam, ſine qua nec charitatis opera grata ſunt Deo: præterea fides natura prior eſt charitate, per fidem enim cognoſcimus Deum, nihil autem amatur niſi cognitum. Præſtantius autem videtur quod gignit, quam quod gignitur. Adde, quod ſi verum eſt exſtincta charitate, tamen in homine poſſe manere ſemen fidei, magna fidei commendatio eſt, quod fides exſtinctam ſe redaccendit, quum idem non faciat charitas. Denique Paulus ubique ſalutem hominis fidei refert acceptam potius quam charitati. Tum ſi donorum maxima eſt charitas, in ſuperiore capite, quo recenſentur dona Spiritus, oportuit charitati principem tribuere locum. Nunc illic fides aliquem habet locum, charitas ne nominatur quidem. Ad hoc reſponderi poteſt, quamvis illic non exprimatur nomen, tamen charitatis functiones multæ commemorantur, veluti ſermo ſapientiæ, ſermo ſcientiæ, gratia ſanitatum, operatio virtutum, prophetia, diſcretio ſpirituum, opitulationes, gubernationes, interpretatio ſermonum, & cætera. Per hæc enim opera ſeſe profert charitas. Qui ramos & fructus oſtendit, ſatis commendat ſtirpem. Et quoniam totus hic locus hortatur ad utilitatem proximi, ſecundum hanc rationem, chariſmata, quæ magis conducunt pluribus, dicuntur meliora, & charitas dicitur maxima, quod omnia accommodat ad utilitatem Eccleſiæ. Nihil autem vetat quo minus eadem res juxta diverſos reſpectus ſit altera ſuperior & inferior. Erit fortaſſis, quem, præter hæc, illud movebit, quum nullum Spiritus donum, ne ipſa quidem charitas contingat, aut grata ſit abſque fide, quomodo Paulus ita recenſet fidem, quaſi inter membra corporis myſtici aliis adſit, aliis non adſit? Sic enim loquitur: *Diviſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus: & diviſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus: & diviſiones operationum ſunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifeſtatio Spiritus ad utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, alii autem ſermo ſcientiæ ſecundum eumdem Spiritum, Alteri fides in eodem Spiritu, alii gratia ſanitatum in uno Spiritu, Alii operatio virtutum, alii prophetia, alii diſcretio ſpirituum*, & cætera. Sed hunc ſcrupulum amovit Theophylactus, indicans hic *fidei* nomen non declarare credulitatem ac fiduciam illam erga Deum, per quam dantur omnes gratiæ, ſed eam tantum quæ edit miracula, quæ nec omnibus datur, nec ad ſalutem eſt neceſſaria: planeque videtur de hac ipſa ſentire Apoſtolus, quum ait, *Etſi fidem omnem habuero, ita ut montes transferam.* Quemadmodum enim Dominum imitatus, ſummæ charitatis exemplum poſuit, *Si quis tradiderit corpus ſuum ad incendium*, hoc eſt, ad mortem horribilem; ſic Dominum imitatus, ſummæ fidei exemplum poſuit, *ita ut montes transferam.* Atque hæc quoque fides perfecta dici poteſt in ſuo genere, quamvis non ſit ſimpliciter perfecta, juxta vires univerſas. Nam hæc eſt radix ac fons omnium donorum ſpiritualium, ipſius etiam charitatis. Sed charitatis partes ſunt, quidquid homini contingit boni, ſive ſpiritualis, ſive moralis, ſive naturalis, ſive fortuiti, ad utilitatem proximi conferre. Hæc ita diſſerui, ut nihil aſſeverem, ſed occaſionem ſuggerere volui ſapientibus meliora diſpiciendi.

1 S*ectamini charitatem, æmulamini ſpiritualia*] Plerique Græcorum & hic addunt δὲ conjunctionem in ſecunda particula, Διώκετε τὴν ἀγάπην, ζηλοῦτε δὲ τὰ πνευματικά. Alioqui videretur adhortari ad utrumque ex æquo. Nunc omni conatu vult nos eniti ad benemerendum, id enim vocat charitatem. Deinde ne quis offendatur, ſubjicit, reliqua tamen haud adſpernanda, quæ ſpiritualia vocat, quod afflatu Spiritus dentur aliquoties & malis, inter quæ tamen primum locum tribuit prophetiæ. Hoc loco Paulus *prophetiam* vocat non prædictionem futurorum, ſed interpretationem divinæ Scripturæ. Quemadmodum & Plato diſcernit vates a prophetis. Vates arrepti numine, nec ipſi quid loquantur intelligunt, ea prudentes interpretantur cæteris. Porro vehementius eſt verbum διώκετε quam ζηλοῦτε: ζηλοῦμεν enim ea quoque, quæ probamus ac miramur tantum: διώκειν eſt magno ſtudio adniti ut aſſequaris. Optandum eſt, ut & illa contingant. Verum hæc quæ ſunt charitatis, toto conatu ſunt affectanda, non optanda tantum.

2 *Spiritus autem loquitur*] πνεύματι δὲ λαλεῖ, id eſt, *ſpiritu autem loquitur*, ſive *ſpiritu loquitur*, ut reſpondeat illi quod præceſſit, *non hominibus loquitur, ſed Deo*, & quod ſequitur, *hominibus loquitur*, hoc eſt, ſuo loquitur animo. Ambroſius legit *ſpiritu*, auferendi caſu, quum adſcribit, *Spiritu autem loquitur, non ſenſu, quia ignorat quod dicit.* Atque ita ſcriptum etiamnum viſitur in vetuſtiſſimo juxta atque emendatiſſimo codice Paulino, conſentiente paris vetuſtatis codice Donatiani. Conſentiente utroque Conſtantienſi. Atque adeo ſi quis attentius obſervet, comperiet ita legiſſe & divum Auguſtinum libro *de Geneſi* ad litteram, etiamſi in pleriſque codicibus mutatum eſt *ſpiritu* in *ſpiritus*; ſiquidem quum adduxiſſet hunc locum, ſubjicit alterum huic ſimilem: *Si benedixeris ſpiritu, quis ſupplet locum idiotæ*: quaſi ſic dictum ſit hic *benedicere ſpiritu*, ſicut illic *loqui ſpiritu*. Thomas plane teſtatur legiſſe *Spiritus*, enarrans Deum eſſe qui loquatur per eos. Atqui videndum eſt, quomodo id congruat ad extenuandam hanc dotem. Nam id agit Paulus, ut loqui linguis ſit multo inferius prophetia. Græcis, ut dixi, ſermo eſt anceps, quod dativus πνεύματι poſſit eſſe inſtrumentalis, cujus vice Latini ponunt ablativum caſum, & idem poſſit eſſe acquiſitivus, ſive relativus, perinde ut ſi dicas, *loquitur lingua*, & *loquitur tibi.* Chryſoſtomus ac Theophylactus ſic ediſſerunt hunc locum, ut conſtet eos legiſſe *Spiritu*, non *Spiritus:* quum hic ait, *Hoc eſt, nequaquam cognitu facilia narrant hominibus & aperta, ſed in Spiritu ſancto loquuntur myſteria:* ille, quum ait, *Paulum utrumque donum tribuere Spiritui.* Mihi magis arridet Ambroſii ſententia, ut *ſpiritum* accipiamus pro voce. Quanquam hic in aliis aliquot opuſculis, *pſallam ſpiritu, pſallam & mente*, ſic adducit, quaſi *Spiritus* accipiatur pro Spiritu ſancto. Sed hujuſmodi lapſus non paucos reperias in Ambroſio.

3 *Nam qui prophetat*] Ὁ δὲ προφητεύων, id eſt, *Qui prophetat autem.*

4 *Hominibus loquitur ad ædificationem*] *Ad* præpoſitio apud Græcos abeſt, λαλεῖ οἰκοδομὴν, id eſt, *loquitur ædificationem.* Quemadmodum & Latine loqui ſolemus, *voluptatem mihi narras*, pro eo quod eſt, narras quæ mihi ſunt voluptati. Suſpicor ex interpretatione eodem modo legiſſe Ambroſium.

5 *Eccleſiam Dei ædificat*] *Dei* non additur apud Græcos, nec in codice vetuſtiſſimo Donatiani, ne in Conſtantienſi quidem.

6 *Niſi forte interpretetur*] *Forte* de ſuo addidit Interpres. Nec eſt apud Græcos, nec apud Ambroſium, nec video quid faciat ad ſententiam.

7 Ta-

6 ἐκκλησία οἰκοδομὴν λάβῃ. Νυνὶ δὲ ἀδελφοὶ, ἐὰν ἔλθω πρὸς ὑμᾶς γλώσσαις λαλῶν, τί ὑμᾶς ὠφελήσω; ἐὰν μὴ ὑμῖν λαλήσω, ἢ ἐν ἀποκαλύψει, ἢ ἐν 7 γνώσει, ἢ ἐν προφητείᾳ, ἢ ἐν διδαχῇ; Ὅμως τὰ ἄψυχα φωνὴν διδόντα, εἴτε αὐλὸς, εἴτε κιθάρα, ἐὰν διαστολὴν τοῖς φθόγγοις μὴ δῷ, πῶς γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον ἢ τὸ κιθαριζόμενον; 8 Καὶ γὰρ ἐὰν ἄδηλον φωνὴν σάλπιγξ δῷ, τίς πα-9 ρασκευάσεται εἰς πόλεμον; Οὕτως καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς γλώσσης ἐὰν μὴ εὔσημον λόγον δῶτε, πῶς γνωσθήσε-10 ται τὸ λαλούμενον; ἔσεσθε γὰρ εἰς ἀέρα λαλοῦντες. Τοσαῦτα, εἰ τύχοι, γένη φωνῶν ἐστιν ἐν κόσμῳ, καὶ οὐδὲν 11 αὐτῶν ἄφωνον. Ἐὰν οὖν μὴ εἰδῶ τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς, ἔσομαι τῷ λαλοῦντι βάρβαρος, καὶ ὁ λαλῶν ἐν 12 ἐμοὶ βάρβαρος. Οὕτως καὶ ὑμεῖς, ἐπεὶ ζηλωταί ἐστε πνευμάτων, πρὸς τὴν οἰκοδομὴν τῆς Ἐκκλησίας ζητεῖ-13 τε, ἵνα περισσεύητε. Διόπερ ὁ λαλῶν γλώσσῃ, προσ-14 ευχέσθω, ἵνα διερμηνεύῃ. Ἐὰν γὰρ προσεύχωμαι γλώσσῃ, τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται, ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός 15 ἐστι. Τί οὖν ἐστι; προσεύξομαι τῷ πνεύματι, προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ· ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ δὲ 16 καὶ τῷ νοΐ. Ἐπεὶ ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ πνεύματι, ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, πῶς ἐρεῖ τὸ ἀμὴν ἐπὶ 17 τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ; ἐπειδὴ, τί λέγεις, οὐκ οἶδε. Σὺ μὲν γὰρ καλῶς εὐχαριστεῖς, ἀλλ' ὁ ἕτερος οὐκ οἰκοδομεῖται. 18 Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶν.

A clesia ædificationem accipiat. Nunc autem fratres, si 6 veniam ad vos linguis loquens, quid vobis prodero? nisi vobis loquar, aut per revelationem, aut per scientiam, aut per prophetiam, aut per doctrinam? 7 Quin 7 & inanima vocem reddentia, sive tibia, sive cithara, nisi distinctionem 8 sonis dederint, quomodo cognoscetur 9 quod tibia canitur aut cithara? Etenim si in- 8 certam vocem tuba dederit, 10 quis apparabitur ad bellum? Sic & vos per linguam nisi 11 significantem 9 sermonem dederitis, quomodo intelligetur quod dicitur? eritis enim in aërem loquentes. Tam multa, 12 10 B verbi gratia, 13 genera vocum sunt 14 in mundo, 15 & nihil horum m[illegible]m. Itaque si nesciero vim vocis, 16 11 ero ei qui loquitur barbarus, 17 & qui loquitur apud me barbarus. 18 Itaque & vos, quandoquidem sectatores estis spirituum, ad ædificationem Ecclesiæ quæ- 12 rite, ut excell[illegible]is. Quapropter qui loquitur lingua, 13 oret, ut interpretetur. Nam si orem lingua, 19 spiritus 14 meus orat, at mens mea fructu vacat. Quid igitur est? 15 orabo spiritu, sed orabo & mente: canam spiritu, sed canam & mente. Alioqui 20 si benedixeris spir[illegible], 21 16 is qui implet locum indocti, quomodo dicturus est amen 22 ad tuam gratiarum actionem? quandoqui- C dem, quid dicas, nescit. Nam tu quidem bene gratias 17 agis, verum alius non ædificatur. Gratias ago Deo 18 meo, 23 quod magis quam omnes vos linguis loquor. Sed

7 *Tamen quæ sine anima sunt*] Ὅμως τὰ ἄψυχα. Faber mutat *Tamen* in *Similiter* aut *Perinde*, ac si codices haberent Ὁμῶς sive Ὁμοίως. Et omnino prima fronte magis quadrare videtur ad sensum. Atque in his facile labuntur Scriptores. Mihi tamen non probatur hæc opinio, primum refrag[illegible]us tum Latinis, tum Græcis exemplaribus. Deinde quod ad argutiam Paulinæ sententiæ non videatur attinere, præsertim quum hanc sermonis formam alias reperiamus apud Paulum, velut in Epistolæ ad Galatas capite tertio: *tamen hominis comprobatum testamentum* &c. ὅμως ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην: de quo suo dicetur loco. Sentit autem Paulus adeo non esse probandum inanem vocum strepitum in hominibus Christianis, ut ea quoque quæ carent anima, nec ad aliud parata sunt, nisi ut sonent ac tinniant, nulli sint usui, D nisi distinctum ac significantem sonum dederint. Proinde verti poterat, *Etiam inanima*, sive, *Inanima licet*, aut, *Quin & inanima*. Et in hunc sensum enarrat Chrysostomus ac Theophylactus. Præterea pro *quæ sine anima sunt*, dicere poterat *inanima*, sive *inanimata*. Olim ex harmoniis tibiarum vulgus agnoscebat sententiæ genus, & hodie e vario tubæ cantu miles intelligit, quid velit imperator: itidem in venatu, & qui procul absunt a fera, e cornu sonitu intelligunt, quo in statu sit venatio.

8 *Sonituum*] τοῖς φθόγγοις, id est, *sonis*. Et ita probabile est legisse Ambrosium, apud quem adhuc legitur *sonis*, non *sonituum*. Et δῷ potest esse *dederint*, ut referatur ad *inanima*, μὴ δῷ, quod nomen sit neutri generis.

9 *Quod canitur*] τὸ αὐλούμενον ἢ τὸ κιθαριζόμενον, id est, *quod tibia citharave canitur*. Proinde Ambrosius legit, *quod per tibiam canitur*.

10 *Quis parabit se*] τίς παρασκευάσεται, id est, *quis praeparabitur*? Quod data opera & alias facit Interpres, nec id sane non recte.

11 *Manifestum sermonem*] εὔσημον, id est, *significantem*. Et E sic legit divus Ambrosius in Commentariis. Quanquam utraque lectio bene habet.

12 *Ut puta*] εἰ τύχοι, id est, *verbi gratia*, nimirum quum exemplum fingimus aut ponimus.

13 *Genera linguarum*] φωνῶν, id est, *vocum*. Ita legit & interpretatur Chrysostomus ac Theophylactus. Loquitur enim de omnibus vocum generibus, non tantum de linguis. Quanquam Ambrosius legit *linguarum*, pro *vocum*, hoc est, γλωττῶν. Et fieri potest, ut *linguæ* vocabulo sit abusus Apostolus, ut abusus est vocabulo *vocis*. Sunt autem nationes quæ pro sermone habent sibilum aut stridorem.

14 *In hoc mundo*] Rursus, ἐν κόσμῳ, id est, *in mundo*, citra pronomen.

15 *Et nihil sine voce*] καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον, id est, *& nullum horum*, subaudi genus, *est aphonum*, id est, *voce carens*, F sive *mutum*. Et tamen Græcus non intelligit Scytham. Non igitur sufficit vox.

16 *Ero ei cui loquar*] ἔσομαι τῷ λαλοῦντι βάρβαρος, id est, *ero loquenti barbarus*, nec intelligam, nec intelligar. Nam Prisci peregrinum hoc nomine vocabant.

17 *Et qui loquitur mihi*] ἐν ἐμοὶ, id est, *in me*, Græce est, pro *mihi*, veluti meo judicio, meoque animo: tametsi in se facundus est qui loquitur, tamen in meo animo barbarus est. Porro Veteres, ut modo dixi, *barbarum* vocabant, quidquid erat peregrinum: deinde vox deflexa est ad vocis ac sermonis absurditatem. Offendit enim sermo peregrinus imperitos, etiamsi concinnior sit nostrate lingua. Postremo cœpit accommodari & ad mores feros atque asperos. Olim Græci illi primi *Hellenes* dicti cæteros omnes *barbaros* appellabant. Homerus Caras ob peregrinum & absurdum linguæ sonum βαρβαροφώνους appellat. Et Ovidius apud Getas agens, *Barbarus*, inquit, *hic ego sum, quia non intelligor ulli*. Et Plautus ait se vertisse *barbare* Græcam fabulam, quam in Latinum sermonem transtulerat. Celebratur & Anacharsidis Scythæ philosophi dictum, *Scythas barbaros esse apud Athenienses, sed Athenienses vicissim apud Scythas*. Porro quod hoc loco legitur de Barbaris, plus quam barbarice scriptum in Commentariis Aquinatis, mihi suspicio est ab alio quodam adjectum, qui studuerit illius libris flosculorum nonnihil adspergere. Alioqui quis credat talem virum de re, quam prorsus non intellexerit, tam arroganter pronunciare voluisse? Sed operæ pretium fuerit ipsa verba subscribere, non ut rideat Lector, sed ne posthac fidat hujusmodi magnificis interpretationibus, & in cæteris habeat suspectos, postea quam deprehenderit tanta auctoritate pronunciantes de iis quæ nesciunt: *Nota*, inquit, *quod Barbari secundum quosdam dicuntur illi quorum idioma discordat omnino a Latino. Alii vero dicunt, quod quilibet extraneus est Barbarus omni alii extraneo, quando scilicet non intelligitur ab eo. Sed hoc non est verum, quia secundum Isidorum Barbaria est specialis natio. Colossens. tertio: In* Christo Jesu non est Barbarus & Scytha. *Sed secundum quod verius dicitur*, Barbari *dicuntur proprie illi, qui in virtute corporis vigent, in virtute rationis deficiunt, & sunt quasi extra leges, & sine regimine juris. Et huic videtur consonare Aristoteles in Politicis suis*. Hactenus illius bellum annotamentum. Sed hæc utcunque rideri poterant, ni talium nugarum auctores orbi Christiano leges præscripsissent, atque etiam præscriberent, nec deesset qui horum auctoritatem pene parem esse velint Evangeliis. Non hæc in Thomam dicta velim, persuasus hoc commentulum ab alio fuisse adsutum.

18 *Sic & vos quoniam æmulatores estis spirituum*] Theophylactus indicat hunc locum sic a nonnullis distingui, ut hæc particula, *Sic & vos*, referatur ad quæ præcedunt: Sic & vos loquentes linguis non intellecta, barbari videbimini audientibus. Deinde subjiciunt, velut initium alterius sententiæ, *Æmulatores estote*, & cætera. Verum hanc distinctionem rejicit ex auctoritate Basilii, qui sic distinxerit, quemadmodum nos vulgo distinguimus. Sed prior illa distinctio non video qui consistat, nisi tollatur ἐστε, aut nisi pro eo quod Theophylacti Interpres vertit *estote*, vertamus *estis*. Chrysostomus distinguit, quemadmodum nos.

19 *Spiritus meus orat, mens autem*] *Spiritum* vocem linguæ vocat: *mentem* affectum animi, sive sensum animi: πνεῦμα & νοῦς. Nec aliud est *spiritus meus orat*, quam lingua mea sonat pia verba: ut intelligas id nec aliis prodesse, nec ei magnopere qui sonat. Citat Theophylactus hujus auctorem sententiæ Basilium.

20 *Si benedixeris*] εὐλογήσῃς. Unica dictio est, hoc est, si laudes & celebres Deum, & verba bene ominata dixeris. *Benedixeris spiritu*. *Spiritu* aberat in plerisque Græcorum exemplaribus: adjecimus tamen ex aliis, sive quod ad sensum faceret, sive quod Ambrosius & Augustinus, cumque his Chrysostomus ac Theophylactus ita legerint.

21 *Quis supplet locum idiotæ*] ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, id est, *qui supplet locum idiotæ*, & *fungitur vice idiotæ*. Atque ita & hodie scriptum videre est in vetustissimo codice Paulinæ Bibliothecæ, suffragante Constantiensi. *Idiota* vero Græca vox est, quæ significat & *privatum*, id est, non fungentem aliquo magistratu, & *illiteratum*. Hoc loco vertere poterat *plebei*, aut *indocti*. Mos hic, ut promiscua plebs responderet in ecclesia, durabat adhuc Hieronymi temporibus Romæ, ut testatur præloquens in secundum librum Commentariorum in Epistolam ad Galatas, *Ubi*, inquiens, *sic ad similitudinem cœlestis tonitrui Amen reboat?*

22 *Super tuam benedictionem*] ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ, id est, *super tuam gratiarum actionem*, sive *ad tuam*. Quanquam ex hoc loco colligimus, minimum interesse inter εὐλογεῖν & εὐχαριστεῖν, utrumque enim ad laudem Dei pertinet.

23 *Omnium vestrûm lingua loquor*] Græca diversum habent sensum: Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶν. *Gratias ago Deo meo, omnibus vobis magis linguis loquens*, id

19 λαλῶν. Ἀλλ' ἐν ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγυς διὰ τῦ νοός μυ λαλῆσαι, ἵνα καὶ ἄλλυς κατηχήσω, ἢ μυρί-
20 υς λόγυς ἐν γλώσσῃ. Ἀδελφοὶ, μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσὶν, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε, ταῖς δὲ φρεσὶ τέ-
21 λειοι γίνεσθε. Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, Ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τύ-
22 τῳ, καὶ ὐδ' ὕτως εἰσακύσονταί μυ, λέγει Κύριος. Ὥστε αἱ γλῶσσαι εἰς σημεῖόν εἰσιν, ὐ τοῖς πιστεύυσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις· ἡ δὲ προφητεία ὐ τοῖς ἀπίστοις, ἀλλὰ τοῖς
23 πιστεύυσιν. Ἐὰν ὖν συνέλθῃ ἡ ἐκκλησία ὅλη ἐπιτοαυτὸ, καὶ πάντες γλώσσαις λαλῶσιν, εἰσέλθωσι δὲ ἰδιῶται
24 ἢ ἄπιστοι, ὐκ ἐρῦσιν, ὅτι μαίνεσθε; Ἐὰν δὲ πάντες προφητεύωσιν, εἰσέλθῃ δέ τις ἄπιστος ἢ ἰδιώτης,
25 ἐλέγχεται ὑπὸ πάντων, ἀνακρίνεται ὑπὸ πάντων· Καὶ ὕτως

19 Sed in eccleſia volo 24 quinque verba mente mea loqui, 25 ut & alios inſtituam, 26 potius quam decem millia verborum lingua.
20 Fratres, 27 ne ſitis pueri ſenſibus, 28 ſed malitia pueri ſitis, ſenſibus vero perfecti ſitis.
21 In lege ſcriptum eſt, 29 Variis linguis & labiis variis loquar populo huic, & ne ſic quidem audient me, dicit Dominus.
22 Itaque linguæ ſigni vice ſunt, non 30 iis qui credunt, ſed incredulis: contra prophetia non incredulis, ſed credentibus.
23 Ergo ſi convenerit eccleſia tota ſimul, & omnes linguis loquantur, ingrediantur autem 31 indocti aut increduli, nonne dicent 32 vos inſanire?
24 Quod ſi omnes prophetetis, ingrediatur autem incredulus aut indoctus, coarguitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus:
25 33 Et ſic occulta

id eſt, *quod magis loquor linguis quam vos omnes.* In hunc ſenſum interpretatur Chryſoſtomus. Hieronymus comparativum *magis* refert ad cæteros Apoſtolos, ut intelligas Paulum omnium linguis fuiſſe loquutum, magis quam reliquos Apoſtolos. Vide nonæ quæſtionis expoſitionem ad Hedibiam, ubi non ſemel citat hunc locum ſecus quam habeat noſtra Editio: licet videam Ambroſio placere lectionem, quam vulgata habet Editio.

24 *Quinque verba*] πέντε λόγυς, id eſt, *quinque ſermones*, aut *dicta*: nec enim verba annumerat. Et *quinque* poſitum eſt pro pauciſſimis, ſicut *decem millia* pro plurimis. Nam quis non protinus videat frigidum eſſe quod hic adducit Aquinas, haud ſcio unde hauſtum: *Ideo dictum eſſe* quinque, *quod oratio perfecta debeat habere quinque, ſubjectum, prædicatum, copulam verbalem, determinationem ſubjecti, & determinationem prædicati.* Quod ſi hæc parum arriſerit opinio, alteram addit huic ſimilem: *Doctor*, inquit, *debet docere* quinque, *credenda, agenda, vitanda, ſperanda, timenda.* Minus frigidum erat futurum, ſi dixiſſet quinque libros Pentateuchi. Qui ſcripſit ſcholia in omnes Epiſtolas, quiſquis fuit, non infacete ridet hujuſmodi curioſitatem in numeris. *Quidam*, inquit, *ſane quærunt quæ ſint quinque verba, e quibus e contrario, quæ ſint decem millia, eſt quærendum.* Chryſoſtomus non putat in numeris eſſe magnum myſterium. *Senſu meo*, διὰ τῦ νοός μυ, id eſt, *per mentem meam.*

25 *Ut & alios inſtruam*] κατηχήσω, id eſt, *erudiam*: quo verbo libenter utitur Paulus, & item Lucas. Id proprie eſt *viva voce inſtituere* ac *docere*: unde dicti & *Catechumeni*, quibus fidei noſtræ myſteria non ſcripto, ſed vocis miniſterio credebantur.

26 *Quam decem millia*] Addendum erat *potius*, ut locus fieret huic conjunctioni *quam*. Apud Græcos ſæpenumero ſubauditur, id apud Latinos eſt inuſitatius. Hac in re mirum, quam mutata ſit Eccleſiæ conſuetudo. Paulus mavult quinque verba in ſenſu, quam decem millia in ſpiritu. At nunc in nonnullis regionibus totos dies pſallitur ſpiritu, nec modus, nec finis cantionum: quum vix intra ſex menſes audiatur concio ſalubris adhortans ad veram pietatem: id enim Paulus vocat, *in ſenſu loqui.* Ut omittam interim hujuſmodi muſices genus inductum eſſe in cultum divinum, ut ne liceat quidem ullam vocem liquido percipere. Nec iis qui cantillant otium eſt attendendi quid canant. Tantum vocum tinnitus aures ferit, & mox peritura delectatiuncula mulcet. Ferendum & hoc, niſi vulgus Sacerdotum ac Monachorum in hujuſmodi rebus ſummam conſtitueret pietatem, multum diſſentiens a Paulo. Cur dubitat Eccleſia tantum auctorem ſequi? Imo cur audet ab eo diſſentire? Quid aliud auditur in Monaſteriis, in Collegiis, in Templis ferme omnibus, quam vocum ſtrepitus? Atqui ætate Pauli non cantus erat, ſed pronunciatio duntaxat. Vix a poſterioribus receptus eſt cantus, ſed talis ut nihil aliud eſſet, quam diſtincta modulataque pronunciatio, cujuſmodi ſupereſt etiamnum apud nos, qua ſonamus in canone ſacro Precationem Dominicam: & linguam, qua hæc canebantur, vulgus adhuc promiſcuum intelligebat, reſpondens Amen. Nunc vulgus quid aliud audit quam voces nihil ſignificantes? & talis eſt fere pronunciatio, ut nec voces exaudiantur, ſonitus tantum aures feriat. Atque hæc primum ſpecie pietatis recepta, paulatim eò proceſſerunt, ut Pſalmorum, cantionum, ſacrorum, mortualiorum neque modus ſit ullus, neque finis, quod ſentiamus hinc aliquid accreſcere proventibus noſtris. Quodque gravius eſt, ad hæc præſtanda Sacerdotes adſtringuntur arctioribus pene vinculis, quam ad ea quæ præcipit Chriſtus. Ad hæc audienda cogitur populus, depulſus ab opera, qua liberos alit & uxorem, qua re quid eſſe poteſt ſanctius? Habeant ſane templa ſolennes cantus, ſed moderatos. Ad eadem cogimur privatim occupati, & publicum chorum in navi, in vehiculis, in pandochiis nobiſcum circumferimus. Ex his obſervatis aut neglectis, pii aut impii judicamur. Eſt quiſpiam Craſſo avarior, Zoilo maledicentior, vir tamen pius habetur, quod clara voce ſonet eas preculas, etiamſi nihil intelligat. Obſecro quid ſentiunt de Chriſto, qui credunt illum hujuſmodi vocum ſtrepitu delectari? Nec his contenti, operoſam quamdam ac theatricam muſicam in ſacras ædes induximus, tumultuoſum diverſarum vocum garritum, qualem non opinor in Græcorum aut Romanorum theatris unquam auditum fuiſſe. Omnia tubis, lituis, fiſtulis, ac ſambucis perſtrepunt, cumque his certant hominum voces. Audiuntur amatoriæ fœdæque cantilenæ, ad quas ſcorta mimique ſaltitant. In ſacram ædem velut in theatrum concurritur ad deliniendas aures. Et in hunc uſum magnis ſalariis aluntur organorum opifices, puerorum greges, quorum omnis ætas in perdiſcendis hujuſmodi gannitibus conſumitur, nihil interim bonæ rei diſcentium. Alitur ſordidorum ac levium, ut plerique ſunt Dionyſiaci, hominum colluvies, ac tantis ſumptibus oneratur Eccleſia ob rem peſtiferam etiam. Quæſo te ut rationem ineas, quot pauperes de vita periclitantes poterant ali cantorum ſalariis? Hæc adeo placent, ut Monachi nihil aliud agant, præſertim apud Britannos, & quorum cantus debuit eſſe luctus, hi laſcivis hinnitibus & mobili gutture Deum placari credunt. In hunc uſum etiam in Benedictinorum Collegiis apud Britannos aluntur ephebi puerique & vocum artifices, qui mane Virgini matri modulatiſſimo vocum garritu ac muſicis organis ſacrum decantent. Hujuſmodi choros Epiſcopi coguntur alere domi. Atque his rebus occupati, nec attingunt bonas litteras, nec audiunt quibus in rebus ſita ſit vera religio. Jam qui craſſiores ſunt quam ut artem muſicam queant perdiſcere, non putant ſatisfieri feſto diei, niſi depravatum quoddam cantus genus adhibeant, quod illi *Fauburdum* appellant. Id nec thema præſcriptum reddit, nec artis harmonias obſervat. Ad hæc quum in hoc recepta ſit in Eccleſiam muſica ſobria, quo verborum ſenſus efficacius influant in animos auditorum: quibuſdam hoc quoque pulchrum videtur, ſi unus aut alter cæteris admixtus ingenti boatu vocis efficiat, ne verbum ullum percipiatur. In hoc indulgetur ſtultorum affectibus, & ventri conſulitur. Cur hæc nobis ſola placent, quæ Paulus ceu parvulorum infantiam parciſſime vult adhiberi, imo quæ nullo pacto laturus fuerat? Siquidem de ſacra lectione loquitur ille, non de theatricis cantiunculis. Pſallamus ſpiritu, ſed pſallamus Chriſtiane: pſallamus parce, magis autem pſallamus mente. Loquamur linguis, ſed parcius: prophetemus ſtudioſius. Audiatur in primis Prophetæ vox, quæ redarguat impii conſcientiam, quæ conſoletur dejectos, quæ exſtimulet dormitantes, quæ myſteria divini Spiritus proferat: & in hunc uſum potius inſtituatur ætas tenera. Sed ſatius opinor, quod inſtitutum eſt perſequi, quam hæc deplorare, haud ſcio an fruſtra.

27 *Nolite pueri effici ſenſibus*] μὴ γίνεσθε, quod magis ſonat, *ne ſitis.* Ac mox, *ſenſibus*, φρεσὶ, quod Auguſtinus legit *mentibus*, ac meo judicio rectius.

28 *Sed malitia parvuli eſtote*] νηπιάζετε, unica dictione, quaſi dicas *pueremini*, & *pueros agatis.* Quanquam, ut ſæpe jam admonui, νήπιοι dicuntur *pueri*, id ætatis quo nondum ſapere poſſunt. Unde pro *parvuli* Auguſtinus ediſſerens Pſalmum centeſimum trigeſimum legit *infantes.*

29 *In aliis linguis*] ἐν ἑτερογλώσσοις, id eſt, *in iis qui ſunt diverſarum linguarum*: ac ſi dicas compoſita voce, *in diverſilinguis*: id ita poteſt accipi, ut intelligamus linguarum varietatem, qua ſunt uſi Apoſtoli, aut novam linguam a ſuperiore illa diverſam, hoc eſt, linguam inter ſe diverſam, aut ab aliis diverſam. Locus, quem adducit, eſt apud Eſaiam capite vigeſimo octavo: *In loquela enim labii, & in lingua altera loquetur ad populum iſtum, cui dixit.* Sic enim Hieronymus reddidit Hebraica. Nam juxta Septuaginta ad hunc legimus modum: Διὰ φαυλισμὸν χειλέων, διὰ γλώσσης ἑτέρας, ὅτι λαλήσυσι τῷ λαῷ τύτῳ, λέγοντες αὐτοῖς. Id eſt, *Propter irriſionem labiorum, propter linguam alteram, quia loquentur populo huic, Dicentes eis.* Paulus juxta Hebraicam veritatem adducit teſtimonium, quum Septuaginta cæterique Interpretes longe diverſa legerint hoc loco, ſed ita rurſus, ut ſenſum magis expreſſerit quam verba: id quod admonet & divus Hieronymus hunc enarrans locum. Jam illa, *& nec ſic exaudient me, dicit Dominus*, nec habentur apud Hebræos, nec apud Græcos Interpretes, ſed tamen aliquanto poſt ſequitur in vaticinio, *& noluerunt audire*, quod Paulus videtur attexuiſſe. Nam hæc clauſula, *dicit Dominus*, ſolenniter addi ſolet in prophetiis, velut epiphonema. Niſi forte aliunde ſumptum eſt hoc teſtimonium. Siquidem Hieronymus non audet affirmare, ſed ait ita ſibi videri, ex eo ſumptum loco.

30 *Fidelibus*] πιστεύυσιν, id eſt, *credentibus.*

31 *Idiotæ aut infideles*] *Infideles* priore loco non additur apud Ambroſium, haud ſcio an culpa Scribarum. Nam ex commentario nihil liquet. Certe apud Græcos additur.

32 *Quid inſanitis*] ὅτι μαίνεσθε, id eſt, *quod inſanitis.* Non enim rogaret cur inſaniant, ſed affirmaret eos inſanire. *Quod inſanitis* ſcriptum exſtat in exemplari Paulino, & item in Conſtantienſi. Neque ſecus legit Ambroſius, apud quem eſt, *quia inſanitis*, quo magis ſit evidens, *quod* mutatum fuiſſe in *quid.* Idem libro *de Spiritu ſancto* tertio, capite decimo nono, legit, *nonne dicent quod inſanitis?* Atque itidem ſcriptum comperi in codice Donatiani. Proinde ne quid ſupereſſet ſcrupuli, nos vertimus, *nonne dicent vos inſanire?* Quemadmodum planiſſime interpretatur Theophylactus & Chryſoſtomus.

33 *Occulta enim*] Καὶ ὕτως τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας, id eſt, *Et ſic occulta cordis*: ut paulo poſt, *& ita cadens*, καὶ ὕτως πεσών. Ambroſius non addit *enim*, ut nec Græci. Nec tamen addit *ita*, niſi quod in ſecunda particula pro *ita* ponit *tunc*, *& tunc cadens in faciem*, & cætera.

34 Apo-

ὕτως τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ φανερὰ γίνεται, καὶ οὕτως πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον προσκυνήσει τῷ Θεῷ, 26 ἀπαγγέλλων ὅτι ὁ Θεὸς ὄντως ἐν ὑμῖν ἐςι. Τί οὖν ἐςιν, ἀδελφοί; ὅτ' ἂν συνέρχησθε, ἕκαςος ὑμῶν ψαλμὸν ἔχει, διδαχὴν ἔχει, γλῶσσαν ἔχει, ἀποκάλυψιν ἔχει, ἑρμηνείαν ἔχει· πάντα πρὸς οἰκοδομὴν γε- 27 νέσθω. Εἴτε γλώσσῃ τίς λαλεῖ, κατὰ δύο, ἢ τὸ πλεῖ- 28 ςον τρεῖς, καὶ ἀνὰ μέρος, καὶ εἷς διερμηνευέτω. Ἐὰν δὲ μὴ ᾖ διερμηνευτὴς, σιγάτω ἐν ἐκκλησίᾳ, ἑαυτῷ ξδ 29 δὲ λαλείτω καὶ τῷ Θεῷ. Προφῆται δὲ δύο ἢ τρεῖς 30 λαλείτωσαν, καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν. Ἐὰν δὲ 31 ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ καθημένῳ, ὁ πρῶτος σιγάτω. Δύνασθε γὰρ καθ' ἕνα πάντες προφητεύειν, ἵνα πάντες 32 μανθάνωσι, καὶ πάντες παρακαλῶνται. Καὶ πνεύματα 33 Προφητῶν Προφήταις ὑποτάσσεται. Οὐ γάρ ἐςιν ἀκαταςασίας ὁ Θεὸς, ἀλλ' εἰρήνης, ὡς ἐν πάσαις ταῖς ξε 34 ἐκκλησίαις τῶν ἁγίων. Αἱ γυναῖκες ὑμῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σιγάτωσαν· ὐ γὰρ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι, καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει. 35 Εἰ δέ τι μαθεῖν θέλυσιν, ἐν οἴκῳ τὺς ἰδίυς ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν· αἰσχρὸν γάρ ἐςι γυναιξὶν ἐν ἐκκλησίᾳ λαλεῖν. 36 Ἢ ἀφ' ὑμῶν ὁ λόγος τῦ Θεῦ ἐξῆλθεν; ἢ εἰς ὑμᾶς μό- 37 νυς κατήντησεν; Εἴ τις δοκεῖ Προφήτης εἶναι, ἢ πνευματικὸς, ἐπιγινωσκέτω ἃ γράφω ὑμῖν, ὅτι Κυρίυ εἰσὶν 38 39 ἐντολαί. Εἰ δέ τις ἀγνοεῖ, ἀγνοείτω. Ὥστε ἀδελφοὶ ζηλῦτε τὸ προφητεύειν, καὶ τὸ λαλεῖν γλώσσαις 40 μὴ κωλύετε. Πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν XV. 1 γινέσθω. Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὸ Εὐαγγέξς λιον, ὃ εὐαγγελισάμην ὑμῖν, ὃ καὶ παρελάβετε, 2 ἐν ᾧ καὶ ἑςήκατε, Δι' οὗ καὶ σώζεσθε· τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, εἰ κατέχετε, ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῇ 3 ἐπιςεύσατε. Παρέδωκα γὰρ ὑμῖν ἐν πρώτοις, ὃ καὶ παρέλαβον, ὅτι Χριςὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρ- 4 τιῶν ἡμῶν, κατὰ τὰς γραφάς· Καὶ ὅτι ἐτάφη, καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, κατὰ τὰς γρα- 5 φάς· Καὶ ὅτι ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα· Ἔπειτα

culta cordis ejus manifesta fiunt, atque ita procidens in faciem adorabit Deum, renuncians quod Deus revera in vobis sit. Quid igitur est, fratres? quoties convenitis, unusquisque vestrûm canticum habet, doctrinam habet, linguam habet, 34 revelationem habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant. 27 Sive lingua quis loquitur, fiat 35 per binos, aut ad summum ternos, idque 36 vicissim, & unus interpretetur. 28 Quod si non sit interpres, taceat in ecclesia, 29 cæterum sibiipsi loquatur & Deo. Prophetæ vero duo 30 aut tres loquantur, & cæteri dijudicent. Porro si alii 31 fuerit revelatum assidenti, prior taceat. Potestis enim 37 singulatim omnes prophetare, ut omnes discant, 32 & omnes consolationem accipiant. 38 Et spiritus Prophetarum Prophetis subjiciuntur. 33 39 Non enim est confusionis auctor Deus, sed pacis, 40 ut in omnibus congregationibus sanctorum. 34 Mulieres vestræ in ecclesiis sileant: nec enim 41 permissum est illis ut loquantur, sed ut subditæ sint, quemadmodum & lex dicit. 35 Quod si quid discere volunt, domi suos viros interrogent: nam turpe est mulieribus in cœtu loqui. 36 An a vobis sermo Dei profectus est? an in vos solos incidit? 37 Si quis videtur Propheta esse, aut spiritualis, agnoscat quæ scribo vobis, quod Domini sint præcepta. 38 Cæterum si quis 42 ignorat, ignoret. 39 Proinde fratres ad id enitamini ut prophetetis, & loqui linguis ne vetueritis. 40 Omnia decenter & secundum ordinem 43 fiant. XV. 1 Notum autem vobis facio, fratres, Evangelium, quod evangelizavi vobis, quod & accepistis, in quo & statis, 2 Per quod & salutem consequimini: 1 quo pacto annunciarim vobis, 2 si tenetis, nisi frustra credidistis. 3 Tradidi enim vobis in primis, quod & acceperam, quod Christus mortuus fuerit pro peccatis nostris, secundum Scripturas: 4 Et quod sepultus sit, & quod resurrexerit tertio die, secundum Scripturas: 5 Et quod visus sit Cephæ, 3 deinde duodecim illis: Post-

34 *Apocalypsim habet*] Quum ante verterit *revelationem*, nunc vocem Græcam reliquit ἀποκάλυψιν. Nec video cur id maluerit. Ambrosius hîc quoque legit *revelationem*. Et paulo ante *Psalmum*, Latine dicere poterat *canticum*.

35 *Secundum duos, aut ut multum tres*] κατὰ δύο, ἢ τὸ πλεῖςον τρεῖς. Subaudiendum est *fiat*, præcessit enim, *omnia fiant ad ædificationem, sive quis loquitur lingua, fiat* ad ædificationem, sed ita ut in singulis conventibus bini duntaxat loquantur, aut ad summum terni, sed ita ut non simul loquantur omnes, sed vicissim sileant ac loquantur. Porro qui tandem sermonis color est, quo usus est Interpres, *secundum duos, aut secundum tres?* Aut quorsum attinet quod hîc adducit Aquinas, *in ore duorum aut trium testium?* Nam ideo Paulus non vult plures in eodem cœtu prophetare, ne fiat confusio. *Ut multum*, τὸ πλεῖςον, id est, *ut plurimum*, sive *ad summum*.

36 *Per partes*] καὶ ἀνὰ μέρος, id est, *vicissim*. Quid autem est *per partes?* Ambrosius legit *particulatim*.

37 *Per singulos*] καθ' ἕνα, id est, *singulatim*.

38 *Spiritus Prophetarum*] πνεύματα. Græcis pluralivi numeri est: quemadmodum citat Hieronymus Prologo in Esaiam, *Spiritus Prophetarum Prophetis subjecti sunt*. Et *subjiciuntur*, ὑποτάσσεται, verbum præsentis temporis: ne sentiamus hoc dictum de ipso Spiritu sancto, sed dono Spiritus: quod ita datum esset singulis quibus contigit, ut in ipsorum esset arbitrio uti, aut non uti: quod afflatis & lymphatis non item licet.

39 *Non enim est dissensionis Deus*] ἀκαταςασίας: id quod magis sonat *confusionem*, *seditionem*, & *turbatum rerum ordinem*. Ambrosius legit *dissensionis res*, non *dissensionis Deus*. Atque ita edisserit: *Quia ergo pacis res est, dicente Salvatore, Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: nemo alterum non sinat dicere.* Nisi forte pro *rex* mutatum est *res*.

40 *Sicut in omnibus ecclesiis sanctorum*] Hoc loco verbum *doceo* a nostris additum videtur. Nam apud Græcos non est. Apud Chrysostomum Editionis Veronensis additur: sed in enarrando non attingit: unde adjectitium esse videtur. In Editione Aldina non additur. Neque vero Paulus docebat in omnibus Ecclesiis, sed in omnibus Ecclesiis sanctorum ordine & absque tumultu res agebatur. Subaudiendum autem nonnihil, *Sicut in omnibus Ecclesiis pax est & concordia*. Nam omnium exemplo adhortatur Corinthios, ut similiter faciant: licet Ambrosius videatur addidisse, quum adscripserit, *Hoc dicto hortatur illos, ut quæ præcipit faciant, quia similiter se Ecclesiis sanctorum prædicare testatur*. Atque Theophylactus hoc Pauli dictum detorquet ad omnes Ecclesias, etiam Judæorum & Gentium: quum in nullis Ecclesiis decora sit dissensio, in vestra pudeat istorum tumultuum. Porro Ecclesias appellat cœtus & conventus hominum. Siquidem & apud Ethnicos indecorum habebatur in convivio aut in concilio tumultuari. Scholiastes ille Latinus cum Græcis legere videtur, eo quod hoc commentum adjecerit. Sic est ubique, ne novi aliquid me vobis imperare putetis.

41 *Permittitur*] ἐπιτέτραπται, id est, *permissum est*. Interpres & Ambrosius legisse videntur ἐπιτρέπεται. Quanquam Græca vox anceps est, ut quæ declaret interim *permittere*, interim *mandare* ac *committere*. Cum hoc aptius quadraret quod sequitur, *sed ut subditæ sint viris suis*. Cæterum *in ecclesia*, Latine dixisset clarius, *in congregatione*, sive *in cœtu*.

42 *Ignorat, ignorabitur*] ἀγνοεῖ, ἀγνοείτω, id est, *ignorat, ignoret*, id est, si quis nolit hæc scire, nesciat suo periculo. Quanquam Ambrosius exponit *ignorabitur*, adducens illud ex Evangelio, *Amen dico vobis, nescio vos*. Opinor enim legisse ἀγνοηθήσεται. Verum secus accipiunt Græcanica scholia, nominatim Chrysostomus ac Theophylactus, *ignorat, ignoret*: qua figura dictum est illud, *qui in sordibus est, sordescat adhuc*.

43 *Fiant in vobis*] *In vobis* apud Græcos non est.

1 *Qua ratione prædicaverim*] τίνι λόγῳ. Apparet hic esse ordo, *Si tenetis qua ratione prædicaverim vobis*. Quod ita ferme exponit Theophylactus, quasi Paulus prædicaverit quidem Corinthiis futuram resurrectionem, cæterum de modo rationeque resurgendi nihil tradiderit. Apud Ambrosium legimus, *quod sermone annunciavi vobis, debetis tenere*. Fortassis Ambrosius scripserat, *quo sermone*.

2 *Si tenetis*] Hic locus videtur fuisse varius in Græcis exemplaribus. Ambrosius legit *tenere debetis*. Nisi forte est, pro εἰ legendum ἦ, id est, *certe tenetis*, aut ἦ κατέχετε, *sicut tenetis*, pro καθὼς κατέχετε. Nam id quoque Græcis sonare ἦ, docent Grammatici. Quod si non placet, erit nonnihil subaudiendum: *Si tenetis, & utique tenetis, nisi frustra credidistis*. Hujusmodi quædam in Paulinis scriptis & alias demonstravimus.

3 *Et posthac undecim*] Græci codices habent, εἶτα τοῖς δώδεκα, id est, *deinde duodecim illis*. Sed Græca scholia hic laborant, dubitantque num lapsu scriptoris habeatur *duodecim* pro *undecim*: an ut intelligamus Matthiæ quoque Christum apparuisse, nondum quidem cooptato in ordinem Apostolicum, sed tamen a Deo jam destinato. Ita ferme & Theophylactus. Quo sane loco miror oscitantiam Interpretis, cujus opera Theophylactus Latinus est, qui quum videat quæstionem moveri de *duodecim*, in contextu tamen verterit *undecim*, juxta vulgatam Editionem. Cujusmodi incogitantiam frequenter in hoc licet deprehendere, nisi forte malumus id Scribis imputare. Ambrosius legit *undecim*, sed articulum quoque reddidit, τοῖς ἕνδεκα, id est, *illis*, inquit, *undecim*. De articulo apposito diligenter annotat & Augustinus quæstionum in Vetus Instrumentum libro primo, τοῖς δώδεκα, id est, *illis duodecim*: ut non possit accipi de quibuslibet numero duodecim, sed de illis duntaxat, quos Dominus Jesus designarat. Cæterum nodum ita explicat, ut dicat in majore numero reddendo non haberi rationem alicujus minutæ particulæ. Et ad hanc formam trahit locos aliquot consimiles, quos κατὰ συνεκδοχὴν dictos esse contendit. Disserit hac de re idem Augustinus libro *de consensu Evangelistarum* tertio, suspicans *undecim* mendose legi a nonnullis, & addens numerum illum duodenarium a Christo consecratum, etiam in undecim manere: præsertim mox in Judæ locum sufficiendo Matthia.

4 *Plus*

6 Ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ· ἐξ ὧν οἱ πλείους μένουσιν ἕως ἄρτι, τινὲς δὲ καὶ ἐ-7 κοιμήθησαν. Ἔπειτα ὤφθη Ἰακώβῳ, εἶτα τοῖς Ἀπο-8 σόλοις πᾶσιν. Ἔσχατον δὲ πάντων ὡσπερεὶ τῷ ἐκ-9 τρώματι ὤφθη κἀμοί. Ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ ἐλάχισος τῶν Ἀποσόλων, ὃς οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι Ἀπόσολος, 10 διότι ἐδίωξα τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. Χάριτι δὲ Θεοῦ εἰμι ὅ εἰμι· καὶ ἡ χάρις αὐτοῦ, ἡ εἰς ἐμὲ, οὐ κενὴ ἐγενήθη, ἀλλὰ περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα· οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, ἡ 11 σὺν ἐμοί. Εἴτε οὖν ἐγὼ, εἴτε ἐκεῖνοι, οὕτως κη-12 ρύσσομεν, καὶ οὕτως ἐπισεύσατε. Εἰ δὲ Χρισὸς κηρύσσεται ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, πῶς λέγουσί τι-13 νες ἐν ὑμῖν, ὅτι ἀνάσασις νεκρῶν οὐκ ἔσιν; Εἰ δὲ 14 ἀνάσασις νεκρῶν οὐκ ἔσιν, οὐδὲ Χρισὸς ἐγήγερται. Εἰ δὲ Χρισὸς οὐκ ἐγήγερται, κενὸν ἄρα τὸ κήρυγμα 15 ἡμῶν, κενὴ δὲ καὶ ἡ πίσις ὑμῶν. Εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χρισὸν, ὃν οὐκ 16 ἤγειρεν, εἴπερ ἄρα νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται. Εἰ γὰρ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ Χρισὸς ἐγήγερται. 17 Εἰ δὲ Χρισὸς οὐκ ἐγήγερται, ματαία ἡ πίσις 18 ὑμῶν· ἔτι ἐσὲ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. Ἄρα 19 καὶ οἱ κοιμηθέντες ἐν Χρισῷ, ἀπώλοντο. Εἰ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν Χρισῷ 20 μόνον, ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμέν. Νυνὶ δὲ Χρισὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν, ἀπαρχὴ 21 τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο. Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάσα-22 σις νεκρῶν. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτως καὶ ἐν τῷ Χρισῷ πάντες ζωο-23 ποιηθήσονται. Ἕκασος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι, ἀπαρχὴ

Postea visus est 4 plus quam quingentis fratribus simul: 5 ex quibus plures manent ad hunc usque diem, quidam autem & 6 obdormierunt. Deinde visus est Jacobo, post Apostolis omnibus. Postremo vero omnium velut abortivo visus est & mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum, 7 qui non sum idoneus ut dicar Apostolus, propterea quod persequutus sum Ecclesiam Dei. Sed gratia Dei sum id quod sum. 8 Et gratia ejus, quæ profecta est in me, non fuit inanis, sed copiosius quam illi omnes laboravi: 9 non ego tamen, sed gratia Dei, quæ mihi adest. Sive igitur ego, sive illi, 10 sic prædicamus, & sic credidistis. Quod si Christus prædicatur a mortuis resurrexisse, quomodo dicunt quidam inter vos, non esse resurrectionem mortuorum? Porro si resurrectio mortuorum non est, ne Christus quidem resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, inanis videlicet est prædicatio nostra, inanis autem est & fides vestra. Reperimur autem & falsi testes Dei, quoniam testificati sumus de Deo, quod excitaverit Christum, quem non excitavit, si videlicet mortui non resurgunt. Etenim si mortui non resurgunt, ne Christus quidem resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, supervacanea est fides vestra: 11 adhuc estis in peccatis vestris. Igitur & qui obdormierunt in Christo, perierunt. 12 Si in vita hac spem in Christo tantum fixam habemus, 13 maxime miserabiles omnium hominum sumus. Nunc autem Christus surrexit ex mortuis, 14 primitiæ eorum, qui dormierant, fuit. 15 Postquam enim per hominem mors, etiam per hominem resurrectio mortuorum. 16 Quemadmodum enim per Adam omnes moriuntur, 17 ita & per Christum omnes vivificabuntur. Unusquisque autem in

4 *Plus quam quingentis fratribus*] ἐπάνω πεντηκοσίοις ἀδελφοῖς. Ἐπάνω non potest referri ad dativum casum *quingentis fratribus*: quum apud Græcos habeat gignendi casum, si usurpetur vice præpositionis, ni fallor. Et tamen Theophylactus fatetur quosdam in hanc sententiam interpretari, juxta quam noster vertit Interpres: alios rursum accipere ἐπάνω pro *superne*, sive *cœlitus*, quia non in solo, sed e sublimi se Christus omnibus ostenderit. Ita Chrysostomus, ἐπάνω interpretans ἄνωθεν, negans aliter accipi posse. Quod factum videtur quum adscenderet in cœlum. Alter sensus tolerabilis est, si ἐπάνω sit adverbium, & subaudiatur ἢ, id est, *quam*: quemadmodum nos dicimus, *plus mille*. *Quingentis fratribus simul*, ἐφάπαξ, id est, *semel*. Quanquam sensus ferme idem est.

5 *Ex quibus multi*] πλείους, id est, *plures*, sive *complures*. Tametsi id quidem leviculum est.

6 *Dormierunt*] Si quis velit cavillari de ratione sermonis, dormierunt qui experrecti sunt. Proinde aut vertendum erat *dormiunt*, aut *obdormierunt*: ut ab obdormiscendo sit, quandoquidem *obdormio* nescio an reperiatur.

7 *Non sum dignus*] ἱκανὸς καλεῖσθαι, id est, *idoneus qui vocer*.

8 *Et gratia ejus in me*] καὶ ἡ χάρις αὐτοῦ ἡ εἰς ἐμὲ, id est, *& gratia illius erga me*, sive *favor quem in me præstitit*. Et cur non potius *inanis*, quam *vacua*? Demiror autem quid legerit Ambrosius, ut pro *vacua* verterit *pauper*: quum Græce sit κενή. Nisi forte juxta proprietatem Hebræi sermonis *pauperes* dicuntur *inanes*: ut illic, *Et divites dimisit inanes*. Inanes enim opposuit divitibus. Hîc *inanem* vocat sterilem & infrugiferam.

9 *Non ego autem, sed gratia Dei mecum*] ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, ἡ σὺν ἐμοὶ, *sed gratia Dei, quæ mecum est*. Corrigit enim Paulus quod modo dixerat, se plus omnibus laborasse. Imo, inquit, non ego sum is qui hoc feci, sed gratia potius Dei, quæ mihi adfuit: ut intelligamus totum hoc Deo ferri acceptum. Laurentius hoc loco rejicit eos, qui ex hisce verbis gratiam adstruunt, quam vocant *cooperantem*, quorum est Aquinas, sed ante hunc Augustinus. Nec video quid hic locus faciat adversus illos: nam σὺν conjunctio Græca favorem & auxilium significat: auxilium autem non excludit operam ejus, qui juvatur: ἡ σὺν ἐμοὶ, id est, *quæ est mecum*, seu potius *quæ mihi auxilio est*. Nos vertimus *quæ mihi adest*: quod, ut dixi, præpositio σὺν nonnunquam significet opitulationem, ut σὺν ταῖς Μούσαις. Hieronymus adversus Pelagianos legit, *gratia Dei, quæ mecum est*, explicans vim articuli.

10 *Sic prædicavimus*] οὕτως κηρύσσομεν, id est, *ita prædicamus*, præsenti tempore. Ita legit & Ambrosius, suffragante vetustissimo codice Paulino. Atque ita refert hunc locum Augustinus libro contra Faustum Manichæum secundo, capite secundo, juxta fidem vetustorum exemplarium manu descriptorum.

11 *Adhuc enim estis*] *Enim* redundat. Referuntur enim hæc ad superiorem argumentationem, *Si Christus non resurrexit, ergo adhuc estis in peccatis vestris*. Illud annotandum apud Ambrosium posteriore loco non repeti, *vana est fides vestra*. Sic enim legit, *Quod si Christus non resurrexit, adhuc estis in peccatis vestris, & qui dormierunt in Christo, perierunt*. Sed cum nostra consentit Theophylacti tum lectio, tum enarratio.

12 *Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus*] Εἰ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν Χρισῷ μόνον. Significationem præteriti temporis participii sic poterat reddere, *Si ii sumus qui spem conjecerimus in Christum in hac duntaxat vita*, hoc est, Si nostra spes, quam habemus in Christo, non porrigitur ultra terminum hujus vitæ. Nam in hunc sensum interpretatur Theophylactus, ut *tantum* referatur ad hanc vitam, non ad Christum: nec abhorret Ambrosius.

13 *Miserabiliores sumus omnibus*] ἐλεεινότεροι πάντων. Apparet Græcis comparativum positum loco superlativi, *omnium maxime miserabiles*. Quanquam ad hunc modum loquutus est & Gellius. Alioqui vitari poterat scrupulus, si quis vertisset, *miserabiliores sumus quibusvis hominibus*: quando in hoc certe sermone *omnis* & *quivis* in eumdem sensum recidunt.

14 *Primitiæ dormientium*] In Græcis exemplaribus constanter additur verbum ἐγένετο, id est, *factus est*, sive *fuit*: quanquam duriuscule cohærens cum superioribus. Unde videtur a Librariis additum apud Græcos. Ambrosius ἀπαρχὴν vertit *initium*: quod fuerit omnium primus.

15 *Quandoquidem per hominem mors*] In Græcis codicibus, quos ego sane viderim, ita habetur, Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἡ ἀνάσασις νεκρῶν. Id est, *Nam postquam per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum*. Siquidem conjunctio καὶ tacitam vim habet inferendi. Mortem ortam per unum hominem constabat, consequens erat, ut per hominem oriretur resurrectio mortuorum. In hanc sententiam enarrat Theophylactus.

16 *Sicut in Adam omnes*] Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ, id est, *Sicut enim in Adam*, sive *per Adam*: ut mox, *per Christum*. *Enim* aberat in nostris codicibus. Ac more Græcorum legit Ambrosius: connectit enim Paulus probationem cum eo quod assumpserat: Quoniam per unum hominem mors irrepserat, convenit ut per unum hominem vita detur omnibus: *nam sicut per Adam* & cætera.

17 *In Christo omnes vivificabuntur*] Cyprianus, sive Ruffinus, exponens symbolum fidei, legit *vivificantur*: ut respondeat superiori verbo *moriuntur*. Atque hæc lectio mihi quidem longe magis probaretur, nisi refragarentur exemplaria. Alioqui si nos offendit *vivificantur*, quod olim futura sit resurrectio, debuit eadem opera offendere verbum *moriuntur*, quod olim multi sint in Adam mortui. Paulus non hîc habuit rationem temporis, sed perinde sensit ac si dixisset, Sicut per Adam est mors, ita per Christum est resurrectio. Hactenus in lucubrationibus meis symboli expositionem citavi Cypriani titulo, quanquam offendebat nonnihil orationis character, & alicubi sermo loquacior, quam est Cypriani: tamen non audebam pronunciare, nec hîc animum intenderam. Et Ruffini symbolum degustaram, non perlegeram. Verum eruditi multis argumentis docent hoc opus esse Ruffini, non Cypriani. Primum quod scribitur ad Gaudentium, cui Ruffinus & alias quasdam lucubrationes suas dicavit, veluti *Petri itinerarium*. Præterea quod illic commemorantur Hæretici, quos constat ætate Cypriani nondum fuisse natos, velut Arius, Manichæus, Eunomius, Donatianus, Photinus, & alii nonnulli, quorum aliquot totis seculis fuere Cypriano posteriores. Addunt & illud argumentum haud levis momenti, quod Ruffinus libro priore invectivarum in Hieronymum scribit hunc in modum: *Verum ad majorem rei fidem addo aliquid amplius, & calumniosorum necessitate compulsus, singulare & præcipuum Ecclesiæ nostræ mysterium pando. Etenim quum omnes Ecclesiæ ita sacramentum sym-*

παρχὴ Χριϛὸς, ἔπειτα οἱ τȣ͂ Χριϛοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτȣ͂. 24 Εἶτα τὸ τέλος, ὅτ' ἂν παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὅτ' ἂν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν 25 καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν. Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν, ἄχρις ȣ͂ ἂν θῇ πάντας τȣ̀ς ἐχθρȣ̀ς ὑπὸ τȣ̀ς 26 πόδας αὐτȣ͂. Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνα- 27 τος. Πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτȣ͂. Ὅτ' ἂν δὲ εἴπῃ, ὅτι πάντα ὑποτέτακται, δηλονότι, ἐκ- 28 τὸς τȣ͂ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα. Ὅτ' ἂν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς 29 τὰ πάντα ἐν πᾶσι. Ἐπεὶ τί ποιήσȣσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, εἰ ὅλως νεκροὶ ȣ̓κ ἐγείρονται; Τί καὶ 30 βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; Τί καὶ ἡμεῖς κινδυνεύο- 31 μεν πᾶσαν ὥραν; Καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν, ἣν ἔχω ἐν Χριϛῷ Ἰησȣ͂ τῷ Κυρίῳ ἡ- 32 μῶν. Εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ, τί μοι τὸ ὄφελος, εἰ νεκροὶ ȣ̓κ ἐγείρονται; Φάγωμεν καὶ 33 πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. Μὴ πλανᾶσθε. 34 Φθείρουσιν ἤθη χρηϛὰ ὁμιλίαι κακαί. Ἐκνήψατε δικαίως, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· ἀγνωσίαν γὰρ Θεοῦ τι- 35 νὲς ἔχουσι· πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω. Ἀλλ' ἐρεῖ τις, Πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροί; Ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται; Ἄφρον,

in proprio ordine, primitiæ Christus, deinde ii [18] qui sunt Christi in adventu ipsius. 24 Mox finis, quum tradiderit regnum Deo & Patri, [19] quum aboleverit omnem principatum & omnem potestatem ac virtutem. 25 Nam oportet eum regnare, donec posuerit omnes inimicos sub pedes suos. 26 [20] Novissimus hostis abole- tur mors. 27 Nam omnia subjecit sub pedes illius. Atqui quum dicat, quod omnia subjecta sint, [21] palam est, excipiendum eum qui subjecit illi omnia. 28 Quum autem subjecta fuerint illi omnia, tunc & ipse Filius subjicietur ei qui illi subjecit omnia, ut sit Deus omnia in omnibus. 29 Alioqui quid facient ii qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Cur & 30 baptizantur pro mortuis? Quid & nos periclitamur omni tempore? 31 In dies morior [22] per nostram gloriationem, quam habeo in Christo Jesu Domino nostro. 32 Si secundum hominem [23] cum bestiis depugnavi Ephesi, quæ mihi utilitas, si mortui non resurgunt? [24] 33 Edamus & bibamus, cras enim morimur. Ne decipiamini. [25] Mores bonos colloquia corrumpunt mala. 34 [26] Expergiscimini juste, & ne peccetis: nam ignorationem Dei nonnulli habent: [27] ad pudorem vobis loquor. 35 At dicet aliquis, [28] Quomodo resurgunt mortui?

symboli tradant, ut, postquam dixerint peccatorum remissionem, addant carnis resurrectionem: nos dicimus, hujus carnis resurrectionem. Ita Ruffinus. Huic respondet, quod admonet in symbolo, idque duobus locis: in principio, ubi docet, symbolum non per omnia idem haberi in omnibus Ecclesiis: rursus in fine, tractans hanc symboli partem. In priore loco exprimit nomen Ecclesiæ Aquilejensis: *Nos tamen*, inquit, *illum ordinem sequimur, quem in Aquilejensi Ecclesia lavacri gratia suscepimus.* Constat autem Ruffinum Aquilejæ tinctum esse, & Presbyteri locum tenuisse: quum Cyprianus fuerit Afer, primum Presbyter, post Episcopus Carthaginensis. Porro Gennadius inter ea, quæ Ruffinus non vertit e Græcis, sed suo Marte conscripsit, magna cum laude commemorat symboli Apostolorum expositionem. Esse autem utrumque opus, & quod Ruffini titulo Hieronymianis operibus adjunctum fertur, & quod Cypriani titulo legitur, & idem & ejusdem auctoris, irrefutabilibus constat argumentis: quo magis mirandum, quid sibi voluerit, qui locis innumeris Scripturam variarit, præsertim in verbis. Etenim si hoc egit, ut (furum artificio, qui poculis addunt inauraturam, aut novas affigunt ansas, ne videantur aliena) falleret Lectorem, oportuit innovare præfationem, & eos sermones eaque nomina eradere, quæ non sinunt videri a Cypriano conscriptum: præterea bonam orationis partem retexere. Nunc ut omittam signa necessaria, quæ commemoravi, tanta est congruentia, ut duo duorum opera videri non queant: rursus tanta verborum discrepantia, ut casui non possit adscribi. Hoc Lectorem latere nolui, propterea quod cum aliis compluribus locis, tum præcipue in expositione symboli, librum hunc Cypriani titulo cito.

18 *Qui in adventum ejus crediderunt*] οἱ τȣ͂ Χριϛȣ͂, ἐν τῇ παρȣσίᾳ αὐτȣ͂, id est, *qui sunt Christi, in adventu ipsius.* Et sic legit divus Ambrosius, ut intelligamus eos, quos Christus suos deprehendet adveniens. Agit enim hic de resurrectione piorum.

19 *Quum evacuaverit omnem principatum*] Hunc locum ita legit Ambrosius, *Quum tradiderit regnum Deo & Patri, quum destituerit omnem principatum & omnem potestatem & omnem virtutem & omnem dominationem.* Siquidem Græcam vocem καταργήσῃ vertit *destituerit*, quum & *aboleverit* verti posset, aut *antiquaverit*.

20 *Novissime autem inimica*] *Novissima* nomen est, non adverbium *novissime*: ac si dicas, Mors omnium novissima destruetur, & est καταργεῖται, id est, *destruitur*, sive *aboletur*, præsentis temporis. Divus Hieronymus in Commentariis Esaiæ non semel citat hoc modo: *Novissimus inimicus destruetur mors*: quasi dicas, hostis omnium postremus destruetur, nempe mors. Nam, ut eleganter hoc loco docuit Valla, potest inimicus esse qui non sit hostis. Porro Græcis *mors* masculini generis est. Augustinus item enarrans Psalmum quinquagesimum primum legit *novissima*, nomen, non adverbium. Idem cum alias tum sermone *de verbis Apostoli* tertio. Rursum sæpicule in libris, quos scripsit adversus Faustum Manichæum. Atque ita scriptum visitur etiamnum in exemplari Paulino. Consentiebant codices Constantienses. Hilarius nescio quid sequutus, aliquoties adducens hunc locum in libris *de Trinitate*, legit, *Novissima devicta est inimica mors.*

21 *Sine dubio præter eum*] δηλονότι. Id erat plenius reddendum: nam nunc oratio est inabsoluta. *Atqui quum dicat omnia subjecta, palam est, quod excipitur is qui subjecit illi omnia.*

22 *Propter vestram gloriam*] Non est hic δόξα, *gloria*, sive *honor*, sed καύχησις, *gloriatio*, νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν, id est, *per nostram gloriationem.* Est autem hoc loco *per* præpositio jurantis. Et quoniam multa jam gloriatus est sancta quadam jactantia de profectu Evangelii sui, per eam gloriam, qua gloriatur in Christo, nunc jurat tanquam per rem sacram, sibique charissimam. Citat hunc locum & Augustinus Epistola octogesima nona. Rursum copiosius sermone *de verbis Apostoli* vigesimo octavo, ostendens hoc loco jurasse Paulum, idque liquere ex Græcis exemplaribus. Nec est quod tergiversemur, & negemus Apostolum jurasse, quum alibi non paucis locis palam juret. Verum in negotiis hujus mundi, pro prædiis, pro nummis jurare, fortasse non sit ingenui Christiani. Cæterum quum agitur negotium Christi, tum non sit nefas interponere jusjurandum. Neque enim Christus simpliciter vetuit jurare, sed voluit nos esse tales, ut non sit opus jurejurando, nolens ita jurare, ut vulgus tum jurabat: noluit nos esse divites, ut divitum vulgus tum erat, & nunc fere est: noluit nos vocari Rabbi, ut tum vocabantur: noluit nos appellari Patres, ut vulgus hominum, omnem gloriam, omne subsidium collocans in parentibus, prorsus ab illis pendet. Quanquam Græca scholia nonnihil hic laborent, dubitantque num ita legendum sit, διὰ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, id est, *propter vestram gloriationem*: id est, ut gloriemini vos esse Jesu Christi. Atque ita legit Ambrosius & Augustinus, quod ad pronomen attinet, nisi quod Ambrosius accipit *vestram gloriam*, quam Paulus habebat de illis. Divus Hieronymus in Epistola, cujus initium, *Sæpe & multum*, legit, *propter vestram salutem*: haud scio memoriæ ne lapsu, an quod potius a Librariis corruptus sit is locus. Theophylactus legisse videtur, *propter vestram gloriam*: ut gloria Corinthiorum redundet in gloriam Pauli: καύχησιν enim appellat illorum profectum, de quo gloriatur Apostolus, sed in Christo, cui debetur omnis gloria. Chrysostomus annotavit Corinthiorum in Evangelio profectum ideo dici *gloriam*, ne videretur exprobrare, quod tam aspera passus esset ob Evangelium, quum ob hæc non solum non doleret, sed duplici nomine gauderet, & quod ea passus esset ob Evangelium Christi, & quod ea, quæ passus erat, cesserant in profectum Corinthiorum.

23 *Ad bestias pugnavi*] ἐθηριομάχησα: dictio composita Græcis. Solebant enim olim damnati bestiis objici. Mirum est hac de re nullam in Actis fieri mentionem. Nam mihi quidem non admodum satisfacit quod Græci Interpretes, quorum est Theophylactus, detorquent hoc ad tumultum ab aurifice Demetrio concitatum ob Ephesiam Dianam.

24 *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur*] Vox est diffidentium ac desperantium de promissis Dei. *Cras enim moriemur*, ἀποθνήσκομεν, id est, *morimur.* Laurentius admonet proverbium fuisse Laconicum. Exstat autem apud Esaiam capite vigesimo secundo, totidem verbis quot citavit Paulus. Quanquam Hebræis verbum est futuri temporis נָמוּת. Verum hoc ad sensum haud multum refert: & haud scio an Paulus scripserit ἀποθνήξομεν: præsertim quum hic in cæteris, Septuaginta non dissonent ab Hebræis. Certe apud Septuaginta sic legimus, Φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν.

25 *Corrumpunt mores*] Φθείρȣσιν ἤθη χρηϛὰ ὁμιλίαι κακαί. Senarius est Menandri, quemadmodum indicat divus Hieronymus, & constat suis pedibus, si servetur apostrophus:

Φθείρȣσιν ἤθη χρησθ' ὁμιλίαι κακαί.

Nos carmen carmine reddidimus:

Mores bonos colloquia corrumpunt mala.

26 *Evigilate justi*] Ἐκνήψατε δικαίως, id est, *Sobrii estote juste*, sive *Expergiscimini juste*: ut *juste* sit adverbium: id est, sicut oportet & recte. Nam vigilant quidam etiam ad injustitiam: id quod annotavit & Theophylactus. Alioqui quorsum attinebat justis præcipere, ut vigilarent, & non peccarent, quod si faciant justi non sint? Deinde qui convenit, ut eos justos vocet, quos arguit, & de quibus mox subjicit, *ignorantiam Dei habent quidam?* Quin & Ambrosius, ut ex interpretatione conjicere licet, ita legit, quemadmodum habetur apud Græcos, *Justos*, inquit, *esse præcepit: quasi, Evigilate juste, perinde valeat, ac si dixisset, Expergiscimini ad justitiam.* Atqui qui justos appellat, non præcipit ut sint justi, etiamsi in vulgatis exemplaribus scriptum habetur, *Evigilate, justi estote.* In vetustiore codice Constantiensi resedit germana lectio, *Evigilate juste*: ne quis Græcorum consensum contemnat.

27 *Ad reverentiam vobis*] πρὸς ἐντροπὴν, id est, *ad erubescentiam, & ad pudorem.*

28 *Quomodo resurgent*] ἐγείρονται, id est, *resurgunt.* Et *venient*, ἔρχονται, congruentius verteretur *veniunt*, ut conveniat verbo præcedenti. Non enim hic loquitur de tempore, sed de

36 Ἄφρον, σὺ ὃ σπείρεις οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ. 37 Καὶ ὃ σπείρεις, οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον, εἰ τύχοι, σίτου, ἤ τινος 38 τῶν λοιπῶν. Ὁ δὲ Θεὸς αὐτῷ δίδωσι σῶμα, καθὼς ἠθέλησε, καὶ ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων τὸ ἴδιον σῶμα. 39 Οὐ πᾶσα σὰρξ, ἡ αὐτὴ σάρξ· ἀλλὰ ἄλλη μὲν σὰρξ ἀνθρώπων, ἄλλη δὲ σὰρξ κτηνῶν, ἄλλη δὲ ἰχθύων, 40 ἄλλη δὲ πτηνῶν. Καὶ σώματα ἐπουράνια, καὶ σώματα ἐπίγεια· ἀλλ' ἑτέρα μὲν ἡ τῶν ἐπουρανίων δόξα, 41 ἑτέρα δὲ ἡ τῶν ἐπιγείων. Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ γὰρ 42 ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. Οὕτως καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν· σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ· 43 Σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ· σπείρεται ἐν 44 ἀσθενείᾳ, ἐγείρεται ἐν δυνάμει· Σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. Ἔστι σῶμα ψυχι-45 κὸν, καὶ ἔστι σῶμα πνευματικόν. Οὕτως καὶ γέγραπται, Ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ εἰς ψυχὴν 46 ζῶσαν, ὁ ἔσχατος Ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν. Ἀλλ' οὐ πρῶτον, τὸ πνευματικὸν, ἀλλὰ τὸ ψυχικὸν, ἔπει-47 τα τὸ πνευματικόν. Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός· ὁ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ. 48 Οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί· καὶ οἷος ὁ ἐπου-49 ράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι. Καὶ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσομεν καὶ τὴν εἰ-50 κόνα τοῦ ἐπουρανίου. Τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοὶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται· οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κλη-51 ρονομεῖ. Ἰδοὺ μυστήριον ὑμῖν λέγω. Πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, Ἐν

Alias πιτειvῶν.

A tui? Quali autem corpore venient? 29 Stulte, tu quod 36 ſeminas non vivificatur, 30 niſi mortuum fuerit. Et hoc 37 quod ſeminas, non corpus, quod naſcetur, ſeminas, ſed nudum granum, 31 exempli cauſa, tritici, aut alicujus ex cæteris. Sed Deus illi dat corpus, 32 ut voluit, & 38 unicuique ſeminum ſuum corpus. 33 Non omnis caro, 39 eadem caro: ſed alia quidem caro hominum, alia vero caro pecorum, alia vero piſcium, alia vero volucrium. Et ſunt 34 corpora cœleſtia, & ſunt corpora ter- 40 reſtria: verum 35 alia quidem cœleſtium gloria, alia vero terreſtrium. Alia gloria ſolis, & alia gloria lunæ, & 41 B alia gloria ſtellarum: 36 ſtella ſiquidem a ſtella differt in gloria. Sic & reſurrectio mortuorum: ſeminatur in 42 corruptione, reſurgit in incorruptibilitate: 37 Semina- 43 tur in ignominia, reſurgit in gloria: ſeminatur in infirmitate, reſurgit in potentia: Seminatur corpus ani- 44 male, reſurgit corpus ſpirituale. 38 Eſt corpus animale, & eſt corpus ſpirituale. Quemadmodum & ſcriptum 45 eſt, 39 Factus eſt primus homo Adam 40 in animam viventem, extremus Adam in ſpiritum vivificantem. At 46 non primum, quod ſpirituale, ſed quod animale, deinde quod ſpirituale. Primus homo de terra terrenus: 47 41 ſecundus homo, ipſe Dominus de cœlo. Qualis ter- 48 C renus ille, tales & hi qui terreni ſunt: & qualis ille cœleſtis, tales & ii qui cœleſtes ſunt. Et quemadmo- 49 dum geſtavimus imaginem terreni, 42 geſtabimus & imaginem cœleſtis. Hoc autem dico, fratres, quod ca- 50 ro & ſanguis regni Dei hæreditatem 43 conſequi non poſſunt: neque corruptio incorruptibilitatis hæreditatem accipit. Ecce myſterium vobis dico. 44 Non omnes 51 qui-

re: quod ſolet verbis præſentis temporis fieri, quaſi dicas, Qualis eſt reſurrectio, aut qualis adventus. Tum enim actio rei declaratur abſque ſignificatione temporis. Auguſtinus adverſus Fauſtum libro undecimo capite tertio legit *veniunt*, ἔρχονται: quanquam Græca vox anceps eſt.

29 *Inſipiens*] Ἄφρον, id eſt, *Stulte, Amens*, ſive *Inſipiens*: vox a φρὴν *mens* dicta, addita particula privata. *Inſipiens tu.* Poſt *Inſipiens* ponenda erat diſtinctio: Ἄφρον, σὺ ὃ σπείρεις, id eſt, *Stulte, tu quod ſeminas.* Diſtinguit enim pronomine perſonam hominis a perſona Dei: Si quid tu ſeminas, provenit longe præclarius, multo id uberius efficiet Deus in reſurrectione, cujus ille proprie eſt auctor.

30 *Niſi prius moriatur*] Quorſum attinebat addere *prius*, quum Græce ſit, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ, id eſt, *niſi fuerit emortuum.* Auguſtinus hunc adducens locum libro ad Catechumenos tertio, capite decimo, non addit adverbium *prius*.

31 *Utputa*] εἰ τύχοι. Ita vertit & paulo ſuperius, ut ſit exemplum ponentis. Auguſtinus in Epiſtola centeſima quadrageſima ſexta, pro εἰ τύχοι, vertit *fere*. Itidem ſuper Geneſim ad litteram libro quinto, capite vigeſimo.

32 *Sicut vult*] καθὼς ἠθέλησεν, id eſt, *ſicut voluerit*: ut ſubjunctivi ſit modi. Atque ita ſane adducit Auguſtinus in eo, quem modo adduximus, loco.

33 *Non omnis caro*] Οὐ πᾶσα σὰρξ, id eſt, *Non quavis caro.*

34 *Corpora cœleſtia & terreſtria*] ἐπουράνια & ἐπίγεια, quod ita ſonat, quaſi dicas, quæ in cœlo verſantur, & quæ in terra verſantur: ne de ipſis cœlis, aut de materia cœli terræve intelligamus.

35 *Alia claritas*] δόξα. Eamdem vocem, quam modo *gloriam* verterat, nunc vertit *claritatem*. Fortaſſe quod abſurdum putaret dicere *gloriam ſolis*, aut *lunæ*, aut *ſtellarum*. Imo majus quiddam ſignificare videtur *gloria, dignitas, majeſtas*, quam *claritas*. Et alias Interpres δόξαν *majeſtatem* vertit. Denique quum Paulus eadem uſus ſit voce, quorſum attinebat Interpretem Latinis diverſas voces objicere, quum ad id non cogat ſenſus?

36 *Stella enim differt a ſtella*] ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει, id eſt, *ſtella enim ſtellam antecellit.* Nam id quoque Græcis ſignificat διαφέρειν.

37 *Seminatur in ignobilitate*] Ambroſius legit *ignominia*, & rectius, ἐν ἀτιμίᾳ.

38 *Si eſt corpus animale*] *Si* redundat: ἔστι σῶμα, id eſt, *eſt corpus.* Quanquam hanc particulam non attingit Ambroſius vel legens vel enarrans: ne Scholiaſtes quidem. Theophylactus tamen interpretatur. Videri poterat huc repetitum ex ſuperiore: & quod enarrator adjecit, relatum a Scriba parum attento in contextum.

39 *Factus eſt primus homo Adam*] Faber Stapulenſis admonet *homo* ſupereſſe. Quanquam in pleriſque Græcis etiam codicibus, quos mihi videre contigit, adſcriptum reperi, ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ, id eſt, *primus homo Adam*: tametſi ex interpretatione Ambroſiana ſubodorari licet illum *Adam* legiſſe, omiſſo *hominis* vocabulo, quum ait ab Apoſtolo duos conſtitui Adam. Deinde in ſecunda particula, *Adam* ſolus repetitur abſque *hominis* mentione, *noviſſimus Adam in animam vivificantem.* Conſentaneum autem eſt ab Interprete quopiam additum, qui voluerit explicare quid ſonaret *Adam* apud Hebræos, nimirum *hominem*. Proinde in Geneſi, quoties *hominis* vocabulum repetitur, אָדָם *Adam* ponitur. Et aliquanto poſt, omiſſo *Adam*, *hominem* duntaxat repetit, *Primus homo de terra* & cætera. Cyprianus in ſermone *de zelo & livore* haud male addidit pronomen *ille*: *Qualis ille de limo, tales & qui de limo*, velut exprimens articuli vim, quod & alias ab Interprete factum optarim: *Primus ille homo de terra, terrenus*, ὁ πρῶτος.

D 40 *In animam viventem*] Jam puto Lector agnoſcis eloquutionis idioma toties admonitus, ſic dictum, *factus eſt in animam viventem*: pro eo quod erat, *factus eſt anima vivens*: quemadmodum illud dicitur, *Eſto mihi in Deum protectorem.*

41 *Secundus homo de cœlo, cœleſtis*] Græci lectionem habent a noſtra diverſam. Idque conſtanter, ad eumdem modum interpretantibus Chryſoſtomo & Theophylacto, ὁ δὲ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ, id eſt, *ſecundus autem homo, ipſe Dominus e cœlo.* Quanquam, ut ingenue dicam, mihi magis probatur, quod in noſtris codicibus ſcriptum eſt, præſertim quum ita legant Hieronymus & Ambroſius: & magis reſpondet ad id quod præceſſit, *de terra, terrenus.* Proinde arbitror ὁ Κύριος adſcriptum a ſtudioſo quopiam, qui voluerit orationem reddere explanatiorem: tametſi nos reddidimus, ne non reſponderent Latina Græcis.

42 *Portemus & imaginem cœleſtis*] *Portabimus*, futuri temporis eſt Græcis, φορέσομεν. Quanquam nonnulli codices habent φορέσωμεν, id eſt, *portemus*: nec magni refert ad ſententiam, E niſi quod futurum tempus aptius erat huic loco, in quo Paulus agit de reſurrectione futura. Geſtavimus imaginem terreni Adæ, peccando & moriendo: geſtabimus imaginem poſterioris, innocenter vivendo, & immortalitatem ejus quodam modo imitabimur, quoniam hic initium ac meditatio quædam illius eſt. Tolerari poterat & verbum hortandi *portemus*. Utramque lectionem indicat Theophylactus, *portabimus*, ut ſit prædicentis futuram immortalitatem: & *portemus*, ut ſit adhortantis ad vitæ puritatem: cui ſatis congruit quod ſequitur, *caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt.* Ambroſius legit *portemus*, non *portabimus*. Neque vero periculum eſt ſi legamus *portabimus*, ne videamur cum Arianis ſentire, qui negabant nos e reſurrectione carnem habituros: habebimus carnem & eamdem, ſed non per omnia talem. Attingit & hunc ſenſum divus Ambroſius.

43 *Poſſidere non poſſunt*] κληρονομῆσαι, id eſt, *hæreditate accipere.* Et paulo poſt, *poſſidebit*, κληρονομεῖ, id eſt, *hæreditate accipit*, verbo præſentis temporis, licet reclamantibus Latinorum F exemplaribus. Theophylactus admonet Baſilium hæc ita fuiſſe interpretatum, ut diceret Paulum hiſce verbis Corinthios ad innocentiam vitæ voluiſſe cohortari. Quæ ſententia ſi placet, mollius erat verbum præſentis temporis, ſed quo rem notet, non temporis diſcrimen. Atque ita legiſſe Chryſoſtomum ipſa docet enarratio. Quæſo te Lector, ut hoc loco conferas Commentarios Ambroſianos cum his qui feruntur falſo Hieronymi titulo, reperies eadem verba: idque multis aliis locis comperies. Hoc autem loco plurimi verſus ad verbum conveniunt. Subdubito tamen utrum hæc ſint ex Ambroſii Commentariis huc tranſcripta, an ex aliis Commentariis, Ambroſii Commentariis ſuppoſita. Quid enim tum ſibi non permiſit Scribarum audacia?

44 *Omnes quidem reſurgemus*] Græca ſic habent, Πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, id eſt, *Omnes quidem non dormiemus, ſed omnes immutabimur.* At divus Hieronymus ad Minerium & Alexandrum oſtendit hunc locum bifariam legi apud Græcos, & hoc modo quem hîc indicavi, & eo modo quo vulgata habet Editio. Atque hoc ſane loco mirum quam ſu-

dant

dant Græcanica scholia. Theophylactus & Chrysostomus sic legunt interpretanturque, quemadmodum nos in Græcorum exemplaribus legimus ac vertimus. Chrysostomus itidem citat enarrans Epistolæ ad Romanos caput undecimum: ut sit sensus, Non omnes morituros, omnes tamen immutandos esse. Porro si quis diffidet citationi nostræ, sciat Chrysostomum ac Theophylactum haberi Basileæ in Bibliotheca Dominicalium, unde multis voluminum eorum facta est copia. Qui Græce novit, is poterit, excusso loco, me vel comprobare vel refellere. Nec aliter legit Tertullianus libro *de carnis resurrectione.* Quod palam ex illius interpretatione deprehenditur, quanquam Apostoli verba recitata depravavit Scriba. Subjicit enim, *Quis enim non desiderabit, dum in carne est, superinduere immortalitatem, & continuare vitam lucrifactam morte per vicariam demutationem*, & cætera quæ sequuntur: quem locum citat & divus Hieronymus in Epistola ad Marcellam, quæstione tertia: atque locum, qui est primæ ad Thessalonicenses quarto, exponit in hanc sententiam, nec ullius alterius meminit. In hanc sententiam citat locum hunc & Origenes adversus Celsum libro secundo. Sed præstiterit, opinor, ob eos qui diffidunt, ipsius verba adscribere: *Tuba*, inquit, *signum dabit, & mortui resurgent incorrupti. De vivis autem immutandis & a mortuis surgentibus segregatis sic scribit*, Et nos immutabimur: *quod utique dixit, ubi prius dixisset*, Mortui resurgent. *Quin etiam & in prima ad Thessalonicenses Epistola, aliis verbis eamdem differentiam præferens, quum alios quidem dormientes, alios viventes affirmet, sic inquit:* Si enim credimus, quod Jesus mortuus est, & resurrexit, & cætera. Ex his satis perspicuum est, quid senserit Origenes, nimirum immutandos omnes pios, & qui resurgent, & qui vivi deprehendentur, non morituri quidem illi, sed tamen cum iis qui mortui fuerant immutandi. Et ob id initio dixerat omnes immutandos, licet non omnes resurrecturos. Se vero ponit Paulus inter eos, quos adventus Domini vivos deprehenderet, propterea quod Christus eum diem omnibus occultum esse voluit. Et ex aliis locis apparet, Paulum semper eum diem exspectari voluisse, licet non nesciam, ita posse intelligi, ut Paulus sub prima persona quosvis designarit, quos adventus Domini sit repperturus, *Nos qui vivimus*, & cætera. Si nunc incidat adventus Domini, quod in nobis accideret, idem accidet in illis quicunque erunt. Divus Ambrosius sequi videtur eam lectionem, quam vulgo audimus, ut sentiamus non omnes immutandos ad gloriam, quanquam resurrecturi sint omnes ad vitam. Quanquam & is alteram subdit interpretationem, in qua significat fore qui non moriantur, atque ob id non resurgant, qui tamen immutantur. Neque enim resurgit, nisi mortuus. Idem aliquanto inferius, explicans eum locum, *in novissima tuba, canet enim tuba*, & cætera, partim meminit hujus sententiæ: *Mortui autem*, inquit, *vel peccatores intelligendi sunt, qui etiam viventes, mortui esse dicuntur, vel certe simpliciter omnes mortuos resurgere dicit, & solos sanctos, qui vivi justi inventi fuerint, in gloriam immutari.* Sane cum eo, quod Græci legunt, magis consentiunt ea, quæ Paulus scribit Thessalonicensibus: *Si enim credimus, quod Jesus mortuus est & resurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt per Jesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quod nos qui vivimus, qui residui sumus in adventu Domini, non præveniemus eos qui dormierunt, quoniam ipse Dominus in jussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo: & qui in Christo sunt, resurgent primi: deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aëra, & sic semper cum Domino erimus.* In eumdem sensum refertur & illud secundæ Corinthiorum quinto, *eo quod nolumus exspoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est a vita:* hoc est, ut sine morte tribuatur immortalitas. Ex his liquet, non omnes dormituros, sed aliquos fore residuos in adventu Christi. Sunt qui dicant in momento & illos subito morituros ac revicturos, qui residui fuerint: quam opinionem refert Augustinus libro *de Civitate Dei* vigesimo capite vigesimo: sed ut conjecturam duntaxat, quæ non sit omnino rejicienda, non ut sententiam aut decretum. Idem inibi declarat & Latina variasse exemplaria. In nonnullis scriptum fuisse, *Omnes quidem resurgemus:* in aliis, *Omnes quidem dormiemus.* Idem indicat in libello *de octo Quæstionibus Dulcitii*, quæstione tertia. Cæterum ex utraque lectione consequi, ut moriantur omnes, propterea quod nemo resurgat nisi mortuus. Cæterum hanc lectionem, *Omnes quidem resurgemus*, quam sequitur Ambrosius, Hieronymus in Epistola ad Minerium negat inveniri in codicibus Græcorum. Quin & is, qui commentariolos collegit in omnes Paulinas Epistolas, quos quidam Hieronymi putant, sed falso, quod vel ipsa satis testatur præfatio: quanquam hanc puto alterius esse, quam sit ipsa collectio Commentariorum, quos apparet esse studiosi cujuspiam, nec indocti, e diversis Veterum Commentariis compendium contrahentis. Quisquis enim is fuit, qui præfatiunculam adjecit, quum sit infans ac balbus, tamen impudenter affectavit haberi Hieronymus. Verum ut dicere cœperam, quisquis fuit ejus operis rhapsodus, indicat triplicem hujus loci lectionem: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur:* ut immutari sit proprium transeuntis ad vitam beatam: cujus lectionis & hunc sensum facit, Omnes resurgemus, qui mortui reperiemur: non omnes immutabimur, qui in corpore vivi reperiemur; quod soli pii sint immutandi, multi autem impii deprehendendi vivi sunt. Alteram, *Omnes quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur:* ut accipiamus neminem non moriturum, non omnes item immutandos ad gloriam. Tertiam, *Omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur:* ut intelligas non omnes morituros, omnes tamen transformandos ad eamdem gloriam. Siquidem totus hic sermo non ad omnes homines communiter, sed ad justos proprie pertinet. Atque hanc postremam lectionem maxime probat, ut Apostolico sensui maxime congruentem. Nec Aquinas tacuit hanc triplicem lectionem, nullam improbans, licet Hieronymum sequutus præferat vulgatam hanc, sed ita ut diversam neget pugnare cum fide, aut habere sensum hæreticum. Porro quod quosdam offendit, parum videri verum quod scriptum est, *Statutum est omnibus semel mori*, si dicamus quosdam non morituros, facile solvitur, quando paucorum prærogativa non officit legi communi, quemadmodum aliquoties admonet Origenes. Neque enim ideo verum non est, quod scripsit Paulus, *omnes in Adam moriuntur*, & *omnes in Adam peccaverunt*, si Maria fuit ab omni peccato immunis. Neque continuo falsum est, quod scripsit Propheta, non esse qui vacet peccato, ne infantem quidem unius diei, si dicamus Hieremiam ac Joannem Baptistam absque ullo peccato & natos fuisse ac vixisse. Sed quid his argumentis utimur? Quum ipse Hieronymus, quem ante citavimus, scribens ad Marcellam quæstione tertia palam affirmet fore qui vivi transformentur ad gloriam immortalitatis. Ejus verba subscriberem, nisi hoc loco recensuisset Glossa, quam vocant *ordinariam.* Atque hic unus est scrupulus, qui commovit Augustinum & alios nonnullos, ut a Græcorum lectione abhorrerent. Siquidem Augustinum etiam illud offendit, *in Christo omnes vivificabuntur*, præsertim quum addat, *tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur.* Atque his Pauli verbis existimat nos urgeri, ut credamus vivos subito in ipso raptu morituros ac revicturos: quum, mea sententia, nihil sit necesse, si præsentem Pauli sermonem ad eos accommodemus, qui obdormierint ante adventum Christi. Neque enim hic in hoc laborat Paulus, ut persuadeat neminem non moriturum, quod nequaquam est creditu difficile, sed ut persuadeat eos, qui sepulti sunt, seminis in terram conditi modo revicturos. Et tamen idem Augustinus libro *de Dogmatibus Ecclesiasticis*, tametsi liber is non videtur ejusdem auctoris, plane pronunciat æque catholicos esse, qui Græcorum lectionem, quam unam nunc habent, sequerentur. Quum enim commemorasset eorum sententiam, qui nolebant quemquam exemptum esse a communi lege moriendi, subjicit: *Verum quia sunt & alii æque catholici & eruditi viri, qui credunt anima in corpore manente immutandos ad incorruptionem & immortalitatem eos, qui in adventu Domini vivi inveniendi sunt, & hoc eis imputari pro resurrectione ex mortuis, quod mortalitatem immutatione deponant, non morte: quo libet quis acquiescat modo, non est hæreticus, nisi ex contentione hæreticus fiat. Sufficit enim in Ecclesia lege carnis resurrectionem credere futuram de morte.* Augustinus, sive quisquis fuit ejus operis auctor, æquat utramque lectionem, ac mihi videtur is sensus, quem Græci codices, quos hodie videmus, sequuntur, efficacius adstruere resurrectionem, quam alter: quum enim in nonnullis eadem corpora dicuntur immutanda ad gloriam immortalitatis, magis profligatur illorum error, qui negabant eadem corpora resurrectura. Quod si verum esset, jam esset inæqualitas inter beatos, aliis suum corpus possidentibus, aliis alia quædam quæ prius non habuerant. Porro quod Augustinus libro *de Civitate Dei* vigesimo capite vigesimo torquet illud Pauli ad Corinthios, *tu quod seminus non vivificatur, nisi moriatur:* non hoc agit illic Paulus, ut doceret neminem non esse moriturum, sed ne quis desperaret se a morte resurrecturum, quum semen etiam putrefactum in scrobe surgat in herbam. Proinde quæ lectio maxime sit amplectenda, viderit eruditus Lector. Non suscepi de hujusmodi pronunciandi negotium: nisi quod, ut dixi, Græcorum lectio magis congruit cum altero loco, qui est ad Thessalonicenses. Et quoties Veteres fatentur lectionem esse diversam, semper mihi * suspectior esse solet ea, quæ prima specie videtur absurdior; ut consentaneum sit, Lectorem vel parum eruditum, vel parum attentum, offensum absurditatis imagine mutasse scripturam. Licet sciam, ut dixi, in libello Hieronymi ad Alexandrum & Minerium, commemorata & exposita utraque lectione, præferri hanc, qua nunc vulgo utimur. Porro variandæ scripturæ suspicor hanc occasionem fuisse. Qui legebat, *Non omnes dormiemus, sed omnes immutabimur*, non animadvertens Paulum hic loqui proprie de resurrectione piorum, existimavit non competere in omnes verbum *immutabimur*, quum impii non sint immutandi. Siquidem immutationem hic appellat transitum ad felicem immortalitatem. Ac mox quum subjicit, *Et mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur*, offendit Lectoris animum parum attenti, quo consilio, quum ante de piis dixisset, *omnes immutabimur*, nunc veluti supervacue, quod dixerat, repetens dicat, *Et mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur.* Nec animadvertit Paulum hic separasse pios mortuos a piis vivis: quum enim ait, *Et mortui resurgent incorrupti*, sentit de piis, qui jam ante Christi adventum obdormierant in Christo: quum addit, *& nos immutabimur*, explicat id quod paulo ante cœperat dicere, *Non omnes quidem dormiemus, sed omnes immutabimur.* Et tamen solus hic scrupulus movit Hieronymum, ut præferret lectionem apud nos vulgatam. Porro se Paulus, ut dixi, numerat inter eos, quos ille dies esset in vita repperturus, sive hoc vere putavit, sive docendi gratia transfert in primam personam, quod sub quavis persona dici poterat. Jam quod de piis hic loquitur, declarant tum ea quæ præcedunt, tum ea quæ sequuntur hunc locum. Nam ante docens hic meditandam esse nobis illius vitæ immortalitatem, *Hoc autem*, inquit, *dico, fratres, quoniam caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, neque corruptio incorruptelam possidebit.* Ac mox ad idem redit, *Oportet enim corruptibile hoc* & cætera. Ac rursum, *Ubi est mors stimulus tuus*, & cætera. Hæc nimirum omnia congruunt in pios, non item in impios. Quum igitur plerosque hæc haberet opinio, Christum quemadmodum in Evangelio promiserat subito adventurum, jamque didicissent a Paulo resurrecturos esse mortuos, ac divino sistendos esse judicio, rogabant quid futurum esset de iis, quos ille dies offendisset viventes: respondet & hos, etiamsi non resurgant, eo quod mortui non sint, ad idem immortalitatis præmium transferendos, ac per omnia æquandos & jungendos iis, qui revixissent. Vides, optime Lector, quam hic nihil sit, quod in me debeat reprehendi. Nam quod sequor eam lectionem, quæ sola nunc habetur in libris Græcorum, quum Græca vertam, non li-

* Legendum *verior.*

52 Ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι· σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται 53 ἄφθαρτοι, καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα. Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν 54 τῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. Ὅτ' ἂν δὲ τὸ φθαρτὸν τῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν, τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος, 55 Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. Ποῦ σῦ, θάνατε, 56 τὸ κέντρον; Πῦ σῦ, ᾅδη, τὸ νῖκος; Τὸ δὲ κέντρον τῦ θανάτῦ, ἡ ἁμαρτία· ἡ δὲ δύναμις τῆς ἁμαρτίας, 57 ὁ νόμος. Τῷ δὲ Θεῷ χάρις, τῷ διδόντι ἡμῖν τὸ νῖκος, 58 διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ. Ὥστε, ἀδελφοί μῦ ἀγαπητοὶ, ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι, περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τῦ Κυρίῦ πάντοτε, εἰδότες, XVI. 1 ὅτι ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔςι κενὸς ἐν Κυρίῳ. Περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τῦς ἁγίῦς, ὥσπερ διέταξα ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας, ὕτως καὶ ὑμεῖς ποιήσατε. 2 Κατὰ μίαν σαββάτων ἕκαςος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω, θησαυρίζων ὅ τι ἂν εὐοδῶται, ἵνα μὴ, ὅτ' ἂν ἔλ3 θω, τότε λογίαι γίνωνται. Ὅτ' ἂν δὲ παραγένωμαι, οὓς ἐὰν δοκιμάζητε δι' ἐπιςολῶν, τύτυς πέμψω

A quidem dormiemus, omnes tamen immutabimur, 45 In puncto temporis, in momento oculi, per extremam tubam: 46 canet enim, & mortui resurgent incorruptibiles, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc 53 induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. 47 Quum autem corruptibile hoc in- 54 duerit incorruptibilitatem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors 48 in victoriam. Ubi tuus, mors, aculeus? Ubi tua, 55 inferne, victoria? Aculeus autem mortis, peccatum: po- 56 tentia vero peccati, lex. 49 Sed Deo gratia, qui dedit no- 57 B bis victoriam, per Dominum nostrum Jesum Christum. Itaque, fratres mei dilecti, 50 stabiles sitis, immobiles, 58 abundantes in opere Domini semper, quum sciatis, quod labor vester non est inanis in Domino. Cæte- 1 XVI. rum 1 de collatione in sanctos, quemadmodum ordinavi Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite. 2 In una sab- 2 batorum unusquisque vestrûm apud se seponat; 3 recondens 4 quicquid commodum fuerit, ne, quum venero, tunc collationes fiant. Ubi venero autem, quos- 3 cumque probaveritis per epistolas, hos mittam 5 ut per-

cuit secus facere. Et tamen ex hoc loco duo quidam, tanti Theologi, ut sibi persuaserint semel ruituram universam Ecclesiam, nisi eam suis humeris fulcirent, alter Episcopi quoque dignitate præfulgens, uterque professor ejus religionis, quæ baptismi professionem pene reddidit irreligiosam, atrocem calumniam mihi C struxerunt. Alter in corona frequenti nobilium & eruditorum hominum apud summos Principes impegit, quod tollerem resurrectionem, propterea quod, concederem, non asseverarem, aliquos in adventu Domini non morituros. Alter in publica & ordinaria professione impegit hæresim, quod inducerem lectionem contradictoriam ei, quam sequitur Ecclesia. Primum ut demus hic esse veram ἀντιλογίαν, ut demus Ecclesiam hanc lectionem sic approbare, ut damnet diversam, ut demus inesse sensum hæreticum, tamen mihi non poterat impingi crimen, qui nihil aliud profiteor, quam interpretem. Nisi forte semel hæreseos obligavit Hieronymus, quum bona fide verteret libros Origenis περὶ ἀρχῶν, qui potius reprehendendus erat, nisi quod ille scripserat reddidisset. Nunc docuimus tot orthodoxos viros utramque lectionem agnoscere, & adeo non damnare alteram hæreseos, ut Thomas nominatim etiam admoneat, in ea, quam Hieronymus non reprobat, sed ei, quam hodie tenent Latini, postponit, non D inesse sensum hæreticum. Porro causam, cur Hieronymus hanc prætulerit, ostendimus nullius esse momenti; item alias causas, quæ movebant Augustinum, indicavimus posse dilui. Quin & Petrus Lombardus libro quarto, distinctione quadragesima tertia, referens Augustini verba ex libro *de Civitate Dei* vigesimo, hæc attexuit quasi de suo, decerpta, ni fallor, ex octo ad Dulcitium quæstionum tertia. Sed vellem de his potius audire doctiores. An ille tam hebes erat, ut non videret hæresim & ἀντιλογίαν, quam viderunt isti? Certe pueri sciunt, quot res requirantur ad hoc, ut vera sit ἀντιλογία. Nam Ambrosius eumdem facit sensum hujus proloquii, *Non omnes resurgemus*, & hujus, *Omnes resurgemus*. Etenim si loquaris de his, qui ante Christi adventum decesserant, verum erit proloquium, *Omnes resurgemus*: si promiscue de iis, qui prius decesserant, & iis, quos dies ille vivos offenderit, æque verum erit, *Non omnes resurgemus*. Nec hoc magis mirum, quam si duo simul verum dicant, quum alter pronunciet omnes Theologos esse sinceros, de Lovaniensi- E bus sentiens: alter, non omnes Theologos esse sinceros, de cunctis in genere sentiens. Nec mirum, si Paulus in utroque numero ponit seipsum, quum docendi gratia prima persona pro quavis abutatur. Hæc quum partim a nobis fuerint annotata, partim apud celebres Auctores habeantur, partim ita sint perspicua, ut vel cæco, quod ajunt, appareant: quæ tandem ista rabies est in talibus viris, qui se lumina mundi videri volunt? Sed istis opto mentem saniorem, Ecclesiæ patronos his meliores. Nam hi plane non quærunt ea quæ sunt Jesu Christi, sed sub alio titulo plus quam Pharisæi gloriæ suæ ventrique suo serviunt. Amant πρωτοκαθεδρίας in Scholis, gaudent iisdem in opiparis conviviis, amant salutari Rabbini, venantur mitras & Abbatias, & adulantes hominibus adulterant sermonem Dei, suisque traditiunculis obscurant & obruunt scintillam charitatis Evangelicæ: idque faciunt adeo palam, ut diffisi præsidiis, quibus armatos decet esse Theologos, ad violentiam confugiant: quasi cogi possit humanum ingenium, ut aliud credat quam sentiat. Utinam aliquando expergiscatur Christus, & hoc Judaismo atque hac tyrannide liberet F populum suum. Nisi forte ideo nos redemit suo sanguine, ut hujusmodi portentis serviamus.

45 *In momento*] ἐν ἀτόμῳ, id est, *puncto temporis indivisibili*, a τέμνω *seco*, & α particula privativa. Ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμῦ, id est, *in ictu oculi*. Hieronymus ad Minerium indicat utrumque inveniri, & ῥιπὴ, id est, *ictus*, & ῥοπὴ, id est, *motus*. Prius translatum est ab ictu teli, seu fulminis: secundum a motu lancis, seu libræ: & alterum a ῥίπτω dictum, alterum a ῥέπω. Laurentius suspicatur Interpretem scripsisse non *ictu*, sed *nictu*, hoc est, motu oculi.

46 *Canet enim tuba*] σαλπίσει γὰρ, id est, *canet enim*: & subauditur *tuba*, quæ præcessit: nisi mavis dicere, *buccinabitur enim*: aut, sicuti vertit quidam in Homilia Origenis in Matthæum trigesima, *tubabit*, explanate potius quam Latine: nisi placet Angelum subaudire, de quo tamen hoc loco nulla mentio. In Ambrosianis Commentariis hæc non adduntur, *canet enim tuba*: quod satis apparet Librariorum vitio prætermissum, etiamsi nec in interpretatione significat se legisse. In codice Donatiani scriptum erat, *canet enim, & mortui resurgent*.

47 *Quum autem mortale hoc induerit*] Repetitur Græcis utraque pars, *Quum autem corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem*. Ὅταν δὲ τὸ φθαρτὸν τῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν. Licet refragantibus exemplaribus Latinis. Augustinus tamen juxta Græcos citat hunc locum sermone quadragesimo tertio in Joannem. Rursum sermone de verbis Apostoli secundo, atque item tertio.

48 *In victoria*] Ambrosius legit *contentione*: νεῖκος enim, si cum diphthongo scribatur, *contentionem* sonat: sin secus, *victoriam* significat. Atque ita Hieronymus legit alicubi in Epistola adversus Joannem Episcopum Hierosolymitanum. Rursus in Commentario Oseæ legit *contentione*: & pro *stimulo* legit *aculeum*. Nam illud est minutius, quod Græci sermonis ordinem immutavit vel Interpres vel Librarius: Πῦ σῦ θάνατε τὸ κέντρον; Πῦ σῦ ᾅδη νῖκος; Id est, *Ubi tuus mors aculeus? Ubi tua inferne victoria?* Cæterum testimonium, quod adducit, sumptum est ex Oseæ capite decimo tertio: idque magis juxta Septuaginta, quam juxta Hebraicam veritatem, quæ sic habet interprete Hieronymo: *Ero mors tua ô mors, ero morsus tuus inferne.* Juxta Septuaginta ad hunc legimus modum: Πῦ ἡ δίκη σῦ θάνατε; Πῦ τὸ κέντρον σῦ ᾅδη; Id est, *Ubi est causa*, sive *vindicta tua, mors? Ubi est aculeus tuus, inferne?* Porro quod Septuaginta transtulerunt, Πῦ ἡ δίκη σῦ; hoc est, *Ubi causa tua?* Hieronymus vertit, *Ero mors tua*. Symmachus interpretatus est, *Ero plaga tua*. Quinta Editio & Aquila, *Ubi sunt sermones tui?* Hebræis est verbum דבר, quod si scribatur per duo cametz דָּבָר sonat *verbum*: sin per sex puncta דֶּבֶר sonat *mortem*, sive *pestem*: juxta illud quod in Esaia legimus, *Mortem misit Dominus in Jacob, & venit in Israel*. Hieronymus vertit, *Verbum misit in Jacob, & venit in Israel*. Præterea pro *aculeo*, quem Hieronymus maluit vertere *morsum*, Symmachus ἀπάντημα transtulit, hoc est, *occursum*: Theodotion & quinta Editio *plagam* interpretati sunt.

49 *Deo autem gratias*] Τῷ δὲ Θεῷ χάρις, id est, *Deo autem gratia*: ut subaudias *est*, aut *sit*: quomodo loquuntur & Latini.

50 *Stabiles sitis & immutabiles*] ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι. *Et* copula redundat. Dicuntur autem ἑδραῖοι, qui firmam ac certam tenent fidem: ἀμετακίνητοι, qui aliunde aliò moveri & abduci non possunt.

1 *De collectis*] Περὶ δὲ τῆς λογίας, id est, *De collecta*, sive *collectione*: novum apud Paulum verbum, a *colligendo*, sive a *legendo* dictum. Apparet metaphoram ductam a fœtibus arborum aut terræ, quæ legi dicuntur: unde & leguminibus vocabulum. *Collationem* poterat vertere, nisi verbum hoc *collecta* tum, ut arbitror, solenniter receptum vulgo magis placuisset.

2 *Per unam sabbati*] σαββάτων, id est, *sabbatorum*. Theophylactus admonet *unam* dictam esse pro *primam*: significari autem diem Dominicum: in quo consentit Chrysostomus.

3 *Recondens*] θησαυρίζων, id est, *thesaurizans*: quod tandem vertit Latine, solitus antehac Græcam vocem relinquere.

4 *Quod ei bene placuerit*] ὅ τι ἂν εὐοδῶται. Laurentius ita vertendum existimat, *quod facile* aut *leve sit*, sive *quod bene cedat*. Mihi rectius vertendum videtur, *quicquid commodum fuerit*, & *quicquid Deo prospero contigerit*. Hoc autem addidit, ne forte puderet muneris parum magnifici. Interpres legisse videtur εὐδόκηται pro εὐοδῶται. Certe Theophylactus nobiscum facit, sic enarrans, ὅ τι ἂν ὁ Θεὸς εὐοδώσῃ καὶ πέμψῃ, καὶ ὃ εὐχερὲς ἔχῃ, id est, *quicquid Deus bene fortunaverit ac miserit, & quod in promptu fuerit*. Annotavit Chrysostomus non esse dictum *quicquid lucratus fueris*, sed *quicquid prospere obtigerit*: ut intelligerent facultates etiam a Deo suppeditari, & in hoc ipsum, ut inde sublevventur egentes. Ex Ambrosio non liquet quid legerit.

5 *Perferre gratiam vestram*] τὴν χάριν ὑμῶν. Hic plane *gratiam* pro *beneficio* posuit, sed gratis collato.

6 Quod

4 ψω ἀπενεγκεῖν τὴν χάριν ὑμῶν εἰς Ἱερουσαλήμ. Ἐὰν δὲ ἦ ἄξιον τοῦ κἀμὲ πορεύεσθαι, σὺν ἐμοὶ πορεύσονται. 5 Ἐλεύσομαι δὲ πρὸς ὑμᾶς, ὅτ' ἂν Μακεδονίαν διέλθω· 6 Μακεδονίαν γὰρ διέρχομαι. Πρὸς ὑμᾶς δὲ τυχὸν παραμενῶ, ἢ καὶ παραχειμάσω, ἵνα ὑμεῖς με προπέμψητε, οὗ ἐὰν πορεύωμαι. 7 Οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἄρτι ἐν παρόδῳ ἰδεῖν, ἐλπίζω δὲ χρόνον τινὰ ἐπιμεῖναι πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν ὁ Κύριος ἐπιτρέπῃ. 8 Ἐπιμενῶ δὲ ἐν Ἐφέσῳ ἕως τῆς πεντηκοστῆς. 9 Θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη καὶ ἐνεργής, καὶ 10 ἀντικείμενοι πολλοί. Ἐὰν δὲ ἔλθῃ Τιμόθεος, βλέπετε ἵνα ἀφόβως γένηται πρὸς ὑμᾶς· τὸ γὰρ ἔργον Κυρίου 11 ἐργάζεται, ὡς καὶ ἐγώ. Μή τις οὖν αὐτὸν ἐξουθενήσῃ, προπέμψατε δὲ αὐτὸν ἐν εἰρήνῃ, ἵνα ἔλθῃ πρός με· ἐκ12δέχομαι γὰρ αὐτὸν μετὰ τῶν ἀδελφῶν. Περὶ δὲ Ἀπολλῶ τοῦ ἀδελφοῦ, πολλὰ παρεκάλεσα αὐτὸν, ἵνα ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς μετὰ τῶν ἀδελφῶν· καὶ πάντως οὐκ ἦν θέ13λημα, ἵνα νῦν ἔλθῃ· ἐλεύσεται δὲ, ὅτ' ἂν εὐκαιρήσῃ. Γρηγορεῖτε, στήκετε ἐν τῇ πίστει, ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε. 14 15 Πάντα ὑμῶν ἐν ἀγάπῃ γινέσθω. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ, ὅτι ἐστὶν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας, καὶ εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυ16τοὺς, Ἵνα καὶ ὑμεῖς ὑποτάσσησθε τοῖς τοιούτοις, καὶ 17 παντὶ τῷ συνεργοῦντι καὶ κοπιῶντι. Χαίρω δὲ ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ Στεφανᾶ, καὶ Φουρτουνάτου, καὶ Ἀχαϊκοῦ, ὅτι τὸ 18 ὑμῶν ὑστέρημα οὗτοι ἀνεπλήρωσαν. Ἀνέπαυσαν γὰρ τὸ ἐμὸν πνεῦμα καὶ τὸ ὑμῶν· ἐπιγινώσκετε οὖν τοὺς τοιούτους. 19 Ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ Ἐκκλησίαι τῆς Ἀσίας. Ἀσπάζονται ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ πολλὰ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα, 20 σὺν τῇ κατ' οἶκον αὐτῶν Ἐκκλησίᾳ. Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀδελφοὶ πάντες. Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι

perferant munificentiam vestram Hierosolymam. 6 Quod si fuerit operæ pretium ut & ipse proficiscar, mecum proficiscentur. Veniam autem ad vos, quum Macedoniam transiero: 7 Macedoniam enim pertransiturus sum. Apud vos autem forte permanebo, 8 aut etiam hybernabo, ut vos me deducatis, quocunque proficiscar. Nolo enim vos nunc 9 in transcursu videre, sed spero tempus aliquantum mansurum me apud vos, si Dominus permiserit. Commorabor autem Ephesi 10 usque ad diem quinquagesimum. Nam ostium mihi apertum est 11 magnum & efficax, 12 & adversarii multi. Quod si venerit Timotheus, videte ut absque metu sit apud vos: opus enim Domini operatur, quemadmodum & ego. Ne quis igitur eum spernat, sed prosequamini eum cum pace, ut veniat ad me: exspecto enim illum cum fratribus. 13 Porro de Apollo fratre, multum hortatus sum illum, ut iret ad vos cum fratribus: 14 & omnino non erat voluntas nunc eundi: venturus est autem, 15 quum opportunitatem erit nactus. Vigilate, state in fide, viriliter agite, estote fortes. 16 Omnia vobis cum charitate fiant. Obsecro autem vos, fratres, 17 nostis familiam Stephanæ esse primitias Achaiæ, & quod in ministerium sanctis ordinarunt sese ipsos, Ut & vos subditi sitis talibus, & omni adjuvanti & laboranti. Gaudeo vero de adventu Stephanæ, & Fortunati, & Achaici, quoniam 18 id, quod mihi deerat vestri, 19 hi suppleverunt: Refocillaverunt enim spiritum meum ac vestrum: agnoscite itaque hujusmodi. Salutant vos Ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in Domino multum Aquila & 20 Priscilla, 21 cum ea quæ in domo est ipsorum Ecclesia. Salutant vos fratres omnes. Salutate

6 *Quod si dignum fuerit*] Ἐὰν δὲ ἦ ἄξιον. Græcis hæc vox aliquanto secus usurpatur nonnunquam atque apud nos, pro tanti est: unde nos vertimus, *Quod si fuerit operæ pretium*, hoc est, Si res fuerit tanti.

7 *Nam Macedoniam pertransibo*] Nihil refert ad sententiam, tametsi διέρχομαι ambiguum est ad utrumque tempus: unde non perperam vertit *pertransibo*.

8 *Vel etiam hyemabo*] Quanquam *hyemandi* verbum apud Suetonium in Cæsare Augusto sic videtur usurpari, quasi sonet affligi incommodo hyemis, & apud Salustium, notante Seneca, nove dictum est *hyemare mare*, quum tempestate molestum est, tamen subinde reperitur idem verbum in Commentariis Cæsaris pro *hybernare*, hoc est, hyemem transigere. Apud Suetonium autem ipse sensus admonet, ut Augustus accipiatur Romæ solere frigore hyberno offendi. Verba Suetonii sic habent: *Ac per annos amplius quadraginta eodem cubiculo hyeme & æstate mansit, quamvis parum salubrem valetudini suæ urbem experiretur, assidueque in urbe hyemaret*. Hæc ille. Quum Suetonius afferat hoc argumentum, quo doceat, Augustum exiguam habuisse curam valetudinis, & utraque sermonis particula pendeat a dictione *quamvis*, quid ad rem facit, quod assidue hyemem agebat Romæ, ut omittam dubium esse an recte dicatur, *assidue hyemare* pro semper. Sed illud sentit, Augustum assidue Romæ ob rigorem pejus habere: & hæc posterior particula probat superiorem, quæ dicit Romam fuisse incommodam valetudini ejus, quod illic in hyeme semper periclitaretur. Hæc non addidissem, nisi fuisset, qui hinc struxisset calumniam.

9 *In transitu videre*] ἐν παρόδῳ, id est, *obiter*, ac velut aliò properans.

10 *Usque ad Pentecosten*] ἕως τῆς Πεντηκοστῆς, & *usque ad quinquagesimum*; ut subaudias *diem*: neque enim de festo loquitur, opinor: & haud scio, an Pentecostes festum id temporis notum fuerit Gentium auribus, præsertim quum Paulus in Epistola ad Romanos, quam constat post hanc esse scriptam, tollat omne discrimen dierum, & infirmos vocet, qui diem cum die conferunt. Certe nullus veterum Interpretum, quantum equidem memini, facit ullam *festi* mentionem. Thomas satis frigide se hinc explicat, adscribens: *Forte hæc Epistola missa fuit in hyeme, seu in vere, & tunc post Pentecosten debebat ire in Macedoniam, & morari ibi usque ad hyemem, & tunc ire Corinthum & hyemare.* Theophylactus citra controversiam interpretatur, *usque ad quinquagesimum diem*, adscribens hoc esse argumentum insigniter amantis, quod temporis etiam modum præscripsisset. Haud dissentanea his scribit Chrysostomus, tametsi non perinde liquet an de Judæorum festo die senserit, an de spatio moræ. Item Ambrosius interpretatur, ideo diutius manendum Ephesi, quod illic multos haberet adversarios, & fructus esset ingens. Neuter de festo verbum facit. Quanquam in Actis capite vigesimo, quum ait, τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς, videtur aliquod festum Judæis significare. Etiamsi Beda in Glossa ordinaria putat Paschæ & Pentecostes festum etiam Apostolorum temporibus fuisse celebratum ritu Christiano. Hoc commentum opinor ab illis repertum, ne Paulus crederetur observare dies festos Judæorum, quos docuerat esse negligendos. Apud Priscos illos magna contentio fuit de tempore ritaque celebrandi Paschæ festum, quod si ab hoc die numerentur quinquaginta, erit eadem controversia de Pentecostes die, de quo tamen nulla fuit controversia. Verum hac in re suo quisque judicio fruatur incolumi charitate.

11 *Magnum & evidens*] μεγάλη καὶ ἐνεργὴς, id est, *magnum & efficax*. Scribitur enim per ε, non per α. Interpres legisse videtur ἐναργὴς, per α: idque Græcis sonat *evidens*: atque ita legit Ambrosius, secus Chrysostomus & Theophylactus.

12 *Et adversarii multi*] Consentiunt quidam Græci codices cum nostra vulgata Editione. Quanquam aptius alioqui videbatur quod adducit Hieronymus in Commentariis quibus explicat Johelem, *Ostium mihi apertum est magnum & evidens, sed adversarii multi*: ut intelligas spem fructus esse uberem, sed non sine negotio, ob eos qui conarentur impedire.

13 *De Apollo autem fratre*] *Fratre*, & *notum vobis facio*, hæc verba in Græcis codicibus non invenio: *fratre* invenio in quibusdam. Verum hæc eclipsis familiaris est Epistolis, ut subaudiatur *respondeo*, aut *scito*, aut aliud huic simile: veluti, *De libris quos putabas perisse, sunt in tuto apud generum*. Itaque ob simplicem Lectorem Interpres adjecisse videtur, *notum vobis facio*.

14 *Et utique*] πάντως; more suo vertit *utique* pro *omnino*. *Non fuit ei voluntas*, οὐκ ἦν θέλημα, id est, *non erat voluntas*. *Ei* addidit Interpres explicandi causa. Theophylactus ad Dei voluntatem refert, cui non fuerit ita visum. Chrysostomus legit ut Theophylactus: de voluntate Dei dissimulat.

15 *Quum ei vacuum fuerit*] ὅταν εὐκαιρήσῃ, id est, *quum erit opportunum*: quanquam *vacat* idem efficit: & ita vertit in Actis Apostolorum, *Athenienses ad nihil aliud vacabant*, ηὐκαίρουν. Hæc particula facit pro commento Theophylacti. Nam si venturus erat, simul atque vacaret, non deerat ipsius voluntas, sed deerat opportunitas.

16 *Omnia enim vestra*] *Enim* hoc loco prorsus otiosum est. Nec est usquam apud Græcos, sed Πάντα ὑμῶν: nec additur apud Ambrosium, ac ne in Paulino quidem exemplari, aut Constantiensi. Exponit enim quid dixerit *confortari*. Superstitio reddit infirmos, charitas fortes.

17 *Nostis domum Stephanæ & Fortunati & Achaici*] *Fortunatum* & *Achaicum* hoc loco Græci codices non habent, sed tantum *Stephanam*, licet hi tres paulo post conjungantur. In Constantiensi *Fortunatus* addebatur, *Achaicus* nequaquam. Et hoc loco *domus* familiam significat, quam *primitias Achaiæ* vocat, quod prima susceperit Christum. Porro quod οἴδατε vertit *nostis*, potest intelligi & *noveritis*, ut jubeat agnosci benemeritos, maxime quia paulo post de iisdem loquens, *cognoscite ergo*, inquit, *hujusmodi*. Ambrosius interpretatur *cognoscere*, honorem habere, assentiente & Theophylacto. Ex hoc loco videntur arripuisse occasionem, qui in Epistola ad Romanos capite ultimo, pro *primitiæ Asiæ*, mutaverunt *primitias Achaiæ*.

18 *Quod vobis deerat*] τὸ ὑμῶν ὑστέρημα, id est, *vestrum defectum*: nempe quoniam pro omnibus venerant ad Paulum. Ita *quod deerat*, id est, quod Paulus desiderabat in Corinthiis, nimirum præsentiam illorum, id isti suo adventu supplerunt. Faber legit, ὅτι ὑστέρημά μου, id est, *quoniam defectum meum*; verum id ad sensum perparvi refert. Et paulo superius, ἐν παρουσίᾳ, vertere poterat, *in adventu*. Ambrosius anceps hoc loco utrumque sensum attingit, ita edisserens: *Quia præsentes sunt apud vos, & in illis magnum potestis habere profectum*, sive *quia mihi venerunt pro vobis ministrare officium charitatis*.

19 *Ipsi suppleverunt*] οὗτοι, id est, *hi*. Interpres legisse videtur αὐτοί.

20 *Prisca*] Græce *Priscilla*: quemadmodum & superius.

21 *Cum domestica sua ecclesia*] Recte quidem vertit, sed non ad

21 ματι ἁγίῳ. Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου. 22 Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἤτω ἀνάθε- 23 μα, μαραναθά. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χρι- 24 στοῦ μεθ' ὑμῶν. Ἡ ἀγάπη μου μετὰ πάντων ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.

Πρὸς Κορινθίους πρώτη

ἐγράφη ἀπὸ Φιλίππων διὰ Στεφανᾶ καὶ Φουρτουνάτου καὶ Ἀχαϊκοῦ καὶ Τιμοθέου.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΠΡΩΤΗΣ

ΤΕΛΟΣ.

A lutate invicem osculo sancto. Salutatio 21 22 mea manu Pauli. Si quis non diligit Dominum Jesum Christum, 22 23 sit anathema, maranatha. Gratia Domini Jesu 23 24 Christi sit vobiscum. Dilectio mea cum omnibus vobis in Christo Jesu. Amen.

Ad Corinthios prior

missa fuit e Philippis per Stephanam & Fortunatum & Achaicum & Timotheum.

EPISTOLÆ AD CORINTHIOS PRIORIS

FINIS.

ad verbum, ut Ambrosius, *cum ea quæ in domo eorum est ecclesia*, *σὺν τῇ κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίᾳ*. Verum hic maluissem *congregationem*, quam *ecclesiam*, quum significet familiam Christianam. *Apud quos & hospiter.* Hoc non reperio additum in Græcis codicibus, quanquam ita legit Ambrosius.

22 *Mea manu Pauli*] *Mea*, casus est ablativi. *Mea*, nempe Pauli.

23 *Anathema sit*] Hac voce Paulus solet extremum exitium significare, quod Hebræi vocant חֵרֶם. Cæterum *Maran atha* Ambrosius putat vocem Syram esse potius quam Hebraicam, licet inter has linguas nonnulla fuerit affinitas: sonare autem apud illos, *Dominus noster venit*. Quanquam inter Hebraica vocabula, quæ nullo certo auctore feruntur, reperio *Maran atha*, expositum, *in adventu Domini nostri*: ut cohæreat cum superiori, *sit anathema in adventu Domini nostri*: veluti referat finem Malachiæ, *Ne forte veniam & percutiam terram anathemate.* Theophylactus ad Ambrosii sententiam interpretatur, *Dominus venit*: vultque videri ceu jusjurandum, quo confirmet Dominum adven- B turum. Eadem ferme divus Hieronymus in Epistola quadam ad Marcellam, cujus super hac re verba non gravabor adscribere: *Maran atha magis Syrum est quam Hebræum: tametsi ex confinio utrarumque linguarum aliquid & Hebræum sonat: & interpretatur* מָרַן אֲתָא *Dominus noster venit: ut sit sensus, Si quis non amat Dominum Jesum, anathema sit: & illo completo deinceps inferatur, Dominus noster venit. Quod superfluum sit odiis pertinacibus adversus eum velle contendere, quem venisse jam constet.* Hactenus Hieronymus. Nec his dissimilia scripsit Augustinus. Illud admonendum erat, in *Dominus noster venit*, *venit* esse præteriti temporis; est enim ἦλθε: id declarantibus Græcis Interpretibus, si parum ex interpretatione Hieronymi liqueret. Rursus hic mihi monendus est Lector, hæc verba, quæ modo retuli ex Hieronymo, *Maran atha magis Syrum est quam Hebræum, tametsi ex confinio utrarumque linguarum aliquid & Hebræum sonat, & interpretatur, Dominus noster venit*, habentur eadem in Commentariis Ambrosianis, & in his scholiis, quæ feruntur Hieronymi titulo.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM PRIOREM AD CORINTHIOS

FINIS,

PER

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

ΥΠΟ-

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

τῆς πρὸς

ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ

ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Μακεδονίας· ἡ δὲ πρόφασις τῆς ἐπιστολῆς αὕτη. Δεξάμενοι Κορίνθιοι τὴν προτέραν ἐπιστολὴν, κατενύγησαν ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ τοῦ λαβόντος τὴν μητρυιὰν, καὶ ἐλυπήθησαν, ὡς παριδόντες τὸ τοιοῦτον ἁμάρτημα· εἶτα ὑφηρπάζοντο ὑπό τινων, τῶν καὶ τὰς προφάσεις τῶν σχισμάτων ποιούντων, ὥστε παρακαθέζεσθαι τῷ γράμματι τοῦ νόμου, καὶ ἀδιάφορον ἡγεῖσθαι τὴν παρὰ τοῦ Χριστοῦ χάριν, καὶ μᾶλλον προσέχειν τοῖς ἐν προσώπῳ καυχωμένοις· ἦσαν δὲ καὶ περὶ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους φροντίζοντες καλῶς. Πρὸς ταῦτα οὖν ἀντιγράφει ὁ Ἀπόστολος. Καὶ πρῶτον μὲν ἀποδέχεται τοὺς ἐκβαλόντας τὸν παρανομήσαντα· ἔπειτα ἀξιώσασιν αὐτοῖς ἀνθικετεύει, καὶ μετανοήσαντα ἐκεῖνον κελεύει δεχθῆναι. Ἐν αὐτῇ δὲ διδάσκει περὶ τοῦ νόμου, διαιρῶν τὸ γράμμα τοῦ νόμου· καὶ δείκνυσιν, ὅτι οὐ δεῖ λαμβάνειν τὰ γράμματα μόνον τοῦ νόμου, ἀλλ᾽ ἐν αὐτῷ τῷ γράμματι τὴν διάνοιαν ἐρευνᾷν· οὐ γὰρ μόνον ῥῆμά ἐστιν ὁ νόμος, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς ῥητοῖς ἐστι, καὶ ὁ νοῦς τοῦ πνεύματος. Ἔπειτα ὅτι τοῦ Χριστοῦ ἐλθόντος καινὴ κτίσις γέγονεν, καὶ οὐ δεῖ κατὰ τὸ παλαιὸν ζῆν, ἀλλ᾽ ὡς ἐν καινῇ κτίσει ἐν πᾶσιν ἀνανεοῦσθαι, καὶ ἀργὴν εἶναι λοιπὸν τὴν περιτομήν. Ἀποδέχεται δὲ αὐτοὺς καὶ περὶ τῆς διακονίας, καὶ προτρέπεται αὐτὴν μᾶλλον πλεονάζειν· αἰτιώμενος δὲ τοὺς ἐν προσώπῳ καυχωμένους, καταλέγει πάντα, ἅπερ πέπονθε διὰ τὸν Κύριον· καὶ τὰς ὀπτασίας δὲ διηγεῖται, ἅσπερ ἑώρακεν, εἴς τε τὸν παράδεισον καὶ εἰς τὸν τρίτον οὐρανὸν ἁρπαγείς. Εἶτα παραγγείλας μὴ ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ μετανοεῖν τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐν εὐχαριστίᾳ, τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν. Ἔστι δὲ καὶ ταῦτα, ὁ πᾶς λόγος ἐστὶ ἐν τῇ ἐπιστολῇ περί τε ἑαυτοῦ, καὶ περὶ Κορινθίων καὶ τῶν ψευδαποστόλων. Καὶ ἐκ ταύτης τῆς ὑποθέσεως πρόεισιν εἴς τε τὰ τῆς χάριτος Θεοῦ, καὶ περὶ ἀγαθῆς πολιτείας, κατὰ τὸ εὐσυνείδητον, καὶ τὸ ἐναγώνιον, καὶ τὸ ἀφιλοχρήματον, καὶ περὶ τῆς μεταδοτικῆς ἀρετῆς, καὶ περὶ τῆς τῶν ψευδαποστόλων ἀλαζονείας καὶ πονηρίας.

IN SECUNDAM AD

CORINTHIOS EPISTOLAM

Argumentum per

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

Primum reddit causas Corinthiis, quare non reviserit illos, quemadmodum pollicitus est Epistola superiore: prius quædam præfatus de suis afflictionibus, quas ob Evangelium Christi perpetiebatur, ostendens in tantis malis Deum sibi fuisse solatio. Mox reconciliat Corinthiis eum, quem superiore Epistola jusserat tradi Satanæ, ut amanter reciperent castigatum, quem peccantem ejecerant. Hæc ferme capite primo ac secundo. Deinde prædicat studium suum in Evangelio prædicando, obiter taxans ac notans cæteros pseudapostolos, qui suo servientes quæstui, suæ studentes gloriæ, nusquam non pelliciebant ad Legem Mosaicam, quam Christo sic conabantur admiscere, quasi sine hujus accessione non esset spes salutis. Itaque umbris Legis Mosaicæ præfert Evangelii lucem: subinde adhortans illos non ad ceremonias Legis, sed ad conscientiam vitamque Christo dignam: testans interim qua sinceritate prædicaverit Evangelium Christi, quantumque malorum ejus gratia perpessus sit spe præmii cœlestis. Ad hæc indicat quibus in rebus sita sit potissimum Christiana pietas. Hæc tractantur in calce capitis secundi, capite tertio, quarto, quinto, & principio sexti. Nam reliqua hujus capitis parte simulque initio proximi hortatur illos, ut agnoscentes dignitatem & sanctitatem suæ professionis, modis omnibus abstineant ab inquinamentis Ethnicorum, cum quibus nihil esset illis commune. Quarto loco lenit superioris reprehensionis acerbitatem, collaudans illorum obedientiam, quod Epistolæ suæ, licet objurgatrici, per omnia paruissent: gratulaturque, quod is mœror temporarius summum gaudium utrisque pepererit, velut quum ex amaro pharmaco consequitur gratissima sanitas. Quinto loco cum exemplo Macedonum, tum variis argumentis ac Scripturarum testimoniis provocat, ut pro sua quisque facultate prŏque animi propensione conferat aliquid in subsidium sanctorum, qui Hierosolymis agebant, memor hoc sibi mandatum a Petro: ad hoc negotii misso Tito cum altero Collega, ut plerique putant, Luca, quos commendat Corinthiis. Hæc agit capite octavo & nono. Sexto, quos ante taxavit oblique, palam insectatur pseudapostolos, qui fastu ac supercilio dignitatem ac majestatem Apostolicam præ se ferebant, Paulum in contemptum vocantes velut humilem, ut qui cerdonicam exercuerit, velut imperitum & infantem, ad hæc toties cæsum ac vexatum injuriis. Adversus hos auctoritatem suam asserit apud Corinthios, testans nusquam sibi deesse auctoritatem ac potestatem Apostolicam, sed qua nolit uti gravandis aliis, quemadmodum cæteri, sed tantum ad commodum suorum & Christi gloriam. Deinde præfatus veniam stultitiæ, quod de se gloriosius quædam dicere cogeretur, primum æquat se summis Apostolis, deinde præfert etiam, idque multis nominibus, vel quod latius sparserit Evangelii doctrinam, vel quod unus gratuito eam tradiderit, neque per se neque per suos gravans Achaicos, vel quod plura perpessus sit Evangelii causa, quam illorum quisquam: ea sibi gloriæ vertens, ob quæ quibusdam videbatur contemptior. Porro sermonis imperitiam agnoscens modestiæ causa, rerum scientiam sibi vindicat, ne quid vel hîc desiderent. Postremo quoniam pseudapostoli fictis Angelorum visionibus sese venditabant apud simplices, Paulus veram & insignem adducit visionem, se raptum in tertium usque cœlum, atque illic edoctum, quæ captum hominum excedant. Hæc fere capite decimo, undecimo, & duodecimo. Septimo, ne per pseudapostolos relaberentur in pristina vitia, testatur sibi in animo esse invisere illos: cum auctoritate interminans, ne tales eos offendat, ut sui similis esse cogatur: aut ne, sicut Epistola sævire coactus est, ita præsens quoque sævire cogatur, quod antehac non fecerit, quum suo jure potuisset. Hæc agit in calce capitis duodecimi, & capite decimo tertio. Græcorum inscriptiones testantur, hanc Epistolam missam e Philippis per Titum & Lucam. Cæterum argumenta, quæ nullo auctore, sed commoda brevitate habentur in Latinis codicibus, testantur, per eosdem missam e Troade: nam hujus loci meminit capite secundo.

EPISTOLA PAULI AD CORINTHIOS SECUNDA.

I. α 1 ΠΑΥΛΟΣ Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, σὺν τοῖς ἁγίοις πᾶσι τοῖς 2 οὖσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ· Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ 3 Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ Πατὴρ 4 τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως, Ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει, διὰ τῆς 5 παρακλήσεως, ἧς παρακαλούμεθα αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Ὅτι καθὼς περισσεύει τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ εἰς ἡμᾶς, οὕ-6 τως διὰ Χριστοῦ περισσεύει καὶ ἡ παράκλησις ἡμῶν. Εἴτε δὲ θλιβόμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας, τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων, ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν· εἴτε παρακαλούμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας· καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία 7 ὑπὲρ ὑμῶν, Εἰδότες ὅτι ὥσπερ κοινωνοί ἐστε τῶν παθημά-β 8 των, οὕτως καὶ τῆς παρακλήσεως. Οὐ γὰρ θέλομεν ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὑπὲρ τῆς θλίψεως ἡμῶν, τῆς γενομένης ἡμῖν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρήθημεν ὑπὲρ δύναμιν, ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν. 9 Ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν, ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ 10 τῷ Θεῷ τῷ ἐγείροντι τοὺς νεκροὺς, Ὃς ἐκ τηλικούτου θανάτου

A B

I. 1 PAULUS Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, ac Timotheus frater, congregationi Dei, quæ est Corinthi, una cum sanctis omnibus, qui sunt [1] in tota Achaia: 2 Gratia vobis & pax [2] a Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo. 3 [3] Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui est Pater misericordiarum, 4 & Deus [4] omnis consolationis, Consolans nos in omni afflictione nostra, in hoc ut possimus consolari eos qui sunt in quavis afflictione, [5] per consolationem, qua nosipsos consolatur Deus. 5 Quoniam [6] sicut abundant afflictiones Christi in nobis, ita per Christum abundat & consolatio nostra. 6 Sive autem affligimur, id fit [7] pro vestri consolatione ac salute, [8] quæ operatur in tolerantia [9] earumdem afflictionum, quas & nos patimur: sive consolationem accipimus, pro vestri consolatione ac salute: spes etiam nostra firma est pro vobis, 7 Quum sciamus quod quemadmodum participes estis afflictionum, [10] sic futuri sitis & consolationis. 8 Non enim volumus vos ignorare, fratres, de afflictione nostra, [11] quæ nobis accidit in Asia, quoniam supra modum gravati fuimus supra vires, [12] adeo ut desperaverimus etiam de vita. 9 Quin ipsi in nobisipsis [13] sententiam mortis acceperamus, ne confideremus in nobisipsis, sed in Deo, qui ad vitam suscitat mortuos, 10 Qui [14] ex

1 IN *universa Achaia*] ἐν ὅλῃ, id est, *in tota*: nimirum reliqua: nam ipsa Corinthus est in Achaia, cujus & metropolis est.

2 *A Deo Patre nostro & Domino*] Leviculum est quod admonet Laurentius de amphibologia, quasi legi possit, *a Deo Patre nostro & Domini Jesu Christi*. Siquidem id Paulo est peculiare, *Patrem* vocare Deum, Christum *Dominum*. Admonuimus & alias sermonem Græcis esse ancipitem: nam potest accipi, ut gratia proficiscatur a Patre & a Filio, aut ut proficiscatur a Patre, communi Christo & nobis. Cæterum quod Ambrosius tantum legit *a Deo*, nec addit *Patre & Domino nostro Jesu Christo*, id fortassis Scribarum accidit vitio.

3 *Benedictus Deus & Pater*] ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ. Unicus apud Græcos articulus facit, ut *Deus & Pater* ad eumdem pertineant, quum apud Latinos possint intelligi duo, *Deus & Pater*. Idem fuisset apud Græcos, si dixisset, ὁ Θεὸς καὶ ὁ Πατὴρ. Expressius reddi poterat, *ille qui est Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi*.

4 *Totius consolationis*] Magis hîc quadrabat *omnis consolationis*. Atque ad eum modum refert Hieronymus in Commentariis Esaiæ. Quidam exponunt *perfectam consolationem*. Et in hac Epistola Lector, si non pigebit conferre Commentarios Ambrosii cum scholiis quæ feruntur nomine Hieronymi, videbis miram confusionem. Hoc studium non erat omnino damnandum, si quod factum est in *Aurea Catena*, idem hîc fuisset factum. Nunc mutilum habemus Ambrosium, imo confusum, nec hos habemus integros.

5 *Per exhortationem*] διὰ τῆς παρακλήσεως, id est, *per consolationem*. Est eadem vox, quam modo *consolationem* verterat. *Qua exhortamur & ipsi*, παρακαλούμεθα, id est, *consolamur*. Quam intempestiva copiæ affectatio. Interpres legit, καὶ αὐτοὶ, id est, *& ipsi*: quum apud Græcos non addatur conjunctio καὶ, nec mihi displicet addi: Sicut nos consolante Deo fortes sumus in rebus asperis, ita convenit nostra fortitudine vicissim confirmari animos aliorum vel exemplo vel exhortatione. Et *consolamur* hoc loco passivum est: unde Ambrosius legit, *exhortationem consequimur*. Quum sint autem duæ partes orationis, *sive*, & *sive*, quarum utraque respondet uni clausulæ, nempe huic, *& spes nostra firma est pro vobis*: quæ apud nos adjicitur posteriori, Græcis in medio ponitur: a quibus tamen hîc dissentimus. Cæterum miror quod sequutus exemplar Aquinas, ex duabus partibus tres facit, *Sive tribulamur pro vestra exhortatione, sive consolamur pro vestra consolatione, sive exhortamur pro vestra exhortatione.* Sed reclamantibus Græcorum pariter ac Latinorum exemplaribus, etiam vetustis, nominatim Paulino & Donatianico: ad hæc utroque Constantiensi. Neque video quis locus hîc esse possit tertiæ parti, quum *consolari* & *exhortari* Græcis idem sit verbum: & tamen ad eum modum ille interpretatur etiam, non solum legit. Nam apud Ambrosium opinor eamdem sententiam aliis verbis repetitam, quum ita legit, *Sive autem angustiam patimur, pro vestra exhortatione & salute*: ac mox interjecto commentariolo, *Sive autem pressuram patimur pro vestra exhortatione & salute, sive exhortationem consequimur pro vestra exhortatione, qua operatur*, & cætera. Item in Theophylacto verso, de suo addidit Interpres, bis explicans Græca: tametsi nec Chrysostomus diligenter enarrans hunc locum, nec Theophylactus attingat plures partes quam duas: quanquam alioqui potest & hic accipi sensus, ut singulis particulis proxima respondeat: Sive tribulamur, id fit ad exhortandos vos & ad salutem vestram, ut nostro exemplo roboremini, si quid afflictionis inciderit: sive refocillamur consolatione, id fit ad consolationem vestri, ut eadem passi, speretis eadem. Atque ita particula quæ sequitur, *& spes nostra*, peculiariter pertinebit ad partem posteriorem. Hoc adjeci, quod videam Paulum & alias hujusmodi sermonis forma usum, velut illic: *Neque enim qui in manifesto Judæus est, aut in carne circumcisio*. Nam conjunctio δὲ non patitur has particulas adhærere superioribus.

C

6 *Sicut abundant passiones Christi*] περισσεύει, quod absolute dictum accipi potest. Chrysostomus indicat & ad Christum posse referri, quasi plura pertulerint quam Christus.

7 *Pro vestra exhortatione*] Rursum est παρακλήσεως, id est, *consolatione*: quanquam & apud Ambrosium hæc video confundi, quasi nihil admodum intersit inter *exhortationem* & *consolationem*, quod quisquis consolatur, hortatur ut forti sis animo.

8 *Qua operatur tolerantiam*] τῆς ἐνεργούσης, sive, ut quidam habent, ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ πολλῇ, id est, *qua operatur in tolerantia multa*. *Operatur* autem est agit, ac vim suam explicat & aperit. Etiamsi Chrysostomus legendum putat ἐνεργουμένης passive, non ἐνεργούσης, ut locus sit gratiæ Dei, cui præcipua laus nostræ salutis debetur, & ἐνεργεῖται interpretatur δείκνυται, αὔξεται, ἐπιτείνεται, id est, *ostenditur, crescit*, & *intenditur, fitque major*.

D

9 *Earumdem passionum*] τῶν αὐτῶν παθημάτων, id est, *eorumdem malorum*, sive *dolorum*, aut *earumdem afflictionum*. Et paulo post, κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων, id est, *participes estis malorum*, aut *afflictionum*: nam *passio* vox est dura Latinis auribus.

10 *Sic eritis & consolationis*] *Eritis* additum est. Videtur autem subaudiendum *estis* potius quam *eritis*: nam apud Græcos non additur. Sentit enim hîc quoque utrumque esse commune, afflictionem malorum, & consolationem Dei. Et in hanc sententiam interpretatur Theophylactus suo more sequutus Chrysostomum. Siquidem Ambrosius legit, *ita ut desperaremus nos etiam vivere*: & interpretatur afflictiones processisse usque ad mortem illatam.

E

11 *Qua facta est in Asia*] Græci addunt *nobis*, τῆς γενομένης ἡμῖν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, id est, *qua contigit nobis in Asia*.

12 *Ita ut tæderet nos etiam vivere*] ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν, potest accipi, *ut desperaremus etiam de vita*. Atque in hunc sensum accipit divus Ambrosius, & huic consentiens Theophylactus: nec dissonat Chrysostomus.

13 *Responsum mortis*] ἀπόκριμα: velut ipsis periculis nihil aliud denunciantibus quam mortem.

14 *De tantis periculis*] ἐκ τηλικούτου θανάτου, id est, *tanta morte*. Est enim τηλικοῦτος, quod quantitatem significat potius quam qualitatem. Ambrosius propius accedens ad Græcam veritatem legit, *de tantis mortibus*: quemadmodum legit Chrysostomus, ostendens ὑπερβολικῶς ingentia discrimina, dictas esse mortes.

νάτυ ἐῤῥύσατο ἡμᾶς, καὶ ῥύεται· εἰς ὃν ἠλπίκαμεν, A
11 ὅτι καὶ ἔτι ῥύσεται, Συνυπυργούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει, ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων, τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα, διὰ πολλῶν εὐχαρισηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν.
12 Ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐςὶ, τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν, ὅτι ἐν ἁπλότητι καὶ εἰλικρινείᾳ Θεοῦ, οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, ἀλλ' ἐν χάριτι Θεῦ ἀνεςράφημεν ἐν τῷ κόσμῳ, περισσοτέρως δὲ πρὸς ὑ-
γ 13 μᾶς. Οὐ γὰρ ἄλλα γράφομεν ὑμῖν, ἀλλ' ἢ ἃ ἀναγινώσκετε, ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε· ἐλπίζω δὲ, ὅτι
14 καὶ ἕως τέλυς ἐπιγνώσεσθε, Καθὼς καὶ ἐπέγνωτε ἡμᾶς ἀπὸ μέρους, ὅτι καύχημα ὑμῶν ἐσμὲν, καθάπερ καὶ ὑμεῖς ἡμῶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου Ἰη- B
15 σοῦ. Καὶ ταύτῃ τῇ πεποιθήσει ἐβουλόμην πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν πρότερον, ἵνα δευτέραν χάριν ἔχη-
16 τε, Καὶ δι' ὑμῶν διελθεῖν εἰς Μακεδονίαν, καὶ πάλιν ἀπὸ Μακεδονίας ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ
17 ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Τοῦτο οὖν βουλευόμενος, μή τι ἄρα τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην; ἢ ἃ βουλεύομαι, κατὰ σάρκα βουλεύομαι;

ex tanta morte [15] eripuit nos, & eripit: [16] in quo ſpem fixam habemus, quod etiam poſthac erepturus ſit, 11 Simul adjuvantibus & vobis per deprecationem pro nobis, [17] ut ex multis perſonis, pro dono in nos collato, per multos gratiæ agantur pro nobis. [18] Nam gloria- 12 tio noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod [19] cum ſimplicitate & ſinceritate Dei, non ſapientia carnali, ſed per gratiam Dei converſati fuerimus in mundo, [20] abundantius autem erga vos. Non 13 enim alia ſcribimus vobis, quam quæ [21] legitis aut etiam agnoſcitis: ſpero autem quod uſque ad finem quoque agnoſcetis, Quemadmodum & agnoviſtis nos 14 ex parte, quoniam gloria veſtra ſumus, quemadmodum & vos noſtra, [22] in die Domini Jeſu. Et hac fidu- 15 cia volebam ad vos venire prius, [23] ut geminam apud vos inirem gratiam, Et per vos pertranſire in Mace- 16 doniam, & rurſum a Macedonia venire ad vos, ac a vobis deduci in Judæam. [24] Hoc igitur quum in ani- 17 mo verſarem, [25] nuncubi levitate ſum uſus? aut num quæ cogito, [26] ſecundum carnem cogito? [27] ut ſit apud me

mortes. Noſter Interpres ſat habuit reddidiſſe ſententiam: ſentit enim mortes, afflictiones morti proximas. Si nihil licet mutare, cur hoc auſus eſt Interpres?

15 *Eripuit & eruet*] *ἐῤῥύσατο καὶ ῥύεται*, id eſt, *eripuit & eripit*. Idem verbum apud Græcos, niſi quod poſterius eſt præſentis temporis. Alioqui ſi legamus hîc *eruet*, quî congruit quod mox ſequitur, *in quem ſperamus, quod & adhuc eripiet?* In Ambroſio verbum præſentis temporis, quod eſt in medio, non additur, ſed omiſſum eſt, ut arbitror, Scriptoris incuria. C

16 *In quem ſperamus*] *εἰς ὃν ἠλπίκαμεν*, id eſt, *in quem ſperavimus*: tametſi in hujuſmodi verbis ſæpius utuntur præterito pro præſenti, ut *δέδια*, *γέγηθα*: nam illud *ſperavimus* ſonat, quaſi dicas, ſpem fiximus.

17 *Ut ex multarum perſonis facierum*] Græce ſic habet, *ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων, τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα, διὰ πολλῶν εὐχαρισηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν*, id eſt, *ut ex multis perſonis, de dono in nos collato, multis modis gratia agantur pro nobis*. Pro *ἐκ πολλῶν προσώπων*, Ambroſius vertit, *in multorum facie*: ut intelligamus gratias publicitus agendas: nam *πρόσωπον* apud Græcos non ſolum *perſonam*, ſed & *adſpectum* ac *faciem* ſonat: & ſic *διὰ πολλῶν* erit *per multos*: ut ſubaudias *ἀνθρώπων*. Poteſt & ſic accipi, *ἐκ πολλῶν προσώπων*, id eſt, *multis modis*: quandoquidem ſpeciem rei *faciem* vocamus. Nec ſatis queo divinare quid noſter legerit Interpres, quum eadem vox Græcis & *faciem* ſignificet & *perſonam*: niſi fortaſſe quiſpiam Græce peritulus adjecit *facierum*, volens interpretari quid Græcis eſſet *προσώπων*. Nam vetuſtior codex Conſtantienſis habebat raſuram, prima ſcriptura fuiſſe videtur, *ex multorum facie*. *Perſonis* adſcriptum erat in ſpatio. Laurentius diverſam ſententiam commentus eſt, videlicet hanc, *ut de gratia in me ex multis perſonis*, ſive *reſpectu multorum collata, per multos gratiæ agantur propter vos*. Neque mihi diſplicet hoc inventum, niſi quod nonnihil reclamat articulus parum commode poſitus ad hanc ſententiam. Commodius enim fuerat, *ἵνα τὸ ἐκ πολλῶν προσώπων εἰς ἡμᾶς χάρισμα*, *quod in nobis eſt*, ſive, ut vertit Ambroſius, *donum in nos collatum*. Et *ὑπὲρ ἡμῶν*, ut habet Theophylactus & Ambroſius, *pro nobis*, primæ perſonæ. Quibuſdam Græcis eſt, *ὑπὲρ ὑμῶν*, *pro vobis*, atque ita legiſſe videtur Valla. Utrumque tolerabile: agantur gratiæ pro vobis, quorum precibus & quorum bono ſervatus ſum, & pro nobis, qui ſumus ſervati. Chryſoſtomus diſſentiens a Theophylacto legit, *ἵνα ἐν πολλῷ προσώπῳ τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαρισηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν*. Quanquam & hic *ἐν πολλῷ προσώπῳ* accipi poteſt pro *multis modis*. Nec abſurdum ſi intelligamus, *in magna hominum frequentia*, ſive *multis teſtibus*. Aut ſi hoc mavis referre ad frequentiam agentium gratias, *διὰ πολλῶν* referri poterit ad multiformes afflictiones, unde liberatus fuerat. Cæterum *εὐχαρισηθῇ* paſſive poſuit, ſicut & Latini dicunt *gratulari reditum incolumem*, pro *gratulari de reditu incolumi*. Ambroſius circumloquutus eſt, *in gratiarum actione celebretur*. Interpres noſter obſcurius, *gratia ejus donationis*: pro eo quod erat, *pro ea donatione*, ſive *dono* potius. Sunt qui ſtomachentur a me nonnunquam notari, ab hoc Interprete præter cauſam affectari copiam. Sed obſecro te Lector, quid hîc uſus habet verbum mutatum? *Salutem* autem hic appellat *incolumitatem*, quod e tantis malis ſalvus ac vivus emerſerit. D E

18 *Nam gloria noſtra*] *καύχησις*, id eſt, *gloriatio*: tametſi *glorias* pro *gloriatione* legimus, ſed in malam partem: unde & *glorioſi* dicuntur jactabundi. F

19 *In ſimplicitate cordis*] *Cordis* abeſt in Græcis codicibus, nec additur apud Ambroſium, nec apud Chryſoſtomum, nec apud Theophylactum Græcum, etiamſi de ſuo addidit Interpres, nec additum erat in utroque Conſtantienſi.

20 *Abundantius autem ad vos*] *πρὸς ὑμᾶς*, id eſt, *apud vos*, ſive *erga vos*, ſecundæ perſonæ.

21 *Legiſtis & cognoviſtis*] Utrumque verbum Græcis præſentis temporis eſt, *ἀναγινώσκετε*, *ἐπιγινώσκετε*. Atque ita legiſſe Ambroſium, vel ex ipſius enarratione licet colligere: *Ea*, inquit, *ſe dicit ſcribere, quæ non ſolum litteris cernerent, ſed & operibus ejus manifeſta haberent*. Sed offenſus Lector quiſquam eruditulus, quod prima ſpecie ſermo videretur abſurdus, *Non alia ſcribimus vobis quam quæ legitis*, mutavit ſcripturam: quod nihil videatur legi, niſi quod ſcriptum eſt. Atqui Paulus ſuo more expreſſit hanc ſententiam. Non alia ſcribimus vobis, quam ea quæ non ſolum legitis a nobis ſcripta, verum etiam agnoſcitis a nobis expreſſa re factiſque. Græci addunt conjunctionem, *ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε*, *aut etiam agnoſcitis*: agnoſcimus enim quæ vidimus. Sed ſuſpicor articulum *ἃ* mutatum in *ἢ*. Codex Donatianicus habebat, *& cognoſcitis*, in altero certe verbo ſervans integritatem veteris ſcripturæ.

22 *In die Domini noſtri Jeſu Chriſti*] Græcus habet, *in die Domini Jeſu*, *ἐν ἡμέρᾳ τῦ Κυρίυ Ἰησῦ*, nec addit *Chriſti*. Porro *diem* ſuo more vocat judicium. Quamvis vulgi judicio non eſt mihi cauſa gloriandi de vobis, aut vobis de me, tamen apud Chriſtum eſt quod gloriemur utrique de alteris.

23 *Ut ſecundam gratiam*] *δευτέραν χάριν*, quod verti poterat *iteratum beneficium*, ſive *geminum beneficium*, nempe prius per Epiſtolam, poſtea per præſentiam ipſius. Græcanica ſcholia & Chryſoſtomus admonent *χάριν* poſitum pro *χαρὰν*, id eſt, *gratiam* pro *gaudio*. Nam apud Latinos quoque *gratiam habere* dicuntur quæ delectant.

24 *Quum autem hoc voluiſſem*] *Τῦτο ὖν βυλευόμενος*, id eſt, *Quum hoc deliberarem*, ſive *ſtatuerem*. Idem verbum mox ſequitur, *ἃ βυλεύομαι*, quod Interpres vertit, *quæ cogito*: adeo ſibi permittit Interpres mutare quocunque modo quod libuerit. Ambroſius legit *cogitans*. Theophylactus Interpres ſatis indicat de conſilio ſive decreto ſentiendum eſſe. Similiter Chryſoſtomus, quanquam in prioribus legit *ἐβυλόμην*. Ad ſententiam refert minimum. Nec eſt hoc loco *autem*, ſed *ὖν*, id eſt, *igitur*: & *ergo* legit Ambroſius, etiamſi mihi non diſplicet *δὲ*, quod ſit adverſativa. Videtur enim diluere quod illi tacite forent objecturi, ſi ſtatueras venire, cur mutaſti conſilium?

25 *Levitate uſus ſum*] *ἐλαφρίᾳ*, ab *ἐλάφῳ cervo* dicta vox, ob celeritatem mutandi conſilii. Et hîc *levitate ſum uſus*, Græce dixit magis quam Latine, pro eo quod eſt, *leviter* ſive *inconſtanter me geſſi*.

26 *Secundum carnem cogito*] Hîc ſubaudienda eſt reſponſio, *Non cogito*, ſive *Nequaquam*: ut apte cohæreat quod ſequitur, *ut ſit apud me*, & cætera. Atque hic ſenſus magis congruit, ſi legamus ut legunt Latini, *ut ſit apud me, eſt & non*. Nam protinus diverſa lectio diverſum reddit ſenſum. Quanquam ut conſtet lectio, tamen ſermo nonnihil habet obſcuritatis. Nam prima fronte offert ſeſe hic ſenſus, Nec inconſtans ſum, nec doloſus ſum hominum more, qui vel mutant propoſitum, vel dolo pollicentur, quod non eſt animus præſtare. Nunc ex interpretatione Chryſoſtomi videtur aliud ſentire Paulus: nimirum hoc, Quod diſtuli promiſſum reditum, non eſt mutatæ ſententiæ: volebam enim tum, & adhuc volo: ſed quod in animo volvo, non ſic volvo juxta carnem, hoc eſt, juxta voluntatem hominum, qui in rebus gerendis animo ſuo obſequuntur, ut ſit apud me *eſt, eſt*, & *non, non*: hoc eſt, ut quicquid velim, faciam, & quicquid nolim, vitem. Imo ſubditus ſum Spiritui Dei, per quem aliquando vetor facere quod volo, & jubeor facere quod nolebam. Per hunc igitur ſtetit quo minus venerim. Apud illum enim eſt *ναὶ, ναὶ, ne, ne*, & *ὒ, ὒ, non, non*, & hinc eſt quod non præſtiti quæ promiſi: ſed tamen quanquam in hac parte fruſtratus eſt vos ſermo meus, tamen in prædicatione Evangelii vos non fefelli, ſed auxiliante Deo firmum eſt & indubitatum quicquid docui.

27 *Ut ſit apud me eſt*] Hic locus apud nos confuſus, apud Græcos ſic habet, *ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ ὒ, ὒ*, id eſt, *ut ſit apud nos quod eſt etiam, etiam, & quod non, non*. Certe Ambroſius legit, *eſt, eſt, non, non*. Et exemplar Paulinum vetuſtiſſimum manifeſta raſuræ veſtigia præ ſe ferebat. Porro illud *etiam* apud Græcos vox eſt affirmantis, *ναὶ*, & *ὒ* negantis. Ergo qui non faciunt quod negant ſe facturos, iis non eſt non, & qui faciunt quod affirmant ſe facturos, iis etiam eſt etiam. Cæterum quod Laurentius non vult *in illo* & *in ipſo* referri ad Chriſtum, non video quid hominem moverit. Nam vehementer ridiculum eſt, quod Valla vult *in ipſo* ſubaudiri *etiam* non Chriſtum: imo Paulus felicem exitum promiſſorum Deo fert acceptum, & Chriſto, per quem hoc ſit impetratum, ne videretur ſuis viribus arrogare quicquam: id quod teſtatur & hujus ſermonis clauſula, *Deo ad gloriam, per nos*. Deus auctor eſt, Chriſtus impetrator, nos duntaxat horum miniſtri. Dilucidius autem ac Latinius erat *penes me* quam *apud me*, *παρ' ἐμοὶ*, hoc eſt, *in poteſtate mea*. Non, inquit, hoc cogito ſecundum carnem: hoc eſt,

μαι ; ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ οὔ, 18 οὔ. Πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς, ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑ- 19 μᾶς οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ. Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ἐν ὑμῖν δι' ἡμῶν κηρυχθεὶς, δι' ἐμοῦ καὶ Σιλουανοῦ καὶ Τιμοθέου, οὐκ ἐγένετο 20 ναὶ καὶ οὔ, ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν. Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι Θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ ναὶ, καὶ ἐν αὐ- 21 τῷ τὸ ἀμὴν, τῷ Θεῷ πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν. Ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν, καὶ χρίσας ἡ- 22 μᾶς, Θεός· Ὁ καὶ σφραγισάμενος ἡμᾶς, καὶ δοὺς τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ἡ- 23 μῶν. Ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμαι ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν, ὅτι φειδόμενος ὑμῶν, οὐκέτι 24 ἦλθον εἰς Κόρινθον· Οὐχ ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως, ἀλλὰ συνεργοί ἐσμεν τῆς χαρᾶς ὑμῶν· τῇ II. 1 γὰρ πίστει ἑστήκατε. Ἔκρινα δὲ ἐμαυτῷ τοῦτο, 2 τὸ μὴ πάλιν ἐλθεῖν ἐν λύπῃ πρὸς ὑμᾶς. Εἰ γὰρ ἐγὼ λυπῶ ὑμᾶς, καὶ τίς ἐστιν ὁ εὐφραίνων με, 3 εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ ; Καὶ ἔγραψα ὑ- μῖν τοῦτο αὐτὸ, ἵνα μὴ ἐλθὼν λύπην σχῶ, ἀφ' ὧν ἔδει με χαίρειν· πεποιθὼς ἐπὶ πάντας ὑ- 4 μᾶς, ὅτι ἡ ἐμὴ χαρὰ πάντων ὑμῶν ἐστιν. Ἐκ γὰρ πολλῆς θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας ἔγραψα ὑμῖν, διὰ πολλῶν δακρύων, οὐχ ἵνα λυπηθῆτε, ἀλλὰ τὴν ἀγάπην ἵνα γνῶτε, ἣν ἔχω περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς. 5 Εἰ δέ τις λελύπηκεν, οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν, ἀλλ' ἀπὸ 6 μέρους, ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ πάντας ὑμᾶς. Ἱκανὸν τῷ τοιού-

me quod est etiam, etiam, & quod est non, non. 28 Imo fidelis Deus, quod sermo noster 29 erga vos 30 18 non fuit etiam & non. Nam Dei Filius Jesus Christus, 19 qui inter vos per nos prædicatus est, 31 per me & Sylvanum ac Timotheum, 32 non fuit etiam & non, sed etiam per ipsum fuit. 33 Quotquot enim sunt promissiones Dei, per ipsum sunt etiam, 34 & per ipsum amen, 20 Deo ad gloriam per nos. Porro qui confirmat nos una 21 vobiscum in Christum, & qui unxit nos, Deus est: 35 Qui etiam obsignavit nos, deditque 36 arrham Spiritus 22 in cordibus nostris. Ego vero testem Deum invoco in 23 animam meam, quod parcens vobis, 37 nondum venerim Corinthum: Non quod 38 dominemur vobis nomine fidei, sed adjutores sumus gaudii vestri: 39 nam 24 fide statis. Sed decrevi apud memetipsum hoc, non 1 II. iterum cum dolore ad vos venire. Nam si ego mœrore vos afficiam, & quis est qui exhilaret me, 1 nisi is 2 qui mœrore afficitur ex me? Et scripsi vobis hoc 3 ipsum, ne, si venissem ad vos, 2 dolorem caperem ex his, ex quibus oportebat me capere voluptatem: fiduciam hanc habens erga vos omnes, quod meum gaudium omnium vestrûm sit. Nam ex multa afflictione 4 & 3 anxietate cordis scripsi vobis, per multas lachrymas, non ut mœrore afficeremini, 4 sed ut cognosceretis charitatem, quam habeo abundantius erga vos. 5 Quod si quis dolore affecit, non me dolore affecit, 5 sed ex parte, ne aggravem omnes vos. Sufficit istius- 6 modi

est, non mihi vindico, ut penes me sit præstare quod volo. Agnoscit autem Paulus aliquo modo culpam non præstitæ fidei, sed in humano promisso, modo constet fides ipsius in prædicatione Evangelii.

28 *Fidelis autem Deus*] Recte usus est *fidelis*, pro *fido*: quum alias usurpemus hoc nominis pro fidenti. Ne videretur enim hoc arrogare sibi quod dixit, adjecit, *Fidelis autem Deus*, quo auctore & adjutore præsto quod præsto. Potest & ita distingui hic sermo: *Aut enim quæ cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me, quod est etiam, etiam, & quod est non, non?* ut hæc sit interrogatio. Deinde quasi responderit, nequaquam hæc secundum carnalem affectum loquor, ut mihi arrogem si quid præstiti, subjicit: *Imo Deus fidelis*, qui per me præstat quicquid voluit. Et ad hunc modum distinguit Ambrosius. Atque ita δὲ conjunctio adversativa vim habet corrigendi, cujus vice poni poterat, *quin potius*, aut *imo*.

29 *Qui fuit apud vos*] ὁ πρὸς ὑμᾶς, id est, *quem dixi vobis*. Sentit enim, ni fallor, de iis quæ promisit Epistola priore.

30 *Non fuit in illo est*] οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ, id est, *non fuit etiam & non*. Porro hæc verba, *sed est in illo*, in Græcis codicibus non leguntur hoc loco, licet mox in proximo sermone adjiciantur, suffragante vetustissimo exemplari Paulino, in quo scriptum visitur, *Fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fuit ad vos, non est in illo est & non: Dei enim Filius*, &c.

31 *Per me & Sylvanum*] Hieronymus admonet, *Sylam* esse legendum, non *Sylvanum*, cujus crebra mentio fit in Actis Apostolorum: sed reclamant quæ viderim Græcorum exemplaria.

32 *Non fuit in illo*] οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ, ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν, id est, *non fuit etiam & non; sed etiam in ipso fuit*. Quum dicit, *est, est*, & *non, non*, sentit agendi quod velis libertatem. Quum dicit, *est, & non*, significat lubricam fidem, hoc est, falsitatem. Quum dicit *non*, significat frustratam spem ac vanam pollicitationem. Quum dicit *etiam*, sive *est*, significat inviolabilem veritatem. Quod autem addit *in illo*, *in* præpositio posita est loco *per*, *per illum*: ne quid arrogaret sibi.

33 *Quotquot enim*] Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι Θεοῦ ἐν αὐτῷ τὸ ναὶ, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμὴν, id est, *Quotquot enim promissiones Dei in ipso* sive *per ipsum etiam, & in ipso amen*. Nam apud Hebræos *amen* confirmantis est, ut apud Græcos ναί.

34 *Ideo per ipsum*] *Ideo* abjiciendum, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμὴν, id est, *& in eodem amen*. Et rursum hîc *amen* habet suum articulum τὸ, sicut ναὶ & οὔ superius: ut intelligas certitudinem, quam significare voluit per *amen*. *Et in illo, amen Deo*, significat omnia certa & rata quæ Deus pollicitus est. Interpres ἐν αὐτῷ vertit *per ipsum*, quod mirum est eum in cæteris non item voluisse facere.

35 *Et qui signavit nos*] καὶ σφραγισάμενος: quo verbo significare solet rei certitudinem, velut quum obsignamus instrumentum aut vas: atque id mox explicat, indicans datam arrham, quo certius esset promissum. Hoc admonendum ratus sum, quod videam recentiores Interpretes hîc multa philosophari de gratia cooperante, quæ ad rem non admodum pertinent.

36 *Pignus Spiritus*] τὸν ἀῤῥαβῶνα, id est, *arrhabonem*, sive *arrham*, quæ fidem faciat totius promissi præstandi.

37 *Non veni ultra Corinthum*] Magis quadrabat *nondum*, quam *ultra*: est enim οὐκ ἔτι ἦλθον, id est, *non adhuc veni*. Sentit enim se distulisse reditum, nisi mavis ἔτι pro *denuo* accipere. Cæterum Ambrosius de dilato reditu interpretatur, atque item Chrysostomus & Theophylactus.

38 *Dominamur fidei vestræ*] Vide, num hic sensus accipi possit, *dominamur vobis propter fidem*, vel *fidei gratia*, ut more Græcorum subaudias ἕνεκα. Græca sic habent, Οὐχ ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως. Atque ut ita sentiam, facit articulus post ὑμῶν positus, alioqui magis conveniebat, τῆς ὑμῶν πίστεως. Licet Chrysostomus nihil offendatur articulo. Hæc autem dicit, quod ante dixerat parcens, velut alioqui sæviturus. Non est autem dominium, nisi quum peccatum est alicubi, sed in fide nondum peccarant, qua firmi stabant: libidine, contentione, dissidiisque peccarant. Id igitur verbi mitigat hac ratione. In hanc sententiam Chrysostomus. Theophylactus in cæteris mecum faciens, de transposito articulo nullum movet scrupulum, quanquam & alter sensus probe habet: Fides libera est, dominium necessitatis est, ut interpretatur Ambrosius. Hæc animadvertenda nobis, qui fidei ac religionis titulo ad tyrannidem abutimur. Nec alio fortassis studio quidam cupimus orbem redigi ad professionem Christi, quam ut ipsi latius regnemus.

39 *Fide statis*] ἑστήκαμεν, id est, *stamus*, sive *constituimus*. Tametsi variant hîc Græca exemplaria. Et magis quadrat *statis*, ne videantur usquequaque objurgandi. Itaque legit Chrysostomus.

1 *Nisi qui contristatur ex me*] ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ. *Contristari* suo more ponit pro *dolore affici*, quum aliud quiddam sonet Latinis. Sentit autem hoc ipsum sibi voluptati esse, quod admoniti indolescant, quod id argumentum sit animi resipiscentis: ita vicissim gaudium e dolore nascitur.

2 *Tristitiam super tristitiam*] *Super tristitiam* superest, μὴ ἐλθὼν λύπην ἔχω. Verum id aliunde huc translatum est, videlicet ex Epistolæ ad Philippenses capite secundo. Certe apud Ambrosium non additur, & congruit cum hujus lectione ipsius interpretatio. Consentit cum Ambrosio & Theophylactus, licet Interpres in contextu addiderit de suo, vulgatam sequutus Editionem. Quidam indicat in uno quodam codice deprehendi scripturam Græcam cum nostra translatione congruentem, ἵνα μὴ ἐλθὼν λύπην ἐπὶ λύπῃ σχῶ. Hunc ait e Rhodo missum R. P. Francisco Civerio, Cardinali quondam Toletano, cujus equidem viri memoriæ cum primis faveo, quod ipse faverit pietati bonisque studiis omnibus. Sed quum Ambrosius nobiscum faciat, quum tot exemplaria suffragentur huic lectioni, quam indicamus, fieri potuit, ut Rhodiensis ille liber fuerit depravatus, præsertim quum causam indicaverimus depravandi, fieri potuit, ut ad Latinorum codices fuerit emendatus, præsertim quum sit Rhodiensis. Nam id fuisse factum constat in nonnullis, ut post concordiam initam cum Ecclesia Romana hac quoque in parte concordarent. Porro codices ejus generis nihil aliud sunt, quam amussis alba in albo lapide. Neque enim velim corrigere nostram translationem ex fide codicis, qui per omnia congrueret cum nostris. Nec tamen res est ulla digna contentione, sensus est pius ac sanus.

3 *Angustia cordis*] συνοχῆς, *coarctatione*, sive *anxietate*. Nam *angustia cordis* est pusillanimitas, & in vitium sonat.

4 *Ut sciatis quam charitatem*] Græce est, *ut charitatem sciatis quam habeo abundantius in vobis*: ut legit & Ambrosius. Et *in vos* rectius est quam *in vobis*. Est enim εἰς ὑμᾶς, sive *erga vos*.

5 *Si quis autem contristavit me*] *Me* non est apud Græcos, nec apud Chrysostomum aut Theophylactum, Εἰ δέ τις λελύπηκεν, id est, *Si quis dolore affecit*: ut subaudias id quod commodum fuerit, aliquem, aut vos, aut me. Divus item Ambrosius non addit pronomen, verum juxta Græcos legit, *Si quis autem contristavit, non me contristavit*. Gravat enim peccantem, qui contristaverit omnes, neque Paulum tantum, verum omnes bonos apud Corinthum. Nam quod post ait, *non me contristavit*, perinde valet ac si dicat, non me proprie ac solum contristavit, verum ex parte duntaxat, ut cui dolor hic sit cum omnibus vobis communis. Chrysostomus, si modo non fallit titulus, videtur aliter distinguere, ut πάντας referatur non ad verbum *gravem*, sed ad superius *contristavit*: *non me contristavit, sed ex parte*

7 τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη, ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων· Ὥστε τὐναντίον μᾶλλον ὑμᾶς χαρίσασθαι καὶ παρακαλέσαι, μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. 8 9 Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην. Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἔγραψα, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, 10 εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε. Ὧ δέ τι χαρίζεσθε, καὶ ἐγώ· καὶ γὰρ ἐγὼ εἴ τι κεχάρισμαι, ᾧ κε-11 χάρισμαι, δι' ὑμᾶς ἐν προσώπῳ Χριστοῦ, Ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ· οὐ γὰρ αὐ-12 τοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Τρωάδα εἰς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ θύρας μοι ἀ-13 νεῳγμένης ἐν Κυρίῳ, Οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου, τῷ μὴ εὑρεῖν με Τίτον τὸν ἀδελφόν μου, ἀλλὰ ἀποταξάμενος αὐτοῖς ἐξῆλθον εἰς Μακεδο-14 νίαν. Τῷ δὲ Θεῷ χάρις, τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως 15 αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ. Ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ Θεῷ, ἐν τοῖς σωζομένοις, καὶ 16 ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις· Οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον· οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν. Καὶ πρὸς ταῦ-17 τα τίς ἱκανός; Οὐ γὰρ ἐσμὲν ὡς οἱ πολλοὶ καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἐξ εἰλικρινείας, ἀλλ' ὡς ἐκ Θεοῦ, κατ' ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐν

modi homini 6 increpatio hæc, quæ facta est a pluribus: 7 Adeo ut e diverso magis condonare debeatis & consolari, ne quo modo fiat ut immodico dolore absorbeatur hujusmodi. 8 Quapropter obsecro vos, efficite 8 ut valeat in illum charitas. 9 Nam & in hoc scripseram, ut cognoscerem probationem vestri, an ad omnia obedientes sitis. 10 Cui vero condonatis aliquid, & ego condono: 9 nam & ego si quid condonavi, cui condonavi, propter vos condonavi 10 in conspectu Christi, 11 Ne occuparemur a Satana: non enim illius 11 cogitationes ignoramus. 12 Cæterum quum venissem Troadem in Evangelium Christi, & ostium mihi esset apertum per Dominum, 12 Non habui relaxationem 13 spiritu meo, eo quod non invenissem Titum fratrem meum, 13 sed dimissis illis abii in Macedoniam. 14 Deo 14 autem gratia, 15 qui semper triumphat per nos in Christo, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. 15 Quoniam Christi 16 bona fragrantia sumus Deo, in his qui salvi fiunt, & in his qui pereunt: 16 17 His quidem odor mortis ad mortem: illis vero odor vitæ ad vitam. Et ad hæc quis 18 idoneus? 17 Non enim sumus 19 ut plerique 20 cauponantes sermonem Dei, 21 sed velut ex sinceritate, sed velut ex Deo, in conspectu Dei

parte (*ne gravem*) *omnes.* Durum enim erat dicere, *non solum me contristavit, sed vos omnes mecum*, ideo sublevat eum qui peccaverat, addens *ex parte,* velut mitigans quod dicit. *Ex parte*, hoc est, aliquo modo. Theophylactus apertius sic interpretatur, *ἀπὸ μέρους, ὀλίγον τι,* id est, *paululum quiddam:* quanquam hunc Theophylacti locum Interpres non intellexit. Nec tamen absurdum est quod interpretatur Ambrosius, diversum sensum sequutus. Denique non est simpliciter *onerem*, sed *ἐπιβαρῶ, aggravem:* hoc est, addam onus gravato.

6 *Objurgatio hæc quæ fit*] *ἐπιτιμία*, quam vertere solet *increpationem.* Et, *quæ fit a pluribus* [illegible] *ἡ ὑπὸ πλειόνων*, verti poterat, *quæ facta est a pluribus.*

7 *Ita ut e contrario magis donetis*] *Ὥστε τοὐναντίον μᾶλλον ὑμᾶς χαρίσασθαι καὶ παρακαλέσαι, Adeo ut e diverso potius condonare & consolari debeatis.* Videtur enim in his orationibus subesse synecdoche, aut, si mavis, eclipsis, ut subaudiatur *δεῖ*, aut aliud simile.

8 *Ut confirmetis in illum*] *κυρῶσαι.* Quod propemodum valet, ac si dicas, Facite ut pondus & auctoritatem habeat charitas erga illum. Loquitur enim velut ad judices & concionem, quorum suffragiis velit absolvi eum, qui traditus fuerat Satanæ. Nam *κυρία concionem* significat, in qua creantur magistratus, quæ Latini vocant *comitia*, & diem alicujus rei causa præstitutum, & jus aliquod agendi. Quin & *κύριον* Græci dicunt *scriptum authenticum*, auctoribus Hesychio & Suida. Mihi videtur & ea sententia, quæ vicisset in suffragiis, dicta fuisse *κυρία*, unde proverbium, *αὕτη κυρία.* *Κῦρος* item significat *efficacem probationem* seu *pondus* & *auctoritatem sententiæ*, quæ *κύρωσις* dicitur. Aristoteles libro *Rhetoricorum* primo pacta priora vocat *ἄκυρα*, posteriora *κύρια*, quod prius pactum posteriore reddatur irritum & inefficax: unde ductum *κυρόω*, veluti *suffragiis comprobo*, & *ratum facio.* Quidam hîc depravate legunt *in illo*, pro *in illum.*

9 *Quod donavi*] *καὶ γὰρ ἐγὼ εἴ τι κεχάρισμαι, ᾧ κεχάρισμαι*, id est, *etenim ego si quid donavi, cui donavi:* sive, *si cujus rei gratiam feci.* Nam *donare* vocat condonare culpam. Deinde *cui donavi*, subaudiendum est denuo verbum *donavi:* ut ter repetatur *donavi:* alioqui erit imperfectus sermo: *nam & ego si quid condonavi, cui condonavi, propter vos condonavi.* Subindicat hoc Chrysostomus de suo supplens *ἐποίησα*, id est, *feci.* Animadvertendum autem quam paucos Paulus tradiderit Satanæ, & quanto affectu hunc suis commendet, quum nos ob tres drachmas effulminemus passim. Nec tamen hunc tradidit Satanæ privata sua auctoritate, sed publico omnium judicio, qui apud nos recta in ignem conjiceretur. Et in ipsa condemnatione miscet indicium charitatis, *in interitum carnis, ut sp.* &c. Tanta est ejus in malos clementia, qui ipse nullis peccatis erat obnoxius, nos nobis tam male conscii, quam non Christiane sævimus in alios delinquentes.

10 *In persona*] *ἐν προσώπῳ*, quod est vel *in persona*, vel *in facie*, sive *conspectu.* Nam Græce vox ambigua est, & scholia varie exponunt. Chrysostomus interpretatur, *ἢ κατὰ Θεὸν, ἢ εἰς δόξαν τοῦ Χριστοῦ, ἢ ὡς τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦτο κελεύοντος*, id est, *vel secundum Deum, vel in gloriam Christi, aut velut & hoc jubente Christo.* Theophylactus, *in persona Christi, id est, in conspectu Dei, ac velut illo hoc jubente, & velut illius vicem gerens, καὶ ὡς ἀντιπρόσωπος ὢν ἐκείνου.* Quanquam Interpres Theophylacti tantum hic vertit, *Hoc est, haud secus ac si Christus ipsi donasset.* Id quo casu, quove studio factum sit, nescio. Ambrosius interpretatur, *in persona Christi*, pro *vice Christi.*

11 *Ut non circumveniamur a Satana*] *ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν*, id est, *ne occupemur & usurpemur*, velut ab injusto possessore Satana. Ambrosius legit, *ut non possideamur:* & propius expressit vocem Græcam. Nam *πλεονεκτεῖν* est occupare quod tuum non est, ut faciunt avidi, & alienorum usurpatores. Græce vocis emphasim diligenter exponit Chrysostomus & Theophylactus.

12 *Non habeo requiem spiritui meo*] Nimium bona fide reddidit dativum Græcum, qui vertendus erat in auferendi casum. Siquidem illi instrumentum & modum actionis dandi casu efferunt, nos auferendi. Ambrosius propius accedit ad Græca: legit enim, *Non habui requiem in spiritu meo, Οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου*, hoc est, *Non conquievi animo.* Hic est ille Titus, quem Paulus a nonnullis ideo putatur desiderasse, quod is esset ejus linguæ peritior. Horum de numero est Theophylactus. Quin & divus Hieronymus ad Hedibiam quæstione undecima non veritus est scribere Paulum, quum haberet scientiam Scripturarum, variisque linguis loqueretur, non potuisse tamen divinorum sensuum majestatem digno Græci sermonis explicare eloquio, & ob id hujus interpretem fuisse Titum, quemadmodum Petri interpres fuit Marcus. Meminit & Thomas hujus interpretationis, sed rejicit, ne spoliaret Apostolos dono linguarum. At vel hinc colligitur illum adjutum fuisse Commentariis e Græco versis, quum nihil hujusmodi attingat Ambrosius.

13 *Sed valefaciens*] *ἀποταξάμενος*, id est, *dimissis* fratribus, aut *renunciato vale.* Ambrosius legit, *sed vale illis dixi, & profectus sum*, & cætera.

14 *Deo autem gratias*] *Gratia* est Græce, *χάρις.* Atque ita, ni fallor, vertit Interpres.

15 *Qui semper triumphat nos*] *τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς.* Divus Hieronymus ad Hedibiam quæstione undecima exponit, *triumphat nos*, id est, *de nobis*, vel *triumphum suum agit per nos.* Ambrosius item, *triumphat nos, facit nos victores*, vincente perfidiam fide. Latinis *triumphari* dicuntur, qui victi ducuntur in triumpho. Sic miles quoque, qui navavit bonam operam in bello, ducitur in triumpho honoris causa, ut particeps sit suo duci. *In Christo* potest accipi *per Christum*, sive *in Christo*, in quo nostra est gloria. Subnotavit hoc Theophylactus.

16 *Bonus odor sumus Deo*] *εὐωδία*, id est, *fragrantia*, sive *beneolentia*, ut ad verbum efferam: nam Græcis dictio est composita. Et Deum rursum appellat Patrem suo more. Quoties enim absolute hoc utitur verbo, fere Deum Patrem intelligit, præsertim si jungatur Filii mentio.

17 *Aliis quidem*] Elegantius vertisset, *his & illis.*

18 *Tam idoneus*] *Tam* Græcis non legitur, nec apud Ambrosium, nec apud Augustinum, qui citat hunc locum, edisserens Psalmum septimum, legitque, *Et ad hæc quis idoneus?* Itidem adducit Origenes Homilia in Genesim decima tertia. Fortassis Interpres de suo addiderat *quisnam.* Id versum est in *quis tam.* Subauditur autem responsio, *Perpauci*, aut simile quippiam. Intelligit enim rem esse vehementer arduam, & quæ non queat a quibusvis præstari, nisi mavis per hyperbatum referre ad id quod aliquanto post sequitur, *Ad hæc quis idoneus?* Et postea quam dilata responsione auxit facti magnitudinem, deinde respondeat, *Fiduciam autem talem habemus*, & cætera.

19 *Sicut plurimi*] *ὡς οἱ λοιποί*, id est, *sicut cæteri.* Alii habent, *ὡς οἱ πολλοί*, id est, *sicut multi*, aut *plerique.*

20 *Adulterantes*] *καπηλεύοντες*, id est, *cauponantes.* Hieronymus ad Hedibiam quæstione undecima vertit *venundantes & venditantes.* Est enim *καπηλεύειν* ad quæstum abuti re quapiam, quod Petrus accommodavit ad ipsos etiam homines, *cauponantes vos.* Quo quidem verbo usus est Ennius in *Officiis* Ciceronis, *Non cauponantes bellum, sed belligerantes.* Interpres *adulterantes* vertit pro *corrumpentes:* idque sequutus est Ambrosius, nec inerudite. Siquidem Veteres quicquid esset insincerum, ac dolo fraudeque vitiatum, id *κάπηλον* appellabant, velut Æschilus, citante, quisquis is fuit, Etymologiarum Græcanicarum coacervatore, *κάπηλα προφέρων τεχνήματα*, id est, *cauponias proferens artes:* propterea quod hoc hominum genus plerumque insincerum est, utpote quæstu metiens omnia. Græca vox proprie quadrat in eos, qui venditant esculenta aut poculenta: quorum præcipuum est studium, vitiata pro sinceris vendere.

21 *Sed ex sinceritate*] *ἀλλ' ὡς ἐξ εἰλικρινείας, ἀλλ' ὡς ἐκ Θεοῦ, sed tanquam ex sinceritate, sed tanquam ex Deo:* additis adverbiis. Et tamen nisi subaudias aliquid, erit imperfectus sermo: *non adulterantes, sed velut ex sinceritate prædicantes.*

III. ζ ἐν Χριςῷ λαλοῦμεν. 1 Ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιςάνειν; εἰ μὴ χρήζομεν, ὥς τινες, συςατικῶν ἐπιςολῶν 2 πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐξ ὑμῶν συςατικῶν; Ἡ ἐπιςολὴ ἡμῶν ὑμεῖς ἐςε, ἐγγεγραμμένη ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, γινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων· 3 Φανερȣ́μενοι, ὅτι ἐςὲ ἐπιςολὴ Χριςȣ͂, διακονηθεῖσα, ὑφ᾽ ἡμῶν ἐγγεγραμμένη, ȣ̓ μέλανι, ἀλλὰ Πνεύματι Θεοῦ ζῶντος, ȣ̓κ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ᾽ ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις. 4 Πεποίθησιν δὲ τοιαύτην ἔχομεν διὰ 5 τȣ͂ Χριςοῦ πρὸς τὸν Θεόν· Οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν ἀφ᾽ ἑαυτῶν λογίζεσθαί τι ὡς ἐξ ἑαυτῶν· ἀλλ᾽ ἡ ἱκα-6 νότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ· Ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθήκης, ȣ̓ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος· τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦ-7 μα ζωοποιεῖ. Εἰ δὲ ἡ διακονία τοῦ θανάτου ἐν γράμμασιν, ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις, ἐγενήθη ἐν δόξῃ, ὥςε μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι τȣ̀ς υἱȣ̀ς Ἰσραὴλ εἰς τὸ πρόσωπον Μωσέως, διὰ τὴν δόξαν τȣ͂ προσώπȣ αὐτȣ͂ 8 τὴν καταργȣμένην· Πῶς ȣ̓χὶ μᾶλλον ἡ διακονία τȣ͂ 9 πνεύματος ἔςαι ἐν δόξῃ; Εἰ γὰρ ἡ διακονία τῆς κατακρίσεως δόξα, πολλῷ μᾶλλον περισσεύει ἡ διακονία 10 τῆς δικαιοσύνης ἐν δόξῃ. Καὶ γὰρ ȣ̓δὲ δεδόξαςαι τὸ δεδοξασμένον ἐν τȣ́τῳ τῷ μέρει, ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλȣ́-11 σης δόξης. Εἰ γὰρ τὸ καταργȣ́μενον, διὰ δόξης, πολ-12 λῷ μᾶλλον τὸ μένον, ἐν δόξῃ. Ἔχοντες ȣ͂ν τοιαύτην 13 ἐλπίδα, πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμεθα· Καὶ ȣ̓ καθάπερ Μωσῆς ἐτίθει κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἑαυτȣ͂, πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι τȣ̀ς υἱȣ̀ς Ἰσραὴλ εἰς τὸ τέλος τȣ͂ καταργȣ-14 μένȣ. Ἀλλ᾽ ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν· ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς δια-

Dei per Christum loquimur. 1 Incipimus rursus nosipsos commendare? num egemus, ut nonnulli, commendatitiis epistolis 2 apud vos, aut a vobis commendatitiis? 3 Epistola nostra vos estis, inscripta in cordibus nostris, 4 quæ intelligitur & legitur ab omnibus hominibus: 5 Dum declaratis, quod estis epistola Christi, subministrata, a nobis 6 inscripta, non atramento, sed Spiritu Dei viventis, non in tabulis lapideis, sed 7 in tabulis cordis carneis. Fiduciam autem hujusmodi habemus per Christum erga Deum: Non quod idonei simus ex nobisipsis cogitare quicquam tanquam ex nobisipsis: 8 sed si ad aliquid idonei sumus, id ex Deo est: 9 Qui & idoneos fecit nos ministros novi Testamenti, 10 non litteræ, sed spiritus: nam littera occidit, spiritus autem vivificat. Quod si administratio mortis in 11 litteris, deformata in saxis, fuit in gloria, adeo ut non possent oculos intendere filii Israel in faciem Mosis, propter gloriam vultus ejus, quæ aboletur: Cur non potius administratio spiritus erit in gloria? Nam si administratio 12 condemnationis gloria, multo magis excellit administratio justitiæ in gloria. 13 Quandoquidem ne glorificatum quidem fuit, quod glorificatum est in hac parte, propter eminentem gloriam. Etenim si quod aboletur, fuit in gloria, multo magis id quod manet, est in gloria. Itaque quum habeamus hujusmodi spem, 14 multa libertate utamur: Et non quemadmodum Moses ponebat velamen in facie sua, ne intenderent filii Israel 15 in finem ejus quod abolebatur. Sed 16 obcæcati sunt sensus illorum: nam usque ad diem hodiernum idem velamen in lectione veteris Te-

1 *Incipimus iterum nosmetipsos commendare*] συνιςάνειν, quod non simpliciter sonat *laudare*, id quod vulgus existimat, sed *insinuare in alterius benevolentiam*.

2 *Ad vos, aut ex vobis*] Græci repetunt *commendatitiis*, licet reclamantibus exemplaribus Latinis, quæ viderim, omnibus, neque temere tamen. *Commendatitiis ad vos*, hoc est, quæ ab aliis profectæ commendent nos vobis, aut a vobis profectæ commendent nos aliis. Nam ad eumdem modum & legit & interpretatur Theophylactus.

3 *Epistola nostra*] Suam vocat, non quam scripserit, sed qua commendetur. Studium curandæ salutis illorum, argumentum erat & Epistolæ vice. *Nostris* autem dixit, vel modestiæ causa, pro *meis*, vel quod pari studio essent & alii quidam Pauli collegæ.

4 *Quæ scitur & legitur*] Interpres non reddidit venustatem Græcanici schematis, γινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη, id est, *quæ intelligitur & legitur*.

5 *Manifestati, quoniam epistola estis*] Φανερȣ́μενοι. Verbum est medium, unde commode verti poterat, *Dum manifestatis vos esse epistolam*, & cætera. Aut, *Dum manifestamini, quod estis epistola*, & cætera.

6 *Et scripta non atramento*] Græcis non additur *&*: nec apud Ambrosium. Nec est *scripta*, sed *inscripta*, ἐγγεγραμμένη.

7 *In tabulis cordis carnalibus*] σαρκίναις, id est, *carneis*, ut materiam intelligas, non qualitatem, quam notant, quum dicunt σαρκικός. Nam quod alibi *carnalibus* legimus, σαρκικὸν est Græce. Καρδίαις habent quidam codices, hoc est, *cordibus*: sed mendose, opinor. Qui sic legunt, volebant esse appositionem, *in tabulis carneis*: quibus? nimirum ipsis cordibus.

8 *Sed sufficientia nostra*] ἡ ἱκανότης, *idoneitas*: ut ita loquar.

9 *Qui & idoneos nos fecit ministros*] Ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνȣς καινῆς διαθήκης, id est, *Qui idoneos nos fecit, ut essemus ministri novi Testamenti*: quasi dicas, *idoneavit*. Est autem verbum ab eo nomine, quod mox vertit *sufficientes* & *sufficientia*.

10 *Non littera, sed spiritu*] Græcis genitivus est, *non litteræ, sed spiritus*: ut referas ad ministros, & intelligas novum Testamentum spiritum, vetus litteram. At Apostoli delecti sunt ut spiritum administrarent, non ceremonias Legis tantum ac præcepta Legis, quas suo more litteram vocat. Per Mosen enim non dabatur spiritus quemadmodum per Apostolos. Ex Ambrosiana interpretatione non potest certum deprehendi quid legerit, & ad sensum haud magni sane refert. Nam quod offendit Vallam, ita vitari poterat: *Qui fecit ut essemus idonei novi Testamenti ministri, quod spirituale est, non litterale sicut vetus*: ut *littera* & *spiritus* referatur ad Testamentum, aut ministros novi Testamenti, hoc est, *non litteræ, sed spiritus*. Ac ne quis existimet nos rem afferre novam, uterque codex Constantiensis consentiebat cum Græcis, nec locus ullam habebat rasuram. Neque secus citat Augustinus libro *de Spiritu & Littera*, capite centesimo septuagesimo nono: quanquam ejusdem operis capite decimo quarto Scriba locum depravarat, qui quum videret scripturam sibi constare, non ausus est omnia corrumpere.

11 *Litteris deformata*] Quidam *deformata* interpretatur *turpiter formata*. Id quo magis credamus, Carrensis adjicit, *Sicut mulier dicitur deformis*. O columen Theologiæ! quasi vero sola mulier dicatur deformis. Deinde post aliquot id genus nugas, addit aliud commentum, si cui hoc parum probatur: *Deformata, id est, valde bene formata*: quasi vero hoc agat Paulus, ut intelligant eam Legem valde bene formatam, quam præ Evangelio contemni vult. Verum quorsum attinet hæc insectari? quum in summa totum hoc sit impudentissimum, novum Testamentum Græce scriptum ab Apostolis interpretari velle, si Græce prorsus nescias. Paulus scripsit, ἐντετυπωμένη, id est, *informata*, ut ad verbum reddam, hoc est, *insculpta*. Quanquam eleganter Interpres dixit *deformata*, pro *formata*. Nec enim hîc auget *de*, non magis quam in *deambulare*, ac *deosculari*. Et Quintilianus, *marmora prima deformata manu*. Ambrosius *formata* legit, non *deformata*.

12 *Damnationis in gloria est*] In superest: δόξα, id est, *gloria*. Atque ita legit Ambrosius. *Gloriam* more Hebræorum dixit, pro *gloriosam*: quanquam hoc non admodum variat sensum. Variantque Græcorum codices. Et mox, *per gloriam est*, διὰ δόξης dixit pro *in gloria*.

13 *Nam nec glorificatum est quod claruit*] Καὶ γὰρ ȣ̓δὲ δεδόξαςαι τὸ δεδοξασμένον, id est, *Etenim ne glorificatum quidem est, quod glorificatum est*: id est, quod tum glorificabatur, accedente gloria Evangelii perdidit gloriam. Et ideo addidit, *in hac parte*: id est, in comparatione. Sic exponunt Græca scholia.

14 *Multa fiducia*] πολλῇ παῤῥησίᾳ: quæ vox apud Græcos significat *loquendi libertatem*, quum palam quis eloquitur quod sentit. Hoc ad Mosen refert, qui palam & aperte non est ausus loqui, sed velata facie. Et χρώμεθα, *utimur*, idem potest esse *utamur*. Atque ita sane legit Ambrosius, ut sit adhortantis ad libertatem mere Christianam.

15 *In faciem*] εἰς τὸ τέλος, id est, *in finem*. Id quod haud dubie Librariorum accidit errore. Certe Ambrosius legit, *usque ad finem ejus quod evacuatur*, & ad eum modum interpretatur. Volebat Mosi faciem esse obtectam, nec adspici, donec id, quod erat abolendum, coruscante Evangelio evanesceret, & sic licebat intueri faciem Mosis. Et τέλος legit simul & interpretatur Chrysostomus ac Theophylactus. Non poterat crassus populus perspicere quod Lex illa finem esset habitura. Porro ut hic sermo sit absolutus, subaudiendum est aliquid, Et non facimus sicut Moses, qui ponebat, & cætera. Et tamen in nonnullis Græcorum codicibus comperimus scriptum, εἰς τὸ πρόσωπον, quemadmodum nos legimus. Sed hos suspicor ad Latinorum lectionem fuisse correctos. Quod hic vertit *intenderent*, Græce est ἀτενίσαι, id est, *defigere oculos*, & *immotis oculis intueri*: quemadmodum solent amantes, & qui attente audiunt loquentem. Adspicere poterant, sed fixis oculis & diu inhærentibus non poterant. Unde re cognita, Moses quoties loqueretur populo, faciem velo obtexit. *In finem*, videlicet ne illic conquiescerent. Et, *quod evacuatur*, sonat quasi dicas, *ejus qui evacuatur* vel *aboletur*, ut referas ad Mosen moriturum. Moses mortalis erat, Christus immortalis. Mosis Lex ad tempus erat instituta, Christi lex finem nescit. Aut absolute *in finem ejus rei quæ evacuatur*. Et *evacuatur* hîc est, καταργȣ́μενον, id est, *quod aboletur* & *irritum redditur*. Id annotavit & Theophylactus. Tametsi Lex non aboletur proprie, sed figuræ cedunt veritati.

16 *Obtusi sunt*] ἐπωρώθη, id est, *excæcati sunt*. Et *cogitationes* potius quam *sensus*, νοήματα, quod paulo ante vertit *cogitationes*. *Quum autem conversus fuerit*, Ἡνίκα δὲ ἂν ἐπιςρέψῃ, opinor subaudiendum *Israel* pro Israelita. Augustinus libro adversus Faustum duodecimo capite quarto legit, *Quum autem transieris*: ut ἐπιςρέψῃ sit a verbo medio, & secunda persona, pro quavis persona: nisi forte malumus vitio Librarii *transieris* scriptum pro *transierit*. Quanquam & alias totidem verbis adducit hunc locum, velut ejusdem libri capite trigesimo nono.

17 *Ma-*

διαθήκης μένει, μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅ, τι ἐν Χριςῷ
15 καταργεῖται. Ἀλλ' ἕως σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται
16 Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. Ἡνί-
κα δ' ἂν ἐπιςρέψῃ πρὸς Κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμ-
17 μα. Ὁ δὲ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐςιν· ȣ̃ δὲ τὸ πνεῦμα
18 Κυρίȣ, ἐκεῖ ἐλευθερία. Ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμ-
μένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίȣ κατοπτριζόμενοι, τὴν
αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφȣ́μεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, κα-
IV. 1 θάπερ ἀπὸ Κυρίȣ Πνεύματος. Διὰ τȣ̃το ἔχοντες τὴν
διακονίαν ταύτην, καθὼς ἠλεήθημεν, ȣ̓κ ἐκκακȣ̃μεν·
2 Ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, μὴ περι-
πατȣ̃ντες ἐν πανȣργίᾳ, μὴ δὲ δολȣ̃ντες τὸν λόγον τȣ̃
Θεȣ̃, ἀλλὰ τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας, συνιςῶντες ἑαυ-
τȣ̀ς πρὸς πᾶσαν συνείδησιν ἀνθρώπων, ἐνώπιον τȣ̃ Θεȣ̃.
3 Εἰ δὲ καὶ ἔςι κεκαλυμμένον τὸ Εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν
4 τοῖς ἀπολλυμένοις ἐςὶ κεκαλυμμένον· Ἐν οἷς ὁ Θεὸς
τȣ̃ αἰῶνος τȣ́του ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίςων,
εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ Εὐαγ-
γελίȣ

Teſtamenti 17 manet, nec tollitur velum, quod per Chriſtum aboletur. Sed ad hunc uſque diem, quum legitur Moſes, velamen cordibus illorum impoſitum eſt. 15
18 At ubi converſi fuerint ad Dominum, tolletur velamen. 16 19 Dominus autem ſpiritus eſt: porro ubi Spiritus Domini, ibi libertas. 17 Nos autem omnes retecta facie gloriam Domini 20 in ſpeculo repræſentantes, 18 ad eamdem imaginem transformamur 21 a gloria in gloriam, tanquam 22 a Domini Spiritu. IV. 1 Propterea quum miniſterium hoc habeamus, 1 ut noſtri miſertus eſt Deus, 2 haud degeneramus: 2 3 Sed rejecimus 4 occultamenta dedecoris, non verſantes per aſtutiam, 5 neque dolo tractantes verbum Dei, ſed manifeſtatione veritatis, commendantes noſipſos apud omnem conſcientiam hominum, in conſpectu Dei. 3 Quod ſi adhuc 6 velatum eſt Evangelium noſtrum, in his qui pereunt velatum eſt: 4 In quibus 7 Deus hujus ſeculi excæcavit ſenſus incredulorum, ne illuceſceret illis 8 lumen Evangelii

17 *Manet non revelatum*] Maluiſſem, *nec tollitur*: quo ſenſus ſit apertior.

18 *Quum autem converſi fuerint ad Dominum*] Quum Græce ſit ἐπιςρέψῃ, ſi placet verbum medium, erit *converſus fueris*, ſecunda perſona: quemadmodum ſubinde locum hunc adducit Auguſtinus, nominatim in libris quos ſcripſit adverſus Fauſtum, *Quum tranſieris ad Dominum, auferetur velamen.* Sin verbum activum, erit *converſus fuerit*, tertia perſona: ut ſubaudias *Iſrael.* Atque ita legit divus Ambroſius, *Quum autem converſus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.* Uſus eſt eodem verbo capite quod proxime ſequitur. Neque quicquam tamen officit ſententiæ, quod noſter Interpres mutavit numerum. Neque enim refert utrum dicas, *Equa geſtat fœtum decem menſibus*, an *Equæ geſtant decem menſibus.* Origenes hunc adducens locum in Exodum Homilia duodecima legit, *Ubi converſus quis fuerit, auferetur velamen.* Rurſus in Leviticum Homilia ſecunda.

19 *Dominus autem ſpiritus* [illegible]] Non ſimpliciter ait Dominum eſſe ſpiritum, & corpus eſſe negat, ſed addidit articulum τὸ πνεῦμα, hoc eſt, *ille ſpiritus*, nempe Legis, quaſi Moſes fuerit caro, utpote mortalis & imbecillis & craſſus, juxta typum quem gerit, Chriſtus ſpiritus, ut efficax & immortalis.

20 *Speculantes*] κατοπτριζόμενοι, id eſt, *ſpeculantes*: hoc loco a *ſpeculo* ductum eſt, non a *ſpecula*: ut intelligas Dei gloriam a purgatis animis ceu ſpeculo excipi ac reddi. Ad hunc enim ſenſum exponunt Græca ſcholia, ut κατοπτριζόμενοι ſit veluti ſpeculo exprimentes ac referentes. Græcæ vocis emphaſim annotavit & Auguſtinus libro *de Trinitate* decimo quinto, capite octavo. Et quod additur, *in eamdem imaginem*, præpoſitio Græcis abeſt, τὴν αὐτὴν εἰκόνα, id eſt, *juxta eamdem imaginem*: ut ſubaudias κατά. Ac paulo poſt,

21 *A claritate in claritatem*] *A gloria in gloriam*, ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν: ſic enim aliquoties vertit hanc vocem. Verum hæc varietas interpretandi nonnunquam anſam errandi Latinis expoſitoribus præbet, dum aliud quiddam a Paulo dici putant, *claritatem* & *gloriam*, quum apud illum eadem ſit vox.

22 *A Domini ſpiritu*] Trifariam hic locus accipi poteſt apud Græcos, *a Domini ſpiritu*, ſive *a Domino ſpiritus*, ſive *a Domino ſpiritu*, ut accipiamus ipſum Dominum eſſe ſpiritum. Cæterum media lectio mihi magis probatur, ἀπὸ Κυρίȣ πνεύματος. Primam ſequutus videtur Theophylactus, atque item Ambroſius. Ultimam ſequitur Commentarius in hanc Epiſtolam Chryſoſtomi titulo, torquens in Arianos. Item divus Baſilius in opere *de Spiritu ſancto* ad Amphilochium capite vigeſimo primo. Mirum quid ſequutus Auguſtinus libro *de Civitate Dei* vigeſimo ſecundo, capite vigeſimo nono, legit, *tanquam ad Domini ſpiritum*, ſi modo ſcriptura mendo vacat. Cæterum ὡς hic non ſonat ſimilitudinem, ſed congruentiam, *tanquam a ſpiritu Domini*: ut intelligas eximiam dignamque quam conferat Domini ſpiritus. Similis locus eſt apud Joannem, *quaſi unigeniti a Patre.*

1 *Juxta quod miſericordiam conſequuti ſumus*] καθὼς ἠλεήθημεν, Ambroſius vertit, *prout miſericordiam conſequuti ſumus.* Interpres pro καθὼς legiſſe videtur καθ' ὅ. Cæterum, *miſericordiam conſequuti ſumus*, ſuo more modeſtiæ cauſa dixit, pro eo quod eſt, delecti ſumus ad officium Apoſtolicum.

2 *Non deficiemus*] ȣ̓κ ἐκκακȣ̃μεν, id eſt, *non deficimus*, ſive *ſegneſcimus*, aut *degeneramus.* Nam Græcis κακὸς aliquando *inertem* ſignificat ac *inſtrenuum*, ut & alias indicatum eſt. Ambroſius legit, *non deficiamus* & *renunciemus*: ut utrumque ſit hortantis, quaſi legerit, μὴ ἐκκακῶμεν & ἀπείπωμεν. Mihi magis probatur, ut indicandi modo legantur, & ad Pauli perſonam pertineant, qui, contemptis Moſis ceremoniis, Chriſti philoſophiam libere prædicabat.

3 *Sed abdicamus*] ἀπειπάμεθα, id eſt, *abdicavimus*, ſive *abnegavimus, rejecimus.* Ambroſius legit *renunciemus*: ut verba ſint invitantis. Verum hæc omnia Chryſoſtomus ac Theophylactus legunt & interpretantur indicandi modo. Non enim illis præcepit Apoſtolus quid debeant facere, ſed oſtendit qualis ſit ipſius functio, obiter taxans pſeudapoſtolos, qui fumos objiciebant diſcipulis, quemadmodum & hodie Judæi jactant myſteria Talmudica & Cabaliſtica.

4 *Occulta dedecoris*] τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης. Aptius eſt *probri*, ſive *dedecoris*, quam *pudoris.* Non enim dixit αἰδȣ̃ς, ſed αἰσχύνης. Atque ita legit Ambroſius. Probrum enim opponit gloriæ, quam tribuit Evangelio. Porro *occulta* dixit, pro *occultamentis*, nam turpitudo amat latebras.

5 *Nec adulterantes*] δολȣ̃ντες, id eſt, *dolo utentes*, ſive *tractantes.* Neque eſt hic καπηλεύοντες, quod antea vertit *adulterantes*: ſed δολȣ̃ντες, quaſi dicas, *falſificantes.* Nec eſt *in manifeſtatione*, ſed *manifeſtatione*: ut referatur ad commendantes: hoc eſt, non dolo captantes hominum favores, ſed ſinceritate prædicationis.

6 *Opertum eſt*] κεκαλυμμένον. Quod hactenus *velatum* vertit, nunc mutat *opertum*, quum Græcis eadem ſit vox.

7 *Deus hujus ſeculi*] ὁ Θεὸς τȣ̃ αἰῶνος τȣ́τȣ, id eſt, *Deus ævi hujus.* Theophylactus ac ſcholia Græca putant legi poſſe per hyperbaton ad hunc modum: *In quibus excæcavit cogitationes incredulorum hujus ſeculi*: ut intelligamus Deum verum ultorem ſcelerum excæcare mentes infidelium hujus ſeculi. Atque hic quidem ſenſus accipi poterit, ſi *Deus* ſubjecta hypoſtigme ſeparetur ab his quæ ſequuntur, hoc pacto: *In quibus Deus, ſeculi hujus excæcavit mentes infidelium*: hoc eſt, in quibus Deus excæcavit mentes infidelium hujus ſeculi. Eamque lectionem pleriſque placuiſſe noſtrorum, teſtis eſt Auguſtinus libro adverſus Fauſtum vigeſimo primo, capite ſecundo, quod Manichæi duos Deos facerent, alterum verum, alterum unde ſcaterent mala, quem *Hylen* vocabant. At idem aliquanto poſt negat abſurdum videri debere, ſi Diabolus dicatur *Deus hujus ſeculi*, quemadmodum & illud dictum eſt Paulo, *quorum Deus venter eſt.* Item illud in Pſalmo, *Dii gentium Dæmonia.* Idem repetit contra adverſarium Legis & Prophetarum libro ſecundo, capite ſeptimo. In hanc ſententiam enarrat Ambroſius. Proinde quod priore loco diximus ex Græcis ſcholiis, id videtur affectatum ac violentum. Simplicius eſt ac verius, ut intelligamus Deum hujus ſeculi Satanam, quemadmodum ſentit Cyrillus, citantibus ſcholiis Græcanicis. Nec moveat quod illi tribuatur vocabulum *Dei.* Non eſt enim ſimpliciter Deus Diabolus, ſed illis eſt Deus, qui illum anteponunt Chriſto. Velut avaris pecunia ſive Mammona Deus eſt, nepotibus gula Deus eſt, & homo homini Deus eſt, juxta proverbium. Certe Ambroſius non veretur interpretari Diabolum hujus ſeculi Deum malorum. Nam in Divinis Litteris triplici differentia reperitur nomen *Dei* ac *Domini*; juxta naturam ac veritatem, ita ſolus Deus dicitur Deus ac Dominus: juxta adoptionem, *Ego dixi, Dii eſtis*: & juxta opinionem, primæ Corinthiorum octavo, *Nam etſi ſunt qui dicantur Dii in cœlo ſive in terra.* Chryſoſtomus ſtudioſe repugnat, ne Diabolus dicatur Deus, odio Marcionis & Manichæi, vultque hunc locum accipi de Deo vero: & indicat ordinem orationis, quem antea commonſtravi. Mox remiſſo hoc effugio tamen urget eumdem ſenſum, ac ſubmovet duplicem ſcrupum: quomodo Deus cœli ac terræ dicatur Deus hujus ſeculi: deinde quomodo dicatur excæcare. Primum excuſat conſuetudine Scripturæ myſticæ, quæ Deum appellat *Deum Abraham, Iſaac, & Jacob.* Item *Deum Iſrael*, rurſum *Deum cœli*, quum ſit Deus univerſorum. Alterum ſic expedit, ex more ſermonis myſtici, Deum frequenter dici facere, quod permittit fieri: quemadmodum in Epiſtola ad Romanos dicitur Philoſophos tradidiſſe in reprobum ſenſum: & in Exodo dicitur induraſſe cor Pharaonis. Pie quidem Chryſoſtomus, quanquam alteram ſententiam arbitror eſſe germanam. At non video quorſum pertineant hæc ſuffugia, quum Paulus alibi manifeſte *Dei* nomen tribuat iis qui vere Dii non ſunt, ſed pro Diis habentur, veluti ſecundæ Corinthiorum octavo, *Sicut ſunt Dii multi & Domini multi*: & Epheſiorum ſexto, impios Spiritus appellat κοσμοκράτορας, id eſt, *mundi potentes*: mundum utique pro malis accipiens: quemadmodum hic uſurpat vocem *ſeculi.* Itane protinus triumphaturi ſunt Manichæi, ſi hic Satanas dicatur *Deus hujus ſeculi?* Et ad coactas defenſiunculas confugiemus potius quam ad germanam interpretationem? Illud addam, Commentarios, qui Chryſoſtomi titulo feruntur, in hanc Epiſtolam non eſſe illius, ſed ſimii cujuſpiam.

8 *Illuminatio Evangelii gloria Chriſti*] Congeries genitivorum reddit orationem ancipitem. Poteſt enim ſic accipi, *ne illuceſceret illis illuſtratio Evangelii*, hoc eſt, prædicationis gloriæ Chriſti: aut, *ne illuceſceret illis lumen gloria Evangelii Chriſti*: aut, *ne illuceſceret illis lux Evangelii, quæ eſt gloria Chriſti.* Demiror autem quid legerit Ambroſius Græce, quum ita vertat hunc locum: *In quibus Deus ſeculi hujus obcæcavit ſenſus infidelium, ut non pervideant lumen Evangelii gloria Chriſti*: ni forte pro αὐτοῖς legit αὐτȣ̀ς ad hunc modum, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτȣ̀ς τὸν φωτισμόν. Nam auctore Heſychio αὐγάζω & αὐγάζομαι Græcis eſt ὁρῶ καὶ βλέπω, *video*, ſive *intueor.* Deinde φωτισμὸν proprie ſonat *illumi-*

γελίου τῆς δόξης τοῦ Χριςοῦ, ὅς ἐςι εἰκὼν τῦ Θεῦ. 5 Οὐ γὰρ ἑαυτὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ Χριςὸν Ἰησῦν Κύ-6 ριον, ἑαυτὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Ἰησῦν. Ὅτι ὁ Θεὸς, ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ὃς ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ Χρι-7 ςοῦ. Ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τῦτον ἐν ὀςρακίνοις σκεύεσιν, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ 8 Θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν· Ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ ςενοχωρούμενοι· ἀπορῦμενοι, ἀλλ' ὐκ ἐξαπορῦμενοι· 9 Διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι· καταβαλλόμε-10 νοι, ἀλλ' ὐκ ἀπολλύμενοι· Πάντοτε τὴν νέκρωσιν τῦ Κυρίου Ἰησῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες, ἵνα καὶ ἡ 11 ζωὴ τῦ Ἰησῦ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν φανερωθῇ. Ἀεὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ ζῶντες, εἰς θάνατον παραδιδόμεθα διὰ Ἰησῦν, ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τῦ Ἰησῦ φανερωθῇ ἐν τῇ θνητῇ 12 σαρκὶ ἡμῶν. Ὥςε ὁ μὲν θάνατος ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖ-13 ται, ἡ δὲ ζωὴ ἐν ὑμῖν. Ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίςεως, κατὰ τὸ γεγραμμένον, Ἐπίςευσα, διὸ ἐλάλησα· καὶ ἡμεῖς πιςεύομεν, διὸ καὶ λαλῦ-14 μεν, Εἰδότες, ὅτι ὁ ἐγείρας τὸν Κύριον Ἰησοῦν, καὶ ἡμᾶς διὰ Ἰησοῦ ἐγερεῖ, καὶ παραςήσει σὺν ὑμῖν. Τὰ

gelii gloriæ Christi, 9 qui est imago Dei. Non enim 5 nosipsos prædicamus, 10 sed Christum Jesum Dominum, 11 nos autem servos vestros propter Jesum. Quo-6 niam: Deus est, 12 qui jussit e tenebris lucem illucescere, 13 qui luxit in cordibus nostris, ad illuminationem 14 cognitionis gloriæ Dei 15 in facie Jesu Christi. Habemus autem thesaurum hunc 16 in testaceis 7 vasculis, 17 ut virtutis eminentia sit Dei, & non ex nobis: Dum 18 in omnibus premimur, at non anxii red-8 dimur: 19 laboramus, at non destituimur: Persequu-9 tionem patimur, 20 at non in ea deserimur: dejicimur, at non perimus: 21 Semper mortificationem Domini 10 Jesu in corpore circumferentes, ut & 22 vita Jesu in corpore nostro manifestetur. Semper enim nos qui vi-11 vimus, in mortem tradimur propter Jesum, ut & vita Jesu manifestetur in mortali carne nostra. 23 Itaque 12 mors quidem in nobis agit, vita vero in vobis. Cæte-13 rum quum habeamus eumdem spiritum fidei, 24 juxta illud quod scriptum est, 25 Credidi, & ideo loquutus sum: & nos credimus, quapropter & loquimur, 26 Scientes, quod qui suscitavit Dominum Jesum, nos 14 quoque per Jesum suscitabit, 27 & constituet vobiscum.

luminationem sive *illustrationem*: quod Ambrosius vertit *lumen*. Sed lumen quum profertur, φωτισμὸς est. Chrysostomus & huic succinens Theophylactus αὐγὴν interpretantur sublustre quiddam & quasi gustum futuræ gloriæ, quem ante dixit *arrhabonem Spiritus*: φωτισμὸν, lucem illam ineffabilem, quæ post aperitur.

9 *Qui est imago Dei*] In Aldina Editione additur ἀοράτου, quum non sit in nostris Latinis, sed videtur a studioso quopiam adjectum ex Epistolæ ad Colossenses capite primo, præsertim quum in aliis Græcis non reperiatur, quumque Chrysostomus ac Theophylactus nec legat, nec interpretetur. Imo neuter codex Constantiensis habebat *invisibilis*.

10 *Sed Jesum Christum Dominum nostrum*] *Nostrum* redundat. Nec habebatur apud Theophylactum & Chrysostomum, nec in vetustiore codice Constantiensi, sed adscriptum erat recentiore manu in margine: & plenius est, ut intelligamus omnium esse Dominum. Præterea discernit suam personam a persona Christi, quum ipse sit minister, alienum agens negotium: ille Dominus, ad cujus gloriam omnia referenda sunt, quæ facit servus.

11 *Nos autem servos vestros per Jesum*] *Propter Jesum* legendum est, διὰ τὸν Ἰησῦν. Atque ita legit divus Ambrosius.

12 *Qui dixit*] ὁ εἰπών. Commodius erat *qui jussit*, & addendum erat verbum substantivum: *Deus est qui jussit lumen illucescere*, & cætera. Deinde,

13 *ipse illuxit*] Pro *ipse*, Græce est ὃς, id est, *qui*. Nam ipse qui jussit, illuxit. Cæterum Græca verba sunt λάμψαι & ἔλαμψε, pro quibus Augustinus in opere *adversus calumniatorem Legis Mosaicæ* legit *clarescere* & *claruit*. Rursus contra Faustum disputans libro vigesimo secundo, capite octavo.

14 *Scientia claritatis*] τῆς γνώσεως τῆς δόξης, id est, *cognitionis gloriæ*. Interpretatur enim quid dixerit φωτισμὸν, nempe cognitionem gloriæ Jesu. Item pro *Dei*, Ambrosius legit *suæ*, *ad illuminationem gloriæ suæ*, propterea quod præcessit *Deus*.

15 *In facie Christi Jesu*] ἐν προσώπῳ Ἰησῦ Χριςῦ, id est, *in facie Jesu Christi*. Faber hoc loco mavult legere *persona*, pro *facie*, Laurentium, opinor, sequutus. At mihi multo magis quadrare videtur ad Pauli sententiam, si legamus *in vultu*, sive *in facie*. Alludit enim ad Mosis faciem velamine opertam, quum in Christi facie clare refulserit gloria Dei Patris, velut in imagine absolutissima. In hunc ferme sensum Chrysostomus ac Theophylactus.

16 *In vasis fictilibus*] ὀςρακίνοις, id est, *testaceis*: licet idem sit sensus.

17 *Ut sublimitas*] ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τῦ Θεῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν, id est, *ut sublimitas virtutis sit Dei, & non ex nobis*. Hic constanter Græci dissentiunt a Latinis. Nam Ambrosius non solum legit quod nostra habet translatio, verum etiam interpretatur. Sic enim loquitur: *Ut eminentia virtutis ejus appareat per homines prædicatores*, & cætera. Quanquam hic quoque *virtutis* sic accipitur, non ut opponatur vitio, sed infirmitati. Proinde Hieronymus in Dialogis adversus Pelagium citat hunc locum his verbis: *Ut abundantia fortitudinis nostræ sit ex Deo*. Cæterum ea vox *virtutis* ad nos refertur, non ad Deum: ut sit sensus, Ut nostra virtus tam eximia non tribuatur nobis, sed Deo. Neque rursum est *sublimitas*, sed ἡ ὑπερβολὴ, id est, *excessus*, sive *excellentia*, sive, ut Ambrosius, *eminentia*. Augustinus aliquoties legit *eminentia*, aptissimo vocabulo, & eminentia conjungit cum virtute, *ut eminentia virtutis sit Dei*, cum alias frequenter, tum enarrans Psalmos. Item Epistola centesima quinquagesima tertia; rursus sermone de *verbis Apostoli* decimo quinto.

18 *In omnibus tribulationem patimur*] Interpres neque sensum Pauli dilucide reddidit, neque schematis jucunditatem, Ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' ὐ ςενοχωρῦμενοι, id est, *Ubique pressi* sive *afflicti, sed non coarctati*, sive *non anxii redditi*. Alioqui consequitur, ut qui prematur, is adigatur in angustum. Ambrosius propius reddidit Græca ad hunc modum, *In omnibus pressuram passi, sed non coangustati*.

19 *Aporiamur, sed non destituimur*] Est apud Græcos jucunda vocum allusio, ἀπορῦμενοι, ἀλλ' ὐκ ἐξαπορῦμενοι: quorum alterum significat hærentem & consilii inopem ac perplexum, alterum significat plane desperantem ac tædio victum. Quanquam ἀπορεῖσθαι significat & *egere*, sed anxie, quod sequutus est Interpres. Ambrosius vertit, *inopiam passi*, pro egentes. Et quod hic vertit *destituti*, participium est ejus verbi, quod paulo ante vertit *tædere*, ἐξαπορεῖσθαι, ita ut nos tæderet vivere. Græci sic interpretantur, ut ἀπορεῖσθαι sit *redigi ad summam angustiam & inopiam*, sed ἐξαπορεῖσθαι *vinci & opprimi malis*.

20 *Sed non derelinquimur*] Διωκόμενοι, ἀλλ' ὐκ ἐγκαταλειπόμενοι: quorum posterius sonat *in periculo deseri* ac *destitui*, ob præpositionem additam ἐν. *Humiliamur, sed non confundimur*. Hæc nec habentur in Græcis codicibus, nec in lectione Ambrosiana, nec in vetustissimo codice sancti Donatiani, nec in utroque Constantiensi, unde miror unde irrepserint. Chrysostomus ac Theophylactus nec legit nec interpretatur: ac ne is quidem, cujus commentariolus fertur falso Hieronymi titulo. Et tamen ad Pauli sensum non inepte accederent, quod humiliationi proxima sit confusio. Quod autem hic Interpres vertit per verba, Græci dicunt per participia. Atque ita legit Ambrosius, *In omnibus pressuram passi, sed non coangustati: inopiam passi, sed non destituti*. Verum quoniam tempus participii non conveniebat, Interpres maluit per verba reddere.

21 *Semper mortificationem Jesu Christi*] Græce est *Domini Jesu*, νέκρωσιν τῦ Κυρίῦ Ἰησῦ. Sed obstrepet aliquis, quid ista faciunt ad sensum, an sit *Domini Jesu*, an *Jesu Christi*? Primum arbitror esse nefas in Divinis Litteris, si vel unum apicem sciens ac volens mutes. Quod si quis propius introspexerit, videbit nec hanc in Paulo varietatem otiosam esse, in quo nihil omnino est otiosum. Addidit *Domini* cognomen, ne servos pigeret similia pati: item ne *mortis* nomen adderet contemptum Christo, addidit *Domini* cognomen. Ambrosius pro νέκρωσιν legit non *mortificationem*, sed *mortem*: nec id absurde, mea sententia.

22 *Vita Jesu manifestetur in corporibus nostris*] ἐν τῷ σώματι ἡμῶν, id est, *in corpore nostro*. Atque ita legit Ambrosius cum Græcis consentiens, ut non respicias tuum aut meum corpus, verum id quod opponitur spiritui.

23 *Ergo mors in nobis operatur*] Ὥςε ὁ μὲν θάνατος ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖται, id est, *Itaque mors quidem in nobis operatur*. Quanquam est *agit* potius quam *operatur*: de quo toties jam dictum est.

24 *Sicut scriptum est*] κατὰ τὸ γεγραμμένον. Faber putat posse legi, *a quo scriptum est*. Verum id Græci sermonis ratio nullo pacto patitur, unde miror si diversum habuit exemplar, aut certe tam erudito viro quid in mentem venerit.

25 *Credidi propter quod loquutus*] Locus est in Psalmo centesimo decimo quinto. Sermo Græcus est anceps: si conjunctim legas, sensus est, *Credidi eo quod loquutus sum*: si disjunctim, sensus erit, *Credidi, & ideo loquutus sum*: ut juxta priorem distinctionem accipias, eum non fuisse crediturum, nisi loquutus fuisset: juxta posteriorem, non fuisse loquuturum, nisi credidisset. Διὸ, *quapropter*, sive *propterea quod*.

26 *Scientes, quoniam qui suscitavit Jesum*] Græci legunt *Dominum Jesum*, ὁ ἐγείρας τὸν Κύριον Ἰησῦν. Porro quod vertit ὅτι, nunc *quia*, nunc *quoniam*, frequentius occurrit quam ut vacet castigare. Nam poterat Latine dicere, *Scientes, qui Jesum suscitavit, eum nos quoque per Jesum suscitaturum esse*. Aut, *Scientes, quod qui Jesum suscitavit, is & nos per Jesum suscitaturus est*.

27 *Et constituet vobiscum*] καὶ παραςήσει σὺν ὑμῖν, *& exhibebit* sive *adjunget sibi una vobiscum*: hoc est, non solum nos Judæos, verum etiam vos Gentes. Rursum illud, *cum Jesu*, Græce est *per Jesum*, διὰ Ἰησῦ. Neque enim cum Jesu, qui jam olim resurrexit: sed per illum, cujus membra facti sumus, & per quem donavit nobis omnia. Etiamsi Ambrosius legit *cum Jesu*: non ad tempus respiciens, sed ad communem resurrectionem capitis & membrorum.

28 Ut

15 Τὰ γὰρ πάντα δι' ὑμᾶς, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσασα, διὰ τῶν πλειόνων τὴν εὐχαριστίαν, περισσεύσῃ εἰς τὴν 16 δόξαν τοῦ Θεοῦ. Διὸ ὐκ ἐκκακῦμεν, ἀλλ' εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, ἀλλ' ὁ ἔσωθεν 17 ἀνακαινῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ. Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβο- 18 λὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν, Μὴ σκοπύντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα· τὰ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπό-

ις V. 1 μενα, αἰώνια. Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τῦ σκήνυς καταλυθῇ, οἰκοδομὴν ἐκ Θεῦ ἔχομεν, 2 οἰκίαν ἀχειροποίητον, αἰώνιον ἐν τοῖς ὐρανοῖς. Καὶ γὰρ ἐν τύτῳ στενάζομεν, τὸ οἰκητήριον ἡμῶν, τὸ ἐξ ὐρα- 3 νῦ, ἐπενδύσασθαι ἐπιποθῦντες. Εἴ γε καὶ ἐνδυσάμε- 4 νοι, ὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα. Καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει, στενάζομεν βαρύμενοι· ἐπειδὴ ὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι, ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν 5 ὑπὸ τῆς ζωῆς. Ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τῦτο, Θεός· ὁ καὶ δὺς ἡμῖν τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύ- 6 ματος. Θαῤῥοῦντες οὖν πάντοτε, καὶ εἰδότες, ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι, ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ 7 Κυρίου. Διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴ- ιγ 8 δους. Θαῤῥοῦμεν δὲ καὶ εὐδοκοῦμεν μᾶλλον, ἐκδημῆσαι ἐκ τῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον. Διὸ

Alias ἐφ' ᾧ

15 cum. Nam omnia propter vos, [28] ut beneficium quod exundavit, pluribus gratias agentibus, exuberet in glo- 16 riam Dei. Propterea [29] non defatigamur, sed quanvis externus homo noster corrumpitur, internus tamen 17 renovatur in dies singulos. [30] Nam momentanea levitas afflictionis nostræ mire supra modum æternum pon- 18 dus gloriæ parit nobis, Dum non spectamus ea quæ videntur, sed ea quæ non videntur: nam quæ videntur, [31] temporaria sunt, at quæ non videntur, æterna. [1] V. 1 Scimus enim, quod si terrenum nostrum domicilium hujus tabernaculi destructum fuerit, ædificationem ex Deo habemus, domicilium [2] non manufactum, æ- 2 ternum in cœlis. [3] Nam in hoc gemimus, [4] domicilio 3 nostro, quod e cœlo est, superindui desiderantes. [5] Si 4 tamen induti, non nudi reperiemur. Etenim qui sumus [6] in hoc tabernaculo, gemimus onerati: propterea quod nolimus exui, sed superindui, [7] ut absorbea- 5 tur mortalitas a vita. [8] Porro qui paravit nos in hoc ipsum, Deus est: [9] qui idem dedit nobis arrhabonem 6 Spiritus. [10] Itaque bono animo sumus semper, & scimus, quod quum domi sumus in corpore, peregrina- 7 mur a Deo. Per fidem enim ambulamus, non per spe- 8 ciem. [11] Confidimus autem & probamus magis, [12] peregre abesse a corpore, & præsentes adesse apud Deum. [13] Qua-

28 *Ut gratia abundans per multos, in gratiarum actione abundet in gloriam Dei*] ἵνα ἡ χάρις πλεονάσασα, διὰ τῶν πλειόνων τὴν εὐχαριστίαν περισσεύσῃ εἰς τὴν δόξαν τῦ Θεῦ, id est, *ut gratia exuberans*, sive *redundans*, sive *quæ redundavit*, *propter multorum gratiarum actionem abundet in gloriam Dei*. Est enim *propter*, non *per*, nisi διὰ referas ad πλειόνων, at tum non habes quo referas εὐχαριστίαν. Videtur autem Paulus aliquoties abusus hac præpositione. Et Ambrosius ita propemodum legit, *per multorum gratiarum-actionem*, hoc est, Si plures agant gratias, id cedet in gloriam Dei. Potest & verbum περισσεύσῃ accipi transitive, adhærente huic accusativo εὐχαριστίαν, ut ita distinguamus, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσασα διὰ τῶν πλειόνων, hîc post hypostigmen subjiciantur reliqua, τὴν εὐχαριστίαν περισσεύσῃ, id est, *ut gratia quæ per plures sparsa exuberavit, faciat ut exuberet etiam gratiarum actio in gloriam Dei*. Hoc ne prorsus videatur esse somnium, in exemplari vetustiori Constantiensi sic habebatur, *ut gratia abundans per multos gratiarum actio abundet in gloriam Dei*. Alterum in hoc consentiebat, quod *gratiarum actiones* & colo & majuscula separabatur a superioribus: quasi dicas, redundante gratia per multos similiter & gratiarum actio redundet per multos in gloriam Dei: ut prior nominativus ponatur absolute pro genitivo, & διὰ πλειόνων referatur ad utramque partem, πλεονάσασα & περισσεύσῃ.

29 *Non deficimus*] ὐκ ἐκκακῦμεν. Quemadmodum vertit & supra, pro eo quod est, *non segnescimus, non defatigamur*.

30 *Quod in præsenti est momentaneum & leve*] Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν, id est, *Quod enim in momento est leve*: nam *in præsenti* non est in Græcis, nisi quod Interpres voluit reddere adverbium τὸ παραυτίκα. Poterat autem vertere ad hunc modum: Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν καθ' ὑπερβολὴν, εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ὑμῖν. Id est, *Momentanea enim levitas afflictionis nostræ, insignite, supra modum æternum pondus gloriæ operatur* sive *efficit nobis*: ut τὸ ἐλαφρὸν, id est, *leve*, ponatur pro nomine substantivo: & τὸ παραυτίκα fungatur vice adjectivi, quod Græcis est familiarissimum. Opposuit autem Paulus τὸ ἐλαφρὸν τῷ βάρος: quod utique substantivum est. Nec hîc ἐλαφρὸν dicitur quod sit leve toleratu, sed quod cito transeat: quemadmodum nec βάρος dicitur, quod gravet, sed quod solidum sit ac permaneat: unde & ἐν βάρει dicuntur esse, qui gravitatem præ se ferunt. Jam illud, καθ' ὑπερβολὴν, εἰς ὑπερβολὴν, quod constanter habetur in omnibus Græcis exemplaribus, & repetitur in scholiis, nihil aliud sibi vult quam insignem & ineffabilem præcellentiam, quasi dicas *egregie egregius est*, ita bis dixit *supra modum*. Nihil enim aliud significat καθ' ὑπερβολὴν, quam εἰς ὑπερβολὴν. Et alias admonuimus, Hebræos hujusmodi conduplicatione epitasin exprimere. Nec est *in nobis* apud Græcos, sed *nobis*, absque præpositione. Hujus particulæ ἀναδίπλωσιν annotavit Chrysostomus ac Theophylactus: noster Interpres pro altera vertit *supra modum*, pro altera *in sublimitate*. Hæc quoniam ignorant recentiores quidam, ut Thomas & Lyranus, non admodum apte hîc philosophantur de modo & proportione præmiorum ad merita, deque sublimitate vitæ cœlestis. Hoc tamen admonebo, epitheton αἰώνιον posse utroque referri, ad ὑπερβολὴν quæ præcessit, & ad βάρος quod sequitur. Totus autem hic sermo picturatus est ex contrariis inter se relatis, quod indicavit etiam Chrysostomus. Nam θλίψει opponit δόξαν, ἐλαφρὸν opponit βάρος, τὸ παραυτίκα opponit αἰώνιον. Rursum committit τὰ βλεπόμενα, καὶ τὰ μὴ βλεπόμενα. Item πρόσκαιρα & αἰώνια. Jam quod paulo superius dixit, *de die in diem*, Græce non est καθ' ἡμέραν, sed *nove*, ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ, ut incrementum etiam intelligas renovationis, quemadmodum corpus in dies magis ac magis deficit, præsertim in provectioribus. Sapit autem hîc sermo Pauli dialecton Hebraicam, quod genus, *in progeniem & progeniem*: pro eo quod erat, *in omnes progenies*.

31 *Temporalia*] πρόσκαιρα, id est, *temporaria & ad tempus durantia*: quo vocabulo usus est Evangelista de semine mox exarescente.

1 SCimus enim, quoniam si] Græci legunt ad hunc modum, Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τῦ σκήνυς καταλυθῇ, id est, *Novimus enim, quod si terrena nostra domus tabernaculi dissoluta fuerit*. Nec additur *hujus*, nisi quod τῦ certum indicat tabernaculum. Addit autem *tabernaculi*, ut ostenderet domicilium hoc non esse perpetuum, sed ad paucos paratum dies, cujusmodi sunt tabernacula.

2 *Non manufactam*] Jucundius est Græce dictione composita, ἀχειροποίητον, hoc est, dissimile his, quæ opera manuaria construuntur ac destruuntur.

3 *Nam & in hoc ingemiscimus*] Καὶ γὰρ ἐν τύτῳ στενάζομεν, *Etenim in hoc gemimus*. Incertum autem an pronomen hoc demonstret tabernaculum corporis, an absolute ponatur pro *ob id gemimus*, *quod cupiamus supervestiri*: aut, quod mavult Valla, *superindui*, ἐπενδύσασθαι. Unde *ependytes* dicta vestis exterior, veluti toga aut pallium. Ad id facit quod sequitur, *Si tamen induti, & non nudi reperiamur*. Neque enim supervestiri potest, qui prius non sit vestitus.

4 *Habitationem nostram*] τὸ οἰκητήριον ἡμῶν, id est, *domicilium nostrum*. Refertur autem ad verbum *superindui*. Corpus enim domicilium est animi, & Ambrosius legit *domicilio*. Porro quod addit, *quod e cælo est*, sentit, ut opinor, Christi corpus, cui nostra conformantur societate immortalitatis.

5 *Si tamen vestiti, & non nudi inveniamur*] Ambrosius indicat in nonnullis codicibus diversam lectionem: *Siquidem exspoliati, non nudi inveniamur*: hoc est, si exspoliati hoc corpore non deprehendamur nudi, sed induti Christo. Idem annotant Græcanica scholia, in nonnullis esse ἐκδυσάμενοι, in aliis rursus ἐνδυσάμενοι. Est autem participium activum, *quum exuerimus nos*, aut *quum induerimus*. Sic enim de corpore loquitur, quasi de veste.

6 *In hoc tabernaculo*] ἐν τῷ σκήνει, id est, *in tabernaculo*. Annotavit vocum emphasim Chrysostomus. Mortale corpus vocat σκῆνος, immortale jam factum οἰκίαν καὶ οἰκητήριον, quod tabernaculum viatoris est ac militis, eoque temporarium; domus, inhabitantis ac permanentis.

7 *Ut absorbeatur quod mortale est a vita*] τὸ θνητόν. Cur non potius *mortalitatis* quam *mortale*, quo magis respondeat vitæ? Et ad eum modum Græci abutuntur adjectivis neutri generis.

8 *Qui autem effecit nos in hoc ipsum*] Ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τῦτο, Θεὸς, id est, *Porro qui nos fecit* sive *paravit in hoc ipsum, Deus*: ut subaudias *est*: quod in participiis passim fit apud Græcos. Deus renovabit nos in resurrectione, qui in hoc ipsum nos condidit. Ambrosius legit *perfecit*, pro *effecit*. Nam *affecit*, quod addit Faber, non video quomodo respondeat Græcæ voci.

9 *Pignus*] ἀῤῥαβῶνα. Nec est *qui dedit*, sed *qui etiam dedit*; ὁ καὶ δὺς: ut referatur ad eum qui paravit nos in hoc, & postea pignus quoque dederit sui Spiritus, quo certius speremus.

10 *Audentes igitur*] Θαῤῥῦντες, id est, *Confidentes*, sive *Fidentes*. Hoc loco videtur Paulus participio pro verbo abusus: quod frequentius fit apud Græcos, quam apud Latinos. Nisi malis ad hunc modum ordinare sermonem, ut illa, *Per fidem enim ambulamus*, per parenthesim sint interjecta. Deinde veluti recepto gradu, redeat ad interruptam orationem, Θαῤῥῦμεν δὲ καὶ εὐδοκῦμεν. Cœperat enim ab hujus verbi participio θαῤῥῦντες, ut hic sit sensus, Fidentes igitur semper, & scientes, quod quum versamur in corpore, abisumus a Domino. Nam per fidem ambulamus, non per speciem, & tamen fidentes, inquam, sumus, & non solum fidentes, verum etiam sic animati, ut malimus abesse a corpore, quo liceat adesse Deo.

11 *Audemus autem*] Rursus Θαῤῥῦμεν, id est, *Confidimus*. Et *bonam voluntatem habemus*, εὐδοκῦμεν. Quod Ambrosius *consentimus*: nos maluimus *probamus*. Probatur enim quod placet.

12 *Dum sumus in hoc corpore*] ἐνδημῦντες, ἐκδημοῦντες. Opposuit

9 Διὸ καὶ φιλοτιμούμεθα, εἴτε ἐνδημοῦντες, εἴτε ἐκδημοῦντες, εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι. 10 Τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ὃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν. 11 Εἰδότες οὖν τὸν φόβον τοῦ Κυρίου, ἀνθρώπους πείθομεν, Θεῷ δὲ πεφανερώμεθα· ἐλπίζω δὲ καὶ ἐν ταῖς συνειδήσεσιν ὑμῶν πεφανερῶσθαι. 12 Οὐ γὰρ πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνομεν ὑμῖν, ἀλλὰ ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα ἔχητε πρὸς τοὺς ἐν προσώπῳ καυχωμένους, καὶ οὐ καρδίᾳ. 13 Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, Θεῷ, εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν. 14 Ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς, 15 Κρίναντας τοῦτο, ὅτι εἰ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον· καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. 16 Ὥστε ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα· εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν. 17 Ὥστε εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε καινὰ τὰ πάντα. 18 Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ δόντος ἡμῖν τὴν διακονίαν τῆς καταλλαγῆς. 19 Ὡς ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν, καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς. 20 Ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν, δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλά-

13 Quapropter contendimus, 14 sive domi præsentes, sive foris peregre agentes, ut illi placeamus. 10 Omnes enim nos manifestari oportet coram tribunali Christi, ut reportet unusquisque 15 ea quæ fiunt per corpus, 16 juxta id quod fecit, sive bonum, sive malum. 11 Scientes igitur terrorem illum Domini, suademus hominibus, 17 Deo vero manifesti sumus: spero autem nos & in conscientiis vestris manifestos esse. 12 Non enim iterum nosipsos commendamus vobis, 18 sed occasionem damus vobis gloriandi de nobis, 19 ut aliquid habeatis adversus eos qui in facie gloriantur, & non in corde. 13 20 Nam sive insanimus, Deo insanimus, 21 sive sani sumus, vobis sani sumus. 14 Charitas enim Christi 22 constringit nos, 15 Judicantes illud, 23 quod si unus pro omnibus mortuus fuit, ergo omnes mortui fuerunt: & pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt, posthac non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. 16 Itaque nos 24 posthac neminem novimus secundum carnem: porro etiam si cognovimus Christum secundum carnem, nunc tamen non amplius novimus. 17 25 Proinde si quis est in Christo, nova creatura est: vetera præterierunt, ecce nova facta sunt omnia. 18 Omnia autem ex Deo, qui reconciliavit nos sibi per Jesum Christum, deditque nobis ministerium reconciliationis. 19 26 Quandoquidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, 27 non imputans eis peccata sua, & posuit in nobis sermonem reconciliationis. 20 Itaque nomine Christi 28 legatione fungimur, 29 tanquam Deo vos obsecrante per nos, rogamus pro Chri-

posuit verba contraria, quæ Latinus Interpres non potuit commode reddere, nisi dicas, *dum adsumus, absumus.* Siquidem in Græcis verbis conduplicata ἐναντίωσις geminam habet gratiam, quod & in vocibus sita sit, & in rebus: ἐκδημῆσαι est *foris agere*, hoc est, domi non esse: ἐνδημεῖν est *domi agere.* Interpres varie reddidit, idque suo more. Tertullianus libro *de carnis resurrectione* octavo vertit, *sive peregrinantes, sive immorantes.*

13 *Et ideo contendimus*] φιλοτιμούμεθα, id est, *certamus* & *ambimus.* Ambrosius legit *conamur*: quanquam *contendimus* bene quadrat: modo bene intelligatur a nobis. Est enim φιλοτιμεῖσθαι *ambitiose* quippiam *contendere*, sic ut te non patiaris ab alio vinci.

14 *Sive absentes, sive præsentes*] Participia sunt eorum verborum, quæ ante vertit *peregrinari.* Verti poterat, *sive foris agentes, sive domi.* Sentit enim de domicilio corporis, in quo cum domi sumus, tum foris sumus, sejuncti a Domino. Ambrosius, *sive præsentes, sive peregrinantes.* Interpres propemodum reddidit gratiam schematis, quam Græcis verbis addit ἐναντίωσις & προσονομασία.

15 *Propria corporis*] Græce est, τὰ διὰ τοῦ σώματος, id est, *quæ per corpus fiunt.* Interpres legisse videtur τὰ ἴδια σώματος. Atque ita legit Ambrosius. Theophylactus legit & interpretatur, τὰ διὰ τοῦ σώματος. Tertullianus legit διὰ, subindicans amphibologiam orationis. Sensus enim esse potest, ut unusquisque reportet per corpus, vel quæ gessit per corpus.

16 *Prout gessit*] πρὸς ἃ ἔπραξε, id est, *ad ea quæ gessit*, hoc est, pro ratione & portione eorum quæ fecit in corpore. Quidam codex habebat, πρὸς ὃ ἔπραξε, id est, *ad id quod gessit.*

17 *Deo autem manifesti sumus*] Græcis non est *manifesti*, nomen: sed *manifestati sumus*, verbum, πεφανερώμεθα. Et item mox, *in conscientiis vestris manifestos nos esse*, πεφανερῶσθαι. Id sive a Librariis fuit immutatum, sive ab Interprete positum, non magni refert ad sensum Pauli.

18 *Occasionem damus*] Græce διδόντες est, id est, *dantes.* Sed recte Interpres participium commutavit in verbum.

19 *Ut habeatis ad eos*] πρὸς τοὺς, id est, *adversus eos.* Et *habeatis* posuit pro *possitis* gloriari.

20 *Excedimus*] ἐξέστημεν: quasi dicas, rapti sumus extra nos: quem vocant mentis excessum, sive raptum. Fortasse scriptum erat, *excidimus mente*, non *excedimus*: hoc est, sive insanimus, sive sani sumus, sive sapimus, sive desipimus. Id magis explicat id quod mox consequitur.

21 *Sive sobrii sumus*] εἴτε σωφρονοῦμεν, id est, *sive sobrii sumus.* Ambrosius legit, *sive sanum sapimus*: ut referatur ad illud, *excidimus mente.* Nam id quoque significat aliquoties σωφρονεῖν. Et Græcanica scholia admonent, insanorum esse ingentia loqui, velut oblitos sui. Quod idem indicat Ambrosius. Augustinus cum aliis compluribus locis, tum enarrans Psalmum trigesimum, ad ecstasim refert excessum: & *excessimus* compluribus locis legit, non *excedimus*, observato tempore verbi Græci. Quanquam in hujusmodi quæ ad animi pertinent affectiones, solet præteritum tempus pro præsenti usurpari. Et libro adversus Faustum duodecimo, capite vigesimo sexto, pro *sobrii sumus*, legit *temperantes sumus.* Theophylactus triplex commentum adscripsit: *de magnis rebus loquuturus, ecstasim*, inquit, *vocat*: rursum, *sive videmur insanire, sive sobrii esse*: postremo, tribuit Paulo insaniam, sed ἐρωτικὴν, hoc est, *amatoriam.* Nam Plato triplicem furorem docet, vatum, poëtarum, & amantium, quorum postremum putat esse felicissimum. Talem furorem Theophylactus tribuit Paulo, qui non in se, sed in Christo vixerit, quemadmodum amantis anima non est ubi animat, sed ubi amat, quique pro fratribus optarit anathema fieri a Christo. Illud annotandum, nisi repetas utrumque verbum, sermonem inabsolutum videri. *Sive enim mente excidimus, Deo excidimus: sive sanæ mentis sumus, vobis sani sumus.* Nam si quid gloriatur Paulus, id non ad ipsius, sed ad Dei gloriam pertinet. Si mediocria loquitur, id tribuit infirmioribus, quorum affectibus & capacitati semet accommodat. Adsimili figura dictum est illud ad Romanos, *Non enim qui in manifesto Judæus est, nec quæ in manifesto in carne est circumcisio*, & cætera: ut illic indicavimus.

22 *Urget nos*] συνέχει, id est, *constringit*, sive *compellit*: quanquam *urget* belle habet. Ac mox, non est *Æstimantes*, sed Κρίναντας, id est, *Judicantes*, sive qui judicavimus ac statuimus illud. *Judicantes* legit Augustinus libro adversus Faustum undecimo, capite octavo, quemadmodum Ambrosius.

23 *Quoniam si unus pro omnibus*] *Si* non est apud Græcos in quibusdam codicibus. Certe apud Theophylactum non additur, nec apud Ambrosium, quantum ex illius liquet interpretatione. Separat enim hoc ab iis quæ sequuntur interjecto commentario: *Ergo omnes mortui sunt*, & cætera. Assumit Paulus id quod indubitatum est, Christum pro omnibus mortuum, ac mox infert quod hinc consequitur. Verum id ad sensum perpusillum refert, nisi quod asseverantius est quod legunt Græci: Christus mortuus est, de hoc non est disputandum: eoque dicit κρίναντας. Consequitur igitur omnes fuisse mortuos.

24 *Ex hoc*] ἀπὸ τοῦ νῦν, id est, *posthac*: quod hic vertere solet *a modo.* Ambrosius legit, *ex hoc tempore.* Apud Quintum Curtium legimus, *de cætero.*

25 *Si qua ergo in Christo nova creatura*] Ambrosius interpretatur, *Si quis est in Christo, nova creatura est*: ut bis subaudiatur verbum substantivum, etiamsi in Ambrosianis codicibus verba contextus depravata sunt. At idem adducens hunc Pauli locum libro Epistolarum secundo, Epistola octava, palam indicat quid legerit, ita scribens: *Et ideo addidit*, Si quis in Christo, nova creatura: *id est, qui perfectus in Christo, nova creatura est.* Consentit per omnia cum Ambrosio Theophylactus Interpres, etiamsi apud hujus quoque Interpretem verba contextus depravata habebantur in Editione Romana, quæ falso titulo, quod erat Theophylacti Bulgariensis Archiepiscopi, Athanasio inscripsit. Quid? quod in eumdem sensum adducit hunc locum Origenes Homilia in Leviticum duodecima: *Omnis ergo*, inquit, *secundum Apostolum, qui in Christo est, nova creatura est.* Origenes enim, *Si quis*, exponit *Quisquis.* Denique Chrysostomus sic explicat, Εἴ τις ἐπίστευσεν αὐτῷ, φησὶν, εἰς ἑτέραν ἦλθεν δημιουργίαν· καὶ γὰρ ἄνωθεν ἐγεννήθη διὰ Πνεύματος, id est, *Si quis credidit illi, in aliam transiit creationem: etenim cœlitus natus est per Spiritum.* Notat idem epitasin, quod vehementem mutationem appellarit καινὴν κτίσιν.

26 *Quandoquidem Deus erat in Christo*] Ὡς ὅτι. Propemodum sonat *Sic quia*, ut modum ostendat quomodo Deus reconciliaverit sibi nos. Ita videntur significare Græca scholia, & clarius etiam Theophylactus: *Reconciliavit: quomodo? non imputans peccata.*

27 *Non reputans*] μὴ λογιζόμενος. Melius, *non imputans.*

28 *Legatione fungimur*] πρεσβεύομεν: quod & *oramus* significat. Quanquam & oratores dicti, qui alterius nomine postulant aliquid.

29 *Tanquam Deo exhortante per nos*] παρακαλοῦντος. Scio vocem Græcam esse ancipitem. Neque pugnarim, si cui magis placet *exhortante.* Me tamen nihil movet scrupulus eorum, qui putant indecorum Deo obsecrare. Certe mox per Paulum orat, δεόμεθα. Chrysostomus ita scribit in hunc locum: Εἶδες πῶς ἦρε τὸ

21 λάγητε τῷ Θεῷ. Τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γινώμεθα δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν αὐτῷ.
VI. 1 Συνεργοῦντες δὲ καὶ παρακαλοῦμεν, 2 μὴ εἰς κενὸν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ δέξασθαι ὑμᾶς. Λέγει γὰρ, Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι. Ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας. 3 Μὴ δὲ μίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπὴν, 4 ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία, Ἀλλ᾽ ἐν παντὶ συνιστῶντες ἑαυτοὺς ὡς Θεοῦ διάκονοι, ἐν ὑπομονῇ πολλῇ, 5 ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις, Ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς, ἐν ἀκαταστασίαις, ἐν κόποις, 6 ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις, Ἐν ἁγνότητι, ἐν γνώσει, ἐν μακροθυμίᾳ, ἐν χρηστότητι, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, ἐν 7 ἀγάπῃ ἀνυποκρίτῳ, Ἐν λόγῳ ἀληθείας, ἐν δυνάμει Θεοῦ, διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ 8 ἀριστερῶν, Διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας, διὰ δυσφημίας 9 καὶ εὐφημίας· ὡς πλάνοι, καὶ ἀληθεῖς· Ὡς ἀγνοούμενοι, καὶ ἐπιγινωσκόμενοι· ὡς ἀποθνήσκοντες, καὶ 10 ἰδοὺ ζῶμεν· ὡς παιδευόμενοι, καὶ μὴ θανατούμενοι· Ὡς λυ-

Christo, reconciliemini Deo. 30 Eum enim, qui non 21 novit peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur 31 justitia Dei per illum. 1 Quin & adjuvantes obsecramus, ne in vacuum gratiam Dei receperitis. Dicit enim, 2 In tempore accepto exaudivi te, & in die salutis succurri tibi. Ecce nunc tempus acceptum, ecce nunc dies salutis. 3 Ne quam usquam demus offensionem, ne reprehendatur 4 ministerium, Sed in omnibus 5 commendemus nosipsos ut Dei ministri, 6 in tolerantia multa, in afflictionibus, in necessitatibus, in anxietatibus, In plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, In puritate, in scientia, in animi lenitate, 7 in benignitate, in Spiritu sancto, 8 in charitate non simulata, In sermone veritatis, 9 in potentia Dei, per arma justitiæ 10 dextra ac sinistra, 11 Per gloriam & ignominiam, 12 per convitia & laudes: 13 quasi impostores, & tamen veraces: 14 Quasi ignoti, & tamen noti: quasi morientes, & ecce vivimus: 15 quasi correpti, & non occisi: 16 Quasi dolen-

τὸ πρᾶγμα, τὸν Χριστὸν εἰσαγαγὼν τιθέντα τὴν ἱκετηρίαν ταύτην· μᾶλλον δὲ οὐ τὸν Χριστὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν Πατέρα. Id est, *Vides quomodo rem exaggerarit, Christum inducens hanc supplicationem peragentem: imo non Christum tantum, sed & ipsum Patrem.*

30 *Eum qui non novit peccatum, fecit peccatum*] Prius peccatum est admissum, posterius est hostia destinata expiando peccato. Mirum cur Faber tam sollicitus sit, ne quis intelligat Christum peccasse, quum ex his verbis is sensus nullo pacto possit accipi, *tum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Non enim dixit *peccatorem fecit*, sed *peccatum*: hoc est, voluit pati supplicium, perinde quasi peccasset omnia, quum solus nihil peccasset: ut peccatum accipias hostiam quæ pro expiando peccato solet immolari: sicuti legimus, *peccata populi comedent.* Ita ferme scholia Græcanica. Denique sic hoc loco Christum vocavit *peccatum*, ut nos paulo superius *justitiam Dei* dixit: & alibi Christum appellavit *maledictum.* Nec abhorret Augustinus ab hoc sermone, libro adversus Faustum decimo quarto, a capite tertio aliquot deinceps capitulis. Etiamsi locis aliquot ita sententiam hanc edisserit, quasi verbum *fecit* pertineat ad Christum, non ad Patrem.

31 *Justitia Dei*] Hebraico idiomate *justitiam* dixit, pro *justus*: & addidit *Dei*, ut excluderet fiduciam ac supercilium nostrorum operum. Ita Chrysostomus. Annotandum est schema in traductione, *peccati* & *peccati*: item in *ἐναντιώσει*, *peccatum* & *justitia.*

1 ADjuvantes autem exhortamur] Thomas hoc loco torquet sese, primum bifariam interpretans *Adjuvantes vos*, ut referatur ad Corinthios: deinde *Adjuvantes Deum.* Cæterum quoniam hoc jam absurdum videtur, Deum adjuvari ab homine, distinctiunculam adhibet, qua tamen nihil erat opus, si Græca consuluisset, in quibus est *Συνεργοῦντες*, id est, *Cooperantes.* Cur enim horreamus hunc sermonem, quum in superioris Epistolæ capite tertio legamus, *Dei enim adjutores sumus, συνεργοί*? Chrysostomus tamen & priorem sententiam retulit, quemadmodum & Theophylactus. Verum altera magis congruit his quæ præcedunt & sequuntur: Pater est auctor negotii, Christus princeps legationis, Apostoli ministri. In Christo operatur Pater, Christus in Apostolis. Nec conjunctio caret emphasi, *καὶ παρακαλοῦμεν.* Magnum erat illis prædicasse Evangelium, tantaque perpessum fuisse, & tamen his addit etiam obsecrationem. Deinde quod sequitur, *exhortamur*, Græce est *παρακαλοῦμεν*: quod, ut crebro dictum est, sonat & *obsecramus* & *consolamur*: ut paulo superius, *tanquam Deo exhortante per nos.* Utroque loco non male quadrabat *obsecrandi* verbum, præsertim quum sequatur *δέομαι*, *rogo*, quod Interpres vertit *obsecro.* Illud annotandum, quo se demittat tantus Apostolus, etiam apud illos qui peccaverant, quum nunc longe dissimiles huic, miro supercilio, nil nisi mandata, minas, excommunicationes, & anathemata crepent. Bis autem rogat, primum nomine Christi, cujus vice fungitur: deinde suo, tanquam illius cooperarius, quasi hoc nonnihil etiam ad se pertineret. Deinde gratiam Dei vocat beneficium Dei.

2 *Tempore accepto exaudivi te*] Quum dicit *Ait*, subaudiendum est Dominus, sive Scriptura. Quæ sermonis forma non est infrequens apud Paulum. Locus, quem adducit, est apud Esaiam capite quadragesimo nono. Hebraica divus Hieronymus ita reddidit: *In tempore placito exaudivi te, & in die salutis auxiliatus sum tui.* Neque dissident ab his Septuaginta, *Tempore opportuno exaudivi te, & in die salutis auxiliatus sum tui.* Illud interim miror, qui factum sit, ut pro *tibi* legamus *tui*: quum Græce sit dativus, *ἐβοήθησά σοι.* Quod tamen magis est *succurri tibi*, quam quod hic vertit *adjuvi.*

3 *Nemini dantes ullam offensionem*] Interpres legisse videtur, *Μηδὲ μίαν μηδενὶ διδόντες*, quum in his, quos mihi videre contigit, Græcis codicibus scriptum haberetur, *Μὴ δὲ μίαν ἐν μηδενὶ*, id est, *ne quam usquam*, sive *ulla in re.* Ita legit & Theophylactus & Chrysostomus. Itidem citat Augustinus *de Triade* libro octavo, capite nono, *Nullam in quoquam dantes offensionem*: ut *μηδενὶ* referatur ad rem, non ad personam.

4 *Ministerium nostrum*] *Nostrum* apud Græcos non est additum: & præstat non addi, quo plenior sit sensus: Salus est munus Dei, ea per nos administratur. Sic igitur se gerat qui administrat, ne munus ipsum contemnatur vitio ministrantis. Interpres exprimere voluit vim articuli, *ἡ διακονία.*

5 *Exhibeamus*] *συνιστῶντες ἑαυτοὺς*, id est, *commendantes nosipsos*: atque ita legit divus Ambrosius, cumque hoc consentiens Augustinus libro *de Doctrina Christiana* quarto, capite vigesimo. Incertum autem an sit *exhibeamus*, an *exhibemus.* Nam mox ingreditur laudes suas. Hanc enim vocat commendationem, quæ factis ipsis conciliat favorem & auctoritatem. Nec est, *sicut Dei ministros*, sed *sicut Dei ministri*: ut subaudias *sumus*: quemadmodum & illic, *nemini dantes*, & cætera: nisi magis placeat referre ad illud superius, *παρακαλοῦμεν*, id est, *exhortamur.* Deinde post multa interjecta respondeat, *nemini dantes.* Ita omnia hæc pertinebunt ad personam Pauli, atque ita consentaneum est. Denique Ambrosius legit, *ut Dei ministri*, non *ministros.*

6 *In patientia multa*] In harum enumeratione rerum nonnihil variant exemplaria, id quod fere solet usu venire, quoties recensentur hujusmodi complusculа, fallente Scriptorem, opinor, sua memoria. Tum præpositio *in* toties repetita propemodum per abusum usurpari videtur pro *per.*

7 *In suavitate*] *ἐν χρηστότητι*, id est, *in benignitate*, seu *bonitate*, & *comitate*, quæ opponitur supercilio & asperitati morum.

8 *In charitate non ficta*] Jucundior est apud Græcos vox composita, *ἀνυποκρίτῳ*, id est, *quæ expers sit simulationis.* Ambrosius legit, *non simulata.*

9 *In virtute Dei*] *ἐν δυνάμει Θεοῦ.* Ut de signis ac miraculis intelligas, quemadmodum interpretatur & Ambrosius.

10 *A dextris & sinistris*] Faber Stapulensis hoc loco mutat pro *dextris ac sinistris*, *secundorum & adversorum.* Quod, quid sibi velit, prorsus non intelligo. Nam primum longe aliud est *sinistrum* ac *dextrum*, quam *adversum* & *secundum.* Quanquam nec illud video, quomodo arma, quæ a tergo gerimus, *secunda*, quæ a pectore, *adversa* dici possint. Verum ut demus hæc ita habere, non erat tamen dicendum, *secundorum & adversorum*, sed *secunda & adversa*: referuntur enim hæc epitheta ad arma, ni fallor. Sed Faber, opinor, voluit interpretari *dextra* & *sinistra*, quasi per *dextra* significentur res secundæ, per *sinistra* res adversæ. Atqui istud est officium commentarium scribentis, non interpretis. Nec est absurdum, quod vocat arma *dextra*, quæ ad dextram nos muniunt adversus indulgentiam fortunæ: & *sinistra*, quibus a sinistra tegimur adversus incursum malorum & afflictionum. Quanquam mihi simplicius videtur, ut accipiamus *a dextris & a sinistris*, quasi dicas, undique armati adversus omnia: id enim figura proverbialis efficit. Certe divus Aurelius Augustinus cum alibi, tum in Commentariis Psalmi nonagesimi secundi, legit, *per arma justitiæ dextra & sinistra.* Eodem modo citat libro *de Triade* octavo, capite nono.

11 *Per gloriam & ignobilitatem*] *διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας*, id est, *per gloriam & ignominiam*, sive *contemptum.*

12 *Per infamiam & bonam famam*] *διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας.* Quasi dicas *maledicentiam*, & *benedicentiam.*

13 *Ut seductores*] *ὡς πλάνοι*, id est, *ut impostores*, vel potius *quasi*, sicut mox vertit. Quanquam oportuit ita perpetuo vertere, cum sit ubique *ὡς*. Sed Interpres mire sibi placuit sua copia, nunc vertens *ut*, nunc *quasi*, nunc *sicut*, nunc *tanquam*, perinde quasi nihil intersit apud Latinos inter has omnes voces. Jam ut demus nihil interesse, certe vocis ejusdem iteratio non solum ad decus orationis facit, verum etiam ad vehementiam. Sic enim totus hic sermo per contraria, per membra, per comparia, per similiter desinentia, per *ἀναδιπλώσεις*, aliaque id genus schemata variatur, volvitur, ac rotatur, ut nihil esse possit, nec venustius, nec ardentius. Unde divus Augustinus hunc locum producit in libris *de Doctrina Christiana*, tanquam exemplum grandiloquæ dictionis. Nam velut in ecstasin raptus tandem addit, *Os nostrum patet ad vos, ô Corinthii.*

14 *Sicut qui ignoti, & cogniti*] *Ὡς ἀγνοούμενοι, καὶ ἐπιγινωσκόμενοι.* Augustinus libro *de Doctrina Christiana* quarto, capite vigesimo, servata temporis ration, legit, *Ut qui ignoramur, & cognoscimur.* Quo quidem in loco totius hujus orationis ardorem & harmoniam annotavit, si quis cupiet cognoscere.

15 *Tanquam castigati, non mortificati*] *ὡς παιδευόμενοι.* Quod Augustinus cum alias tum libro *de Civitate Dei* undecimo legit, *ut coërciti, & non mortificati.* Græcum participium præsentis est temporis, quod sic efferri possit, *ut qui corripiamur, non occidamur.* Significat enim pios corripi a Deo, sed veluti filios a patre, qui castigat & emendat flagello, non interimit.

16 *Quasi tristes*] *Ὡς λυπούμενοι*, id est, *dolentes*, potius.

λυπούμενοι, ἀεὶ δὲ χαίροντες· ὡς πτωχοὶ, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντες· ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες. 11 Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, Κορίνθιοι· ἡ 12 καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται· Οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡ- 13 μῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν. Τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν ὡς τέκνοις λέγω. Πλατύνθητε καὶ 14 ὑμεῖς. Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. Τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; τίς δὲ κοινωνία φω- 15 τὶ πρὸς σκότος; Τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βε- 16 λίαρ; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; Τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων; Ὑμεῖς γὰρ ναὸς Θεοῦ ἐστε ζῶντος, καθὼς εἶπεν ὁ Θεὸς, Ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, 17 καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. Διὸ ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀφορίσθητε, λέγει Κύριος· καὶ ἀκαθάρτου μὴ 18 ἅπτεσθε, κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς, Καὶ ἔσομαι ὑμῖν εἰς πατέρα, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι εἰς υἱοὺς καὶ θυγατέρας, VII. 1 λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Ταύτας οὖν ἔχοντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀγαπητοὶ, καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦν- 2 τες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ. Χωρήσατε ἡμᾶς· οὐδένα ἠδικήσαμεν, οὐδένα ἐφθείραμεν, οὐδένα ἐ- 3 πλεονεκτήσαμεν. Οὐ πρὸς κατάκρισιν λέγω· προείρηκα

lentes, semper tamen gaudentes: quasi pauperes, multos tamen ditantes: 17 ut nihil habentes, & tamen omnia possidentes. 11 Os nostrum apertum est erga vos, Corinthii: 12 cor nostrum dilatatum est: 18 Non estis angusti in nobis, sed angusti estis in visceribus vestris. 13 19 Eamdem autem remunerationem ut a filiis exigo. Dilatemini & vos. 14 20 Ne ducatis jugum cum incredulis. Quod enim consortium justitiæ cum injustitia? aut quæ communio luci cum tenebris? 15 Aut quæ 21 concordia Christo cum Belial? 16 aut quæ pars fideli cum infideli? Aut quid convenit templo Dei cum simulacris? Nam vos templum estis Dei viventis, 22 quemadmodum dixit Deus, Inhabitabo in illis, 23 & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. 17 Quapropter exite de medio illorum, & separemini ab illis, dicit Dominus: & immundum ne tetigeritis, & ego suscipiam vos, 18 Et ero vobis loco patris, & vos eritis mihi vice filiorum ac filiarum, dicit Dominus omnipotens. VII. 1 Has igitur promissiones quum habeamus, charissimi, mundemus nosipsos ab omni inquinamento carnis ac spiritus, perficientes sanctimoniam cum timore Dei. 2 1 Capaces estote nostri: neminem læsimus, neminem corrupimus, 2 neminem fraudavimus. 3 Non hoc ad con-

17 *Ut nihil habentes, & omnia possidentes*] Fortassis hoc loco venia danda Interpreti, quod Græci schematis gratiam non reddidit, ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες, quasi dicas, *ut nihil tenentes, & omnia continentes.* Dilucidius autem erat, *quasi nihil habentes, cum omnia possideamus.*

18 *Non angustiamini in nobis*] Οὐ στενοχωρεῖσθε. Primum admonendus est Lector, hic *angustiamini* non esse dictum imperandi modo, sed indicandi: neque enim Græce dixit μὴ, sed οὐ. Et Interpres hoc orationis genus reddere solitus est ad hanc formam, *Nolite angustiari:* ut paulo post, *Nolite jugum ducere cum infidelibus.* Deinde στενοχωρεῖσθαι dicuntur, qui loci angustia premuntur. Sentit igitur sibi esse amplissimum animum in Christo. Cæterum illos angustos esse, non in Paulo, sed suis ipsorum affectibus, quos viscera vocat. Ac mox hortatur ut & ipsi desinant esse angusti. Siquidem angustiam vocat hoc loco, non afflictionem aut molestiam animi, sed trepidam observationem ceremoniarum Legis Mosaicæ, aut humanarum traditionum. Superius enim disputavit de idolothytis. Nisi mavis ad mœrorem referre, quem conceperant ex eo, quem Paulus jusserat tradi Satanæ.

19 *Eamdem autem habentes retributionem*] *Habentes* non habetur in Græcis exemplaribus, unde videtur subaudienda præpositio κατὰ, id est, *juxta eamdem retributionem dilatamini & vos.* Theophylactus de suo supplet verbum εἰσενέγκατε, id est, *afferte.* Quanquam Ambrosius legit *mercedis retributionem:* ut exprimeret Græcam vocem ἀντιμισθίαν. Idem ita distinguit, ut participium *habentes* pertineat ad *angustiamini: Angustiam patimini non per me, qui sum amplissimo & animo & ore erga vos, sed in vestris ipsorum animis, cum habeatis eamdem pensationem mercedis, quam cæteri atque ego.* Deinde subjicit, *Ut filiis loquor, dilatemini vos quoque, videlicet ut parenti respondeatis.* Verum ex Chrysostomo deprehendimus hujus loci lectionem, ut nec præpositione sit opus, nec verbo aliunde adscito. Quod Paulus appellat *amplitudinem*, est eximiæ charitatis, quod *angustiam*, est charitatis non ex æquo respondentis. Expostulat igitur cum Corinthiis, quod minus ab illis diligatur quam ipse diligat. Quum igitur dixisset, *angustiamini in visceribus vestris:* perinde quasi rogassent Corinthii, quorsum ista Paule? Respondet, non exigo a vobis quicquam arduum, neque reposco meritum cum usura, tantum hoc postulo pater a filiis, ut in charitate respondeatis, omnia putabo pensata si pariter ametis. Hæc erit merces officiorum meorum erga vos. Itaque *dico* est velut exponentis quod tectius dixerat, *Non angustiamini in me, sed in visceribus vestris,* quemadmodum solemus dicere, *novercam loquor:* hoc est, de noverca loquor. Hæc loquor tanquam cum filiis, exigens ab eis mutuam charitatem. Chrysostomi verba subscribam: Καὶ οὐκ εἶπεν, οὐ δέχεσθε ἡμᾶς, ἀλλ' ὅτι στενοχωρεῖσθε, τὸ αὐτὸ μὲν αἰνιττόμενος, μετὰ φειδοῦς δὲ καὶ τοῦ μὴ σφόδρα καθάψασθαι. Τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν ὡς τέκνοις λέγω. Καίτοι οὐκ ἐστὶν ἴσον, πρότερον ἀγαπηθῆναι. Κἂν γὰρ τὸ ἴσον τις εἰσενέγκῃ μέτρον, ἠλάττωται τῷ δεύτερος ἐπανελθεῖν. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἀκριβολογοῦμαι, φησιν. Κἂν παρ' ἐμοῦ λαβόντες τὰς ἀρχὰς τὸ αὐτὸ μέτρον ἐπιδείξησθε. Ἀγαπῶ καὶ στέργω. Εἶτα ἵνα δείξῃ ὅτι καὶ ὀφειλὴ τὸ πρᾶγμα ἦν, καὶ κολακείας ἐκτὸς τὰ εἰρημένα, ὡς τέκνοις λέγω, φησίν. Τί ἐστιν, ὡς τέκνοις; Οὐδὲν μέγα αἰτῶ, εἰ πατὴρ ὢν βούλομαι φιλεῖσθαι παρ' ὑμῶν. Id est, *Non dixit, non capitis nos, sed angustiamini, idem tacite significans, sed parcens illis, nec acriter mordens. Eamdem autem retributionem ut filiis dico. Atqui non est æqualitas, quum prius sint dilecti. Nam etsi quis eamdem reponat mensuram, tamen hoc inferior est, quod posterior accessit. Attamen nihil, inquit, ad vivum reseco. Quanquam a me profectum est amoris in vos exordium, tamen eamdem mensuram reponite. Diligo & amo. Deinde quo videatur res esse debiti, nihilque dictum per assentationem, ut filiis, inquit, loquor. Quid est, ut filiis? Nihil magni postulo, si, quum sim pater, postulem a vobis diligi.* Ex his Chrysostomi verbis apparet, illud λέγω non referri ad sequentem orationem, *Dilatamini & vos*, sed ad *retributionem.*

20 *Nolite jugum ducere*] Sensum probe reddidit Interpres. Quanquam Græcus sermo significantior est, Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις, hoc est, *Ne jungamini eodem jugo cum infidelibus.* Nam si Christianus ducat uxorem Ethnicam, aut Christianus in gerendo magistratu collega sit Ethnico, dicetur ἑτεροζυγεῖν. Hujusmodi matrimonia Hieronymus imparia vocat. Ἕτερον apud Græcos interdum significat *alterum e duobus*, interdum *diversum* sive *e duobus* sive *e pluribus*: ἑτερόφθαλμος *qui altero caret oculo*, ἑτερόδοξος *qui diversa est opinionis.* Unde incertum est an Paulus dicat ἑτεροζυγοῦντας, qui alteram jugi partem sustinent, an qui cum diversæ conditionis homine jugum ducunt, veluti si equum ac bovem jugo copules. Posterius est probabilius ex his quæ sequuntur: *Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate?* &c.

21 *Conventio*] συμφώνησις, id est, *consensus*, aut *concordia. Christi ad Belial.* Græci legunt *Beliar*, Βελίαρ, ob id, ni fallor, quod Græcis nullum nomen desinit in *l*. Græca scholia indicant *Belial* Hebræis significare *Desertorem*, hoc est, Luciferum. At eximius ille Joannes Reuchlinus, vir undequaque doctissimus, & alterum post Rodolphum Agricolam decus & ornamentum nostræ Germaniæ, in suo Lexico docet, *Belial* apud Hebræos significare *malum* & *iniquum*, aut etiam *noxium Dæmonem*, quod satis quadrat. Nam Christus omnia fecit, ut prosit: contra Belial, etiam cum juvat, in hoc juvat ut noceat.

22 *Sicut dixit Deus*] Hoc testimonium divus Thomas Aquinas sumptum putat ex Levitici capite vicesimo sexto, ubi legimus ad hunc modum: *Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abjiciet vos anima mea. Ambulabo inter vos, & ero vester Deus, vosque eritis mihi populus meus.* At Carrensis auctore Didymo refert ad Ezechielis caput tricesimum septimum, ubi legimus ad hunc modum: *Et erit tabernaculum meum in eis, & ero eis Deus, & ipsi erunt mihi populus. Et scient gentes, quia ego sanctificator Israel, cum fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.* Atqui cum neutro horum locorum per omnia respondet citatio Paulina. Proinde sciat Lector hoc testimonium non ex uno prolatum loco, sed e pluribus conflatum, id quod & alias fatum ostendimus. Siquidem prima pars e Levitico deprompta videtur. Deinde quæ sequuntur, *Quapropter exite de medio illorum*, &c. ex Esaia decerpta sunt, apud quem legis capite XXII. *Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio ejus: mundamini qui fertis vasa Domini.* Demum quod adjecit, *Et ero vobis in patrem*, &c. sumptum videri potest ex Hieremiæ capite XXXI. *Quia factus sum Israel pater, & Ephraim primogenitus meus.*

23 *Et inambulabo inter eos*] *Inter eos* non est Græcis, sed tamen Interpres conatus est exprimere verbum ἐμπεριπατήσω, quod significat *in aliquo ambulare.* Nam *inambulare* Latinis nihil aliud est aliquoties, quam *ambulare*: tametsi melius erat *in eis*, quam *inter eos*: nisi putamus utrobique præpositionem *in* positam pro *inter*. Ambrosius utramque scripsit, ita legens, *inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo.*

1 *CApite nos*] Χωρήσατε ἡμᾶς. Quia dixit ante *angustiamini.* Nec hic est *Capite* pro intelligite, sed sicuti vas aut locus aliquid capit. Ambrosius propemodum explicuit, qui legit, *Capaces estote nostri*, quem nos secuti sumus. Refricat enim quod ante dixit, *Dilatamini & vos.*

2 *Circumvenimus*] ἐπλεονεκτήσαμεν. Quod & alibi vertit ad eumdem modum: *Ne circumveniamur a Satana.* Est autem proprie, per fraudem abstulimus quod jure non debebatur. Ambrosius ita legit hoc loco, *nemini nocuimus, neminem gravavimus, neminem circumvenimus*: atque ita exponit. Nocent pseudapostoli, cum sensus suorum corrumpunt, & gravant sacculos circumventione serpentinæ astutiæ. Græca sic habent, οὐδένα ἠδικήσαμεν, οὐδένα ἐφθείραμεν, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν, id est, *neminem injuria affecimus, neminem corrupimus, neminem fraudavimus*, hoc est, nullius rem præter jus occupavimus, & in nostrum vertimus commodum. Ἀδικεῖ qui tyrannidem exercet, φθείρει qui falsa docet, πλεονεκτεῖ qui dolo usurpat aliena. Sic enim oblique taxat pseudapostolos. Alioqui nequaquam magna laus erat, hæc non fecisse Paulum. O gloriam vere sacerdotalem, & utinam omnibus Episcopis ad eumdem modum vere liceret gloriari!

3 Præ-

ρηκα γὰρ, ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐϛε εἰς τὸ A.
4 συναποθανεῖν καὶ συζῆν. Πολλή μοι παῤῥησία πρὸς ὑμᾶς, πολλή μοι καύχησις ὑπὲρ ὑμῶν· πεπλήρωμαι τῇ παρακλήσει, ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ
5 ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν. Καὶ γὰρ ἐλθόντων ἡμῶν εἰς Μακεδονίαν, οὐδεμίαν ἔσχηκεν ἄνεσιν ἡ σὰρξ ἡμῶν, ἀλλ' ἐν παντὶ θλιβόμενοι· ἔξωθεν μά-
6 χαι, ἔσωθεν φόβοι. Ἀλλ' ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς, παρεκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐν τῇ παρου-
7 σίᾳ Τίτου. Οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ παρακλήσει, ᾗ παρεκλήθη ἐφ' ὑμῖν, ἀναγγέλλων ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἐπιπόθησιν, τὸν ὑμῶν ὀδυρμὸν, τὸν ὑμῶν ζῆλον ὑπὲρ ἐμοῦ, ὥστε με
8 μᾶλλον χαρῆναι. Ὅτι εἰ καὶ ἐλύπησα ὑμᾶς ἐν τῇ B ἐπιϛολῇ, οὐ μεταμέλομαι, εἰ καὶ μετεμελόμην· βλέπω γὰρ, ὅτι ἡ ἐπιϛολὴ ἐκείνη, εἰ καὶ πρὸς ὥραν,
9 ἐλύπησεν ὑμᾶς. Νῦν χαίρω, οὐχ ὅτι ἐλυπήθητε, ἀλλ' ὅτι ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν· ἐλυπήθητε γὰρ
10 κατὰ Θεὸν, ἵνα ἐν μηδενὶ ζημιωθῆτε ἐξ ἡμῶν. Ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται· ἡ δὲ τοῦ κόσμου λύπη
11 θάνατον κατεργάζεται. Ἰδοὺ γὰρ αὐτὸ τοῦτο, τὸ κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς, πόσην κατειργάσατο ὑμῖν σπουδὴν, ἀλλὰ ἀπολογίαν, ἀλλὰ ἀγανάκτησιν, ἀλλὰ φόβον, ἀλλὰ ἐπιπόθησιν, ἀλλὰ ζῆλον, ἀλλ' ἐκδίκησιν· ἐν παντὶ συνεϛήσατε ἑαυ-
12 τοὺς ἁγνοὺς εἶναι ἐν τῷ πράγματι. Ἄρα εἰ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, οὐχ εἵνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, C οὐδὲ εἵνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος, ἀλλ' εἵνεκεν τοῦ φανερω-

3 condemnationem vestri dico: 3 siquidem jam ante dixi vobis, quod in cordibus nostris estis 4 ad commoriendum & convivendum. Multa mihi fiducia erga vos, 4 multa mihi 5 gloriatio de vobis: impletus sum consolatione, 6 vehementer exundo gaudio in omni afflictione nostra. Etenim quum venissemus in Macedo- 5 niam, nullam habuit relaxationem caro nostra, 7 sed in omnibus affligebamur: foris pugnæ, intus terrores. Verum qui consolatur humiles, consolatus est nos 6 Deus per adventum Titi. Non solum autem per ad- 7 ventum illius, verum etiam per consolationem, 8 quam ille accepit de vobis, cum annunciaret nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestrum pro me studium, adeo ut magis gavisus fuerim. Nam etiam si con- 8 tristavi vos per epistolam, non me pœnitet, 9 etiam si pœnituisset: video namque, quod epistola illa, tametsi ad tempus, contristavit vos. Nunc gaudeo, non 9 quod contristati fueritis, sed quod contristati sitis ad pœnitentiam: nam contristati estis secundum Deum, 10 sic ut nulla in re detrimento sitis affecti per nos. Nam qui secundum Deum est dolor, is pœnitentiam 10 ad salutem 11 haud pœnitendam parit: 12 contra mundi dolor mortem affert. Ecce enim istuc ipsum, 13 11 quod secundum Deum contristati fuistis, quantam in vobis genuit sollicitudinem, 14 imo satisfactionem, imo indignationem, imo timorem, imo desiderium, imo æmulationem, imo vindictam: 15 siquidem ubique commendastis vosipsos, quod puri sitis in eo negotio. 16 Proinde tametsi scripsi vobis, 17 non id feci ejus 12 cau-

3 *Prædiximus enim*] προείρηκα γὰρ, id est, *prædixi enim*: atque ita legit Ambrosius.

4 *Ad commoriendum & ad convivendum*] εἰς τὸ συναποθανεῖν καὶ συζῆν. Id erat apud Veteres amicitiæ genus, ut amico forte exstincto amicus ultro sibi mortem consciscerer: quod amicitiæ genus significat Horatius sibi fuisse cum Mecænate. Unde dicti συναποθνήσκοντες. Non quod Paulus hujusmodi quippiam sentiat, quale legimus olim fuisse apud Ethnicos, verum hoc modo arctissimam amicitiam voluit indicare.

5 *Gloriatio pro vobis*] ὑπὲρ ὑμῶν. Melius hîc, *de vobis*, hoc est, nomine vestro.

6 *Superabundo gaudio*] ὑπερπερισσεύομαι. Quod est *supra modum* aut *vehementer abundo*, seu potius *superfluo*. Nec idem apud Latinos facit *super* additum, quod apud Græcos ὑπὲρ sive D περὶ in compositione. Proinde diversa ratione conveniebat epitasin explicare Latinis.

7 *Sed omnem tribulationem passi sumus*] ἀλλὰ ἐν παντὶ θλιβόμενοι, id est, *sed in omnibus afflicti*, ut subaudias *eramus*. Nam Hebræis & Græcis frequenter familiare est subaudire verbum substantivum.

8 *Qua consolatus est in vobis*] *Consolatus est* hic passive accipiendum est, ᾗ παρεκλήθη.

9 *Et si pœniteret*] εἰ καὶ μετεμελόμην, id est, *etiam si pœnituisset*, ut accipias Paulum non quidem fateri pœnitentiam, quod eos ante mœrore affecisset, nunc tamen adeo gaudere, quod ex Tito cognovisset rem bene cessisse, ut etiamsi qua pœnitudo tenuisset ipsum prioris facti, nunc eam abjecturus fuerit. Annotat hoc diligenter Chrysostomus. Non enim dixit, prius pœnitebat, nunc non pœnitet, sed, *non pœnitet*, *etiamsi pœnituisset*. E Sic loquimur quum & errata feliciter cadunt: & refertur ad superiora, non ad sequentia. Nam sequitur apud Græcos, βλέπω γὰρ, id est, *video enim*. Quamvis me non fugiat secus distingui ab Ambrosio, qui sic ordinat, *Etsi pœniteret*, *video* &c. nec addit *enim*. In hoc certe congruit cum Græcis, quod legit βλέπω, non βλέπων. Verum sive legamus *video*, sive *videns*, fateri cogimur unam sermonis particulam inabsolutam esse, nisi accipiamus juxta primam lectionem, quam indicavimus. Id incommodum hac ratione tolli poterat: Quamvis ea Epistola vos ad tempus contristavit, nunc tamen gaudeo, non quod contristaverim vos, sed quod videam contristatos ad pœnitentiam.

10 *Ut in nullo detrimentum patiamini*] ἵνα ἐν μηδενὶ ζημιωθῆτε, id est, *ne qua in re detrimentum pateremini*, nisi forte Paulus abusus est hac voce ἵνα pro ὥϛε, quod aliquoties videtur facere.

F 11 *Stabilem*] ἀμεταμέλητον, id est, *non pœnitendam*. *Impœnitendam* legit Augustinus libro *de Civitate Dei* decimo quarto capite octavo, juxta fidem vetustissimi codicis Longobardici. Refertur autem, ut arbitror, ad pœnitentiam, non ad salutem, μετάνοιαν ἀμεταμέλητον, elegantissime conjunctis contrariis, quasi dicas, *impœnitendam pœnitentiam*. Quanquam Ambrosius videtur adjectivum ad salutem referre, non ad pœnitentiam. Est autem sententiæ genus simul & schema ex contrariis contextum, mundo & Deo, morte & salute, pœnitentia non pœnitenda. Hujus generis esse putat Fabius illam sententiam, *Obsequium amicos, veritas odium parit*. Ex Chrysostomo & Theophylacto non satis liquet, utro retulerint ἀμεταμέλητον. Uterque sensus probe consistit, efficit pœnitentiam non pœnitendam; nam & pœnitentiæ frequenter pœnitentiam agimus: aut efficit pœnitentiam, quæ adducit ad salutem, quæ nescit pœnitentiam, sed habet gratulationem perpetuam. Annotavit Laurentius, eidem voci Latinæ *pœnitentia* duas respondere Græcas μετάνοια & μεταμέλεια, quarum prior dicta est a sensu retractando, posterior a cura in melius mutanda. Et quemadmodum Cicero *convivium* aptius vocabulum judicat Latinum, quam sit Græcorum συμπόσιον, ita Laurentius putat hîc Græcas voces elegantiores, quam Latina sit, quod *pœnitentia* significet tristitiam commissi, illæ mentis emendationem. Siquidem *pœnitere* pigere est tædereque. Proinde nihil agere, qui ex hoc loco triplicem inducant pœnitentiam: unam, quæ sit contritio: alteram, quæ sit confessio: tertiam, quæ sit satisfactio. In hanc fere sententiam Valla noster. Quanquam illi non prorsus in hoc assentior, *pœnitere a pœna* dictum, sed magis arbitror dictum *a pone tenendo*, hoc est, ab intelligendo post factum, unde & Græcis dicta est μετάνοια. Atque hæc cum dicimus, non tollimus neque contritionem, neque confessionem, D neque satisfactionem, sed vim ostendimus Evangelicæ vocis. Nam veram resipiscentiam illa tria comitantur, dolor, confessio, quæ meo judicio pars est satisfactionis, & satisfactio, quæ male facta benefactis pensat. Nam hoc satisfactionis genus arbitror optimum, quum juvandis proximis suscipiuntur labores, potius quam quum accersiuntur cruciatus, graves ferenti, præterea nulli utiles, quales sunt apud inferos.

12 *Seculi autem tristitia mortem operatur*] Alibi αἰῶνα vertit *seculum*, hîc κόσμον, id est, *mundum*. Ambrosius legit *hujus mundi*.

13 *Secundum Deum contristari*] τὸ κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς, id est, *quod secundum Deum contristati fuistis*.

14 *Sed defensionem, sed indignationem*] Ambrosius ita legit, *sed excusationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam*. Græca sic habent, ἀλλὰ ἀπολογίαν, ἀλλὰ ἀγανάκτησιν, ἀλλὰ φόβον, ἀλλὰ ἐπιπόθησιν, ἀλλὰ ζῆλον, E ἀλλὰ ἐκδίκησιν, id est, *sed excusationem* sive *purgationem*, *sed indignationem*, *sed timorem*, *sed desiderium*, *sed æmulationem*, *sed vindictam*. Græca scholia monent ἀλλὰ, id est, *sed*, hoc loco poni pro καὶ, id est, *&*, cum potius usurpetur pro *imo*, sive *insuper*, mea quidem sententia. Auget enim ac velut corrigit, quod dixerat σπουδὴν *sollicitudinem*, imo plus aliquid, usque ad vindictam turpis admissi. In hoc catalogo pars una deest apud Ambrosium, cujus nec in commentario meminit. Non enim meminit *indignationis*, quocunque casu id esse factum libet conjectare.

15 *In omnibus exhibuistis vos*] συνεϛήσατε, id est, *commendastis*. Quanquam hîc non male quadrabat *præstitistis*. Et ἐν παντὶ, quod etiam superius vertit, *in omnibus*, melius reddetur per *ubique*. Rursum illud, *in negotio*. Articulus Græcus additus, τῷ πράγματι, significat eum loqui non de quavis re, sed de F certo quodam negotio, nimirum eo de quo scripserat in priore Epistola, quemdam habuisse rem cum uxore patris. In eo negotio ostenderunt se puros esse, ejecto & punito hujusmodi homine, cum ibi Paulus etiam nonnihil illis imputaret: *Et vos*, inquiens, *inflati estis*.

16 *Igitur etsi scripsi*] *Scripsi*, bis intelligendum est, *Etsi scripsi, scripsi*. Quanquam apud Græcos non nisi semel ponitur. *Etsi scripsi vobis, non propter eum scripsi* &c. Velut ibi, *Et si quid donavi, propter vos*. Admonent Græcorum Commentarii, hic negationem habere vim comparativam. Nam omnino scripserat etiam illorum causa qui peccarant. Nam hos sentit, qui injuriam fecit & qui passus est, sed non hæc erat præcipua causa. Quod genus est & illud, *Misericordiam volo, & non sacrificium*. Et, *Non est cura Deo de bubus*.

17 *Non propter eum qui fecit injuriam*] Ambrosius ita legit, *Non propter eum qui inique versatus est, sed neque propter eum qui inique tractatus est*.

νερωθῆναι τὴν σπουδὴν ὑμῶν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς
13 ὑμᾶς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο παρακεκλήμεθα ἐπὶ τῇ παρακλήσει ὑμῶν· περισσοτέρως δὲ μᾶλλον ἐχάρημεν ἐπὶ τῇ χαρᾷ Τίτου, ὅτι ἀναπέπαυται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἀπὸ πάντων ὑμῶν.
14 Ὅτι εἴ τι αὐτῷ ὑπὲρ ὑμῶν κεκαύχημαι, οὐ κατησχύνθην, ἀλλ' ὡς πάντα ἐν ἀληθείᾳ ἐλαλήσαμεν ὑμῖν, οὕτω καὶ ἡ καύχησις ἡμῶν, ἡ ἐπὶ
15 Τίτου, ἀλήθεια ἐγενήθη. Καὶ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς ἐστιν, ἀναμιμνησκομένου τὴν πάντων ὑμῶν ὑπακοὴν, ὡς μετὰ φόβου
16 καὶ τρόμου ἐδέξασθε αὐτόν. Χαίρω ὅτι ἐν παντὶ
VIII. 1 θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν. Γνωρίζομεν δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, τὴν δεδομένην ἐν ταῖς ἐκκλησίαις
2 τῆς Μακεδονίας· Ὅτι ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν, καὶ ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον
3 τῆς ἁπλότητος αὐτῶν. Ὅτι κατὰ δύναμιν, μαρ-
4 τυρῶ, καὶ ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι, Μετὰ πολλῆς παρακλήσεως δεόμενοι ἡμῶν, τὴν χάριν καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους
5 δέξασθαι ἡμᾶς. Καὶ οὐ καθὼς ἠλπίσαμεν, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἔδωκαν πρῶτον τῷ Κυρίῳ, καὶ ἡμῖν διὰ
6 θελήματος Θεοῦ, Εἰς τὸ παρακαλέσαι ἡμᾶς Τίτον, ἵνα καθὼς προενήρξατο, οὕτως καὶ ἐπιτε-
7 λέσῃ εἰς ὑμᾶς καὶ τὴν χάριν ταύτην. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν παντὶ περισσεύετε πίστει, καὶ λόγῳ, καὶ γνώ-

causa qui læserat, nec ejus causa qui læsus fuerat, 18 sed ob id ut palam fieret studium vestrum pro nobis apud vos in conspectu Dei. Idcirco consolationem ac- 13 cepimus ex consolatione vestri: 19 quin uberius insuper gavisi fuimus ob gaudium Titi, 20 quod refocillatus sit spiritus illius ab omnibus vobis. Quod si quid 14 apud illum de vobis gloriatus sum, 21 non fuerim pudefactus, sed ut omnia cum veritate loquuti sumus vobis, ita & gloriatio nostra, qua usus eram apud Titum, veritas facta est. Et viscera illius 22 majorem in 15 modum erga vos affecta sunt, 23 dum recolit omnium vestrûm obedientiam, quemadmodum cum timore ac tremore exceperitis ipsum. Gaudeo 24 quod in omni- 16 bus confidam vobis. Certiores autem vos facio, fra- I VIII. tres, de gratia Dei, quæ data fuit in ecclesiis Macedoniæ: 1 Quoniam per multam probationem afflictionis 2 2 exuberavit gaudium illorum, & 3 profunda paupertas illorum exundavit 4 in divitias simplicitatis ipsorum. 5 Nam pro viribus, testor, 6 etiam supra vires 7 3 prompti fuerunt, 8 Multa cum obtestatione rogantes 4 nos, ut beneficium & societatem ministerii susciperemus in sanctos. 9 Ac non quatenus sperabamus, quin- 5 etiam semetipsos dediderunt primum Domino, deinde & nobis per voluntatem Dei, 10 [illegible] hoc ut adhor- 6 taremur Titum, ut quemadmodum ante cœpisset, 11 ita & consummaret hanc quoque erga vos beneficentiam. Imo quemadmodum ubique abundatis fide, & 7 ser-

18 *Ad manifestandam sollicitudinem nostram, quam habemus pro vobis*] In eumdem sensum legit Ambrosius: *Sed ut manifestaretur sollicitudo nostra, quam pro vobis habemus coram Deo*, videlicet inversis his pronominibus ὑμῶν & ἡμῶν, id quod facile committitur vel Scriptoris oblivione. At Græci sic legunt, *εἵνεκεν τῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν ὑμῶν, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐνώπιον τῦ Θεῦ.* Quibus ex verbis apparet hoc sensisse Paulum, se gaudere, quod ex ea tristitia consecutum sit, ut palam fieret, quo studio essent Corinthii erga se. Et particula πρὸς ὑμᾶς potest accipi *apud vos*, ut referatur ad verbum *manifestetur*, quod præcessit: ut sit sensus, Paulum hoc egisse, ut qui apud Corinthios faverent pseudapostolis, intelligerent quo affectu tota Corinthiorum ecclesia esset erga se. Porro quod adjicit, *apud vos coram Deo*, veluti jurantis esse potest, & illos & Deum conscium testantis. Nam & paulo superius meminit de studio Corinthiorum, quod ex Tito cognoverat. Theophylactus tamen legit & interpretatur quemadmodum Ambrosius.

19 *Abundantius magis*] Aut duo comparativa conjunxit ad exprimendam majorem emphasim, aut pro *magis* vertendum erat *potius*: μᾶλλον enim apud Græcos, ut & apud nos *potius*, corrigit nonnunquam, ut intelligas illum multum accepisse solatii ex correctis Corinthiis, sed verius ex gaudio Titi. Ambrosius pro *abundantius ac magis* legit *magis magisque*. Verum illud haud dissimulandum, hunc locum longe secus apud Græcos distingui, quam apud Latinos. Nam vulgata Editio & Ambrosius sic habent: *Ideoque consolati sumus. In consolatione autem nostra abundantius magis gavisi sumus.* Græca sic habent, *Διὰ τῦτο παρακεκλήμεθα ἐπὶ τῇ παρακλήσει ὑμῶν, περισσοτέρως δὲ μᾶλλον*, id est, *Propterea consolationem accepimus in consolatione vestra, abundantius autem magis*, &c. Sed Ambrosius nostram [illegible]itur distinctionem, intersecans commentariolo interjecto, quæ Græci conjungunt.

20 *Refectus est spiritus ejus*] ἀναπέπαυται, id est, *refocillatus fuit*, quod est proprium ejus qui laboravit ac fatigatus est, & postea requie refocillatur. Ambrosius hunc locum diverse legit, diversum, opinor, exemplar nactus: *Quia*, inquit, *requievit spiritus ejus in omnibus vobis.*

21 *Non sum confusus*] οὐ κατησχύνθην, id est, *non sum pudefactus.*

22 *Abundantius in vobis*] εἰς ὑμᾶς, id est, *in vos*, sive *erga vos.*

23 *Reminiscentis*] ἀναμιμνησκομένου, id est, *recordantis*, sive *commemorantis*, seu *in memoriam revocantis.*

24 *Quod in omnibus confido in vobis*] *in* non est Græcis exemplaribus, θαῤῥῶμεν ὑμῖν, id est, *confidimus vobis.* Nonnulli tamen habebant θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν, itaque legit Theophylactus. Et in his syllabis lapsus facillimus est Librariorum, interposito μ.

1 **E**T *quod in multo*] *Et* redundat, nec est in Græcis codicibus, nec additur ab Ambrosio, ne in nostris quidem emendatioribus. *In multo experimento*, ἐν πολλῇ δοκιμῇ, id est, *in multa probatione.* Atque ita legit divus Ambrosius.

2 *Abundantia gaudii*] ἡ περισσεία. Sed Ambrosius recte mutavit nomen in verbum, legens, *abundat gaudium.*

3 *Altissima paupertas*] ἡ κατὰ βάθους πτωχεία. Ambrosius legit *profunda paupertas.* Sumptum apparet a vase seu scrinio jam ad imum exhausto. Ad quod pertinet illud quod Hesiodus scripsit, *seram in fundo esse parsimoniam.* Proinde non omnino pessime vertit Interpres. Opposuit autem Paulus inter se contraria, *profunda paupertas*, hoc est, exhaustissima, & *exuberavit.* Non exuberat, quod est inane, & paupertas cum divitiis pugnat.

4 *In divitias simplicitatis*] εἰς τὸν πλῦτον ἁπλότητος, id est, *in opulentiam simplicitatis.* Simplicior est qui libenter erogat, & hoc magis ditescit candoris ac benignitatis bono, quo pauperior redditur pecunia.

5 *Quia secundum virtutem*] Ὅτι κατὰ δύναμιν, id est, *Quia pro virili*, sive *pro viribus.* Et sic legit divus Ambrosius, ne quis hic virtutem accipiat oppositam vitio.

6 *Supra virtutem*] καὶ ὑπὲρ δύναμιν, id est, *etiam ultra vires.* Et sic legit Ambrosius, quemadmodum & supra, *pro viribus.* Quanquam dilucidius erat, *etiam supra vires.* Ex Ambrosio propemodum subolet verbum μαρτυρῶ, quod ille vertit *testimonio illis sum*, per parenthesim interseri, *Siquidem pro viribus, me teste, imo supra vires ultro dare volebant.*

7 *Voluntarii*] αὐθαίρετοι, id est, *spontanei*, ut subaudias *fuerunt*, hoc est, non rogati, non provocati.

8 *Cum multa exhortatione obsecrantes nos*] Græci secus legunt, *Μετὰ πολλῆς παρακλήσεως δεόμενοι ἡμῶν, τὴν χάριν καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας, τῆς εἰς τὺς ἁγίυς, δέξασθαι ἡμᾶς*, id est, *Multa cum obtestatione rogantes nos, ut gratiam & communionem ministerii, quod est in sanctos, susciperemus.*

9 *Et non sicut speravimus*] *Καὶ ὐ καθὼς ἠλπίσαμεν*, id est, Multo amplius quam sperare audebamus, ne putemus id accidisse Paulo præter spem. Proinde nos vertimus *quatenus.* Hoc loco ridiculum quiddam incidit in exemplari Corsendoncensi, codice alioqui perquam eleganti, sed pulchro verius quam emendato. Lector, ut facile licet conjicere, cum reperisset a studioso quopiam annotatum quiddam in spatio marginali, credens a Scriba prætermissum, transtulit in medium versum ad hunc modum, *δέξασθαι ἡμᾶς, ἐν πολλοῖς τῶν αὐτογράφων ὕτως εὕρηται, Καὶ ὐ καθὼς ἠλπίσαμεν.* Siquidem is indicans ἡμᾶς in plerisque non addi, in aliis rursus addi, adscripserat hæc, *in plerisque exemplaribus sic invenitur.* Ea verba Scriptor indoctus medio Pauli sermoni admiscuit. Simile quiddam accidit in Epistola Paulini ad Augustinum, quæ numero fertur LVIII. in medio Epistolæ contextu, quoniam præcesserat mentio Apostolorum & Prophetarum, longum somnium intermiscet indoctus Scriba de etymologia vocum Apostoli & Prophetæ, quod male feriatus quispiam ex Catholico fortassis adscripserat in margine: *Ut enim*, inquit, *ad vim termini proficiscar*, Apostolus *Græcum dicitur ab* apos, *quod notat augmentum vel præeminentiam*, & stolon, *quod est missio, quasi præeminenter missus, ad augmentationem scilicet fidei catholicæ.* Ac mox, *Propheta autem*, inquit, *a* pro, *id est, procul*, & for, faris, *quasi quæ sunt, erunt, vel fuerunt locuturus.* Aliaque id genus multa deblaterat in media viri eloquentis juxta ac docti Epistola supposititius ille Paulinus. Atque hæc cum ab eruditis multa deprehendantur in libris, qui cum auctoritate leguntur, quid futurum arbitramur, si quicquid quocunque modo libris illitum fuerit, citra judicium citraque censuram velimus recipere? Et hac occasione comperimus innumeros locos esse depravatos.

10 *Ita ut rogaremus Titum*] *Εἰς τὸ παρακαλέσαι ἡμᾶς Τίτον*, id est, *In hoc ut adhortaremur Titum.*

11 *Ita & perficiat in vobis*, &c.] εἰς ὑμᾶς, id est, *in vos*, vel *erga vos.* Rursum χάριν *gratiam* vertit, rectius versurus *beneficium*, aut *munificentiam*, sive, ut nos vertimus, *beneficentiam*: quo nomine frequenter usus est Cicero, cum alias, tum primo libro *Officiorum*, ne quis calumniaretur. Deinde cur non potius *erga vos*, quam *in vobis*, cum Græce sit εἰς ὑμᾶς, præsertim cum ita legat Ambrosius? *Ut quemadmodum cœpit, ita consummet etiam in vos gratiam istam.* Interpretatur autem, ut quemadmodum hortatu Titi cœpistis imitari munificentiam aliorum, ita eodem hortatore perficiatis. Est autem Græcis gemina conjunctio καὶ, quarum prior refertur ad priorem partem incipiendi, posterior ad cæteras dotes, quibus valebant Corinthii. Qui cœpit, idem perficiat, ut, quemadmodum probamini cæteris virtutibus, ita in hac quoque laudem promereamini. Ut autem egregius artifex laudem admiscuit exhortationi, juxta Rhetorum præcepta.

12 In-

γνώσει, καὶ πάσῃ σπουδῇ, καὶ τῇ ἐξ ὑμῶν ἀγάπῃ, ἵνα καὶ ἐν ταύτῃ τῇ χάριτι περισσεύητε. 8 Οὐ κατ' ἐπιταγὴν λέγω, ἀλλὰ διὰ τῆς ἑτέρων σπουδῆς, καὶ τὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον 9 δοκιμάζων. Γινώσκετε γὰρ τὴν χάριν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε, πλούσιος ὤν, ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ 10 πλουτήσητε. Καὶ γνώμην ἐν τούτῳ δίδωμι· τοῦτο γὰρ ὑμῖν συμφέρει, οἵτινες οὐ μόνον τὸ ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν προενήρξασθε ἀπὸ πέ11 ρυσι. Νυνὶ δὲ καὶ τὸ ποιῆσαι ἐπιτελέσατε· ὅπως καθάπερ ἡ προθυμία τοῦ θέλειν, οὕτως καὶ τὸ 12 ἐπιτελέσαι ἐκ τοῦ ἔχειν. Εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται, καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις, εὐπρόσδεκτος, οὐ 13 καθὸ οὐκ ἔχει. Οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν 14 δὲ θλίψις, ἀλλ' ἐξ ἰσότητος Ἐν τῷ νῦν καιρῷ τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα, ἵνα καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα γένηται εἰς 15 τὸ ὑμῶν ὑστέρημα, ὅπως γένηται ἰσότης, Καθὼς γέγραπται, Ὁ τὸ πολὺ, οὐκ ἐπλεόνασε· 16 καὶ ὁ τὸ ὀλίγον, οὐκ ἠλαττόνησεν. Χάρις δὲ τῷ Θεῷ, τῷ διδόντι τὴν αὐτὴν σπουδὴν ὑπὲρ 17 ὑμῶν ἐν τῇ καρδίᾳ Τίτου, Ὅτι τὴν μὲν παράκλησιν ἐδέξατο, σπουδαιότερος δὲ ὑπάρχων, αὐθαί-

sermone, & scientia, & omni diligentia, 12 & in ea quæ ex vobis erga nos est charitate, 13 facite ut in hac quoque beneficentia abundetis. 14 Non secundum imperium loquor, 15 sed per sollicitudinem erga alios, 16 etiam vestræ dilectionis sinceritatem approbans. 9 Nostis enim beneficentiam Domini nostri Jesu Christi, 17 quod propter vos pauper factus sit, quum esset dives, ut vos illius paupertate ditesceretis. 10 17 Et consilium in hoc do: nam hoc vobis conducit, qui quidem non solum facere, 19 verum etiam velle jam cœpistis 20 anno superiore. 11 Nunc autem & illud quod facere cœpistis, perficite: 21 ut quemadmodum voluntas prompta fuit, 22 ita & perficiatis ex eo quod potestis. 12 23 Etenim si prius adsit animi promptitudo, 24 ea juxta quicquid illud est, quod possidet aliquis, accepta est, non juxta id quod non possidet. 13 Non enim 25 ut aliis relaxatio sit, 26 vobis autem angustia, sed ut ex æquabilitate 14 In præsenti tempore 27 vestra copia illorum succurrat inopiæ, & illorum copia vestræ succurrat inopiæ, ut fiat æquabilitas, 15 Quemadmodum scriptum est, 28 Qui multum habebat, huic nihil superfuit: & qui paulum habebat, 29 is nihilominus habuit. 16 30 Gratia autem Deo, qui dedit 31 eamdem sollicitudinem pro vobis in corde Titi, 17 32 Qui exhortationem acce-

12 *Insuper & charitate*] καὶ τῇ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπῃ, id est, *& charitate quæ in nobis est ex vobis.* Pro τῇ ἐξ ὑμῶν, Interpres vertit *vestra*, nec male. Nec est *insuper* apud Græcos, ne in Paulino quidem vetustissimo exemplari, ne in Constantiensi quidem, licet sit apud Ambrosium. Videtur autem dictum *in nobis*, pro *in nos.* Theophylactus & Græca scholia interpretantur charitatem Corinthiorum erga Paulum. Ambrosius videtur invertere pronomina, *illa quæ ex nobis in vobis est charitate*, hoc est, abundatis ea charitate, quam ex nobis didicistis. Etiamsi in libris vulgatis habebatur *& vobis*, pro *in vobis*: opinor emendandum, *ex vobis in nobis*.

13 *Et in hac gratia abundetis*] *Gratia* hoc loco pro beneficio seu eleemosyna accipitur, ut & paulo superius. Loquitur enim de adjuvandis liberalitate sanctis: subaudiendum est autem verbum *hortor*, aut *date operam*, alioqui sermo non erit absolutus.

14 *Non quasi imperans*] Οὐ κατ' ἐπιταγὴν, id est, *Non juxta imperium*, hoc est, non tanquam imperans. Ambrosius legit, *Non secundum imperium.*

15 *Sed per aliorum sollicitudinem*] Græce διὰ est, hoc est, *per*, non *propter.* Est enim sensus, ut vestra charitas probatior fiat ex aliorum erga nos officio, non quod aliquid exigam a vobis: tametsi sermo Græcus ancipitem habet sensum. Potest enim sic accipi, ut vestra quoque charitas sicut cæterorum Achaicorum reddatur probatior ac spectatior, si vestra sollicitudine sublevetur paupertas sanctorum. Potest & hîc accipi, ut & vestra charitas magis a me probari possit ac prædicari, si vos aliorum exemplo provocati non cesseritis cæteris in hoc beneficentiæ genere, cum in cæteris non sitis inferiores.

16 *Vestræ charitatis ingenium bonum*] Græce secus habet, καὶ τὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον, id est, *& charitatis vestræ ingenuitatem*, sive *sinceritatem.* *Ingenuum* autem pro *ingenuitate* dictum est: γνήσιον autem vocant, quod est *verum*, *germanum*, *ingenuum*, *minimeque fucatum & adulterinum.* Ambrosius legit *bonum*, omisso *ingenio.* Et sane suspicor in nostris codicibus olim scriptum fuisse *ingenuum*, non *ingenium*, idque parum intellectum a sciolo quopiam depravatum. Jam vero quorsum attinet commemorare quid hîc somnient recentes quidam Theologi? nimirum hoc impudentiores, quo indoctiores, cum Thomas pluribus verbis philosophetur in hoc verbo *ingenium.* Sic enim legit & ille, suum secutus exemplar. Quid enim aliud faceret, ignarus Græcanicæ litteraturæ? Atque hic quo studiosius laborat, hoc magis erret necesse est, non secus quam si quis semel aberrarit a via, is quo vehementius currat, hoc magis erret oportet. Cæterum illi sane veniam tribuendam arbitror, cui nihil omnino defuisse video præter cognitionem linguarum. Verum præstabat aliquanto minus Aristotelicum esse, quam hoc carere adminiculo. Is, cujus scholia feruntur falso Hieronymi titulo, videtur legisse *ingenitum*, quasi genuinum. Nam adscribit, *Est enim vobis sic ingenita pietas, ut eam ab aliis discere minime egeatis.*

17 *Quoniam propter vos egenus factus est*] *Quoniam*, vel *quia*, rectius vertisset per *quod.* Hoc loco Faber mutat *vos* secundam personam in *nos* primam, idque ita inveniri prædicat in archetypis. At reclamant constanter exemplaria Græca, quæ quidem ego viderim, & insuper Latina, & magis quadrat *vos*, quia præcessit *scitis*, & sequitur *divites essetis.* Atque hoc sermone Corinthiorum liberalitatem studet elicere, tametsi non multum habet momenti ad sensum, utrum legas ἡμᾶς an ὑμᾶς. Verum illud, *egenus factus est*, est Græce ἐπτώχευσε, id est, *pauper fuit*, sive potius *mendicavit*: ut hinc possint argumentum sumere, qui gaudent mendicitatem suam ad Christum auctorem referre. Nec retulit Interpres vocum allusionem, ἐπτώχευσε, πτωχείᾳ, id est, *pauper fuit*, & *paupertate.* Quam mirum cur ceu data opera confuderit, cum nullo incommodo licuerit reddere.

18 *Et consilium in hoc do*] Καὶ γνώμην ἐν τούτῳ δίδωμι. Hîc videtur plane γνώμην accipere pro *consilio.* Porro *in hoc*, id est, in hac re: ne quis hîc erret, putans *hoc* esse accusativum casum.

19 *Sed etiam velle*] Sensus ambiguus est, an cœperint simul & velle & facere ante annum, ut hoc beneficium non nuper cœptum intelligas: an cœperint non solum facere, sed etiam ultro facere & suapte sponte, nam id plus est quam facere. Est autem gemina laus Corinthiorum, qui non solum cœperint largiri pauperibus suapte voluntate, non provocati alienis exemplis, sed hoc ipsum etiam animi propositum ultro nec provocati sumpserint. Atque hunc quidem posteriorem sensum sequuntur Interpretes.

20 *Ab anno priore*] ἀπὸ πέρυσι, id est, *ab anno superiori.*

21 *Animus voluntatis*] καθάπερ ἡ προθυμία τοῦ θέλειν, id est, *quemadmodum promptus est animus ut velit*, sive *ad volendum.*

22 *Ita sit & perficiendi ex eo quod habetis*] οὕτως καὶ τὸ ἐπιτελέσαι, ἐκ τοῦ ἔχειν, id est, *sic & perficere sit*, sive *perficite ex habendo*, id est, ex hoc quia habetis, hoc est, quia potestis. Siquidem *habere* videtur abusus pro *posse.* Velle est animi prompti: præstare quod velis, est facultatis.

23 *Si enim voluntas prompta est*] Εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται, id est, *Si enim prius adsit animi promptitudo*, aut *Si præcesserit animi promptitudo*, quasi fundamentum beneficentiæ.

24 *Secundum id quod habet*] καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις. Hic *habet* accipio more Græcorum pro *potest.* Id innuit divus Ambrosius, qui legit *secundum facultatem.* Et potius est, *juxta id quidquid illud est quod possit*, ut subaudias *dare.* Quanquam hoc ad sententiam Pauli non admodum refert.

25 *Ut aliis sit remissio*] ἄνεσις, id est, *remissio & relaxatio laborum.* Proinde Ambrosius vertit *refrigerium.*

26 *Vobis autem tribulatio*] θλίψις. Hoc loco melius redditur ab Ambrosio *angustia*: nam *angustiam rei familiaris* dicimus. Relaxatur iis, quibus minus angusta sit res familiaris: atque hîc subaudiendum est aliquid, quo sermo reddatur absolutus. Non enim sic dandum est ut aliis &c.

27 *Vestra abundantia*] Hîc *suppleat* additum est, cum Græce sic habeatur, τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα, ἵνα καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα γένηται εἰς τὸ ὑμῶν ὑστέρημα, ut γένηται referatur ad utramque partem. Poterat autem reddi ad hunc modum: *ut vestra abundantia illorum inopiæ, & illorum abundantia vestræ succurrat inopiæ.* Nam sermo Græcus contrariis inter se redditis & repetitione vocis ἐκείνων figuratus est. Quin & in *vestra* & *illorum* tacita ἐναντίωσις est.

28 *Qui multum*] Ὁ πολύ. Etiam Græcis subauditur participium ἔχων, id est, *qui habebat.*

29 *Non minoravit*] οὐκ ἠλαττόνησεν, id est, *non fuit inferior*; aut *non minus habuit.* Cæterum testimonium, quod adducit, est Exodi capite decimo sexto. Juxta Hebraicam veritatem, divus Hieronymus vertit ad hunc modum: *Nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus paraverat, reperit minus.* Dictum est autem de colligendo manna, quod Paulus deflexit ad suum negotium. Apud Theophylactum talem reperi lectionem, ὅτι πολὺ οὐκ ἐπλεόνασε, καὶ τὸ ὀλίγον οὐκ ἠλαττόνησε, quasi dicas, *copia nihil superfuit, & inopia nihil defuit.* In enarrando addit verbum ἔχων.

30 *Gratias autem ago Deo*] Χάρις δὲ τῷ Θεῷ, id est, *Gratia autem Deo*, ut subaudias *est*, aut *sit.*

31 *Eamdem sollicitudinem*] Quod jam sæpius vertit *sollicitudinem*, Græcis est σπουδὴ, id est, *studium* sive *cura.* Et Interpres atque Ambrosius legerunt τὴν αὐτὴν, *eamdem*, sive, ut vertit Ambrosius, *hanc ipsam.* Item Augustinus, qui legit *idem studium.* Atque ita legitur in nonnullis Græcorum exemplaribus, cum in aliquot pro τὴν αὐτὴν sit τοιαύτην, id est, *talem.* Chrysostomus legit τὴν αὐτήν.

32 *Quoniam exhortationem quidem*] Ambrosius legit *consolationem*, sed melius noster Interpres *adhortationem.* Significat enim suo rogatu venisse, sed tamen suapte sponte ad id propensum & alacrem. In hanc sententiam Theophylactus.

18 θαίρετος ἐξῆλθε πρὸς ὑμᾶς. Συνεπέμψαμεν δὲ μετ' αὐτῦ τὸν ἀδελφὸν, ὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ
19 διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν, συνέκδημος ἡμῶν, σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ, τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ὑμῶν πρὸς τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου δόξαν καὶ προ-
20 θυμίαν ὑμῶν· Στελλόμενοι τοῦτο, μή τις ἡμᾶς μωμήσηται ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ, τῇ διακονουμένῃ
21 ὑφ' ἡμῶν, Προνοούμενοι καλὰ, ὐ μόνον ἐνώπιον Κυ-
22 ρίου, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων. Συνεπέμψαμεν δὲ αὐτοῖς τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, ὃν ἐδοκιμάσαμεν ἐν πολλοῖς πολλάκις σπουδαῖον ὄντα, νυνὶ δὲ πολὺ
23 σπουδαιότερον, πεποιθήσει πολλῇ τῇ εἰς ὑμᾶς, Εἴτε ὑπὲρ Τίτου, κοινωνὸς ἐμὸς, καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργὸς, εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν, ἀπόστολοι ἐκκλη-
24 σιῶν, δόξα Χριστοῦ. Τὴν οὖν ἔνδειξιν τῆς ἀγάπης ὑμῶν, καὶ ἡμῶν καυχήσεως ὑπὲρ ὑμῶν, εἰς αὐτοὺς ἐνδείξασθε καὶ εἰς πρόσω-
IX. 1 πον τῶν ἐκκλησιῶν. Περὶ μὲν γὰρ τῆς διακονίας τῆς εἰς τὺς ἁγίυς περισσόν μοι ἐστὶ τὸ γράφειν ὑμῖν.
2 Οἶδα γὰρ τὴν προθυμίαν ὑμῶν, ἣν ὑπὲρ ὑμῶν καυχῶμαι Μακεδόσιν, ὅτι Ἀχαΐα παρεσκεύασται ἀπὸ πέρυσι,

acceperit, 33 quin potius quum esset diligentior, 34 suapte sponte ad vos venerit. 18 Misimus autem una 35 cum illo fratrem eum, 36 cujus laus est in Evangelio per omnes ecclesias. 19 Nec id solum, 37 verum etiam delectus est ab ecclesiis, comes peregrinationis nostræ, 38 cum hac beneficentia, quæ administratur a nobis 39 ad ejusdem Domini gloriam & 40 animi vestri promptitudinem: 20 41 Declinantes hoc, ne quis nos carpat 42 in hac exuberantia, 43 quæ administratur a nobis, 21 44 Procurantes honesta, non tantum coram Domino, sed etiam coram hominibus. 22 Misimus autem una cum illis fratrem nostrum, quem probaveramus 45 in multis sæpenumero 46 diligentem, nunc autem multo diligentiorem, 47 ob multam fiduciam, quam 23 habeo erga vos, Sive Titi nomine, qui socius meus est, 48 & erga vos adjutor, sive aliorum, qui fratres nostri sunt & legati ecclesiarum, 49 gloria Christi. 24 50 Proinde documentum charitatis vestræ, & nostræ de vobis gloriationis, in eos demonstretis etiam 51 in conspectu ecclesiarum. IX. 1 Nam de subministratione quidem, quæ fiat in sanctos, 1 supervacuum est mihi scribere vobis. 2 Novi enim 2 promptitudinem animi vestri, 3 quam

33 *Sed cum sollicitior esset*] σπυδαιότερος, id est, *studiosior* ac *diligentior* & *alacrior*. Atque hoc sane loco conjunctio δὲ vim habet corrigendi, ut non absurde verti potuerit per *imo*. Siquidem quod modo dixerat Titum adductum suis precibus suscepisse negotium, id mutat, imo inquiens, non meo impulsu hoc fecit, verum cum sua sponte ad id esset promptus, me rogante factus est alacrior ac diligentior, veluti cum ultro currentem incitamus.

34 *Sua voluntate*] αὐθαίρετος, id est, *spontaneus*, sive *ultroneus*. Ambrosius legit *voluntarius*.

35 *Cum illo fratrem nostrum*] *Nostrum* non est Græce, sed tantum τὸν ἀδελφόν. Nec addebatur in codice Donatianico. Sic enim vocat Christianum. Cæterum articulus additus facit, ut certum aliquem designatum intelligamus, cujus nomen data opera suppresserit, malens eum elogio quam vocabulo describere. Proinde vertendum erat: *Misimus autem una cum illo fratrem eum, cujus laus est in Evangelio per omnes ecclesias*. At paulo inferius additur *nostrum* : *Misimus autem una cum illis & fratrem nostrum, quem probavimus in multis*.

36 *Cujus laus est in Evangelio*] Sermo videtur anceps. Nam apparet accipi posse laudem illius esse scriptam in Evangelio. Verum illud dicit, illum, quisquis est de quo dicit, nam id incertum est, ita versatum esse in prædicatione Christi, quam hîc *Evangelium* vocat, ut omnium testimonio ecclesiarum laudetur. Nec ea res tamen vetat, quo minus accipiatur de Luca, quod sensisse videtur Hieronymus, cum alii Barnabam opinentur designari, rursus alii Apollo. Verum illud admonere volui, hîc magis de prædicatione fieri verba, quam de scripto Evangelio, propter id quod sequitur, *per omnes ecclesias*. Porro incertum, an id temporis, quo hæc scribebat Paulus, Lucas scripserit Evangelium. Jam illud, *Non solum autem*, vertendum erat, *Nec id solum*, ut intelligamus eum non solum spectatum prædicatione Evangelii, verum etiam Paulo comitem fuisse delectum.

37 *Sed & ordinatus est*] χειροτονηθεὶς, id est, *electus*, sive *suffragiis creatus*, id quod proprie significat Græca vox. Et συνέκδημος, *comes peregrinationis meæ*, recte, nisi quod *comes* minus est quam συνέκδημος, id est, *collega* sive *socius*, ut æqualem intelligas, non sequentem.

38 *In hanc gratiam*] Græci habent σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ, id est, *cum gratia hac*. Quanquam *gratia* hoc loco *beneficium* sonat.

39 *Ad Domini gloriam*] πρὸς τὴν αὐτῦ τῦ Κυρίυ δόξαν, id est, *ad ejusdem Domini gloriam*.

40 *Destinatam voluntatem*] καὶ προθυμίαν, id est, *animi promptitudinem*. Ambrosius legit *sollicitudinem* : opinor vitium esse Librariorum, qui pro *promptitudine* mutarint *sollicitudinem*. Thomas Aquinas *destinatam voluntatem* interpretatur a Deo prædestinatam, qui prædestinarit ab æterno, vos talem voluntatem habere. Non libet insectari conviciis virum tam eruditum tamque celebrem. Malim quicquid est imputare seculo, modo Lector intelligat, ne doctissimos quidem absque periculo lapsus interpretari posse Divinas Litteras citra linguarum peritiam, sentiatque id quod Thomas huc adduxit, δὶς διὰ πασῶν abesse a sensu Paulino. Sentit enim hoc beneficium a se administrari, ad Domini gloriam, simulque ad provehendam ac declarandam animi promptitudinem eorum qui largiebantur ultro. Ambrosius ut pro προθυμίαν legit *sollicitudinem*, ita pro ὑμῶν secundæ personæ legit ἡμῶν primæ, sed secus interpretantibus Græcorum scholiis ac Theophylacto.

41 *Devitantes hoc*] Στελλόμενοι τῦτο, id est, *Caventes illud*. Sumptum est a nautis, qui flexo cursu declinant scopulum aut periculum.

42 *In hac plenitudine*] ἐν τῇ ἁδρότητι, id est, *abundantia*, sive *exuberantia*. Solet enim magna pecuniarum vis obnoxia esse suspicioni fraudis.

43 *Quæ ministratur a nobis ad Domini gloriam*] Non repetitur hoc loco apud Græcos *ad Domini gloriam*.

44 *Providemus enim*] Προνοούμενοι, id est, *Providentes*, absque *enim*: pendet enim a superioribus, *Misimus*. Quanquam id quidem ad sensum nihil refert. Et καλὰ magis sonat *honesta* quam *bona*.

45 *In multis sæpenumero*] Interpres potuit quidem reddere jucunditatem Græcanici schematis, ἐν πολλοῖς πολλάκις, quasi dicas, *in multis multifariam*, aut *in multis multoties*, si sic liceat loqui.

46 *Sollicitum esse*] σπυδαῖον ὄντα, id est, *diligentem*, aut *promptum*, aut etiam *probum*. Nam hoc quoque significat σπυδαῖος.

47 *Confidentia multa in vos*] πεποιθήσει πολλῇ τῇ εἰς ὑμᾶς, id est, *ob fiduciam multam quam habent erga vos*. Græca sunt ambigua. Nam *fiducia* referri potest ad Paulum, qui confidat illum nunc fore diligentiorem, quod speret illos bene tractaturos hominem. Non solum autem confidit de hoc, verum etiam de Tito. Quapropter? quod socius ipsius sit, & in juvandis Corinthiis adjutor. Item de cæteris, quod Pauli sint fratres, & missi ab ecclesiis, sicut ante dixit. Et idcirco maluimus hîc ἀποστόλυς vertere *legatos*.

48 *Et in vobis adjutor*] καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργὸς, id est, *& erga vos cooperator*, sive *collega*. Præterea hi nominativi dure subjiciuntur. Simplicius erat, *pro Tito socio meo, & in vos cooperatore* sive *adjutore*.

49 *Gloria Christi*] δόξα Χριστῦ, ut intelligas ipsos Apostolos esse gloriam Christi. Quanquam totus hic locus varie legitur. Ambrosius ita legit : *Sive per Titum, qui est socius meus & adjutor in vobis, sive per fratres nostros Apostolos ecclesiarum gloria Christi*. Græca sic habent, Εἴτε ὑπὲρ Τίτυ, κοινωνὸς ἐμὸς, καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργὸς, εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν, ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν, δόξα Χριστῦ. Scholia explicant ad hunc modum: *Sive de Tito, ut subaudias aliquid dicendum est, hoc possum dicere, quod est socius meus* &c. *Sive de cæteris dicendum est aliquid, hoc dico, quod sunt Apostoli ecclesiarum, & gloria Christi, quorum prædicatione & vita illustrius fit Evangelium Christi*. Hæc autem omnia eò pertinent ut commendet Corinthiis eos quos illò mittit. Nec me fugit, quid Faber Stapulensis hoc loco scripserit, verum illius sententiæ hac quidem in parte non subscribo, præsertim refragantibus Græcis scholiis, & nominatim Chrysostomo ac Theophylacto, atque ipso denique Ambrosio. Cæterum quæ Thomas & hoc recentiores in hunc adducunt locum, non libet referre. Quanquam sensit nonnihil Aquinas, cum *gloria* legens, tamen interpretatur *ad gloriam*, quasi *gloria* sit dativus casus, cum apud Græcos sit rectus. Chrysostomus ac Theophylactus attingunt & alteram sententiam, nimirum hanc, quocunque nomine eos receperitis, quicquid officiorum in eos contuleritis, gloria erit Christi. Nam in hunc redundat quicquid impenditur Evangelii ministris. Potest & sic accipi, Quicquid sunt illi quos laudo, pertinet ad gloriam Christi.

50 *Ostensionem ergo quæ est charitatis vestræ*] Græce est simpliciter, *ostensionem charitatis vestræ*. Neque secus legit Ambrosius. Et *nostræ gloriæ*, rursus est καυχήσεως, quod Ambrosius hoc locò vertit *exsultationem*.

51 *In facie ecclesiarum Dei*] εἰς πρόσωπον τῶν ἐκκλησιῶν. *Dei* non additur in Græcis, nec in Ambrosio. Porro illud, *in faciem*, magis quadrabat *in personam ecclesiarum*. Redundat enim in personam ecclesiarum honor habitus iis, quos miserant ecclesiæ. Ita quidem Theophylactus. Quanquam & alterum probo sensum, nimirum hunc, ut cæteræ quoque ecclesiæ videant charitatem vestram, de qua soleo apud illas gloriari, ut *in facie* sonet *in conspectu*.

1 *Ex abundanti est*] περισσόν μοι, id est, *supervacaneum est*. Et ita legit Ambrosius, *supervacuum est*. Quæso quorsum opus erat huc accersere periphrasin? nisi quod sic libuit Interpreti ludere.

2 *Promptum animum vestrum*] τὴν προθυμίαν ὑμῶν, id est, *animi vestri promptitudinem*, sive, ut Ambrosius legit, *promptam voluntatem vestram*. Eadem vox Græcis, quam modo vertit *destinatam voluntatem*, in qua sic philosophabatur Thomas.

3 *Pro quo de vobis*] ἣν ὑπὲρ ὑμῶν καυχῶμαι Μακεδόσιν, id est, *quam de vobis jacto Macedonibus*, sive *apud Macedones*. Sic enim dixit, *quam glorior*, quemadmodum nos dicimus, *gratulor tibi reditum in patriam*.

4 Quo-

3 ρυσι, καὶ ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος ἠρέθισε τοὺς πλείονας. Ἔπεμψα δὲ τοὺς ἀδελφοὺς, ἵνα μὴ τὸ καύχημα ἡμῶν, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν, κενωθῇ ἐν τῷ μέρει τούτῳ· ἵνα, καθὼς 4 ἔλεγον, παρεσκευασμένοι ἦτε· Μήπως, ἐὰν ἔλθωσι σὺν ἐμοὶ Μακεδόνες, καὶ εὕρωσιν ὑμᾶς ἀπαρασκευάστους, καταισχυνθῶμεν ἡμεῖς, ἵνα μὴ λέγωμεν ὑ- 5 μεῖς, ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως. Ἀναγκαῖον οὖν ἡγησάμην παρακαλέσαι τοὺς ἀδελφοὺς, ἵνα προέλθωσιν εἰς ὑμᾶς, καὶ προκαταρτίσωσι τὴν προκατηγγελμένην εὐλογίαν ὑμῶν, ταύτην ἑτοίμην εἶναι, οὕτως ὡς εὐλογίαν, καὶ μὴ ὥσπερ πλεο- 6 νεξίαν. Τοῦτο δὲ, ὁ σπείρων φειδομένως, φειδομένως καὶ θερίσει· καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' 7 εὐλογίαις καὶ θερίσει· Ἕκαστος καθὼς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ, μὴ ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης· ἱλαρὸν γὰρ 8 δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεός. Δυνατὸς δὲ ὁ Θεὸς πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς ὑμᾶς, ἵνα ἐν παντὶ πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες, περισσεύητε εἰς πᾶν ἔργον 9 ἀγαθόν· Καθὼς γέγραπται, Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησι· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶ- 10 να. Ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν χορηγῆσαι, καὶ πληθῦναι τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξῆσαι τὰ γεννήματα τῆς δικαιο-

quam de vobis jacto apud Macedones, 4 quod Achaja parata est 5 ab anno superiore, 6 & vestrum exemplum 7 provocavit complures. 8 Misi tamen hos 3 fratres, ne gloria nostra, qua glorior de vobis, inanis fiat in hac parte, ut, quemadmodum dicebam, parati sitis: Ne quo pacto fiat, ut, si mecum venerint Mace- 4 dones, & offenderint vos imparatos, nos pudore suffundamur, 9 ut ne dicam vos, in hoc argumento gloriationis. Proinde necessarium arbitratus sum 10 adhor- 5 tari fratres, 11 ut prius accederent ad vos, & præpararent jam 12 ante promissam bonam collationem vestram, 13 ut ea sit in promptu, 14 sic tanquam bona collatio, & non tanquam fraudatio. 15 Illud autem di- 6 co, qui sementem facit parce, is parce messurus est: & qui sementem facit 16 libenter ac benigne largiendo, copiose messurus est: Unusquisque 17 secundum 7 propositum cordis, non ex molestia aut 18 necessitate: nam hilarem datorem diligit Deus. Potens est autem 8 Deus 19 efficere, ut totum beneficium in vos exuberet: 20 ut in omnibus omnem sufficientiam habentes, exuberetis in omne opus bonum: Quemadmodum scri- 9 ptum est, Dispersit, dedit pauperibus: justitia ejus manet 21 in seculum. 22 Porro qui suppeditat semen se- 10 mi-

4 *Quoniam & Achaja*] *Et* conjunctio redundat, nec additur apud Ambrosium. Cæterum ὅτι fortassis aptius vertisset *quod*. Siquidem hoc erat quod jactabat Paulus.

5 *Ab anno præterito*] ἀπὸ πέρυσι, id est, *ab anno superiori*. Ambrosius legit, *ab anno priore*.

6 *Et vestra æmulatio*] καὶ ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος, id est, *& ex vobis orta æmulatio*, hoc est, *vestrum exemplum*. Quanquam ζῆλος sonat etiam *studium* & *fervorem*.

7 *Provocavit plurimos*] Sic Interpres dixit *plurimos* pro *multis*, ut vulgo Sacerdotes in preculis horariis pro *de pluribus martyribus* legunt *de plurimis*. Græce est πλείονας, id est, *plures* sive *complures*. Abutuntur enim & Græci comparativo hoc vice positivi nominis. Ambrosius legit *plures*, non *plurimos*. Quanquam id videri potest Scriptoris accidisse culpa.

8 *Misimus autem*] Ἔπεμψα δὲ, id est, *Misi vero*. Sed hoc loco *fratres* accusandi casu legendum est, non nominandi, aut vocandi, τοὺς ἀδελφούς. Excusat autem Paulus, quod tam multa verba fecerit de administranda eleemosyna in sanctos, sed tamen mittendos fratres omnino putavit, ne offenderentur imparati: hoc est, non dubitat, quin libenter sint subventuri pauperibus, sed præmonendos duxit, ut in tempore conferant, quod velint conferre, ne videantur minus libenter dare, quam cæteræ ecclesiæ.

9 *Ut non dicamus vos in hac substantia*] ἵνα μὴ λέγωμεν ὑμᾶς ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως, id est, *ut non dicamus vos in hac substantia gloriationis*. Ambrosius legit, *ut non dicam omnes in hac parte*. Verum exemplaria consentiunt: & pulchre habet, ut intelligamus ad hunc modum: Ne erubescamus tunc nos, qui videbimur vani, si non præstetis, quod præstaturos diximus: deinde per occupationem additur, *ut ne dicam vos*, significans fore, ut is pudor ad illos maxime pertineat, si desciverint a pio decreto animi. Verum id maluit intelligi quam explicare, ne quid offenderet animos Corinthiorum. Postea quod sequitur, *in hac substantia gloriationis*, referendum est ad illud superius, *erubescamus nos*, nimirum pudefacti in hoc argumento gloriationis meæ, qua gloriatus sum de vobis. Aut, non in omnibus, in quibus merito gloriatus sum, sed in hac quoque parte, quo nihil sit in quo non jure videar de vobis gloriatus: ὑπόστασιν autem dixit *argumentum*, & cui innititur sermonis fides.

10 *Rogare fratres*] Rursum *fratres* accusandi casu legendum est, non vocandi.

11 *Ut præveniant*] ἵνα προέλθωσιν, id est, *ut prius veniant*, sive *præcedant*, ut legit Ambrosius.

12 *Repromissam benedictionem*] προκατηγγελμένην, id est, *ante promissam*. Porro *benedictionem* hoc loco vult intelligi beneficentiam, non manum motam. Nam ante λογίας, id est, *collectiones*, eleemosynas vocavit, hic easdem εὐλογίας vocat, non a λόγος, *ratio*, sed a λέγω, *colligo*. Ad hanc sententiam facit quod mox adducit: *Qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus & metet*. Nam *benedictionem* opposuit *parsimoniæ*, velut a bona benignaque collectione dictam. Proinde non absurde videtur εὐλογία verti potuisse *munificentia* sive *largitas*: *Qui parce seminat, parce & metet, qui largiter seminarit, largiter item metet*. Nisi mavis huc torquere, quod beneficium alacriter & benignis verbis dandum est, & ob id *benedictionem* vocarit. Etenim inter avaros hoc agitur: ut quam minimum detur, & si quid forte coguntur dare, dant verbis male ominatis. At beneficium hoc animo & vultu dandum est quasi dando lucrum facias. In hunc sensum explanant Græcanica scholia. Et addendum est *vestram*, quod abest in nostris codicibus, cum addatur apud Ambrosium.

13 *Paratam esse*] Maluissem vertere per nominandi casum, τὴν προκατηγγελμένην εὐλογίαν ὑμῶν ταύτην ἑτοίμην εἶναι, id est, *ut ante promissa vestra ista benedictio prompta sit*, hoc est, ut alacriter detis, quod daturos vos ante polliciti estis.

14 *Quasi benedictionem*] οὕτως ὡς εὐλογίαν, καὶ μὴ ὥσπερ πλεονεξίαν, *sic veluti sit benedictio, & non velut sit avaritia*. Nam beneficentia debet alacris esse, cum avarus det tristis. Nihil vetat quo minus πλεονεξίαν interpretemus *usurpationem*, *occupationem*, *fraudationem*, sive *extorsionem*. Nam hæc dantur ab invitis, & tali ominatione, quali utitur pastor ille Virgilianus:

Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hædos.

Ambrosius pro πλεονεξία legit *circumventionem*. Nam tales fere sunt eulogiæ populi, quum novus Episcopus exigit a sacris ac profanis preces, ut vocant, primarias. Cæterum hic πλεονεξία referri videtur ad accipientes, unde non male vertisset *spoliationem*.

15 *Hoc autem dico*] *Dico* non exprimitur in Græcis codicibus, sed tantum est, *Hoc autem*, Τοῦτο δὲ, & cætera subaudiuntur: & a Latinis additum est verbum explicandæ rei gratia. Poterat & aliud verbum subaudiri, *memineritis*, aut sit quod aliud magis placet. Non cogit Paulus quemquam dare, nec præscribit, quantum cuique dandum sit, tantum admonet, pro modo largitionis fore modum præmii.

16 *De benedictionibus*] *In benedictionibus*. Nam utrobique est ἐπ' εὐλογίαις. Interpres mutavit suo arbitratu, cum apud Ambrosium ut ubique sit *in*, quæ præpositio Latinis non perinde est familiaris in hoc sensu. Rursum agnoscis hic genus sententiæ ex contrariis contextæ, *parce* & *largiter*, *seminat* & *metet*: addunt decus, repetitio ejusdem vocis, quam diximus appellari *traductionem*, tum duo membra in bina commata divisa, rursus alterum colon similiter sectum, quibus superadditur unum membrum simplex, velut epiphonema, *hilarem datorem diligit Deus*. Hæc passim annotare superstitiosum esset, verum aliquoties indicasse in hoc profuerit, ut jucundior ac dilucidior sit oratio Pauli.

17 *Ut destinavit*] προαιρεῖται, id est, *proponit*, præsentis temporis. Et Ambrosius legit, *secundum propositum cordis*: nec additur *suo*, aut *sui*, ut sit sensus absolutior. Nec enim agit de hujus aut illius animo. Tantum indicat, libenter & ex animo dandum esse quod datur. Ne præpositio quidem additur, sed est προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ, id est, *destinat corde*.

18 *Ex necessitate*] ἐξ ἀνάγκης. Laurentius putat hoc loco *necessitatem* accipiendam pro *indigentia*, non pro *coactione*, cui non assentior hoc sane loco. Nam hanc particulam, *ex necessitate*, opposuit illi, quæ præcessit, ὡς προαιρεῖται, hoc est, *ut sponte sua statuit*: & qui coactus dat, tristis dat, ob quod citavit illud, *hilarem datorem diligit Deus*. Mecum faciunt Interpretes omnes, Græci pariter ac Latini.

19 *Abundare facere in vobis*] εἰς ὑμᾶς, id est, *in vos*, & περισσεῦσαι accepit transitive, quod alibi solet neutraliter: velut apud nos *suppeditare* nonnunquam est *suppetere*, nonnunquam *subministrare*. Atque hic quoque *gratiam* appellat *beneficentiam*. Sentit enim libenter dandum, quod Deus potens sit efficere, ut quicquid in sanctos illius contulerint, id multo cum fœnore ad ipsos redeat, ne vel ea res illos a largiendo deterreat, quod benignitas exhaurire videatur rem familiarem.

20 *Ut in omnibus semper*] ἵνα ἐν παντὶ πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες, id est, *ut in omnibus omnem sufficientiam habentes*. Est autem αὐτάρκεια, ubi quis suis est contentus, suaque sorte, nec aliunde desiderat quicquam. Interpres & Ambrosius, si modo codices mendo vacant, legisse videntur ad hunc modum, ἵνα ἐν παντὶ πάντοτε πᾶσαν, *ut in omnibus semper omnem*. Est autem jucunda vocis ejusdem iteratio in παντὶ, πάσῃ, & πᾶν.

21 *In seculum seculi*] Græce tantum est, εἰς τὸν αἰῶνα, id est, *in ævum*.

22 *Qui autem subministrat*] Ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν. Hic locus apud Græcos paulo diversius habetur, Ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν χορηγῆσαι, καὶ πληθῦναι τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξῆσαι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν. Id est, *Qui autem suppeditat semen seminanti, & panem in cibum ministret, & multiplicet semen vestrum, & augeat proventus justitiæ vestræ*, ut χορηγῆσαι, πληθῦναι, αὐξῆσαι infinita videantur vertenda potius per imperativum modum, *suppeditet*, *impleat*, *augeat*. Nisi forte subaudiatur verbum μέλλει, quod additum infinitivis futurum tempus efficit. Nam in tam multis verbis non est consentaneum tempus casu fuisse commutatum, ut legas χορηγήσει, πληθυνεῖ, αὐξήσει, tametsi in hunc sensum legit Ambrosius,

11 καιοσύνης ὑμῶν, Ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι, εἰς πᾶσαν ἁπλότητα, ἥτις κατεργάζεται δι' ἡμῶν εὐχαρισίαν τῷ Θεῷ. 12 Ὅτι ἡ διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης ȣ̓ μόνον ἐςὶ προσαναπληροῦσα τὰ ὑςερήματα τῶν ἁγίων, ἀλλὰ καὶ περισσεύουσα διὰ πολλῶν εὐχαριςεῖν τῷ Θεῷ, 13 Διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης δοξάζοντες τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριςȣ̃, καὶ ἁπλότητι τῆς κοινωνίας εἰς αὐτȣ̀ς καὶ εἰς πάντας, 14 Καὶ αὐτῶν δεήσει ὑπὲρ ὑμῶν ἐπιποθȣ́ντων ὑμᾶς 15 διὰ τὴν ὑπερβάλλȣσαν χάριν τȣ̃ Θεȣ̃ ἐφ' ὑμῖν. Χάρις δὲ τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ ἀνεκδιηγήτῳ αὐτȣ̃ δωρεᾷ.

Alias εὐχαριστιῶν.

X. κγ

1 Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ τῆς πρᾳότητος καὶ ἐπιεικείας τȣ̃ Χριςȣ̃, ὃς κατὰ πρόσωπον μὲν ταπεινὸς ἐν ὑμῖν, ἀπὼν δὲ θαῤῥῶ εἰς ὑμᾶς. 2 Δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαῤῥῆσαι τῇ πεποιθήσει, ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι ἐπί τινας τȣ̀ς 3 λογιζομένȣς ἡμᾶς ὡς κατὰ σάρκα περιπατȣ̃ντας· Ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατȣ̃ντες ȣ̓ κατὰ σάρκα ςρατευόμεθα. 4 Τὰ γὰρ ὅπλα τῆς ςρατείας ἡμῶν ȣ̓ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ, πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων, 5 λογισμȣ̀ς καθαιρȣ̃ντες, Καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τȣ̃ Θεȣ̃, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τȣ̃ Χριςȣ̃.

Καὶ

minanti, is & panem in cibum suppeditet, & multiplicet sementem vestram, 23 & augeat proventus justitiæ vestræ, 24 Ut in omnibus locupletemini, in omnem 11 simplicitatem, 25 quæ per nos efficit, ut gratiæ agantur Deo. 26 Nam functio hujus ministerii non solum sup- 12 plet ea quæ desunt sanctis, verum etiam exuberat in hoc, 27 quod per multos agantur gratiæ Deo, Qui per 13 probationem ministerii hujus glorificant Deum 28 super obedientia consensus vestri in Evangelium Christi, & de simplicitate communicationis in ipsos & in omnes, Et in illorum oratione pro vobis, 29 qui desi- 14 derant vos propter eminentem gratiam Dei in vobis. 30 Gratia autem Deo super inenarrabili suo munere. 15

X. 1 Cæterum ipse ego Paulus obsecro vos per lenitatem 2 & mansuetudinem Christi, qui 3 juxta faciem quidem humilis sum inter vos, 4 absens tamen audax sum erga vos. Rogo autem vos, ne præsens audeam ea fiducia, 2 qua cogito audax fuisse in quosdam, 5 qui putant nos veluti secundum carnem ambulare: Nam in carne am- 3 bulantes non secundum carnem militamus. Siquidem 4 arma militiæ nostræ 6 non carnalia sunt, 7 sed potentia Deo, ad demolitionem munitionum, quibus 8 consilia demolimur, Et omnem celsitudinem, 9 quæ extollitur 5 adversus cognitionem Dei, & captivam ducimus 10 omnem

brosius. Certe Græcorum scholia χορηγῆσαι interpretantur χορηγήσειεν, id est, *suppeditet*: nominatim Theophylactus indicat esse sermonem optantis pro corporalibus spiritualia.

23 *Augebit incrementa frugum*] γεννήματα τῆς δικαιοσύνης, id est, *proventum*, sive *annonam justitiæ*. Nec sine gratia translatitio verbo addidit proprium. Quod hic vertit *incrementa frugum*, Ambrosius vertit *fructum*.

24 *In omnibus locupletati*] Paulus aliquoties suo more participiis abutitur: unde recte vertit πλȣτιζόμενοι in verbum. Laurentius referendum putat ad particulam quæ præcessit, *abundetis in omne opus bonum*.

25 *Quæ operatur per nos*] Ambrosius pro ἥτις legisse videtur εἴ τις: vertit enim, *si quis*, & consentiunt cum hac lectione scholia illius. Græci legunt ἥτις.

26 *Ministerium hujus officii*] διακονία τῆς λειτȣργίας ταύτης, id est, *administratio hujus ministerii*. Sic enim vocat officium subministrandæ pecuniæ. Sed λειτȣργία nonnunquam Græcis significat *sacrificium*, suo ritu peractum, ut accipias pecuniam quasi victimam offerri Deo, cujus minister sit Paulus, ut sacerdos sacrum peragens.

27 *Per multas gratiarum actiones in Domino*] διὰ πολλῶν εὐχαριςεῖν τῷ Θεῷ, id est, *per hoc quod multi gratias agunt Deo*. Etiamsi in nonnullis exemplaribus scriptum comperi, διὰ πολλῶν εὐχαριςιῶν. Quo modo legisse videtur Interpres. Atqui si sequamur id quod prius apud Græcos comperi, participium περισσεύȣσα transitive capiatur oportet, ut hinc pendeat infinitum εὐχαριςεῖν, sitque hic sensus: Verum etiam efficit, ut copiose agantur gratiæ Deo per multos. In eum sensum interpretantur Græcorum scholia. Theophylactus legit hunc in modum, ἥτις κατεργάζεται δι' ὑμῶν εὐχαριςίαν τῷ Θεῷ. Similiter legit Chrysostomus, nisi quod δι' ἡμῶν habet, id est, *per nos*, prima persona, & quod legit interpretatur.

28 *Et in obedientia confessionis*] Faber vult esse hypallagen, ut intelligamus *in confessione obedientiæ vestræ*. Verum nihil video causæ cur reclamantibus exemplaribus & interpretationibus ad hypallagen hujusmodi confugiamus. Nam *obedientia confessionis* potest accipi, quod obedientes Evangelio in eleemosynis largiendis declararent se vere & ex animo confiteri Evangelium. Quod si mavis ὁμολογία pro *assensu*, laudat illorum obedientiam, quod ipsi id suadenti ac monenti non sint refragati. Ambrosius pro *obedientia* legit *subjectione*, magis exprimens Græcam vocem ὑποταγήν. Quanquam ὁμολογία non solum *confessionem* significat, verum etiam *consensum*, ut accipias futurum, ut multi gratias agant Deo, cum viderint Corinthios tanto consensu obedire Paulo. Atque ita tacite monet, ut omnes conferant pro sua quisque voluntate & facultate. Porro quod addit, *in Evangelium Christi*, sensit hoc pertinere ad negotium Evangelii, si Christiani omnes inter se consentiant in benefactis. Et Evangelium admonet dandam eleemosynam, pollicens omnia fore munda.

29 *Desiderantium vos*] ἐπιποθȣ́ντων ὑμᾶς. Ambrosius addidit, *desiderantium videre vos*, sive quod aliud habuerit exemplar, sive quod voluerit explicare sensum, in quem & Græcanica scholia interpretantur. Quanquam hoc loco *gratiam* verti poterat *beneficium*: ut intelligas illos esse cupidos videndi Corinthios, in quibus Deus tantam beneficentiam ipsis contulisset.

30 *Gratias ago Deo*] Rursum est Χάρις δὲ τῷ Θεῷ, id est, *Gratia autem Deo*: ut subaudias *sit*.

1 *Ipse autem ego Paulus*] Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος. Mire Paulus tribus vocibus, Παῦλος, αὐτὸς δὲ, & ἐγὼ, separavit suam personam a cæteris Apostolis, quod antehac egerit negotium aliorum, nunc e suo loquatur affectu.

2 *Et modestiam*] καὶ τὴν ἐπιείκειαν, quod *comitatem* magis & *facilitatem* aut *humanitatem* sonat, quam *modestiam*, quæ opponitur arrogantiæ.

3 *In facie*] κατὰ πρόσωπον, id est, *juxta faciem*, pro eo quod est *in specie*. Græci tamen interpretantur de præsentia Pauli, *Ubi coram adsum, humilis videor*. Quidam putant esse ironiam. *Rogo autem vos*. Cum ante dixerit se obsecrare, non adjecit quid obsecraret. Unde capitis hujus initium utroque referri potest, ad superiora, ut sit sensus, Rogo ut meo quoque nomine libenter conferatis hanc pecuniam. Aut ad sequentia, quemadmodum modo diximus. Atque ita δέομαι repetit, quod dictum erat παρακαλῶ, ut sit redeuntis ad id quod cœperat, quasi dixisset, Rogo, inquam. Id subindicat Ambrosius cum ait, *Idem sensus est, quem ut dilucidet, repetit*.

4 *Absens autem confido in vobis*] θαῤῥῶ εἰς ὑμᾶς. Græca quidem sunt ambigua, verum magis congruit, ut intelligamus, *audax* sive *confidens sum erga vos*, sicut alibi dicit, *Epistolæ fortes, præsentia infirma*. Quanquam scholia Græcorum non eodem exponunt modo. Theophylactus Chrysostomum sequutus, cui non displicet ironia, sic accipit, quasi Paulus referat hæc sub aliorum persona: Præsens abjecte se gerit, absens scribit minaces ac severas Epistolas. Quanquam indicant & citra ironiam consistere sensum. Nec ego sane video causam quare ad ironiam confugiamus. Jam quod Interpres λογίζομαι vertit *existimor*, non convenit expositioni Veterum. Chrysostomus enim ostendit hunc sermonem esse comminantis Apostoli, qui quoniam existimabant ipsum juxta carnem ambulare, hoc est, non habere Christi Spiritum, contemnebant illum, velut impune peccantes. Hos territare volens Paulus rogat Corinthios, ne cogatur ea audacia (sic enim appellat potestatem suam, quam dicebant Epistolis inesse) præsens uti. Porro mitigans minas, non ait qua decrevi aut volo uti, sed quam cogito, etiamnum invitans illos ad resipiscentiam. Idque putat esse summæ bonitatis in Paulo, qui in commeritos non statuerit decreveritque pœnam, quam & pro sua auctoritate poterat infligere, & pro illorum duritia debebat, sed tantum dicit se de ea re cogitare, quasi libenter mutaturus sententiam, si vellent illi sua sponte redire ad mentem meliorem. Theophylactus λογίζομαι exponit duobus verbis ὑπολαμβάνω & ςοχάζομαι, id est, *suspicor* & *destino*. Suspicio enim est nondum certa cogitantis, & qui destinat & ad scopum dirigit oculum, nondum emisit telum manibus, sed veluti minatur se missurum, circumspiciens in quos mittat & quomodo mittat.

5 *Qui arbitrantur nos tanquam*] τȣ̀ς λογιζομένȣς, id est, *qui cogitant* aut *æstimant*, vel *qui sic habent nos, quasi secundum carnem ambulantes*.

6 *Non carnalia*] ȣ̓ σαρκικά. Diversum ab illo σάρκινα, quod tamen eadem voce Latina reddidit, ut superius admonuimus.

7 *Sed potentia Deo*] Græcis est δυνατὰ τῷ Θεῷ. Ambrosius legit *fortia Deo*. Laurentius mavult *valida Deo*. Cæterum illud *Deo* Græcis dativus est instrumenti, polletque perinde ac si dicas, fortia per Deum, & opera divina. Utinam liceret omnibus Episcopis, maximeque iis qui in Pauli locum successerunt, tam vere suoque jure hanc usurpare vocem, quam ipse Paulus usurpavit, *Arma militiæ nostræ non carnalia, sed fortia Deo*: non ad demolitionem oppidorum, arcium, sed impiarum cogitationum. Hæc sunt arma, hæc bella, hæ pugnæ, hæc victoria, hi triumphi digni successoribus Apostolorum. Nunc videre est aliquot, qui, quum res postulat, copias habent, gladios, lanceas, & bombardas habent, denique quicquid forti bellatore dignum est. Cæterum ubi gladio verbi divini demolienda est acies vitiorum, nec linguam habent nec manus.

8 *Consilia destruentes*] λογισμȣ̀ς, id est, *cogitationes*. Et rursum participium addidit, quod nusquam referatur καθαιρȣ̃ντες *destruentes*, hoc est, quibus armis destruimus. Porro cum de armis meminerit, mire subjecit metaphoras munimentorum, quorum alia artificio, alia sublimitate sunt inexpugnabilia. Nos, quo magis perspicuus esset sensus, vertimus hoc pacto: *Sed potentia per Deum ad demolitionem munitionum, quibus cogitationes demolimur, & omnem celsitudinem, quæ extollitur adversus scientiam*.

9 *Extollentem se*] ἐπαιρόμενον, id est, *insurgentem*, sive *qui attollitur*. Erat enim hujusmodi machinarum genus, quod repente sublatum in altum, muris inveheret hostem.

10 *Omnem intellectum*] πᾶν νόημα, omnem *cogitationem*.

11 In

6 Καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοὴν, 7 ὅτ' ἂν πληρωθῇ ὑμῶν ἡ ὑπακοή. Τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε; Εἴ τις πέποιθεν ἑαυτῷ Χριστοῦ εἶναι, τοῦτο λογιζέσθω πάλιν ἀφ' ἑαυτοῦ, ὅτι 8 καθὼς αὐτὸς Χριστοῦ, οὕτως καὶ ἡμεῖς Χριστοῦ. Ἐάν τε γὰρ καὶ περισσότερόν τι καυχήσωμαι περὶ τῆς ἐξουσίας ἡμῶν, ἧς ἔδωκεν ὁ Κύριος ἡμῖν εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν ὑμῶν, οὐ καταισχυνθήσομαι, 9 Ἵνα μὴ δόξω ὡς ἂν ἐκφοβεῖν 10 ὑμᾶς διὰ τῶν ἐπιστολῶν. Ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαί, φησι, βαρεῖαι καὶ ἰσχυραὶ, ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενὴς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενη-11 μένος. Τοῦτο λογιζέσθω ὁ τοιοῦτος, ὅτι οἷοί ἐσμεν τῷ λόγῳ δι' ἐπιστολῶν ἀπόντες, τοιοῦτοι καὶ παρόντες 12 τῷ ἔργῳ. Οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι ἑαυτούς τισι τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων, ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες, καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοὺς 13 ἑαυτοῖς, οὐ συνιοῦσιν. Ἡμεῖς δὲ οὐχὶ εἰς τὰ ἄμετρα καυχησόμεθα, ἀλλὰ κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς, μέτρου ἐφικέσθαι ἄχρι 14 καὶ ὑμῶν. Οὐ γὰρ ὡς μὴ ἐφικνούμενοι εἰς ὑμᾶς, ὑπερεκτείνομεν ἑαυτούς· ἄχρι γὰρ καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν 15 ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ, Οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχώμενοι ἐν ἀλλοτρίοις κόποις, ἐλπίδα ἔχοντες, αὐξανομένης τῆς πίστεως ὑμῶν ἐν ὑμῖν, μεγαλυνθῆναι κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν εἰς περισσείαν.

Εἰς

omnem cogitationem 11 ad obediendum Christo. Et 6 in promptu habemus vindictam adversus omnem inobedientiam, quum impleta fuerit vestra obedientia. 12 Quæ in conspectu sunt videtis? Si quis de seipso 7 confidit, quod Christi sit, 13 illud rursum perpendat ex seipso, quod quemadmodum ipse Christi est, 14 ita & nos Christi sumus. Nam si & amplius quippiam glorier 8 de potestate nostra, quam dedit Dominus nobis in ædificationem, 15 & non in destructionem vestri, non pudefiam, Ne videar ceu perterrefacere vos per episto- 9 las. Nam epistolæ quidem, 16 inquit, graves sunt & 10 robustæ, at præsentia corporis infirma, 17 & sermo contemptus. Hoc reputet qui istiusmodi est, quod qua- 11 les sumus sermone per epistolas quum absumus, tales sumus & quum adsumus facto. Non enim sustinemus 12 18 inserere aut conferre nosipsos cum quibusdam, qui seipsos commendant: 19 sed isti non intelligunt, quod ipsi inter sese seipsos metiuntur, & comparant semet sibi. At nos non in immensum gloriabimur, verum 13 juxta mensuram regulæ, 20 qua partitus est nobis Deus, mensura pertingendi etiam usque vos. Non enim quasi 14 non pertingamus usque ad vos, extendimus nosipsos supra modum: nam usque ad vos quoque pervenimus in Evangelio Christi, Non in immensum gloriantes su- 15 per alienis laboribus, sperantes futurum, ut, 21 subolescente fide vestra in vobis, 22 magnificemur juxta re-

gulam

11 *In obsequium Christi*] εἰς ὑπακοὴν, id est, *in obedientiam*, ut semper antehac vertit, sed apertius erat, *ad obediendum Christo*. Captivi sub jugum eunt. At felices qui sic capti ducuntur ut submittant se Christo. Utinam hujusmodi triumphos ambiant Episcopi.

12 *Quæ secundum faciem sunt videte*] Græci codices ex sententia Theodoreti legunt hoc per interrogationem, ut sit *videtis*, non *videte*, quasi fingat id fieri, quod velit objurgare. *Num ea cernitis, quæ sunt juxta faciem?* hoc est, quæ foris videntur, & ostentationem habent potius quam efficaciam. Meminit enim quod dixerit se humilem fuisse apud illos juxta faciem, hoc est, contempto similem, cum alii quidem magno fastu agerent Apostolos. Ambrosius legit *secundum faciem*, pro eo quod est, *quæ in conspicuo sunt & aperta*, ut pertineat ad sequentia, *Si quis confidit se esse servum Christi*. Quasi velit ea clarissima videri, facillimaque judicatu quæ dicturus sit. Alii, *secundum faciem*, interpretantur de signis evidentibus, quibus deprehendi possint pseudapostoli, veluti si quis dives sit, si quis elatus, si quis jactabundus, si quis falsa virtutis imagine personatus. Theophylactus vult esse objurgantis, quod ex opibus, e cultu fastuve æstimarent hominem, ac non potius ex animi bonis, cui magis assentior. Theophylacto suffragatur Gennadius, citantibus Græcorum scholiis. Acrior est autem objurgatio per interrogationem. Chrysostomus item vult hunc esse sermonem objurgantis eos, quod ex rebus extrariis æstimarent hominem.

13 *Cogitet iterum apud se*] ἀφ' ἑαυτοῦ, id est, *ex seipso*, nimirum non exspectans nostram increpationem.

14 *Ita & nos*] Græcus addidit *Christi*, ὅτι καθὼς αὐτὸς Χριστοῦ, οὕτως καὶ ἡμεῖς Χριστοῦ, id est, *quod quemadmodum ille Christi, sic & nos Christi*. Quod tamen apud Græcos additum videri potest explicandæ rei gratia. Porro *Christi* genitivus est, non rectus casus. Nam in hanc sententiam interpretatur & Ambrosius, velut hactenus se parem faciat illis, quod & ipse non sit a Christo alienus, si illi se putant servos Christi, quo majore fide post declaret quanto illos antecellat cæteris.

15 *Non in destructionem*] οὐκ εἰς καθαίρεσιν ὑμῶν, *ad perdendos vos*. Porro *ædificare* more suo vocat prodesse, *destruere* lædere. Hic locus annotandus est iis, qui summi Pontificis auctoritatem in immensum attollunt, asseverantes uni homini universum Ecclesiæ Christianæ corpus debere cedere, adeo ut, si animas omnes deduceret ad inferos, non foret jus illi resistendi. Paulus ab ipso Christo acceperat auctoritatem Apostolicam, non a Petro, cum quo postea contulit, sed ita ut diceret ab illo sibi nihil accessisse, & tamen ingenue fatetur hoc quicquid est potestatis, in hoc datum ut prosit, non ut lædat. At qui nunc tribuunt Romano Pontifici tantam potestatem, utinam possint & cæteras dotes pontificias tribuere, sapientiam, puritatem, charitatem, contemptum rerum omnium. Græci interpretantur destructionem hanc de vindicandis pseudapostolis.

16 *Inquiunt*] φησὶ, id est, *inquit*, ut subaudias *aliquis*, aut certum hominem qui hoc dixerit. Nam & præcessit, & mox sequitur, Τοῦτο λογιζέσθω ὁ τοιοῦτος, id est, *Hoc perpendat istiusmodi*. Fingit enim personam obtrectatoris, cui respondeat.

17 *Sermo contemptibilis*] ἐξουθενημένος, id est, *contemptus* potius.

18 *Inserere aut comparare*] ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι. Interpres non potuit reddere vocum affinitatem Græcarum, quasi dicas, *inferre* & *conferre*, aut *inserere* & *conserere*. Porro τολμῶμεν, quod interpretatur *audemus*, idem significat & *sustinemus*. Quo verbo utimur quoties res est ejusmodi, ut non possimus imperare animo nostro, sive inducere animum; sic frequenter usus est Suetonius. Alioqui cur non audeat Paulus se conferre pseudapostolis, qui se non dubitat & anteferre probis Apostolis? Quin potius non libet conferri cum talibus. Nisi legamus dictum per ironiam, ut video Græcis quibusdam placere.

19 *Sed ipsi in nobis*] Græce secus est, ἀλλ' αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες, καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς, οὐ συνιοῦσιν, id est, *sed ipsi in seipsis seipsos metientes, & comparantes seipsos sibiipsis, non intelligunt* &c. Atque ita Græca exponunt scholia; ut intelligamus arrogantes illos ex suo ipsius animo metiri sese, & sibi magnos esse, & alios ab aliis laudari mutua quadam talione. Atque hunc sensum secutus est divus Augustinus in opere *de Doctrina Christiana*, cum ait: *Et fit illis quod ait Apostolus, Comparantes enim semetipsos sibimetipsis, non intelligunt*. Rursum explanans Psalmum trigesimum quartum: *Et comparantes, ait Apostolus, semetipsos semetipsis, non intelligunt, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant*. Iterum in Psalmum CXVIII. Rursus in Psalmum CXLI. *Impii metientes semetipsos ex semetipsis*. Item adversus Faustum libro vigesimo secundo capite vigesimo septimo, interpretans etiam juxta Græcorum sententiam. Ad eum modum interpretatur & Theophylactus, Paulinarum Epistolarum non indiligens Interpres. Quanquam Ambrosius diversum exemplar secutus videtur, & sermonem facit perpetuum ejectis his verbis, *non intelligunt*, hoc pacto: *Sed ipsi in nobis nosmetipsos mensurantes, & comparantes nosmetipsos nobis, non in immensum gloriabimur* &c. Porro quod addidit, *non intelligunt*, Græci Interpretes putant imperfectum esse sermonem, ut subaudias, *quam sint aliis deridiculi*. At mihi videtur hoc loco participium esse positum loco verbi infinitivi, id quod apud Græcos non raro fieri solet. Ac tum quidem hic erit sensus: At ipsi non intelligunt, quod seipsos inter sese metiuntur & conferunt, & non potius cum iis, qui meliores sunt illis, neque juxta regulam Christi. Atque hic sensus magis quadrat cum his quæ sequuntur. Nam quod Theophylactus vult subaudiri, *non intelligunt, quam sint aliis ridiculi*, mihi videtur coactius. Etiamsi scholia quædam Græcanica videntur hunc sermonem sic dividere, ut prior pars pertineat ad Paulum? *Sed ipsi in nobismetipsis nosmetipsos mensurantes & comparantes*: ut intelligamus Paulum non metiri se ex opinione aut laude aliorum, sed suis ipsius virtutibus, ac potestate a Christo tradita. Mox quod sequitur, ad pseudapostolos, ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς οὐ συνιοῦσιν, id est, *seipsos sibiipsis*, subaudi *comparantes, non intelligunt*: hoc est, dum pseudapostolus pseudapostolo comparatur, & mali mutuo se laudant, non intelligunt sese ridiculos videri. Cæterum regulam hic vocat *mensuram*, sumpta metaphora a regulis fabrorum. Ne quis tale quippiam somniet, quale est cum dicimus, *regulam Francisci*, aut *Benedicti*.

20 *Qua mensus est*] οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου, id est, *qua partitus est nobis Deus mensura*, quasi dicas ea quoque mensura, *quatenus ad vos usque gloriemur*. Nec est simpliciter *ad vos*, sed *etiam ad vos*, ἄχρι καὶ ὑμῶν: ut intelligamus non esse mediocre pertingere ad modum Corinthiorum. Respondet autem ei quod mox sequitur, ἄχρι γὰρ καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν, id est, *nam usque ad vos quoque pervenimus*. Quemadmodum autem gloriari solent ambitiosi Principes, si longissime prorogarint imperium: ita Paulus Christi ductor gloriatur, quod eo usque propagaverit ditionem Principis sui, sperans fore, ut longius etiam proferat imperium. Interpres legisse videtur ἐμέτρησεν pro ἐμέρισεν.

21 *Crescentis fidei*] αὐξανομένης τῆς πίστεως ὑμῶν, id est, *augescente fide vestra*, sive *subolescente*, ut Græcis sit genitivus absolutus.

22 *Magnificari secundum regulam*] Rectius hæc infinita vertisset in alium modum: *Spem habentes fore, ut augescente fide vestra in vobis amplier, juxta regulam nostram in abundantiam, ad evangelizandum ea quæ ultra vos sunt, non ut aliena regula in his quæ parata sunt gloriemur*. Significat se sperare futurum, ut indies crescente fide Corinthiorum crescat & ipse, ac major majorque fiat, adeo ut jam prædicatio sua longius porrigatur, etiam ad eos qui ultra Corinthios sunt, idque juxta suam regulam, non alienam, hoc est, suo Marte, ne videatur gloriari de iis, quæ jam parata sunt, & ab aliis laborata, quemadmodum faciebant pseudapostoli.

16 Εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν εὐαγγελίσασθαι, οὐκ ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι, εἰς τὰ ἕτοιμα καυχήσασθαι· 17 18 Ὁ δὲ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω. Οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίστησιν. XI. 1 Ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρὸν 2 τῇ ἀφροσύνῃ· ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθέ μου. Ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς Θεοῦ ζήλῳ· ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ 3 ἀνδρὶ, παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. Φοβοῦμαι δὲ, μή πως, ὡς ὁ ὄφις Εὔαν ἐξηπάτησεν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ, οὕτως φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς τὸν Χριστόν. 4 Εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει, ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν, ἢ Πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε, ὃ οὐκ ἐλάβετε, ἢ Εὐαγγέλιον ἕτερον, ὃ οὐκ ἐ- 5 δέξασθε, καλῶς ἠνείχεσθε. Λογίζομαι γὰρ μη- 6 δὲν ὑστερηκέναι τῶν ὑπὲρ λίαν Ἀποστόλων. Εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει· ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς.

gulam nostram in exuberantiam: 23 Ut iis quoque regionibus, quæ ultra vos sunt, evangelizem, non per alienam regulam, ut de his quæ parata sunt gloriemur: 17 18 Sed qui gloriatur, in Domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed is quem Dominus commendat. XI. 1 Utinam tolerassetis me paulisper in insipientia mea: imo & 2 suffertis me. 3 Nam zelotypus sum erga vos Dei zelo: 4 adjunxi enim vos uni viro, ut virginem castam exhiberetis Christo. Sed metuo, ne qua fiat, ut, quemadmodum serpens Evam decepit 5 versutia sua, ita 6 corrumpantur sensus vestri a simplicitate, 7 quæ erat erga Christum. Nam si is qui venit, 8 alium Jesum prædicat, quem non prædicavimus, aut si Spiritum alium accipitis, quem non accepistis, aut Evangelium aliud, quod non accepistis, 9 recte sustinuissetis. Arbitror enim 10 me nihilo inferiorem fuisse eximiis Apostolis. 11 Cæterum licet imperitus sim sermone, 12 non tamen scientia: 13 verum ubi-

23 *Etiam in illa quæ ultra vos sunt evangelizare*] Εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν. Faber hoc loco legit, Εἰς τὰ ὑπὲρ ἐκεῖνα ὑμῶν, id est, *In illa quæ supra illa vestra*. Sed fallitur, meo quidem judicio: nam ὑπερέκεινα adverbium est, cui additur articulus, ut fiat epitheton, id est, *ulteriora vobis*, id est, quæ ultra vos, hoc est, longius, & in alios etiam populos. Et in hanc sententiam interpretantur non solum Chrysostomus, Theophylactus, cæterique Græci, verum etiam divus Ambrosius. Proinde nonnihil demiror Stapulensem, mutata etiam scriptura, a tot Auctoribus voluisse dissentire, præsertim cum hic nihil sit quod offendat, aut aliò suadeat confugere. Verum *quandoque bonus dormitat Homerus*. Neque vero nos gravatim aliis ignoscimus, eamdem vicissim ab aliis veniam flagitantes.

1 Utinam *sustineretis modicum*] Ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ, id est, *Utinam sufferatis me paulisper in insipientia*. Et est *sustinuissetis* magis quam *sustineretis*. Cæterum quid Laurentio Vallæ venerit in mentem, ut pro *sustineretis* mutandum putarit *susciperetis*, ut ingenue dicam, prorsus non intelligo. Nisi forte somniavit ἀναδέχεσθε, pro ἀνέχεσθε. Nam ἀνέχεσθε magis ad verbum reddi ne possit quidem, quam si dicas *sustinete*. Alioqui, ut donemus ἀνέχεσθαι interdum idem valere quod ἀναδέχεσθαι, quid est *suscipite me*? nisi forte, recipite curam mei. Hesychius admonet interdum ἀναδέχεσθαι idem valere quod ἀνέχεσθαι: quod ut demus alicubi verum esse, hic certe non congruit. Illud recte admonet, *in modicum quid*, *quid* abesse in sermone Græco. Et *modicum* Interpres suo more posuit pro pusillo. Nos vertimus *paulisper*, ut ad tempus pertineat, quod alias factum admonuimus. *Adhuc modicum lumen in vobis est*. Et, *modicum & jam non videbitis me*.

2 *Supportate me*] ἀνέχεσθε. Græca vox anceps est. At magis quadrat, ut sit indicativi modi, *sustinetis*. Corrigit enim quod dixerat, *Utinam sustinuissetis*, *imo*, inquit, *sustinetis*, & quod opto factum, facitis. In hunc sensum exponunt Græcanica scholia.

3 *Æmulor enim vos*] Ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς. Ambrosius usus est Græca voce, opinor, non inveniens quo vim verbi explicaret. Nam hic *zelum* appellat ingentem, & ut ita dixerim, immodicum quemdam amorem, velut ambiat, ut apud illos primus esset, nec ferat alios Apostolos in partem amoris admitti. Siquidem agit hic de quibusdam Apostolis, qui pluris haberi volebant apud Corinthios, quam Paulus esset. Addit autem, *zelo Dei*, ne quis arbitraretur illum sua gloria suove compendio commoveri. Nos vertimus, *zelotypi sumus erga vos*. Quid autem vereamur sic intelligere de Paulo, cum ad eumdem modum interpretetur Origenes, Theologorum sui temporis sine controversia princeps, de Deo, quod zelotes dictus sit, quasi zelotypus, nostri amator, qui nullum in amore ferat rivalem?

4 *Despondi enim*] ἡρμοσάμην, id est, *adaptavi*, sive *adjunxi*. Ambrosius legit *paravi*, quem pro ἡρμοσάμην legisse suspicor ἡρτισάμην. Hieronymus in Amos legit *statui*, sed lapsus, opinor, memoria. Augustinus adversus Manichæos pro Genesi, libro secundo, legit, *aptavi vos uni viro*. Nam ἁρμόζω Græcis proprie est *apte & concinne applico*, velut ea quæ glutino aut ferrumine committuntur.

5 *Astutia sua*] Græcus addit *in*, *in astutia sua*, idque juxta proprietatem sermonis Hebraici, pro eo quod est, *per astutiam suam*. Atque quod hic recte omisit Interpres, haud scio quo consilio libenter addat alibi.

6 *Corrumpantur sensus*] φθαρῇ. Accommodato usus est verbo, cum de virgine meminisset. Et *sensus*, Græcis non est αἰσθήσεις, ut de visu, auditu, aut aliis similibus queat accipi, sed νοήματα, quod proprie ad mentem animumque pertinet. Certe *mentes* pro *sensus* legit Augustinus loco quem mox adducemus. Accommodat enim allegoriam: *Evæ decepti sunt oculi*, *Corinthiis timendum erat menti*. Cæterum illud verbum *excidant* nec est apud Græcos, nec apud Ambrosium. Proinde videtur adjectum ab Interprete, quod alioqui durius videretur dicere, *corrumpantur a simplicitate*. Neque enim simplicitas corrumpit animum, sed animus corruptus degenerat a simplicitate. Perinde ut Virgilius dixit,

—— *quantum mutatus ab illo*,

non quod ille mutasset, sed quod illi dissimilis esset factus. Et apposite virgini tribuit simplicitatem, memor allegoriæ suæ, tametsi Ambrosius legisse videtur ἁγνότητι, cum pro *simplicitate* legat *castitate*. Neque secus adducit Augustinus cum aliis aliquot locis, tum libro adversum Faustum decimo quinto capite tertio. Rursus ejusdem operis libro vigesimo secundo capite quadragesimo nono. Nisi quod hic utrumque conjungit: *ne corrumpantur mentes vestræ a simplicitate & castitate, quæ est in Christo Jesu*. Denique non est simpliciter *ne*, sed μήπως, id est, *ne quo pacto*: nos vertimus, *ne qua*. Vehementius enim est addita conjunctione expletiva. Quin & illud annotandum, ut objurgaturus Corinthios arte sublevat illos, omnem invidiam derivans in corruptorem.

7 *Quæ est in Christo Jesu*] τῆς εἰς τὸν Χριστὸν, id est, *quæ est erga Christum*, sive *in Christum*, quia pure ac simpliciter illi obtemperamus.

8 *Alium Christum*] ἄλλον Ἰησοῦν, id est, *alium* sive *alterum Jesum*. Ita consentiunt Græci codices, quos ego quidem viderim. Atque ita legit & interpretatur Theophylactus, consentientibus scholiis. Ambrosius nobiscum legit *Christum*. Illud obiter annotandum, quod Paulus admonet Corinthios, id nobis quoque magnopere cavendum, ne nobis alterum Jesum accersamus, ac fingamus potius, onustum opibus, onustum imperio, ditione, voluptatibus, & quicquid hic mundus habet præstigiarum, ad hæc ceremoniis plusquam Judaicis obsitum, cum verus ille ab omnibus hisce rebus fuerit purissimus.

9 *Recte pateremini*] Cur non & hic *sustinuissetis*, ἠνείχεσθε, videlicet illos pseudapostolos, si quid docerent, quod nos non docuimus. Nunc cum nihil afferant de Christo, quod nos non docuerimus, cur illos ostentantes sese tolerastis?

10 *Nihil me minus fecisse*] μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν ὑπὲρ λίαν Ἀποστόλων, id est, *nihilo inferiorem fuisse excellentibus Apostolis*. Et in hunc sensum legit Ambrosius, *Æstimo enim me in nullo inferiorem fuisse ab iis qui valde sunt Apostoli*. Sentit enim de Petro, Jacobo, & Joanne, qui summates habebantur, ut indicant Græcanica scholia, cumque his consentiens Chrysostomus ac Theophylactus. Sed mirum quomodo quæ præcedunt & sequuntur in illos competant. Recentiores excusant non de his dictum, sed de his qui se fingebant a Petro ac cæteris missos. Porro τῶν ὑπὲρ λίαν plus quiddam sonat quam *excellentes*, ob additam præpositionem ὑπὲρ, quasi dicas, *supra modum excellentes Apostoli*, quod non absque stomacho dictum videtur.

11 *Nam & si*] Εἰ δὲ καί. Hic Interpres frequenter pro δὲ vertit *nam*. *Porro quamvis imperitus*, adversatur enim superiori parti, qua jactat se nihilo inferiorem summis Apostolis.

12 *Sed non scientia*] Cur non potius & Latinius & simplicius, *non autem scientia*, sive *cognitione*? Laurentius merito ridet nonnullos, qui ex hoc loco Paulum colligunt balbum quempiam & impeditæ fuisse linguæ, quasi nihil intersit inter *impeditum* & *imperitum*, *homines*, inquit, *vere impedito sermone, atque adeo scientia*, cum Græce sit ἰδιώτης, id est, *idiota*, quæ vox illis tum *privatum*, tum *indoctum* significat. Hieronymus hac in re varius est, compluribus locis clamans Paulum Græci sermonis elegantioris ignarum fuisse, quod aliquoties suis quibusdam utatur vocibus, Ciliciæ vernaculis, nonnunquam conjunctioni μὲν non reddat eam quæ respondet δέ. Ad hæc quod hyperbatorum anfractibus molestus sit alicubi, quod interdum anapodoton relinquat orationem. Rursus alias in diversum declamat, procul submovens eos, qui putent Paulum hoc ex animo dixisse, cum omnes sermonis proprietates pulchre tenuerit, omnes argumentationum strophas ad unguem calluerit. Quin & divus Augustinus in opere *de Doctrina Christiana* pleraque Rhetorum schemata ex Paulinis adducit Epistolis. Idem alicubi monet, *& si* hoc loco non esse fatentis, sed concedentis ac donantis: veluti si dicas, fac me esse imperitum sermone, certe non sum imperitus scientia. Porro quod ad sensus attinet, nihil potest esse Paulo divinius: sermo vero, licet his vacet soloecismis, quos plerosque illi addidit Interpres, tamen politus dici non potest, juxta morem humanum, cum Græci Interpretes passim torqueantur incommoditatibus orationis, quod non accidisset, si nobis Isocratis aut Luciani lingua fuisset loquutus.

13 *In omnibus autem manifestus sum vobis*, sive ut habent vetusti codices, *manifestatus sum*] Græca secus habent, ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς. Quæ quidem ad verbum ita sonant, *sed in omni manifestati in omnibus in vos*. Sensus autem hic est, Non sicut pseudapostoli sumus, qui fucati & personati, simulatione sanctimoniæ vobis imponunt, sed in omni re & inter omnes declarati sumus, & apparet quales simus erga vos. Et illud παντὶ referri potest ad rem, & ἐν πᾶσιν ad personam, nisi mavis conduplicationem facere ad vehementiam.

14 *Aut*

7 Ἢ ἁμαρτίαν ἐποίησα, ἐμαυτὸν ταπεινῶν, ἵνα ὑμεῖς ὑψωθῆτε; ὅτι δωρεὰν τὸ τοῦ Θεοῦ Εὐαγγέλιον 8 εὐαγγελισάμην ὑμῖν; Ἄλλας ἐκκλησίας ἐσύλησα, λαβὼν ὀψώνιον, πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν· καὶ παρὼν πρὸς ὑμᾶς καὶ ὑστερηθεὶς, οὐ κατενάρκησα 9 οὐδενός· Τὸ γὰρ ὑστέρημά μου προσανεπλήρωσαν οἱ ἀδελφοὶ, ἐλθόντες ἀπὸ Μακεδονίας· καὶ ἐν παντὶ ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα, καὶ τηρή-10 σω. Ἔστιν ἀλήθεια Χριστοῦ ἐν ἐμοὶ, ὅτι ἡ καύχησις αὕτη οὐ φραγήσεται εἰς ἐμὲ ἐν τοῖς κλί-11 μασι τῆς Ἀχαΐας. Διὰ τί; Ὅτι οὐκ ἀγαπῶ 12 ὑμᾶς; ὁ Θεὸς οἶδεν. Ὃ δὲ ποιῶ, καὶ ποιήσω, ἵνα ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν τῶν θελόντων ἀφορμὴν, ἵνα ἐν ᾧ καυχῶνται εὑρεθῶσι, κα-13 θὼς καὶ ἡμεῖς. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι ψευδαπόστολοι, ἐργάται δόλιοι, μετασχηματιζόμενοι εἰς Ἀ-14 ποστόλους Χριστοῦ. Καὶ οὐ θαυμαστόν· αὐτὸς γὰρ ὁ Σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φω-15 τός. Οὐ μέγα οὖν, εἰ καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ μετασχηματίζονται, ὡς διάκονοι δικαιοσύνης, ὧν 16 τὸ τέλος ἔσται κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. Πάλιν λέγω, μή τις με δόξῃ ἄφρονα εἶναι, εἰ δὲ μήγε κἂν ὡς ἄφρονα δέξασθέ με, ἵνα μικρόν τι 17 κἀγὼ καυχήσωμαι. Ὃ λαλῶ, οὐ λαλῶ κατὰ Κύριον, ἀλλ' ὡς ἐν ἀφροσύνῃ, ἐν ταύτῃ τῇ 18 ὑποστάσει τῆς καυχήσεως. Ἐπεὶ πολλοὶ καυχῶνται 19 κατὰ τὴν σάρκα, κἀγὼ καυχήσομαι. Ἡδέως 20 γὰρ ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων, φρόνιμοι ὄντες. Ἀνέχεσθε γὰρ, εἴ τις ὑμᾶς καταδουλοῖ, εἴ τις κατεσθίει, εἴ τις λαμβάνει, εἴ τις ἐπαίρεται, εἴ 21 τις ὑμᾶς εἰς πρόσωπον δέρει· Κατὰ ἀτιμίαν λέγω, ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήσαμεν· ἐν ᾧ δ' ἄν τις 22 τολμᾷ, ἐν ἀφροσύνῃ λέγω, τολμῶ κἀγώ. Ἑβραῖοί εἰσι, κἀγώ. Ἰσραηλῖταί εἰσι, κἀγώ. Σπέρ-23 μα Ἀβραάμ εἰσι, κἀγώ. Διάκονοι Χριστοῦ εἰσι, παραφρονῶν λαλῶ, ὑπὲρ ἐγώ· ἐν κόποις πε-ρισ-

A ubique manifesti fuimus in omnibus erga vos. [14] Num 7 illud peccavi, quod meipsum humiliarim, ut vos exaltaremini? quod gratuito Evangelium Dei prædicaverim vobis? [15] Cæteras ecclesias deprædatus sum, ac- 8 cepto ab illis stipendio, [16] quo vobis inservirem: & quum apud vos essem [17] & egerem, non [18] onerosus fui cuiquam: Nam quod mihi deerat, suppleverunt fra- 9 tres, qui venerant a Macedonia: & in omnibus sic me servabam, [19] ne cui essem onerosus, atque ita servabo. [20] Est veritas Christi in me, quod hæc gloriatio [21] non 10 interrumpetur contra me in regionibus Achajæ. Qua- 11 propter? [22] An quod non diligam vos? Deus novit. [23] B Verum quod facio, idem & faciam, ut amputem oc- 12 casionem iis qui cupiunt occasionem, [24] ut in eo, de quo gloriantur, reperiantur, quemadmodum & nos. [25] Siquidem istiusmodi pseudoapostoli, operarii do- 13 losi sunt, sumpta persona Apostolorum Christi. At- 14 que haud mirum: quandoquidem ipse Satanas transfiguratur in angelum lucis. Non magnum est igitur, 15 [26] si & ministri illius personam in se transferunt, quasi sint ministri justitiæ, quorum finis erit juxta opera eorum. Iterum dico, ne quis me putet insipientem esse, 16 [27] alioquin & jam ut insipientem accipite me, [28] ut paulum quiddam & ego glorier. Quod dico, non 17 dico [29] secundum Dominum, sed velut per insipien- C tiam, [30] in hoc argumento gloriationis. Quandoqui- 18 dem multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipientes, quum sitis 19 sapientes. Suffertis enim, si quis vos in servitutem ad- 20 igit, si quis exedit, [31] si quis accipit, si quis attollit sese, si quis vos in faciem cædit: [32] Juxta contume- 21 liam loquor, perinde [33] quasi nos infirmi fuerimus: [34] imo in quocumque audet aliquis, [35] per insipientiam loquor, audeo & ego. Hebræi sunt, sum & ego. Israe- 22 litæ sunt, sum & ego. Semen Abrahæ sunt, sum & ego. [36] Ministri Christi sunt, desipiens loquor, excellen- 23 tius

14 *Aut nunquid peccatum feci*] Græca sic habent, Ἢ ἁμαρτίαν ἐποίησα, *An peccatum feci*, sive *An peccavi*. Græci non D distinguunt inter *an* & *aut*. Apud Latinos plurimum interest, & quorsum attinebat addere *quid*, cum id Græcus sermo non habeat?

15 *Alias Ecclesias exspoliavi*] ἐσύλησα, id est, *deprædatus sum*. Nam bellicis metaphoris libenter abutitur Paulus, ut mox, *accepto stipendio*.

16 *In ministerium vestrum*] εἰς, sive ut est in quibusdam, πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν, *in hoc ut vobis ministrarem*, hoc est, vobis inservivi sine vestro sumptu, stipendio interim ab aliis accepto.

17 *Et egerem*] καὶ ὑστερηθεὶς, id est, *& destitutus*, vel *cum deesset*. Neque vero simplex, ut opinor, est emphasis conjunctionis καὶ, sed epitasin habet hoc loco, ut sit sensus, adeo non gravavi vos, ut nec egens id voluerim facere.

18 *Onerosus fui*] κατενάρκησα, quod verbum dictum est a νάρκῃ, *otio* & *torpore*. Nam hi premunt & imminent aliis, unde petunt assidue, dictione composita a ναρκεῖν, quod est *torpere*: unde & νάρκη *torpedo* piscis, & præpositione κατὰ, quæ frequenter in malam significat partem, veluti in καταστρηνιᾶν & καταφρονῶ, præsertim cum hic quoque paterno jungatur casui, κατενάρκησα οὐδενός. Hieronymus in libello ad Algasiam admonet vocem esse Cilicibus peculiarem. At si Paulus noluit cuiquam esse onerosus, qui tantum laboravit, qua fronte quidam expilant plebem, cum nulli sint usui?

19 *In omnibus sine onere*] ἀβαρῆ, id est, *minime gravem*, dictione composita.

20 *Est veritas Christi in me*] Hoc veluti jusjurandum adjecit, quo confirmat quod dixit. Id subindicat Ambrosius cum ait, *sub testimonio Christi*.

21 *Non infringetur*] οὐ φραγήσεται. Id scholia Græca exponunt, *non interrumpetur*, *neque deficiet*, hoc ajunt, significans se nec in posterum aliquid ab illis accepturum, ut non præcludatur sibi hæc occasio gloriandi, quod gratis docuerit Evangelium. Interrumpitur enim, quod non est perpetuum. At ille jurat eam gloriam sibi fore perpetuam, ne cui gravis esset. Verbum dictum est ab intersepiendo, nam sepe objecta excludimur. Nec enim est *in me*, auferendi casu, sed accusandi, εἰς ἐμὲ, quasi dicas, *adversum me*.

22 *Quia non diligo vos*] Apertius erat, *An quod non diligam vos?* mutato verbi modo. Nam Græci negligunt differentiam hujusmodi.

23 *Quod autem facio & faciam*] Non sensisse videtur Interpres elegantiam hujus conjunctionis καὶ, quam hoc loco & similibus habet apud Græcos, Ὃ δὲ ποιῶ, καὶ ποιήσω, id est, *Quod facio, hoc etiam sum facturus in posterum*, sive *Quod facio, idem & in posterum sum facturus*. Deinde licet Græcis unica sit conjunctio δὲ, quæ pluribus Latinis respondeat, *autem*, *sed*, *vero*, *verum*, *porro*, *ceterum*, *rursum*, *contra*, & his similibus, nonnihil tamen apud nos interest, quam quo loco colloces. Hic magis congruebat *sed*, quam *autem*. *An quod non diligam vos? Deus novit. Sed quod facio*, &c.

24 *Ut in quo gloriantur*] ἵνα ἐν ᾧ καυχῶνται. Ambrosius propius accessit ad Græca, *ut in eo quod gloriantur, reperiantur ut & nos*, hoc est, si & illi gloriantur se gratis evangelizare, nec in hoc erunt nobis præstantiores: cum ipse gratis doceam & egens.

25 *Ejusmodi pseudo apostoli*] *Pseudapostoli* dicendum composita dictione, quemadmodum est apud Græcos, nec potest in duas dividi: Latine sonat, *falso titulo Apostolos*. Apostolus enim ejus agit negotium a quo missus est, isti suis commodis serviunt.

26. *Si ministri ejus*] εἰ καὶ οἱ διάκονοι, id est, *si & ministri*: & ita legit Ambrosius. Et *transfigurat se*, Græce est *transfiguratur*, & *transfigurantur*, μετασχηματιζόμενοι, μετασχηματίζεται.

27 *Alioqui velut insipientem*] εἰ δὲ μήγε, id est, *sin aliter*, id est, si minus persuadeo me non esse insipientem, qui non ob inanem gloriam, sed necessitate compulsus hæc de me prædicem, tolerate me tamen gloriantem tanquam insipientem. *Velut insipientem accipite me*, κἂν ὡς ἄφρονα, id est, *etiam ut insipientem*. Fortassis Interpres καὶ vertit in *vel*, *vel ut insipientem*: eas conjunctiones nos male conjunximus.

28 *Modicum quid*] μικρόν τι, id est, *paululum*, sive *paulisper*, aut *aliquantisper*.

29 *Secundum Deum*] κατὰ Κύριον, id est, *secundum Dominum*, quemadmodum & in superiori Epistola scripsit, *Ego, non Dominus*: & *Dominus, non ego*. Humanum quiddam parumque severum significat, quod negat esse secundum Dominum.

30 *In hac substantia gloriæ*] ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως, id est, *in hac parte* sive *materia gloriationis*. Et sic legit divus Ambrosius, *substantia gloriationis*.

31 *Si quis accepit*] εἴ τις λαμβάνει. Quod præcessit κατεσθίει, videtur ad cibum pertinere, quem illi sumebant apud discipulos, hoc ad munera. Theophylactus putat idem bis dictum *devorat* & *accipit*, ut intelligamus insatiabilem auferendi aviditatem in pseudapostolis, cum summa conjunctam arrogantia.

32 *Secundum ignobilitatem dico*] Κατὰ ἀτιμίαν. Magis quadrabat *Juxta contumeliam*. Exponit enim illa atrocia, *si quis vos devorat, si quis in faciem cadit*, &c. Non, inquit, quod ista vos patiamini a pseudapostolis, sed quod quantum ad contumeliæ rationem attinet, non leviora patiamini ab istis, quam si ista pateremini.

33 *Quasi nos infirmi fuerimus in hac parte*] *In hac parte* non reperio in Græcis codicibus, quos ego sane viderim.

34 *In quo quis audet*] ἐν ᾧ δ' ἄν τις τολμᾷ, id est, *in quocunque vero aliquis audet*. Corrigit enim quod modo dixerat, quasi nos minus valuerimus in hac parte, hoc est, in argumento gloriandi. Tantum autem hoc abest, ut illis hic quoque par sim in omnibus, in nonnullis etiam superior. Proinde nos vertimus per *imo*, quo foret evidentior correctio.

35 *In insipientia dico*] Hoc per parenthesin interjecit, memor ejus quod ante dixerat, *Non loquor secundum Dominum, sed velut in insipientia*.

36 *Ministri Christi sunt*] Post hanc partem Græcis non repetitur *& ego*. Imo id additum subvertit totam sententiam: sic enim legendum: *Ministri Christi sunt, plus ego*: deinde illud, παραφρονῶν λαλῶ, id est, *desipiens dico*, per parenthesin interjectum est, ut modo submonui. Consentit cum Græcorum exem-

ρισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλα-
24 καῖς περισσοτέρως, ἐν θανάτοις πολλάκις. Ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον·
25 Τρὶς ἐῤῥαβδίσθην· ἅπαξ ἐλιθάσθην· τρὶς ἐναυάγη-
26 σα· νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα· Ὁδοιπορίαις πολλάκις, κινδύνοις ποταμῶν, κινδύνοις λῃστῶν, κινδύνοις ἐκ γένους, κινδύνοις ἐξ ἐθνῶν, κινδύνοις ἐν πόλει, κινδύνοις ἐν ἐρημίᾳ, κινδύνοις ἐν θαλάσ-
27 σῃ, κινδύνοις ἐν ψευδαδέλφοις· Ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ, ἐν ἀγρυπνίαις πολλάκις, ἐν λιμῷ καὶ δίψει, ἐν νηστείαις πολλάκις, ἐν ψύχει καὶ γυμνό-
28 τητι· Χωρὶς τῶν παρεκτὸς, ἡ ἐπισύστασίς μου, ἡ
29 καθ' ἡμέραν, ἡ μέριμνα πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν. Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ
30 οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; Εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, τὰ τῆς ἀ-
31 σθενείας μου καυχήσομαι. Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οἶδεν, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς
32 τοὺς αἰῶνας, ὅτι οὐ ψεύδομαι. Ἐν Δαμασκῷ ὁ ἐθνάρχης Ἀρέτα τοῦ βασιλέως ἐφρούρει τὴν Δαμασκηνῶν
33 πόλιν, πιάσαι με θέλων· Καὶ διὰ θυρίδος ἐν σαργάνῃ ἐχαλάσθην διὰ τοῦ τείχους, καὶ ἐξέφυ-
XII. 1 γον τὰς χεῖρας αὐτοῦ. Καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι, ἐλεύσομαι γὰρ εἰς ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεις Κυ-

tius sum ego: 37 in laboribus copiosius, in verberibus 38 super modum, in carceribus abundantius, in mortibus frequenter: 24 A Judæis quinquies 39 quadragenas *plagas*, una minus, accepi: 25 Ter virgis cæsus fui: semel fui lapidatus: 40 ter naufragium feci: 41 noctem ac diem in profundo egi: 26 In itineribus sæpe, in periculis fluminum, periculis latronum, 42 periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis 43 inter falsos fratres: 27 44 In labore & molestia, 45 in vigiliis sæpe, in fame & siti, in jejuniis sæpe, in frigore & nuditate: 28 46 Præter ea quæ extrinsecus accidunt, 47 incumbens mihi quotidiana cura omnium Ecclesiarum. 29 Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis offenditur, & ego non uror? 30 Si gloriari oporteat, de his, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. 31 Deus 48 & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui est laudandus in secula, novit quod non mentiar. 32 In 49 Damasci civitate gentis præfectus nomine Aretæ regis excubias posuerat in Damascenorum urbe, 50 cupiens me comprehendere: 33 Ac per fenestram in sporta demissus fui per mœnia, 51 effugique manus ejus. XII. 1 Gloriari sane non expedit mihi, veniam enim ad visiones & revelationes Do-

plaribus Ambrosius, ad hunc legens modum: *Ministri Christi sunt, velut insipiens dico, magis ego.* Nam in cæteris quidem æquabat sese cæteris Apostolis, at in eo, quod Apostolorum est proprium, semet illis anteponit, non solum æquat. Verum quoniam id arrogantius dictum videri poterat, præmunit stultitiæ prætextu, quemadmodum & initio fecit. Quod si maxime sic legeretur, *Ministri Christi sunt, & ego, ut minus sapiens dico, plus ego,* nihil erat necesse sensum eum inducere, quem ex Aquinatis sententia induxit Nicolaus cognomento de Lyra, qui ab hoc loco, *Ut minus sapiens dico, plus ego,* novum facit orationis caput, & ad hunc edisserit modum: *Si videor,* inquit, *vobis insipiens me pseudapostolis adæquando, adhuc videbor vobis minus sapiens me eis præferendo.* Poterat enim illud, *plus ego*, per correctionem subjici, præmissa mitigatione insolentiæ, nempe hoc modo: *Ministri Christi sunt, sum & ego. Quid autem dixi & ego? Imo, ut stultorum more loquar, gloriosius, plus ego.* Quanquam non est hujus instituti discutere, quid hujusmodi Scriptores senserint, quos constat, veterum ignaros litterarum, tumultuario studio hinc atque hinc consarcinatis glossematis, Sacras tractasse Litteras. Cum Antiquis potius nobis res est. Cæterum de orationis ornamentis & schematibus, quibus totus hic sermo picturatus ac modulatus est, qui plenius velit cognoscere, legat quarti *de Doctrina Christiana* libri caput quartum.

37 *In laboribus plurimis*] ἐν κόποις περισσοτέρως, id est, *in laboribus abundantius.* Fortassis Interpres vertit *pluribus*, id quod erat tolerabile. Quanquam apud Græcos alius est ordo, ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, id est, *in laboribus abundantius, in plagis supra modum, in carceribus abundantius.* Nam quod Interpres bifariam reddidit, Græcis unicum est adverbium περισσοτέρως: etiamsi comparativum positum est vice superlativi.

38 *Supra modum*] ὑπερβαλλόντως, id est, *eximie*, & ut ita dicam, *excessive*, & supra quam credi possit: ut non admodum ad rem faciant qui interpretantur supra modum humanæ virtutis.

39 *Quadragenas*] τεσσαράκοντα, id est, *quadraginta*, quanquam recte vertit, significans illum quinquies vapulasse, & unoquoque tempore quadraginta plagis cæsum fuisse, si modo id verum est, quod certe verisimillimum est, præsertim cum apud Judæos vapularit. Sic enim sentit divus Ambrosius, addens id præceptum in libro Deuteronomii, ut plagis triginta novem emendarentur, qui commeruissent. Legimus autem ad hunc modum Deuteronomii capite vigesimo quinto: *Pro mensura peccati erit & plagarum modus: ita duntaxat, ut quadragenarium numerum non excedant, ne fœde laceratus ante oculos tuos obeat frater tuus.* Proinde probabile est ob humanitatem, unam plagam remitti solitam, ut citra numerum præscriptum consisterent. Quod quidem haud scio unde haustum, indicat Lyranus, & Glossa, quam vocant *ordinariam.* Valla mavult, *quinquies undequadraginta accepi*, subaudiendum autem haud dubie *plagas.*

40 *Ter naufragium feci*] τρὶς ἐναυάγησα, quasi dicas *naufragatus sum.* Latine sane vertit, *naufragium feci*, pro *naufragium passus sum.* Quemadmodum Terentius dixit: *Is navem fregit apud Andrum*, de eo cui navis esset fracta tempestate.

41 *Nocte & die*] νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα, id est, *noctem & diem in profundo egi.* Nec additur *maris*, etiamsi de mari interpretatur Ambrosius, atque etiam Theophylactus, potest tamen βυθὸς & alterius rei profunditatem dici, veluti carceris.

42 *Periculis ex genere*] Non sentit proprie de cognatis, sed Judæorum gentem genus suum vocat, cui mox opponit Gentes.

43 *In falsis fratribus*] Græcis unica dictio est ψευδαδέλφοις, hoc est, falso Christianis, qui se fingerent esse discipulos Christi, cum non essent. Nam ut sæpius jam admonui, *fratres* absolute dicebantur omnes Christiani. Quod quidem cognominis nunc a paucis occupatum est, velut ad illos solos reciderit Christianismus, ac vulgo pene invisum habetur, cum non sit aliud charitatis nomen plausibilius.

44 *In labore & ærumna*] κόπῳ καὶ μόχθῳ. Propemodum bis idem dixit. Nam μόχθος quoque *labor* est, sed qui difficultatem habeat adjunctam. Hinc Græcis μοχθηροὶ dicuntur *calamitosi.* Unde Ambrosius *molestiam* legit pro *ærumna.*

45 *Vigiliis multis*] Pro *multis*, Græce est πολλάκις, id est, *sæpe.* Itidem est, *in jejuniis sæpe*, πολλάκις, non πολλαῖς.

46 *Præter illa quæ extrinsecus sunt*] Χωρὶς τῶν παρεκτὸς, id est, *Præter ea quæ foris & extrinsecus accidunt.* Ad eum quidem modum plerique edisserunt. Cæterum Chrysostomus, & hunc sequutus Theophylactus, παρεκτὸς accipit pro *præter*, quasi dicas, præter ea quæ prætermitto: ut sit sensus, Paulum nec in hoc suorum malorum catalogo recensuisse omnia: consentiunt & Græcanica scholia. Verum utra sententia magis approbanda, prudenti Lectori perpendendum relinquo.

47 *Instantia mea quotidiana*] Hoc separatum est a superioribus, ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν. Quanquam hæc particula καθ' ἡμέραν potest utroque referri, ad instantiam & ad sollicitudinem quotidianam. Chrysostomus ac Theophylactus referunt ad id, quod præcessit, ἐπισύστασιν. Nam commentario interjecto, subjiciunt *sollicitudo omnium Ecclesiarum.* Græcanica scholia interpretantur ἐπισύστασιν non *curam* ac *diligentiam*, sed *conspirationem* in Paulum: ut intelligas præter eas persecutiones, quæ foris erant, hoc est, ab Ethnicis, quotidie ferendas insidias & insultus populorum ac civitatum seditionem moventium in Evangelium. Cæterum Ambrosius interpretatur urgentes curas omnium Ecclesiarum, quæ Paulo imminebant. Atque in hanc sane sententiam adducit locum hunc Augustinus edisserens Psalmum nonagesimum octavum: *Incursus in me quotidianus, sollicitudo omnium Ecclesiarum*, ut per appositionem copules ἐπισύστασις & μέριμνα. Et in hunc sensum commode verti poterat, *incumbens mihi quotidiana sollicitudo pro Ecclesiis.*

48 *Et Pater Domini nostri Jesu Christi*] *Nostri* in nonnullis Græcorum exemplaribus non apponitur. Et est absolutius simpliciter vocari Dominum, qui Dominus sit omnium, nisi quid aliud suaserit addi.

49 *Damasci præpositus*] Genitivus *Damasci* hic est adverbialis, nam *præpositus* ad sequentia refertur, ἐθνάρχης Ἀρέτα τοῦ βασιλέως, id est, *gentis præfectus Aretæ regis.* Aretas Rex, is erat socer Herodis Tetrarchæ, siquidem is Rex fuit Arabiæ, Petræ, & Damascenæ civitatis, quæ Arabiæ vicina est, dominus, ut docet Josephus libro *Judaicarum Antiquitatum* decimo octavo. Eum igitur significat, quem Aretas Rex Damasco præfecerat.

50 *Et me comprehenderet*] πιάσαι με θέλων, id est, *comprehendere me volens.*

51 *Et sic effugi manus ejus*] *Sic* non est apud Græcos, sed tantum est καὶ ἐξέφυγον, id est, *& effugi.* Nec addebatur in codice Donatiani, ne in Constantiensi quidem.

1 *Si gloriari oportet*] Græce sic habet, Καυχᾶσθαι δεῖ, οὐ συμφέρει μοι. Quanquam Laurentius in plerisque codicibus δὴ legit, non δεῖ, ut sit sensus, *Gloriari certe non expedit mihi.* Ita sane Chrysostomus etiam interpretatur, & hujus imitator Theophylactus, admonens hunc esse transitum ad commemorationem eorum quæ plus etiam habent gloriæ. Quod si cui placet δεῖ, id est, *oportet*, ita legendum est, ut *gloriari oportet* legatur per interrogationem: deinde ipse sibi respondeat, *non expedit.* In hunc sensum legit Ambrosius. Verum superior lectio mihi sane multo magis probatur, quod appareat hunc locum ex superiore mutatum, ubi dixerat: *Si gloriari oportet, in his quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor*, minus enim illi periculi. Cæterum ubi ventum est ad revelationes, contrahit sese, negans esse gloriandum, etiamsi vera sint quæ dicturus est, quod hæc magis obnoxia sint suspicioni jactantiæ, quam illa. Jam quemadmodum erratum est a Librariis in δεῖ & δὴ, sive δὲ, ob affinitatem & elementorum & vocum, ita consentaneum est erratum fuisse in μὲν & μοι. Neque enim Græci legunt, *non expedit quidem*, sed *non expedit mihi*, οὐ συμφέρει μοι. Idque accommodatius est ad Pauli sententiam, ut sit sensus: Vobis quidem expedit, ut cognoscatis, qualem habeatis Apostolum longe alium, quam sint isti supercilliosi. Verum mihi non expedit narrare, ut cui tutum non sit, sive propter discrimen inanis gloriæ, sive propter suspicionem hominum, quibus videbor hæc jactantiæ

2 Κυρίου. Οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων, εἴτε ἐν σώματι, οὐκ οἶδα, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα, ὁ Θεὸς οἶδεν, ἁρπαγέντα τὸν 3 τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ. Καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, εἴτε ἐν σώματι, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, 4 οὐκ οἶδα, ὁ Θεὸς οἶδεν, Ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον, καὶ ἤκουσεν ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν 5 ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. Ὑπὲρ τοῦ τοιούτου καυχήσομαι, ὑπὲρ δὲ ἐμαυτοῦ οὐ καυχήσομαι, εἰ μὴ ἐν ταῖς ἀσθε- 6 νείαις μου. Ἐὰν γὰρ θελήσω καυχήσασθαι, οὐκ ἔσομαι ἄφρων, ἀλήθειαν γὰρ ἐρῶ· φείδομαι δὲ, μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται ὑπὲρ ὃ βλέπει με, ἢ ἀκούει 7 τὶ ἐξ ἐμοῦ. Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι. 8 Ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσα, ἵνα ἀπο- 9 στῇ ἀπ' ἐμοῦ. Καὶ εἴρηκέ μοι, Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται· Ἥδιστα οὖν μᾶλλον καυχήσομαι ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου, ἵνα 10 ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ. Διὸ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν διωγμοῖς, ἐν στενοχωρίαις ὑπὲρ Χριστοῦ· ὅτ' ἂν γὰρ 11 ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι. Γέγονα ἄφρων καυχώμενος· ὑμεῖς με ἠναγκάσατε· ἐγὼ γὰρ ὤφειλον ὑφ' ὑμῶν συνίστασθαι· οὐδὲν γὰρ ὑστέρησα τῶν ὑπὲρ λίαν

Domini. 2 Novi hominem in Christo ante annos quatuordecim, 3 an in corpore, nescio, an extra corpus, nescio, Deus novit, raptum hujusmodi in tertium usque cœlum. Et scio hujusmodi hominem, an in corpore, an extra corpus, nescio, Deus novit, Raptum fuisse in paradisum, & audisse 4 arcana verba, quæ fas non sit homini loqui. 5 Super hujusmodi homine gloriabor, 6 de meipso vero non gloriabor, nisi super infirmitatibus meis. Nam si voluero gloriari, non ero insipiens, veritatem enim dicam: sed parco *vobis*, 7 ne quis de me cogitet supra id quod videt esse me, aut quod audit ex me. 8 Et ne excellentia revelationum supra modum efferrer, datus fuit mihi stimulus per carnem, nuncius Satanæ, 9 ut me colaphis cæderet, ne supra modum efferrer. 10 Super hoc ter Dominum rogavi, ut discederet a me. Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: 11 nam virtus mea per infirmitatem perficitur. 12 Libentissime igitur gloriabor potius super infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. 13 Quamobrem placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in anxietatibus pro Christo: quum enim infirmus sum, tunc robustus sum. 14 Factus sum insipiens gloriando: vos me coëgistis: nam ego debueram a vobis commendari: 15 nulla enim in re inferior fui 16 summis Apostolis, 17 tametsi

ctantiæ gratia comminisci, quemadmodum plerique solent. Et *mihi* legit Ambrosius, non *quidem*, nec addidit, *Si gloriari oportet*, sed *non expedit mihi*. Jam quod sequitur, multo cohæret aptius cum superioribus, *veniam enim ad visiones*, veluti causam reddens, cur dixisset non expedire sibi super hisce rebus gloriari. Neque enim apud Græcos est hoc loco *autem* δὲ, sed γὰρ *enim*, mire consentientibus exemplaribus.

2 *Scio hominem*] Annotandum hoc loco non apponi Græcum articulum, ne certum aliquem hominem designare videretur, sed in genere dixit hominem, Οἶδα ἄνθρωπον.

3 *Sive in corpore*] Post hanc particulam additur οὐκ οἶδα, id est, *non novi*, quæ post alteram item repetitur, *sive in corpore, non novi, sive extra corpus, non novi*. Consentiebat Græcis codex Donatiani, qui sic habebat scriptum, *sive in corpore, nescio, sive extra corpus, nescio*. Eamdem scripturam habebat codex Constantiensis. Et pro *sive*, Latinius vertisset, *an*.

4 *Arcana verba*] ἄῤῥητα ῥήματα, id est, *non dicenda* sive *ineffabilia verba*. Subest tacita gratia in Græcis vocibus cognatis & contrariis, quasi Latine dicas, *indicenda dicta*, pro *non dicenda dicta*.

5 *Pro hujusmodi gloriabor*] Ὑπὲρ τοῦ τοιούτου. Et videtur magis pertinere ad hominem quam ad rem. Narrat enim Paulus hanc rem veluti de alio quopiam, quem tamen noverit: *Ergo de me*, inquit, *non gloriabor*. Verum de hujusmodi homine, quem novi, gloriabor, veluti dissimulans se esse illum, de quo loquitur. Sic ferme Theophylactus.

6 *Pro me autem nihil*] ὑπὲρ δὲ ἐμαυτοῦ οὐ καυχήσομαι, id est, *de meipso autem non gloriabor*.

7 *Ne quis me existimet*] μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται, ὑπὲρ ὃ βλέπει με, ἢ ἀκούει τὶ ἐξ ἐμοῦ, id est, *ne quis existimet in me, supra id quod videt me, aut audit aliquid ex me*. Illud autem *in me* perinde est, ac si dicas, cogitet de me aut tribuat mihi. *Videt me* legit Ambrosius, reddens ad verbum sermonem: atque idem habebat uterque codex Constantiensis.

8 *Et ne magnitudo*] Græce sic habet, Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος Σατᾶν, id est, *Et ne excellentia revelationum extollar, datus est mihi stimulus carni*, sive *in carne, angelus Satan*. Atque ita ferme legit Ambrosius. Augustinus in Quæstionibus super librum Judicum legit, *Et in magnitudine revelationum ne extollar*, quasi legisset, ἐν τῇ ὑπερβολῇ. Cæterum non est hic κέντρον, ut in Actis, sed σκόλοψ, quod *palum præacutum* sonat. Nonnulli *stimulum* hunc interpretantur motus & affectus libidinis, quod demiror ulli docto Theologo placere. Quid enim absurdius quam putare tantum Apostolum jam senem adhuc sollicitari urtica libidinis, & ita sollicitari ut hac gratia coactus sit ter interpellare Dominum? Movet istos mentio *carnis*, ac statim putant de Venere verba fieri, quemadmodum Augustinus *concupiscentiæ* vocem ferme interpretatur affectum coitus, quum Paulus omnem affectum humanum, qui non proficiscitur a Spiritu Dei, *carnem* appellare soleat. Sed item externas molestias, quas humana vita secum differt, *carnem* appellat, veluti quum de conjugatis loquens dicit, *veruntamen tribulationem carnis habebunt hujusmodi*. Quod autem hoc loco infirmitatem sentiat, non morbum corporis, sed afflictionem ab inimicis illatam, testantur ea quæ sequuntur, *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis*, &c. Ac mox explicat quas dicat infirmitates, *Propter quod*, inquit, *placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persequutionibus, in angustiis pro Christo*. Et superiori capite præfatus est, *Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor*. Divus Hieronymus in *Commentariis*, quos edidit in Epistolam ad Galatas, refert quosdam sensisse *stimulum* hunc fuisse corporis adversam valetudinem, quod Paulus crebro capitis dolore solitus sit afflictari. Refert hoc Theophylactus. Thomas Aquinas, haud scio quem secutus, ait eum iliaco morbo fuisse obnoxium. Chrysostomus Homilia de laudibus Pauli sexta interpretatur de contempto corporis dolore. At mihi vero proximum videtur, quod ait Ambrosius, insectationem malorum hominum, quæ illi negotium facessebat assidue, vocari *stimulum*. Sic enim inquit: *Hoc ergo remedium datum est Apostolo, ut injuriis adversariorum pressus, animo non posset extolli*. Siquidem hac parte prosunt nonnunquam & inimici docentes nos sobrietatem ac modestiam. Theophylactus indicat quosdam ὑπεραίρωμαι interpretari *extollar*, hoc est, supra modum glorificer ab hominibus, verum hoc commentum rejicit. Movet autem quæstionem, cur quum multos pateretur adversarios, Hermogenem, Phygelum, Alexandrum, pseudapostolos dixerit *Satan*, & cur hunc vocet *angelum*.

9 *Qui me colaphizet*] ἵνα με, id est, *ut me*. Et sic legit Ambrosius. Quanquam *qui* pro *ut* poni solet interdum. *Qui me colaphizet*. Post hæc verba rursum invenio repetitum, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, id est, *ut ne extollar*. Atque ita legit Ambrosius. Quanquam plus sonat Græca vox quam *extollar*, imo *supra modum efferar*, quasi dicas *superefferar plus satis*.

10 *Propter quod*] Ὑπὲρ τούτου, id est, *De hoc*, vel *Pro hoc*, & refertur ad superiora, non ad sequentia.

11 *Nam virtus*] Græce est *virtus mea*, ἡ δύναμίς μου. Sunt enim verba Domini Paulo respondentis. Nec est virtus ἀρετὴ, ut opponatur vitio, sed δύναμις, ut opponatur infirmitati. Sentit enim virtutem ac potentiam divinam longe diversa ratione declarari, quam potentiam mundi. Siquidem hæc viribus & vi innotescit, illa contra tolerando. Potest & hic accipi sensus, Virtus divina maxime illustratur, cum is, per quem fit, infirmitatis suæ conscius, nihil inde sibi vindicat, sed universam laudem uni Deo tribuit. Ambrosius videtur diversam sententiam sequi, quæ mihi tamen non admodum probatur. Tametsi Theophylactus attingit eamdem. Et Augustinus libro ad Bonifacium Episcopum tertio capite septimo refert ad virtutem hominis, quæ in futuro seculo perficietur, quum hic non sit ἀρετὴ, sed δύναμις. Adscribit enim Ambrosius, ut devotio, dum infirmitate pressuræ accedentis non frangitur, probata videatur, ut respondeat illi quod mox sequitur, *cum enim infirmor, tunc potens sum*. Porro festiviter retulit inter se duo pugnantia, δύναμιν & ἀσθένειαν.

12 *Libenter*] Ἥδιστα, id est, *Libentissime*. Et non simpliciter est *gloriabor*, sed μᾶλλον καυχήσομαι, id est, *magis* sive *potius gloriabor*. Neque pugnat hic comparativum cum superlativo, cum *potius* non pertineat ad modum gloriandi, sed ad argumentum & materiam gloriandi. Utrumque autem conjunxit Ambrosius. Sed ego *potius* hoc loco malim quam *magis*.

13 *Propter quod placebo*] Διὸ εὐδοκῶ, id est, *Propter quod placeo*, sive *placitum est mihi*: concordantibus & Latinis emendatioribus. Nec additur *meis*, tantum est, *in infirmitatibus*. Consentiebat exemplar Constantiense, mox enim exponit quid appellet *infirmitates*.

14 *Factus sum insipiens*] Γέγονα ἄφρων καυχώμενος. Potest accipi & hoc sensu, *Fui insipiens glorians*, sive *gloriando*.

15 *Nihil minus feci*] Id quo pacto vertendum fuerit, superius ostendimus, *nihilo inferior fui*. Ambrosius legit, *nihil enim minus feci*.

16 *Supra modum Apostoli*] τῶν ὑπὲρ λίαν Ἀποστόλων, id est, *excellentissimis Apostolis*. Ambrosius legit, *quam illi valde Apostoli*. Conduplicavit enim adverbium epitaseos, quo vehementior esset oratio. Quandoquidem hoc loco ὑπὲρ adverbium est, non præpositio, declarans excellentiam, idque non citra stomachum dixit, non quod tales essent, sed quod tales haberi vellent, ne videatur de Petro & Jacobo sensisse.

17 *Tametsi nihil sum*] εἰ καὶ οὐδέν εἰμι. Hæc particula referenda est ad superiora, ut mitiget quod dictum videri poterat arrogantius, *nihil inferior summis Apostolis*: nam proximus sermo habet μὲν, quæ prohibet sic legi, ut legit Ambrosius, qui addidit *tamen*, loco *quidem*. Legit enim ad hunc modum, *nihil enim minus feci quam illi valde Apostoli*. Et interjecto commentario subjicit, velut alterius sermonis initium; *& si nihil sum, tamen signa Apostoli*, &c.

12 λίαν Ἀποστόλων, εἰ καὶ οὐδέν εἰμι. Τὰ μὲν σημεῖα τοῦ Ἀποστόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν ἐν πάσῃ ὑπομονῇ, ἐν 13 σημείοις καὶ τέρασι καὶ δυνάμεσι. Τί γάρ ἐστιν ὃ ἡττήθητε ὑπὲρ τὰς λοιπὰς Ἐκκλησίας, εἰ μὴ ὅτι αὐτὸς ἐγὼ οὐ κατενάρκησα ὑμῶν; Χαρίσασθέ μοι τὴν ἀ- 14 δικίαν ταύτην. Ἰδοὺ τρίτον ἑτοίμως ἔχω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐ καταναρκήσω ὑμῶν· οὐ γὰρ ζητῶ τὰ ὑμῶν, ἀλλ' ὑμᾶς· οὐ γὰρ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γο- 15 νεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλ' οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις. Ἐγὼ δὲ ἥδιστα δαπανήσω, καὶ ἐκδαπανηθήσομαι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν· εἰ καὶ περισσοτέρως ὑμᾶς ἀγαπῶν, 16 ἧττον ἀγαπῶμαι. Ἔστω δὲ, ἐγὼ οὐ κατεβάρησα ὑμᾶς· ἀλλ' ὑπάρχων πανοῦργος, δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον. 17 Μή τινα ὧν ἀπέσταλκα πρὸς ὑμᾶς, δι' αὐτοῦ ἐπλεο- 18 νέκτησα ὑμᾶς; Παρεκάλεσα Τίτον, καὶ συναπέστειλα τὸν ἀδελφόν. Μή τι ἐπλεονέκτησεν ὑμᾶς Τίτος; Οὐ τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν; οὐ τοῖς 19 αὐτοῖς ἴχνεσι; Πάλιν δοκεῖτε, ὅτι ὑμῖν ἀπολογούμεθα; κατ' ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν· τὰ δὲ πάντα, ἀγαπητοὶ, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν 20 οἰκοδομῆς. Φοβοῦμαι γὰρ, μή πως ἐλθὼν, οὐχ οἵους θέλω εὕρω ὑμᾶς, κἀγὼ εὑρεθῶ ὑμῖν οἷον οὐ θέλετε· μή πως ἔρεις, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐριθεῖαι, καταλαλιαὶ, 21 ψιθυρισμοὶ, φυσιώσεις, ἀκαταστασίαι. Μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου πρὸς ὑμᾶς, καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ πορνείᾳ καὶ ἀσελ- XIII. 1 γείᾳ, ᾗ ἔπραξαν. Τρίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν σταθήσε- 2 ται πᾶν ῥῆμα. Προείρηκα καὶ προλέγω, ὡς παρὼν τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὼν νῦν γράφω τοῖς προημαρτηκόσι, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν, ὅτι ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ 3 φείσομαι. Ἐπεὶ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ, ὃς εἰς ὑμᾶς οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλὰ δυνατεῖ ἐν 4 ὑμῖν. Καὶ γὰρ εἰ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ· καὶ γὰρ ἡμεῖς ἀσθενοῦμεν ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ

A tametsi nihil sum. 18 Signa quidem Apostoli 19 peracta fuerunt inter vos cum omni patientia, & signis 13 & prodigiis 20 & potentibus factis. Nam quid est 21 in quo fuistis inferiores cæteris Ecclesiis, nisi quod ipse ego non fuerim vobis onerosus? 22 Condonate mihi 14 hanc injuriam. 23 Ecce tertio propensus animo sum, ut veniam ad vos, nec ero vobis onerosus: non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos: non enim debent fi- 15 lii parentibus recondere, sed filiis parentes. 24 Ego vero libentissime impendam, & expendar pro animabus 16 vestris: licet uberius vos diligens, minus diligar. 25 Sed esto, ipse non gravavi vos: verum, quum essem astu- 17 tus, dolo vos cepi. 28 Num per quemquam eorum, quos 18 B misi ad vos, expilavi vos? Rogavi Titum, & una cum illo misi fratrem. 27 Num quid a vobis extorsit Titus? An non eodem spiritu ambulavimus? an non iisdem ve- 19 stigiis? 28 Rursum arbitramini, quod nos vobis excusemus? in conspectu Dei in Christo loquimur: 29 20 sed omnia, charissimi, pro vestri ædificatione. Nam metuo, ne qua fiat, ut, si venero, non quales velim reperiam vos, 30 & ego reperiar vobis qualem nolitis: ne quo modo sint contentiones, æmulationes, 31 iræ, concertationes, obtrectationes, susurri, tumores, se- 21 ditiones. Ne iterum ubi venero humilem faciat me Deus meus apud vos, & lugeam multos eorum qui ante peccaverunt, 32 nec eos pœnituit immunditiæ libidinisque & impudicitiæ, quam patrarunt. 1 Hic ter- 1 XIII. tius erit adventus meus ad vos. 2 In ore duorum testium C aut trium constituetur omne verbum. 3 Prædixi & 2 prædico, 4 ut præsens quum essem iterum, ita & absens nunc scribo iis qui ante peccaverunt, & reliquis omnibus: quod si venero denuo, non parcam. 5 Quan- 3 doquidem experimentum quæritis in me loquentis Christi, 6 qui erga vos non est infirmus, sed potens est in vobis. Nam quamvis crucifixus fuit ex infirmita- 4 te, vivit tamen ex virtute Dei: siquidem & nos infirmi

18 *Signa Apostolatus*] Græce est *Apostoli*, Ἀποστόλου, non ἀποστολῆς, *signa Apostoli*, non *apostolatus*. Nec vero prorsus otiosa est Græca conjunctio μὲν, extenuat enim, quasi dicas *certe*.

19 *Facta sunt super vos*] ἐν ὑμῖν, id est, *in vobis*, ut legit Ambrosius, vel potius *inter vos*, hoc est, vobis videntibus. Interpres legisse videtur ἐφ' ὑμῖν.

20 *Et virtutibus*] δυνάμεσι. Ut intelligas potentiam miraculorum.

D 21 *Minus habuistis præ cæteris Ecclesiis*] ὃ ἡττήθητε ὑπὲρ τὰς λοιπὰς Ἐκκλησίας, id est, *in quo inferiores fuistis cæteris Ecclesiis.*

22 *Donate mihi hanc injuriam*] Χαρίσασθε, quod ego maluissem *Condonate*, sive, ut magis exprimam vocem Græcam, *Hujus injuriæ mihi gratiam facite.* Siquidem hic sermonis color frequens est apud Suetonium, & apud Salustium. Admonet divus Augustinus libro primo *contra Adversarium Legis & Prophetarum*, non hoc simpliciter dictum a Paulo, sed ironia potius exprobrantis, quale putat illud in Genesi: *Ecce Adam factus est tanquam unus ex nobis.* Cur enim rogaret sibi ignosci, qui profuerit officio?

23 *Ecce tertio hoc*] *Hoc* non est apud Græcos, Ἰδοὺ τρίτον ἑτοίμως ἔχω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, id est, *Ecce tertio paratus sum venire ad vos.* Interpres & Ambrosius legisse videntur τρίτον τοῦτο, id est, *hac tertia vice*, ut paulo post.

24 *Superimpendar ego ipse*] *Ego ipse* non est apud Græcos. Nec est *superimpendar*, sed *expendar*, ἐκδαπανηθήσομαι. Etiamsi ad hunc modum legit Ambrosius: unde conjici potest exemplaria E variasse.

25 *Sed ego vos gravavi*] Græce est, *Sed esto, ego vos non gravavi*, suffragantibus nostris codicibus emendatioribus, atque item Ambrosio, qui legit, *Sed esto, ego vos non gravavi.* Dilucidius erat, si *ego* vertisset in *ipse*, quo Pauli persona discernatur a pseudapostolis.

26 *Nunquid per aliquem eorum*] Græce est, Μή τινα ὧν ἀπέσταλκα πρὸς ὑμᾶς, δι' αὐτοῦ ἐπλεονέκτησα ὑμᾶς, id est, *Num aliquem eorum quos misi ad vos, per hunc vos circumveni*, sive *fraudavi vos?* Sed hoc loco parum respondet ordo grammaticus; cum enim diceret μή τινα, videtur aliud quippiam adjecturus fuisse, quod oblivione mutarit, præsertim cum non respondeat casus. Alioqui videri poterat ex idiomate Hebraico repetisse *per hunc*, cum præcesserit *per aliquem.* Admonendus & hoc Lector rudis, ὧν articulum non congruere suo verbo ἀπέσταλκα, F sed nomini præcedenti τινά.

27 *Nunquid Titus vos circumvenit*] ἐπλεονέκτησε. Quod Paulus aliquoties usurpat transitive, pro eo quod est, per aviditatem extorquere, sive occupare plus quam oportet. Nec male hoc loco legit Ambrosius, *Nunquid avarus in vos fuit Titus?* Nos vertimus, *Nunquid a vobis extorsit?*

28 *Olim putatis*] Non est *Olim*, sed Πάλιν, id est, *Rursum* sive *Iterum.* Interpres fortassis legit, aut certe somniavit πάλαι, quod significat *olim.* Ambrosius legit *Iterum*, hoc est, Πάλιν, quod ante visus sit sese prædicasse.

29 *Omnia enim*] *Omnia autem*: & ἀγαπητοὶ, id est, *dilecti.*

30 *Et ego inveniar a vobis*] *A* superest juxta Græcos codices. Sat enim erat *inveniar vobis.*

31 *Animositates*] θυμοὶ, id est, *iræ*: etiamsi θυμὸς sonat impetum animi effervescentis. Est enim Græcis θυμὸς ea pars animi, quam Plato ponit in præcordiis, & obstrepit rationi, cui sedem tribuit in cerebro. Alibi vertit *furorem*, *Domine ne in furore tuo*, ἐν θυμῷ σου. *Sint inter vos.* Hæc tria verba, quoniam in Græcis, quæ quidem legerim, exemplaribus non habentur, addita conjicio, quo sermo fieret dilucidior. Cæterum Græce non est simpliciter *ne*, μὴ, sed μήπως, quod reddi poterat *ne quo pacto*, aut *ne quo modo.* Nam expletiva conjunctio ita verbum diminuit, ut sententiam augeat. Vult enim Paulus nullo pacto inter illos esse quicquam omnino dissidii. *Dissensiones*, ἐριθεῖαι, id est, *contentiones* sive *certamina.*

32 *Et non egerunt pœnitentiam*] μὴ μετανοησάντων, id est, *non pœnituerunt*, sive *quos non pœnituit.* Quanquam alias admonuimus, *agere pœnitentiam* idem esse Latinis quod *pœnitere*, quemadmodum *agere vitam* idem quod *vivere*: verum durius est, nisi addas genitivum significantem id cujus nos pœnitet.

1 *Ecce tertio*] Τρίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, id est, *Hac tertia vice venio ad vos.* Nam τρίτον, id est, *tertium*, hîc adverbium est, non nomen. Nec additur *ecce* hoc loco, vel apud Græcos, vel apud Ambrosium. Verum ex superiori loco huc deportatum fuit, quemadmodum illuc pronomen *hoc* ex hoc loco.

2 *Ut in ore duorum*] *Ut* redundat, tantum est, *in ore duorum testium vel trium stabit omne verbum.* Ita legitur & apud Ambrosium.

3 *Prædixi enim & prædico*] *Enim* redundat, licet addatur apud Ambrosium in contextu. Quanquam in *Commentariis* non liquet quid legerit.

4 *Ut præsens vobis*] Græce sic habet, ὡς παρὼν τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὼν νῦν γράφω, id est, *ut præsens iterum* sive *secundo*, & *absens nunc scribo*, ut intelligas eum cum adesset secundo prædixisse, quod nunc absens tertio prædicit scribens. Ambrosius τὸ δεύτερον vertit *secundo adventu*, ut referatur ad participium παρὼν, & non ad sequentia καὶ ἀπὼν νῦν γράφω, ut intelligamus eum bis fuisse Corinthi. Et in hunc sensum exponit & Theophylactus.

5 *An experimentum quæritis*] Non est *An*, sed *Quandoquidem*, Ἐπεί. Et rectius vertisset, *loquentis in me Christi*, id est, an Christus in me loquatur. In Ambrosio legitur *Quomodo*, unde legisse videtur Πῶς: *Quomodo probationem quæritis* &c. sed opinor scriptum fuisse *Quoniam*, aut certe *Quando*: pendet enim a superioribus, *non parcam, quandoquidem quæritis experimentum, an & in me Christus loquatur*, quemadmodum & in cæteris Apostolis, hoc est, an mea præcepta sint ab humano profecta spiritu, an Dei. Jam vero quorsum opus erat Interpreti addere *ejus*, *ejus qui in me loquitur Christus?* Quod primum non est apud Græcos, deinde non citra solœcismum accessit orationi. Laurentius mavult *documentum* aut *specimen* pro δοκιμήν. Quod hîc vertit *experimentum*, Ambrosius legit *probationem.*

6 *Qui in vobis non infirmatur*] *In vos* est, εἰς ὑμᾶς, hoc est, *erga vos.* Et item paulo post,

7 In

λὰ ζησόμεθα σὺν αὐτῷ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ εἰς ὑ-
5 μᾶς. Ἑαυτοὺς πειράζετε, εἰ ἐςὲ ἐν τῇ πίςει· ἑαυτὺς δοκιμάζετε· ἢ ὐκ ἐπιγινώσκετε ἑαυτὺς, ὅτι Ἰησῦς
6 Χριςὸς ἐν ὑμῖν ἐςιν; εἰ μή τι ἀδόκιμοί ἐςε. Ἐλπίζω δὲ, ὅτι γνώσεσθε, ὅτι ἡμεῖς ὐκ ἐσμὲν ἀδόκιμοι.
7 Εὔχομαι δὲ πρὸς τὸν Θεὸν μὴ ποιῆσαι ὑμᾶς κακὸν μηδέν· ὐχ ἵνα ἡμεῖς δόκιμοι φανῶμεν, ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς τὸ καλὸν ποιῆτε, ἡμεῖς δὲ ὡς ἀδόκιμοι ὦμεν.
8 Οὐ γὰρ δυνάμεθά τι κατὰ τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ὑπὲρ
9 τῆς ἀληθείας. Χαίρομεν γὰρ ὅτ' ἂν ἡμεῖς ἀσθενῶμεν, ὑμεῖς δὲ δυνατοὶ ἦτε· Τῦτο δὲ καὶ εὐχόμεθα, τὴν
10 ὑμῶν κατάρτισιν. Διὰ τῦτο ταῦτα ἀπὼν γράφω, ἵνα μὴ παρὼν μὴ ἀποτόμως χρήσωμαι κατὰ τὴν ἐξυσίαν, ἣν ἔδωκέ μοι ὁ Κύριος εἰς οἰκοδομὴν, καὶ ὐκ εἰς καθαί-
11 ρεσιν. Λοιπὸν, ἀδελφοὶ, χαίρετε, καταρτίζεσθε, παρακαλεῖσθε, τὸ αὐτὸ φρονεῖτε, εἰρηνεύετε, καὶ ὁ Θεὸς
12 τῆς ἀγάπης καὶ εἰρήνης ἔςαι μεθ' ὑμῶν. Ἀσπάζεσθε ἀλλήλυς ἐν ἁγίῳ φιλήματι. Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἅ-
13 γιοι πάντες. Ἡ χάρις τῦ Κυρίου Ἰησῦ Χριςῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τῦ Θεῦ, καὶ ἡ κοινωνία τῦ ἁγίυ Πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

Πρὸς Κορινθίυς δευτέρα

ἐγράφη ἀπὸ Φιλίππων τῆς Μακεδονίας διὰ Τίτυ καὶ Λυκᾶ.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ

Τ Ε Λ Ο Σ.

mi sumus in illo, sed vivemus cum illo 7 ex virtute Dei erga vos. Vosipsos tentate, num sitis in fide: vosipsos
5 probate: an non cognoscitis vosmetipsos, quod Jesus Christus in vobis est? 8 nisi sicubi reprobi estis. At spe-
6 ro 9 vos cognituros, quod nos non simus reprobi. 10 Opto autem apud Deum, ne quid mali faciatis: non
7 quo nos probati appareamus, sed ut vos quod hone-
8 stum est faciatis, nos vero veluti reprobi simus. Non enim possumus quicquam adversus veritatem, sed pro
9 veritate. 11 Gaudemus enim cum nos infirmi fuerimus, vos autem validi fueritis. Hoc autem insuper optamus,
10 vestram integritatem. Propterea hæc absens scribo, ne, quum præsens fuero, 12 rigidus sim juxta potestatem, quam dedit mihi Dominus in exstructionem, & non in
11 destructionem. 13 Quod superest, fratres, valete, 14 integri estote, 15 consolationem habete, 16 unanimes sitis, 17 in pace agite, & Deus charitatis ac pacis erit vobiscum. Salutate vos mutuo 18 sancto osculo. Salu-
12 tant vos sancti omnes. 19 Gratia Domini Jesu Christi,
13 & charitas Dei, & communicatio Spiritus sancti sit cum omnibus vobis. Amen.

Ad Corinthios secunda

missa fuit a Philippis Macedoniæ per Titum & Lucam.

EPISTOLÆ AD CORINTHIOS POSTERIORIS

F I N I S.

7 *In virtute Dei in vobis*] εἰς ὑμᾶς, hoc est, *erga vos.* Et ita legit Ambrosius.

8 *Nisi forte reprobi estis*] εἰ μή τι, id est, *nisi in aliquo.* Ambrosius omittit *forte*, nam τὶ solet nonnunquam addi festivitatis causa magis quam usus.

9 *Quod cognoscitis*] ὅτι γνώσεσθε, id est, *cognoscetis.* Ambrosius legit, *Spero autem cognituros vos.*

10 *Oramus autem Deum*] Εὔχομαι δὲ πρὸς τὸν Θεὸν, id est, *Opto autem apud Deum*, numero singulari. Ac mox, *hoc & oramus*, τῦτο δὲ καὶ εὐχόμεθα, id est, *hoc autem etiam optamus*, tantum abest ut doleamus. Ambrosius legit *in vestram consummationem*, haud scio an depravata scriptura. Nam apud Græcos *in* non additur. Consentiebat cum Græcis uterque codex Constantiensis. Hoc ipsum enim est, quod optat, nimirum illorum consummationem.

11 *Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes*] Palam est hîc *quando* mutatum esse in *quoniam, quandoquidem.* Ambrosius legit, *cum nos infirmamur, vos autem fortes estis.* Exemplar Constantiense utrumque habebat *quando*, non *quoniam.* Et Græca sic habent, ὅταν ἡμεῖς ἀσθενῶμεν, ὑμεῖς δὲ δυνατοὶ ἦτε, *cum nos infirmi fuerimus, vos autem fortes fueritis.* Neque enim id affirmat esse, sed gaudere se dicit, si ita sit. Et hîc Apostolus omisit alteram conjunctionem μὲν, quod Hieronymus alicubi tribuit imperitiæ Græci sermonis. Rursus εὐχόμεθα verti poterat *gloriamur* vos esse tales. Se vocat infirmum, quod nihil valeat adversus innocentes, & potentes sunt, qui non peccant. Non enim est quod metuant Apostolum.

12 *Durius agam*] ἀποτόμως, id est, *præcise* sive *exacte*, quod Latini vocant *ad vivum*, ut superius admonuimus. Græcus sermo ad verbum sonat, *ne rigide utar*, hoc est, ne severe me geram.

13 *De cætero*] Λοιπὸν, id est, *Quod superest.* Et χαίρετε, quod & *valete* significat, hîc potius erat vertendum ad eum modum.

14 *Perfecti estote*] καταρτίζεσθε. Ea vox convenit quoties rem laceram sarcimus ac reconcinnamus. Notat autem hoc verbo dissidia Corinthiorum.

15 *Exhortamini*] παρακαλεῖσθε. Rectius hoc loco *consolamini*, ut passive tamen accipias.

16 *Idipsum sapite*] τὸ αὐτὸ φρονεῖτε, id est, *idem sentite.* Ambrosius legit *idem sapite.* Apertius erat, *concordes* sive *unanimes sitis.* Siquidem hoc sentit Paulus. Nec enim agit de opinionibus, sed de affectu animorum.

17 *Pacem habete*] εἰρηνεύετε, id est, *in pace vivite.* Ambrosius recte legit, *in pace agite.* Ut autem a pace exorsus in pacem desinit vir vere Apostolicus. Exponit enim quod dixerat, idipsum sapite, estote concordes, & pace conglutinemini, hoc ob contentiosos.

18 *In osculo*] *In* additur ex proprietate sermonis Hebraici.

19 *Gratia Domini*] Suo more Patrem appellat *Deum*, Filium *Dominum.* Et Spiritui tribuit communionem, quum Filio tribuerit gratiam, Patri charitatem. A Patre cœpit exordium humani generis redempti, qui sic dilexit mundum, ut Filium unigenitum traderet in mortem: per Filium venit gratia, qui nos nihil promeritos sua morte redemit: donorum distributio per Spiritum sanctum facta. Ex hoc loco Chrysostomus refellit eos, qui negabant Spiritum sanctum ejusdem esse naturæ cum Patre & Filio, quod Paulus in frontispiciis Epistolarum semper conjungit Patrem & Filium, omissa mentione Spiritus.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM POSTERIOREM AD CORINTHIOS,

P E R

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM,

F I N I S.

ΥΠΟ-

Υ Π Ο Θ Ε Σ Ι Σ

τῆς πρὸς

Γ Α Λ Α Τ Α Σ

ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΑΥΛΟΥ.

ΤΑύτην ἐπιςέλλει ἀπὸ Ῥώμης, ἑωρακὼς αὐτὺς ἤδη καὶ διδάξας. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς ἐπιςολῆς αὕτη. Διδαχθέντες καλῶς οἱ Γαλάται παρὰ τῦ Ἀποςόλυ, καὶ πιςεύσαντες γνησίως εἰς τὸν Χριςὸν, ἀποδημήσαντος τῦ Ἀποςόλυ, ὑφηρπάσθησαν παρά τινων, ὥστε περιτέμνεσθαι. Ταῦτα τοίνυν μαθὼν ὁ Ἀπόςολος, γράφει πρὸς αὐτύς. Καὶ πρῶτον μὲν μαρτυρεῖ αὐτοῖς περὶ ἧς εἶχον πίςεως, καὶ γνησίας εἰς Χριςὸν διαθέσεως. Μέμφεται δὲ ὡς ἀνοήτως πράξαντας, καὶ μεταβαλλομένυς αὐτύς. Ἔπειτα διαλαμβάνει περὶ τῦ νόμυ καὶ τῆς κατὰ τὸν Ἀβραὰμ πίςεως, καὶ ἀποδείκνυσιν ἔκ τε τῦ νόμυ, καὶ τῶν γυναικῶν τῦ Ἀβραὰμ, ἀλληγορήσας αὐτὰς, μέχρι καιρῦ δεδόσθαι τὴν σκιὰν, καὶ τὴν περιτομὴν, καὶ ἀργεῖν αὐτὰ λοιπὸν τῇ τῦ Χριςῦ παρυσίᾳ. Καὶ ὕτως ἀποδείξας, παραγγέλλει λοιπὸν αὐτοῖς, μηκέτι προσέχειν τοῖς ἀπατήσασιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἔχεσθαι τῆς ἐν Χριςῷ πίςεως, καὶ γινώσκειν, ὅτι ἡ ἐν Χριςῷ χάρις καταργεῖ τὴν κατὰ σάρκα περιτομήν. Καὶ ὕτως πάλιν εἰς τὰ ἤθη παραινέσας καὶ διδάξας, τελειοῖ τὴν ἐπιςολήν.

IN EPISTOLAM AD

GALATAS

Argumentum per

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

GAlatæ Græci ſunt, ſed ex Gallis oriundi: unde, juxta D. Hieronymum, *originis ingenium ingenii tarditate referebant*: quandoquidem & Hilarius Gallus ipſe, in Hymnorum carmine, Gallos *indociles* vocat. Et Paulus illos objurgans, *ἀνοήτυς* appellat. Ad quorum ingenium ſuum attemperans ſermonem, acerbius illos caſtigat quam ullos in cæteris Epiſtolis, & reprehendit magis quam docet, ut, quibus ratio ſuadere non poterat, revocaret auctoritas. Agit in hac Epiſtola quod nuſquam non agit, ut a Legis Moſaicæ ſervitute invitet ad Evangelii gratiam: quod idem agit in Epiſtola ad Romanos: nam utriſque idem error acciderat, ſed diverſa ratione: nam Romani primum in Judaiſmum inducti, poſtea reſipuerunt: Galatæ recte ab Apoſtolo inſtituti, pſeudapoſtolorum opera in Judaiſmum retracti fuerunt. Quod Romani perperam inſtituti ſunt, ſimplicitatis erat: quod mox admoniti reſipuerunt, prudentiæ. Contra, quod Galatæ Chriſtum amplexi ſunt, facilitatis erat: quod protinus in Judaiſmum relapſi ſunt, levitatis atque ſtultitiæ. Ad hos igitur ſubierant pſeudapoſtoli, velut a Petro & Jacobo ſummatibus Apoſtolis miſſi: & Pauli auctoritatem calumniis elevabant, negantes illi fidem habendam qui ſibi non conſtaret, nunc Legis utens ceremoniis, ſuſceptis votis, raſoque capite, & circumciſo Timotheo, nunc cum Ethnicis Legem negligens ac damnans: potius audiendos qui apud Petrum & Jacobum verſati fuiſſent, quique Dominum Jeſum vidiſſent: quum Paulus nec vidiſſet Chriſtum, & diſcipulorum duntaxat diſcipulus eſſet, non Chriſti. Proinde Paulus vehementi & acri oratione, neque enim eſt ulla Epiſtola concitatior, ſalubrique auſteritate & clementi ſævitia, ſimul & Galatarum errori medetur, & ſuam aſſerit auctoritatem, & pſeudapoſtolorum fraudulentiam aperit. In ipſo ſtatim Epiſtolæ limine teſtatur, ſeſe vel ſummis Apoſtolis parem, aut etiam ſuperiorem, in hoc quod Evangelii prædicandi auctoritatem a Chriſto immortali cœlitus accepiſſet: atque hoc auctore fretum, in Arabia & Damaſci aliquandiu prædicaſſe Chriſtum, prius quam cum quoquam Apoſtolorum contuliſſet: deinde Hieroſolymis vidiſſe quidem Petrum ac Jacobum diebus perpaucis, neque quicquam tamen ab illis adjutum eſſe: ſub hæc in Syria & Cilicia quatuordecim annis Chriſti præconem egiſſe: donec admonitus divinitus, Hieroſolymam reverſus una cum Barnaba ac Tito, cum primariis Apoſtolis contulit Evangelium ſuum. Non quod de tot annorum prædicatione jam veniſſet in dubium, ſed ut eorum comprobatione, quorum ſumma erat apud omnes auctoritas, magis confirmarentur cæteri: ſed ita contuliſſe cum Petro, ut ab illo nihil acceſſerit, quod ad Evangelii rem attineret: & adeo non fuiſſe ſe compulſum a Petro, ut Gentibus Legis onus imponeret, ut Antiochiæ Petrum cibis communibus veſcentem, ubi ſe metu ſupervenientium Judæorum e convivio ſubduceret, palam in os reprehenderit, docens, ex fide contingere ſalutem Evangelicam, non ex obſervatione Legis jam antiquatæ. Id veluti Petro dici cœptum, latius proſequitur, verſus ad Galatas: demonſtrans, Legem Moſaicam ad tempus modo fuiſſe datam, & ad unum Chriſtum illa ſpectaſſe omnia: in illa fuiſſe carnem, in Evangelio ſpiritum: in illa umbras, in Evangelio lucem: in illa imagines, in Evangelio veritatem: in illa ſervitutem, in Evangelio libertatem. Dementiæ vero eſſe, guſtatis potioribus, ultro recidere ad deteriora. Hæc agit capite primo, ſecundo, tertio, quarto. Deinde graviter interminatus eis, ne circumciſione recepta turpiter ſe dedant in ſervitutem Legis, oſtendit, Chriſtianam libertatem non eſſe peccandi licentiam, ſed ultroneam functionem officiorum pietatis, quæ charitate dictante, non lege jubente præſtantur. Poſtremo hortatur ad Chriſtianam concordiam, ad ſublevandos infirmiores aut lapſos, ad benemerendum de iis qui nos fidem edocuerunt. Hujuſmodi factis, quoniam ſpiritus ſunt, æterna deberi præmia: quum ceremoniis temporariis temporaria ſit gloria: obiter in odium vocans pſeudapoſtolos, qui non ob aliud ſtudebant circumcidi Galatas, niſi ut ſuper hoc gloriarentur velut auctores hujus facinoris. Cui morbo affines ſunt, qui hodie novos cultus & prodigioſe inſignes reperiunt, ut dicatur, Hoc hominum genus ille inſtituit. Hanc Epiſtolam, ut apparet, Paulus, quo ſingularem erga Galatas affectum teſtaretur, totam ſua manu ſcripſit: quum in aliis ſoleat duntaxat ſubſcribere. Noſtra argumenta ſcriptam teſtantur ab Epheſo civitate: Græcorum inſcriptiones, ab urbe Roma.

EPI-

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD GALATAS.

I. 1 ΠΑΥΛΟΣ Ἀπόςολος, ὐκ ἀπὸ ἀνθρώπων, ὐδὲ δι᾽ ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησῦ Χριςῦ καὶ Θεῦ Πα-
2 τρὸς, τῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, Καὶ οἱ σὺν ἐ-
μοὶ πάντες ἀδελφοὶ, ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας·
3 Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου ἡ-
4 μῶν Ἰησῦ Χριςῦ., Τῦ δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρ-
τιῶν ἡμῶν, ὅπως ἐξέληται ἡμᾶς ἐκ τῦ ἐνεςῶτος αἰῶ-
νος πονηρῦ, κατὰ τὸ θέλημα τῦ Θεῦ καὶ Πατρὸς ἡ-
5 μῶν, Ὧ ἡ δόξα εἰς τὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀ-
6 μήν. Θαυμάζω ὅτι ὕτως ταχέως μετατίθεσθε ἀπὸ τῦ
καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριςῦ, εἰς ἕτερον Εὐαγγέ-
7 λιον, Ὃ ὐκ ἔςιν ἄλλο, εἰ μή τινες εἰσὶν οἱ ταράσ-
σοντες ὑμᾶς, καὶ θέλοντες μεταςρέψαι τὸ Εὐαγγέ-
8 λιον τῦ Χριςῦ. Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς, ἢ Ἄγγελος ἐξ
ὐρανῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν, παρ᾽ ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑ-
9 μῖν, ἀνάθεμα ἔςω. Ὡς προειρήκαμεν, καὶ ἄρτι πάλιν
λέγω, εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται, παρ᾽ ὃ παρελάβετε,
10 ἀνάθεμα ἔςω. Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπυς πείθω, ἢ τὸν
Θεόν;

Alias Θεῦ

I. 1 PAULUS Apoſtolus, non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Jeſum Chriſtum ac Deum Patrem, qui ſuſcitavit illum ex mortuis, 2 Quique mecum ſunt omnes fratres, Eccleſiis Galatiæ: 3 Gratia vobis & pax [2] a Deo Patre & Domino noſtro Jeſu Chriſto, 4 Qui dedit ſeipſum pro peccatis noſtris, ut eriperet nos [3] ex præſenti ſeculo malo, juxta voluntatem Dei & Patris noſtri, 5 [4] Cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen. 6 Miror quod a Chriſto, qui vocavit vos [5] per gratiam, [6] adeo cito [7] transferamini [8] in aliud Evangelium, 7 Quod non eſt aliud, niſi quod quidam ſunt qui turbant vos, [9] & volunt invertere Evangelium Chriſti. 8 Cæterum etiamſi nos, aut Angelus e cœlo prædicaverit vobis Evangelium, [10] præter id quod prædicavimus vobis, [11] anathema ſit. 9 Quemadmodum ante diximus, & nunc iterum dico, ſi quis vobis prædicaverit Evangelium, præter id quod accepiſtis, anathema ſit. 10 [12] Nunc enim utrum hominibus ſuadeo, an Deo?

1 PAULUS *Apoſtolus*] Hieronymus indicat *Apoſtolum* eſſe vocem Hebræis peculiarem, illis dictam *Silas*, id Latine ſonat *miſſus*, aut *legatus*. Et perinde quaſi dixiſſet *miſſus*, adjungit, *non ab hominibus:* non ab hominibus velut ab auctoribus, *non per homines* veluti commendantes aut approbantes.

2 *A Deo Patre noſtro*] *Noſtro* referendum eſt ad Dominum, non ad Patrem, ἀπὸ Θεῦ Πατρὸς καὶ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ. Concordabant cum Græcis duo codices Conſtantienſes.

3 *De præſenti ſeculo*] ἐκ τῦ ἐνεςῶτος, id eſt, *ex inſtanti.* Quanquam id Græci nonnunquam *præſens* appellant. Quod hic vertit *nequam*, Ambroſius & Auguſtinus legit *maligno*, & Hieronymus *malo*, Græce eſt πονηρῦ, quod & *verſutum* ſignificat & *miſerum* ac *laborioſum.* Malum autem vocat hoc ſeculum ad comparationem ſeculi futuri. Auguſtinus pro *eriperet* legit *eximeret* in Commentariis hujus Epiſtolæ.

4 *Cui eſt gloria*] *Eſt* non eſt in Græcis, ſed tantum, *cui gloria:* ut ſit optantis.

5 *Quod ſic tam cito*] ὕτως ταχέως. Non eſt *ſic tam*, ſed *tam cito*, aut *ſic cito:* nam ὕτως utrumque ſignificat. Quam ſane lectionem alioqui abſurdam, & a Græcis exemplaribus diſſonantem, mirum eſt adeo inoleviſſe, ut & apud Ambroſium & apud Auguſtinum & apud Tertullianum reperiatur. Quanquam ex Commentariis divi Hieronymi ſubodorari licet, adverbium *ſic* ab eo non fuiſſe additum. Verum cum in nonnullis codicibus haberetur *tam*, in nonnullis *ſic*, quod ſtudioſus aliquis annotarat in margine, id ſcriba parum attentus retulit in contextum.

6 *Transferemini ab eo*] μετατίθεσθε. Quod ſi ad verbum reddas, ſonat *transponimini:* recte mutavit Interpres. Veriſimile eſt quod ſubmonuit Hieronymus, Paulum alluſiſſe ad Hebræam vocem *Galata*, quæ illis *tranſlatos* ſive *deductos* ſonat, ſimilitudine ſumpta a rotis aut rotundis, quæ facile aliunde alio devolvuntur.

7 *In gratiam Chriſti*] ἐν χάριτι, id eſt, *in gratia.* Auguſtinus enarrans hunc locum, pro *in gratiam* legit *in gloriam*, atteſtante id ipſius expoſitione. Certe palam eſt, *in gratia*, Hieronymum per auferendi caſum legiſſe, quod ex ipſius verbis facile docebitur. Sic enim ſcribit in Commentariis: *Habet autem & locus ipſe hyperbaton, quod ita ſuo ordine legi poteſt: Miror quod tam cito transferemini a Chriſto Jeſu, qui vos vocavit in gratia, dicens, Non veni vocare juſtos*, & cætera. Quanquam hic rurſus aliud exiſtit incommodum amphibologiæ, *qui vocavit vos per gratiam in aliud Evangelium.* Poteſt enim accipi, quod Chriſtus vocaverit illos in aliud Evangelium, ut ordinat Ambroſius. Proinde nos ordine commutato ſic vertimus, *Miror quod a Chriſto, qui vos vocavit in gratia* ſive *per gratiam, adeo cito transferamini in aliud Evangelium.* Cæterum in eo quod mox ſequitur, *Sed licet nos, aut Angelus de cœlo evangelizet vobis, præter quam quod evangelizavimus vobis.* Idem Hieronymus indicat hunc ſermonem per hyperbolen accipi poſſe, non quod Angelus aut Paulus aliud Evangelium eſſet prædicaturus, ſed ſentit ab Evangelio ſemel recepto nullo pacto recedendum. Quod ſi quis tropos & ſchemata rejiciat in Sacris Litteris, ſæpenumero aut hærebit perplexus, aut frigidiſſimis rationibus ſe cogetur explicare. Porro quod addit, hoc agi, ut non eſſet magna Petri ac Joannis auctoritas, cum nec ſibi liceret aliud Evangelium prædicare, ſic arbitror accipiendum, ſi Petrus aut Joannes Judaïſmum admiſceret Chriſto, quod velut illis auctoribus pſeudapoſtoli conabantur, alioqui videretur Paulus ſuam auctoritatem Petro anteferre. Et *Chriſti* poteſt vel ad *gratiam* referri, vel ad præpoſitionem *ab*, ut ſit apud nos auferendi caſus *a Chriſto*, ſeu potius *a Deo.* Ego malim auferendi caſum. Et quidam codices pro *Chriſto Deum* habent. Semper enim Paulus Deum vocantem facit, ſed per Chriſtum. Et in Evangelio Pater eſt, qui ſuos trahit ad Chriſtum. Cæterum *in gratia* dixit, pro eo quod eſt, *per gratiam.*

8 *In aliud Evangelium, quod non eſt aliud*] Video Veteres diverſam, alios aliam ſecutos lectionem. Hieronymus, ut ex ipſius liquet enarratione, ita legit: *Quod ſic cito transferimini in aliud Evangelium, quod non eſt*, ut ſubaudias *aliud.* Aut ſi malis ab ipſo additum nomen *aliud:* hic ſubjicit ſtigmen, ut ſit ſenſus, eum demirari illorum inconſtantiam qui transferantur: deinde, qui transferantur tam cito: poſtremo, qui in aliud Evangelium, adeo non melius eo quod acceperant, ut nulllum ſit. Hujus rei cauſam admiratur Apoſtolus. At ne videatur ingenium Gallicum damnare, ceu per conjecturam facti culpam rejicit in Apoſtolos, plus ſatis Judaïzantes, dicens, *niſi ſi ſunt*, & cætera. Sic enim legit Hieronymus. Chryſoſtomus & Theophylactus in ſenſu concordat cum Hieronymo, niſi quod addit *aliud*, & quod ſequitur, *niſi quod*, ſeparat a ſuperioribus. Ambroſius legit ad hunc modum, *Ab eo, qui vocavit vos in gratiam Chriſti, in aliud Evangelium:* nec addidit, *quod non eſt aliud.* Nec poteſt ex illius enarratione colligi, illum ſecus legiſſe. Is, hanc particulam, *in aliud Evangelium*, referens non ad verbum *transferemini*, ſed ad *vocavit*, ſermonem ordinat hunc in modum: *Demiror quod adeo cito transferemini ab eo, qui vos vocavit, in aliud Evangelium, id eſt, in aliud & diverſum ab eo, quod pſeudapoſtoli vobis prædicarunt, ad Judaïſmum revocantes.* Quod dicimus perſpicuum erit, ſi quis evolvat Ambroſianos Commentarios. Porro ut ſuſpicer Hieronymum legiſſe, *quod non eſt*, nec addidiſſe *aliud*, in cauſa eſt, quod ſubjicit: *Quia omne quod falſum eſt, non ſubſiſtit, & quod veritati contrarium eſt, non eſt.* Ut illud, *Ne tradas Domine ſceptrum tuum iis qui non ſunt.* Et, *Ea quæ non erant vocavit Deus.* Ac mox ibidem: *Si autem hoc de iis, qui in eumdem credebant Deum, & eaſdem Scripturas habebant, dicitur, quod tranſlati ſint in aliud Evangelium, quod non eſt Evangelium, quid de Marcione & cæteris Hæreticis*, & cætera. At Ambroſius, *niſi ſunt aliqui*, & cætera, interjecto commentario ſeparat a ſuperioribus, ut *niſi ſunt* non referatur ad *quod non eſt aliud*, ſed ad *miramur.* Tertullianus libro adverſus Marcionem quarto, ſi codices mendo vacant, addere videtur *aliud*, ſed ita ut idem ſit ſenſus, quem diximus.

9 *Et volunt convertere Evangelium*] Equidem malim *invertere*, tametſi conſtanter ſic legunt Ambroſius, Auguſtinus, atque item Hieronymus. Eſt autem Græca vox μεταςρέψαι, quod ſonat *ad aliud detorquere*, ſive *in diverſum detorquere.* Nobis autem quo magis arrideat *invertendi* dictio, Hieronymiana facit interpretatio, cujus ipſa verba ſubſcribam: *Omnis qui Evangelium alio interpretatus ſpiritu & mente quam ſcriptum eſt, credentes turbat, & convertit Evangelium Chriſti, ut quod in facie eſt, poſt tergum faciat, & ea quæ poſt tergum ſunt, vertat in faciem. Si quis tantum litteram ſequitur, poſteriora ponit in faciem. Si quis Judæorum interpretationibus acquieſcit, poſt tergum mittit ea, quæ ex natura ſua in facie conſtituta ſunt.* Hactenus Hieronymus. Atqui *invertere* proprie declarat, in diverſum ac præpoſtere vertere. Chriſtus ejuſmodi doctrinam tradidit, ut quam plurimum eſſet pietatis, quam minimum ceremoniarum. Iſti contra volebant plurimum eſſe ceremoniarum, pietatis minimum.

10 *Præter quam quod*] παρ᾽ ὃ, id eſt, *præter id quod:* atque ita erit aptius.

11 *Anathema ſit*] Divus Hieronymus admonet *anathema* verbum eſſe proprium Judæis, quo extremam deteſtationem ſignificare ſoleant.

12 *Modo enim hominibus ſuadeo*] Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπυς πείθω, ἢ τὸν Θεόν; id eſt *Nunc enim homines ſuadeo, an Deum?* hoc eſt, an humana ſuadeo, an divina? Et in hanc quidem ſententiam interpretatur Theophylactus. Quanquam & *hominibus ſuadeo* poteſt tolerari, cum πείθω apud Græcos in hoc ſenſu habeat aliquoties accuſandi caſum, non item cum ſignificat *confidere*,

Θεόν; ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν; εἰ γὰρ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην. Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, τὸ Εὐαγγέλιον τὸ εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐκ ἔστι κατὰ ἄνθρωπον. Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτὸ, οὔτε ἐδιδάχθην, ἀλλὰ δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἠκούσατε γὰρ τὴν ἐμὴν ἀναστροφὴν ποτὲ ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐδίωκον τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπόρθουν αὐτὴν, Καὶ προέκοπτον ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ὑπὲρ πολλοὺς συνηλικιώτας ἐν τῷ γένει μου, περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων· τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων. Ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς, ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ, Ἀποκαλύψαι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοὶ, ἵνα εὐαγγελίζωμαι αὐτὸν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, εὐθέως οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι, Οὐδὲ ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς τοὺς πρὸ ἐμοῦ Ἀποστόλους, ἀλλὰ ἀπῆλθον εἰς Ἀραβίαν, καὶ πάλιν ὑπέστρεψα εἰς Δαμασκόν. Ἔπειτα μετὰ ἔτη τρία ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα ἱστορῆσαι Πέτρον, καὶ ἐπέμεινα πρὸς αὐτὸν ἡμέρας δεκαπέντε. Ἕτερον δὲ τῶν Ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου. Ἃ δὲ γράφω ὑμῖν, ἰδοὺ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὐ ψεύδομαι. Ἔπειτα ἦλθον εἰς τὰ κλίματα τῆς Συρίας καὶ τῆς Κιλικίας. Ἤμην δὲ ἀγνοούμενος τῷ προσώπῳ ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Ἰουδαίας, ταῖς ἐν Χριστῷ. Μόνον δὲ ἀκούοντες ἦσαν, Ὅτι

Deo? aut quæro hominibus placere? [13] Nam si hactenus hominibus placuissem, Christi servus haudquaquam essem. Notum autem vobis facio, fratres, Evangelium, quod prædicatum est a me, non esse secundum hominem. Neque enim ego ab homine [14] accepi illud, neque didici, sed per revelationem Jesu Christi. Audistis enim meam conversationem quondam in Judaïsmo, quod supra modum persequebar Ecclesiam Dei, [15] ac depopulabar illam, Et proficiebam in Judaïsmo supra multos [16] æquales in genere meo, quum vehementer essem [17] studiosus a majoribus meis traditorum institutorum. [18] Ast ubi Deo, qui segregaverat me ab utero matris meæ, & vocavit per gratiam suam in hoc, Ut revelaret Filium suum per me, visum est, ut prædicarem ipsum inter gentes, continuo [19] non contuli cum carne & sanguine, Neque [20] redii Hierosolymam [21] ad eos, qui ante me fuerant Apostoli, sed abii in Arabiam, ac denuo reversus sum Damascum. Deinde post annos tres redii Hierosolymam, [22] ut viderem Petrum, & mansi apud illum dies quindecim. Alium autem ex Apostolis non vidi quemquam, nisi [23] Jacobum fratrem Domini. Porro quæ scribo vobis, ecce coram Deo, [24] non mentior. Deinde veni in [25] regiones Syriæ Ciliciæque. Eram autem ignotus juxta faciem Ecclesiis Judææ, [26] quæ erant in Christo. Sed tantum [27] hic rumor apud illos erat, Qui persequebatur

aut *credere*, aut *morem gerere*, quemadmodum videtur arbitrari Faber Stapulensis noster. Quanquam scio Hieronymum, Augustinum, & Ambrosium diversam sequi sententiam. Cæterum *modo* positum est pro *nunc*, significat enim postea quam factus sit Apostolus, nihil aliud spectare se, quam quod ad Dei pertineat honorem, cum olim in Judaïsmo diversa senserit.

13 *Si adhuc*] εἰ γὰρ ἔτι, id est, *si enim adhuc*.

14 *Accepi illud, neque didici*] παρέλαβον αὐτὸ, οὔτε ἐδιδάχθην. Hieronymus distinguit inter *accipere* ac *discere*. *Accipimus* quod nostrum non est, sed ab alio traditum. *Discimus*, cujus mysterium nobis aperitur: tametsi Græce non est *didici*, sed *doctus sum*: id quod vel absolute potest accipi, non doctus sum, sed afflatus, vel non doctus sum ab homine. Deinde vocabulum *revelationis* Hieronymus negat usquam apud Ethnicos Scriptores inveniri, ἀποκάλυψις: verum id, cum aliis multis, novum fuisse confictum a Septuaginta, quo commodius explicarent nova Dei mysteria.

15 *Et expugnabam*] καὶ ἐπόρθουν. Quod verbum proprium est populantium & exscindentium captas armis urbes. Neque video cur hîc stomachetur Laurentius, velut id contumeliose dictum sit adversus Ecclesiam Dei, quod expugnata fuerit a Paulo, malitque *oppugnabam* quam *expugnabam*. Nec inficior, aliud esse Latinis *expugnare*, aliud *oppugnare*, quemadmodum aliud est *suadere*, aliud *persuadere*, aliud *orare*, aliud *exorare*. Verum quid facias, ubi Græca vox πορθεῖν nihil aliud significet quam *expugnare* aut *capere?* Cæterum *Ecclesiam* vocat congregatiunculam illam Christianorum, quam prorsus expugnabat, quantum erat in illo. Jam enim hoc agebat Paulus. Proinde quod ait, *expugnabam*, non ad eventum rei, sed ad illius animum & conatus est referendum. Accommodatius autem erat quod legunt in Commentariis Hieronymus & Augustinus in Sermone habito in monte, *devastabam*, aut *vastabam*, more hostis ac feræ populantis omnia. Ac paulo inferius, *Qui aliquando nos persequebatur, nunc evangelizat fidem, quam aliquando vastabat.* Grammatici vocem dictam putant a πρήθω, quod est *incendo*, transpositis duabus litterulis, πήρθω, hinc πέρθω, quod incendiis populatur hostis victor. Alii malunt πέρθω dictum quasi περθέω, id est, *circumcurro*, quod id quoque fiat in urbe capta.

16 *Coætaneos*] Optarim hoc verbum esse receptum apud Latinos: Græce dixit συνηλικιώτας, id est, *æquales*, hoc est, *ejusdem ætatis*: quanquam utraque vox est ambigua. Nam *ejusdem ætatis* dicuntur, qui vixerunt eodem seculo, quos Græci vocant συγχρόνους, & *æquales* dicuntur divitiis aut eruditione pares. *In genere meo. Genus*, gentem appellat Judaïcam: sicut in proxima Epistola, *in periculis ex genere.*

17 *Æmulator*] ζηλώτης. Ab immodico & superstitioso studio & amore *zelotem* appellavit seipsum. *Paternarum mearum traditionum*, πατρικῶν, a patribus ac majoribus traditarum. *Mearum* addit, non quod eas suas esse duceret, quemadmodum interpretatur Aquinas, sed ut excusatius videatur errasse, qui natus Pharisæus majorum suorum instituta sequeretur, quæ tamen non dubitavit relinquere, edoctus meliora.

18 *Cum autem placuit ei*] Ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς, id est, *Cum autem visum est Deo.*

19 *Non acquievi*] οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι, id est, *non contuli cum carne & sanguine.* Sic enim Græca vertit Hieronymus in suis Commentariis, consentientibus & Græcorum scholiis. Atque ad hunc modum paulo post ipse vertit Interpres. Id est, non communicavi Evangelium meum cum homine, sed cum Deo commercium habui. Quidam habent προανεθέμην, hoc est, *prius contuli.* Proinde palam est Thomam & Carrensem nihil agere, qui *carnem* & *sanguinem* interpretantur pro vitiis carnalibus, quibus nunquam legimus Paulum obnoxium fuisse: etiamsi Thomas addit alteram expositionem, *carnem* & *sanguinem* interpretans affectum erga cognatos. At ne id quidem sentit Paulus. Verum hujus erroris ansam præbuit Interpres, qui προσανεθέμην verterit *acquievi*, cum vertendum fuerit *contuli*, sive *communicavi cum carne & sanguine.* Quanquam hoc in loco majorem in modum laboravit divus Hieronymus, cupiens hunc explicare nodum, quod Paulus contumeliosius Petrum, Joannem, & Jacobum *carnem & sanguinem* appellarit, præsertim cum Porphyrius hinc calumnietur arrogantiam Pauli, quod non dignatus sit suum Evangelium conferre cum cæteris Apostolis. In summa, ne consistere quidem, ut qui prius non contulerit cum carne & sanguine, postea contulerit, veluti sibi diffidens, rei periculo facto. His angustiis constrictus Hieronymus eò confugit, ut adverbium εὐθέως, id est, *continuo*, non referat ad ea quæ sequuntur, *non acquievi carni & sanguini*, ne fretus revelatione protinus videatur hominum commercium despexisse, sed ad illa superiora, *Cum autem placuit ei, qui me segregavit de utero matris meæ:* ac deinde sequatur, *ut revelaret Filium suum in me:* & ad extremum, *ut evangelizarem illum in gentibus continuo:* & post hæc velut a novo exordio sequatur illud, *non acquievi carni & sanguini.* Ut sit sensus, Paulum jussum, ut continuo citraque moram accingeretur ad prædicationem Evangelii, proinde non cunctatum, neque moras trivisse, adeundis ac consulendis Apostolis, sed protinus, ut erat jussus, aggressum evangelizandi munus. Variant hîc & Græcorum Commentarii. Verum hæc longius discutere non est hujus instituti. Nos quod ad lectionis rationem pertinere visum est annotamus. Proinde nec illud hujus operis est, quod hæc Pauli narratio multis modis dissentire videtur cum ea, quæ est apud Lucam in Actis Apostolicis capite nono: quemadmodum Hieronymus in Commentariis suis satis diligenter explicat.

20 *Veni Hierosolymam*] ἀνῆλθον, id est, *redii*, sive *adscendi.*

21 *Ad antecessores meos Apostolos*] πρὸς τοὺς πρὸ ἐμοῦ Ἀποστόλους, id est, *ad eos qui ante me fuerant Apostoli*, & quibusdam ob hoc majores videbantur, quod prius essent vocati.

22 *Videre Petrum*] ἱστορῆσαι: quod verbum apud Græcos plus aliquid significat quam *videre*, nempe percontandi discendique causa videre: quanquam id negat Hieronymus.

23 *Jacobum fratrem*] In Epistolam ad Galatas notat Hieronymus eorum errorem, qui putant hunc *Jacobum* fuisse de numero duodecim Apostolorum, fratrem Joannis, cujus mentio fit in Evangelio, cum is in Actis Apostolorum legatur, mox a Stephani nece, sanguinem fudisse pro Domino. Sed affirmat hunc esse *Jacobum* cognomento *Justum*, filium Mariæ, quæ fuerit soror Mariæ matris Jesu. Nam & hi fratres vocantur more Judæorum. Theophylactus indicat honoris gratia fuisse vocatum *fratrem Domini.* Hic primus Hierosolymorum Episcopus fuit ordinatus, atque hujus plerique judicarunt esse Epistolam, quam hodie quoque nomine *Jacobi* legimus. Apostolus autem dicitur eo modo, quo cæteri omnes Apostoli dicuntur, qui Christum, in carne conspectum, postea prædicabant.

24 *Quia non mentior*] Hîc ὅτι poterat omitti, quod vim habet asseverandi, sed apud Græcos duntaxat, nisi malis addere, *ecce coram Deo testificor, quod non mentior.* Nam id additum est velut a jurante: quod sane non negat Hieronymus. Sed quod addit ἀναγωγίζων, *coram Deo sunt*, id est, digna conspectu Dei, mihi videtur aliquanto coactius. Verum in his nonnihil indulgent sibi Veteres, velut in hoc quoque, de nominum interpretationibus, *Arabiæ, Ciliciæ, Damasci*, & cætera. Ambrosius fatetur esse jurantis, Theophylactus asseverantis.

25 *Ciliciæ*] Κιλικίας. *Partes*, est κλίματα, id est, *plagas.*

26 *Quæ erant in Christo*] Cur non potius, *quæ sunt in Christo*, ταῖς ἐν Χριστῷ.

27 *Auditum habebant*] ἀκούοντες ἦσαν, id est, *audierant.* Ad verbum, *audientes erant*, hoc est, rumor apud illos erat. Latinissimum erat, *auditum erat illis*, sive *hic rumor apud illos erat*, eo quod participium ἀκούοντες sit præsentis temporis. Ne hîc quidem necesse erat vertere ὅτι, vetante id pronomine *nos.*

28 *Quam*

Ὅτι ὁ διώκων ἡμᾶς ποτε, νῦν εὐαγγελίζεται 24 τὴν πίστιν, ἥν ποτε ἐπόρθει, Καὶ ἐδόξαζον ἐν II. 1 ἐμοὶ τὸν Θεόν. Ἔπειτα διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν πάλιν ἀνέβην εἰς Ἱεροσόλυμα μετὰ Βαρνάβα, 2 συμπαραλαβὼν καὶ Τίτον. Ἀνέβην δὲ κατὰ ἀποκάλυψιν, καὶ ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ Εὐαγγέλιον, ὃ κηρύσσω ἐν τοῖς ἔθνεσιν, κατ᾽ ἰδίαν δὲ τοῖς δοκοῦσι, μή πως εἰς κενὸν τρέχω, ἢ ἔδραμον. 3 Ἀλλ᾽ οὐ δὲ Τίτος ὁ σὺν ἐμοὶ, Ἕλλην 4 ὢν, ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι, Διὰ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους, οἵτινες παρεισῆλθον κατασκοπῆσαι τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν, ἣν ἔχομεν ἐν 5 Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα ἡμᾶς καταδουλώσωνται. Οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ, ἵνα ἡ ἀλή6θεια τοῦ Εὐαγγελίου διαμείνῃ πρὸς ὑμᾶς. Ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι, ὁποῖοί ποτε ἦσαν, οὐδέν μοι διαφέρει. Πρόσωπον ἀνθρώπου Θεὸς οὐ λαμβάνει· ἐμοὶ γὰρ οἱ δοκοῦντες, οὐδὲν προσανέθεντο.

tur nos aliquando, nunc prædicat fidem, [28] quam quondam expugnabat, Et [29] glorificabant in me 24 Deum. Deinde [1] post annos quatuordecim rursum ad- 1 II. scendi Hierosolymam una cum Barnaba, assumpto simul & Tito. Adscendi autem juxta revelationem, [2] 2 & contuli cum illis Evangelium, quod prædico inter gentes, sed privatim cum iis [3] qui erant in pretio, ne quo modo in vanum currerem, aut cucurrissem. Sed 3 neque Titus qui mecum erat, [4] quum esset Græcus, compulsus fuit circumcidi, [5] Propter obiter ingressos 4 falsos fratres, qui subintroierant ad explorandum libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu, quo nos in servitutem adigerent. Quibus ne ad tem- 5 pus quidem [6] cessimus per subjectionem, ut veritas Evangelii permaneret [7] apud vos. [8] Ab iis autem qui 6 videbantur aliquid esse, quales aliquando fuerint, nihil mea refert. Personam hominis Deus non accipit: [9] nam mihi qui videbantur esse in pretio, [10] nihil contule-

28 *Quam aliquando expugnabat*] ἐπόρθει. Rursus eo verbo est usus, quo supra, sicut annotavimus.

29 *Clarificabant Deum*] ἐδόξαζον, id est, *glorificabant.* Atque ita legit divus Hieronymus: Ambrosius *magnificabant.*

1 POst annos] διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν, id est, *per quatuordecim annos.* Quanquam sensum probe reddidit Interpres.

2 *Et contuli cum illis*] ἀνεθέμην. Quod verbum divus Hieronymus negat Græcis significare proprie *conferre*, sed quæ novimus, ea in sinum amici exponere, & in medium afferre, communi consilio vel probanda vel improbanda. Unde quod superius habuimus προσανεθέμην, significat, *præterea cum quoquam contuli*, scilicet post vocationem Christi. Aut si legas προανεθέμην, id est, *prius contuli*, nempe quam iret in Arabiam. In illo videtur Paulus non diffisus suæ vocationi, in hoc videtur non eguisse aliorum consilio, ut in Arabia doceret Christum. Cæterum quod Hieronymus admonet de proprietate verbi ἀνεθέμην, huc opinor spectavit, quod ἀνατίθεσθαι Græcis dicitur tam is qui suscipit onus, quam qui alteri imponit: qui vero cum aliis confert, in medium deponit sarcinam suam, velut onerans eos, quos suorum factorum judices facit, suscepturus, si quid illi detrahant addantve sarcinæ. Unde & quæ seposita sunt, & in alto suspensa, ἀναθήματα vocamus. Euripides in *Iphigenia Aulidensi* pro eodem dixit συνεισφέρειν, quasi dicas, *simul importare.* Ita Clytemnestra Agamemnoni, συνεισέγκαι δ᾽ ὅμως.

8 *Qui videbantur aliquid*] τοῖς δοκοῦσιν, id est, *qui videbantur:* ut legit Augustinus: sive *probatis.* Porro *aliquid* additum est abs quopiam, cui sermo videbatur parum absolutus. Perperam igitur qui legunt, *qui videbantur aliquid:* sed pejus qui legunt, *qui sibi videbantur aliquid*: quorum est Ambrosius, si modo codices mendo vacant. Contumeliosum enim erat, *qui sibi videbantur aliquid*, quasi nullius alioqui pretii, sed sua duntaxat opinione forent aliquid, cum id magis ad aliorum referatur æstimationem, δοκοῦντες enim absolute dicuntur Græcis, qui magnæ sunt auctoritatis, velut ἀδοξοῦντες, quorum levis est auctoritas. Ita Euripides in *Hecuba*: Λόγος γὰρ ἔκ τ᾽ ἀδοξούντων ἰὼν, κἀκ τῶν δοκούντων, αὐτὸς οὐκ αὐτὸ σθένει, id est, *Nam oratio profecta ab iis qui magnæ sunt existimationis, & qui non sunt alicujus existimationis, eadem non idem valet.* Apud Græcos primo & tertio loco non additur τὶ, id est, *aliquid:* medio tantum loco additur, *Ab iis autem qui videbantur esse aliquid.* Quod haud scio an adjectum fuerit abs quopiam, qui putarit esse subaudiendum: tametsi mire consentiunt exemplaria. Quandoquidem & Ambrosius legit, *qui existimabantur esse aliquid.* Mihi probabile videtur quod Valla conjectat, videlicet adjectitium esse. Atque ex interpretatione Hieronymi propemodum liquet illum non legisse, *qui videbantur esse aliquid:* sed tantum, *qui videbantur:* cum ita scribit, *Sollicitus itaque requirebam, quidnam esset quod diceret*, qui videbantur: *sed nunc me omni scrupulo liberavit, adjiciens*, qui videbantur columnæ esse. Atque in exemplari Paulino primo loco tantum est, *qui videbantur.* Deinde cum Paulus sentiat eos in magno pretio habitos, quod mox apertius explicat, *qui videbantur columnæ esse:* quomodo congruet huic loco, *qui videbantur esse aliquid?* Sic enim loquimur de his rebus, quibus nolimus nihil omnino tribui. Cæterum quamvis Hieronymus hactenus a me stat, quod non addit *aliquid*: non tamen videtur satis perpendisse vim participii Græci, δοκοῦντες. Proinde nos vertimus, *cum iis qui erant in pretio.* Ne quid tamen celem Lectorem, quoniam apud Græcos semel hîc additur τὶ, fieri potest ut eodem sensu posuerit hîc *aliquid*, quo Lucas in Actis quinto dixit *aliquem*, pro magno: *Ante hos enim dies exstitit Theudas, dicens se esse aliquem.* Ambrosius obiter indicat hoc loco, quod in Actis magis erat annotandum. Nam ubi nos legimus ejus voluminis capite decimo quinto, præscriptum Gentibus ut abstinerent a quatuor, ab idolothytis, a scortatione, a sanguine, a suffocato: ille monet ab Apostolis non fuisse præscripta, nisi tria, quartum a Græcis additum. Siquidem disputationem ita claudit: *Quæ sophistæ Græcorum non intelligentes, scientes tamen a sanguine abstinendum, adulterarunt scripturam, quartum mandatum addentes, & a suffocato observandum:* quod puto nunc Dei nutu intellecturi sunt, quia jam supra dictum erat, quod addiderunt. Et sanguinis abstinentiam interpretatur non ab homicidio temperandum, id quod Ethnicorum quoque legibus vetitum erat, sed ab esu carnium cum sanguine, more Noë, juxta Pythagoræ dogma. Cæterum illi secus interpretantes interdictum sanguinem, addidere confine quiddam ex Judæorum ceremoniis, de suffocato. Porro frustra vetari, ne vescamur pecude suffocata, cum jubeamur ab esu carnium omnium abstinere, juxta Ambrosii sententiam. Cui quantum tribuendum sit, alii viderint: certe Irenæus aliquoties refert locum ex Actis, nec addit mentionem *suffocatorum*, nominatim libro adversus Hæreticos tertio, capite duodecimo.

4 *Cum esset gentilis*] Ἕλλην ὢν, id est, *Græcus cum esset*, quo tamen abutitur pro Ethnico.

5 *Sed propter introductos falsos fratres*] παρεισάκτους, quasi dicas, *obiter ingressos.* Nam παρὰ apud Græcos plerunque in malam significat partem, & nomen est, non participium: veluti dicas, *subinductitios* fratres: sic & mox, οἵτινες παρεισῆλθον, id est, *qui obiter ingressi sunt*, nobis aliud agentibus: id quod solent exploratores ac molientes insidias. Jam *falsos fratres*, est ψευδαδέλφους, id est, falso nomine Christianos, de quo superius admonuimus. Divus Hieronymus conjunctionem *autem*, sive *sed*, putat hoc loco supervacaneam & abjiciendam: partim quod si ponatur, non habeat partem quæ illi respondeat: solet enim apud Græcos δὲ semper respondere μὲν; partim quod sensui hujus Epistolæ vehementer repugnet. Intelligit enim divus Hieronymus, Paulum nulla vi potuisse compelli, ut Titum, quum esset gentilis, circumcideret, idque ad veritatem Evangelii pertinuisse. Atque ita quod sequitur, *Propter superintroductos falsos fratres*, cohæret cum superioribus, *non fuit compulsus circumcidi, propter falsos fratres*, & cætera. In hanc sententiam interpretatur Augustinus, tametsi secus legit Ambrosius.

6 *Cessimus subjectioni*] Est quidem dativus apud Græcos ὑποταγῇ, sed per ablativum vertendus, *subjectione*: id est, ut illis subjiceremur. Atque in exemplari Paulino prima manu scriptum fuerat *subjectione*, casu auferendi. Hieronymus indicat in Latinis codicibus quibusdam non haberi οὐδὲ, ut intelligas Titum cessisse ad horam: in Græcis addi, ut sensus sit, illum nullo modo cessisse. Quod si legatur cessisse ad horam, hoc tamen Hieronymus non putat pertinere ad circumcisionem Titi, sed ad id duntaxat, quod Hierosolymam redierit, quo illis satisfaceret. Et tamen quod Hieronymus negat esse in Latinis codicibus, nunc in omnibus Latinis exemplaribus visitur scriptum, præter quam apud Ambrosium, qui secus etiam atque nos ordinat orationem, nimirum hoc pacto: *Propter autem subintroductos fratres falsos, qui subintraverunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu, ut nos in servitutem subjicerent, ad horam cessimus subjectioni.* Atque ita legisse declarat ejusdem interpretatio. Omittit ille pronomen *quibus*, quod additum videtur orationem inabsolutam reddere, nisi sic ordinemus: Titus non compulsus est circumcidi, propter Apostolos, quibus aliquousque cessimus, sed propter subintroductos fratres, quibus ne tantulum quidem cessimus. At quomodo non cessit, qui Timotheum coactus est circumcidere? Argutatur pluribus verbis super hoc loco Ambrosius. Nec video quomodo locus possit explicari, nisi fateamur Pauli sermonem esse imperfectum, ut intelligamus hoc pacto, Apostoli non compellebant, sed propter fratres falsos videbamur compellendi, quod ii odiosius instarent, quibus tamen pro eo tempore non cessimus eousque, ut quemquam e Gentibus circumcideremus.

7 *Apud vos*] πρὸς ὑμᾶς, id est, *erga vos.*

8 *Ab iis autem qui videbantur*] Rursum Paulus orationem inceptam non absolvit, quod interloquatur quædam: deinde mutata sermonis forma, redit ad id quod instituerat. Videbatur enim adjecturus, Ab his qui habebantur in pretio, nihil adjutus sum. Deinde quum ceu per parenthesin interjecisset, *quales olim fuerint, mea non refert: Deus personam hominis non accipit:* nam id illi obiter apparet venisse in mentem, ex eo quod dixerat, *Qui nunc videntur esse magni:* mox redit ad id quod cœperat, sed diversa sermonis forma: *Mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt.*

9 *Mihi autem qui videbantur esse aliquid*] Rursum hoc tertio loco non est, *esse aliquid:* sed tantum, οἱ δοκοῦντες, id est, *qui videbantur:* hoc est, in pretio habiti, quos vulgo vocant *reputatos.*

19 *Nihil contulerunt*] οὐδὲν προσανέθεντο, id est, *nihil communicarunt*, idem verbum quod sæpius vertit *acquievi:* id quod admonet & divus Hieronymus. Contulerat cum illis Paulus suum Evangelium, illi non contulerunt vicissim suum, sed duntaxat probarunt Evangelium Pauli. Itaque hoc loco *contulerunt* non significat idem quod *addiderunt*, ut quidam arbitrantur, sed il-

θεντο. Ἀλλὰ τοὐναντίον, ἰδόντες ὅτι πεπίϛευμαι τὸ Εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυςίας, καθὼς Πέ- 8 τρος τῆς περιτομῆς. Ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποςολὴν τῆς περιτομῆς, ἐνήργησε καὶ ἐμοὶ εἰς 9 τὰ ἔθνη. Καὶ γνόντες τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι Ἰάκωβος καὶ Κηφᾶς καὶ Ἰωάννης, οἱ δοκοῦντες ςύλοι εἶναι, δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας, ἵνα ἡμεῖς εἰς τὰ ἔθνη, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν 10 περιτομήν, Μόνον τῶν πτωχῶν ἵνα μνημονεύωμεν· 11 ὃ καὶ ἐσπούδασα αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι. Ὅτε δὲ ἦλθεν Πέτρος εἰς Ἀντιόχειαν, κατὰ πρόσωπον αὐτῷ

tulerunt. Imo contra, 11 quum vidissent mihi concreditum fuisse Evangelium præputii, quemadmodum Petro circumcisionis. 12 Nam qui efficax fuit in Petro ad apostolatum circumcisionis, efficax fuit & in me erga gentes. Quumque cognovissent gratiam mihi datam Jacobus & Cephas & Joannes, qui videbantur esse columnæ, 13 dextras dederunt mihi ac Barnabæ societatis, ut nos 14 in gentes, ipsi vero in circumcisionem apostolatu fungeremur, 15 Tantum ut pauperum memores essemus: in quo & diligens fui, ut hoc ipsum facerem. Quum autem venisset Petrus Antiochiam, 16 pa-

lud hinc consequitur. Nam quid potuerunt addere Paulo, qui ne communicarint quidem de suo Evangelio? Poterant aliquid a Paulo accipere, nihil poterant adjungere. Divus Hieronymus putat hic hyperbaton esse, ut multis, quæ in medio sunt interjecta, sublatis legamus ad hunc modum: *Mihi enim qui videbantur esse, nihil contulerunt, sed econtra dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis.* Quanquam possumus juxta superiorem sensum ita legere, ut citra jactantiam occulte significarit Paulus, ab illis nihil collatum sibi, sed a se potius illis. Quod tamen ex re consequitur verius, ut modo diximus, quam verbis significatur. Est enim hic idem verbum προσανέθεντο, quod significat communicare de re quapiam consultandi gratia. Quo quidem in loco parum attentus fuit Valla, qui putat hic *contulerunt* idem esse quod *addiderunt*.

11 *Cum vidissent quia creditum est*] ὅτι πεπίστευμαι τὸ Εὐαγγέλιον, id est, *esse mihi creditum* sive *commissum Evangelium*. Sic enim Græci loquuntur, *creditus sum hanc rem*, & *commissus sum hanc rem*: ὅτι, aut omittendum erat, aut vertendum in *quod*.

12 *Qui enim operatus est Petro*] Propius erat Græcæ lectioni, *in Petro*, & *in me*, ἐνεργήσας Πέτρῳ, ἐνήργησε καὶ ἐμοί. Siquidem præpositio est in voce composita. Nec est simpliciter *operatus*, sed *efficax fuit*, & vim suam ostendit. Nam Origenes in Epistolam ad Romanos existimat idem pollere ἐντελέχειαν & ἐνέργειαν, hoc est, actum & vim, ex se moventem organum. Sentit enim quicquid per Petrum effectum est, non ipsius viribus, sed Deo auctore perfectum. Cujus ope præsidioque & ipse adjutus, non minora patraverit inter incircumcisos, quam ille inter circumcisos. Atque hic rursum opus est parenthesi, ut legamus ad hunc modum: *Imo contra, quum vidissent mihi concreditum fuisse Evangelium præputii, quemadmodum Petro circumcisionis*: deinde quæ sequuntur, parenthesi separentur: *Nam qui operatus est in Petro ad apostolatum circumcisionis, operatus fuit & in me erga gentes.* Mox quod sequitur, connectatur cum superioribus: *Quumque cognovissent gratiam mihi datam* & cætera.

13 *Dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis*] Aut subaudiendum ἕνεκα, aut juxta Hebræum idioma dixit *dextras societatis*, ut osculum pacis, pro dextris socialibus, ut ita loquamur.

14 *Inter gentes*] εἰς τὰ ἔθνη, id est, *in gentes*: ut legit Ambrosius. Alicubi citat, *ad gentes*, sive *erga gentes*: ut respondeat ei quod præcessit, εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς. *Ut nos in gentes, ipsi autem.* Hic sermo non est absolutus, sed subaudiendum est, *apostolico munere fungeremur*. Nam *in* positum est pro *erga*. Et *circumcisionem* vocat ipsam gentem Judaicam, quam opponit Gentibus, quas aliquando vocat *præputium*.

15 *Tantum ut pauperum*] *Tantum* adverbium referendum est ad sequentia, non ad præcedentia. Hoc admonui, quia nonnulli secus distinguunt. Subaudiendum autem est aliquid, *tantum admonuerunt* aut *mandarunt*.

16 *In faciem ei restiti*] κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην, id est, *juxta faciem illi restiti*, aut certe *in facie*, non *in faciem*: id est, propalam & in conspectu omnium: nam *in faciem* erat contumeliosius. Nec est Græce κατὰ πρόσωπα, sed κατὰ πρόσωπον. Consentiunt cum his & Græcorum scholia, & Ambrosius, qui *in facie* interpretatur palam & coram. Divus autem Hieronymus accipit, *secundum faciem*, pro eo quod est, non ex animo, sed ut iis qui aderant, speciem reprehensionis exhiberet, quo Petri simulatio, quam videbat noxiam fore Gentibus, simulata reprehensione corrigeretur. Et hanc utriusque hypocrisin *dispensationem* appellat. Cæterum juxta hunc sensum dilutius erit, quod Paulus hoc lemmate Galatas a Judaïsmo deterreat, quia Cephæ ficte restiterit in faciem, & cum ille nihil peccarit, hanc ansam objurgandi quæsierit. Quanquam hæc Græcorum quorumdam interpretatio alia quoque de causa non probatur Augustino: & hinc nata est illa magnifica de mendacio inter illos disputatio, cum simulatio ac dissimulatio sit potius quam mendacium. A quo verbo adeo non abhorret Hieronymus, ut hypocrisin hujusmodi non vereatur & Prophetis atque adeo ipsi Christo tribuere. Petrus enim, cum advenissent Judæi, surgens a convivio dissimulabat se vesci cibis communibus, ne offenderentur, quibus persuaderi non poterat id licere, cum ille sciret licere. Ac rursum ubi Paulus sensit ex ea dissimulatione, qua Petrus studuerat mederi Judæis, nasci grave offendiculum, adeo ut Barnabæ quoque timeret, opposuit acrem objurgationem, sed *secundum faciem*, hoc est, in speciem & per simulationem: non quod crederet Petrum peccasse sua dissimulatione, sed quod videret, id quod in suæ gentis remedium fecerat Petrus, in Gentium perniciem vergere, quarum curam agebat Paulus. Augustinus explanans hanc Epistolam sane quam dure, mea quidem sententia, tractat Petrum, his verbis de illo loquens: *Petrus autem cum venisset Antiochiam, objurgatus est a Paulo, non quia servabat consuetudinem Judæorum, in qua natus atque educatus erat, quanquam apud Gentes eam non servaret: sed objurgatus est, quia Gentibus eam volebat imponere.* Hactenus Augustinus. Videtur enim perversitatem quamdam sapere, si quis onus studeat aliis imponere, quod non judicet esse suscipiendum. Atqui hujus vox est in Actis Apostolicis capite decimo quinto: *Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere jugum super cervices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus?* Qui convenit, ut cui tentare Deum dicatur, qui jugum Legis vellet imponere Gentibus, ipse tanto studio conatus sit imponere, ut ad id simulatione sit usus? Rursus Augustinus libro *de agone Christiano* cap. xxx. factum hoc Petri superstitiosam simulationem appellat, & cæteris illius peccatis, diffidentiæ, pugnæ, abnegationis, admiscet, atque adeo paulo post in eodem capite pravam simulationem appellat: *Hos*, inquiens, *Ecclesia catholica materno recipit sinu, tanquam Petrum post fletum negationis, per galli cantum admonitum, aut tanquam eumdem post pravam simulationem, Pauli voce correctum.* At operæ pretium videre est, quantum absit Hieronymus ab Augustini sententia. Hic non veretur Petro Apostolorum principi, etiam post acceptum cœlestem Spiritum, impingere perversam simulationem: ille non fert vel errorem tribui Petro: sic enim loquitur in Præfatione Commentariorum, quos in hanc edidit Epistolam: *Quamobrem ita caute inter utrumque & medius incedit, ut nec Evangelii prodat gratiam, pressus pondere & auctoritate majorum, nec præcessoribus faciat injuriam, dum assertor est gratiæ. Oblique vero & quasi per cuniculos latenter incedens, ut Petrum doceat pro commissa sibi circumcisionis plebe facere, ne ab antiquo repente vivendi more desciscens, in crucem scandalizata non crederet, & sibi prædicatione Gentium credita, æquum esse id pro veritate defendere, quod alius pro dispensatione simularet. Quod nequaquam intelligens Bataneotes, & sceleratus ille Porphyrius, in primo operis sui adversum nos libro, Petrum a Paulo objecit esse reprehensum, quod non recto pede incederet ad evangelizandum, volens & illi maculam erroris inurere, & huic procacitatis, & in commune ficti dogmatis accusare mendacium, dum inter se Ecclesiarum principes discrepant.* Hactenus Hieronymi verba retulimus. Nonnulli vero dum non possunt ex his difficultatibus explicare sese, commenti sunt *Cepham* hunc, cui in os restitit Paulus, non fuisse Petrum Apostolum, sed alium quempiam. Hujus opinionis auctorem Græcorum scholia citant Eusebium in *Historia Ecclesiastica*, qui rem fecerit hoc argumento probabiliorem: *Quorsum*, inquit, *opus erat, ut Petrus sese a convivio subduceret ob interventum Judæorum, cum multo ante satisfecerit omnibus expostulantibus, quod cum Cornelio incircumciso commercium habuisset, & adeo satisfecerit, ut illi cognito negotio concorditer gratias egerint Deo, præsertim cum hujusce rei nulla mentio fiat in Actis Apostolorum?* Sed hanc opinionem ceu commentitiam ac frigidam fortiter rejicit Hieronymus, cum ipsa res doceat, totum hunc sermonem ad Petrum & illius collegas pertinere. Negat autem ullum *Cephan* notum nobis præter Apostolum, qui Syrorum lingua *Cephas* dicitur, quod illis *Cephas* idem sonet, quod Græcis ac nobis *Petrus*. Deinde non mirum si hoc omisit Lucas, a quo tam multa præterea sint prætermissa, velut illud quod Petrus primum sederit Antiochiæ, deinde Romam sedem suam transtulerit. Postremo non oportere nobis tanti esse Porphyrium sycophantam, ut in illius gratiam novum *Cephan* fingamus. Alioqui si conemur e Scripturis eradere, quicquid Hæreticorum calumniis obnoxium sit, plura alia forent eradenda. Thomas Aquinas verbosissimam disputationem, quæ super hac re versatur inter Hieronymum & Augustinum, non inscite contraxit in compendium, indicans controversiæ summam quatuor in rebus potissimum esse sitam. Primum in tempore, quod Hieronymus in duas, Augustinus in tres partes distinxerit, sic ut legalia ante Evangelium fuerint viva, mox a morte Christi, mortua, sed non mortifera, Judæis duntaxat, modo ne spem aliquam salutis in eis collocarent: demum Evangelio late divulgato, eadem omnibus fuisse mortifera. Ut hæc vere distinxerit Augustinus, Hieronymus putat jam satis divulgatum fuisse Evangelium, cum Petro visione monstratum est, nihil esse commune, cum hac de re satisfecit Judæis expostulantibus, cum ipse publica concione testatus est, onus Legis nemini imponendum, quod nec ipsi ferre potuissent, nec majores ipsorum. Et negabimus Evangelii gratiam divulgatam, cum ubique gentium tot hominum millia tenerent Evangelium? præsertim cum multo ante palam dixisset ipse Christus, *Lex & Prophetæ usque ad Joannem*, cum velum templi scissum esset a summo usque ad imum. Nec in hoc Legi fiebat injuria, si, quatenus erat umbra, cederet veritati. Neque tantum, opinor, honoris debebatur Synagogæ, quam Christus repudiavit ut viricidam, præsertim cum ex eo honore tantum immineret periculi, ut parum abfuerit, quin Gentes quoque pertraherentur in Judaïsmum. Neque nihil erat futurum discriminis inter sacrificia Gentium & Judæorum, quod cum illa semper fuerint exsecranda, hæc pro tempore suum habuerunt honorem. Jam confinium illud, quod Augustinus inducit inter duo tempora, qua nota disterminabimus? an donec erunt qui non poterunt negligere? Atqui sunt hujus generis multi, nostris quoque temporibus, inter Christianos. Quanquam totum hoc, quod adducit Augustinus de mortuis, at non mortiferis, de tempore medio, de Synagoga cum honore deferenda ad tumulum, magis humana ratione quam divinæ Scripturæ testimoniis subnixum est. Quis autem sanus velit ea servare e qui-

12 τῷ ἀντέστην, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. Πρὸ τοῦ γὰρ ἐλθεῖν τινὰς ἀπὸ Ἰακώβου, μετὰ τῶν ἐθνῶν συνήσθιεν· ὅτε δὲ ἦλθον, ὑπέστελλε καὶ ἀφώριζεν ἑαυτὸν, φοβούμενος τοὺς ἐκ περιτομῆς·
13 Καὶ, συνυπεκρίθησαν αὐτῷ καὶ οἱ λοιποὶ Ἰουδαῖοι, ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ
14 ὑποκρίσει. Ἀλλ᾽ ὅτε εἶδον, ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ Εὐαγγελίου, εἶπον τῷ Πέτρῳ ἔμπροσθεν πάντων, Εἰ σὺ Ἰουδαῖος ὑπάρχων, ἐθνικῶς ζῇς, καὶ οὐκ Ἰουδαϊκῶς, τί τὰ ἔθνη
15 ἀναγκάζεις Ἰουδαΐζειν; Ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι, καὶ
16 οὐκ ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοί· Εἰδότες ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ,

A palam illi restiti, [17] eo quod reprehensus esset.
12 Nam antequam venissent quidam a Jacobo, una cum gentibus sumebat cibum: quum autem venissent, subduxit ac separavit se ab illis, metuens eos
13 qui erant ex circumcisione: [18] Ac simulabant una cum illo [19] cæteri quoque Judæi, adeo ut Barnabas simul abduceretur [20] in illorum simulationem. Verum
14 ubi vidissem quod non [21] recto pede incederent ad veritatem Evangelii, [22] dixi Petro coram omnibus, Si tu quum sis Judæus, gentiliter vivis, ac non Judaïce,
15 cur gentes cogis Judaïzare? Nos natura Judæi, & non ex gentibus peccatores: [23] Quoniam scimus non justificari
16 hominem ex operibus legis, [24] nisi per fidem Jesu

e quibus nullum speraret fructum? Quod si Judæi hoc animo servabant legalia, ut nec utilia, nec inutilia, cur ea exigunt a Paulo? imo cur a Gentibus? Certe qui hæc faciebant, putabant ad rem pertinere. Cur hos non redarguunt Apostoli? Quod si nihil erat ab illis fructus, certe vel ob hoc erant fugienda, quod qui servarent ea, speciem præbebant infirmis, quasi sine his non sufficeret Evangelium. Atque hinc sane nata hæresis Ebionitarum, præter alias aliquot, quæ Christum cum Mose miscebat, cum ille purissimus esse vellet.

Jam in secundo discrimine, ait, juxta Hieronymi sententiam, Apostolos non servasse legalia, sed aliquoties pro tempore simulasse, sed tamen propter aliquas causas: puta quiescebant sabbato, non superstitione, sed ob quietem: abstinebant a quibusdam cibis, non ut vetitis, sed propter abominationem. Nam hæc, ni fallor, Thomas addidit de suo. Quasi vero nunc non eadem liceant, aut quasi peccaturus sit, si quis itinere fessus sabbato interquiescat, aut capo apposito fastidiat laridum rancidum. Aut quasi conveniat abominationem istiusmodi superstitiosam tribuere Apostolis, qualem videmus in stultis muliercùlis. Juxta Augustinum vero, inquit, Apostoli servabant legalia, & hoc intendentes, sed tamen non ponentes in eis spem: & hoc licebat eis, utpote Judæis, si hoc tantum concessum est infirmitati quorumdam: quid hoc ad Apostolos, per quos solos aliorum infirmitas erat erigenda? Deinde quid interest inter eum qui coactus observat ne quos offendat, & eum qui quavis de causa rem ut inutilem servat? Quid autem intendit qui hoc facit? Aut nihilne intendit, qui simulate servat, ne quos alienet ab Evangelio?

Tertio loco in hoc discrepant, inquit, quod Hieronymus utrumque liberat omni peccato, cum uterque suum, hoc est, Evangelii egerit negotium. Augustinus Petrum onerat peccato, sed veniali duntaxat. Atqui ex his Augustini verbis, quæ modo citavimus, non apparet illi visum hoc peccatum veniale. Deinde primum favorabilior est sententia, quæ utrumque Apostolum peccato liberat, quam quæ alterum onerat: sed de hoc mox dicetur. Jam quod Thomas adducit de pondere Auctorum, mihi sussrigidum videtur. E septem Doctoribus, quorum testimonio nititur Hieronymus, Thomas quatuor rejicit, Laodicensem, Alexandrum, Origenem, & Didymum, veluti infames de hæresi. At ego in Scripturam enarratione unum Origenem decem orthodoxis antepotuerim, exceptis aliquot dogmatibus fidei. At si rejiciendi sunt, in quorum libris inveniuntur hæretica, fortassis rejicientur & Cyprianus & Ambrosius. Jam quale est Paulum, de cujus scriptis est controversia, in testium numero producere? ne non tres tribus opponerentur: at nihil interim de mendacio. Neque enim simulatio aut dissimulatio, si facto constet, sic mendacium appellari potest, ut semper sit cum vitio conjunctum. Porro quod a Paulo dictum est, *non recte incedunt ad Evangelium*, id de cæteris dictum videtur, non de Petro. Superest igitur unus scrupulus, quod Cephas a Paulo dicitur reprehensibilis. Aut enim id vere dictum est, & consequitur peccasse Petrum: aut falso, & mendacio obnoxius tenetur Paulus. Sed mox ostendemus ex Veterum interpretatione, quo pacto possit & hic dissolvi nodus.

Quarto loco, ne singula persequar, illud inter cætera commemorat Thomas, Petrum peccasse, quod ex ejus dissimulatione natum sit scandalum: Paulum non item, quod ex hujus reprehensione nullum ortum sit offendiculum. Verum qui potuit scire Petrus fore, ut offenderentur qui accumbebant, cum scirent Petrum hoc dare Judæis fortasse infirmis aut seditiosis? Si sciebant licere Judæo vesci & non vesci, cur offenduntur, si ille pro tempore facit quod optimum putat? Probabilius erat futurum, ut Judæi offenderentur, quam Ethnici. Quod si non dissimulasset, rursum peccasset gravius, quia gravius offendisset suos, quibus magis consultum oportuit. Quanquam non omne scandalum cum vitio conjunctum est. Quin ex tam acerba Pauli reprehensione grave poterat nasci offendiculum. Primum suspicari poterant, inter principes Apostolos nonnihil rancoris intercedere, cum Paulus ob rem leviculam sic in os incesserit Petrum. Deinde periculum erat, ne minueretur auctoritas Petri apud fideles, quam oportebat esse sacrosanctam. Hæc visum est adjicere, quod vulgus Theologorum putat pulchre depugnatum ab Augustino, & a Thoma rem belle explanatam. Certe locus est obscurus, & qui doctissimos Græciæ magnopere torserit. Ego non video cur odio mendacii Petrum tam dure tractemus, quam illum tractavit Augustinus. Durius autem Articuli Parisienses, qui dicunt Petrum errasse in fide. Legimus inter Paulum & Barnabam incidisse dissensionem. Sed Apostolos post acceptum Spiritum cœlestem, qui deduceret eos in omnem veritatem, errasse in dogmatibus fidei, mihi videtur dictu impium. Arbitror autem Paulum incanduisse, quod nondum illa vacillatio Judaïsmi sublata foret inter Christianos: atque id esse quod ait Paulus, οὐκ ὀρθοποδοῦσι, quod claudicantium est. Jam enim par erat, explosa omni superstitione, ingenue apud omnes Christum profiteri. Quod si nonnihil roboris hac in parte Paulus desideravit in Petro, non protinus sequitur, Petrum peccasse, quandoquidem illa claudicatio non aliunde quam a studio pietatis proficiscebatur. Proinde Pauli objurgatio nihil aliud fuit quam confirmatio parum adhuc sibi constantium. Hæc pro mea virili in medium adduxi, libenter accepturus si quis meliora proferet.

17 *Quia reprehensibilis erat*] ὅτι κατεγνωσμένος ἦν, id est, *quoniam reprehensus erat*, & damnatus ab iis qui male de illo judicabant, etiamsi reprehensibilis non erat. Et hic consentiunt Græcorum scholia. Ambrosius item *reprehensus* legit, non *reprehensibilis*. Et addit, *reprehensus: Unde? utique ab evangelica veritate, cui hoc factum adversabatur:* hic a Græcis dissentiens, & cum Augustino sentiens. Græcorum scholia indicant & alium sensum. Erat, inquit Paulus, mihi data occasio palam obsistendi Petro, quod ante fuisset ab Apostolis reprehensus Hierosolymis, quod cum Cornelio sumpsisset cibum Antiochiæ. Quod ni fuisset objurgatus antea, nunc non subduxisset, sed veritus ne rursus aliquid tumultus nasceretur, subducere se parabat e convivio. Porro Paulus occasionem nactus, palam objurgat illum, non quod illi indignaretur, sed ut confirmaret alios vacillantes. Nam si quid vere peccasset Petrus, atque ex animo Paulus huic fuisset indignatus, privatim expostulasset, non coram omnibus. Neque vero hæc Paulus narrat gloriose, sed ut Galatarum saluti consulat. Postremo mihi plane videntur Jacobus cum suis in hac fuisse opinione, ut crederent, Legem Mosaicam, etiam post proditum Evangelium, observandam Judæis, quoad ceremonias quoque, sicut admonuimus in Actis capite vigesimo primo, non quod absque his crederent Evangelii gratiam non sufficere ad salutem, sed quod ob invincibilem quorumdam superstitionem putarent expedire, non omnino negligi.

18 *Et simulationi ejus consenserunt*] συνυπεκρίθησαν αὐτῷ, id est, *una cum illo simulaverunt*, & ita legit divus Ambrosius.

19 *Cæteri Judæi*] *Et* addendum, καὶ οἱ λοιποὶ, *& cæteri*, aut *cæteri quoque*.

20 *Ab eis in illam simulationem*] Græce sic est, συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει, id est, *pariter abduceretur in illorum simulationem*, sive *illorum simulatione*. Faber legit, ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπεχθῆναι, id est, *ut Barnabas simul abstineret*. Verum hoc nec in Græcis habetur codicibus, nec a quoquam legitur, nec opinor usquam inveniri ἀπεχθῆναι ab ἀπέχεσθαι.

21 *Recte ambularent*] Græcis unica est dictio, ὀρθοποδοῦσι. Unde divus Hieronymus adversus Pelagium, itemque in Commentariis vertit, *quod non recto pede incedunt*: id autem refertur ad cæteros, non ad Petrum. Aliter enim hi simulabant, aliter Petrus. Petrus dissimulabat potius quam simulabat, ne quid offenderet suos. Cæteri dissimulabant, suspicantes aliquid admissum adversus bonos mores. Certe Augustinus in Epistolis, quibus super hoc loco conflictatur cum Hieronymo, multitudinis numero legit, ac similiter citat capite ultimo ad Consentium de mendacio. Item Ambrosius, *recta via incedunt*. Neque rursus est, *non recte ambulare*, hoc est, errare a via, sed *claudicare* & *vacillare*, quod parum essent firmi in eo quod erat ingenue tuendum, nunc huc propensi, nunc illuc. Et quoniam Mosaica Lex erat in confinio, fieri potest ut Petrus quoque nonnihil addubitarit, an palam Lex esset negligenda. Verum hoc ipsum erat vacillare, non autem flagitium admittere, cum neque Paulus neque Petrus judicarit Legis observationem ad salutem requiri, licet Paulus quoque coactus sit Timotheum circumcidere, & tondere caput, non superstitione, sed obsequio. Hactenus certe nulla mentio de mendacio. Neque quisquam negat, pium hominem alicubi recte simulare ac dissimulare. Et ostendimus ex hoc loco nihil esse necesse producere mendacium. Neque Petrus cogebat Gentes Judaïzare, quasi id ageret, ut illos in Judaïsmum pertraheret, sed quod hanc ansam quidam arriperent ex illius dissimulatione.

22 *Dixi Cephæ*] Græci legunt Πέτρῳ, id est, *Petro*. Neque refert ad sensum. Quod enim Græcis sonat Πέτρος, id Hebræis ac Syris sonat *Cephas*, auctore Hieronymo. *Coram omnibus*. Hic exponit quid ante dixerit, κατὰ πρόσωπον, id est, *in conspectu omnium*, quorum gratia hæc dicuntur.

23 *Scientes autem*] *Autem* conjunctionem non reperio in Græcis exemplaribus, nec opus est, nisi subaudias in superiori parte verbum *sumus*, ut ita legamus, Nos sumus nati Judæi, ex sanctis patribus orti, sub lege sancta nati, non autem Ethnici, qui sine lege ex impiis ac profanis majoribus producti sunt. Et tamen ipsi sic nati cogimur, diffisi legi nostræ, ad Christi fidem confugere, si velimus esse salvi, quo minus persuadendum est Ethnicis, ut a Lege Moysis sperent salutem. Porro, *natura Judæos* dixit, ad discretionem proselytorum.

24 *Nisi per fidem Jesu*] ἐὰν μὴ, id est, *si non*. Est autem sermonis

Χριςῦ, καὶ ἡμεῖς εἰς Χριςὸν Ἰησοῦν ἐπιςεύσαμεν, ἵνα δικαιωθῶμεν ἐκ πίςεως Χριςῦ, καὶ ὐκ ἐξ ἔργων νόμυ· διότι οὐ δικαιωθήσεται ἐξ ἔργων νόμου πᾶσα σάρξ.
17 Εἰ δὲ ζητοῦντες δικαιωθῆναι ἐν Χριςῷ, εὑρέθημεν καὶ αὐτοὶ ἁμαρτωλοὶ, ἆρα Χριςὸς ἁμαρτίας διάκονος;
18 Μὴ γένοιτο. Εἰ γὰρ ἃ κατέλυσα, ταῦτα πάλιν οἰ-
19 κοδομῶ, παραβάτην ἐμαυτὸν συνίςημι. Ἐγὼ γὰρ
20 διὰ νόμου νόμῳ ἀπέθανον, ἵνα Θεῷ ζήσω. Χριςῷ συνεςαύρωμαι. Ζῶ δὲ, ὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριςός· ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ, ἐν πίςει ζῶ τῇ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ παραδόν-
21 τος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. Οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τῦ Θεῦ· εἰ γὰρ διὰ νόμου δικαιοσύνη, ἄρα Χριςὸς
III. 1 δωρεὰν ἀπέθανεν. Ὦ ἀνόητοι Γαλάται, τίς ὑμᾶς ἐβάσκηνε, τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριςὸς προεγράφη, ἐν ὑμῖν ἐςαυρωμέ-

Jesu Christi, & nos 25 in Christum Jesum credidimus, ut justificaremur ex fide Christi, & non ex operibus legis: 26 propterea quod non justificabitur ex operibus legis omnis caro. Quod si dum quærimus justifi- 17 cari per Christum, reperimur & ipsi peccatores, num ergo Christus peccati minister est? Absit. Nam si quæ 18 destruxi, ea 27 rursum ædifico, transgressorem meipsum constituo. Ego enim per legem legi 28 mortuus 19 fui, ut Deo viverem. Una cum Christo 29 crucifixus 20 sum. Vivo autem, non jam ego, sed vivit in me Christus: 30 vitam autem, quam nunc vivo in carne, 31 per fidem vivo Filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. 32 Non adspernor gratiam Dei: 21 nam si per legem est justitia, igitur 33 Christus frustra mortuus est. 1 O stulti Galatæ, 2 quis vos fascinavit, 1 III. 3 ut non crederetis veritati? 4 quibus præ oculis Jesus Chri-

monis nova forma, vulgari more dicendum erat, non justificatur ex operibus legis, sed tantum per fidem.

25 *In Jesu Christo credimus*] ἐπιςεύσαμεν, id est, *credidimus*, præteriti temporis. Et ita legit Hieronymus.

26 *Propter quod ex*] *Propterea quod*, si voluisset Latine dicere, διότι.

27 *Reædifico*] οἰκοδομῶ, id est, *ædifico*, nam præcedit πάλιν, id est, *iterum*.

28 *Mortuus sum*] ἀπέθανον, id est, *mortuus fui*: ut sit præteriti temporis, hoc est, per legem fidei desii esse obnoxius legi Mosaicæ.

29 *Confixus sum cruci*] Χριςῷ συνεςαύρωμαι, id est, *Christo concrucifixus sum*, sive *cum Christo crucifixus sum*.

30 *Quod autem nunc vivo*] Rursum ὃ pro ὅτι posuit, quemadmodum indicavimus in Epistola ad Romanos: *Quod enim vivit, vivit Deo.*

31 *In fide vivo Filii Dei*] ἐν πίςει ζῶ τῇ τῦ Υἱῦ τῦ Θεῦ. Articulus additus discernit fidem Christi a reliqua fide, quod ita poterat exprimi, *in fide vivo, fide, inquam, Filii Dei.* Mirum autem ut relicta narratione, velut oblitus sui, sic rem prosequatur, ut parum liqueat ubi desierit objurgare Petrum: etiamsi Hieronymus existimat usque ad hujus capitis finem esse Pauli reprehensionem, consentiente Theophylacto, qui sic finit hujus capitis commentarium: *Quod si ipse asseveraveris, vides quo impietatis progressura esset blasphemia.* Sunt tamen in eo sermone, quæ magis convenirent præceptori in discipulum, quam Paulo in Petrum. Unde probabilius est Paulum reliqua ad eos qui aderant dixisse: aut eo quod instituerat omisso, clam ad Galatas deflexisse sermonem. Alioqui nimis abruptum erat, *O insensati Galatæ.* Ex Ambrosio nihil satis liquebat.

32 *Non abjicio*] Οὐκ ἀθετῶ, id est, *Non rejicio, Non repello, Non sperno.* Ambrosius legit, *Non sum ingratus gratiæ Dei.* Augustinus, *Non irritam facio gratiam Dei.* Videbatur adspernaturus Christi gratiam, si Moysis legem recepisset ut necessariam ad salutem.

33 *Gratis Christus mortuus est*] δωρεὰν, quod idem & *gratis* sonat. Est autem ratiocinatio ab impossibili, quod si nemo tam demens est, ut dicat Christum gratis esse mortuum, non contingit salus ex observatione legis Mosaicæ.

1 O *Insensati*] ἀνόητοι, id est, *stulti.* Atque ita legit Augustinus in Commentario, quem edidit in hanc Epistolam, alioqui durius verbum est *insensati*, & contumeliosius. Græca vox magis sonat *rudes parumque cordatos*, præsertim quod Galatæ e ferocioribus Galliarum partibus sint profecti. Hilarius ipse Gallus, in carmine Hymnorum, Gallos indociles appellat. Addit Hieronymus sibi visam Ancyram Galatiæ metropolim, in qua magna vetustæ ruditatis vestigia resederint, & ex horum finitimis prodigiosas hæreses exortas τῆς κατὰ Φρύγας, Ophitarum, Borboritarum, & Manichæorum: cæterum linguam, excepta Græca, qua tunc totus fere Oriens utebatur, ferme eamdem fuisse, quæ tum esset Trevirorum. Nam apud hos versatus est Hieronymus. Atque haud scio, an quæ nunc est Germanorum lingua, fuerit olim Gallorum. Interpres quod hîc *insensatos* vertit, mox vertit *stultos*, suo more lasciviens copia.

2 *Quis vos fascinavit*] *Fascinare* dicuntur Latinis, qui adspectu malefico lædunt, sed apud Græcos βασκαίνειν, quo verbo hîc usus est Paulus, significat & *invidere*, ut intelligas invidia motos quosdam, voluisse Galatas ad servitutem legis revocare. At Paulus videtur hoc verbum usurpasse pro eo, quod est *incantavit*, & oculis veluti præstigio imposuit: βασκαίνειν enim Græcis dictum est παρὰ τὸ φάεσι καίνειν, quod per oculos noceat fascinator. Porro Paulum de oculis delusis sentire testantur propemodum quæ mox sequuntur, *ante quorum oculos Christus Jesus præscriptus est, & in vobis crucifixus.* Est autem plane præstigii genus, ut id, quod coram cernas, non videas, tum quod non est, id videre te putes: etiamsi Demosthenes eo verbo usus est pro *calumniari*, sive *accusare*, in Oratione pro Ctesiphonte. Hesychius addit proprie de ingrato dici. Fascinum autem pueris potissimum creditum est nocere, & ob id illos stultos appellat, nihil veritus sententiam Evangelicam: *Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis.* Siquidem hoc non indignationis, sed charitatis convitium est. Et tamen mitigat illorum admissum, cum tantam cæcitatem fascino tribuat, magnam culpæ partem in alios rejiciens.

3 *Non credere veritati*] *Non obedire*, τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι, id est, *ne obtemperaretis veritati.* Quanquam hæc particula ab Hieronymo prorsus omittitur, quod neget inveniri in exemplaribus Adamantii. In vetustissimo atque emendatissimo exemplari Bibliothecæ Paulinæ non addebatur in contextu, sed nescio quis recentiore manu subnotarat procul in ima margine. In codice Constantiensi recentiore prorsus non habebatur, in vetustiore legebatur, *quis vos fascinavit non obedire*: nec additum erat *veritati.* Eamdem particulam adjecerunt & alio loco inferius, ubi pro ἐβάσκανεν mutatum est ἐνέκοψεν. Hic est unus locus e multis, quo coarguitur hæc Editio non esse tota Hieronymi. Etenim quum ille testetur se hanc particulam omisisse, quod in Adamantii codicibus non inveniretur, in nostris exemplaribus constanter habetur: & quod in Epistolæ capite quinto dicit Interpretem hoc loco vertisse, *non credere veritati*, nostri codices habent *non obedire veritati.* Chrysostomus nihil aliud legit, quam *quis vos fascinavit?* Nec aliud Theophylactus, tametsi Interpres suo more nostram sequitur lectionem, quum in enarratione nulla syllaba sit, quæ explanet hanc particulam.

4 *Ante quorum oculos*] οἷς κατ' ὀφθαλμὺς ὁ Ἰησῦς Χριςὸς προεγράφη, id est, *quibus sub oculis Christus Jesus præscriptus est.* Quod miror quare verterit *proscriptus*, cum ea vox Latinis multo aliud significet, nisi quod Græci quoque *proscriptionem*, id erat apud Romanos damnationis genus, προγραφὴν appellant. Potest autem sensus esse duplex. Galatas adeo dementatos fuisse, ut id, quod manifestissimum esset & oculis expositum, tamen non cernerent obcæcati: aut adeo nihil videre, ut crederent Christum proscriptione perisse, & vulgari more crucifixum esse. Posteriorem sensum sequuntur Augustinus & Ambrosius. Mihi prior magis arridet ut simplicior, minusque coactus. Quanquam Augustinus legisse videtur *præscriptus*, non *proscriptus*, utpote loquens de præscriptione possessionum, quæ per occupationem transferuntur ad jus alterius. Ipsius verba si quis forte requiret adscribam: *Ante quorum oculos*, inquit, *Christus Jesus proscriptus, est crucifixus: hoc est, quibus videntibus, Christus Jesus hæreditatem suam possessionemque suam amisit, his utique auferentibus eam, Dominumque inde expellentibus, qui ex gratia fidei, per quam Christus possidet gentes, ad legis opera eos qui crediderant revocabant Christum, auferendo illi possessionem suam.* Ac paulo inferius: *Ut hinc eos maxime moveret, cum considerarent quo pretio emerit possessionem, quam in eis amittebat, ut parum esset gratis eum mortuum, quod superius dixerat: illud enim ita sonat, tanquam non pervenerit ad possessionem pro qua sanguinem dedit, proscriptione autem etiam quæ tenebat aufertur. Sed hæc proscriptio non obest Christo, qui etiam sic per divinitatem Dominus est omnium, sed ipsi possessioni, quæ hujus gratiæ cultura caret.* Hactenus Augustinus. Quibus ex verbis satis opinor liquere, illum agere de præscriptione juris, & toto hoc sermone *pro* positum loco *præ*, in dictione *proscriptionis.* At Ambrosius legit *proscriptus*, mentionem faciens damnationis. Ne hujus quidem verba gravabor adducere Lectori pigro ac diffidenti. *Quia stultorum*, inquit, *oculis Christus proscriptus videtur, id est, spoliatus vel condemnatus: prudentium vero oculis & sensibus, non solum condemnatus, sed ipse mortem cruce sua damnasse videtur.* Ac mox: *Sed quia hi indigne cœperant sentire, translati ad legem, idcirco mentibus eorum Christum condemnatum videri conqueritur.* Huc usque Ambrosiana recensuimus. Theophylactus legit *præscriptus*, hoc est, ante oculos veluti depictus. Nam Græcis γράφειν & *pingere* est. Hac hyperbola notat certissimam illorum fidem, qui certius crediderint Christum morte sua liberasse genus hominum, quam qui coram conspexerant illum sublatum in crucem. Et ob hoc ipsum magis indignatur illos relabi in Judaïsmum veluti desciscentes a Christo. Hieronymus legisse videtur *præscriptus*, hoc est, ante scriptus, in vobis crucifixus, quam illud in Evangelio legeritis, videlicet legentibus & credentibus vaticiniis Prophetarum, qui multo ante id fore prædixerant. Illud admonendum, Græcam vocem προεγράφη communem esse scripturæ & picturæ. Quod si placet prior illa sententia, quæ mihi certe magis probatur, & consentiunt Græcorum scholia, magis quadrabit, *depictus ante oculos*, quam *præscriptus.* Sic enim crediderant Christum crucifixum, quasi conspexissent oculis. Codex Donatiani habebat *præscriptus*, & Constantiensis uterque nullo rasuræ vestigio. Est autem hic sermo conjunctim legendus, *ante quorum oculos Christus in vobis est præscriptus crucifixus*, quasi dicat, veluti depictus in cruce pendens, vestris oculis exhibitus est. Neque enim erat apud Galatas crucifixus, sed illis per fidem repræsentatus est crucifixus. Id tacite monet Chrysostomus, qui nihil attingit de præpositione in προεγράφη, quam Paulus usurpasse videtur pro *præscriptus est.* Apud Latinos præpositio *pro* interdum significat aliquid palam fieri, ut *prodere, promulgare, proferre, proloqui, prostare.* Et olim nomina damnatorum publicitus in foro proponebantur, unde hoc damnationis genus *proscriptio* dicta est.

5 Et

2 ρωμένος. Τοῦτο μόνον θέλω μαθεῖν ἀφ' ὑμῶν, ἐξ ἔργων νόμου τὸ Πνεῦμα ἐλάβετε, ἢ ἐξ ἀ-
3 κοῆς πίστεως; Οὕτως ἀνόητοί ἐστε, ἐναρξάμε-
4 νοι πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε; Τοσαῦ-
5 τα ἐπάθετε εἰκῇ; εἴ γε καὶ εἰκῇ. Ὁ οὖν ἐπιχορηγῶν ὑμῖν τὸ Πνεῦμα, καὶ ἐνεργῶν δυνάμεις ἐν ὑμῖν, ἐξ ἔργων νόμου, ἢ ἐξ ἀκοῆς πί-
6 στεως; Καθὼς Ἀβραὰμ ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, καὶ
7 ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Γινώσκετε ἄρα, ὅτι οἱ ἐκ πίστεως, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Ἀβραάμ.
8 Προϊδοῦσα δὲ ἡ γραφὴ, ὅτι ἐκ πίστεως δικαιοῖ τὰ ἔθνη ὁ Θεὸς, προευηγγελίσατο τῷ Ἀβραὰμ, Ὅτι εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη.
9 Ὥστε οἱ ἐκ πίστεως εὐλογοῦνται σὺν τῷ πι-
10 στῷ Ἀβραάμ. Ὅσοι γὰρ ἐξ ἔργων νόμου εἰσὶν, ὑπὸ κατάραν εἰσίν· γέγραπται γὰρ, Ἐπικατάρατος πᾶς, ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις
11 ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου, τοῦ ποιῆσαι αὐτά. Ὅτι δὲ ἐν νόμῳ οὐδεὶς δικαιοῦται παρὰ τῷ Θεῷ, δῆ-
12 λον, ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. Ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐκ πίστεως, ἀλλ' ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρω-
13 πος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς. Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· γέγραπται γὰρ, Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ
14 ξύλου· Ἵνα εἰς τὰ ἔθνη ἡ εὐλογία τοῦ Ἀβραὰμ γένηται ἐν

Christus ante fuit depictus, 5 inter vos crucifixus. Hoc solum cupio discere a vobis, 6 ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex prædicatione fidei? Adeo stulti estis, 7 quum spiritu cœperitis, nunc carne consummamini? Tam multa passi estis 8 frustra? si tamen & frustra. Qui igitur 9 subministrat vobis Spiritum, 10 & operatur virtutes in vobis, utrum ex operibus legis, an ex prædicatione fidei id facit? 11 Quemadmodum Abraham credidit Deo, & imputatum est illi ad justitiam. 12 Scitis igitur, quod qui ex fide sunt, ii sint filii Abrahæ. Prævidens autem scriptura, quod ex fide justificet gentes Deus, 13 prius rem lætam nunciavit Abrahæ, Benedicentur, inquiens, in te omnes gentes. 14 Itaque qui ex fide sunt, benedicuntur cum fideli Abraham. Nam quotquot ex operibus legis sunt, 15 exsecrationi sunt obnoxii: scriptum est enim, 16 Exsecrabilis omnis, qui non manserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. 17 Quod autem in lege nullus justificetur apud Deum, palam est, siquidem justus 18 ex fide vivet. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea homo, vivet in ipsis. Christus vos redemit 19 ab exsecratione legis, 20 dum pro vobis factus est exsecratio: scriptum est enim, 21 Exsecrabilis omnis qui pendet in ligno: Ut in gentes benedictio Abrahæ veniret per Christum Jesum, ut promissionem

5 *Et in vobis crucifixus*] *Et* redundat. Et *in vobis* accipi potest pro *inter vos*, si primus sensus placet, quem recensuimus. Non quod inter eos Christus fuerit crucifixus, sed quod hoc ita notum ac prædicatum, ut non minus nossent credidissentque, quam si inter ipsos res fuisset gesta.

6 *Ex operibus legis*] *An* hîc redundat, nec additur a divo Hieronymo, nec ab Augustino, nec habetur in vetustis exemplaribus. Nec enim simpliciter rogat utrum sit e duobus, sed prius proponit velut absurdum dictu, deinde per correctionem infert quod verum est, perinde quasi dicat, *ex operibus legis Spiritum accepistis, an potius ex auditu?* Jam illud *ex auditu fidei*, tametsi a nobis intelligitur, tamen Latinis auribus insolens est. Neque enim ut Græci *famam* sive *rumorem* ἀκοὴν vocant, itidem & Romani. Proinde dilucidius erat, *ex prædicatione fidei*, hoc est, ex fide, quam ex nobis audistis, non ex lege didicistis. Quis enim ferat sic loquentem, *auditus occisi Regis consternavit populum*, pro eo quod erat, *rumor de Rege occiso?* Nos itaque pro *auditu* vertimus *prædicationem*.

7 *Ut cum spiritu*] *Ut* apud Græcos non est, sed *spiritu cum cœperitis, nunc carne consummamini*, ἐναρξάμενοι πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε, nisi quod præpositio est in verbo composito: velut Horatius,

------ *congestis undique saccis*
Indormis inhians ------

Item Virgilius,

Viribus indubitare meis ------

Atque hoc ipsum *in* positum est pro *per*. Unde magis quadrat, *spiritu* & *carne*. Annotavit Chrysostomus, quod Apostolus non dixit τελεῖσθε, sed ἐπιτελεῖσθε, quasi dicas, *post consummamini*, diffidentes ab institutis.

8 *Sine causa*] εἰκῇ, id est, *frustra*, sive *temere*.

9 *Tribuit vobis*] ὁ ἐπιχορηγῶν, id est, *suppeditans*, sive *subministrans*: ὁ ἐπιχορηγῶν & ὁ ἐνεργῶν poterant esse præteriti temporis, id est, *qui suppeditabat*, & *qui operabatur*, ut subaudias deinde verbum item præteriti temporis, *tribuerat*, aut simile quippiam. Verum Hieronymus admonet rectius legi verbum præsentis temporis, quod Spiritus non desierit subministrare dotes suas: atque ita sane legit Ambrosius. Petrus Lombardus, *Theologicarum sententiarum* libro primo, distinctione XIV. c. *Sed hinc*, ex Augustini sententia putat hoc, *qui præbuit vobis*, ad Pauli personam referendum, cum Hieronymus & Theophylactus ad Deum referant, quod palam est ex illorum interpretatione.

10 *Et operatur virtutes*] *Operatur* non ad Spiritum, sed ad eum refertur qui suppeditat. Eclipsim habet hic sermo; subaudiendum enim *id facit*. Est hoc idiomatis Hebraici, sicut crebro jam indicavimus.

11 *Sicut scriptum est*] *Scriptum est* redundat. Et Hieronymus legit, *Sicut Abraham credidit Deo*. Nec apparet aliter legisse Ambrosium, qui subjicit, *Ostendit exemplo Abrahæ, qui pater fidei est* &c. Exemplum igitur adduxit, non Scripturæ testimonium. Suffragabatur germanæ lectioni uterque codex Constantiensis.

12 *Cognoscite ergo*] Γινώσκετε ἄρα, id est, *Scitis igitur*. Atque ita legit divus Hieronymus, *Cognoscitis ergo*, & huic consentiens Ambrosius, etiamsi Græca vox anceps est.

13 *Prænunciavit Abrahæ*] προευηγγελίσατο, id est, *anteevangelizavit*, ut exponendi gratia sic loquamur. Nam εὐαγγέλιον Græcis sonat *bonum* ac *lætum nuncium*. Etiamsi apud Homerum Ulysses poscit *evangelium*, hoc est, præmium, quod dari solet iis qui rem lætam primi nunciarint. Proinde quod in Evangelio Christi fuit exhibitum, id multo ante Evangelium promissum est Abrahæ, quod hic appellat *prævangelizavit*.

14 *Igitur qui ex fide sunt, benedicentur*] εὐλογοῦνται, id est, *benedicuntur*, præsentis temporis. In promisso verbum erat futuri temporis εὐλογηθήσονται, hic præsentis. Scio parum esse Latinum *benedicentur* & *benedicuntur*, sed hujusmodi quædam vitari prorsus non possunt. Dici poterat, *benedictionem consequentur*. At ne sic quidem vitatum fuisset orationis vitium. Conjicere licet & Ambrosium ita legisse, licet depravatus sit locus. Certe Græcorum scholia cum sua scriptura consentiunt. Congruit huic verbum præsentis temporis quod sequitur.

15 *Sub maledicto sunt*] ὑπὸ κατάραν εἰσὶ, id est, *sub maledictione* sive *exsecratione sunt*. Quod commode reddi poterat, *maledictioni obnoxii sunt*.

16 *Maledictus omnis*] Locus est Deuteronomii cap. XXVII. Juxta Septuaginta ita legitur: *Maledictus omnis homo, qui non permanserit in omnibus sermonibus legis hujus, ut faciat illos, & dicet omnis populus, fiat.* Apud Aquilam vero sic: *Maledictus qui non statuerit verba legis hujus, ut faciat ea, & dicet omnis populus, vere.* Symmachus ad hunc vertit modum: *Maledictus qui non firmaverit sermones legis istius, ut faciat eos, & dicet omnis populus, amen.* Theodotio sic transtulit: *Maledictus qui non suscitaverit sermones legis hujus facere eos, & dicet omnis populus, amen.* Addit Hieronymus in hoc testimonio, quemadmodum & in cæteris, magis curæ fuisse Apostolo, ut sensum redderet quam verba. Deinde hæc verba, *omnis homo*, & *in omnibus*, quoniam apud solos habentur Septuaginta; aut addita fuisse a Septuaginta, aut a Judæis fuisse erasa, præsertim cum ea compererit Hieronymus in Hebræis Voluminibus Samaritanorum. At ego non video causam admodum gravem, cur quisquam Judæus voluerit ea radere, quæ pro Judæis faciant, non contra Judæos. Nam iis optandum etiam erat, universum hominum genus legi suæ reddi obnoxium. Et adeo volebant omnia quæ legis sunt observari debere, ut multa etiam adjecerint. *Qui non permanserit*, ὃς οὐκ ἐμμένει, id est, *qui non permanet*, etiamsi id nihil ad sensum.

17 *Quoniam autem*] Ὅτι δὲ, id est, *Quod autem*. Et sic legit Ambrosius: nam *quoniam* hoc loco non quadrat.

18 *Ex fide vivit*] *Vivet*, ζήσεται, ut antea admonuimus in Epistola ad Romanos. Indicat Hieronymus & ita posse distingui: *Justus ex fide*, deinde subdatur, *vivet*, ut sit sensus, qui vere justus est, non ex operibus legis, sed ex fide, is victurus est. Ex ejusdem interpretatione palam est, illum legisse *vivet*, non *vivit*. Porro quomodo varie habeatur hic locus apud Interpretes Græcos, dictum est in Epistola ad Romanos.

19 *De maledicto legis*] ἐκ τῆς κατάρας, id est, *ex maledictione*, ut legit Hieronymus in secundo dialogo adversus Pelagianos, sive *detestatione*. Et rursum *factus pro vobis maledictum*, κατάρα, id est, *exsecratio*. Miror cur hic placuerit *maledictum*, cum ea vox Latinis longe aliud significet, nempe convitium.

20 *Factus pro vobis maledictus*] κατάρα, id est, *maledictum*, ut habetur in vetustis exemplaribus, sive *maledictio*, aut *exsecratio*: sicuti pestilentem, *pestem* vocamus.

21 *Maledictus omnis qui pendet in ligno*] Locus est Deuteronomii XXI. capite. Paulus prudens ac sciens, opinor, in hoc testimonio prætermisit mentionem *Dei*. Nam Aquila & Theodotion verterunt, *maledictio Dei est*: Septuaginta, *maledictus a Deo*: Symmachus, *in blasphemiam Dei suspensus est*. Hebion Hæresiarches, semi-Judæus, ac semi-Christianus, ad hunc interpretatur modum, ὅτι ὕβρις Θεοῦ ὁ κρεμάμενος, id est, *injuria* sive *contumelia Dei est qui pendet*. Addit Hieronymus in altercatione Jasonis & Papisci, quæ Græco sermone conscripta fuerit, reperisse, Λοιδορία Θεοῦ ὁ κρεμάμενος, id est, *Convitium Dei qui pendet*. Ad hæc Judæus Barhanina, quo nocturno præceptore fuit usus Hieronymus, adjecit & ita legi posse: *Quia contumeliose Deus suspensus est.* Demiror autem cur hic tantopere laboret, ne Christus dicatur *maledictus*, cum Paulus eumdem dicat esse factum *peccatum*. Nimirum ut peccatum erat Christus, ita erat & maledictio. Tropo dictus est peccatum, tropo dictus maledictio.

21 Ta-

ἐν Χριςῷ Ἰησῦ, ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τῦ Πνεύματος λά-
15 βωμεν διὰ τῆς πίςεως. Ἀδελφοὶ, κατὰ ἄνθρωπον λέ-
γω· ὅμως ἀνθρώπυ κεκυρωμένην διαθήκην ὐδεὶς ἀθετεῖ,
16 ἢ ἐπιδιατάσσεται. Τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐῤῥήθησαν αἱ ἐπαγ-
γελίαι, καὶ τῷ σπέρματι αὐτῦ. Οὐ λέγει, καὶ τοῖς
σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνὸς, καὶ τῷ
17 σπέρματί συ, ὅς ἐςι Χριςός. Τῦτο δὲ λέγω, διαθήκην
προκεκυρωμένην ὑπὸ τῦ Θεῦ εἰς Χριςὸν, ὁ μετὰ ἔτη τε-
τρακόσια καὶ τριάκοντα γεγονὼς νόμος, ὐκ ἀκυροῖ εἰς
18 τὸ καταργῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν. Εἰ γὰρ ἐκ νόμυ ἡ
κληρονομία, ὐκ ἔτι ἐξ ἐπαγγελίας. Τῷ δὲ Ἀβραὰμ δι'
19 ἐπαγγελίας κεχάριςαι ὁ Θεός. Τί ὖν ὁ νόμος; Τῶν
παραβάσεων χάριν προσετέθη, ἄχρις ὗ ἔλθῃ τὸ σπέρ-
μα, ᾧ ἐπήγγελται, διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ἐν χει-
20 ρὶ μεσίτυ. Ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς ὐκ ἔςιν, ὁ δὲ Θεὸς
21 εἷς ἐςιν. Ὁ ὖν νόμος κατὰ τῶν ἐπαγγελιῶν τῦ Θεῦ;
Μὴ γένοιτο. Εἰ γὰρ ἐδόθη νόμος, ὁ δυνάμενος ζωοποιῆ-
22 σαι, ὄντως ἂν ἐκ νόμυ ἦν ἡ δικαιοσύνη. Ἀλλὰ συνέ-
κλεισεν ἡ γραφὴ τὰ πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν, ἵνα ἡ ἐπαγ-
23 γελία ἐκ πίςεως Ἰησῦ Χριςῦ δοθῇ τοῖς πιςεύυσι. Πρὸ
τῦ δὲ ἐλθεῖν τὴν πίςιν, ὑπὸ νόμον ἐφρυρύμεθα, συγ-
κεκλεισμένοι εἰς τὴν μέλλυσαν πίςιν ἀποκαλυφθῆναι.
24 Ὥςε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριςὸν, ἵνα
25 ἐκ πίςεως δικαιωθῶμεν. Ἐλθύσης δὲ τῆς πίςεως, ὐκ
26 ἔτι ὑπὸ παιδαγωγόν ἐσμεν. Πάντες γὰρ υἱοὶ Θεῦ ἐ-
27 ςὲ διὰ τῆς πίςεως ἐν Χριςῷ Ἰησῦ. Ὅσοι γὰρ ἐβα-
28 πτίσθητε, Χριςὸν ἐνεδύσασθε. Οὐκ ἔνι Ἰυδαῖος ὐδὲ
Ἕλλην· ὐκ ἔνι δῦλος ὐδὲ ἐλεύθερος· ὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ
29 θῆλυ· πάντες γὰρ ὑμεῖς εἷς ἐςὲ ἐν Χριςῷ Ἰησῦ. Εἰ
δὲ ὑμεῖς Χριςοῦ, ἄρα τοῦ Ἀβραὰμ σπέρμα ἐςὲ, καὶ
κατ'

A nem Spiritus acciperemus per fidem. Fratres, secun- 15
dum hominem dico: 22 hominis licet testamentum,
23 tamen si sit comprobatum, nemo rejicit, 24 aut ad-
dit aliquid. Porro Abrahæ dictæ sunt promissiones, & 16
semini ejus. Non dicit, & seminibus, 25 tanquam de
multis, sed tanquam de uno, & in semine tuo, qui est
Christus. Hoc autem dico, 26 testamentum ante com- 17
probatum a Deo erga Christum, lex quæ post annos
quadringentos & triginta cœpit, 27 non facit irritum,
ut abroget promissionem. Nam si ex lege est hæredi- 18
tas, non jam ex promissione. Atqui Abrahæ 28 per
promissionem donavit Deus. 29 Quid igitur lex? Pro- 19
pter transgressiones 30 addita fuit, donec veniret semen,
B 31 cui promissum fuerat, ordinata per angelos 32 in
manu intercessoris. Intercessor autem unius non est, 20
at Deus unus est. Lex igitur num est adversus pro- 21
missiones Dei? Absit. Etenim si data fuisset lex, quæ
possit vivificare, vere ex lege esset justitia. Sed con- 22
clusit scriptura omnia sub peccatum, ut promissio ex
fide Jesu Christi daretur credentibus. Cæterum ante- 23
quam venisset fides, sub lege custodiebamur, conclusi
in eam fidem, quæ erat revelanda. Itaque lex 33 pæda- 24
gogus noster fuit ad Christum, 34 ut ex fide justifica-
remur. At postquam venit fides, non amplius sub pæ- 25
dagogo sumus. Omnes enim filii Dei estis, eo quod 26
credidistis Christo Jesu. Nam quicumque baptizati e- 27
stis, Christum induistis. Non est Judæus neque Græ- 28
C cus: nos est servus neque liber: 35 non est masculus ac
fœmina: 36 omnes enim vos unus estis in Christo Je-
su. 37 Quod si vos estis Christi, igitur Abrahæ semen 29
estis,

22 *Tamen hominis confirmatum testamentum*] ὅμως ἀνθρώπυ διαθήκην, quod reddi poterat, *hominis licet testamentum*, ut statim subaudias, multo magis id oportere fieri in Deo. Etiamsi video posse connecti cum eo quod præcessit, *secundum hominem loquor*, hoc est, afferam exemplum rerum humanarum, quæ nullo pacto conferendæ sunt cum rebus divinis: & tamen in humano testamento nemo quicquam rescindit aut immutat, tantum valet hominis decretum ac placitum.

23 *Confirmatum testamentum nemo spernit*] κεκυρωμένην διαθήκην ὐδεὶς ἀθετεῖ, id est, *confirmatum* sive *comprovatum testamentum nemo rejicit* aut *rescindit*. Nam verbum hoc ἀθετεῖ paulo superius vertit *abjicit*. Ambrosius legit, *confirmatum auctoritate*. Contrarium est illi ἀκυρῦν, quod est *irritum facere* & *rescindere*. Participium est a verbo de quo meminimus in proxima Epistola, *Confirmate in illo charitatem*.

24 *Aut superordinat*] ἐπιδιατάσσεται, id est, *adjungit* & præter illud aliquid ordinat, hoc est, nec demit, nec addit, nec derogat, nec arrogat.

25 *Quasi in multis*] ὡς. Melius hîc quadrabat *tanquam*. Subnotat divus Hieronymus Paulum hoc argumento abusum apud crassos Galatas, quod sciret alioqui non probatum iri prudentibus aut eruditis, atque ob id præmonuisse prudentem Lectorem, *Fratres, secundum hominem dico*. Negat enim usquam *seminis* vocem poni in Litteris Sacris, nisi numero singulari. Et tamen hoc torquet Apostolus velut in argumentum, quo doceat promissum hoc in solum Christum competere. Mihi magis videtur ideo testatus, quod humano more loqueretur, quod a rebus humanis similitudinem ducturus esset ad res divinas docendi gratia. Sic & Virgilius,

------ *si parva licet componere magnis.*

Jam illud vel citra monitorem oportet esse notum, præpositionem *in* usurpari loco *per*, *in semine tuo*, per semen tuum. *Semen* autem vocat posteritatem.

D

26 *Testamentum confirmatum a Deo*] διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τῦ Θεῦ εἰς Χριςὸν, id est, *testamentum ante confirmatum a Deo in Christum*. *In Christum* additur apud Græcos, & item apud Ambrosium. Admonet hoc loco divus Hieronymus, si quis diligenter expendat Hebræa volumina, quoties Septuaginta verterunt διαθήκην, id est, *testamentum*, Hebræis esse בְּרִית, quod *pactum* sonat potius, quam *testamentum*. Nam in pactis requiritur fides. Cæterum apud crassos Galatas Paulus non putavit agendum exactius. Ita Hieronymus. Quasi vero Paulus non & aliis compluribus locis sequutus sit Editionem Septuaginta. Jam vero de numero annorum, an satis consentiant cum narratione Geneseos, disserit acute divus Augustinus libro *de Civitate Dei* XVI. capite XXIV. ne nos hujusmodi appendicibus plus satis oneremus hoc institutum.

E

27 *Non irritum facit*] οὐκ ἀκυροῖ, quod contrarium est illi κυρῶν, quod non tam est *comprobare*, quam *cum auctoritate decernere*, & legitime transigere rem, ut deinde ratum sit, quod actum fuerit.

F

28 *Per repromissionem donavit Deus*] κεχάριςαι, verbum a χάρις, dictum a *gratia*, quam Paulus ubique opponit operibus Legis Mosaicæ.

29 *Quid igitur lex, propter transgressiones*] Augustinus in *Commentariis* ita jubet distingui. *Quid ergo?* deinde subnectatur responsio, *lex propter transgressores addita fuit*. Atque hæc distinctio habebatur in utroque codice Constantiensi. Verum id retractat, putatque satius esse distinguere, quemadmodum nos distinximus. *Quid ergo lex?* ac deinde sibi respondeat Paulus, *propter transgressiones addita fuit*. Hanc distinctionem didicit, ut arbitror, ex Græcis: sic enim Theophylactus, Τί ὖν ὁ νόμος.

30 *Posita est*] προσετέθη, id est, *addita est*, sive *apposita est*, nisi legas προετέθη, sed προσετέθη legit Theophylactus, nec indiligenter explicat. Non enim dixit *positam*, sed *additam*, ne quis existimaret hanc esse præcipuam, sed obiter adjunctam inter primam promissionem & Evangelium.

31 *Cui promiserat*] In quodam codice legi ὃ ἐπήγγελται, id est, *quod promissum fuit*. In aliis erat ᾧ. Neque enim opinor apud Græcos idem fieri in recto, quod in hujusmodi fit in obliquis, ut articulus postpositivus congruat antecedenti, non suo verbo, nisi quod Græcis dicuntur *evangelizari*, quibus affertur nuncius. Hoc sane tropo idem erit sensus, sive legas ὃ sive ᾧ. Theophylactus legit ᾧ.

32 *In manu mediatoris*] μεσίτυ. Fortassis & hæc una est ex his dictionibus, quas ceu peculiares divinæ Scripturæ mutare non possumus, nisi placet *conciliator*, aut *intercessor*. Hic Hieronymus meminit hyperbati, & ordinem sermonis confusum ad hunc restituit modum, *Lex posita est per Angelos in manu mediatoris, propter transgressiones ordinata per Angelos, donec veniret semen, cui repromissum erat*.

33 *Pædagogus noster fuit in Christo*] Melius hoc loco, *in Christum*, sive *ad Christum*, εἰς Χριςόν. Atque ita legit Hieronymus in secundo dialogo adversus Pelagium. *Pædagogus* enim Græcis vile nomen est servi, cui committitur ad tempus cura pueri, ne quid per ætatem peccet, dictus a ducendo puero, quo magis quadrat quod sequitur, *ad Christum*.

34 *Ut ex fide justificemur*] Ambrosius legit *justificaremur*, ἵνα δικαιωθῶμεν.

35 *Non est masculus neque fœmina*] In cæteris usus est conjunctione *neque*, in hoc ultimo jugo usus est καὶ *&*: quæ tamen conjunctio idem pollet, ἄρσεν καὶ θῆλυ. Admonet Hieronymus hîc Ἕλληνα, id est, *Græcum*, pro Ethnico poni.

36 *Omnes enim vos unum estis*] *Unum* legere videtur Hieronymus, Ambrosius, & Augustinus, nisi quod subolet Ambrosium *unus* legisse, non *unum*, ex his quæ adscribit, *Apud Deum enim nulla discretio personarum est, nisi morum & vitæ, ut homines unius fidei, meritis distinguantur, non personis*. Cæterum Græci *unus* legunt genere masculino, εἷς ἐςὲ, & interpretatur Theophylactus: sive quod jam Christi formam simus induti, sive quod unum corpus simus sub uno capite Christo. Chrysostomus legit quidem *unus*, sed interpretatio talis est, ut quadret etiam si legas *unum*. Ac mihi sane nostra lectio magis probatur, nisi quod magno consensu dissentiunt ab hac Græcorum exemplaria. Nec video tamen cur abhorreamus ab hoc tropo, quo multi dicuntur unus, quum nec unum dicantur absque tropo, nec unanimes.

37 *Si autem vos Christi*] Hoc loco video Veteres trifariam legisse. Divus Hieronymus ad eum legit modum, ad quem scriptum comperimus in Græcorum exemplaribus, Εἰ δὲ ὑμεῖς Χριςοῦ, id est, *Quod si vos estis Christi*. Divus Augustinus hoc pacto legit, *Omnes vos unum estis in Christo Jesu*: deinde subjicit, *Quod si*: ut hic interposita subdistinctione subaudiatur, *vos estis unum in Christo*, ac deinde inferatur, *ergo semen Abrahæ estis*. Porro jam quod Augustinus putat subaudiendum, id Ambrosius explicat, ad hunc legens modum: *Si ergo vos unum estis in Christo Jesu, ergo semen Abrahæ estis*. Annotavit hoc Hieronymus, quoties de Christo fit mentio, promissiones multitudinis numero poni, velut illic, *Abrahæ autem dictæ sunt promissiones, & semini ejus, hoc est, Christo*. Rursus ubi de his, qui per Christum sunt Abrahæ, numero singulari, velut hoc loco, κατ' ἐπαγγελίαν κληρονόμοι.

1 *Dico*

IV. 1 κατ' ἐπαγγελίαν κληρονόμοι. Λέγω δὲ, ἐφ' ὅσον χρόνον ὁ κληρονόμος νήπιός ἐςιν, οὐδὲν διαφέρει δϋ-
2 λου, κύριος πάντων ὤν, Ἀλλὰ ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐςὶ
3 καὶ οἰκονόμους ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρός. Οὕ-
τω καὶ ἡμεῖς, ὅτε ἦμεν νήπιοι, ὑπὸ τὰ ςοιχεῖα τῦ
4 κόσμϋ ἦμεν δεδϋλωμένοι. Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τῦ χρόνου, ἐξαπέςειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, γε-
5 νόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, Ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν.
6 Ὅτι δέ ἐςε υἱοὶ, ἐξαπέςειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κρᾶζον, Ἀββᾶ,
7 ὁ Πατήρ. Ὥςε οὐκ ἔτι εἶ δοῦλος, ἀλλ' υἱός· εἰ δὲ
8 υἱὸς, καὶ κληρονόμος Θεῦ διὰ Χριςῦ. Ἀλλὰ τότε μὲν ϋκ εἰδότες Θεὸν, ἐδουλεύσατε τοῖς μὴ φύσει ϋσι θεοῖς.
9 Νῦν δὲ γνόντες Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ, πῶς ἐπιςρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτω-
10 χὰ ςοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε; Ἡ-μέρας παρατηρεῖσθε καὶ μῆνας καὶ καιροὺς καὶ ἐ-
11 νιαυτϋς. Φοβϋμαι ὑμᾶς, μήπως εἰκῆ κεκοπίακα εἰς ὑ-
12 μᾶς. Γίνεσθε ὡς ἐγὼ, ὅτι κἀγὼ ὡς ὑμεῖς, ἀδελφοὶ,
13 δέομαι ὑμῶν. Οὐδέν με ἠδικήσατε. Οἴδατε δὲ, ὅ-τι δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς εὐηγγελιζάμην ὑμῖν τὸ
14 πρότερον. Καὶ τὸν πειρασμόν μϋ, τὸν ἐν τῇ σαρκί μϋ, ϋκ ἐξουθενήσατε, οὐδὲ ἐξεπτύσατε, ἀλλ' ὡς ἄγγελον Θεοῦ

A estis, & juxta promiſſionem hæredes. 1 Dico autem, quamdiu 2 hæres puer eſt, 3 nihil differt a ſervo, quum ſit dominus omnium, Sed ſub 4 tutoribus & actoribus eſt uſque ad 5 tempus quod pater præſcripſerit. Sic & nos, quum eſſemus 6 pueri, 7 ſub elementis mundi eramus in ſervitutem adacti. At ubi venit plenitudo temporis, 8 emiſit Deus Filium ſuum, 9 factum ex muliere, factum legi obnoxium, Ut eos, qui legi erant obnoxii, 10 redimeret, 11 ut adoptione jus filiorum acciperemus. 12 Quoniam autem eſtis filii, emiſit Deus Spiritum Filii ſui 13 in corda veſtra, clamantem, Abba, Pater. Itaque 14 jam non es ſervus, ſed filius: quod B ſi filius, 15 & hæres Dei per Chriſtum. Sed tum quidem quum ignoraretis Deum, ſerviebatis iis qui natura non ſunt dii. At nunc 16 poſteaquam cognoviſtis Deum, 17 quin potius cogniti eſtis a Deo, quomodo convertimini denuo ad infirma & egena elementa, 18 quibus iterum ab integro ſervire vultis? Dies obſervatis & menſes 19 & tempora & annos. 20 Metuo de vobis, ne fruſtra laboraverim erga vos. Eſtote ut ego ſum, quandoquidem & ego ſum ut vos, 21 fratres, rogo vos. Nihil me læſiſtis. Noſtis, quod per infirmitatem carnis evangelizaverim vobis 22 prius. Et 23 experimen- C tum mei, quod erat in carne mea, non eſtis adſpernati, ne-

1 Dico autem] Hoc more Paulus loqui ſolet, quoties ingreditur interpretari quæ dixerit. Proinde dilucidius erat, *Quod dico tale eſt*, aut, *Illud autem eſt, quod dico.*

2 *Hæres parvulus eſt*] νήπιος, id eſt, *puer* ſive *infans*, & ea ætate quæ nondum ſapit. Latine tamen vertit Interpres.

3 *Nihil differt a ſervo*] διαφέρει ambiguum eſt. Nam ſignificat & *antecellit*. Verum hoc loco nihil refert. Imo ſervo ſubjectus eſt.

4 *Tutoribus & actoribus*] ἐπιτρόπϋς καὶ οἰκονόμϋς, id eſt, *curatoribus & diſpenſatoribus*, hoc eſt, rei familiaris procuratoribus. Quanquam Hieronymus & Ambroſius atque item Auguſtinus legunt, *ſub actoribus*, pro οἰκονόμοις, qui adminiſtrant res minorum. Porro pueris pupillis dabantur *tutores*, furioſis & adoleſcentibus *curatores*, qui pro illis rem adminiſtrarent, licet exiſtimem hos & *actores* dici. *Actor* ambigua vox eſt, prior vox Græca dicta eſt a permiſſo arbitrio ſeu jure, poſterior a diſpenſatione rerum D domeſticarum.

5 *Præfinitum tempus*] προθεσμίας. Quæ vox ſignificat idem præſcriptum ad quem jus alicujus duraret, ultra quem non liceret agere; tale eſt jus tutorum.

6 *Parvuli*] νήπιοι. De quo ſæpius jam admonuimus.

7 *Sub elementis mundi eramus ſervientes*] δεδϋλωμένοι, id eſt, *in ſervitutem redacti*: quod Ambroſius legit *ſubjecti*, & referendum videtur ad *ſub elementa*, ὑπὸ τὰ ςοιχεῖα, quaſi dicas, *ſub elementa in ſervitutem reducti*. Latina vox *elementi* anceps eſt, quemadmodum & ςοιχεῖον apud Græcos, quæ declarat interim initium ac primordium rei naſcentis, interim ipſas litteras. Nam & Ariſtoteles in *Phyſicis* inter ea, unde cognitio rerum naſcitur, recenſet ςοιχεῖα, id eſt, *elementa*, ſubjiciens hæc principiis & cauſis. Et Juſtinianus libros Inſtitutionum *Elementa juris* appellat, veluti rudimenta. Paulus eodem verbo uſus eſt in Epiſtola ad Coloſſenſes: *Videte ne quis vos deprædetur per philoſophiam & inanem deceptionem, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi*, κατὰ τὰ ςοιχεῖα τῦ κόσμϋ. Ac rurſus in eadem: *Si mortui eſtis cum Chriſto ab elementis*, ἀπὸ τῶν ςοιχείων. Nec E video cur divus Hieronymus aliud quiddam velit eſſe *elementum* hoc loco ad Galatas, aliud in Epiſtola ad Coloſſenſes. Certe utrobique de ceremoniis Judæorum agit, & hominum inſtitutionibus, quæ velut exordia data ſunt hominibus rudibus adhuc, & nondum capacibus Evangelicæ doctrinæ. Nec ab his diverſum eſt, quod ſcribit ad Hebræos, *Et cum deberetis eſſe magiſtri, propter tempus, rurſum neceſſe habetis ut doceamini, quæ ſint elementa principii ſermonum Dei*, τίνα τὰ ςοιχεῖα τῆς ἀρχῆς. Hic ſenſus mihi videtur eſſe germanus, reliqui, meo judicio, magis oſtentant eruditionem aut ingenium Interpretis, quam oſtendunt mentem Pauli. Neque eſt cur nos moveat quod Paulus adjecit *elementa mundi*. *Mundum* enim vocat, quicquid eſt viſibile & caducum. In hujuſmodi rebus ſita eſt ſuperſtitio ceremoniarum, *ne guſtaveris, ne tetigeris, ne contrectaris.*

8 *Miſit Deus Filium*] ἐξαπέςειλεν, id eſt, *emiſit*, vel potius *legavit*, nempe cum mandatis. Nam id proprie ſonat Græca vox, F aliud enim eſt πέμπειν.

9 *Factum ex muliere*] Prius *factum* eſt Græce γενόμενον, poſterius γενόμενον, ut illud vertas *natum*, hoc *factum eſt*. Quanquam Græci codices non omnes diſtinguunt. Certe Theophylactus utrobique legit γενόμενον. Atqui Auguſtinus libro *de Trinitate & Unitate Dei* cap. III. refert ad hunc modum: *Miſit Deus Filium ſuum, natum ex muliere, factum ſub lege.* Ac mox ejuſdem operis cap. ſexto. *Factum* autem hîc nihil aliud ſonat, quam ſubditum legi: quemadmodum dicitur *factus pallidus* qui expalluit, ne quis hîc fruſtra philoſophetur de creatura.

10 *Redimeret*] ἐξαγοράσῃ, quod ad verbum ſonat *emercaretur*, hoc eſt, dato pretio aſſereret in libertatem, quod dicas licet *eximeret*.

11 *Ut adoptionem*] Græcis unica dictio eſt, υἱοθεσίαν. Quam Interpres, quo plenius exprimeret, periphraſi reddidit, quod *adoptio* videatur latius patere. *Reciperemus*, ἀπολάβωμεν. Auguſtinus annotat *reciperemus* dictum, non *acciperemus*, ut intelligamus reſtitui quod fuerat amiſſum. Id magis haberet locum, ſi Græce dixiſſet ἀναλάβωμεν.

12 *Quoniam autem eſtis filii Dei*] Redundat *Dei*, juxta conſtantem Græcorum lectionem, nec admodum ad ſenſum facit, tantum agit de conditione liberorum, licet refragentur omnes Latini, quos ego viderim, excepto vetuſtiſſimo codice Donatiani.

13 *In corda veſtra*] ἡμῶν, id eſt, *noſtra*, conſentiente cum Græcis utroque codice Conſtantienſi, Ambroſio, & Hieronymo. Quoniam autem præceſſit *eſtis*, Lector parum attentus depravavit ſcripturam. Et ſicuti ſuperius oſtenſum eſt, Ἀββᾶ ὁ Πατὴρ, *Abba Pater*, non eſt ἀναδίπλωσις, juxta Hieronymum, conſentiente & Auguſtino, &, ni fallor, Ambroſio: ſed *Abba* peregrinum eſt verbum, Hebræis Syriſque commune, id interpretatur adjecto verbo Græco, qui mos peculiaris eſt Scripturæ divinæ, ut *Bartimaus, filius Timæi*, in Evangelio: *Aſer, divitiæ, Thabita, dorcas*, in Actis: & in Geneſi *Meſech, vernaculus*, aliaque his conſimilia.

14 *Jam non eſt ſervus*] *Es*, ſecundæ perſonæ, non tertiæ, εἶ. In nonnullis exemplaribus omnino non additur. Tantum eſt ϋκ ἔτι δϋλος, ut ſubaudias *eſt*, aut *es*, ſi mavis. Et Interpres *jam* ſuum nimis amat, alias gaudens vel intempeſtiva varietate, ϋκ ἔτι εἶ, id eſt, *non deinde es, non amplius es.*

15 *Et hæres per Deum*] *Et hæres Dei per Chriſtum*, καὶ κληρονόμος Θεῦ διὰ Χριςῦ. Hieronymus legit, *& hæres per Chriſtum*, omiſſa mentione *Dei*. Ambroſius & Auguſtinus legunt ut noſtra habet Editio. Mihi magis probatur quod legit Hieronymus. Porro *Dei* videtur additum ab Interprete quopiam. Abſolutius enim erat *hæres*, ſi nihil addas: ut opponatur ſervo. Denique quod adjecit, *per Chriſtum*, ſuo more fecit Paulus, qui ſic omnia Dei beneficia vult ad nos a Patre proficiſci, ut per Chriſtum Filium ad nos veniant, velut inſitos Chriſto. Per quem adoptione & filii ſumus & hæredes. Hoc loco plus habet Theophylactus ſic legens, εἰ δὲ υἱὸς κληρονόμος, κληρονόμος μὲν Θεῦ, συγκληρονόμος δὲ Χριςῦ, id eſt, *quod ſi filius & hæres, hæres quidem Dei, cohæres vero Chriſti.* Quemadmodum autem legit, ita & interpretatur. Verum quod hîc ſupereſt, tranſſcriptum apparet ex capite Epiſtolæ ad Romanos VIII.

16 *Cum cognoveritis*] Νῦν δὲ γνόντες Θεὸν, id eſt, *Nunc autem poſteaquam cognoviſtis Deum.*

17 *Imo cogniti ſitis*] μᾶλλον δὲ, id eſt, *magis autem.* Et ita legit Hieronymus. Quanquam *magis* hoc loco correctionem habet verius, quam comparationem.

18 *Quibus denuo*] Pro *denuo* Græcis eſt πάλιν ἄνωθεν, id eſt, *rurſum ab initio.* Et ἀναδίπλωσις ad vehementiam facit. Nos vertimus, *iterum ab integro.*

19 *Et tempora*] καιρϋς, id eſt, *opportunitates.* Neque enim eſt χρόνϋς. Hæc autem ad feſtos Judæorum dies pertinent, quibus hoc aut illud fas erat, aut nefas.

20 *Timeo ne*] Φοβϋμαι ὑμᾶς, id eſt, *Timeo vos.* Atque ita legit Ambroſius, & item Auguſtinus, nec ſecus habetur in vetuſtis exemplaribus. Verti poterat, *Timeo de vobis.*

21 *Fratres, obſecro vos*] δέομαι ὑμῶν, id eſt, *rogo vos.* Hæc vult divus Hieronymus ad ſuperiora referri ad hunc modum, *Fratres, obſecro vos, ſitis ut ego, quoniam ego ut vos*, hoc eſt, abjicite ſuperſtitionem Judaicam, quam videtis abjeciſſe me. Aut proficite ad meam perfectionem, quandoquidem ego memetipſum ad veſtram infirmitatem inclinavi. Nam *ut* mavult Valla quam *ſicut*, non ſolum hîc, verum etiam in proximo loco.

22 *Jam pridem*] Græcis eſt *prius*, πρότερον.

23 *Tentationem veſtram*] πειρασμόν μϋ, id eſt, *tentationem meam* ſive *mei*, imo meam, ut intelligas Paulum tentaſſe Galatas ſuo ſermone humili & incondito. Quanquam ſermo Græcus anceps, & Hieronymus varie exponit. Nimirum tentatio Galatarum erat, quod homo humilis & malis humanis obnoxius, cum Chriſtum crucifixum prædicaret, neque quicquam præterea magnificum, tamen immortalitatem polliceretur. Aut certe, laboravit illic adverſa valetudine, & cum cernerent corpuſculum morbis affli-

15 Θεοῦ ἐδέξασθέ με, ὡς Χριςὸν Ἰησοῦν. Τίς οὖν ἦν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν; Μαρτυρῶ γὰρ ὑμῖν, ὅτι, εἰ δυνατὸν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκα-
16 τέ μοι. Ὥστε ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα, ἀληθεύων ὑ-
17 μῖν; Ζηλοῦσιν ὑμᾶς ὀ καλῶς, ἀλλὰ ἐκκλεῖσαι ὑ-
18 μᾶς θέλουσιν, ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε. Καλὸν δὲ τὸ ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ πάντοτε, καὶ μὴ μόνον ἐν τῷ
19 παρεῖναί με πρὸς ὑμᾶς. Τεκνία μου, οὓς πάλιν
20 ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριςὸς ἐν ὑμῖν. Ἤθελον δὲ παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς ἄρτι, καὶ ἀλλάξαι τὴν φω-
21 νήν μου, ὅτι ἀποροῦμαι ἐν ὑμῖν. Λέγετέ μοι οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε;
22 Γέγραπται γὰρ, ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν, ἕνα
23 ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας. Ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἐκ τῆς παιδίσκης, κατὰ σάρκα γεγέννηται,
24 ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐλευθέρας, διὰ τῆς ἐπαγγελίας. Ἅτινά ἐςιν ἀλληγορούμενα· αὗται γάρ εἰσι δύο διαθῆκαι, μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν
25 γεννῶσα, ἥτις ἐςὶν Ἄγαρ. Τὸ γὰρ Ἄγαρ, Σινᾶ ὄρος ἐςὶ ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, συςοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλὴμ, δουλεύει δὲ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς.

neque respuistis, sed me velut angelum Dei suscepistis, velut Christum Jesum. 24 Quæ est igitur beatitudo vestra? Testimonium enim reddo vobis, quod, si fieri potuisset, oculos vestros effossos dedissetis mihi. Igitur inimicus factus sum vobis, vera loquendo vobis? 25 Ambiunt vos non bene, 26 imo excludere vos volunt, 27 ut ipsos æmulemini. 28 Bonum autem est æmulari in re bona semper, & non solum 29 quum præsens sum apud vos. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. 30 Vellem autem adesse apud vos nunc, & mutare vocem meam, 31 quoniam consilii inops sum in vobis. Dicite mihi qui sub lege vultis esse, 32 legem ipsam non auditis? Scriptum est enim, quod Abraham duos filios habebat, unum ex ancilla, & unum ex libera. Verum is qui ex ancilla natus est, secundum carnem natus est, qui vero ex libera, per repromissionem. 33 Quæ per allegoriam dicuntur: 34 nam hæc sunt duo testamenta, 35 unum quidem a monte Sina, in servitutem generans, qui est Agar: Nam Agar, Sina mons est in Arabia, 36 confinis est autem ei, quæ nunc vocatur Hie-

ctum, tamen immortalitatem prædicanti crediderunt. Sunt enim qui putant Paulum crebro capitis dolore fuisse vexatum, atque hunc ab eo vocatum stimulum Satanæ. Sive, quod vero propius est, quod cernerent suum Apostolum contumeliis oneratum, insectationibus agitatum, flagris cæsum, lapidibus obrutum. Poterant hæc illos ab admiratione illius alienare. Cæterum non legimus vel ipsum Dominum, vel Apostolos ullo laborasse morbo.

24 *Ubi est ergo*] Τίς οὖν ἦν, id est, *Qua ergo erat.* Et ita legit Ambrosius. Cæterum *beatitudo* non est μακαριότης, sed μακαρισμὸς, quod magis sonat *beatificationem*, a verbo μακαρίζειν, quod est *beatum dicere*, sive *judicare*, id quod non obscure significat divus Hieronymus his quidem verbis: *Quamvis, inquit, eo tempore, quo Evangelium juxta carnem susceperatis, beatos dicerem, quod in initiis fervebat: tamen nunc quia non video ædificio culmen impositum, & pene nequicquam jacta fundamenta, cogor dicere, ubi est beatitudo vestra, qua vos beatos arbitrans ante laudabam?* Itidem exponit & Theophylactus, nimirum de laude qua prædicabantur ab omnibus, quod essent φιλοδιδάσκαλοι.

25 *Æmulantur vos*] Ζηλοῦσιν ὑμᾶς. Ea vox cum Græcis diversos habeat usus, tamen hoc loco recte verteretur, *Diligunt*, sive *Affectant*, sive *Ambiunt*, & *Zelotypia laborant erga vos*, quod in fine subnotat & Hieronymus. Agit enim de quibusdam, qui sub prætextu amoris & studii erga Galatas hoc agebant, ut illos pertraherent in servitutem Legis Mosaicæ.

26 *Sed excludere vos*] Græce est ἐγκλεῖσαι, id est, *includere.* Quanquam Græci codices hic variant, cum in nonnullis sit ἐκκλεῖσαι. *Includere*, legi involvere: *excludere*, a libertate Christi. Theophylactus legit & interpretatur *excludere*, ἐκβαλεῖν. Nam excluditur qui non admittitur, & excluditur qui ejicitur. Utinam hodie nulli sint apud Christianos, in quos competat hæc Pauli querimonia.

27 *Ut illos æmulemini*] ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε, *ut se*, sive *ut ipsos æmulemini.*

28 *Bonum autem æmulamini in bono*] Καλὸν δὲ τὸ ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ, id est, *Bonum autem* scilicet est *æmulari in bono semper.* Bonum est alios imitari velle, sed non in quavis re, verum in re bona. Et ad hunc modum legit Augustinus: *Bonum autem est*, ait, *æmulari in bono semper.* Interpres legisse videtur, Καλὸν δὲ ζηλοῦσθε, ut extrema syllaba verbi desinat in e psilon. Nec sono vocis distingui possunt Græcis *æmulari* & *æmulamini.* Quin & infinitum accipi poterat pro imperativo, ni additus esset articulus. Aliud autem declarat *æmulari* primo loco, quam duobus sequentibus, in quibus tamen non est simpliciter imitari, sed imitari cum admiratione studioque insequendi. Nam id est quod paulo post dicit apertius, *sed ut in carne vestra glorientur.*

29 *Cum præsens sum apud vos*] Tametsi consentiunt omnes, tamen sermo Græcus anceps est, qui & hunc sensum habere potest, μὴ μόνον ἐν τῷ παρεῖναί με πρὸς ὑμᾶς, *non solum in hoc quod adsum apud vos*, quia dixit ante ἐν τῷ καλῷ. Honestum enim semper sequendum est, etiamsi absit is qui tradidit. Innuit enim suam absentiam fuisse in causa, ut aliò delaberentur.

30 *Vellem autem esse apud vos modo*] *Modo* hoc loco pro *nunc* positum est, ἄρτι. Nec est *esse*, sed παρεῖναι, id est, *adesse.*

31 *Quoniam confundor in vobis*] ἀποροῦμαι, id est, *perplexus sum* sive *indigus sum*, sic enim explicat divus Hieronymus. Quanquam apud Græcos ἀπορεῖσθαι est aliquoties *hærere* & *inopem esse consilii.* Sic erat affectus Paulus, ut nesciret quid ageret cum Galatis, quos videbat omnino tendere ad servitutem legis, & hoc magnis Apostolis, ut putabatur, eò vocantibus. Cæterum vulgus nullum facit discrimen inter *confusionem*, quæ Græcis σύγχυσις dicitur, & *pudorem* sive *erubescentiam*, quæ αἰσχύνη dicitur, sive ἐντροπή. Sed aliud est *pudere* & *erubescere*, aliud *animo turbatum esse*, ut nescias quid sit agendum. Etiamsi nonnunquam detorqueatur ad vehementem pudorem, qui turbare solet animum, & tenebras offundere, velut apud Euripidem, ὡς δ᾽ ἄνολβον εἶχες ὄνομα σύγχυσίν τε. Quanquam hic quoque perplexus potest intelligi magis quam pudefactus. Nec erat quod hoc loco verbum *confundor* mutaretur, nisi Interpres alias libenter & frequenter usus esset eo pro *erubescere*, alioqui belle explicabat Græcam vocem ἀποροῦμαι.

32 *Legem non legistis*] *Auditis* est Græce, ἀκούετε. Hieronymus legit *audistis*, nisi mendum subest. Nam arbitror fuisse scriptum *auditis.* Habet autem tropus suam gratiam, quasi lex ipsa loquatur, vetans ne posthac servetur. Itaque hoc ipso repugnabant legi, quod affectarent observare legem.

33 *Per allegoriam dicta*] ἀλληγορούμενα, id est, *quæ per allegoriam dicuntur.* Est autem allegoria, cum aliud dicitur, aliud significatur. Augustinus libro *de Trinitate* XV. cap. IX. testatur se legisse, *quæ sunt in allegoria.* Et quoniam *allegoria* Græca vox sit, quosdam Latinos Interpretes ita reddidisse, *quæ sunt aliud ex alio significantia.* Chrysostomus admonet, Paulum abusum hac voce *allegoria* pro typo & figura. Nam allegoria proprie est perpetua metaphora. Verum Apostolus hic veram historiam refert, quæ typus sit alterius.

34 *Hæc enim sunt duo testamenta*] Chrysostomus quærit quid referat αὗται. Refert duas matres, ancillam Agar, & liberam Saram, quarum præcesserat mentio. Id mollius est in sermone Græco, in quo *testamentum* est fœminini generis, διαθήκη. Et rursus *sunt* positum est pro *significant.*

35 *Unum quidem in monte*] *A monte* est Græce, ἀπὸ ὄρους. Et ita legunt & Hieronymus & Ambrosius. Neque secus habebat codex Donatiani. In altero Constantiensi, nempe vetustiore, manebat germana scriptura, in altero rasura testabatur opera depravatoris. Quanquam locus hic multis modis depravatus est. Porro Græce sic habet, ἀπὸ ὄρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐςὶν Ἄγαρ. Τὸ γὰρ Ἄγαρ, Σινᾶ ὄρος ἐςὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, συςοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλὴμ, δουλεύει δὲ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς. Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἐλευθέρα ἐςὶν, ἥτις ἐςὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν, id est, *a monte Sina, in servitutem generans, quæ est Agar. Nam Agar, Sina mons est in Arabia, confinis est autem ei, quæ nunc est Hierusalem, servit autem cum filiis suis. Porro quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrum.* Admonent Græcorum scholia, cumque his Theophylactus, montem *Sina* Arabum lingua *Agar* appellari. Eumdem autem esse montem, diversis nominibus. Tametsi nihil hujusmodi meminit Hieronymus in hujus Epistolæ *Commentariis.* Augustinus & Ambrosius legunt, *quod est Agar*, non *quæ est.* Tametsi utraque lectio sensum eumdem exprimit, quod relativum nomen, inter duo intercedens substantiva, cum utrovis solet congruere, præcessit enim *testamenta*, & sequitur nomen mulieris *Agar.* Nisi quod cum legimus *quæ est Agar*, amphibolon est, an *quæ* pertineat ad servitutem, etiamsi in hac lectione sensus fere eodem recidit. Siquidem *est* hoc loco positum est pro *significat*, quod genus illud, *petra autem erat Christus*, annotante Augustino locis aliquot. Perpusillum enim refert, utrum *Agar* typum habeat testamenti generantis in servitutem legis, an ipsius servitutis, quam habebat testamentum. Porro illud *generans* necesse ut ad testamentum referatur, quod significatum fuisse vult in typo Agar. Deinde quod sequitur, Τὸ γὰρ Ἄγαρ, non ad ancillam, sed ad montem pertinet, quod vel ex ipso genere deprehenditur, quod *mons* apud Græcos neutri generis sit. Ambrosius videtur Græcum genus reliquisse, cum ait, *in servitutem generans, quod est Agar:* nisi quis vocem relativam malit ad sermonis contextum pertinere, quod est videlicet generare in servitutem. Hujus enim rei typum gerebat Agar, sive ancilla, sive mons ab ancilla sortitus nomen. Cæterum quod addit, *quæ nunc est Hierusalem*, huc pertinet, quod olim ea civitas aliis nominibus fuerit appellata, primum *Jebus*, deinde *Salem*, deinde *Hierusalem*, velut ex utrisque composito vocabulo, postremo *Ælia.* Nec mirum videri debet, si vulgaris usus pro *Jebusalem* dixit *Hierusalem*, quum *Salem* verterit in *Solymam*, & *Hierusalem* in *Hierosolymam.*

36 *Qui conjunctus est ei quæ nunc est Hierusalem*] συςοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ. Pro *conjunctus est*, nos vertimus *confinis est.* Nam hoc verbo usus est divus Hieronymus hunc enarrans locum. Nec obstat, quod Sina mons itinere multorum dierum dissitus est a monte Sion. Paulus enim hic non metitur spatium intervalli, sed confert similitudinem allegoriæ. Nam quæ inter se similitudine quapiam respondent, vicina & confinia dicuntur, quod Paulus Græce dixit συςοιχεῖν, quasi dicas in eadem esse serie. Unde & Grammatici ςοιχεῖα vocant litteras, quod serie quadam sibi jungantur. Philosophi rerum elementa ςοιχεῖα vocant,

26 τῆς. Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἐλευθέρα ἐςὶν, ἥτις 27 ἐςὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν. Γέγραπται γὰρ, Εὐφράνθητι ςεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλ-28 λον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. Ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, 29 κατὰ Ἰσαὰκ ἐπαγγελίας τέκνα ἐσμέν. Ἀλλ' ὥσπερ τότε ὁ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς, ἐδίωκε τὸν κα-30 τὰ πνεῦμα, οὕτως καὶ νῦν. Ἀλλὰ τί λέγει ἡ γραφή; Ἔκβαλε τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς, οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ 31 τῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας. Ἄρα, ἀδελφοὶ, οὐκ ἐσμὲν V. 1 παιδίσκης τέκνα, ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας. Τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν, ᾗ Χριςὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε, ςήκετε, καὶ 2 μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε. Ἴδε ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριςὸς ὑμᾶς 3 οὐδὲν ὠφελήσει. Μαρτύρομαι δὲ πάλιν παντὶ ἀνθρώπῳ περιτεμνομένῳ, ὅτι ὀφειλέτης ἐςὶν ὅλον τὸν 4 νόμον ποιῆσαι. Κατηργήθητε ἀπὸ τῦ Χριςοῦ, οἵτι-5 νες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε. Ἡμεῖς γὰρ πνεύματι ἐκ πίςεως ἐλπίδα δικαιοσύνης 6 ἀπεκδεχόμεθα. Ἐν γὰρ Χριςῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυςία, ἀλλὰ πίςις δι' ἀ-7 γάπης ἐνεργουμένη. Ἐτρέχετε καλῶς, τίς ὑμᾶς ἀνέ-8 κοψε, τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; Ἡ πεισμονὴ ὐκ ἐκ

A Hieruſalem, ſervit autem cum filiis ſuis. At quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater omnium noſtrum. Scriptum eſt enim, [37] Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quoniam multi liberi deſertæ magis quam ejus quæ habet virum. Nos autem, fratres, ſecundum Iſaac promiſſionis filii ſumus. Sed quemadmodum tunc is, qui ſecundum carnem natus erat, perſequebatur eum, qui natus erat ſecundum ſpiritum, ita & nunc. At quid dicit ſcriptura? Ejice ancillam & filium illius: non enim hæres erit filius ancillæ [38] cum filio liberæ. Itaque, B fratres, non ſumus ancillæ filii, ſed liberæ. In libertate igitur, qua Chriſtus nos liberavit, ſtate, & ne rurſus jugo ſervitutis [1] implicemini. Ecce ego Paulus dico vobis, quod ſi circumcidamini, Chriſtus nihil vobis proderit. Conteſtor autem omnem hominem [2] qui circumciditur, quod debitor eſt totius legis ſervandæ. [3] Chriſtus vobis factus eſt otioſus, quicumque per legem juſtificamini, a gratia excidiſtis. Nos enim ſpiritu ex fide ſpem juſtitiæ exſpectamus. Nam in Chriſto Jeſu neque circumciſio quicquam valet, neque præputium, ſed fides [4] per dilectionem operans. Currebatis bene, [5] quis vos impedivit, ut non crederetis verita- C ti? Nempe [6] perſuaſio non ex eo profecta, qui vocat vos.

cant, puta terram, aquam, aërem, & ignem, quod horum unumquodque ſuo conſiſtat ordine. Item verſus *ςίχοι* dicuntur, & acies ordine compoſitæ *ςίχαι* vocantur, quæ voces aliæque ſimiles derivantur a verbo *ςείχειν*, quod eſt *ordine progredi*, ſive *in ſerie ſtare*. Mons autem Sina, tametſi longo intervallo disjunctus eſt ab Hieroſolymis, tamen hac ſimilitudine illi contiguus eſt, quod quemadmodum in Sina primum lex eſt prodita magnis terroribus, ita in monte Sion eadem lex eſt promulgata, & ad alienigenas etiam propagata, juxta vaticinium, *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem*. Illud autem ait hoc loco Apoſtolus, ut oſtendat legem abſque gratia terrorem incutere minis & præceptis. Cogi vero metu, ſervile eſt. Judæi itaque, qui vacui charitate legem juxta litteram ac ritus externos obſervabant, quanquam a monte Sina migraverant Hieroſolymam, tamen a ſervili conditione non degenerabant, tanquam filii Agar, non Saræ. Verbum autem *συςοιχεῖν* in hunc ſenſum D reperitur apud probatos Græcorum Auctores, nominatim apud Theophraſtum *de Cauſis*, & Ariſtotelem *ἐν τοῖς μετὰ τὰ φυσικά*. Nec Suidas de hoc verbo ſiluit in dictione *σύςοιχα*, ſic enim appellantur quæ ſunt ejuſdem ordinis ac ſortis. Et *συςοιχία* dicitur rerum inter ſe ſimilium ſeries, veluti ſi ponas *π. κ. τ.* una *συςοιχία* fuerit, conveniunt enim in hoc quod ſunt exiles. Altera huic opponetur, continens *φ. χ. θ.* Et hæc elementa inter ſe collata *σύςοιχα* ſunt, ad ſuperiorem vero ſeriem comparata, *ἀντίςοιχα*. Divus Chryſoſtomus *συςοιχεῖ* interpretatur *γειτνιάζει καὶ ἅπτεται*, id eſt, *vicinus eſt & contiguus*: idem dilucidius interpretatur Theophylactus, addens viciniam hanc non eſſe loci, ſed ſimilitudinis. Et Gloſſa, quæ dicitur *Ordinaria*, *conjunctus* verbo exponit *ſimilis*. Verum hanc interpretationem Aquinas rejicit, quod exiſtimet hanc non fuiſſe mentem Pauli, mavultque montem Sina ideo dictum conjunctum Hieroſolymæ, quod illinc huc profecti ſint Iſraëlitæ; ut intelligamus montem Arabiæ confinem eſſe Hieroſolymæ, non propinquitate ſitus, ſed continua- E tione itineris. Huic commento obſtat nonnihil *συςοιχεῖ* verbum præſentis temporis, quod Ambroſius vertit, *qui conjungitur*. Iter autem multis ſeculis præceſſerat. Qui collegit ſcholia in omnes Pauli Epiſtolas, ita ſcribit in hunc locum, *Ex qualitatibus locorum vult intelligi diverſitatem teſtamentorum*. Is quiſquis fuit, ſenſiſſe videtur Sina typum eſſe veteris Teſtamenti, Hieruſalem novi. Hoc ſi recipimus, quomodo dicuntur *συςοιχεῖν*. Mihi Paulus æquare videtur Judæos Arabes & Hieroſolymitanos, quod utrique pariter ſervirent legi, & ad Synagogam pertinerent, non ad Eccleſiam. Hieroſolymæ vero terrenæ, quam non diſcernit a monte Sina, opponit cœleſtem Hieroſolymam, quæ eſt Eccleſia. Mirum eſt autem nec Hieronymum nec Ambroſium hunc de vicinia ſcrupulum attingere.

37 *Lætare ſterilis quæ non paris*] Teſtimonium adductum eſt ex Eſaiæ cap. LIV. Hebræa ſic extulit Hieronymus: *Lauda ſterilis, quæ non paris, decanta laudem & hinni, quæ non parturiebas, quoniam plures filii deſertæ magis quam ejus quæ habet virum.* F Verum juxta Septuaginta legimus hunc in modum: *Εὐφράνθητι ςεῖρα ἡ ὐ τίκτυσα, ῥῆξον καὶ βόησον ἡ ὐκ ὠδίνυσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμυ μᾶλλον ἢ τῆς ἐχύσης τὸν ἄνδρα.* Id eſt, *Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quia plures filii deſertæ magis quam ejus quæ habet virum.* Symmachus ita vertit: *Lætare ſterilis, quæ non peperiſti, gaude in exſultatione & hinni, quæ non parturiſti, plures enim filii diſſipatæ magis quam ejus quæ erat ſub viro.* Ab hoc non diſcrepant Theodotion & Aquila, præterquam in pauculis verbis. Unde palam eſt in hoc loco Paulum uſum verbis Septuaginta, quod per omnia ſenſus concordet cum Hebraica veritate.

38 *Cum filio liberæ*] Hieronymus legit, *cum filio meo Iſaac.* Atque ita ſane legitur Geneſis capite vigeſimo primo. Ad eumdem modum legit Ambroſius. Quo magis admiror unde hæc ſcriptura in Græcorum ac noſtros codices invaſerit. Ex interpretatione Theophylacti non ſatis liquet quid legerit, niſi quod contextus cum noſtra vulgata lectione conſentit. Chryſoſtomus legit quemadmodum Latini: nec refert ad ſenſum. Apoſtolus pro perſona Saræ ſuppoſuit perſonam Scripturæ, quo plus eſſet ponderis, ſenſumque reddidit ad cauſam quam tractat commodum. In hoc teſtimonio Paulus nec Hebraicam auctoritatem nec Septuaginta ſequutus eſt, contentus ſuis verbis Scripturæ ſenſum reddere. *Qua libertate nos Chriſtus* &c. Græca ſic habent, *Τῇ ἐλευθερίᾳ ὖν, ᾗ Χριςὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε, ςήκετε, καὶ μὴ*, id eſt, *Libertate igitur, qua Chriſtus nos liberavit, ſtate, & ne* &c. ut *libertate* ad ſequentia pertineat, non ad ſuperiora. Tametſi Hieronymus ſecus vertit, ac ſecus legunt Ambroſius & Auguſtinus, hinc novum ſermonis caput ordientes, *State igitur*, &c. Mecum haud obſcure facit Chryſoſtomus ac Theophylactus, *ςήκετε* verbum etiam interjecto commentario ſeparans ab iis quæ ſequuntur; nec Interpres hoc mutare potuit. Ad ſenſum haud magnopere refert.

D 1 *Contineri*] *μὴ ἐνέχεσθε*, id eſt, *ne obnoxii ſitis*, aut *implicemini*, ſeu *illaqueemini*.

2 *Circumcidenti ſe*] *περιτεμνομένῳ*, id eſt, *qui circumciditur.*

3 *Evacuati eſtis a Chriſto*] *Κατηργήθητε ἀπὸ τῦ Χριςῦ.* Hanc vocem Interpres conſtanter ita vertit, cum ſignificet aliquid aboleri & irritum otioſumque fieri, ac velut antiquari. Idem eſt cum eo quod paulo ſuperius dixit, *nihil Chriſtus vobis proderit*: ſi addicitis vos legi Moſis, *Chriſtus vobis eſt antiquatus* & *otioſus*. Hieronymus indicat hanc vocem *καταργεῖσθαι* non recte verti ab Interprete, cum ſit potius *in opere ceſſare*: *ἀργὸς* enim *otioſus* eſt, velut *ἄεργος*: unde dictum eſt *καταργεῖσθαι*.

4 *Per charitatem operatur*] Rurſum hic *operans* non ſignificat quod vulgus ſomniat, ſed quæ vim ſuam occultam exerceat in nobis, quod proprium eſt Spiritus. Sentitur enim vis, cum ipſe nuſquam appareat. Nam legem vult parum efficacem videri, contra fidem efficacem: *ἐνεργυμένη*, quod *agens* rectius verti poterat.

5 *Quis vos faſcinavit*] *ἀνέκοψε*. Quod Hieronymus & Ambroſius vertunt *impedivit*. Et Gloſſa ordinaria indicat in Latinis co- E dicibus fuiſſe duplicem lectionem, cum apud Græcos non ſit niſi una. Certe in codice Donatiani ſcriptum comperi *faſcinavit*. Ex hoc loco videtur additum, *non credere veritati*, de quo ſuperius cap. III. admonuimus. Et quod illic vertit *non credere*, hic vertit *non obedire*. Imo Hieronymus hic admonet, totum hoc, *non obedire veritati*, non inveniri in vetuſtis codicibus: etiamſi Græci codices hoc errore ſunt confuſi. Quanquam autem hoc loco nihil intereſt inter Græcos codices & Latinos, niſi quod illi legunt *impedivit*, non *faſcinavit*, tamen ne hic quidem multum ad ſenſum facit addita particula. Senſus enim plenus erat, Bene currebatis, quis interrupit curſum veſtrum? Rurſus aliud argumentum hanc Editionem non eſſe pure Hieronymi: nam ille cum Græcis legit *impedivit*. *Nemini conſenſeritis*. Et hanc particulam velut adjectitiam prætergit Hieronymus, cum nec in Græcis reperiatur codicibus, nec apud ullum illorum qui commentaria ſcripſerint in Paulum. Etiamſi Theophylacti Interpres in contextu de ſuo addi- F dit, cum nec ſit apud Græcos, nec in interpretatione fiat ulla mentio. Certe in codice Donatiani non addebatur, nec in utroque Conſtantienſi. Et tamen propemodum addivinare licet Ambroſium hanc particulam addidiſſe, non addidiſſe autem ſuperiorem, *non credere veritati*, ſic enim explanat: *Exercitium illorum in opere fidei bonum fuiſſe teſtatur, ſed nequitia malorum hominum detentos, ne curſum ſuum officio perſeverante conſummarent: unde ut reſipiſcant hortatur, de cætero nulli eorum credentes, qui ut opera legis ſervanda ſuaderent, Evangelicæ veritati non eos obedire ſinebant.* Certe in contextu non additur apud Ambroſium hæc particula, *nemini conſenſeritis*, ne apud Auguſtinum quidem.

6 *Perſuaſio hæc non eſt* &c.] Græcis nec eſt *hæc*, nec *veſtra*, ut legit Auguſtinus, ſed duntaxat *Ἡ πεισμονὴ*, id eſt, *Perſuaſio*. Quanquam ſenſus non admodum pugnat, niſi quod hic ſignificat perſuaſionem non obtemperantium, ſed perſuadentium, ut referatur ad ſuperiorem interrogationem, *Quis vos impedivit bene currentes?* Nempe quorumdam perſuaſio avocantium vos ad Moſaicas ceremonias, quæ perſuaſio non eſt profecta a Chriſto, qui aliò vos vocavit, nimirum ad ſpiritualia.

9 ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς. Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα 10 ζυμοῖ. Ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ, ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε. Ὁ δὲ ταράσσων ὑμᾶς βασάσει 11 τὸ κρῖμα, ὅστις ἂν ᾖ. Ἐγὼ δὲ, ἀδελφοί, εἰ περιτομὴν ἔτι κηρύσσω, τί ἔτι διώκομαι; Ἄρα κατήργηται 12 τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ. Ὄφελον καὶ ἀποκόψονται 13 οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς. Ὑμεῖς γὰρ ἐπ' ἐλευθερίαν ἐκλήθητε, ἀδελφοί· μόνον μὴ τὴν ἐλευθερίαν εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκὶ, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀγάπης 14 δουλεύετε ἀλλήλοις. Ὁ γὰρ πᾶς νόμος ἐν ἑνὶ λόγῳ πληροῦται, ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου 15 ὡς ἑαυτόν. Εἰ δὲ ἀλλήλους δάκνετε καὶ κατεσθίε-16 τε, βλέπετε μὴ ὑπὸ ἀλλήλων ἀναλωθῆτε. Λέγω δὲ, Πνεύματι περιπατεῖτε, καὶ ἐπιθυμίαν σαρ-17 κὸς οὐ μὴ τελέσητε. Ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός· ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ἃ ἂν 18 θέλητε, ταῦτα ποιῆτε. Εἰ δὲ πνεύματι ἄγεσθε, 19 οὐκ ἐστὲ ὑπὸ νόμον. Φανερὰ δέ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς, ἅτινά ἐστι, μοιχεία, πορνεία, ἀκαθαρσία, 20 ἀσέλγεια, Εἰδωλολατρεία, φαρμακεία, ἔχθραι, ἔρις, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐριθεῖαι, διχοστασίαι, αἱρέ-21 σεις, φθόνοι, φόνοι, μέθαι, κῶμοι, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, ἃ προλέγω ὑμῖν, καθὼς καὶ προεῖπον, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, βασιλείαν Θεοῦ οὐ 22 κληρονομήσουσιν. Ὁ δὲ καρπὸς τοῦ Πνεύματός ἐστιν, ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀ-23 γαθωσύνη, πίστις, πρᾳότης, ἐγκράτεια. Κατὰ τῶν τοιού-

vos. Paulum fermenti 7 totam conspersionem fermen-9 tat. Ego confido de vobis in Domino, 8 quod nihil 10 aliud sensuri sitis. Cæterum qui conturbat vos, portabit judicium, 9 quisquis fuerit. Ego autem, fratres, si 11 circumcisionem adhuc prædico, quid adhuc persequutionem patior? 10 Abolitum est igitur offendiculum crucis. 11 Utinam & abscindantur 12 qui vos labe-12 factant. Vos enim in libertatem vocati fuistis, fratres: 13 tantum ne libertatem 13 in occasionem *detis* carni, 14 sed per charitatem servite vobis invicem. Nam tota 14 lex in uno verbo completur, nempe hoc, 15 Diliges proximum tuum ut teipsum. Quod si alius alium vi-15 cissim 16 mordetis & devoratis, videte ne vicissim alius ab alio consumamini. 17 Dico autem, Spiritu ambula-16 te, 18 & concupiscentiam carnis non perficietis. Nam 17 caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem: 19 hæc autem inter se mutuo adversantur, ut non quæcumque volueritis, eadem faciatis. Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Porro ma-18 19 nifesta sunt opera carnis, 20 quæ sunt hæc, adulterium, scortatio, immunditia, lascivia, Simulacrorum 20 cultus, veneficium, inimicitiæ, lis, æmulationes, iræ, concertationes, seditiones, sectæ, Invidiæ, cædes, ebrie-21 tates, comessationes, & his similia, de quibus prædico vobis, quemadmodum & prædixi, quod qui talia agunt, 21 regni Dei hæredes non erunt. Contra, fru-22 ctus Spiritus est, charitas, gaudium, pax, 22 lenitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia. Ad-23 versus

7 *Totam massam corrumpit*] ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ, id est, *totam conspersionem fermentat*, sic enim vertit divus Hieronymus in *Commentariis*, palam damnans ac rejiciens verbum *massa*. Nec tamen reddit causam cur rejiciat, nec abstinet ab usu vocis damnatæ, in interpretatione: neque tamen negari potest, *massam* esse vocem Latinam, etiamsi *conspersio* in hoc sensu reperitur apud Columellam, & magis exprimit vocem Græcam φύραμα. Vel hic locus arguit hanc translationem non esse Hieronymi, quæ dictionem habet, quam ille testatur a se correctam fuisse. Pro *corrumpit* Hieronymus legit *fermentat*. Est enim Græce ζυμοῖ. Siquidem non protinus corrumpitur, quod afficitur fermento. Nam Christus suam doctrinam comparat fermento in farinam abdito.

8 *Nihil aliud sapietis*] φρονήσετε. Melius Ambrosius, qui legit *sentietis*, hoc est, non eritis in alia sententia, & non cogitabitis de novando vitæ instituto. Nam id est, nihil aliud, nihil diversum, nihil novum. Quemadmodum dicimus, aliud ab illo.

9 *Quicunque est ille*] ὅστις ἂν ᾖ, id est, *quicunque fuerit*, sive *sit*. Atque ita legit D. Ambrosius.

10 *Ergo evacuatum est scandalum*] Ἄρα κατήργηται, id est, *Ergo cessavit*: ut non ineleganter exponit divus Hieronymus, quod vulgo vocant *cassatum*. Admonet autem & hic, Græcam vocem rectius exprimere Pauli mentem quam Latinam. *Cassatur* enim quod desiit habere vigorem.

11 *Utinam abscindantur*] *Utinam & abscindantur*, addita copula, καὶ ἀποκόψονται, id est, *amputentur etiam*, sive *resecentur*. Est nonnihil emphaseos in conjunctione, non solum judicentur, sed etiam anathema fiant, penitus resecti a vestro consortio. Aut qui vos volunt circumcidi, ipsi prorsus exsecentur, ut Paulus imprecetur exsectionem totius membri, qui docerent circumcisionem. Attingit hunc sensum Ambrosius, & item Theophylactus sequutus Chrysostomum, sed alter mihi videtur Apostolica gravitate dignior. Augustinus ex maledictione facit benedictionem, sic interpretans: *Quasi Paulus precetur pseudapostolis, non ut circumcidantur, sed abscindantur, hoc est, spadones fiant propter regnum cœlorum: sic enim futurum, ut desinant prædicare Judaicam circumcisionem.* Hoc commentum maluit amplecti, quam tribuere Paulo imprecationem.

12 *Qui vos conturbant*] οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς, id est, *qui vos a statu dimovent*. Unde Ambrosius legit, *hi qui vos subvertunt*. Nos vertimus, *qui vos labefactant*. Respexit enim ad id quod dixerat, *state*. Labefactatur autem quod a statu suo dimovetur. Annotat vocis hujus emphasim diligenter Theophylactus, sed ante hunc Chrysostomus.

13 *In occasionem detis carnis*] *Detis* verbum apud Græcos non habetur. Et *carni* dandi casu profertur, non *carnis*, paterno. Et subaudiendum est *detis*, ut admonet divus Hieronymus, aut aliud accommodatius. Apparet Vallam accusativum *libertatem* referre ad verbum quod sequitur *serviatis*, quasi dicas, *ne serviatis libertatem vestram carni*. Verum id, præterquam quod ab omnium sententia dissidet, duriusculum est & coactius. Theophylactus subaudiendum putat ἔχωμεν, id est, *habeamus*. Certe, ut modo dixi, testatur Hieronymus, verbum *detis* additum ab Interprete, non positum a Paulo. Et nescio quid gratiæ peculiaris habet hæc aposiopesis, in deterrendis iis quos nolis offendere.

14 *Sed per charitatem spiritus*] *Spiritus* in Græcis codicibus non habetur, nec in Hieronymo, nec in Augustino, tantum apud Ambrosium legere memini, qui sic etiam interpretatur, ut sit quod opponat carni.

15 *Diliges proximum tuum*] Græci habent, ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον, id est, *nempe in hoc, Diliges proximum*, &c. unde & nos ita vertimus. Admonet Augustinus multis verbis hic de Dei dilectione sileri, quod ea fingi possit, dilectio proximi facilius queat convinci. Et consequitur, ut qui proximum dure tractat, is nec Deum amet. Subindicat idem, licet obscurius, Ambrosius. Hoc admonendum putavi, ne quis de suo adjiciat velut omissum, quod a Paulo non est additum.

16 *Mordetis & comeditis*] Pro *comeditis* Ambrosius legit *criminatis*, si modo codex mendo vacat. Haud scio an exemplar illius habuerit διαβάλλετε, id est, *calumniamini*.

17 *Dico autem in Christo*] *In Christo* non additum est apud Græcos, nec apud Hieronymum, nec apud Ambrosium, ne in vetustissimo quidem exemplari Paulino, suffragabatur uterque codex Ecclesiæ Constantiensis, tantum est, *Dico autem, Spiritu ambulate*. Sic enim indicat quorsum tendat totus hic sermo.

18 *Et desideria*] *Desiderium* est Græce, ἐπιθυμίαν. Ambrosius legit *concupiscentiam carnis non perficietis*, tametsi id nihil ad sententiam.

19 *Hæc enim sibi invicem*] Apud Græcos pro *enim* est δὲ, *autem*, ταῦτα δὲ, *hæc autem*. Quanquam id quidem ad sensum haud magni refert.

20 *Quæ sunt*] In plerisque hujusmodi recensendis, Latina nonnihil a Græcis discrepant, Librariorum opinor oblivione. Hæc Græce sic habent, μοιχεία, πορνεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια, εἰδωλολατρεία, φαρμακεία, ἔχθραι, ἔρις, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐριθεῖαι, διχοστασίαι, αἱρέσεις, φθόνοι, φόνοι, μέθαι, κῶμοι, id est, *adulterium, scortatio, immunditia, lascivia, idolorum cultus, veneficium, simultates, lis, æmulationes, ira, contentiones, factiones, secta, invidia, cædes, ebrietates, comessationes*. Ita legit & Chrysostomus, nisi quod primo loco refert πορνείαν. D. Hieronymus sic legit: *Quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, idolorum servitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, ira, rixa, dissensiones, hæreses, invidia, ebrietates, comessationes.* Ambrosius legit ad hunc modum: *Adulterium, fornicatio, impuritas, obscœnitas, idololatria, veneficium, inimicitia, contentiones, simulationes, ira, simultates, dissensiones, hæreses, invidia, ebrietates, comessationes.* De quorum singulis, si quis volet plenius edoceri, legat divi Hieronymi in hunc locum *Commentaria*. Illud jam admonuimus in Epistolam ad Romanos, in φθόνοι & φόνοι jucundam esse vocum allusionem, quam Interpres ne potuit quidem reddere. Nec sua gratia caret asyndeton, & homœoptota.

21 *Non consequentur*] οὐ κληρονομήσουσιν: pro quo Hieronymus *possidebunt*. Et expressius Ambrosius, *regni Dei hæreditatem non consequentur*.

22 *Patientia*] μακροθυμία, id est, *longanimitas*, seu *lenitas animi*, quod iste suo more fere vertit *patientiam*, quæ frequentius corporis quam animi dicitur. Etiamsi divus Hieronymus putat nihil interesse. Ambrosius vertit *lenitatem*. Et hic catalogus fructuum Spiritus apud Græcos sic habet, ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, πίστις, πρᾳότης, ἐγκράτεια, id est, *charitas, gaudium, pax, lenitas animi, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia*. Divus Hieronymus adversus Jovinianum sic legit, *charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia*. Ambrosius ad hunc legit modum, *charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, spes, lenitas, continentia, castitas, bonitas*, &c. Proinde non admodum probandam reor quorundam anxiam diligentiam, qui in hujusmodi catalogis solent de numero laborare, & in distinguendis singulis superstitiose torqueri, cum probabile sit, Paulum congeriem quamdam malorum & bonorum produxisse, quæ fere consequi solent, non quod hæc sola sint, sed quod in his sit summa.

23 Qui

24 τοιύτων ὐκ ἔςιν νόμος. Οἱ δὲ τῦ Χριςῦ, τὴν σάρκα ἐςαύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυ-25 μίαις. Εἰ ζῶμεν πνεύματι, πνεύματι καὶ ςοιχῶμεν. 26 Μὴ γινώμεθα κενόδοξοι, ἀλλήλους προκαλούμενοι, ἀλ-VI. 1 λήλους φθονοῦντες. Ἀδελφοὶ, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ, καταρτίζετε τὸν τοιῦτον ἐν πνεύματι πρᾳότητος, 2 σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. Ἀλλήλων τὰ βάρη βαςάζετε, καὶ οὕτως ἀναπληρώσατε τὸν νόμον 3 τῦ Χριςοῦ. Εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναι τὶ, μηδὲν ὢν, 4 ἑαυτὸν φρεναπατᾷ. Τὸ δὲ ἔργον ἑαυτοῦ δοκιμαζέτω ἕκαςος, καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ καύχημα 5 ἕξει, καὶ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον. Ἕκαςος γὰρ τὸ ἴ-6 διον φορτίον βαςάσει. Κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. 7 Μὴ πλανᾶσθε, Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται. Ὃ γὰρ ἐὰν 8 σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει. Ὅτι ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα αὐτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν·

versus hujusmodi non est lex. 23 Qui vero sunt Christi, carnem crucifixerunt 24 cum affectibus & concupiscentiis. Si vivimus spiritu, 25 spiritu & incedamus. Ne efficiamur 26 inanis gloriæ cupidi, invicem nos provocantes, invicem invidentes. Fratres, 1 etiamsi occupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, 2 instaurate hujusmodi spiritu mansuetudinis, 3 considerans temetipsum, ne & tu tenteris. 4 Invicem alii aliorum onera portate, 5 & sic complete legem Christi. 6 Nam si quis sibi videtur aliquid esse, quum nihil sit, suum ipse fallit animum. Opus autem suum probet unusquisque, 7 & tunc in semetipso tantum gloriationem habebit, & non in alio. 8 Unusquisque enim propriam sarcinam bajulabit. 9 Communicet autem qui catechizat sermone ei qui se catechizat in omnibus bonis. Ne erretis, Deus 10 non irridetur. 11 Quicquid enim seminaverit homo, hoc & metet. Nam qui seminat 12 per carnem suam, de carne 13 metet cor-

23 *Qui autem sunt Christi carnem suam*] Hoc loco Origenes, omissa una conjunctione δὲ, totam variat sententiam, legens ad hunc modum, Κατὰ τῶν τοιύτων ὐκ ἔςι νόμος, οἱ τῦ Χριςῦ τὴν σάρκα ἐςαύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις, id est, *Adversus hujusmodi non est lex, qui Christi carnem crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis*: ut intelligas non eos esse Christi, qui carnem suam crucifixerunt, sed adversus eos non esse legem, qui Christi carnem in se crucifixerunt cum vitiis &c. Nam Christi carnem cum laude crucifigi in piis hominibus, in quibus domiti sunt carnis affectus, sed male recrucifigi, quod Græci dicunt ἀνασαυρῦσθαι, ab iis qui redeunt ad pristinam vitam, post Christum semel acceptum. Verum exemplaria Græca refragantur huic lectioni, etiamsi Hieronymo probatur Origenis sententia. Ambrosius legisse videtur ad hunc modum, οἱ δὲ χριςοὶ &c. ut *christi* nominandi casu sit, numero multitudinis, non paterni. Addit enim eos vocari *christos*, id est, *unctos*, qui Christo devoti sint.

24 *Cum vitiis & concupiscentiis*] παθήματα, id est, *passiones*, sive ut legit Augustinus, *affectus*. Adversus Manichæos de Genesi, pro *affectus* ponit *perturbationes*. In Epistola XXXIX. legit, *cum passionibus & desideriis*, tametsi ea videtur Paulini. Quanquam omnis cruciatus aut morbus etiam corporis potest vocari πάθημα, & idcirco addidit ἐπιθυμίαις, quod proprium est animi cupiditatibus, quemadmodum indicavit & Hieronymus.

25 *Spiritu & ambulemus*] καὶ ςοιχῶμεν, quod Valla corrigit, *contenti simus*: verum hoc magis ad sententiam Pauli facit, quam ad vocem Græcam ςοιχῶμεν, quæ significat ordine suo incedere: ut intelligas, contineamus nos intra spiritum, ne respiciamus legem. Actio motus quidam est velut animantis. At motus ab eodem proficiscitur unde vita, quod si vita nobis contigit e spiritu evangelico, non ex lege, secundum eumdem agamus. Neque video quid Vallam moverit, nisi forte legit ςέγωμεν pro ςοιχῶμεν. Etiamsi non me clam est, ad Vallæ sententiam interpretari Theophylactum, ςοιχῶμεν ἀντὶ τῦ ἀρκεσθῶμεν. Divus Augustinus legit, *Spiritu vivimus, spiritu & sectemur*, neque secus interpretatur quam legit. Ad quem modum qui vertit, aut legit, aut certe somniavit ςοχῶμεν, unde ςοχάζω, quod significat *ad scopum oculum intendere*. Cæterum hoc verbum ςοιχῶ apud Græcos πολύσημον est, sed tamen ab ordine directoque cursu ductum, unde & ςίχοι *versus*, & ςοιχεῖα *elementa* sive *littera*: ab eodem venit ςοχάζω.

26 *Inanis gloria cupidi*] Græcis una dictio est, κενόδοξοι, id est, *inaniter gloriosi* &c. aut ut legit Ambrosius, *inanem gloriam sectantes*.

1 SI *praeoccupatus*] προληφθῇ, id est, *occupatus*, hoc est, præventus antequam potuerit cavere. Quibus verbis excludit omnino destinatam malitiam, & peccandi voluntatem.

2 *Hujusmodi instruite*] καταρτίζετε, id est, *instaurate*, *reficite*, sive *farcite*. Suspicor Interpretem vertisse *instaurate*, id Scribam vertisse in *instruite*. Hieronymus enarrans cap. Ezechielis XVI. refert, *perficite hujuscemodi*. Ambrosius legit *humilitate*, si tamen scriptura mendo vacat, quæ mihi prorsus suspecta est. Nam ex illius interpretatione non potest percipi quid legerit, aut si quid potest, legit emendate, cum ait, *cum mansuetudine provocandi sunt ad reformandos se*. Quod admonet hic Paulus ac sacri Doctores, nos parum meminimus. Si quid emendandum exstiterit, tanto supercilio, tanta sævitia protinus intonamus. Ea res multos egregios viros a communione Ecclesiæ abalienavit, quod aperte de Tertulliano prodidit Hieronymus.

3 *Considerans teipsum*] Mire mutavit repente numerum, σκοπῶν σεαυτὸν, magis ad sensum respiciens, quam ad verborum ordinem. Et ex hoc loco divus Hieronymus colligit vere dictum a Paulo, non tantum modestiæ causa, quod imperitus esset sermone. At mihi videtur non abs re mutasse subito numerum, quod singularis numerus magis esset idoneus ad compellandam uniuscujusque conscientiam. Porro durius erat dicere omnibus, *considerate vosipsos, ne & vos tentemini*. Et mira cautione semper hoc agit Paulus, ne quid offendat eos, quos studet corrigere. Admonet autem Theophylactus additum σὺ, ut eos commonefaceret humanæ fragilitatis. Siquidem hoc dictum non solum pertinet ad Galatas, sed peculiariter unumquemque mortalem appellat. Et hanc ob causam mutatus est numerus, quod & alias a Paulo factum indicavimus.

4 *Alter alterius onera*] Ἀλλήλων τὰ βάρη βαςάζετε. Latinius reddidit Ambrosius, atque item Augustinus sermone *de verbis Domini* vigesimo primo, *Invicem onera vestra portate*, citante ad eumdem modum & alias utroque. Verti poterat & ad hunc modum, *Alii vicissim aliorum onera bajulate*. Nam *alter alterius* de duobus dicitur Latinius.

5 *Et sic adimplebitis*] καὶ ὕτως ἀναπληρώσατε, id est, *& sic adimplete*. Interpres legit ἀναπληρώσετε, nec magnopere refert ad sensum. Rursum rediit ad numerum multitudinis. Quanquam Græca vox magis sonat *readimplete*, hoc est, denuo adimplete, quasi dicat, quod alterius delicto diminutum fuit in legis observatione, id aliorum sarciat charitas. Annotavit diligenter hujus vocis emphasim Chrysostomus.

6 *Si quis existimet se*] Græce paulo secus habet, Εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι, id est, *Si enim videtur aliquis esse aliquid*, ut subaudias *sibi*. Et verbum *seducit* apud Græcos composita vox est, φρεναπατᾷ, id est, *mentem seducit*, & mentem suam decipit, ut exponit divus Hieronymus. Est autem perniciosissimum fallendi genus, ubi quis imponit sibi. Augustinus libro *de Singularitate Clericorum* cap. secundo legit, *seipsum implanat*, ac veluti Græcam interpretans vocem subjicit, *Sed implanator certe proprius suam animam decipit*. *Planus* apud Latinos invenitur pro impostore; an reperiatur *implanare*, nescio.

7 *Et sic in semetipso*] καὶ τότε, id est, *& tunc*, ut legit Ambrosius. Nec additur *tantum* apud Græcos plerosque, licet in nonnullis addatur μόνον. Præterea quod Græcis est, εἰς σεαυτὸν, id est, *in seipsum*, mox item, καὶ ὐκ εἰς τὸν ἕτερον, id est, *& non in alium*, fortassis rectius transtulisset, *apud seipsum, & non apud alium*. Quanquam haud me fugit hujus præpositionis ancipitem esse naturam. Chrysostomus interpretatur, εἰς ἕτερον, καθ' ἑτέρυ, hoc est, *adversus alium*.

8 *Unusquisque onus suum portabit*] φορτίον. Quod Ambrosius legit *sarcinam*. Et *portabit* est βαςάσει, quod est bajulorum proprie.

9 *Communicet autem qui*] Græce non est *verbo*, sed *verbum* accusandi casu, τὸν λόγον. Quanquam accipi potest per synecdochen, ut subaudias κατὰ præpositionem. Aut ita dixit, *catechizatur verbum*, sicut nos dicimus, *docetur grammaticam*. Ambrosius Græcam vocem expressit ad hunc modum, ὁ κατηχύμενος τὸν λόγον, hoc est, *qui verbum Dei audiens est*. Nam *catechizare* est tradere mysteria Religionis Christianæ. Illud autem, *in omnibus bonis*, ad *communicet* referendum est, non ad *catechizat*. Marcion, ut indicat Hieronymus, accusativum λόγον refert ad verbum *communicet*, intelligens fideles & catechumenos simul orare debere, & magistrum in oratione communicare cum discipulis, illo vel maxime elatus, quod sequatur *in omnibus bonis*. Atqui si de oratione fuit sermo, non debebat præcipi ei qui catechizatur, sed qui catechizat, hoc est, non discipulo, sed magistro. Quanquam ea quæ consequuntur, hanc refellunt interpretationem, *Quæ seminaverit homo, hæc & metet*. Hic vero Laurentius Valla nonnihil stomachatur, quod Interpres Græcam vocem reliquerit, cum alibi vertat: atque ita vertendum putat, *Communicet autem qui docetur verbum cum eo qui ipsum docet in omnibus bonis*. Illud addam de meo, posse λόγον hoc loco accipi pro *ratione*: ut intelligamus Paulum admonere, ut ratio dati & accepti constet inter eum qui religionem tradidit, & eum qui accepit, sed ita demum, si qui tradidit, sincere tradidit: alioqui iniquam fore permutationem, si pro perperam tradita religionis doctrina reponatur beneficium. Atque adeo addidit *in omnibus bonis*, repetens quod superius dixit, *Bonum est æmulari in bono semper*. Adversus illos autem, qui ad gloriam & quæstum insincere tradebant Christum, objicit quod sequitur, *Deus non irridetur*. Id sensisse videtur Ambrosius, adscribens, *In malis dissentiendum ab illis, ut magis lex nobis dux sit quam homo*. Theophylactus interpretatur de munificentia catechumenorum in catechistas, & huic consentiens Hieronymus.

10 *Non irridetur*] ὐ μυκτηρίζεται. Quod proprie est *scommate ridere & subsannare, nasoque suspendere*. Siquidem Græci μυκτῆρα *nasum* vocant.

11 *Quæ enim seminaverit*] Græcis est singulari numero, *Quod enim seminaverit homo, hoc & metet*. Itaque legit Ambrosius, & item divus Augustinus.

12 *In carne*] Græce est εἰς σάρκα, id est, *in carnem*: quemadmodum mox, εἰς τὸ πνεῦμα, id est, *in spiritum*: tametsi præpositio εἰς varie usurpatur.

13 *Metet corruptionem*] θερίσει φθορὰν, id est, *metet corruptelam*, hoc est, periturum fructum, nam huic opponit vitam æternam. Caro mortalis fructus habet item mortales. Spiritus æternus

ρκὸν· ὁ δὲ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πνεύματος 9 θερίσει ζωὴν αἰώνιον. Τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῶμεν· καιρῷ γὰρ ἰδίῳ θερίσομεν μὴ ἐκλυόμενοι. 10 Ἄρα οὖν ὡς καιρὸν ἔχομεν, ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας, μάλιστα δὲ πρὸς οἰκείους τῆς πίστεως. 11 Ἴδετε πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί. 12 Ὅσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκὶ, οὗτοι ἀναγκάζουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι, μόνον ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ 13 τοῦ Χριστοῦ διώκωνται. Οὐδὲ γὰρ οἱ περιτεμνόμενοι, αὐτοὶ νόμον φυλάσσουσιν· ἀλλὰ θέλουσιν ὑμᾶς περι- 14 τέμνεσθαι, ἵνα ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκὶ καυχήσωνται. Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, 15 κἀγὼ τῷ κόσμῳ. Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή 16 τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις. Καὶ ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσιν, εἰρήνη ἐπ' αὐτοὺς καὶ 17 ἔλεος, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ. Τοῦ λοιποῦ κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω· ἐγὼ γὰρ τὰ στίγματα τοῦ 18 Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν, ἀδελφοί. Ἀμήν.

Πρὸς Γαλάτας ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΓΑΛΑΤΑΣ

ΤΕΛΟΣ.

corruptionem: sed qui seminat per spiritum, de spiritu metet vitam æternam. 9 Bonum autem faciendo ne 14 defatigemur: tempore enim suo metemus non defatigati. 10 Itaque dum tempus habemus, operemur bonum cum 15 erga omnes, tum vero maxime erga domesticos fidei. 11 Videtis 16 quanta vobis epistola scripserim mea manu. 12 17 Quicumque volunt juxta faciem placere in carne, ii cogunt vos circumcidi, 18 tantum ne ob crucem Christi persequutionem patiamur. 13 Nam qui circumciduntur, ne 19 ipsi quidem legem servant: sed volunt vos circumcidi, ut in vestra carne glorientur. 14 Ego vero 20 absit ut glorier, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. 15 Nam in Christo Jesu neque circumcisio quicquam valet, neque præputium, sed nova creatura. 16 21 Et quicumque juxta regulam hanc incedunt, pax super eos & misericordia, 22 & super Israelem Dei. 17 23 De cætero 24 ne quis mihi molestias exhibeat: ego enim 25 stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. 18 Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen.

Ad Galatas missa fuit e Roma.

EPISTOLÆ PAULI AD GALATAS

FINIS.

nus fructus habet immortales. Siquidem alias quoque *ἄφθαρτον* transfert *immortalem*, & *ἀφθαρσίαν immortalitatem*.

14 *Deficiamus*, & *deficientes*] Apud Græcos diversa sunt verba. Nam *deficiamus* est *ἐκκακῶμεν*, *deficientes* *ἐκλυόμενοι*, id est, *defatigati*. Ambrosius legit *infatigabiles*, ut tempus quoque participii redderet. Tertullianus pro *ne deficiamus* legit, *ne tædeat*.

15 *Ad omnes*] Cur non potius, *erga omnes*?

16 *Qualibus litteris*] *πηλίκοις*, id est, *qualibus*, sed ita ut magnitudinem & admirationem significet. Hic magis ad affectum Pauli refertur, cui hæc res adeo fuerit cordi, ut non gravatus sit suapte manu super ea scribere. Divus Hieronymus putat reliquam Epistolam aliena manu scriptam fuisse: Paulum autem, ut omnem excluderet suspicionem supposititiarum litterarum, reliquum Epistolæ suapte manu scripsisse. At cur non potius, ut cum Hieronymi pace dixerim, vel ex hoc loco conjicimus, totam hanc Epistolam Pauli digitis exaratam fuisse? Fatetur Hieronymus vocem Græcam, *πηλίκοις*, magnitudinem significare potius quam qualitatem. Quod idem in Psalmos notavit Hilarius, Origenem, opinor, sequutus. Nam Græca vox magnitudinem sonat, Latina non item. Tametsi divus Hilarius magnitudinem refert non ad formam elementorum, sed sublimitatem sensuum, quod mihi sane videtur coactius. Porro divus Hieronymus laborat ut explicet, quomodo grandes sint hæ litteræ, quasi illud senserit Paulus, hanc Epistolam grandibus litterarum figuris scriptam fuisse. Imo Græci *litteras* numero multitudinis & unam vocant Epistolam, quemadmodum & nos. Igitur Apostolus ut ostenderet, quantopere sibi hæc res esset cordi, *Videtis*, inquit, *quam grandem Epistolam mea ipsius manu scripsi*, jam enim finierat Epistolam. Nam in cæteris solet duntaxat subscribere, *mea manu Pauli*. Nec est quod quemquam offendat dativus *γράμμασι*, non *γράμματα*. Ut enim *loquimur multis* & *multa*, ita *scribimus paucis* & *pauca*. Mecum facit Ambrosius, qui ex hoc loco colligit hanc Epistolam esse holographam. Et tamen miror quare idem pro *Videte*, sive *Videtis*, legat *Scitote*, nisi forte scriptum habebat *Εἴδετε*. Augustinus legit, *Vidistis, qualibus litteris vobis scripsi*, quasi Paulus manus agnitæ admoneat, ne per alios fictis Epistolis decipiantur. Theophylactus, Chrysostomum sequutus, fatetur ex hoc loco colligi hanc Epistolam Pauli manu scriptam fuisse. Cæterum quod dixit *qualibus*, non pertinere ad magnitudinem litterarum, sed ad deformitatem, quod Paulum videri velit imperitum scribendi, & tamen non gravatum utcunque totam Epistolam sua manu describere.

17 *Volunt placere in carne*] *εὐπροσωπῆσαι*, hoc est, *juxta faciem placere*. Nam hinc Græca vox composita est, & hoc *in carne*.

18 *Tantum ut crucis Christi persequutionem non*] Græce sic habet, *μόνον ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ διώκωνται*, id est, *ne cruce Christi persequantur*: ut *persequantur* passive accipias, hoc est, ne crux Christi adducat illis persequutionem. Apud Ambrosium non additur *tantum*, etiamsi additur apud Augustinum. Supplendum est aliquid, quo sermo reddatur absolutus. Tantum hoc agunt, ut fugiant invidiam crucis Christi.

19 *Legem custodiunt*] *Ipsi*, deest *αὐτοὶ*, quod addit & Ambrosius. Hieronymus legit *hi*, quasi Græce legerit *οὗτοι*.

20 *Absit gloriari*] *Absit ut glorier*, sive *ne contingat gloriari*.

21 *Et quicunque hanc regulam sequuti fuerint*] *Καὶ ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσι*. Idem verbum quod superius vertit *ambulemus*, *στοιχῶμεν*, hoc est, *Quicunque ad hanc incedent regulam*.

22 *Et super Israel Dei*] *τὸν Ἰσραὴλ*, ut intelligas virum aut populum. Et addit *Dei*, propter Synagogam Satanæ.

23 *De cætero*] *Τοῦ λοιποῦ*. Non est *Τὸ λοιπὸν*, quod alias vertit *Superest*, aut *Quod reliquum est*. Siquidem hic magis loqui videtur de quæstionibus, quam de tempore, ut subaudias *περὶ*, *περὶ λοιποῦ*. Tradidi quicquid erat tradendum, hoc firmum esse volo, nec patiar rursus in dubium vocari.

24 *Nemo mihi molestus sit*] *κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω*, id est, *labores mihi nullus exhibeat*. Et ad hunc modum vertit & exponit divus Hieronymus. Augustinus legit, *nemo laborem mihi præstet*, haud tamen dissimulans in plerisque codicibus haberi scriptum, *nemo mihi molestus sit*, libro *de Prædestinatione Sanctorum*, in ipso statim initio.

25 *Stigmata*] Græca vox est, significat autem *notam impressam*. Solent autem servi notari a dominis, ne quis alienus illos pro suis posset asserere. Sentit igitur se certas habere notas, quod sit servus Jesu Christi, pro quo tam multa passus fuerat. Toties cæsus virgis, toties lapidatus, toties objectus bestiis, toties conjectus in vincula: ex his omnibus sibi parat auctoritatem adversus pseudapostolos. Illi gloriabantur in cicatricibus circumcisorum, Paulus in suo corpore circumferebat notas crucis Christi. Tali igitur doctori potius credendum, quam delicatis magistris, qui in alieno vulnere gloriantur.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM PAULI AD GALATAS,

PER

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM,

FINIS.

ΥΠΟ-

ΥΠΟΘΕΣΙΣ
τῆς πρὸς
ΕΦΕΣΙΟΥΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΑΥΛΟΥ.

Ταύτην ἐπιςέλλει ἀπὸ Ῥώμης, οὔπω μὲν αὐτοὺς ἑωρακὼς, ἀκούσας δὲ περὶ αὐτῶν. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς ἐπιςολῆς αὕτη. Ἐφέσιοι πιςεύσαντες εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριςὸν, γνησίαν ἔσχον εἰς αὐτὸν τὴν πίςιν, καὶ εἰς πάντας τοὺς ἁγίους τὴν ἀγάπην, καὶ ἐβούλοντο παρὰ τοῦ Παύλου βεβαιωθῆναι. Μαθὼν τοίνυν ὁ Ἀπόςολος, γράφει πρὸς αὐτοὺς ταύτην τὴν ἐπιςολὴν, ὥσπερ κατηχητικήν. Καὶ πρῶτον μὲν δείκνυσι, μὴ νεώτερον εἶναι τὸ καθ' ἡμᾶς μυςήριον, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς καὶ πρὸ καταβολῆς κόσμου εἶναι ταύτην εὐδοκίαν τοῦ Θεοῦ, ὥστε τὸν Χριςὸν ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν, καὶ ἡμᾶς σωθῆναι. Ἔπειτα περὶ κλήσεως ἐθνῶν διαλέγεται, ἵνα δείξῃ ἀξίως αὐτοὺς πεπιςευκέναι· καὶ ἀποδείκνυσιν, ὅτι ἡ κλῆσις αὐτῶν γέγονεν, οὐ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριςοῦ, ὅς ἐςιν Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἵνα καὶ ἐκ τούτου μάθωσιν, ὅτι οὐκ ἀνθρωπολάτραι γεγόνασι, πιςεύσαντες τῷ Χριςῷ, ἀλλ' ἀληθινοὶ θεοσεβεῖς. Σημαίνει δὲ καὶ ἑαυτὸν διὰ τοῦτο ἀπεςάλθαι κηρύσσειν τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ ὅτι περὶ αὐτῶν ἐφρόντισεν. Ἔπειτα παραινετικοὺς λόγους ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ, πατράσι καὶ τέκνοις, κυρίοις καὶ δούλοις τίθησιν ἐν τῇ ἐπιςολῇ. Καὶ καθόλου πάντας παρασκευάζει κατὰ τοῦ διαβόλου καὶ τῶν δαιμόνων αὐτοῦ, λέγων πρὸς ἐκείνους ἡμῖν εἶναι τὴν πάλην. Καὶ ὥσπερ ἀγαθὸς ἀλείπτης ἀλείψας τοῖς λόγοις πάντας κατὰ τῆς διαβολικῆς ἐνεργίας, οὕτως τελειοῖ τὴν ἐπιςολήν.

IN EPISTOLAM AD
EPHESIOS
Argumentum per
DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

Ephesus metropolis quondam erat Asiæ minoris, civitas superstitiose dedita cultui Dæmonum & præcipue Dianæ, unde & in Actis Dianæ νεωκόρος dicitur, non illius venatricis, cui Poëtæ sagittas & arma tribuunt, sed *multimammia*, quam Græci πολύμαςον appellant, quam volebant omnium animantium esse nutricem, ut indicavit Hieronymus. Nam de templo Ephesiæ Dianæ, toto orbe celebratissimo, passim etiam Ethnici meminere Scriptores. Hos curiosarum artium tenebat studium. Unde legimus, ad prædicationem Apostolorum magicos libros ab eis comportatos, igni traditos fuisse, & supputato pretio, compertum fuisse quinquagies mille numûm argenti: sicut refertur in Actis cap. XIX. Ut igitur a tantis erroribus illos abduceret, triennium apud illos egit, nihil interim non faciens quod ad illorum salutem faciebat, magno studio reclamantibus & obstrepentibus multis, sicut ipse testatur alicubi: ubi & bestiis objectus est, quemadmodum ipse testatur in secunda ad Corinthios Epistola. At discedens, Timotheum apud eos remanere jussit. Abundabat autem ea civitas, ut curiosis & magiæ deditis, ita doctissimis viris. Unde Paulus, ut ad omnium mores & ingenia sese attemperat, de Dæmonibus ac Spiritibus crebro meminit, bonorum ac malorum differentiam indicans. Ad hæc retrusa quædam aperit. Nec enim est ulla Epistola, quæ tam abditos habeat sensus, ut ob hanc potissimum Petrus scripsisse videatur: *Sicut & carissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut in omnibus Epistolis loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles depravant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem.* Difficultas autem non tam in verbis sita est, quanquam haud alibi sermonis phrasis perplexior, quam in sensibus: quod agnoscit & D. Hieronymus in *Præfatione Commentariorum.* Hæc idcirco universa replicavimus, ut ostenderemus, quare Apostolus in hac vel potissimum Epistola obscuros sensus & ignota seculis sacramenta congesserit. Hos igitur, quoniam in fide perstiterant, hortatur ut pergant, & ad perfectionem proficiant, commonefaciens cujusmodi fuerint, quum vitiis addicti servirent impiis Spiritibus, & quales nunc facti sint, insiti Christo, docens interim Evangelii gratiam consilio divino, licet Judæis promissam, in Gentes quoque recte propagatam, & hujus muneris se ministrum a Deo constitutum. Quoniam autem scripsit e carcere, hortatur ne dejiciantur animo, ob ipsius afflictiones, verum eas potius sibi gloriæ ducant. Hæc agit capite primo & secundo. In cæteris tribus vitæ formam illis præscribit, demonstrans quid sequendum, quid fugiendum: quæ officia maritorum in uxores, uxorum in maritos: quæ parentum in liberos, liberorum in parentes: quæ dominorum in servos, servorum in dominos. Scripta est Epistola ab urbe Roma per Tychicum diaconum, cujus meminit in calce, *fidelem ministrum* eum vocans. Ambrosius addit, scriptam e carcere, quum Hierosolymis Romam deductus sub fidejussore degeret extra castra in suo conducto.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD EPHESIOS.

I. 1 ΠΑΥΛΟΣ Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν Ἐφέσῳ, καὶ πι-2 στοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ 3 Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ 4 ἐν τοῖς ἐπουρανίοις Χριστῷ. Καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ 5 ἀμώμους κατ' ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ, Προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτὸν, κα-6 τὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, Εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν 7 τῷ ἠγαπημένῳ. Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων, 8 κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ, Ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει, Γνω-

A PAULUS Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, sanctis 1 qui agunt Ephesi, & fidelibus in Christo Jesu. 2 Gratia vobis & pax a Deo Patre nostro & Domino Jesu Christo. 3 Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione spirituali 4 in cœlestibus Christo. Quemadmodum elegit nos in ipso, 5 antequam jacerentur fundamenta mundi, ut essemus sancti 6 & irreprehensibiles coram illo 7 per charitatem, 8 Qui prædestinavit nos 9 ut adoptaret in filios per Jesum Christum 10 in sese, 11 juxta beneplacitum voluntatis suæ, 12 Ut laudetur gloria gratiæ suæ, 13 qua charos reddidit nos 14 per illum dilectum. Per quem habemus redemptionem per sanguinem ipsius, 15 remissionem peccatorum, juxta divitias gratiæ suæ, De qua ubertim 16 B nobis impartivit 17 in omni sapientia & prudentia, 18 Pa-

IDEM in hac Epistola Pauli fervor, eadem profunditas, idem omnino spiritus ac pectus: verum non alibi sermo hyperbatis, anapodotis, aliisque incommoditatibus molestior, sive id Interpretis fuit, quo fuit usus in hac, sive sensuum sublimitatem sermonis facultas non est assequuta. Certe stilus tantum dissonat a cæteris Pauli Epistolis, ut alterius videri possit, nisi pectus atque indoles Paulinæ mentis hanc prorsus illi vindicaret.

1 *Qui sunt Ephesi*] τοῖς οὖσιν ἐν Ἐφέσῳ. Quod potest & in secunda legi persona, *qui estis Ephesi*. Est autem *Ephesus* metropolis Asiæ, quæ proprie *minor* dicitur.

2 *Gratia vobis & pax*] Hieronymus admonet *gratiam* & *pacem* pariter referri ad utrumque, Patrem videlicet & Filium, posse tamen sic accipi, ut *gratia* referatur ad Patrem, *pax* ad Filium, ut gratia Patris intelligatur in eo, quod Filium pro salute nostra dignatus est mittere. Pax autem Filii in eo, quod per ipsum Patri reconciliati sumus. Hujus cogitationis occasionem præbuit Hieronymo, quod inibi mox sequitur, *In laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto*. Certum est enim hunc C sermonem ad Patrem pertinere.

3 *Benedictus Deus*] Bifariam potest distingui, *Benedictus Deus*, ut hactenus sit diastole, deinde separatim adjiciatur, *& Pater Domini nostri Jesu Christi*. Aut conjunctim, *Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi*. *Pater*, quia genuit. *Deus Jesu*, secundum assumptum hominem. Id annotavit Hieronymus.

4 *In cœlestibus in Christo*] ἐν τοῖς ἐπουρανίοις Χριστῷ, id est, *in cœlestibus* sive *super cœlestibus Christo*: ut sit *Christo* dativi casus. Ambrosius omittit hanc particulam, *in Christo*. Hieronymus legit *in Christo*. Si legis, *benedixit nos Christo*, sensus erit, Benedixit nos in gloriam Christi. Si *in Christo*, sensus erit, Per fidem Christi conferri nobis hanc benedictionem. Atque in hunc sensum interpretatur Theophylactus, quem nuper Athanasium falso fecerunt. Nam is legit ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

5 *Ante mundi constitutionem*] πρὸ καταβολῆς κόσμου. Quæ vox ita sonat, quasi dicas, *ante jacta fundamenta mundi*. Sic admonet D & divus Hieronymus, idque verbis compluribus.

6 *Et immaculati*] ἀμώμους. Quod magis *inculpatos*, sive *irreprehensibiles*, quam *immaculatos* significat. Μῶμος enim Græcis *reprehensio* est, sive *Deus reprehensionis*.

7 *In charitate*] Hæc verba referri possunt ad superiora, ut intelligas nos inculpatos esse, & electos in charitate: vel ad ea quæ sequuntur, ut accipias nos prædestinatos in charitate. Quanquam Græci codices annectunt hæc superioribus. Et hoc annotavit Hieronymus.

8 *Qui prædestinavit nos*] Προορίσας. Hieronymus & Ambrosius legunt, *in charitate prædestinans nos*. Verum illud *prædestinans* apud Græcos præteriti temporis est, quasi, si genus verbi mutari poterat, dixisset *prædestinatos* sive *præfinitos*. Atque hoc sane loco verbum est *prædestinandi*, de quo in Epistola ad Romanos nonnihil attigimus. D. Hieronymus hoc putat interesse inter ὁρίζειν & προορίζειν, quod prius illud tribuatur iis, quæ nunquam non fuerint, hoc posterius iis, quæ cum aliquando non fuerint, deinde cœperint esse, de quibus si quid decretum aut cogitatum fuerit priusquam essent, prædestinatio est. Rursum si quid de E Domino Jesu Christo, qui nunquam non fuit cum Patre, neque unquam eum ut esset voluntas paterna præcessit, destinatio est. Unde in Epistola ad Romanos de Filio Dei loquens, ὁρισθέντος dixit, non προορισθέντος.

9 *In adoptionem filiorum*] Græcis una vox, υἱοθεσίαν, qua significant eam adoptionem, qua quis in filii locum adoptatur, ut superius admonuimus. Nam & nepotes ac neptes adoptantur.

10 *In ipsum*] εἰς αὐτὸν, id est, *in sese*, ut ad Patrem fiat reciprocatio: quanquam potest & ad Christum referri, sed coactius. Nam per adoptionem efficimur fratres Jesu Christi, non filii, juxta mystici sermonis proprietatem, sed filii Dei Patris, velut insiti corpori Christi, & unum cum illo effecti.

11 *Secundum propositum*] κατὰ τὴν εὐδοκίαν, id est, *secundum placitum*, aut potius *secundam beneplacitum*. Hieronymus putat vocem esse novam, & a Septuaginta fictam, quo possent explicare quod est apud Hebræos רָצוֹן *rason*. Porro εὐδοκίαν proprie dici, ubi quid non solum placuit, sed etiam recte placuit. Nam placent, & quæ non recte placent. Ambrosius legit, *secundum placitum voluntatis*.

12 *In laudem gloriæ gratiæ suæ*] Quidam codices perperam addunt conjunctionem, *gloriæ & gratiæ suæ*, quum sit δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, id est, *gloriæ gratiæ suæ*, ut intelligas laudari gloriam gratiæ divinæ. Atque ita sane legit Hieronymus. Ambrosius legit, *In laudem claritatis suæ*, omissa mentione *gratiæ*. Nam pro δόξα reddidit *claritatis*, & tamen in enarrando meminit *gratiæ*? δόξαν vertere solet *majestatem*: ac potentiæ magis convenit majestas, hîc eam tribuit gratiæ. Mirabilior enim Deus apparuit in redimendo homine quam in creando. Nusquam Apostolus hic non extollit gratiam, extenuans operum humanorum fiduciam. Nunc sunt qui peccent in utramque partem. Medio tutissima via est. Quod si deflectendum est, tutius est deflectere in partem gratiæ, qua glorificatur Christus, quam operum nostrorum, qua glorificantur homines.

13 *In qua gratificavit*] ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν. Et *gratificavit* hîc sonat *gratos* sive *charos reddidit*, ἐχαρίτωσεν, unde participium est, κεχαριτωμένη Μαρία. Quod si illic vertendum erat *gratia plena*, hîc vertere debuerat, *gratia implevit*. Nam *gratificare* vox est Latinis auribus insolens, *gratificari* est in gratiam alterius aliquid facere.

14 *In dilecto Filio suo*] *Filio suo* apud Græcos & apud Hieronymum non adduntur, ἐν τῷ ἠγαπημένῳ, id est, *in eo qui dilectus est*: neque enim hîc est ἀγαπητός. Ambrosius legit, ut vulgata habet Editio, & omnino sentit de Filio. Verum eum maluit signare nomine *dilecti*, ut intelligeres nos amari a Deo, non ex nostris meritis, sed ob amorem, quo Filium prosequitur Pater, cui nos fratres esse voluit. Annotavit hoc diligenter Hieronymus, non esse dictum *dilecto Filio*, quid enim magni, si pater diligit filium? neque dilecto pro omnibus, sed absolute dilecto in omnibus, ac præ omnibus, & sine quo nemo diligitur cæterorum.

15 *In remissionem peccatorum*] *In* præpositio nec est apud Græcos, nec apud Ambrosium, nec apud Hieronymum, sed oportet annectere casum accusativum per appositionem exponentem. Exponens enim quæ sit illa redemptio, subjecit *remissionem peccatorum*. Nam hæc servitus, unde redemit nos Christus. Suffragabatur hîc uterque codex Constantiensis.

16 *In nobis*] εἰς ἡμᾶς, id est, *in nos*.

17 *In omni sapientia & prudentia*] Hæc vel ad superiora possunt referri, vel ad sequentia, ut sit sensus, *Quam affatim effudit in nos in omni sapientia & prudentia*, sive *Notum faciens nobis mysterium in omni sapientia & prudentia*. Hieronymus posteriorem hanc distinctionem sequitur.

18 *Ut notum faceret*] Γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον, id est, *Patefacto*, sive *Notificato nobis mysterio*. Interpres & Ambrosius, opinor, legit γνωρίσαι. Hieronymus legit, *Notum faciens*, ut intelligas participium esse, quanquam est præteriti temporis. Quod dicam, etiamsi non admodum pertinet ad sensum, tamen haud est meo judicio negligendum. Videntur mihi cæteri parum animadvertisse, quod legitur in Græcorum codicibus: habent enim ad hunc modum, Ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει, γνωρίσας ἡμῖν. Verbum ἐπερίσσευσεν hoc loco positum est transitive, hoc est, *exuberare fecit*: alioqui participium γνωρίσας non habet unde pendeat. Verti poterat in hunc modum, *De qua ubertim impartivit nobis, patefacto nobis mysterio* &c. Certe palam est Chrysostomum ac Theophylactum ita sensisse, qui ἐπερίσσευσεν interpretans, subjicit, τοῦτ' ἐστὶν ἀφθόνως ἐξέχεεν, id est, *ampliter effudit*. Gemino augmento auxit gratiæ magnitudinem, quum πλοῦτον nominat, & addit non ἔδωκε, sed ἐπερίσσευσεν.

19 Sa-

9 Γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυςήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ, 10 Εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριςῷ, τά τε ἐν τοῖς 11 οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν αὐτῷ. Ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν, προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος 12 αὐτοῦ, Εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔπαινον τῆς δόξης 13 αὐτοῦ, τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριςῷ· Ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, τὸ Εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν· ἐν ᾧ καὶ πιςεύσαντες ἐσφραγίσθητε τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ 14 ἁγίῳ, Ὅς ἐςιν ἀῤῥαβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν, εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, εἰς ἔπαινον τῆς δό- 15 ξης αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο κἀγὼ ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πίςιν

Patefacto nobis [19] arcano voluntatis suæ, [20] juxta 9 beneplacitum suum, [21] quod proposuerat in seipso, [22] Usque ad dispensationem plenitudinis temporum, 10 [23] ut summatim instauraret omnia per Christum, [24] & quæ in cœlis sunt & quæ in terra per eumdem: Per 11 quem & [25] in sortem adsciti sumus, prædestinati [26] secundum propositum ipsius, [27] cujus vi fiunt universa juxta decretum voluntatis ipsius, Ut simus nos in lau- 12 dem gloriæ illius, [28] qui priores speravimus in Christo: [29] In quo speratis & vos, audito verbo veritatis, 13 [30] Evangelio salutis vestræ: [31] in quo etiam posteaquam credidistis, [32] obsignati estis Spiritu promissionis sancto, [33] Qui est arrhabo hæreditatis nostræ, [34] in 14 redemptionem acquisitæ possessionis, in laudem gloriæ ipsius. Quapropter & ego [35] quum audissem eam 15 quæ

19 *Sacramentum*] Hoc loco *mysterium* significat, *μυςήριον*, & Græca voce utitur Ambrosius. *Mysterium* autem Græcis dicitur res arcana, neque vulgo efferenda. Quod quidem deinde translatum est ad res sacras, quas potissimum silentio veneramur. Hic sentit divinam voluntatem de Gentibus ad fidem vocandis superioribus seculis incognitam fuisse mundo, Judæis existimantibus hoc promissum ad se proprie pertinere, at nunc quod latebat, innotuisse.

20 *Secundum beneplacitum ejus*] Hieronymus legit, *secundum beneplacitum*, sive *juxta placitum suum*, *κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ*.

21 *Quod proposuit in eo*] Si legas, *ἐν αὐτῷ*, alpha adspirato, significat *in seipso*. Si mavis *αὐτῷ*, prima vocali tenui, refertur ad Filium, in quo Pater proposuit nos sibi gratificare. Atque hanc sententiam sequuntur Interpretes magno consensu. Hieronymus indicat differentiam inter *προορισμὸν* & *πρόθεσιν*, hoc est, inter *prædestinationem* & *propositionem* sive *propositum*, quod illud pertineat ad ea quæ multo ante definimus in animo, quam fiant: hoc, quum jam vicina est machinatio, ut pene cogitationem sequatur effectus.

22 *In dispensatione*] *εἰς οἰκονομίαν*, id est, *in dispensationem*.

23 *instaurare*] *ἀνακεφαλαιώσασθαι*, id est, *recapitulari*, hoc est, *ut in summam conferrentur*. Nam Oratores vocant *ἀνακεφαλαίωσιν*, id est, *recapitulationem*, cum ea, quæ sparsim ac fusius dicta sunt, summatim repetuntur, & simul judici renovantur. Divus Hieronymus legit *recapitulare*, putatque recte verbum hoc a Latinis usurpari posse, & miratur quamobrem in Latinis codicibus magis habeatur *instaurare*, quam *recapitulare*. Sunt, quorum est Theophylactus & Chrysostomus, qui interpretantur *ἀνακεφαλαίωσιν*, ut Christus fieret & Angelorum & hominum & Judæorum & Gentium caput. Id quod convenit iis quæ paulo post sequuntur, *& ipsum dedit caput*. Atque adeo Græca vox ita sonat, quasi dicas *ad caput revocare*.

24 *Quæ in terra sunt*] *τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς*, id est, *& quæ in cœlis sunt, & quæ in terra*. Quod additur in Græcis codicibus, *ἐν αὐτῷ*, id est, *in ipso*, nec apud Ambrosium reperio, nec apud Hieronymum: ne apud Theophylactum quidem aut Chrysostomum, certe quod attinet ad enarrationem illorum. Nam in contextu addit Theophylactus. Et magis quadrabat *in eodem*, quam *in ipso*: nam Græca vox anceps est, ut intelligas in uno & eodem comprehendi universa, & universam omnium rerum summam ad unum Christum revocari, & in uno semel esse quod per partes a multis ante petebatur. Nisi mavis *per eumdem*, ut respondeat ad id quod sequitur, *In quo* &c. sive *Per quem*, ut sit sensus, Per eumdem instaurata omnia, per quem nos quoque sumus adsciti in sortem & communionem. Jam quod nos legimus, *omnia in Christo*, apud Theophylactum legebatur *πάντα τὰ ἐν Χριςῷ*, id est, *omnia quæ sunt in Christo*. Quanquam arbitror errore Scribæ factum.

25 *Sorte vocati sumus*] *ἐκληρώθημεν*, id est, *sorte electi sumus*. Significat Hieronymus, verbum hoc partim a sorte, partim ab hæreditate dici, quod *κλῆρος* ambiguum sit. Ambrosius legit, *sortiti sumus*, hoc est, in sortem & ad partem hæreditatis sumus adsciti. In libello ad Virgines legit, *sorte constituti sumus*.

26 *Secundum propositum*] Non est Græcis *εὐδοκίαν*, sed *πρόθεσιν*.

27 *Qui operatur omnia*] *τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος*. Ambrosius legit, *ejus qui cuncta creavit*, si modo scriptura vacat mendo. At Græca vox magis sonat, *ejus cujus vi & virtute fiunt omnia*, hoc est, omnia agentis ac moderantis, sicut jam sæpius admonuimus: atque hoc pacto nos vertimus.

28 *Qui ante speramus*] *προηλπικότας*, id est, *qui ante speravimus*. Hoc divus Hieronymus refert ad præscientiam divinam, in qua speravimus & antequam mundus conderetur, videlicet motus hac præpositione *πρό*. Theophylactus aliò refert. Speramus jam nunc quæ nobis contingent in futuro seculo: aut sperare cœpimus, pridem cum in Christum crederemus. Ambrosius huc deflectit, ut pertineat ad Apostolos, qui in Judaïsmo quoque versantes, tamen spem habebant in Christo, quem ex Prophetarum oraculis exspectabant. Id sequitur Tertullianus libro adversus Marcionem quinto, legens interim *præsperavimus*, pro *ante speravimus*.

29 *In quo & vos cum audissetis*] *Ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς ἀκούσαντες τὸν λόγον*, id est, *In quo & vos qui audistis verbum*. Divus Hieronymus non ineleganter legit, *In quo & vos audito verbo veritatis*. Illud admonendum, apud Græcos in nonnullis codicibus primam esse personam *nos*, non secundam *vos*. Etiamsi secus legisse videntur Ambrosius & Hieronymus, ut ex illorum interpretatione licet conjicere. Theophylactus enarrans non declarat quid legerit, licet contextus habeat *ὑμεῖς* & *ὑμῶν*. Aldina habebat *ἡμεῖς* & *ὑμῶν* mixtis personis, Hispaniensis utrobique secundam personam. Cæteri ab hoc loco faciunt distinctionem; *qui ante speravimus in Christo:* deinde separatim adjiciunt, *In quo & vos:* ut prius illud referatur ad Apostolos sive Judæos, secundum ad Ephesios aut Gentes. At mihi videtur Paulus hoc loco subito mutasse personam, sensum magis attendens quam sermonis leges. Cum enim dixisset, *Ut nos essemus in laudem gloriæ illius*, velut exponens, quos dixisset *nos*, ne quis putaret eum loqui tantum de Judæis, continenter adjecit *τοὺς προηλπικότας*, quasi dicas, Cum *nos* dico, sentio omnes qui speraverunt in Christo, inter quos sumus & nos: atque illud, *nos*, ita dicit, ut suam personam conjungat cum persona Gentium, cum sit Doctor Gentium. Verum in hoc sensu nonnihil obstrepit Græca præpositio *πρὸ*, id est, *ante*. Nam si de universis accipiatur qui crediderant in Christum, qui erunt illi qui ante crediderunt? Nisi placet sequi sensum Hieronymi, quem calumniatur Ruffinus, ut Origenicum quiddam resipientem. Porro si placet mutare personam, & legimus, *In quo sperastis & vos*, quemadmodum legit Hieronymus, id quod ex illius interpretatione palam est; nihil est quod nos offendat præpositio. Siquidem *ante* referetur ad Judæos, qui priores vocati sunt ad fidem, & priores crediderunt in Christum: deinde sequutæ Gentes. Quod si omnino placet prima persona, quemadmodum legunt Græci quidam, tum *ante* præpositio referri potest ad alios postea credituros: nam illi inter Gentes primi crediderant. Nisi mavis accipere confusam spem, quam Ethnici sanabiles habebant, & ante prædicatum Evangelium, etsi nondum noverant Christum, sperabant tamen aliquo modo salutem veluti per somnium.

30 *Evangelii salutis*] Græcis per appositionem adjungitur *Evangelium*, *ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας τὸ Εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας*, id est, *qui audistis sermonem veritatis, quod est Evangelium salutis*. Quasi cæteri nihil veri promittant, qui præter Evangelium aliquid docent.

31 *In quo & credentes*] *Credentes*, apud Græcos præteriti temporis est, *πιςεύσαντες*, id est, *postquam credidistis*, vel *quia credidistis*, sive *accepta fide*, aut *fideles facti*.

32 *Signati estis*] *ἐσφραγίσθητε*. Quod significat *obsignati estis*, quemadmodum tabulas obsignamus in pactis: quia postea sequitur de arrhabone, ut ostendat spem esse certam. Hunc locum adducit Didymus in libello *de Spiritu sancto*, ratiocinans hinc Spiritum sanctum, non participatione alterius, sed suapte natura sanctum ac bonum esse, quod in sigillo, quo character imprimitur, archetypus sit boni: *Si enim*, inquit, *signantur quidam Spiritu sancto, formam & speciem ejus assumentes, ex his est Spiritus sanctus, quæ habentur & non habent, habentibus illum signaculo ejus impressis*. Ad Corinthios quoque idem scribens, *Nolite*, inquit, *contristare Spiritum sanctum, in quo signati estis*, signatos esse contestans eos, qui communionem susceperunt Spiritus sancti. Hæc adduximus, ut intelligat Lector, me non abs re Græcum *obsignandi* verbum annotasse, neu qui philosophari volet in Divinis Litteris, Græcæ litteraturæ expers, *ἔξω τῶν ἐλαιῶν*, quod dici solet, currat.

33 *Qui est pignus*] *ἀῤῥαβὼν*, id est, *arrhabo*. Atque ita mavult legi divus Hieronymus, existimans non idem sonare Latinis *arrhabonem*, & *pignus*: quod *pignus* dari soleat creditori, donec solvatur debita pecunia: *arrhabo* ceu signum sit & obligamentum futuræ possessionis. *Pignus* datur in mutuo, *arrhabo* in contractu vendentis & ementis, quo firma sit obligatio. Quod si tanta est arrha, quam Deus dat suis, quanta erit res ipsa, quam præstabit suo tempore? & *ἀῤῥαβῶνα* appellant & Græci, *pignus ἐνέχυρον*, sive *hypothecam*. Et *qui*, non Christum refert, sed Spiritum; hoc est, *qui Spiritus est arrhabo*.

34 *In redemptionem acquisitionis*] *εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως*, id est, *in redemptionem acquisitionis* sive *possessionis*, ut legit Hieronymus, emendans vulgatam Editionem, quæ habebat, *in redemptionem adoptionis*. Unde conjicere licet, nec hanc, qua vulgo utimur, eamdem fuisse cum ea, quam tunc habebat Hieronymus. Verum ille, quisquis fuit, mihi videtur interpretari voluisse verbum alioquin anceps *acquisitionis*. Nam sensus est, Spiritum sanctum a Deo datum fidelibus, velut arrhabonem, quo certum scirent fore, ut aliquando vindicaret sibi possessionem suam, quam redemptione acquisierat. Proinde nos vertimus, *in redemptionem acquisitæ possessionis*. Rem enim, quæ acquirebatur ac parabatur, *acquisitionem* vocat, ut nos *possessionem*, rem possessam.

35 *Audiens fidem*] *ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πίςιν*, id est, *audita fide vestra*.

πίστιν ἐν τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, 16 Οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν, 17 μνείαν ὑμῶν ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, Ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ Πατὴρ τῆς δόξης, δῴη ὑμῖν Πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως, ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ, 18 Πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν, εἰς τὸ εἰδέναι ὑμᾶς, τίς ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως αὐτοῦ, καὶ τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τῆς κληρονομίας αὐτοῦ ἐν τοῖς ἁγίοις, 19 Καὶ τί τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς, τοὺς πιστεύοντας κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, 20 Ἣν ἐνήργησεν ἐν τῷ Χριστῷ, ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, 21 Ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. 22 Καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν 23 ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ Ἐκκλησίᾳ, Ἥτις ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ, τὸ πλήρωμα τοῦ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου. II. 1 Καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ 2 ταῖς ἁμαρτίαις, Ἐν αἷς ποτὲ περιεπατήσατε κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου, κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ

A quæ in vobis est fidem in Domino Jesu, & charitatem in omnes sanctos, 36 Non desino gratias agere pro vobis, 16 37 mentionem vestri faciens in precibus meis, Ut 17 38 Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriæ, det vobis Spiritum sapientiæ & revelationis, 39 per agnitionem sui, 40 Illuminatos oculos 41 mentis vestræ, ut 18 sciatis, quæ sit spes ad quam ille vocavit, & quæ opulenta gloria hæreditatis illius in sanctis, Et quæ sit 42 19 excellens magnitudo potentiæ illius in nos, qui credimus secundum 43 efficaciam roboris fortitudinis ejus, Quam exercuit in Christo, 44 quum suscitaret eum ex 20 B mortuis, 45 & sedere fecit ad dextram suam in cœlestibus, Supra omnem principatum, ac potestatem, 21 46 & virtutem, & dominium, & omne nomen quod nominatur, non solum in seculo hoc, verum etiam in futuro. Et omnia subjecit 47 sub pedes illius, 22 & eum dedit caput 48 super omnia ipsi Ecclesiæ, Quæ 23 est corpus illius, 49 complementum ejus 50 qui omnia in omnibus adimplet. 1 Et vos 2 quum essetis mortui 1 II. delictis ac peccatis, In quibus aliquando ambulastis 2 juxta seculum mundi hujus, 3 juxta principem cui potestas

36 *Cesso gratias agens*] Græcam figuram vertit: dicendum erat Latine, *Non cesso gratias agere:* atque ita legit Hieronymus. Ambrosius legit *gratias agendo.*

37 *Memoriam vestri*] Cur non *mentionem vestri*, μνείαν ὑμῶν, quandoquidem orantes cum Deo colloquimur.

38 *Deus Domini nostri*] ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Hîc palam est Patrem vocari Deum Jesu Christi, quod in aliis erat ambiguum.

39 *In agnitionem*] ἐν ἐπιγνώσει, id est, *in agnitione*: quemadmodum legit Ambrosius, atque item Hieronymus, annotans emphasin vocis *agnitionis*, qua agnoscimus olim cognita, sed quæ nosse desierimus aliquandiu, cum γνῶσις sit eorum quæ prius incognita nosse cœperimus. Et subindicat hic nescio quid Platonicum, ex Origenis, ni fallor, sententia, de Patre prius cognito, cujus per revelationem Spiritus denuo cœperimus recordari. Verum nihil erat hîc opus fabula Platonica. Philosophi cognoscebant Deum, sed non agnoscebant, hoc est, non amplectebantur, quemadmodum multi filii cognoscunt quidem patrem, sed non agnoscunt: & his congruunt quæ sequuntur, *Illuminatos oculos cordis.* Nam ante videntes non videbant.

40 *Illuminatos oculos*] Totus hic sermonis contextus parum cohæret, in quo tamen admiror laborare Hieronymum, ut Paulum defendat adversus eos, qui illum calumniabantur, quod imperitus esset Græcanici sermonis, ut qui solœcismis scateret, cum alias sæpenumero ipse fateatur illum Græce nescisse, idque defendat adversus eos, qui quod Paulus scripserat, *etsi imperitus sermone*, nolunt modestiæ tribui, sed veræ confessioni. Putat autem lectionis ordinem ad hunc modum reddi posse: *Audiens fidem vestram in Domino Jesu, & charitatem in omnes sanctos ejus, vidensque excellentiam fidei vestræ in Dominum, & in omnes sanctos ejus, non cesso gratias agere, & memoriam vestri facere in orationibus meis, ut Domini nostri Jesu Christi Deus Pater, Pater autem gloriæ, det vobis Spiritum sapientiæ & revelationis.* Porro quod sequitur, *Illuminatos oculos cordis vestri*, ita per hyperbaton reddi posse putat, *Quapropter & ego audiens fidem vestram in Domino Jesu, in agnitionem ejus, illuminatos oculos cordis vestri, non cesso gratias agere pro vobis, memoriam vestri facere in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriæ, det vobis Spiritum sapientiæ & revelationis* &c. At Ambrosius *illuminatos oculos* refert ad verbum *det.* Addit enim de suo, *illuminatos habere oculos.* Mirum autem cur Chrysostomus ac Theophylactus hîc nullum senserint scrupulum, aut, si senserunt, dissimularint.

41 *Cordis vestri*] διανοίας ὑμῶν, id est, *mentis vestræ.*

42 *Supereminens magnitudo*] τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος, id est, *sublimis magnitudo*, ut Hieronymus. *Excelsa magnitudo*, ut legit Ambrosius.

43 *Operationem potentiæ virtutis ejus*] κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, id est, *secundum efficaciam* seu *vim potentiæ fortitudinis* sive *roboris ejus:* nam est ἐνέργεια. Ac mox repetit ἐνήργησεν: quod nos vertimus *exercuit*, non ut voluimus, quod ajunt, sed ut potuimus.

44 *Suscitans eum*] ἐγείρας αὐτὸν, id est, *suscitato eo.*

45 *Et constituens*] καὶ ἐκάθισεν, id est, *& sedere fecit.* Hieronymus legit, *sedere eum faciens.* Ambrosius *collocavit.* Nam Græca vox alias neutralem, alias transitivam habet significationem.

46 *Et virtutem & dominationem*] *Virtus* hîc est δύναμις, non ἀρετή: & *dominatio* est κυριότης, quod auctoritatem sonat ac jus possidentis. Atque id magis exprimit Latinis *dominium*, quam *dominatio.* Neque enim de Angelis loquitur tantum, sed in genere de universis.

47 *Sub pedibus*] ὑπὸ τοὺς πόδας, id est, *sub pedes.*

48 *Super omnem ecclesiam*] ὑπὲρ πάντα τῇ Ἐκκλησίᾳ, id est, *super omnia Ecclesiæ:* ut *Ecclesiæ* sit dativi casus, non genitivi, hoc est, *dedit illum ut sit caput Ecclesiæ, præpositus universis.* Atque ita legit Hieronymus in *Commentariis*, consentiens cum Græcis: etsi secus Ambrosius videatur legisse. Theophylactus enarrans, aperte declarat se legisse, quemadmodum nos edidimus, addens sic Christum esse caput Ecclesiæ, ut non solum excellat membra sua, verum etiam universa condita in cœlo & in terra. In eumdem sensum Chrysostomus, sed bifariam *super omnia:* simpliciter, ut accipiamus Christum omnibus visibilibus & intelligibilibus creaturis esse superiorem: aut hoc esse supra omnia quæ nobis fecit Pater, quod tale caput dedit Ecclesiæ. Nobiscum faciebat vetustior codex Constantiensis, in quo nullo rasuræ vestigio scriptum erat, *super omnia Ecclesiæ.*

49 *Et plenitudo*] *Et* conjunctio non est in Græcis codicibus. Nec addebatur in vetustissimo codice S. Donatiani, suffragabatur uterque codex Constantiensis. Et τὸ πλήρωμα videtur accusandi casu legendum, ut referatur ad Christum. Ad quod faciunt ea quæ sequuntur.

50 *Qui omnia in omnibus adimpletur*] τὸ πλήρωμα τοῦ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου, id est, *plenitudo* sive *impletio ejus qui omnia in omnibus implet*, sive *impletur*: nam participium est verbi medii. Et utroque modo videtur interpretari divus Hieronymus, ut intelligas corpus, hoc est, fideles, esse consummationem ipsius Christi, qui est caput, qui ita adimpletur, ut sit omnia in omnibus: aut ita implet, ut omnia sit omnibus, quæ nunc in singulos, alia in alios sparsa sunt. Verum si accipias passive πληρουμένου, accipi potest τὰ πάντα, id est, *in omnibus*: ut subaudias præpositionem κατὰ, ut sit sensus, Christum per omnia adimpleri in omnibus corporis sui membris simul collectis. Et in hunc sensum interpretantur Chrysostomus ac Theophylactus, ut πλήρωμα sit Ecclesia, & πληρουμένου passive ponatur.

1 *Et vos convivificavit*] Verbum *convivificavit* hoc loco non invenio in Græco codice, nec apud Hieronymum, nec Ambrosium, nec in vetusto codice S. Donatiani, nec in utroque Constantiensi, unde miror, quomodo in vulgatos libros irrepserit: nisi forte sumptum est ex commentatione Thomæ Aquinatis, aut Hieronymi, qui sermonem hujus loci ordinans, putat *convivificavit* esse subaudiendum, quasi bis positum sit, propter hyperbaton prolixius. Sic enim loquitur: *Et vos quum mortui essetis delictis & peccatis vestris, convivificavit Christo Deus, qui dives est in misericordia, propter multam charitatem suam qua dilexit nos, & quum essetis mortui delictis, in quibus aliquando ambulavimus, secundum seculum mundi hujus, secundum principem potestatis aëris, spiritus qui nunc operatur in filiis diffidentiæ, in quibus & nos omnes conversati sumus aliquando in desideriis carnis nostræ, facientes voluntates carnis & mentium, & eramus natura filii iræ, convivificavit nos Christo:* ut ἀπὸ κοινοῦ subaudiatur, quasi bis dictum, *& nos. Convivificavit nos Christo.* Ita Hieronymus. Quod igitur erat subaudiendum, aliquis adjecit in contextum. Hyperbati longioris ambitum ipse correxit Apostolus dicens, *Deus autem qui dives est* &c. Cæterum accusativus *vos* referri poterat ad verbum superius dedit, *dedit illum caput, vos membra*: sed vero propius est huc repetendum ex hyperbato, de quo paulo inferius dicemus.

2 *Quum essetis mortui delictis & peccatis*] Dubitari posset dativi sint, an ablativi, quasi dicas, Tibi mortuus sum: tametsi divus Hieronymus ita videtur accipere, quasi Græcis sit dativus instrumenti, hoc est, mortui per peccatum. Quod hic vertit *delictum*, Græce est παράπτωμα: quod Hieronymus existimat esse primum illum lapsum ad peccandum. Nam *peccatum* est Græce ἁμαρτία, quod gravius esse putat, cum ad ipsum facinus perventum est. *Peccatis vestris. Vestris* redundat, juxta Græcorum exemplaria. Loquitur enim in genere de peccatis, quæ mortem afferunt omnibus. Nove dixit *mortui peccatis*, quum alias vocet *mortuos peccato*, in quibus exstinctum est peccatum. Hîc *mortui* dicuntur *peccatis*, quos occidit peccatum. Porro hoc magis redundat pronomen *vestris*, quod sequitur, *In quibus aliquando ambulastis.*

3 *Potestatis aëris hujus spiritus*] κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος τοῦ πνεύματος. Bifariam accipi potest, ut per appositionem cohæreat aër cum spiritu. *Potestatis aëris, qui quidem est spiritus.* Atque ut sic accipiamus, invitat articulus τοῦ, τοῦ πνεύματος. Sic enim per articulum solent interpretari Græci. Verum obstrepit nonnihil quod sequitur, τοῦ ἐνεργοῦντος. Nec enim hic aër agit quicquam in filiis inobedientiæ, sed instigatio Diaboli. Proinde præstiterit ita legere, *juxta principem, cujus & potestas est aëris, & spiritus illius qui agit in filiis diffidentiæ:* ut *aërem* intelligas hanc infimam orbis partem, in qua sola regnat ille, non veluti dominus, cum Christus dominus sit omnium, sed

τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος, τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς 3 υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, Ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς πάντες ἀνεστράφημέν ποτε ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν, ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν, 4 καὶ ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί. Ὁ δὲ Θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει, διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ, 5 ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς, Καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι, συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ, 6 χάριτί ἐστε σεσωσμένοι, Καὶ συνήγειρε, καὶ συνεκάθισεν 7 ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, Ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς 8 ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τῇ γὰρ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως, καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν, Θεοῦ τὸ δῶρον, 9 10 Οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται. Αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ Θεὸς, ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν. 11 Διὸ μνημονεύετε, ὅτι ὑμεῖς ποτὲ τὰ ἔθνη ἐν σαρκὶ, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης 12 περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου. Ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι

testas est aëris, & spiritus nunc agentis 4 in filiis contumacibus, 3 Inter quos & nos omnes conversabamur aliquando in concupiscentiis carnis nostræ, 5 facientes quæ carni 6 ac menti libebant, & eramus 7 natura filii iræ, quemadmodum & cæteri. 4 8 Sed Deus, qui dives est in misericordia, 9 propter multam charitatem suam, qua dilexit nos, 5 10 Etiam quum essemus 11 mortui per delicta, 12 convivificavit nos una cum Christo, 13 per gratiam estis servati, 6 14 Simulque cum eo resuscitavit, & simul cum eo sedere fecit inter cœlestes in Christo Jesu, 7 Ut ostenderet in seculis supervenientibus eminentem opulentiam gratiæ suæ, 15 benignitate erga nos per Christum Jesum. 8 16 Gratia enim estis servati per fidem, idque non ex vobis, Dei donum est, 9 Non ex operibus, ne quis glorietur. 10 17 Nam ipsius sumus opus, conditi in Christo Jesu 18 ad opera bona, 19 quæ præparavit Deus, ut in eis ambularemus. 11 Quapropter mementote, quod vos quondam gentes in carne, vocabamini præputium 20 ab ea quæ vocatur circumcisio in carne, quæ circumcisio manibus fit. 12 21 Quod inquam, eratis in tempore illo sine Christo, 22 abalienati a republica Israelis, 23 & extranei a testamentis promissionis, spem non habentes, 24 Deoque caren-

sed ut tyrannus, & non nisi nostro vitio potens. Deinde *spiritum* accipias affectum mundanum, diversum ab illo cœlesti spiritu Christi, nihil amantis nisi cœlestia: & utrumque genitivum, *aëris* & *spiritus*, referas ad tertium qui præcessit, *potestatis*, quæ quidem hîc non est δύναμις, sed ἐξουσία, ut jus & auctoritatem intelligamus. Cæterum *hujus* pronomen Interpres addidit de suo, cum non sit apud Græcos, nec apud Hieronymum quidem, quanquam ante præcessit *mundi hujus*, κόσμου τούτου.

4 *In filiis diffidentiæ*] ἐν υἱοῖς ἀπειθείας, id est, *in filiis inobedientiæ*, sive *immorigeris*, aut ut vertit Cyprianus, *contumacibus*. Est enim filiorum proprium esse dicto audientes, ac morigeros parentibus: de tropo jam sæpius admonuimus, *filii inobedientiæ*, pro *filiis inobedientibus*: ut paulo ante *Pater gloriæ*, pro *Pater gloriosus*. In nonnullis codicibus depravatum erat *in filios diffidentiæ*.

5 *Facientes voluntatem*] θελήματα, id est, *voluntates*: nam affectus varii sunt. Cæterum in multis codicibus depravaverant *voluptates*, pro *voluntates*.

6 *Et cogitationum*] καὶ τῶν διανοιῶν. Hieronymus magis videtur probare, *& mentium*, distinguens peccata carnis & mentium, quod illa sint crassiora, veluti libido, gula, ebrietas: hæc animi magis, velut hæresis. Ambrosius legit *consiliorum*.

7 *Natura filii iræ*] φύσει. Pro quo quidam verterant *omnino*, ut indicat Hieronymus, quod Græca vox sit ambigua. Et Theophylactus admonet, *natura* positum pro *vere* ac *proprie*. Quemadmodum dicimus hominem natura miserum, qui sic est addictus miseriæ, ut nolit effugere, si possit. Chrysostomus addit, *sicut ex homine natus nihil aliud est quam homo, ita nos nihil aliud quam filii iræ*. Mihi videtur naturam opposuisse gratiæ, quia paulo post sequitur, *gratia salvi facti estis*. Ira erat nostræ naturæ sive nativitatis. Salus erat gratiæ, &. ob id Christo imputanda, non nobisipsis.

8 *Propter nimiam*] διὰ πολλὴν, id est, *propter multam*: & ita legit Hieronymus ac Ambrosius. Alioqui *nimium* dicitur, quod sit immodicum.

9 *Et quum essemus*] Καὶ ὄντας ἡμᾶς, id est, *Etiam quum essemus*: ut conjunctio, quæ apud Latinos & Græcos geminam vim habet, non copulet, sed exaggeret.

10 *Mortui peccatis*] Vitasset ambiguitatem, si dixisset, *mortui per peccata*: nam alioqui Paulus vocat *mortuos peccato*, qui jam non peccant, quemadmodum paulo ante admonuimus. Ambrosius hoc loco non addidit *peccatis*, tantum legit *quum mortui essemus*.

11 *Deus autem qui dives est*] Hieronymus admonet, in *Deus autem*, conjunctionem aut ab indoctis additam esse, aut ab ipso Paulo per imperitiam Græci sermonis superflue adjectam. Interrumpit enim orationis seriem. Sed demiror quare Hieronymus *autem* appellet conjunctionem causalem. Fortasse pro *autem* legit *enim*. Adversativa conjunctio non erat hîc otiosa, opponitur enim calamitati, quam Apostolus multis verbis exaggerarat: magnis enim malis opus erat opulenta misericordia. Quod si pro *autem* legas *tamen*, nihil impeditur sermonis fluxus.

12 *Convivificavit nos in Christo*] Neque *nos* pronomen, neque *in* præpositio, est in Græcis codicibus, tantum est συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ, id est, *convivificavit Christo*, ut intelligas nos una cum Christo revixisse. Ita refert Augustinus libro adversus Faustum undecimo, cap. octavo, in libris manu descriptis. Retinebat germanam lectionem exemplar vetustius Constantiense, deletis manu non recenti duabus vocibus, *nos* &. *cujus*. Nam *in* præpositio in neutro addebatur.

13 *Cujus gratia*] Neque *cujus* additum est, sed tantum, χάριτί ἐστε σεσωσμένοι, id est, *gratia salvi facti estis*. Et ita legit divus Hieronymus, ut hæc particula ceu per parenthesim interseratur, quod palam admonuit Theophylactus. Latini quidam adjecerunt *enim*, sed perperam. Cæterum ordinem sermonis hoc in loco, quoniam videtur perturbatus, Hieronymus restituit ad hunc modum: *Et vos cum mortui essetis delictis & peccatis vestris, convivificavit Christo Deus, qui dives est in misericordia, propter multam charitatem, qua dilexit nos, misertus est nostri. Et cum essemus mortui delictis, in quibus aliquando ambulavimus secundum seculum mundi hujus, secundum principem potestatis aëris spiritus, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ, in quibus & nos omnes conversati sumus aliquando in desideriis carnis nostræ, facientes voluntates carnis & mentium, & eramus natura filii iræ, convivificavit nos Christo*: ut bis repetas *convivificavit nos*, & tollas conjunctionem causalem, *Deus enim*. Nam ita legisse videtur Hieronymus, Ὁ γὰρ Θεὸς, quod hanc putet vel ab imperitis Librariis adjectam, vel ab ipso Paulo propter imperitiam Græcanici sermonis additam, cum in plerisque sit δὲ, id est, *autem*. Quanquam utraque conjunctio facit, quo minus absolvatur superior orationis pars, *Cum essetis* &c. Verum opinor Paulum addidisse conjunctionem δὲ adversativam, ut redderet contrariam partem superioribus, hoc est, convivificatos esse, ei quod est, mortuos esse peccatis: & quoniam intermiscuerat multa, velut ad novum orationis caput addidit præpositionem. Melius autem erat, si dixisset Interpres, *nihilominus Deus convivificavit*. Annotandum & hoc, quod in hoc sermone Paulus subinde variat personam, nunc illos compellans secunda persona, nunc seipsum illis admiscens. Addendum & illud, apud Ambrosium aliam esse lectionem quam nos habemus, sed haud scio an a Scribis inductam. Scriptum est autem hunc in modum: *Deus autem, qui dives est in misericordia, propter multam charitatem misertus est nostri*.

14 *Et conresuscitavit, & consedere fecit*] Καὶ συνήγειρε, καὶ συνεκάθισεν, id est, *Et pariter cum illo suscitavit, simulque cum illo sedere fecit*.

15 *In bonitate*] ἐν χρηστότητι. Quod Augustinus libro adversus Faustum undecimo vertit, *in benignitate*. Significat enim Dei erga nos clementiam lenitatemque.

16 *Gratia enim*] *Enim* non additur in nonnullis Græcorum codicibus, sicut nec paulo inferius, *Dei enim donum*. *Enim* non additur, quanquam ita legit Ambrosius.

17 *Ipsius enim sumus factura*] ποίημα. Ambrosius legit *figmentum*, velut aliquid e materia factum. Atque ita nos verteramus, quod *factura* vox videretur parum Latina, sed ab amicis eruditis admoniti, mutavimus *figmentum* in *opus*. Verebantur enim illi, ne quem imperitiorem offenderet *figmenti* vocabulum. Atqui si visum est istorum offensas omnes simili studio vitare, nihil erat omnino mutandum. Nos tamen hac in parte obsequuti sumus amicorum voluntati potius quam nostro judicio.

18 *In operibus bonis*] ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, id est, *ad opera bona*.

19 *Quæ præparavit Deus*] οἷς, id est, *quibus*, ad homines arbitror referendum. Tametsi juxta Græcanici sermonis proprietatem & ad opera referri potest, ut dativus Græcus in accusativum vertatur, quemadmodum legit Ambrosius, *quæ præparavit Deus*, & item Hieronymus.

20 *Ab ea quæ dicitur circumcisio*] ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς, id est, ab ipsis Judæis, nam Græca lucidiora sunt. Populus Hebræorum ob membrum genitale præsectum *circumcisio* vocabatur, cæteri *præputium* dicebantur, sed duntaxat Judæis, quibus ut illud cognomen erat honorificum, ita hoc ignominiosum. Et *manufacta* referendum est ad circumcisionem, non ad carnem.

21 *Qui eratis*] Legendum, *Quia eratis*, aut *Quoniam*, ut legunt Ambrosius Græcis consentiens & Hieronymus, suffragante utroque Constantiensi. Ὅτι ἦτε, ut sit iterata conjunctio, quasi posuisset, *Quod, inquam, eratis*.

22 *Alienati a conversatione*] τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, id est, *a civilitate*, sive *a republica Israel*, sive *Israelis*.

23 *Et hospites testamentorum*] καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν, id est, *peregrini*, sive *extrarii*, *a pactis* sive *testamentis*. Allusit enim ad rempublicam, cujus modo meminerat: unde hospites vocat, alienos a jure civium. Et *testamentorum promissionis* dixit, juxta idioma Hebræorum. Cæterum Ambrosius addit pronomen, legens, *promissionis eorum*.

24 *Et sine Deo*] ἄθεοι. Qui nullum credunt esse Deum, & ἀθεότης, quam Plutarchus ostendit minus malum esse, quam superstitionem, δεισιδαιμονίαν, quod hæc Deos imaginetur morosos ac vindices, quum Deus natura beneficus sit. *In hoc mundo.*

13 θεοι ἐν τῷ κόσμῳ. Νυνὶ δὲ ἐν Χριςῷ Ἰησοῦ ὑμεῖς, οἵ ποτε ὄντες μακρὰν, ἐγγὺς ἐγενήθητε ἐν τῷ αἵματι 14 τοῦ Χριςοῦ. Αὐτὸς γάρ ἐςιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν, καὶ τὸ μεσότοιχον τȣ̃ φραγμοῦ λύ- 15 σας, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, Τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας, ἵνα τȣ̀ς δύο κτίσῃ ἐν 16 ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, Καὶ ἀποκαταλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι τῷ Θεῷ διὰ τοῦ ςαυροῦ, ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν ἐν αὐ- 17 τῷ, Καὶ ἐλθὼν εὐηγγελίσατο εἰρήνην ὑμῖν, τοῖς μα- 18 κρὰν, καὶ τοῖς ἐγγύς. Ὅτι δι' αὐτοῦ ἔχομεν τὴν προσαγωγὴν οἱ ἀμφότεροι ἐν ἑνὶ Πνεύματι πρὸς τὸν 19 Πατέρα. Ἄρα οὖν οὐκέτι ἐςὲ ξένοι καὶ πάροικοι, ἀλλὰ συμπολῖται τῶν ἁγίων καὶ οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ, 20 Ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν Ἀποςόλων καὶ Προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριςοῦ, 21 Ἐν ᾧ πᾶσα οἰκοδομὴ συναρμολογουμένη, αὔξει εἰς 22 ναὸν ἅγιον ἐν Κυρίῳ, Ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε

III. 1 εἰς κατοικητήριον τȣ̃ Θεοῦ ἐν Πνεύματι. Τούτου χάριν ἐγὼ Παῦλος ὁ δέσμιος τοῦ Χριςοῦ Ἰησοῦ ὑπὲρ ὑ- 2 μῶν τῶν ἐθνῶν. Εἴγε ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν τῆς 3 χάριτος τοῦ Θεοῦ, τῆς δοθείσης μοι εἰς ὑμᾶς, Ὅτι κατὰ ἀποκάλυψιν ἐγνώρισέ μοι τὸ μυςήριον, καθὼς

προέ-

carentes in mundo. Nunc autem per Christum Je- 13 sum vos, qui quondam eratis longinqui, propinqui fa- cti estis per sanguinem Christi. Ipse enim est pax no- 14 stra, qui fecit ex utrisque unum, 25 & interstitium mace- riæ diruit, simultatem per carnem suam, Legem man- 15 datorum 26 in decretis sitam abrogans, 27 ut duos con- deret in semetipso 28 in unum novum hominem, fa- ciens pacem, Et & ut reconciliaret ambos in uno cor- 16 pore Deo per crucem, 29 perempta inimicitia per eam, Et veniens evangelizavit pacem vobis, qui pro- 17 cul aberatis, 30 & iis qui prope. Quoniam autem per 18 illum 31 habemus aditum utrique in uno Spiritu ad Patrem. Jam igitur non estis 32 hospites & incolæ, 33 19 sed concives sanctorum ac domestici Dei, 34 Super- 20 structi super fundamentum Apostolorum ac Prophe- tarum, 35 summo angulari lapide ipso Jesu Christo, In quo quæcumque structura 36 coagmentatur, ea cre- 21 scit in templum sanctum in Domino, In quo & vos 22 coædificamini in habitaculum Dei 37 per Spiritum. Hu- 1 III. jus rei gratia ego Paulus 1 vinctus sum Christi Jesu 2 pro vobis gentibus. Siquidem audistis 3 dispensatio- 2 nem gratiæ Dei, 4 quæ data est mihi in vos, Quod se- 3 cundum revelationem 5 notum mihi fecit mysterium,

6 quem-

do] *Hoc* redundat: nisi quod opinor Interpretem voluisse reddere vim articuli τῷ.

25 *Et medium parietem maceriæ solvens inimicitias*] Græci ita distinguunt, ut accusativus *inimicitias* referatur ad inferius participium *καταργήσας*. Quanquam utroque potest referri, ad λύσας quod præcessit, & ad *καταργήσας* quod sequitur, ut *inimicitiam* appositive cohæreat cum *medium parietem*, aut cum *Legem mandatorum*. Et mirum cur cum ὁ ποιήσας verterit in verbum, non mutarit & alterum λύσας, id est, *qui solvit*, aut *soluto pariete*. Rursum Græce est, τὸ μεσότοιχον τȣ̃ φραγμοῦ, quasi dicas, *interstitium septi* sive *sepis*. Et apud Comicum, *Mitio jubet maceriam dirui, ut fiat una domus.* Id ergo quod dirimit ædes ab ædibus, μεσότοιχον vocat. Nec tamen male vertit Interpres, nisi quod sermo non caret amphibologia. Siquidem medium parietem ferit, qui mediam partem percutit.

26 *Decretis evacuans*] *In* præpositio omissa totum subvertit sensum, quasi decretis aboleverit legem: imo abolevit legem sitam in præceptis ac decretis. Quædam Editio, quam citat Hieronymus, habebat *in dogmatibus*, usurpata Græca voce. Ambrosius legit *in decretis:* alicubi citat *edictis*, ut libro *de Abraham Patriarcha* secundo capite sexto. Si Græcis esset additus articulus, τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν τὸν ἐν δόγμασι, nullus supererat scrupulus: nunc sermo habet amphibologiam; nam ἐν δόγμασι referri potest ad præcedentia simul & ad sequentia: si ad præcedentia, sensus erit, abrogavit legem præceptorum sitam in decretis; si ad sequentia, sensus erit, antiquavit legem præceptorum ceremonialium per dogmata Evangelica, ut ἐν præpositio posita sit vice *per*. Hoc sequutus videtur Interpres, qui præpositionem ut nobis supervacuam omisit. Hanc interpretationem apud unum Theophylactum invenio: qui videtur Chrysostomum sequutus, is putat *dogmata* esse fidem qua servamur, aut præcepta Evangelica, quale est: *Ego autem dico vobis, omnino non irasci.* Diversam sequitur Ambrosius, cujus verba subscribam: *Quia legem, quæ data erat Judæis in circumcisione, & in neomeniis, & in escis, & in sacrificiis, & in sabbatis, evacuavit, hoc est, cessare jam jussit, quæ oneri erant, & sic fecit pacem. Unde Petrus Apostolus dicit in Actis Apostolorum*: Quid imponitis jugum super cervicem fratrum, quod neque patres nostri, neque nos potuimus portare? In his Ambrosii verbis nulla fit mentio decretorum, per quæ lex fuerit antiquata. Subindicat autem Ambrosius circumcisionem & similes legis observationes obstitisse, quo minus conveniret inter Gentes & Judæos. His ergo per Christum antiquatis, fide conciliati sumus, quæ tam Judæis quam Gentibus absque legis observatione conferret salutem. Hieronymus hunc in modum: *Lex quoque mandatorum subversa est in dogmatibus, posteaquam circumcisio, & sabbatismus qui relictus est populo Dei, & pascha, & pentecoste, & non apparere in conspectu Dei vacuum, sunt altius intellecta quam resonant, & ab occidente littera recedentes, cœpimus vivificantem Spiritum sequi.* Ex his Hieronymi verbis perspicuum est, eum sentire legem abrogatam, non per decreta, sed per eorum, quæ decernebat, intelligentiam spiritualem. Nec abhorret ab his commentum Scholiastæ, cui nomen fecerunt Hieronymo. *Per solam*, inquit, *fidem justificans, moralia sola decernens.* Jam & alias Paulus legis præscriptiones appellat *dogmata*, velut ad Colossenses II. *De his quod adversum vos erat chirographum decreti:* quo loco Græci legunt τοῖς δόγμασιν, pro eo quod est ἐν δόγμασιν. Nam præpositio addita est ex idiomate sermonis Hebraici. Rursus alibi τί ἔτι δογματίζεσθε. Porro nusquam legimus apud Paulum Evangelii præcepta dicta *dogmata*. Submovendus est igitur & ille scrupulus de articulo. Mihi videtur omissus ob congeriem articulorum, si dixisset, τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν τὸν sive τῶν ἐν δόγμασι. Nam mihi videtur *in decretis* magis adhærere proximæ dictioni, alioqui bis idem dici videbatur, νόμον τῶν ἐντολῶν τὸν ἐν δόγμασι. Nunc ostendens legem imperiosam, appellat illam τῶν ἐντολῶν, quasi dicas ἐντέλλουσαν, id est, *præcipientem*, quomodo? non persuasione & lenitate aut promissis, sed præscriptis, quæ vocat *dogmata*, Latini *placita* dicunt. Etenim si quæras, quare Deus jussit nos a talibus ac talibus abstinere cibis, responderet Judæus, Quia sic Deo visum est. Et *evacuans*, præteriti temporis est, quasi dicas, *antiquata lege*.

27 *Et duos condat*] Hîc est *crearet*, sive *pararet*, κτίσῃ, velut explicans sententiam.

28 *In uno novo homine*] *In unum novum hominem*, est Græce, εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον. Atque ita refert Augustinus libro adversus Faustum XXII. cap. LXXXIX. Suffragabatur exemplar utrumque Constantiense. Cæterum quod est Græce ἀποκαταλλάξῃ, Latine versum *reconciliet*. Augustinus vertit *commutaret*. Qui sic vertit, legisse videtur ἀλλάξῃ.

29 *Inimicitias in semetipso*] ἐν αὐτῷ. Hieronymus legit *in ea*, ut referatur ad crucem, non ad Christum. Siquidem & crux apud Græcos masculini generis est. Verum si reciprocum esset, id est, *in se ipso*, haberet α adspiratum, ἐν αὑτῷ. Quanquam ne id quidem a Græcis Scriptoribus observatur. Postremo secus legit Ambrosius.

30 *Et pacem iis qui prope*] *Et pacem* non repetitur Græcis.

31 *Habemus accessum*] προσαγωγὴν, id est, *aditum* sive *introductionem*: veluti cum quis introducitur ad conspectum Principis.

32 *Hospites & advenæ*] ξένοι καὶ πάροικοι, id est, *peregrini & incolæ*, sive *accolæ*, hoc est, qui aliunde commigrarunt in alienam civitatem. Augustinus aliquoties legit pro *advenæ*, *inquilini*.

33 *Sed estis cives*] ἀλλὰ συμπολῖται, id est, *sed concives*, ut verbum verbo reddatur.

34 *Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum*] Hanc particulam, *& Prophetarum*, eraserant Marcionitæ, nimirum odio veteris Testamenti.

35 *Angulari lapide*] Græcis unica vox est, ἀκρογωνιαίȣ, qua significatur summus lapis in angulo ædificii, qui solet esse validissimus. Est autem ablativus absolute positus, veluti si dicas, In qua structura Christus summus est in angulo lapis. Et ob id Augustinus adducens hunc locum in enarratione Psalmi LXXXI. addit *existente*, dilucide magis quam Latine. Rursus adversus Faustum libro duodecimo, capite vigesimo quarto. *In ipso summo angulari lapide Christo Jesu.* Et hîc ablativus ponitur absolute, ac si dicas, Christo duce, ὄντος ἀκρογωνιαίȣ αὐτȣ̃ Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃, id est, *ipso Jesu Christo ente summo lapide angulari.*

36 *Constructa*] Græce significantius, συναρμολογουμένη, id est, *coagmentata*, sive *commissa*, sive *coaptata*. Hieronymus legit *compaginata*. Ambrosius *compacta*. Nec significat omnem structuram hoc angulari lapide compactam esse, sed quæcunque illo lapide connectatur, eam surgere in templum Domini. Est enim participium præsentis temporis, συναρμολογουμένη. Quanquam πᾶσα ἡ οἰκοδομὴ verti poterat *tota structura*, ut non quamvis intelligas, sed integram. Atque ita interpretatur Theophylactus.

37 *In Spiritu sancto*] *Sancto* redundat juxta Græca & Ambrosium, atque item Hieronymum, quorum & interpretatio declarat quid legerint. Spiritum enim opponit adversus carnalem Judaïsmum, quem nusquam non insectatur Paulus.

1 *Vinctus Christi Jesu*] *Vinctus* nomen est Græcis δέσμιος: & ob id mollius cohæret cum genitivo *Jesu Christi*.

2 *Pro vobis Gentibus*] Arbitror mendum esse, quod in Ambrosianis codicibus legitur, *pro vobis fratribus*.

3 *Dispensationem gratiæ*] οἰκονομίαν, id est, *dispensationem*, sive *administrationem*.

4 *Data est mihi in vobis*] εἰς ὑμᾶς, id est, *in vos*. Hunc quoque locum ἀνακολȣθὸν Hieronymus reddit ad hunc modum: *Hujus rei gratia ego Paulus vinctus Jesu Christi, & vinctus pro vobis qui estis ex gentibus, cognovi mysterium, ut vobis quoque illud traderem: sicut in hac eadem Epistola paulo ante sum loquutus. Debetis autem audire dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vobis, qui estis ex gentibus, pro quibus & vinctus sum Jesu Christi.* Quanquam existimat esse simplicius, fateri Paulum in aliena lingua balbutisse, & sensu magis quam verbis æstimandum. Poterat & hoc pacto tolli sermonis imperfecti incommodum, si subaudias verbum substantivum *sum*, *Ego Paulus vinctus sum Jesu Christi.*

5 *Notum factum mihi est*] ἐγνώρισέ μοι τὸ μυςήριον, id est, *notum mihi fecit mysterium*, quod rursum Interpres vertit *Sacramentum*.

6 *Sic-*

4 προέγραψα ἐν ὀλίγῳ. Πρὸς ὃ δύνασθε ἀναγινώσκοντες 5 νοῆσαι τὴν σύνεσίν μου ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ Χριστοῦ, Ὃ ἐν ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ 6 Προφήταις ἐν Πνεύματι, Εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα, καὶ σύσσωμα, καὶ συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ 7 ἐν τῷ Χριστῷ, διὰ τοῦ Εὐαγγελίου, Οὗ ἐγενόμην διάκονος κατὰ τὴν δωρεὰν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι κατὰ τὴν ἐνέργειαν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. 8 Ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων τῶν ἁγίων ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη, ἐν τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίσασθαι τὸν ἀνεξιχ-9 νίαστον πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ, Καὶ φωτίσαι πάντας, τίς ἡ κοινωνία τοῦ μυστηρίου, τοῦ ἀποκεκρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν τῷ Θεῷ, τῷ τὰ πάντα κτίσαντι διὰ Ἰησοῦ 10 Χριστοῦ, Ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις διὰ τῆς Ἐκκλησίας ἡ πο-11 λυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ, Κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώ-12 νων, ἣν ἐποίησεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν παῤῥησίαν καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐν πε-13 ποιθήσει, τῇ διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ. Διὸ αἰτοῦμαι, μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσί μου ὑπὲρ ὑμῶν, ἥτις ἐστὶ δόξα 14 ὑμῶν. Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν 15 Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ἐξ οὗ πᾶσα πα-16 τριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται, Ἵνα δῴη ὑμῖν κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ, δυνάμει κραταιω-

A 6 quemadmodum ante ſcripſi 7 paucis. Ex quibus poteſtis legentes intelligere cognitionem meam 8 in myſterio Chriſti, Quod 9 in aliis ætatibus non innotuit filiis hominum, quemadmodum nunc revelatum eſt ſanctis Apoſtolis ejus & Prophetis 10 per Spiritum, 11 Ut ſint gentes cohæredes, & 12 ejuſdem corporis, conſorteſque 13 promiſſionis ejus in Chriſto, per Evangelium, Cujus factus ſum miniſter, ſecundum donum gratiæ Dei, quod datum eſt mihi ſecundum efficaciam potentiæ illius. Mihi minimo 14 omnium ſanctorum data eſt gratia hæc, ut inter gentes evangelizem 15 imperveſtigabiles divitias Chriſti, 16 Et in lucem proferam omnibus, B 17 quæ ſit communio myſterii, quod erat abſconditum a ſeculis in Deo, 18 qui univerſa condidit per Jeſum Chriſtum, 19 Ut nota fiat nunc principatibus ac 20 poteſtatibus in cœleſtibus 21 per Eccleſiam 22 vehementer varia ſapientia Dei, 23 Secundum præfinitionem ſeculorum, 24 quam fecit in Chriſto Jeſu Domino noſtro, Per quem habemus audaciam & aditum cum fiducia, quæ eſt per fidem illius. Quapropter peto, ne deficiatis 25 ob afflictiones meas, quas pro vobis tolero, 26 quæ eſt gloria veſtra. Hujus rei gratia flecto genua mea 27 ad Patrem Domini noſtri C Jeſu Chriſti, Ex quo 28 omnis a communi Patre cognatio in cœlis & in terra nominatur, Ut det vobis juxta divi-

6 *Sicut ſupra ſcripſi*] καθὼς προέγραψα, id eſt, *ſicut ante ſcripſi*, ut Ambroſius. *Præſcripſi* legit divus Hieronymus.

7 *In brevi*] ἐν ὀλίγῳ, id eſt, *in modico*, legit Hieronymus & Ambroſius. Significat enim ſe paucis de his ſcripſiſſe, ut Græca exponunt ſcholia. Poteſt eſſe ſenſus & hic, *quemadmodum ſcripſi paulo ante.* Meminit enim de his qui procul eſſent, Gentes ſignificans. In eum ſenſum ferme Theophylactus.

8 *In miniſterio Chriſti*] ἐν τῷ μυστηρίῳ, id eſt, *in myſterio*, quod ſolet vertere *Sacramentum.*

9 *Aliis generationibus*] Apertius eſt, quod legit Ambroſius, *aliis ſeculis.* Nam de ætatibus loquitur, non de nationibus. *Non eſt agnitum*, οὐκ ἐγνωρίσθη, id eſt, *non notificatum*, ſive *reſeratum.*

10 *In Spiritu*] Græcis additum eſt *ſancto.* Neque lectio ſolum diverſa eſt, verum etiam diſtinctio. D Theophylactus ſic ordinat ſermonem, *ſicut nunc revelatum eſt ſanctis Apoſtolis ejus in Spiritu ſancto:* ut intelligamus hoc illis per Spiritum ſanctum fuiſſe revelatum. Ambroſius contra, *Spiritu* connectit cum his quæ ſequuntur, *Sicut nunc revelatum eſt ſanctis ejus Apoſtolis & Prophetis, Spiritu eſſe Gentes cohæredes:* id palam arguit ejuſdem interpretatio, docens Gentes eſſe cohæredes, non ceremoniis Moſaicæ Legis, ſed Spiritu, hoc eſt, doctrina Evangelica. Divus Hieronymus Græcorum ſequitur diſtinctionem. Mihi magis probatur quod ſequitur Ambroſius.

11 *Eſſe gentes*] Εἶναι τὰ ἔθνη, id eſt, *Ut ſint gentes.*

12 *Concorporales*] σύσσωμα, quaſi dicas, *unius corporis.* Hoc loco offendit aures Hieronymi conjunctionum congeries, ut ipſi videtur, inconcinna, *cohæredes & concorporales & comparticipes.* Mirum eſt autem illum tantilla re offendi, qui toties Paulum facit imperitum Græci ſermonis, licet fateatur non imperitum ſcientia. Deinde quum hîc fateatur legendum eſſe *comparticipes*, nec dubium quin in bonam partem, tamen in hujus Epi- E ſtolæ capite quinto negat hanc vocem legi in Litteris Sacris niſi in malam partem: verum hac de re illic plura dicentur.

13 *Promiſſionis in Chriſto Jeſu*] Deeſt apud nos αὐτοῦ, id eſt, *ſua*, ſive *ejus:* ut referatur ad Spiritum: ut ſenſiſſe videtur Ambroſius, quum ſubſcribit, *Hoc eſt quod dicit, Spiritu gentes eſſe cohæredes & concorporatas & participes promiſſionis ejus in Chriſto. Qui enim ſpiritu Deum colit, opere legis opus non habet.*

14 *Omnium ſanctorum*] In nonnullis Græcis addebatur *hominum*, ſed mendoſe, ni fallor. Et ἐλαχιστοτέρῳ, id eſt, *infimo:* ut vertit Hieronymus. Sed Paulus ut magis ſe diminuat, e ſuperlativo finxit comparativum, ac ſi dicas *infimiori* pro infimo, aut *poſtremiori.*

15 *Inveſtigabiles*] ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον, id eſt, *imperveſtigabiles divitias.* Nam quod apud Ambroſium legitur *inæſtimabiles*, haud ſcio an errore ſit factum Librarii, certe interpretatur *incomprehenſibiles.*

16 *Et illuminare*] Καὶ φωτίσαι πάντας. Ambroſius non addit *omnes*, & ſermo commodior eſt. F Nec apud Hieronymum ulla mentio hujus nominis additi, ſed tantum eſt *illuminare.* Neque Paulus illuminat homines, ſed in lucem profert, & quod ante fuerat reconditum, facit omnibus perſpicuum.

17 *Quæ ſit diſpenſatio*] Legitur & ὁ πλοῦτος, id eſt, *quæ divitiæ.* Rurſum μυστήριον vertit *Sacramentum.*

18 *Qui omnia creavit*] διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, id eſt, *per Jeſum Chriſtum*, additum eſt hoc loco apud Græcos: quanquam Hieronymus non habet, nec Ambroſius, nec vetuſti codices Latini.

19 *Ut innoteſcat*] Ἵνα γνωρισθῇ νῦν, id eſt, *Ut innoteſcat nunc. Et nunc* Hieronymus legit addita conjunctione, ſi modo codex mendo vacat.

20 *Poteſtatibus in cœleſtibus*] ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, id eſt, *in cœleſtibus.*

21 *Per Eccleſiam*] διὰ τῆς Ἐκκλησίας. Præpoſitio *per* hoc loco ſignificat inſtrumentum, quaſi dicas *opera Eccleſiæ.* Quanquam, ut ingenue fatear, ſermo Græcus plane anceps eſſet, niſi additus fuiſſet articulus τῆς, atque ita ſenſus fuiſſet, *propter congregationes*, ſive *eccleſias.*

22 *Multiformis ſapientia*] πολυποίκιλος, ſive alias παμποίκιλος, id eſt, *maxime varia*, & *modis omnibus varia.* Nam πᾶν in compoſitione additum adjungit epitaſin.

23 *Secundum præfinitionem*] Κατὰ πρόθεσιν, id eſt, *Secundum propoſitum:* ut legit Hieronymus.

24 *Quam fecit*] ἣν ἐποίησεν. Sermo Græcus anceps eſt. Nam Græcus articulus referre poteſt vel ſapientiam, vel eccleſiam, vel præfinitionem, quam Ambroſius & Hieronymus *propoſitum* vocant. Si ad propoſitum referatur, ſenſus eſt, Juxta tempus quod propoſuerat ſive præfinierat in Chriſto. Si ad eccleſiam, ſenſus fuerit, Eccleſiam factam in Chriſto Jeſu. Si ad ſapientiam, intelligis in Chriſto factam, hoc eſt, creatam fuiſſe ſapientiam. Atque hic ſenſus poſtremus maxime probatur Hieronymo. Et *fiduciam* eſt παῤῥησίαν, quam Ambroſius vertit *libertatem.* Eſt autem audacia libere loquendi. Porro nihil timidius animo ſibi male conſcio, ut contra innocentia nihil fidentius.

25 *In tribulationibus meis pro vobis*] αἰτοῦμαι μὴ ἐκκακεῖν. Divus Hieronymus admonet Græcum ſermonem eſſe ambiguum, quod verbum ἐκκακεῖν ad quamvis perſonam accommodari poſſit, ne deficiam ego, ne deficiatis vos, ne deficiant illi. Certe juxta primum ac ſecundum ſenſum interpretatur Hieronymus: Peto ne deficiam, ne me ſuperent aëreæ poteſtates, oppugnantes undique.

26 *Quæ eſt gloria*] In quibuſdam Græcis codicibus habebatur, *quæ erit*, ἥτις ἔσται. Hoc loco nonnihil ſe torquet Hieronymus, nec ſatis intelligo cur ſe torqueat, exiſtimans hujus ſermonis rationem non poſſe conſiſtere, niſi fateamur Paulum imperite loquutum, qui *tribulationibus* numero multitudinis ſubjecerit relativum ſingulare, *quæ eſt gloria.* Quaſi vero non hoc doceat Grammatica, rectius etiam ad hunc modum nos loqui, quam ſi dicamus, *in tribulationibus, quæ ſunt gloria veſtra.* Atque ille hoc tantum ducit incommodum, ut per hyperbaton tentet hanc particulam, *quæ eſt gloria veſtra*, ad ea quæ præceſſerunt detorquere, *In quo habemus fiduciam & acceſſum & fidem*, & cætera: *quæ* fiducia, acceſſus, & fides, *veſtra eſt gloria.* Verum quoniam hoc vidit eſſe durius, mavult Paulum loquendi imperitum facere. Sed quid hîc interim facient Hieronymo, qui volunt Apoſtolis omnibus ſcientiam linguarum dono Spiritus ſancti contigiſſe, idque donum eis fuiſſe perpetuum? quorum de numero videtur & Aquinas in Epiſtolam ad Galatas. At Hieronymus toties non veretur Paulum imperitum Græci ſermonis facere. Quanquam hoc ſane loco non video quid imperite dictum videri poſſit, niſi quod Hebraice magis quam Græce dixit *in tribulationibus*, pro *ob tribulationes.*

27 *Ad Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti*] Divus Hieronymus indicat in Latinis codicibus addita quatuor verba, *Domini noſtri Jeſu Chriſti:* quum in Græcis ſcriptura germana maneat. Non enim loquitur hîc proprie de Patre Domini Jeſu Chriſti, ſed in genere ad illum Patrem flectit genua, quem omnes creaturæ rationabiles agnoſcunt conditorem & auctorem. Et tamen mirum eſt, quod Hieronymus ſcribit additum in Latinis codicibus, nunc in Græcis reperiri. Quanquam Chryſoſtomus ac Theophylactus enarrantes locum non attingunt hanc particulam: unde conjectandum eſt, aut e noſtris codicibus additam Græcis, aut Græcorum codices & olim variaſſe.

28 *Omnis paternitas*] πᾶσα πατριὰ, id eſt, *omnis familia:* ut indicat & divus Hieronymus in *Commentariis.* Idem adverſus Helvidium ſcribens fatetur Latinos *parentelas* vocare, quas Græci vocant πατριὰς, quum ex una radice multa generis turba diffunditur. Sed apud Græcos manet alluſio vocum, quam Latinus conatus eſt obſervare. Jam quæſtiones illæ, quas movet hoc loco Thomas Aquinas, num qua paternitas ſit in cœlo, & num omnis paternitas, quæ eſt in cœlo & in terris, derivata ſit ab ea paternitate, quæ eſt in divinis, quam apte pertineant ad hunc locum, viderint Theologi: quandoquidem vocem, unde quæ-

ταιωθῆναι διὰ τῦ Πνεύματος αὐτῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρω-
17 πον, Κατοικῆσαι τὸν Χριςὸν διὰ τῆς πίςεως ἐν ταῖς
καρδίαις ὑμῶν, ἐν ἀγάπῃ ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιω-
18 μένοι· Ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁ-
γίοις, τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος,
19 Γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλυσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τῦ
Χριςῦ, ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τῦ Θεῦ.
20 Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπὲρ ἐκπερισσῦ
ὧν αἰτύμεθα ἢ νοῦμεν, κατὰ τὴν δύναμιν τὴν ἐνεργυ-
21 μένην ἐν ἡμῖν, Αὐτῷ ἡ δόξα ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐν Χρι-
ςῷ Ἰησῦ, εἰς πάσας τὰς γενεὰς τῦ αἰῶνος τῶν αἰώ-
IV. 1 νων. Ἀμήν. Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἐγὼ ὁ δέσμιος ἐν
Κυρίῳ, ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως, ἧς ἐκλή-
2 θητε, Μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ πρᾳότη-
τος, μετὰ μακροθυμίας, ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀ-
3 γάπῃ, Σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ Πνεύ-
4 ματος ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης. Ἓν σῶμα καὶ
ἓν Πνεῦμα, καθὼς καὶ ἐκλήθητε ἐν μιᾷ ἐλπίδι
5 τῆς κλήσεως ὑμῶν. Εἷς Κύριος, μία πίςις, ἓν
6 βάπτισμα, Εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ
πάν-

divitias gloriæ suæ, 29 ut fortitudine corroboremini per Spiritum suum in internum hominem, Ut inhabi- 17 tet Christus per fidem in cordibus vestris, fixis in charitate radicibus & fundamento jacto: Ut valea- 18 tis assequi cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo 30 & profunditas & sublimitas, 31 Cognos- 19 cereque 32 præminentem cognitioni dilectionem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. 33 Ei vero, qui potest cumulate facere 34 ultra omnia 20 quæ petimus aut cogitamus, juxta vim agentem in nobis, Sit gloria 35 in Ecclesia per Christum Jesum, in 21 omnes ætates seculi seculorum. Amen. Hortor ita- 1 IV. que vos ego vinctus in Domino, ut ambuletis 1 ita ut dignum est vocatione, qua vocati estis, 2 Cum omni 2 submissione ac mansuetudine, 3 cum animi lenitate, tolerantes vos invicem per charitatem, 4 Studentes ser- 3 vare unitatem Spiritus 5 per vinculum pacis. Unum 4 corpus & unus Spiritus, quemadmodum & vocati e- stis in una spe vocationis vestræ. Unus Dominus, una 5 fides, unum baptisma, Unus Deus & Pater omnium, 6 6 qui

quæstionem omnem elicit, non intellexit. Certe alibi Interpres vertit *familiam*, velut in Psalmo, *Omnes familiæ gentium*, *πατριαί*. Item in Luca, *de domo & familia David*. Subnotavit hoc Interpres Origenis Homilia in Numeros secunda. Chrysostomus exponit *φυλὰς*, id est, *tribus*. Verum Interpres, ut dicere cœperam, affectavit reddere vocum affinitatem, *pater* & *paternitas*. Atqui ea non erat tanti, ut hujus gratia fuerit perdenda sententia. *Parentela* satis explicabat rem, si modo verbum esset probum. Et tamen hoc ætate sua vulgo fuisse usurpatum testatur Hieronymus, vel ob hoc tolerabilius quam *paternitas*, præsertim quum hic suffragetur analogia. Quemadmodum enim a *cliens clientela*, ita a *parens parentela*. Nos circumitione, ut potuimus, reddidimus.

29 *Virtute corroborari*] *δυνάμει*, id est, *virtute*. Manifestior erat sensus, si Græca infinita vertisset per verbum subjunctivum, *ut corroboremini*.

30 *Sublimitas & profundum*] *καὶ βάθος καὶ ὕψος*, id est, *& profunditas & sublimitas*. Hieronymus, *& profundum & altitudo*.

31 *Scire etiam*] Non est initium novi capitis, ut sit opus *etiam*: *Γνῶναί τε*, id est, *Scireque*, vel *Utque sciretis*.

32 *Supereminentem scientiæ charitatem*] Apud nos incertum est dativi ne casus sit *scientiæ*, an genitivi: ut aut intelligas charitatem Christi sciri, quæ sit major quam ut cognosci possit: seu juxta Ambrosium, quæ præmineat scientiæ nostræ: aut ut intelligas eximiam dilectionem cognitionis. Sed posterior sensus magis quadrat ad Græcum sermonem. Et hunc sequitur Hieronymus. Porro quod Ambrosius senserit id quod dixi, declarant hæc illius verba: *Post Dei Patris infinitam & incomprehensibilem cognitionem, & inenarrabilem clementiam, Christi quoque agnoscere nos vult charitatem, quæ supereminentis est scientiæ, & subintelligitur humanæ, ut super scientiam hominum habeatur dilectio Christi. Quis enim potest colligere mysterii hujus charitatis rationem, ut & Deus hominis causa homo nasceretur?* &c. Quanquam in hac scriptura suspicor non abesse mendum. Siquidem in contextu habetur, *Cognoscereque supereminentem scientiam charitatis Christi*, quomodo citat & Augustinus Epistola centesima vigesima: quæ lectio multum dissonat a Græca. Præterea quod habetur in commentario, *supereminentis est scientiæ*, suspicor ipsum scripsisse, *supereminens est scientiæ*. Porro quæ Hieronymus hoc loco differit, mihi videntur aliquanto duriora. Nec refert hanc vocem *scientiæ* ad *supereminentem*, sed ad *charitatem*. Certe Theophylactus in eamdem sententiam interpretatur, in quam Ambrosius. Et cum Ambrosio consentit Augustinus, citans hunc locum libro *de Gratia & Libero Arbitrio*, capite decimo nono: *Item*, inquit, *quum dicat Apostolus* supereminentem scientiæ charitatem Christi, *quid insanius quam putare ex Deo esse scientiam, quæ subdenda est charitati, & ex hominibus esse charitatem quæ supereminet scientiæ*. Nihil autem esset scrupuli, si *ὑπερβάλλω* patiatur sibi jungi casum paternum, quemadmodum habet *ὑπερασπίζω*, & *ὑπεραπολογῦμαι*, & *ὑπερέχω*, idem significans quod *ὑπερβάλλω*. Neque enim huc libet confugere; ut dicam Paulum abusum casu ob Græci sermonis vel neglectum vel inscitiam. Theophylactus in hanc sententiam edisserit: *Ut possitis*, inquit, *cognoscere charitatem Christi, antecellentem omni scientiæ. Quomodo cognoscemus nos? Primum quidem dicit hanc antecellere scientiæ, nimirum humanæ, vos autem non per humanam scientiam, sed per Spiritum cognoscetis hanc. Deinde nec hoc dixit, Cognoscetis eam quanta sit, sed hoc ipsum, quod magna est, quod excellit omnem scientiam. Hoc precor ut a Spiritu discatis. Et quis hoc*, inquit, *nescit? Omnes, & hi qui moleste ferunt quæ quotidie accidunt, & hi qui Mammonam præferunt Deo. Quod si hanc cognosceremus, haudquaquam vel obmurmuraremus divinæ providentiæ, vel rebus præsentibus animum addiceremus, a Deo deficientes, qui nos sic dilexit. Illud autem attende: Si dilectio præcellit omnem scientiam, quanto magis ipsa substantia.* Hactenus Theophylactus: ex quibus apparet eum sensisse charitatem excellentiorem scientia. Chrysostomus hunc scrupulum non attingit.

33 *Ei autem, qui potens est omnia facere*] Græce est *ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι*, id est, *super omnia facere*. Atque ita legit Ambrosius & Hieronymus: sed ita ut *ὑπὲρ* adverbium videatur, non præpositio, pollere autem tantundem, quasi dicas *eximie*. Certe proximo loco quum repetitur, *ὑπὲρ ἐκπερισσῦ*, non potest aliud quam adverbium esse. Est autem epitasis gemina, quemadmodum annotavit Chrysostomus & Theophylactus. Deus potest omnia, quod nullus hominum, & potest cumulatissime præstare quicquid vult, & ultra quam nos petimus. Jam illud Lector, vel non monitus, animadvertis, hanc esse coronidem quamdam, quales aliquoties Paulus ceu raptus & afflatus subnectit suæ disputationi.

34 *Superabundanter quam petimus*] *ὑπὲρ ἐκπερισσῦ ὧν αἰτύμεθα*, id est, *ex abundanti supra ea quæ petimus. Quam petimus aut intelligimus*, *ὧν αἰτύμεθα ἢ νοῦμεν*, id est, *quæ petimus aut cogitamus*. Sic enim emendat Laurentius: licet id quidem ad sensum non ita magni refert. Illud tantum submonendus est rudis Lector, articulum *ὧν* congruere cum præcedenti dictione, quum a suo verbo dissentiat, idque ex proprietate sermonis Græcanici.

35 *In Ecclesia & in Christo*] Copula *&* redundat. Ambrosius ordine diverso legit, *in Christo Jesu & in Ecclesia*. Ac juxta hunc ordinem interpretatur. In altero loco præpositio simpliciter usurpata est *in Ecclesia*, quasi dicas in Senatu, in altero juxta proprietatem sermonis Hebraici. Optat enim ut glorificetur Pater in congregatione sanctorum per Filium Jesum Christum, & in hoc sensu nullus est usus præpositionis.

1 *Digne vocatione*] *ἀξίως τῆς κλήσεως*. Addidit nominis casum adverbio, quasi dicas, *canit similiter tibi*. Et rursus articulus respondet nomini antecedenti, dissonans suo verbo. Alioqui dicendum erat *ἣ ἐκλήθητε*.

2 *Cum omni humilitate*] *ταπεινοφροσύνης*. Quæ significat animi habitum contrarium arrogantiæ: nam *humilitas*, quæ *ταπείνωσις*, aliud quiddam significat. Et ob id Ambrosius addit *humilitate animi*, ne fortunæ humilitatem acciperemus.

3 *Cum patientia*] *μακροθυμίας*, id est, *longanimitate*, si quis ad verbum reddat. Ambrosius sic legit, *cum omni humilitate animi & modestia, cum magnanimitate*: *μακροθυμίαν* vertens *magnanimitatem*, quum magis sonet *animi lenitatem* ac *moderationem*, qua fit ut non facile commoveamur, neque rapiamur ad vindictæ cupiditatem. *Longanimitas* propius exprimit Græcam vocem quam *magnanimitas*: & tamen aliud est longus animus quam lenis & lentus ad iram. *Patientia* recte habebat, nisi quod anceps est, & sæpius ad tolerantiam corporis, quam ad animi lenitatem pertinet.

4 *Solliciti servare*] *Σπυδάζοντες*, id est, *Studentes*. Quod Augustinus libro secundo adversus Litteras Petiliani capite sexagesimo nono vertit, *Sollicite agentes*. Ac mox capite septuagesimo octavo vertit, *Studentes servare*: quemadmodum nos vertimus. Ambrosius, *Sollicite servantes*.

5 *In vinculo pacis*] *ἐν τῷ συνδέσμῳ*. Quasi dicas, *in colligatione & concatenatione*. Augustinus in eodem loco vertit *conjunctione*. Nam vinculum unius dici potest: *σύνδεσμος* est, quo aliud alii connectitur.

6 *Qui super omnes & per omnia*] Satius erat in eodem genere perseverare, & non miscere res personis, *super omnia & per omnia*, aut *super omnes & per omnes*; nam apud Græcos incertum est genus. Hieronymus magis videtur amplecti neutrum genus, adducens illud Virgilianum,

------- *Deum namque ire per omnes*
Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum.

Utcunque Scribæ insulserunt *omnes*, sed refragante sensu. Sic enim enarrat Hieronymus: *Super omnes enim est Deus Pater: quia auctor est omnium. Per omnes Filius: quia cuncta transcurrit, vaditque per omnia. In omnibus Spiritus sanctus: quia nihil absque eo est.* Hæc ille. In prima particula, quoniam *omnium* est omnis generis, non liquet an ad omnes homines, an ad omnia quæ sunt, referatur. In secunda quum addit hanc causam, *quia cuncta transcurrit vaditque per omnia*, declarat se legisse non *per omnes*, sed *per omnia*. *In omnibus*, rursum ambiguum est: sed quod subnectitur, *quia sine eo nihil est*, declarat *in omnibus* neutro genere dictum. Alioqui dixisset, *sine eo nullus est*. Ad id facit quæstio, quam mox subjicit Hieronymus: *Nec vero putandum est*, inquit, *unum Deum & Patrem omnium esse communiter, ut scilicet ad irrationabilia jumenta nomen Patris possit aptari*, & cætera. Hic scrupulus frustra movetur, si legit *Patrem super omnes esse*. Eodem pertinet quod subjicit: *Tale quid de creaturis & Deo etiam Zeno cum suis Stoicis suspicatur*: sensit enim de dogmate Ze-

7 πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν ὑμῖν. Ἑνὶ δὲ ἑκάςῳ ἡμῶν ἐδόθη ἡ χάρις κατὰ τὸ μέτρον τῆς 8 δωρεᾶς τȣ̃ Χριςȣ̃. Διὸ λέγει, Ἀναβὰς εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, καὶ ἔδωκε δόματα τοῖς 9 ἀνθρώποις. Τὸ δὲ ἀνέβη, τί ἐςιν, εἰ μὴ ὅτι καὶ 10 κατέβη πρῶτον εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς; Ὁ καταβὰς αὐτός ἐςι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάν- 11 των τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. Καὶ αὐτὸς ἔδωκε, τȣ̀ς μὲν Ἀποςόλȣς, τȣ̀ς δὲ Προφήτας, τȣ̀ς δὲ Εὐαγγελιςὰς, τȣ̀ς δὲ Ποιμένας καὶ Διδασκά- 12 λους, Πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων εἰς ἔργον 13 διακονίας, εἰς οἰκοδομὴν τȣ̃ σώματος τȣ̃ Χριςȣ̃, Μέχρι καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίςεως καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τȣ̃ Υἱȣ̃ τȣ̃ Θεȣ̃, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τȣ̃ πληρώματος τȣ̃ Χριςȣ̃, 14 Ἵνα μηκέτι ὦμεν νήπιοι, κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, ἐν τῇ κυ-

βείᾳ

qui est super omnia, & per omnia, 7 & in omnibus vobis. Verum unicuique nostrûm data est gratia juxta 7 mensuram donationis Christi. Quapropter dicit, 8 8 Quum adscendisset in altum, captivam duxit captivitatem, & dedit dona hominibus. 9 Cæterum illud ad- 9 scendit, quid est, nisi quod etiam descenderat prius in infimas partes terræ? Qui descendit idem ille est 10 qui etiam adscendit supra omnes cœlos, ut impleret omnia. Et idem dedit, alios quidem Apostolos, alios 11 vero Prophetas, alios autem Evangelistas, 10 alios autem Pastores ac Doctores, 11 Ad instaurationem san- 12 ctorum in opus administrationis, in ædificationem corporis Christi, Donec perveniamus omnes in uni- 13 tatem fidei 12 & agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plene adultæ Christi, Ut 14 non amplius simus pueri, qui fluctuemus 13 & circumferamur quovis vento doctrinæ, 14 per versutiam ho-

mi-

Zenonis, quod ita refert Laërtius: Θεὸν δὲ εἶναι ζῶον ἀθάνατον, λογικὸν, ἢ νοερὸν, ἐν εὐδαιμονίᾳ κακȣ̃ τινος ἀνεπίδεκτον, προνοητικὸν κόσμȣ τε καὶ τῶν ἐν κόσμῳ. Μὴ εἶναι δὲ μέν τοι ἀνθρωπόμορφον, εἶναι δὲ τὸν δημιȣργὸν τῶν ὅλων, ὥσπερ καὶ πατέρα πάντων, κοινῶς τε καὶ τὸ μέρος αὐτȣ̃ τὸ διῆκον διὰ πάντων, ὃ πολλαῖς προσηγορίαις προσονομάζεται κατὰ τὰς δυνάμεις. Δία μὲν γάρ φασι, δι' ὃν τὰ πάντα, Ζῆνα δὲ καλȣ̃σι, παρ' ὅσον τȣ̃ ζῆν αἴτιός ἐςιν, & cætera. Id est, *Deum autem esse animal immortale, rationale, aut intellectuale, ita felix ut nullius mali sit capax, providentiam & curam habens tum mundi, tum eorum quæ sunt in mundo. Attamen non esse specie humana, sed opifex esse cunctorum, quemadmodum & pater est omnium, communiter quidem, sed ita ut sit pars ipsius mundi, quæ*, sive *quod*, *penetrat per omnia, quod variis cognomentis appellatur juxta vires diversas.* Δία, id est, *Jovem enim appellant, quod per ipsum sint omnia,* Ζῆνα, id est, *Jovem appellant, quod auctor sit vitæ.* Ita Laërtius. In cujus verbis suspicor esse mendum, quod Interpres videtur sequutus, pro eo quod scriptum est, δι' ὃν τὰ πάντα, scribendum arbitror διῆκον τὰ πάντα, ut subaudias ζῶον, aut διήκοντα πάντα, aut certe δι' ȣ̃ τὰ πάντα. Nam δι' ὃν τὰ πάντα non sonat *per quem omnia*, sed *propter quem omnia.* Ad hanc igitur Zenonis opinionem respiciens Hieronymus, subjicit: *Quem sequutus Virgilius ait:*

-------- Deum namque ire per omnes
Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum.

Et,

Principio cœlum ac terras, & cætera.

Hæc testimonia non congruunt, nisi legamus *per omnia.* His suffragatur & illud quod subjicit: *Quidam hoc quod est*, super omnes, per omnes, & in omnibus, *ad Patrem & Filium & Spiritum sanctum sic existimant referendum, ut* super omnia, *Patris sit, quia major est omnium:* per omnes, *Filius, quia per Filium creata sunt omnia:* in omnibus, *Spiritus: ipse enim credentibus datur, & templum sumus Spiritus sancti, & Pater & Filius habitant in nobis.* Hic rursus vides in interpretatione poni *omnia*, non *omnes*, excepta postrema particula. Quanquam ut & illic congruant *omnia*, facit Psalmi testimonium, *Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hic qui continet omnia, scientiam habet vocis.* Item in principio Geneseos, *Spiritus Domini expanditur super aquas.* Quid autem magni diceret Apostolus, si doceret, Deum Patrem esse super omnes homines? quum Angeli sint humano genere præstantiores. Scrupulus, quem movet Hieronymus, poterat aliter submoveri: quod quum a Deo Patre sint simpliciter omnia, non absurde dicitur *Pater omnium*, generali usu nominis paterni: quemadmodum Diabolus dicitur *mendacii pater*, quod is primus docuit mentiri. Hujusmodi scholiis non onerarem Lectorem, nisi quidam magno supercilio reprehendissent, quod dixerim Hieronymianam enarrationem videri magis amplecti neutrum genus. Chrysostomus enarrans hunc locum, admonet, ἐπὶ πάντων, dictum pro ἐπάνω πάντων. Dignitas autem Dei excellit non homines tantum, sed universam creaturam. Deinde quum *per omnia* exponit de gubernatione Dei, is profecto gubernat universa. In enarratione Chrysostomi tertio loco additur pronomen, ἐν πᾶσιν ὑμῖν, id est, *in omnibus vobis.* Atqui in contextu non additur. Ambrosius mavult genus masculinum, *super omnes, per omnes*, & *in omnibus vobis:* quorum postremum non potest non esse masculini generis. Theophylactus utrumque ad nos refert genere masculino.

7 *Et in omnibus vobis*] Pro quo Ambrosius legit *in omnibus credentibus.* Apud Hieronymum non additur *vobis*, tantum est *in omnibus.* Nec potest aliud ex illius interpretatione deprehendi. Ex hoc loco Græci refellunt Hæreticos, facientes Filium Patre, & Spiritum sanctum utroque minorem: quod præpositionem διὰ proprie dicerent competere in Filium: ἐν in Spiritum sanctum: quum ἐξ tribuatur Patri. Hic utraque præpositio tribuitur Patri, διὰ & ἐν. Nec tamen habent vim diminuendi.

8 *Adscendens in altum*] Ἀναβὰς εἰς ὕψος, id est, *Postquam adscenderat in altum*, præteriti temporis. Jam testimonium, quod adducit, est Psalmo sexagesimo septimo. Septuaginta transtulerunt hoc pacto: Ἀνέβης εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν, ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώποις. Paulus sciens ac prudens ab Hebræis unicam dictionem mutavit, ut indicat Hieronymus hunc edisserens locum. Quum enim apud illos legatur, *accepit dona in hominibus*, hic mutavit, *dedit dona in hominibus.* Nec ea varietas quicquam officit sententiæ: quandoquidem in Psalmo promittitur futurum, quod nondum erat factum, & ob id dicitur accepisse dona, quæ post elargiretur. Hic quoniam Apostolus describit quod jam erat factum, fundatis ubique per orbem Ecclesiis, dedisse scribitur, non accepisse.

9 *Quod autem adscendit*] Τὸ δὲ ἀνέβη, τί ἐςιν; id est, *Illud autem quod dictum est, adscendit, quid est?* & cætera.

10 *Alios autem Pastores & Doctores*] Annotavit Hieronymus, & hunc sequutus Augustinus Epistola quinquagesima nona, quod quum in cæteris discreverit officiorum genera, hic duo conjunxit. Neque enim dictum est, *quosdam Pastores, quosdam Doctores:* sed *alios Pastores & Doctores:* quod quicunque Pastores sunt, iidem debeant esse Doctores. Quum Ambrosius id non animadvertens, opinor, distinctim accipiat, quasi diversi sint Pastores ac Magistri. Rursum parum videtur observasse, quod apud Græcos pro Magistris est Διδασκάλȣς, id est, *Doctores.* Magistros enim interpretatur Exorcistas, qui in Ecclesia coërceant ac verberent inquietos. Quanquam Theophylactus proposito sensu, quem ostendimus, & hunc attingat de Diaconis.

11 *Ad consummationem sanctorum*] Πρὸς τὸν καταρτισμόν. Hieronymus legit, *ad instructionem.* Significat autem & refectionem, sive reparationem aut instaurationem rei collapsæ. Doctores enim succurrunt lapsis & dejectis. Maxime vero probatur quod nobiscum vertit Ambrosius, *ad consummationem sanctorum:* nam & hoc sonat Græcis καταρτίζεσθαι. Ita probe congruit quod sequitur, *in ædificationem corporis Christi:* nimirum ut corpus undique sit perfectum.

12 *In agnitione Filii Dei*] *Et agnitionis Filii Dei*, καὶ τῆς ἐπιγνώσεως: pendet enim ab ἑνότητος, quemadmodum & fides. Et ita legit divus Hieronymus, qui & alibi monet, proprie agnosci, quod antea fuerat cognitum.

13 *Et circumferamur*] Græcis est participium, περιφερόμενοι, id est, *circumacti.* Augustinus legit *circumlati.* Cætera commode, si tempus responderet. Et *parvuli*, est νήπιοι, quod ita significat *puerum*, ut & *parum prudentem* significet. Et *omni vento*, rectius erat *quovis vento.* Nam Græca vox παντὶ anceps est.

14 *In nequitia hominum*] ἐν κυβείᾳ. Quod verbum ductum est a lusu tesserarum; in quo qui potest, imponit & circumvenit alterum: etiamsi Faber in prima sane Editione mutat pro *nequitia, confusionem* & *perturbationem:* sed deceptus, ut videtur, similitudine figuræ μ, quæ *cappa* videri possit: itaque κυκείᾳ legit, pro κυβείᾳ, quum sit β. Et mutavit ille quidem hunc locum in posteriore Editione, sed ita ut nec ibi suffrager homini. Qua de re nonnihil attigimus in nostra ad illum Apologia. Videtur autem verbum esse fictum a κυβεύω, quod est *tesseris ludo*, quod in hujusmodi ludis arte opus est: & quisque nititur circumvenire collusorem, si possit, ad suum duntaxat commodum spectans: ut κυβείαν dicere possis *aleationem*, hoc est, versutiam, & fallax artificium, vel potius artificem fallaciam. Testatur & Hesychius, κυβεῦσαι præter cætera significare & χλευάσαι, quod est *irridere*, aut *subsannare.* Idque Hieronymus ad Dialecticorum argutias & insidiosas captiones refert. Hæc quum animi nostri conjecturam, tametsi magnopere probabilem, sequuti, litteris prodidissemus, nacti Theophylacti Episcopi in Paulinas Epistolas Commentarios, haudquaquam adspernandos, comperimus & illum nobiscum sentire: cujus equidem verba, quod ad hanc rem pertinet, non gravabor adscribere: Κυβευταὶ λέγονται, οἱ τοῖς πεττοῖς κεχρημένοι· τοιȣ̃τοί εἰσιν οἱ ψευδοδιδάσκαλοι, μετατιθέντες τȣ̀ς ἀφελεςέρȣς ὥσπερ πεττȣ̀ς, ὡς βȣ́λονται. Id est, *Cybeutæ dicuntur, qui talis utuntur: ejusmodi sunt falsi doctores, transponentes simpliciores ceu talos, prout volunt.* Mihi quidem satisfaciebat mea conjectura, tam consentanea vero. Cæterum, quoniam nonnullos magis commovet auctoritas, quam ipsa res, Græci Interpretis suffragium addidimus. Theophylactus Chrysostomum, ut fere solet, est sequutus. Illud mirum, neutrum differentiam ponere inter κύβȣς καὶ πεττȣ̀ς, id est, inter *tesseras & talos:* nisi quod in utrisque locus est fraudi. Illud admonet Hieronymus, totum hunc locum, si quis Græca legat, manifestiorem esse: sed dum Latinis ad verbum redditur, sensum fieri obscuriorem. Paraphrasi poterat explicare ad hunc modum: Donec eò perveniamus omnes, ut eadem sit omnium fides, & æque cognitus sive agnitus Filius Dei: hoc est, ut pertingamus ad perfectam, solidam, ac virilem ætatem, videlicet ad eam mensuram ætatis, quæ nos plene adultos reddat in Christo, ne posthac simus infantes, qui circumagantur ac circumferantur quovis vento doctrinæ, imponente nobis hominum astu, hoc agentium, non ut Christum sincere nos doceant, sed callidis artibus adorti nos illaqueent capiantque. Quin potius istis neglectis, quæ vera Christoque digna sunt sectantes, per omnia adolescamus in illum qui est caput omnium. Is autem est

Chri-

βείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν μεθο-
15 δείαν τῆς πλάνης. Ἀληθεύοντες δὲ ἐν ἀγάπῃ, αὐ-
ξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, ὅς ἐϛιν ἡ κεφαλὴ,
16 ὁ Χριϛὸς, Ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον
καὶ συμβιβαζόμενον διὰ πάσης ἀφῆς τῆς ἐπιχορη-
γίας, κατ᾽ ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάϛου μέρους,
τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται, εἰς οἰκοδομὴν
17 ἑαυτοῦ ἐν ἀγάπῃ. Τοῦτο οὖν λέγω καὶ μαρτύρομαι
ἐν Κυρίῳ, μηκέτι ὑμᾶς περιπατεῖν, καθὼς καὶ τὰ
λοιπὰ ἔθνη περιπατεῖ ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐ-
18 τῶν, Ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ, ὄντες ἀπηλλοτριω-
μένοι τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ, διὰ τὴν ἄγνοιαν τὴν
οὖσαν ἐν αὐτοῖς, διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας αὐ-
19 τῶν, Οἵτινες ἀπηλγηκότες, ἑαυτοὺς παρέδωκαν
τῇ ἀσελγείᾳ, εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας πάσης ἐν
20 πλεονεξίᾳ. Ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἐμάθετε τὸν Χρι-
21 ϛόν· Εἴγε αὐτὸν ἠκούσατε, καὶ ἐν αὐτῷ ἐδι-
22 δάχθητε, καθώς ἐϛιν ἀλήθεια ἐν τῷ Ἰησοῦ, Ἀ-
ποθέσθαι ὑμᾶς κατὰ τὴν προτέραν ἀναϛροφὴν τὸν πα-
λαιὸν

A minum, per aſtutiam, 15 qua nos adoriuntur, ut imponant nobis. 16 Sed veritatem ſectantes in charitate, 15
17 adoleſcamus in illum per omnia, qui eſt caput, nempe Chriſtus, In quo totum corpus 18 ſi coagmentetur 19 & compingatur 20 per omnem commiſſuram ſubminiſtrationis, 21 juxta actum 22 in menſura uniuſcujuſque partis, incrementum corporis facit, 23 in ædificationem ſuiipſius per charitatem. Hoc itaque 17 dico & teſtor 24 per Dominum, ne poſthac ambuletis, 25 quemadmodum & reliquæ gentes ambulant 26 in vanitate mentis ſuæ, 27 Dum mentem habent obtenebratam, 28 abalienati a vita Dei, 29 propter ignorantiam quæ eſt in illis, 30 & excæcationem cordis 18 eorum, 31 Qui poſteaquam pervenerunt eò ut dolere 19 deſierint, ſemetipſos dediderunt laſciviæ, ad patran-
B dum 32 immunditiam omnem 33 cum aviditate. Vos 20 autem non ſic didiciſtis Chriſtum: 34 Siquidem illum 21 audiſtis, & in eo docti fuiſtis, quemadmodum eſt veritas in Jeſu, 35 Deponere juxta priorem converſatio- 22
nem

Chriſtus, non Moſes: hic enim membrum duntaxat eſt, non caput. Hieronymus legit, *in fallacia hominum, in aſtutia*, & cætera.

15 *Ad circumventionem*] πρὸς τὴν μεθοδείαν. Dictum eſt autem a μεθοδεύειν, quod eſt hominem adoriri ex inſidiis. Et *erroris*, τῆς πλάνης. Melius vertiſſet, *impoſturæ*. Nam πλάνη & decipientis eſt, at error decepti. Mirum eſt autem quid ſequutus Ambroſius, legerit, *ad remedium erroris*: niſi forte *methodum* ille ſcripſit, idque aliquis transformavit in *remedium*. Auguſtinus vertit *machinationem*.

16 *Veritatem autem*] Dilucidius erat *ſed*, quam *autem*, aut *ſed potius*: corrigit enim quod præceſſit. *Veritatem autem facientes*. Ἀληθεύοντες, id eſt, *Veritatem ſectantes*. Nam ἀληθεύειν eſt vel *præſtare quod dixeris*, vel *vera loqui*. Nam hoc oppoſuit τῇ κυβείᾳ καὶ τῇ πλάνῃ, hoc eſt, *verſutiæ & impoſturæ*.

C 17 *Creſcamus in illo*] αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, id eſt, *augeamus in illum omnia*. Sic quidem emendat Laurentius. Ego ſane puto recte verti poſſe, *augeſcamus in illum per omnia*, ut ad τὰ πάντα ſubaudias præpoſitionem κατά. Tametſi Hieronymus legit, *ut augeamus in ipſo omnia*. Et item Ambroſius, ſi tamen codices mendo vacant. Nec ab his diſſentit Theophylactus, interpretans, omnia in nobis eſſe augenda & vitam & dogmata. Chryſoſtomus trifariam interpretatur: Primum, ut intelligamus corpus augmentum facere, dum in ſingulis membris operatur Spiritus juxta cujuſque modum. Altero modo, ut accipiamus ſingula membra capere augmentum ex ſubminiſtratione Spiritus. Tertio, ut intelligamus Spiritum augeri, dum a capite fluens meat per omnia membra, contingens & connectens ſingula. Poteſt

D autem in verbo tranſitivo ſubaudiri *nos* pronomen: etiamſi αὐξάνω apud Græcos neutralem habet ſignificationem, nec memini in alio ſignificatu comperiſſe. Proinde ſequatur Lector, quod maxime probaverit, etiamſi noſtra lectio ab horum interpretatione minime diſſidet, præſertim quum mox ſequatur, τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος.

18 *Compactum*] συναρμολογούμενον. Quod ante verterat *conſtructum*.

19 *Connexum*] συμβιβαζόμενον, id eſt, *coagmentatum*. Hieronymus legit *conglutinatum*.

20 *Per omnem juncturam*] ἀφῆς. Quod non poſſis aptius vertere quam *commiſſuram*. Eſt enim ἀφὴ *commiſſio*: ſic ut utrumque ſe mutuo contingat, veluti membrum membro connexum. Proinde Auguſtinus in Pſalmo decimo legit, *per omnem tactum*. Idem libro *de Civitate Dei* vigeſimo ſecundo, capite decimo octavo, locum hunc adducit hiſce verbis: *Qui deſcendit ipſe eſt & qui*

E *adſcendit ſuper omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Et ipſe dedit, quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, quoſdam vero Evangeliſtas, quoſdam autem Paſtores & Doctores, ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionem Filii Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, ut ultra non ſimus parvuli, jactati & circumlati omni vento doctrinæ, in illuſione hominum, in aſtutia, ad machinationem erroris: veritatem autem facientes in charitate, augeamur in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus connexum & compactum, per omnem tactum ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſuram uniuſcujuſque partis, incrementum corporis facit, in ædificationem ſui in charitate.*

21 *Secundum operationem*] κατ᾽ ἐνέργειαν. Rurſum eſt illud nomen toties obvium, quod *actum* ac *vim occultam* ſignificat.

F Sentit de ſpiritu vitali, qui a capite proficiſcens, impartit vim ſuam, non omnibus parem, ſed quatenus conducit toti corpori. Ad eum modum interpretatur Chryſoſtomus & Theophylactus, ut ἐνέργεια, quam hic *operationem* vertit, pertineat ad actum Spiritus Chriſti in membris ſuis, non ad opera noſtra, quemadmodum exponit Lyranus. Thomas ita moderatur interpretationem, ut videatur utrumque ſenſiſſe.

22 *In menſuram*] ἐν μέτρῳ, id eſt, *in menſura*: etiamſi diſſentiant Latina exemplaria: ut intelligas, in corpore cuique membro juxta ſuum modulum impartiri de vita corporis & alimento. Sic enim dixit, *in menſura*, quaſi dixiſſet, *per menſuram*, ſive *juxta modum*. *Uniuſcujuſque membri*, μέρους, id eſt, *partis*. Quanquam Græcis exiguum diſcrimen inter μέλους & μέρους: μέλους legit Chryſoſtomus.

23 *In ædificationem ſui*] ἑαυτοῦ, id eſt, *ſuiipſius*.

24 *In Domino*] Quidam Græci codices habent, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, id eſt, *in conſpectu Dei*.

25 *Sicut & gentes*] Nonnulli codices habent, *ſicut & reliquæ gentes*, τὰ λοιπὰ ἔθνη.

26 *In vanitate ſenſus*] νοὸς, id eſt, *mentis* potius quam *ſenſus*. Atque ad eum modum mox vertit Interpres: *Renovamini ſpiritu mentis veſtræ*. Valla jure taxat eos, qui *ſenſum* interpretantur *ſenſualitatem*: quum Græcis νοῦς ſit ea pars animi, quæ maxime ſemota eſt a materia corporis, quæque ſola putatur aliquid agere, ſine corporis organis.

27 *Obſcuratum habentes intellectum*] Ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ, id eſt, *Obſcurati cogitatione*, ſive *animo*. Hieronymus legit, *Obſcurati mente*. Ambroſius, *Obſcurati intellectu*. At noſter Interpres hoc ſane loco clarius extulit ὄντες.

28 *Alienati a vita*] *Abalienati*, ἀπηλλοτριωμένοι, id eſt, *abalienati*. Et ita legit divus Hieronymus. *A vita Dei*. Quidam codices habent, *a via Dei*: ſed mendoſe. Eſt enim *a vita*, τῆς ζωῆς. Ambroſius legit, *a fide Dei*. Poteſt & hic eſſe ſenſus, A vita, qui eſt Deus. Id enim ſubindicant articuli utrobique appoſiti, τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ, a vera vita, qui eſt Deus.

29 *Per ignorantiam*] διὰ τὴν ἄγνοιαν, *propter ignorantiam*.

30 *Propter cæcitatem*] πώρωσιν. Quod magis ſonat *excæcationem*. Mirum unde Ambroſius legat pro *cæcitatem*, *duritiam*: niſi forte codex illius pro πώρωσιν habebat σκλήρωσιν.

31 *Qui deſperantes ſemetipſos*] Οἵτινες ἀπηλγηκότες, ἑαυτοὺς παρέδωκαν, id eſt, *Qui ſocordia detenti, tradiderunt ſemetipſos*: emendatore Valla. At divus Hieronymus exiſtimat recte verti poſſe, *indolentes* pro *deſperantes*, quod vox Græca hinc videtur deducta, quum quis vacat dolore & ſenſu ſui mali, & ob id ſtupens fertur in omne vitium. Ad eumdem modum interpretantur Græcanica ſcholia. Et abutitur quidem Marcus Tullius verbo *indolentiæ*, ſed cupiens utcunque explicare Græcam ἀναλγησίαν: ἀλγεῖν enim Græcis *dolere* ſignificat, ἀπηλγηκὼς dicitur *qui*, ut ita loquar, *dedoluit*, ſive, ut Comicus loquitur, *perdoluit*, quique eò duritiæ pervenit, ut ad omnem mali ſenſum obſurduerit, ſicut *deferbuiſſe* dicitur Latinis, qui deſierit fervere, & *deſipere*, qui ſapere deſierit. Haud ſcio an Interpres legerit ἀπηλπικότες. Et facillimus eſt lapſus in una litterula. Quin & Ambroſius legit atque interpretatur *deſperantes*. Chryſoſtomus interpretatur ἀπεγνωκότες ἑαυτῶν, etiamſi contextus habet, ἀπηλγηκότες ἑαυτοὺς, & in commentario meminit ἀναλγησίας: quod iſta duo cohærent, *deſperatio*, & *indolentia*. Ac mea quidem ſententia magis quadrabat ad ſententiæ tenorem *deſperantes*. Siquidem qui deſperant eſſe vitam à morte corporis, avidiſſime rapiunt hujus vitæ voluptates, atque his ſeſe ingurgitant, velut amiſſis illis nihil habituri ſuave. Nec arbitror Græcos ſic loqui, ἀνήλγηκεν ἑαυτόν.

32 *Immunditiæ omnis in avaritiam*] Videtur *avaritia* nihil habere confine cum *immunditia*, aut *libidine*: atque ob id admonet Hieronymus, Græcis non eſſe φιλαργυρίαν, aut φιλοχρηματίαν, quæ voces ab aviditate pecuniæ dictæ ſunt: ſed πλεονεξίαν, ab habendo plus quam æquum eſt vocatam. Porro qui vehementer eſt avidus voluptatum, non eſt contentus uxore ſua, ſed alienam quoque conſtuprat, & ſubinde aliam invadit, quo voluptatis ſatietatem evitet. Hoc pacto putat accipiendum & eum Pauli locum, qui eſt in Epiſtola ad Theſſalonicenſes priore, capite quarto: *Hæc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, ut abſtineatis vos a fornicatione, ut ſciat unuſquiſque veſtrûm ſuum vas poſſidere in ſanctificatione & honore, non in libidine deſiderii, ſicut & gentes, quæ non noverunt Deum, ut ne quis ſupergrediatur & circumſcribat in negotio fratrem ſuum, quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus*. Nam & illic quod Interpres vertit *circumveniat*, eſt πλεονεκτεῖν. Mihi videtur & ita poſſe accipi, ut ἐν πλεονεξίᾳ dictum ſit pro eo quod erat *avide*. Theophylactus refert ad omnem concupiſcentiam immoderatam. Nam hæc pertrahit homines in cæcitatem mentis. Chryſoſtomus, *ad avaritiam*.

33 *In avaritiam*] *In avaritia*, ἐν πλεονεξίᾳ, quaſi dicas, *per avaritiam*, ſive *cupiditatem rei alienæ*.

34 *Si tamen illum*] Εἴγε, id eſt, *Siquidem*, aut *Si ſane*. Admonet Theophylactus non eſſe dubitantis, ſed confirmantis. Atqui *tamen* additum dubiam reddit orationem.

35 *Deponite vos*] Græce ſic eſt, Ἀποθέσθαι ὑμᾶς τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, ἀνανεοῦσθαι δὲ τῷ πνεύματι, καὶ ἐνδύσασθαι τὸν καινὸν ἄνθρωπον, id eſt, *Depoſuiſſe vos veterem hominem, & renovatos fuiſſe ſpiritu, & induiſſe novum hominem*. Aut ut legit divus Hieronymus, *Deponere vos*: ut referatur ad *didiciſtis*: ſed tum omittendum erat pronomen *vos*. Nam is ordinat in hunc modum: *Vos autem*

λαιὸν ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας
23 τῆς ἀπάτης· Ἀνανεοῦσθαι δὲ τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς
24 ὑμῶν, Καὶ ἐνδύσασθαι τὸν καινὸν ἄνθρωπον, τὸν
κατὰ Θεὸν κτισθέντα ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς
25 ἀληθείας. Διὸ ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος, λαλεῖτε ἀλή-
θειαν ἕκασος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ, ὅτι ἐσμὲν
26 ἀλλήλων μέλη. Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· ὁ
27 ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν, Μήτε
28 δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ. Ὁ κλέπτων μηκέτι κλε-
πτέτω, μᾶλλον δὲ κοπιάτω ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν
ταῖς χερσὶν, ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχον-
29 τι. Πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τȣ̃ σόματος ὑμῶν μὴ ἐκ-
πορευέσθω· ἀλλ' εἴ τις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς
30 χρείας, ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἀκούουσιν. Καὶ μὴ λυπεῖ-
τε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τȣ̃ Θεοῦ, ἐν ᾧ ἐσφραγί-
31 σθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. Πᾶσα πικρία, καὶ
θυμὸς, καὶ ὀργὴ, καὶ κραυγὴ, καὶ βλασφημία
32 ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν, σὺν πάσῃ κακίᾳ. Γίνεσθε δὲ εἰς
ἀλλήλȣς χρησοὶ, εὔσπλαγχνοι, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς,
V. 1 καθὼς καὶ ὁ Θεὸς ἐν Χρισῷ ἐχαρίσατο ὑμῖν. Γίνεσθε
2 οὖν μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς τέκνα ἀγαπητὰ, Καὶ
περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ, καθὼς καὶ ὁ Χρισὸς ἠγάπησεν
ἡμᾶς, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν
3 καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. Πορνεία δὲ,
καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία, ἡ πλεονεξία μηδὲ ὀνομαζέσθω
4 ἐν ὑμῖν, καθὼς πρέπει ἁγίοις, Καὶ αἰσχρότης, καὶ
μωρολογία, ἡ εὐτραπελία, τὰ ȣ̓κ ἀνήκοντα, ἀλλὰ
μᾶλ-

nem veterem hominem, qui corrumpitur [36] juxta con-
cupiſcentias erroris: [37] Renovari vero ſpiritu mentis 23
veſtræ, Et induere novum hominem, qui juxta Deum 24
conditus eſt per juſtitiam [38] & ſanctitatem veritatis.
Quapropter depoſito mendacio, loquamini veritatem 25
quiſque [39] proximo ſuo, quoniam ſumus invicem
membra. [40] Iraſcimini, & non peccetis: ſol ne occidat 26
ſuper iram veſtram, [41] Neque detis locum calumnia- 27
tori. Qui furabatur non amplius furetur, magis au- 28
tem laboret operando [42] manibus quod bonum eſt,
ut poſſit impartiri [43] ei qui opus habuerit. [44] Omnis 29
ſermo ſpurcus ex ore veſtro ne procedat: ſed ſi quis
eſt bonus [45] ad ædificationem, quoties opus eſt, ut det
gratiam audientibus. Et ne contriſtetis Spiritum ſan- 30
ctum Dei, per quem obſignati eſtis in [46] in diem re-
demptionis. Omnis amarulentia, [47] & tumor, & ira, & 31
vociferatio, & maledicentia tollatur a vobis, cum omni
malitia. Sitis autem [48] invicem alius in alium comes, 32
[49] miſericordes, [50] largientes vobis invicem, quemad-
modum & Deus per Chriſtum [51] largitus eſt vobis.
Sitis igitur imitatores Dei, tanquam filii dilecti, Et 1 2 V.
ambuletis in dilectione, quemadmodum & Chriſtus di-
lexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem
ac victimam Deo [1] in odorem bonæ fragrantiæ. Cæte-
rum ſcortatio, & omnis immunditia, aut avaritia [2] ne 3
nominetur quidem inter vos, ſicut decet ſanctos, [3] Aut 4
obſcœnitas, aut ſtultiloquium, [4] aut urbanitas,
[5] quæ

autem non ita didiciſtis Chriſtum, ſi tamen illum audiſtis, & in illo docti eſtis, deponere vos ſecundum priorem converſationem veterem hominem, qui corrumpitur juxta deſideria erroris. Ambroſius ad hunc legit modum, *Ut exponatis ſecundum priorem converſationem veterem hominem:* ſed mox infinita vertit in imperativa, *renovamini, induimini.* Theophylactus putat infinita poſſe referri, vel ad illud, *eſtis edocti*, vel ad hoc, *ſicut eſt veritas*: quaſi interroges, *quid eſtis edocti?* nempe, *deponere veterem hominem.* Aut *quæ eſt veritas?* nempe *deponere* & cætera. Poſteriorem ſenſum ſequitur Chryſoſtomus: *Ut*, inquit, *dogmatibus vita conſentiat.*

36 *Secundum deſideria erroris*] Hilarius libro *de Trinitate* duodecimo addit pronomen, *ſecundum concupiſcentiam ejus deceptionis*: fortaſſis exprimere cupiens vim articuli, τῆς ἀπάτης.

37 *Renovamini autem*] Et hic infinita ſunt, ſicut admonuimus, quæ poſſunt pariter ad idem referri, *ſi didiciſtis.*

38 *Et ſanctitate veritatis*] ἐν ὁσιότητι τῆς ἀληθείας. Ambroſius legit, *in veritate & juſtitia*: verti poterat, *in religione veritatis.* Nam Græci litteratores putant ὅσιον dictum quaſi ἅσιον, a verbo ἅζω, quod eſt *veneror ut numen.*

39 *Cum proximo*] μετὰ τȣ̃ πλησίον, id eſt, *ad proximum.* Tametſi recte vertit Interpres. Nam *cum eo loqui* dicimur, cui loquimur: ut *pugnare cum eo*, adverſus quem pugnamus.

40 *Iraſcimini, & nolite peccare*] Id quemadmodum e Pſalmo ſumptum eſt, ita juxta formam Hebræi ſermonis extulit. Nam ſenſus eſt, Si continget iraſci, tamen ne peccetis: hoc eſt, compeſcite iram. Neque enim Paulus jubet nos iraſci, ſed iram non vult eſſe diuturnam, nec ad injuriam uſque progredi. Nec eſt *iracundia* Græce, quæ vox Latinis non tam iram quam naturæ vitium, aut certe habitum ſignificat animi facile iraſcentis, ſed παροργισμῷ, id eſt, *iram*, ſive *commotionem*, aut *irritationem*: ut intelligamus ei qui laceſſitus ſit injuria, etiamſi quid doleat, tamen eum dolorem brevem eſſe oportere, & citra retaliationem injuriæ debere conſiſtere inter Chriſtianos. Deinde *diabolo*, haud ſcio an hic pro calumniatore poſſit accipi: Sitis, inquit, concordes, ne ſi juſte etiam ulciſcamini, præbeatis anſam calumniandi Ethnicis, quibus videbimini vindictæ cupidi. Siquidem calumniatur & Diabolus per organa ſua. Neque qnicquam vetat, *calumniatorem* appellari Latine Diabolum ipſum. Quandoquidem non defuit & huic loco ſic a me reddito Diabolus. Utrumque ſenſum attingit Chryſoſtomus. Diſcordia locum dat hoſti, Satanæ & homini calumniatori.

41 *Nolite dare*] Μήτε δίδοτε, id eſt, *Neque detis.*

42 *Manibus ſuis*] ταῖς ἰδίαις χερσὶν, id eſt, *propriis manibus.* Quanquam hic ἴδιον & ἑαυτȣ̃ per idem pronomen *ſuus* perpetuo conſuevit vertere. Quidam codices non addunt *ſuis*: ut nec Ambroſius. *Quod bonum eſt.* Poteſt legi per parentheſim, *quod bonum eſt, quæ res bona eſt*, vel *operetur rem bonam*: hoc eſt, non e turpi opificio quærat victum, ſed honeſto.

43 *Neceſſitatem patienti*] τῷ χρείαν ἔχοντι, id eſt, *opus habenti.* Hoc admonet propter quoſdam, qui docent nos non obligari ad ſubveniendum proximo, niſi in neceſſitate. Neceſſitatem autem interpretantur, quum certo conſtat periturum proximum, ni demus quod deſiderat. Et tamen hoc ipſum quod ſic donatum eſt, putant jure repeti, ſi qui accepit, poſſit reddere. Ad has anguſtias detruſimus illam ampliſſimam charitatem Evangelicam. Hieronymus legit, *ei qui indiget.* Et eſt ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι, id eſt, *ut poſſit impartire.* Nam ἔχω adjunctum verbis infinitivis aliquoties uſurpatur pro *poſſum.*

44 *Sermo malus*] λόγος σαπρὸς, id eſt, *ſermo ſpurcus*, aut *vitioſus.* Neque enim ſentit, opinor, de ſermone levi aut ſupervacaneo, ſed obſcœno aut peſtilenti. Annotavit Græcæ vocis emphaſin Theophylactus: etiamſi in Evangeliis de arbore mala loquens, eadem voce eſt uſus Evangeliſta.

45 *Ædificationem fidei*] In Græcis codicibus τῆς χρείας, id eſt, *utilitatis*, lego, non *fidei.* Hieronymus teſtatur emendaſſe ſe, *ad ædificationem opportunitatis*: ſed in Latinis codicibus pro *opportunitatis* legi *fidei*, propter euphoniam. Atque ita legit divus Ambroſius. Admonet & Theophylactus de dictione χρείας. Chryſoſtomus item χρείας legit. Nec video tamen quæ ſit cacophonia in *opportunitatis*, aut, quod malim, *utilitatis.* Nam *opportunitas* aliud ſonat Latinis quam χρεία: neque *opportunitas* reſpondet verbo *oportet.* Ex hoc loco colligere licet Hieronymum in hac Epiſtola ſequi quod ipſe emendarat, & tamen non in alia Epiſtola plura ſunt quæ diſcrepant a vulgata lectione. Ubi ſunt igitur qui cœlum terræ miſcent, quod aliqui dubitant, an vulgaris Editio ſit Hieronymi? Quod autem hos Commentarios ſcripſerit poſt caſtigatum Novum Teſtamentum, arguit liber ipſius *de Scriptoribus illuſtribus*, in quo commemorat Commentarios in Epiſtolam ad Galatas, ad Titum, ad Philemonem. Præterea caſtigatum Novum Teſtamentum quum hujus operis nullam faciat mentionem, utique facturus, niſi hos Commentarios ſcripſiſſet poſt editum catalogum *de Viris illuſtribus.* Hic cerdo quiſpiam fortaſſe reſpondebit, oblivionem in cauſa fuiſſe, aut Spiritum hoc noluiſſe.

46 *In die*] εἰς ἡμέραν, id eſt, *in diem.*

47 *Ira & indignatio*] θυμὸς καὶ ὀργὴ, id eſt, *ferocia & ira*: θυμὸς proprie eſt impetus animi efferveſcentis & concitati.

48 *Invicem benigni*] χρησοί. Hieronymus putat rectius verti *ſuavitatem*, quam *benignitatem*, ut opponatur amarulentiæ & aſperitati morum: nam & χρησολόγοι dicti ſunt *vehementer comes & blandi. Benignitas* enim proprie ad dandum pertinet, hoc eſt, ad liberalitatem.

49 *Miſericordes*] εὔσπλαγχνοι. Quod non ſolum ad miſericordiam, ſed ad omnem pietatis affectum pertinet, quaſi dicas, *bonorum viſcerum.* Nam *viſcera* pro affectibus uſurpant Divinæ Litteræ.

50 *Donantes invicem*] χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, id eſt, *donantes vobiſipſis*, ut intelligas quod in alios benefeceris, id tuo bono tuoque lucro fieri magis quam illius qui accipit. Ita Hieronymus. Neque enim hic eſt *donantes*, pro *condonantes*, ſeu *ignoſcentes*, poſitum: ſed χαριζόμενοι, id eſt, *largientes*, ſeu *libenter dantes.* Ambroſius legit & interpretatur *donantes, ignoſcentes & remittentes peccatum.* Atque ita ſane Paulus uſus eſt in Epiſtola ſecunda ad Corinthios eodem verbo χαρίζεσθαι. *Et ego ſi quid donavi*, & cætera. Quod quidem & hic ſequutus eſt Chryſoſtomus ac Theophylactus. Proinde ſi placet hic ſenſus, qui mihi magis arridet, ἑαυτοῖς vertendum erat *vobis invicem*: ut mutuo ignoſcamus alii aliorum erratis: nam & hoc ad miſericordiam pertinet.

51 *Donavit vobis*] ἡμῖν, id eſt, *nobis*, prima perſona. Tametſi Græci codices variant.

1 IN *odorem ſuavitatis*] εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, id eſt, *in odorem redolentiæ* ſive *bonæ fragrantiæ.* Hieronymus in Præfatione Zachariæ reddidit *odorem bonæ fragrantiæ.*

2 *Nec nominetur*] μηδὲ ὀνομαζέσθω, id eſt, *ne nominetur quidem.*

3 *Aut turpitudo, aut ſtultiloquium*] Græcis hoc loco non repetitur *aut*, ſed &, & tamen laudo quod mutavit Interpres. Etenim quum ſenſus ſit idem, tamen commodior eſt oratio. Quod ſi recte fit in aliquot locis, quoties libuit Interpreti, quid vetat quo minus idem fiat quoties quoties ratio poſtulat?

4 *Aut ſcurrilitas*] εὐτραπελία, id eſt, *facetia*, ſive *lepos.* Nam in bonam partem apud Philoſophos accipitur. Sentit autem urbanitatem ſcurrilem & indignam gravi viro. Tametſi Hieronymus ejuſmodi quoque ſales, qui tantum riſus cauſa dicuntur, indignos eſſe putat vere Chriſtianis, adducens ex Hebraico Evangelio, *Nunquam læteris niſi quum videris fratrem tuum in charitate.* Equidem ut jocos utcunque tolero, modo docti ſint & ſa-

5 μᾶλλον εὐχαριστία. Τοῦτο γάρ ἐστε γινώσκοντες, ὅτι πᾶς πόρνος, ἢ ἀκάθαρτος, ἢ πλεονέκτης, ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης, οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν τῇ βασι-
6 λείᾳ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ. Μηδεὶς ὑμᾶς ἀπατάτω κενοῖς λόγοις· διὰ ταῦτα γὰρ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ
7 Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. Μὴ οὖν γίνε-
8 σθε συμμέτοχοι αὐτῶν. Ἦτε γάρ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ· ὡς τέκνα φωτὸς περιπατεῖτε.
9 Ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ Πνεύματος ἐν πάσῃ ἀγαθω-
10 σύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ. Δοκιμάζοντες τί
11 ἐστιν εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ. Καὶ μὴ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους, μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχε-
12 τε. Τὰ γὰρ κρυφῇ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν αἰσχρόν ἐστι
13 καὶ λέγειν. Τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦνται· πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς
14 ἐστι. Διὸ λέγει, Ἔγειραι ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα
15 ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός. Βλέπετε οὖν πῶς ἀκριβῶς περιπατεῖτε, μὴ ὡς ἄσοφοι, ἀλλ' ὡς σοφοί,

5 quæ non conveniunt, sed magis gratiarum actio. Nam 6 hoc scitis, quod omnis scortator, aut immundus, aut avarus, 7 qui est simulacrorum cultor, non habet hæreditatem 8 in regno Christi & Dei. Ne quisquam vos decipiat inanibus sermonibus: propter hæc enim 9 venire solet ira Dei 10 in filios inobedientes. Ne sitis igitur 11 consortes illorum. Eratis quondam tenebræ, nunc autem lux in Domino: ut filii lucis ambulate. 12 Nam fructus Spiritus situs est in omni bonitate & justitia & veritate. Probantes quid sit 13 acceptum Domino. Et ne commercium habueritis cum operibus infrugiferis tenebrarum, 14 quin ea potius etiam arguite. Nam quæ secreto fiunt ab istis turpe est vel dicere. Sed omnia dum produntur a luce manifesta fiunt: 15 nam quicquid manifestum redditur, lumen est. Quapropter dicit, 16 Expergiscere qui dormis, & surge a mortuis, 17 & illucescet tibi Christus. 18 Videte igitur quomodo circumspecte ambuletis, non ut insipientes,

le conditi: ita non fero quosdam, qui quoties urbani videri volunt, e Divinis Litteris ad suas ineptias detorquent aliquid. Quod infestivum festivitatis genus impense video placere Monachis quibusdam ac Sacerdotibus etiam nonnullis, qui si cupiant vel insectari quempiam, canticum Mariæ vulgo dictum *Magnificat*, aut canticum vulgo dictum *Te Deum*, commutatis aliquot verbis, detorquent ad virulentiam. Hujusmodi sales illis merito placent, quibus placet *Catholicon*, *Mammatractus*, & id genus insulsissima glossemata, quibus arrident frigidissimæ quæstiunculæ, ut ubique sui sint similes, non minus ridiculi dum jocantur, hoc est, dum camelus saltat, quam dum serias res agunt. Cæterum quod sequitur *gratiarum actio*, Græcis est εὐχαριστία. Id verbi divus Hieronymus interpretatur *gratiositatem*, seu *gratiam*: quod apud Hebræos *gratiosus* & *gratias agens* eodem verbo dicatur. Putat enim in Proverbiis ita scriptum: Γυνὴ εὐχάριστος ἐγείρει ἀνδρὶ δόξαν, id est, *Mulier grata suscitat viro gloriam*. Nam cæteri quoque Interpretes, Aquila, Theodotion, & Symmachus verterunt χαροπὸς, id est, *gratiosa*, non εὐχάριστος. Hæc huc tendunt, ut sermo Christianorum absit a scurrilibus jocis, sed sua quadam gratia conditus sit. Verum id Lectori expendendum relinquo. Mihi Hieronymianum commentum hoc loco non usquequaque probatur, præsertim Græcis non suffragantibus. Ambrosius interpretatur εὐχαριστίαν, *sermonem ad Dei laudem facientem*.

5 *Quæ ad rem non pertinent*] τὰ οὐκ ἀνήκοντα, id est, *non convenientia*, sive *quæ non conveniunt*: quemadmodum alibi vertit: ut ad personam referatur. Alius sermo scurram decet, alius servum Christi. Et si jocandum est, debet adhiberi jocus decorus. Videmus & inter Paulum Eremitam & Antonium jocos quosdam intercessisse, Hilarionem multa salse dixisse. Verum hujusmodi sales non stultum risum excitant, sed laudem Dei sonant.

6 *Scitote intelligentes*] ἐστὲ γινώσκοντες, id est, *sitis cognoscentes*. Quanquam quidam codices habent ἴστε, id est, *sciatis*: ut congeminatio epitasin habeat. Priorem lectionem sequitur Ambrosius & Hieronymus. Πλεονέκτης, quod Cyprianus vertit *fraudator*: nos *avarus* legimus. De voce πλεονεκτεῖν admonet divus Hieronymus, a πλέον ἔχειν dictam, ubi quis occupat alienum. Proinde superius aliquanto, *Ne quis circumveniat in negotio fratrem*, de adulterio interpretatus est: & hic πλεονεξίαν putat pro stupro accipi posse.

7 *Quod est idolorum servitus*] ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης, id est, *qui est idolorum cultor*. Hieronymus legit, *qui est idolis serviens*. Hic Interpres λατρείαν modo *cultum* vertit, modo *obsequium*, modo *servitutem*. Augustinus libro *de Civitate Dei* decimo admonet *servitutem*, qua quis non est sui juris, appellari δουλείαν. Cæterum cultum eum, quo colimus Deum plerumque, λατρείαν dici in Sacris Litteris.

8 *In regno Christi & Dei*] Sic Patrem videtur appellare Deum, quasi Christus non esset Deus. Verum id alias admonuimus, Patrem ex consuetudine sermonis Apostolici significari, quoties Deum absolute nominarit, quum ex plurimis locis palam sit & Christum illis vocari Deum.

9 *Venit ira*] ἔρχεται. *Venit* hoc loco præsentis temporis est, aut certe futuri, nam præteriti esse non potest. Rectius opinor accipi præsenti tempore, ut intelligamus ob hujusmodi divinam iram solere sævire in filios male morigeros, minusque dicto audientes.

10 *In filios diffidentiæ*] ἀπειθείας, id est, *inobedientiæ*, sive *incredulitatis*: quemadmodum antea meminimus. Hieronymus putat rectius verti *insuasibilitatis*, quos nos *intractabiles* appellamus. Mirum autem Hieronymo placere verbum *insuasibilitatis*, Latinis auribus inauditum. Cyprianus in Epistola ad Epictetum legit, *in filios contumaciæ*. Porro de colore sermonis Hebraici, quo *filium contumacem*, *contumaciæ filium* vocant, crebro jam admonuimus.

11 *Participes eorum*] συμμέτοχοι, id est, *comparticipes*: id est, Ne sitis participes malorum cum illis. Agit enim de fructibus impietatis, quorum non vult eos esse participes cum impiis, ut altera pars communionis pertineat ad rem, altera ad personam. Id quidem diligenter ac multis verbis annotavit Hieronymus. Mihi quisquis particeps est, & alicujus rei particeps sit oportet, & cum aliquo particeps. Addit ille, in Divinis Litteris *participem* dici in bonam partem, *comparticipem* in malam, an hoc perpetuum sit, nescio. Certe hujus Epistolæ capite tertio usurpavit in bonam partem, loquens de Gentibus ad Christum conversis, συμμέτοχοι τῆς ἐπαγγελίας, id est, *comparticipes promissionis*. Non est insectandus vir sanctus, sed tamen hic insignis lapsus est memoriæ. Primum jubet hoc discrimen diligenter observari, negatque se meminisse sibi lectam *comparticipis* vocem in Divinis Litteris, nisi significatione mali, quum ipse hujus Epistolæ capite tertio diligenter indicet additam his dictionibus præpositionem, *concorporales* & *comparticipes* dure quidem sonare Latinis auribus, sed tamen non omittendam, quod in Divinis Litteris nec apices nec puncta careant mysterio. Hæc admonere visum est, ut in his, qui prodesse student, moderatius feramus humanos lapsus, quum id usu venerit viro, sic in Divinis voluminibus exercitato.

12 *Fructus enim lucis*] Græce est, *Fructus enim Spiritus*, Ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ Πνεύματος. Quanquam Latini codices, & consensus Interpretum, & ipse sermonis ordo refragatur huic lectioni. Præcessit enim *lucis* mentio, *nunc autem lux in Domino*, *ut filii lucis ambulate*. Quanquam Theophylactus legit & interpretatur *fructus lucis*. Chrysostomus videtur legisse *Spiritus*. Item sequitur, *Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum*.

13 *Beneplacitum Deo*] Græce est *Domino*.

14 *Magis autem redarguite*] Omissa est conjunctio *&*, καί. Et, *redarguite*, pro *arguite*. Ambrosius legit *objurgate*: sed accommodatius erat *arguite*, ἐλέγχετε. Siquidem ipsa lux bonæ vitæ arguit & prodit turpia facta tenebrarum, etiamsi nihil objurges. Memor igitur metaphoræ subjecit, *magis autem arguite*. Arguit enim qui reprehendit & vincit, & arguit qui prodit. Et sermo qui consequitur, *Omnia autem a luce manifestantur*, magis exigit ut legamus *arguite*, pro *prodite*, quam pro *objurgate*. Quanquam hic quoque legit Ambrosius *objurgantur*, quemadmodum ante legit & exposuit *objurgate*. Mecum hactenus facit Theophylactus.

15 *Omne enim quod*] τὸ φανερούμενον. Quoniam participium est medium, ambiguam reddit orationem. Nam potest esse sensus, *quicquid manifestatur*, *lux est*, aut *quicquid manifestat*, *lux est*. Apparet autem potius active legendum, quam passive. Nisi me moveret articulus participio appositus, non nomini, interpretarer ad hunc modum, *id quod omnia manifestat*, *lux est*, τὸ πᾶν φανερούμενον, φῶς ἐστιν. Quicquid enim celat nox & caligo, id lumen retegit aperitque. Ex sancta piorum vita & ex prædicata veritate omnia palam fiunt, quæ ab hac dissident. Nunc autem habemus, πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστιν. Et Theophylactus cum Chrysostomo passive interpretatur φανερούμενον, exponens, *delictum simul atque proditum ac retectum fuerit*, *verti e tenebris in lumen*. Atque hoc nos sequuti sumus. Hieronymus legit *arguta*, sed Interpres melius, qui temporis quoque rationem expressit: rursus ex hoc loco & proximo liquet, vulgatam Translationem non esse Hieronymi.

16 *Surge qui dormis*] Id quod Paulus citat, Hieronymus negat usquam reperiri in Divinis Litteris, sed vel ex hypographis depromptum existimat, vel ab ipso Paulo prophetico spiritu proferri. Mirum est autem hunc scrupulum a Græcis dissimulari.

17 *Et illuminabit te*] καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός, id est, *& illucescet tibi Christus*, sive *orietur tibi Christus*, ut vertit & emendat divus Hieronymus. Cæterum quod idem admonet a quibusdam legi, non ἐπιφαύσει, sed ἐφάψεται, id est, *continget*, qui velint hoc videri dictum a Christo pendente in cruce ad Adam illic sepultum, qui sanguine redemptoris contactus, vitam receperit, coactius est, & Judaicas sapit fabulas. Et tamen Hieronymus testatur se interfuisse in concione, in qua commentum hoc miro plebis applausu sit exceptum. Quemadmodum & ipse audivi de littera *Syn*, quæ lingua Britannica sonat *peccatum*, media in Hebraico nomine *Jesus*: item de tribus inflexionibus, *Jesus*, *Jesu*, *Jesum*, quas interpretabatur ex postremis litteris, *summus*, *ultimus*, & *medius*. Quanquam ita propemodum video legisse Ambrosium, nonnihil tamen & alias dissidentem a nostra lectione. Legit enim hunc ad modum: *Et exsurge de mortuis*, *& continges Christum*. Augustinus item enarrans Psalmum tertium legit, *& continget te Christus*. Utriusque lectionis meminerunt Græci Commentarii, qui Chrysostomi titulo feruntur, licet hanc quam nos sequimur magis probent: & profecto magis quadrat iis quæ præcedunt, *Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum*: &, *Omne quod manifestatur, lumen est*. Non est autem improbabile quod admonet beatus Thomas, Apostolum hunc locum nec ex apocryphis sumpsisse, nec prophetico more protulisse, sed velut exposuisse quibusdam de suo admixtis locum, qui est apud Esaiam LX. *Surge, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est*. Surgere jubentur qui dormiunt, & exsurgere qui sepulti non possunt videre lumen mundi.

18 *Videte itaque fratres*] *Fratres* non est apud Græcos. *Caute ambuletis*, ἀκριβῶς, id est, *diligenter* & *accurate*, nimirum in tanta

16 σοφοί, Ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι πο-
17 νηραί εἰσι. Διὰ τῦτο μὴ γίνεσθε ἄφρονες, ἀλλὰ συνιέν-
18 τες τί τὸ θέλημα τῦ Κυρίυ. Καὶ μὴ μεθύσκεσθε οἴ-
νῳ, ἐν ᾧ ἐϛιν ἀσωτία, ἀλλὰ πληρῦσθε ἐν Πνεύματι,
19 Λαλῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευ-
ματικαῖς, ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν
20 τῷ Κυρίῳ, Εὐχαριϛῦντες πάντοτε ὑπὲρ πάντων, ἐν ὀνόμα-
τι τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριϛῦ, τῷ Θεῷ καὶ Πατρί.
21 22 Ὑποτασσόμενοι ἀλλήλοις ἐν φόβῳ Θεῦ. Αἱ γυναῖ-
κες, τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ὑποτάσσεσθε, ὡς τῷ Κυ-
23 ρίῳ· Ὅτι ἀνήρ ἐϛι κεφαλὴ τῆς γυναικὸς, ὡς
καὶ ὁ Χριϛὸς κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ αὐτός ἐϛι
24 σωτὴρ τῦ σώματος. Ἀλλ' ὥσπερ ἡ Ἐκκλησία ὑποτάσ-
σεται τῷ Χριϛῷ, ὕτως καὶ αἱ γυναῖκες τοῖς ἰδίοις ἀν-
25 δράσιν ἐν παντί. Οἱ ἄνδρες, ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας ἑ-
αυτῶν, καθὼς ὁ Χριϛὸς ἠγάπησε τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ἑ-
26 αυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς, Ἵνα αὐτὴν ἁγιάσῃ, κα-
27 θαρίσας τῷ λυτρῷ τῦ ὕδατος ἐν ῥήματι, Ἵνα παραϛήσῃ
αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον, τὴν Ἐκκλησίαν, μὴ ἔχυσαν σπῖλον,
ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιύτων, ἀλλ' ἵνα ᾖ ἁγία καὶ ἄμω-
28 μος. Οὕτως ὀφείλυσιν οἱ ἄνδρες ἀγαπᾷν τὰς ἑαυτῶν γυ-
ναῖκας ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα· ὁ ἀγαπῶν τὴν ἑαυτῦ
29 γυναῖκα, ἑαυτὸν ἀγαπᾷ. Οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτῦ
σάρκα ἐμίσησεν, ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ θάλπει αὐτὴν, καθὼς
30 καὶ ὁ Κύριος τὴν Ἐκκλησίαν. Ὅτι μέλη ἐσμὲν τῦ σώμα-
τος αὐτῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτῦ καὶ ἐκ τῶν ὀϛέων αὐτῦ.
31 Ἀντὶ τύτυ καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα καὶ τὴν μη-
τέρα,

A tes, sed ut sapientes, 19 Redimentes occasionem, quod 16 dies 20 mali sint. Propterea ne sitis imprudentes, sed 17 intelligentes quæ sit 21 voluntas Domini. Et ne ine- 18 briemini vino, 22 in quo luxus est, 23 sed impleamini Spiritu, Loquentes vobisipsis 24 per psalmos & hym- 19 nos & cantiones spirituales, canentes ac psallentes in corde vestro Domino, Gratias agentes semper de 20 omnibus, in nomine Domini nostri Jesu Christi, Deo & Patri. Subditi vicissim alius alii 25 cum timore Dei. 21 Uxores, propriis viris 26 subditæ sitis, veluti Domino: 22 Quoniam vir est caput uxoris, quemadmodum & 23 B Christus est caput Ecclesiæ, & idem est 27 qui salutem dat corpori. Itaque quemadmodum Ecclesia sub- 24 dita est Christo, sic & uxores suis viris subditæ sint in omnibus. Viri, diligite uxores vestras, sicut & Chri- 25 stus dilexit Ecclesiam, & semetipsum exposuit pro ea, Ut illam sanctificaret, mundatam lavacro aquæ 28 per 26 verbum, 29 Ut adhiberet eam sibiipsi gloriosam, Ec- 27 clesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut quicquam ejusmodi, sed ut esset 30 sancta & irreprehensibilis. 31 Sic debent viri diligere suas uxores 32 ut sua 28 ipsorum corpora: qui diligit suam uxorem, seipsum diligit. Nullus enim unquam suam ipsius carnem odio 29 C habuit, imo enutrit ac fovet eam, sicut & Dominus Ecclesiam. Quoniam membra sumus 33 corporis ejus- 30 dem, ex carne ejus & ex ossibus ejus. 34 Hujus rei gra- 31 tia relinquet homo patrem ac matrem, 35 & adjungetur

tanta luce. Unde bene dixit, *Videte*, quod in tenebris non liceat cernere.

19 *Redimentes tempus*] Ἐξαγοραζόμενοι, quasi *Mercantes* & *ementes*. Et *tempus* hic *occasionem* sonat sive *opportunitatem*, quam vult emi cæterarum rerum dispendio, τὸν καιρόν.

20 *Mali sunt*] πονηραί. Quod ipsum verbum ambiguum est ad *afflictum* & *sceleratum*, utpote a πόνος *labor* dictum. Siquidem laboriosa res est & impostura.

21 *Voluntas Dei*] *Domini* est Græcis pro *Dei*, τῦ Κυρίυ.

22 *In quo est luxuria*] ἀσωτία, id est, *luxus*. Hoc admonui, ne quis hic *luxuriam* accipiat pro *libidine*, ita ut vulgus facit. Nec video cur Faber malit pro *luxuria insalubritatem*, quasi hoc agat Paulus ceu Medicus, ut simus salubri corpore, temperantes ab ebrietate. Nam ut donemus ἀσώτυς dictos a verbo σέσωσθαι, id est, *servatus est*, addita particula privativa α & abjecto σ, non potest tamen significare *insalubritatem*, nec usquam apud Scriptores Græcos hoc sensu reperitur usurpatum: imo populus *Asotorum* sic dictus est Græcis, quod essent luxu perditi, sic assidue versantes in comessationibus, ut nunquam viderent solem, nec orientem nec occidentem, quorum meminit & Plato, præter alios innumeros: hinc & verbum deductum ἀσωτεύομαι, *luxu diffluo*, quo usus est Athenæus libro *Dipnosophistarum* octavo. Jam dictio *quo*, mea sententia, non simpliciter refert vinum, sed totam orationis particulam quæ præcessit, *Nolite inebriari vino, in quo*, hoc est, in qua re, & in qua vini temulentia, *est luxus*. Porro quod hic vocat ἀσωτίαν, alibi dixit ἀσέλγειαν. Nec omnino sit absurdum si quis aliquando abutatur *luxuria* pro vitio libidinis, propter cognationem hujusmodi vitiorum, comessationis, temulentiæ, choreatum, & libidinis. Tamen impudens mihi videtur, quod Thomas extorquere conatur, *luxuriam* proprie dici de immodico usu rei Venereæ, adeo ut hic etiam rejiciat Augustinum suum, qui in libris, quibus titulum fecit *de Confessionibus*, scripserit, *Luxuria ad satietatem & abundantiam se cupit vocari*. Solvit autem hunc nodum hac arte, quod *sicut temperantia principaliter quidem & proprie est circa delectationes tactus, dicitur autem ex consequenti per similitudinem quamdam in quibusdam aliis materiis: ita luxuria principaliter quidem est in voluptatibus Venereis, quæ maxime & præcipue animum hominis resolvunt, secundario autem dicitur in quibuscunque aliis ad excessum pertinentibus*. Hactenus Thomæ verba recensuimus. Jam ne quid exagitemus, quod tam facile recedit ab Augustini sententia, qui cum primis novit Romani sermonis proprietatem, quis unquam dixit temperantiam præcipue versari circa voluptates tactus, cum sit moderatio omnium affectuum? Sed sit libido maxime affectus impotens, an præcipua pars hujus mali sita est in tactu, ac non magis in oculis, in sermone, in animo? Deinde an luxuria transfertur ad quemvis excessum? An qui immodice amat pecuniam dicetur luxuriosus, qui præter modum frugalis est dicetur luxuriosus? Atqui hic excessus est. Denique si Euclio amet, neque det quicquam, dicetur luxuriosus? Et tamen hanc opinionem confirmat auctoritate Glossæ, quæ est in Epistola ad Galatas cap. v. quæ dicit, *quod luxuria est qualibet superfluitas*. Ac mirum quod hunc Pauli locum non adduxerit, cum citet locum e Proverbiis, *Luxuriosa res est vinum*, sed usus vini pertinet ad potum, ergo &c. Sed hunc nodum satis feliciter explicat. Tertius nodus difficilis est, *Luxuria*, inquit, *dicitur libidinosa voluptatis appetitus*, &c. Hic cum nullum citet auctorem, imaginatur libidinosam voluptatem accipi pro voluptate Venerea. Cum Augustinus testetur *libidinem* frequenter accipi pro quocunque affectu non obtemperante rationi. Princeps occidit immerentem, libido est. Et tamen, ut fatetur Augustinus, sermonis usus aliquoties accommodat hanc vocem proprie ad rem Veneream, quod de luxuria nemo probus Auctor unquam scripsit. Sed his etiam festivius est quod interjecit, inter antitheses & lysis: *Dicitur in libro de vera Religione de luxuriosis*: qui seminat in carne, de carne metet corruptionem. *Sed seminatio carnis fit per voluptates Venereas. Ergo ad has pertinet luxuria.* Primum appello Lectorem sobrium, an ibi Paulus senserit de voluptate Venerea, ac non potius de Lege Mosaica, & si sensit, an proprie senserit. Quod si sensit de impio amore rerum omnium visibilium, quid hoc conducit Thomæ, qui vult luxuriam proprie convenire voluptati Venereæ? Sub hæc inducit nobis Isidorum, qui putat *luxuriosum* dici, quasi solutum: suspicor a *luxando*, sive a *laxando*, sed Venus maxime solvit animum, igitur huc pertinet luxuria. Atqui hoc non proposuerat Thomas, sed an proprie huc pertineret. Postremo quid hic agit Thomas, nisi de vocabulo vitii? Porro vocabulum unde potius petendum fuit, quam ab Auctoribus Latinis? Quorsum autem opus erat huc detorquere *luxuriam*, cum esset *libido* & *impudicitia*, Latina notaque vocabula. Et tamen velut evicta re, secat luxuriam in omnes libidinum species. Non insector Thomam, sed plane miseret me illorum, qui nihil aliud discunt: & mihi minus displiceo, qui non perinde multum ætatis in hujusmodi Scriptoribus consumpserim.

23 *Implemini Spiritu sancto*] Græce est, *sed implemini Spiritu*, nec additur *sancto*, nec apud Græcos, nec apud Ambrosium, nec apud Hieronymum, nec in vetustis exemplaribus, suffragante utroque Constantiensi, tantum est *Spiritu*, ἐν Πνεύματι. Id opposuit temulentiæ vini, rem subtilem crassæ.

24 *In psalmis*] *In* redundat, ψαλμοῖς. Nec est *in cordibus*, sed *in corde*. Cæterum *psalmus* & *hymnus* utrumque Græcum est. Illud significat *cantionem*, hoc *laudem*, sed proprie Dei. Et hæc opposuit ebriis cantionibus.

25 *In timore Christi*] Jam frequenter admonui, *in timore*, perinde valere ac si dixisset, *per timorem*. Hieronymus putat hanc particulam sic accipi posse, quasi sit genus propositum, quod mox dividatur suis partibus, videlicet, mulieres subditæ sint viris, servi dominis, filii parentibus.

26 *Subditæ sint*] *Subditæ estote*, ὑποτάσσεσθε. Hieronymus negat hanc particulam addi in Græcis codicibus, *subditæ sint*; sed hunc sermonem pendere ex capite superiori, *Subjecti invicem in timore Dei*. Nimirum, *mulieres subditæ viris*, &c. Et tamen id hodie reperitur in Græcorum codicibus, adjectum, ut apparet, quo & sensus sit dilucidior, & capitulum hoc separatim legi queat, si res ita postulet.

27 *Ipse salvator corporis*] καὶ αὐτός ἐϛι σωτὴρ τῦ σώματος, id est, *& ipse servator corporis est*. Et *ejus* pronomen apud Græcos non additur, nec apud Ambrosium, nec apud Hieronymum.

28 *In verbo vitæ*] *Vitæ* apud Græcos non additur, nec apud Ambrosium, nec apud Hieronymum.

29 *Ut exhiberet*] Ἵνα παραϛήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ, id est, *Ut adjungeret eam sibiipsi*. Et continuo additur *gloriosam*, ἔνδοξον, deinde τὴν Ἐκκλησίαν, id est, nempe *Ecclesiam*.

30 *Sancta & immaculata*] καὶ ἄμωμος, id est, *& irreprehensibilis*. Tametsi *immaculata* non damno.

31 *Ita & viri*] *Et* conjunctio redundat.

32 *Ut corpora sua*] ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα, id est, *ut sua ipsorum corpora*.

33 *Corporis ejus*] Potest legi & *ejusdem*, pro *ejus*, αὐτῦ.

34 *Propter hoc relinquet*] Ἀντὶ τύτυ, id est, *Pro hoc*, vel *Loco illius*. Quod quidem annotavit & divus Hieronymus, pro ἕνεκεν τύτυ dictum a Paulo ἀντὶ τύτυ, quod ferme valet, quasi dicas pro patre ac pro matre. Testimonium assumpsit ex Geneseos cap. secundo, sed suo more decerpens quod ad præsentem locum commodum videbatur. Nam omissis pronominibus, *suum* & *suam*, tantum posuit *patrem* & *matrem*. Deinde quod erat in medio, *& adhærebit uxori suæ*, prætermisit, & annexuit quod sequitur, *& erunt duo in carnem unam*, quod id efficacius sit quam adhærere, nempe e duobus unum hominem fieri.

35 *Et adhærebit*] καὶ προσκολληθήσεται, id est, *adglutinabitur*,

τέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτȣ̃, καὶ
32 ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Τὸ μυστήριον τȣ̃το μέγα ἐ-
33 στὶν, ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. Πλὴν
καὶ ὑμεῖς οἱ καθ' ἕνα, ἕκαστος τὴν ἑαυτȣ̃ γυναῖκα οὕτως
ἀγαπάτω ὡς ἑαυτὸν, ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄν-
VI. 1 δρα. Τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν ἐν Κυ-
2 ρίῳ, τȣ̃το γάρ ἐστι δίκαιον. Τίμα τὸν πατέρα σȣ καὶ
3 τὴν μητέρα, ἥτις ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη ἐν ἐπαγγελίᾳ, Ἵνα
4 εὖ σοι γένηται καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς. Οἱ
πατέρες, μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἀλλ' ἐκτρέ-
φετε

tur uxori suæ, atque e duobus fiet [36] una caro. [37] Mysterium hoc magnum est, verum ego loquor [38] de Christo & de Ecclesia. [39] Quanquam & vos singulatim hoc præstate, ut suam quisque uxorem diligat tanquam seipsum, [40] uxor autem ut revereatur virum. (VI. 1) Filii, obedite parentibus vestris [1] in Domino, nam id est justum. (2) Honora patrem tuum & matrem: quod est præceptum primum [2] in promissione, (3) Ut bene tibi sit [3] & sis longævus in terra. (4) [4] Patres, ne provocetis ad iram liberos vestros, sed educetis eos [5] per eruditionem

tur, quæ vox non caret emphasi. Nec est *uxori suæ*, sed *ad uxorem suam.*

36 *In carne una*] εἰς σάρκα μίαν, id est, *in carnem unam*, hoc est, e duobus fiet unus homo, juxta proprietatem Hebraici sermonis, qui totum hominem *carnem* appellat nonnunquam, nonnunquam *animas* ipsos homines vocat. Iidem apud Græcos ψύχας sæpe pro *homine* positum reperies. Verum de hoc alias a nobis dictum est: & item de tropo, quo in unam carnem esse dicuntur, qui sunt una caro.

37 *Sacramentum hoc*] μυστήριον, id est, *mysterium.* Id nolui eos nescire, qui ex hoc loco faciunt matrimonium unum ex Sacramentis septem, juxta peculiarem & exactam hujus vocis rationem, non quod de hoc sit dubitandum, cum probabile sit, hanc traditionem ab Apostolis aut certe sanctis Patribus ad nos usque fuisse profectam. Etiamsi de hoc dubitatum est olim ab orthodoxis Scholasticis, imo diversa comprobata sententia. Nam quod objicitur a nonnullis, a Dionysio, qui ex professo tractat de Sacramentis Ecclesiasticis, singulorum ritus ac ceremonias diligenter explicans, nullam matrimonii factam mentionem: tum nec in tot voluminibus, in quibus Hieronymus de matrimonio disputat, usquam appellari Sacramentum, imo nec ab Augustino, qui in hanc partem Hieronymo propensior, etiam *de Bonis conjugii* scripsit, nomen hoc tribui: quodque his etiam magis mirum videri possit, nec apud Jovinianum, qui patronus erat matrimonii, usquam de Sacramenti vocabulo fit mentio. Nam si facta fuisset, erat is locus attingendus Hieronymo diluenti illius libros, præsertim cum id faciat tam accurate. Atqui hoc telo in primis erat opus Joviniano, conjugium æquanti cœlibatui. Etenim ratiocinari poterat, si Sacramentum est matrimonium, & virginitas non est Sacramentum, vincit etiam hoc sane calculo matrimonii dignitas. Hæc, inquam, atque hujusmodi, facile dissolvuntur ab eruditis. Non igitur hæc dixerim, quasi in dubium vocans an Sacramentum sit matrimonium, cujus ego dignitati majorem in modum faveo, sed quod ex his Apostoli verbis non videatur admodum efficaciter colligi. Siquidem particula adversativa, *ego autem*, satis indicat hoc magnum mysterium ad Christum & Ecclesiam pertinere, non ad maritum & uxorem. Neque enim in hoc magnum est Sacramentum, si vir jungatur uxori, quod & apud Ethnicos fieri consuevit. Id sentit, ni fallor, divus Augustinus edisserens Psalmum CXVIII. *Erunt*, inquit, *duo in carnem unam: quod magnum Sacramentum Apostolus Paulus exponens*, Ego, *inquit*, dico in Christo & in Ecclesia. Quanquam idem evidenter explicat libro *de Nuptiis* ad Valerium: *Quod magnum*, inquit, *Sacramentum dixit Apostolus in Christo & in Ecclesia.* Quod ergo est in Christo & in Ecclesia magnum, hoc in singulis quibusque viris atque uxoribus minimum, sed tamen conjunctionis inseparabilis Sacramentum. Simili colore usus est Paulus in Epistola ad Corinthios priore. Et *propter conscientiam*, mox exclusurus errorem, subnectit: *Conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius.* Tum, ut dicere cœperam, hoc loco Græca vox non proprie *Sacramentum* significat, cujusmodi septem vocat Ecclesia, sed *arcanum* & *secretum*, quo verbo frequenter usus est Paulus & de aliis, quæ longe absunt a natura Sacramentorum. Siquidem ad Thessalonicenses scribens & *iniquitatis mysterium* appellat. Rursus prima Corinthiorum cap. XIII. ubi nos legimus, *etsi noverim mysteria omnia.* Augustinus ad Valentinum *de Gratia & Libero Arbitrio* legit, *etsi sciero omnia sacramenta*, quasi nihil intersit inter *mysterium* & *sacramentum.* Veteres *sacramentum* appellabant jusjurandum, aut religiosam obligationem, opinor quod hæc arcanis quibusdam ceremoniis peragerentur. Et hic locus fuit a duobus impetitus, quorum alteri respondimus, alter sic rem tractat, ut indignus sit cui respondeatur. Neque enim nego matrimonium esse Sacramentum, sed, an ex hoc loco doceri possit proprie dici Sacramentum, quemadmodum Baptismus dicitur, excuti volo.

38 *In Christo*] Et *in Christum & in Ecclesiam.* Tametsi non ignoro, accusativum apud Græcos aliquoties idem pollere, quod alter casus. Potest autem accipi *de Christo & de Ecclesia.* Nam & in hunc sensum usurpatur a Græcis, εἰς Ἑρμῆν & εἰς Ἀπόλλωνα, in titulis.

39 *Et vos singuli, unusquisque suam uxorem sicut seipsum diligat*] Hic sermo nec apud Græcos, nec apud nos juxta rationem Grammatices constat. Neque difficile tamen fuerit ei mederi incommodo, ad hunc modum: *Quanquam vos quoque singulatim hoc præstate, ut suam quisque uxorem diligat ut seipsum.*

40 *Uxor autem timeat*] Græce est; *ut timeat*, ἵνα φοβῆται, id est, *ut revereatur.* Nam in hunc sensum putat accipi posse divus Hieronymus verbum φοβεῖσθαι.

1 *IN Domino*] Hæc particula non additur apud Ambrosium, nec in Commentariis, haud scio an casu omissa. Hieronymus indicat geminam distinctionem: potest enim hæc clausula, *in Domino*, referri vel ad verbum *obedite*, vel ad nomen *parentibus*: parentes in Domino sunt qui nos sacra doctrina genuerunt Christo. Obediunt autem parentibus suis in Domino, qui illis amore Christi obtemperant, modo ne præcipiant impia: nam his qui obediunt, non obediunt in Domino. Prior distinctio, quam refert Hieronymus, esset probabilior, si fuisset additus articulus γονεῦσι τοῖς ἐν Κυρίῳ: verum tunc excluderet naturales parentes, de quibus haud dubie Paulus hic loquitur.

2 *In repromissione*] Quidam conjunctim legunt, *primum in repromissione: primum*, non simpliciter, quia in Decalogo quartum habet locum lex de honorandis parentibus, sed *primum in repromissione*, quod huic uni sit addita merces, *Ut bene sit tibi & sis longævus.* Hanc solutionem non satis probat Hieronymus, quod in secundo quoque mandato sit adjuncta repromissio, *faciens misericordiam in millia*, ac subjicit aliam, ut accipiamus *primum mandatum*, totum Decalogum, quod hæc lex primum sit lata Hebræis post relictam Ægyptum. Ne hoc quidem commentum illis satisfacit, sequeretur enim quod omnibus præceptis esset adjuncta repromissio. At Paulus hoc tribuit huic præcepto tanquam peculiare. Nec multo solidius est quod afferunt recentiores, hoc præceptum esse primum in secunda tabula. In priore præcipiuntur ea quæ spectant ad cultum Dei, eaque sunt quatuor: in secunda, quæ pertinent ad proximos, & in hoc ordine principem locum tenet præceptum de honorandis parentibus. Verum hæc distinctio non est fundata in Sacris Litteris, sed est commentum recentiorum Theologorum. Mea sententia dici posset, quod huic uni præcepto addita est promissio, non illa generalis quæ frequenter fit observantibus præcepta Dei, sed propria & peculiaris: congruit enim, ut qui pius est in eos, a quibus vitam accepit, læte diuque fruatur illa. Secundo vero mandato adduntur & minæ, ac misericordia, quæ promittitur, generaliter ad omnia legis præcepta pertinet: Verba Decalogi sic habent: *Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus zelotes, qui reddo peccata patrum in filios usque ad tertiam & quartam generationem iis qui me oderunt, & faciens misericordiam in millia iis qui diligunt me & custodiunt mandata mea.* Ita Decalogus. Hic porro sermo generalis est, *qui custodiunt mandata mea.* In altero præcepto promissio est peculiaris, & tanquam uni dicitur, *ut bene sit tibi.* Admonet & illud Hieronymus, quod Apostolus omiserit novissima verba testimonii, quod citat ex Exodo: illic enim habetur, *ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus daturus est tibi.* Ex his postrema verba studio prætermisit Apostolus, ne Judæi crederent aliam terram sibi esse exspectandam per Messiam: quum enim Moses illam legem ferret, nondum pervenerant ad terram fluentem lacte & melle. Videmus autem Scripturam ubique populum rudem lactare promissis terrenis, quorum præcipuum fuit promissio terræ fœcundissimæ. Unde quod hic Apostolus ait, hoc præceptum fuisse primum in repromissione, sic accipi potest, ut intelligamus non quamvis promissionem, sed illam qua potissimum ducebantur Judæi. Hujus autem mentio primum fit in hoc præcepto. Nec est necesse, ut cum Hieronymo confugiamus ad allegoriam: siquidem Augustinus docet etiam impiis pro quibusdam benefactis a Deo rependi præmia temporaria, veluti pro pietate in parentes: quod si non omnibus, qui pietatem in parentes coluerunt, contingit felix longævitas in hoc mundo, nihil necesse est, sub generali proloquio comprehendi singula citra exceptionem: quanquam Paulus non dixit, *& bene erit tibi & eris longævus*, sed *ut bene sit tibi & sis longævus.* Talibus enim officiis provocatur Deus ad dandam rerum vitæque prosperitatem, non obligatur. Chrysostomus & huic assentiens Theophylactus indicant ideo primum in repromissione dictum, quod Exodi XX. cætera præcepta tantum vetant mala, *Non adorabis Deos alienos. Non assumes nomen Dei tui in vanum. Non facies opus sabbato. Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. Non loqueris adversus proximum falsum testimonium. Non concupisces rem, non uxorem*, &c. At qui abstinet a vetitis, pœnam quidem effugit, sed nihil præmii promeretur. Cæterum quum ait, *Honora patrem & matrem*, non vetat male facere, sed jubet bene facere, cui debetur præmium. Juxta hoc commentum præceptum de honorandis parentibus non modo primum est in repromissione, verum etiam solum. Illud recte annotarunt, repromissionem convenire filiis adolescentibus, quod illa ætas præ cæteris optat diu ac suaviter vivere.

3 *Et sis longævus*] καὶ ἔσῃ, id est, *& eris.* Quanquam hoc loco ambiguum est. Potest enim referri ad ἵνα, potest & absolute legi, ut & conjunctio sonet consequentiam eventus, Si hoc feceris, eris.

4 *Et vos patres*] *Vos* redundat, nam Græcis subauditur.

5 *In disciplina & correptione*] ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ, id est, *in eruditione* sive *institutione & admonitione.* Nam id verbi magis arridet divo Hieronymo, quippe mollius quam *correptio*, quo usus est Ambrosius. Quanquam non satis intelligo unde irrepserit verbum *conversationis* in libris primum a Frobenio nostro excusis, in quibus legitur, *in disciplina & conversatione Domini.* Cæterum utraque vox Græcis anceps est. Παιδεία tum *eruditionem* significat, tum *castigationem*, a puero dicta. Νουθεσία *admonitionem* & *objurgationem* sive *correptionem*, inde dicta, quod in animum alicujus ponas & ingeras, quid factum oporteat aut oportuerit.

6 *De-*

5 φετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νυθεσίᾳ Κυρίυ. Οἱ δῦλοι, ὑπακύετε τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα, μετὰ φόβυ καὶ τρόμυ, 6 ἐν ἁπλότητι τῆς καρδίας ὑμῶν, ὡς τῷ Χριςῷ, Μὴ κατ' ὀφθαλμοδυλείαν ὡς ἀνθρωπαρέσκοι, ἀλλ' ὡς δῦλοι τῦ 7 Χριςῦ, ποιῦντες τὸ θέλημα τῦ Θεῦ ἐκ ψυχῆς, Μετ' εὐ- 8 νοίας δυλεύοντες τῷ Κυρίῳ, καὶ ὐκ ἀνθρώποις, Εἰδότες ὅτι ὃ ἐάν τι ἕκαςος ποιήσῃ ἀγαθὸν, τῦτο κομιεῖται παρὰ τῦ Κυρίυ, 9 εἴτε δῦλος, εἴτε ἐλεύθερος. Καὶ οἱ κύριοι τὰ αὐτὰ ποιεῖτε πρὸς αὐτὺς, ἀνιέντες τὴν ἀπειλὴν, εἰδότες ὅτι καὶ ὑμῶν αὐτῶν ὁ Κύριός ἐςιν ἐν ὐρανοῖς, καὶ 10 προσωποληψία ὐκ ἔςι παρ' αὐτῷ. Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μυ, ἐνδυναμῦσθε ἐν Κυρίῳ, καὶ ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος 11 αὐτῦ. Ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν τῦ Θεῦ, πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς ςῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τῦ διαβόλυ. 12 Ὅτι ὐκ ἔςιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξυσίας, πρὸς τὺς κοσμοκράτορας τῦ σκότυς τῦ αἰῶνος τύτυ, πρὸς τὰ πνευμα- 13 τικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπυρανίοις. Διὰ τῦτο ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τῦ Θεῦ, ἵνα δυνηθῆτε ἀντιςῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι 14 ςῆναι. Στῆτε ὖν, περιζωσάμενοι τὴν ὀσφῦν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, 15 Καὶ ὑποδησάμενοι τὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τῦ Εὐαγγε- 16 λίυ τῆς εἰρήνης, Ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίςεως, ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη τῦ πονη- 17 ρῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι. Καὶ τὴν περικεφαλαίαν τῦ σωτη-

A nem & correptionem Domini. Servi, obedite iis [6] qui 5 domini sunt juxta carnem, cum timore ac tremore, cum simplicitate cordis vestri, tanquam Christo, 7 Non ad oculum servientes, [8] velut hominibus place- 6 re studentes, sed tanquam servi Christi, facientes quæ vult Deus ex animo, [9] Cum benevolentia [10] servientes 7 Domino, & non hominibus, Illud scientes quod unus- 8 quisque quod fecerit boni, hoc reportabit a Domino, sive servus fuerit, sive liber. Et vos domini eadem facite 9 erga illos, [11] remittentes minas, [12] scientes quod & vester ipsorum Dominus est in coelis, nec personæ respectus est apud illum. Quod superest, [13] fratres mei, 10 B sitis fortes per Dominum, perque potentiam roboris illius. [14] Induite totam armaturam Dei, ut possitis sta- 11 re [15] adversus assultus diaboli. Quoniam non est no- 12 bis [16] lucta adversus sanguinem & carnem, sed adversus principatus, adversus potestates, adversus [17] mundi dominos, rectores [18] tenebrarum seculi hujus, [19] adversus spirituales astutias in cœlestibus. Quapropter 13 assumite universam armaturam Dei, ut possitis resistere in die mala, [20] & omnibus peractis stare. [21] State 14 igitur, lumbis circumcinctis baltheo per veritatem, & induti thoracem justitiæ, Et calceati pedibus, ut 15 parati sitis ad Evangelium pacis, Super omnia assum- 16 pto scuto fidei, quo possitis omnia [22] jacula mali illius C ignita exstinguere. [23] Galeamque salutaris accipite, & 17 gla-

6 *Dominis carnalibus*] τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα, id est, *dominis secundum carnem*. Verum id recte mutavit, ut effugeret amphibologiam, ne quis *secundum carnem* referat ad servire.

7 *Non ad oculum servientes*] Græcis vox est composita, Μὴ κατ' ὀφθαλμοδυλείαν. Quasi dicas, *Non juxta oculare servitium*, si quis studeat verbo reddere.

8 *Hominibus placentes*] Et hic composita vox est ἀνθρωποάρεσκοι, multo jucundior quam Latina periphrasis, sed Interpres non potuit reddere. Sonat quasi dicas, *homoplacitos*, eos qui student probari hominibus potius quam Deo.

9 *Cum bona voluntate*] Μετ' εὐνοίας, id est, *Cum benevolentia*. Mirum cur id Interpres putarit immutandum. Mihi sane non admodum arridet, quod Augustinus ex hoc dicto colligit, servos non debere flagitare libertatem a dominis Christianis, quod Lex Mosaica septimo quoque anno voluerit omnes servos manumitti. Tametsi non negarim verum esse quod dixit. Siquidem Paulus hic agit etiam de dominis Ethnicis, non modo Christianis. Vult enim servum Christianum amore Christi fideliter servire domino suo, quemadmodum vult Christianos cives obtemperare Principum idololatrarum imperatis. Et si fas non est servis flagitare eam libertatem, tamen parum Christianum videtur, Christianos dominos non id concedere servis suis, quod lex illa multo Christiana inclementior indulsit suis. Imo turpe videtur, inter Christianos omnino nomen *heri* aut *servi* audiri: cum enim Baptismus omnes fratres reddat, qui convenit fratrem fratri *servum* appellari? Sit hoc sane cui videtur juris Cæsarei, modo ne juris Evangelici, juxta quod servus ex animo morem gerit domino, dominus contra servum tractat ut fratrem in Christo.

10 *Servientes sicut Domino*] *Sicut* adverbium redundat, nec additur ab Ambrosio. Sentit enim hoc obsequii, quod impenditur impiis aut morosis dominis, non impendi hominibus, sed Christo, cujus amore servus fert hominis tyrannidem, ne quod offendiculum ponat Evangelio. Apud Chrysostomum additur ὡς, sed ex enarratione parum liquet quid legerit. Theophylacti commentum magis indicat ὡς non additum, alioqui dicendum erat, *servientes sicut Domino, & non sicut hominibus*. Ei dicimur servire, unde præmium exspectamus, eoque mox subjicit Apostolus, *unusquisque quod fecerit bonum, a Domino recipiet*.

11 *Remittentes minas*] ἀνιέντες τὴν ἀπειλὴν, id est, *relaxantes minas*, hoc est, minus feroces, minusque minabundi. Vult enim eos esse minus imperiosos, quam sint Ethnici in suos.

12 *Quia & illorum & vester Dominus*] εἰδότες ὅτι καὶ ὑμῶν αὐτῶν ὁ Κύριός ἐςιν ἐν ὐρανοῖς, id est, *scientes quod & vester ipsorum Dominus est in cœlis*: ut sit sensus, cum sciatis & vobis esse Dominum in cœlis, quem vereri debeatis. Ambrosius & Hieronymus legisse videntur, ὑμῶν τε καὶ αὐτῶν, id est, *vester simul & illorum*, ut intelligas communem ambobus Dominum.

13 *Fratres*] *Mei* pronomen additum est apud Græcos, ἀδελφοί μυ. Porro nec Hieronymus nec Ambrosius addit *fratres*. Τὸ λοιπὸν autem melius vertisset, *Quod superest*.

14 *Induite vos armaturam Dei*] πανοπλίαν. Ea vox semel significat quicquid ad armandum in pugnam militem pertinet. Quasi dicas, omnia simul arma quæ ad virum pertinent. Unde paulo inferius admonet divus Hieronymus vertendum fuisse, non *arma*, quod Græci dicunt ὅπλα, sed universa arma, πανοπλίας. Et Ambrosius legit *universitatem armorum*: Cyprianus alicubi vertit *tota arma*.

15 *Adversus insidias*] μεθοδείας, idem quod ante verterat *circumventionem*. Ambrosius legit *adversus nationes*, sed codice, opinor, depravato, forte scriptum erat *rationes*. Nam μέθοδος ratio est, sed rei aggrediendæ. Est autem μεθοδεία, si quis ex insidiis aggreditur alium. Hieronymus legit & interpretatur, *contra versutias diaboli*. Quanquam hic potuisset vertere *calumniatoris*.

16 *Colluctatio*] ἡ πάλη, id est, *lucta*.

17 *Mundi rectores*] κοσμοκράτορας, id est, *mundi dominos*: quam dictionem plane novam, nec usquam alibi repertam, divus Hieronymus putat a Paulo primum fictam fuisse, quo novis rebus explicandis nova accommodaret vocabula. Est autem Græcis dictio composita, atque idcirco commodius cohæret genitivus, *tenebrarum harum*. Tertullianus libro adversus Marcionem quinto κοσμοκράτορας vertit *munditenentes*. Hilarius in Psalmos vertit *mundipotentes*, non ineleganter efficta composita dictione.

18 *Tenebrarum harum*] Græce est, τῦ σκότυς τῦ αἰῶνος τύτυ, id est, *tenebrarum hujus seculi*.

19 *Contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus*] Quod Faber admonet posse accipi *in cœlestibus*, pro eo quod est, *adversus cœlestes*, id sermonis Græcanici ratio nullo modo patitur, meo quidem judicio. Jam quod inibi graviter stomachatur adversus superstitiosos Astrologos & prognostas, ut demus non sine causa factum, certe non suo factum est loco. Porro *spiritualia nequitiæ* dixit, pro *spirituales nequitias*, seu potius *versutias*, est enim Græce πονηρίας. Ambrosius in libro *de Paradiso*, capite duodecimo, sic invertit, ut sensum explicet, *adversus nequitiam spiritualium, quæ sunt in cœlestibus*.

20 *Et in omnibus perfecti stare*] Græci sic legunt, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι ςῆναι, id est, *& omnibus confectis* sive *perfectis stare*, id est, postquam omnia perfeceritis stare. Hieronymus legit atque exponit, *omnia operati stare*. Cyprianus item in Epistola quarti libri sexta, *ut cum omnia*, inquit, *perfeceritis, statis accincti lumbos vestros*, &c. Quemadmodum nihil non facit miles quo possit hosti resistere, ac suam tueri vitam: ita nobis omnia sunt facienda cum spiritibus assidue luctaturis. Jam ut hæc quidem indicasse non magni negotii judico, ita non arbitror tutum hæc minuta vel nescire, vel negligere. Quid enim si Theologus hic mihi prolixo & elaborato sermone multa philosophetur de perfecte stantibus, aut imperfecte stantibus, nonne Græce peritis risum moverit? nec id sane injuria. Chrysostomus admonet non simpliciter dictum ἐργασάμενοι, id est, *postquam feceritis*, sed ἅπαντα κατεργασάμενοι, id est, *posteaquam perfeceritis omnia*: persistit autem Apostolus in metaphora belli. Multa sunt militum munia, circumdare fossam, attollere aggerem, castra munire vallis, expedire arma, depellere hostem. His omnibus gnaviter peractis, superest ut stent, semper accincti ad prælium. Multis enim victoria affert securitatem & otium: securitas mutatis vicibus ex victoribus facit victos. Quod Apostolus senserit de vigilantia militari, declarat quod mox sequitur, *State igitur succincti* &c. Thomas *in omnibus* interpretatur *in prosperis & in adversis*: & occasione hujus nominis *perfecti*, facit duplicem perfectionem, unam juxta modum viatoris, alteram juxta plenitudinem patriæ, quæ recte dicta fateor, sed parum suo loco. Mihi subolet Latinos codices hic fuisse depravatos, & Interpretem vertisse, *ut possitis omnibus perfectis stare*. Non enim arbitror eum legisse κατειργασμένοι.

21 *State ergo succincti*] περιζωσάμενοι, id est, *accincti*, sive *circumcincti*, hoc est, muniti. Nam ea pars corporis baltheo laminis conserto tegi solet in bello, ad quem nunc alludit Apostolus. Ac divus Hieronymus hunc enarrans locum meminit *zonæ pelliceæ*, qua legitur accinctus fuisse Joannes Baptista: ac mox meminit *balthei spiritualis*. Quin & adagium illud a militia sumptum est, *Zonam perdidit*. Muniuntur & pedes & tibiæ ad prælium: utcunque Jureconsulti negant calceamenta armorum nomine contineri. Ambrosius duplicem zonæ usum indicat, & quod subducta veste reddit hominem expeditum, & quod munit medii corporis mollia. Hoc adjicere visum est, quod intelligo doctis magis probari *subligaculi* vocem quam *balthei*.

22 *Tela nequissimi*] βέλη τῦ πονηρῦ, *tela mali*, sive *scelesti illius*.

23 *Galeam salutis*] τῦ σωτηρίυ, id est, *salutaris*. Atque ita legit Hieronymus in *Commentariis*. Nec est *assumite*, sed *capite*, δέξασθε.

σωτηρίυ δέξαϐθε, καὶ τὴν μάχαιραν τῦ Πνεύματος, ὅ 18 ἐςι ῥῆμα Θεῦ, Διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως προσευχόμενοι ἐν πάντι καιρῷ, ἐν πνεύματι, καὶ εἰς αὐτὸ τῦτο ἀγρυπνῦντες ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει καὶ δεήσει περὶ 19 πάντων τῶν ἁγίων, Καὶ ὑπὲρ ἐμῦ, ἵνα μοι δοθείη λόγος ἐν ἀνοίξει τῦ ςόματός μυ ἐν παῤῥησίᾳ, γνωρίσαι τὸ 20 μυςήριον τῦ Εὐαγγελίυ, Ὑπὲρ ὖ πρεσϐεύω ἐν ἁλύσει, ἵνα 21 ἐν αὐτῷ παῤῥησιάσωμαι, ὡς δεῖ με λαλῆσαι. Ἵνα δὲ εἰδῆτε καὶ ὑμεῖς τὰ κατ' ἐμὲ, τί πράσσω, πάντα ὑμῖν γνωρίσει Τυχικὸς ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς καὶ πιςὸς διάκο-22 νος ἐν Κυρίῳ, Ὃν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τῦτο, ἵνα 23 γνῶτε τὰ περὶ ἡμῶν, καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν. Εἰρήνη τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ἀγάπη μετὰ πίςεως ἀπὸ Θεῦ Πα-24 τρὸς καὶ Κυρίυ Ἰησῦ Χριςῦ. Ἡ χάρις μετὰ πάντων τῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησῦν Χριςὸν ἐν ἀφθαρσίᾳ. Ἀμήν.

Ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης πρὸς Ἐφεσίυς διὰ Τυχικῦ.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥΣ

ΤΕΛΟΣ.

A gladium spiritus, qui est verbum Dei, In omni depre- 18 catione & obsecratione orantes in omni tempore, in spiritu, 24 & ad hoc ipsum vigilantes 25 cum omni sedulitate & deprecatione pro omnibus sanctis, Et pro 19 me, ut mihi detur sermo in apertione oris mei 26 cum libertate, ut notum faciam mysterium Evangelii mei, Super quo legatione fungor 27 in catena, 28 ut in eo 20 libere loquar, sicut oportet me loqui. Ut autem scia- 21 tis & vos quæ ad me pertinent, quid agam, de omnibus vos certiores reddet Tychicus 29 dilectus frater & fidus minister in Domino, Quem misi ad vos in hoc 22 ipsum, 30 ut cognosceretis de rebus nostris, & conso- B laretur corda vestra. Pax fratribus & charitas cum fi- 23 de 31 a Deo Patre & Domino Jesu Christo. Gratia sit 24 cum omnibus diligentibus Dominum nostrum Jesum Christum 32 cum sinceritate. Amen.

Missa fuit e Roma ad Ephesios per Tychicum.

EPISTOLÆ PAULI AD EPHESIOS

FINIS.

24 *Et in ipso vigilantes*] καὶ εἰς αὐτὸ τῦτο ἀγρυπνῦντες, id est, *& in ipsum hoc vigilantes:* quemadmodum legit Ambrosius. Incertum apud Græcos, an referatur ad spiritum, an ad rem: quod πνεῦμα apud illos sit neutri generis.

25 *In omni instantia*] ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει. De quo superius. Ambrosius legit *perseverantia.*

26 *Cum fiducia*] ἐν παῤῥησίᾳ. Quæ proprie *libertas* est & *audacia loquendi:* quod Ambrosius vertit *exerte. Notum facere.* Cur non potius, *ut notum faciam.*

27 *In catena ista*] *Ista* redundat. Nec est apud Ambrosium, nec apud Hieronymum, ac ne in vetustissimis quidem exemplaribus, nominatim Paulino ac Donatianico, suffragante utroque Constantiensi.

28 *In ipso audeam*] ἵνα παῤῥησιάσωμαι. Quod verbum explicans Ambrosius dicit, *ut in ipso exerta libertate, prout oportet me loqui.* Nec est *ita*, sed *ut*, ἵνα παῤῥησιάσωμαι, id est, *ut audeam.*

C 29 *Charissimus frater noster*] ἀγαπητὸς, id est, *dilectus:* atque ita legit Hieronymus, quod hic veluti data opera semper vertit *charissimus.*

30 *Ut cognoscatis quæ circa nos sunt*] τὰ περὶ ἡμῶν, id est, *quæ de nobis sunt*, hoc est, res nostras & statum nostrum.

31 *A Deo Patre nostro*] *Nostro* non additur nec apud Græcos, nec apud Hieronymum, nec apud Ambrosium, ac ne in Paulino quidem exemplari. Suffragabatur uterque Constantiensis.

32 *In incorruptione*] ἐν ἀφθαρσίᾳ. Quod alias recte verti solet *immortalitas*, hic sonat *integritatem* ac *sinceritatem animi*, vacantis omni corruptela vitiorum. Hieronymus non approbat eos, qui ἀφθαρσίαν proprie ad corporis castimoniam applicant. Adstipulatur nobis Chrysostomus & Theophylactus Interpres, qui & illud admonent, præpositionem ἐν hic idem pollere quod διὰ, per. Sic enim diligitur Christus, si nos servemus incontaminatos ab hoc seculo. Apud Ambrosium non additur *Amen* in calce hujus Epistolæ, nec licet ex illius *Commentariis* conjicere quid legerit.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM PAULI AD EPHESIOS,

PER

DESIDERIUM ERASMUM, ROTERODAMUM,

FINIS.

ΤΠΟ-

ΥΠΟΘΕΣΙΣ
τῆς πρὸς
ΦΙΛΙΠΠΗΣΙΟΥΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΑΥΛΟΥ.

Ταύτην ἐπισέλλει ἀπὸ Ῥώμης, ἑωρακὼς αὐτὺς ἅμα καὶ διδάξας. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπισολῆς αὕτη. Πεμψάντων Φιλιππησίων διακονίαν τῷ Παύλῳ, καί τινων περιερχομένων, καὶ διαφθειρόντων τὰς ἀκοὰς τῶν ἀκεραίων προφάσει τῆς σκιᾶς τῦ νόμυ καὶ τῆς περιτομῆς, καὶ λεγόντων, χωρὶς ταύτης μὴ δύνασθαι δικαιωθῆναι, μαθὼν ὁ Ἀπόσολος γράφει Φιλιππησίοις, καὶ πρῶτον μὲν ἀποδέχεται αὐτῶν τὴν πίσιν, καὶ σημαίνει μνημονεύειν αὐτῶν. Ἔπειτα διηγεῖται ὡς ἀπελογήσατο ἐν Ῥώμῃ, καὶ ὅτι τινὲς αὐτῷ βαρεῖς γεγόνασιν, ἐν τοῖς δεσμοῖς φθόνον αὐτῷ κινῦντες. Ἔπειτα αὐτὺς προτρέπεται ἀλλήλυς ἀγαπᾷν, ἐξηγύμενος τὴν τῦ Σωτῆρος φιλανθρωπίαν, ὅτι Θεὸς ὢν, ἄνθρωπος γέγονε δἰ ἡμᾶς. Εἶτα περὶ τῆς περιτομῆς καὶ τῦ παλαιῦ νόμυ διαλαβὼν, ἀποδεικνύει λοιπὸν ἀργὴν γεγενῆσθαι τὴν περιτομὴν, λαμβάνων ἐφ' ἑαυτῦ τὸ παράδειγμα, καὶ λέγων, ὅτι ταῦτα πάντα ἥγημαι διὰ τὸν Χρισὸν ζημίαν. Διὸ καὶ τὺς μὲν διδάσκοντας ἐπὶ περιτομὴν, καὶ θέλοντας αὐτὺς ἀπατῆσαι μεμψάμενος, καὶ εἰπὼν ἐχθρὺς αὐτὺς εἶναι τῦ Χρισῦ, ἀποδέχεται Φιλιππησίυς διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν τῆς κοινωνίας δόσιν. Καὶ προτρεψάμενος πάλιν εἰς τὰ ἤθη αὐτὺς, τελειοῖ τὴν Ἐπισολήν.

IN EPISTOLAM AD
PHILIPPENSES
Argumentum per
DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

Philippenses in prima Macedoniæ parte sunt, ut narratur in Actis capite decimo sexto, colonia oriunda ab urbe Philippis, dicta a Philippo conditore. Horum metropolis est Thessalonice. Qui quoniam in fide semel accepta perstiterant, non admissis pseudapostolis, quibus auscultarant Corinthii & Galatæ, merito ab Apostolo collaudantur. Ad hos Paulus admonitu Spiritus profectus, complures dies apud illos egit, non sine negotio. Nam hîc flagris cæsus est Paulus, & cum Sila conjectus est in carcerem. Quo tempore carceris custos cum tota familia baptizatus est. Hîc erat & Lydia purpuraria, quæ prima conversa Paulum excepit hospitio. Hîc & milites, cognito quod Romanus esset civis, ultro rogarunt, ut quo vellet abiret, & Christi nomen satis felicibus auspiciis inclaruit. Quinetiam quum Paulus Romæ ageret in vinculis, miserunt illi quæ ad vitæ necessitatem pertinebant, per Epaphroditum: quod & ante fecerant, quum ageret Thessalonicæ, sicut in hac ipse testatur Epistola. Collaudatos igitur eos adhortatur, ut perseverent ac proficiant: ostendens gloriandum etiam in afflictionibus, quæ ad illustrandum Christi Evangelium facerent: se vero vel mortem adeo non horrere, ut optet etiam, si Christo volente contingat. Deinde cumprimis hortatur ad mutuam concordiam, quæ inter elatos esse non potest. Et quo æquiore sint animo, pollicetur Timotheum atque etiam ipsum brevi ad illos rediturum: interim misso Epaphrodito, qui ex periculosissima ægrotatione convaluerat. Hæc agit duobus primis capitibus. Nam in tertio confirmat animos illorum adversus pseudapostolos, ad Judaïsmum ubique sollicitantes, quos canes appellat, operarios iniquitatis, inimicos crucis Christi, & qui ventrem Dei loco colerent, nusquam apertius in eos stomachatus. Quartum commendationibus & salutationibus occupat, nisi quod monita quædam obiter admiscet, & Philippensibus pro sua in se munificentia gratias agit. Scripsit ex urbe Roma per Epaphroditum, quum iterum esset in carcere. Nam post primam defensionem rursus in carcerem ductus est: cujus rei meminit ipse in Epistola ad Timotheum.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD

PHILIPPENSES.

I. 1 ΠΑΥΛΟΣ καὶ Τιμόθεος δοῦλοι Ἰησοῦ Χριστοῦ, πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τοῖς οὖσιν ἐν Φιλίπποις, 2 σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις· Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ 3 Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εὐχαριστῶ 4 τῷ Θεῷ μου ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ ὑμῶν, Πάντοτε ἐν πάσῃ δεήσει μου ὑπὲρ πάντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς τὴν 5 δέησιν ποιούμενος, Ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον, 6 ἀπὸ πρώτης ἡμέρας ἄχρι τοῦ νῦν, Πεποιθὼς αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ὁ ἐναρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν, 7 ἐπιτελέσει ἄχρις ἡμέρας Ἰησοῦ Χριστοῦ, Καθώς ἐστι δίκαιον ἐμοὶ τοῦτο φρονεῖν ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς, ἔν τε τοῖς δεσμοῖς μου, καὶ τῇ ἀπολογίᾳ, καὶ βεβαιώσει τοῦ Εὐαγγελίου, συγκοι- 8 νωνούς μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας. Μάρτυς γάρ μου ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὡς ἐπιποθῶ πάντας ὑμᾶς ἐν σπλά- 9 γχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ τοῦτο προσεύχομαι, ἵνα ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσεύῃ ἐν ἐπιγνώσει καὶ 10 πάσῃ αἰσθήσει, Εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα, ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς, καὶ ἀπρόσκοποι εἰς ἡμέραν Χριστοῦ, 11 Πεπληρωμένοι καρπῶν δικαιοσύνης, τῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, 12 εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον Θεοῦ. Γινώσκειν δὲ ὑμᾶς βούλομαι, ἀδελφοὶ, ὅτι τὰ κατ' ἐμὲ μᾶλλον εἰς προκοπὴν 13 τοῦ Εὐαγγελίου ἐλήλυθεν, Ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς ἐν Χριστῷ γενέσθαι ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ καὶ τοῖς 14 λοιποῖς πᾶσι, Καὶ τοὺς πλείονας τῶν ἀδελφῶν ἐν Κυρίῳ, πεποιθότας τοῖς δεσμοῖς μου, περισσοτέρως 15 τολμᾷν ἀφόβως τὸν λόγον λαλεῖν. Τινὲς μὲν καὶ διὰ φθόνον καὶ ἔριν, τινὲς δὲ καὶ δι' εὐδοκίαν τὸν 16 Χριστὸν κηρύσσουσιν. Οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας τὸν Χριστὸν καταγγέλλουσιν οὐχ ἁγνῶς, οἰόμενοι θλίψιν ἐπιφέρειν τοῖς

I. 1 PAULUS [1] ac Timotheus servi Jesu Christi, omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, [2] 2 una cum episcopis [3] ac diaconis: Gratia vobis & pax 3 a Deo Patre nostro & Domino Jesu Christo. Gratias 4 ago Deo meo [4] in omni memoria vestri, Semper [5] in omni precatione mea pro omnibus vobis cum gau- 5 dio precationem faciens, Quod veneritis in communionem Evangelii, a primo die usque ad hoc tempus, 6 [6] Persuasum habens hoc ipsum, quod is qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque ad diem Jesu Christi, 7 Sicut justum est mihi ut hoc sentiam de omnibus vobis, propterea quod habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione, & confirmatione Evangelii, [7] quum sitis omnes mihi consortes gratiæ. 8 Testis enim mihi est Deus, quam desiderem [8] vos omnes in 9 visceribus Jesu Christi. Et illud oro, ut charitas vestra adhuc [9] magis ac magis exuberet in agnitione omni- 10 que intelligentia, Ut probetis quæ sunt [10] præstantia, ut sitis sinceri, ac tales [11] ut nemini sitis offendiculo 11 in diem Christi, Impleti fructu justitiæ, qui contin- 12 git [12] per Jesum Christum, ad gloriam & laudem Dei. Scire autem vos volo, fratres, quod quæ mihi ac- 13 ciderunt, magis ad profectum Evangelii evenerunt, Ita ut vincula mea manifesta facta sint in Christo [13] 14 in toto prætorio [14] ac cæteris omnibus, Utque plures ex fratribus in Domino, freti vinculis meis, [15] 15 uberius auderent impavide sermonem loqui. Nonnulli quidem per invidiam & contentionem, nonnulli vero & [16] propter bonam voluntatem Christum præ- 16 dicant. Alii quidem ex contentione Christum annunciant

1 ET Timotheus] Quanquam id quidem nihil attinet ad sententiam Pauli, tamen admonendum duxi, *Timotheus* pronunciandum antepenultima acuta, sive Græcam rationem sequaris, sive Latinam: quod contra nunc fit in templis omnibus. Et licet optandum foret, ut hoc esset gravissimum erratum in vita Christianorum, tamen fœdum est nos publicitus in re tam manifestaria perpetuo peccare. Quanquam exstitit, qui religiosum existimet, lapsus etiam hujusmodi mutare, tanquam a patribus traditos. Quasi hoc lemmate non possit defendi quicquid, quocunque modo receptum fuerit. Et tamen quod dicit, aliquid est, si sermo fiat apud populum lingua populo nota. Hanc Epistolam Theophylactus postposuit ei, quæ est ad Colossenses.

2 *Cum episcopis*] Græcis aliquot codicibus unica dictio est *coëpiscopis*, συνεπισκόποις. Quasi communicet suum officium cum illorum presbyteris. Quanquam hic Græca variant exemplaria, & in nonnullis scriptum erat, σὺν ἐπισκόποις, id est, *una cum episcopis*. Posteriorem lectionem sequitur Ambrosius, a quo nos nolumus dissentire. Theophylactus conjunctim & legit & interpretatur. Honoris enim gratia presbyteros appellat *Episcopos*. Etenim, ut indicat Chrysostomus, non erant unius civitatis plures Episcopi. Timotheum Episcopum fuisse liquet ex iis quæ illi scribit Paulus, *Nemini cito manus imposueris*: & olim Episcopi Diaconi vocabantur, velut alibi, *Ministerium tuum imple*.

3 *Et diaconibus*] διακόνοις, id est, *ministris*, ut sæpius vertit. Quod si Græca vox placet, *diaconis* dicendum erat, non *diaconibus*. Et tamen hanc vocem aliquoties reperire est in libris Augustini, juxta tertiam inflexionem, opinor, quod sic esset vulgo usurpata, quemadmodum baptismum genere neutro.

4 *In omni memoria vestri*] ἐπὶ πάσῃ μνείᾳ ὑμῶν, μετὰ χαρᾶς τὴν δέησιν ποιούμενος, id est, *in omni memoria vestri, cum gaudio obsecrationem faciens*. Ambrosius legit ad hunc modum: *Super omni memoria vestra, semper in omni oratione mea pro omnibus vobis, cum gaudio orationem faciens, super communicatione vestra*: ut *gaudium* referas ad *communicationem* veluti gaudii causam.

5 *In cunctis orationibus*] ἐν πάσῃ δεήσει, *in omni obsecratione*.

6 *Confidens in hoc ipsum*] Πεποιθὼς αὐτὸ τοῦτο, id est, *Persuasum habens hoc ipsum*.

7 *Socios gaudii*] Græcis est χάριτος, id est, *gratia*, sed facilis lapsus in χάριτος & χαρᾶς. Et alias ostendimus alterum pro altero usurpari. Ambrosius legit *gaudii*: Chrysostomus ac Theophylactus *gratia*. Quod autem dixit *socios*, Græce est συγκοινωνοὺς, quasi dicas, *ex æquo participes*. *Omnes vos esse*, ὄντας. Rectius vertisset, *cum sitis socii gratia*, συγκοινωνούς.

8 *Vos esse in visceribus*] *Esse* redundat: tantum est, *in visceribus Jesu Christi*. Siquidem hoc adjecit, ne quis suspicaretur quicquam hic esse affectus humani, cur eos tantopere amaret. *Viscera* vocat affectum animi. Addidit *Jesu Christi*, ut declaret hunc affectum esse pietatis, non humanum.

9 *Magis ac magis*] ἔτι μᾶλλον, id est, *adhuc magis*.

10 *Potiora*] τὰ διαφέροντα, id est, *præstantia*. Ambrosius legit *utilia*. Suspicor illius codicem habuisse scriptum συμφέροντα pro διαφέροντα: nisi διαφέρειν, id est, *differre*, dicamus, quæ ad rem nostram pertinent. Theophylactus sine controversia διαφέροντα interpretatur συμφέροντα. Chrysostomus hanc vocem non attingit. Ad Romanos cap. 11. Interpres διαφέροντα vertit *utiliora*. Quæ ἀδιάφορα sunt, non refert utrum facias an non facias. Contra διαφέροντα faciunt ad rem.

11 *Et sine offensa*] Ambrosius legit *inoffensi*, quasi dicas robustos, qui non possint offendi, aut qui nusquam offendant. Quanquam Græca vox ambigua est, ἀπρόσκοποι, quasi dicas, *tales ut nemini sitis offendiculo*. Et in hunc sensum interpretantur Græcanica scholia.

12 *Per Jesum Christum*] τῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, id est, *qui est* sive *contingit per Jesum Christum*, ut articulus Græcus distinguat hunc fructum a cæteris.

13 *In omni prætorio*] ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ, id est, *in toto prætorio*. Ne quis accipiat Paulum per omnia prætoria ductum fuisse, cum ipse dicat aliud, nimirum captivi prædicationem usque ad ipsam Neronis regiam pervenisse, & inde per universam urbem fuisse vulgatam. Nam Theophylactus *prætorium* ad Neronis familiam refert, *cæteris omnibus* ad reliquos cives, sequutus Chrysostomum, admonens Imperatorum domos id temporis appellari solere *prætoria*, voce Latina a Græcis usurpata. Ambrosius subdure *prætorium* refert ad Judaïsmum, *in cæteris omnibus* ad Ecclesias Gentium. Interpres autem non raro abuti solet *omni* pro *toto*.

14 *Et in cæteris omnibus*] *In* redundat: an subaudiendum sit, aliis expendendum relinquo. Neque *cæteris* refert prætoria, ut sit sensus, Evangelium notum fuisse cæteris item prætoriis, sed cæteris ejus civitatis, qui in prætorio non versabantur. Ita Theophylactus. Proinde conjunctio *in* nullum habebat usum, nec additur ab Ambrosio.

15 *Abundantius auderent*] Ambrosius Græcam figuram explanavit Latine, *amplius cœperunt audere*. Nam in ὥστε τολμᾷν videtur subesse synecdoche, aut si mavis eclipsis, quam tamen ausus est imitari Flaccus in Odis,

Ut melius quicquid erit pati.

Ut subaudias *possis* aut *incipias*, aut simile verbum accommodum sententiæ.

16 *Propter bonam voluntatem*] δι' εὐδοκίαν. Quod vertere solet *beneplacitum*. Ordo hujus loci diversus est apud Latinos & Græcos. Græca sic habent, *Οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας τὸν Χριστὸν καταγγέλλουσιν οὐχ ἁγνῶς, οἰόμενοι θλίψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου. Οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης, εἰδότες, ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ Εὐαγγελίου κεῖμαι.* Id est, *Alii quidem ex contentione Christum annunciant non pure, arbitrantes pressuram addere sese vinculis meis. Alii vero ex charitate, scientes, quod in defensionem Evangelii positus sum.* Nostra lectio sic, *Quidam quidem & propter invidiam & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant,*

17 τοῖς δεσμοῖς μου. Οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης, εἰδότες ὅτι 18 εἰς ἀπολογίαν τοῦ Εὐαγγελίου κεῖμαι. Τί γάρ; πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ, Χριςὸς καταγγέλλεται· καὶ ἐν τούτῳ χαίρω, ἀλλὰ 19 καὶ χαρήσομαι. Οἶδα γὰρ, ὅτι τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν, διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως καὶ ἐπιχο- 20 ρηγίας τοῦ Πνεύματος Ἰησοῦ Χριςοῦ, Κατὰ τὴν ἀποκαραδοκίαν καὶ ἐλπίδα μου, ὅτι ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι, ἀλλ' ἐν πάσῃ παῤῥησίᾳ, ὡς πάντοτε, καὶ νῦν μεγαλυνθήσεται Χριςὸς ἐν τῷ σώματί μου, 21 εἴτε διὰ ζωῆς, εἴτε διὰ θανάτου. Ἐμοὶ γὰρ τὸ 22 ζῆν Χριςὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. Εἰ δὲ τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ, τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου, καὶ τί αἱ- 23 ρήσομαι, οὐ γνωρίζω. Συνέχομαι γὰρ ἐκ τῶν δύο, τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χρι- 24 ςῷ εἶναι, πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον. Τὸ δὲ ἐπιμέ- 25 νειν ἐν τῇ σαρκὶ, ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς. Καὶ τοῦτο πεποιθὼς οἶδα, ὅτι μενῶ καὶ συμπαραμενῶ πᾶσιν ὑμῖν, εἰς τὴν ὑμῶν προκοπὴν καὶ χαρὰν τῆς πί- 26 ςεως, Ἵνα τὸ καύχημα ὑμῶν περισσεύῃ ἐν Χριςῷ Ἰησοῦ ἐν ἐμοὶ, διὰ τῆς ἐμῆς παρουσίας πάλιν πρὸς ὑ- 27 μᾶς. Μόνον ἀξίως τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριςοῦ πολιτεύεσθε, ἵνα εἴτε ἐλθὼν καὶ ἰδὼν ὑμᾶς, εἴτε ἀπὼν, ἀκούσω τὰ περὶ ὑμῶν, ὅτι ςήκετε ἐν ἑνὶ πνεύματι, μιᾷ 28 ψυχῇ, συναθλοῦντες τῇ πίςει τοῦ Εὐαγγελίου, Καὶ μὴ πτυρόμενοι ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων, ἥτις αὐτοῖς μέν ἐςιν ἔνδειξις ἀπωλείας, ὑμῖν δὲ σωτηρίας, 29 καὶ τοῦτο ἀπὸ Θεοῦ· Ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριςοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιςεύειν, ἀλλὰ 30 καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν, Τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἔχοντες, οἷον ἴδετε ἐν ἐμοὶ, καὶ νῦν ἀκούετε ἐν ἐμοί.

ciant 17 non pure, existimantes sese afflictionem addere vinculis meis. Alii rursus ex charitate, scientes quod in defensionem Evangelii constitutus sim. Quid enim? 18 attamen quovis modo, sive per occasionem, sive per veritatem, Christus tamen annunciatur: & in hoc gaudeo, quinetiam gaudebo. Novi enim, quod hoc mihi cedet in salutem, per vestram deprecationem & subministrationem Spiritus Jesu Christi, 19 Secundum exspectationem & spem meam, 20 quod nulla in re pudefiam, sed cum omni libertate, 21 ut semper, ita nunc quoque magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem. Nam mihi vita Christus est, & mors lucrum. Quod si contingat vivere in carne, ea res mihi fructus est operis, 22 & quid eligam, ignoro. 23 Coarctor enim ex his duobus, desiderans dissolvi, & esse cum Christo, 24 multo longeque melius est. Cæterum manere in carne, 25 magis necessarium propter vos. 26 Et hoc certo scio, 27 quod mansurus sim & cum omnibus vobis permansurus sim, in vestrum profectum & gaudium fidei, 28 Ut gloriatio vestra exuberet per Christum Jesum 29 in me, per meum ad vos reditum. Tantum ut dignum est Evangelio Christi conversemini, ut sive cum venero & videro vos, sive absens sim, 30 audiam de rebus vestris, quod stetis in uno spiritu, 31 una anima, 32 adjuvantes decertantem fidem Evangelii, 33 Nec in ullo terreamini ab adversariis, 34 quæ illis quidem est causa perditionis, vobis autem salutis, & hoc a Deo: Quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, verum etiam ut pro illo patiamini, Idem certamen habentes, quale vidistis in me, 35 & nunc

Ei

dicant, quidam ex charitate, scientes, &c. Apud Græcos bis est *contentionis* vocabulum: priore loco ἔρις, posteriore ἐριθεία.

17 *Non sincere*] οὐχ' ἁγνῶς, id est, *non pure.* Ita Theophylactus. Ambrosius legit *non simpliciter.* Fortassis illius codex habebat οὐχ' ἁπλῶς: & in tanta vocum affinitate facillimus est lapsus. Augustinus libro II. contra Petilianum legit, *non caste.*

18 *Dum omni modo, sive per occasionem*] Græci paulo diversius legunt, Τί γάρ; πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ, Χριςὸς καταγγέλλεται. Id est, *Quid enim? attamen quovis modo, sive per occasionem, sive vere, Christus annunciatur.* Neque enim jubet hoc esse faciendum, ut Christum aliquis insincere prædicet, sed ex iis quæ non recte fiebant, id quod est boni excerpit, & contemnit illorum in se odium, modo quocunque modo prosint Evangelio. Ita ferme Chrysostomus in libello *de profectu Evangelii*, & in *Commentariis* Theophylactus. Proinde *omni modo*, rectius vertisset, *quovis modo.* Neque Paulus de his loquitur qui docerent hæretice, sed qui recte docerent Christum, licet animo parum sincero. Nec hos probat tamen, sed negat tibi discutiendum quo animo id faciant, modo prosint. Porro quod hic vertit *occasionem*, πρόφασις est, quod & *prætextum* sonat, opponitur enim veritati. Tertullianus libro adversus Marcionem V. pro προφάσει legit *causatione*, sentiens, opinor, quod prætexerent se Christi negotium agere, quum suis commodis servirent.

19 *Secundum exspectationem*] κατὰ τὴν ἀποκαραδοκίαν. Quod plus quiddam significat, quam *exspectationem*, nimirum *vehemens cordis desiderium*: dictione hinc composita, quod toto animo quippiam exspectetur. Non enim dixit προσδοκίαν, sed ἀποκαραδοκίαν, a gestu vehementer inhiantium totoque capite inflexo, hinc voce composita Græcis. Mirum quid legerit apud Græcos Ambrosius, qui verterit *secundum contemplationem meam*, nisi forte commissum est hoc Scribarum incuria. Attamen καραδοκεῖν Græcis etiam sonat *contemplari scopum inflexo capite.* Id, opinor, exprimere voluit Ambrosius.

20 *Quia in nullo*] *Quod in nullo*, ὅτι. Et rursum, *fiducia*, παῤῥησίᾳ.

21 *Sicut semper nunc*] *Et nunc* legendum.

22 *Et quid eligam ignoro*] Conjunctio *&* obscuriorem reddit sententiam. Quandoquidem hoc sensit Paulus, Si vivo, Christi causa vivo: si morior, meo commodo morior: quod si procedit mea prædicatio, & prosum Ecclesiis, adeo non præfero meum commodum vestro bono, ut dubitem etiam utrum eligam. Habet hoc loco καὶ peculiarem & occultam vim excludendi, quod diversum erat. Poterat & ita legi, Εἰ δὲ τὸ ζῆν, ut hic subaudias *contigerit*, aut *fuerit*: deinde subjicias, *hoc mihi fructus est operis.* Atque ita conjunctio more vulgari copulat quod sequitur. Verum prior lectio magis probatur, & eam sequitur Theophylactus. Adducit hunc locum Augustinus, velut exemplum ambiguæ distinctionis, libro *de Doctrina Christiana* tertio, capite secundo. Nam potest ad hunc modum legi, *Coarctor e duobus, concupiscentiam habens*, ut sit sensus, illum utriusque rei torqueri desiderio, & vitæ & mortis. Potest & hoc pacto: *Coarctor e duobus:* & hic distinctione interposita sequatur, *concupiscentiam habens dissolvi.* Verum ex eo quod sequitur, *multo autem magis melius dissolvi*, &c. colligitur, *concupiscentiam habens*, ad sequentia referendum esse. Quanquam Augustinus pro *melius* legit *optimum.*

23 *Coarctor enim e duobus*] Συνέχομαι. Quasi dicat, *Utrinque teneor.* Ambrosius legit, *ex his duobus*, velut exprimens vim articuli τῶν δύο. Siquidem de morte & vita loquitur: in quorum utroque est quod invitet, est quod deterreat.

24 *Multo magis melius*] Ambrosius legit, *multo enim melius.* Verum Paulus alias quoque conduplicat comparativum ad vehementiam, ut plurimum excessum significet, idque juxta idioma sermonis Hebraici. Proinde nos vertimus, *multo longeque melius est.* Porro quod hic vertit *dissolvi*, Græcis est ἀναλῦσαι: divus Hieronymus adversus Ruffinum non semel vertit *reverti.* Tertullianus libro *de patientia* vertit *recipi.* Nec video quomodo legi possit *dissolvi*, nisi Græce esset ἀναλύεσθαι, & si interpretemur eum dissolvi, qui dimittitur ut redeat. Nunc est ἀναλῦσαι verbum activum, quod an neutraliter inveniatur, quemadmodum apud Latinos *solvere* dicitur qui discedit, expendat Lector eruditus. Κατάλυμα pro *diversorio* est apud Lucam cap. II. & XXII. Unde quemadmodum καταλύειν dicuntur, qui se componunt in diversorium, ita ἀναλύειν dicuntur, qui movent sarcinas, mutantque diversorium: quod tamen a nautis translatum est, qui solvunt rudentes: solvuntur & tabernaculorum funes. Sensus quidem est idem, sed Græca vox est significantior. Chrysostomus ἀναλύειν vertit μεθίςασθαι, id est, *emigrare* aut *commutare sedem.*

25 *Necessarium propter vos*] ἀναγκαιότερον, id est, *magis necessarium.*

26 *Et hoc confidens scio*] πεποιθὼς οἶδα, id est, *certum scio*, sive *persuasus scio.*

27 *Quia manebo & permanebo*] ὅτι μενῶ καὶ συμπαραμενῶ πᾶσιν ὑμῖν, id est, *quod manebo & permanebo simul cum omnibus vobis.* Quanquam quidam codices habent μένω, id est, *maneo* sive *maneam.*

28 *Ut gratulatio vestra*] τὸ καύχημα, id est, *gloriatio.* Quod semper consuevit vertere *gloriam.*

29 *In me*] ἐν ἐμοὶ, ut *me* sit ablativi casus.

30 *Audiam de vobis*] ἀκούσω τὰ περὶ ὑμῶν, ὅτι ςήκετε, id est, *ut audiam de vobis*, vel potius *ea quæ sunt de vobis, quod statis*, &c.

31 *Unanimes*] μιᾷ ψυχῇ, id est, *una anima*, videlicet *in uno spiritu, in una anima.*

32 *Collaborantes*] συναθλοῦντες, id est, *concertantes*, hoc est, in hoc certamine adjuvantes nos. Ambrosius sic explicat, *pariter cum fide Evangelii certantes.* Nam *collaboras* illi fortassis in carmine probari poterit: & *concertant* qui inter se certant. At hic Paulus sensit, fidem periclitari, & velut in certamine versari, quæ vincet, si sint qui certamen idem cum illa capessant. Quanquam in Ambrosianis quoque verbis est amphibologia, potest enim accipi, *certantes cum fide Evangelii, certantes adversus fidem*, aut *certantes per fidem Evangelii.* Proinde nos ita vertimus, *adjuvantes decertantem fidem Evangelii.*

33 *Terreamini*] μὴ πτυρόμενοι, id est, *non turbati*, sive *tumultuantes.* Ambrosius legit, *non pavescentes*, hoc ad sensum nihil refert.

34 *Quæ est illis causa*] Græce est *illis quidem*: ἔνδειξις, id est, *ostensio.* Et ideo Ambrosius legit, *ostentatio interitus.* Neque tamen non recte mutavit Interpres, quandoquidem Græcis ἐνδεῖξαι, sive ἀποδεῖξαι dicitur etiam qui facit. Sic & alias apud Paulum, *ostendit mihi multa mala*, pro eo quod est, *fecit mihi multa mala.*

35 *Et nunc audistis*] ἀκούετε, id est, *auditis. De me*, Græcis est ἐν ἐμοὶ, id est, *in me.* Sed haud scio an nostra lectio sit verior.

II. 1 Εἴ τις οὖν παράκλησις ἐν Χριστῷ, εἴ τι παραμύθιον ἀγάπης, εἴ τις κοινωνία πνεύματος, εἴ τινα σπλά-2 γχνα καὶ οἰκτιρμοὶ, Πληρώσατέ μου τὴν χαρὰν, ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε, τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἔχοντες, σύμ-3 ψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες, Μηδὲν κατὰ ἐρίθειαν ἢ κενοδοξίαν, ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡ-4 γούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν. Μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκα-5 στος σκοπεῖτε, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων ἕκαστος. Τοῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰη-6 σοῦ· Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν 7 ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, Ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, 8 Ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου,

nunc auditis in me. 1 Si qua igitur consolatio in Christo, si quod solatium dilectionis, si qua communio spiritus, 2 si qua viscera ac miserationes, Complete meum gaudium, 3 ut similiter affecti sitis, eamdem charitatem habentes, unanimes, 4 idem sentientes, 5 Ne quid fiat per contentionem aut per inanem gloriam, 6 sed per humilitatem animi alium quisque se præstantiorem existimet. Ne sua quisque 7 spectetis, sed unusquisque 8 quæ sunt aliorum. 9 Is enim affectus sit in vobis, qui fuit & in Christo Jesu: Qui quum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est, 10 ut esset æqualis Deo, 11 Sed semetipsum inanivit, forma servi sumpta, in similitudine hominum constitutus, & figura repertus ut homo, 12 Humilem præbuit semetipsum, factus

1 SI *qua ergo consolatio*] παράκλησις. Ambrosius legit, *Si qua exhortatio*, ne bis diceret *consolationem*. Nihil tamen vetat quo minus conduplicatio faciat ad epitasin. Sentit enim *consolationem*, quam illi debebant Paulo tot malis afflicto. Totum enim hoc officium eò vergit, ut pro his omnibus inter se sint concordes.

2 *Si qua viscera miserationis*] Græce est, *si qua viscera & miserationes*, σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοί. Atque ita legit Ambrosius: suffragantibus & pervetustis exemplaribus Latinis. Nam in eo codice, quem exhibuit Bibliotheca Pauli apud Londinum, manifesta rasura testabatur, & conjunctionem fuisse deletam, & *miserationes*, adhuc erat scriptum nominandi casu, *e* littera calamo dispuncta. Manifestius etiam germanæ lectionis vestigium exstabat in utroque Constantiensi. Cæterum in Græcis codicibus non reperio scriptum εἴ τινα σπλάγχνα, sed εἴ τις σπλάγχνα, id est, *si quis viscera*. Idque cum in emendatis scriptis exemplaribus habeatur, demiror neminem Interpretum offensum hac lectione. Nisi forte σπλάγχνα hominem ipsum dixit affectu misericordiæ præditum, & Paulus magis rem ipsam respexit quam vocem. Certe Chrysostomus ac Theophylactus legit εἴ τις σπλάγχνα, nec ullum tamen movet scrupulum: nec potest subaudiri verbum *habet*, propter nominandi casum, qui mox sequitur, οἰκτιρμοί.

3 *Ut idem sapiatis*] *Sentiatis*, φρονῆτε, hoc est, *sitis concordes*.

4 *Idipsum sentientes*] τὸ ἓν φρονοῦντες, id est, *unum* sive *idem sentientes*. Est autem participium ejus verbi, quod modo verterat *sapiatis*.

5 *Nihil per contentionem*] κατὰ ἐρίθειαν. Ambrosius legit *irritationem*, hoc est, ad provocandum alios.

6 *In humilitate*] Græce sic habet, *sed humilitate alii alios existimantes superiores seipsis*, ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν. Et rursus *humilitatem* vocat modestiam animi, qua quis sibi nihil arrogat.

7 *Considerantes*] σκοπεῖτε, id est, *considerate* seu *spectate*. Spectamus enim quod expetimus: unde & *scopus* dictus. Ambrosius legit *contemplantes*.

8 *Quæ aliorum*] Græci addunt ἕκαστος, id est, *quisque*. Addunt & conjunctionem καὶ, hoc pacto, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων, *sed & aliorum*. Verum hanc non attingunt Interpretes. Proinde vim habet, opinor, eamdem ac si dicas, *imo: imo magis aliorum*.

9 *Hoc enim sentite*] φρονείσθω, id est, *sentiat*, ut subaudias *unusquisque*, quod modo præcessit, sive *sentiatur*. Quanquam Interpres bene reddidit sensum, hoc est, *Is sensus, is affectus sit in vobis, qui fuit in Christo Jesu*. Aut, *Ita sitis affecti vicissim alii in alios, ut Christus fuit erga vos affectus*.

10 *Esse se æqualem Deo*] τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, id est, *ut esset æqualiter Deo*. Nam ἴσα nomen est, adverbii loco positum. Loquitur enim de Christo, quatenus erat homo. Nec est otiosus articulus apud Græcos, nimirum interpretans quid dixisset *rapinam*, haud dubium, quin hoc ipsum, *ut esset par Deo*. Non usurpabat sibi æqualitatem cum Deo, sed dejecit sese. Porro *forma* hic est μορφὴ, quod *speciem* sonat aut *figuram*, quam in Epistola ad Hebræos *characterem* vocat. Cæterum utrum hic *forma* sit ea de qua Aristoteles disputat in libris *Naturalium*, quæ respondet materiæ, viderint ii qui hujusmodi disputationes in hunc invehunt locum, præsertim cum idem Paulus mox subjiciat, *formam servi accipiens*. Certe juxta Chrysostomi sententiam Christus *servus* non dicitur, sed *filius*. Tametsi divus Hieronymus in Epistolam Pauli ad Titum, id quod est apud Esaïam cap. XLIX. *Magnum est tibi vocari puerum meum*, putat a patre dici filio: & παῖδα, quod transtulerunt Septuaginta, Hebræis esse עַבְדִּי, quod *famulum meum* duntaxat significat. Divus Ambrosius *formam* interpretatur *specimen* seu *exemplum*, quod in corpore humano obambulans ederet tamen argumenta Divinitatis: *Forma enim*, inquiens, *Dei, quid est, nisi exemplum, quod Deus apparet, dum mortuos excitat, surdis reddit auditum, leprosos mundat*. Jam quod *accepit formam servi*, non proprie referri videtur ad humanam naturam assumptam, sed ad speciem & similitudinem hominis nocentis, cujus personam pro nobis gessit, dum flagellatur, damnatur, crucifigitur: *Servi*, inquit, *ex peccato fiunt, sicut Cham filius Noe, qui primus merito nomen servi accepit*. Non enim mihi, sicut quibusdam, videtur sic formam servi accepisse, dum homo natus est. Porro quod hic ait, *non arbitratus est rapinam*, Ambrosius velut explicans, dicit, *Non sibi defendit æqualitatem, hoc est, non arrogavit sibi, quo nobis exemplum ostenderet humilitatis, sed subjecit se, ut exaltaretur a Patre*. Siquidem ad exemplum Paulus huc produxit Christum sponte humiliatum, & Patris auctoritate exaltatum. Neque tamen me clam est, locum hunc a Veteribus fere secus exponi, quantum ad quædam, quorum ego sententiæ non præjudico, sed quod adjiciendum videbatur Lectoris studio in medium confero. Scio magnos auctores, Hilarium, Augustinum, ut cæteros taceam, sic interpretari: *Non arbitratus est rapinam, quod esset æqualis Deo*, nam quod erat naturæ, non putavit esse rapinæ. *Cum esset in forma Dei*, hoc est, cum vere esset Deus. Atque hanc præcipuam habent clavam, qua conficiantur Ariani, qui solum Patrem vere volunt esse Deum. Atqui si veris agere fas est, quid magni tribuit Paulus Christo, si cum Deus esset natura, intellexit, id non esse rapinæ, hoc est, novit seipsum? Illud autem compertum est, nusquam majorem vim fieri Scripturis Sacris, quam ubi cum Hæreticis agentes nihil non detorquemus ad victoriam. Tametsi non video quid hic locus proprie faciat adversus Arianos, qui non negabant Dei Filium esse Deum, imo & magnum Deum fatebantur, & benedictum super omnia Deum, sed arbitrabantur Patrem aliquo modo peculiari dici Deum, quo Filius aut Spiritus sanctus non diceretur. Non hic agit Paulus quid esset Christus, sed qualem se gereret, videlicet nobis edens exemplum. Deus erat, homo erat. Deum celavit, hominem exhibuit usque ad sepulturam: nam miraculis & alii pii claruerunt. Et tamen si quas divinæ naturæ scintillas obiter ostendit, semper ad Patrem auctorem refert, sibi nihil arrogans. Proinde totus hic locus mihi videtur violentius detorqueri ad Christi naturam, cum Paulus agat de specie exhibita nobis. Ad quem intellectum probe quadrat quod sequitur, *Propter quod Deus exaltavit illum*. Quid est humiliavit? Ostendit speciem servi & contempti. Quid est exaltavit? Declaravit speciem evecti, qui per se summus erat. Jam quod amicus quidam eruditus litteris ad me suis argutatur, hæc verba, *Qui cum in forma Dei esset, non arbitratus est esse se æqualem Deo*, non competere in Christum, quatenus est homo, cum juxta eam naturam vere rapina fuerit futura si se Deo æquasset, opinor, sua sponte dilutum hac interpretatione: hominem abjectum, hominem damnatum Christus agere non potuit, nisi fuisset homo. Nec est quod me quisquam magnis auctorum nominibus obruat, imo non hoc admonuissem, nisi mihi cognitum esset hoc magni nominis Scriptoribus placuisse. Neque tamen inficias iverim Græca sic accipi posse: *Qui cum in forma Dei fuisset*, hoc est, qui cum ab æterno fuisset Deus, haudquaquam cogitasset rapinam, si se gessisset pro Deo: tamen homo factus, non id præ se tulit, quod semper fuit: non ostentavit quantus esset, sed quam humilis esset, quam mitis, quam obediens, hanc nobis ostendens viam ad summa perveniendi. Jam quod hic vertit *similitudine*, Græce est ὁμοιώματι, quod magis sonat *assimilationem*: & quod hic *habitu*, illis est σχήματι, quod magis sonat *figuram*. Hæc paucis indicanda putavi, ut appareat quædam non admodum quadrare ad sensum Pauli, quæ Thomas adducit de *habitu*, juxta consuetudinem Dialecticorum, qui Aristoteli dicitur ἕξις, quam & Latini vocant *habitum*, diversa ab eo, quæ dicitur διάθεσις: qualitas enim velut in naturam versa Græcis dicitur ἕξις ab hærendo; contra quæ facile tollitur, διάθεσις, quam Latine possis *affectionem* dicere. Has ponit in primo genere qualitatis, σχῆμα vero & μορφὴν recenset in quarto genere, & sic recenset quasi inter has duas voces, aut nihil, aut quam minimum intersit. Est autem & *forma substantialis*, quam ἐντελέχειαν, nonnunquam εἶδος, interdum μορφὴν, quanquam hæc duo posteriora frequenter de externa corporis specie usurpantur, appellat. Nec tamen male vertit Interpres; nam *habitus* Latinis nonnunquam & ad corporis speciem refertur, at Græcis non item. Cæterum *inventus* dixit pro *compertus*, εὑρεθεὶς, nimirum certissimis argumentis. Nam Latinis *inventum* dicitur, quod quæsitum contigit: sic & illud dictum est, *inventa est in utero habens*. Et, *ut homo*, potest accipi, ut homo quivis alius, qualis non erat, etiamsi vere homo erat, quantum ad naturam hominis attinet: aut specie hominis, nimirum id præ se ferens quod erat, ut indicat Theophylactus. Cyprianus hunc citans locum libro adversus Judæos secundo capite decimo tertio legit, *Qui cum in figura Dei esset*. Chrysostomus fusius hunc locum tractat, ex eo pugnans adversus omnes hæreses, quæ de Christi divina natura perperam senserunt. Quanquam hi Commentarii mihi videntur νόθοι. Quisquis fuit, Chrysostomi πολυλαλίαν vincit, argutiam non est assequutus.

11 *Exinanivit semetipsum*] ἐκένωσεν ἑαυτὸν, id est, *inanivit seipsum*. Nam Q. Curtius libro quarto *exinanire* dixit pro exhaurire: *Ita ut nec circumvenirentur, si arctius starent, nec tamen mediam aciem exinanirent*. Hic ἐκένωσε dictum videtur, pro fecit humillimum & nihili, ut nihil agant qui contendunt Christum pauxillulum quiddam imminutum a Deo, juxta naturam hominis assumptam. Certe qui tantillo minor fit, non diceretur inanitus. Porro quomodo dicatur diminutus, aut inanitus, non est hujus instituti persequi.

12 *Humiliavit semetipsum*] Sunt qui putent *humiliare* vocem esse parum Latinam. Ego certe optarim esse, etiamsi nondum contigit reperire apud idoneum Auctorem. Latine reddi poterat, *submisit* aut *dejecit*.

13. *Deus*

9 νάτυ, θανάτυ δὲ ςαυρῦ. Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ 10 ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, Ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ 11 καταχθονίων, Καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι Κύριος Ἰησῦς Χριςὸς εἰς δόξαν Θεοῦ 12 Πατρός. Ὥςε ἀγαπητοί μου, καθὼς πάντοτε ὑπηκούσατε, μὴ ὡς ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ νῦν πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου, μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σω- 13 τηρίαν κατεργάζεσθε. Ὁ Θεὸς γάρ ἐςιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ὑ- 14 πὲρ τῆς εὐδοκίας. Πάντα ποιεῖτε χωρὶς γογ- 15 γυσμῶν καὶ διαλογισμῶν, Ἵνα γένησθε ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι, τέκνα Θεοῦ ἀμώμητα ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεςραμμέ- 16 νης, ἐν οἷς φαίνεσθε ὡς φωςῆρες ἐν κόσμῳ, Λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, εἰς καύχημα ἐμοὶ εἰς ἡμέραν Χριςοῦ, ὅτι οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, οὐ- 17 δὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασα. Ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίςεως ὑμῶν, χαίρω καὶ συγχαίρω πᾶσιν ὑ- 18 μῖν. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε καὶ συγ- 19 χαίρετέ μοι. Ἐλπίζω δὲ ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ, Τιμόθεον ταχέως πέμψαι ὑμῖν, ἵνα κἀγὼ εὐψυχῶ, 20 γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν. Οὐδένα γὰρ ἔχω ἰσόψυχον, ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνή- 21 σει. Οἱ πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ 22 τοῦ Χριςοῦ Ἰησῦ. Τὴν δὲ δοκιμὴν αὐτοῦ γινώσκετε, ὅτι ὡς πατρὶ τέκνον σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ Εὐαγ-

factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quapropter & [13] Deus illum in summam extulit 9 sublimitatem, ac donavit illi nomen, quod est supra omne nomen, Ut in nomine Jesu [14] omne genu se fle- 10 ctat, cœlestium, ac terrestrium, [15] & infernorum, Omnisque lingua confiteatur, quod Dominus sit Jesus 11 Christus [16] ad gloriam Dei Patris. Proinde dilecti mei, 12 quemadmodum semper obedistis, non tanquam in præsentia mea solum, sed nunc multo magis in absentia mea, cum timore ac tremore [17] vestram ipsorum salutem operemini. [18] Nam Deus est is qui agit in 13 vobis, & ut velitis [19] & ut efficiatis, [20] pro bono animi proposito. Omnia facite [21] sine murmurationibus 14 [22] ac disceptationibus, Tales [23] ut nemo de vobis que- 15 ri possit, [24] sincerique, filii Dei [25] irreprehensibiles in medio nationis [26] pravæ ac tortuosæ, [27] inter quos lucete tanquam [28] luminaria in mundo, Sermonem vi- 16 tæ sustinentes, [29] ut gloriari possim [30] in diem Christi, quod non in vanum cucurrerim, nec in vanum laboraverim. Quinetiam si immolor [31] super hostia 17 sacrificioque fidei vestræ, gaudeo & [32] congaudeo omnibus vobis. Ob id ipsum autem & vos gaudetis 18 & [33] congaudetis mihi. Spero autem in Domino Je- 19 su, me Timotheum brevi missurum vobis, ut & [34] ego læto sim animo, [35] cognito statu vestro. Nemi- 20 nem enim habeo [36] pari mecum animo prædictum, [37] qui germane res vestras curaturus sit. Nam omnes quæ 21 sua ipsorum sunt quærunt, non quæ Christi Jesu. Porro [38] probationem ejus nostis, [39] quod ut filius 22 mecum veluti cum patre servierit in Evangelium. [40] Hunc

13 *Deus exaltavit illum*] Plus explicat sermo Græcus ὑπερύψωσεν, hoc est, *vehementer exaltavit*, sive *insigniter*. Proinde Ambrosius legit *superexaltavit*, studens exprimere Græcam vocem.

14 *Omne genu flectatur*] πᾶν γόνυ κάμψῃ, id est, *omne genu flectat*, ut subaudias *se*. Simili forma scripsit Matthæus, aut hujus Interpres, μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην, *ne redirent ad Herodem*. Et Latinis *nox præcipitare* dicitur, quæ imminet.

15 *Et infernorum*] καταχθονίων, id est, *subterraneorum*.

16 *In gloria*] εἰς δόξαν, id est, *in gloriam*, ὅτι Κύριος Ἰησῦς Χριςὸς εἰς δόξαν Θεῦ Πατρὸς, id est, *quod Dominus Jesus Christus in gloriam Dei Patris*, ut intelligas hoc omnem confiteri linguam, quod Jesus Christus est Dominus, idque in gloriam Dei Patris. Quanquam illud *in gloriam Dei Patris* referri potest ad verbum *confiteatur*, quod præcessit, *ut omnis lingua confiteatur ad gloriam Dei.*

17 *Vestram salutem*] τὴν ἑαυτῶν, id est, *vestram ipsorum*. Quanquam, ut admonui, ista pronomina composita fere vertit per simplicia.

18 *Salutem vestram operamini*] Et mox, *Deus enim est qui operatur in vobis*. Prius verbum est κατεργάζεσθε, alterum est ab ἐνεργεῖν, quod nos vertimus, *qui agit*, ne quis in hoc erraret. Atque illud, *in vobis*, ἐν ὑμῖν est in quibusdam, in aliis ἐν ἡμῖν *in nobis*. Quanquam hoc nihil interest ad sensum.

19 *Et perficere*] καὶ ἐνεργεῖν, id est, *& facere* sive *operari*. Est autem infinitum participii, quod modo præcessit, ὁ ἐνεργῶν, id est, *qui operatur*, ne quis putet esse novum mysterium in verbo *perficere*, quasi sit ad finem perducere. Ambrosius legit *operari*.

20 *Pro bona voluntate*] ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. Sermo est anceps, potest enim intelligi bona voluntas, vel Dei, vel Philippensium. Theophylactus refert ad Deum, Ambrosius ad homines.

21 *Sine murmurationibus*] Quidam Græci codices habent χωρὶς ὀργῆς, id est, *sine ira*. Alii γογγυσμῶν, id est, *murmurationibus*.

22 *Et hæsitationibus*] καὶ διαλογισμῶν, id est, *disceptationibus*. Id aliquoties vertit *cogitationibus*. Diffidens enim disputat & argutatur.

23 *Sine querela*] ἄμεμπτοι, id est, *de quibus nemo queri sive conqueri possit*: alioqui *sine querela* est, qui de nullo queritur.

24 *Et simplices*] καὶ ἀκέραιοι, id est, *sinceri*, *absque fuco*.

25 *Sine reprehensione*] τέκνα Θεῦ ἀμώμητα, id est, *filii Dei irreprehensibiles*, sive *inculpati*, quod frequenter vertit *immaculati*.

26 *Pravæ*] σκολιᾶς: Quod non significat simpliciter *pravum*, hoc est, malum, ut vulgo putant, sed *tortuosum & asperum*, ut respondeat illi, quod superius posuit, ἀκέραιοι, id est, *simplices*: id quod velut interpretans explicat, adjungens καὶ διεςραμμένης, id est, *distorta*. Augustinus enarrans Psalmum CXLVI. pro *prava* legit *tortuosa*.

27 *Inter quos lucetis*] φαίνεσθε. Anceps est, utrum sit imperandi modus an indicandi, id est, utrum *lucete*, an *lucetis*. Certe *lucete* imperandi modo legit Cyprianus in Epistola ad Rogatianum Presbyterum. Et Ambrosius sic exponit, ut declaret hæc non pronunciari a Paulo quod fiant, sed præcipi ut fiant: *Commonet*, inquiens, *ut memores suæ professioni respondeant, ut inter diffidentes tam clari appareant, vita, conversatione, moribus, quemadmodum sol & luna inter stellas splendore sublimes sunt*. Porro φαίνεσθαι non simpliciter significat *lucere*, sed *in conspicuo esse ut omnibus appareat*, veluti lumen in edito positum.

28 *Luminaria*] φωςῆρες. Cum erecta machina tollitur in altum lumen sustinens. Unde addit, *Verbum vitæ sustinentes*, hoc est, in vertice tenentes.

29 *Ad gloriam*] εἰς καύχημα. De quo jam sæpius admonuimus. Et est, *ad gloriam mihi*, εἰς καύχημα ἐμοί. Atque ita legit divus Ambrosius. Dilucidius erat, *ut gloriari possim in die Christi, quod non in vanum cucurrerim*. Nam huc refertur illud καύχημα, ut coram Christo possit gloriari, illis adjuvantibus hanc gloriam. Ita sane Theophylactus.

30 *In die*] εἰς ἡμέραν, id est, *in diem*.

31 *Supra sacrificium*] ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτυργίᾳ τῆς πίςεως ὑμῶν, id est, *super hostia & sacrificio fidei vestræ*. Sentit suam mortem & vincula victimam quamdam esse, cujus ipse sit minister & sacrificus, semetipsum immolans pro fide illorum, & hoc nomine gaudet. Non quod inficier ἐπὶ Græcis nonnunquam sonare accessionem, sed quod hîc non faciat ad sensum Pauli, mea sententia. Facit enim ille ceu duas victimas, alteram illorum fidem, quos Christo obtulit, cujus se ministrum & λειτυργὸν facit: alteram se, si dum student illam victimam rite Deo exhibere, ipse mactetur, & fiat victima: quod quidem non recusat, modo id efficiat, ut illos Deo dignos exhibeat. In hanc sententiam interpretatur & Ambrosius, & Scholiastes pseudo-Hieronymus, atque huic consentiens Theophylactus. Recentiores quidam perperam exponunt *supra*, pro *ultra*, ac multo alium sensum inducunt, quam Paulus Græcis verbis expresserit.

32 *Congratulor*] συγχαίρω, id est, *congaudeo*.

33 *Congratulamini*] συγχαίρετε, id est, *congaudete*. Legi potest per modum indicandi, *gaudetis & congaudetis*, id quod mihi sane magis arridet.

34 *Bono animo sim*] εὐψυχῶ. Græcis est composita dictio, & magis significat, *bene affici animo*, quam *esse bono animo*. Siquidem *bono animo esse* dicunt Latini, pro eo quod Græcis est θαῤῥεῖν.

35 *Cognitis quæ circa vos sunt*] γνὺς τὰ περὶ ὑμῶν, id est, *ubi cognovero de rebus vestris*, sive *cognitis iis quæ circa vos sunt*. Ambrosius legit, *certior de vobis factus*: juxta formam illam, qua τὺς ἀμφὶ Πλάτωνα *ipsum Platonem* dicimus. Ita mox Interpres vertit τὰ περὶ ὑμῶν.

36 *Tam unanimem*] *Tam* redundat, tantum est ἰσόψυχον, id est, *æqualis animi*. Nec addidit *tam* Augustinus, adducens locum hunc libro adversus Petilianum secundo cap. LXXVI. Sed offensus Interpres sensu, addidit *tam*, ne videretur laudato Timotheo damnare cæteros. Est autem Græcis dictio nove composita, quæ parem & eumdem per omnia animum significat, quo modo Pythagorici summam & perfectam amicitiam significabant. Talem id temporis non habebat Paulus, qui pari sinceritate tractaret Evangelium. Verum quos offendit hic locus, eos magis oportuit offendi verbis quæ mox sequuntur, *Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi*.

37 *Qui sincera affectione*] ὅςις γνησίως, id est, *qui vere & germane*, ut legit Augustinus Epistola CXXXVII. sive ut alias vertit, *ingenue*. *Pro vobis sollicitus sit*. Græce sic est, τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει, id est, *res vestras curabit*, ut sententiam reddam magis quam verba.

38 *Ejus cognoscite*] γινώσκετε. Est quidem ambigua Græca vox, tamen hoc loco rectius vertisset, *cognoscitis*, quod declarant ea quæ mox sequuntur, *quoniam ut patri* &c. *Cognoscitis*, id est, audistis, aut cognoscite ex me. Theophylactus legit *cognoscitis*, sic exponens; quasi Paulus citet Philippenses testes, quanta sinceritate Timotheus se gesserit in Evangelio.

39 *Quoniam sicut patri*] Vertendum erat, *quoniam sicut cum patre filius mecum servivit*: vel *sicut patri filius mihi conservivit*. Siquidem Græca sic habent, ὅτι ὡς πατρὶ τέκνον σὺν ἐμοὶ ἐδύλευσε. Paulus servivit Evangelio, nihil quærens sui commodi, huic se socium dedit Timotheus pari sinceritate affectus.

40 *Et spero mittere*] Cur non potius *missurum*. Nam infinita sic aliquoties usurpantur.

23 Εὐαγγέλιον. Τοῦτον μὲν οὖν ἐλπίζω πέμψαι, ὡς ἂν
24 ἀπίδω τὰ περὶ ἐμὲ ἐξαυτῆς. Πέποιθα δὲ ἐν Κυρίῳ, ὅτι
25 καὶ αὐτὸς ταχέως ἐλεύσομαι. Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην, Ἐπαφρόδιτον τὸν ἀδελφὸν, καὶ συνεργὸν, καὶ συστρατιώτην μου, ὑμῶν δὲ ἀπόστολον, καὶ λειτουργὸν τῆς
26 χρείας μου, πέμψαι πρὸς ὑμᾶς. Ἐπειδὴ ἐπιποθῶν ἦν πάντας ὑμᾶς, καὶ ἀδημονῶν, διότι ἠκούσατε, ὅτι ἠ-
27 σθένησε. Καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ, ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν ἠλέησεν, οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμὲ, ἵνα μὴ λύπην ἐπὶ λύπῃ
28 σχῶ. Σπουδαιοτέρως οὖν ἔπεμψα αὐτὸν, ἵνα ἰδόντες αὐτὸν, πάλιν χαρῆτε, κἀγὼ ἀλυπότερος ὦ.
29 Προσδέχεσθε οὖν αὐτὸν ἐν Κυρίῳ μετὰ πάσης χα-
30 ρᾶς, καὶ τοὺς τοιούτους ἐντίμους ἔχετε· Ὅτι διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ μέχρι θανάτου ἤγγισεν, παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ, ἵνα πληρώσῃ τὸ ὑμῶν

III. 1 ὑστέρημα τῆς πρός με λειτουργίας. Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μου, χαίρετε ἐν Κυρίῳ· τὰ αὐτὰ γράφειν ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ τὸ
2 ἀσφαλές. Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κα-
3 κοὺς ἐργάτας, βλέπετε τὴν κατατομήν. Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομὴ, οἱ πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες, καὶ καυχώμενοι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ
4 οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες, Καί περ ἐγὼ ἔχων πεποίθησιν καὶ ἐν σαρκί. Εἴ τις δοκεῖ ἄλλος
5 πεποιθέναι ἐν σαρκὶ, ἐγὼ μᾶλλον, Περιτομὴ ὀκταή-

A 23 Hunc igitur spero me missurum, [41] mox ubi videro
24 mea negotia. Confido autem in Domino, quod &
25 ipse brevi [42] venturus sim. Sed operæpretium arbitratus sum, Epaphroditum fratrem, & collegam, & commilitonem meum, vestrum autem apostolum, quique mihi subministrat in necessitate mea, mittere ad vos.
26 Quandoquidem desiderabat omnes vos [43] anxius animi, propterea quod audissetis eum infirmatum fuisse.
27 Et certe fuit infirmus, [44] ita ut esset vicinus morti, sed Deus misertus est illius, at non illius tantum, sed & mei, ne dolorem haberem super dolorem. [45] Stu-
28 B diosius itaque misi illum, ut quum videretis illum, denuo gaudeatis, & ego [46] magis vacem dolore. Ex-
29 cipite igitur illum in Domino cum omni gaudio, &
30 qui hujusmodi sunt, eos [47] in pretio habete: Quoniam propter opus Christi eò accessit, ut morti proximus fuerit, [48] non habita ratione vitæ, ut suppleret [49] id quod in vestro erga me officio fuit diminutum. [1] Quod
III. 1 superest, fratres, gaudete in Domino: eadem scribere vobis, [2] me quidem haud piget, vobis autem tutum
2 est. Cavete canes, cavete malos operarios, [3] cavete
3 concisionem. Nos enim sumus circumcisio, [4] qui spiritu Deum colimus, & gloriamur in Christo Jesu, &
4 non confidimus in carne, Quanquam ego [5] confidam
C etiam in carne. Si quisquam alius videtur fiduciam
5 habere in carne, ego magis habeo, [6] Circumcisus octavo

41 *Quæ circa me sunt*] Græci addunt ἐξαυτῆς, id est, *protinus*, sive *confestim*, quod hîc Interpres videtur vertisse *mox*. Verum illud *mox* potius referendum videtur ad verbum *mittere*.

42 *Veniam ad vos*] *Ad vos* redundat. Imo Græce est, *quod & ipse cito venturus sim*. Et ita legit Ambrosius.

43 *Et mœstus erat*] καὶ ἀδημονῶν. Id Ambrosius vertit, *& impatienter sollicitus erat*. Nam ἀδημονεῖν est pene exanimari ac deficere præ dolore.

44 *Usque ad mortem*] παραπλήσιον θανάτῳ, id est, *proxime mortem*, sive *ut esset vicinus morti*. Ambrosius legit, *prope mortem*.

45 *Festinantius*] Σπουδαιοτέρως. Verti poterat & *Studiosius*. Ambrosius legit *Sollicitius*, etiamsi depravatum est *sollicitus*: mihi tamen non displicet quod vertit Interpres.

46 *Sine tristitia sim*] ἀλυπότερος ὦ. Ambrosius vertit, *meliore animo sim*. Græca vox perinde sonat, quasi dicas, *liberior sim ab omni dolore*, sive *minus doleam*.

47 *Cum honore habetote*] ἐντίμους ἔχετε, id est, *in pretio habete*.

48 *Tradens animam suam*] παραβουλευσάμενος. Ambrosius Græcam vocem propius expressit, *in interitum tradens animam suam*. Est autem παραβουλεύεσθαι *male consulere*, & *non habere rationem alicujus*, non quod Faber putat, *sponte consultoque tradere*. Sentit enim Paulus illum ope divina servatum fuisse: alioqui ipse se præcipitaverat in exitium vitæ.

49 *Quod ex vobis deerat*] τὸ ὑμῶν ὑστέρημα, id est, *vestrum defectum*. *Erga meum obsequium*, τῆς πρός με λειτουργίας. Ambrosius legit, *circa meum officium*. Quanquam nec is explicuit, quod Græca sonant verba, quorum hæc est sententia: ut quod diminutum fuit in obsequio vestro erga me, id suppleatis in his quos ad vos mitto, & quod minus fecistis mihi, in talibus compensetis. At nonnulli codices habent πληρώσῃ, *impleret*, non πληρώσητε, ut verbum ad *Epaphroditum* sit referendum, non ad *Philippenses*, ac tum erit sensus, ut ille suppleret, quod in vestro erga me officio fuit diminutum. Ita sine dubio legit Scholiastes Latinus in omnes Pauli Epistolas. Ambrosius interpretatur, *ut suppleret*, si quid Paulus minus plene tradiderat. Licet Ambrosianus sermo sit obscurus. Sic enim loquitur: *ut impleret quod deerat plebi in traditione juxta traditionem Apostoli*. Theophylactus cum legat itidem ut Ambrosius, tamen secus interpretatur: videlicet cum Philippenses Romæ non essent, tamen Epaphroditum illorum ad se munificentiam detulisse, atque hoc pacto sarsisse, quod illorum erga Paulum officio locorum sejunctio videbatur detraxisse. Ad eumdem modum interpretatur Chrysostomus. Nec dubitandum est, quin idem legerit Theophylactus quod Chrysostomus, sed Interpres suo more infulsit vulgatam Latinorum lectionem, *circa meum officium*, quam tamen non arbitror esse Interpretis, sed depravatoris. Nam ut Latine dicatur *obsequium* aut *officium* aut *ministerium illius, cui impenditur*: Græca, quæ non variant, τῆς πρός με λειτουργίας, quid aliud declarant, quam *officii circa me*, vel *erga me* potius. Unde palam est tum apud Ambrosium depravate legi, *circa meum officium*, tum in vulgata Editione, *erga meum obsequium*, pro *circa me officium*, & *erga me obsequium*: mirum tamen quomodo illud *meum* omnes Latinos codices occuparit. Annotavit Chrysostomus quod Paulus Philippensium munificentiam appellarit λειτουργίαν, *ministerium*, ne sibi placerent. Nec est πληρώσῃ, sed ἀναπληρώσῃ, quod est accessione implere, quod plenitudini perfectæ deerat.

1 *De cætero*] Τὸ λοιπὸν, id est, *Quod superest*. Et χαίρετε, potest legi, *valete*.

2 *Mihi quidem non pigrum*] ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ τὸ ἀσφαλές. Ad verbum ita reddi poterat, *mihi quidem non pigrum, vobis autem tutum*. At dilucidius simul & Latinius fuerit, *me quidem non piget, vobis autem tutum est*. Sensus est, non me piget hujus laboris, ut sæpius eadem repetam, quo crebra admonitio vos reddat tutiores, ne labamini. Nam hinc proprie dictum est ἀσφαλές. Hic Apostoli sermo eò spectat, ne Philippenses offenderentur tot monitis subinde repetitis. Aliquis dicere poterat, tantum est otii tibi Paule, ut vacet toties admonere? Charitas, inquit, qua vos complector, facit, ut hujus rei nullum sentiam tædium. Rursus aliquis dicere poterat, an nos existimas tam obliviosos, ut toties simus admonendi? Respondet, ut mea admonitio vobis non sit necessaria, tamen nihil hinc vobis incommodi, imo potius cautiores reddet adversus insidias malorum. Hæc mea sedulitas vos facit tutiores. Hoc saltem fructus affert vobis mea instantia. Eoque addidit articulum, ὑμῖν δὲ τὸ ἀσφαλὲς, id est, *vestra est securitas*. Tametsi sermo Romanus non habet vocem qua proprie exprimat ἀσφάλειαν. Mirum unde Ambrosius nobiscum legat, pro *tuto*, *necessarium*. Nam sic etiam interpretatur, nisi Græci ἀσφαλὲς vocant, quod vitari non potest.

D

3 *Videte concisionem*] Distinxit *concisionem* a *circumcisione*, κατατομὴν, περιτομήν. Conciditur enim quod discerpitur & plane distrahitur. Circumciditur quod expolitur, resectis supervacaneis. Annotavit hoc divus Hieronymus in *Commentariis* Micheæ. Cæterum articulus præfixus singulis horum nominum indicat eum de certis quibusdam loqui, quos illi noverint, τοὺς κύνας, τοὺς κακοὺς, τὴν κατατομήν. Et *videte* posuit pro *cavete*, quemadmodum aliquoties in Evangelio ὁρᾶτε, βλέπετε. Sic enim hunc locum adduxit Ambrosius in libello ad virginem devotam, *Vitatate canes, vitate malos operarios*.

4 *Qui spiritu servimus Deo*] Græce est, *qui spiritu Dei servimus*, οἱ πνεύματι Θεῷ λατρεύομεν. Porro *servimus* dixit, pro eo quod est, *religione colimus*. Et tamen in nonnullis habebatur Θεῷ λατρεύομεν, id est, *Deo servimus*. Indicat Ambrosius libro *de Spiritu sancto* secundo cap. VI. hunc locum in Latinis codicibus

E falsariorum perfidia variatum fuisse, atque ob id Græcorum exemplarium auctoritate standum, in quibus habebatur, οἱ πνεύματι Θεοῦ λατρεύοντες, id est, *qui spiritui Dei servimus*. Atque hinc colligit & Spiritum esse Deum, cui cultus debeatur, quod tamen ex Græcis verbis non consequitur necessario. Siquidem dativus πνεύματι modum indicare potest, ut verbum λατρεύομεν ponatur absolute, *religiosi sumus*. Quomodo? Non carne, sed *spiritu*. Aut *Deo* subauditur, *servimus Deo*, *spiritu Dei*. Atque in hunc sane sensum enarrant Græcorum scholia, atque ipse etiam Chrysostomus, ἐν πνεύματι interpretans πνευματικῶς. Theophylactus, πνευματικῶς λατρεύοντες καὶ διὰ νοὸς, id est, *spiritualiter & mente Deum colentes*, non corporeis ceremoniis, quemadmodum Judæi, qui mentulam amputabant, mente impura. Porro *spiritum* hîc accipi non pro Spiritu sancto arguit & illud, quod πνεύματι non præponitur articulus. Triplicem hujus loci lectionem indicat Augustinus libro ad Bonifacium III. cap. VII.

F Rursus libro *de Trinitate* primo cap. VI. Sive tamen legas Θεοῦ, sive Θεῷ, verba non urgent, ut hinc fateamur Spiritum sanctum esse Deum. Utraque enim lectio sensum habet ancipitem, sed præter articulum omissum, de quo non diximus, ipse sermonis tenor reclamat Ambrosio: neque enim agit Apostolus de Personis divinis, sed de circumcisione, hoc est, Judaïsmo spirituali & carnali, de qua loquitur Dominus: *Qui adorant Patrem, in spiritu adorant eum*.

5 *Habeam fiduciam in carne*] Græcus habet, *& in carne*, καὶ ἐν σαρκί. Et ita legit Ambrosius. Atque est quidem πεποιθέναι verbum præteriti temporis, sed iis abutimur pro verbis præsentis temporis. Unde & Ambrosius & Interpres recte legunt, *fiduciam habeam*, & *fiduciam habere*.

6 *Circumcisus octavo die*] Græcus sic habet, περιτομὴ ὀκταήμερος, id est, *circumcisio octavi diei*. Se vocat *circumcisionem*, ut sæpe alias gentes vocat *præputium*. In Ambrosianis codicibus locum hunc depravarant parum attenti Scriptores, legentes, *circumcisionem octavi diei*.

7 Ex

ὀκταήμερος, ἐκ γένους Ἰσραὴλ, Φυλῆς Βενιαμὶν, 6 Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, κατὰ νόμον Φαρισαῖος, Κατὰ ζῆλον διώκων τὴν Ἐκκλησίαν, κατὰ δικαιοσύνην, 7 τὴν ἐν νόμῳ, γενόμενος ἄμεμπτος. Ἀλλ' ἅτινά μοι ἦν κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χρισὸν 8 ζημίαν. Ἀλλὰ μὲν οὖν καὶ ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν εἶναι διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Χρισοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου μου, δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χρι- 9 σὸν κερδήσω, Καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ νόμου, ἀλλὰ τὴν διὰ πίσεως Χρισοῦ, τὴν ἐκ Θεοῦ, δικαιοσύνην ἐπὶ τῇ πί- 10 σει, Τοῦ γνῶναι αὐτὸν, καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀνασάσεως αὐτοῦ, καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν παθημά- 11 των αὐτοῦ, συμμορφούμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ, Εἴπως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάσασιν τῶν νεκρῶν, 12 Οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον, ἢ ἤδη τετελείωμαι, διώκω δὲ, εἰ καὶ καταλάβω, ἐφ' ᾧ καὶ κα- 13 τελήφθην ὑπὸ τοῦ Χρισοῦ Ἰησοῦ. Ἀδελφοὶ, ἐγὼ ἐμαυτὸν οὔπω λογίζομαι κατειληφέναι· ἓν δὲ, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν 14 ἐπεκτεινόμενος, Κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χρισῷ Ἰη- 15 σοῦ. Ὅσοι οὖν τέλειοι, τοῦτο φρονῶμεν, καὶ εἴ τι ἑτέρως φρονεῖτε, καὶ τοῦτο ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀπο- 16 καλύψει. Πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ σοιχεῖν κα-

octavo die, 7 Israel ex genere, tribus Benjamin, Hebræus ex Hebræis, juxta legem Pharisæus, 6 Juxta studium persequens Ecclesiam, juxta justitiam, quæ est in lege, 8 factus irreprehensibilis. 7 Sed quæ mihi erant lucra, ea arbitratus sum propter Christum 9 damnum esse. 8 Quinetiam arbitror omnia damnum esse 10 propter excellentiam cognitionis Christi Jesu Domini mei, propter quem omnia pro damnis duxi, 11 habeoque pro rejectamentis, ut Christum lucrifaciam, 9 Utque reperiar in illo non habens meam justitiam ex lege, sed eam quæ 12 per fidem est Christi, 13 quæ est ex Deo, justitiam super fide, 10 Ut cognoscam illum, & potentiam resurrectionis illius, & 14 communionem afflictionum illius, dum conformis fio morti ejus, 11 15 Si quo modo pertingam ad resurrectionem 16 mortuorum, 12 Non quod apprehenderim, aut jam perfectus sim, 17 sed sector, 18 si etiam apprehendam, 19 quatenus & apprehensus sum a Christo Jesu. 13 Fratres, ego meipsum 20 nondum arbitror assequutum esse: 21 unum autem illud ago, ea quidem 22 quæ a tergo sunt oblivíscens, ad ea vero 23 quæ a fronte sunt enitens, 14 24 Juxta præfixum signum insequor ad palmam supernæ vocationis Dei per Christum Jesum. 15 Quotquot itaque perfecti sumus, 25 hoc sentiamus: & si quid 26 aliter sentitis, hoc quoque vobis Deus revelabit. 16 27 Attamen ad id quod assequuti sumus, eadem procedamus

7 *Ex genere Israel*] ἐκ γένους Ἰσραήλ. *Israel* hoc loco nominativus esse potest, non genitivus. Ut enim se modo vocavit *circumcisionem*, pro Judæo, ita se hîc nominat *Israel*, pro Israelita. Quemadmodum & alias frequenter *Israel* pro Israelitis ponitur. Addidit autem *ex genere*, ad distinctionem proselytorum, qui erant quidem Israelitæ, sed velut adoptione, non ex genere.

8 *Conversatus sine querela*] γενόμενος ἄμεμπτος, id est, *factus sum* sive *is fui de quo queri nemo posset*. Quanquam hoc haud male reddidit Interpres.

9 *Detrimenta*] ζημίαν, id est, *detrimentum*.

10 *Propter eminentem scientiam*] διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως, id est, *propter eminentiam cognitionis*, ut neutrum positum sit loco nominis substantivi.

11 *Ut stercora*] καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, id est, *arbitror stercora esse*, sive *duco pro stercoribus*. Græcis autem σκύβαλον dicitur, quod ex intestinis animantium canibus projicitur, ἀπὸ τοῦ τοῖς κυσὶ βάλλεσθαι. Etiamsi divus Ambrosius in Psalmo CXVIII. Sermone octavo legit, *æstimor stercora, ut Christum lucrifaciam*, quasi Paulus passus sit se pro nihilo haberi. Idem tamen secus interpretatur, ac mea sententia rectius in Commentariis, quos in hanc scripsit Epistolam, præsertim suffragantibus Græcis, juxta quos Paulus Legem olim magnæ venerationis prorsus negligit, ut inutilem præ Evangelio Christi, cum in illa natus esset. In hanc enim sententiam adducit hunc locum Chrysostomus Homilia *de adventu* numero XXXV. Item Augustinus libro adversus Bonifacium tertio cap. septimo, licet aliter exponat scribens ad Hieronymum de Petro a Paulo reprehenso, nondum, opinor, Episcopus. Quanquam haud scio, an & illud, τὰ πάντα ἐζημιώθην, vertendum fuerit, *in omnibus detrimento sum affectus*. Ambrosius vertit, *omnia damna duxi*: & huic consentiens Augustinus. Et in hanc quidem sententiam interpretatur Theophylactus, ut intelligamus perinde dictum ζημιοῦσθαι, quemadmodum dicimus μακαρίζεσθαι & εὐδαιμονίζεσθαι. Nec abhorret ab hoc sensu Chrysostomi commentum. At idem Ambrosius edisserens Psalmum, *Beati immaculati*, Sermone octavo, secus vertit, *propter quem omnium detrimentum passus sum*, rursus a se ipso nonnihil dissentiens.

12 *Ex fide est*] διὰ πίστεως, id est, *per fidem*.

13 *Quæ est ex Deo*] Adde *justitiam*, τὴν ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνην, ut repetatur *justitiam*. Sic enim legit Ambrosius. Justitiam, inquam, quæ fide constat, non Legis operibus. Item, *in fide ad cognoscendum illum*. Sic distinguunt Græci, ut intelligas eum cognosci ex fide.

14 *Societatem passionis*] παθημάτων, id est, *passionum*, sive *malorum*, sive *afflictionum*. Ambrosius pro *societate* legit *communicationem*.

15 *Si quo modo*] Εἴπως, *Si qua*.

16 *Quæ est ex mortuis*] τῶν νεκρῶν, id est, *mortuorum*. Miror cur hîc placuerit περίφρασις, nisi quod suspicor hunc Interpretem, & item Ambrosium ita legisse, ἀνάστασιν τὴν νεκρῶν.

17 *Sequor autem*] διώκω, id est, *sector*, & *assequi cupio*. Interpres autem nimis Latine usus est eo verbo *sequor*, idcirco admonui, ne quis erraret. Nam vulgatum est sequi præcedentem, sequi quod imitamur, rarius est sequi quod affectamus.

18 *Si quo modo*] εἰ καὶ καταλάβω, id est, *si &* sive *si etiam comprehendam*. Interpres legisse videtur εἴπως.

19 *In quo & comprehensus sum*] ἐφ' ᾧ, id est, *in eo quod*. Eumdem sensum efficit hoc loco, ἐφ' ὃ & ἐφ' ᾧ. Proinde mihi sensus videtur, Si quo modo assequar id, ad quod me Christus delegit, & in stadio hoc certare jussit.

20 *Non arbitror*] Laurentianus codex habuit οὔπω, id est, *nondum*, meus οὐ: sed plures habent οὔπω. Et ita legit divus Ambrosius.

21 *Unum autem*] Ἓν δὲ, subaudiendum est *ago*, quasi dicat, solum hoc ago, & in hoc sum totus. Sic interpretatur Augustinus libro ad Bonifacium III. cap. VII. Simplicius autem est hîc *unum*, positum pro *tantummodo*.

22 *Quæ retro sunt*] τὰ ὀπίσω, id est, *quæ a tergo sunt*, hoc est, quæ præterita sunt ac relicta. Sumit enim similitudinem a cursoribus, qui non attendunt nec respectant quid spatii transmiserint, sed quid supersit. Augustinus enarrans Psalmum XXXIX. interpretatur, *quæ retro sunt*, vitam pristinam vitiis inquinatam: cum mea sententia Paulus loquatur de pietatis gradibus, prætermissis inferioribus, ad magis ardua perfectioraque connitendum esse. Nam & Corinthiis ostendit vitam excellentiorem, ad quam proficiant, neglectis minoribus virtutum donis.

23 *Quæ priora*] τοῖς δὲ ἔμπροσθεν, id est, *quæ a fronte sunt*.

24 *Ad destinatam*] Κατὰ σκοπὸν, id est, *Secundum scopum*, aut *signum præfixum*. Neque tam male vertit Interpres quam obscure. Hieronymus admonet Græcam vocem esse significantiorem. Est enim σκοπὸς proprie signum præfixum sagittantibus. Unde quod animo destinamus ac præfigimus, scopus est. Augustinus cum aliis plerisque locis, tum in Psalmum XXXVIII. legit, *secundum intentionem*, pro κατὰ σκοπόν. Cyprianus *de Clericorum vita*, si modo hoc opus illius videri debet, legit, *ad regulam sequor*. Tertullianus libro *de carnis resurrectione* legit, *secundum scopum persequor ad palmam*.

25 *Hoc sentiamus*] Hieronymus in primo adversus Pelagium dialogo indicat hoc loco Græcorum exemplaria variasse, in aliis scriptum fuisse φρονοῦμεν, id est, *sapimus*, modo indicandi; in aliis φρονῶμεν, id est, *sapiamus*.

26 *Aliter sapitis*] φρονεῖτε, id est, *sentitis*. Ac *revelabit*, futuri temporis esse debet, ἀποκαλύψει: sed reclamantibus vetustis exemplaribus Latinis, atque ipso Ambrosio, qui secus non legit solum, verum etiam interpretatur; item Augustino cum aliis locis aliquot, tum libro adversus Cresconium II. cap. XXXI. Rursus Epistola XLVIII. nisi mendum est in scriptura. Nam Sermone de verbis Apostoli XV. scriptum habetur *revelabit*. Rursus libro *de prædestinatione sanctorum* I. cap. I. Opinor enim dictum *aliter*, pro eo quod est, secus aliquanto quam oportet. Proinde si recta lectio est *revelavit*, suspicor a Paulo scriptum fuisse ἀπεκάλυψε. Sensus uterque tolerabilis est. Siquidem opinor Paulum loqui de Judæis ad Christi Religionem conversis, qui nondum poterant contingere patriæ legis observationem. Paulus autem modo docuit ex fide contemnere justitiam. Sed tamen si quis, inquit, inter vos diversum sentit, & Legi nonnihil tribuit, non est cur ob id scindatur concordia, quæ peculiaris est Christianorum, sic potius interpretetur quisque: Quid mea refert, si Deus hoc illi revelavit? ego nihilosecius sequar, quod mihi mea dictat conscientia. Alter hic est, Si quis diversum sentit, hoc est, Legi tribuit aliquid, feratur donec proficiat. Futurum est enim fortassis, ut hanc quoque perfectionem illi Deus adspiret, ut aliquando contemnat, quæ nondum potest contemnere. Quanquam haud me clam est, Ambrosium aliter interpretari. Theophylactus hunc sensum affert: Si quid secus sentitis de affectanda victoria, non recte sentitis: sed tamen Deus istam quoque mentem vobis mutabit in melius. Chrysostomus interpretatur Deum aliquando inspiraturum, si quis quid nondum assequitur: nec hoc dictum vult de dogmatibus fidei, sed de perfectione vitæ. Hilarius libro *de Trinitate* XI. legit *revelabit*, verbo futuri temporis, & interpretatur, iis qui nondum absolutam veritatem assequuti sunt, exspectandam revelationem Dei, qui plenam veri cognitionem largiatur, & si quid prius erratum fuit corrigat.

27 *Veruntamen*] Græca paulo secus habent, nempe ad hunc modum, Πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν, id est, *Verum in eo ad quod pervenimus, eadem incedere regula, idem sapere*. Quanquam hi infinitivi pro imperativis poni videntur. Hilarius libro *de Trinitate* XI. vertit hunc in modum, *Verum in quo festinavimus, ipso ingrediamur*. Parum videtur intellexisse sermonem Græcum.

17 κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Συμμιμηταί μου γίνεσθε, ἀδελφοί, καὶ σκοπεῖτε τὺς ὕτως περιπατῦντας, καθὼς 18 ἔχετε τύπον ἡμᾶς. Πολλοὶ γὰρ περιπατῦσιν, ὓς πολλάκις ἔλεγον ὑμῖν, νῦν δὲ καὶ κλαίων λέγω, τὺς 19 ἐχθρὺς τῦ ςαυρῦ τῦ Χριςῦ, Ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια, ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐ- 20 τῶν, οἱ τὰ ἐπίγεια φρονῦντες. Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν ὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ ὗ καὶ Σωτῆρα ἀπεκδε- 21 χόμεθα Κύριον Ἰησῦν Χριςὸν, Ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτῦ, κατὰ τὴν ἐνέργειαν τῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ τὰ IV. 1 πάντα. Ὥστε ἀδελφοί μυ ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι, χαρὰ καὶ ςέφανός μυ, ὕτως ςήκετε ἐν Κυρίῳ ἀ- 2 γαπητοί. Εὐοδίαν παρακαλῶ, καὶ Συντύχην παρακα- 3 λῶ, τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν Κυρίῳ. Ναὶ ἐρωτῶ καὶ σε, σύζυγε γνήσιε, συλλαμβάνυ αὐταῖς, αἵτινες ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι, μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μυ, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. 4 Χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε, καὶ πάλιν ἐρῶ, χαίρετε. 5 Τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν γνωσθήτω πᾶσιν ἀνθρώποις· ὁ Κύ- 6 ριος ἐγγύς. Μηδὲν μεριμνᾶτε, ἀλλ' ἐν παντὶ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει μετὰ εὐχαριςίας τὰ αἰτήμα- 7 τα ὑμῶν γνωριζέσθω πρὸς τὸν Θεόν. Καὶ ἡ εἰρήνη τῦ Θεῦ, ἡ ὑπερέχουσα πάντα νῦν, φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν ἐν Χριςῷ Ἰησοῦ. 8 Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί, ὅσα ἐςὶν ἀληθῆ, ὅσα σεμνὰ, ὅσα

Alias γενῶσαι.

A mus regula, ut ſimus concordes. Pariter eſtote [28] imitatores mei, fratres, [29] & conſiderate eos qui ſic ambulant, quemadmodum habetis [30] nos pro exemplari. Nam complures ambulant, [31] de quibus ſæpe dixi vobis, nunc autem & flens dico, inimici crucis Chriſti, Quorum finis perditio eſt, quorum Deus venter, & gloria in dedecore ipſorum, [32] qui terreſtria curant. [33] Nam noſtra converſatio in cœlis eſt, [34] ex quo & Servatorem exſpectamus Dominum Jeſum Chriſtum, Qui transfigurabit [35] corpus noſtrum humile, [36] ut conforme reddat corpori ſuo glorioſo, [37] ſecundum efficaciam, qua poteſt etiam ſubjicere ſibi omnia. B Proinde fratres mei [1] dilecti ac deſiderati, gaudium & corona mea, ſic ſtate in Domino dilecti. Evodiam obſecro, [2] & Syntychen obſecro, [3] ut ſint concordes in Domino. [4] Sane rogo & te, [5] compar germana, [6] adjuva eas, quæ in Evangelio [7] decertarunt mecum, una cum Clemente quoque & reliquis cooperariis meis, quorum nomina ſunt in libro vitæ. [8] Gaudete in Domino ſemper, & iterum dico, gaudete. [9] Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus: [10] Dominus prope eſt. De nulla re ſolliciti ſitis, [11] ſed in omni precatione & obſecratione cum gratiarum actione petitiones C veſtræ innoteſcant apud Deum. Et pax Dei, quæ ſuperat [12] omnem intellectum, [13] cuſtodiet corda veſtra & ſenſus veſtros per Chriſtum Jeſum. [14] Quod reliquum eſt, fratres, quæcumque ſunt vera, [15] quæcumque

28 *Imitatores mei*] Συμμιμηταί μυ, id eſt, *Coimitatores mei*, hoc eſt, Imitemini me una cum cæteris qui me imitantur. Aut hoc conveniat inter vos, etiamſi quid in cæteris diſſentitis, ut ſitis imitatores mei. Proinde nos vertimus, *Eſtote pariter imitatores mei.* Ambroſius nullum indicium dat hujus conjunctionis.

29 *Et obſervate*] καὶ σκοπεῖτε, id eſt, *& conſiderate.* Atque ita legit Ambroſius.

30 *Formam noſtram*] τύπον ἡμᾶς, id eſt, *formam nos*, ut ſit appoſitive dictum.

31 *Quos ſæpe dicebam vobis*] Apparet Paulum non abſolviſſe quod cœperat. *Multi enim ambulant*, ut ſubaudias, non ut ego, ſed in carne & faſtu ac ceremoniis, & ob id *inimi-* D *ci crucis.*

32 *Terrena ſapiunt*] φρονῦντες, *curant*, ſive *ſentiunt*, hoc eſt, qui terreſtres habent affectus. Abuſus eſt participio loco verbi.

33 *Noſtra autem*] *Noſtra enim.*

34 *Unde*] ἐξ ὗ, id eſt, *ex quo*, ſcilicet *cœlo.* Nec refert quod præceſſit ὐρανοῖς, ſubauditur enim *loco*, quemadmodum ſubauditur *tempore*, quum non locus, ſed tempus ſignificatur. Quanquam hîc tempus poteſt accipi, ut intelligamus ex eo tempore, quo cœpimus ſperare vitam cœleſtem cum Chriſto, nos ad cœleſtem civitatem pertinere, non terrenam.

35 *Corpus humilitatis*] τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως, id eſt, *corpus humile & abjectum.* Locutus eſt enim juxta proprietatem ſermonis Hebræi.

36 *Configuratum corpori*] Græce ſic habet, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι, id eſt, *ut fiat conforme corpori* &c.

37 *Secundum operationem virtutis*] Et hoc Græcis ad hunc legitur modum, κατὰ τὴν ἐνέργειαν τῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ τὰ πάντα, id eſt, *ſecundum operationem*, ſeu *vim*, aut *ef-* E *ficaciam, ut poſſit etiam ſubjicere ſibiipſi omnia.* Ambroſius legit, *qua poſſit etiam ſubjicere ſibi omnia.* Codex Donatiani habebat, *ſecundum operationem, qua etiam poſſit.*

1 CHariſſimi & deſideratiſſimi] ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι, id eſt, *dilecti ac deſiderati*, ſive *amabiles ac deſiderabiles.*

2 *Et Syntychen obſecro*] *Rogo* & *deprecor* apud Græcos idem eſt verbum. Proinde intempeſtive Interpres affectavit copiam hoc loco, cum anadiploſis ejus verbi faciat ad vehementiam affectus ſignificandam.

3 *Id ipſum ſapere*] τὸ αὐτὸ φρονεῖν, id eſt, *idem ſentire*, hoc eſt, concordes eſſe. Etiamſi Ambroſius interpretatur de amplexanda prudentia.

4 *Etiam*] Hîc affirmantis, ναί. Et ἐρωτῶ, quod ſignificat *interrogo*, hic pro *rogo* poſuit. Niſi forte ἐρωτῶ anceps eſt apud Græcos, ſicut *rogo* apud Latinos.

5 *Germane compar*] σύζυγε γνήσιε. *Syzygi* dicuntur, quaſi pariter ducentes jugum. *Germanum* autem hîc vertit, quod ſuperius F verterat ſinceram affectionem, γνησίως. Quidam hoc referunt ad uxorem Pauli. Nam Græca poſſunt & fœminino genere accipi, σύζυγε γνήσιε, id eſt, *conjunx germana*, hoc eſt, ſincera conjunx. Sunt autem magni Auctores apud Græcos, qui putant Paulum habuiſſe uxorem. Et conſentaneum eſt hîc mulieres commendari mulieribus. Porro quod addit γνήσιε, hoc eſt, *germana*, ſive *vera*, pulchre quadrat in eam, quæ & ipſa Chriſtum una cum marito amplecteretur. Cum enim conſenſus eſt, non ſolum in convictu, verum etiam in profeſſione fidei, in ſtudio pietatis, in vitæ ſimilitudine, tum denique verum eſt conjugium. Alioqui impar conjugium vocatur, quoties diverſi religione jugo matrimonii continentur. Sanctus Clemens Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro tertio, referente Euſebio, locum hunc citat, quo doceat Paulo fuiſſe uxorem, quum tamen eam exemplo Petri non circumduxerit, quo videlicet expeditior eſſet ad negotium Evangelicum. Quin idem & Philippo uxorem fuiſſe ſcribit, & Apoſtolos filias ſuas nuptum dediſſe, tantum aberat ut damnarent matrimonium. Sanctus martyr Ignatius in Epiſtola ad Philadelphenſes fatetur ingenue non ſolum Petro & Paulo, verum etiam cæteris Apoſtolis fuiſſe uxores, nec ob id minoris ab ipſo fieri, quum Patriarchæ & Prophetæ fuerint in conjugio, non libidinis, ſed prolis gratia. Chryſoſtomus fatetur fuiſſe, qui putarent hîc Paulum appellare ſuam uxorem, ſed diſſentit, nec cauſam reddit cur diſſentiat. Sed utris potius æquum eſt accedere, Clementi & Ignatio, quorum ille Petri comes fuit, hic Marci Evangeliſtæ diſcipulus, an Chryſoſtomo, qui tanto intervallo ſemotus fuit a temporibus Apoſtolorum? Theophylactus tamen acriter repugnat, ne Paulo tribuamus uxorem: quaſi vero in hoc ſit aliquid periculi. Quod ne fiat, mavult hunc alteri mulierum vel fratrem vel maritum fuiſſe, ac fortaſſe carceris cuſtodem. Fatetur tamen fuiſſe, qui putarint hæc Paulum uxori ſuæ ſcribere, quos non alio refellit argumento, quam vocis unius, quam maſculino genere poſuerit, fœminino poſiturus videlicet, ſi de uxore loqueretur. Sentit autem, opinor, de γνήσιε. Nam de σύζυγος nemo neſcit eſſe generis communis. Verum qui putarunt de uxore dici, ni fallor, Græci fuerunt, quos tamen nihil offendit quod offendit Theophylactum, nimirum intelligentes in hujuſmodi vocibus juxta morem Atticum frequenter uſurpari genus maſculinum pro fœminino. Quemadmodum Homerus dixit κλυτὸς pro κλυτὴ, & Euripides γενναῖος pro γενναία. Denique cum Theophylactus in Epiſtola ad Titum cap. II. legat σωτήριος pro *ſalutifera*, itaque interpretetur, demiror cur hîc offenderit γνήσιος. Proinde ut hanc ſententiam non arbitror abſurdam, ita fateor & alteram poſſe conſiſtere. Tantum offendit, quod virum ceu comitem adjungit fœminis, præter morem ſuum. Deinde quis eſſet iſte carceris cuſtos, quem Paulus dignaretur tanto honore, ut eum γνήσιον σύζυγον vocaret, & eidem præferret mulieres. Conſortes Evangelici laboris Paulus ſolitus eſt appellare συνεργὺς: σύζυγος magis congruit in par hominum, quos idem copulat jugum, unde Latinis quoque dictum eſt *conjugium.* Lyranus admonet, *Germanum* eſſe nomen proprium, ne nihil adderet de ſuo, quod hauſiſſe videtur e Commentariis, qui falſo Hieronymi titulo feruntur in omnes Epiſtolas Pauli. Porro cum hæc Epiſtola ſcripta ſit omnibus ſanctis Epiſcopis ac Diaconis, nullius expreſſo nomine, non video quis hîc poſſit intelligi.

6 *Adjuva illas*] συλλαμβάνυ αὐταῖς, *commoda illis*, ac manum admove.

7 *Mecum laboraverunt*] συνήθλησάν μοι, id eſt, *ſimul mecum decertarunt.*

8 *Gaudete in Domino*] Χαίρετε. Poteſt eſſe & *Valete.*

9 *Modeſtia*] ἐπιεικὲς, id eſt, *humanitas*, ſive *æquitas.* Ambroſius explanat, *rationabilis converſatio*, cum non contenditur de ſummo jure, ſed alius alii pro tempore cedit, & id ſequitur quod poſtulat humanitas.

10 *Dominus enim*] *Enim* redundat, nec additur apud Ambroſium.

11 *Sed in omni*] *Omni* non eſt epithetum orationis, ἐν παντὶ, id eſt, *in omni re*, ſive *in omnibus.*

12 *Omnem ſenſum*] νῦν, id eſt, *mentem*, ſive *intellectum*; ne quis ad corporis ſenſum detorqueat. Certe *mentem* legit Ambroſius, hanc enarrans Epiſtolam, itaque citat libro *de Jacob, & beata vita*, capite ſexto.

13 *Cuſtodiat*] φρυρήσει, id eſt, *cuſtodiet*, futuri temporis. Neque enim optat hoc illis, ſed animat eos hac fiducia. Ita legiſſe Ambroſium colliges ex ipſius interpretatione, ſi perpendas attentius.

14 *De cætero, fratres*] Τὸ λοιπὸν, id eſt, *Quod reliquum eſt.* Eſt autem continuantis poſt digreſſionem aliquam.

15 *Quæcunque pudica*] σεμνά. Quod Ambroſius legit *magnifica.* Vertere poterat, *gravia, ſevera, honeſta, verecunda.* Nam hæc omnia ſignificat Græcis σεμνά.

16 *Quæ-*

ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνὰ, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα εὔφημα, εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος, ταῦ-
9 τα λογίζεσθε, Ἃ καὶ ἐμάθετε, καὶ παρελάβετε, καὶ ἠκούσατε, καὶ εἴδετε ἐν ἐμοί· ταῦτα πράσσετε, καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσαι μεθ' ὑ-
10 μῶν. Ἐχάρην δὲ ἐν Κυρίῳ μεγάλως, ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμȣ̃ φρονεῖν, ἐφ' ᾧ
11 καὶ ἐφρονεῖτε, ἠκαιρεῖσθε δέ· Οὐχ ὅτι καθ' ὑσέρησιν λέγω· ἐγὼ γὰρ ἔμαθον, ἐν οἷς εἰμὶ, αὐ-
12 τάρκης εἶναι. Οἶδα καὶ ταπεινοῦσθαι, οἶδα καὶ περισσεύειν· ἐν παντὶ καὶ ἐν πᾶσι μεμύημαι, καὶ χορτάζεσθαι καὶ πεινᾷν, καὶ περισσεύειν καὶ ὑσερεῖ-
13 σθαι. Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χρι-
14 σῷ. Πλὴν καλῶς ἐποιήσατε, συγκοινωνήσαντές μου
15 τῇ θλίψει. Οἴδατε δὲ καὶ ὑμεῖς, Φιλιππήσιοι, ὅτι ἐν ἀρχῇ τȣ̃ Εὐαγγελίου, ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Μακεδονίας, οὐδὲ μία μοι Ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ μὴ ὑμεῖς μό-
16 νοι. Ὅτι καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ, ἅπαξ καὶ δὶς
17 εἰς τὴν χρείαν μοι ἐπέμψατε. Οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸ δόμα, ἀλλ' ἐπιζητῶ τὸν καρπὸν τὸν πλεονά-
18 ζοντα εἰς λόγον ὑμῶν. Ἀπέχω δὲ πάντα, καὶ περισσεύω· πεπλήρωμαι, δεξάμενος παρὰ Ἐπαφροδίτου, τὰ παρ' ὑμῶν, ὀσμὴν εὐωδίας, θυσίαν δεκτὴν εὐάρε-
19 σον τῷ Θεῷ. Ὁ δὲ Θεός μου πληρώσει πᾶσαν χρείαν ὑμῶν κατὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, ἐν δόξῃ, ἐν Χρισῷ

que honesta, quæcumque justa, 16 quæcumque pura, 17 quæcumque accommoda, 18 quæcumque boni ominis, si qua virtus, & 19 si qua laus, hæc cogitate, 9 Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me: 20 hæc facite, & Deus pacis erit vobiscum. 10 Gavisus sum autem in Domino magnopere, 21 quod jam tandem reviguit vestra pro me sollicitudo, 22 in eo in quo & solliciti eratis, 23 verum deerat opportunitas: 11 24 Non quod juxta penuriam loquar: nam ego didici, in quibus sum, his 25 contentus esse. 12 Novi & humilis esse, 26 novi & excellere: 27 ubique & in omnibus institutus sum, & saturari & esurire, 28 & abundare & penuriam pati. 13 Omnia possum per Christum, 29 qui me corroborat. 14 Attamen recte fecistis, quod simul communicastis meæ afflictioni. 15 Nostis autem & vos, Philippenses, quod in principio Evangelii, quum proficiscerer a Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicaverit in rationem dandi & accipiendi, nisi vos soli. 16 Nam & 30 in Thessalonica quum essem, 31 semel & iterum 32 quod opus erat mihi misistis. 17 33 Non quod requiram munus, 34 sed requiro fructum 35 exuberantem in rationem vestram. 18 36 Recepi tamen omnia, & abundo: 37 expletus sum, postea quam accepi ab Epaphrodito, quæ a vobis missa fuerant, 38 odorem bonæ fragrantiæ, hostiam acceptam gratamque Deo. 19 Deus autem meus supplebit 39 quicquid opus fuerit vobis, secun-

16 *Quacunque sancta*] ἁγνὰ, id est, *pura*, sive *casta.*

17 *Amabilia*] προσφιλῆ. Quod Hieronymus adversus Jovinianum vertit, *ad castitatem pertinentia*, sed detorquens, opinor, ad suam argumentationem. Nisi forte pro ἁγνὰ reddidit *ad castitatem pertinentia*, sed probabilius est hunc errorem esse Scribarum. Etenim quum licuerit dicere, *quacunque casta*, quid opus erat circuitione? quæ in προσφιλῆ erat necessaria. Jam nisi *pudica* accipimus *verecunda*, bis inculcavit pudicitiam, in σεμνὰ & in ἁγνὰ, unde suspicor locum hunc apud Hieronymum non carere mendo: fortasse scripserat, *quacunque casta, quacunque ad amicitiam pertinentia.*

18 *Bona fama*] εὔφημα, id est, *bene ominata*, sive *boni ominis.* Ambrosius vertit *laudabilia.* Totum hunc locum ita reddidit Hieronymus: *Quacumque ergo sunt vera, quacumque pudica, quacumque justa, quacumque ad castitatem pertinentia*, &c.

19 *Si qua laus disciplina*] *Disciplina* redundat juxta Græcos codices. Nec apparet ex Ambrosianis Commentariis, quod secus legerit quam Græci. Et *virtus* hîc est ἀρετὴ, quæ opponitur vitio, non δύναμις, quæ pugnat cum imbecillitate.

20 *Hac cogitate & agite*] *Cogitate* superest, Græcis tantum est ταῦτα πράττετε, id est, *hac agite.* Et ita legit Ambrosius. Hunc locum quidam magnis cachinnis magnisque conviciis insectatur, negans me apud me fuisse cum hæc scriberem. Ac mox deprehendi hominis errorem. Siquidem cum ego notassem lectionem posterioris partis, *hac agite, & Deus pacis* &c. ille somniavit me de priore parte loqui, *si qua laus disciplina, hac cogitate, qua & didicistis.* At dicet ille, quid annotabas, cum scriptura hujus loci belle haberet in Græcis pariter ac Latinis codicibus? Non sum tam stupidus, ut præter occasionem id fuerim annotaturus. Etenim cum hæc scriberem, consului pervetustæ, imo primæ, ni fallor, Editionis codicem, qui Glossam habet adjunctam *ordinariam* & *interlinearem*, ut vocant, præbitam e Monasterio Cartusiensium, quod propinquum est urbi Bruxellensi, vicinum Collegio Anderlacensi, in quo tum temporis valetudinis causa rusticabamur. In eo sic habebatur scriptum: *Hac cogitate, qua didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me: hac cogitate & agite, & Deus pacis erit vobiscum.* Et Glossa in interstitio versuum: *Non solum*, inquit, *cogitate, sed & actu implete.* Hîc clamabit meus castigator, scripturam esse depravatam, & illud *cogitate* repetitum e loco superiore. Fateor, & ideo admonui, ne latius serperet ea scriptura, quæ jam codices innumeros occuparat. Det Dominus talibus sycophantis, ut aliquando ad se redeant.

21 *Quoniam tandem aliquando*] ὅτι ἤδη ποτὲ, id est, *quod jam aliquando. Refloruistis pro me sentire*, ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμȣ̃ φρονεῖν, id est, *reviguistis in sentiendo de me*, ut subaudias κατὰ τὸ φρονεῖν, hoc est, reviguit in vobis amor & sollicitudo ac studium erga me, tametsi non misistis hactenus, quod opportunitas mittendi vobis defuerit, non animus.

22 *Sicut & sentiebatis*] ἐφ' ᾧ ἐφρονεῖτε, id est, *in eo quo sentiebatis.*

23 *Occupati autem eratis*] ἠκαιρεῖσθε δὲ, id est, *sed non habuistis opportunitatem.* Id enim sonare videtur ἀκαιρεῖσθαι.

24 *Non quasi*] Οὐχ ὅτι, id est, *Non quod. Propter penuriam*, καθ' ὑσέρησιν, id est, *juxta defectum.*

25 *Sufficiens esse*] αὐτάρκης εἶναι, id est, *contentus esse.* Apertius erat: *Nam ego didici his in quibus sum contentus esse*, ἐν οἷς εἰμὶ αὐτάρκης εἶναι, hoc est, novi quod adest boni consulere.

26 *Scio & abundare*] περισσεύειν. Quod hic vertit *abundare*, non solum pertinet ad rerum copiam, sed ad omnem præcellentiam, ut opponatur ei quod præcessit, *humiliari.* Nam de copia & inopia mox meminit. Etiamsi Theophylactus aliter exponit.

27 *Ubique & in omnibus*] ἐν παντὶ καὶ ἐν πᾶσι, id est, *in omni & in omnibus.* Et sic legit Ambrosius. Tametsi probe vertit hoc Interpres, ut accipias *ubique* pro eo quod est, in omni re. Theophylactus priorem particulam ἐν παντὶ bifariam exponit, aut *in omni tempore*, ut intelligas longam experientiam: aut *in omni negotio*, ut intelligas plurimarum rerum experientiam: *in omnibus* vero, quæ obiter incidunt. *Institutus sum*, μεμύημαι, quod Ambrosius vertit *imbutus sum.* Est autem proprie *initiari mysteriis.* Porro mysteria primum discuntur, mox exercentur.

28 *Abundare & penuriam pati*] περισσεύειν καὶ ὑσερεῖσθαι, hoc est, quasi dicas, pati ut supersit, pati ut desit: sive, pati ut nimium sit, pati ut minus sit.

29 *Qui me confortat*] ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντι. Non est *confortat*, quasi consolatur & reficit, sed *confortat*, id est, potentem ac fortem reddit: *corroborat* erat Latinius.

30 *In Thessalonicam*] ἐν Θεσσαλονίκῃ, id est, *Thessalonica.* Nec miserunt *in Thessalonicam*, sed Paulo miserunt, qui illic tum erat. Nisi forte Apostolus neglexit Grammaticæ leges.

31 *Semel & bis*] ἅπαξ καὶ δίς. Quod si quis Latine velit reddere, dicendum est, *semel atque iterum.* Ambrosius legit, *semel & iterum.* Alioqui *semel & bis* nihil aliud sonat quam ter. Neque enim statim Latine dicitur, quod Græcis bene dicitur.

32 *In usum*] εἰς τὴν χρείαν, id est, *ad egestatem*, sive *ad necessitatem.* Quanquam *in usum* non est absurdum, modo intelligas, *in usum*, id est, cum esset opus. Ambrosius legit, *in usus meos misistis.*

33 *Non quia quaro datum*] Οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸ δόμα, id est, *Non quod quaram ipsum donum.* Ambrosius legit, *Non quia munus quaram.*

34 *Sed requiro fructum*] Illud *quaro*, & hoc *requiro*, apud Græcos idem verbum est ἐπιζητῶ, ne quis frustra miretur Interpretis copiam.

35 *Abundantem in rationem*] Hîc melius vertisset Græcum participium in verbum πλεονάζοντα, id est, *qui redundet in vestrum commodum*, potius quam meum.

36 *Habeo autem omnia*] Ἀπέχω. Ambrosius legit, *Percepi autem omnia.* Nam ἀπέχειν est recipere ex aliquo veluti censum aut reditum ex arvis. Et ad eum modum vertit in Evangeliis, *receperunt mercedem suam*, ἀπέχουσιν. Id sentiens Theophylactus submonet recipi, quod quasi debitum datur.

37 *Repletus sum acceptis*] πεπλήρωμαι δεξάμενος, id est, *repletus sum accipiens*, nisi quod participium est præteriti temporis. Commodius vertisset ad hunc modum, *expletus sum, posteaquam accepi ab Epaphrodito, a vobis missa, odorem*, &c.

38 *In odorem suavitatis*] ὀσμὴν εὐωδίας. Quod superius indicavimus. Nec est *in odorem*, sed *odorem* appositive, suffragante Græcis codice Donatiani. Suffragabatur uterque Constantiensis. Ambrosius legit, *odorem bona suavitatis*, sed mutato, sicuti conjicio, auferendi casu in accusandi casum. Cyprianus exponens Precationem Dominicam citat ad hunc modum, *Saturus sum*, inquit, *recipiens ab Epaphrodito qua a vobis missa sunt, odore suavitatis, sacrificio accepto & placente Deo.* Indicat autem quod vocavit odorem suavem, sumptum a sacris, in quibus suffitus spargebantur grati naribus.

39 *Omne desiderium*] πᾶσαν χρείαν, id est, *omnem necessitatem*,

20 Χριςῷ Ἰησοῦ. Τῷ δὲ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡμῶν ἡ δό-
21 ξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Ἀσπάσασθε πάντα ἅγιον ἐν Χριςῷ Ἰησοῦ. Ἀσπάζονται ὑ-
22 μᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί. Ἀσπάζονται ὑμᾶς πάντες ἅγιοι, μάλιςα δὲ οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας.
23 Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

Ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης δι' Ἐπαφροδίτε.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΦΙΛΙΠΠΗΣΙΟΥΣ

ΤΕΛΟΣ.

secundum divitias suas, cum gloria, per Christum Jesum. Deo autem & Patri nostro gloria in secula seculorum. Amen. 21 Salutate omnem sanctum in Christo Jesu. 22 Salutant vos qui mecum sunt fratres. Salutant vos omnes sancti, maxime vero qui sunt ex Cæsaris familia. 23 Gratia Domini nostri Jesu Christi 40 cum omnibus vobis. Amen.

Scripta est e Roma per Epaphroditum.

EPISTOLÆ PAULI AD PHILIPPENSES

FINIS.

tem, sive *indigentiam*. Valla emendat, *implebit*, πληρώσει: sed codex unus habebat πληρῶσαι, id est, *impleat*.

40 *Cum spiritu vestro*] Sic & Ambrosius legit, sed Græci codices habent, *μετὰ πάντων ὑμῶν*, id est, *cum omnibus vobis*.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM PAULI AD PHILIPPENSES,

PER

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM,

FINIS.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

τῆς πρὸς

ΚΟΛΑΣΣΑΕΙΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΑΥΛΟΥ.

ΤΑύτην ἐπιςέλλει ἀπὸ Ῥώμης, ἐχ ἑωρακὼς μὲν αὐτὲς, ἀκέσας δὲ περὶ αὐτῶν. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιςολῆς αὕτη. Τὲς Κολασσαεῖς ἠβέλοντό τινες ἀπατῆσαι σοφίσμασιν Ἑλληνικοῖς, κατὰ τῆς εἰς Ἰησῦν πίςεως, καὶ περὶ τῶν ἐν νόμῳ βρωμάτων, καὶ περιτομῆς. Ταῦτα τοίνυν μαθὼν ὁ Ἀπόςολος, γράφει τὴν Ἐπιςολὴν ὥσπερ κατηχητικὴν αὐτοῖς ταύτην. Καὶ πρῶτον μὲν εὐχαριςῶν τῷ Θεῷ, σημαίνει ἀπὸ τῦ σκότυς αὐτὲς μεταβεβηκέναι εἰς τὸ φῶς τῆς ἀληθείας, καὶ ὅτι ὁ Χριςὸς, εἰς ὃν ἐπίςευσαν, εἰκὼν ἐςι τῦ Θεῦ, καὶ λόγος, δι' ὗ τὰ πάντα γέγονε, καὶ ὅτι ἔπρεπεν αὐτὸν δημιεργὸν ὄντα, γενέσθαι αὐτὸν πρωτότοκον τῆς κτίσεως καὶ πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα τὰ ἀμφότερα συνάψῃ, καὶ ζωοποιήσῃ τὰ πάντα. Προτρέπει δὲ αὐτὲς ἐμμένειν ἐν τῇ πίςει, σημαίνων, ὅτι αὐτὸς Παῦλος διάκονός ἐςι τῦ Εὐαγγελίε, ἐν ᾧ κατηχήθησαν. Εἶτα καὶ περὶ τῦ νόμε, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ βρωμάτων, καὶ περὶ ἡμερῶν, καὶ ἐνιαυτῶν ἐξηγεῖται, καὶ ἀποδείκνυσι ἠργηκέναι λοιπὸν τὰ παλαιὰ, καὶ τὴν περιτομὴν, συμβελεύει τὲ αὐτοῖς μὴ πλανᾶσθαι ἀπὸ τῶν σοφιζομένων, καὶ πλανᾶν αὐτὲς θελόντων. Καὶ λοιπὸν παραινέσας, καὶ ὧδε γονεῦσι καὶ τέκνοις, ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ, δέλοις καὶ κυρίοις, καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρὸς τὰ ἤθη συμβελεύσας, τελειοῖ τὴν Ἐπιςολήν.

IN EPISTOLAM AD

COLOSSENSES

Argumentum per

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

COlossenses in Asia minore sunt, finitimi Laodicensibus. Hos non viderat Apostolus. Nam Archippi, sive, quod addit Ambrosius, Epaphræ, quibus hoc delegatum erat, prædicatione conversi sunt ad Christum. His vehementer imminebant Pseudapostoli, conantes in dogma multo perversissimum inducere, docentes non esse Filium Dei salutis auctorem, sed per Angelos viam patere ad Patrem. Neque enim venisse Filium Dei in hunc mundum, neque venturum: quum in veteri Testamento per Angelos administrata sint omnia. Deinde Judaïsmum & Philosophiæ superstitionem cum Christi doctrina miscebant, observantes quædam Legis instituta, & superstitiose observantes solem, lunam, ac stellas, & elementa hujus mundi, quibus docebant nos esse obnoxios. Hos igitur suæ professionis commonefacit, ostendens illos quicquid hactenus assequuti sunt, non Angelis debere, sed Christo Angelorum conditori: hunc unum esse caput Ecclesiæ, nec ab alio quoquam petendam salutem. Atque interim auctoritatem suam asserit. Diligenter autem monet, ne Pseudapostolorum magniloquentia confictisque visionibus Angelorum sibi imponi paterentur, & vel in Judaïsmum vel in Philosophicam superstitionem prolaberentur. Atque hæc agit duobus primis capitibus. In reliquis hortatur ad officia pietatis, nominatim præscribens, qualis uxor erga maritum, qualis debeat esse maritus in uxorem, qualis parens erga liberos, liberi erga parentes, servi erga dominos, domini erga servos. Extrema pars salutationibus occupatur, nisi quod Archippum commonet officii sui. Scripsit autem e carcere ab Epheso per Tychicum: quod ipse palam testatur in hujus Epistolæ capite quarto, cui collegam dederat Onesimum. Græcorum inscriptiones ex urbe Roma missam testantur. Hinc certe remisit Onesimum, quem illic in vinculis genuerat Christo.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD COLOSSENSES.

I. 1 ΠΑΥΛΟΣ Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος 2 Θεοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς, Τοῖς ἐν Κολοσσαῖς ἁγίοις καὶ πιστοῖς ἀδελφοῖς ἐν Χριστῷ· χάρις ὑμῖν καὶ 3 εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, 4 πάντοτε περὶ ὑμῶν προσευχόμενοι· Ἀκούσαντες τὴν πίστιν ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας 5 τοὺς ἁγίους, Διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἣν προηκούσατε ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας τοῦ 6 Εὐαγγελίου, Τοῦ παρόντος εἰς ὑμᾶς, καθὼς καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ καὶ ἔστι καρποφορούμενον, καθὼς καὶ ἐν ὑμῖν, ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας ἠκούσατε καὶ ἔγνωτε τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐν 7 ἀληθείᾳ, Καθὼς καὶ ἐμάθετε παρὰ Ἐπαφρᾶ τοῦ ἀγαπητοῦ συνδούλου ἡμῶν, ὅς ἐστι πιστὸς ὑπὲρ ὑμῶν διάκονος τοῦ 8 Χριστοῦ, Ὁ καὶ δηλώσας ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἀγάπην ἐν πνεύ- 9 ματι. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας ἠκούσαμεν, οὐ παυόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμενοι καὶ αἰτούμενοι, ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θελήματος αὐτοῦ ἐν πάσῃ σο- 10 φίᾳ καὶ συνέσει πνευματικῇ, Περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Κυρίου, εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν, ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ καρποφοροῦντες, καὶ αὐξανόμενοι εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ 11 Θεοῦ, Ἐν πάσῃ δυνάμει δυναμούμενοι, κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ, εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν καὶ μακροθυμίαν 12 μετὰ χαρᾶς· Εὐχαριστοῦντες τῷ Πατρὶ, τῷ ἱκανώσαντι ἡ- 13 μᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτὶ, Ὃς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν 14 εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφε- 15 σιν τῶν ἁμαρτιῶν· Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρω-

I. 1 PAULUS Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater, 2 Iis qui sunt Colossis sanctis ac fidelibus fratribus in Christo: gratia vobis & pax 1 a Deo Patre nostro & Domino Jesu Christo. 3 Gratias agimus Deo & Patri Domini nostri Jesu Christi, semper de vobis quum oramus: 4 Quoniam audivimus fidem vestram in Christo Jesu, & charitatem erga omnes sanctos, 5 Propter spem repositam vobis in coelis, de qua prius audieratis per sermonem veracem Evangelii, 6 2 Quod pervenit ad vos, quemadmodum & in toto mundo etiam fructificat, 3 sicut & in vobis, ex eo die quo audistis & cognovistis gratiam Dei per veritatem. 7 Quemadmodum & didicistis ex Epaphra dilecto 4 conservo nostro, qui est fidus pro vobis minister Christi, 8 Qui & exposuit nobis vestram dilectionem in spiritu. 9 Propterea & nos, ex quo die audivimus, non desinimus pro vobis 5 orare & poscere, 6 ut impleamini agnitione voluntatis ejus in omni sapientia & prudentia spirituali, 10 Ut ambuletis 7 digne Domino, 8 ut per omnia placeatis, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in agnitionem Dei, 11 9 Omni robore corroborati, juxta potentiam 10 gloriæ illius, ad omnem tolerantiam ac patientiam cum gaudio: 12 Gratias agentes 11 Patri, qui idoneos nos fecit ad participationem sortis sanctorum in lumine, 13 Qui eripuit nos a potestate tenebrarum, ac transtulit in regnum 12 Filii sibi dilecti, 14 Per quem habemus 13 redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum: 15 Qui est 14 imago Dei inconspicui, 15 pri-

IN primis non possum non mirari, quid in mentem venerit iis qui *Colossenses*, ad quos scribit hanc Epistolam Paulus, ajunt esse Rhodienses, ob nobilem illum colossum, qui memoratur inter septem mundi miracula. Nam de statua quidem nullus non meminit Scriptorum. At de civitate hujus nominis ne ii quidem ullum fecere verbum, qui totius Insulæ situm diligentissime litteris prodiderunt. Quin potius *Colossæ* civitas est Phrygiæ, quæ est in Asia minore, haud ita procul ab Hierapoli & Laodicea, quarum & in hac Epistola meminit Paulus: Laodiceæ, cum ait: *Volo autem vos scire, cujusmodi certamen habeam pro vobis, & pro his qui sunt Laodiceæ.* Ac rursum in calce: *Facite ut & in Laodicensium Ecclesia legatur, & eam, quæ e Laodicea missa fuit, ut vos quoque legatis.* Ac paulo superius: *Quoniam habet zelum multum pro vobis, & his qui sunt Laodiceæ, & his qui sunt Hierapoli.* Constat autem Hierapolim & Laodiceam in Phrygia esse, aut certe in confinio, auctore Ptolemæo. Porro Herodotus libro VII. *Colossas* appellat magnam Phrygiæ civitatem, quæ fluvium habet Lycum, qui se præcipitans in terræ hiatum, occultatur, post erumpens ad stadia quinque. Ad hæc Plinius libro V. capite XXXII. *Colossas* nominatim recensuit in descriptione Phrygiæ, quæ Septentrionali sui parte Galatiæ sit contermina, Meridiana Lycaoniæ, Pisidiæ, Mygdoniæ, ab Oriente Cappadociam attingens. Oppida celeberrima sunt, Ancyra, Andria, Celena, Colossæ, Carina, Cotiaion, Ceranæ, Iconium, Midaium. Idem libro XXXI. capite II. prodidit *Colossis* flumen esse, in quod lateres conjecti, lapides extrahantur. Ad hæc Strabo Geographiæ suæ libro X. inter loca Laodiceæ finitima, *Colassarum* quoque mentionem facit. Jam vero Theophylactus quoque Græcus Interpres de *Colossensibus* tradidit in hunc modum: Πόλις Φρυγίας αἱ Κολοσσαὶ, αἱ νῦν λεγόμεναι Χῶναι. Καὶ δῆλον ἐκ τοῦ τὴν Λαοδίκειαν εἶναι πλησίον. Id est, *Civitas Phrygiæ Colossæ, quæ nunc vocatur Chonæ. Atque id liquet ex eo quod vicina sit Laodicea.* Hæc abunde sufficiunt, opinor, ad refellendos eos, qui *Colossenses* in Rhodum transferunt. Nec ab hac nostra sententia dissentit Faber Stapulensis. Jam quod apud Suidam legimus *Rhodienses* & *Lindios* dictos, & *Colossenses* ob insignem colossum, quem Soli erexerunt, ut verum sit, non efficit, ut hæc Epistola scripta sit *Rhodiis*. Cæterum quod in Græcis codicibus Κολασσαῖς legimus per *alpha* scriptum in secunda syllaba, haud scio an Librariorum acciderit incuria, præsertim cum Theophylactus urbis situm exponens, *Colossas* scribat, non *Colassas*. Sic autem dicimus *Colossæ*, *Colossarum*, quemadmodum *Athenæ*, *Athenarum*.

1 *A Deo Patre nostro*] Admonet Theophylactus, Chrysostomum, ut solet, sequutus, hic non addi mentionem Christi, quod tamen fieri solet in cæteris ferme Epistolis. Et tamen hoc additum videmus in Græcorum codicibus, non dubium quin errore Librariorum, ex sua memoria quæ videtur addentium. Certe Theophylactus non addit. In codice Veronæ edito additur in contextu, reclamante commentario. Latini codices variant.

2 *Quod pervenit ad vos, sicut & in universo mundo est, & fructificat, & crescit*] καθὼς καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ καὶ ἐστὶ καρποφορούμενον, *quemadmodum & in toto mundo est etiam fructificans*, licet in nonnullis exemplaribus non addebatur posterius καὶ, ante ἐστί. Quæ tamen conjunctio mihi non videtur otiosa. Prior enim pertinet ad adverbium, quemadmodum posterior ad id quod subauditur, *pervenit ad vos*, quemadmodum & in toto mundo est, & ita est, ut non solum prædicatum sit, verum etiam fructificet. *Et crescit.* Hæc apud Græcos non legi. Faber indicat, αὐξανόμενον addi in quibusdam exemplaribus, atque ita sane legit Ambrosius, Theophylactus, & Chrysostomus: ac paulo post inferius rursus hæc duo participia junguntur, *in omni opere bono* &c.

3 *Sicut in vobis*] *Sicut & in vobis*, addita copula, καθὼς καὶ ἐν ὑμῖν. Atque ita legit Ambrosius.

4 *Conservo nostro*] Græce *vestro*, ὑμῶν. Quanquam hic libri variant, & magis quadrat *nostro* prima persona, ut intelligamus adjutorem Pauli & illorum ministrum.

5 *Orantes & postulantes*] Et hæc participia debebat vertere in verba infinitiva, *orare & postulare*, προσευχόμενοι καὶ αἰτούμενοι.

6 *Ut impleamini agnitione*] ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν. Aut subaudienda est præpositio κατὰ, more Græcorum, quasi per synecdochen, aut πληρωθῆτε sumendum est active, id est, *ut impleatis*. Tametsi priorem sensum magis probo. Et eum sequitur Theophylactus cum Chrysostomo.

7 *Digne Deo*] *Domino* est Græcis, ἀξίως τοῦ Κυρίου.

8 *Omnia placentes*] εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν. Quasi dicas, *in omnem placentiam*. Ambrosius legit, *ad omne placitum*.

9 *In omni virtute confortati*] Græcus sermo jucundior est, Ἐν πάσῃ δυνάμει δυναμούμενοι, id est, *In omni potentia facti potentes*, sive *valentia valescentes*. Est enim participium præsentis temporis.

10 *Claritatis*] δόξης, id est, *gloriæ*.

11 *Deo & Patri*] Græce tantum est *Patri*, quemadmodum legit Ambrosius. In Editione Veronensi erat Θεῷ. Theophylacti Interpres semper inculcat vulgatam Latinis lectionem. *Qui dignos*, τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς, id est, *qui nos fecit idoneos*.

12 *Filii dilectionis suæ*] Jam non semel admonuimus hanc sermonis formam peculiarem esse Hebræis, *vas electionis*, pro *vase electo*, & *filius perditionis*, pro *filio perdito*. Itidem hic *Filii dilectionis*, pro *Filio dilecto*, τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ.

13 *Redemptionem & remissionem*] Græci codices sic habent, τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, id est, *redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum*. Ambrosius videtur itidem legisse, nisi quod non habet hic, *per sanguinem ipsius*. Cæterum quod *redemptionem* & *remissionem*, nullo conjunctionis interventu, sed appositive conjunxerit, indicat quod edisserens subjicit: *Remissio enim peccatorum liberos facit. Exponens enim Paulus quid dixerit redemptionem, subdidit remissionem peccatorum.*

14 *Imago Dei invisibilis*] *Invisibilis* non refertur ad imaginem, sed ad Deum, ἀοράτου, hoc est, Dei. Quemadmodum enim solus Pater dicitur immortalis & sapiens, ita solus dicitur invisibilis, non quod Filius juxta divinam naturam visibilis sit, sed quod a Pa-
tre

16 πρωτότοκος πάσης κτίσεως, Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς ȣ̓ρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι᾽ αὐτȣ̃ καὶ 17 εἰς αὐτὸν ἔκτισαι, Καὶ αὐτός ἐςι πρὸ πάντων, καὶ 18 τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέςηκε· Καὶ αὐτός ἐςιν ἡ κεφαλὴ τȣ̃ σώματος τῆς Ἐκκλησίας, ὅς ἐςιν ἀρχὴ, πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρω-19 τεύων· Ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κα-20 τοικῆσαι, Καὶ δι᾽ αὐτȣ̃ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτὸν, εἰρηνοποιήσας διὰ τȣ̃ αἵματος τȣ̃ ςαυρȣ̃ αὐτȣ̃, δι᾽ αὐτȣ̃, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐπὶ τοῖς ȣ̓ρα-21 νοῖς. Καὶ ὑμᾶς ποτὲ ὄντας ἀπηλλοτριωμένȣς, καὶ 22 ἐχθρȣ̀ς τῇ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς, Νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτȣ̃ διὰ τȣ̃ θανάτȣ, παραςῆσαι ὑμᾶς ἁγίȣς καὶ ἀμώμȣς καὶ ἀνε-23 γκλήτȣς κατ᾽ ἐνώπιον αὐτȣ̃. Εἴγε ἐπιμένετε τῇ πίςει τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι, καὶ μὴ μετακινȣ́μενοι ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τȣ̃ Εὐαγγελίȣ, ȣ̃ ἠκȣ́σατε, τȣ̃ κηρυχθέντος ἐν πάσῃ τῇ κτίσει, τῇ ὑπὸ τὸν ȣ̓ρανὸν, ȣ̃ ἐγενόμην 24 ἐγὼ Παῦλος διάκονος. Νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μȣ ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑςερήματα τῶν θλίψεων τȣ̃ Χριςȣ̃ ἐν τῇ σαρκί μȣ, ὑπὲρ τȣ̃ σώματος αὐτȣ̃,

[15] primogenitus universæ creaturæ, Quod per illum creata sint omnia, quæ [16] in cœlis sunt, & quæ in terra, visibilia & invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates: omnia per illum & in illum creata sunt, [17] Et ipse est ante omnia, 17 [18] & omnia per illum consistunt: Et ipse est caput 18 corporis Ecclesiæ, [19] qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse [20] primas tenens: Quoniam [21] in illo complacitum est Patri [22] 19 universam plenitudinem inhabitare, [23] Et per eum re- 20 conciliare cuncta erga se, [24] pacificatis [25] per sanguinem crucis ejus, per eumdem, sive quæ in terra sunt, sive quæ in cœlis. Et vos qui quondam eratis abalie- 21 nati, & [26] inimici mente in operibus malis, Nunc ta- 22 men reconciliavit in corpore [27] carnis suæ per mortem, ut exhiberet vos sanctos [28] & irreprehensibiles [29] & inculpatos in conspectu suo. Siquidem permane- 23 tis in fide fundati ac stabiles, nec dimovemini a spe Evangelii, quod audistis, [30] quod prædicatum est apud universam creaturam, quæ sub cœlo est, cujus factus sum ego Paulus minister. [31] Nunc gaudeo super affli- 24 ctionibus meis pro vobis, [32] & suppleo quod deerat afflictionum Christi in carne mea, pro corpore ipsius, quod

tre habet naturam invisibilem. Pater igitur ut fons manet invisibilis. Cæterum per imaginem Filium aliquo modo promit sese, dum per illum condidit hunc mundum, dum per eum hominem factum nobis innotescit.

15 *Primogenitus omnis creaturæ*] Cum hic dixerit *creatura*, cur mox mutavit, *condita sunt*, cum Græcis ejusdem originis sint voces κτίσις & ἐκτίσθη. Vel hinc colligi potest, nihil interesse inter *creare* & *condere*. Sensus autem hic esse potest, qui genitus fuit ante omnem creaturam. Ne quis cum Ario Dei Filium faciat creaturam. In hanc sententiam edisserit Ambrosius. Quod si mutato accentu legas, πρωτοτόκος πάσης κτίσεως, sensus erit, illum primum produxisse omnia, & omnem creaturam ab illo natam esse. Nec male congruit ad hanc sententiam quod sequitur, *quod in illo creata sint omnia*; &c. Utrumcunque sensum sequi malis, non video quid ad rem pertineat, ut ideas Platonicas huc in medium protrahamus, id quod facit Aquinas. Quandoquidem juxta sermonis Hebræi proprietatem Paulus *in ipso* dixit, pro eo quod est, *per ipsum*, ut crebro jam obvium indicavimus. Declarat id, quod mox repetens hanc sententiam, quod hic dixerat, ἐν αὐτῷ, id est, *in ipso*, mutat in δι᾽ αὐτȣ̃, id est, *per ipsum*. Adstipulatur nostræ sententiæ cum Chrysostomo Theophylactus, hunc enarrans locum. Proinde quod sequitur, εἰς αὐτὸν, non erat vertendum, *in ipso*, ne bis idem dicere videatur, sed *in ipsum*, ut accipias hæc non fuisse condita per Christum veluti per ministrum, sed tanquam per consortem imperii. Idcirco addidit, *& in ipsum*, ex quo pendeant omnia gubernanda. Ad eum modum sonant Græca quæ scripsit Paulus, & ad eumdem interpretatur præter cæteros Theophylactus. Jam per se liquet, opinor, quod Thomas Aquinas *in ipso* exponit, tanquam per causam exemplarem, non admodum ad rem pertinere, quod tamen Interpreti par sit imputare, qui secus verterit, quam scripserit Apostolus.

16 *In cœlis & in terra*] τὰ ἐν τοῖς ȣ̓ρανοῖς καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, id est, *quæ in cœlis sunt & quæ in terra*.

17 *Et ipse est ante omnes*] Magis quadrabat, *ante omnia*, πρὸ πάντων. Nam de universis loquutus est, & sequitur continuo, καὶ τὰ πάντα, id est, *& omnia*. Tertullianus tamen libro adversus Marcionem v. legit, *ante omnes*, colligens non posse dici, *ante omnes*, nisi qui sit *ante omnia*. Itidem legit Hilarius libro *de Trinitate* IX.

18 *Et omnia in ipso constant*] καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέςηκε, id est, *& omnia in illo consistunt* sive *constiterunt*: tametsi Græci verbi tempus recte mutavit Interpres. Cæterum *constare* dicit conservari.

19 *Qui est principium primogenitus*] ὅς ἐςιν ἀρχὴ πρωτότοκος. Quoniam neutri dictioni apponitur articulus, potest & hic sensus accipi, Qui Christus est principium primogenitum ex mortuis, quasi dicas primum principium, quod ille sit fons omnis resurrectionis: ut primogenitus sit epitheton principii. Nam huc accommodant Chrysostomus, Theophylactus, & Ambrosius, quod Christus hic dicatur *principium*, quod dux sit & auctor resurrectionis.

20 *Primatum tenens*] πρωτεύων, id est, *primas tenens*, quanquam Græcis unica dictio est.

21 *In ipso complacuit*] εὐδόκησεν. Id si referatur ad Patrem, cujus voluntas ac decretum fuerit, commodior erit interpretatio, quam si ad Filium. Atque ita sentit Theophylactus. Cum enim disputasset, in Filio natura esse plenitudinem Deitatis, adjecit, hujus rei nullam afferri causam, nisi quod ita visum sit Deo. Proinde nos *Patri* addidimus de nostro.

22 *Omnem plenitudinem Divinitatis*] *Divinitatis* apud Græcos hoc loco non lego, tantum est τὸ πλήρωμα, nec additur apud Ambrosium in contextu, licet enarrans addat explicandæ rei gratia. Nec addidit Hilarius, citans hunc locum libro *de Trinitate* VIII. non uno in loco. Simili modo res habet apud Chrysostomum ac Theophylactum. Quod si quis excutiat interpretationem divi Thomæ, deprehendet, ne ipsum quidem addidisse *Divinitatis*. Suffragabatur uterque codex Constantiensis. Et haud scio, an apud ullum omnino sit Interpretem. Proinde demiror, unde vox ea in quædam exemplaria Latinorum irrepserit, nisi huc ex proximo capite hujus Epistolæ adscripta est a studioso quopiam.

23 *Per eum reconciliari omnia in ipsum*] Cur non & antea vertit, *in ipsum*, cum Græcis eadem sint verba, εἰς αὐτόν: quanquam rectius erat *reconciliare*, verbum activum, ἀποκαταλλάξαι. Et, *ergo se*, melius quam *in se ipsum*.

24 *Pacificans*] εἰρηνοποιήσας εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς ȣ̓ρανοῖς, id est, *pacificatis & iis quæ in terra sunt, & quæ in cœlis*. Alioqui sermo non carebit solœcismo. Non enim quemadmodum Græcus dicit εὐδόκησεν εἰρηνοποιήσας, ita & Latinis *placuit illi, pacem faciens*.

25 *Per sanguinem in crucis ejus*] Græca secus habent, διὰ τȣ̃ αἵματος τȣ̃ ςαυρȣ̃ αὐτȣ̃ δι᾽ αὐτȣ̃, id est, *per sanguinem crucis ejus, per ipsum*, sive *per eumdem*: ut *placuerit* referatur ad Patrem, & hæc pronomina pertineant ad Christum.

26 *Inimici sensu*] ἐχθρȣ̀ς τῇ διανοίᾳ, id est, *inimici mente*, sive *cogitatione*. Porro sermo Græcis anceps est, nam dativus διανοίᾳ potest accipi velut instrumentaliter, hoc est, *per sensum*, sive *mentem*: aut relative, *inimici*, sed cui? nempe *menti*. Etenim qui carni servit, repugnat rationi. Ambrosius & Hieronymus διανοίᾳ referunt non ad hominem peccantem, sed ad Deum, ut accipias Dei mentem, non hominis. Nam prior sic legit, *Et vos quondam alienatos & inimicos consiliorum ejus in operibus iniquis*, &c. Posterior ad hunc modum, in Epistola ad Joannem Episcopum Hierosolymitanum, *Cum essetis alienati, & inimici sensus ejus*: quanquam ego sane *hostes* malim quam *inimici*. Theophylactus *mente* ad Colossenses refert, ne se putarent excusandos, si fato aut natura fuissent hostes Dei. Idcirco addidit *mente*, ut intelligerent se suapte voluntate fuisse hostes. Eumdem sensum adducit Chrysostomus, licet non liqueat quo referat διανοίᾳ.

27 *Carnis ejus*] Imo *suæ*.

28 *Et immaculatos*] ἀμώμȣς, id est, *irreprehensibiles*. Quod Tertullianus alicubi non ineleganter vertit *invituperabiles*. Nam hinc *Momus* Deus, quod carperet aliena facta.

29 *Et irreprehensibiles*] ἀνεγκλήτȣς, id est, *incriminabiles*, sive *inculpatos*.

30 *Quod prædicatum est in universa creatura*] ἐν πάσῃ κτίσει. Torquetur hic nonnihil Aquinas, putans *prædicatum est* positum pro *prædicabitur*: imo hyperbole est, qua significat jam undiquaque vulgatum Evangelium Christi, ne quid cogitarent Colossenses de mutanda fide, quæ jam ab omnibus esset recepta. Magnificentius autem & ardentius est, *in omni creatura*, quam *inter omnes homines*. Quod si quis non recipiat hyperbolen in Litteris Divinis, is si volet cum Hieronymo, cum Origene, cum Chrysostomo, cum Augustino litiget, qui frequenter annotant hoc schema. Inepte horrent mendacium, quod hyperbole superet fidem veri. At mendacium non est, ubi nec fallitur quisquam, nec adest fallendi voluntas. Augmentum quærit hyperbole, nec aliud intelligit auditor.

31 *Qui nunc gaudeo*] *Qui* apud Græcos non lego, sed tantum, *Nunc gaudeo*, Νῦν χαίρω. Et apud Græcos est, ἐν παθήμασί μȣ, id est, *in afflictionibus meis*. Cui continenter adhæret *pro vobis*, ὑπὲρ ὑμῶν, quanquam in his quoque verbis est nonnihil ambigui sensus, *Gaudeo pro vobis*, id est, gratulor vestro profectui, & gaudeo quod affligar vestra causa.

32 *Et adimpleo ea quæ desunt passionum*] καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑςερήματα τῶν θλίψεων. Commodius vertere poterat, *& suppleo quod deest afflictionibus Christi*. Ambrosius ita, *& suppleo reliquias pressurarum*. Porro verbum ἀνταναπληρῶ compositum ex tribus: ex ἀντὶ, quod significat *vicem*, quum quis alterius loco facit aliquid, & ἀνὰ, quod apud Latinos aliquoties valet *re*, & πληρῶ, quasi *redimpleo* vice Christi, quod in illius afflictionibus est diminutum. Ambrosius videtur voluisse sensum explicare Pauli, quum ait *reliquias*, ut accipiamus passionem Christi non fuisse diminutam ad salutem hominum, sed unam esse passionem Christi & martyrum, hoc est, capitis & membrorum. Nec dissentit ab hac sententia Theophylactus, interpretans Christum in Apostolis adhuc pati pro corpore suo, non quod desit aliquid, sed quod tam immensa sit illius in nos charitas. Similia Chrysostomus annotans quod Apostolus modestiæ gratia suas afflictiones, quas pro Ecclesia perpetiatur, Christi afflictiones appellat. Scholiastes ille Latinus addit & aliud commentum, Adeo non piget me affli-

25 τῦ, ὅ ἐςιν ἡ Ἐκκλησία, Ἧς ἐγενόμην ἐγὼ διάκονος κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι εἰς
26 ὑμᾶς, πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, Τὸ μυςήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γε-
27 νεῶν· νυνὶ δὲ ἐφανερώθη τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, Οἷς ἠθέλησεν ὁ Θεὸς γνωρίσαι, τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τῦ μυςηρίυ τύτυ ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅς ἐςι Χριςὸς ἐν ὑμῖν, ἡ
28 ἐλπὶς τῆς δόξης· Ὃν ἡμεῖς καταγγέλλομεν, νουθετοῦντες πάντα ἄνθρωπον, καὶ διδάσκοντες πάντα ἄνθρωπον ἐν πάσῃ σοφίᾳ, ἵνα παραςήσωμεν πάντα
29 ἄνθρωπον τέλειον ἐν Χριςῷ Ἰησοῦ· Εἰς ὃ καὶ κοπιῶ, ἀγωνιζόμενος κατὰ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ, τὴν ἐνεργου-
II. 1 μένην ἐν ἐμοὶ ἐν δυνάμει. Θέλω γὰρ ὑμᾶς εἰδέναι, ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω περὶ ὑμῶν, καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ ὅσοι οὐχ ἑωράκασι τὸ πρόσωπόν μου ἐν
2 σαρκὶ, Ἵνα παρακληθῶσιν αἱ καρδίαι αὐτῶν, συμβιβασθέντων ἐν ἀγάπῃ, καὶ εἰς πάντα πλοῦτον τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως, εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ μυςηρίου
3 τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς καὶ τοῦ Χριςοῦ, Ἐν ᾧ εἰσι πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως
4 ἀπόκρυφοι. Τοῦτο δὲ λέγω, ἵνα μή τις ὑμᾶς παρα-
5 λογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ. Εἰ γὰρ καὶ τῇ σαρκὶ ἄπειμι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμι, χαίρων καὶ βλέπων ὑμῶν τὴν τάξιν καὶ τὸ ςερέωμα τῆς εἰς
6 Χριςὸν πίςεως ὑμῶν. Ὡς οὖν παρελάβετε τὸν Χριςὸν
7 Ἰησοῦν τὸν Κύριον, ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε, Ἐῤῥιζωμένοι, καὶ ἐποικοδομούμενοι ἐν αὐτῷ, καὶ βεβαιούμενοι ἐν τῇ πίςει, καθὼς ἐδιδάχθητε, περισσεύοντες ἐν αὐτῇ ἐν
8 εὐχαριςίᾳ. Βλέπετε, μή τις ὑμᾶς ἔςαι ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὰ ςοιχεῖα τῦ κό-
9 σμου, καὶ οὐ κατὰ Χριςόν. Ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν
10 τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, Καί ἐςε ἐν αὐ-

A quod est Ecclesia, 33 Cujus Ecclesiæ factus sum ego 25 minister juxta dispensationem Dei, quæ data est mihi in vos, implendi 34 sermonem Dei, Mysterium quod 26 reconditum fuit a seculis & a generationibus: nunc autem patefactum est sanctis illius, Quibus voluit Deus 27 35 notum facere, quæ sint divitiæ gloriæ 36 mysterii hujus inter gentes, 37 qui est Christus 38 in vobis, spes gloriæ: Quem nos annunciamus, 39 admonentes 28 omnem hominem, 40 & docentes omnem hominem in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem

B perfectum in Christo Jesu: 41 Ad quod etiam enitor, 29 decertans secundum efficaciam ejus, 42 agentem in me per virtutem. Nam volo vos scire, 1 quantam sol- 1 II. licitudinem habeam de vobis, & his qui sunt Laodiceæ, & quotquot non viderunt 2 faciem meam in carne, Ut consolationem accipiant corda illorum, 3 quum 2 fuerint compacti in charitate, & in omnem 4 opulentiam certæ persuasionis intelligentiæ, in agnitionem mysterii 5 Dei & Patris & Christi, In quo sunt omnes 3 thesauri sapientiæ ac scientiæ 6 reconditi. Hoc autem 4 dico, ne quis vobis imponat 7 probabilitate sermonis. Etenim 8 quamvis carne sim absens, tamen spiritu vo- 5 biscum sum, gaudens ac videns vestrum ordinem & 9 soliditatem vestræ in Christum fidei. Quemadmo- 6

C dum igitur accepistis Christum Jesum 10 Dominum, ita in eo ambulate, Sic ut radices habeatis in illo fixas, 7 11 & in illo superstruamini, confirmeminique per fidem, sicut edocti estis, exuberantes in ea cum gratiarum actione. Videte, 12 ne quis sit qui vos deprædetur per philosophiam & inanem deceptionem, juxta constitutionem hominum, juxta elementa mundi, 8 & non juxta Christum. Quoniam in illo inhabitat 9 omnis plenitudo 13 deitatis corporaliter, Et estis in il- 10 lo

...ctionum, ut gaudeam etiam, libenter perpessurus usque ad finem exemplo Christi, qui ad mortem usque perstitit in Evangelio.

33 *Cujus factus sum ego minister*] *Cujus* Ecclesiam refert, non corpus. Ambrosius referre videtur ad Evangelium: nec video unde repetitum, quanquam id sane minutulum est, verum ad hæc minutissima nonnunquam impingunt magni Theologi, si Græce nesciant. Bis autem dictum est, *Cujus sum ego minister*: in priore loco, *cujus* sine controversia refert Evangelium, posteriore refert Ecclesiam, nec aliud potest, quum Græce sit ἧς fœminini generis. Proinde nos vertimus, *Cujus Ecclesiæ*.

34 *Verbum Dei mysterium*] Cum hic Paulus verbum Dei vocarit *mysterium*, quod sæpe vertit *Sacramentum*, cur non addunt hinc octavum Sacramentum? qui, quum in Scripturis Sacramenti fit mentio, volunt de septem illis accipi, quanquam *mysterium* hoc loco secretum & arcanum sonat, id declarant quæ sequuntur, *nunc autem manifestatum est*.

35 *Notas facere divitias*] Græce sic est, γνωρίσαι τίς ὁ πλοῦτος, id est, *notum facere quæ sint divitiæ*. Et ita legit Ambrosius.

36 *Sacramenti*] μυςηρίυ, id est, *mysterii*, id est, *arcani*.

D

37 *Quod est Christus*] ὅς ἐςι Χριςὸς, id est, *qui est Christus*. Tametsi Laurentius vertendum existimat, *quæ est Christus*, quæ referatur ut divitias, πλοῦτον, quæ vox Græca est masculini generis, & numeri singularis. Atque ita quidem exponunt Græca scholia. Secus Ambrosius. Theophylactus variat.

E

38 *In vobis*] εἰς ὑμᾶς, id est, *in vos*. Et ita legit Ambrosius, ut est in Græcis codicibus emendatioribus, quanquam in nonnullis Græcis codicibus scriptum habebatur, ἐν ὑμῖν.

39 *Corripientes*] νυθετῦντες, id est, *monentes*, & ita Ambrosius. Nam Græca vox anceps est, quam aliquoties vertunt *increpare*.

40 *Et docentes*] Hic Græci repetunt πάντα ἄνθρωπον. Atque ita scriptum erat in codice Donatiani. Suffragabatur uterque Constantiensis.

41 *In quo* &c.] Εἰς ὃ, *In quod*, in quam rem, ut non referas ad Christum, sed ad illorum perfectionem. Nec est simpliciter, *laboro certando*, sed κοπιῶ ἀγωνιζόμενος, quod ad periculum pertinet. Siquidem *agon* interim certamen est, interim periculum.

F

42 *Quam operator*] τὴν ἐνεργυμένην, id est, *qua operatur*. Et ita Ambrosius. Et *operationem* est ἐνέργειαν, ut intelligas vim agentem in Paulo. Et *virtute* est δυνάμει, quæ pugnat cum imbecillitate.

1 *Qualem sollicitudinem*] ἡλίκον ἀγῶνα, id est, *quantum certamen*, sive *periculum*. Nec est *pro vobis*, sed *de vobis*, περὶ ὑμῶν: quanquam ἀγὼν & *laborem* sonat, sed cum difficultate periculoque conjunctum.

2 *Faciem meam*] τὸ πρόσωπόν μυ: quod plane refertur ad faciem. Nam *vidit personam meam* nec Latinum esse puto: etiamsi cuidam hoc magis arridet.

3 *Constructi*] συμβιβασθέντων, id est, *compactorum*. Quidam habent *instructi*. Ambrosius legit, *quum fuerint instructi in charitate*. Hilarius *instituti*. Porro hic idem est verbum quod superius vertit *constructi*: significat autem *compactos* & *connexos*, in morem membrorum unius corporis cohærentium apte inter se.

4 *Divitias plenitudinis*] πληροφορίας. Non est πληρώματος, quod ipsum item *plenitudinem* vertit. Nam πληροφορία magis sonat *certam persuasionem*, quoties alicui plene fit fides, ita ut nihil jam addubitet, quemadmodum admonuimus in initio Evangelii secundum Lucam. Optat enim illis certam cognitionem mysterii, ne quid omnino hæsitent. Ad quem modum interpretatur & Theophylactus: τῦτ᾽ ἔςιν, inquiens, ὑπὲρ μηδενὸς ἀμφιβάλλωσιν, id est, *hoc est, ne ulla de re ambigant*. Itaque quæ conferunt in hunc locum recentiores Interpretes, non possunt admodum congruere sensui Paulino.

5 *Dei Patris & Christi*] Græci addunt conjunctionem καὶ, τῦ Θεῦ καὶ Πατρὸς, καὶ τοῦ Χριςοῦ: quemadmodum & aliis aliquot locis loquitur, quasi dicas, ejus qui Deus est & Pater, & ejus qui unctus est.

6 *Absconditi*] ἀπόκρυφοι, id est, *absconditi*. Hic nomen est, non participium, *occulti*, sive *arcani*.

7 *In sublimitate sermonum*] ἐν πιθανολογίᾳ, id est, *in persuasibili oratione*, sive *persuasibilitate*, sive *probabilitate*. Ambrosius legit, *in sublimitate sermonis*, locum hunc ad Sophistas detorquens. Is fortasse legit λεπτολογίᾳ. Augustinus Epistola LIX. legit, *in verisimili sermone*.

8 *Etsi corpore*] σαρκὶ, id est, *carne*: quam opponit spiritui, qui mox sequitur.

9 *Firmamentum*] τὸ ςερέωμα τῆς εἰς Χριςὸν πίςεως ὑμῶν, id est, *firmamentum vestra in Christum fidei*. Miror unde divus Ambrosius addiderit hoc loco: legit enim ad hunc modum, *videns ordinationem vestram, & supplens id quod deest utilitati fidei vestra*. Apparet enim illum ita legisse in Græcis codicibus, καὶ ἀναπληρῶν τὸ ὑςέρημα τῆς χρείας πίςεως ὑμῶν. Cæterum Interpres de suo addidit *ejus*, quo nihil erat opus, ob pronomen *vestra*, quod sequitur.

10 *Dominum nostrum*] *Nostrum* redundat apud nos. Græcis tantum est, Χριςὸν Ἰησοῦν Κύριον. Consentiebant exemplaria Constantiensia. Absolutius est simpliciter dici *Dominum*: quemadmodum in Evangelio, *Dominus his opus habet*.

11 *Et superædificati*] ἐποικοδομύμενοι præsentis temporis est, *ut superstruamini* manente radice Christo ac fundamento, sive *ut crescatis in eo*, sive *ut collapsi nonnihil restituamini*. Nam id postremum sequitur Theophylactus.

12 *Ne quis vos decipiat*] μή τις ὑμᾶς ἔςαι ὁ συλαγωγῶν, id est, *ne sit qui vos deprædetur*, aut *in prædam abducat*. Ambrosius vertit *deprædetur*: & item Hieronymus libro *Commentariorum* in Oseam. Rursum in *Commentariis*, quos edidit in Epistolam ad Galatas. Græca vox proprie sonat *ceu prædam abducere*. Unde & ἱερόσυλοι dicti Græcis, *qui deprædantur fana*. Sacrilegium autem est, abigere quod Deo consecratum est. Consimilem ad modum legit Cyprianus in Sermone *de bono patientiæ*. Hilarius libro *de Trinitate* XII. legit, *Videte ne quis vos spoliet*: & quod legit, iterat in progressu Sermonis. Proinde miror unde hoc nostrum *decipiat* ad nos devenerit. Sentit autem cavendum, ne quis occultis insidiis adortus, abducat eos e recta fidei via in errorem, ac perniciem, ac servitutem Legis Mosaicæ.

13 *Divinitatis corporaliter*] Θεότητος, id est, *Deitatis*. Et addidit

αὐτῷ πεπληρωμένοι, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ πάσης ἀρχῆς 11 καὶ ἐξουσίας, Ἐν ᾧ καὶ περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν 12 τῆς σαρκὸς, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ, Συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι, ἐν ᾧ καὶ συνηγέρθητε διὰ τῆς πίστεως τῆς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἐγείραντος αὐ- 13 τὸν ἐκ τῶν νεκρῶν. Καὶ ὑμᾶς νεκροὺς ὄντας τοῖς παραπτώμασι καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ὑμῶν, συνεζωοποίησεν σὺν αὐτῷ, χαρισάμενος ἡμῖν πάν- 14 τα τὰ παραπτώματα, Ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν, καὶ αὐτὸ ἦρκεν ἐκ τοῦ μέσου, προσηλώσας αὐτὸ τῷ 15 σταυρῷ· Ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ, θριαμβεύσας αὐτοὺς 16 ἐν αὐτῷ. Μὴ οὖν τίς ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει, ἢ ἐν πό- 17 σει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, ἢ νουμηνίας, ἢ σαββάτων, Ἅ ἐστι σκιὰ

lo completi, qui est caput omnis principatus ac potestatis, Per quem & circumcisi estis circumcisione 11 14 quæ fit sine manibus, dum exuistis 15 corpus peccatorum carnis, 16 per cicumcisionem Christi, Consepul- 12 ti simul cum illo per baptismum, 17 in quo simul etiam cum illo resurrexistis per fidem operationis Dei, qui excitavit illum ex mortuis. 18 Et vos quum essetis mor- 13 tui per delicta & per præputium carnis vestræ, simul cum illo vivificavit, 19 condonans nobis omnia delicta, 20 Deleto, quod adversus nos erat, 21 chirogra- 14 pho, quod erat contrarium nobis, per decreta, & illud sustulit e medio, affixum cruci: Exspoliatosque 15 principatus ac potestates 22 ostentavit 23 palam, triumphans de illis per semetipsum. Ne quis igitur vos 24 16 judicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi, 25 aut novilunii, aut sabbatorum, 26 Quæ sunt umbra re- 17 rum

didit σωματικῶς, *corporaliter*, ut excludat umbras Legis Mosaicæ. Corpus enim opponitur umbræ, ut hic non sit opus commento de Deitate, quæ in triduo mortis conjuncta fuerit corpori, licet separata fuerit anima, tametsi Theophylactus geminam affert expositionem a nostra diversam: *corporaliter*, id est, juxta naturam & substantiam, non modo juxta effectum, quemadmodum in Prophetis: aut quia Deitas nunquam sejuncta fuit a corpore Christi. Hæc unde Theophylactus hauserit nescio. Fruatur suo quisque judicio. Mihi simplicior videtur & ad id quod agitur congruentior expositio, quam habet Glossa ordinaria, de umbris Legis, & de veritate Evangelica: sequitur enim, *corpus autem Christi*. Et in hunc sensum interpretatur Augustinus Epistola LIX. Chrysostomus etiam argutius, *in Christo inhabitat tota plenitudo Divinitatis, idque corporaliter, tanquam in capite, & per hunc in corpore illius, quod est Ecclesia: caput enim & corpus unum sunt: eoque sequitur, Et estis in eo completi.* Semper enim hoc agit Paulus, ut nos faciat Christo proximos: velut quum ait, *Simul cum illo resuscitavit & sedere nos fecit.* Et, *Si patimur cum illo, & corregnabimus.* Item, *Omnia cum illo nobis donabit.* Rursus dum nos *Christi cohæredes* appellat. Verissima sunt quæ Thomas scribit de divina natura personaliter unita carni Christi: verum eam rem hic non agit Paulus, sed illud potius persuadere nititur, quicumque per fidem in Christi corpus insiti sunt, non egere Legis Mosaicæ præsidio, circumcisione, & similibus: quum in Christo sint omnia vere & efficaciter.

14 *Non manufacta*] ἀχειροποιήτῳ: dictio composita est, id est, *quæ fit sine manibus*.

15 *Corporis carnis*] Græce sic habet, τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκὸς, id est, *corporis peccatorum carnis*: hoc est, quod obnoxium est peccatis carnalibus. Augustinus in Epistola ad Paulinum LIX. testatur ita scriptum fuisse in nonnullis Latinorum exemplaribus, ne quis omnino contemnat, Græcis iniquior.

16 *Sed in circumcisione*] *Sed* redundat.

17 *In quo & resurrexistis*] συνηγέρθητε, id est, *simul resurrexistis*. Atque ita legit Ambrosius.

18 *Et vos quum essetis*] Apud Chrysostomum ac Theophylactum ubique pronomen est primæ personæ, ἡμᾶς & ἡμῶν. Item in eo quod sequitur,

19 *Donans vobis*] *Nobis* est Græcis prima persona, & ita legit Ambrosius. Agit enim Paulus de Judæorum præputio, quod habebant in animo.

20 *Delens quod adversus*] Melius dixisset, *deleto quod adversum nos erat chirographo*. Atque ita legit Ambrosius, Ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον.

21 *Chirographum decreti*] Græce *decretis* est, τοῖς δόγμασιν. Græci codices ita distinguunt, ut accipias *chirographum deletum*, quod erat nobis contrarium per decreta Legis Mosaicæ, sive per decreta Legis divinæ. Sane divus Augustinus Epistola LIX. ad Paulinum legit, *chirographum in decretis*. Theophylactus Chrysostomum sequens interpretatur, chirographum professionis Mosaicæ, aut obligationem Dei, qui dixit Adæ & Evæ, *In quacumque die comederitis, moriemini*, sublatum & antiquatum decreto fidei Evangelicæ. Metaphora ducta ab obligationibus legitimis. Vehementius obligat syngrapha αὐτόγραφος, hoc est, quam tuapte manu scripseris: hanc Græci *chirographum* vocant. Id irritum fit vel dispunctione sive cancellatione, quæ fiebat inductione linearum transversarum, vel litura, quæ fiebat spongia in corticibus, aut stylo in tabellis ceratis, vel laceratione. In dispunctione manent scripturæ vestigia, in litura nequaquam. Paulus igitur ut exaggeret Dei erga nos clementiam, primum declarat nos sic obstrictos fuisse, ut nequaquam esset locus inficiandi. Legis enim professio veluti chirographum, & ipsa res, atque etiam conscientia coarguebat nos transgressores esse Legis. Quid igitur supererat, nisi pœna quæ ex pacto debebatur, hoc est, e chirographo nostro? Hic exuberavit Dei benignitas. Si damnasset, queri non poteramus. Si debiti partem relaxasset, partem reliquisset, multa debebatur gratia. Si dispunxisset chirographum, superessent veteris obligationis vestigia, nunc semel delevit & oblitteravit, tegens quicquid erat nobis contrarium, & unde renasci posset actio: nec hoc contentus, discidit ac laceravit chirographum, tollens e medio & affigens illud cruci, in qua pro nobis dependerat quod debebamus, & obligationem mortis vertit in pactum æternæ salutis. Hujusmodi quiddam annotavit divus Chrysostomus in Homilia quadam, atque etiam in Commentariis. Nec otiosum est in emphasi vocum philosophari, præsertim in scriptis beati Pauli, cujus oratio schematibus ac tropis undique scatet. Scholiastes in omnes Pauli Epistolas indicat quosdam esse, qui interpretentur *chirographum*, memoriam Dei reservantis peccata nostra: juxta illud, *Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?* Et quod Hieremias ait, *Peccatum Juda scriptum stylo ferreo in ungue adamantino.* Hæc omnia recte. Mihi tamen coactius videtur, quod *dogmata* interpretantur fidem, quum in eo sensu nusquam legatur dogma ab Apostolis usurpatum: quin in hoc ipso capite prosequutus quod agit de vitandis Judæorum præscriptionibus, δογματίζεσθαι dicit eos, qui vel præscribunt externa, vel hujusmodi præscriptis urgentur ad superstitionem, *Ne tetigeritis, neque gustaveritis, neque contrectaveritis.* Unde probabilius videtur observanti sermonis hujus tenorem, hic *dogmata* dici præscripta Judaica, quorum caput erat circumcisio.

22 *Traduxit*] ἐδειγμάτισεν. Quod Ambrosius vertit *ostentavit*. Augustinus Epistola LIX. ad Paulinum legit *exemplavit*, Græcam vocem fidelius quam elegantius exprimens. Ad eumdem modum adduxit libro *de agone Christiano* cap. II. Mirum autem quid sequutus, subinde locum hunc adducat hisce verbis, *Exuens se carnem, principatus & potestates exemplavit*: quasi senserit Paulus, ita demum devinci principatus, si victor futurus carnem exuat. Sic enim & interpretatur libro adversus Faustum XVI. cap. XXIX. Sic refert libro *de pecc. m. & r.* I. cap. XXVII. Quin & Hilarius libro *de Trinitate* IX. locum hunc refert: *Delens quod adversum nos erat chirographum in sententiis, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit e medio, affigens illud cruci, exutus carnem, & potestates ostentui esse fecit.* Ac ne quis existimet hoc depravatione scripturæ accidisse, repetit *carnis* mentionem in explicando. Tale quiddam innuit & Scholiastæ commentum. Videntur illi ἀπεκδυσάμενος accepisse reciproce, *exuens seipsum*, quemadmodum luctaturi, quo sint expeditiores, vestem abjiciunt, ita Christus carnem. Unde qui se parant pugnæ sive certamini, ἀπεκδύεσθαι dicuntur, ne possint apprehendi. Hoc commentum, meo judicio germanum, ostendit Theophylactus. Et Græci codices ἀπεκδυσάμενος distinguunt a sequentibus, ne acciperemus principatus esse spoliatos. Sed Christus in pugna pro veste carnem abjecit, & hostes in triumpho traduxit. Sed ad rem. Hic eodem verbo Latino reddit παραδειγματίσαι, hoc est, *traducere*, in initio Matthæi: & hoc loco δειγματίζειν: quum illud significet *in exemplum vertere*, hoc *ostentare*, & spectandum omnibus proponere. Alluditur enim ad morem triumphantium, qui trophæa sua circumferebant, & populo ostentabant monumenta victoriæ, & cætera. Quod si Thomas potuisset Græcos Interpretes consulere, non opus erat hic geminis interpretationibus pro unica: *Traduxit*, inquit, *sanctos in cælum. Aut traduxit, hoc est, expulit dæmones ab homine.* Origenes in Exodum Homilia IV. aut certe hujus Interpres, explicat vim hujus verbi: *Quos*, inquit, *in adventu suo Christus dicitur traduxisse, hoc est, captivos duxisse, & triumphasse in ligno crucis.*

23 *Confidenter palam*] ἐν παῤῥησίᾳ: quod Ambrosius legit *in auctoritate*. Origenes in Jesum Nave Homilia VIII. legit, *traduxit libere triumphans*. Est autem παῤῥησία, quum quis palam audet, præsertim in loquendo: quanquam Paulus aliquoties usurpat ad alia. *Palam triumphans*, illud obiter admonendum, *spolians*, & *triumphans*, & cætera participia hoc loco præteriti temporis esse. *Triumphans illos in semetipso*, Origenis Interpres Homilia in Jesum Nave VIII. indicat in nonnullis codicibus legi, *in semetipso*. Cæterum in Græcis haberi scriptum, *in ligno*. At hodie consentiunt hoc sane loco Græcorum exemplaria cum nostris. Sunt quos urget hic scrupulus, satis ne Latine dicatur, *triumphans illos*: certe *triumphatas gentes* dixit Virgilius. Nec is loquutionis color rarus est apud Historiographos. *Triumphare fœminam* rarius est, licet reperiatur apud Trebellium Pollionem. *In seipso*, ἐν αὐτῷ, accipi potest, *per seipsum*: hoc est, suis ipsius præsidiis.

24 *Judicet in cibo, aut in potu*] Est jucunda vocum affinitas in Græcis, quam Interpres non affectavit, ἐν βρώσει, ἢ ἐν πόσει: dicere poteris, *in esculentis, aut poculentis*. Habet enim hoc schema, præter jucunditatem, & contemptus & fastidii significationem. Quod genus est illud, *quotidianarum harum formarum*. Quid ad hæc dicent isti, qui nulla ex re magis judicant proximum, quam ex cibo & potu & veste?

25 *Neomenia*] νεομηνίας, id est, *novilunii*: a νέος, *novus*, & μὴν, μηνὸς, *luna*, sive *mensis*. Siquidem Græci non a calendis, sed ab initio novæ lunæ mensem auspicantur.

26 *Quæ sunt umbra futurorum*] Augustinus adversus Faustum libro VI. in libris manu descriptis, citat, *quod est umbra*. Fortassis aliquis Græce semiperitus ἃ mutavit in ὃ, putans articulum plurativum non convenire verbo singularis numeri ἐστί.

18 σκιὰ τῶν μελλόντων, τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων, εἰκῇ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, 19 Καὶ οὐ κρατῶν τὴν κεφαλὴν, ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον, αὔξει τὴν αὔξησιν τοῦ Θεοῦ. 20 Εἰ οὖν ἀπεθάνετε σὺν τῷ Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε; 21 22 Μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς, Ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει, κατὰ τὰ ἐντάλματα

rum futurarum, 27 corpus autem Chriſti. 28 Ne quis vobis palmam intervertat data opera 29 per humilitatem 30 & ſuperſtitionem angelorum, in iis quæ non vidit 31 faſtuoſus incedens, fruſtra inflatus 32 a mente carnis ſuæ, 19 Nec obtinens caput, ex quo totum corpus per commiſſuras & compagines ſubminiſtratum & compactum, 33 augeſcit augmento Dei. 20 Itaque ſi mortui eſtis cum Chriſto 34 ab elementis mundi, 35 quid quaſi viventes in mundo 36 decretis tenemini? 21 Ne tetigeris, 37 ne guſtaris, neque contrectaris, 22 Quæ omnia ipſo pereunt 38 abuſu, juxta præcepta & doctrinas hominum,

27 *Corpus autem Chriſti*] Græca ſcholia, nominatim autem Theophylactus, indicant hunc locum bifariam legi. Primum ita, *illa ſunt umbra, ſed corpus ipſum*, hoc eſt, veritas, *eſt Chriſti*, τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Rurſum ita, *corpus Chriſti, nemo vos decipiat:* ut referas *corpus* ad fideles, qui ſunt membra Chriſti: ut ſit ſenſus, Vos autem, qui eſtis corpus Chriſti, nemo devertat a præmio, quod cœpiſtis promereri credendo in illum. Atque hic ſenſus probatur Auguſtino in Epiſtola ad Paulinum. Sed prior lectio mihi videtur accommodatior, utpote minus coacta. Ambroſius videtur tertium quemdam ſenſum arripere, quaſi *umbra* & *corpus* utrumque referatur ad ea quæ præceſſerunt, *cibus, potus, feſtum, neomenia, ſabbata*: hæc omnia erunt umbra futurorum, ſed eadem corpus Chriſti. Sic enim infert: *Hæc autem omnia ſunt corpus Chriſti, quia elementorum per effectus ſunt vocabula.* Sed Apoſtolus, mea ſententia, *corpus Chriſti* vocat illa, quod quicquid illis adumbrabatur, id in Chriſto ſit exhibitum, ut jam illa ſint negligenda. Quum abeſt ipſum corpus, umbris utcumque paſcimur: quum adeſt, offendit etiam umbra. Atque hunc, ut dixi, ſenſum ſequitur Auguſtinus in Epiſtola ad Paulinum LIX.

28 *Nemo vos ſeducat*] καταβραβευέτω, id eſt, *in brabiis aut præmiis fraudet*. Sic enim interpretatur Hieronymus in Quæſtionibus ad Algaſiam, Quæſtione X. *Nemo adverſum vos brabium accipiat*. Quum enim in certamine poſitus, iniquitate agonothetæ, vel inſidiis magiſtrorum, brabium & debitam ſibi palmam perdit, καταβραβεύεσθαι dicitur. Idque verbi videri vult peculiare Cilicum, in qua provincia Paulus natus & educatus fuit. Græcanica ſcholia admonent, καταβραβεύειν dici, quoties penes alium eſt victoria, penes alium præmium. Ambroſius legit, *nemo vos devincat*. Auguſtinus Epiſtola LIX. *convincat*. Ex his ſatis liquet, quantum abſit a vero Jacobi Stapulenſis, hominis alioquin eruditi, in hoc loco ſententia, quam in prima recenſuit Editione. Verum hunc in errorem induxit Valla, qui putat καταβραβεύειν eſſe, *ad brabium evocare*, ſive *brabium oſtentare*. Fortaſſe leviculum, ſed tamen obiter admonendum illud, *brabium* dicendum eſſe Latinis, non *bravium:* hoc eſt, per *b*, ſecundam litteram, non per *v:* deinde penultima acuta aut circumflexa, quemadmodum eſt apud Græcos, βραβεῖον, *brabium*, ſive *brabeum*. Qui de Græcarum vocum etymologiis conſcripſerunt, exiſtimant βραβεῖον dictum a ῥάβδος, mutatis ac tranſpoſitis litterulis aliquot, quod eſt *virga*, ſive *ſceptrum*: unde qui regalia ſceptra geſtant, *brabeutæ* dicti ſunt: quod horum partes eſſent in certaminibus præmium addicere qui viciſſet, ne quis inter certantes oriretur tumultus. Atque id propemodum indicat Martialis in præfatione quadam, quum ait, *contra retiarium ferula*. Sunt qui putant palmeam virgulam tradi ſolitam victori, victoriæ ſymbolum, eamque virgam *brabeum* appellari. Unde καταβραβεύειν eſt *intercipere præmium*, non *evocare ad præmium*. Heſychius indicat idem pollere παραβραβεύειν. Nec hoc verbum eſſe Cilicum oſtendit Ariſtoteles libro Rhetoricôn primo, quum ait, καὶ ὅτι δικαίου βραβευτής ἐστιν ὁ δικαστὴς, id eſt, *quod juſti brabeuta eſt cauſarum forenſium judex*. Ariſtoteles enim nihil habet barbaricum, ſed purus & Atticus eſt. Porro quod addit, θέλων, non opponitur invito aut nolenti, ſed idem pollet ac ſi dicas, *ſtudio*, ſive *data opera*, ut intelligerent illos malitioſe inſidiari Coloſſenſibus. Quanquam Auguſtinus in Epiſtola ad Paulinum, participium *volens*, non accommodat ad verbum *ſeducat*, ſed ad id quod ſequitur, *in humilitate*. *Volens in humilitate*, quaſi dicas, Affectator humilitatis: quemadmodum dicimus ἐθελόδουλος. Ad eumdem modum diſtinguunt Græci. Ex Ambroſio colligitur, eos ſtudio per humilitatem dejicere voluiſſe animos hominum, ne ſeſe erigerent ad cœleſtia. Nec abhorret hinc Theophylactus, ſeparans participium *volens* a ſuperioribus, & interpretans Pſeudapoſtolos Angelos quoſdam colendos ingerere, quo per hos pateſieret hominibus aditus ad Patrem alioquin inacceſſum. Paulus autem neſcio quid ſupra Angelos ſpirat, Chriſto fretus.

29 *In humilitate*] ἐν ταπεινοφροσύνῃ: quod refertur ad animi modeſtiam, unde Ambroſius ita reddidit, *in humilitate animi:* diſtinguens ab humilitate conditionis, quæ ταπείνωσις dicitur: & tamen interim abuſus videtur ταπεινοφροσύνῃ in malam partem. Nam qui jactant viſiones Angelorum, craſſos & abjectos requirunt animos, quibus facilius imponant, alioquin naſutis protinus ſubolet impoſtura. Niſi juxta ſententiam Auguſtini mavis accipere ſimulatam modeſtiam Pſeudapoſtolorum.

30 *Et religione Angelorum*] θρησκείᾳ: quod *religionem* ſonat, nonnunquam & in bonam partem, ſæpe tamen peregrinam ac ſuperſtitioſam. Vox, ut autumant, a Thracibus deducta, quod apud hos Orpheus multa de Diis confixerit, traditis ceremoniis, quibus colerentur.

31 *Ambulans*] ἃ μὲν ἑώρακεν ἐμβατεύων, id eſt, *ingrediens ea quæ non vidit*. Tametſi Hieronymus in eodem loco ἐμβατεύων interpretatur *incedens faſtuoſe*. Mirum unde divus Auguſtinus Epiſtola LXXIX. legat, *quæ non vidit inculcans:* quaſi Græce legiſſet ἐμβαθεύων per θ. Ambroſius legit, *ea quæ videt extollens*. Heſychius indicat, ἐμβαθεῦσαι nonnunquam idem valere quod *occupare*: veluti locum, aut domum, aut totam hæreditatem. Sed Hieronymi magis arridet ſententia. Metaphoram ductam opinor a Tragicis cothurnis, quandoquidem genus hoc ἐμβάδες dicuntur, quod in his ſublimes incedant, qui Regem aut Deum agant. Auguſtinus ad Paulinum indicat in nonnullis Latinorum codicibus ſcriptum fuiſſe, *quæ vidit:* quemadmodum legit & Ambroſius in nonnullis, *quæ non vidit*. Sed illud mirum, quum hic loqui videatur de viſis Angelorum, quomodo Auguſtinus interpretetur de ſacrificiis: quæ quis ideo magni ducit, quod ea viderit alicubi obſervari, vel quod non viderit quidem ea facienda, ſed quod opinione populari ducatur. Neque minus durum, quod Ambroſius hæc ad Aſtrologiæ Philoſophiæque ſtudium detorquet.

32 *Senſu ſuæ carnis*] ὑπὸ τοῦ νοὸς, id eſt, *a mente*, ut legit divus Ambroſius. Sic enim vocat affectum hominis impii.

33 *Creſcit in augmentum*] αὔξει τὴν αὔξησιν. Græca figura eſt, quaſi dicas, *vivit vitam, gaudet gaudium*: ſic hoc loco, *augeſcit augmentum*.

34 *Ab elementis hujus mundi*] *Hujus* redundat: tantum eſt, *ab elementis mundi*. Mundum enim vocat quicquid videtur.

35 *Quid adhuc tanquam*] *Adhuc* redundat. Nec additur apud Ambroſium, τί ὡς; id eſt, *cur tanquam?* & cætera. *Viventes mundo*. *In mundo*, eſt Græce: & ita legit Ambroſius.

36 *Decernitis*] δογματίζεσθε, id eſt, *decernimini*. Quanquam nec illud *decernimini* explicat id quod ſenſit Paulus. Intelligit enim eos decretis & conſtitutionibus hominum duci, veluti ſubjectos, & hoc notat δογματίζεσθαι, id eſt, *dogmatizari*. Δόγμα enim Græce *decretum* eſt, quod Paulus fere in malam accipit partem, pro legibus, quæ non Dei, ſed hominum arbitrio præſcribuntur, quemadmodum paulo ſuperius: unde & decreta Pontificum vocamus, diſtinguentes a Lege divina. Jam enim illa præcepta de delectu ciborum, de obſervatione dierum, de ſacrificiis, hominum eſſe cœperunt, poſtea quam apud Deum evanuerunt. Græcanica ſcholia admonent, Paulum non dixiſſe δογματίζετε, hoc eſt, *decreta facitis:* ſed δογματίζεσθε, id eſt, *decretis oneramini*. Annotavit idem Theophylactus, licet Interpres Latinus longe diverſam ſententiam extulerit. Græca ſic habent, Ὅρα δὲ καὶ πῶς ἠρέμα αὐτοὺς διακωμῳδεῖ, δογματίζεσθε εἰπών· ὡς γὰρ παιδία ἀρτιμαθῆ κάθησθε, φησὶν, δογματιζόμενοι καὶ νουθετούμενοι, τί δεῖ ποιεῖν. Ea ſic reddidit Interpres: *Adverte autem quam eos ſtultitiæ arguat vituperetque, quum decernitis, inquit: perinde dicat, nec ſecus ac pueri per luſum ſolent, dicaciores vos agitis, qui pridie nati, & nuper inſtructi ſint: in conſeſſum enim veniſtis, ut ſententias de dogmate proferatis, ſanciatiſque quid factu ſit neceſſarium.* Quum Græci ſermonis hæc ſit ſententia: *Quin & illud vide, ut illos tacite taxat, dicendo* δογματίζεσθε. *Siquidem ut pueri, inquit, qui nuper diſcere cœperunt, ſedetis, vobiſque præitur ac præſcribitur, quid facto ſit opus.* Hæc admonui, Lector, ut intelligas quid ſit Interpreti peregrini ſermonis fidere. Proinde nec hoc loco probo Jacobi Fabri ſententiam, qui vertit, *decreta quæritis*. Interpres vulgatus & Ambroſius legiſſe videntur δογματίζετε. Idem legiſſe videtur Tertullianus libro *de carnis reſurrectione: Quomodo*, inquit, *quidam quaſi viventes in mundo ſententiam fertis?* Mirum autem quid ſequutus Cyprianus libro ad Quirinum III. legat, *Quid tanquam viventes in mundo, vana ſectamini?* Niſi forte quod a verbo δοκεῖν dicatur δόγμα, humanas de rebus opiniones dicit vanas.

37 *Ne guſtaveritis*] Hæc tria verba apud Græcos ſingularis numeri ſunt, Μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς, id eſt, *Ne attigeris, neque guſtaveris, neque contigeris*. Atque hæc videntur dici a Paulo μιμητικῶς, id eſt, *per imitationem:* quam quidam inter ſchemata referunt. Sic enim loquebantur qui ſuis decretis onerabant Chriſtianos: Ne guſtes hoc, ne tangas illud, ne contrectes hoc: atque his ceremoniis ſubigebant velut in tyrannidem, quos Chriſtus liberos eſſe voluit. Et utinam his quoque temporibus non idem facerent Sacerdotes quidam, omiſſis iis quæ propius ad pietatem pertinent, qui conſtitutiones conſtitutionibus accumulant, hoc tantum agentes, ut plebem quam maxime fieri poteſt illaqueatam, ſibi reddant obnoxiam, ſuæ tyrannidi ſuoque quæſtui conſulentes. Non igitur ſic accipiendum eſt, quaſi Paulus prohibeat tangi guſtarive quippiam, ſed reprehendit eorum ſupercilium, qui hæc magno faſtu prohibebant. Idem palam indicat divus Auguſtinus Epiſtola LIX. ad Paulinum. Et tamen Ambroſius ita interpretatur, quaſi Paulus his verbis deterreat ab omni ſpe mundanorum, mea ſententia, non ſatis attente, quod quidem cum tanti viri pace dictum ſit. Idem citat in eumdem ſenſum, enarrans Pſalmum CXVIII. Sermone XVIII. Rurſus libro *de Patriarcha Abraham* II. cap. VI. aliiſque locis aliquot. Tertullianus adducit hunc Pauli locum libro adverſus Marcionem V. Et Theophylactus cum Chryſoſtomo nobiſcum facit. Evidentius etiam Gloſſa ordinaria.

38 *Ipſo uſu*] τῇ ἀποχρήσει, id eſt, *abuſu*. Et Ambroſius legit, *per abuſionem*. Agit enim de cibo & potu, quæ uſu conſumuntur, & in latrinam excernuntur. Nam iis proprie dicimur abuti, quæ uſu abſumuntur: quemadmodum & Jureconſultorum litteræ nos docent.

39 Ratio-

23 ματα καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων, Ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας ἐν ἐθελοθρησκείᾳ καὶ ταπεινοφροσύνῃ καὶ ἀφειδίᾳ σώματος, οὐκ ἐν τιμῇ τινι,
III. 1 πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός. Εἰ οὖν συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ, τὰ ἄνω ζητεῖτε, οὗ ὁ Χριστός ἐστιν ἐν δε-
2 ξιᾷ τοῦ Θεοῦ καθήμενος. Τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ
3 τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀπεθάνετε γὰρ, καὶ ἡ ζωὴ ὑ-
4 μῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ. Ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ, ἡ ζωὴ ἡμῶν, τότε καὶ ὑ-
5 μεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ. Νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, καὶ τὴν πλεονεξίαν,
6 ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία, Δι' ἃ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ
7 ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας, Ἐν οἷς καὶ ὑμεῖς περιε-
8 πατήσατέ ποτε, ὅτε ἐζῆτε ἐν αὐτοῖς. Νυνὶ δὲ ἀπόθεσθε καὶ ὑμεῖς τὰ πάντα, ὀργὴν, θυμὸν, κακίαν, βλα-
9 σφημίαν, αἰσχρολογίαν ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν. Μὴ ψεύδεσθε εἰς ἀλλήλους, ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρω-
10 πον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ, Καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαν-
11 τος αὐτόν, Ὅπου οὐκ ἔνι Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος, περιτομὴ καὶ ἀκροβυστία, βάρβαρος, Σκύθης, δοῦλος, ἐλεύθε-
12 ρος, ἀλλὰ τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσι Χριστός. Ἐνδύσασθε οὖν, ὡς ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ, ἅγιοι καὶ ἠγαπημένοι, σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, χρηστότητα, ταπεινοφροσύνην,
13 πρᾳότητα, μακροθυμίαν, Ἀνεχόμενοι ἀλλήλων, καὶ χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, ἐάν τις πρός τινα ἔχῃ μομφήν· καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἐχαρίσατο ὑμῖν, οὕτως καὶ ὑ-
14 μεῖς. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις, τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶ
15 σύνδεσμος τῆς τελειότητος, Καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, εἰς ἣν καὶ ἐκλήθητε

minum, 39 Quæ verbotenus quidem habent speciem 23 sapientiæ 40 per superstitionem 41 ac humilitatem animi 42 & læsionem corporis, non per honorem aliquem, ad expletionem carnis. Itaque si resurrexistis una III. cum Christo, superna quærite, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens. 1 Superna curate, non terrestria. 2 Siquidem emortui estis, & vita vestra abscondita est 3 cum Christo in Deo. Quandocumque Christus manifestatus fuerit, 2 vita nostra, tunc & vos cum illo manifestabimini in gloria. 4 Mortificate igitur membra vestra terrestria, stuprum, immunditiam, 3 mollitiem, 5 concupiscentiam malam, & avaritiam, quæ est simulachrorum cultus, 4 Ob quæ venire solet ira Dei 5 6 in filios intractabiles, 6 Inter quos ambulabatis quondam, 7 quum viveretis in his. Nunc autem deponite & 8 vos omnia, iram, indignationem, malitiam, maledicentiam, 7 turpiloquentiam ab ore vestro. 8 Ne mentiamini alius adversus alium, 9 postea quam exuistis 9 veterem hominem cum factis suis, Et induistis novum, 10 qui renovatur 10 ad agnitionem & imaginem ejus qui condidit illum, Ubi non est 11 Græcus & Judæus, 11 circumcisio & præputium, 12 barbarus, Scytha, servus, liber: sed omnia in omnibus Christus. Sitis igitur induti, 12 tanquam electi Dei, sancti ac 13 dilecti, viscera miserationum, comitatem, 14 modestiam, 15 mansuetudinem, 16 lenitatem, Sufferentes vos invicem, & 13 condonantes vobis mutuo, si quis adversus aliquem habuerit querelam: quemadmodum & Christus condonavit vobis, ita & vos. Super omnia autem hæc, 14 17 charitatem, 18 quæ est vinculum perfectionis, Et pax Dei 19 palmam ferat in cordibus vestris, 15 20 in

39 *Rationem quidem habentia sapientia*] Λόγον hic interpretantur *speciem*: quod quoniam Aquinas sensit duriusculum, annectit id quod sequitur, *in superstitione*: ut intelligamus in ejusmodi rationem esse sapientiæ, non simpliciter, sed ad superstitionem. At mihi videtur oratio inabsoluta. Cœpit enim per μὲν, & non reddidit quæ illi respondet, δέ. Proinde mihi videtur λόγος hoc loco sonare *sermonem* aut *verba*, ut opponatur rei. Quod si absolvisset orationem, dixisset ad hunc modum, Quæ omnia verbotenus videntur erudita ac magnifica, nimirum ab Angelis profecta, ut illi narrant. Cæterum re longe absunt a religione Christi, quæ nec in superstitione, nec in abjectione animi, qua pecudum ritu homines homunculi cujuspiam arbitrio circumaguntur, nec in læsione corporis sita est, quum Deus cibo voluerit honorari corpus, non cruciari inedia, sed in puritate vitæ & charitate. Nobiscum facit aperte Theophylactus. *Honorem* autem corporis hic subsidium appellat, juxta proprietatem sermonis Hebraici: velut alibi, *honora viduas*. Et, *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur*.

40 *In superstitione*] ἐν ἐθελοθρησκείᾳ. Quæ est *falsa religio*, interprete Hieronymo, in eo, quem modo citavi, loco. Nam *superstitio* δεισιδαιμονία dicitur. Ambrosius legit *superstitione*. Porro vox Græca ita sonat, quasi dicas, spontanea religio: cum quis ultro sibi fingit religionem. Nam ἐθελοθρησκεία religio dicitur a Thracibus, apud quos Orpheus primus cœpit nugari de Diis, ut modo dictum est, & θέλω, *volo*. Idque probe quadrat in confictas ab homunculis ceremonias.

41 *Et humilitate*] ταπεινοφροσύνῃ. Divus Hieronymus hoc quoque verbum notat, tanquam improprie hoc loco usurpatum, quum alias virtutem sonare soleat, hic vitium, quo quis humilia sentit atque terrena, & abjecti est animi, ut patiatur sese veluti bubalum duci naribus præceptis hominum.

42 *Non ad parcendum corpori*] καὶ ἀφειδίᾳ σώματος, quod ad verbum sonat *imparsimonia*, hoc est, quum quis non parcit alicui rei. Nam φείδομαι, *parco*, & α particula est privativa. Ambrosius legit, *ad vexationem corporis*. Atque eam lectionem indicat & Augustinus in Epistola ad Paulinum, cujus jam sæpe meminimus. Sentit enim de iis, qui superstitione lacerabant aut mutilabant corpus suum, aut immoderatis jejuniis conficiebant. Manent hujus rei nonnullæ reliquiæ hodieque apud Italos in Flagellatoribus, cujusmodi multa commemorat Apulejus in Asino suo.

1 Q*Uæ sursum sunt*] τὰ ἄνω. Cur non potius *superna*? Et φρονεῖτε, *curate*, potius quam *sapite*.

2 *Vita vestra*] Græci legunt *nostra*, ἡμῶν, id est, *nostra*, prima persona.

3 *Libidinem*] πάθος. Quod *morbum* vertas licebit, aut potius *mollitiem*: ut de effœminatis & pathicis intelligas. Nam alioqui quid attinebat addere *libidinem*, quum ante dixerit *fornicatio*? Neque enim apte genus speciei subnectitur. Porro *mollitiem* & Flaccus *morbum* appellat in Odis,

> ------ *cum grege turpium*
> *Morbo virorum*: ------

4 *Propter quæ venit*] Δι' ἃ ἔρχεται, id est, *Propter quæ venit*: ut *venit* sit præsentis temporis, intelligasque solere ob ista venire divinam iram. Sic enim appellat vindictam.

5 *Filios incredulitatis*] Quod superius verterat *diffidentiæ*, ἀπειθείας, idem & *inobedientiam* sonat. Quanquam hoc loco Ambrosius non addit, *in filios diffidentiæ*. Tantum legit, *Propter quæ venit ira Dei*. Jam de forma sermonis hujus Hebraica non semel a nobis dictum est.

6 *In quibus & vos*] Ἐν οἷς. Sermo Græcus anceps est, quod articulus referri possit vel ad filios inobedientes, inter quos & Colossenses quondam fuerant, vel ad vitia, quæ paulo ante commemoravit. Certe quod mox sequitur, *quum viveretis in illis*, ad vitia pertinet.

7 *Turpem sermonem*] αἰσχρολογίαν, id est, *turpiloquium*.

8 *Nolite mentiri invicem*] Μὴ ψεύδεσθε εἰς ἀλλήλους, id est, *Ne mentiamini alius adversus alium*. Quid enim est *mentiri invicem*, quod vertit Interpres, nisi *mentiri vicissim*? Verbo Græco addidit accusandi casum.

9 *Exspoliantes*] ἀπεκδυσάμενοι, id est, *exuentes*, id est, *postquam exuistis*: nam præteriti temporis est. Vocem hanc Interpres subinde vertit *exspoliantes*. Alludit ad id quod ante dixit, *Christum exuta carne vicisse*.

10 *In agnitionem Dei*.] *Dei* redundat, juxta Græca exemplaria. Nec Ambrosius addit. Nec addebatur in exemplari Donatiani. Cum his concordabat exemplar utrumque Constantiense: *Masculus & fœmina*. Hæc non invenio apud Græcos. Nec attingit Theophylactus. Chrysostomus ne legit quidem, sicuti nec Ambrosius. Sed huc videtur adscriptum ex Epistolæ ad Galatas cap. III. Suffragabatur & hic uterque codex Constantiensis.

11 *Gentilis & Judæus*] Ἕλλην, id est, *Græcus*: pro quo vertit *Gentilis*.

12 *Barbarus*] Post hanc vocem Græci omittunt conjunctionem, & oratio fit ardentior. Prius enim per juga conjunxit Judæum cum Græco, circumcisionem cum præputio: deinde citra copulam copulat Barbarum cum Scytha, servum cum libero. Porro Barbaro opposuit Scytham, non quod is Barbarus non sit, sed quod præ hoc reliqui Barbari non sint Barbari.

13 *Dilecti viscera misericordiæ*] *Dilecti* hic participium est, non nomen, ἠγαπημένοι. Nec est *misericordiæ*, sed οἰκτιρμῶν, id est, *miserationum*, numero multitudinis.

14 *Humilitatem*] ταπεινοφροσύνην: quod Ambrosius vertit *humilitatem sensus*. Nos *modestiam* maluimus. Nam *modestia* potius est, quam Græci vocant ταπεινοφροσύνην. *Humilitas sensus* magis in vitium sonat: quemadmodum *abjectus animo*. Etiamsi Græca vox plus quiddam significat, quam *modestia*. Modestus enim est, qui non est arrogans: at ταπεινόφρων, qui minus sibi tribuit quam promeretur.

15 *Modestiam*] πρᾳότητα, id est, *mansuetudinem*, sive *lenitatem*.

16 *Patientiam*] μακροθυμίαν, ad verbum *longanimitatem*, sive *animi lenitatem*, aut *animi moderationem*, qua quis non facile provocatur.

17 *Charitatem habete*] *Habete* non reperio apud Græcos, nec apud Ambrosium, sed referendus est accusativus *charitatem* ad verbum superius, *sitis induti*.

18 *Quod est vinculum perfectionis*] σύνδεσμος τελειότητος, id est, *vinculum integritatis*. Respexit enim ad corpus, in quo spiritus colligat & connectit omnia membra, alioqui dilapsura. Quanquam non me fugit plerosque secus interpretari. Præterea *pax Dei* est & apud Græcos & Ambrosium, non *pax Christi*.

19 *Exsultat*] βραβευέτω, id est, *præmii loco detur*, sive *contingat*, aut *palmam ferat*, hoc est, Ne judicet ira in vobis, aut invidia, aut superbia, sed pax deferat palmam, ut is putet se vicisse, qui cæterarum rerum dispendio pacem conservaverit, nam hæc demum est pax Dei. Alioqui pax mundi ex vindicta nascitur. In hanc ferme sententiam interpretatur Theophylactus. Jam vero quor-

16 τε ἐν ἑνὶ σώματι, καὶ εὐχάριστοι γίνεσθε. Ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως ἐν πάσῃ σοφίᾳ· διδάσκοντες καὶ νουθετοῦντες ἑαυτοὺς, ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς ἐν χάριτι ᾄ-
17 δοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ. Καὶ πᾶν ὅ ἂν ποιῆτε ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ, πάντα ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ, εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ δι'
18 αὐτοῦ. Αἱ γυναῖκες, ὑποτάσσεσθε τοῖς ἰδίοις ἀνδρά-
19 σιν, ὡς ἀνῆκεν ἐν Κυρίῳ. Οἱ ἄνδρες, ἀγαπᾶτε
20 τὰς γυναῖκας, καὶ μὴ πικραίνεσθε πρὸς αὐτάς. Τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γονεῦσι κατὰ πάντα· τοῦτο
21 γάρ ἐστιν εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ. Οἱ πατέρες, μὴ ἐρε-
22 θίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἵνα μὴ ἀθυμῶσιν. Οἱ δοῦλοι, ὑπακούετε κατὰ πάντα τοῖς κατὰ σάρκα κυρίοις, μὴ ἐν ὀφθαλμοδουλείαις ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλ' ἐν ἁπλότητι καρδίας, φοβούμενοι τὸν Θεόν.
23 Καὶ πᾶν ὅ τε ἐὰν ποιῆτε, ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε,
24 ὡς τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐκ ἀνθρώποις, Εἰδότες, ὅτι ἀπὸ Κυρίου ἀπολήψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας,
25 τῷ γὰρ Κυρίῳ Χριστῷ δουλεύετε. Ὁ δὲ ἀδικῶν
IV. 1 κομιεῖται ὃ ἠδίκησε, καὶ οὐκ ἔστι προσωποληψία. Οἱ κύριοι, τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχεσθε, εἰδότες, ὅτι καὶ ὑμεῖς ἔχετε Κύριον ἐν οὐρανοῖς.
2 Τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖτε, γρηγοροῦντες ἐν αὐτῇ ἐν εὐ-
3 χαριστίᾳ, Προσευχόμενοι ἅμα καὶ περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ Θεὸς ἀνοίξῃ ἡμῖν θύραν τοῦ λόγου, λαλῆσαι τὸ μυστή-
4 ριον τοῦ Χριστοῦ, δι' ὃ καὶ δέδεμαι, Ἵνα φανερώσω
5 αὐτὸ, ὡς δεῖ με λαλῆσαι. Ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε πρὸς
6 τοὺς ἔξω, τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι. Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι ἅλατι ἠρτυμένος, εἰδέναι πῶς δεῖ
7 ὑμᾶς ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι. Τὰ κατ' ἐμὲ πάντα γνωρίσει ὑμῖν Τυχικὸς ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς, καὶ πι-
8 στὸς διάκονος, καὶ σύνδουλος ἐν Κυρίῳ, Ὃν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, ἵνα γνῷ τὰ περὶ ὑμῶν,
9 καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν, Σὺν Ὀνησίμῳ τῷ πιστῷ καὶ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, ὅς ἐστιν ἐξ ὑμῶν, πάν-
10 τα ὑμῖν γνωριοῦσι τὰ ὧδε. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἀρίσταρχος ὁ συναιχμάλωτός μου, καὶ Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα, περὶ οὗ ἐλάβετε ἐντολάς· ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς, δέξα-
σθε

20 in quam & vocati estis in uno corpore, 21 & grati sitis. Sermo Christi inhabitet in vobis 22 opulente cum 16 omni sapientia: 23 doceteque & commonete vos invicem, 24 cantionibus & laudibus & cantilenis spiritualibus cum gratia canentes 25 in corde vestro Domino. Et quicquid egeritis sermone aut facto, omnia 17 in nomine Domini Jesu facite, gratias agentes 26 Deo & Patri per illum. Uxores, subditæ estote propriis vi- 18 ris, sicuti convenit in Domino. Viri, diligite uxores, 19 & ne sitis amarulenti 27 adversus illas. Filii, obedite 20 parentibus in omnibus, hoc enim 28 bene placet Domino. Patres, 29 ne provocetis liberos vestros, 30 ne 21 despondeant animum. Servi, obedite per omnia iis qui 22 domini sunt secundum carnem, non 31 obsequiis ad oculum exhibitis tanquam hominibus placere studentes, sed cum simplicitate cordis, 32 timentes Deum. Et quicquid feceritis, ex animo facite, 33 tanquam 23 Domino, & non hominibus, Scientes, quod a Domino 24 recipietis mercedem hæreditatis, 34 nam Domino Christo servitis. 35 Cæterum qui peccarit, reportabit 25 peccatum suum, & non est 36 personarum respectus. Vos domini, æquitatem 1 & æquabilitatem servis ex- 1 IV. hibete, scientes, quod & vos habeatis Dominum in cœlis. Obsecrationi instate, vigilantes in ea cum gra- 2 tiarum actione, Orantes simul & pro nobis, ut Deus 3 aperiat nobis ostium sermonis, ut loquamur mysterium Christi, propter quod & vinctus sum, Ut ma- 4 nifestem illud, sicut oportet me loqui. Sapienter am- 5 bulate erga extraneos, opportunitatem redimentes. Sermo vester semper cum gratia 2 sit sale conditus, 6 ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere. De omnibus rebus meis certiores vos faciet Ty- 7 chicus dilectus frater, & fidus minister, & conservus in Domino, Quem misi ad vos in hoc ipsum, ut co- 8 gnoscat quid agatis, & consoletur corda vestra, Una 9 cum Onesimo fido & dilecto fratre, qui est ex vobis, 3 de omnibus, vobis exponent, quæ hîc agantur. Sa- 10 lutat vos Aristarchus concaptivus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, 4 de quo accepistis mandata:
si

quorsum attinet recensere, quid in hunc locum commentati sint Theologi recentiores, sequuti verbum *exs[illegible]andi*?

20 *In qua*] *In quam*, εἰς ἣν, sive *ad quam*.

21 *Et grati estote*] καὶ εὐχάριστοι γίνεσθε. Superius admonuimus ex Hieronymiana sententia εὐχάριστοι in Divinis Litteris accipi pro *gratioso* & *amabili*, quemadmodum opinor accipiendum hoc loco. Siquidem id adjecit, velut indicans, qua ratione pax inter eos possit consistere, si comes sint & benigni erga omnes, propensi ad bene merendum de omnibus. In hanc sententiam interpretatur Chrysostomus, ut εὐχάριστος sit, qui talem se præbet erga conservos homines, qualem expertus est erga se Deum. Theophylactus interpretatur *grati erga Deum*, hoc est, memores, qualis ille fuerit in nos, ut & ipsi vicissim clementes simus erga conservos. Verum hæc expositio mihi videtur esse coactior.

22 *Abundanter*] πλουσίως, quasi dicas *opulente*, & divitum more. Nam hoc verbo delectatus est Paulus, quoties exuberantiam cujuscumque rei significari vult.

23 *Docentes & commonentes*] Aut abusus est participio loco verbi, idque juxta proprietatem Hebræi sermonis, aut hæc referenda sunt ad id quod præcessit, *grati sitis*: deinde veluti per parenthesim interjectis aliquot verbis, subnectatur, *docentes & commonentes*: ut hæc sit Christiana benignitas, docere & commonere. Cæterum *vosmetipsos*, quod Græcis est ἑαυτοὺς, melius transtulisset *vos invicem*. Quis enim docet seipsum?

24 *In psalmis*] *In* redundat apud nos: nec est apud Græcos, nec apud Ambrosium.

25 *In cordibus*] *In corde*: Et est *Domino*, non *Deo*. Deinde *omne quodcumque*, *Et* conjunctionem addunt Græci.

26 *Deo & Patri*] τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Articulus semel duntaxat positus facit, ut Dei Patrisque cognomen ad unam personam pertineat, ei qui est Deus ac Pater. Deus, ob auctoritatem: Pater, ob eximiam in nos charitatem.

27 *Ad illas*] πρὸς αὐτὰς, id est, *erga illas*, sive *adversus illas*.

28 *Placitum est in Domino*] *In* redundat, εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ, *gratum* sive *acceptum Domino*.

29 *Ad indignationem*] μὴ ἐρεθίζετε, id est, *ne provocetis*. *Ad indignationem*, additum est ab Interprete quopiam. Ambrosius tamen legit, *ad iram provocare*.

30 *Pusillo animo*] μὴ ἀθυμῶσιν, id est, *ne despondeant animum*, & *animo dejiciantur*.

31 *Ad oculum servientes*] Rursum usus est illis duobus nominibus, ἐν ὀφθαλμοδουλείαις, & ἀνθρωπάρεσκοι, de quibus ante admonuimus.

32 *Timentes Dominum*] Θεὸν, id est, *Deum*, pro *Dominum*, legunt Græci: ne quis accipiat, hominem esse timendum.

33 *Sicut in Domino*] ὡς τῷ Κυρίῳ, *tanquam Domino*, hoc est, Deo.

34 *Christo servite*] τῷ γὰρ Κυρίῳ Χριστῷ δουλεύετε, id est, *Domino enim Christo servitis*. Tametsi Græca vox est anceps, δουλεύετε. Ambrosius legit ad hunc modum, *recipietis retributionem hereditatis Domini Christi, cui servitis*.

35 *Qui enim injuriam facit*] Ὁ δὲ ἀδικῶν, id est, *Qui vero injuriam facit*, aut *Qui non recte facit*. Ambrosius legit, *Qui enim inique feret id quod gessit inique*: quo servet Græcarum vocum affinitatem, ἀδικῶν & ἠδίκησε, quam nos ita reddidimus, *Qui peccabit, reportabit peccatum suum*. Augustinus libro *de natura boni* adversus Manichæos, nescio quid sequutus, adducit hoc testimonium his verbis: *Quod enim nocet, recipiet illud quod nocuit*.

36 *Acceptio*] προσωποληψία, id est, *personæ respectus*, sive *discrimen*. *Apud Deum*, in Græcis codicibus non reperio. Nec hic agitur proprie de respectu personarum apud Deum, sed de paribus peccatis.

1 *ET æquum*] τὴν ἰσότητα, id est, *æqualitatem*, seu potius *æquabilitatem*. Et *justum* vocat, id quod servis debetur a dominis. *Æquabilitatem*, ne alium in deliciis habeant, alium inique tractent, quæ res intolerabilem facit servitutem. Præterea *vos* pronomen Interpres addidit de suo, Οἱ κύριοι. Ambrosius non addidit.

2 *Sale sit conditus*] ἅλατι ἠρτυμένος. Ambrosius legit, *semper in sale gratia sit conditus*, quasi dictum sit, Sermo vester sit salsus, conditus gratia. Tametsi Græca perinde valent ac si dicas, Sermo vester semper habeat gratiam, sale conditus: ut intelligamus jucunditatem ac modestiam in colloquiis Christianorum cum Ethnicis, sed eam cum sapientia conjunctam. Hoc detorqueri potest ad nos, si quando cum magnatibus agendum est, ne intempestiva maledicentia & acerbitate provocemus eos, reddamusque deteriores quam sunt, sed prudenti moderatione sermonis paulatim adducamus ad meliora, si quid aberrant.

3 *Nota faciet*] Græci legunt numero multitudinis, πάντα ὑμῖν γνωριοῦσι τὰ ὧδε, id est, *omnia vobis nota facient quæ hic sunt*. Loquitur enim de duobus, Tychico & Onesimo. Nec additur *qui* pronomen, nec apud Græcos, nec apud Ambrosium.

4 *De quo accepistis mandata*] Sermo Latinus videri possit anceps, & intelligi per Barnabam aliquid fuisse præceptum Colossensibus. Quod ita demiror interpretari Theophylactum. Sed Græci carent hac ambiguitate, περὶ οὗ. Rursum dubium est, utrum Græcus articulus referat Barnabam, an Marcum. Hic rursus mihi monendus est Lector, quam non sit tutum credere libris in aliam versis linguam. In prioribus Editionibus adscripsi duo verba, fretus Interprete, quia fortasse tum Græcus codex non erat ad manum. In hac quarta Editione consului Græcum codicem, & multo aliud reperio quam Interpres nobis tradidit: nam Græca sic habent: Παρὰ Βαρνάβα ἴσως ἔλαβον τὰς ἐντολὰς, ὥστε δέξασθαι αὐτὸν περὶ τιμῆς· δύναται μὲν εἶξαι, καὶ εἰς τὸ ἐλάβετε ἐντολάς· εἶτα ἀπ' ἄλ-
λης

11 σθε αὐτὸν, Καὶ Ἰησῦς ὁ λεγόμενος Ἰοῦςος, οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς· ὗτοι μόνοι συνεργοὶ εἰς τὴν βασιλείαν 12 τῦ Θεῦ, οἵτινες ἐγενήθησάν μοι παρηγορία. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἐπαφρᾶς, ὁ ἐξ ὑμῶν δῦλος Χριςῦ, πάντοτε ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὑμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς, ἵνα ςῆτε τέλειοι καὶ πεπληρωμένοι ἐν παντὶ θελήματι τῦ 13 Θεῦ. Μαρτυρῶ γὰρ αὐτῷ, ὅτι ἔχει ζῆλον πολὺν ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ τῶν ἐν Ἱε- 14 ραπόλει. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Λουκᾶς ὁ ἰατρὸς ὁ ἀγα- 15 πητὸς, καὶ Δημᾶς. Ἀσπάσασθε τὺς ἐν Λαοδικείᾳ ἀδελφὺς, καὶ Νυμφᾶν, καὶ τὴν κατ᾽ οἶκον αὐτοῦ ἐκ- 16 κλησίαν. Καὶ ὅτ᾽ ἂν ἀναγνωσθῇ παρ᾽ ὑμῖν ἡ Ἐπιςολὴ, ποιήσατε ἵνα καὶ ἐν τῇ Λαοδικέων ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθῇ, καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας, ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀνα- 17 γνῶτε. Καὶ εἴπατε Ἀρχίππῳ, Βλέπε τὴν διακονίαν, ἣν 18 παρέλαβες ἐν Κυρίῳ, ἵνα αὐτὴν πληροῖς. Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλυ. Μνημονεύετέ μυ τῶν δεσμῶν. Ἡ χάρις μεθ᾽ ὑμῶν. Ἀμήν.

Ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Τυχικῦ καὶ Ὀνησίμυ.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΚΟΛΑΣΣΑΕΙΣ

ΤΕΛΟΣ.

si venerit ad vos, excipite eum, Et Jesus [5] qui vocatur Justus, qui sunt ex circumcisione: hi soli cooperarii sunt ad regnum Dei, qui fuere mihi solatio. Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est servus Christi, [6] semper anxie laborans pro vobis in precationibus, [7] ut stetis perfecti & completi in omni voluntate Dei. Testimonium enim illi perhibeo, quod habeat [8] multum studium pro vobis, & his qui sunt Laodiceæ, & his qui Hierapoli. Salutat vos [9] Lucas medicus dilectus, & Demas. Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, & Nympham, [10] & quæ in domo illius est congregationem. [11] Et quum recitata fuerit a vobis Epistola, facite ut & in Laodicensium ecclesia recitetur, & eam, quæ scripta est ex Laodicea, [12] ut vos quoque legatis. Et dicite Archippo, Vide ministerium, quod accepisti in Domino, ut illud impleas. Salutatio mea manu Pauli. Memores sitis vinculorum meorum. [13] Gratia vobiscum. Amen.

Missa e Roma per Tychicum & Onesimum.

EPISTOLÆ PAULI AD COLOSSENSES

FINIS.

λας ἀρχῆς ἀναγινῶναι, τὸ ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς, ὦ Κολασσεῖς, δέξασθε αὐτὸν ἐντίμως. Id est, *De Barnaba forsitan acceperant mandatum, ut eum honorifice reciperent : potest quidem poni punctum post hæc verba, accepistis mandata : deinde ab alio initio legi, si veneri ad vos, ô Colossenses, excipite illum honorifice.* Quod apud Theophylactum legitur παρὰ Βαρνάβα, aut παρὰ usurpavit pro περὶ, aut, quod est credibilius, Scriptor ita depravavit. Indicat autem Theophylactus, si conjunctim legas, dicendum δέξασθαι modo infinito, ut legit Ambrosius: si disjunctim, δέξασθε modo imperandi.

5 *Qui dicitur Justus*] *Justus* hîc Latina vox Ἰῦςος, quum Paulus testetur fuisse Judæum.

6 *Semper sollicitus*] ἀγωνιζόμενος, id est, *certans*, sive *laborans*, vel potius *enixe laborans.*

7 *Ut stetis perfecti*] *Ut sitis*, ἵνα ἦτε. Atque ita legit Ambrosius. Apparet Interpretem pro ἦτε legisse ςῆτε.

8 *Multum laborem*] ζῆλον πολὺν, id est, *multum zelum*, sive *multam æmulationem.*

9 *Lucas medicus*] Λυκᾶς ὁ ἰατρός. Articulus, discernendi causa additus, magis suadet, ut hoc de alio quopiam *Luca* dictum accipiamus: ambigunt enim Interpretes.

10 *Et quæ in domo ejus est ecclesiam*] καὶ τὴν κατ᾽ οἶκον αὐτῦ ἐκκλησίαν, id est, *& domesticam ejus ecclesiam.* Ambrosius, si modo non fallunt codices, existimat *Nympham* fuisse mulierem devotam, ut vocant, sed αὐτῦ pronomen apud Græcos additum significat virum fuisse, non mulierem, *Nympham.* Porro quod addit, *& quæ in domo illius est ecclesiam*, opinor hic *ecclesiam* accipi non pro universo cœtu, sed pro reliqua familia jam Christiana. Nam Græci Interpretes putant, magnatem aliquem ob id fuisse, quod domi habuerit ecclesiam.

11 *Et quum lecta fuerit*] Ex hujus occasione loci, quidam Epistolam subornarunt velut a Paulo scriptam Laodicensibus, sed quæ nihil habeat Pauli præter voculas aliquot ex cæteris ejus Epistolis mendicatas. Etiamsi Faber homo doctus, sed aliquoties nimium candidus, diligenter reliquis admiscuit Epistolis, Græcanica scholia negant hanc Epistolam, de qua hîc agit, a Paulo scriptam fuisse Laodicensibus. Neque enim dixit, *quæ scripta fuit ad Laodicenses*, sed *quæ scripta fuit ex Laodicea.* Proinde fuisse Epistolam, quam Laodicensis quispiam scripserit ad Paulum, in qua tamen inessent quæ ad Colossensium rem pertinerent. Theophylactus indicat fuisse, qui putarint hanc esse, quæ prior est Pauli ad Timotheum, quod eam scripserit Laodiceæ. Tertullianus libro adversus Marcionem v. indicat Hæreticos quosdam tradere, Epistolam, quæ juxta nos scribitur Ephesiis, Laodiceis inscriptam fuisse. Verum ut hac de re non pronuncio, ita nihil vereor asseverare, eam, quam Stapulensis addidit, Pauli non esse. Non est cujusvis hominis Paulinum pectus effingere, tonat, fulgurat, meras flammas loquitur Paulus. At hæc præter quam quod brevissima est, quam friget, quam jacet. Jam illud stultum etiam est, non solum impudens, quod pleraque ex hac ipsa collegit Epistola, quisquis hanc effinxit. At si quicquid erat in Epistola Laodicensium, idem in hac habetur, & quidem tanto copiosius, quorsum attinebat mandare, ut illa hic quoque legeretur? Denique qui factum est, ut hæc Epistola apud Latinos exstet, quum nullus sit apud Græcos, ne Veterum quidem, qui testetur eam a se lectam? Quanquam quid attinet argumentari? Legat qui volet Epistolam, exstat enim in Jacobi Fabri Stapulensis Commentariis. Nullum argumentum efficacius persuaserit, eam non esse Pauli, quam ipsa Epistola. Et si quid mihi naris est, ejusdem est opificis, qui næniis suis omnium veterum Theologorum omnia scripta contaminavit, conspurcavit, perdidit: ac præcipue ejus, qui præ cæteris indignus erat ea contumelia, nempe divi Hieronymi. Nihil enim fere habemus hujus præter Commentarios in Prophetas & Epistolas aliquot, quod non sit studiose ab hoc furcifero vel mutilatum, vel adulteratum, vel confusum turpissimeque contaminatum, ut ne quid dicam de tot voluminibus insulsissimis, quæ idem artifex Hieronymi titulo evulgavit. At Fabri mei candorem & ipse libens imitarer, nisi viderem fieri, ut, dum ad hunc modum obsecundamus indoctis aliquot, indignis afficiantur contumeliis, non solum heroës illi, qui nobis pulcherrima sui monumenta reliquerunt, verum etiam bonæ spei ingenia, quæ hac impostura aut deterrentur a litteris si suboleat, aut inficiuntur si non suboleat. Idem consimili candore Psalterio suo adjecit Epistolam Hieronymi nomine ad Damasum Papam, in qua postulat, ut ad calcem in singulis Psalmis adderetur, *Gloria Patri.* Atqui hac ne fingi quidem possit quicquam infantius, indoctius, insulsius. Tantum abest, ut Hieronymi, hoc est, hominis inimitabili doctrina simul & eloquentia præditi, videri possit.

12 *Vobis legatur*] ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε, id est, *ut & vos legatis* : nam præcessit *eam.*

13 *Gratia Domini nostri Jesu Christi*] Hæc omnia apud Græcos non invenio. Et ita legit Ambrosius, quemadmodum habetur in Græcis exemplaribus, Ἡ χάρις μεθ᾽ ὑμῶν, id est, *Gratia vobiscum.* In codice Donatiani scriptum erat, *Gratia Domini Jesu vobiscum.* Uterque codex e Constantia præbitus consentiebat cum Græcis, *Gratia vobiscum. Amen.*

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM PAULI AD COLOSSENSES,

PER

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM,

FINIS.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

τῆς πρὸς

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ

ΠΡΩΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

ΤΑύτην ἐπιςέλλει ἀπὸ Ἀθηνῶν, ἑωρακὼς πρότερον αὐτὺς, καὶ διατρίψας παρ' αὐτοῖς. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιςολῆς αὕτη. Ὁ Ἀπόςολος πολλὰς θλίψεις παθὼν ἐν Βεῤῥοίᾳ καὶ ἐν Φιλίπποις τῆς Μακεδονίας καὶ ἐν Κορίνθῳ, γινώσκων τε ὅσα πέπονθε καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ, φοβύμενος μὴ ἀκύσαντες Θεσσαλονικεῖς ἃ πέπονθεν ἐν ταῖς προειρημέναις πόλεσι, πειρασθῶσιν ὑπὸ τῦ πειράζοντος, καὶ σκανδαλισθῶσι, μαθὼν δὲ ὅτι καὶ ἐπὶ τοῖς ἀποθνήσκυσι κατώδυνοι ἐγένοντο, ἀποςέλλει Τιμόθεον πρὸς αὐτὺς μετὰ τῆς Ἐπιςολῆς ταύτης. Καὶ πρῶτον μὲν ἐπιςηρίζει αὐτὺς ἐν τῇ πίςει, ὥςε μὴ σαλεύεσθαι διὰ τὰς θλίψεις, καὶ μηδὲν ξενὸν αὐτὺς πεπονθέναι ὑπὸ τῶν Ἰυδαίων, τῶν καὶ τὸν Κύριον ἀποκτεινάντων· Χριςιανῶν γὰρ ἴδιον τὸ θλίβεσθαι ἐν τῷ βίῳ τύτῳ ἔλεγεν. Πολλὰ δὲ παραινέσας αὐτοῖς ὕτως, ὡς παρέλαβον παρ' αὐτῦ, ἀναςρέψασθαι, γράφει περὶ τῶν τελευτόντων, παραμυθύμενος αὐτὺς, καὶ διδάσκων μὴ βαρέως φέρειν· ὐ γὰρ εἶναι τὸν θάνατον ἀπώλειαν, ἀλλ' ὁδὸν ἀναςάσεως. Ἔπειτα δὲ καὶ περὶ τῶν χρόνων αὐτὺς διδάσκει, ἵνα ἄδηλον τὴν ἡμέραν γινώσκοντες, ἀεὶ ἕτοιμοι γίνωνται, καὶ μηδενὶ προσέχωσιν ἀπαγγελλομένῳ περὶ αὐτῆς· ἔσεσθαι γάρ φησι τὴν παρυσίαν ὕτως, ὥςε τὺς περιλειπομένυς καὶ εὑρισκομένυς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, μὴ φθανεῖν τὺς ἐκ νεκρῶν ἐγειρομένυς· ἅμα γὰρ γίνεσθαι τὴν πάντων ἀλλαγὴν διδάσκει. Πρὸς τύτοις, προτρέπων αὐτὺς βελτιῦσθαι ἐν τοῖς ἤθεσιν, προτρέπει αὐτὺς καὶ ἀεὶ χαίρειν τῇ ἐλπίδι, καὶ προσεύχεσθαι, καὶ εὐχαριςεῖν αὐτὺς ἀεὶ τῷ Κυρίῳ, ἐνορκίζων αὐτὺς ἀναγνῶναι τὴν Ἐπιςολὴν ταύτην πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς. Καὶ ὕτως τελειοῖ τὴν Ἐπιςολήν.

IN EPISTOLAM AD

THESSALONICENSES

priorem Argumentum per

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

THessalonica Macedoniæ metropolis est, unde & regionis incolæ Thessalonicenses appellati. Hi in fide semel accepta tanta constantia perstiterunt, ut & Pauli exemplo civium suorum persequutiones infracto & alacri pertulerint animo, nec ullo Pseudapostolorum suasu quiverint ab Evangelica institutione deflecti. Quod veritus Paulus, quem non latebat Pseudapostolorum improbitas, quum ipsi non liceret illos invisere, misit Timotheum. Ex quo reverso quum didicisset illorum constantiam, collaudat eos, gratias agens Deo. Atque id quidem agit capite primo & secundo. In cæteris duobus instituit eos in variis pietatis officiis, subindicans esse inter eos, qui nondum omnino puri essent ab omni libidine, nec deesse qui otio dediti gravarent alios: item qui inquieti ipsi turbarent Ecclesiæ tranquillitatem, quos corripi jubet. Præterea qui de resurrectione nondum satis confirmata essent opinione, quum defunctos ita lugerent, quasi periissent, ac non potius ad meliora demigrassent, hos instituit atque confirmat. Rursus alios disputasse de die adventus Domini, quasi is præsciri prædicique possit, quum incertus sit omnibus. Verum eum ait subitum, & præter omnium exspectationem adfuturum, quo magis simus ad omne momentum parati. Scripsit ab Athenis per Tychicum ministrum, juxta Græcorum inscriptionem: cui collegam addunt Onesimum nostra argumenta, quæ incerto auctore leguntur in vulgatis exemplaribus.

EPI-

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD THESSALONICENSES I.

I. 1 ΠΑΥΛΟΣ καὶ Σιλϐανὸς καὶ Τιμόθεος τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων, ἐν Θεῷ Πατρὶ καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριςῷ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριςοῦ. 2 Εὐχαριςοῦμεν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ πάντων ὑμῶν, μνείαν ὑμῶν ποιούμενοι ἐπὶ τῶν προσευχῶν ἡμῶν, ἀδιαλείπτως 3 Μνημονεύοντες ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς πίςεως καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης, καὶ τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν, 4 Εἰδότες, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι, 5 ὑπὸ Θεοῦ τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν· Ὅτι τὸ Εὐαγγέλιον ἡμῶν οὐκ ἐγενήθη εἰς ὑμᾶς ἐν λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει, καὶ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ, καθὼς οἴδατε, 6 οἷοι ἐγενήθημεν ἐν ὑμῖν δι' ὑμᾶς. Καὶ ὑμεῖς μιμηταὶ ἡμῶν ἐγενήθητε, καὶ τοῦ Κυρίου, δεξάμενοι τὸν λόγον ἐν θλίψει πολλῇ, μετὰ χαρᾶς Πνεύματος ἁγίου· 7 Ὥστε γενέσθαι ὑμᾶς τύπους πᾶσι τοῖς πιςεύουσιν ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ Ἀχαΐᾳ. 8 Ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ Κυρίȣ, ȣ̓ μόνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ Ἀχαΐᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ἡ πίςις ὑμῶν, ἡ πρὸς τὸν Θεὸν, ἐξελήλυθεν, 9 ὥςε μὴ χρείαν ἡμᾶς ἔχειν λαλεῖν τί. Αὐτοὶ γὰρ περὶ ἡμῶν ἀπαγγέλλȣσιν, ὁποίαν εἴσοδον ἔσχομεν πρὸς ὑμᾶς, καὶ πῶς ἐπεςρέψατε πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων, 10 δȣλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ, Καὶ ἀναμένειν τὸν Υἱὸν αὐτȣ̃ ἐκ τῶν ȣ̓ρανῶν, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, Ἰησȣ̃ν τὸν ῥυόμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης. II. 1 Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ἀδελφοὶ, τὴν εἴσοδον ὑμῶν τὴν πρὸς ὑμᾶς, 2 ὅτι ȣ̓ κενὴ γέγονεν, Ἀλλὰ καὶ προπαθόντες καὶ ὑϐρισθέντες, καθὼς οἴδατε, ἐν Φιλίπποις, ἐπαῤῥησιασάμεθα ἐν

I. 1 PAULUS & Silvanus & Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensium, in Deo Patre & Domino Jesu Christo: gratia vobis [1] & pax a Deo Patre nostro & Domino Jesu Christo. 2 Gratias agimus Deo semper de omnibus vobis, mentionem vestri facientes in precibus nostris, indesinenter 3 [2] Memores vestri propter opus fidei ac laborem charitatis, & [3] quod permansistis in spe Domini nostri Jesu Christi [4] coram Deo & Patre nostro, 4 [5] Scientes, fratres dilecti, a Deo electionem vestram: 5 Quoniam Evangelium nostrum fuit erga vos [6] non per sermonem solum, verum etiam per virtutem, & per Spiritum sanctum, [7] perque certitudinem multam, quemadmodum nostis, quales fuerimus inter vos vestra causa. 6 Et vos imitatores nostri facti fuistis, & Domini, [8] recipientes sermonem cum afflictione multa, cum gaudio Spiritus sancti: 7 Adeo ut fueritis [9] exemplo omnibus credentibus in Macedonia & Achaia. 8 A vobis enim [10] pertonuit sermo Domini, non solum in Macedonia & Achaia, verum etiam in omni loco fides vestra, quæ est in Deum, [11] dimanavit, ut non sit nobis necesse loqui quicquam. 9 Siquidem ipsi de vobis annunciant, qualem ingressum habuerimus ad vos, & quomodo conversi fueritis ad Deum a simulacris, ut serviretis Deo viventi & veraci, 10 Et exspectaretis Filium ejus de cœlis, quem excitavit a mortuis, Jesum, [12] qui liberat nos ab ira ventura. II. 1 Nam ipsi nostis, fratres, introitum nostrum ad vos, quod non fuerit inanis, 2 [1] Sed quod ante malis afflicti & contumeliis affecti, quemadmodum scitis, Philippis, [2] audacter egerimus in Domino nostro ad loquendum apud vos Evangelium Dei [3] in multo certa-

1 ET *pax*] Hoc loco Græci addunt illa pene solennia, *a Deo Patre nostro & Domino Jesu Christo:* quum Ambrosius tantum legat, *gratia vobis & pax:* juxta nostros codices.

2 *Memores operis*] Potest & sic accipi, *memores vestri propter opus fidei*, ut subaudias ἕνεκα.

3 *Sustinentiæ*] ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος, id est, *tolerantiæ*, sive *patientiæ spei:* hoc est, quod patienter perseverastis in spe. Ambrosius legit *exspectationis*, pro *sustinentiæ*.

4 *Ante Deum*] ἔμπροσθεν τȣ̃ Θεȣ̃, id est, *coram Deo.*

5 *Scientes fratres*] Nec apud Græcos in hoc sermone servata est ratio Grammatices, quod tamen incommodum nos interpretatione vitavimus, etiamsi me non fugit, Theophylactum ad Paulum & Pauli collegas referre *Scientes*. Verum haud scio an hic sua nobis tradiderit Interpres, quanquam Chrysostomus eadem ferme, licet obscurius, & *electionem* interpretatur *excellentiam:* verum ad hunc sensum parum apte cohærent quæ sequuntur, *Quia Evangelium nostrum.* Mihi *Scientes* positum videtur pro *Scitis*, quod paulo post repetit, *sicut scitis.* Siquidem hoc agit Paulus, ut Thessalonicenses credant, Evangelium, quod acceperant, non esse humanum, sed ex vocante Deo: id duplici probat argumento, & quod ipsos sic transformarit, & quod qui prædicarant, quum essent humiles & afflicti, tamen signis & virtute Spiritus omnia præstiterint.

6 *Non in sermone tantum*] In proxima Epistola admonuimus, λόγον opponi veritati & efficaciæ, pro quo illic Interpres verterat *speciem*. Itidem hic sentit prædicationem suam, & miraculis fuisse comprobatam.

7 *In plenitudine*] ἐν πληροφορίᾳ, de quo superius admonuimus, id est, *in certitudine*, & *certa persuasione.* Nec enim certam facit fidem, qui docet tantum, sed qui miraculis ac malorum tolerantia persuadet, is demum vere persuadet, id quod non faciebant ψευδαπόστολοι. Theophylactus tamen hoc postremum ad toleratas afflictiones refert, quod consentaneum non sit quemquam pro vana doctrina tantum velle perpeti malorum. Thomas duas adducit interpretationes, sed quarum neutra scopum attingat: *In plenitudine*, inquit, *ne se putarent minus accepisse, quam Judæos.* Aut, *In plenitudine, quia nihil illis non tradiderit Paulus eorum quæ ad fidem pertinent.* Ambrosius Græcam vocem ita circumloquutus est, *non in phantasia, sed in veritate plenitudinis.*

8 *Excipientes verbum*] δεξάμενοι τὸν λόγον. Melius, *recepto verbo*, sive *sermone:* sive *qui Domini verbum accepistis:* quod ut Paulus tradidit non sine persequutione, ita illi receperunt non citra afflictionem & insectationem malorum. Cæterum hoc loco, aut δεξάμενοι participium positum est loco verbi, aut ita distinguendum est, quemadmodum distinguit Theophylactus, *Imitatores mei facti estis & Domini*, ut hactenus sit distinctio, deinde sequatur, *excipientes verbum:* ut sit sensus, Imitati estis me & ipsum Christum, eo quod Evangelii causa libenter perpessi sitis afflictionem. Ambrosius legit, *Imitatores nostri facti estis & ipsius Domini, suscipientes verbum.*

9 *Forma*] τύποι, id est, *formæ:* quod Ambrosius vertit, *in exemplum*, & recte.

10 *Diffamatus est*] ἐξήχηται, id est, *exsonuit*, sive *ebuccinatus est*, ut admonet Laurentius: isque optimo jure ridet Remigium, qui notarit Paulum veluti solœcissantem, quod abusus sit hoc verbo *diffamare* in bonam partem, quasi vero Paulus Latine scripserit, ac non magis Græce: aut quasi Paulo præstandum fuerit quicquid quilibet verterit Interpres: ut si Remigius pro νήφειν verteret *inebriari*, Paulus in jus sit vocandus violatæ Latinitatis reus. Jam vero palam falsum est, omnia verba apud Latinos ad eumdem modum composita significare in malam partem, nisi forte *dispergere*, *disjungere*, *dissolvere*, idque genus alia sexcenta, sunt in malam accipienda partem. Apud Græcos hujusmodi vox est, quæ addita nominibus ac verbis id efficit, ut δυςυχεῖν, δυσφημεῖν, contraria εὖ, apud Latinos non item. Certe Augustinus *diffamare* utitur pro *divulgare*, quum fama longe lateque spargitur. Inscitiæ utcunque dari venia potest, verum quis ferat tantam arrogantiam cum inscitia conjunctam? imo quis non rideat tam insignem stultitiam, ut non consultis voluminibus hoc imputet Paulo Græce scribenti, quod admissum sit ab Interprete Latino? Nisi forte Remigius credidit Paulum Græcis scripsisse Latine. Denique fieri potest, ut hoc commentum aliquis Remigii scriptis adsuerit.

11 *Profecta est*] ἐξελήλυθεν, id est, *emanavit*, sive *pervenit*, aut potius *dimanavit.* Neque enim dixit, *in omnem locum*, sed *in omni loco*, ut intelligas id quod ante clanculum mussitabatur, jam cœptum publicitus prædicari.

12 *Qui eripuit*] τὸν ῥυόμενον ἡμᾶς, id est, *qui eripit nos:* participium præsentis temporis.

1 SEd *ante passi multa*] *Multa* addidit nescio quis de suo. Nam nec apud Græcos est, nec apud Ambrosium, nec in vetustis exemplaribus, nominatim Donatianico: concordabat uterque Constantiensis, καὶ προπαθόντες, καὶ ὑϐρισθέντες, id est, *& ante passi, & contumeliis affecti.* Porro *passum* usurpavit Græcorum more, pro afflicto: quibus & πάθος, sive πάθημα, dicitur *afflictio.*

2 *Fiduciam habuimus*] ἐπαῤῥησιασάμεθα. Quod ita circumloquitur Ambrosius, *exerta libertate ausi sumus.* Est autem παῤῥησιάζεσθαι, palam & intrepide, quod dicendum sit, dicere, quemadmodum sæpe jam admonuimus.

3 *In multa sollicitudine*] ἐν πολλῷ ἀγῶνι, id est, *in multo certamine*, sive *labore*, aut *periculo:* quod tamen sæpe vertit ad hunc modum. Ambrosius *certamen* legit.

ἐν τῷ Θεῷ ἡμῶν λαλῆσαι πρὸς ὑμᾶς τὸ Εὐαγγέλιον τῦ Θεῦ ἐν πολλῷ ἀγῶνι. [3] Ἡ γὰρ παράκλησις ἡμῶν ὐκ ἐκ [4] πλάνης, ὐδὲ ἐξ ἀκαθαρσίας, ὔτε ἐν δόλῳ, Ἀλλὰ καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τῦ Θεῦ πιςευθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον, ὕτως λαλῦμεν, ὐχ ὡς ἀνθρώποις ἀρέσκοντες, ἀλλὰ [5] τῷ Θεῷ, τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας ἡμῶν. Οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν, καθὼς οἴδατε, ὔ[6]τε ἐν προφάσει πλεονεξίας, Θεὸς μάρτυς, Οὔτε ζητῦντες ἐξ ἀνθρώπων δόξαν, ὔτε ἀφ' ὑμῶν, ὔτε ἀπ' ἄλλων· [7] Δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι, ὡς Χριςῦ Ἀπόςολοι, ἀλλ' ἐγενήθημεν ἤπιοι ἐν μέσῳ ὑμῶν, ὡς ἂν τροφὸς θάλπη

certamine. [3] Siquidem exhortatio nostra [4] non fuit ex impostura, [5] neque ex immunditia, neque cum dolo, [4] Sed quemadmodum probati fueramus a Deo, [6] ut nobis committeretur Evangelium, ita loquimur, non ut hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. [5] Neque enim unquam per sermonem adulationis versati sumus, quemadmodum nostis, nec per occasionem avaritiæ, Deus est testis, [6] Neque quærentes ex hominibus gloriam, nec a vobis, nec ab aliis: [7] 7 Quum possemus in auctoritate esse, tanquam Apostoli Christi, [8] sed fuimus placidi in medio vestri, perinde ac si nutrix

4 *Non de errore*] ὐκ ἐκ πλάνης. *Error* apud nos tantum est decepti, at πλάνη Græcis est & decipientis: unde maluissem vertere *imposturam*. In hunc sensum interpretantur Græcorum Commentarii. Etenim qui fallere studet, conjicit semetipsum in pericula, sed deliciis indulget potius, & suum ipsius negotium agit.

5 *Neque ex immunditia*] ἐξ ἀκαθαρσίας, id est, *ex immunditia:* quod Græcanica scholia exponunt *maleficas artes & abominandas*, quas ideo vocat *immunditiam*, quod fiat impuris & sordidis rationibus ad imponendum simplicibus, quod magici solent & impostores, simulantes miracula.

6 *Ut crederetur a nobis*] *A* redundat: hoc est, *ut nobis committeretur Evangelium*, πιςευθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον.

7 *Quum possemus vobis oneri esse*] ἐν βάρει εἶναι, id est, *in onere*, sive *in pondere esse*. Quod quidem bifariam legunt Græcanica scholia. Aut ἐν βάρει, hoc est, *in pondere & auctoritate*: quoniam præcessit, *Non quærentes gloriam*: & sequitur, *sed facti sumus parvuli*. Ad hæc Ambrosius videtur de honore, non de gravatione interpretari. Denique ad hunc sensum facit, quod continenter adjecit, *ut Christi Apostoli*. Neque enim est Apostolorum gravare suo supercilio quemquam. Aut ἐν βάρει, quod nihil ab illis acceperit, nec usquam sumptui aut oneri fuerit. Prior interpretatio mihi magis arridet.

8 *Sed facti sumus parvuli*] Interpres & Ambrosius legisse videntur νήπιοι, id est, *parvuli*, sive *pueri*. Verum Græci codices habent ἤπιοι, id est, *mites*, *minimeque austeri*. Utrumque tolerabile est. Verum posterius propius facit ad Pauli sensum, ut opponatur ei ἐν βάρει: ut intelligas eum non fuisse usum fastu & supercilio inter illos, quemadmodum faciebant Pseudapostoli, sed mansuetudine & lenitate. Utramque scripturam indicat Theophylactus Interpres. Ambrosius *honori* legit, non *oneri*, & ita edisserit: *Ad comprimendos*, inquit, *eos*, *quibus nec facultas erat*, *nec pudor*, *& tamen honorem sibi poscebant. Se enim potius quam Dei doctrinam commendari volebant. Apostolus autem*, *qui gloriam non ad præsens*, *sed in futuro requirebat*, *se humilem faciebat*, *ut Dei prædicatio exaltaretur*. Hactenus Ambrosius. Jam ut illud donemus, in contextu pro *oneri* scriptum *honori*, certe palam est, Ambrosium amplecti sententiam, quæ nobis visa est potior. Cui ego sane libentius subscripserim, non tantum ob id quod aptius quadret ad hujus loci sententiam, cum cæteris item complusculis ad hunc ipsum locis pulchre consentiens, verum etiam quod inter tot egregias dotes, quibus Principem ac præcipue Episcopum præditum esse oportet, non alia sit, qua vel ornetur decentius, vel commendetur efficacius, quam morum & ingenii lenitas ac mansuetudo, quæ fere non nisi eximiam probitatem & insignem sapientiam tum comitari solent, tum arguere. Vulgaris aut ficta probitas suum habet fastum, suum habet supercilium, & sibi plus æquo indulgens, ut alienarum virtutum est maligna æstimatrix, ita vitiorum alienorum acerba insectatrix est. Quanquam autem hujus laudis prima secundum Christum gloria penes Paulum nostrum est, qui quum cæteros omnes omnibus & dotibus & officiis Apostolicis longe præcurreret, tamen unus Apostolum esse sese velut ignorabat, hoc sese gerens submissius, quo major esset: tamen his quidem temporibus neminem novi, qui propius ad hanc laudem accedat, quam ille meus, imo non meus, sed totius Insulæ Britannicæ Mœcenas Guilielmus Waramus Archiepiscopus Cantuariensis, in quo cum nihil sit, quacumque contempleris hominem, quod non eximium ac maximum esse judices, tamen haud alia re major videri solet, quam quod modis omnibus maximus, solus ipse magnitudinem suam non agnoscat. Quo fit, ut cum cæteris virtutibus superet etiam maximos, hoc uno nomine superet & seipsum, quod sibi magnus non est. Si quis expendat dignitatis fastigium, si negotiorum molem & amplitudinem, si judicium pene divinum, si vim ingenii incomparabilem, si eruditionem undiquaque absolutam, si vitæ puritatem, si fortunæ splendorem, quem pro temporum ac regionis consuetudine tolerat verius quam habet, ne inter summos quidem ullum invenies, quem cum hoc ausis conferre. Rursum sic obvius & expositus est omnibus, ut vix reperias vel in media plebe, inter infimæ sortis homines, quem hic non anteeat comitate, facilitate, mansuetudine. O mentem vere heroicam & Apostolico viro dignam, cum humanum prætergressus sis modum, tum teipsum in ordinem redigere, ac nec infimum quemquam hominem fastidire! Aliis paululum eruditionis cristas erigit. Aliis imaginum splendor animos effert. Sunt quibus vita castior supercilium adducat. Neque desunt, quos mediocris etiam aura fortunæ sustollat, neque sui sinat meminisse. Hic semper in omni doctrinæ genere summas tenuit, ut qui ingenio longe felicissimo, quod naturæ Deique munere contigerat, studium adjunxerit indefatigabile. Deinde in gravissimis simul ac splendidissimis regni Regisque negotiis toties ac tot annos versatus est, idque non sine summa laude, tum pietatis, tum prudentiæ. Nunc denique, ceu mirificus quidam Geryon, tergeminum heroa suæ præstat universæ Britanniæ, Archiepiscopum ac Primatem, Cancellarium, & Mœcenatem, Archiepiscopum religioni, Cancellarium justitiæ & reipublicæ, Mœcenatem studiis. Quis est tanto animi robore præditus, qui non sub horum uno quolibet sudet anheletque, quæ vir ille solus sustinet? præsertim qui prorsus intelligat quid quisque titulus efflagitet. Siquidem Archiepiscopi Primatisque titulus, quem vir ille sanctissimus Thomas suo martyrio reddidit augustiorem, illud exigit, ut quod Romanus Pontifex universo debet orbi, hoc ille universæ præstet Britanniæ. Jam Cancellarii munus summum & incorruptum totius regni judicem requirit, & ad quem omnibus sit aditus, Laicis pariter & Clericis, a quo tamen nulla jam sit appellatio. Quas hic negotiorum moles, quos causarum fluctus uno ab homine sustineri putas? Ut ne vocem interim ad hanc rationem, neque pauca neque mediocria curarum pondera, quæ ex regiis accedunt negotiis, ut domesticas sollicitudines dissimulem, quas in tam numerosa familia non mediocres esse consentaneum est. Et tamen unum illud pectus tot rebus obeundis non solum sufficit, verum etiam superest. In tam immenso circumstrepentium negotiorum agmine suppetit quod tribuat religioni, quod privatis amicorum affectibus, quod evolvendis libris, quos adeo non fastidit, ut cum nullis amicis confabuletur libentius, quoties a publicis functionibus otii nonnihil suffurari licet. Nimirum hoc illi tribuit admiranda quædam naturæ felicitas, & incredibilis ingenii dexteritas, hoc judicium non minus acre quam promptum & expeditum, hoc diutinus rerum usus, super omnia vero perpetua quædam vitæ sobrietas ac vigilantia. Ne minima quidem ætatis portio datur aleæ, nulla voluptatibus, nulla conviviis, nulla somno, imo naturæ quoque nonnihil detrahit, quod adjiciat juvandæ patriæ. Hac ratione fit, ut & tempus, & ætas jam alioqui grandior, & valetudo tot tantisque negotiis obeundis, sustinendis, exantlandisque sufficiat, quibus ne decem quidem alii pares esse possint. Jam fieri non potest, quin in tam varia negotiorum turba quædam existant non ingentia solum, sed etiam molesta periculosaque. Quandoquidem non temere dictum est illud, *ne Jovem quidem placere omnibus*. At hunc nemo vidit tristem, nemo commotum, nemo vultuosum: tanta est infatigati pectoris vis & constantia. Tum æquitas ac suavitas tanta, ut ab hoc victi discedant æquioribus animis, quam a nonnullis solent victores. Sibi perpetuo tranquillus est, aliis comis & alacris. Jam vero Mœcenatis personam, quam ultro suscepit, ita tuetur ac sustinet, ut Insula semper viris & opibus pollens, olim religione nobilis, nunc optimis item litteris ac disciplinis, hujus potissimum opera sic effloruerit, ut nulli regioni cedere debeat, seu Græcæ pariter ac Latinæ litteraturæ peritiam requiras, seu spectes eloquentiæ vires, seu Mathematicorum acumina, seu reliquam Philosophiæ cognitionem, seu litterarum arcanarum mysteria. Unus alit plurimos, evehit plerosque, favet, fovet, ornat, ac tuetur omnes, non solum eximios, sed & mediocres, nec suos tantum, sed exteros etiam & quovis sub cœlo natos. Quorum in numero me quoque, quantuluscumque sum, esse voluit illius benignitas. Cujus beneficentiæ, quanquam alias quoque profusæ & exundanti, illud etiam geminam addit gratiam, quod vix unquam admoneri sese patitur, rogari nunquam. Quin & gratias agentem mox interpellat, velut hoc ipsum nimium sit, eum, qui summo sit affectus beneficio, verbis agnoscere quod accepit. Abunde sibi relatam gratiam putat, si studiis profuit, si bene cessit omnibus quod ille de suo privato contulit munus. Et quemadmodum non jactat, si feliciter provenit benignitas, ita negligit ac ceu non meminit, si quando secus evenit. Quandoquidem fieri non potest, quin & id accidat nonnunquam ei, qui propensus sit ad bene merendum de omnibus. Judicio adsciscit, quos velit fovere, sed eo sane candido & amico magis quam severo. Cæterum quos semel complexus sit, constantissime fovet, nec ullis invidorum obtrectationibus potest alienari. Quas si quando cogitur audire, mire dissimulat, id quoque studens, ne vel ad eum perveniant quem petunt, ne quid illius contristetur animus. Cujusmodi Mœcenas, si mihi primis illis contigisset annis, fortassis aliquid in bonis litteris esse potuissem. Nunc natus seculo parum felici, cum passim impune regnaret barbaries, præsertim apud nostrates, apud quos tum crimen etiam erat quicquam bonarum litterarum attigisse, tantum aberat ut honos aleret hominum studia, in ea regione, quæ Baccho Cererique dicata tum esset verius quam Musis: quid quæso poteram ingenio vix mediocri præditus? Nam clarissimum virum Henricum Berganum Episcopum Cameracensem, primum studii mei Mœcenatem, mors invida præripuit. Huic proximum Gulielmum Montejovium, inclytum Angliæ Primatem, aulæ negotia bellique tumultus interceperunt. Quanquam, ut vere dicam, huic ipse defui potius, quam ille mihi. Per hunc denique contigit summus ille Cantuarensis, sed provectiori jam & ad quadragesimum devergenti annum. Et tamen hujus excitatus benignitate, in litterarum studiis veluti repubui reviguique; & quod nec natura dederat, nec patria, hoc hujus dedit benignitas. Habent hoc mortalium ingenia, habent hoc studia litterarum, præsidem aliquem ac ducem desiderant, qui suppeditet otium, qui addat animum, qui tueatur adversus excetram invidiæ, quæ non aliter quam umbra corpus sequitur eruditionis gloriam. Denique ad cujus judicium suas exigant vires, cui suas consecrent vigilias. Vidit hoc, opinor, prudens antiquitas, quæ Musis virginibus suum præfecit Apollinem. Proinde sicuti vere dictum est

8 πῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα, Οὕτως ἱμειρόμενοι ὑμῶν, εὐδοκῦμεν μεταδῦναι ὑμῖν, ὐ μόνον τὸ Εὐαγγέλιον τῦ Θεῦ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, διότι ἀγαπητοὶ ἡμῖν 9 γεγένησθε. Μνημονεύετε γὰρ, ἀδελφοὶ, τὸν κόπον ἡμῶν, καὶ τὸν μόχθον· νυκτὸς γὰρ καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν, ἐκηρύ- 10 ξαμεν εἰς ὑμᾶς τὸ Εὐαγγέλιον τῦ Θεῦ. Ὑμεῖς μάρτυρες καὶ ὁ Θεὸς, ὡς ὁσίως καὶ δικαίως καὶ ἀμέμ- 11 πτως ὑμῖν τοῖς πιςεύουσιν ἐγενήθημεν. Καθάπερ οἴδατε, ὡς ἕνα ἕκαςον ὑμῶν, ὡς πατὴρ τέκνα ἑαυτοῦ, 12 Παρακαλοῦντες ὑμᾶς, καὶ παραμυθούμενοι, καὶ μαρτυρούμενοι, εἰς τὸ περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Θεοῦ, τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν καὶ δό- 13 ξαν. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εὐχαριςοῦμεν τῷ Θεῷ ἀδιαλείπτως, ὅτι παραλαβόντες λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν τοῦ Θεοῦ, ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καθώς ἐςιν ἀληθῶς λόγον Θεοῦ, ὃς καὶ ἐνερ- 14 γεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιςεύουσιν. Ὑμεῖς γὰρ μιμηταὶ ἐγενήθητε ἀδελφοὶ τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, τῶν οὐσῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ἐν Χριςῷ Ἰησοῦ, ὅτι ταὐτὰ ἐπάθετε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, κα- 15 θὼς καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, Τῶν καὶ τὸν Κύριον ἀποκτεινάντων Ἰησῦν καὶ τὺς ἰδίυς Προφήτας, καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων, καὶ Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων, καὶ πᾶ- 16 σιν ἀνθρώποις ἐναντίων, Κωλυόντων ἡμᾶς τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι, ἵνα σωθῶσιν, εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας πάντοτε· ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτὺς ἡ ὀργὴ εἰς 17 τέλος. Ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν πρὸς καιρὸν ὥρας, προσώπῳ, οὐ καρδίᾳ, περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν ἐν πολλῇ ἐπι- 18 θυμίᾳ. Διὸ ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, ἐγὼ μὲν Παῦλος, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς, καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ 19 Σατανᾶς. Τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς, ἢ χαρὰ, ἢ ςέφανος

nutrix foveat suos filios, 9 Sic affectu propensi in vos, 8 10 animo cupiebamus impertire vobis, non solum Evangelium Dei, verum etiam nostras ipsorum animas, 11 propterea quod chari nobis facti estis. 12 Meministis enim, fratres, 13 laboris nostri, ac sudoris: 14 9 nocte enim ac die opus facientes, ob id ne cui vestrum essemus oneri, prædicavimus apud vos Evangelium Dei. Vos autem testes estis & Deus, 15 quam sancte & 10 juste 16 & inculpate vobiscum qui credebatis 17 versati fuerimus. Quemadmodum nostis, 18 ut erga unum- 11 quemque vestrum, tanquam pater erga filios suos, fuerimus affecti, Obsecrantes vos, & consolantes, 19 & ob- 12 testantes, ut ambularetis digne Deo, qui vocasset vos in suum regnum ac gloriam. Quapropter & nos gra- 13 tias agimus Deo indesinenter, quod quum acciperetis 20 sermonem a nobis, quo Deum discebatis, 21 accepistis non sermonem hominum, sed sicut erat vere sermonem Dei, 22 qui & agit 23 in vobis credentibus. Vos enim imitatores facti estis fratres Ecclesiarum 14 Dei, quæ sunt in Judæa, in Christo Jesu, quod eadem passi sitis & vos 24 a propriis contribulibus, 25 quemadmodum & ipsi nos a Judæis, Qui ut & Dominum 15 occiderunt Jesum 26 & proprios Prophetas, ita & nos persequuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus adversantur, Qui obsistunt nobis ne loqua- 16 mur gentibus, quo salvi fiant, ut expleant sua peccata semper: 27 pervenit autem in illos ira in finem. Cæ- 17 terum nos, fratres, 28 orbati vobis 29 ad spatium temporis, 30 adspectu, non corde, 31 vehementius studuimus videre faciem vestram cum multo desiderio. Quapropter voluimus venire ad vos, ego quidem Pau- 18 lus, 32 & semel & iterum, & obstitit nobis Satanas. Nam quæ est nostra spes, aut gaudium, aut corona 19 glo-

est Græcorum proverbio, *annum fructificare, non arvum*, quod cœli clementia plus afferat momenti ad segetis proventum quam soli bonitas, ita Principum benignitas est, quæ facit ingeniosos. Nulla regio tam Barbara, tam procul a Solis equis, ut ait Maro, devergens, quæ non habeat dexterrima ingenia, quæ vel in media Græcia nata videri possint, si non desint Mœcenates. Sed dum harum rerum cogitatione teneor, haud scio quo modo pene operis instituti immemor, diutius, quam par est, immoror digressioni. Proinde ad id quod agitur recurrendum.

9 *Desiderantes vos cupide*] Οὕτως ἱμειρόμενοι ὑμῶν. Conatus est explicare ἔμφασιν verbi, significat enim alicujus desiderio mutuoque teneri affectu, sicuti parentis, aut amici. Theophylactus indicat duplicem apud Græcos lectionem, quosdam enim legere ὁμειρόμενοι, id est, *agglutinati & adhærentes*, ab ὁμῦ, *simul*, & εἴρω, quod est *connecto*; rursus alios legere ἱμειρόμενοι, quod sonat, *cum affectu desiderantes*: ἵμερος enim *desiderium* sonat, ἱμείρομαι *desiderio tangor*: vox composita videtur ab ἴω sive ἵημι, quod est *mitto*, sive *tendo*, & ἔρος *amor*, sive *cupido*, quasi dicas, *rapior cupidine*.

10 *Volebamus*] εὐδοκῦμεν. Et hoc verbum affectum habet, quasi dicas, *gestiit animus*, tametsi Græca vox potest esse præsentis temporis.

11 *Quoniam charissimi*] διότι ἀγαπητοὶ, id est, *propterea quod dilecti*, &c.

12 *Memores enim facti estis*] Μνημονεύετε γὰρ, id est, *Meministis enim*. Atque ita legit Ambrosius.

13 *Laboris nostri*] κόπον καὶ μόχθον. Duobus verbis idem significavit, nisi quod μόχθος *labor* est *cum difficultate conjunctus*, quasi dicas, conatum aut molitionem: & ideo verterunt *fatigationes*. In Græcis vocibus jucundior est affinitas soni.

14 *Nocte & die*] νυκτὸς γὰρ καὶ ἡμέρας, id est, *nocte enim & die*.

15 *Quam sancte*] ὡς ὁσίως, id est, *ut*, sive *quod sancte*. Quanquam & Interpres recte vertit. Theophylactus annotat emphasim hujus vocis ὁσίως, quod religionem ac reverentiam Numinis sonat Græcis. Hoc adest ei, qui meminit se Dei negotium agere. Nam quod addit δικαίως, refertur ad homines, quorum nemini fecit injuriam.

16 *Et sine querela*] ἀμέμπτως, id est, ita ut nemo de nobis queri potuerit, hoc est, *inculpate*.

17 *Affuimus*] ἐγενήθημεν, id est, *fuimus*.

18 *Qualiter unumquemque vestrum*] Hic nisi subaudias verbum *complexi fuerimus*, aut aliud simile, sermo erit imperfectus. Verum id in Paulo jam novum esse non oportet, facile licebat mederi, nisi repetitum esset ὡς: & cum ante dixisset ἕνα ἕκαςον ὑμῶν, rursum addidisset, παρακαλῦντες ὑμᾶς. Verum hæc est balbuties Apostolicæ charitatis, quæ se verbis humanis ceu temulenta non explicat.

19 *Et testificati sumus*] καὶ μαρτυρόμενοι, id est, *& testificantes*, aut potius *obtestantes*.

20 *Verbum auditus Dei*] ἀκοῆς τῦ Θεῦ, id est, *sermonem de Deo*, aut *sermonem quo Deum discebatis*.

21 *Accepistis illud non ut verbum* &c.] *Ut* non invenio in quibusdam exemplaribus Græcis, οὐ λόγον ἀνθρώπων, id est, *non sermonem hominum*: etiamsi hic nonnihil variant Græci codices, & apparet ex Græcorum scholiis ὡς adverbium non esse additum in priori parte, sed, *suscepistis verbum Dei*: quod efficacius est, quam *ut verbum Dei*. Certe apud Chrysostomum ac Theophylactum non adscribitur, quanquam sic exponit quasi legisset ὡς. In posteriore particula additur καθὼς, sed additur ἐςὶν ἀληθῶς. Proinde quoniam ὡς aliquando dicitur & de his quæ vere sunt, vitavit addere in priore particula, alioqui addendum erat, *sicut re vera non est*. Quanquam prior illa vox, *Dei*, ad superiora pertinet, *cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei*, hoc est, verbum quod vobis per nos loquebatur Deus. At ego malim, *cum acciperetis*, quam *cum accepissetis*: alioqui quomodo accipiebant, quod jam acceperant?

22 *Qui operatur*] *Qui* apud Græcos referri potest vel ad verbum, vel ad Deum, sed magis ad verbum: & ita Ambrosius; *quod & operatur*, addita etiam copula *&*, in hoc cum Græcis concordans. Nam Paulus sentit divini verbi veluti semen agere in Thessalonicensibus, dum ipsis factis declarant vim sermonis Evangelici. Hoc pacto cum legit, tum interpretatur Theophylactus.

23 *Vobis qui credidistis*] πιςεύουσιν, id est, *qui creditis*: & ita legit Ambrosius, aut certe, *qui credebatis*, propter verbum præteriti temporis, cui adhæret.

24 *Contribulibus vestris*] Græce est *propriis contribulibus*, ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, id est, *a propriis contribulibus*; quanquam magis significat ejusdem gentis quam tribus.

25 *Sicut & ipsi*] Subaudi *nos*.

26 *Et Prophetas*] Græce est *& proprios Prophetas*, καὶ τὺς ἰδίυς Προφήτας.

27 *Pervenit autem in illos ira Dei*] *Dei* apud Græcos hoc loco non additur, ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτὺς ἡ ὀργὴ, id est, *pervenit autem in illos ira*, id est, ultio. Et vetusti codices, nominatim duo Constantienses, habebant *prævenit*, quo modo legit & Ambrosius. *Prævenit* autem dictum est pro *occupavit*, dum illi cunctantur resipiscere. Annotavit Theophylactus additum articulum ἡ ὀργὴ, quo significaretur vindicta illa inevitabilis, quam illis imminere prædictum est a Christo & a Prophetis. Porro εἰς τέλος dixit, pro eo quod est *extrema*, sive *ad extremum*, hoc est, implacabilis ira Dei.

28 *Desolati*] ἀπορφανισθέντες, id est, *velut orphani facti*, & orbati vobis ceu filiis.

29 *Ad tempus horæ*] πρὸς καιρὸν ὥρας. Cur non potius, *ad opportunitatem*, sive *occasionem*, aut certe *articulum temporis*; hoc est, ad breve tempus? Quandoquidem ὥρα *tempus* est Græcis, καιρὸς *breve tempus*. Nos vertimus, *ad spatium temporis*. Theophylactus putat in utraque voce esse diminuendi emphasim; nam καιρὸς articulus temporis, & ὥρα minima diei pars. Certe sic extenuavit Apostolus absentiam suam, quam neque perpetuam vult intelligi, quum ait πρὸς καιρὸν, neque diuturnam, quum ait ὥρας.

30 *Adspectu, non corde*] προσώπῳ, οὐ καρδίᾳ, id est, *facie, non corde*. Atque ita legit Ambrosius, sed magis placet quod vertit Interpres.

31 *Abundantius festinavimus*] ἐσπυδάσαμεν, quod significat & *studuimus*, & *curavimus*. Et *abundantius* dictum est pro *magis*, sive *vehementius*.

32 *Et semel & iterum*] καὶ δὶς, id est, *& bis*: sed Latine vertit Interpres.

νος καυχήσεως, ἢ ὐχὶ καὶ ὑμεῖς ἔμπροσθεν τῦ Κυ- 20 ρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῦ, ἐν τῇ αὐτῦ παρυσίᾳ; Ὑμεῖς γάρ ἐςε ἡ δόξα ἡμῶν καὶ ἡ χαρά. III. 1 Διὸ μηκέτι ςέγοντες 2 εὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι ἐν Ἀθήναις μόνοι, Καὶ ἐπέμψαμεν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ διάκονον τοῦ Θεοῦ, καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τῦ Χριςοῦ, εἰς τὸ ςηρίξαι ὑμᾶς καὶ παρακαλέσαι ὑμᾶς 3 περὶ τῆς πίςεως ἡμῶν, Τῷ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις· αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ὅτι εἰς τοῦ- 4 το κείμεθα. Καὶ γὰρ ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἦμεν, προελέγομεν ὑμῖν, ὅτι μέλλομεν θλίβεσθαι, καθὼς καὶ ἐγέ- 5 νετο, καὶ οἴδατε. Διὰ τῦτο κἀγὼ μηκέτι ςέγων ἔπεμψα εἰς τὸ γνῶναι τὴν πίςιν ὑμῶν, μήπως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων, καὶ εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος 6 ἡμῶν. Ἄρτι δὲ ἐλθόντος Τιμοθέυ πρὸς ἡμᾶς ἀφ᾽ ὑμῶν, καὶ εὐαγγελισαμένυ ἡμῖν τὴν πίςιν καὶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν, καὶ ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν πάντοτε, ἐπιποθῦντες ἡμᾶς ἰδεῖν, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ὑ- 7 μᾶς. Διὰ τῦτο παρεκλήθημεν, ἀδελφοὶ, ἐν ὑμῖν ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει καὶ ἀνάγκῃ ἡμῶν, διὰ τῆς ὑ- 8 μῶν πίςεως. Ὅτι νῦν ζῶμεν, ἐὰν ὑμεῖς ςήκητε ἐν 9 Κυρίῳ. Τίνα γὰρ εὐχαριςίαν δυνάμεθα τῷ Θεῷ ἀνταποδῦναι περὶ ὑμῶν ἐπὶ πάσῃ τῇ χαρᾷ, ᾗ χαί- 10 ρομεν δι᾽ ὑμᾶς ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, Νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὑπερεκπερισσοῦ δεόμενοι, εἰς τὸ ἰδεῖν ὑμῶν τὸ πρόσωπον, καὶ καταρτίσαι τὰ ὑςερήματα 11 τῆς πίςεως ὑμῶν. Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἡμῶν καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησῦς Χριςὸς κατευθύναι τὴν 12 ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς. Ὑμᾶς δὲ ὁ Κύριος πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλυς καὶ εἰς πάν- 13 τας, καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς, Εἰς τὸ ςηρίξαι ὑμῶν τὰς καρδίας ἀμέμπτους ἐν ἁγιωσύνῃ ἔμπροσθεν τῦ Θεῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν, ἐν τῇ παρυσίᾳ τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῦ, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτῦ. IV. 1 Τὸ λοιπὸν ὖν, ἀδελφοὶ, ἐρωτῶμεν ὑμᾶς καὶ παρακαλῦμεν ἐν Κυρίῳ Ἰησῦ, καθὼς παρελάβετε παρ᾽ ἡμῶν, τὸ πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν καὶ ἀρέσκειν Θεῷ, ἵνα πε- 2 ρισσεύητε μᾶλλον. Οἴδατε γὰρ, τίνας παραγγελίας 3 ἐδώκαμεν ὑμῖν διὰ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Τοῦτο γάρ ἐςι θέλημα τοῦ Θεῦ, ὁ ἁγιασμὸς ὑμῶν, ἀπέχε- 4 σθαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς πορνείας, Εἰδέναι ἕκαςον ὑμῶν 5 τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ, Μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας, καθάπερ καὶ τὰ ἔθνη, τὰ μὴ 6 εἰδότα τὸν Θεὸν, Τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτῦ· διότι ἔκδικος ὁ Κύριος περὶ πάντων τούτων, καθὼς καὶ προείπαμεν 7 ὑμῖν, καὶ διεμαρτυράμεθα. Οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ 8 Θεὸς ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ᾽ ἐν ἁγιασμῷ. Τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν, οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεὸν, τὸν

A gloriationis, 33 an non & vos in conſpectu Domini noſtri Jeſu Chriſti, in ejus adventu? Vos enim eſtis 20 gloria noſtra & gaudium. III. Proinde 1 quum non amplius ferremus, viſum eſt nobis, ut Athenis 2 reſideremus ſoli, 2 Ac miſimus Timotheum fratrem noſtrum, ac 3 miniſtrum Dei, & adjutorem operis noſtri in Evangelio Chriſti, ut confirmaret vos & conſolaretur vos 3 de fide noſtra, 4 Ne quiſquam turbaretur in afflictionibus his: nam ipſi noſtis, nos in hunc uſum poſitos 4 eſſe. Etenim quum apud vos eſſemus, prædicebamus vobis fore, ut afflictionem pateremur, quemadmodum B 5 & evenit, & noſtis. Quapropter & ego non amplius ferens, miſi ad hoc, ut cognoſcerem fidem veſtram, ne quo pacto tentaſſet vos ille qui tentat, & inanis 6 factus eſſet labor noſter. Nuper autem 5 quum veniſſet Timotheus ad nos a vobis, & annunciaſſet nobis fidem ac dilectionem veſtram, & quod habeatis memoriam noſtri bonam ſemper, deſiderantes nos videre, 6 quemadmodum nos quoque vos. 7 Idcirco conſolationem accepimus, fratres, per vos ſuper omni afflictione & neceſſitate noſtra, per veſtram fidem. 8 Quoniam nunc vivimus, ſi vos ſtatis in Domino. 9 Quam enim gratiarum actionem poſſumus Deo re- C pendere de vobis ſuper omni gaudio, quod gaudemus propter vos in conſpectu Dei noſtri, 10 Nocte ac die 7 ſupra modum orantes, ut videamus veſtram faciem, & ſuppleamus quæ deſunt fidei veſtræ. 11 Ipſe vero Deus & Pater noſter & Dominus noſter Jeſus Chriſtus dirigat viam noſtram ad vos. 12 Vos autem Dominus 8 abundantes & exuberantes faciat mutua inter vos charitate & in omnes, quemadmodum 9 & nos in vos, 13 Ut confirmet corda veſtra 10 irreprehenſibilia in ſanctimonia coram Deo & Patre noſtro, in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti, cum omnibus ſanctis ejus. IV. 1 Quod ſupereſt igitur, fratres, rogamus vos & adhortamur per Dominum Jeſum, 1 quemadmodum acce- D piſtis a nobis, quomodo oporteat vos verſari & placere Deo, 2 ut abundetis magis. 2 Noſtis enim, quæ præ- 3 cepta dederimus vobis per Dominum Jeſum. Hæc enim eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, ut abſti- 4 neatis a ſcortatione, Et ſciat unuſquiſque veſtrûm ſuum vas poſſidere cum ſanctificatione & honore, 5 Non cum affectu concupiſcentiæ, quemadmodum & 6 gentes, quæ non noverunt Deum, 3 Ne quis opprimat ac fraudet in negotio fratrem ſuum: 4 propterea quod ultor eſt Dominus de omnibus his, 5 quemad- 7 modum & ante diximus vobis, ac teſtati ſumus. Non enim vocavit nos Deus 6 immunditiæ cauſa, ſed ad 8 ſanctificationem. Proinde 7 qui rejicit, non rejicit hominem,

33 *Nonne vos ante Dominum*] Græcis additur conjunctio καὶ, *nonne & vos.* Hujus emphaſim annotavit Theophylactus. Sentit enim non hos ſolum, ſed & cæteros, quos convertit ad Chriſtum, eſſe coronam ſuam & gloriam. *Ante Dominum*, ἔμπροσθεν τῦ Κυρίυ, id eſt, *coram Domino*, ſive *in conſpectu Domini.*

1 *SUſtinentes*] ςέγοντες, id eſt, *non ferentes*, hoc eſt, impares deſiderio videndi vos. *Placuit nobis*, εὐδοκήσαμεν. Quod ut explicaret Ambroſius, vertit *optimum duximus.* Divus Hieronymus putat vocem eſſe novam a Septuaginta confictam, ad explicandam proprietatem Hebræi ſermonis.

2 *Remanere*] ἀπολειφθῆναι, ſive ut alias habetur καταλειφθῆναι, id eſt, *relinqui.* Ambroſius legit, *ut Athenis ſoli relinqueremur.*

3 *Miniſtrum Dei*] Addunt Græci, καὶ συνεργὸν ἡμῶν, id eſt, *& cooperarium noſtrum.* Ita Ambroſius, *& participem operis Dei*: ſic enim reddit συνεργόν.

4 *Ne quis moveatur*] σαίνεσθαι. Quod Græca quidem ſcholia exponunt *turbari*, aut *terreri.* Sumpta metaphora a canibus caudam moventibus, quod idem admonuit Theophylactus.

5 *Veniente, & annunciante*] Utrumque apud Græcos præteriti temporis eſt, ἐλθόντος, καὶ εὐαγγελισαμένυ, id eſt, *cum veniſſet, & annunciaſſet*, quemadmodum legit Ambroſius.

6 *Sicut & nos*] καθάπερ καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς, id eſt, *ſicut & nos vos.* Aut *quoque* conjunctio erat omittenda, aut *&*.

7 *Abundantius orantes*] ὑπὲρ ἐκ περισσῦ δεόμενοι. Et exprimens verborum ἐπίτασιν Ambroſius, legit, *abundantiſſime orantes.* Congeminavit enim Paulus vehementiam affectus: ὑπὲρ, id eſt, *eximie*, ἐκ περισσῦ, *ex abundanti*, ſive *ex ſuperfluo*, quaſi dicat, ſupra modum, & pluſquam oportet.

8 *Et abundare faciat*] Hîc utrumque verbum poſuit tranſitive πλεονάσαι & περισσεύσαι, de quorum altero ſupra meminimus; nam id rarius eſt, ideoque monendum duximus.

9 *Et nos in vobis*] εἰς ὑμᾶς, id eſt, *in vos.*

10 *Sine querela*] ἀμέμπτυς, id eſt, *irreprehenſa*, ut legit Ambroſius. Refertur enim ad corda, quæ talia vult eſſe Paulus, ut nulla de his poſſit eſſe querimonia.

1 *UT quemadmodum accepiſtis*] *Ut* redundat. Sequitur enim hæc conjunctio.

2 *Sic & abundetis*] ἵνα περισσεύητε μᾶλλον, id eſt, *ut abundetis magis.* Reliqua nempe hæc, *ſicut & ambulatis*, redundant. Adjecta videntur explicandæ ſententiæ gratia. Ambroſius tamen addit, *ſicut & ambulatis.* Atque ita ſcriptum comperimus in antiquis exemplaribus Latinis. Ex Theophylacti *Commentariis* non apparet additum fuiſſe, certe in contextu abeſt, quemadmodum nec apud Chryſoſtomum.

3 *Ne quis ſupergrediatur neque circumveniat in negotio fratrem*] In Epiſtolæ ad Epheſios capite v. indicavimus ex auctoritate Hieronymi, verbum quod eſt hic πλεονεκτεῖν, non pertinere proprie ad avaritiam, ſed ad fraudem, qua cum injuria nobis occupamus uxores alienas: alioqui putat ille inconcinne conjungi avaritiam cum libidine, præſertim quum mox ſequatur, *Non enim vocavit nos Deus in immunditiam.* Atque ita ſane interpretatur hoc loco Theophylactus Chryſoſtomum ſequutus. Cui non ſufficit ſua uxor, is πλεονεκτεῖ.

4 *Quoniam vindex*] *propterea quod vindex*, ſive *ultor*, &c. διότι.

5 *Sicut prædiximus*] *Sicut & prædiximus.* Et ita legit Ambroſius, addita conjunctione, ut videatur hæc eſſe repetitio priſtinæ admonitionis, quam debebant meminiſſe.

6 *In immunditiam*] ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ. Quod perinde valet, ac ſi dicas, *non vocavit nos hac lege, ut eſſemus immundi*, Siquidem cauſa & conditio vocationis erat, ut deſineremus eſſe quod eramus. Hanc enim vim habet nonnunquam præpoſitio ἐπὶ, appoſita dandi caſui. Quanquam in eo, quod proxime ſequitur, abuſus eſt ἐν pro ἐπί.

7 *Qui hæc ſpernit*] *Hæc* redundat, ὁ ἀθετῶν, id eſt, *qui rejicit.* Addidit Interpres pronomen *hæc*, explicandæ rei gratia. Demiror autem cur ita Hieronymo viſum ſit ἀθετεῖν vertere *prævaricari*: nam in libro Didymi *de Spiritu ſancto* III. nonnihil de ſuo adjiciens, ſcribit in hunc modum: *Neque enim vocavit nos Deus ad immunditiam, ſed ad ſanctificationem. Itaque qui ſpernit, ſive, quod melius habetur in Græco, qui prævaricatur, non hominem præ-*

τὸν διδόντα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτοῦ εἰς ὑμᾶς. 9 Περὶ δὲ τῆς φιλαδελφίας· οὐ χρείαν ἔχετε γράφειν ὑμῖν· αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐϛε εἰς 10 τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλυς. Καὶ γὰρ ποιεῖτε αὐτὸ εἰς πάντας τοὺς ἀδελφοὺς, τοὺς ἐν ὅλῃ τῇ Μακεδονίᾳ. Παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, περισσεύειν 11 μᾶλλον, Καὶ φιλοτιμεῖσθαι, ἡσυχάζειν, καὶ πράσσειν τὰ ἴδια, καὶ ἐργάζεσθαι ταῖς ἰδίαις χερσὶν ὑ- 12 μῶν, καθὼς ὑμῖν παρηγγείλαμεν, Ἵνα περιπατῆτε εὐσχημόνως πρὸς τοὺς ἔξω, καὶ μηδενὸς χρείαν 13 ἔχητε. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς καὶ οἱ 14 λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. Εἰ γὰρ πιϛεύομεν, ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανεν καὶ ἀνέϛη, οὕτως καὶ ὁ Θεὸς τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν 15 αὐτῷ. Τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίυ, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρυσίαν τῦ 16 Κυρίυ, ὐ μὴ φθάσωμεν τὺς κοιμηθέντας· Ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλυ, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεῦ καταβήσεται ἀπ' ὐρανῦ, καὶ οἱ νεκροὶ 17 ἐν Χριϛῷ ἀναϛήσονται πρῶτον, Ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τῦ Κυρίυ εἰς ἀέρα, καὶ ὕτως 18 πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα. Ὥϛε παρακαλεῖτε ἀλλή- V. 1 λυς ἐν τοῖς λόγοις τύτοις. Περὶ δὲ τῶν χρόνων καὶ τῶν 2 καιρῶν, ἀδελφοὶ, ὐ χρείαν ἔχετε ὑμῖν γράφεσθαι. Αὐτοὶ γὰρ ἀκριβῶς οἴδατε, ὅτι ἡμέρα Κυρίυ, ὡς κλέπτης 3 ἐν νυκτὶ, ὕτως ἔρχεται. Ὅτ' ἂν γὰρ λέγωσιν, εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίϛαται ὄλεθρος, ὥσπερ

minem, sed Deum, 8 qui dedit Spiritum suum sanctum 9 in vos. Cæterum 10 de fraterna charitate non 11 necesse habetis ut scribam vobis: ipsi namque 12 divinitus docti estis, ut diligatis vos invicem. Nam & 10 facitis hoc erga cunctos fratres, qui sunt in tota Macedonia. Obsecramus autem vos, fratres, ut abundetis magis, 13 Et in hoc incumbatis, ut quieti sitis, 14 & 11 agatis res proprias, & operemini propriis manibus vestris, sicuti vobis præcepimus, Ut vos geratis hone- 12 ste erga extrarios, 15 & nulla re vobis sit opus. Cæte- 13 rum nolo vos ignorare, fratres, 16 de iis qui obdormierunt, ne doleatis, quemadmodum & cæteri non habentes spem. 17 Nam si credimus, quod Jesus mortuus 14 est & resurrexit, sic & Deus eos qui obdormierunt per Jesum 18 adducet cum illo. Hoc enim vobis di- 15 cimus in verbo Domini, quod nos qui vivemus & reliqui erimus 19 in adventum Domini, 20 nequaquam præveniemus eos qui dormiunt: Quoniam ipse Domi- 16 nus 21 cum hortatu, 22 & voce archangeli, ac tuba Dei descendet de cœlo, & mortui in Christo resurgent 23 primum, Deinde 24 nos qui vivemus, qui reli- 17 qui erimus, simul cum illis rapiemur in nubibus 25 in occursum Domini in aëra, & sic semper cum Domino erimus. Proinde consolemini vos mutuo 26 sermo- 18 nibus his. Porro de temporibus 1 & articulis tem- V. 1 porum, fratres, non est opus ut vobis scribam. Ipsi 2 enim 2 plane scitis, quod dies ille Domini, ut fur in nocte, ita venturus sit. Quum enim dixerint, pax 3 & 3 tuta omnia, tunc repentinus eis 4 imminet interitus, sicuti

prævaricatur, sed Deum, &c. Quis enim prævaricatur hominem? ut jam idem sit ἀθετεῖν & *prævaricari*. Illud verum est, qui spernit ac rejicit Dei præceptum, utique prævaricatur.

8 *Qui etiam*] *Etiam* non est, τὸν διδόντα, id est, *qui dedit*. Et ita legit Ambrosius.

9 *In vobis*] εἰς ὑμᾶς, id est, *in vos*.

10 *De charitate fraternitatis*] φιλαδελφίας, id est, *fraterno amore*. Ambrosius vertit, *de affectione fraternitatis*. Siquidem hac voce, ex *amore* & *fratre* composita, Apostoli significare solent mutuum Christianorum inter ipsos amorem: idque ex Hebræorum more, qui omnes suæ gentis *fratres* vocant.

11 *Necesse habuimus*] χρείαν ἔχετε, id est, *necesse habetis*, hoc est, *non est necesse vobis ut scribam*. Interpres legisse videtur εἴχομεν.

12 *A Deo didicistis*] θεοδίδακτοι. Quod hic extulit dictione composita, Joannes extulit duabus incompositis, διδακτοὶ Θεῦ, quod illic vertit *docibiles Dei*, hîc significat *a Deo doctos*, & divino instinctu per se afflatos.

13 *Et operam detis*] Καὶ φιλοτιμεῖσθαι. Quod significat *ambitiose conari*. Ambrosius vertit *eniti*: nos, *in hoc incumbatis*.

14 *Ut vestrum negotium agatis*] καὶ πράσσειν τὰ ἴδια, id est, *ut agatis res proprias*. Deterret enim ab alienis appetendis & otio, quo jam tum sub religionis prætextu propendebant plerique. Nunc hoc hominum genere refertus undique mundus est. Quasi cibus debeatur omnibus qui bene vivunt, quod est omnium Christianorum commune: & quasi non bene vivant, qui laborant manibus, aut alio quopiam officio prosunt. Sed orant: & hoc est omnium Christianorum, nec labor obstat precationi. Ne quid dicam de plurimis, qui sub persona pessime vivunt, pro sanctis moribus nobis vestem, cingulum, & calceos fenestratos ostentantes. Porro ridicule quidam locum hunc interpretantur de curando negotio propriæ salutis.

15 *Et nullius aliquid desideretis*] καὶ μηδενὸς χρείαν ἔχητε, id est, *& nullius indigentiam habeatis*. Potest autem *nullius*, vel ad hominem referri, vel ad rem. Curate, ne quid vobis desit, aut curate, ne sit implorandum auxilium alienum.

16 *De dormientibus*] τῶν κεκοιμημένων. Quasi dicas, *somno sopitis*, vel *soporatis*, a dormisco magis quam a dormio.

17 *Si enim credimus quod Jesus mortuus est*] Chrysostomus citans hunc locum Homilia in posteriorem ad Corinthios prima, addit tertium verbum, ἀπέθανε, καὶ ἀνέϛη, καὶ ἔζησεν. Eadem est lectio in *Commentariis*, sed in exponendo non attingit tertiam vocem, quemadmodum nec Theophylactus, unde adjectam suspicor.

18 *Adducet cum eo*] σὺν αὐτῷ, id est, *secum*, aut *cum eo*, hoc est, filio. Id quod mihi magis probatur.

19 *In adventu*] *In adventum*, εἰς τὴν παρυσίαν. *Qui relinquimur & superesse permittimur in illum adventum*; nec enim otiose additus est articulus.

20 *Non præveniemus eos qui dormierunt*] τὺς κοιμηθέντας. Certius erat, *qui dormiunt*, sive *qui obdormierunt*: nam dormisse dicuntur potius qui jam vigilant experrecti. Porro Græca vox perinde sonat quasi dicas, *somno sopitos*. Augustinus cum alias aliquoties, tum libro *de Civitate Dei* xx. legit, *qui ante dormierunt*. Unde apparet in nonnullis Græcis codicibus scriptum fuisse προκοιμηθέντας.

21 *In jussu*] ἐν κελεύσματι. Non est simplex jussio, sed vox illa, qua nautæ seu milites se mutuo adhortantur ad rem strenue gerendam.

22 *In jussu & in*] *Et* redundat, ἐν φωνῇ, id est, *cum voce*: quasi dixisset *in jussu vocis*, quod genus est illud, *molemque & montes*, pro *molestis montibus*.

23 *Primi*] πρῶτοι, id est, *primum*, sive *prius*.

24 *Nos qui vivimus*] Paulus ita loqui videtur, quasi resurrectio ea ætate esset futura qua hæc scribebat. Tametsi quoniam participiis est usus, quæ sequuntur rationem ejus verbi cui adhærent, verti poterant & per futurum, Ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα, id est, *Deinde nos qui vivemus & reliqui erimus, una cum illis rapiemur*. Mirum autem quantum hîc sudetur & ab Augustino & a recentioribus, dum explicare cupiunt, quod Paulus hoc loco plane dicit quosdam rapiendos ad immortalitatem qui vivant. Verum id quoniam non est hujus instituti, nec persequar in præsentia, & alias a nobis super hac re dictum est in 1. Corinthiorum cap. xv. Certe divus Ambrosius libro *de fide resurrectionis* capite ix. sic adducit hunc locum, ut sentire videatur, residuos in adventu Christi rapiendos ad illum, non gustata morte, vel hisce verbis: *Illis*, inquit, *dulcior vita post requiem. Viventibus etsi grata compendia, tamen ignorata remedia*. Nam mortem, ni fallor, illic remedium appellat. Sed hæc scribenti subit suspicio, ab Ambrosio scriptum fuisse *ingrata remedia*, pro *ignorata remedia*: etiamsi in utraque Editione constanter habebatur *ignorata*. Proinde tutius esse puto, quod rectius est sequi, præsertim cum alias idem videatur sentire, nominatim hunc explanans locum. Putat & qui residui fuerint in ipso raptu transituque mortem gustaturos. Theophylactus tamen, quanquam fatetur in hoc sermone non comprehendi Paulum, tamen interpretatur pios, quos Dominus adveniens vivos deprehenderit, simul cum excitatis rapiendos in aërem, nec ullam facit momentaneæ in ipso raptu mortis mentionem. Nec absurdum est quod in hunc locum dicit Scholiastes Latinus, Apostolum semper facere eum diem suspectum, quasi esset fortassis & illos, ad quos scribebat, reperturus. Unde vero constat nobis quod Paulus certum habuerit se moriturum ante Domini adventum? In II. ad Thessalonicenses Epistola cap. II. admonet ne conturbentur Epistola quasi per ipsum scripta, persuasi jam adesse diem Domini. Instat quod in propinquo est, & instat quod jam urget: totus autem ille locus sic involutus est, quasi Paulus noluerit intelligi. Alibi palam dicit, *Dominus prope est*.

25 *Obviam Christo*] εἰς ἀπάντησιν τῦ Κυρίυ, id est, *in occursum Domini*. Atque ita legit is, quisquis fuit, qui scripsit Epistolam secundam ad Demetriadem virginem. Nam sunt qui putant eam esse non Hieronymi, sed Juliani.

26 *In verbis istis*] ἐν τοῖς λόγοις τύτοις τῦ πνεύματος, id est, *in verbis his spiritus*. In nonnullis Græcorum codicibus additum reperi, verum haud scio an mendose, præsertim cum nec apud Hieronymum, nec apud Ambrosium ita legam, ne apud Theophylactum quidem.

1 ET *momentis*] καὶ καιρῶν. Melius fortassis vertisset, *articulis*, sive *opportunitatibus*. Nam χρόνος simpliciter *tempus* significat, ut annum, aut mensem. At καιρὸς articulum temporis cum res gerenda est. Tertullianus libro *de carnis resurrectione* vertit, *de temporibus autem & spatiis temporum*.

2 *Diligenter scitis*] ἀκριβῶς οἴδατε, id est, *exacte nostis*, sive *ad plenum scitis*.

3 *Et securitas*] ἀσφάλεια, id est, cum tuta res, & nihil est periculi: & idcirco Ambrosius vertit *firmitas*.

4 *Superveniet interitus*] ἐφίϛαται ὄλεθρος, id est, *instat*, vel *imminet interitus*, sive *exitium*, verbo præsentis temporis, ut efficacius exprimeret inexspectatum mali incursum. Nec est *effugient*, sed *effugiant*, ἐκφύγωσιν, hoc est, non possent effugere.

5 In

ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, καὶ οὐ μὴ ἐκφύγωσιν. 4 Ὑμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, οὐκ ἐστὲ ἐν σκότει, ἵνα ἡ 5 ἡμέρα ὑμᾶς ὡς κλέπτης καταλάβῃ. Πάντες ὑμεῖς υἱοὶ φωτός ἐστε, καὶ υἱοὶ ἡμέρας, οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς, 6 οὐδὲ σκότους. Ἄρα οὖν μὴ καθεύδωμεν, ὡς καὶ οἱ λοι- 7 ποὶ, ἀλλὰ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν. Οἱ γὰρ καθεύδοντες, νυκτὸς καθεύδουσι, καὶ οἱ μεθυσκόμενοι, νυ- 8 κτὸς μεθύουσιν. Ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντες, νήφωμεν, ἐνδυσάμενοι θώρακα πίστεως καὶ ἀγάπης, καὶ περι- 9 κεφαλαίαν ἐλπίδα σωτηρίας. Ὅτι οὐκ ἔθετο ἡμᾶς ὁ Θεὸς εἰς ὀργὴν, ἀλλ' εἰς περιποίησιν σωτηρίας διὰ 10 τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, Τοῦ ἀποθανόντος ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα, εἴτε γρηγορῶμεν, εἴτε καθεύδωμεν, 11 ἅμα σὺν αὐτῷ ζήσωμεν. Διὸ παρακαλεῖτε ἀλλήλους, 12 καὶ οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα, καθὼς καὶ ποιεῖτε. Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ, καὶ νου- 13 θετοῦντας ὑμᾶς, Καὶ ἡγεῖσθε αὐτοὺς ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ ἐν 14 ἀγάπῃ διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν, εἰρηνεύετε ἐν αὐτοῖς. Παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους, ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, 15 μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας. Ὁρᾶτε, μή τις κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινι ἀποδῷ, ἀλλὰ πάντοτε τὸ ἀγαθὸν διώκετε, 16 καὶ εἰς ἀλλήλους, καὶ εἰς πάντας. Πάντοτε χαίρετε, 17 18 Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, Ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε· τοῦτο 19 γὰρ θέλημα Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εἰς ὑμᾶς. Τὸ 20 Πνεῦμα μὴ σβέννυτε. Προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε. 21 22 Πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε. Ἀπὸ παν- 23 τὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε. Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς· καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρου- 24 σίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τηρηθείη. Πιστὸς ὁ καλῶν 25 ὑμᾶς, ὃς καὶ ποιήσει. Ἀδελφοὶ, προσεύχεσθε περὶ ἡ- 26 μῶν. Ἀσπάσασθε τοὺς ἀδελφοὺς πάντας ἐν φιλήματι 27 ἁγίῳ. Ὁρκίζω ὑμᾶς τὸν Κύριον, ἀναγνωσθῆναι τὴν 28 Ἐπιστολὴν πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἀδελφοῖς. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν. Ἀμήν.

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ΠΡΩΤΗΣ

Τ Ε Λ Ο Σ.

sicuti dolor partus mulieri 5 prægnanti, nec effugient. 4 At vos, fratres, non estis in tenebris, ut dies ille vos 5 tanquam fur opprimat. Omnes vos filii lucis estis, ac filii diei, 6 non sumus noctis, neque tenebrarum. 6 Proinde ne dormiamus, sicut & cæteri, sed vigilemus & sobrii simus. 7 Nam qui dormiunt, nocte dormiunt, & qui inebriantur, noctu sunt ebrii. 8 At nos qui sumus diei, sobrii simus, induti 7 thoracem fidei & charitatis, & pro galea spem salutis. 9 Quoniam non constituit nos Deus, ut iram nobis concitemus, sed ut salutem consequamur per Dominum nostrum Jesum Christum, 10 Qui mortuus est pro nobis, ut, sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum illo vivamus. 11 Quapropter adhortemini vos mutuo, 8 & ædificetis singuli singulos, sicut & facitis. 12 Rogamus autem vos, fratres, ut agnoscatis eos, qui laborant inter vos, & qui præsunt vobis in Domino, & admonent vos, 13 9 Ut habeatis illos in summo pretio per charitatem 10 propter opus illorum, 11 pacem habete cum illis. 14 Obsecramus autem vos, fratres, 12 monete inordinatos, consolamini pusillanimes, sublevate 13 infirmos, 14 patientes estote erga omnes. 15 Videte, ne quis malum pro malo cuipiam reddat, sed semper quod bonum est sectemini, tum erga vos invicem, tum erga omnes. 16 Semper gaudete, 17 Indesinenter orate, 18 In omnibus gratias agite: hæc enim est voluntas Dei per Christum Jesum 15 erga vos. 19 Spiritum ne exstinguatis. 20 Prophetias ne adspernemini. 21 16 Omnia probate, quod bonum fuerit tenete. 22 Ab omni specie mala 17 abstinete. 23 Ipse autem Deus pacis 18 sanctificet vos totos: & integer vester spiritus, & anima, & corpus, 19 ita ut in nullo possitis culpari, in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur. 24 Fidelis est qui vocavit vos, qui idem efficiet. 25 Fratres, orate pro nobis. 26 Salutate fratres omnes cum osculo sancto. 27 Adjuro vos per Dominum, ut recitetur 20 hæc Epistola omnibus sanctis fratribus. 28 Gratia Domini nostri Jesu Christi sit vobiscum. Amen.

Ad Thessalonicenses prima scripta fuit ex Athenis.

EPISTOLÆ PAULI AD THESSALONICENSES PRIMÆ

F I N I S.

5 *In utero habentis*] τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, id est, *in utero habenti*, dandi casu. Est autem hic ὠδὶν, id est, *dolor*, sed proprie parturientium. Unde Ambrosius sic extulit, *quemadmodum dolor partus pregnanti*: ut sit sensus, Sic illis imminere subito diem judicii, ut mulieri gravidæ nixus ingruit & dolor partus.

6 *Non estis noctis, neque tenebrarum*] Valla legit ἐσμὲν, id est, *sumus*, non *estis*. Quanquam quod ad sensum pertinet nihil interest, sentit enim de omnibus Christianis. Ambrosius legit, *non estis noctis*.

7 *Loricam fidei*] θώρακα. Ea pars corporis est apud Medicos, quæ pectus & humeros ac scapulas complectitur usque ad stomachi sedem. Unde & vestis aut armatura hanc muniens, *thorax* dicitur. Et *galeam spem* dixit appositive. Nos, quo dilucidior esset sermo, vertimus, *pro galea spem salutis*.

8 *Et ædificate alterutrum*] εἷς τὸν ἕνα, id est, *unus unum*, hoc est, vicissim alius alium.

9 *Ut habeatis illos abundantius in charitate*] Græca sic habent, Καὶ ἡγεῖσθε αὐτοὺς ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ ἐν ἀγάπῃ. Quorum sententia sic reddi poterat, *Ut illos summopere habeatis in pretio per charitatem*. Ambrosius ita legit, *Ut illis summum honorem habeatis in charitate*, &c. Congeminavit autem ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ, de quo superius admonuimus.

10 *Propter opus illorum*] διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν. Quod perinde sonat, quasi dicas, *propter facta illorum*. Hunc locum oportet annotare diligenter Episcopos, qui exigunt a suis summum honorem, cum ipsi non curent præstare suum officium. Paulus jubet eos haberi in summo honore, sed propter opus, non propter inanem titulum, hoc est, laborantes, præsidentes in Domino, non cum fastu dominantes, admonentes, docentes, consolantes, quod proprium est Episcoporum munus.

11 *Et pacem habete cum eis*] εἰρηνεύετε ἐν αὐτοῖς, id est, *pacifici sitis inter illos*. Quanquam Interpres vertit sententiam satis recte. Alii Græcorum codices habebant ἐν ἑαυτοῖς, hoc est, *inter vos*. Atque ita legit Ambrosius.

12 *Corripite inquietos*] νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, id est, *admonete inordinatos*, sive *incompositos*. Sentit autem *intractabiles*, qui parere nolunt, & ob hoc turbant communem pacem.

13 *Suscipite infirmos*] ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, id est, *sublevate & fulcite infirmos*: quod Ambrosius legit, *opitulamini infirmis*: nam ἀντέχεσθαι proprie est adjutare adnitentem.

14 *Patientes estote*] μακροθυμεῖτε, hoc est, *lenti ad iracundiam*.

15 *In omnibus vobis*] εἰς ὑμᾶς, id est, *in vos*.

16 *Omnia autem probate*] *Autem* apud Græcos non additur, nec ad rem facit. Cæterum δοκιμάζειν Græcis quoque verbum est anceps, quemadmodum Latinis *probare*, quod interdum est approbare, interdum explorare cujusmodi sit. Theophylactus hoc loco interpretatur, *probate*, *dijudicate*. Quemadmodum alibi, *Probate spiritus, si ex Deo sint*. Audiendi Prophetæ, sed cum judicio. Miror quod exemplar secutus Augustinus, legit hoc pacto, idque in libello adversus Adamantium capite xv. *Spiritum nolite spernere, prophetiam nolite exstinguere, omnia legite, quæ bona sunt tenete*: nisi quod arbitror Scriptoris accidisse vitio, quod Augustinus sequutus est; nam quæ sequuntur declarant illum ita legisse. Itidem citat libro *de Natura & Gratia* cap. ix. Aut certe sensum Pauli ad suum negotium accommodavit. Tertullianus in libro *de præscriptionibus Hæreticorum*, *Omnia examinate, quod bonum est tenete*.

17 *Abstinete vos*] ἀπέχεσθε, id est, *abstinete*. Nec additur *vos*.

18 *Sanctificet vos per omnia*] ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς· καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, &c. id est, *sanctificet vos totos: & integer spiritus vester, & anima*, &c. quemadmodum refert Tertullianus in libro *de resurrectione carnis*. Hieronymus in Quæstionibus ad Hedibiam ita citat hunc locum: *Deus igitur pacis sanctificet vos per omnia, vel in omnibus plenos, sive perfectos*: hoc enim magis sonat ὁλοτελεῖς. Ergo sensus est, *sanctificet vos per omnia perfectos*, hoc est, *& in spiritu, & in anima, & in corpore*. In has enim partes hominem dividit Paulus. Porro ὁλόκληρον sonat *integrum*, non quod nos vocamus integrum incorruptum, sed quod omnibus suis numeris ac partibus constat. Quod subindicavit Didymus in opere *de Spiritu sancto*. Siquidem colligens hoc loco spiritum non posse Spiritum divinum intelligi, *Incredibile*, inquit, *atque blasphemum, orare Apostolum, ut Spiritus sanctus integer servetur, qui nec immutationem potest recipere, nec profectum*.

19 *Sine querela*] ἀμέμπτως, id est, *irreprehensibiliter*.

20 *Epistola hæc*] *Hæc* redundat apud nos. Additum est autem ad explicandum articuli vim, τήν.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM PAULI AD THESSALONICENSES PRIMAM, PER

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM,

F I N I S.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

τῆς πρὸς

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ

ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

ΤΑύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Ῥώμης. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιστολῆς αὕτη. Τινὲς ἀπὸ Θεσσαλονίκης ἀργοὶ καὶ ἄτακτοι περιερχόμενοι τοὺς ἀδελφοὺς ἀφήρπαζον, ὡς ἤδη τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἐνστάσης· ἠπάτων δὲ τοὺς ἀκούοντας, ὡς τοῦ Ἀποστόλου τοῦτο δηλοῦντος, καὶ ὑπὸ Πνεύματος ἀκούσαντος. Ταῦτα τοίνυν μαθὼν ὁ Ἀπόστολος, γράφει τὴν Ἐπιστολὴν, καὶ πρῶτον μὲν ἀποδέχεται τὴν πίστιν αὐτῶν αὐξάνουσαν· καὶ ὅτι ἐν αὐτοῖς ἐκαυχᾶτο, τὰς θλίψεις γενναίως ὑποφέρουσι διὰ τὸν Χριστόν. Καὶ παραμυθεῖται δὲ αὐτοὺς ὡς ἐσομένης ἐκδικίας παρὰ τοῦ Θεοῦ κατὰ τῶν αὐτοὺς ἐκδικούντων. Ἔπειτα περὶ τῆς παρουσίας τοῦ Σωτῆρος διδάσκει, μηδενὶ αὐτοὺς πείθεσθαι, μηδὲ θροεῖσθαι αὐτὰς, μήτε διὰ πνεύματος, μήτε ὡς αὐτοῦ γράψαντος, μήθ' ὅλως νομίζειν ἤδη παρεῖναι αὐτήν· μὴ γὰρ πρότερον ἔσεσθαι αὐτὴν, ἐὰν μὴ ἡ ἀποστασία πρῶτον ἔλθῃ, καὶ μετ' αὐτὴν ὁ ἀντίχριστος, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, οὗ τὴν παρουσίαν ἐν σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ ἔσεσθαι σημαίνει. Εἶτα παραινέσας αὐτοῖς στήκειν γενναίως, καὶ κρατεῖν τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδιδάχθησαν παρ' αὐτοῦ, παραγγέλλει μηδὲ μίαν κοινωνίαν ἔχειν μετὰ τῶν ἀτάκτων, ἀλλὰ ἀποβάλλειν αὐτούς· εἶναι γὰρ περιέργους καὶ πλάνους ἐδήλωσε τοὺς τοιούτους. Καὶ καθόλου δὲ παρήγγειλε τὸν μὴ ὑπακούοντα τοῖς λόγοις αὐτοῦ, τοῦτον ἀποσυνάγωγον γίνεσθαι. Καὶ λοιπὸν ἐπευξάμενος αὐτοῖς εἰρήνην, τελειοῖ τὴν Ἐπιστολὴν, τὸν ἀσπασμὸν τῇ ἰδίᾳ χειρὶ γράψας, ὅπερ σημεῖον εἶναι πάσης Ἐπιστολῆς δεδήλωκεν.

IN EPISTOLAM AD

THESSALONICENSES II.

Argumentum per

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

QUoniam non contigit Paulo facultas revisendi Thessalonicenses, per Epistolam confirmat illorum animos, ut fortiter ferant illatas ob Christum afflictiones, nec ipsis defuturum præmium, nec adversariis vindictam. Rursum de die adventus Domini, de quo nonnihil attigerat in Epistola superiori, monet, ne quid commoverentur quorumdam dictis, qui asseverabant illum jam instare, tecte, sicuti putant, significans, prius abolendum Romanum Imperium, ac deinde venturum Antichristum. Attentius etiam inculcat, coërcendos esse, qui otio & curiositate sua turbarent quietem & ordinem publicum, & ad opus adigendos, quum ipse Paulus apud eos manibus suis laborarit. Scripsit Athenis per eosdem, per quos misit priorem Epistolam, ut nostra docent argumenta.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD THESSALONICENSES II.

I. 1 ΠΑΥΛΟΣ καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος, τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων, ἐν Θεῷ Πατρὶ ἡμῶν καὶ 2 Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ· Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ 3 Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἀδελφοὶ, καθὼς ἄξιόν ἐστιν, ὅτι ὑπεραυξάνει ἡ πίστις ὑμῶν, καὶ πλεονάζει ἡ ἀγάπη ἑνὸς ἑκάστου πάντων ὑμῶν εἰς ἀλλήλους. 4 Ὥστε ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν ὑμῖν καυχᾶσθαι ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν καὶ πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς διωγμοῖς ὑμῶν καὶ ταῖς θλίψεσιν, αἷς ἀνέχε-5 σθε, Ἔνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, ὑπὲρ ἧς καὶ 6 πάσχετε. Εἴπερ δίκαιον παρὰ Θεῷ, ἀνταποδοῦναι τοῖς 7 θλίβουσιν ὑμᾶς θλίψιν, Καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβομένοις ἄνεσιν μεθ' ἡμῶν, ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἀπ' 8 οὐρανοῦ, μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ, Ἐν πυρὶ φλογὸς, διδόντος ἐκδίκησιν τοῖς μὴ εἰδόσι Θεὸν, καὶ τοῖς μὴ ὑπακούουσι τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. 9 Οἵτινες δίκην τίσουσιν, ὄλεθρον αἰώνιον, ἀπὸ προσώπου 10 τοῦ Κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, Ὅταν ἔλθῃ ἐνδοξασθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, καὶ θαυμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν, ὅτι ἐπιστεύθη τὸ μαρτύ-11 ριον ἡμῶν ἐφ' ὑμᾶς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· Εἰς ὃ καὶ προσευχόμεθα πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ πληρώσῃ πᾶσαν εὐδο-12 κίαν ἀγαθωσύνης καὶ ἔργον πίστεως ἐν δυνάμει· Ὅπως ἐνδοξασθῇ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ἐν αὐτῷ, κατὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ

II. 1 ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ὑπὲρ παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-2 στοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτὸν, Εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς, μήτε θροεῖσθαι, μήτε διὰ πνεύματος, μήτε διὰ λόγου, μήτε δι'

I. 1 PAULUS & Silvanus ac Timotheus, Eccleſiæ Theſſalonicenſium, in Deo Patre noſtro & Domino Jeſu Chriſto: 2 Gratia ſit vobis & pax a Deo Patre noſtro & Domino Jeſu Chriſto. 3 Gratias agere debemus Deo ſemper de vobis, fratres, [1] ut par eſt, quod vehementer [2] augeſcit fides veſtra, & exuberat [3] mutua veſtra omnium charitas cujuſque in alterum, 4 Adeo ut nos ipſi de vobis gloriemur in Eccleſiis Dei, de tolerantia veſtra & fide ſuper omnibus perſequutionibus veſtris & afflictionibus, quas ſuſtinetis, 5 [4] Documentum juſti judicii Dei, in hoc ut digni habeamini [5] regno Dei, pro quo & patimini. 6 [6] Siquidem juſtum eſt apud Deum, [7] reddere iis, qui affligunt vos, afflictionem, 7 Et vobis, qui affligimini, relaxationem nobiſcum, quum revelabitur Dominus Jeſus de cœlo, cum angelis [8] potentiæ ſuæ, 8 [9] Cum incendio flammæ, [10] qui infligit ultionem iis qui non noverunt Deum, & qui non obediunt Evangelio Domini noſtri Jeſu Chriſti: 9 Qui [11] pœnam luent, [12] interitum æternum, a facie Domini, [13] & a gloria fortitudinis illius, 10 Quum venerit ut glorificetur in ſanctis ſuis, & [14] admirandus fiat in omnibus credentibus, [15] quod fides habita ſit teſtimonio noſtro erga vos [16] in die illo: 11 [17] Ad quod etiam oramus ſemper pro vobis, [18] ut vos dignos habeat [19] iſta vocatione Deus noſter, & compleat [20] omne bonum propoſitum [21] bonitatis [22] & opus fidei [23] cum potentia: 12 Ut [24] illuſtretur nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti per vos, & vos per illum, juxta gratiam Dei noſtri & Domini Jeſu Chriſti.

II. 1 Rogamus autem vos, fratres, [1] per adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti, & noſtri aggregationem in illum, 2 Ne [2] cito dimoveamini [3] a mente, neque turbemini, neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neque

1 VT *dignum eſt*] Invenitur quidem & hoc apud Latinos, cæterum uſitatius magiſque Latinum eſt, *ut par eſt*, καθὼς ἄξιόν ἐστι.

2 *Supercreſcit fides veſtra*] ὑπεραυξάνει, præpoſitio Græca ſonat epitaſin. Alioqui Latinis *ſupercreſcit*, quod innaſcitur alicui rei, aut quod incremento ſuo opprimit alia.

3 *Unuſquiſque veſtrum*] ἑνὸς ἑκάστου πάντων. Addunt *omnium*, ad vehementiam. Et Ambroſius, *uniuſcujuſque omnium veſtrum*.

4 *In exemplum*] Non eſt παράδειγμα, ſed ἔνδειγμα, id eſt, *exemplum*, ſive *oſtenſionem*, aut *ſpecimen*, aut *declarationem*. Nam *exemplar* imitandi gratia proponitur, ἔνδειγμα declarat quod latebat. Tum enim clareſcet Dei juſtitia, quum cruciatibus æternis dedentur, qui hîc ſine fine cruciant pios: & regno cœleſti potientur, qui hîc ſpe promiſſæ felicitatis dira perpeſſi ſunt. Præpoſitio *in* redundat, aut nominandi caſu, *oſtenſio*, ut referatur ad illos qui affliguntur, id eſt, Vos eſtis documentum, & oſtenditis rectum eſſe judicium Dei, cum tanta paſſos remuneratur regno ſuo.

5 *In regno Dei*] *In* præpoſitio redundat, nec addit Ambroſius.

6 *Si tamen juſtum eſt*] Ambroſius legit *ſiquidem*, non *ſi*. Et Aquinas annotavit in nonnullis exemplaribus ſcriptum fuiſſe *ſiquidem*, pro *ſi tamen*. Græca ſcholia exponunt hoc loco εἴπερ poſitum pro ἐπειδήπερ, id eſt, *quandoquidem*: affirmantis enim eſſe, non dubitantis. Quod ſi maxime *ſiquidem* pronatur pro *ſi*, tanto magis affirmabit, veluti verum inferens, de quo nefas ſit dubitare. Mirum cur Interpres putarit addendum *tamen*.

7 *Retribuere retributionem*] ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλίψιν, id eſt, *retribuere affligentibus vos afflictionem*. Et Ambroſius, *retribuere eis qui vos deprimunt preſſuram*. Proinde videtur errore Librariorum depravatum in vulgatis exemplaribus, præſertim cum in pervetuſto exemplari Bibliothecæ Paulinæ exſtet, *retribuere tribulationem*: atque ita ſcriptum comperi & in aliis nonnullis per Typographos excuſis. Quin & ipſum ſchema ex contrariis contextum indicat germanam lectionem. Opponit enim affligentes afflictis, & afflictionem requiei, quæ Græcis eſt ἄνεσις, id eſt, *relaxatio*; nam θλίβω proprie eſt *premo*.

8 *Virtutis ejus*] δυνάμεως, id eſt, *potentiæ*.

9 *In flamma ignis*] ἐν πυρὶ φλογὸς, id eſt, *in incendio*, ſive *igni flammæ*. Atque ita legit Ambroſius.

10 *Dantis vindictam*] *Dantis* ad Dominum refertur, non ad flammam. Nam quamvis apud Latinos anceps eſt ſermo, apud Græcos non eſt.

11 *Pœnas dabunt*] δίκην τίσουσι, id eſt, *pœnam luent*, ſive *pendent*.

12 *In interitu*] *In* redundat, ὄλεθρον αἰώνιον, ut addatur appoſitive, & intelligamus non quamlibet pœnam, ſed æternam.

13 *Gloria virtutis*] τῆς ἰσχύος, id eſt, *roboris* ſive *potentiæ*: ne quis accipiat ἀρετὴν, id eſt, *virtutem*, quæ pugnat cum vitio, ut ſæpius jam admonuimus.

14 *Admirabilis fieri*] θαυμασθῆναι, quod Ambroſius expreſſit *mirificari*. Eſt enim Græcis verbum paſſivum, cum aliis quis redditur admirandus.

15 *Quia creditum eſt teſtimonium noſtrum*] ὅτι ἐπιστεύθη τὸ μαρτύριον ἡμῶν. Ambroſius, ut vitet amphibologiam, ſic explicat, *quia fidem habuit teſtimonium noſtrum*. Sed Latinius poterat, *quod fides habita ſit teſtimonio noſtro*.

16 *In die illo*] Ambroſius hîc addit, *adventus Domini*.

17 *In quo etiam oramus*] Εἰς ὃ καὶ προσευχόμεθα, id eſt, *In quod & oramus*, ſive *Ad quod*. Si refers ad ſuperiora, hic erit ſenſus, ut cum primis fiat deprecatio, hoc eſt, ante omnia. Et in hanc ſententiam exponit Chryſoſtomus. Sin ad ſequentia, ſenſus erit, ut precationes fiant ab omnibus.

18 *Et dignetur*] ἀξιώσῃ. Ambroſius vertit, *dignos habeat*.

19 *Sua vocatione*] τῆς κλήσεως, id eſt, *vocatione*. Nec additur *ſua* apud Græcos, niſi quod articulus additus ferme tantundem efficit: itaque nos addidimus *iſta vocatione*.

20 *Omnem voluntatem*] εὐδοκίαν, id eſt, *beneplacitum*, ſive *bonum propoſitum*. Miror quid ſequutus Ambroſius legat, *omni placito bonitatis*, niſi ſubaudivit κατὰ, *perficiat vos juxta bonam voluntatem ſuam*. Rurſus hîc vox eſt, qua Paulus & Evangeliſtæ ſolent excludere merita hominum.

21 *Bonitatis ſuæ*] ἀγαθωσύνης. Nam *ſuæ* rurſus abundat.

22 *Et opus fidei*] Et hîc Ambroſius legit *opere*, ut reſpondeat *placito*.

23 *In virtute*] ἐν δυνάμει, id eſt, *potentia* & *robore*.

24 *Clarificetur*] ἐνδοξασθῇ, id eſt, *celebre fiat*, aut *nobilitetur*, aut *glorificetur*.

1 PEr *adventum*] Græca ſic habent, ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτόν. Quorum ſententia ita reddi poterat, *nomine adventus Domini noſtri Jeſu Chriſti, & nomine aggregationis noſtræ in illum*. Atque in hunc ſenſum interpretantur Græca ſcholia. Obteſtatur enim eos non ſolum hoc nomine, quod Chriſtus appariturus ſit in ſua potentia, ſed quod ipſi quoque fideles illic ſint adfuturi, & adjungendi Chriſto. *Ipſum* autem, ſive *illum*, non refert Dominum, ſed adventum, παρουσίαν, & eſt ἐπ' αὐτήν. Ambroſius legiſſe videtur ἐπ' αὐτὸ, ſi modo codex mendo vacat. Legit enim, *in idipſum*.

2 *Cito moveamini*] ταχέως σαλευθῆναι. Quod eſt proprie fluctuantis, & dimoti de loco.

3 *A veſtro ſenſu*] νοὸς, id eſt, *mente*, ſive *intellectu*.

4 *Tan-*

δι' ἐπιϛολῆς, ὡς δι' ἡμῶν, ὡς ὅτι ἐνέϛηκεν ἡ ἡμέρα 3 τῦ Χριϛῦ, Μή τις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον, ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποϛασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀ- 4 πωλείας, Ὁ ἀντικείμενος, καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν, ἢ σέβασμα, ὥϛε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τῦ Θεῦ ὡς Θεὸν καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν 5 ὅτι ἐϛὶ Θεός. Οὐ μνημονεύετε, ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς, 6 ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν; Καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε, 7 εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτῦ καιρῷ. Τὸ γὰρ μυϛήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας, μόνον ὁ κα- 8 τέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου γένηται, Καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, ὃν ὁ Κύριος ἀναλώσει τῷ πνεύματι τῦ ϛόματος αὐτῦ, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφα- 9 νείᾳ τῆς παρυσίας αὐτῦ, Οὗ ἐϛιν ἡ παρυσία κατ' ἐνέργειαν τῦ Σατανᾶ ἐν πάσῃ δυνάμει, καὶ σημείοις, 10 καὶ τέρασι ψεύδυς, Καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις, ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀλη- 11 θείας ὐκ ἐδέξαντο, εἰς τὸ σωθῆναι αὐτύς. Καὶ διὰ τῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, εἰς τὸ 12 πιϛεῦσαι αὐτὺς τῷ ψεύδει, Ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιϛεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες ἐν τῇ 13 ἀδικίᾳ. Ἡμεῖς δὲ ὀφείλομεν εὐχαριϛεῖν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ Κυρίυ, ὅτι εἵλετο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν ἐν ἁ- 14 γιασμῷ πνεύματος καὶ πίϛει ἀληθείας, Εἰς ὃ ἐκάλεσεν ὑμᾶς διὰ τῦ Εὐαγγελίυ ἡμῶν, εἰς περιποίησιν δό- 15 ξης τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριϛῦ. Ἄρα ὖν ἀδελφοὶ ϛήκετε,

neque per epistolam, 4 tanquam nobis auctoribus, quasi instet 5 dies Christi, 3 Ne quis vos decipiat ullo modo, quoniam non adveniet Dominus, 6 nisi venerit defectio prius, & revelatus fuerit 7 homo ille scelerosus, filius perditus, 4 Qui est adversarius, & effertur 8 adversus omnem qui dicitur Deus, aut numen, adeo ut in templo Dei tanquam Deus sedeat, 9 ostentans seipsum esse Deum. 5 10 An non meministis, quod quum adhuc essem apud vos, 11 hæc dixerim vobis? 6 Et nunc quid detineat scitis, nempe, 12 ut ille reveletur in suo tempore. 7 13 Nam mysterium nunc agit iniquitatis, 14 tantum qui tenet, in præsentia teneat, donec e medio tollatur, 8 Et tunc patefiet iniquus ille, quem Dominus 15 conficiet spiritu oris sui, & abolebit 16 claritate adventus sui, 9 Cujus est adventus secundum operationem Satanæ, cum omni potentia, & signis, 17 ac 10 prodigiis mendacibus, Et cum omni deceptione injustitiæ, 18 in iis qui pereunt, pro eo quod 19 dilectionem veritatis non receperunt, in hoc ut salvi fierent. 11 20 Et propterea mittet illis Deus 21 efficaciam illusionis, ut credant mendacio, 12 Ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati, 22 sed approbaverunt injustitiam. 13 Nos autem debemus gratias agere Deo semper de vobis, fratres dilecti a Domino, 23 quod elegerit vos Deus 24 ab initio in salutem per sanctificationem spiritus ac fidem veritatis, 14 25 Ad quod vocavit vos per Evangelium nostrum, in acquisitionem gloriæ Domini nostri Jesu Christi. 15 Itaque fratres state, &

4 *Tanquam per nos missam*] ὡς δι' ἡμῶν, id est, *tanquam per nos*. *Missam* additum est explicandi causa, etiamsi nonnihil mutat de sensu. Nam Paulus non vult eos commoveri, neque per spiritum, tanquam a Paulo profectum, neque per sermonem, Pauli nomine allatum, neque per epistolam, illius jussu aut nomine scriptam: atque id sonant verba Græca.

5 *Dies Domini*] Pro *Domini* Græcus habet *Christi*.

6 *Nisi venerit discessio*] ἀποϛασία. Quod Ambrosius vertit *defectionem*: nempe cum aliquis desciscit a suo auctore seu principe. Et ἡ articulus additus significat insignem illam & ante prædictam defectionem.

7 *Homo peccati*] ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας. Divus Ambrosius, ut explicaret vim articuli, legit, *homo ille*, ut acciperemus de certo homine dictum.

8 *Super omne quod dicitur*] Interpres legisse videtur ἐπὶ πᾶν τὸ λεγόμενον. Verum Græci codices sic habent, ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν, ἢ σέβασμα, id est, *supra*, vel *adversus omnem qui dicitur Deus*, *aut cultus*, sive *veneratio*. Atque ita scriptum comperimus apud Origenem. Augustinus libro *contra Adversarium Legis & Prophetarum* 11. cap. ultimo legit, *supra omnem Deum & quod colitur*, sed mendoso usus codice, quod illi frequenter accidit. Hieronymus in *Quæstionibus* citat ad hunc modum, *contra omne quod dicitur Deus aut religio*, propius accedens ad Græca verba. Quanquam video quosdam pro πάντα legere πᾶν τὸ λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα, id est, *adversus omne quod dicitur Deus aut religio*. Nam σέβασμα proprie dicitur id quod adoramus, & summa reverentia veneramur, & quod majestate præcellit: idque verti poterat *numen*. Theophylactus legens πάντα, id est, *omnem*, sic enarrat locum, ut πάντα referre videatur ad omnes Dæmones aut homines qui pro Diis habiti sunt: σέβασμα ad simulacra, lucos, aut fana. Si legamus πᾶν, quod fuisse scriptum arbitror, participium λεγόμενον utroque referendum est, *quod dicitur Deus*, aut *quod dicitur sebasma*. Quemadmodum enim illi non erant veri Dii, ita nec vera sebasmata, quæ venerabantur. Nam Deo vero quomodo se præferret ille, qui non noverat?

9 *Tanquam sit Deus*] ὅτι ἐϛὶ Θεὸς, id est, *quod sit Deus*, hoc est, ostentans se esse Deum, cum non sit. Paulus non absolvit sermonis ordinem, sed velut oblitus eorum, quæ cœperat, interjicit, quæ veniunt in mentem. Videbatur enim additurus, quoniam nisi venerit defectio, &c. non veniet dies Domini.

10 *Non retinetis*] Οὐ μνημονεύετε, id est, *Non meministis*. O novam copiæ affectationem, etiam cum injuria sensus! Utrum, quæso, istud est vertere Divinas Litteras, an potius in re seria ludere? Cum simplex notum ac proprium verbum suppeteret, ille maluit *retinetis*. Tolerabilius erat *tenetis*, etiamsi futurum erat ἀμφίβολον. Sed aliud est *retinere*, aliud *tenere*; *tenet*, qui meminit, aut etiam qui intelligit: *retinet*, qui revocat alioquin abiturum. Et hoc loco quidam τραγικῶς in me destomachatur, qui prorsus sim ignarus linguæ Latinæ, nimirum non intelligens *retinere* pro *meminisse* Latine dici, cum sic loquutus sit Seneca in Epistola quadam, quam scripsit ad Paulum, atque ita verterit hic idem Interpres in Actis Apostolorum cap. xx. Quasi quisquam eruditus credat illas Epistolas eorum esse, quorum titulos habent, aut quasi consequens sit, ideo Latine dictum hoc loco *retinetis* pro *tenetis*, quod idem alibi sit ad eumdem modum loquutus. Et qui tam argutis syllogismis rem agit, nec ullum interim locum producens e probatis Latini sermonis Auctoribus, me vocat prorsus ignarum linguæ Latinæ, me rudem appellat, hebeti crassoque ingenio. Sed male habet hominem, quod taxarim Interpretem, cujus patrocinium susceperat: at reum interim suum in tot locis destituit, ubi ne verbum quidem pro illo mutit, quod ipsum tamen est verecundius quam causam illius tam sinistre agere.

11 *Hæc dicebam vobis*] Ambrosius, nisi codex mendosus est, legit ad hunc modum, *Non meministis, quod me adhuc apud vos agente hæc dicebantur vobis*.

12 *Ut reveletur in suo*] Deest *ille*, εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν, id est, *ut ille reveletur*. Ille, inquam, adversarius, de quo modo dictum est.

13 *Mysterium jam operatur iniquitatis*] *Mysterium* eadem vox est, quam alias vertit *sacramentum*. Jacobus Faber putat *operatur* hic accipi passive pro *patratur*. Tametsi nihil est necesse, cum sit verbum medium. Et ἐνεργεῖν non est proprie *patrare* aut *facere*, sed *agere*, hoc est, vim suam exercere: sicuti Spiritus dicitur operari in nobis, cum vim suam & efficaciam ostendit. Ita nunc Paulus dicit Antichristum nondum apparuisse, sed tamen occulte jam illius spiritum valere, & agere in his qui persequuntur Christianos. Græci Interpretes arbitrantur hoc dictum in Neronem.

14 *Tantum ut qui tenet nunc*] μόνον ὁ κατέχων ἄρτι ἕως. Videtur in Græco codice deesse, ὁ κατέχων ἄρτι κατεχέτω, id est, *is qui nunc obtinet*, *obtineat*, *donec*, &c. nisi malumus aposiopesin esse, quæ plus significarit silendo, quam si verbum explicuisset. Hunc locum exponunt de Imperio Romano, quo soluto sit venturus Antichristus. Nonnulli de Nerone, quem putant aut resurrecturum, ac futurum Antichristum, aut in hoc sublatum asservari, ut suo tempore prodeat. Quidam de fictis Christianis. Quibus de rebus accuratius disserit Augustinus libro *de Civit. Dei* xx. cap. xix.

15 *Interficiet*] ἀναλώσει, id est, *consumet*.

16 *Illustratione adventus*] τῇ ἐπιφανείᾳ, id est, *apparitione*, etiamsi Ambrosius legit, *illustratione præsentiæ suæ*. Augustinus, *illuminatione præsentiæ suæ*, ut accipias claritate Christi advenientis obscuratum iri Antichristum.

17 *Et prodigiis mendacibus*] ψεύδυς, id est, *mendacii*: sic legit & Ambrosius. Quanquam Interpres si studio sic vertit, vertit eleganter: sin casu, feliciter.

18 *His qui pereunt*] *In his* est Græce, licet reclament Latini codices.

19 *Charitatem veritatis*] τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας ὐκ ἐδέξαντο, id est, *dilectionem veritatis non acceperunt*. Atque ita legit divus Ambrosius. Durius enim cohæret charitas cum genitivo casu veritatis; sentit enim amorem veri, aut charitatem veram, aut, si credimus Theophylacto, ipsum Christum, qui fuit utrumque, charitas & veritas.

20 *Ideo mittet*] Καὶ διὰ τῦτο, id est, *Et ideo*. Deest enim nobis copula.

21 *Operationem erroris*] ἐνέργειαν πλάνης, id est, *efficaciam seductionis*, vel *imposturæ*, ut referatur ad prodigia, quæ facturus sit Antichristus, nimirum agente in illo spiritu immundo. Quandoquidem divus Hieronymus arbitratur Paulum hunc sumpsisse locum ex Esaia, qui scribit, *Dominus miscuit ei spiritum erroris*. Porro spiritus est agere, velut ignis.

22 *Sed consenserunt*] ἀλλ' εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ. Quod ita verti poterat, *sed quibus placuit iniquitas*. Aut, *sed approbaverunt iniquitatem*, ut alias συνευδοκῦσιν.

23 *Quod elegerit nos*] ὅτι εἵλετο ὑμᾶς, id est, *elegit vos*.

24 *Primitias in salutem*] ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν, id est, *ab initio ad salutem*. Et Ambrosius legit, *a principio*. Apparet Interpretem legisse ἀπαρχὰς, sive ἀπαρχὴν, quod sonat *primitias*: ut sit sensus, illos inter primos fuisse vocatos ex Thessalonicensibus. Sin legas ἀπ' ἀρχῆς, pertinet ad divinam prædestinationem. Quanquam ex iisdem verbis & hic sensus accipi potest, eripuit nos Deus ab imperio. Theophylactus in contextu legit ἀπ' ἀρχῆς, id est, *ab initio*, & interpretatur de prædestinatione, nec tamen certo liquet, an legerit ἀπαρχάς.

25 *In qua & vocavit*] Εἰς ὃ, id est, *In quod*. Idque potest vel

στήκετε, καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδιδάχθητε, 16 εἴτε διὰ λόγυ, εἴτε δι' ἐπισολῆς ἡμῶν. Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησῦς Χρισὸς, καὶ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἡμῶν, ὁ ἀγαπήσας ἡμᾶς, καὶ δὺς παράκλησιν αἰωνίαν καὶ 17 ἐλπίδα ἀγαθὴν ἐν χάριτι, Παρακαλέσαι ὑμῶν τὰς καρδίας, καὶ σηρίξαι ὑμᾶς ἐν παντὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀγαθῷ.

III. 1 Τὸ λοιπὸν, προσεύχεσθε, ἀδελφοὶ, περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ λόγος τῦ Κυρίυ τρέχῃ καὶ δοξάζηται καθὼς καὶ 2 πρὸς ὑμᾶς, Καὶ ἵνα ῥυσθῶμεν ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ πο- 3 νηρῶν ἀνθρώπων· ὐ γὰρ πάντων ἡ πίσις. Πισὸς δέ ἐσι ὁ Κύριος, ὃς σηρίξει ὑμᾶς καὶ φυλάξει ἀπὸ τῦ πονηρῦ. 4 Πεποίθαμεν δὲ ἐν Κυρίῳ ἐφ' ὑμᾶς, ὅτι ἃ παραγγέλλο- 5 μεν ὑμῖν, καὶ ποιεῖτε καὶ ποιήσετε. Ὁ δὲ Κύριος κατευθύναι ὑμῶν τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τῦ Θεῦ καὶ 6 εἰς ὑπομονὴν τῦ Χρισῦ. Παραγγέλλομεν δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, ἐν ὀνόματι τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χρισῦ, σέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφῦ ἀτάκτως περιπατῦντος, καὶ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν, ἣν παρέλαβεν παρ' ἡ- 7 μῶν. Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, πῶς δεῖ μιμεῖσθαι ἡμᾶς· ὅ- 8 τι ὐκ ἠτακτήσαμεν ἐν ὑμῖν, Οὐδὲ δωρεὰν ἄρτον ἐλάβομεν παρά τινος, ἀλλ' ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ νύκτα καὶ ἡμέραν ἐργαζόμενοι, πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆ- 9 σαί τινα ὑμῶν. Οὐχ ὅτι ὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν, ἀλλ' ἵνα ἑαυτοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν εἰς τὸ μιμεῖσθαι ἡμᾶς. 10 Καὶ γὰρ ὅτε ἦμεν πρὸς ὑμᾶς, τῦτο παρηγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι εἴ τις ὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέ- 11 τω. Ἀκούομεν γάρ τινας περιπατῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως, μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους. 12 Τοῖς δὲ τοιύτοις παραγγέλλομεν καὶ παρακαλοῦμεν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησῦ Χρισῦ, ἵνα μετὰ ἡσυχίας ἐρ- 13 γαζόμενοι τὸν ἑαυτῶν ἄρτον ἐσθίωσιν. Ὑμεῖς δὲ, ἀ- 14 δελφοὶ, μὴ ἐκκακήσητε καλοποιοῦντες. Εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν, διὰ τῆς ἐπισολῆς τοῦτον

& tenete institutiones, 26 quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram. 16 Ipse vero Dominus noster Jesus Christus, 27 & Deus ac Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam & 17 spem bonam per gratiam, 28 Consoletur vestra corda, & stabiliat vos in omni sermone & opere bono.

III. 1 Quod superest, orate, fratres, pro nobis, ut sermo Domini currat & glorificetur sicut & apud vos, 2 Et ut eripiamur 1 ab absurdis ac perversis hominibus: non enim omnium est fides. 3 2 Sed fidelis est Dominus, qui stabiliet vos & custodiet a malo. 4 Confidimus autem per Dominum de vobis, 3 quod quæ præcipimus vobis, & 5 faciatis & facturi sitis. Porro Dominus dirigat vestra corda 4 in dilectionem Dei 5 & in exspectationem Christi. 6 6 Præcipimus autem vobis, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut subducatis vos ab omni fratre 7 qui inordinate se gerit, & non juxta institutionem, 8 quam accepit a nobis. 7 Nam ipsi scitis, quomodo oporteat imitari nos: quoniam 9 non inordinate gessimus nos inter vos, 8 10 Neque gratis panem accepimus a quoquam, sed 11 cum labore & sudore nocte dieque facientes opus, ad hoc ne cui vestrûm essemus oneri. 9 Non 12 quod id nobis non liceat, sed ut nosmetipsos formam exhibeamus vobis ad imitandum nos. 10 Etenim quum essemus apud vos, hoc 13 præcipiebamus vobis, ut si quis nollet operari, is nec ederet. 11 14 Audimus enim quosdam 15 versantes inter vos inordinate, 16 nihil operis facientes, sed curiose agentes. 12 Iis autem qui sunt istiusmodi, 17 præcipimus & obsecramus 18 per Dominum nostrum Jesum Christum, ut cum quiete operantes 19 suum ipsorum panem edant. 13 Vos autem, fratres, ne defatigemini in bene faciendo. 14 Quod si quis non obedit sermoni nostro,

vel accipi absolute, vel referri ad spiritum, ut dicas, *in quem*: & ita indicant Græca scholia. Vetusti codices habent *in quam*, ut legit Ambrosius. Ex iis conjicere licet primam scripturam fuisse, *in quem*, scilicet spiritum. Id Lectori visum est durius, eoque *quem* mutavit in *quam*, ut mollius referatur ad fidem proximam. Mihi tamen magis placet, ut ὃ sumatur absolute.

26 *Quas didicistis*] ἃς ἐδιδάχθητε, id est, *quas docti estis*, ut obiter magis commendet suum officium.

27 *Deus & Pater noster*] Sermo Græcus mollior est, ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἡμῶν, id est, *is qui Deus & idem Pater noster est.* Nam si dixisset, ὁ Θεὸς καὶ ὁ Πατὴρ ἡμῶν, visus fuisset designare duas personas, quarum alter fuerit Deus, alter fuerit Pater. Ambrosius non addidit copulam, haud scio an vitio Librariorum.

28 *Exhortetur corda vestra*] Παρακαλέσαι ὑμῶν τὰς καρδίας, id est, *Consoletur corda vestra.* Tametsi verbum παρακαλέσαι ambiguum est: & apud Græcos sermo præcedit opus, apud nos diversus est ordo. In tradendo pietatem prius est facere quam docere, in disciplinis prior est sermo quam opus. Primum enim discendum quid expediat facere.

1 *AB importunis*] ἀπὸ τῶν ἀτόπων. Quod magis sonat *absurdis & prodigiosis.* Ambrosius legit, *ab iniquis.* Ἄτοπος autem Græce dicitur *qui nulli loco convenit*, quales sunt Hæretici.

2 *Fidelis autem Deus*] Græce est *Dominus*, Πισὸς δὲ ἐσὶν ὁ Κύριος.

3 *Quoniam quæcumque*] ὅτι, *quod.* Mira confusio conjunctionum. Sermo Græcus habet amphibologiam. Potest enim hic accipi sensus, Confidimus de vobis, idque freti præsidio Domini, quod præcepta nostra, quemadmodum servatis nunc, ita & in posterum sitis servaturi. Potest & hic accipi, Confidimus de vobis, quod ea quæ præcepimus & servatis & servaturi estis in posterum. In priore sensu conjunctio καὶ connectit hæc duo verba, *præcepimus & facitis*; in altero repetita conjunctio utramque particulam, *& facitis & facietis*, ex æquo connectit cum verbo *confidimus.* Priorem sensum videtur sequi Theophylactus, posteriorem Ambrosius. In priore sensu prius καὶ simpliciter copulat, posterius positum est pro *etiam*, quod est idiomatis Græcanici.

4 *In charitate*] εἰς τὴν ἀγάπην, id est, *in dilectionem.*

5 *Et patientiam Christi*] καὶ εἰς τὴν ὑπομονὴν τῦ Χρισῦ, id est, *& in exspectationem Christi.* Ita legit Ambrosius, & recte. Cæterum ὑπομονὴ sonat *perseverantiam* in re quapiam non sine molestia, sed rursum cum exspectatione præmii, aut certe finiendi mali.

6 *Denunciamus autem*] Idem verbum est quod verterat *præcipimus*, Παραγγέλλομεν.

7 *Ambulantes inordinate*] ἀτάκτως, aut *incomposite*, sive *turbulente.* Jam novum non est, quod *ambulare* dixit pro versari.

8 *Quam acceperunt*] Interpres legisse videtur παρέλαβον, Græci legunt παρέλαβεν, id est, *accepit.*

9 *Non inquieti fuimus*] ὐκ ἠτακτήσαμεν, id est, *non inordinati*, sive *non incompositi fuimus.* Ambrosius vertit, *non intemperanter viximus apud vos*: & ἀτάκτως item vertit *intemperanter.* Miræ vero hujus Interpretis deliciæ, qui modo ἀτάκτως vertit *inordinate*, nunc ἠτακτήσαμεν vertit *fuimus inquieti*, cum utriusque dictionis eadem sit origo. Recte vertit Ambrosius, modo si sensit *intemperanter* idem esse quod *turbulente*, & *intractabiliter.* Siquidem Latinis *in ordinem cogi* dicuntur, qui communi lege adstringuntur, nec ulla in re differunt a cæteris. Huic diversum est, si quis contemptis legibus publicis suo vivat arbitratu. Id enim vocat Paulus ἀτακτεῖν, præter ordinem vivere. Metaphora sumpta est a militia, ubi non licet ordinem deserere, quod illi vocant λειποτακτεῖν.

10 *Neque gratis panem manducavimus*] Ambrosius legit *edimus*, ut appareat illum legisse ἐφάγομεν, pro ἐλάβομεν. Cæterum ἐλάβομεν, quod nunc habetur in Græcis codicibus, magis quadrat cum eo quod sequitur, *a quoquam.*

11 *In labore & fatigatione*] κόπῳ καὶ μόχθῳ. De quo superius meminimus: uterque vertit eodem modo: κόπος *labor*, μόχθος *labor molestus.*

12 *Quasi non habuerimus*] ὅτι ὐκ ἔχωμεν, id est, *quod non habeamus.* Et *demus*, non *daremus*, δῶμεν, hoc est, quod id nobis non liceat facere. Quo dicto simul & excusat alios qui sumebant, & suam temperantiam exaggerat, qui adeo nihil exegerit præter jus, ut ne quod justum quidem fuerat acceperit.

13 *Denunciabamus*] παρηγγέλλομεν, id est, *præcipiebamus.* Utinam Interpres hîc tam feliciter copiam affectasset, quam id facit sedulo. Plutarchus libro suo titulum indidit, γαμικὰ παραγγέλματα: quis auderet hoc vertere, *connubiales denunciationes?* Apud Jureconsultos lego, *operis novi denunciationem:* Cæterum an semper denunciet, qui præcipit ac præscribit, nescio. Etenim si non licet quovis loco pro *hominibus* ponere *mortales*, multo minus arbitror quovis loco jus esse, *denunciare* ponere pro *præcipere.*

14 *Audivimus enim*] Ἀκύομεν γὰρ, id est, *Audimus enim*, ut sit tempus instans.

15 *Ambulare inquiete*] ἀτάκτως. Quod paulo superius vertit *inordinate*, nunc vertit *inquiete.* Rursum Ambrosius, *intemperanter.* Et hoc loco περιπατῦντας aptius est *obambulantes*, hoc est, circumvagantes, quæ est nativa hujus vocis significatio.

16 *Nihil operantes, sed &c.*] Non servavit Interpres elegantiam Græci schematis, μηδὲν ἐργαζομένυς, ἀλλὰ περιεργαζομένυς, id est, *nihil agentes, sed curiose agentes.* Nam tale quiddam est in his Pauli verbis, quale M. Tullius commonstrat in dicto Domitii Afri, qui dixit Suram Manlium, quod in agendo tumultuaretur, *non agere, sed satagere.* Est autem hîc gemina gratia, prior est in affinitate vocum, quod genus est, *legationibus immorandum est, non immoriendum:* altera est in depravatione verbi, qualis est in *agere & satagere.* Agit enim qui suo fungitur officio; satagit qui vehementer, sed frustra molitur: ἐργάζεσθαι laudis est, περιεργάζεσθαι vituperabile, & tamen plus esse videtur περιεργάζεσθαι quam ἐργάζεσθαι. Subest autem & ἐναντίωσις non ingrata, ἐργάζεται, qui operatur frugifera, περιεργάζεται, qui infrugifera. Quanquam illud περιεργαζομένυς significat & *supervacua & inutilia agentes*, quæ πάρεργα dicuntur, quasi nihil ad rem pertinentia. Hinc certe apparet aliud esse ἐργαζομένυς & ἐνεργῦντας, ἐργάζεσθαι & ἐνεργεῖν, cum utrumque soleat eodem verbo reddere.

17 *Denunciamus & obsecramus*] παρακαλῦμεν, quod esse poterat *hortamur*, sed melius est *obtestamur*, ut mitiget præcipientis auctoritatem. *Precibusque minas regaliter addit*, inquit ille. Paulus contra minis addit preces, ac, ne vel auctoritas vel preces contemni possint, adjecit, *in Domino Jesu.*

18 *In Domino Jesu Christo*] διὰ τῦ Κυρίυ ἡμῶν, id est, *per Dominum nostrum.*

19 *Suum panem*] τὸν ἑαυτῶν ἄρτον, id est, *suum ipsorum panem*, idque ἐμφατικώτερον: quasi dicas, non alienum, sed suum.

20 Per

τοῦτον σημειοῦσθε, καὶ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ, 15 ἵνα ἐντραπῇ. Καὶ μὴ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλὰ νουθε- 16 τεῖτε ὡς ἀδελφόν. Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος τῆς εἰρήνης δώῃ ὑμῖν τὴν εἰρήνην διὰ παντὸς ἐν παντὶ τρό- 17 πῳ. Ὁ Κύριος μετὰ πάντων ὑμῶν. Ὁ ἀσπα- σμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου, ὅ ἐστι σημεῖον ἐν πά- 18 σῃ ἐπιστολῇ· οὕτως γράφω. Ἡ χάρις τοῦ Κυ- ρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

Ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΘΕΣ- ΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ

ΤΕΛΟΣ.

A stro, 20 per epistolam hunc indicate, & ne commercium habeatis cum illo, 21 ut pudore suffundatur. Neque 22 velut inimicum habeatis, sed 23 admonete 15 ut fratrem. Ipse autem Dominus pacis det vobis pa- 16 cem 24 semper omnibus modis. 25 Dominus sit cum omnibus vobis. 26 Salutatio mea manu Pauli, quod 17 est signum in omni epistola: ita scribo. Gratia Domi- 18 ni nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen.

B Missa fuit ex Athenis.

EPISTOLÆ PAULI AD THESSA- LONICENSES SECUNDÆ

FINIS.

20 *Per epistolam hanc*] *Hunc* est Græce, non *hanc*, hoc est, genere masculino, non fœminino, sicut & in emendatioribus Latinorum exemplaribus, nominatim in Constantiensi utroque. Theophylactus indicat apud Græcos fuisse duplicem lectionem, alteram, *Εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν διὰ τῆς ἐπιστολῆς*, id est, *Si quis vero non paruerit sermoni nostro per epistolam*, ut intelligas Paulum per Epistolam loqui Thessalonicensibus. Alteram lectionem testatur placuisse Joanni Chrysostomo, ut pro *ἡμῶν* primæ personæ ponatur *ὑμῶν* secundæ personæ, sitque sensus, Si quis non paruerit vobis proponentibus ex hac mea Epistola, quod præcipio, hunc notetis: quod Græcis est *σημειοῦσθε*, hoc est, sit vobis notatus, ut fugiatis, quemadmodum signamus boves cornupetas, quo vitentur. In Græcis verbis dubium est, an *notate* referatur ad *per epistolam*, sed consensus Interpretum refert ad sermonem, *λόγῳ*.

21 *Ut confundatur*] *ἵνα ἐντραπῇ*, id est, *ut pudefiat*, & *ut rubore suffundatur*, cum viderit se vitari ab omnibus. Confunditur & is qui alioqui perturbatur. Idcirco divus Ambrosius, ut explicaret vim verbi Græci, vertit, *ut reverentia confundatur*.

C

22 *Quasi inimicum*] *ὡς ἐχθρὸν*, id est, *ut inimicum*. Mira Apostoli lenitas, qui ne intractabilem quidem velit pro inimico haberi.

23 *Corripite ut fratrem*] *νουθετεῖτε*. Ambrosius vertit, *monete consiliis*: cui magis placuit verbum lenius.

24 *Sempiternam*] *διὰ παντὸς*, id est, *semper*, aut *perpetuam*. *In omni loco*, *ἐν παντὶ τρόπῳ*, id est, *in omni modo*. Quanquam Interpres videtur legisse *τόπῳ*, pro *τρόπῳ*, & ad eumdem modum legit Ambrosius, etiamsi Græca scholia *τρόπῳ* legunt. Theophylactus *διὰ παντὸς* refert ad tempus, *ἐν παντὶ τρόπῳ* ad negotium, hoc est, in opinionibus, in dictis, in factis. In Chrysostomi contextu est *ἐν παντὶ τρόπῳ*, sed commentum arguit illum legisse *ἐν παντὶ τόπῳ*, exponit enim *πανταχοῦ*, hoc est, etiam apud alienos a Religione Christiana. Ex Ambrosii *Commentariis* non liquet, quid legerit. Nec absurdus tamen sensus est, *in omni tempore*, *& in omni loco*, & *semper & ubique*, sermone proverbiali.

25 *Deus sit cum omnibus*] *Dominus* est, non *Deus*, & ita legit Ambrosius.

26 *Et salutatio mea*] *Mea* ablativi casus est, & refertur ad *manu*. *Mea manu Pauli*.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM PAULI AD THESSALONICENSES SECUNDAM,

PER

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM,

FINIS.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ
τῆς πρὸς
ΤΙΜΟΘΕΟΝ
ΠΡΩΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

ΤΑύτην ἐπιϛέλλει ἀπὸ Μακεδονίας. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιϛολῆς αὕτη. Ἐν τῇ Ἐφέσῳ τινὲς Ἰȣδαΐζοντες ἐπεχείρȣν ἑτεροδιδασκαλεῖν, καὶ ἀπατᾷν τȣ̀ς ἀκεραίȣς προφάσει τȣ̃ νόμȣ. Τȣ̃το δὲ μαθὼν ὁ Ἀπόϛολος, προτρέπει τὸν Τιμόθεον ἐκεῖ προσμεῖναι πρὸς διόρθωσιν αὐτῶν. Γράφει δὲ τὴν Ἐπιϛολὴν, καὶ πρῶτον μὲν ὑπομιμνήσκει Τιμόθεον, εἰδότα τὴν ἐν Χριϛῷ πίϛιν, διδάσκων αὐτὸν περὶ τȣ̃ νόμȣ κωλύειν τȣ̀ς παρὰ τὴν ὀρθὴν διδασκαλίαν λαλȣ̃ντας, ἐπιτιμᾷν τε αὐτȣ̃ς. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς Ὑμέναιον καὶ Ἀλέξανδρον ναυαγήσαντας περὶ τὴν πίϛιν παρέδωκε τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν. Ταῦτα ὑπομνήσας, λοιπὸν διατάσσει αὐτῷ κανόνας ἐκκλησιαϛικȣ̀ς περὶ προσευχῆς, πῶς καὶ πȣ̃, καὶ περὶ τινων δεῖ προσεύχεσθαι· περὶ τȣ̃ σιγᾷν ἐν ἐκκλησίᾳ τὰς γυναῖκας, καὶ μᾶλλον μανθάνειν, καὶ μὴ διδάσκειν αὐτάς· περὶ ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, πῶς καὶ ὁποίȣς εἶναι δεῖ τȣ̀ς καθιϛαμένȣς· περὶ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ χηρῶν, ἀπὸ πόσων ἐτῶν χρὴ ταύτας καταλέγεσθαι, καὶ ὁποίας αὐτὰς εἶναι δεῖ, καὶ πῶς αὐταῖς δεῖ προσέχειν· περὶ τȣ̃ σωφρονεῖν τȣ̀ς νεωτέρȣς, καὶ γαμεῖν μᾶλλον, καὶ μὴ αἰσχρῶς ζῇν· περὶ τȣ̃ παραγγέλλειν τȣ̀ς πλȣσίȣς, μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἐλπίζειν ἐπὶ πλȣ́τῳ. Περὶ τȣ́των διαταξάμενος προτρέπεται αὐτὸν ταῦτα διδάσκειν, καὶ μηκέτι ὑδροποτεῖν, προσέχειν δὲ ἑαυτῷ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ, εἰδότα, ἔσεσθαι καιρȣ̀ς, ἐν οἷς ἀποϛήσονταί τινες τῆς πίϛεως. Διδάξας δὲ καθαρὰ εἶναι καὶ τὰ βρώματα, καὶ παραγγείλας αὐτῷ ἐκτρέπεσθαι τὰς ἐμφιλονείκȣς ζητήσεις ὡς βεβήλȣς, ἐφ᾽ αἷς τινες καυχώμενοι παρέβησαν τὴν πίϛιν, ȣ̔́τως τελειοῖ τὴν Ἐπιϛολήν.

IN EPISTOLAM AD
TIMOTHEUM I.
Argumentum per
DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

TImotheum, matre Judæa, ſed Chriſtiana, patre Græco, Paulus in miniſterium adoptarat, probæ indolis juvenem, & Sacris Litteris eruditum, quem tamen ob Judæos coactus eſt circumcidere. Quoniam autem huic Eccleſiarum curam delegarat, ſicut & Tito, quas ipſe non poterat adire, inſtituit eum in functione Epiſcopali & in diſciplina Eccleſiæ, non ſic admonens ut diſcipulum, ſed ut filium & collegam. Id quo cum majore faciat auctoritate, ſubinde Apoſtolicam auctoritatem ſibi vindicat. Admonet autem, ut rejectis qui Judaïcas fabulas inveherent, ea doceret quæ eſſent fidei & charitatis: deinde Principum licet Ethnicorum auctoritatem, quoniam hinc pendebat ordo civitatis & tranquillitas rei publicæ, adeo non ſpernendam Chriſtianis, ut pro his orari jubeat. Quid viros deceat in cœtu eccleſiaſtico, quid mulieres, præſcribit. Epiſcopum depingit cum ſua familia. Atque hæc ferme tribus capitibus. Deinde admonet, ne recipiat Judaïcas fabulas, de ciborum delectu, de vitando conjugio. Mox docet, qualem ſe præſtare debeat erga grandes natu viros, erga juvenes, erga anus, erga puellas, erga viduas divites ac pauperes & Eccleſiæ ſtipe alendas, erga adoleſcentiores & ſuſpectæ etiamnum ætatis. Ad hæc præſcribit, quid præcipere debeat dominis, quid ſervis, quid divitibus: admonens modis omnibus rejiciendas contentioſas quæſtiones ſophiſtarum, inani doctrinæ ſpecie ſeſe venditantium. Scribit e Laodicea per Tychicum diaconum.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD TIMOTHEUM I.

I. 1 ΠΑΥΛΟΣ Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς 2 ἐλπίδος ἡμῶν, Τιμοθέῳ γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει, χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ 3 Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ, πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν, ἵνα παραγγείλῃς τισὶ μὴ ἑτεροδι- 4 δασκαλεῖν, Μηδὲ προσέχειν μύθοις καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις, αἵτινες ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον 5 ἢ οἰκονομίαν Θεοῦ τὴν ἐν πίστει. Τὸ δὲ τέλος τῆς παραγγελίας ἐστὶν ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας, καὶ συν- 6 ειδήσεως ἀγαθῆς, καὶ πίστεως ἀνυποκρίτου. Ὧν τινες ἀστοχήσαντες, ἐξετράπησαν εἰς ματαιολο- 7 γίαν, Θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι, μὴ νοοῦντες ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. 8 Οἴδαμεν δὲ, ὅτι καλὸς ὁ νόμος, ἐάν τις αὐτῷ νομίμως

PAULUS Apostolus Jesu Christi 1 juxta delegationem 2 Dei Servatoris nostri 3 & Domini Jesu Christi, qui est spes nostra, Timotheo 4 germano filio in fide, 5 gratia, misericordia, pax a Deo Patre nostro 6 & Domino Jesu Christo Domino nostro. 7 Quemadmodum rogavi te, 8 ut remaneres Ephesi, quum proficiscerer in Macedoniam, ita facito, ut denuncies quibusdam, 9 ne diversam sequantur doctrinam, Nec attendant fabulis & genealogiis 10 nunquam finiendis, quæ quæstiones præbent magis quam ædificationem Dei, quæ est per fidem. Porro finis præcepti est charitas ex puro corde, & conscientia bona, & fide non simulata. A quibus quod 11 aberrarunt quidam, 12 deflexerunt 13 ad vaniloquium, Volentes esse legis doctores, non intelligentes quæ loquuntur, neque de quibus asseverant. Scimus autem, quod bona sit

1 Secundum *imperium*] κατ' ἐπιταγὴν, apertius hic erat *juxta injunctionem*, sive *delegationem*. Nam ἐπιτάττειν est *injungere* & *mandare* quippiam. Sentit enim de munere Apostolico, quod non ipse sibi vindicarit, sed ab ipso Christo fuerit delegatum. Annotavit hoc Chrysostomus, indicans plus esse ex delegatione ac jussu Apostolum quam vocatum dici. Nam ad Romanos scribens dicit κλητὸς, id est, *vocatus*.

2 *Dei Salvatoris nostri*] Hic certe nemo poterit tergiversari quin Pater dictus sit salvator, ut nihil agant, qui quod est in Epistola ad Titum, *Apparuit benignitas & humanitas salvatoris nostri Dei*, volunt non aliò quam ad Filium referri.

3 *Et Christi Jesu spei nostræ*] τῆς ἐλπίδος ἡμῶν. Apertius erat, *Jesu Christi, qui est spes nostra*. Nam articulus τῆς habet vim exponentis. Et salutis auctorem facit Patrem, Filium spem appellat. In hunc sensum interpretantur Chrysostomus, Ambrosius, & Theophylactus. Cæterum an quod hic Paulus tribuit Christo, nos recte tribuamus Virgini matri, aut aliis Divis, aliis excutiendum relinquo.

4 *Dilecto filio*] γνησίῳ τέκνῳ, id est, *germano filio*. Et ita legit Ambrosius, atque adeo Chrysostomus, aut quisquis fuit ejus operis auctor: licet Interpres ubique infulserit suum *charissimus*, quemadmodum Interpres Theophylacti legit *dilecto*. Cum enim tot verbis agit de similitudine filii patrem referentis, satis declarat se γνήσιον legisse, non ἀγαπητόν. *Germanum* vocat, verum & ingenuum, non adulterinum, quod per omnia responderet spirituali patri Paulo, id quod est filiorum, referre parentem, & non degenerare. Sed de hac voce alias dictum est. *Filius* autem vel ætatis vel charitatis est nomen. Nam quum Paulus omnes Christianos *fratres* appellet, qui convenit alioquin, ut Episcopum appellet *filium*, nisi sentiret de ætate.

5 *Gratia & misericordia*] Græci non addunt conjunctiones hoc loco, sed *gratia, misericordia, pax*: & ad eum sane modum legit Ambrosius. Annotavit hoc Chrysostomus, quod ad unum hunc scribens meminerit *misericordiæ*, quum in cæteris mentionem faciat *pacis* & *gratiæ*. Annotavit idem Origenes in Epistolam ad Romanos.

6 *Christo Jesu Domino nostro*] Græcanici codices iterant *Domini* cognomen, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, id est, *a Domino Jesu Christo, qui est Dominus noster*. Quasi aliter sit Dominus omnium, aliter fidelium, quos peculiariter possidet. Quanquam dissentit & Ambrosius & vulgata Editio. Theophylactus contra nobiscum facit. Nos Græcam lectionem non mutavimus, sed ita, ut liberum sit Lectori, utram volet, sequi. Nam videtur haudquaquam otiosa hæc iteratio; magnum enim solatium est Christianis habere peculiariter talem Dominum, cui curæ sunt. Annotavit hoc, licet obscure, Chrysostomus ac Theophylactus.

7 *Sicut rogavi te*] παρεκάλεσά σε. Quanquam Græca vox anceps est, tamen hic magis quadrabat, *hortatus sum*, ut Vallæ placet; tametsi Paulus eo verbo nonnunquam usus est erga plebejos. Imo nominatim annotavit hoc Chrysostomus, & hunc sequi gaudens Theophylactus, quod tantus Apostolus verbo tam humili tamque blando usus est erga discipulum. Porro quod Stapulensis admonet καθὼς potius vertendum fuisse *sic*, quam *sicut*: quid sibi velit prorsus non intelligo. Neque enim opinor καθὼς accipi posse pro οὕτως.

8 *Ut remaneres Ephesi*] Oratio plenior est Græce quam Latine, propterea quod προσμεῖναι potest esse vel infinitivi modi vel imperativi, quantum ad sensum attinet: *Sicut te rogavi manere, maneto*. Atque ita legisse videtur Ambrosius, qui legit, *ut denunciares*: quod non quadraret, nisi accederet *maneto*, aut simile verbum. Porro quod nos adjecimus, *ita facito*, non deprecabor admissum sacrilegium, nisi idem frequenter facit Interpres, & nisi hoc frequenter fieri cogit necessitas. Neque sensi προσμεῖναι sumendum imperandi modo priore sermone, sed in posteriore quæ subauditur, neque tamen necesse est, eamdem omnino vocem subaudiri. Hæc non adderem gravaturus Lectorem, nisi quidam libris editis non minus indocte quam virulente locum hunc exagitassent.

9 *Ne aliter docerent*] μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν, id est, *ne diversa doceant*, aut potius *ne diversis uterentur doctoribus*, verbo composito, ab ἕτερος *alius*, & διδάσκαλος *doctor*; ἑτεροδιδασκαλεῖν, quod est, nunc his, nunc illis uti doctoribus. Quanquam Chrysostomus, & hunc sequutus Theophylactus, ἑτεροδιδασκαλεῖν interpretantur *diversam inducere doctrinam*, ut ad Pseudapostolos pertineat. Nos ambigue vertimus; *ne diversam sequantur doctrinam*, quod commune est, & docentibus & discentibus diversa. Usus est eodem verbo hujus Epistolæ cap. VI. Consentit cum interpretatione Veterum Ambrosius.

10 *Interminatis*] ἀπεράντοις, id est, *quæ finem non habent*, cujusmodi nonnullæ sunt vulgarium Theologorum quæstiones, opiniones, ac difficultates. Nam quo plus est ejusmodi quæstiuncularum, hoc plus etiam subscatet e casibus nunquam finiendis, quorum etiamsi millies mille millia produxeris, plura tamen supererunt. In quibus ut absit impietas, tamen ipsa difficultas quæstionum avocat ab iis, quæ propius ad rem pertinent. Chrysostomus putat hunc locum non esse accipiendum de historia veteris Testamenti. Sed Ambrosius palam de ea videtur interpretari, cum ait: *Ne oblectarentur fabulis, quas narrare consueti sunt Judæi de generatione suarum originum; de Abraham & Isaac, & cæteris Patriarchis, & de circumcisione, & de iis quæ postea tradita sunt a Mose*, cæteraque quæ sequuntur in hanc sententiam. Ac mihi sane, ne hi quidem ad veram Christianamque pietatem magnopere videntur facere, qui de Christi genealogia tam anxie tamque pene dixerim Judaice disputant. Atque in totum ex veteris Testamenti libris pro rei commoditate delibari quædam magis probarim, quam illorum auctoritatem æquari majestati Evangelicæ, imo pene anteferri. Quid enim nunc aliud legitur in templis? Quin etiam illos libros Judæorum recipimus in canonem nostrum, quos illi in suum recipere noluerunt, Christiani propensiores in Judæorum libros, quam ipsi in suos: qui tamen sua sic amant, ut nulla gens insanius. Porro quod hic vertit *interminatis*, Ambrosius vertit *infinitis*.

11 *Aberrantes*] ἀστοχήσαντες, id est, *cum aberrassent*. Et est vox propria his, qui aberrant a scopo. Id subindicat & Chrysostomus.

12 *Conversi sunt*] ἐξετράπησαν. Ego malim *deflexerunt*. Et magis explicat Græcam vocem, veluti cum aberrans a scopo, aliò se deflectit.

13 *In vaniloquium*] εἰς ματαιολογίαν. Quantum ad pronunciationem attinet, *matæologia* non multum abest a *Theologia*, cum res inter se plurimum discrepent. Proinde nobis quoque cavendum est, ne sic sectemur Theologiam, ut in matæologiam incidamus de frivolis nugis sine fine digladiantes. Ea potius tractemus, quæ nos transforment in Christum, & cœlo dignos reddant. Quorsum enim attinet decertare, quot modis accipiatur peccatum, privatio duntaxat sit, an macula inhærens animæ? Hoc potius agat Theologus, ut omnes horreant oderintque peccatum. Totis seculis disputamus, an gratia, qua Deus nos diligit ac trahit, & qua nos illum vicissim diligimus, eadem sit gratia, & an sit aliquid creatum an increatum. Illud potius agamus, puris precibus, innocentia vitæ, piis factis, ut eo munere nos dignetur Deus. Digladiamur sine fine, quid distinguat Patrem a Filio, & utrumque a Spiritu sancto, res, an relatio, & quî consistat, tres dici, quorum nullus sit qui alius, cum sint una essentia. Quanto magis ad rem pertinet hoc modis omnibus agere, ut ternionem illum, cujus majestatem scrutari fas non est, pie sancteque colamus & adoremus, illiusque concordiam ineffabilem nostra concordia quoad licet exprimamus, quo contingat aliquando & in illius adsciscí consortium. Disputamus quî fieri possit, ut ignis, quo cruciabuntur impiorum animæ, cum sit materialis, agat in rem incorpoream. Quanto magis referebat, huc totis viribus eniti, ne quid in nobis reperiat ignis ille, qualis qualis est, quod exurat? Atque hæc si vel animi laxandi gratia, vel citra contentionem agitarentur, ferri poterant. Nunc quibusdam tota ætas in hujusmodi quæstionibus consumitur, & res usque ad clamorem, usque ad vera dissidia, usque ad convitia, nonnunquam usque ad pugnos procedit. Quot quæstionum examina

9 μως χρῆται, Εἰδὼς τοῦτο, ὅτι δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται, ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυποτάκτοις, ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς, ἀνοσίοις καὶ βεβήλοις, πατραλοίαις 10 καὶ μητραλοίαις, ἀνδροφόνοις, Πόρνοις, ἀρσενοκοίταις, ἀνδραποδισταῖς, ψεύσταις, ἐπιόρκοις, καὶ εἴ τι ἕτερον τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ ἀντίκειται.

A sit lex, si quis ea legitime utatur, 14 Sciens illud, quod 9 justo lex non sit posita, sed injustis 15 & inobsequentibus, impiis & peccatoribus, irreverentibus & 16 profanis, patricidis & matricidis, 17 homicidis, Scortato- 10 ribus, masculorum concubitoribus, 18 plagiariis, mendacibus, perjuris, & si quid aliud est quod sanæ doctrinæ

examina suscitamus circa baptismum, circa synaxim, circa poenitentiæ sacramentum, quorum nonnulla sunt ejusmodi, ut nec scire magnopere referat, & ut asseverari possunt, ita nec refelli, nec probari? Illud magis ad rem pertinebat, in hoc incumbere, ad hoc nos invicem adhortari, ut vita Christo digna baptismi sacramento respondeamus, ut ad sacras illas epulas frequenter ac pure B accedamus, ut non multum sit in vita, quod poenitentiæ cauterio sit exurendum. Quid autem nunc loquar de quæstiunculis, non solum supervacaneis, sed pene dixerim impiis, quas movemus de potestate Dei, de potestate Romani Pontificis? An Deus possit quodvis malum, etiam odium sui præcipere, & omne bonum prohibere, etiam amorem & cultum sui. An possit actu infinitum secundum omnem dimensionem producere. An potuerit hunc mundum etiam ab æterno meliorem facere quam fecit. An possit producere hominem, qui peccare nullo modo queat. An revelare possit alicui suum futurum peccatum, aut damnationem. Num possit aliqua distincte intelligere, si ad illa non habeat distinctas relationes rationis. An possit respectum producere sine fundamento & termino. An possit naturam universalem producere & conservare sine singularibus. An possit aliquo prædicamento contineri. An potestatem creandi possit communicare creaturæ. An possit ex facto C facere infectum: ac per hoc ex meretrice facere virginem. An quælibet persona divina possit quamlibet naturam assumere, quomodo Verbum humanam assumpsit. An tres personæ possint simul eamdem naturam assumere. An unum suppositum creatum possit alteram naturam creatam assumere. An hæc propositio, Deus est scarabeus, aut cucurbita, tam possibilis sit, quam hæc, Deus est homo. An Deus assumpserit individuum humanum, an speciem. An potius conveniat Deo, non posse facere impossibile, an impossibile non posse fieri a Deo. Utrum prius conveniat Deo posse producere, an creaturæ posse produci. An in mente divina sint omnium rerum ideæ, & illæ practicæ ne sint, an speculativæ. An doctrinæ Aristotelicæ & naturali rationi sit consentaneum: denique an ipsa res cogat fateri aliquem esse respectum ab omnibus rebus absolute distinctum. An Deus aliquo ab ipso distincto sit unus. An personæ divinæ vero numero dicantur tres. An numerus personarum in divinis pertineat ad substantiam, an relationem. Et an ad primam intentionem, an secundam. An per relationes & distin- D guantur & constituantur. An Pater producat Filium, & Spiritum sanctum, ratione intellectus, an voluntatis. Item an ratione essentiæ, an attributi, naturaliter, an libere. An essentia in Patre sit principium generativum Filii, & an sit terminus paternæ generationis. An Deus generet Deum. An Pater prius origine producat Spiritum sanctum quam Filius. An in Deo sit intellectus agens & possibilis. An Spiritus sanctus procedens a Patre & Filio, ab uno principio proficiscatur, an a duobus. An hæc propositio sit possibilis, Pater Deus odit Filium Deum. An anima Christi potuerit falli, an fallere, an mentiri.

Jam vero de Romani Pontificis potestate pene negotiosius disputatur quam de potestate Dei, dum quærimus de duplici illius potestate, & an possit abrogare quod scriptis Apostolicis decretum est. An possit aliquid statuere, quod pugnet cum doctrina Evangelica. An possit novum articulum condere in fidei symbolo. Utrum majorem habeat potestatem quam Petrus, an parem. An possit præcipere Angelis. An possit universum purgatorium quod vocant tollere. Utrum simplex homo sit, an quasi Deus, an participet utramque naturam cum Christo. An clementior sit quam fuerit E Christus, cum is non legatur quemquam a purgatoriis poenis revocasse. An solus omnium non possit errare. Sexcenta id genus disputantur magnis editis voluminibus, idque a magnis Theologis, præsertim professione religionis insignibus. Atque hæc fiunt non sine manifesta suspicione adulationis, nec sine injuria Christi, ad quem collati Principes, quantumvis magni, quid aliud sunt quam vermiculi? An putant hæc placere Leoni nostro germano veroque Christi vicario, qui tanquam verus pastor nihil habet antiquius salute gregis Christiani, ut verus Christi vicarius nihil habet charius gloria principis sui Christi? Et tamen hujusmodi quæstiunculis serio occupantur quorumdam Theologorum Scholæ. His ætas rerum omnium fugacissima conteritur, cum pleraque sint ejus generis, ut doctius nesciantur quam sciantur, ut ridicule quærantur, temere definiantur. Breve tempus est, & arduum est negotium agere vere Christianum. Quin igitur omissis rebus supervacaneis, ea potissimum spectamus, quæ Christus nos scire voluit, quæ prodiderunt F Apostoli, quæ proprie ad charitatem faciunt, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, quam unam Paulus appellat finem & perfectionem totius Legis. Tot jam annis cavillamur in Scholis, quibus verbis sit loquendum de Christo. An hæc propositio sit vera, Christus fuit ab æterno, an recte dicatur compositus ex utraque natura, an constare, an conflatus, an commixtus, an conglutinatus, an coagmentatus, an ferruminatus, an copulatus. Nihil horum placet, tantum placet unitus, novum verbum, cum nihil minus significet, quam hoc cui significando repertum est. Porro si quæreretur, an pie dicamus naturam humanam unitam divinæ, fatentur pie dici. Rursus, an pie dicatur divina unita humanæ, ambigunt. Si hæc essent colloquia pomeridiana Christianorum, probarem hujusmodi sermonibus excludi fabulas ineptas. Nunc hæc videntur fidei nostræ præsidia. Quærimus ea, quæ nec scire possumus, nec scire jubemur. Illa negligimus, quæ sola fuerant meditanda. Sunt autem quædam hoc ipso perniciosa, quod obscuritate sua remorantur ac fatigant ingenium, melioribus alioqui rebus occupandum. Talem opinor fuisse philosophiam Pythagoræ. Et hoc nomine taxantur & ab Ethnicis Heracliti libri, in quibus Socrates jocabatur, *opus est natatore Delio*. Certe hoc nomine Chrysostomus damnat philosophiam Platonis, quod numeris & ænigmatibus sit involuta, non aliter perniciosa, quam foret tabula quæpiam elegans, quæ fugientem e prælio remoraretur. At- B qui talia ferme sunt, quæ traduntur ab his qui se jactant scientia subtilis Theologiæ: qui etiamsi vera prædicarent, tamen ea explicant verbis non modo sordidis, sed adeo obscuris & involutis, ut tanti non sit sic discere. Quod genus sunt, cum disputant de quatuor instantibus naturæ. Item cum disserunt, quod persona non dicit relationem originis nec communem, sed duplicem negationem communicabilitatis in genere; non extra genus, & connotat aliquid positivum, & est nomen primæ intentionis, non secundæ. Item cum ajunt, personas in divinis esse in se invicem per circumincessionem, circumincessionem vero vocem novam nove definiunt: Circumincessio, inquiunt, est subsistentis in subsistente realiter distincto, mutua præsentialitatis assistentia in eadem essentia. Rursus cum definiunt, unio personalis sive hypostatica est relatio disquiparantiæ realis quidem in uno extremo, cui in altero nulla realis ratio respondet. Item unio verbi in Christo est relatio extrinsecus adveniens, terminata ad verbum & fundata in assum- C pta humanitate, & est ista relatio non dependentis ad causam effectivam, sed sustentificati ad sustentificans. Hujusmodi tricarum apud istos plena sunt omnia. Et in hac Theologia tam non simplici vitam omnem consumunt, qui simplicem & Apostolicam profitentur. Et qui ipso etiam cognomine summam modestiam profitentur, hujusmodi philosophiæ professione tollunt cristas. Qui congruit Apostolicæ vitæ professio cum Ethnicæ philosophiæ tanto tamque curioso studio? Os consecratum est Evangelio, & nihil crepat nisi Averroem & Aristotelem. Horretur pecuniæ contactus, & in blasphemi Philosophi libris tota ducitur ætas. Veteres, qui in Paganismo aut per ætatis inscitiam talia didicerant, ex his quædam decerpebant ad eruditionem Christianam. Nunc qui Christi simplicitatem profitentur & aluntur prædicando Evangelio, talia coguntur perdiscere. Novi quemdam Theologum, qui negabat annos novem sufficere ad intelligenda quæ Scotus scripsit tantum in præfationem Petri Lombardi. Audivi rursus alium, qui prædicabat fie- D ri non posse, ut quis intelligeret unam propositionem in toto Scoto, nisi metaphysicam ipsius universam teneret memoria. Hujusmodi labyrinthis Basilides, Valentinus, & Marcion captabant animos simplicium. Denique fingamus hæc esse frugifera, quanta hîc occurrit opinionum pugna? Fingamus rursus omnia convenire, quam multa frustra quæruntur, quam multa temere definiuntur? Et prætexunt has argutias ad revincendos Ethnicos & Hæreticos esse necessarias: quum illa nusquam sint usui, nisi inter ejusdem Scholæ sodales. Non hæc eò spectant, ut suadeam esse damnandam Dialecticam ac Philosophiam, quæ traduntur in Scholis, immodicum in frivolis studium improbo. Neque minus peccant qui nobis objiciunt fumos Cabalisticos & Talmudicos. Simile est illorum studium, qui Philosophiam omnem revocarunt ad numeros. *Tempus in collecto est*, inquit Paulus, & ingens agitur negotium, cur placent ista dispendia? Tradantur optima, idque quantum licet compendio, resecentur supervacanea. Quod utinam facerent & Jureconsulti. Quin illud potius agimus, quibus rebus transformemur in Christum. Id fiet, si meditemur pro viribus illius innocentiam, abstinentes ab omni flagitio, si, quantum in nobis est, æ- E mulemur illius charitatem, de omnibus bene merentes, si imitemur patientiam, adeo non retaliantes injuriam, ut etiam pro malefactis rependamus benefacta.

14 *Scientes hoc*] Εἰδὼς, id est, *Sciens*. Mutat autem & aliis aliquot locis Paulus subinde numerum. Quanquam referri poterat *Sciens* ad verbum χρῆται, id est, *utatur*. Certe Ambrosius pro *Sciens* legit *Certum habens*, numero singulari; suffragabatur exemplar utrumque Constantiense, *Si quis legitime utatur*: prosonomasia in Græcis vocibus evidentior, νόμος, νομίμως, *lex* & *legitime*.

15 *Et non subditis*] ἀνυποτάκτοις, id est, *qui subdi nolunt*, nec ferunt imperium. Ambrosius vertit *inobsequentibus*.

16 *Contaminatis*] βεβήλοις, id est, *profanis* & arcendis a sacris. Porro contaminati piaculo aliquo a sacris arceri solent. In eumdem fere sensum sonat Græcis ἀνόσιον, nam ὅσιος dicitur ab ἅζομαι, τὸ σέβομαι. Unde ἀνόσιον vocant, qui non veretur nec F Deos nec homines. Et ideo subjecit *profanis*, qui alieni sunt a sacris.

17 *Homicidis*] ἀνδροφόνοις, id est, *viricidis*, si quis ad verbum vertat.

18 *Plagiariis*] ἀνδραποδισταῖς, id est, *qui aliena mancipia subducunt furto*, quod genus furti *plagium* vocatur apud Jureconsultos. Quemadmodum qui sacra furantur, *sacrilegi*: qui de publico aut Principis fisco, *peculatores*: qui jumenta aliena abducunt, *abigei*. Ita qui liberos aut servos alienos, *plagiarii*. Id vero cum exstet non solum apud jureconsultos, verum in omnibus pene bonis Auctoribus, quis non admiretur Lyrani, aut si quis alius hoc adscripsit commenti, vel imperitiam, qui hoc ignorarit, vel socordiam, qui non vestigarit, vel impudentiam, qui tam expedite sit interpretatus: *Plagiarii*, inquit, *sunt assueti plagas & verbera aliis inferre*. Et hunc sequutus Carrensis: *Plagiarii*, inquit, *qui plagas cujuslibet generis inferunt proximis*. Aquinas cum cætera ferme exponat, *plagiarios* prudens dissimulat, satis ipso silentio confitens, vocem sibi parum intellectam fuisse. Græca vox a mancipio dicta est, ἀνδράποδον enim *mancipium*, ἀνδραποδιστὴς, quasi dicas, *fur mancipiarius*. Illud annotandum, quod Apostolus exor-

fus

11 ται, Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον τῆς δόξης τοῦ μα-
12 καρίου Θεοῦ, ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ. Καὶ χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν,
13 ὅτι πιστόν με ἡγήσατο, θέμενος εἰς διακονίαν, Τὸν πρότερον ὄντα βλάσφημον, καὶ διώκτην, καὶ ὑβριστὴν, ἀλλὰ καὶ ἠλεήθην, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν
14 ἀπιστίᾳ. Ὑπερεπλεόνασε δὲ ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν μετὰ πίστεως καὶ ἀγάπης, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰη-
15 σοῦ. Πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον, ἁμαρ-
16 τωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτος εἰμὶ ἐγώ. Ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠλεήθην, ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐνδείξηται Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν
17 αἰώνιον. Τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ σοφῷ Θεῷ τιμὴ, δόξα εἰς τοὺς
18 αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Ταύτην τὴν παραγγελίαν παρατίθεμαί σοι, τέκνον Τιμόθεε, κατὰ τὰς

ctrinæ adversetur, [19] Secundum Evangelium gloriæ 11
beati Dei, [20] quod concreditum est mihi. Et [21] gratiam 12
habeo, [22] qui me potentem reddidit, Christo Jesu Domino nostro, quia fidelem me judicavit, ponendo in
ministerium, [23] Qui prius eram blasphemus, & persequutor, [24] & violentus, [25] sed & misericordiam adeptus 13
sum, quod ignorans fecerim per incredulitatem. Exuberavit autem supra modum gratia Domini nostri cum 14
fide & dilectione, quæ est per Christum Jesum. [26] Certus sermo, & dignus quem modis omnibus amplectamur, quod Christus Jesus venit [27] in mundum, 15
ut peccatores salvos faceret, quorum primus sum ego.
Verum ideo misericordiam sum adeptus, ut [28] in me 16
primo ostenderet Jesus Christus [29] omnem clementiam [30] ad exprimendum exemplar iis, qui credituri
essent in ipso, in vitam æternam. Regi autem secu- 17
lorum [31] immortali, invisibili, [32] soli sapienti Deo honor, gloria in secula seculorum. Amen. Hoc præceptum 18

sus catalogum vitiorum per juga, velut ingruente agmine conjunctionem omittit, *injustis & non subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis.* Hactenus per juga, mox ἀσυνδέτως, *homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis.* Quibus rursus addit jugum, *mendacibus & perjuris*, ut scires orationis cursum esse finitum.

19 *Quæ est secundum Evangelium*] Hæc duo verba, *quæ est*, non invenio in Græcis codicibus. Quanquam recte sunt addita explicandi causa. Ambrosius & Interpres vulgatus legisse videntur addito articulo, τῇ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, id est, *quæ est secundum Evangelium.* Nec ex Chrysostomi *Commentariis*, nec Ambrosii colligere licet, quid legerint. Theophylactus legit sine articulo, sed admonet articulum esse supplendum, τῇ οὔσῃ κατὰ, quemadmodum Latini. Interpres legisse videtur τῇ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, videlicet addito articulo. Sensus autem anceps est non minus apud Græcos quam apud nos. Siquidem accipi potest *Evangelium gloriæ beati Dei*, quod prædicet gloriam Dei: aut *Evangelium gloriæ*, id est, gloriosum, ut respondeat Legi Mosaicæ, quæ gloriam non habet, collata ad splendorem Evangelicum, sive quod promittat æternam gloriam in futuro seculo, sive quod hoc ipsum esset gloriosum pro Christo pati ob Evangelium, quod Gentibus videbatur esse stultitia: & idcirco addidit μακαρίου, quod in his malis sit vera felicitas.

20 *Quod creditum est mihi*] *Creditum* hoc loco *commissum* significet oportet, ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ. *Concreditum* erat apertius. Invitus, ita me Deus amet, dissentio a viris, quos animo veneror, sed tamen prima debet esse publicæ utilitatis ratio, præsertim si citra contumeliam sanetur error. Faber pro eo quod Interpres vertit, *quod creditum est*, transtulit, *cui creditus sum ego*, non animadvertens Græci sermonis idioma, sicut annotavimus & in Apologia nostra. Porro quod adjicit in examinatione, in idem recidere, *cui creditus sum ego*, & *quod creditum est mihi*, quis non videt longe secus habere? Nisi forte nihil interest, utrum dicas, *commissus est mihi filius tuus*, an *commissus sum filio tuo.*

21 *Gratias ago*] Καὶ χάριν ἔχω, id est, *Et gratiam habeo.*

22 *Qui me confortavit in Christo Jesu*] *In* redundat, nec est apud Chrysostomum, nec apud Ambrosium, nec in vetustis exemplaribus, nominatim in Constantiensi vetustiore, τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ, id est, *qui me potentem reddidit Christo*, ut *Christo* sit dativus, & intelligas Paulum in Christi gloriam fortem ac potentem fuisse, non suam. Potest & hic esse sensus, habeo gratiam Jesu Christo, cujus præsidio potens sum.

23 *Qui prius fuit*] Τὸν πρότερον ὄντα. Licet & sic, *Cum prius essem*, vel *Cum prius fuerim.*

24 *Et contumeliosum*] ὑβριστὴν, quod magis significat eum qui vim facit, hoc est, *oppressorem*, seu *violentum.* Nec enim hic ad libidinem referendum est. Siquidem apparet Paulum gradibus quibusdam exaggerare suum peccatum. Si tamen hoc dicendum est peccatum, quod pio studio facias per errorem. Primus gradus est maledicere. Secundus, insectari. Tertius, admovere vim. Nam potest insectatio citra violentiam consistere.

25 *Sed misericordiam*] ἀλλὰ καὶ, id est, *sed &*, quasi dicat, non solum veniam consequutus sum, cum talis fuerim, sed & misericordiam, ut fierem Apostolus. Nam & alias sese extenuans, auctoritatem sibi traditam, Dei misericordiam vocat, velut in Epistola ad Corinthios priore cap. VII. *Consilium autem do tanquam misericordiam consequutus.* Quanquam autem ab hac annotatione nostra non abhorret interpretatio Ambrosiana, tamen non potest liquido colligi, vel apud hunc, vel apud Chrysostomum, additam fuisse conjunctionem καί. Certe apud Theophylactum καὶ non additur. Ἐν ἀπιστίᾳ, id est, *nondum credens*, ut vertit Ambrosius, sive *per incredulitatem.*

26 *Fidelis sermo*] Hac ceu præfatiuncula solet uti Paulus, rem certam & indubitatam dicturus, ut *fidus* ad rem quoque referatur pro indubitato. Hieronymus in Epist. ad Marcellam testatur a quibusdam legi, *Humanus sermo*, sequutus, opinor, Græcos aliquos codices, qui pro πιστὸς habuerint χρηστός. Et *acceptione*, Græcis est ἀποδοχῆς, quod & *approbationem* sonat. Non rejicitur enim quod approbatur.

27 *In hunc mundum*] *Hunc* redundat.

28 *In me primo*] ἐν ἐμοὶ πρώτῳ. *Primo* hic nomen est, non adverbium.

29 *Omnem patientiam*] μακροθυμίαν, id est, *longanimitatem*, si quis ad verbum reddat. Ambrosius pro hoc uno verbo duo posuit, *magnanimitatem & patientiam.* Est autem ejusdem magni esse animi & lenis moderatique. Nam vindicta pusilli est animi. Addidit *omnem*, exaggerans suum peccatum, unde & se *primum* vocavit, non tempore, sed magnitudine commissorum.

30 *Ad informationem eorum*] πρὸς ὑποτύπωσιν. Quod Ambrosius vertit, *ad exemplum.* Est enim ὑποτύπωσις, cum res expressa subjicitur oculis. In Paulo igitur Deus velut exemplar proposuit, quid sibi debeant sperare, quicunque relictis moribus pristinis crediderunt in Christum. *In vitam æternam*, mirum nec ab Ambrosio attingi, nec a Chrysostomo, nec a Theophylacto, duntaxat in commentario. Quum tamen apud omnes referatur in contextu. Videtur autem additum, velut ab apprecante, ut hoc cedat illis ad vitam æternam.

31 *Immortali, invisibili*] ἀφθάρτῳ, id est, *qui corrumpi non potest*, quod recte vertit *immortali*, præsertim cum de vivo loquatur. Et nos in Epistola ad Romanos cap. II. vertimus ἀφθαρσίαν *immortalitatem*, pro *incorruptionem*, ne quis acciperet de libidine.

32 *Soli Deo*] μόνῳ σοφῷ Θεῷ, id est, *soli sapienti Deo*: ut *soli sapienti* conjungas, & *Deo* referatur ad omnia, atque hæc vox *sapienti*, interjecta inter *soli* & *Deo*, dirimat, ne conjunctim accipiantur, atque hinc ansam arripiant, qui cum Arianis sentiunt. Et ad eum quidem modum legit Chrysostomus, & hunc sequutus Theophylactus, si modo non fallunt codices. Cæterum nec apud Ambrosium, nec apud Hieronymum, nec apud ullum præterea Scriptorem antiquum reperio. Siquidem Ambrosius enarrat hunc locum hujusmodi verbis: *Hæc ad Dei Patris personam pertinent, quem immortalem ideo solum & invisibilem appellat, quia omnis immortalitas ab ipso est.* Ac mox: *Simili modo & in Evangelio legitur Domino dicente*: Quia nemo est, *inquit*, bonus, nisi unus Deus. *Et iterum ipse dicit*: Bonus homo de bono thesauro profert bona, *nemo tamen nisi unus Deus bonus est, quia ipse fons bonitatis est, ex quo cæteri potantur, ut boni sint. Ipse est & invisibilis solus Deus, qui nulli unquam visus est. Omnia enim agit per Filium, quem idcirco visum dicimus, ut licet aliter, quam est, apparuisset, tamen illum significemus. Honorificentiam ergo & gloriam Deo Patri in veritate pronunciat, cujus pietate & providentia Christus liberavit peccatores ex morte.* Hactenus Ambrosiana recensuimus. Ex quibus satis opinor liquere, *sapienti* in hujus exemplaribus additum non fuisse. Adducit hujus loci testimonium Augustinus adversus Adimantum, nec addidit *sapienti.* Rursus enarrans Psalmum LXVII. Iterum Psalmum CIX. Quanquam nec ex interpretatione Chrysostomi satis liquet ab ipso additum *sapienti.* Cum enim sic argumentatur, *Ecce* soli Deo *dixit, num igitur Filius Deus non est? &* soli immortali, *non igitur & Filius immortalis est?* probabilius fit illum non legisse, *soli sapienti*, sed *soli Deo.* Quanquam in calce Epistolæ ad Romanos additur *sapienti*, nec id dissimulat Ambrosiana interpretatio. Et Theophylactus addit hoc loco, atque etiam interpretatur, *Solum Patrem proprie dici sapientem, quod fons est sapientiæ.* Sed nihil est quod in his anxie torqueamur, Arianorum hæresi sic radicitus emortua, ut ne vestigium quidem ullum supersit; nam sive nomen *soli* referas, non ad Deum, sed ad epitheta, *immortali, invisibili*, non deerit quod calumnietur impius Lector, ut solus, inquiet, Pater sit invisibilis, certe non solus immortalis. Sive conjunctim ad Deum, aut etiam disjunctim, magis arripiet ansam calumniandi. Cæterum nobis quod *solum* addidit, non excludit Filium aut Spiritum sanctum a consortio Patris, sed a consortio falsorum Deorum, qui opinione falsissima hominum Dii erant. Aut juxta divum Ambrosium, ideo Patrem *solum* vocat *immortalem*, quod hic fons sit omnis immortalitatis. Ad hanc rationem & Filius immortalitatem habet a Patre, a quo habet ut sit Deus. Nec impie sensurus sit, opinor, qui Patrem ita dicat *solum* esse *Deum*, ut intelligat solum esse principium totius Deitatis, quemadmodum loquitur Augustinus libro *de Trinitate* quarto. Quod si juxta Ambrosium Pater recte dicitur *immortalis solus*, quod solus sit fons immortalitatis omnibus, *solus sapiens*, quod sit fons omnis sapientiæ divinæ & humanæ, cur non aliqua ratione *solus* dici possit *Deus*, unde Filius habet ut Deus sit, unde Spiritus sanctus, unde ipse? Verum ita fit in rebus humanis, ubi semel studiorum pugna incaluit, non hoc agit quisquam, quod ad concordiam faciat, sed quod ad victoriam. Chrysostomus & Theophylactus in hoc laborant, ut hæc omnia sint Filio communia cum Patre. Verum id rarum est in litteris Apostolicis, Christo aut Spiritui sancto tribuere vocabulum *Dei*, sive ad vitandum offendiculum quorumdam, sive quod id suo tempori reservarent. Neque enim statim ab Apostolis Christus prædicatus est Deus aut

τὰς προαγούσας ἐπί σε προφητείας, ἵνα στρατεύῃ ἐν αὐταῖς τὴν καλὴν στρατείαν, 19 Ἔχων πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν, ἥν τινες ἀπωσάμενοι 20 περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν, Ὧν ἐστιν Ὑμέναιος καὶ Ἀλέξανδρος, οὓς παρέδωκα τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν. II. 1 Παρακαλῶ οὖν, πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, 2 εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων, Ὑπὲρ βασιλέων καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων, ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. 3 Τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, 4 Ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. 5 Εἷς γὰρ Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς, 6 Ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις, 7 Εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ καὶ ἀπόστολος, ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, διδάσκαλος ἐθνῶν ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ. 8 Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας, χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. 9 Ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτὰς, μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ, 10 Ἀλλ' ὃ πρέπει γυναιξὶν, ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν δι' ἔργων ἀγαθῶν. 11 Γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μαν-

A ptum commendo tibi, fili Timothee, 33 juxta prophetias quæ de te præcesserunt, ut milites 34 in eis bonam militiam, 19 Habens fidem & bonam conscientiam, 35 qua repulsa nonnulli 36 circa fidem naufragium fecerunt, 20 37 Quorum de numero est Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satanæ, ut discant non maledicere. II. 1 [1] Adhortor igitur, ut [2] ante omnia fiant [3] deprecationes, obsecrationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, 2 Pro regibus & omnibus [4] in eminentia constitutis, ut [5] placidam ac quietam vitam degamus cum omni pietate [6] & honestate. 3 Nam hoc bonum est & acceptum coram Servatore nostro Deo, 4 Qui cunctos homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 5 B Unus enim Deus, unus etiam [7] conciliator Dei & hominum, homo Christus Jesus, 6 Qui dedit [8] semetipsum pretium redemptionis pro omnibus, ut esset [9] testimonium temporibus suis, 7 In quod positus sum ego [10] præco & apostolus, [11] veritatem dico in Christo, non mentior, doctor gentium cum fide & veritate. 8 Volo igitur orare viros in omni loco, sustollentes [12] puras manus, absque ira [13] & disceptatione. 9 Consimiliter & mulieres [14] in amictu modesto, cum verecundia & castitate [15] ornare semetipsas, non [16] tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, [17] aut vestitu sumptuoso, 10 Sed quod decet mulieres, [18] profitentes pietatem per opera bona. 11 Mulier in silentio discat cum omni subjectione. C Cæ-

Filius Dei. Petrus enim *virum* appellat in Actis, *approbatum a Deo.* Et Paulus apud Athenienses *virum* vocat, *in quo statuerat Deus* &c. Imo ne in Symbolo quidem, quod vulgus Apostolorum vocat, nominatim *Dei* cognomen apponitur Filio aut Spiritui sancto. Et Matthæi cap. x. Christus ipse mittens primum suos ad prædicandum nihil aliud mandat quam ut prædicarent pœnitentiam, in propinquo enim esse regnum cœlorum. Rursum cap. XVI. jam enim erant illum professi esse Christum, vetat ne cui dicerent quod ipse esset Christus. Quo quidem in loco admonet Origenes, quod nos modo diximus. Idem admonet Chrysostomus. Non enim quidvis, quovis tempore, aut apud quosvis dicendum est.

33 *Secundum præcedentes in te prophetias*] *κατὰ τὰς προαγούσας ἐπί σε προφητείας*, id est, *juxta præcedentes super te* sive *ad te prophetias.* Atque id quidem Græcanica scholia referunt ad id quod sequitur, *ut milites bonam militiam.* Verum potest referri & ad id quod præcedit, *Hoc præceptum tibi commendo*, hoc est, sicuti spiritu prophetiæ admonitus, feci te Episcopum, ita juxta eamdem prophetiam nunc præcipio ut milites, secundum eamdem prophetiam & illi respondeas. In hanc ferme sententiam Chrysostomus, neque dissentit Ambrosius.

34 *In illis*] Subaudiendum *prophetiis*, nec aliud apud Græcos subaudiri potest, hoc est, milites secundum eas, & illis respondeas. Quod ridicule Hugo quidam a Charo exponit de Prophetis exponendis. Sed quorsum attinet in his unum aut alterum notare locum, cum facilius sit in hoc Auctorum genere invenire errata quam effugere. Et tamen sunt qui indigne ferant quicquam in horum scriptis reprehendi. In Carrensi, quod Cardinalis sit, seu potius quod prædicatoriæ gentis. In Lyrano, non ob aliud, nisi quod Minorita fuerit. Tantum isti tribui volunt titulis suis ac cultibus, cum æquis animis ferant nos dissentire a Cypriano, ab Hieronymo, aut Cyrillo.

35 *Quam quidam repellentes*] Præteriti temporis est, *ἥν τινες ἀπωσάμενοι*, id est, *qua repulsa quidam*, id est, contempta conscientia.

36 *Circa fidem naufragaverunt*] *ἐναυάγησαν*, id est, *naufragium fecerunt.* Quis enim unquam dixit *naufragare*.

37 *Ex quibus est*] *Ὧν ἐστι*, id est, *Quorum de numero est.*

1 OBsecro igitur] Παρακαλῶ. Quod hoc sane loco rectius vertisset, *Adhortor ut fiant.* Ambrosius legit *Exhortare*, secunda persona, fortasse legit, Παρακάλει.

2 *Primum omnium*] *Omnium*, incertum est, an referatur ad *primum*, an ad *obsecrationes*, & uterque sensus tolerabilis est. Si refers ad superiora, hic erit sensus, ut cum primis fiat deprecatio, hoc est, ante omnia. Et in hanc sententiam exponit Chrysostomus, & Ambrosius, nempe diluculo. Sin ad sequentia, sensus erit, ut precationes fiant ab omnibus.

3 *Obsecrationes, orationes, postulationes*] *δεήσεις*, Ambrosius vertit *deprecationes*, & rectius. Quod hic vertit *postulationes*, *ἐντεύξεις*, vulgo vocant *intercessiones.* Idque sonat Græca vox. Quanquam hanc vocem Interpres varie reddit. Græcanicum scholium ita distinguit hæc tria, ut dicat, *δέησιν* vocari, qua rogamus, ut liberemur a malis: quod si verum est, elegantissime Ambrosius vertit *deprecationes*: *προσευχὴν* esse, qua precamur, ut nobis contingant bona: *ἔντευξιν* autem, cum querimur de his, qui nos lædunt: quod si verum est, apte vertisset *interpellationes.* Sed hisce de rebus fusius differit Augustinus in Epistola LIX. ad Paulinum, si quis copiosius postulet edoceri.

4 *In sublimitate*] *τῶν ἐν ὑπεροχῇ*, id est, *his qui sunt in dignitate.* Ambrosius legit, *qui in sublimiori loco positi sunt.*

5 *Quietam & tranquillam*] *ἤρεμον καὶ ἡσύχιον*, id est, *placidam & quietam* &c.

6 *Et castitate*] *καὶ σεμνότητι.* Quod verbum latius patet, nempe ad omnem morum gravitatem & honestatem.

7 *Mediator Dei & hominum*] Græce est *μεσίτης*, quod nos vertimus *conciliatorem.* Tertullianus libro *de resurrectione carnis* vertit *sequestrem.*

8 *Semetipsum redemptionem*] *ἀντίλυτρον.* Id significat pretium, quo redimuntur captivi ab hostibus in bello, aut a piratis. Siquidem quæ vulgo vocant *ransonas*, Græci *λύτρα* vocant. Deinde quo magis explicaret Christi commutationem, qui suo capite permutavit nos omnes, addidit *ἀντίλυτρον*, cum caput capite, vita redimitur vita.

9 *Cujus testimonium*] *Cujus* pronomen, quod non est in Græcis codicibus, & *confirmatum est*, quod nec ipsum est apud Græcos, addita sunt ab Interprete quopiam, explicandæ sententiæ causa. Nam Græca sic habent, *τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις, εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ*, id est, *testimonium temporibus suis, in quod positus sum ego.* Quanquam ad eumdem modum legit Ambrosius, consentiens cum vulgata Editione. Cum Græca lectione congruebat uterque codex Constantiensis sic: *pro omnibus, testimonium temporibus suis in quo positus sum ego.* Testimonium autem appositive additum est, quod seipsum dedit antilytron, testimonium erat promissionis propheticæ, & confirmatio divinæ charitatis erga genus hominum. Ita ferme Theophylactus & Chrysostomus. Cæterum articulus additus non est otiosus, *τὸ μαρτύριον*, id est, quod erat illud testimonium, de quo nemo debeat dubitare. Non enim fallit, qui morte sua fidem facit.

10 *Prædicator*] *κήρυξ*, id est, *præco*, sive *nuncius*, potius quam *prædicator.*

11 *Veritatem dico*] Deest apud nos *ἐν Χριστῷ*, id est, *in Christo.* Tametsi nec apud Ambrosium additur, nec apud Chrysostomum, nec apud Theophylactum.

12 *Puras manus*] *ὁσίους*, quod Ambrosius vertit *sanctas.* Quanquam Interpres hoc loco bene reddidit *puras*, quod in sacris oporteat omnia esse pura. Cæterum hic *puras* non sentit lotas more Judæorum, sed puras a rapinis, puras a libidine, puras a pugnis & sanguine.

13 *Et disceptatione*] *διαλογισμοῦ.* Quod Laurentius maluit verti *hæsitatione*, cumque hac sententia conveniunt Græcanica scholia. Quanquam Stapulensis haud absurde trahit ad animum parum pacatum erga proximum, & in hanc sententiam enarrat Chrysostomus, tametsi eamdem vocem Interpres crebro vertit *cogitationem.*

14 *In habitu ornato*] *ἐν καταστολῇ κοσμίῳ.* Non satis tutum est hoc præcipere mulierculis, præcipue Britannicis, aut etiam Italicis, quæ sua sponte satis comuntur. Imo Paulus jubet fœminas uti *amictu modesto*, ut tegantur undique, & habitus vitæ testetur integritatem ac muliebrem verecundiam, id enim sonat *κόσμιον.* Quorsum enim attinet admonere mulierculas, ne cultu utantur sordido? Apparet Aquinatem hic nonnihil offensum, & ob id philosophatur de ornatu interiori mentis, qui requiratur a fœminis, quod alioqui corporis animique robore minus valeant. Qui offenduntur quod quidam *γυνήσιε* interpretantur de fœmina, cur non offenduntur hoc sermone, *ἐν καταστολῇ κοσμίῳ.*

15 *Ornantes se*] *κοσμεῖν ἑαυτὰς*, id est, *ornare seipsas.*

16 *In tortis crinibus*] *ἐν πλέγμασιν.* Sententiam periphrasi reddidit.

17 *Vel veste pretiosa*] *ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ*, id est, *vel vestitu sumptuoso.*

18 *Promittentes*] *ἐπαγγελλομέναις*, id est, *profitentes*, ut vertit Ambrosius. Et *profitentes* hic accusativi casus est, hoc est, eo cultu utantur qui deceat mulierem, quæ ipsa re præferat pietatem: nam non est mulierum docere, professores autem dicuntur doctores. Cæterum pietatem, quam hic *θεοσέβειαν* vocat, *cultum Dei* sonat, ne quis de pietate in liberos accipiat: eam factis ipsis præ-

12 μανθανέτω ἐν πάσῃ ὑποταγῇ. Γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρὸς, ἀλλ' 13 εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ. Ἀδὰμ γὰρ πρῶτος ἐπλάσθη, 14 εἶτα Εὔα· Καὶ Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη, ἡ δὲ γυ- 15 νὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονε· Σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύ- III. 1 νης. Πιστὸς ὁ λόγος· εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγε- 2 ται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ. Δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, νηφάλιον, σώφρονα, κόσμιον, φιλόξενον, 3 διδακτικὸν, Μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον, 4 Τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον, τέκνα ἔχοντα

A Cæterum mulieri docere non permitto, neque 19 au- 12 ctoritatem usurpare in viros, sed esse in silentio. Adam 13 enim prior formatus est, deinde Eva: Et Adam non 14 fuit deceptus, sed 20 mulier seducta obnoxia facta est transgressioni: Salva tamen fiet per generationem li- 15 berorum, 21 si manserint in fide ac dilectione & sanctificatione 22 cum castitate. 1 Indubitatus sermo: 2 1 III. si quis Episcopi munus appetit, honestum opus desiderat. 3 Oportet igitur Episcopum irreprehensibilem 2 esse, 4 unius uxoris maritum, vigilantem, 5 sobrium, 6 modestum, 7 hospitalem, 8 aptum ad docendum, 9 B Non vinolentum, non percussorem, non turpiter lucri 3 cupidum, sed æquum, 10 alienum a pugnis, 11 alienum ab avaritia, 12 Qui suæ domui bene præsit, qui 4 libe-

præstari vult, non cultu promitti, quemadmodum hodie faciunt, quas *Nonnas* vocant.

19 *Dominari in virum*] αὐθεντεῖν ἀνδρὸς, quasi dicas, *auctoritate uti in viros*, & illos ad suum affectum cogere. Ab hac voce dicuntur *Authentica*.

20 *Mulier seducta in prævaricatione fuit*] *Fuit* non est referendum ad participium *decepta fuit*, sed ad particulam quæ proxime præcessit, *in prævaricatione fuit*, hoc est, transgressa est, sive obnoxia facta est transgressioni. Hunc sensum facit hypostigme Græca, ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα, ἐν παραβάσει γέγονε, id est, *sed mulier decepta, cœpit transgredi præceptum.*

21 *Si permanserit*] ἐὰν μείνωσι, id est, *si manserint*, numero plurativo, ut referatur ad filios, ut palam testatur Hieronymus, exponens hunc locum adversus Jovinianum, rursus in Epistola ad Lætam. In eadem clarissime disserit Chrysostomus, hac ratione servari posse mulierem, si genuerit liberos, & eos curarit diligenter instituendos in fide Christi, castisque moribus. Cum hoc consentit suo more Theophylactus. Nec ab hac lectione simul & interpretatione dissentit Ambrosius. Quin & Augustinus libro *de Trinitate* XII. cap. VII. sic refert hunc locum, ut non possit subsistere lectio, *permanserit*, numero singulari. Quanquam commentum, quod illic affert, non probo, filios interpretans bona hominis opera. Pudet autem vel ipsius nomine hoc loco referre, quæ Thomas Aquinas commentetur in hæc Pauli verba, quam se torqueat, quot rimas quærat, quibus elabi possit. Qui volet ipse conferat, & intelliget, quid sit scribere commentarios in novum Testamentum, non consultis Græcis exemplaribus: *Salvabitur*, inquit, *quantum ad salutem corporis, quia non privabitur sexu suo & facultate generandi. Salvabitur quoad salutem animæ, quia non privabitur gratia.* Ac mox post admixtam allegoriam, cui tamen non admodum fidit, redit ad litteralem expositionem, ut *per* non declaret causam, sed repugnantiam, sitque sensus, mulier salvabitur, etiamsi incedat per generationem, id est, si nubat. Cætera piget referre. Dicant mihi qui contemptis Veteribus, his tribuunt omnia, quid isti potuissent in enarrandis sacris voluminibus, si coacti fuissent rem suo, quod ajunt, Marte peragere, Veterum auxilio destituti, a quibus cum hauserint ferme quicquid habent lectu dignum, vix usquam tamen illos agnoscunt auctores. Id quo animo fit ab illis factum, alii viderint. Hoc sane loco mihi velim respondeant, quibus impendio placet illa decantata de Thoma fabula, ubinam erat hîc Paulus ille, qui fassus dicitur, suas Epistolas a nemine prius intellectas, quam Aquinas commentariis suis eas illustraret? Theophylactus indicat quosdam interpretari locum illum, *Salvabitur autem per filiorum generationem*, de Virgine matre, quasi per illam servatæ sint omnes mulieres, eo quod genuit Redemptorem. Nam Græca vox τεκνογονία potest & de uno filio filiave dici. Verum hoc commentum rejicit, quod minime congruat iis, quæ præcedunt & quæ sequuntur.

22 *Cum sobrietate*] μετὰ σωφροσύνης, quod Hieronymus adversus Jovinianum voluit verti *pudicitiam* magis quam *sobrietatem.* Et hic Interpres modo vertit *pudicitiam*, atque ita legit & Ambrosius. Quanquam Græca vox anceps est, magis tamen *sobrietatem* sonans & *sanitatem mentis*, quam *pudicitiam*. Sed, ut dictum est, Hieronymus illic virginitatis agit patronum.

1 *Fidelis sermo*] Πιστὸς ὁ λόγος. Et hoc loco divus Ambrosius vertit, *Humanus sermo*, unde conjicere licet illum pro πιστὸς legisse χρηστός. Chrysostomus & Theophylactus referunt ad superiora, quæ Paulus voluerit indubitata esse, quod dixit mulierem servari gignendis & recte instituendis liberis.

2 *Si quis Episcopatum desiderat*] ὀρέγεται, id est, *appetit*, sive *expetit*. Et *præclarum opus* est potius quam *bonum*, καλοῦ ἔργου. Id verum erat eo seculo. At his temporibus, qui Episcopatum expetit, præclarum censum expetit, præclarum imperium expetit, ut sunt hodie complures Episcopæ. *Opus* autem dixit, quod ἐπίσκοπος Græcis dicatur ab inspiciendo & providendo. Cæterum quanquam Interpres bis posuit *desiderat*, Græcis tamen duo sunt verba, ὀρέγεται, & ἐπιθυμεῖ. Id in aliis pensat, eamdem vocem aliter atque aliter reddens.

3 *Oportet enim*] Δεῖ οὖν, id est, *Oportet igitur*.

4 *Unius uxoris virum*] μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. Id nunc nimium dure, ne dicam ridicule, torquent ad unam Ecclesiam. An Episcopus non habet multas Ecclesias? At Chrysostomus interpretatur de unica uxore, quam habeat Episcopus, addens tamen esse nonnullos qui sic exponant, unius uxoris virum, qui fuerit semel duntaxat maritus. Et periclitatur Chrysostomus, ne Paulus exigere videatur ab Episcopo, ut uxorem habeat, aut exemplo Judæorum plures habeat simul. At nunc non solum a tot Presbyteris exigitur castitas, verum etiam matrimonium ab Hypodiaconis contractum dirimitur. Quin id quoque vehementer adstringunt, quod eo seculo, quo summa erat Sacerdotum raritas, instituit Paulus servandum in Episcopis, ut non adiret hunc honorem digamus. Jam enim, cum tot sint Sacerdotum ubique millia, excluduntur a sacerdotio, qui vel imprudentes duxerint corruptam; imo qui ante baptismum habuerit uxorem, & a baptismo duxerit alteram priore defuncta, arcetur a sacerdotio, licet hac in parte gnaviter reclamante Hieronymo. Quin illud magis mirum, cum tot egregias dotes requirat Paulus in Episcopo, cæteris prætermissis, solius uxoris habetur ratio. Admittitur incestus, admittitur homicida, admittitur pirata, admittitur Sodomita, sacrilegus, parricida, denique quis non? solus digamus excluditur ab hoc honore, qui solus nihil admisit. Mirum est autem ut quædam urgeamus ac plusquam mordicus teneamus, ad quædam prorsus conniventes. Si quis perpendat horum temporum statum, quotam hominum portionem Monachorum greges occupent, quotam Sacerdotum & Clericorum collegia: deinde perpendat, quam pauci e tanto numero vere servent vitæ castimoniam, tum in quæ libidinum genera quam innumeri devergant, quanto cum probro complures palam incesti sint & impudici, fortassis judicabit magis expedire, ut iis, qui prorsus non continent, jus fiat publici matrimonii, quod absque mala fama, pure sancteque colant, potius quam infeliciter ac turpiter libidinentur. Nunc cœlibes habet mundus quam plurimos, castos perpaucos: quanquam nec is castus est, qui Venerem non attingit, quia non licet. Sed etiam atque etiam vereor, ne census ecclesiastici castrent hodie Glericos verius quam pietas, dum metuimus, ne quod tenemus intercipiatur, aut certe nihil accedat. Verum hæc non sunt hujus instituti.

5 *Prudentem*] σώφρονα, id hoc loco Ambrosius vertit *pudicum*, id quod impendio placet Hieronymo, quod magis sonat *sobrium* & *sanæ mentis.* Nam νηφάλιον, quod præcessit, & *vigilantem* sonat & *abstemium*, unde & νηφάλια, sacra in quibus pro vino libabatur aqua. Etymologia vocis varie traditur apud Græcos. Sunt autem comites sibi vigilantia & sobrietas. Nec decet speculatorem omnium saluti vigilantem esse dormitabundum, nec vigilare potest qui luxui indulget.

6 *Ornatum*] κόσμιον, id est, *compositum*, sive *bene moratum*, aut *modestum.* Idem verbum, quod vertit, *in habitu ornato.*

7 *Hospitalem*] φιλόξενον, *benignum in peregrinos & advenas.* Annotavit Græcæ vocis emphasim Theophylactus. Nunc hospitalitatem appellant, quum Satrapas ac Reges magno luxu excipiunt donatosque dimittunt.

8 *Doctorem*] διδακτικὸν, id est, *docibilem*, sive *appositum ad docendum.* Id enim sensit Paulus, atque id est præcipuum Episcopi munus. Nam cætera quæ recensuit requiruntur etiam a subditis. Cæterum docere populum, hortari, consolari, monere, redarguere, proxima maximeque splendida est Episcoporum functio, quam nunc multi libenter cedunt aliis quamlibet sordidis: ubi receptum est ut Episcopi ditionem profanam gerant, saltem deberent in præcipuis festis concionantes apud populum ornare munus Evangelicæ prædicationis. Hieronymus adversus Pelagianos libro I. reprehendit vulgatam illorum temporum Editionem, quæ habebat *docilem*, appellans Latinam simplicitatem, & vertit, *qui docere possit.* Nam *docilis* est qui facile discit.

9 *Non vinolentum*] πάροινον. Quod Ambrosius vertit *vino obnoxium*; *vinosum* dicere poterat. Chrysostomus cumque hoc Theophylactus negat hoc accipiendum de vinoso, sed feroci & elato, & ad vim parato, quales sunt qui vino temulenti debacchantur. Mansuetudo præcipue decet patrem.

10 *Non litigiosum*] ἄμαχον, id est, *alienum a pugna*, quod Hieronymus adversus Pelagium vertit, *absque jurgio.* Et illud, *non percussorem*, μὴ πλήκτην, non pertinet ad violentiam manuum, sed acerbitatem linguæ, ne sævus & improbus sit objurgator. Id annotavit & divus Hieronymus. Quid enim magni sit, si Episcopus temperet manibus? Hieronymi sententiæ subscribit Chrysostomus. Ambrosius vertit pro *percussore*, *verberatorem.* Et apud Horatium legimus, *verbera linguæ.* Item apud Ciceronem, *verberatur Tyro, tacito duntaxat cognitionis convitio.*

11 *Non cupidum*] ἀφιλάργυρον, id est, *ab argenti cupiditate alienum.* Hieronymus adversus Pelagium vertit, *non avarum.* Hoc subjecit, vel quod hospitalis esse non possit, qui sit avarus, vel quod, ut ait Theophylactus, quidam ex hospitalitate congerant thesauros.

12 *Domui suæ bene præpositum*] καλῶς προϊστάμενον, id est, *qui bene præsit*, ut mox vertit, *Qui domui suæ bene præesse nescit*, προϊστῆναι. Ac rursus de Diaconis, τέκνοις καλῶς προϊστάμενοι, *qui filiis suis bene præsint.* Taxat enim argute Valla, quod *bene præpositum esse*, non est laus Episcopi, sed ejus qui commisit Episcopi munus.

5 τα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος. Εἰ δέ τις τοῦ ἰδίου οἴκου προςῆναι οὐκ οἶδε, πῶς Ἐκ- 6 κλησίας Θεοῦ ἐπιμελήσεται; Μὴ νεόφυτον, ἵνα 7 μὴ τυφωθεὶς εἰς κρῖμα ἐμπέσῃ τȣ̃ διαβόλου. Δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τȣ̃ 8 διαβόλου. Διακόνους ὡσαύτως σεμνοὺς, μὴ διλόγους, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας, μὴ αἰσχρο- 9 κερδεῖς, Ἔχοντας τὸ μυςήριον τῆς πίςεως ἐν κα- 10 θαρᾷ συνειδήσει. Καὶ οὗτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶ- 11 τον, εἶτα διακονείτωσαν, ἀνέγκλητοι ὄντες. Γυναῖκας ὡσαύτως σεμνὰς, μὴ διαβόλους, νηφαλίους, 12 πιςὰς ἐν πᾶσι. Διάκονοι ἔςωσαν μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες, τέκνων καλῶς προϊςάμενοι καὶ τῶν ἰδίων οἴ- 13 κων. Οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες, βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται, καὶ πολλὴν παῤῥησίαν ἐν πί- 14 ςει τῇ ἐν Χριςῷ Ἰησοῦ. Ταῦτά σοι γράφω, ἐλ- 15 πίζων ἐλθεῖν πρός σε τάχιον. Ἐὰν δὲ βραδύνω, ἵνα εἰδῇς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναςρέφεσθαι, ἥτις ἐςὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, ςύλος καὶ ἑ- 16 δραίωμα τῆς ἀληθείας. Καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐςὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυςήριον· Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύ-

A liberos habeat in subjectione 13 cum omni reverentia. 5 Quod si quis propriæ domui præesse non novit, quomodo Ecclesiam Dei 14 curabit? 15 Non novitium, 6 ne inflatus in condemnationem incidat calumniatoris. 7 Oportet autem illum & bonum habere testimonium ab extraneis, ne in probrum incidat & laqueum calumniatoris. 8 Ministros itidem compositos, non 16 bilingues, non multo vino deditos, non turpiter lucri avidos, 9 Tenentes mysterium fidei cum pura conscientia. 10 Atque hi probentur prius, 17 deinde ministrent, 18 sic ut nemo possit illos criminari. 11 19 Uxores similiter modestas, 20 non calumniosas, sobrias, fidas in omnibus. 12 21 Diaconi sint unius uxoris mariti, qui B liberis recte præsint & propriis familiis. 13 Nam qui bene ministraverint, gradum sibi bonum 22 acquirunt, & multam libertatem in fide, quæ est in Christo Jesu. 14 23 Hæc tibi scribo, sperans fore, ut veniam ad te cito. 15 Quod si tardius venero, ut noris quomodo oporteat in domo Dei versari, quæ est Ecclesia Dei viventis, 24 columna & stabilimentum veritatis. 16 25 Et citra controversiam magnum est 26 pietatis mysterium: 27 Deus manifestatus est in carne, justificatus est in spiritu, 28 visus est angelis, prædicatus est gentibus, fi-
des

13 *Cum omni castitate*] Non est hoc loco σωφροσύνης, quod aliquoties sonat *pudicitiam*, nonnunquam *sobrietatem* ac *modestiam*, de quo paulo ante dictum est, sed σεμνότητος, quod multa significat apud Græcos, *pudorem liberalem & ingenuum*, *gravitatem*, *reverentiam*. Hieronymus dum undique captat præsidia tuendæ & ornandæ virginitatis, hic quoque transtulit *pudicitiam*. Nos maluimus *reverentia*, quod præcesserit *subjectio*, ut C accipias liberos patri morigeros, & liberali præditos pudore. Idem apparet sensisse Chrysostomum. Alioqui quid est, *cum omni castitate?* Cæterum hæc varie leguntur, primum sic habent Græca: Μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, καὶ αἰσχροκερδῆ, ἀλλ᾽ ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον, &c. *Non vinosum, non percussorem, & turpi lucro deditum, sed humanum, abhorrentem a pugnis, alienum ab avaritia.* Ambrosius ita legit: *Non obnoxium vino, non verberatorem, sed modestum, non litigiosum, non asperum.* Jam frequenter admonui in hujusmodi catalogis variare scripturam. Porro quod Græce dicitur αἰσχροκερδῆ, divus Hieronymus in Epistola ad Heliodorum vertit *turpilucrum*, Græcam imitatus compositionem. Etiamsi non me clam est, hunc locum, ut innumeros alios, apud Hieronymum in vulgatis codicibus depravatum esse.

14 *Diligentiam habebit*] ἐπιμελήσεται, id est, *curam aget*, aut *curabit*. Quis enim sic loquitur, *non habet diligentiam mei? Ecclesia Dei.* Non potest deprehendi ex Ambrosio, aut Chryso- D stomo, quod addiderint *Dei*. Nam ecclesia opponitur domo. Et ecclesia magna domus est. Certe apud Ambrosium non additur in contextu, nec Theopylactus enarrans attingit.

15 *Non neophytum*] νεόφυτος, *nuper natus*, aut *nuper insitus*. Sic enim Paulus vocat recens baptizatum, quod a baptismo censeantur Christiani. Cæterum hoc loco *diaboli*, fortassis non male verti poterat, *calumniatoris*. Requirit enim Paulus ab Episcopo, non solum ut ipse vacet omni culpa, verum etiam ne sit obnoxius calumniis, aut suspicioni. Proinde vult mores ac vitam illius in Christianismo diu spectatam esse, ne quisquam vel calumniari possit. Id autem jam tum Hieronymianis temporibus adeo non observabatur, ut ea tum fuerit summa Episcopi commendatio, si statim a baptismo raperetur ad hoc honoris. Ad hunc sensum facit quod præcessit, *in opprobrium*. Neque vero me fugit Ambrosium hoc interpretari, non de fama illibata, sed de superbia tumoreque animi. Certe cum sermo Græcus sit anceps, E non arbitror absurdum, si quis hic in suo sensu abundet, ut ait Paulus. Sane pro me facit, quod mox repetens eumdem sermonem, scribit hunc in modum: *Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat & laqueum Diaboli.* Duplex enim indicat periculum, ne neophytus insolenter se gerat in novo honore, atque ita sit obnoxius calumniæ. Nam & Episcopum oportet ab omni fastu tumoreque procul abesse, & famam oportet habere non obnoxiam probris aut calumniis. Sensus autem hic constat, sive Diabolum accipias Satanam, qui per maledicas linguas contaminet bonorum famam, sive calumniatorem hominem. Nos pro *neophyto* vertimus *novitium*.

16 *Bilingues*] διλόγȣς, id est, *duplices in sermone*, & *in dictis inconstantes*.

17 *Et sic ministrent*] εἶτα, id est, *deinde*.

18 *Nullum crimen habentes*] ἀνέγκλητοι ὄντες, id est, *ejus-* F *modi ut nemo possit eos criminari.* Id quod indicat Hieronymus adversus Pelagium. Nam ἐγκαλεῖν est *in jus vocare*, & *crimen imponere*. Et ἔγκλημα atrox est injuria, ob quam aliquis in jus vocari possit. Porro ἀνέγκλητος is dicitur, cui nullum crimen possit impingi, non solum qui nullum habeat crimen, siquidem multarum pudicitia fuit infamis. Et Catonis innocentia non fuit ἀνέγκλητος, cum legatur sæpenumero vocatus in jus, sed semper absolutus.

19 *Mulieres similiter pudicas*] Cum ipse sermonis tenor palam declaret eum loqui de uxoribus Episcoporum ac Diaconorum, mea sententia, rectius vertisset *uxores* quam *mulieres*, quandoquidem Græcis est γυναῖκας. Siquidem Paulus non hic instituit universum populum, sed Episcopum cum sua familia & clientela, quam totam vult esse illibatam. Nec admodum repugnat sententiæ meæ, quod Chrysostomus interpretatur hunc locum de mulieribus, quarum ministerio utebatur Ecclesia: poterant enim hæ Diaconorum & Episcoporum uxores esse. Certe de viduis, quas Ecclesia susceperat, post suo loco præcipit. Nec video cur hic abhorrea- C mus a nomine *uxorum*, cum in confesso sit Græcis Sacerdotibus permissum esse matrimonium. Deinde σεμνὰς, eadem vox, qua in liberis Episcopi requirebat reverentem verecundiam.

20 *Non detrahentes*] μὴ διαβόλȣς, id est, *non calumniatrices*, quod Ambrosius vertit, *non studentes discordiæ*. Nam διάβολος dicitur a διαβάλλειν, quod est *dispergere rumorem*, sed adversus hominem. Nam huic vitio fere affinis est ille sexus.

21 *Diacones*] διάκονοι, id est, *ministri*, & *Diaconi*, non *Diacones*.

22 *Acquirent*] περιποιȣ̃νται, id est, *acquirunt*, tempore præsenti.

23 *Hæc tibi scribo fili Timothee*] Duo hæc verba, *fili Timothee*, non reperio in quibusdam Græcis codicibus, nec Ambrosius addit, ne Chrysostomus quidem in ipsis *Commentariis*, tantum est, Ταῦτά σοι γράφω. Nam cætera ex vulgata Editione ab alio quopiam sunt adscripta. Theophylactus ne in contextu quidem habet. Cum Græcis concordabat exemplar utrumque Bibliothecæ Constantiensis.

D 24 *Columna & firmamentum veritatis*] ςύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. Hæc ad Ecclesiam referenda sunt, non ad Timotheum, sicut quidam opinantur, nam illam vocat columnam & basim ac sedem veri. Ac in eum sane sensum citat locum hunc Augustinus, exponens Psalmum XLVII. *Ecclesiam* appellat domum Dei, ut eam distinguat a Synagoga Mosis, *columnam & firmamentum veritatis*, ob certitudinem dogmatum inviolabilem, quum Judæi versentur in umbris.

25 *Et manifeste*] ὁμολογȣμένως, id est, *confesse*, sive *citra controversiam*. Ambrosius sic explanavit περιφράσει, *Et quidem omnium confessione magnum est mysterium* &c. Item sacramentum, hic est mysterium, hoc est, arcanum.

26 *Mysterium fidei*] Quidam interpretantur de dogmatibus fidei, potest autem & de silentio intelligi, ne quid, quod solent ministri, efferant eorum quæ domi geruntur.

27 *Quod manifestum est in carne*] Græce secus est, Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, id est, *Deus manifestatus est in carne*: & quæ E sequuntur, ad Deum referenda sunt. Ambrosius & vulgatus Interpres legerunt pro Θεὸς, ὃ, id est, *quod*. Secus legunt Chrysostomus & Theophylactus, quos si sequi volumus, genera participiorum mutanda sunt, *justificatus*, *prædicatus*, *creditus*, *assumptus*. Cæterum utra lectio sit verior, ambigo nonnihil. Offendit Laurentium quomodo mysterium dicatur *assumptum in gloriam*: at cur non magis offendit, quod Deus dicitur *justificatus?* Id quod ne in Christum quidem prima fronte satis congruit: siquidem de Christo interpretatur Ambrosius. Mihi subolet, *Deum* additum fuisse adversus hæreticos Arianos. Cæterum, mea quidem sententia, simplicissima fuerit interpretatio, si quis *mysterium* intelligat prædicationem Evangelii, quod sæpe alias *mysterium* vocat, prius occultum & ignotum, nunc manifestatum universo mundo. Jam enim agit adversus eos, qui pro gratia Christi ceremonias Legis Mosaïcæ conabantur inducere, nec alia conditione recipiebant Eth- F nicos. *Pietatem* igitur vocat legem Christi, vacuam ceremoniis, cujus mysterium magnum est, sed quod jam sit *manifestatum* per Christi humanitatem, quod *justificatum in spiritu* & virtute Dei, nimirum per miracula. *Justificatum* autem dicit, ob vim justificandi datam Christo, per fidem sine Lege Mosaïca: quod *visum est Angelis*, qui canebant, *Gloria in excelsis Deo*: quod *prædicatum est gentibus*, quum soli Judæi exspectarent: quod *creditum est* non solum Judæis, sed universo mundo: denique post resurrectionem *receptum est in cælum*, unde fuerat profectum. Proinde hoc sane loco mihi magis arridet nostra lectio, præsertim quum magnus sit vetustorum exemplarium consensus. Nam Chrysostomi interpretatio hoc loco coactior est ac durior, si quis expendat.

28 *Apparuit Angelis*] ὤφθη. Cur non potius *visus est*, sive *conspectus est?* Et, *creditum est in mundo*, Sermo Græcus, ἐπιςεύθη
ἐν

ἐκηρύχθη ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη
IV. 1 ἐν δόξῃ. Τὸ δὲ Πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις καὶ διδασκαλίαις δαιμο-
2 νίων, Ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, κεκαυτηριασμένων
3 τὴν ἰδίαν συνείδησιν, Κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετὰ εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀ-
4 λήθειαν· Ὅτι πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν, καὶ οὐ-
5 δὲν ἀπόβλητον, μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον. Ἁ-
6 γιάζεται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως. Ταῦτα ὑποτιθέμενος τοῖς ἀδελφοῖς, καλὸς ἔσῃ διάκονος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως
7 καὶ τῆς καλῆς διδασκαλίας, ᾗ παρηκολούθηκας. Τοὺς δὲ βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους παραιτοῦ, γύμνα-
8 ζε δὲ σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν. Ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος, ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν, ἐπαγγελίας
9 ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης. Πιστὸς
10 ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος. Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ κοπιῶμεν καὶ ὀνειδιζόμεθα, ὅτι ἠλπίκαμεν ἐπὶ Θεῷ ζῶντι, ὅς ἐστι σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων,
11 μάλιστα πιστῶν. Παράγγελλε ταῦτα καὶ δίδασκε.
12 Μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω, ἀλλὰ τύπος γίνου τῶν πιστῶν ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ, ἐν
13 ἀγάπῃ, ἐν πνεύματι, ἐν πίστει, ἐν ἁγνείᾳ. Ἕως ἔρχομαι, πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει,
14 τῇ διδασκαλίᾳ. Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας, μετὰ ἐπιθέσεως
15 τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου. Ταῦτα μελέτα, ἐν τοῦ-

des illi habita est in mundo, receptus est in gloria. [1]
IV. 1 Spiritus autem certo loquitur, quod [2] in posterioribus temporibus [3] desciscant quidam a fide, attendentes [4] spiritibus impostoribus ac [5] doctrinis dæmoniorum, [6]
2 Per simulationem falsiloquorum, [7] cauterio notatam
3 habentium conscientiam, Prohibentium contrahere matrimonium, jubentium abstinere a cibis, quos Deus creavit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus & iis qui cognoverunt veritatem: Quod quicquid
4 creavit Deus bonum sit, & nihil rejiciendum, si cum
5 gratiarum actione sumatur. Sanctificatur enim per sermonem Dei ac precationem. De his [8] si commo-
6 nefeceris fratres, bonus eris minister Jesu Christi, [9] enutritus in sermonibus fidei bonæque doctrinæ, [10] quam usque secutus es. Cæterum [11] profanas & ani-
7 les fabulas [12] rejice, quin potius exerce temetipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio paululum
8 habet utilitatis, at pietas ad omnia utilis est, ut quæ promissiones habeat vitæ [13] præsentis ac futuræ. [14] In-
9 dubitatus sermo, dignusque qui omnibus modis approbetur. [15] Nam in hoc & laboramus [16] & probris affici-
10 mur, [17] quod spem fixam habeamus in Deo vivente, qui est servator omnium hominum, maxime fidelium.
11 Præcipe hæc & doce. [18] Nemo tuam juventutem de-
12 spiciat, [19] sed esto forma fidelium in sermone, in conversatione, [20] in dilectione, in spiritu, in fide, in puritate. Donec venero, attende lectioni, exhortationi,
13 doctrinæ. Ne [21] neglexeris quod in te est donum,
14 quod datum est tibi per prophetiam, cum impositione [22] manuum, auctoritate sacerdotii. [23] Hæc exerce,
15 in

ἐν κόσμῳ, non vacat amphibologia, potest enim utrumlibet intelligi. Commissum est hoc mysterium in mundo, data Apostolis & Episcopis auctoritate prædicandi. Aut, habita est illi fides, & persuasum est in mundo hominibus, quod juxta naturæ ordinem videbatur incredibile. Posteriorem sensum sequitur Chrysostomus.

1 *Spiritus autem manifeste dicit*] ῥητῶς, quasi dicas *præscripte*, sive *præcise*, & *certo*, *non obscure & involute*, quemadmodum loqui solet in Prophetis. Nam ῥητὰ dicuntur Græcis, *certo præscripta* & *præfinita*.

2 *In novissimis temporibus*] ὑστέροις, id est, *posterioribus*, sive *sequentibus*. Neque enim est ἐσχάτοις.

3 *Discedent*] ἀποστήσονται, id est, *deficient*, sive *desciscent*.

4 *Spiritibus erroris*] πνεύμασι πλάνοις, id est, *spiritibus seductoribus*, sive *deceptoribus*, aut *fallacibus*: ut vertit Ambrosius. Itidem Hilarius libro *de Trinitate* x. Quin & Augustinus adversus Faustum libro xv. cap. x. legit, *spiritibus seductoribus*. Sed Interpres legisse videtur πλάνης, non πλάνοις, νης per η, non per οι diphthongum. Tametsi id ad sensum nihil habet momenti.

5 *Doctrinis dæmoniorum*] δαιμονίων, potest hoc loco adjectivum esse a δαιμόνιος, quod recte verti poterat *divinorum*: propter ea quæ sequuntur, *cauteriatam*, & cætera: quæ in Dæmonia non quadrant, sed in Divinos, qui fingunt se cum Spiritibus habere commercium: idcirco adjecit, *In simulatione falsiloquorum*. Quod si legimus *Dæmoniorum*, pro *Divinorum*, genitivi perpetuo referentur eodem. Sin *Dæmoniorum*, pro *Dæmonum*, nam δαιμόνων legit Theophylactus & Chrysostomus, sensus erit, Fore qui aversi a doctrina Evangelica, auscultent falsæ doctrinæ, quam Dæmones fallaces invehent per homines, qui sub specie pietatis insinuant mendacia.

6 *In hypocrisi*] Ἐν ὑποκρίσει, id est, *In simulatione*, ut Ambrosius, sive *In fictione*. Et mirum est Christianos hac Græca voce tantopere delectatos. Et ψευδολόγων, Ambrosius elegantius vertit *falsiloquorum*, voce item composita ut est apud Græcos. Augustinus, *mendaciloquorum*. Itidem Hilarius *de Trinitate* libro x. reddidit Græcam vocem, *mendaciloquorum*: nos *falsiloquorum* vertimus.

7 *Cauteriatam habentes*] κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, id est, *quibus conscientia cauterio notata est*. Nam ferro candenti notabantur malefici, stigmatis impressis cuti. At isti non corpus, sed animum habent stigmaticum ob vitæ dedecora, quorum ipsi sibi conscii sunt. Augustinus adversus Faustum libro xv. pro *cauteriatam habentium* legit *cauteriantium*. Sed haud scio an vitio Scribarum.

8 *Hæc proponens*] ὑποτιθέμενος, id est, *suggerens*, sive *admonens*.

9 *Enutritus verbis*] Potest & active legi, *educans illos verbo fidei*. Nam participium est medium præsentis temporis, ἐντρεφόμενος. Atque ad id facit quod mox sequitur, *quam assequutus es*: hoc est, trade aliis quod a nobis didicisti.

10 *Quam assequutus es*] ᾗ παρηκολούθηκας, id est, *quam usque sequutus es*. Neque enim hic *assequutus* accipiendum est eo significatu, quo Rhetores accipiunt. Et adstipulantur Græca scholia, quæ sic exponunt, *cujus es alumnus*, hoc est, in qua es educatus, & ab adolescentia versatus. Latinis enim qui ob rei difficultatem non attingunt id ad quod tendunt, negantur assequi, quod Græci dicunt ἐφικνεῖσθαι, sive ἐπιτυχεῖν, cui diversum est ἀτυχεῖν, Latinis *frustrari*. Cæterum qui seriem omnem rei totius ordine sequuntur, nihilque prætereunt, παρακολουθεῖν dicuntur. Ad eum modum usus est & Lucas in præfatione Historiæ Evangelicæ, Ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσι, sentiens nullam vitæ partem a se prætermissam quam non pervestigasset. Et Athenæus libro 1. Τούς τε παρὰ Κίρκῃ λέοντας ποιεῖ καὶ λύκους, ταῖς ἡδοναῖς παρακολουθήσαντας: nimirum eos notans qui per omnem vitam voluptatibus fuissent addicti. Porro ridiculum fuerit, si quis interpretari velit eos voluptates assequutos. Pro nobis faciunt Chrysostomus ac Theophylactus, qui exponunt de assiduo Divinarum Litterarum studio, in quo Timotheus a puero fuerat versatus.

11 *Ineptas autem*] βεβήλους, id est, *profanas*.

12 *Devita*] παραιτοῦ, quod Ambrosius vertit *abnue*; est autem παραιτεῖσθαι, *deprecari* & *rejicere* & *non admittere*.

13 *Quæ nunc est & futuræ*] τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης: quod Ambrosius apertius, *præsentis & futuræ*. Unde non male quadrat *promissiones*: ut habent Græci, ἐπαγγελίας.

14 *Fidelis sermo*] Πιστὸς, pro ἀξιόπιστος. Nec sine tropo, quod est hominis, tribuit sermoni. Porro Græcis ἀποδέχεσθαι frequenter est *amplecti cum approbatione*. Recipimus enim quod non rejicimus, & hæc particula confirmat id quod mox dixerat de promissis utriusque vitæ.

15 *In hoc enim laboramus*] Græce est, *& laboramus*. Nam *laborare* dixit, pro molestiis affici: quo quidem argumento confirmat promissionis fidem. Quis enim laboraret pro vanis promissis?

16 *Et maledicimur*] ὀνειδιζόμεθα, id est, *probris afficimur*. Ambrosius legit, *persequutiones patimur*: miror quodnam sequutus exemplar.

17 *Quia speramus*] ὅτι ἠλπίκαμεν, id est, *quod speravimus*. Nisi quod in hujusmodi verbis affectus, Græci nonnunquam præteritum tempus usurpant pro præsenti. Verti poterat, *in quo spem fiximus*. Nec est *in Deum*, sed *in Deo*.

18 *Nemo adolescentiam*] Quum Græce sit νεότητος, rectius vertisset *juventutem*. Nec enim Timotheus erat adolescens, sed nondum habebat senectutem Episcopo dignam. Monet igitur, ut quod deest ætati, penset morum integritate.

19 *Sed exemplum esto*] τύπος, quod aliquoties vertit *formam*.

20 *In charitate*] Græci sic habent, ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ, ἐν ἀγάπῃ, ἐν πνεύματι, ἐν πίστει, ἐν ἁγνείᾳ, id est, *in sermone*, *in conversatione*, *in dilectione*, *in spiritu*, *in fide*, *in puritate*. Nimirum *in spiritu* redundat juxta Latinos. Quod tamen in *Commentariis* non attingit Chrysostomus, quum legat & interpretetur Theophylactus. Nec opus est admonere, *in sermone*, dictum pro, *per sermonem*.

21 *Negligere gratiam*] χαρίσματος, id est, *donum*.

22 *Manuum presbyteri*] Sic quidam habent codices. Verum antiqui consentiunt cum Græcis, apud quos est πρεσβυτερίου, id est, *presbyterii*, non *presbyteri*. Et ita legit Ambrosius. Illud autem dicit, Habes non solum prophetiæ donum, verum etiam efficaciam imposita manu dandi spiritum & aliis, idque ex officio presbyterii tui, nimirum Episcopus. Nam antiquitus nihil intererat inter Presbyterum, Sacerdotem, & Episcopum, ut testatur & divus Hieronymus. Deinde propter schisma e multis delectus est Episcopus. Porro quominus hic sensus accipi possit, & presbyterium, quod impositis tibi manibus accepisti, obstat Græca præpositio μετὰ, quæ comitem significat, non instrumentum. Alioqui probe quadraret cum eo quod dixit in proxima Epistola, *Resuscita donum Dei, quod est in te per impositionem manuum mearum*. Atque haud scio an hic quoque fatendum sit Paulum Græci sermonis elegantiam neglexisse, præsertim quum in hanc sententiam interpretetur Chrysostomus, ut prophetia sit donum & auctoritas docendi, deinde per impositionem manuum factus sit Episcopus.

23 *Hæc meditare*] Ταῦτα μελέτα. Quod Interpres eleganter vertit. Sed Hugo Cardinalis non intelligens hoc vocabulum, ad hunc

τύτοις ἴσθι, ἵνα σοῦ ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ ἐν πᾶ-
16 σιν. Ἔπεχε σεαυτῷ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ· ἐπίμενε
αὐτοῖς· τοῦτο γὰρ ποιῶν, καὶ σεαυτὸν σώσεις, καὶ
V. 1 τοὺς ἀκούοντάς σου. Πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς,
ἀλλὰ παρακάλει ὡς πατέρα, νεωτέρους ὡς ἀδελ-
2 φοὺς, Πρεσβυτέρας ὡς μητέρας, νεωτέρας ὡς ἀ-
3 δελφὰς, ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ. Χήρας τίμα, τὰς ὄν-
4 τως χήρας. Εἰ δέ τις χήρα τέκνα ἢ ἔκγονα ἔχει,
μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν, καὶ ἀμοι-
βὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις· τοῦτο γάρ ἐστι κα-
5 λὸν καὶ ἀποδεκτὸν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Ἡ δὲ ὄντως
χήρα καὶ μεμονωμένη, ἤλπικεν ἐπὶ τὸν Θεὸν, καὶ
προσμένει ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς νυκτὸς
6 7 καὶ ἡμέρας. Ἡ δὲ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκεν. Καὶ
8 ταῦτα παράγγελλε, ἵνα ἀνεπίληπτοι ὦσιν. Εἰ δέ
τις τῶν ἰδίων καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων οὐ προνοεῖ, τὴν
9 πίστιν ἤρνηται, καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων. Χήρα κατα-
λεγέσθω, μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα, γεγονυῖα ἑνὸς
10 ἀνδρὸς γυνὴ, Ἐν ἔργοις καλοῖς μαρτυρουμένη, εἰ
ἐτεκνοτρόφησεν, εἰ ἐξενοδόχησεν, εἰ ἁγίων πόδας
ἔνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀ-
11 γαθῷ ἐπηκολούθησεν. Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ·
ὅτ' ἂν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέ-
λουσιν,

A in his esto, ut tuus profectus 24 manifestus sit in omnibus. 16 Attende tibiipsi & doctrinæ: persiste in his: nam id si feceris, teipsum servabis, & eos qui te audierint.
V. 1 Seniorem ne sævius objurges, 2 sed adhortare ut patrem, juniores ut fratres, Mulieres natu grandiores ut matres, juniores ut sorores, 3 cum omni castitate. 3 4 Viduas honora, 4 quæ vere viduæ sunt. Quod si qua vidua liberos aut nepotes habet, 5 discant primum propriam domum 6 pie tractare, & vicem rependere majoribus: 7 hoc enim est honestum & acceptum coram Deo. 5 Porro quæ vere vidua est ac desolata, 8 sperat in Deo, 9 & perseverat in obsecrationibus ac precationibus noctu dieque. B 6 Porro 10 quæ in deliciis versatur, ea vivens mortua est. 7 Et hæc præcipe, ut irreprehensibiles sint. 8 11 Quod si qua suis & maxime familiaribus 12 non providet, 13 fidem abnegavit, & est infideli deterior. 9 Vidua allegatur, non minor annis sexaginta, 10 quæ fuerit unius viri uxor, In operibus bonis hominum testimonio comprobata, 14 si filios educavit, si fuit hospitalis, si sanctorum pedes lavit, si afflictis subministravit, 15 si in omni opere bono fuit assidua. 11 16 Porro juniores viduas 17 rejice: 18 quum enim lascivire cœperint adversus Christum, nubere volunt,

hunc exponit modum: *Versa in corde per jugem memoriam.* Quanquam ab hac interpretatione non abhorret Thomas, quem miror C non saltem Ambrosium consuluisse. Est autem *meditari*, exerceri in re quapiam. Id satis aperit Ambrosius, interpretans de exercitatione sacræ doctrinæ, ut vita quoque præstet quod docet. Et in his libris, qui Glossam habent ordinariam, in spatio quod dirimit versus, hoc commenti adjectum est, *Hæc exsequere assiduo actu.* Chrysostomus ac Theophylactus interpretatur de jugi vehementique studio, quod vel ad animum vel ad corpus potest referri. Nullus enim negat meditationem animi esse posse, velut quum quis dicturus apud judicem, secum meditatur, quæ quomodo dicturus sit. Verum hoc admonui, quod animadvertissem quibusdam nihil aliud esse meditationem, quam cogitationem.

24 *Manifestus sit omnibus*] ἐν πᾶσιν, id est, *in omnibus.*

1 S*Eniorem ne increpaveris*] Πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς. Hic *senior* ad ætatem refertur, propterea quod sequitur *juniores:* & comparativa posita puto loco positivorum. Cæterum non est simpliciter *increpa*, sed ἐπιπλήξῃς, quod significat *pla-* D *gam infligere*, & transfertur ad id quod est aspere sæveque objurgare. Ita Flaccus in Odis:

—— *metuentes patruæ verbera linguæ.*

Et superius nolebat Episcopum esse πλήκτην, hoc est, *acrem objurgatorem.*

2 *Sed obsecra ut patrem*] Valla mavult hoc loco, *exhortare*, quod παρακάλει sit anceps ad tria, ad hortandum, ad obsecrandum, & consolandum, quæ tamen omnia inter se finitima sunt. Verum illi parum videtur e dignitate Episcopi, si obsecret, præsertim peccantem, maxime juniorem aut adolescentulum. Certe Ambrosius legit, *exhortare.* Et in eam sententiam interpretantur Chrysostomus ac Theophylactus.

3 *In omni castitate*] ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ, *cum omni puritate:* licet *castitatis* verbum non displiceat. Sic enim video Chrysostomum interpretari, ut absit suspicio impudicitiæ, nimirum hanc clausulam proprie referens ad id quod proxime præcessit. Ambrosius ita E silet de castitate, ut non videatur legisse. Mea sententia, referri poterat ad omnes partes superiores, ut, sive cum senioribus agat, sive cum junioribus, sive cum puellis, purus sit ab omni specie, vel sævitiæ, vel contumaciæ, vel avaritiæ, vel odii.

4 *Quæ vere viduæ sunt*] Hoc est, destitutæ ac desolatæ. Nam χήρα Græcis dicitur a χηρῶ, quod est *desolo*, ac *destituo*, sive *orbo.* Unde & Latinis *vidua* dicitur a *viduando*, hoc est, orbando: hinc *viduertas*, pro desolatione & solitudine. Palam enim Paulus allusit ad etymologiam Græcæ vocis, id quod paulo inferius explanatius dicit, Ἡ δὲ ὄντως χήρα καὶ μεμονωμένη, id est, *Quæ vere vidua est ac desolata.* Jam vero frequenter admonuimus, *honorandi* verbum juxta morem Hebræorum subsidii significationem habere.

5 *Discat primum domum suam*] μανθανέτωσαν, *discant*, numero multitudinis: ut hoc præceptum ad filios & nepotes pertineat, qui sic instituendi sunt a matre seu avia, ut pii sint erga parentes. Hoc enim vocat εὐσεβεῖν, quod Theophylactus interpretatur γηροκομεῖν, quod & γηροβοσκεῖν appellant Græci. Ambrosius videtur F magis ad viduam referre, qui fortasse legit μανθανέτω, id est, *discat.* Chrysostomus quoque prima fronte legisse videtur μανθανέτω, quum addit, *hoc esse reddendum in nepotibus, quod in defunctis parentibus vidua non possit.* Sed propius intuenti, non hoc sentit: loquitur enim de liberis viduæ, jam matribus aut patribus, quos nepotes appellat, respectu parentum jam defunctorum. Theophylactus sine controversia legit *discant*, juxta priorem interpretationem.

6 *Domum suam regere*] εὐσεβεῖν, id est, *pie tractare:* ut vertit divus Ambrosius. Atque item Augustinus Quæstionum in Deuteronomium XLIII. *Mutuam vicem*, ἀμοιβὰς, quasi dicas, taliones. Alludit ad ἀντιπελάργησιν.

7 *Hoc acceptum*] Græce est, *bonum & acceptum*, καλὸν καὶ ἀπόδεκτον, sive *honestum & acceptum.*

8 *Speret in Deum*] ἤλπικεν, id est, *speravit*, sive *sperat:* ut legit & Ambrosius, indicandi modo, non imperandi. Nam in hujusmodi verbis nonnunquam præteritum pro præsenti usurpatur.

Et Paulus hic non præcipit, quid velit facere viduas, sed explicat C descriptione, quas vere viduas dixerit. Cæterum nihil erat, cur Vallam offenderet temporis ratio. Certe hactenus nobis suffragabatur codex sancti Donatiani. Suffragabatur & uterque codex Constantiensis.

9 *Et instet*] *Et instat*, Græce est, καὶ προσμένει, id est, *& perseverat*, sive *assidua est.* Et *perseverat* legit Ambrosius, indicandi modo; consentiebant & hic duo Constantienses.

10 *Quæ in delitiis est*] Ita distinguunt Græci, ut duo contraria conjungant, *vivens mortua est*, ζῶσα τέθνηκεν, quasi dicas, vivens non vivit. Quanquam participium utrovis referri potest. Verum sensus argutior est, juxta Græcam distinctionem. Adde quod hæc lectio multo mollior est, ad quam legit & edisserit Chrysostomus. Apertius autem Hilarius commentario in Psalmum LXVII. ex Origenis, ut opinor, sententia: *Et Apostolus*, inquit, *scit quasdam mortuas vivere: id est, dum vivunt esse jam mortuas.* Augustinus item Quæstionum in Deuteronomium XLIII. refert hunc D ad modum: *Quæ autem in deliciis agit, vivens mortua est:* suffragantibus & vetustissimis exemplaribus Latinis, in quibus addita hypodiastole, subjecta verbo *est*, separat eam orationis partem ab illa quæ sequitur, *Quæ vero in deliciis est, vivens mortua est.* Ad eumdem modum distinguit Hieronymus in Epistola, cujus initium est, *Obsecras litteris.*

11 *Si quis autem suorum*] Εἰ δέ τις. Rectius, *Si qua.* Nam hæc de vidua loquitur Paulus. Admonent & Græca scholia. Itaque interpretatur Ambrosius, nempe de vidua. Certe Theophylactus nominatim interpretatur de vidua, quæ vivens in deliciis nullius curam habet nisi suiipsius. Nec obstat quod sequitur ἀπίστου χείρων, quum hæc vox utique Græcis sit generis communis.

12 *Curam non habet*] οὐ προνοεῖ, id est, *non prospicit*, sive *providet.*

13 *Fidem abnegavit, & infideli deterior est*] Hoc videtur esse durius dictum, & ob id Aquinas distinctione nodum explicat. Ad eum enim modum explicat quod dixit Paulus: Fidem abnegavit, E *factis*, inquit. Recte quidem Aquinas. Etenim qui quod dictat fides Christiana, quæ naturæ doctrinam non abrogat, sed perficit, non præstat, is hac parte descivit a fide. Nec est simpliciter, *deterior infideli:* sed hac parte deterior est, qui hoc officii non præstet suis, quibus naturæ vinculo jungitur, quod Ethnici quoque instinctu naturæ præstant. At hodie judicio quorumdam summa habetur pietas, si quis, domi relictis liberis & uxore, aut etiam grandævis parentibus, vel Hierosolymas abeat, vel in Monasterium abdat sese, sibi victurus, aut fortassis etiam ventri.

14 *Si filios educavit*] Græce jucundius est dictione composita, εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, *si liberos educavit*, ut filias quoque complectaris. Item quod sequitur, *hospitio suscepit*, composita vox est, ἐξενοδόχησεν, quod nos vertimus, *si fuit hospitalis.*

15 *Si omne opus bonum subsequuta est*] εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησεν. Significat eam, quæ in nullo bono opere defuerit, & omnibus pietatis officiis semper adfuerit. Hieronymus in Zachariam, pro *subsequuta est*, dixit *prosequuta est.* Nos vertimus, *si in omni opere bono fuit assidua.* Quæ Carrensis philosophatur in *sub-* F *sequuta est*, quasi subsequatur, quæ se putat apprehendisse, legat si quis est φιλόγελως.

16 *Adolescentiores autem*] Νεωτέρας δέ. Malim *Juniores.* Neque enim est comparativum loco positivi positum, sed refertur ad id quod modo dixerat, *non minor sexaginta annis:* verum quæ infra hos annos sunt rejice, hactenus duntaxat, ne cibo Ecclesiæ pascantur otiosæ.

17 *Devita*] παραιτοῦ. De quo superius dictum est, id est, *rejice*, & *refuta:* hoc est, ne recipias alendas. Neque enim sentit eas arcendas a colloquio.

18 *Quum enim luxuriatæ fuerint in Christo*] ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ. Id interpretatur Hieronymus in Epistola ad Geruntiam: *Propter has*, inquit, *igitur quæ fornicatæ sunt in injuriam viri sui Christi.* Hoc enim καταστρηνιάσωσι Græcus sermo significat. Nam στρηνιᾷν *lascivire* significat, sive *ferocire*, quod deductum putant a verbo στερεῖν, ceu metaphora sumpta a jumentis, quæ cum pabulo ferociunt, avellunt habenas, & suopte arbitrio ferun-

12 λυσιν, Ἔχουσαι κρῖμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτη-13 σαν. Ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι περιερχόμεναι, τὰς οἰκίας· οὐ μόνον δὲ ἀργαὶ, ἀλλὰ καὶ φλύαροι καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα. 14 Βούλομαι οὖν νεωτέρας γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, μηδὲ μίαν ἀφορμὴν διδόναι τῷ ἀντικειμέ-15 νῳ, λοιδορίας χάριν. Ἤδη γάρ τινες ἐξετράπησαν, 16 ὀπίσω τοῦ Σατανᾶ. Εἴ τις πιστὸς, ἢ πιστὴ ἔχει χήρας, ἐπαρκείτω αὐταῖς, καὶ μὴ βαρείσθω ἡ Ἐκ-17 κλησία, ἵνα ταῖς ὄντως χήραις ἐπαρκέσῃ. Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι, διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδα-18 σκαλίᾳ. Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ, Βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις· καὶ, Ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐ-19 τοῦ. Κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ παραδέχου, ἐκ-20 τὸς εἰ μὴ ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων. Τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε, ἵνα καὶ οἱ λοι-21 ποὶ φόβον ἔχωσι. Διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων,

volunt, 19 Habentes condemnationem, quod primam 12 fidem 20 rejecerint. Simul autem & otiose discunt cir- 13 cumire domos: 21 imo non solum otiosæ, verum etiam 22 garrulæ & curiosæ, 23 loquentes quæ non oportet. 24 Volo igitur juniores nubere, liberos gignere, 25 do- 14 mum administrare, nullam occasionem dare adversario, ut habeat maledicendi causam. Jam enim nonnul- 15 læ deflexerunt, 26 sequutæ Satanam. Quod 27 si quis 16 fidelis, aut si qua fidelis habet viduas, suppeditet illis, 28 & non oneretur Ecclesia, ut iis, quæ vere viduæ sunt, suppetat. 29 Qui bene præsunt presbyteri, dupli- 17 ci honore digni habeantur, maxime ii qui laborant in sermone & doctrina. Dicit enim scriptura, Bovi tri- 18 turanti 30 non obligabis os: &, Dignus est operarius mercede sua. 31 Adversus presbyterum accusationem 19 ne admiseris, nisi sub duobus aut tribus testibus. Eos 20 qui peccant coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant. Obtestor in conspectu Dei & Do- 21 mini Jesu Christi & electorum angelorum, ut hæc serves

feruntur. Alii rursum dictum putant a στρηνὸν, quod est *durum*. Unde Hesychius στρηνὲς βοᾷν interpretatur τὸ σκληρὸν βοᾷν, id est, *dure* sive *ferociter clamare*: στρηνὲς enim Græcis sonare σαφὲς, ἰσχυρὸν, τραχὺ, στυγνὸν, ἀνατεταγμένον, id est, *manifeste*, *valide*, *aspere*, *odiose*, *pertinaciter*, denique idem esse quod στρηνόν. Porro στρηνιῶντες interpretatur hoc pacto, πεπλεγμένοι, *contorti*, addens nonnunquam idem valere στρηνιᾷν, quod διὰ πλοῦτον ὑβρίζειν, id est, *ob divitias ferocire*, & βαρέως φέρειν, id est, *graviter ferre*. Sophilus apud Athenæum libro III. videtur uti pro *deliciari*, sive *lascivire*: Γαστρισμὸς ἔσται δαψιλὴς, τὰ προοίμια ὁρῶ· χορτασθήσομαι πᾶσιν ἀγαθοῖς, νὴ τὸν Διόνυσον ἄνδρες, ἤδη στρηνιῶ. Ea si quis ad verbum reddat, ad hunc habent modum: *Ingluvies erit opipara, proœmia video: saturabor omnibus bonis, per Bacchum viri, jam lascivio.* Rursus in eodem libro, Ἐστρηνίων πᾶς καταβεβρωκὼς σιτία, ἴσως ἐλεφάντων τεττάρων, id est, *Lasciviebam devoratis cibis, quatuor fortassis elephantorum.* Proinde καταστρηνιᾷν dicuntur, qui jam minus audientes sunt dicto. Theophylactus καταστρηνιάσωσιν interpretatur ἀκκισθῶσι καὶ θρύψωνται, id est, *accissaverint & deliciari cœperint*: priore verbo dicto a moribus petulantissimæ mulieris, cui nomen fuit *Acco*, quemadmodum in *Chiliadibus* nostris explicuimus. Idem verbum habetur Apocalypsis cap. XVIII. ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν καὶ ἐστρηνίασε: pro quo Latinus reddidit, *& in deliciis fuit*. Atque inibi mox, καὶ στρηνιάσαντες. Porro κατὰ præpositio significat *contra*, & in malam partem, quum habet genitivum casum. Ergo καταστρηνιᾷν τοῦ Χριστοῦ, est *in injuriam Christi lascivire*. Sic enim mihi visum est interpretari. Et in hanc sententiam enarrant Chrysostomus ac Theophylactus. Siquidem vidua, quæ recipitur alenda, quodammodo se devovet sponso Christo, in cujus contumeliam rursus de marito novo cogitat. Non satis intelligo quid hoc loco sibi velit Faber, qui primum quod Paulus adolescentiores viduas dicit, jubet intelligi de morum inconstantia, quum paulo ante palam expresserit sexaginta annos in grandioribus, atque hac ætate minores rejici jubet. Deinde quas ille prohibet recipi stipe Ecclesiæ alendas, hic addit per Pontificem vel invitas in Monasterium retrudendas, si id petierint parentes. Ad hæc miratur, si quid aliud significet *luxuriari* quam *fornicari*. Et ob id insulse dici, *luxuriata Christo*: dicendum autem, *deliciata Christo*. Atqui si de vitiosis deliciis agit hîc Paulus, ut agere certum est, quî minus insulse dicatur, *deliciata Christo*, quam *luxuriata Christo?* Aut quid omnino significat *deliciata Christo?* Quanquam in emendatis exemplaribus habetur, *luxuriata in Christo*. Quod si qui codices reperiuntur, in quibus distinctio verba hæc, *in Christo*, semovet a superioribus, & connectit his quæ sequuntur, certe nullus Interpretum alicujus momenti in eum interpretatur modum. Secus autem distinguit Hieronymus, secus Ambrosius, secus Thomas Aquinas. Equidem non possum non admirari, quid acciderit ei viro, tum, ut opinor, pio, tum, ut habetur, erudito, ut ad hunc modum lascivire voluerit in Paulinis litteris, quasi in re ludicra versaretur, præsertim post tot egregios ac probatos Interpretes. Denique sic ista tractat, ut non addubitet, sed mera decreta nobis præscribat. Invitus hæc admoneo, sed hoc exigit Divinarum Litterarum auctoritas, exigit utilitas publica, ut tantisper levis sit amici ratio, maxime quum is adjuvetur potius quam lædatur. Neque recuso talionem, modo absit procacia. Admonitus ingenue fatebor errorem, ac mutabo, si minus queam tueri, quin insuper gratiam habebo. Sed de his paulo accuratius diximus in scholiis, quæ conscripsimus in Epistolas divi Hieronymi. Ambrosius legit, *quum enim in deliciis egerint*. Et Thomas indicat hic luxuriam non esse proprium libidinis vitium, sed immodicum usum & copiam rerum quarumlibet. Hoc recte, sed eadem de re in argumentis non recte.

19 *Habentes damnationem*] κρῖμα, id est, *judicium*. Quanquam Interpres recte expressit sensum.

20 *Irritam fecerunt*] ἠθέτησαν, id est, *repulerunt*, aut *rejecerunt*, *adspernatæ sunt*. Tametsi significat hoc quoque quod vertit Interpres. Rejicimus enim quod desiit apud nos valere.

21 *Non solum otiosæ*] Deest *autem*: *non solum autem*, οὐ μόνον δέ: ac conjunctio ad epitasin facit: eam evidentius explicat *imo*.

22 *Verbosæ*] φλύαροι, id est, *nugaces*, sive *inepte loquaces*. Rursus fœminis tribuit epitheton masculinum.

23 *Loquentes quæ*] λαλοῦσαι: quod aliquoties significat *garrire*. Unde illud λαλεῖν ἄριστος, & λάλοι Græcis dicuntur *garruli*.

24 *Volo autem*] *Volo igitur*, Βούλομαι οὖν.

25 *Matresfamilias esse*] οἰκοδεσποτεῖν, id est, *familiam administrare*: ne quis accipiat de liberis progignendis, de quo modo dixerat, sed de gubernatione familiæ: quod Græca vox evidentius declarat, dicta a *domo* & *dominio*. Et quod proxime præcessit, τεκνογονεῖν, Græce festivius dictum est voce composita, quam Latine, *filios* seu *liberos procreare*.

26 *Retro post Satanam*] ὀπίσω τοῦ Σατανᾶ, id est, *post Satanam*: nec opus est *retro*. Deinde quod hic vertit *conversæ sunt*, Ambrosius legit *deerraverunt*: ἐξετράπησαν, id est, *deflexerunt*, de quo supra meminimus. Sensus est autem, illas descivisse a Christo, & sequutas Satanam: nam hoc vocat post Satanam abire, illum ducem sequi, deserto Christo.

27 *Si quis fidelis*] Græce est, *Si quis fidelis, aut si qua fidelis*, Εἴ τις πιστὸς ἢ πιστή. Atque ita legit Ambrosius. Puto germanam scripturam fuisse, *Si qua fidelis*, ut intelligamus curam mulierum commendari mulieribus, puta si qua mater habet filiam viduam. Atque hanc scripturam habebat uterque codex Constantiensis. Verum quoniam videbantur ab hac cura cognatorum excludi viri, aliquis adjecit, *Si quis*. Atque apud Theophylactum additur quidem in contextu, πιστὸς ἢ πιστή: verum enarrans locum, tale nihil attingit. Idem comperies apud Chrysostomum, qui in enarratione repetens Apostoli verba, nihil aliud dicit, nisi Εἴ τις πιστή. Unde satis apparet, πιστὸς adjectitium esse, quum uterque notarit emphasim hujus verbi ἐπαρκείτω, quod declarat esse suppeditandum quod necessitati satis est, non quod alat lasciviam. Idem autem verbum est, quod mox sequitur, ἐπαρκέσῃ. Prius vertit *subministret*, posterius *sufficiat*: nam prius accipitur active, ut *suppedito*: posterius neutraliter, ut *suppetit*, apud Latinos. Nisi mavis subaudiri in posteriore, *Ecclesia*: *ne gravetur Ecclesia*, quo possit ea sufficere vere viduis. Cæteris viduis, quæ desolatæ non sunt, hactenus providit, ne alerentur a cognatis infidelibus, sed Christianæ a Christianis. Solas desolatas vult ali sumptibus Ecclesiæ.

28 *Ut non gravetur*] *Et non gravetur*, καὶ μὴ βαρείσθω, id est, sumptibus suis alant, & non onerent Ecclesiam.

29 *Qui bene præsunt presbyteri*] *Presbyteri* hic Episcopi vocabulum est, non ætatis. Et *honorem*, subsidium significat: non vulgarem istum honorem, decedere de via, aperire caput, flectere genu: quemadmodum non uno in loco annotavit & divus Hieronymus. Siquidem in aliis eleemosyna dicitur, cæterum in iis, quos ætas, aut dignitas, aut alioqui meritum venerandos reddit, honos appellatur præstitum officium. Et Latini munus honorarium vocant.

30 *Non alligabis os*] οὐ φιμώσεις. Quod Ambrosius vertit, *non infrenabis*. Cæterum locus, quem citat, exstat Deuteronomii cap. XXV. Mos autem est apud nonnullos circumacto jumento trituram facere, quum apud nostrates flagellis excutiant. Annotandus hic locus iis, qui tantis clamoribus tantaque tyrannide decimas & plus quam decimas extorquent a pauperrimis quoque laicis, nec intelligunt, legem vetare, ne quis obliget os bovi, sed trituranti, hoc est, docenti, monenti, exhortanti, sacrificanti, ac cæteris sacerdotalibus officiis fungenti. Quid autem hoc ad istos quosdam, qui non solum in otio, sed in Sardanapalicis deliciis vitam omnem transigunt? Quanquam aliud est laborare ore non infrenato, aliud explere scrinia sanguine pauperum. Atque hæc dixerim, non quo laici segniores sint ad beneficentiam erga Sacerdotes suos, quibus, si boni sint, nulla par gratia rependi potest, sed ut nos vicissim nostri meminerimus officii.

31 *Adversus Presbyterum*] Incertum an de seniore loquatur, an de Episcopo. Chrysostomus ad ætatem refert, Ambrosius ad dignitatem. Divus Hieronymus in Epistola quadam ad Marcellam indicat a quibusdam aliud hoc loco solere legi, nimirum illud, *Adversus Presbyterum accusationem ne recipias*, verum hanc lectionem, qua nos utimur, præfert. Et tamen quod damnat Hieronymus, sequitur Ambrosius, commode tamen interpretans, adversus Presbyterum ob ordinis dignitatem non facile recipiendam accusationem, nec ulla fit mentio duorum aut trium testium. Quid enim opus est hoc præcipere in Presbytero, quod in omnibus servandum est? Hoc sic excusat Chrysostomus, in senioribus potissimum esse servandum. Et haud scio an Lector quispiam eruditulus, offensus prima specie sermonis, mutaverit, velut enarrare cupiens quod sensit Apostolus. Rursum quod sequitur, *Peccantes autem coram omnibus argue*, si superiora ad Presbyteros referas, ad eosdem hoc pertineat oportet: ut sit sensus, crimen non facile recipiendum, nisi sint idonei testes. Quod si constiterit, palam esse arguendos in exemplum omnium. Chrysostomus ac Theophylactus utrumque de grandævis exponit.

γέλων, ἵνα ταῦτα φυλάξῃς χωρὶς προκρίματος, 22 μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν. Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις. 23 Σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει. Μηκέτι ὑδροπότει, ἀλλ' οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς 24 πυκνάς σου ἀσθενείας. Τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι, προάγουσαι εἰς κρίσιν, τισὶ δὲ καὶ 25 ἐπακολουθοῦσιν. Ὡσαύτως καὶ τὰ καλὰ ἔργα πρόδηλά ἐστι, καὶ τὰ ἄλλως ἔχοντα, κρυβῆναι οὐ δύ-VI. 1 νανται. Ὅσοι εἰσὶν ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι, τοὺς ἰδίους δεσπότας πάσης τιμῆς ἀξίους ἡγείσθωσαν, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ διδασκαλία βλασφημῆ-2 ται. Οἱ δὲ πιστοὺς ἔχοντες δεσπότας, μὴ καταφρονείτωσαν, ὅτι ἀδελφοί εἰσιν· ἀλλὰ μᾶλλον δουλευέτωσαν, ὅτι πιστοί εἰσι καὶ ἀγαπητοὶ, οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι. Ταῦτα δίδασκε καὶ 3 παρακάλει. Εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ 4 Χριστοῦ, καὶ τῇ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ, Τετύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος, ἀλλὰ νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας, ἐξ ὧν γίνεται φθόνος, ἔρις, 5 βλασφημίαι, ὑπόνοιαι πονηραὶ, Παραδιατριβαὶ διεφθαρμένων ἀνθρώπων τὸν νοῦν, καὶ ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας, νομιζόντων πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν. Ἀφί-6 στασο ἀπὸ τῶν τοιούτων. Ἔστι δὲ πορισμὸς μέγας ἡ 7 εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας. Οὐδὲν γὰρ εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τί δυνάμε-8 θα· Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις 9 ἀρκεσθησόμεθα. Οἱ δὲ βουλόμενοι πλουτεῖν, ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν, καὶ παγίδα, καὶ ἐπιθυμίας πολλὰς ἀνοήτους

A serves [32] sine præcipitatione judicii, nihil faciens [33] juxta propensionem animi. 22 Manus cito ne cui imponas, neque communices peccatis alienis. Temetipsum purum serva. 23 [34] Ne posthac bibas aquam, sed vino paululo utere propter stomachum tuum [35] & crebras 24 tuas infirmitates. Quorumdam hominum peccata ante [36] manifesta sunt, [37] præcedentia ad judicium, [38] 25 quosdam vero & subsequuntur. Consimiliter & bona opera ante manifesta sunt, & ea quæ secus habent, occultari non possunt. VI. 1 Quicumque sub jugo sunt servi, suos dominos omni honore dignos ducant, [1] ne nomen Dei & doctrina male audiat. 2 Qui vero fideles habent dominos, ne contemnant, quod fratres sint: B sed magis inserviant, quod fideles sint ac dilecti, [2] qui beneficentiæ participes sunt. Hæc doce & exhortare. 3 [3] Si quis diversam sequitur doctrinam, [4] & non accedit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, & 4 ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, Is [5] inflatus est, nihil sciens, [6] sed insaniens circa quæstiones ac disputationum pugnas, [7] ex quibus nascitur invidia, con-5 tentio, maledicentia, suspiciones malæ, [8] Supervacaneæ conflictationes hominum mente corruptorum, [9] & quibus adempta est veritas, qui existimant [10] quæstum esse pietatem. Sejungere ab iis qui ejusmodi sunt. 6 Est autem quæstus magnus pietas [11] cum animo sua 7 forte contento. Nihil enim intulimus [12] in mundum, 8 [13] videlicet nec efferre quicquam possumus: Sed habentes [14] alimenta, & quibus tegamur, [15] his conten-C 9 ti erimus. Cæterum qui volunt ditescere, incidunt in tentationem, [16] & laqueum, & cupiditates multas [17] stul-

32 *Sine prajudicio*] χωρὶς προκρίματος, *sine prajudicio. Prajudicium* hoc loco non significat, quod apud Jureconsultos, rem prius judicatam, sed præcipitatum judicium, quum ex concepta temere opinione quippiam agitur, & judicamus ipsi apud nos antequam compertum habeamus. Ad hunc modum interpretantur Græcanica scholia.

33 *In alteram partem declinando*] κατὰ πρόσκλησιν. Interpres legisse videtur πρόσκλισιν, per *iota*, non per *ita*, id est, a verbo προσκλίνω, non πρόσκαλῶ: atque ita legit divus Ambrosius, apud quem est, *in aliam partem declinans*. Et divus Basilius in principio proverbiorum, citantibus Græcanicis scholiis. Neque secus legunt & interpretantur Chrysostomus ac Theophylactus. At Clemens legit, ut nunc habent Græcorum exemplaria, nisi quod mihi legendum videtur πρόκλησιν, non πρόσκλησιν, hoc est, *provocationem*, non *advocationem*, si cui tamen placet per η scribere. D

34 *Noli adhuc aquam*] Μηκέτι ὑδροπότει, id est, *Ne posthac aquam biberis*. Significat eum usque ad id tempus aquam potitasse, ut ratiocinatur divus Hieronymus: & Græcis unica dictio est ὑδροπότει.

35 *Frequentes tuas infirmitates*] ἀσθενείας. *Infirmitates* intellige non morbos aut graves ægrotationes, sed corporis debilitatem.

36 *Manifesta sunt*] πρόδηλοι, id est, *pramanifesta*: hoc est, per se manifesta, etiam prius quam damnentur cujusquam judicio. Nam illud *pra* refertur ad externum judicium. Loquitur enim de palam malis ac palam bonis, rursus de clam malis aut bonis.

37 *Pracedentia ad judicium*] προάγουσαι εἰς κρίσιν. Jam enim illa condemnata sunt prius quam is, qui admisit, adductus sit in judicium.

38 *Quorumdam autem*] *quosdam autem*, est Græce: atque ita legit Ambrosius, τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν, id est, *quosdam autem etiam subsequuntur*: suffragatur uterque Constantiensis.

E 1 N*E nomen Domini*] Græce est, *nomen Dei*, τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. Atque ita legit & Chrysostomus, cumque hoc Ambrosius, ut colligere licet ex interpretatione.

2 *Quia beneficii participes sunt*] οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι, id est, *ii qui beneficentia participes sunt*, sive *qui beneficentia juvantur*. Et in vetustis codicibus *qui* comperi, non *quia*. Refertur autem ad servos, non ad dominos. Quanquam Theophylactus bifariam exponit. Chrysostomus licet ambigue loquatur, tamen videtur hunc sequi sensum, hoc diligentius serviendum dominis Christianis, quod in eos officium collocatur, qui ex supercilio dominorum transierunt in affectum parentum, & pro formidatis dilecti esse cœperunt. Ait enim, *non contemnant, quia fratres sunt: sed magis serviant, quoniam fideles sunt atque dilecti, qui beneficium sumunt*. In eamdem sententiam interpretatur Ambrosius.

3 *Si quis aliter docet*] ἑτεροδιδασκαλεῖ, id est, *diversa docet*, aut *diversam doctrinam sequitur*. Nam videtur in eos competere, F qui fastidita doctrina Evangelica vacabant inanibus quæstiunculis. Est autem Græcis unica dictio composita, de quo superius admonuimus.

4 *Et non acquiescit*] προσέρχεται, id est, *accedit*: ita sonat Græce, & apte respondent Latina. Fortassis Interpres legit προσέχεται, id est, *adharet*.

5 *Superbus est*] Τετύφωται, id est, *Inflatus est*. Ambrosius legit, *Superbit*. Cyprianus in Epistola quadam legit, *Stupore elatus*. Suspicor ab ipso scriptum fuisse, *Tumore elatus*.

6 *Sed languens*] νοσῶν, id est, *agrotans*: quod apud Græcos sæpius ad animum refertur, ut νοσεῖν dicantur, qui desipiunt ac delirant, hoc est, animi morbo laborant. Quod verbi mire quadrat in istos Sophisticos Theologos, qui contemptis iis, quæ necesse est discere, in stultissimis illis suis argutiis, & nihili labyrinthis, ætatem universam conterunt miseri. Quod tamen nolim ita dictum accipi, ut, quod nonnulli solent, in ordinis contumeliam detorqueatur, quod in paucos dicitur, honestissimo indignos ordine, perpetua frivolarum quæstionum scabie prurientes, neque prorsus aliud agentes per omnem vitam. Atque utinam Theologi sic temperent sua studia, ut nulli sint in quos hæc vere dici possint. Eleganter autem Paulus unico verbo dixit *pugnas verborum*, λογομαχίας: quum isti jactent se totos in rebus esse.

7 *Ex quibus oriuntur*] Paulus invidiam & contentionem singulari numero posuit, atque item Ambrosius.

8 *Mala conflictationes*] Παραδιατριβαί. *Mala* Græci referunt ad suspiciones. Et Theophylactus hanc particulam, etiam commentario interjecto, separat ab iis quæ sequuntur: nam quod sequitur, παραδιατριβαὶ, per se sonat in malam partem, propter præpositionem παρὰ, quæ sæpius id efficit, ut in παραφρονεῖν, & παραφέρεσθαι, & παραβλέπειν. Dicuntur autem congressus & disputationes Philosophorum *diatriba* Græcis, quas hic addita præpositione inutiles facit, & nihil ad rem pertinentes. Scholia Græcanica admonent metaphoram sumptam a scabiosis, qui mutuo conflictu contactuque morbum communicant. Sic & Theophylactus ait: Παραδιατριβαὶ, τοῦτ' ἔστι, σχολαὶ μάταιαι· διατριβὰς γὰρ τὰς σχολὰς ἔθος καλεῖν· ἢ ὅτι καθάπερ τὰ ψωραλέα τῶν προβάτων παρατριβόμενα νόσου πληροῖ καὶ τὰ ὑγιαίνοντα· οὕτως καὶ οὗτοι παρατριβόμενοι ἑτέροις, διαφθείρουσιν αὐτούς. Id est, *Paradiatriba, id est, schola supervacanea: nam mos est scholas vocare diatribas: sive quod sicut scabiosa oves, dum affricant sese, morbo implent & sanas: ita isti quoque, dum aliis affricant se, corrumpunt eos*. Eadem pene verba sunt apud Chrysostomum. In nonnullis exemplaribus habebatur διαπαρατριβαί. *Suspiciones* autem *malas* hic Græci interpretantur falsas opiniones & commentitias, ut congruat cum inutilibus conflictationibus.

9 *Veritate privati sunt*] ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας. Ambrosius vertit, *& qui veritate caruerunt*. Græce sonat efficacius, *quibus adempta est veritas*, juxta illud Publii, *Nimium altercando veritas amittitur*. Εὐσέβειαν, Ambrosius quum dixisset *pietatem*, velut interpretans addit, *& Dei culturam*.

10 *Quastum esse pietatem*] Post hæc verba reperi apud Græcos, Ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων, id est, *Abstine a talibus*. Item Ambrosius, *Discede ab hujusmodi*. Atqui id in vulgatis Latinorum codicibus non habetur. Etiamsi Theophylactus legit & interpretatur, Chrysostomum sequutus.

11 *Cum sufficientia*] μετ' αὐταρκείας. Ea vox significat, cum quis sua sorte contentus est, nec aliud desiderat.

12 *In hunc mundum*] Addidit suo more *hunc*, quod non est apud Græcos.

13 *Haud dubium quia*] δηλονότι. Quod est affirmantis. Et plenius reddidisset Græcarum vocum affinitatem, εἰσενεγκεῖν & ἐξενεγκεῖν, si vertisset *inferre* & *efferre*.

14 *Et alimenta*] διατροφάς. Cyprianus enarrans precationem Dominicam vertit *& exhibitionem*, hoc est, quod vocant *prabendam*, propius accedens ad sensum Pauli, quam qui vertit *alimenta*.

15 *His contenti simus*] ἀρκεσθησόμεθα, id est, *contenti erimus*. Interpres legit ἀρκεσθησώμεθα, per ω mega.

16 *Et in laqueum Diaboli*] *Diaboli* apud Græcum non est: nec additur apud Ambrosium. Unde consentaneum est adjectum a quopiam ex superioribus, qui locum voluerit hunc interpretari.

17 *Et inutilia*] Copula redundat, nec est apud Græcos *inutilia*,

ἀνοήτους καὶ βλαβερὰς, αἵτινες βυθίζουσι τοὺς ἀνθρώπους [10] εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν. Ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία, ἧς τινες ὀρεγόμενοι, ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως, καὶ ἑαυτοὺς περιέπει- [11] ραν ὀδύναις πολλαῖς. Σὺ δὲ ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ταῦτα φεῦγε· δίωκε δὲ δικαιοσύνην, εὐσέβειαν, πί- [12] στιν, ἀγάπην, ὑπομονὴν, πραότητα. Ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως· ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς, εἰς ἣν καὶ ἐκλήθης, καὶ ὡμολόγησας τὴν καλὴν ὁμολο- [13] γίαν ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων. Παραγγέλλω σοι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα, καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ, τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου [14] τὴν καλὴν ὁμολογίαν, Τηρῆσαί σε τὴν ἐντολὴν ἄσπιλον, ἀνεπίληπτον, μέχρι τῆς ἐπιφανείας τοῦ [15] Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, ὁ Βασιλεὺς τῶν βα- [16] σιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων, Ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται, ᾧ τι- [17] μὴ καὶ κράτος αἰώνιον. Ἀμήν. Τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε, μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, ἀλλ' ἐν τῷ Θεῷ τῷ ζῶντι, τῷ παρέχοντι ἡμῖν πλουσίως πάντα εἰς ἀπόλαυ- [18] σιν, Ἀγαθοεργεῖν, πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς, εὐμετα- [19] δότους εἶναι, κοινωνικοὺς, Ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς θεμέλιον

stultas ac noxias, [18] quæ demergunt homines in exitium & interitum. [10] Siquidem radix omnium malorum est [19] studium pecuniæ, [20] quam quidam dum appetunt, [21] aberraverunt a fide, & seipsos implicuerunt doloribus multis. [11] Tu vero homo Dei, ista fuge: sectare autem justitiam, pietatem, fidem, charitatem, [22] patientiam, mansuetudinem. [12] Certa bonum certamen [23] fidei: apprehende vitam æternam, [24] ad quam & vocatus es, & professus es bonam professionem coram multis testibus. [13] Præcipio tibi in conspectu Dei, qui vivificat omnia, & Jesu Christi, qui testatam fecit sub Pontio Pilato bonam professionem, [14] Ut serves præceptum [25] immaculatum, irreprehensibilis, [26] usque ad apparitionem Domini nostri Jesu Christi, [15] [27] Quam temporibus suis ostensurus est [28] ille beatus & solus Princeps, [29] Rex regnantium, & Dominus dominantium, [16] Qui solus habet immortalitatem, lucem habitans inaccessam, quem vidit nemo hominum, neque videre potest, cui honor & imperium [30] sempiternum. Amen. [17] [31] His, qui divites sunt in præsenti seculo, præcipe, [32] ne elato sint animo, neque spem ponant [33] in divitiis incertis, sed in Deo vivente, qui præbet [34] nobis omnia affatim ad fruendum, [18] [35] Ut bene faciant, ut divites sint operibus bonis, [36] ut faciles sint ad impartiendum, libenter communicantes, [19] [37] Recondentes

lia; sed ἀνοήτους, id est, *stulta*: quanquam Interpres legisse videtur ἀνονήτους, atque item Ambrosius.

18 *Quæ mergunt*] βυθίζουσι, id est, *demergunt in profundum.*

19 *Et cupiditas*] ἡ φιλαργυρία, id est, *pecuniæ studium.* Ambrosius legit *avaritia.* Alioqui cupiditas aliarum item rerum est, ut gloriæ, imperii, voluptatum, vindictæ.

20 *Quam quidam appetentes*] Hic argutatur Valla, quid referat hæc vox *quam:* non cupiditatem. Quis enim dicitur appetere cupiditatem? sed pecuniam, inquit, inclusam hoc verbo φιλαργυρίαν. Quum apud Latinos nulla sit hîc dictio, quæ pecuniam habeat inclusam, de Græcis accipiatur oportet quod indicat Laurentius. At in φιλαργυρία quid inclusum est, ἄργυρος aut ἀργύριον? quomodo igitur apud illos congruit articulus ἧς? Prorsus hîc humanum quiddam accidit Laurentio. Dicuntur autem appetere studium pecuniæ, qui huc incumbunt.

21 *Erraverunt a fide*] ἀπεπλανήθησαν, id est, *aberrarunt.*

22 *Patientiam, mansuetudinem*] πραότητα. Ambrosius vertit, *tranquillitatem animi.*

23 *Fidei*] Videbatur frigidum, si Paulus ei præciperet fidem, quem fecerat Episcopum, hoc est, fidei doctorem. Proinde Theophylactus fidei vocabulo excludit quæstiones rixosas, quas vult a Timotheo rejici. Fides enim non requirit subtilitatem humanam.

24 *In qua vocatus es*] *In quam*, εἰς ἥν. *Ad quam* Ambrosius. Græci addunt καὶ, *in quam & vocatus es:* tametsi non additur apud Theophylactum.

25 *Sine macula*] ἄσπιλον, id est, *immaculatum*, & refertur ad ipsum Timotheum, non ad mandatum, id est, *ut serves mandatum immaculatus, irreprehensus.* Etiamsi Ambrosius refert ad mandatum, si modo codex vacat mendo: consimiliter & Chrysostomus, a cujus commento dissentiebat contextus distinctio. Quanquam sermo Græcus non vetat, quominus adjectivum referatur ad præceptum. Jam ut maxime ἄσπιλον & ἀνεπίληπτον referas ad mandatum, tamen subest aliquid amphibologiæ. Nam si referas ad serva, sensus est, ne macules mandatum tuo vitio: sin ad mandatum, serva mandatum, quod maculam aut reprehensionem nescit, quemadmodum Pseudapostolorum præcepta. Et tamen huic sensui refragatur articulus non additus, potius erat dicendum, τὴν ἐντολὴν τὴν ἄσπιλον.

26 *Usque in adventum*] μέχρι τῆς ἐπιφανείας, id est, *usque ad apparitionem*, sive *illustrationem:* quod ego sane malim, quia sequitur, *Quam ille ostensurus est.* Quid ostendet? Nimirum gloriam Filii sui, quem ante exhibuerat humilem.

27 *Quem suis temporibus*] *Quem* refert adventum, non Christum: id quod liquet ex Græcis.

28 *Beatus & solus potens*] ὁ μακάριος. Græcus articulus habet emphasim, quam nos reddidimus addito pronomine, *ille beatus.* Græca vox dicta est ab immunitate corruptionis, quam & Homerus tribuit Diis, μακάρεσσι θεοῖσι. Nec est δυνατὸς, quod sonat simpliciter *potentem*, sed δυνάστης substantivum, hoc est, rei publicæ gubernator ac princeps: hanc vocem velut exponens Apostolus subjicit, *Rex regum & Dominus dominantium.* Δυναστεύειν dicuntur, qui potentia rem publicam obtinent, quod Deo proprium est, nullis subjecto legibus. Βασιλεὺς a providentia dicitur, quasi πᾶσι λεύων, quod *omnibus prospiciat.* Et hoc unice convenit Deo. Κύριος auctoritatis nomen est. Nullus enim potest rescindere, quod Deo placuit.

29 *Rex Regum*] Græce est *regnantium*, τῶν βασιλευόντων. Regnant enim quidam potius quam sunt Reges. Hæc omnia Theophylactus accommodat personæ Filii: sed Ambrosius, mea sententia, rectius accommodat Patri: quod perspicuum est ex hisce verbis: *Non quia aliud lumen Filii sit, quippe quum in Psalmo scriptum sit,* Et in lumine tuo videbimus lumen: *hoc est, lumen Patris est in Filio: sed quia nemo videt Patrem, ac per hoc inaccessibile inhabitat lumen. Non enim est ordo alicui videndi Patrem, nisi Christo, qui de Deo est, hic vidit Deum. Filius autem quia omnia ipse agit, & apparere dicitur & videri.* Illud ergo peculiare Patris est, quod supra dictum est. Quid scripserit Chrysostomus, incertum: certe versus prima fronte sibi videtur contradicere: nam initio rogat, de quo ista dicta sunt? *De Patre, an de Filio? De Filio scilicet, Quem suis,* inquit, *temporibus* & cætera. Ac paulo post velut oblitus sui movet aliam quæstionem: *Qui solus*, inquit, *habet immortalitatem. Quid ergo? Filius non habet?* Ex his verbis palam est, Chrysostomum quæ dicta sunt accommodasse Patri, alias erat absurda quæstio. Sed propius intuenti Chrysostomus in priore quæstione non percontatur quis sit ostensurus, sed qui ostendendus. Pater ostendit, Filius ostenditur. Theophylactus fatetur Chrysostomum hæc principaliter adscribere Patri, quanquam & Filio & Spiritui sancto communia. Thomas Augustinum sequutus exponit de Trinitate. De veritate sententiæ non disputo, sed de consuetudine sermonis Evangelici & Apostolici. Quum enim aliis in locis hujusmodi tribuantur Patri ceu propria, sine contumelia Filii aut Spiritus sancti, cur hic torquemus ad Trinitatem? Neque enim ideo non est æternus Filius, quia Patri tribuitur æternitas, ut notio peculiaris: nec ideo Pater non est sapiens, quia Filio adscribitur sapientia: nec ideo Filius non est bonus, quia Spiritui sancto tribuitur bonitas. Sed in his Sacræ Literæ habent suum quemdam loquendi modum. Ad Patrem auctorem referuntur omnia: ab illo est immortalitas, vita, & lumen. Jam in hujus sermonis initio facta est distinctio personarum: *Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, & Christo Jesu, qui testimonium reddidit,* & cætera. Eam prosequitur: quod enim ait, *usque ad adventum Domini nostri Jesu Christi*, ad Filium pertinet: quod mox sequitur, *Quem* adventum *ostendet*, hoc est, *illustrabit ille beatus*, ad Patrem pertinet: qui quum sit invisibilis, in Filio ostendit majestatem suam. In priore adventu Filius Patri obedivit usque ad mortem, ac sub Pontio professus est bonam professionem: in secundo, Pater exhibebit eum gloriosum, sibique æqualem. Et in doxologia Missæ, Filius dicitur esse *in gloria Patris.* Et in Evangelio, *Deum nemo vidit aut novit, nisi Filius.* Similiter & in appendice Epistolæ ad Romanos, dicitur *solus sapiens Deus*, quum inibi bis fiat Filii mentio, *prædicationem Jesu Christi*: ac mox, *per Jesum Christum.* Denique quum toties Paulus nominatim Patrem appellet Deum, Filium tantum Dominum, neque quisquam offendatur, cur hîc trepidamus in consuetudine mystici sermonis? Hîc in nonnullis desiderare cogor candorem Christianæ charitatis, æquis auribus audimus solum Deum Patrem esse immortalem, & insectamur, si quis pio sensu dicat solum Christum fuisse prorsus alienum ab omni contagio peccati.

30 *In sempiternum*] *In* superest. Et κράτος *potestatem* quoque significat ut *imperium.* Proinde Ambrosius pro *imperio* legit *potestas.*

31 *Divitibus hujus seculi*] τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, id est, *iis qui sunt divites in præsenti seculo.*

32 *Non sublime sapere*] ὑψηλοφρονεῖν: quod Ambrosius vertit *superbe sapere.* Significat autem *elato esse animo* & *arroganter de seipso sentire.*

33 *In incerto divitiarum*] ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, id est, *in divitiarum incertitudine.*

34 *Nobis omnia abunde*] πλουσίως. Rursum Interpres non reddidit jucunditatem, quæ est in vocum affinitate, πλούτου & πλουσίως, quasi dicas, *divitiarum* & *divitialiter*, sive *opulentia* & *opulente.*

35 *Bene agere*] Ἀγαθοεργεῖν, dictio composita est ex *bono* & *opere*, quasi dicas, *Bene operari.* Demiror quid legerit divus Ambrosius, qui reddidit hunc locum hoc pacto, *In voluntate bonorum operum*: nisi forte legit ἐθελοεργεῖν.

36 *Facile tribuere*] εὐμεταδότους εἶναι, id est, *faciles esse ad impartiendum.* Ita legit Ambrosius, nisi quod omittit *esse.*

37 *Thesaurizare*] Ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς, id est, *Reponentes* sive *Recondentes sibi.*

μέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον, ἵνα ἐπιλάβωνται τῆς αἰωνίου ζωῆς. 20 Ὦ Τιμόθεε, τὴν παρακαταθήκην φύλαξον, ἐκτρεπόμενος τὰς βεβήλους κενοφωνίας, καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, 21 Ἥν τινες ἐπαγγελλόμενοι, περὶ τὴν πίστιν ἠστόχησαν. Ἡ χάρις μετὰ σοῦ. Ἀμήν.

Ἐγράφη ἀπὸ Λαοδικείας, ἥτις ἐστὶ μητρόπολις Φρυγίας τῆς Πακατιανῆς.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ ΠΡΩΤΗΣ

ΤΕΛΟΣ.

A tes sibiipsis fundamentum bonum in posterum, ut apprehendant 38 æternam vitam. O Timothee, 39 20 depositum serva, devitans profanas 40 vocum inanitates, & oppositiones 41 falso nominatæ scientiæ, 21 Quam nonnulli 42 profitentes, 43 circa fidem aberraverunt. 44 Gratia sit tecum. Amen.

Missa fuit ex Laodicea, quæ est metropolis Phrygiæ Pacatianæ.

B EPISTOLÆ PAULI AD TIMOTHEUM PRIMÆ

FINIS.

38 *Et veram vitam*] Græcis est *æternam vitam*. Ambrosius tamen legit atque interpretatur *veram vitam*. Contra Chrysostomus legit *æternam*, nihil tamen adjiciens in interpretatione, unde certo liqueat quid legerit. Theophylactus sine controversia legit *τῆς αἰωνίου ζωῆς*: etiamsi nec is attigit enarrans, licet hoc non magni referat, quando non est alia vera vita, nisi vita immortalis. Nam vita impiorum mors est, & hæc vita brevi finienda, cursus est ad mortem.

39 *Depositum custodi*] *παρακαταθήκην*, id est, *quod tibi commissum est*. Sentit autem hanc doctrinam, quam illi & in initio commendarat. Et ita exponunt Græca scholia. Non enim vult aliquid addi traditis.

C 40 *Vocum novitates*] *κενοφωνίας*, id est, *vocum inanitates*. Ambrosius & Interpres legisse videntur *καινοφωνίας*. Quanquam Græca scholia per *ε* legunt. Nec enim hîc agit de novandis vocibus, sed de disputationibus supervacaneis. Ex interpretatione Chrysostomi non liquet quid legerit. Theophylactus legit & interpretatur *κενοφωνίας*, id est, *ματαιολογίας*: non dissimulans tamen Chrysostomum videri legisse *καινοφωνίας* per *αι* diphthongum. Addit videri, quod, quemadmodum diximus, ex illius enarratione non liquet quid legerit.

41 *Falsi nominis*] *ψευδωνύμου γνώσεως*, quasi dicas, *falso nominata scientia*. Nec enim est scientia, ubi fides non est. Et hæc omnia mire quadrant in hos quosdam spinosos Theologistas. Non enim de omnibus loquor, & fortassis nulli tales futuri sunt. Et apte dixit *ἀντιθέσεις*, *oppositiones*: quod omnibus de rebus inter istos mira sit digladiatio.

42 *Promittentes*] *ἐπαγγελλόμενοι*. Cur non potius *profitentes*?

43 *Circa fidem exciderunt*] *ἠστόχησαν*, id est, *aberrarunt*: sicut antea vertit. Ductum autem ab iis, qui aberrant a scopo. Hieronymus dialogo adversus Pelagianos II. vertit *erraverunt*.

44 *Gratia tecum*] Hoc Paulus suapte manu subscripsit, ut putat Ambrosius.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM PAULI AD TIMOTHEUM PRIMAM,

PER

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM,

FINIS.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ
τῆς πρὸς
ΤΙΜΟΘΕΟΝ
ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

ΤΑύτην ἐπιςέλλει πάλιν ἀπὸ Ῥώμης. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιςολῆς αὕτη. Τῶν συναποδημούντων τῷ Παύλῳ καταλειψάντων αὐτὸν, βουλόμενος αὐτὸς ὁ Ἀπόςολος ἐλθεῖν Τιμόθεον πρὸς αὐτὸν, γράφει τὴν Ἐπιςολήν. Καὶ πρῶτον μὲν σημαίνει ἑαυτὸν μνημονεύειν αὐτοῦ τε τῆς εὐλαβείας, καὶ τῆς τῶν προγόνων αὐτοῦ πίςεως. Ἔπειτα δηλῶν, ὅτι οἱ ἀπὸ Ἀσίας, ὧν ἐςι Φύγελλος καὶ Ἑρμογένης, ἀπεςράφησαν αὐτὸν, ὁρῶντες αὐτοῦ τὰς ἁλύσεις. Μόνῳ δὲ Ὀνησιφόρῳ μαρτυρεῖ σπουδὴν, καὶ τοῦτον ἀπεδέξατο, ἐλθόντα εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ προσμείναντα αὐτῷ. Παραγγέλλει δὲ αὐτὸν παραιτεῖσθαι τὰς μωρὰς ζητήσεις, διὰ τὸ ἐξ αὐτῶν γεννᾶσθαι μάχας. Καὶ γὰρ Ὑμέναιος καὶ Φιλητὸς οὕτως ἐκτραπέντες, παρέβησαν τὴν ἀλήθειαν, λέγοντες τὴν ἀνάςασιν ἤδη γεγονέναι, καὶ τινὰς ἀνατρέπουσι. Μᾶλλον οὖν παραινεῖ αὐτῷ προσέχειν ἑαυτῷ, καὶ τῇ διδασκαλίᾳ, καὶ εἰδέναι μὲν, ὅτι ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ἔσονται οἱ ἄνθρωποι φίλαυτοι, καὶ φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι. Προβλέποντα δὲ ταῦτα, ἀσφαλίζεσθαι τοὺς λαοὺς, μή τις ἐξ αὐτῶν ἀπατηθῇ, καὶ εἰς τὰ ἤθη, καὶ εἰς τὴν τῆς διδασκαλίας ἀκρίβειαν. Πολλὰ προτρεψάμενος αὐτὸν, καὶ σημάνας τὸν καιρὸν τῆς ἀναλύσεως αὐτοῦ ἐνςῆναι, καὶ μέλλειν σπένδεσθαι καὶ μαρτυρεῖν, ἐνετείλατο αὐτῷ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν ταχέως, κομίζοντα τὸν φαιλόνην καὶ τὰ βιβλία. Παρήνεσε δὲ αὐτῷ Ἀλέξανδρον τὸν χαλκέα φυλάττεσθαι, ὡς πολλὰ κακὰ ἐνδειξάμενον αὐτῷ, καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν Ἐπιςολήν.

IN EPISTOLAM AD
TIMOTHEUM II.
Argumentum per
DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

QUoniam in ſuperiori Epiſtola ſpem ſui reditus fecerat Timotheo, apud Epheſios agenti, nec fuit ejus præſtandi facultas, quod Romæ in vinculis haberetur, litteris eum confirmat, ne perſequutionum procellis dejiciatur, ſed ſuo exemplo animum ad martyrium præparet. Inſtare enim tempora periculoſa ob quoſdam, pietatis prætextu veram pietatem ſubvertentes: itaque ſeſe jactantes, quaſi in verbis ſit Chriſtiana Religio, ac non potius in animi puritate. Deinde teſtatus, imminere diem obitus ſui, ſeque jam a pleriſque deſtitutum, jubet, ut Timotheus una cum Marco propere ad ſe Romam veniat. Scripſit Romæ, quum iterum ad Neronis tribunal ſiſteretur.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD TIMOTHEUM II.

I. 1 ΠΑΥΛΟΣ Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, κατ' ἐπαγγελίαν ζωῆς τῆς ἐν 2 Χριστῷ Ἰησοῦ, Τιμοθέῳ ἀγαπητῷ τέκνῳ· χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ 3 τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Χάριν ἔχω τῷ Θεῷ, ᾧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, ὡς ἀδιάλειπτον ἔχω τὴν περὶ σοῦ μνείαν ἐν ταῖς δεή- 4 σεσί μου νυκτὸς καὶ ἡμέρας, Ἐπιποθῶν σε ἰδεῖν, μεμνημένος σου τῶν δακρύων, ἵνα χαρᾶς πληρωθῶ, 5 Ὑπόμνησιν λαμβάνων τῆς ἐν σοὶ ἀνυποκρίτου πίστεως, ἥτις ἐνῴκησε πρῶτον ἐν τῇ μάμμῃ σου Λωΐδι καὶ τῇ μητέρι σου Εὐνίκῃ· πέπεισμαι δὲ, ὅτι 6 καὶ ἐν σοί. Δι' ἣν αἰτίαν ἀναμιμνήσκω σε, ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ὅ ἐστιν ἐν σοὶ διὰ 7 τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου. Οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς πνεῦμα δειλίας, ἀλλὰ δυνάμεως, καὶ 8 ἀγάπης, καὶ σωφρονισμοῦ. Μὴ οὖν ἐπαισχυνθῇς τὸ μαρτύριον τοῦ Κυρίου ἡμῶν, μηδὲ ἐμὲ, τὸν δέσμιον αὐτοῦ, ἀλλὰ συγκακοπάθησον τῷ Εὐαγγε- 9 λίῳ κατὰ δύναμιν Θεοῦ, Τοῦ σώσαντος ἡμᾶς, καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ, οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν πρόθεσιν καὶ χάριν, τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸ χρόνων αἰωνίων, 10 Φανερωθεῖσαν δὲ νῦν διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καταργήσαντος μὲν τὸν θάνατον, φωτίσαντος δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν διὰ 11 τοῦ Εὐαγγελίου, Εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ καὶ ἀπόστο- 12 λος, καὶ διδάσκαλος ἐθνῶν· Δι' ἣν αἰτίαν καὶ ταῦτα πάσχω, ἀλλ' οὐκ ἐπαισχύνομαι· οἶδα γὰρ, ᾧ πε-

A

PAULUS Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, secundum promissionem vitæ, quæ est in Christo Jesu, [1]Timotheo dilecto filio: [2] gratia, misericordia, pax a Deo Patre & Christo Jesu Domino nostro. [3] Gratiam habeo Deo, cui servio [4] a majoribus cum pura conscientia, quod citra ullam intermissionem faciam de te mentionem in precationibus meis noctu dieque, Desiderans te videre, memor tuarum lachrymarum, ut gaudio replear, [5] Ubi commonefactus fuero [6] ejus quæ est in te non simulatæ fidei, quæ habitavit primum in avia tua Loïde & [7] matre tua Eunica: [8] certum autem scio, quod in te quoque. Quam ob causam [9] commonefacio te, [10] ut suscites donum Dei, quod est in te per impositionem manuum meaB rum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timiditatis, [11] sed potentiæ, ac dilectionis, & sobrietatis. Ne igitur te pudeat testimonii Domini nostri, neque te pudeat mei, qui sum vinctus illius, sed [12] esto particeps afflictionum Evangelii juxta potentiam Dei, [13] Qui salvos fecit nos, & vocavit [14] vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam, quæ data quidem est nobis per Christum Jesum [15] ante tempora æterna, Sed palam facta est nunc [16] per apparitionem Servatoris nostri Jesu Christi, qui [17] mortem quidem abolevit, vitam autem in lucem produxit ac immortalitatem per Evangelium, [18] In quod positus sum ego [19] præco & apostolus, ac [20] doctor gentium: Quam ob causam & hæc C patior, attamen [21] non erubesco: [22] novi enim certusque

1 *Timotheo charissimo filio*] Hic non est γνησίῳ, ut in superiore, sed ἀγαπητῷ, id est, *dilecto*.

2 *Gratia & misericordia*] In Græcis codicibus absunt conjunctiones: tantum est, *gratia, misericordia, pax*.

3 *Gratias ago*] Χάριν ἔχω, id est, *Gratiam habeo*. Nam ita mavult Valla. Et ad eum modum legit Ambrosius. Quanquam haud absurde Valla dubitat, an quis apte dicatur *habere gratiam Deo*. Nam *gratiam habere* dicitur, qui animum habet referendi beneficii. Sed gratias agit etiam is qui non cogitat de referendo, tantum declarat animum gratum ac memorem.

4 *A progenitoribus meis*] ἀπὸ προγόνων, id est, *a progenitoribus*, sive *a majoribus*. Ambrosius legit, *a proavis*. Significat enim Paulus se natum ex iis, qui longa retro serie fuerint cultores Dei. Nam *meis* pronomen redundat, additum apud nos explanandæ rei gratia. *Progenitorum* autem vocabulum non solum complectitur parentes, sed superiores etiam nominibus carentes. Et *servio*, non est δουλεύω, sed λατρεύω, id est, *quem colo*. Nam hoc quoque significat λατρεύω. Colebat & in Judaïsmo, sed impura conscientia.

D

5 *Recordationem*] ὑπόμνησιν, id est, *commonitionem*, quum aliquid suggeritur memoriæ, ne veniat in oblivionem.

6 *Fidei quæ in te est non ficta*] Melius Ambrosius, *ejus quæ in te est sinceræ fidei*.

7 *Matre tua Ethnice*] *Eunice*, ut habetur & in nostris exemplaribus vetustissimis, vel potius *Eunica*, a victoria dictum vocabulum. Est autem nomen meretriculæ apud Theocritum. Carrensis homo diligens interpretatur *Etnicem* Græcis sonare *Fortunatam*. Is, qui sic primum interpretatus est, legit *Eutyche*, aut aliud somniavit.

8 *Certus sum autem, quod & in te*] πέπεισμαι δὲ, ὅτι καὶ ἐν σοὶ, id est, *persuasum autem habeo, quod & in te*, scilicet est ea fides. *Quod & in te*. Hic Græce colon est, ut subaudias *habitat*.

9 *Admoneo te*] ἀναμιμνήσκω, id est, *commonefacio*, seu potius *redigo in memoriam*.

E

10 *Resuscites*] ἀναζωπυρεῖν, quod est proprie ignem jam conditum ac sopitum suscitare. Ambrosius legit, *ut recrees donum Dei. Gratiam Dei*, χάρισμα, id est, *donum*. Et ita Ambrosius. Mirum quod Græcum exemplar sequutus Ambrosius legat, *Noli itaque erubescere in testimonium Domini nostri, neque in me vinctum ejus*. Atque ita legisse propemodum declarat illius interpretatio, in qua habetur, *Non est enim unde erubescatis in ea*. Etiamsi in Evangelio legimus, *Qui confessus fuerit in me*, & cætera. Sed mirum est hanc sermonis formam hîc affectatam, quum apud Græcos non sit.

11 *Sed virtutis*] δυνάμεως, id est, *potentiæ* & *roboris* ac *fortitudinis*. Et quod modo vertit *timoris*, Græce est δειλίας, quod & *ignaviam* sonat, *animique imbecillitatem*. Cæterum σωφρονισμοῦ, quod noster vertit *sobrietatis*, Augustinus ad Bonifacium libro IV. cap. V. legit *continentiæ*, hic crebro vertit *pudicitiæ*. *Sobrietas* autem plura complectitur. Nec enim sanus est, qui luxu, somno, amore, odio, similive affectu tenetur.

12 *Collabora*] συγκακοπάθησον τῷ Εὐαγγελίῳ, id est, *simul affligere cum Evangelio*, & particeps esto afflictionum, quæ prædicationem Evangelii comitantur.

13 *Qui nos liberavit*] Τοῦ σώσαντος ἡμᾶς, id est, *Qui nos salvos fecit*, aut *servavit*. Ita & Ambrosius.

14 *Vocatione sua*] *Sua* non est in Græcis codicibus, ne in vetustis quidem exemplaribus aliquot, nec apud Ambrosium, nec apud Chrysostomum in interpretatione: tantum est, *vocatione sancta*. In utroque Constantiensi habebatur *sua*, sine *sancta*. *Nec secundum opera*: Ambrosius legit *merita*, pro *opera*.

15 *Ante tempora secularia*] αἰωνίων, id est, *æterna*. Sic enim notat universum tempus, quod cœpit ab orbe condito. Mirum est quem auctorem sequutus Aquinas dicat seculum esse mille annorum, quum ludi seculares centesimo quoque anno soliti sint instaurari: & addit, mille annos esse hominis ætatem, quod tam diu vivere dicatur homo, quamdiu durat illius memoria, sed illam non porrigi ultra mille annos. At quot millia sunt hominum, quorum nunc memoria celebrior est, quam ante mille annos fuerit illorum vita? Et quotusquisque est cujus memoria duret usque ad annos ducentos. Quorsum autem attinebat hîc facere mentionem annorum, quum loquatur de æterna prædestinatione, quæ tempus nescit? Quoties Paulus excludit operum fiduciam, commendans Dei gratiam: & sunt hodie, qui abhorrentes ab hujusmodi sermone jactant bona opera sua, nec gratiæ nec fidei laudem ferentes sat æquis auribus.

16 *Per illuminationem*] διὰ τῆς ἐπιφανείας, id est, *per apparitionem*, quod superius vertit *adventum*. Quanquam *epiphania* nonnunquam *illustrationem* sonat: ut & ἐπιφανὴς, *illustris*. Atqui Interpres non reddidit Græcarum vocum affinitatem, φανερωθεῖσαν & ἐπιφανείας, quasi dicas, *illustrata est per illustrationem Jesu Christi*.

17 *Destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam*] καταργήσαντος, id est, *qui abolevit*, & *oblitteravit*: & φωτίσαντος, id est, *in lucem produxit*. Nam hæc duo inter se composuit veluti pugnantia. Mors regnabat, ei regnum abrogatum est. Latebat vita, ea per Christum emicuit.

18 *In quo*] Εἰς ὃ, id est, *In quod*: nempe Evangelium.

19 *Prædicator*] κῆρυξ, id est, *præco*, potius quam *prædicator*.

20 *Magister gentium*] διδάσκαλος, id est, *doctor*. Tria sibi vindicat. Præco palam evulgat: Apostolus nihil celans exsequitur quod commissum est: Doctor reddit rationem, ut persuadeat. Hanc auctoritatem Deo tribuit, *In quod positus sum*: & confirmat argumento, *Ob quam causam etiam hæc patior*. Nunc multi disputando doctores sunt, non patiendo.

21 *Non confundor*] οὐκ ἐπαισχύνομαι, id est, *non erubesco*, sive *non pudet me*.

22 *Scio enim cui credidi*] Non est sensus Græci sermonis, Paulum non ignorare, cui confisus esset. Verum hæc est sententia: *Scio quod is, cui credidi, potens est servare depositum meum*, οἶδα γὰρ

πεπίστευκα, καὶ πέπεισμαι ὅτι δυνατός ἐστι τὴν πα-
13 ρακαταθήκην μου φυλάξαι εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν. Ὑ-
ποτύπωσιν ἔχε ὑγιαινόντων λόγων, ὧν παρ' ἐμοῦ
14 ἤκουσας ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ, τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τὴν
καλὴν παρακαταθήκην φύλαξον διὰ Πνεύματος ἁγίου,
15 τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν. Οἶδας τοῦτο, ὅτι ἀπεστρά-
φησάν με πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὧν ἐστι Φύγε-
16 λος καὶ Ἑρμογένης. Δῴη ἔλεος ὁ Κύριος τῷ Ὀνησι-
φόρου οἴκῳ, ὅτι πολλάκις με ἀνέψυξε, καὶ τὴν ἅλυ-
17 σίν μου οὐκ ἐπαισχύνθη· Ἀλλὰ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ,
18 σπουδαιότερον ἐζήτησέ με, καὶ εὗρε. Δῴη αὐτῷ ὁ Κύ-
ριος εὑρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· καὶ
II. 1 ὅσα ἐν Ἐφέσῳ διηκόνησε, βέλτιον σὺ γινώσκεις. Σὺ
οὖν τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ ἐν τῇ χάριτι, τῇ ἐν Χρι-
2 στῷ Ἰησοῦ, Καὶ ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολ-
λῶν μαρτύρων, ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις,
3 οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι. Σὺ οὖν
κακοπάθησον, ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ Χριστοῦ.
4 Οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πρα-
5 γματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ. Ἐὰν δὲ
καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλή-
6 σῃ. Τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν
7 μεταλαμβάνειν. Νόει ἃ λέγω· δῴη γάρ σοι ὁ Κύριος
8 σύνεσιν ἐν πᾶσι. Μνημόνευε, Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερ-
μένον ἐκ νεκρῶν, ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, κατὰ τὸ
9 Εὐαγγέλιόν μου, Ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν,
ὡς κακοῦργος· ἀλλ' ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ δέδεται.
10 Διὰ τοῦτο πάντα ὑπομένω διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς, ἵνα
καὶ αὐτοὶ σωτηρίας τύχωσι, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ,
11 μετὰ δόξης αἰωνίου. Πιστὸς ὁ λόγος· εἰ γὰρ
συνα-

Alias παραθήκην.

que sum, quod is, cui credidi, potens sit depositum meum custodire in illum diem. 23 Formam habeto 24 sanorum sermonum, quos a me audisti cum fide & charitate, quæ est in Christo Jesu. Egregium depositum servato per Spiritum sanctum, qui inhabitat in nobis. 25 Nosti hoc, quod 26 aversati fuerint me 27 omnes qui sunt in Asia, quorum est 28 Phygelus & Hermogenes. Det misericordiam Dominus Onesiphori familiæ, quoniam sæpe me refocillavit, & de catena mea non erubuit: Sed 29 quum esset Romæ, 30 studiosius quæsivit me, & invenit. Det ei Dominus, ut inveniat misericordiam apud Dominum in die illo: 31 & in quam multis Ephesi ministraverit, melius tu nosti. Tu igitur fili mi, 1 fortis esto in gratia, quæ est per Christum Jesum, Et in his quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui erunt idonei, ut alios quoque doceant. 2 Tu igitur feras afflictionem, ut bonus miles Jesu Christi. 3 Nemo qui militat, 4 implicatur 5 vitæ negotiis, 6 ut ei, qui se in militiam delegit, placeat. 7 Quod si certet etiam aliquis, 8 non coronatur, nisi legitime certaverit. 9 Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Cogita quæ dico: 10 det enim tibi Dominus in omnibus intellectum. Memento, Jesum Christum resurrexisse ex mortuis, ex semine David, secundum Evangelium meum, 11 in quo malis affligor, 12 quasi facinorosus, usque ad vincula: at sermo Dei 13 non fuit vinctus. Propterea omnia suffero propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Jesu, 14 cum gloria æterna. 15 Certus sermo:

γὰρ ᾧ πεπίστευκα, καὶ πέπεισμαι, ὅτι δυνατός ἐστι. Nam si prior esset sensus, non diceret ᾧ, sed τίνι. Quanquam potest & hic esse sensus, *Novi enim cui credidi, & certus sum quod potens sit.* Quum ego eamdem sententiam reddiderim explanatius quam reddidit Interpres, miror cur quidam hunc locum magnis convitiis putarit insectandum, quasi non intellexerim quid Paulus sentiret. Quanquam in prima Editione, Librariorum errore, *quod* conjunctio fuerat per incuriam relicta: secundo loco, pro *quo* nos habemus *quia*. Denique sive legas, *Novi eum cui credidi, & certus sum quod is potens est*, & cætera: sive conjunctim, *Scio certusque sum, quod is cui credidi potens est*, & cætera: eadem ferme redditur sententia.

23 *Formam habens*] Ὑποτύπωσιν ἔχε, id est, *Formam habe*, sive *Exemplar habe*, hoc est, aliis formam propone pie vivendi. Ambrosiana lectio hoc loco nonnihil discrepat tum a nostris tum a Græcis: sic enim legit, *Formam habens sanorum verborum, quæ a me audisti in fide & dilectione, quæ est in Christo Jesu. Bonum commendatum custodire per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis.* Et belle quadrat, si *custodire* dictum sit pro *custodi*.

24 *Sanorum verborum*] ὑγιαινόντων. Quidquid probant, id Græci vocant ὑγιές: unde & proverbium, ὑγιὲς οὐδὲ ἕν, cum omnia displicent. Contra, cum res cum vitio conjuncta est, ajunt, τὰ πάντα νοσεῖν: & ὑγιαίνειν jubemus eos, in quibus desideramus sanam mentem.

25 *Scis enim hoc*] *Enim* redundat.

26 *Aversi sunt a me*] ἀπεστράφησάν με, id est, *aversati sunt me*, hoc est, adspernati sunt. Ambrosius legit *aversati*, non *aversi*. Et nemo dicit *aversatus est a me*: unde suspicor præpositionem a Librario adjectam.

27 *Omnes qui in Asia sunt*] πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ. Potest legi & *erant*: nam tempus non exprimitur Græcis verbis.

28 *Philetus*] Φύγελλος, id est, *Phygellus*, atque ita legitur in pervetustis exemplaribus Latinis, itaque citatur a divo Hieronymo in Epistola *de vestibus Aaron*. Et ita legit Ambrosius.

29 *Cum Romam venisset*] γενόμενος ἐν Ῥώμῃ, id est, *cum esset Romæ*. Atque ita legit Ambrosius.

30 *Sollicite*] σπουδαιότερον, id est, *studiosius*. Ambrosius submonet προσονομασίας in εὗρε & εὑρεῖν, reperit in afflictionibus quem quærebat, reperiat & in die judicii misericordiam qui præstitit.

31 *Et quanta Ephesi*] καὶ ὅσα, id est, *& quæ*, sive *quæcunque*, aut potius *in quibuscunque*.

1 *Confortare*] ἐνδυναμοῦ, id est, *fortis* aut *robustus esto*, aut *corroborare*. Nam *confortare* quidam negant esse Latinum.

2 *Labora sicut*] Σὺ οὖν κακοπάθησον, id est, *Tu igitur feras afflictiones*: nam hoc significat κακοπαθεῖν, ut modo admonuimus.

3 *Nemo militans Deo*] *Deo* redundat: etiamsi additur apud Ambrosium, non tamen in interpretatione. Apud Chrysostomum in primo contextu non additur *Deo*, nec apparet ex interpretatione quod addiderit. Adhibet enim Paulus hoc simile a militibus sumptum, quorum nemo curat rem domesticam, posteaquam sacramento fuerit addictus militiæ, sed imperatoris sui negotium agit. Multo magis id convenit facere eum, qui militat Evangelio. Porro has ceu parabolas adhiberi, planissime testatur Interpres Chrysostomus. Theophylactus nobiscum certe legit *implicat*, non *implicet*, nec addit *Deo*, licet Interpres de suo addiderit.

4 *Implicat se*] ἐμπλέκεται, id est, *implicatur*. Quanquam hujusmodi passiva subinde vertit per pronomina reciproca. Sed depravatius qui legunt *implicet*, imperandi modo. Non enim jubet ne se implicent, sed negat eos Deo militare qui sese involvunt.

5 *Negotiis secularibus*] ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, id est, *vitæ negotiationibus*, aut *occupationibus*. Porro βίος *victum* magis sonat quam *vitam*. Et apud Jureconsultos *victus* nomine continetur & vestis. Qui militat, non est sollicitus de victu, rem victoriæ agit, de victu prospicit imperator.

6 *Ut ei placeat, cui se probavit*] ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ, id est, *ut ei qui se militem delegit placeat*, hoc est, ei cujus spiritu delectus est & adscriptus ad hanc militiam. Fortassis Interpres vertit, *ei qui se probavit*, tametsi Ambrosius legit atque etiam interpretatur, *cui se probavit*, id sentiens, ut apparet, cui se concredidit. Chrysostomi Interpres legit, *qui se elegit*.

7 *Nam & qui certat in agone*] Ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, id est, *Si vero & certet aliquis*. Verbum est unde dicuntur athletæ: nam ab iis quoque ducit simile.

8 *Non coronatur*] οὐ στεφανοῦται, id est, *non coronatur*, suffragante Ambrosio, hoc est, non sat est quomodocunque certare, sed ita certandum ut vincas. Suffragabatur codex Constantiensis vetustior.

9 *Laborantem agricolam*] Video Græcos etiam Interpretes nonnihil hærere hoc in loco, sed mea sententia sermonis ordo paulo perturbatior obscuritatem adduxit orationi: ea tolletur, si κοπιῶντα sit præteriti temporis, & ab eo pendeat adverbium πρῶτον, id est, *prius*, & non ad infinitum verbum quod sequitur λαμβάνειν. Ut sententiam ad hunc ordinemus modum: *Oportet agricolam accipere fructus, sed si prius laborarit.* Tres enim adhibuit parabolas, militis, athletæ, & agricolæ, quorum unusquisque cæteris curis omissis suum munus gnaviter obit. Neque deest præmium, si suo quisque prius functus fuerit officio. Equidem opinor hoc sensisse Paulum, licet diversam sententiam sequatur Ambrosius, interpretans, eum primum debere sumere qui primus est, ac deinde distribuere reliquis. Chrysostomus bifariam interpretatur. Cæteri athletæ non capiunt præmium, nisi parta victoria. Agricola & dum colit terram nonnihil interim fructus percipit, exspectans in posterum copiosiorem proventum. Aut agricolæ, quoniam cum divite fidelique terra commercium habet, non intervertitur suum præmium, ipse primus capit, qui colit.

10 *Dabit enim tibi Dominus*] Græce non est *dabit*, sed δῴη, id est, *det*, quod est precantis: ad eum modum palam enarrat hunc locum Chrysostomus, cum dicat Paulum paterno affectu non desinere precari bona Timotheo, ceu timentem filio charissimo. Tametsi Interpres Chrysostomi, nostram secutus Editionem, vertat *dabit*, pro *det*.

11 *In quo laboro*] κακοπαθῶ, id est, *affligor*, quod suo more fere transfert *laboro*. Quanquam non sum nescius, & apud Latinos *laborare* aliquoties sic accipi, ut sit idem quod in rerum difficultatibus versari.

12 *Quasi male operans*] ὡς κακοῦργος, id est, *ut maleficus*, aut *facinorosus*. Miror quod exemplum secutus Ambrosius verterit, *quasi latro*. Nihil enim simile in κακοῦργος & λῃστὴς, quod magis sonat *facinorosum*. Quanquam in Evangelio constanter hic Interpres κακούργους vertit *latrones*, ut illic indicavimus.

13 *Non est alligatum*] οὐ δέδεται, id est, *non fuit alligatum*. Est autem allusio festiva in Græcis vocibus δεσμῶν & δέδεται, id est, *vincula* & *vinctum fuit*.

14 *Cum gloria cœlesti*] αἰωνίου, id est, *æterna*. Interpres & Ambrosius legisse videntur οὐρανίου.

15 *Fidelis sermo*] Rursum est Πιστὸς ὁ λόγος. Quæ verba Paulus suo more præmittit, dicturus rem certam & indubitatam, aut subjicit, velut asseveratione confirmans quod dixit. Quanquam Ambrosio non adduntur hoc loco.

12 συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν· Εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν· εἰ ἀρνούμεθα, κἀκεῖνος ἀρ-
13 νήσεται ἡμᾶς· Εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει,
14 ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν οὐ δύναται. Ταῦτα ὑπομίμνησκε, διαμαρτυρούμενος ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, μὴ λογομαχεῖν, εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀ-
15 κουόντων. Σπούδασον σεαυτὸν δόκιμον παραστῆσαι τῷ Θεῷ, ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον, ὀρθοτομοῦντα τὸν
16 λόγον τῆς ἀληθείας. Τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περιΐστασο· ἐπὶ πλεῖον γὰρ προκόψουσιν ἀσεβείας,
17 Καὶ ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει·
18 ὧν ἐστιν Ὑμέναιος καὶ Φιλητὸς, Οἵτινες περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν, λέγοντες τὴν ἀνάστασιν ἤδη
19 γεγονέναι, καὶ ἀνατρέπουσι τὴν τίνων πίστιν. Ὁ μέντοι στερεὸς θεμέλιος τοῦ Θεοῦ ἕστηκεν, ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην, Ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ· καὶ, Ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα

mo: nam si commortui sumus, & convivemus: Si suf- 12 ferimus, & conregnabimus: 16 si negamus, & ille negabit nos: 17 Si increduli sumus, ille fidelis manet, 13 negare seipsum non potest. Hæc admone, contestans 14 coram Domino, 18 ne verborum pugnas sequantur, 19 ad nullam utilitatem, 20 ad subversionem audientium. 21 Stude teipsum 22 probatum exhibere Deo, 23 ope- 15 rarium non erubescendum, 24 recte secantem sermonem veritatis. 25 Cæterum profanas vocum inanitates 16 26 prætermittas: 27 ad majorem enim proficient impietatem, Et sermo illorum 28 ut cancer morbus pa- 17 stionem habebit: quorum de numero est Hymenæus & Philetus, 29 Qui circa veritatem aberrarunt, dicen- 18 tes resurrectionem jam esse factam, 30 & subvertunt quorumdam fidem. Solidum tamen fundamentum Dei 19 stat, habens signaculum hoc, 31 Novit Dominus qui sint sui: 32 &, Discedat ab iniquitate omnis 33 qui nominat

16 *Si negaverimus*] *εἰ ἀρνούμεθα*, id est, *si negamus*, in quo modo pronunciavit & superiora.

17 *Si non credimus, ille fidelis*] Nec hoc loco servata est Græcarum vocum affinitas, *ἀπιστοῦμεν, πιστὸς*, id est, *diffidimus*, *fidelis*, sive *fidus*.

18 *Noli contendere verbis*] *λογομαχεῖν*, dictione composita, id est, *pugnare verbis*: verbum cognatum ei nomini, quod ante vertit *pugnas verborum*.

19 *Nihil enim utile est*] *εἰς οὐδὲν χρήσιμον*, id est, *ad nullam utilitatem*. Jam enim novum esse non debet, adjectivum usurpari loco substantivi, nisi malis hanc particulam per parenthesin interseri.

20 *Nisi ad subversionem*] Et *nisi* redundat: & *ad subversionem* refertur ad illud superius, *noli pugnare verbis*, sive, ut Apulejus loquitur, *verbigerari*: ut illud, *ad nihil utile*, per parenthesim interseratur, si subaudiatur verbum substantivum *est*. Quanquam Interpres & Ambrosius, quo sensus esset dilucidior, unum & alterum verbum de suo addiderunt. Sic autem ordinandus est sermo: *Hæc admone, contestans coram Domino, ne verborum pugnas sequantur, nulla utilitas, ad subversionem audientium.* Cæterum infinitum, quod Interpres retulit ad Timotheum, haud scio an rectius accommodetur ad cæteros omnes: ut hoc ipsum sit, quod illos admonet per Timotheum, ne inter se frivolis quæstiunculis depugnent, cum Christiana philosophia non sit sophistica disputatio, sed vita pura & Christo digna. Siquidem Timotheo non timebat ab hoc morbo, sed animat eum ad contemnendos eos qui tali morbo tenebantur.

21 *Sollicite autem cura*] *Σπούδασον ἑαυτὸν*, id est, *Stude teipsum*, &c. Augustinus legit, *Satis age*, pro *Stude*. Nec est *τὸ autem*, vel apud Græcos, vel apud Ambrosium.

22 *Probabilem exhibere*] *δόκιμον*, id est, *probatum*, sive *probum*.

23 *Operarium inconfusibilem*] *ἀνεπαίσχυντον*, id est, *qui non pudefiat*, sive *erubescat*. Quanquam Ambrosius legit, *non impudoratum*. Porro *impudoratos* vocari, qui contentionibus nituntur: velut hoc pertineat ad disputationes contentiosas, quas pugnas verborum appellat, quod in his nemo velit cedere, sed sua quisque pertinacissime tueatur, & alius alium conspuat. Augustinus libro 1. contra Cresconium cap. 11. *non erubescentem* legit pro *inconfusibilem*.

24 *Recte tractantem*] *ὀρθοτομοῦντα*. Sonat quasi dicas, *recte secantem*. Et scholia Græcorum admonent metaphoram sumptam a securi aut gladio, quo resecantur inutilia & supervacanea. Est proverbium de *Tenedia bipenni*, quod si quis legat, melius intelliget hujus loci sensum. Incidit enim sermo veritatis, cum in hujusmodi disputationibus veritas amittatur, & spinis quibusdam involvatur. In hanc sententiam cum interpretentur magno consensu veteres orthodoxi, tamen visum est cuidam incessere quod nos pro *tractantem* vertimus *secantem*, nequaquam reprehendentes quod verterat Interpres, sed dilucidius explicantes quod scripsit ac sensit Paulus. An *recte tractare* sonet Græcis *ὀρθοτομεῖν*, in præsentia non disputo, fortassis Interpres non habebat alias voces, quibus redderet Græcam. Certe Ambrosianam interpretationem nemo prorsus intelliget, nisi Græcæ vocis emphasim teneat: hujus commentum subscribam, quandoquidem mihi videtur non in hunc usum tantum conducibile: *Quoniam sunt aliqui qui dicunt contentionem audientibus prodesse, Apostolus autem sciens magis obesse, hoc mandat, ut unusquisque hoc curet, ut spreta altercatione semetipsum probabilem faciat, & impudoratos appellans eos, qui contentionibus nituntur. Necesse est enim, ut contentio extorqueat aliquid, imo multa quæ dicantur contra conscientiam, ut intus in animo perdat, foris victor abscedat. Nemo enim patitur se vinci, licet sciat vera quæ audit. Recte autem tractat & bona conscientia, qui volentibus loquitur & pacificus. Collatio ergo inter Dei servos esse debet, non altercatio.* Hactenus Ambrosius. Qui quod hic monet, idem plurimis in locis admonet Chrysostomus. A qua quidem regula quantum absint qui hodie virulentis libellis ac linguis sese lacerant, tam impie crudeles in proximum, quam turpiter adulantes erga Principes, viderint alii. Certe liquet Ambrosium interpretari quid sit *recte secare*: qui amputat contentiosa, & relinquit placida atque utilia, *recte secat*, nimirum amputatis iis, quæ noxia sunt. Chrysostomus scribit hunc in modum: *Complures enim illud undique lacerant atque discerpunt, plurimaque illi immiscent noxia germina. Non ait* dirigentem, *sed* recte tractantem, *ac si dicat, Amputa quæcunque adulterina oriuntur, & cætera hujusmodi, summa cum vehementia incumbe ut resecentur. Atque velut in loris atque corrigiis superflua quæque, atque a prædicatione aliena, gladio spiritus abscinde.* Hactenus Chrysostomus. Huic ita succinit Theophylactus: Recte tractantem verbum veritatis: *Etsi*, inquit, *plerique id verbum discerpunt, traducuntque aliò, tu tamen idipsum recte pertracta. Vel pertracta*, inquit, *hoc est, dirige, & circumcidito inutilia quæque, & deme gladio sermonis & verbi, quæ ab Evangelii sunt prædicatione aliena.* Nec hinc abhorret Glossema, quod in Rhapsodia, quam nescio qua de causa vocant ordinariam, interjectum est in spatio dirimente versus, sic habet, haud scio an ex Bedæ *Commentariis* decerptum: *Secundum competentiam singulorum, ut altis spiritalia, lac distribue parvulis.* Videmus omnes exponere Græcæ vocis emphasim, quæ a secando dicatur, cum nulli Latinorum *tractare* significet *secare*. Sed *Tomi* Græcis dicuntur Volumina, quæ Latini vocant *Tractatus*. Fateor, sed *Tomi* dicuntur a secando, quod olim in pellibus scribebant, in hoc resectis, ut convolvi possent in surculum. Sed tractantur etiam quæ verbis disputantur.

25 *Profana autem*] *βεβήλους*. Quam vocem superius vertit *inepta*. *Et vaniloquia*. Copula & redundat: *κενοφωνίας*, id est, *inanes voces*: eadem vox, quam superius vertit *vocum novitates*. Et hoc quoque loco Ambrosius ita legit *καινοφωνίας*, id est, *novitates*, consentiente & Chrysostomo. Cæterum *κενοφωνίας* verti poterat *inaniloquia*. Imo sic hoc sane loco vertit Interpres. Germanam lectionem adhuc retinent duo Constantienses, & alii minus depravati.

26 *Devita*] *περιΐστασο*. Quod tametsi significet *abscide*, tamen quoniam Græca præpositio ancipitis est naturæ, melius hoc loco vertas, *supersedeto*, sive *prætermittas*. Græca scholia bifariam exponunt, aut *rejice*, aut *insta vehementer, ut coërceantur*. Opponitur enim quod modo dixerat *ὀρθοτομοῦντα*, *recte secantem* & dijudicantem, rejectis & recisis altercationibus supervacaneis, quibus lites non finiuntur, sed aluntur ac augentur. Et admonet Ambrosius Christianorum disputationes collationes esse debere, non altercationes. Et Chrysostomus ubique destomachatur in hoc hominum genus, & tamen ille nondum audierat nostras disputationes de filiationibus, de relationibus, de instantibus, ne quid adjiciam quod justius, sed periculosius dici poterat.

27 *Proficiunt ad impietatem*] *προκόψουσιν*, id est, *proficient*, futuri temporis, & ita legit Ambrosius, suffragantibus vetustis exemplaribus: nec tam est *multum*, quam *amplius*. Porro quod dicit, inaniloquia proficere ad impietatem, non omnino id sentit Paulus, quod fortasse verba Latina sonant, hujusmodi disceptationes adducere nos ad impietatem. Verum id sentit, disceptationes hujusmodi quo magis admittuntur, hoc magis serpere & crescere ad majorem impietatem, gliscentibus in dies contentionibus ambitiosis: *ἐπὶ τὸ πλεῖον ἀσεβείας*, id est, *ad majorem impietatem*. Atque in hunc modum Græcanica scholia interpretantur, & optime congruunt ea quæ sequuntur.

28 *Ut cancer serpit*] *Cancer* hoc loco morbus est *γάγγραινα*. Ne quis animal hoc loco putet esse. *Serpit*, *νομὴν ἕξει*, id est, *pastionem habebit*, ut conveniat cum verbo *proficiet*, quod est futuri temporis. Porro morbus is depascitur locum, quem occupavit, unde statim arcendus.

29 *Qui a veritate exciderunt*] *περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν*, id est, *circa veritatem aberrarunt*, de quo verbo superius admonuimus. Nam *ἀστοχεῖ*, qui non attingit, quod destinabat attingere, veluti scopum, aut aliud simile.

30 *Et subverterunt*] *ἀνατρέπουσι*, id est, *subvertunt*. Persistebant enim adhuc in suo perverso studio. Sic adducit Augustinus lib. contra Faustum IV. cap. 11. juxta fidem vetusti voluminis manu descripti, quod nobis exhibuit honorabile Collegium Canonicorum Martinensium Lovanii.

31 *Cognovit Dominus*] Hoc additum apparet, velut exemplum signaculi, quod palam declarat Chrysostomus, & huic libenter accinens Theophylactus, hunc enarrans locum. Unde minus quadrat, quod legitur in Ambrosianis codicibus, *Cognovit enim Dominus*. Quanquam ad eumdem modum refert Augustinus libro *de Catechizandis* capite 11. Et Chrysostomus putat testimonium hoc desumptum ex libro Deuteronomii, quod tamen nihil officit annotationi nostræ. *Qui sunt ejus*, *τοὺς ὄντας αὐτοῦ*, id est, *qui sunt sui*. Atque ita citat divus Hieronymus in Zachariam. Tolerabile est quod legit Ambrosius Epistola prima, *Cognovit Dominus qui sunt ipsius*: quod *ipse* ad reciproci pronominis naturam proxime accedit.

32 *Et discedit*] *Discedat*, *Ἀποστήτω*. Atque ita legit Ambrosius, atque ipse etiam Aquinas, consentientibus vetustis exemplaribus.

33 *Qui invocat nomen*] *ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα*, id est, *qui nominat nomen*, quemadmodum habent & antiqui codices. Siquidem in exemplari Paulino evidens rasura testatur, aliud fuisse scriptum.

Et

20 μα Χριςοῦ. Ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ οὐκ ἔςι μόνον σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὀςράκινα, καὶ ἃ μὲν εἰς τιμὴν, ἃ δὲ εἰς ἀτι-
21 μίαν. Ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων, ἔςαι σκεῦος εἰς τιμὴν, ἡγιασμένον, εὔχρηςον τῷ δεσπότῃ, εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοιμασμένον.
22 Τὰς δὲ νεωτερικὰς ἐπιθυμίας φεῦγε· δίωκε δὲ δικαιοσύνην, πίςιν, ἀγάπην, εἰρήνην, μετὰ τῶν ἐπι-
23 καλουμένων τὸν Κύριον ἐκ καθαρᾶς καρδίας. Τὰς δὲ μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτοῦ, εἰ-
24 δὼς, ὅτι γεννῶσι μάχας. Δοῦλον δὲ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας,
25 διδακτικὸν, ἀνεξίκακον, Ἐν πρᾳότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς
26 μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, Καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, ἐζωγρημένοι ὑπ'
III. 1 αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα. Τοῦτο δὲ γίνωσκε, ὅτι ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνςήσονται καιροὶ χα-
2 λεποί. Ἔσονται γὰρ οἱ ἄνθρωποι φίλαυτοι, φιλάργυροι, ἀλαζόνες, ὑπερήφανοι, βλάσφημοι,
3 γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀχάριςοι, ἀνόσιοι, Ἄςοργοι, ἄσπονδοι, διάβολοι, ἀκρατεῖς, ἀνήμεροι, ἀφι-
4 λάγαθοι, Προδόται, προπετεῖς, τετυφωμένοι, φι-
5 λήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι, Ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. Καὶ τούτους

minat nomen Christi. Cæterum in magna domo non 20 tantum sunt vasa aurea & argentea, verum etiam lignea ac testacea, 34 & alia quidem in honorem, alia vero in contumeliam. 35 Si quis igitur expurgarit se- 21 ipsum ab his, erit vas in honorem, sanctificatum, 36 accommodum usibus domini, 37 ad omne opus bonum præparatum. Juveniles autem concupiscentias 22 fuge: sectare vero justitiam, 38 fidem, charitatem, pacem, cum his qui invocant Dominum ex puro corde. Stultas autem 39 & ineruditas quæstiones respue, 23 sciens eas 40 parere pugnas. Porro servum Domini 41 24 non oportet pugnare, sed placidum esse erga omnes, 42 propensum ad docendum, 43 tolerantem malos, 44 Cum mansuetudine erudientem eos 45 qui obsistunt, 25 46 si quando det illis Deus pœnitentiam ad agnoscendum veritatem, 47 Et resipiscant e diaboli laqueo, 48 26 capti ab eo ad ipsius voluntatem. Illud autem scito, quod in extremis diebus instabunt tempora periculosa. 1 Erunt enim homines 2 sui amantes, 3 avari, 4 2 fastuosi, superbi, maledici, 5 parentibus immorigeri, ingrati, 6 impii, 7 Carentes affectu, 8 nescii fœderis, 9 3 calumniatores, intemperantes, immites, 10 negligentes bonorum, 11 Proditores, 12 præcipites, 13 inflati, 4 14 voluptatum amantes potius quam amantes Dei, Habentes 15 formam pietatis, 16 sed qui vim ejus abnegarint. 5

Et in codice Donatianico sine rasura scriptum erat, *qui nominat nomen Domini.* Suffragabatur utrumque Constantiense. Theophylactus & legit & exponit *nomen nominat*, licet Interpres Latinus constanter insulserit pro *nominat*, *invocat*. Augustinus loco, quem modo citavimus, refert, *qui invocat nomen Domini.* Tametsi in quibusdam Græcorum exemplaribus additum erat Χριςοῦ, atque ita legit Chrysostomus, nisi mendum est. Nam Theophylactus legit Κυρίου, quod mihi magis probatur. Nam dominum nullus agnoscit nisi servus illius. Aliis enim verbis Apostolus retulit sententiam, quæ est 1. Corinthiorum cap. XII. *Nemo potest dicere Dominum Jesum nisi in Spiritu sancto.*

34 *Et quædam quidem in honorem*] Dilucidius erat, *illa quidem in honorem, hæc vero in ignominiam:* ut *hæc* referat proxima, nempe lignea ac testacea, *illa* aurea & argentea. Carent enim Græci hujusmodi pronominum proprietate. Quod si schematis decus voluisset Interpres reddere, dicendum erat, *in decus* ac *dedecus*, τιμὴν, ἀτιμίαν.

35 *Si quis ergo emundaverit se*] ἐκκαθάρῃ. Chrysostomus notat verbi præpositionem, quasi plus sit ἐκκαθάρῃ quam καθάρῃ.

36 *Et utile domino*] *Et* redundat: εὔχρηςον τῷ δεσπότῃ, quod sonat *accommodum usibus domini.*

37 *Ad omne opus bonum paratum*] *Paratum* hoc loco participium est, ἡτοιμασμένον. Ut intelligas non promptum, sed a Domino in hunc usum præparatum.

38 *Fidem, spem*] *Spem*, nec est in Græcis, nec in antiquis Latinorum codicibus, nec est apud Ambrosium, nec apud Theophylactum, nec apud Chrysostomum, sive spectes contextum, sive excutias interpretationem, ne in codice quidem Donatianico, quem in tertia Editione habuimus in consiliis. Nec in duobus e Constantia missis. Ambrosius cum Græcis tantum tria ponit, *fidem, charitatem*, & *pacem*. Fides excludit ambitiosas disputationes, charitas non quærit quæ sua sunt, ex his pax alitur. *Et pacem. Et* copula redundat.

39 *Sine disciplina quæstiones*] ἀπαιδεύτους ζητήσεις, id est, *ineruditas quæstiones.* Atque ita vertit Ambrosius. Et rursum *devita* est παραιτοῦ, in quo mirum illum non meminisse copiæ. Sonat autem *rejice*, & *adspernare*, nec admitte.

40 *Generant lites*] μάχας, id est, *pugnas*. Eleganter autem hujusmodi disputationes rixosas, *pugnas* vocat.

41 *Non oportet litigare*] μάχεσθαι, id est, *pugnare*. Et rursum paulo post μάχεσθαι vertit *litigare*. Tametsi non admodum mutatur sententia, tamen perit emphasis metaphoræ.

42 *Docibilem*] διδακτικὸν, id est, *idoneum* ac *paratum ad docendum*, magis quam imperiosum. Nunc quidam cogere malumus quam docere. Cyprianus in Epistola ad Stephanum urbis Romæ Episcopum interpretatur *docilem*, qui paratus sit discere: cui sententiæ reclamat Græca vox, quanquam non refellitur ab Augustino libro *de Baptis.* contra Donat. V. cap. XXVI. Quod hic dicit διδακτικὸν, Plato in *Gorgia* vocat διδασκαλικόν.

43 *Patientem*] ἀνεξίκακον, id est, *tolerantem malos*, sive *mala*. Plus enim significat vox Græca quam *tolerantem*.

44 *Cum modestia*] Ἐν πρᾳότητι, id est, *In mansuetudine*, seu *lenitate*. Potest enim utrovis referri, vel ad superiora, *tolerantem malorum in lenitate*: vel ad inferiora, *erudientem in lenitate*. Quanquam non inficias eo παιδεύειν nonnunquam sonare *corripere*.

45 *Qui resistunt veritati*] *Veritati* redundat, nec est apud Ambrosium. Nam is quidem ad hunc legit modum, *corrigentem eos qui diversa sentiunt.*

46 *Ne forte det*] μή ποτε δῷ, *ne quando det*. Quanquam, si Latine loqui voluisset Interpres, dixisset, *si quando*: quod μὴ apud Græcos non semper est negantis aut prohibentis, sed nonnunquam dubitantis, ut apud nos *num*, aut *si*. Sensit orationis incommodum Augustinus, proinde libro, quem inscripsit *de singularitate Clericorum*, I. cap. XIV. interpretatur, *ne quando det, ut aliquando det.*

47 *Et resipiscant*] ἀνανήψωσιν, id est, *redeant ad sobrietatem*, vel *expergiscantur*: utrumque enim significat νήφειν. *Diaboli laqueis.* Græcis est *laqueo*, numero singulari.

48 *A quo captivi tenentur*] ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ: significat autem proprie vivum capi in bello. Nam hic Græca vox composita est, sicut & alias admonuimus.

1 **E**T *erunt*] *Erunt enim*, Ἔσονται γάρ.

2 *Seipsos amantes*] φίλαυτοι, id est, *sui amantes*, & *sibi placentes*, hoc est, suis commodis studentes. Unde dicta φιλαυτία, *cæcus*, ut inquit Flaccus, *amor sui*. Id Ambrosius ita reddidit, *Erunt homines sui tantum amatores.* Nos super hac dictione φίλαυτος copiosius disseruimus in *Chiliadibus* nostris. Hugo Carrensis plane Theologice explicuit hanc vocem, cujus equidem verba cum suo flore subscribam: *Sicut*, inquit, *solet dici de ribaldo, qui, quando magnum frigus est, amplectitur se brachiis, ut sic calefaciat se quoquo modo, & dicitur derisorie, iste ribaldus multum diligit se, qui sic se amplectitur brachiis.* An non flagitium fustuario dignum, sic nugari in adorandis litteris, idque tam indocte, non solum impie? Et tamen hæc legunt attoniti, qui Moriæ lusum ferre non possunt. Saltem qui tam impense favent Carrensi, negent hæc ab ipso scripta, sed ab illius sodalibus parum sobriis addita.

3 *Cupidi*] φιλάργυροι, id est, *cupidi pecuniæ*: *avari* legit Ambrosius.

4 *Elati*] ἀλαζόνες, id est, *gloriosi*, ut ipse interpretatus est Plautus. Ambrosius legit *insolentes*. Hieronymus in Michæam legit *fastidiosi*. At suspicor scriptum fuisse *fastuosi*. Non damno quod vertit Interpres, sed tamen elatus esse potest qui non sit ἀλαζὼν, qui fastu se jactat ac venditat, cum sit inanis rerum bonarum.

5 *Parentibus non obedientes*] ἀπειθεῖς, id est, *immorigeri*, sive *intractabiles*.

6 *Scelesti*] ἀνόσιοι. Quod rectius Ambrosius vertit *impii*. Dici possunt & *impuri*.

7 *Sine affectione*] Ἄςοργοι. Quod proprie significat eos qui nullo affectu sunt in suos, puta filios, aut famulos, aut uxorem. Deploratissimi sunt enim in quibus etiam naturæ affectus obsoleverunt.

8 *Sine pace*] ἄσπονδοι. Quod Ambrosius vertit *sine fide*: σπονδὴ *fœdus* significat & *amicitiam*, quod refertur ad alienos, & non domesticos, cum quibus boni fœderibus & amicitiæ vinculis copulantur, quibus natura conjuncti non sunt. Gradus enim aliquot attigit, *parentibus immorigeri*, quæ est impietatis species, erga Deum *impii*, ἀνόσιοι, erga benemeritos *ingrati*, erga propinquos ἄςοργοι, erga amicitiæ fœdere junctos ἄσπονδοι.

9 *Criminatores*] διάβολοι, id est, *calumniatores*, sive *delatores*.

10 *Sine benignitate*] ἀφιλάγαθοι. Quod ita sonat, quasi dicas, *non amici bonis*. Sic interpretantur Græcanica scholia. Ambrosius vertit, *bonorum inimici*. Cyprianus, *bonum non diligentes*.

11 *Proditores*] Προδόται, id est, *Desertores* amicitiæ & sodalitatis.

12 *Protervi*] προπετεῖς, id est, *præcipites*, sive *temerarii*.

13 *Tumidi*] τετυφωμένοι, id est, *inflati*. Quanquam haud male Interpres vertit: eosdem & *turgidos* vocamus. Ipsum esse suspicor, quod Cyprianus aliquoties reddit, *stupore elati*. *Cæci. Cæci*, nec est in Græcis, nec in Latinis exemplaribus antiquis, nec apud Chrysostomum, nec apud Ambrosium. Opinor hanc vocem sic irrepsisse, quod sciolus aliquis in margine adscripserit, veluti corrigens, pro τετυφωμένοι, τετυφλωμένοι. Quorum prius sonat *elatos*, posterius *cæcatos*.

14 *Voluptatum amatores*] φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι. Longe venustius dixit Græce, dictionibus compositis, id est, *voluptatum amantes magis quam amantes Dei*. Cyprianus legit, *voluptatem magis quam Deum diligentes.* Tantum agmen vitiorum sequitur philautiam. Eam pestem reddit insanabiliorem addita pietatis simulatio.

15 *Speciem pietatis*] μόρφωσιν, quasi dicas *formationem*. Notat enim eos, qui dictis norunt aliis præscribere, quomodo debeant pie vivere, cum ipsi diversa sequantur. Cyprianus legit, *deformationem religionis.*

16 *Virtutem autem*] δύναμιν. *Vim* hoc loco melius vertisset, ut oppo-

6 τοὺς ἀποτρέπου. Ἐκ τούτων γάρ εἰσιν οἱ ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας, καὶ αἰχμαλωτεύοντες τὰ γυναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις, ἀγόμενα ἐπιθυμίαις ποικίλαις, 7 Πάντοτε μανθάνοντα, καὶ μηδέ ποτε εἰς ἐπίγνωσιν 8 ἀληθείας ἐλθεῖν δυνάμενα. Ὃν τρόπον δὲ Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς ἀντέστησαν Μωσῇ, οὕτως καὶ οὗτοι ἀνθίστανται τῇ ἀληθείᾳ· ἄνθρωποι κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν, 9 ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν· Ἀλλ᾽ οὐ προκόψουσιν ἐπὶ πλεῖον· ἡ γὰρ ἄνοια αὐτῶν ἔκδηλος ἔσται πᾶ-10 σιν, ὡς καὶ ἡ ἐκείνων ἐγένετο. Σὺ δὲ παρηκολούθηκάς μου τῇ διδασκαλίᾳ, τῇ ἀγωγῇ, τῇ προθέσει, τῇ πίστει, τῇ μακροθυμίᾳ, τῇ ἀγάπῃ, 11 τῇ ὑπομονῇ, Τοῖς διωγμοῖς, τοῖς παθήμασιν, οἷά μοι ἐγένετο ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐν Ἰκονίῳ, ἐν Λύστροις, οἵους διωγμοὺς ὑπήνεγκα· καὶ ἐκ πάντων με ἐρρύσατο 12 ὁ Κύριος. Καὶ πάντες δὲ οἱ θέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν 13 Χριστῷ Ἰησοῦ, διωχθήσονται. Πονηροὶ δὲ ἄνθρωποι καὶ γόητες προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, πλανῶντες καὶ πλα-14 νώμενοι. Σὺ δὲ μένε ἐν οἷς ἔμαθες καὶ ἐπιστώθης, εἰ-15 δὼς παρὰ τίνος ἔμαθες, Καὶ ὅτι ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας, τὰ δυνάμενά σε σοφίσαι εἰς σω-16 τηρίαν διὰ πίστεως, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος, καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιο-17 σύνῃ, Ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, πρὸς πᾶν IV. 1 ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος. Διαμαρτύρομαι οὖν ἐγὼ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας καὶ νεκροὺς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ 2 καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. Κήρυξον τὸν λόγον, ἐπίστηθι εὐκαίρως, ἀκαίρως· ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον 3 ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ καὶ διδαχῇ. Ἔσται γὰρ καιρὸς, ὅτε τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας οὐκ ἀνέξονται· ἀλλὰ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἰδίας ἑαυτοῖς ἐπισωρεύσουσι δι-4 δασκάλους, κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν, Καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας

garint. [17] Et istos aversare. Ex his enim sunt [18] qui subeunt in familias, & captivas ducunt mulierculas [19] oneratas peccatis, quæ ducuntur concupiscentiis variis, 7 Semper discentes, nec unquam [20] ad cognitionem veritatis venire valentes. 8 Quemadmodum autem [21] Jannes & Jambres resistebant Mosi, ita & hi resistunt veritati: homines mente corrupti, reprobi circa fidem: 9 [22] Sed non proficient amplius: siquidem amentia istorum evidens erit omnibus, quemadmodum & illorum fuit. 10 Tu vero [23] assectatus es doctrinam meam, institutionem, propositum, fidem, lenitatem, charitatem, patientiam, 11 Persecutiones, afflictiones, [24] quæ mihi acciderunt Antiochiæ, Iconii, Lystris, quas persecutiones sustinuerim: & ex omnibus eripuit me Dominus. 12 Sed & omnes qui volunt pie vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. 13 Porro mali homines & [25] impostores proficient in pejus, [26] dum & in errorem adducunt, & errant ipsi. 14 At tu persistito in his quæ didicisti, & quæ tibi concredita sunt, sciens a quo didiceris, 15 Et quod a puero sacras litteras noveris, [27] quæ te possunt eruditum reddere ad salutem [28] per fidem quæ est in Christo Jesu. 16 Omnis scriptura [29] divinitus inspirata, [30] & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, [31] ad correctionem, ad institutionem quæ est in justitia, 17 [32] Ut integer sit Dei homo, ad omne opus bonum [33] apparatus. IV. 1 [1] Obtestor igitur ego coram [2] Deo & Domino Jesu Christo, qui judicaturus est [3] vivos & mortuos [4] in apparitione sua & in regno suo. 2 Prædica sermonem, insta [5] tempestive, intempestive: argue, increpa, exhortare [6] cum omni lenitate & doctrina. 3 Nam erit tempus, quum sanam doctrinam non sustinebunt: sed juxta concupiscentias suas coacervabunt sibi [7] doctores, ii quibus pruriunt aures, 4 Et a veritate quidem aures avertent, ad fabulas vero con-

opponatur *speciei*. *Abnegantes*, ἠρνημένοι, id est, *inficiati*: nam præteriti temporis est, id est, *qui abnegarunt*.

17 *Et hos devita*] ἀποτρέπου, id est, *aversare*, quod est plus quam *devita*: neque enim est illud παραιτοῦ, quod solet vertere *devita*.

18 *Qui penetrant*] ἐνδύνοντες, id est, *qui subeunt*. Ambrosius legit, *qui irrepunt*: verum hoc non male vertit Interpres.

19 *Oneratas peccatis*] σεσωρευμένα, quasi dicas *accumulatas*, & *acervo peccatorum obrutas*.

20 *Ad scientiam veritatis pervenientes*] ἐλθεῖν δυνάμενα, id est, *venire potentes*.

21 *Jamnes & Mambres*] Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς, id est, *Jannes & Jambres*, quos Chrysostomus ait fuisse duos magos Ægyptiorum, qui portentis edendis certarint cum Mose, quanquam in Exodo non addantur illorum nomina, sed quæ Paulus acceperit ex traditione Judæorum, quam ἄγραφον vocant, aut certe a Spiritu sancto. Quasi vero hoc tantopere retulerit scire magorum nomina. In Hebraicorum nominum interpretatione legimus utrumque *Mambres* & *Jambres* similiter expositum, quasi nihil intersit *Jambres* sones aut *Mambres*. Hoc recte an secus scriptum sit, par est periculum esse penes auctorem potius quam penes indicem.

22 *Sed ultra non proficient*] οὐ προκόψουσιν ἐπὶ πλεῖον. Ambrosius legit, *non proficient amplius*. Quod noster vertit *insipientia*, Ambrosius *ignorantia*: ἄνοια magis est *amentia*, sive *dementia*, atque ita vertit Interpres Chrysostomi.

23 *Assecutus es*] παρηκολούθησας. Quod non proprie significat *assecutus es*, hoc est, *adeptus es*. Alioqui quí quadrabit quod consequitur, *persecutiones & passiones*? Nam hæc nemo dicitur assequi. Unde magis intelligendum est, a principio usque ad finem adfuisti, & testis es omnium. Id enim significat παρακολουθεῖν, ut admonuimus & alias. In eum sensum interpretatur Theophylactus, unde nos vertimus *assectatus es*.

24 *Qualia mihi facta sunt*] οἷά μοι, id est, *quæ mihi*: nam οἷα pro ἃ Græcis usurpare mos est. *Antiochia*, ἐν Ἀντιοχείᾳ, id est, *in Antiochia*, nisi de civitate loquatur: ac de civitate opinor accipiendum.

25 *Seductores*] γόητες, id est, *impostores*. Ambrosius legit *deceptores*.

26 *Errantes & in errorem* &c.] πλανῶντες καὶ πλανώμενοι, id est, *seducentes & seducti*. Quod ita reddidit vel explanavit verius Ambrosius, *ipsi errantes, atque alios erroribus involventes*.

27 *Quæ te possunt instruere*] σοφίσαι, id est, *erudire*, sive *sapientem reddere*.

28 *Per fidem quæ est in Christo Jesu*] Deest in Ambrosio, verum id arbitror casu commissum.

29 *Divinitus inspirata*] θεόπνευστος, quod verbo composito jucundius dixit Paulus.

30 *Utilis est*] *Et utilis*, addita conjunctione, καὶ ὠφέλιμος. Apparet subesse tacitam vim argumentandi in conjunctione. Scriptura ut est divinitus inspirata, & efficax est ad multa, cum humana doctrina sit inefficax. Aut Scriptura est divinitus inspirata, & eadem est utilis &c. ut *omnis* referatur duntaxat ad Scripturam canonicam.

31 *Ad corripiendum*] πρὸς ἐπανόρθωσιν, id est, *ad correctionem*. Hoc loco divus Ambrosius, πρὸς ἐπανόρθωσιν, vertit *ad redintegrationem*, pro quo nostri codices habent, *ad corripiendum*. Sed haud scio an Interpres scripserit, *ad corrigendum*. Et quod divinaram in quarta Editione, comperi in exemplaribus Constantiensibus, *ad corrigendum*. Nam Græca vox sonat erigere quod erat incurvum. Nisi forte ἔλεγχος & ἐπανόρθωσις ad idem pertinet. Nam Ambrosius in exponendo utramque sententiam videtur simul complecti. Sic enim scribit: *Manifestum est, quia omnis Scriptura, cujus Deus auctor ostenditur, utilis est. Ad hoc enim data est, ut proficiat imperitis, & instauret deformes, attrahens iniquos ad justitiam, ut homo Dei in omni opere bono perfectus sit.* Hactenus ille. Jam quod Paulus dixit, *ad doctrinam*, hic exponit, *ut proficiat imperitis*: quod ait, *ad redargutionem & correctionem*, hic, *ut instauret deformes*: denique quod *ad eruditionem, quæ est in ipsa justitia*, hic interpretatur, *attrahens iniquos ad justitiam*.

32 *Ut perfectus sit homo*] Ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, id est, *Ut perfectus* sive *integer sit is, qui est homo Dei*.

33 *Instructus*] ἐξηρτισμένος, id est, *consummatus* & *perfectus*. Atque ita legit Ambrosius, & consentit Græcorum interpretatio.

1 *Testificor coram*] Διαμαρτύρομαι οὖν ἐγὼ, id est, *Testificor igitur ego*, sive *obtestor*.

2 *Deo & Jesu Christo*] *Deo* dixit pro Patre, sed apud Græcos quoniam non additur *Domino*, sermo fit anceps. Etenim si complexim legas, sensus est, Jesum Christum eumdem & Deum dici & Judicem: sin disjunctim, *Dei* nomen ad Patrem pertinet, *Judicis* ad Christum. In superiore Epistola cap. VI. disjunxit: *Præcipio tibi coram Deo qui justificat omnia, & Christo Jesu* &c. Nec hic additur *Domini* cognomen, ac sic aptius cohæret cum relativo, quod sequitur, *qui*.

3 *Vivos & mortuos*] Aut proverbiali figura dictum est pro omnibus, aut pios & impios sensit, aut defunctos ante judicii diem, & quos ille dies in vita deprehenderit. Quanta sollicitudine Paulus obtestatur suum Timotheum. In priore Epistola dixerat *præcipio*, hîc *obtestor*, quod est vehementius, & addit, quod est terribilius, *qui judicaturus est vivos & mortuos*. Utinam omnes Episcopi sic cogitarent, hanc obtestationem cuique singulatim esse proditam, sicut est re vera. Quid autem exigit cum tam religiosa obtestatione? Serves mandatum sine macula & irreprehensibile, usque in adventum Domini. Prædica verbum. Quid Paulo respondebimus pastores, ubi ventum erit ad judicium, cujus nos commonefacit?

4 *Et per adventum*] κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, id est, *in adventu*, sive *juxta adventum*. Refertur enim ad participium, *judicaturus in adventu*. Interpres legisse videtur καὶ pro κατά. Cæterum non est hîc παρουσίαν, sed ἐπιφάνειαν, quod magis sonat *illustrationem*; sequitur enim *regni* mentio.

5 *Opportune, importune*] εὐκαίρως, ἀκαίρως, id est, *tempestive*, & *intempestive*, & hoc proverbiali figura dictum est, pro assidue & instanter.

6 *In omni patientia*] μακροθυμίᾳ, id est, *longanimitate*, aut, si hoc verbum videtur parum Latinum, *lenitate*. Est enim Græcis virtus quæ opponitur ὀξυθυμίᾳ.

7 *Magistros prurientes*] διδασκάλους, id est, *doctores*: & prurientes

ληθείας τὴν ἀκοὴν ἀποστρέψουσιν, ἐπὶ δὲ τοὺς μύθους ἐκ-
5 τραπήσονται. Σὺ δὲ νῆφε ἐν πᾶσι, κακοπάθησον, ἔργον ποίησον Εὐαγγελιστοῦ, τὴν διακονίαν σου πληροφόρη-
6 σον. Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς
7 ἀναλύσεως ἐφέστηκε. Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι,
8 τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα. Λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι ὁ Κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὁ δίκαιος κριτής· οὐ μόνον δὲ ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπι-
9 10 φάνειαν αὐτοῦ. Σπούδασον ἐλθεῖν πρός με ταχέως. Δημᾶς γάρ με ἐγκατέλιπεν, ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα, καὶ ἐπορεύθη εἰς Θεσσαλονίκην, Κρήσκης εἰς Γαλατίαν,
11 Τίτος εἰς Δαλματίαν, Λουκᾶς ἐστι μόνος μετ᾽ ἐμοῦ. Μάρκον ἀναλαβὼν ἄγε μετὰ σεαυτοῦ· ἔστι γάρ μοι εὔχρηστος
12 13 εἰς διακονίαν. Τυχικὸν δὲ ἀπέστειλα εἰς Ἔφεσον. Τὸν φαιλόνην, ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κάρπῳ, ἐρχόμενος φέρε, καὶ τὰ βιβλία, μάλιστα τὰς μεμβράνας.
14 Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο,
15 ἀποδῴη αὐτῷ ὁ Κύριος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· Ὃν καὶ σὺ φυλάσσου· λίαν γὰρ ἀνθέστηκε τοῖς ἡμετέροις λόγοις.
16 Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο,
17 ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον· μὴ αὐτοῖς λογισθείη· Ὁ δὲ Κύριός μοι παρέστη, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ἵνα δι᾽ ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, καὶ ἀκούσῃ πάντα τὰ
18 ἔθνη, καὶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος· Καὶ ῥύσεταί με ὁ Κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ, καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας
19 τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Ἄσπασαι Πρίσκαν, καὶ Ἀκύλαν, καὶ
20 τὸν Ὀνησιφόρου οἶκον. Ἔραστος ἔμεινεν ἐν Κορίνθῳ. Τρόφι-
21 μον δὲ ἀπέλιπον ἐν Μιλήτῳ ἀσθενοῦντα. Σπούδασον πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν. Ἀσπάζεταί σε Εὔβουλος, καὶ Πούδης, καὶ
22 Λῖνος, καὶ Κλαυδία, καὶ οἱ ἀδελφοὶ πάντες. Ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τοῦ πνεύματός σου. Ἡ χάρις μεθ᾽ ὑμῶν. Ἀμήν.

Ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης ἡ πρὸς Τιμόθεον δευτέρα, ὅτε παρέστη Παῦλος τῷ Καίσαρι Νέρωνι ἐκ δευτέρου πάλιν.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ ΔΕΥΤΕΡΑΣ

Τ Ε Λ Ο Σ.

convertentur. 8 At tu vigila in omnibus, 9 obdura in 5 afflictionibus, opus perage Evangelistæ, 10 ministerium tuum ad plenum probatum reddito. Nam ipse 6 11 jam immolor, 12 & tempus meæ resolutionis instat. 13 Certamen bonum decertavi, cursum consum- 7 mavi, fidem servavi. 14 Quod superest, reposita est 8 mihi justitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illo die, qui est justus judex: non solum autem mihi, 15 sed & omnibus qui diligunt adventum ipsius. 16 Da operam ut venias ad me cito: Nam Demas me 9 10 dereliquit, 17 amplexus præsens seculum, & profectus est Thessalonicam, 18 Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas mecum est solus. Marcum assum- 11 ptum adducito una tecum: est enim mihi perutilis 19 ad ministerium. Porro Tychicum misi Ephesum. 20 12 Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, quum 13 venies apporta, & libros, maxime autem 21 membranas. Alexander 22 faber ærarius 23 multis malis me af- 14 fecit, 24 reddat illi Dominus juxta facta ipsius: Quem 15 25 & tu cave: vehementer enim 26 restitit sermonibus nostris. In prima defensione nemo mihi adfuit, sed 16 omnes me deseruerunt: ne illis imputetur: Sed Domi- 17 nus mihi adfuit, & corroboravit me, ut per me 27 præconium expleretur, & audirent omnes gentes, & ereptus fui ex ore leonis: Et 28 eripiet me Dominus 18 ab omni facto malo, servabitque in regnum suum cœleste: 29 cui gloria in secula seculorum. Amen. Saluta 19 Priscam, & Aquilam, & Onesiphori familiam. Erastus 20 mansit Corinthi. Trophimum autem reliqui in Mileto languentem. Da operam ut venias ante hyemem. 21 Salutat te 30 Eubulus, 31 & Pudens, & Linus, & Claudia, 32 & fratres omnes. Dominus Jesus Christus cum 22 spiritu tuo. 33 Gratia vobiscum. Amen.

Scripta e Roma ad Timotheum secunda, quum Paulus iterum sisteretur Cæsari Neroni.

EPISTOLÆ PAULI AD TIMOTHEUM SECUNDÆ

F I N I S.

rientes hic nominandi casu est accipiendum, κνηθόμενοι, id est, *qui titillantur* & *pruriunt auditu*, unde quærunt, qui scalpant aures voluptate orationis, non qui radant veritate.

8 *Tu vero vigila*] νῆφε, id est, *sobrius esto*, sive *vigila*.

9 *Labora*] κακοπάθησον, id est, *feras afflictiones*, sive, ut nos vertimus, *obdura in afflictionibus*.

10 *Ministerium tuum imple*] πληροφόρησον. De quo verbo frequenter & alias admonuimus. Hoc est, facito plenam fidem tuæ prædicationis. Id fiet, si viderint & vitam respondere doctrinæ, & in tantum te non venari tua compendia, ut afflictiones etiam atrocissimas alacriter feras amore Christi. *Sobrius esto*. Quo loco quod quidam antiqui codices habent, *vigilans esto*, in Græcis codicibus non invenio, nec apud Ambrosium, ne apud Chrysostomum quidem, imo nec in optimæ fidei codice Paulinæ Bibliothecæ. Suspicor autem hac occasione irrepsisse, quod νῆφε utrumque significat, *sobrius esto*, & *vigilans esto*. Proinde fieri potest, ut quod doctus aliquis annotarit *sobrius esto*, id post in contextum traductum sit.

11 *Jam delibor*] σπένδομαι, id est, *immolor*. Ambrosius legit quidem *delibor*, sed enarrans declarat nihil interesse inter *delibor* & *immolor*. Chrysostomus ac Theophylactus hoc ajunt interesse, quod θυσία, id est, *hostia*, non relinquatur tota Deo, cum σπονδὴ *libamen* totum relinquatur. Hoc quid sit, aliis excutiendum relinquo.

12 *Et tempus meæ resolutionis*] ἀναλύσεως. Cyprianus in Epistola quadam legisse videtur ἀναλήψεως, sic adducens hujus loci testimonium, *Ego jam delibor*, *& tempus instat assumptionis meæ*. Origenis Interpres cum alias tum in Homiliis in Numeros indicat duplicem hujus loci fuisse scripturam, *resolutionis*, & *regressionis*. *Regressionis* verbum quid sibi velit, non satis intelligo, nisi quod Græcis ἀνάλυσις utrumque sonat, *resolutionem* & *reversionem*: ut enim qui discedit solvere dicitur, ita reditus resolutio, Græcis ἀνάλυσις.

13 *Bonum certamen*] τὸν καλὸν. Quod non sonat simpliciter *bonum*, sed *præclarum* & *egregium*. Et articulus indicat illud certamen Evangelicum.

14 *In reliquo*] Λοιπὸν, id est, *Quod superest:* atque ita vertit Ambrosius. Hic Interpres vertere consuevit *De cætero*.

15 *Sed & his*] ἀλλὰ καὶ πᾶσι, id est, *sed & omnibus*. *Qui diligunt*, τοῖς ἠγαπηκόσι, id est, *qui dilexerunt*: licet in verbis affectuum abutantur Græci præteritis.

16 *Festina ad me*] Σπούδασον, id est, *Stude*, sive *Da operam*. Alioqui quæ sermonis figura est, *Festina cito*, hoc est, ἥκομαι καὶ κατέρχομαι, quemadmodum jocatur Aristophanes.

17 *Diligens hoc seculum*] ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα, id est, *postquam dilexit præsens seculum*, sive *amplexus præsens seculum*.

18 *Crescens in Galatiam*] Κρήσκης, id est, *Cresces*, sed Græcus sermo deflexit vocem Latinam, sicut Πούδης pro *Pudens*.

19 *In ministerio*] εἰς διακονίαν, id est, *ad ministerium*.

20 *Penulam*] Græce φελόνην. Quod est pallii genus, non consularis, ut quidam putant, sed quo tegimur ab imbribus, pelliceum, ut putat Hesychius. Quanquam idem addubitat, num sit *scriniolum*: alii putant esse *thecam librorum*. Ita Græcanica scholia. Hieronymus in III. adversus Pelagium dialogo vertit *lacernam* sive *penulam*. Tametsi in plerisque codicibus pro *lacerna* depravatum erat *lucerna*, a lucernario quopiam.

21 *Et membranas*] *Et* redundat, μεμβράνας. Hic Latinam vocem Paulus usurpavit. O supellectilem Apostolicam! penulam quæ defendat ab imbribus, & libros aliquot, haud dubie sacros. Nunc quantum est caballorum, quantum bombardarum, quantum aliarum rerum, quas referre non libet.

22 *Ærarius*] χαλκεὺς, id est, *faber ærarius*, ne quis de quæstore ærarii, aut custode æris accipiat, ut interpretati sunt quidam.

23 *Multa mala mihi ostendit*] πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο, id est, *multis malis me affecit*. Annotavit & Augustinus libro *de locutionibus Geneseos* I. in Sacris Litteris *ostendere* frequenter usurpari pro *facere*.

24 *Reddet illi Dominus*] Græce est *reddat*, ἀποδῴη, ut sit imprecantis. Etiamsi Augustinus in explanatione sermonis in monte habiti legisse videri poterat, *reddet*, futuri temporis, ita dissolvens propositam ab ipso quæstionem: Paulum non imprecari malum ei qui læserat, sed prædicere quid eventurum esset. Quod idem tractat libro adversus Faustum XVI. cap. XXII. quo quidem & ipso loco in vulgatis exemplaribus *reddet* scriptum legitur. Quanquam eodem mox loco adducit illud Pauli, *Utinam & abscindantur*, *qui vos conturbant*: quod certe prædicentis esse non potest. Præterea quid opus erat excusari, quod imprecationes in Sacris Litteris invenirentur, si hæc dicta sunt verbis futuri temporis, consentientibus & exemplaribus Latinis? Chrysostomus legit ἀποδῴη, sed in enarrando non movet hunc scrupulum. Theophylactus ingenue testatur se legisse ἀποδῴη, verum id ait positum pro ἀποδώσει. Verum de his accuratius dictum est nobis in Actorum cap. XXIII. ubi Paulus alapa percussus ita loquitur Pontifici, *Percutiat te Deus*, *paries dealbate*.

25 *Et tu devita*] φυλάσσου, id est, *observa*, sive *cave*.

26 *Resistit*] *Restitit*, ἀνθέστηκε.

27 *Prædicatio impleatur*] πληροφορηθῇ, id est, *ad plenum persuaderetur*, & *certam haberet fidem*.

28 *Liberavit*] ῥύσεται, id est, *liberabit*, futuri temporis, suffragante utroque Constantiensi. Sequitur enim, *& salvum faciet*.

29 *Cui gloria*] Græcus codex addidit, *& imperium*, καὶ κράτος.

30 *Eubolus*] Εὔβουλος, *Eubulus* penultima producta, nomen a bono consilio dictum.

31 *Et Prudens*] καὶ Πούδης. Ambrosius & antiqui codices habent *Pudens*, rursum voce Latina nonnihil detorta a Græcis.

32 *Et fratres ejus*] Non *ejus*, sed *omnes*, est apud Græcos, & ita legit divus Ambrosius, consentiente Chrysostomo, denique & exemplari Paulino, ad hæc utroque Constantiensi. Recensitis enim nominatim aliquot ex suis, reliquos generali nomine complectitur.

33 *Gratia vobiscum*] Pro hoc nescio quo casu in Ambrosianis codicibus legitur *Vale*. Et tamen ex commentariis licet divinare quod legerit quemadmodum nos.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM PAULI AD TIMOTHEUM SECUNDAM, PER DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM, FINIS.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

τῆς πρὸς

ΤΙΤΟΝ

ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΑΥΛΟΥ.

Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Νικοπόλεως, ἐκεῖ γὰρ παρεχείμαζεν. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιστολῆς αὕτη. Εἰς μὲν τὴν Κρήτην ἀπέλειπε τὸν Τίτον, ἵνα καταστήσῃ κατὰ πόλεις κληρικούς. Πολλῶν δὲ ὄντων ἐκεῖ τῶν ἐπιχειρούντων προφάσει τοῦ νόμου ἀπατᾷν τοὺς λαοὺς, μεθ' ὃ μαθὼν ὁ Παῦλος γράφει. Καὶ πρῶτον μὲν εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ διὰ τὴν αὐτοῦ εὐλάβειαν, σημαίνει τὴν ἐν Χριστῷ πίστιν μὴ νεωτέραν εἶναι, ἀλλ' ἐξ αἰῶνος ἡτοιμάσθαι καὶ ἐπηγγέλθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ ταύτην. Ἔπειτα περὶ τῆς καταστάσεως τῶν κληρικῶν καὶ τύπους διδάσκει, πῶς, καὶ ὁποίους αὐτοὺς εἶναι δεῖ. Καὶ ἐπιτιμᾷν δὲ ἐντέλλεται αὐτῷ τοῖς ἀντιλέγουσι τῇ ὑγιαινούσῃ πίστει, μάλιστα δὲ τοὺς ἐκ περιτομῆς. Εἰδέναι τε τοὺς Κρῆτας, ὅτι ἀργοί εἰσι καὶ χρήζουσιν ἐπιτιμίας. Διδάξας δὲ πάντα τὰ βρώματα καθαρὰ εἶναι τοῖς καθαροῖς, καὶ ὁποίας εἶναι δεῖ τὰς πρεσβύτιδας τὰς ὀφειλούσας σωφρονίζειν τὰς νέας, παραινεῖ πῶς δεῖ καὶ τοὺς δούλους τοῖς ἰδίοις δεσπόταις ὑπηρετεῖν. Καὶ τέλος ὑπομνήσας, ὅτι ἡ τοῦ Σωτῆρος χάρις οὐκ ἐξ ἔργων ἡμᾶς ἐδικαίωσεν, ἀλλὰ τῇ ἰδίᾳ φιλανθρωπίᾳ, καὶ παραγγείλας τὰς νομικὰς μάχας ἐκτρέπεσθαι ὡς ἀναισχύντους οὔσας, δηλοῖ αὐτῷ, μετὰ τὸ πέμψαι πρὸς αὐτὸν Ἀρτεμᾶν, ἵνα ἔλθῃ πρὸς αὐτόν. Ἐνετείλατό τε αὐτῷ ὥστε διδάσκειν, καὶ τοὺς αὐτοῦ καλῶν ἔργων προΐστασθαι, καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

IN EPISTOLAM AD

TITUM

Argumentum per

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

Titum discipulum suum ac filii loco habitum, ob eximias dotes insulæ nobilissimæ Cretæ præfecerat Apostolus, & illinc abiens, Archiepiscopum consecrarat. Huic scribit ex urbe Nicopoli, quæ est in Actiaco littore, rebus, ut apparet, adhuc tranquillioribus: siquidem afflictionum aut persecutionum nulla mentio. Monet autem, ut quod ipse apud Cretenses cœperat, consummet absolvatque per singulas civitates, quas centum habuisse memoratur ea insula, Episcopos instituat, quos & Presbyteros vocat, idonei Episcopi formam præscribens. Et quoniam huc quoque penetrarant Pseudapostoli, qui Judaïsmum suum omnibus ingerebant, animat eum, ut eos fortiter rejiciat ac refutet. Deinde personarum & ætatum præscribit officia, quemadmodum Timotheo præscribit: illud addens, ne quisquam Christianæ Religionis prætextu Principibus ac Magistratibus resisteret, suo fungentibus officio, quamvis essent a Christi fide alieni: quin magis eos leniter ferendos, si quando forte, volente Deo, & illi resipiscant. Postremo jubet Titum ad se venire Nicopolim, sed prius quam Paulus Artemam aut Tychicum illuc misisset, ne Cretenses destituti viderentur Episcopi solatio.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD TITUM.

I. 1 ΠΑΥΛΟΣ δοῦλος Θεοῦ, Ἀπόστολος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν Θεοῦ καὶ ἐπί- 2 γνωσιν ἀληθείας, τῆς κατ' εὐσέβειαν, Ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου, ἣν ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς 3 Θεὸς πρὸ χρόνων αἰωνίων, Ἐφανέρωσε δὲ καιροῖς ἰδίοις τὸν λόγον αὐτοῦ ἐν κηρύγματι, ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν 4 Θεοῦ· Τίτῳ γνησίῳ τέκνῳ κατὰ κοινὴν πίστιν, χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ 5 Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. Τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ, καὶ καταστήσῃς κατὰ πόλιν 6 Πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην. Εἴ τις ἐστὶν ἀνέγκλητος, μιᾶς γυναικὸς ἀνὴρ, τέκνα ἔχων πιστὰ, μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας, ἢ ἀνυ- 7 πότακτα. Δεῖ γὰρ τὸν Ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, ὡς Θεοῦ οἰκονόμον, μὴ αὐθάδη, μὴ ὀργίλον, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ,

I. 1 PAULUS servus Dei, 1 Apostolus autem Jesu Christi, 2 juxta fidem electorum Dei & agnitionem veritatis, quæ est secundum pietatem, 3 In spe vi- 2 tæ æternæ, quam promisit is 4 qui mentiri nescit, Deus, 5 ante tempora æterna, 6 Patefecit autem tem- 3 poribus suis sermonem suum per prædicationem, 7 quæ commissa est mihi 8 secundum delegationem Servatoris nostri Dei: 9 Tito germano filio juxta 4 communem fidem, 10 gratia, misericordia, pax a Deo Patre & Domino Jesu Christo Servatore nostro. Hu- 5 jus rei gratia 11 reliqui te in Creta, 12 ut quæ desunt, pergas corrigere, & constituas 13 oppidatim Presbyteros, sicut ego tibi ordinaram. Si quis est 14 inculpatus, u- 6 nius uxoris vir, liberos habens fideles, 15 non obnoxios crimini luxus, aut qui non sint intractabiles. Oportet enim Episcopum inculpatum esse, 16 tanquam Dei dis- 7 pensatorem, 17 non præfractum, non iracundum, non vinosum, 18 non percussorem, 19 non turpiter lucro deditum,

1 *Apostolus autem*] Notavit hîc nonnihil formam salutationis, *autem* subjunxit, quum non præcesserit *quidem*, quod Hieronymus alicubi tribuit imperitiæ sermonis Græci, quasi hoc nusquam apud Græcos reperiatur. Imo notant hoc Grammatici δὲ apud Græcos frequenter poni pro conjunctione copulativa τε, quod hoc loco factum apparet.

2 *Secundum fidem electorum Dei*] Divus Hieronymus hîc rursus impingit inscitiam sermonis Græcanici, *Qui non juxta humilitatem*, inquit, *ut plerique existimant, sed vere dixerat, & si imperitus sermone, non tamen scientia*, &c. Nec video causam cur id faciat, nisi forte quia dixit, *electos Dei*, quemadmodum antea dixerat, *servos Dei*, ac mox *quam promisit Deus*. Erat servus Dei non juxta Mosaïcam legem, sed juxta fidem electorum, & Apostolus Jesu Christi, juxta cognitionem veritatis Evangelicæ, quum Judæi mordicus tenerent umbras. Et pietatem opposuit ceremoniis: & ἐπίγνωσις est, non γνῶσις, *agnitio* verius quam *cognitio*, de quo sæpe meminimus.

3 *In spem*] Ἐπ' ἐλπίδι, id est, *In spe*, sive *Sub spe*.

4 *Qui non mentitur*] ὁ ἀψευδὴς, quasi dicas *immentiens*, aut *immendax*, & *a mendacio alienus*. *Verax* legit Ambrosius: *non mendax*, Hieronymus.

5 *Ante tempora secularia*] πρὸ τῶν χρόνων αἰωνίων, id est, *ante tempora æterna*. Ita legit Hieronymus. Augustinus adversus Priscillianistas cap. VI. & aliis aliquot locis, præsertim adversus Manichæos de Genesi cap. II. legit hîc quoque, *ante tempora æterna*. Cæterum *æterna* vocari, non quæ nullum habuerint initium, cum aliquod sit mundi conditi initium, sed ante quæ nulla fuerint tempora. Aquinas hîc nihil meminit de mille annis, & admonet alteram scripturam habuisse, pro *secularia*, *æterna*, id est, antiqua. Hoc quid sibi velit nescio, nisi forte Græcus aliquis codex habuit ἀρχαῖα, pro αἰώνια. Sic enim Actorum XV. videtur *ab antiquis diebus* dictum pro ab æterno.

6 *Manifestavit autem*] Nec hîc præcessit μὲν, quæ respondeat δὲ: & *suis* Græce est, ἰδίοις, ut ad rem referatur, non ad Deum. Unaquæque res suum tempus habet. Et nobis non suo tempore vel alieno tempore fieri dicitur, quod fit intempestive. Et τὸν λόγον quidam interpretantur de promissionis verbo, quidam ipsum filium interpretantur.

7 *Quæ credita est mihi*] ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ, quod Faber Stapulensis ita vertit, *cui commissus sum*, quasi nihil referat, utrum dicas, *filius tuus commissus est mihi*, an *commissus sum filio tuo*. Demiror autem, ei viro tam profundum obrepsisse somnum, ut non agnosceret figuram Græci sermonis, qua ita loquuntur, *hanc rem ego commissus sum*, quoties sentiunt, *hæc res commissa est mihi*, præsertim cum hæc loquendi formula toties sit obvia in Paulo. At conjicere mihi videor quid imposuerit Fabro nostro, nimirum ᾧ articulus postpositivus dandi casu positus, cum accusandi casus magis conveniret. Verum id factum est ob nomen quod antecessit eodem casu, κηρύγματι, cum quo concordat ᾧ, juxta Græci sermonis idioma, dissidens a suo verbo. Sic enim legitur, fateor, in nonnullis exemplaribus, cum in emendatioribus habeatur ὃ ἐπιστεύθην, atque adeo sic ipse Faber scribit in examinatione sua.

8 *Secundum præceptum*] Rursum Græce est κατ' ἐπιταγὴν, id est, *juxta injunctionem*. Nos vertimus *delegationem*. Sentit enim sibi munus hoc prædicandi delegatum a Domino, sic ut recusare non liceat.

9 *Tito dilecto filio*] γνησίῳ τέκνῳ, id est, *vero*, *legitimo*, *proprio*, ac *germano filio*. Atque ita legit Ambrosius, quasi dicas, vere filio & non notho, neque degeneri a patre. Notat elegantiam hujus verbi & divus Hieronymus, hunc enarrans locum, addens Græcæ vocis proprietatem non exprimi posse Latinis, licet vero, germano, ingenuo propemodum explicare videatur. Pugnant autem inter se γνήσιον & νόθον, hoc est, *adulterinum*. Et Plinius libro x. cap. III. quintum aquilarum genus γνήσιοι vocat, idque sic interpretatur velut verum solumque incorruptæ originis. Ambrosius hoc loco legit *germano filio*, quemadmodum & in priore ad Timotheum.

10 *Gratia & pax*] χάρις, ἔλεος, εἰρήνη, id est, *gratia*, *misericordia*, *pax*: etiamsi *misericordiam*, nec Hieronymus, nec Ambrosius addit. Certe quemadmodum Græci codices habent legit Chrysostomus ac Theophylactus, quorum posterior attingit etiam in enarrando. Sed apparet additum apud Græcos, non tantum ob id, quod reclamat consensus Latinorum codicum, verum etiam quod Origenes in Epistolam ad Romanos annotans ac distinguens formas salutationum, quibus Paulus usus est in singulis Epistolis, loquitur hunc in modum: *Ad Timotheum prima & secunda, gratia, misericordia, & pax*, &c. *Ad Titum vero, gratia & pax a Deo Patre*.

11 *Reliqui te Cretæ*] ἐν Κρήτῃ, id est, *in Creta*. Græci & urbium nominibus apponunt præpositionem, id quod apud Latinos rarissimum est. At Interpres ab insulæ vocabulo sustulit Græcam præpositionem, quod prorsus est intolerabile, præsertim cum ea sit apud Græcos.

12 *Quæ desunt corrigas*] ἐπιδιορθώσῃ, id est, *supercorrigas*, ut explicandi gratia sic loquamur. Sentit autem se prius correxisse quædam, eadem nondum ad plenum correcta, jubet a Tito corrigi. Emphasim Græcæ vocis notavit Hieronymus, præsentem explicans locum. Et in eamdem sententiam liquido interpretatur Chrysostomus, cujus Interpres vertit, *supercorrigeres*. Proinde nos vertimus, *pergas corrigere*.

13 *Per civitates*] κατὰ πόλιν, id est, *in civitate*, sive *per civitatem*, id est, *in singulis civitatibus*, sive *oppidatim*. Hæc insula quondam dicta est ἑκατόμπολις, quod centum habuerit oppida.

14 *Sine crimine*] ἀνέγκλητος. Quod non ita sonat, quasi dicas vacantem omni culpa, sed quem nemo possit accusare, sive criminari, & vocare in jus ob crimen aliquod. Sic enim interpretatur & Chrysostomus. Plus enim est ἀνέγκλητον esse quam *vacare crimine*, propterea quod integritas non raro sit obnoxia crimini, ob speciem probabilem culpæ. At ne hanc quidem Paulus patitur in Sacerdote: ἐγκαλεῖν enim est intento crimine vocare in jus. Et ἔγκλημα commissum, ob quod aliquis in jus trahi possit, ἀνέγκλητος, qui non possit ad hunc modum accusari. Atque idem repetit paulo post, *Oportet Episcopum sine crimine esse*. Augustinus ad Bonifacium colligit, si idem esset *sine crimine*, quod *sine peccato*, neminem adsciscendum esse ad ministerium ecclesiasticum.

15 *In accusatione luxuriæ*] ἀσωτίας, id est, *luxus*: ne luxuriam pro libidine accipias, quod facere videtur Lyranus, qui meminit filiorum Heli. Quid autem sonat Latinis *in accusatione luxuriæ?* Sentit enim Paulus sobrios nec infames de luxu.

16 *Sicut Dei dispensatorem*] ὡς hîc non similitudinem significat, sed congruentiam. Proinde magis conveniebat *tanquam*, vel *ut*, quam *sicut*.

17 *Non superbum*] μὴ αὐθάδη, id est, *non præfractum*, quod Hieronymus & Ambrosius legunt, *non protervum*, & recte sane. Nos vertimus *præfractum*, id est, durum, & sui sensus plus satis tenacem. Quam vocem quidam suo judicio vehementer eruditus negat se intelligere, quid sibi velit, quum aliquoties obvia sit apud Ciceronem, qui scribit libro *Officiorum* tertio: *Ego etiam cum Catone meo dissensi: nimis mihi præfractum videbatur, ærarium vectigaliaque defendere, omnia publicanis negare.* Exemplum consimile citat ex ejusdem Hortensio Nonius Marcellus: *His contrarius Aristotimus, præfractus, ferreus, nihil bonum nisi quod rectum atque honestum est.* Vel ex hoc Grammatico licebat discere quid esset *præfractus*, nimirum *durus*, inquit, & *inflexibilis*.

18 *Non percussorem*] μὴ πλήκτην. Hoc Hieronymus putat non pertinere ad pugnos, sed ad linguam contumeliosam & jurgiosam. Unde & Horatius in Odis,

—— *patrua verbera linguæ.*

Quemadmodum & in superioribus annotatum est.

19 *Non turpis lucri cupidum*] μὴ αἰσχροκερδῆ. Græcam vocem unicam tribus circumlocutus est Interpres, quasi dicas, *turpilucrum*. Sentit autem Paulus, omne studium lucri fœdum esse Sacerdoti,

8 κερδῆ, Ἀλλὰ· φιλόξενον, φιλάγαθον, σώφρο-
9 να, δίκαιον, ὅσιον, ἐγκρατῆ, Ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου· ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ
10 τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. Εἰσὶ γὰρ πολλοὶ ἀνυπότακτοι, καὶ ματαιολόγοι, καὶ φρεναπάται,
11 μάλιστα οἱ ἐκ περιτομῆς, Οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν, οἵτινες ὅλους οἴκους ἀνατρέπουσι, διδάσκοντες ἃ
12 μὴ δεῖ, αἰσχροῦ κέρδους χάριν. Εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν, ἴδιος αὐτῶν προφήτης, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται,
13 κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Ἡ μαρτυρία αὕτη ἐστὶν ἀληθής· δι' ἣν αἰτίαν ἔλεγχε αὐτοὺς
14 ἀποτόμως, ἵνα ὑγιαίνωσιν ἐν τῇ πίστει, Μὴ προσέχοντες Ἰουδαϊκοῖς μύθοις καὶ ἐντολαῖς ἀν-
15 θρώπων, ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν. Πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς· τοῖς δὲ μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρόν· ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν
16 καὶ ὁ νοῦς καὶ ἡ συνείδησις. Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται, βδελυκτοὶ ὄντες, καὶ ἀπειθεῖς, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι.
II. 1 2 Σὺ δὲ λάλει ἃ πρέπει τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ. Πρεσβύτας,

A deditum, Sed hospitalem, 20 bonarum rerum studiosum, 21 sobrium, 22 justum, pium, 23 temperantem, 24 Tenacem ejus, qui secundum doctrinam est, 25 fidelis sermonis: 26 ut potens sit etiam exhortari per doctrinam sanam, & contradicentes convincere. Sunt enim multi 27 intractabiles, & vaniloqui, & 28 mentium seductores, maxime ii qui sunt ex circumcisione, 29 Quibus oportet obturare os, qui totas domos subvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex istis, 30 proprius ipsorum propheta, Cretenses semper mendaces, 31 malæ bestiæ, 32 ventres pigri. Testimonium hoc est verum: quam ob causam 33 redarguito illos severiter, 34 ut sani sint in fide, Non attendentes Judaïcis fabulis & præceptis hominum, 35 aversantium veritatem. Omnia quidem pura puris: 36 porro pollutis & infidelibus nihil est purum: sed polluta est illorum & mens & conscientia. Deum profitentur se scire, cæterum factis negant, 37 quum sint abominabiles, & dicto non audientes, & ad omne opus bonum reprobi. Tu vero loquere quæ decent sanam doctrinam. Senes, 1 ut sobrii sint,

cerdoti. At Carrensis festiviter exposuit, *turpis lucri, id est, secularis*. Quasi sit aliud genus quæstus ecclesiasticum honestum. Sensit, opinor, de captandis testamentis, & avertendis ad se rebus male partis, de involandis religionis defendendæ prætextu alienis facultatibus, de inescandis sacerdotiis, de emungendis deliris aniculis, de compilandis crassis negotiatoribus. Nam nonnullis ejus generis histrionibus is quæstus nunc multo est uberrimus.

20 *Benignum*] φιλάγαθον, quasi dicas, *studiosum bonarum rerum*, aut *amantem bonos*. Superius dixit ἀφιλάγαθον. Hieronymus hoc loco pro φιλάγαθον legit *bonorum operum amatorem*. Theophylactus exponit ἐπιεικῆ, μέτριον, μὴ φθονοῦντα, id est, *humanum, modestum, minime invidum*.

21 *Sobrium*] σώφρονα, quod Hieronymus vertit *castum*, Ambrosius *prudentem*. Atque hæc omnia significat σώφρων, nisi quod *sobrius* omnia ferme complectitur. Notat autem divus Hieronymus veterem Interpretem, qui verbi ambiguitate deceptus, pro *pudico* verterit *prudentem*. Atqui ut Interpreti nonnihil patrociner, si Græca vox ambigua est, nimirum utrumque significans, *prudentem* & *pudicum*, quomodo deceptus est vertens *prudentem*? An prudentia non congruit Episcopo? Verum, ut alias admonui, divus Hieronymus studio tuendæ virginitatis undique colligit & adsciscit præsidia, & quidquid potest ad suas pertrahit copias. Quanquam σώφρων Græcis non tam *prudentem* sonat, quam *sobrium* & *sanæ mentis*, ut intelligamus animum sibi præsentem, & nullis temulentum cupiditatibus. Siquidem hæc duo componit inter se Euripides in *Iphigenia Aulidensi*,

Συσσωφρονεῖν σοὶ βούλομ', ἀλλ' οὐ συννοσεῖν.

Theophylactus σώφρονα interpretatur καθαρὸν, δίκαιον τὰ πρὸς ἀνθρώπους, δηλονότι ἀπροσωπόληπτον, id est, *purum, justum in hominum commercio, citraque personarum delectum*.

22 *Justum, sanctum*] ὅσιον. Quod ita interpretatur Hieronymus, ut dicat significare sanctitatem mixtam pietate, quæ ad Deum refertur. Nam ἅγιος, *sanctus*, hoc est, purus a vitiis: εὐσεβὴς, pius in Deum.

23 *Continentem*] ἐγκρατῆ, id est, *temperantem*. Quod, ut indicat divus Hieronymus, quidam haud recte ad solam referunt libidinem, cum ad omnes pertineat affectus, iram, avaritiam, ambitionem, invidiam, timorem, ut omnibus his sit superior Episcopus. Mire id perspexit Paulus, non posse prospicere aliis, qui ipse sit obnoxius affectibus. Ego nullam spem video rebus publicis, nisi Princeps contingat, liber ab omnibus vulgi cupiditatibus. At hodie haud scio, an ullum hominum genus magis serviat omnibus affectibus, sive profanos spectes Principes, sive sacros. Hæc una res est quæ leges Cæsareas, quæ Pontificias, quæ Scholas Theologicas, quæ conciones ecclesiasticas misere vitiavit: adeo ut, si pergatur, nihil magis sit futurum hæreticum, quam si quis Christum ingenue pureque doceat.

24 *Amplectentem*] Ἀντεχόμενον, quod Ambrosius vertit *tenacem*, divus Hieronymus *obtinentem*. Ambrosius elegantissime expressit Græcam vocem. Nam ἀντέχεσθαι dicitur proprie, qui adhæret alicui, velut unguibus affixus, nec se sinit avelli.

25 *Fidelem sermonem*] πιστοῦ λόγου, quod alias Ambrosius vertit, *humanus sermo*: significat autem sermonem certum & indubitatum, ut certa respondeat, & quæ ipsam veri faciem præ se ferant.

26 *Ut potens sit exhortari*] Græce est καὶ παρακαλεῖν, *& exhortari*. Hieronymus vertit *consolari*. Et *in doctrina*, dictum est pro *per doctrinam*. Doctrina non tantum ad hoc conducit Episcopo, ut doceat indoctos, verum etiam ut consoletur afflictos, aut exhortetur exstimuletque cessantes.

27 *Inobedientes*] ἀνυπότακτοι, quod divus Hieronymus legit, *non subditi*. Sonat autem, quasi dicas, qui in ordinem cogi non possint.

28 *Seductores*] φρεναπάται. Græcis est dictio composita, quæ perinde sonat, ac si dicas, *mentium deceptores*. Et ad hunc modum interpretatur divus Hieronymus. Pessimum autem & perniciosissimum genus decipiendi, ubi quis mentem omnium actionum fontem pravis inficit opinionibus. Nam hac via fit, ut non solum non pudeat malefactorum, verum etiam ex his laudem petamus. Cæterum *vaniloqui*, Græce est ματαιολόγοι, quod non sonat *mendacem*, sed *inania frivolaque loquentem*. Nam *vanus* proprie Latinis dicitur *mendax*.

29 *Quos oportet redargui*] ἐπιστομίζειν, id est, *occludere* sive *obturare os*. Hieronymus legit *silentium indici*. Hoc ex loco palam est Laurentium in Evangelio Lucæ legisse, aut certe somniasse ἐπιστομίζειν pro ἀποστομίζειν, de quo quod tum succurrebat illic diximus. Hic obiter annotandum, semper quæstus notari, qui urgent & infulciunt ceremonias.

30 *Proprius eorum propheta*] ἴδιος αὐτῶν προφήτης. *Prophetam* vocat *Poëtam*, qui quasi præsenserit futura. *Proprium* autem vocat, quod Cretensis fuerit ipse, qui hæc de Cretensibus scripserit, sive quod per ironiam *prophetam* vocavit, quasi talibus Christianis tales congruerent prophetæ, sive quod is Epimenidis liber, unde versiculus hic sumptus creditur, titulum habeat, περὶ τῶν χρησμῶν, id est, *de oraculis*. Tametsi non desint qui testimonium hoc ad Callimachum Cyrenæum referant, apud quem initium hujus carminis invenitur, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, quod Jovis sepulchrum apud se esse confinxerint, cum is juxta vulgi opinionem fuerit immortalis. Hieronymus indicat & proverbio jactatum apud Græcos. Exstat & proverbium Græcis, Cretensium testans vanitatem, Κρητίζειν πρὸς τὸν Κρῆτα. Verum hac de re qui velit plenius cognoscere, legat *Miscellanea* Angeli Politiani, aut nostras *Chiliades*. Nam hic, quoniam annotationes scribimus, brevitati, quantum licet, studendum. De occasione hujus carminis testantur & Græcanica scholia. Est autem versus integer heroïcus apud Epimenidem Cretensem. In quo sane demiror Stapulensem laborasse, ut carmen carmine redderet, idque ad hunc modum, *Gnosius usque loquax, mala bestia, viscera pigra*. Nec enim idem est *loquacem* esse & *mendacem*, nec ut hominem cibo deditum *ventrem* dicimus, item *viscera* dicimus: ut interim donemus *Gnosium* recte positum pro *Cretensi*, & *usque* pro *semper*.

31 *Malæ bestiæ*] θηρία. Quod non simpliciter *bestias*, sed & *feras* ac *veneno noxias bestias* significat. Indicat hoc titulus Nicandri, qui scripsit Θηριακὰ, neque enim ovem recte dixeris θηρίον. Quin & hodie Germani sonant Thier pro animali.

32 *Ventris pigri*] *Ventres* legendum est, γαστέρες ἀργαί. Nam ipsos *ventres* appellat homines abdomini deditos. Quemadmodum & Lucilius ventri deditos *ventres* appellat. Et Terentius in *Phormione*, *pugnos*, inquit, *in ventrem ingere*, parasitum indicans. Germanam scripturam obtinebat Constantiense exemplar recentius. In vetustiore deprehendi quiddam ridiculum. Aliquis doctus annotarat in margine, *Menetis Poëta abusus est versiculo, quem postea Callimachus usurpavit*. Id Scriba rudis insulserat in contextum, & *Menetus* posuit pro *Epimenidis*. Dixerit aliquis, quorsum opus est talibus nugis morari Lectorem? ut mihi credatur si quando commonstro locum simili modo depravatum, quod utinam rarius accideret in sacris præsertim voluminibus.

33 *Increpa illos dure*] ἀποτόμως, id est, *ad vivum & severe*. Nec est *increpa*, sed *argue*, ἔλεγχε, hoc est, *refelle*.

34 *Ut sani sint*] ἵνα ὑγιαίνωσι. Illud admonendus est Lector, Paulum frequentius usum hoc verbo, quo Græci significant, quidquid probandum est. Unde illud, μηδὲν ὑγιὲς, id est, *nihil sanum*, cum omnia displicent. Hic igitur *ut sani sint*, nihil aliud est, quam ut recte se gerant. Ut rursum νοσεῖν, id est, *ægrotare*, dicitur apud illos, qui non recte est affectus.

35 *Avertentium se a veritate*] ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν, id est, *aversantium veritatem*, hoc est, abhorrentium a veritate. Vehementius enim est quod habent Græca.

36 *Coinquinatis autem*] μεμιασμένοις. Quod magis sonat *impiatis*, & *piaculo aliquo profanatis*, ut sint arcendi a sacris. Quin & illud, *Omnia munda mundis*, rectius erat, *Omnia pura puris*. Quandoquidem his verbis utuntur, cum de castitate sacrorum agunt. Exstat enim lex apud Senecam: *Sacerdos sit casta castus, pura puris*. Vides ut Paulus in nullos incandescat acrius, quam in eos qui Mosaicis ceremoniis Christum tendebant abolere, & hoc prætextu tyrannidem in Christianam plebem occupabant.

37 *Abominati & incredibiles*] βδελυκτοὶ ὄντες καὶ ἀπειθεῖς, id est, *abominabiles cum sint & increduli*. Ambrosius & Hieronymus legunt, *exsecrabiles & inobedientes*, pro quo non male quadrabat, *intractabiles aut impersuasibiles*. Cæterum *profitentur* magis congruebat hic quam *confitentur*, ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, id est, *profitentur se scire*. Nam hoc quoque significat ὁμολογεῖν.

1 *Sobrios*] νηφαλίους, quam vocem Hieronymus admonet ambiguam esse, significantem utrumque, & *sobrium*, hoc est, non temulentum, & *vigilantem*. Quandoquidem & verbum νήφειν anceps est.

2 Pa-

βύτας, νηφαλίους εἶναι, σεμνοὺς, σώφρονας, ὑγιαίνοντας τῇ πίστει, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ. 3 Πρεσβύτιδας ὡσαύτως, ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς, μὴ διαβόλους, μὴ οἴνῳ πολλῷ δεδουλωμένας, καλοδι- 4 δασκάλους, Ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας, φιλάνδρους 5 εἶναι, φιλοτέκνους, Σώφρονας, ἁγνὰς, οἰκουροὺς, ἀγαθὰς, ὑποτασσομένας τοῖς ἰδίοις ἀνδρά- 6 σιν· ἵνα μὴ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ βλασφημῆται. Τοὺς 7 νεωτέρους ὡσαύτως παρακάλει σωφρονεῖν, Περὶ πάντα σεαυτὸν παρεχόμενος τύπον καλῶν ἔργων ἐν τῇ 8 διδασκαλίᾳ, ἀδιαφθορίαν, σεμνότητα, Λόγον ὑγιῆ, ἀκατάγνωστον· ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ, 9 μηδὲν ἔχων περὶ ὑμῶν λέγειν φαῦλον. Δούλους ἰδίοις δεσπόταις ὑποτάσσεσθαι, ἐν πᾶσιν εὐαρέστους εἶναι, 10 μὴ ἀντιλέγοντας, Μὴ νοσφιζομένους, ἀλλὰ πίστιν πᾶσαν ἐνδεικνυμένους ἀγαθὴν, ἵνα τὴν διδασκαλίαν 11 τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ κοσμῶσιν ἐν πᾶσιν. Ἐπεφάνη 12 γὰρ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, Παιδεύουσα ἡμᾶς, ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς

A sint, 2 graves, 3 modesti, sani fide, charitate, patientia. Anus itidem, 4 ut in habitu sint qui religionem deceat, 5 non calumniatrices, non 6 vino multo servientes, 7 ut honesta doceant, 8 Quo possint modestas reddere 9 adolescentulas, ut maritos suos diligant, ut liberos ament, 10 Ut sobriæ sint, puræ, 11 domus custodes, bonæ, subditæ suis viris: 12 ne sermo Dei male audiat. Adolescentes consimiliter adhortare, 13 ut sobrii sint, Per omnia 14 temetipsum præbens formam bonorum operum 15 in doctrina, integritatem, gravitatem, Sermonem sanum, 16 irreprehensibilem: ut is qui repugnat 17 rubore suffundatur, 18 nihil habens quod de vobis dicat mali. Servos hortare, 19 ut suis B dominis pareant, in omnibus illis placeant, 20 non responsatores, 21 Non suffurantes, 22 sed fidem omnem ostendentes bonam, ut doctrinam Servatoris nostri Dei ornent in omnibus. 23 Illuxit enim gratia 24 Dei, salutifera omnibus hominibus, 25 Erudiens nos, 26 ut abnegata impietate & 27 mundanis concupiscentiis, 28 sobrie & juste & pie vivamus in præsenti seculo, Ex-

2 *Pudicos*] σεμνοὺς, quod aptius Ambrosius vertit *graves*, hoc est, severos, & honestatem præ se ferentes.

3 *Prudentes*] σώφρονας, id est, *moderatos* sive *modestos*: quod rursum divus Hieronymus vertit *pudicos*, suo more. Et ne videatur absurde senibus præcipi pudicitia, addit, *ne in aliena ætate turpiter libidini vacare videantur*. Adeo etiam in sanctissimis viris deprehendere licet vestigium aliquod humani affectus. Chrysostomus σώφρονας interpretatur, ob animi moderationem, quod ea ætas ob mentis imbecillitatem soleat immoderatius excandescere. C Quemadmodum jubet νήφειν, quod somniculosi tardique sint senes: tum σεμνοὺς esse vult, quod fere, dum repuerascunt, ineptiant. Denique sanos esse jubet, quod desipiscat senum vulgus.

4 *In habitu sancto*] ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς, quod perinde valet, ac si dicas, eo amictu, eoque incessu & corporis motu, qui deceat sacras matronas, ac Deo dicatas. Ambrosius vertit, *in statu religione digno*, velut explicans compositam vocem ἱεροπρεπεῖς: & κατάστημα referens non solum ad vestitum, sed ad omnem corporis habitum ac gestum. Sic enarrat & divus Hieronymus.

5 *Non criminatrices*] μὴ διαβόλους, id est, *non calumniatrices*, sive *delatrices*. In Hieronymo legimus *incentrices*, haud scio an mendose: etiamsi idem exponit *accusatrices*.

6 *Multo vino servientes*] πολλῷ οἴνῳ δεδουλωμένας, id est, *multo vino deditas* sive *addictas*. Solent autem anus huic vitio affines esse.

7 *Bene docentes*] καλοδιδασκάλους, id est, *honesta docentes*. Opinor quod quædam illis annis lenæ sint, alienæ nequitiæ ministræ.

8 *Ut prudentiam doceant*] Ὡς σωφρονίζωσι, id est, *Ut sobrias* D sive *pudicas reddant*: quod posterius Hieronymus legit, *ut ad castitatem erudiant*, suo more torquens quicquid potest ad virginitatem, cui favit, non sine suspicione, nec sine calumnia. Ambrosius legit, *ut instituant*.

9 *Adolescentulas*] Hunc accusativum Græci referunt ad σωφρονίζωσι. Ut intelligas mandari matronis natu grandioribus, ut doceant puellas amare maritos.

10 *Prudentes*] Σώφρονας, quod rursus Hieronymus legit *castas*. Sed quia sequitur *castas* sive *puras*, ἁγνὰς, fortassis quadrabat hic, *sobrias*, aut *prudentes*.

11 *Domus curam habentes*] οἰκουροὺς, quod sonat, *domus custodes*, ut assidue domi sint, & rem domi curent, quæ præcipue mulierum laus. Unde Veteres, auctore Plutarcho, pingebant Venerem testudini insistentem, quod id animal nunquam a domo discedat, symbolum probæ matrisfamilias.

12 *Ut non blasphemetur*] Hoc adjectum putant ob eas, quæ maritum haberent Ethnicum aut Judæum. E

13 *Ut sobrii sint*] σωφρονεῖν. Et hic Hieronymus legit *pudici*, sui similis.

14 *Teipsum præbe*] *Præbens*, παρεχόμενος. Et ita legit Ambrosius, Græcis consentiens. *Exemplum*, τύπον, id est, *formam*, aut *exemplar* potius quam *exemplum*.

15 *In doctrina, in integritate*] Græci sic habent, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, ἀδιαφθορίαν, σεμνότητα, ἀφθαρσίαν, λόγον ὑγιῆ, id est, *in doctrina, integritatem, gravitatem, incorruptionem, sermonem sanum*. Ad eum modum legit ferme Chrysostomus, nisi quod parum liquet unde illi sit dictio *copiam*, nisi forte ille pro ἀδιαφθορίαν scriptum reperit εὐπορίαν aut ἀφθονίαν. Sic enim illius vertit Interpres: *In doctrina*, inquit, *copiam, honestatem, sermonem sanum, irreprehensibilem*, quum apud Chrysostomum Græcum tale nihil reperiam. Porro in nonnullis codicibus additur ἀδιαφθαρσίαν, cum F præcesserit ἀδιαφθορίαν. Nihil est autem quod priori respondeat, nec apud Ambrosium, nec apud Hieronymum, nec apud Chrysostomum. Theophylactus non attingit ἀδιαφθαρσίαν. Atque hoc quoque nomen ἀδιαφθορίαν Hieronymus torquet ad virginitatem; cum mea sententia magis declaret integritatem animi, nullis cupiditatibus corrupti, non ira, non ambitione, non avaritia. Locum hunc secus refert divus Hilarius lib. *de Trinitate* VIII. *In omnibus teipsum bonorum factorum præbens exemplum, docentem cum veneratione verbum sanum*, &c. Quod Græce est σεμνότητα, Hilarius vertisse videtur, *cum veneratione. Verbum sanum* est λόγος ὑγιῆ: de quo divus Hieronymus nonnihil admonet, nempe quæ sequuntur, ad integritatem doctrinæ posse referri, sed obstare quod sequitur, *sermonem sanum*. At mihi non videtur esse causa, cur hic offendamur. Quanquam enim nemo docet, nisi loquatur, tamen refert non paulum, quomodo loquaris.

16 *Irreprehensibile*] ἀκατάγνωστον. Quod & ita sonare potest, quod contemni non possit, hoc est, ut cum auctoritate doceat.

17 *Vereatur*] ἐντραπῇ, id est, *pudefiat*, quod sæpius jam vertit *confundatur*. Ambrosius & Hieronymus legunt *revereatur*.

18 *Nihil habens dicere*] μηδὲν ἔχων λέγειν, id est, *nihil potens dicere*, sive *nihil habens quod dicat*. Nam ἔχειν cum infinito verbo significat *posse* apud Græcos.

19 *Subditos esse*] Divus Hieronymus admonet hunc locum bifariam legi. Altero modo, ut accipias, *servos subditos esse debere dominis in omnibus*, ut hæc particula ἐν πᾶσι referatur ad verbum præcedens. Altero, ut intelligas, *servos complacentes esse debere in omnibus*, ὑποτάσσεσθαι, ἐν πᾶσιν εὐαρέστους εἶναι. Atque ita quidem habent Græci codices hujus tempestatis. Etiamsi Hieronymus indicat, Græcos secus distinguere, nempe juxta priorem sensum, cum juxta posteriorem distinguant hodie, quos ego viderim codices. Porro εὐαρέστους interpretatur, non qui satisfaciant ac placeant dominis, sed sibi non displiceant, & suam fortunam, qualiscunque est, boni consulant. Quæ quidem interpretatio, haud scio an sit coactior, certe discrepat ab interpretatione Græcorum, nec cohæret cum eo quod sequitur, μὴ ἀντιλέγοντας. Nam & superius εὐάρεστον dixit Paulus, quod gratum esset & placeret, licet Græci δυσάρεστον appellant, cui non facile fiat satis, cui diversus sit εὐάρεστος. Mirum est autem, unde Ambrosius legerit *optimos*, nisi mendum est, aut nisi codex illius habebat εὐαρίστους. Certe εὐάρεστοι hic dicuntur qui modis omnibus student placere, quod magis D congruit cum eo quod sequitur, μὴ ἀντιλέγοντας.

20 *Non contradicentes*] μὴ ἀντιλέγοντας. Quod eleganter reddidit Ambrosius *responsatores*.

21 *Non fraudantes*] Μὴ νοσφιζομένους. Quod Hieronymus legit *furantes*: est enim νοσφίζειν *aliquid decerpere* ac *furtim detrahere*, cum totam rem non ausis tollere, quod servi solent.

22 *Sed in omnibus*] *Sed fidem omnem*, πίστιν πᾶσαν. Et Hieronymus legit *fidem omnem*. Et huic consentiens Ambrosius.

23 *Apparuit enim*] Ἐπεφάνη. Quod Hieronymus & Ambrosius vertunt *Illuxit*. Apparet enim quod videtur, etiamsi non sit. At ἐπιφαίνεται, quod fit conspicuum & illustre. Nam ante videbatur apud Judæos in angusto latere, & hic etiam legalium operum fiducia obscurata, nunc usque ad servorum genus illustrata est. Neque tamen id temporis Evangelii gratia innotuerat omnibus hominibus, sed nullum hominum genus excludebatur.

24 *Dei & Salvatoris*] Græca secus habent, ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος, id est, *gratia Dei salutaris*, vel *salutifera*. Etiamsi E Hieronymus & Ambrosius aliter legunt. Quanquam in antiquissimo Græco codice Chrysostomi legamus σωτῆρος, neque secus exponit, si quis expendat attentius. Sine controversia Theophylactus legit σωτήριος. Certe conjunctio & non additur in Latinis emendatioribus. Nec est otiosus articulus ἡ σωτήριος, qui declarat non esse salutem, nisi per Dei gratiam. Quod autem ait *Servatoris*, potest vel de Patre vel de Filio accipi. Sic enim Hieronymus, vel quod Dei Patris vivens & subsistens gratia ipse sit Christus, vel quod Christi Dei Salvatoris hæc sit gratia, & non merito nostro salvati simus. Idem fieri potest in proximo loco, *ut doctrinam Servatoris nostri Dei ornent in omnibus*. Minimum autem discrimen est inter σωτῆρος & σωτήριος.

25 *Erudiens nos*] Non est διδάσκουσα, quod est *docens*, sed παιδεύουσα, vox a pueris dicta, sive quod gratia nos ut rudes clementer doceat, sive quod per ignorantiam lapsos materne F corripiat.

26 *Abnegantes*] ἀρνησάμενοι, participium est præteriti temporis, poterat verti, *abnegatis secularibus desideriis*, ut legit Ambrosius, *abnegata impietate & secularibus desideriis*. Hic locus annotandus est iis, qui male freti gratia negligunt bona opera, quum in hoc ipsum gratia liberet a peccatis, ut deinceps piis operibus vacemus.

27 *Secularia desideria*] κοσμικὰς ἐπιθυμίας, id est, *mundana desideria*. Alioqui Latinis *seculare* dicitur, quod centesimo quoque anno instauratur, ut *ludi seculares*. Neque enim est ab eo quod sequitur, ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, *in hoc seculo*.

28 *Sobrie*] σωφρόνως. Quod hic quoque Hieronymus vertit *pudice*, suo more, ne parum videatur constans.

13 βῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, Προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τȣ͂ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησȣ͂ Χριςοῦ, 14 Ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιȣ́-15 σιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων. Ταῦτα λάλει, καὶ παρακάλει, καὶ ἔλεγχε μετὰ πάσης ἐπιταγῆς. Μη-

III. 1 δείς σου περιφρονείτω. Ὑπομίμνησκε αὐτȣ̀ς, ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι, πειθαρχεῖν, πρὸς πᾶν ἔρ-2 γον ἀγαθὸν ἑτοίμους εἶναι, Μηδένα βλασφημεῖν, ἀμάχους εἶναι, ἐπιεικεῖς, πᾶσαν ἐνδεικνυμένȣς πραό-3 τητα πρὸς πάντας ἀνθρώπους. Ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, ἐν κακίᾳ καὶ φθό-4 νῳ διάγοντες, συγητοὶ, μισοῦντες ἀλλήλȣς. Ὅτε δὲ ἡ χρηςότης καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τȣ͂ Σωτῆ-5 ρος ἡμῶν Θεοῦ, Οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτȣ͂ ἔλεον ἔσω-σεν ἡμᾶς, διὰ λȣτρȣ͂ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως 6 Πνεύματος ἁγίȣ, Οὗ ἐξέχεεν ἐφ᾽ ἡμᾶς πλȣσίως, διὰ Ἰησȣ͂

Exſpectantes beatam illam ſpem 29 & illuſtrationem 13 gloriæ 30 magni Dei & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, Qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut redimeret nos 14 ab omni iniquitate, & purificaret ſibiipſi 31 populum peculiarem, 32 ſectatorem bonorum operum. Hæc lo-15 quere, & hortare, & argue 33 cum omni præcipiendi ſtudio. 34 Nemo te deſpiciat. Admoneto illos, ut prin- 1 III. cipatibus ac poteſtatibus ſubditi ſint, 1 ut magiſtratibus pareant, ut ad omne opus bonum ſint parati, Ne 2 de quoquam maledicant, 2 ne ſint pugnaces, ſed humani, omnem exhibentes manſuetudinem erga omnes homines. Nam eramus quondam & nos ſtulti, 3 ino- 3 bedientes, errantes, ſervientes deſideriis ac voluptatibus variis, in malitia & invidia degentes, odioſi, invicem odio proſequentes. At poſtquam bonitas 4 & er- 4 ga homines amor apparuit Servatoris noſtri Dei, 5 Non ex operibus quæ ſunt in juſtitia, quæ faciebamus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſalvos nos 5 fecit per lavacrum regenerationis 6 ac renovationis Spiritus ſancti, Quem effudit in nos 7 opulente, per 6 Jeſum

29 *Et adventum*] ἐπιφάνειας, id eſt, *apparitionem*, ſive *illuſtrationem*, ut & alias vertit. Quanquam eadem vox & *adventum* ſignificat, ſed cum ſplendore, veluti cum emergit ſol.

30 *Magni Dei & Salvatoris*] τοῦ μεγάλȣ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος. Id ita legi poteſt, ut utrumque pertineat ad Chriſtum, *Dei & Servatoris*: aut prius pertineat ad Patrem, poſterius ad Chriſtum. Chryſoſtomus ac Theophylactus utrumque tribuunt Chriſto, & item Hieronymus, exſultantes adverſus Arianos, ceu victores, cum ſermo plane ſit anceps. Imo magis pro illis facere videatur, quam pro nobis. Primum negari non poteſt, quin ſermo Græcus ſit ambiguus, & ex æquo pertinens ad ſenſum utrumlibet. Quid autem agas adverſus hæreticum ex loco prorſus ancipiti? Quod ſi illos urgeas Interpretum conſenſu, certe Ambroſius, vir ſummus & Epiſcopus orthodoxus, diviſim accipit, ut *magni Dei* referatur ad Patrem, *Servatoris* ad Chriſtum. Ipſius verba ſubſcribam: *Hanc eſſe dicit beatam ſpem credentium, qui exſpectant adventum gloriæ magni Dei, quod revelari habet judice Chriſto, in quo Dei Patris videbitur poteſtas & gloria, ut fidei ſuæ præmium conſequantur. Ad hoc enim redemit nos Chriſtus, ut puram vitam ſectantes repleti bonis operibus regni Dei hæredes eſſe poſſimus.* An non hic palam dicit Patrem revelaturum gloriam ſuam judice Chriſto? At adventus in Sacris Litteris non tribuitur Patri, ſed Filio. Nec hîc ſimpliciter nominatur adventus Patris, ſed adventus gloriæ, quam interim exſpectamus in humilitate conſtituti. Tum apparebit majeſtas noſtra, cum aperietur gloria magni Dei Patris, & Servatoris noſtri Jeſu. Quid autem hîc metuimus Arianos, quum tot locis Paulus *Dei* vocabulum tribuat Patri, Filium appellans *Dominum*? Si Filius Dei tantum in principio Evangelii Joannis adeo clare pronunciatus eſſet Deus, nonne ſufficeret adverſus univerſos Arianos? Poſtremo Ariani quidam hunc quoque locum accipiunt de Filio, & tamen non credunt quod nos credimus. Magnum enim Deum fatentur, verum negant, & hæc eſt illorum impietas. Quanquam omiſſus articulus in libris Græcis facit nonnihil pro diverſa ſententia, μεγάλȣ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος. Evidentius diſtinxiſſet perſonas, ſi dixiſſet, καὶ τȣ͂ Σωτῆρος. Miror quid ſequutus Scholiaſtes ille, magnum Deum interpretatur Spiritum ſanctum. Fortaſſe locum captabat, in quo Spiritus ſanctus manifeſte diceretur Deus. Nam quod Thomas apparitionem gratiæ tribuit Spiritui ſancto, cui peculiariter adſcribitur opificium conceptionis Chriſti, non arbitror ad hunc locum poſſe torqueri.

31 *Populum acceptabilem*] περιȣ́σιον, id eſt, *peculiarem*. Divus Hieronymus in *Commentariis* hujus loci negat ſe a quopiam ſecularium perito litterarum potuiſſe diſcere quid eſſet περιȣ́σιον, verum ex Deuteronomio collegiſſe, unde Paulus hunc locum ſumpſiſſe videtur, *Ut eſſes ei in populum acceptabilem ex omnibus populis.* Rurſum in Pſalmo XXIV. *Elegit ſibi Dominus in poſſeſſionem ſibi*; quod dictum eſt *in poſſeſſionem*, Septuaginta ac Theodotion tranſtulerunt περιȣσιασμὸν, Aquila & quinta Editio περιȣ́σιον, ſyllabæ commutatione facta, non ſenſus. Symmachus pro eo, quod eſt in Græco περιȣ́σιον, in Hebræo סְגֻלָּה, expreſſit ἐξαίρετον, hoc eſt, *egregium*, vel *præcipuum*, pro eo quod idem in alio volumine, Latino ſermone utens, *peculiarem* interpretatus eſt. Putat enim Hieronymus minimum intereſſe inter περιȣ́σιον & ἐπιȣ́σιον. Porro varietas hæc naſcitur ex ambiguitate præpoſitionis περὶ & ἐπί. Etenim qui vertunt *poſſeſſionem*, & *peculiarem*, huc ſpectarunt, quod ȣ̓σία ſignificat *ſubſtantiam*, hoc eſt, facultates & poſſeſſionem, & περὶ *circum*: ut quod in bonis noſtris ſit, & in noſtro, ut ajunt, ære, id peculiare dicimus. Rurſum qui verterunt *egregium*, huc reſpexerunt, quod περὶ ſignificat aliquoties eminentiam, & ȣ̓σία *eſſentiam*: quaſi dicas, reliquas ſubſtantias antecellentem. Exiſtimat in eumdem ſenſum accipi poſſe quod eſt in precatione Dominica, *panem noſtrum* ἐπιȣ́σιον, id eſt, *non vulgarem*, ſed *eximium illum*, qui de cœlo mittitur: qua de re & ſuo loco nonnihil attigimus. Porro quod addit Faber, Hieronymo idem eſſe περιȣ́σιον & γνήσιον, miror unde ſumpſerit, niſi forte idem eſſe putat *peculiare*, & *ingenuum*, aut *verum*. Quemadmodum Symmachus, ut dixi, *peculiarem* vertit. Auguſtinus in Epiſtola contra Epiſtolam Pelagiani capite XIII. legit, *populum abundantem*.

32 *Sectatorem*] ζηλωτὴν, id eſt, *æmulatorem*. Et ita Ambroſius.

33 *Cum omni imperio*] μετὰ πάσης ἐπιταγῆς. Non quod jubeat illum eſſe imperioſum, ſed quod velit hæc diligenter mandari atque injungi populo.

34 *Nemo te contemnat*] Μηδείς σȣ περιφρονείτω. Divus Hieronymus admonet, hîc non eſſe idem verbum, quo uſus ſit Paulus ſcribens ad Timotheum: *Nullus adoleſcentiam tuam contemnat*: illic eſſe καταφρονείτω: καταφρονεῖν enim dici, qui deſpicit ac nihili facit, quod & in bonam partem accipi poſſit, veluti ſi quis pro Chriſto contemnat cruciatus aut mortem. At περιφρονεῖν, qui faſtu quodam ſibi videtur alio melior ac ſapientior: citatque citra nomenclaturam quod eſt apud Ariſtophanem in *Nebulis*, ubi Socrates ſic inducitur loquens, Ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον, interpretans ad hunc modum, *Scando per aërem, & pluris me novi eſſe quam ſolem.* Vult igitur Paulus Titum ita vivere, ut nemo ſit qui ſibi melior videri poſſit, quanquam ipſe ſit Epiſcopus.

1 *Dicto obedire*] πειθαρχεῖν. Quod eſt proprie *magiſtratibus parere*.

2 *Non litigioſos*] ἀμάχȣς, id eſt, *non pugnaces*, hoc eſt, non jurgioſos & contentioſos.

3 *Increduli*] ἀπειθεῖς. Ambroſius *inobſequentes*: Hieronymus legit *inobedientes*.

4 *Et humanitas*] καὶ ἡ φιλανθρωπία, id eſt, *& amor erga homines*, non ἀνθρωπότης. Nam quidam hoc loco *humanitatem* interpretantur incarnationem Chriſti, quorum de numero eſt Thomas, qui tamen addit alteram interpretationem. Porro quod Theophylactus exponit de aſſumpta natura humana, non eſt accipiendum, quaſi Pater eam aſſumpſerit, ſed quod Pater ſic dilexerit humanum genus, ut ejus ſervandi ſtudio Filium unicum demiſerit in terras, ut homo factus nos ad ſe traheret. At Paulus hîc loquitur de Patre Jeſu. Quod hic vertit *humanitas*, Hieronymus interpretatur *clementiam*, in *Commentariis*. Et ἐπεφάνη, Hieronymus vertit *illuxit*, hoc eſt, palam facta eſt per Filium incarnatum. Nec enim locum habet diſtinctio Thomæ, quam hic inducit, quod Græca vox, qua uſus eſt Paulus, nihil aliud ſignificare poteſt, quam *ſtudium* & *amorem erga homines*, cui diverſa eſt μισανθρωπία. Et quod Deum *Salvatorem* vocat, magis ad Patrem referendum videtur, quam ad Filium. Certe de Patre interpretantur Ambroſius ſimul & Hieronymus. De Filio nullus adhuc interpretatus eſt. Porro quo minus accipi poſſit de tota Trinitate, palam obſtat Hieronymus, qui demonſtrat in hoc capitulo diſtinctim exprimi tres perſonas, ſimul operantes negotium ſalutis humanæ, cujus hæc verba ſunt in *Commentariis*: *Diligentius*, inquit, *attendamus, & inveniemus in præſenti capitulo manifeſtiſſimam Trinitatem. Benignitas quippe & clementia Salvatoris noſtri Dei, non alterius quam Dei Patris, per lavacrum regenerationis, & renovationem Spiritus ſancti, quem effudit ſuper nos abunde per Jeſum Chriſtum*, &c. Minus quidem evidenter Ambroſius, ſed tamen eadem ſcribit: *Deus enim*, inquit, *miſericordia ſua ſalvos nos fecit per Chriſtum, cujus gratia renati Spiritum ſanctum accepimus.* Vides Lector, ut & hic tres diſtinguat perſonas. His equidem non onerarem Lectorem, niſi locus hic cum ſit perſpicuus, tamen magnis calumniis fuiſſet impetitus. Videmus autem hîc Patrem vocari *Salvatorem*, quemadmodum in ſuperiore capite.

5 *Non ex operibus juſtitiæ*] Οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, id eſt, *Non ex operibus quæ ſunt in juſtitia.* Sentit autem de operibus Legis Moſaïcæ, de quibus multa ſcribit Romanis. Quanquam orthodoxi de omnibus operibus hominum interpretantur. Qui vociferantur vocem eſſe delicatorum militum, quoties extenuantes noſtra merita extollimus gratiam Dei, cur non obſtrepunt Paulo, qui toties rejicit noſtra opera, toties inculcat gratiam & miſericordiam Domini, cur non in jus vocant Chryſoſtomum, Theophylactum, Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum, breviter Veteres omnes, qui talibus vocibus explerunt ſuos libros.

6 *Et renovationis Spiritus ſancti*] Sermo Græcis eſt anceps, quod διὰ paternum caſum poſtulet. Ac legi poteſt, *& renovationem Spiritus ſancti*, ut repetatur præpoſitio, *& per renovationem Spiritus ſancti.* Atque ita ſane legit Hieronymus ordinans hunc locum in *Commentariis*. Neque ſecus interpretatur Chryſoſtomus, ita repetens, *Hoc eſt enim quod ait, per renovationem Spiritus ſancti.*

7 *Abunde*] πλȣσίως. Quod Hieronymus vertit *opulenter*. Auguſtinus ad Valentinum legit *ditiſſime*. Similiter libro *de peccatorum meritis ac remiſſione* I. cap. XXVII.

8 *Volo*

7 Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, Ἵνα δικαιωθέντες τῇ ἐκείνου χάριτι, κληρονόμοι γενώμεθα κατ' ἐλπίδα ζωῆς αἰωνίου. 8 Πιστὸς ὁ λόγος· περὶ τούτων βούλομαί σε διαβεβαιοῦσθαι, ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι οἱ πεπιστευκότες τῷ Θεῷ· ταῦτά ἐστι τὰ καλὰ καὶ ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις. 9 Μωρὰς δὲ ζητήσεις, καὶ γενεαλογίας, καὶ ἔρεις, καὶ μάχας νομικὰς περιΐστασο· εἰσὶ γὰρ 10 ἀνωφελεῖς καὶ μάταιοι. Αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν 11 καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ, Εἰδὼς, ὅτι ἐξέστραπται 12 ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος. Ὅταν πέμψω Ἀρτεμᾶν πρός σε ἢ Τυχικὸν, σπούδασον ἐλθεῖν πρός με εἰς Νικόπολιν· ἐκεῖ γὰρ κέκρικα παραχειμάσαι. 13 Ζηνᾶν τὸν νομικὸν καὶ Ἀπολλὼ σπουδαίως πρόπεμψον, 14 ἵνα μηδὲν αὐτοῖς λείπῃ. Μανθανέτωσαν δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι, καλῶν ἔργων προΐστασθαι εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας, ἵνα μὴ ὦσιν ἄκαρποι. 15 Ἀσπάζονταί σε οἱ μετ' ἐμοῦ πάντες. Ἄσπασαι τοὺς φιλοῦντας ἡμᾶς ἐν πίστει. Ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

Ἐγράφη ἐκ Νικοπόλεως τῆς Μακεδονίας.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΤΙΤΟΝ

ΤΕΛΟΣ.

A Jesum Christum Servatorem nostrum, 7 Ut justificati illius gratia, hæredes efficeremur juxta spem vitæ æternæ. Indubitatus sermo: de his 8 volo ut confirmes, quo solliciti sint, 9 ut bonis operibus præsint 10 qui crediderunt Deo: hæc enim sunt honesta & utilia hominibus. Stultas autem quæstiones, 11 & genealogias, & contentiones, ac 12 pugnas legales omitte: sunt enim inutiles & supervacaneæ. Sectarum auctorem hominem 13 post unam & alteram admonitionem 14 fuge, Sciens, quod eversus sit, qui ejusmodi est, & peccet 15 per se damnatus. Quum autem misero Artemam ad te aut Tychicum, 16 da operam ut venias ad me Nicopolim: nam illic decrevi hybernare. Zenan 17 legisperitum & Apollo 18 studiose deducito, ne B quid illis desit. 19 Discant autem & nostri, bonis operibus præesse ad necessarios usus, ut non sint infrugiferi. Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos, qui diligunt nos in fide. 20 Gratia cum omnibus vobis. Amen.

Scripta ex Nicopoli Macedoniæ.

EPISTOLÆ PAULI AD TITUM

FINIS.

8 *Volo te confirmare*] διαβεβαιοῦσθαι. Quod anceps est verbum: potest enim esse *confirmari*.

9 *Ut curent bonis operibus præesse*] ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι. Ambrosius ita reddidit, *ut solliciti sint ad effectum bonorum operum*. Ea potissimum inculcanda, quæ faciant ad vitæ pietatem. *Bonis operibus*, hic dativus est, non ablativus, & respondet præpositioni *præ*. Sic enim *præesse bonis operibus*, quemadmodum dicitur aliquis *præfectus annonæ*, aut *militiæ*.

10 *Qui credunt*] οἱ πεπιστευκότες, id est, *qui crediderunt*. Ita legit Ambrosius.

11 *Et genealogias*] γενεαλογίας. Quod Ambrosius reddit *originum enumerationes*. Et *admonitionem* melius quam *correptionem*, ut indicat idem. Cæterum *hæreticum*, ni fallor, appellat, non qui dissentiat a quibuslibet placitis doctorum, sed factiosum, licet & factiosus sit qui hæreseos auctor est. Sic interpretatur Chrysostomus locum 1 Corinthiorum cap. xi. *Oportet autem hæreses esse*: Chrysostomus ac Theophylactus interpretantur de perversis dogmatibus.

12 *Pugnas legis*] μάχας νομικὰς, id est, *pugnas legales*, quod Hieronymus explicans, *quæ veniunt*, inquit, *ex lege*. *Devita*, περιΐστασο, de quo superius diximus.

13 *Post unam & secundam*] Latinius erat, *post unam & alteram*. Et ita legit Hieronymus. Ambrosius legit, *post primam*, interpretans illos semel duntaxat admonendos, ne, si sæpius id fiat, confirmatiores reddantur in malo: sed devitandos, ut sibi relicti aut frigeant nemine obsistente, aut soli pereant. Ambrosianam lectionem hodie sequimur, qui hæreseos semel convictum, si relabatur, non devitamus, sed incendimus. Tertullianus in libro *de præscriptionibus hæreticorum* refert, quemadmodum Ambrosius.

14 *Devita*] παραιτοῦ, id est, *rejice*: non est περιΐστασο, quod mox eodem verbo expressit. Hic locus est, quem senex quidam Theologus, & in primis severus, in Concilio produxit. Cum venisset in quæstionem, num quis esset locus in litteris canonicis, qui juberet hæreticum affici supplicio capitis, *Devita devita*, inquit, putans *devitare* Latinis esse de vita tollere. Id ne quis suspicetur meum esse commentum, accepi ex Joanne Coleto, viro C spectatæ integritatis, quo præsidente res acta est. Eamus nunc & negemus periculosum esse errare in verbis. Sic Jureconsulti furem suspendunt, quod lex latronem plecti capite jubet, & Gallorum vulgus furem latronem appellat. Sic Medici frequenter errant, magno capitis nostri periculo, dum ob inscitiam vocabulorum venenum porrigunt pro remedio.

15 *Proprio judicio condemnatus*] αὐτοκατάκριτος, voce composita, *per se condemnatus*, qui pertinaciter dissideat ab omnibus. Cyprianus in Epistola primi libri tertia legit, *a semetipso damnatus*. Rectius erat *per se damnatus*, hoc est, damnatus etiamsi nemo judex de illo pronunciet, quemadmodum dicimus *αὐθαίρετος*. Cæterum illud, *subversus est*, Græce est ἐξέστραπται, quod & ita potest accipi, *extidit a vita*, sive *deflexit*. Et ἁμαρτάνει potest verti, *errat*, sed ita errat ut sit per se condemnatus, etiamsi nemo illum condemnet, ut qui semel admonitus noluerit resipiscere.

16 *Festina*] σπούδασον, id est, *stude*, sive *cura*. *Nicopolis* D Thraciæ civitas, ut annotat Chrysostomus. Theophylactus scripsit eam imminere Istro flumini. Hieronymus putat esse eam, quæ ob victoriam, qua Cæsar Augustus devicit Antonium & Cleopatram, nomen hoc sortita est. At eam peractam constat apud Actium Epiri promontorium. Unde & Suetonius *Actiacam victoriam* appellat. Et Hieronymus præfans in hos Commentarios plane declarat se putare Paulum de Nicopoli Epiri fuisse loquutum.

17 *Legis peritum*] νομικόν. Hieronymus legit, *legis doctor*.

18 *Sollicite præmitte*] πρόπεμψον. Imo *deducito*, sive *prosequere*, quod officium solemus hospitibus exhibere. Atque in hunc sensum interpretatur divus Hieronymus.

19 *Discant autem & vestri*] *Nostri* prima persona legitur tum in Græcis codicibus, tum in Latinis antiquis, & consentiunt Interpretes.

20 *Gratia vobiscum*] Græci legunt, *Gratia cum omnibus vobis*. Eam lectionem probat Hieronymus, testans in nonnullis codicibus adjecta fuisse duo verba, *Domini nostri*. Ambrosius legit, *Gratia Dei cum omnibus vobis*. Exemplar Constantiense habebat, *Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.*

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM PAULI AD TITUM,

PER

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM,

FINIS.

ΤΗΟ-

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

τῆς πρὸς

ΦΙΛΗΜΟΝΑ

ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΑΥΛΟΥ.

ΤΑύτην ἐπιςέλλει ἀπὸ Ῥώμης. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιςολῆς αὕτη. Ὀνήσιμος ὁ οἰκέτης Φιλήμονος ἔφυγε, καὶ ἀπελθὼν πρὸς τὸν Ἀπόςολον, κατηχήθη παρ᾽ αὐτοῦ, καὶ γέγονεν αὐτῷ χρήσιμος εἰς διακονίαν. Περὶ τούτου τοίνυν γράφει Φιλήμονι, παρατιθέμενος αὐτῷ τὸν Ὀνήσιμον, ἵνα προσέχῃ αὐτῷ γνησίως, καὶ μηκέτι ἔχῃ αὐτὸν ὡς δοῦλον, ἀλλ᾽ ὡς ἀδελφόν. Προετρέψατο δὲ αὐτὸν καὶ ξενίαν αὐτῷ ἑτοιμάσαι, ἵνα, ἐὰν ἔλθῃ, εὕρῃ που μείνῃ. Καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν Ἐπιςολήν.

IN EPISTOLAM AD

PHILEMONEM

Argumentum per

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

GRæci tradunt, hunc Philemonem genere Phrygem fuiſſe, quam nationem intractabilem ac ſervilem eſſe, vel Græco proverbio jactatum eſt, *Phryx plagis emendatur*. Quem tamen Paulus ob pietatem & officia in ſanctos inter præcipuos habuit amicos. Hujus ſervus Oneſimus Romam profugerat, non ſine furto, quod fere ſervi ſolent. Illic audito Paulo, qui tum in vinculis erat, Evangelicam doctrinam amplexus eſt, ac Paulo ſervivit in carcere. Verum ne quid herus ob ſervi fugam animo cruciaretur, remittit eum: ſed miro ſtudio miraque civilitate ſervum & fugitivum & compilatorem domino reconcilians, ſe interim ſponſorem offerens, depenſurus, ſi quid ille ſuppilaſſet in fuga. Scribit enim e vinculis per dictum Oneſimum, quem & filium vocat.

EPI-

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD PHILEMONEM.

1 ΠΑΥΛΟΣ δέσμιος Χριστοῦ Ἰησοῦ καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς, Φιλήμονι τῷ ἀγαπητῷ καὶ 2 συνεργῷ ἡμῶν, Καὶ Ἀπφίᾳ τῇ ἀγαπητῇ, καὶ Ἀρχίππῳ τῷ συστρατιώτῃ ἡμῶν, καὶ τῇ κατ' οἶκόν σου ἐκ- 3 κλησίᾳ· Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν 4 καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, πάντο- 5 τε μνείαν σου ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, Ἀκούων σου τὴν ἀγάπην καὶ τὴν πίστιν, ἣν ἔχεις πρὸς τὸν Κύριον 6 Ἰησοῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, Ὅπως ἡ κοινωνία τῆς πίστεώς σου ἐνεργὴς γένηται ἐν ἐπιγνώσει παντὸς ἀ- 7 γαθοῦ, τοῦ ἐν ὑμῖν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν. Χάριν γὰρ ἔχομεν πολλὴν καὶ παράκλησιν ἐπὶ τῇ ἀγάπῃ σου, ὅτι τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων ἀναπέπαυται διὰ σοῦ ἀδελφέ. 8 Διὸ πολλὴν ἐν Χριστῷ παῤῥησίαν ἔχων ἐπιτάσσειν σοι τὸ 9 ἀνῆκον· Διὰ τὴν ἀγάπην μᾶλλον παρακαλῶ, τοιοῦτος ὢν, ὡς Παῦλος πρεσβύτης, νυνὶ δὲ καὶ δέσμιος 10 Ἰησοῦ Χριστοῦ. Παρακαλῶ σε περὶ τοῦ ἐμοῦ τέκνου, ὃν 11 ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου, Ὀνήσιμον, Τόν ποτέ 12 σοι ἄχρηστον, νυνὶ δὲ σοὶ καὶ ἐμοὶ εὔχρηστον, Ὃν ἀνέπεμψα. Σὺ δὲ αὐτὸν, τουτέστι, τὰ ἐμὰ σπλάγχνα, 13 προσλαβοῦ, Ὃν ἐγὼ ἐβουλόμην πρὸς ἐμαυτὸν κατέχειν, ἵνα ὑπὲρ σοῦ διακονῇ μοι ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῦ Εὐαγγε- 14 λίου· Χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης οὐδὲν ἠθέλησα ποιῆσαι, ἵνα μὴ ὡς κατὰ ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου ᾖ, ἀλλὰ κατὰ 15 ἑκούσιον. Τάχα γὰρ διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη πρὸς ὥραν, ἵνα αἰώ-

A PAULUS vinctus Christi Jesu & Timotheus 1 frater, Philemoni 1 dilecto & collegæ nostro, 2 2 Et Apphiæ dilectæ, & Archippo commilitoni nostro, 3 &, quæ domi tuæ est, congregationi: Gratia 3 vobis & pax a Deo Patre nostro & Domino Jesu Christo. Gratias ago Deo meo, 4 semper mentionem 4 tui faciens in precibus meis, Quum audiam tuam cha- 5 ritatem ac fidem, quam habes 5 erga Dominum Jesum & erga omnes sanctos, Ut communicatio fidei tuæ 6 6 efficax fiat in agnitione 7 omnis boni, quod est in vobis 8 erga Christum Jesum. 9 Gaudium enim habemus 7 multum & consolationem in dilectione tua, quod viscera sanctorum 10 refocillata sunt per te frater. Qua- 8 B propter quamvis 11 multam in Christo fiduciam habeam injungendi tibi 12 id quod officii tui erat: Ta- 9 men propter charitatem potius rogo, 13 quum talis sim, nempe Paulus senex, nunc autem etiam vinctus Jesu Christi. Rogo autem pro filio meo, quem genui 10 in vinculis meis, Onesimo, Quondam tibi inutili, nunc 11 vero tibi & mihi perutili, Quem remisi. Tu autem 14 12 eum, hoc est, viscera mea, suscipe, Quem ego cupie- 13 bam apud me retinere, ut pro te ministraret mihi in vinculis Evangelii: Sed 15 absque tua sententia nihil 14 volui facere, ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed spontaneum. Nam propterea forsitan secessit 16 15 ad

1 DILECTO *adjutori*] ἀγαπητῷ καὶ συνεργῷ, id est, *dilecto & adjutori*, sive *cooperario*. Atque ita legitur in vetustis codicibus Latinorum, in Hieronymo, Ambrosio, & Chrysostomo: quorum Ambrosius ita circumloquitur, καὶ συνεργῷ, *& laborum nobis participi*. Nam *dilecto* hic nomen est, non participium, cujus admonet & Hieronymus in *Commentariis*, quibus hanc explicat Epistolam, censens ἀγαπητὸν magis sonare *diligibilem* quam *dilectum*, atque in re ipsa hoc interesse, quod ἠγαπημένος, id est, *dilectus*, esse possit qui non sit ἀγαπητὸς, id est, *dignus qui diligatur*: velut cum inimicos ex præcepto Christi diligimus, sunt quidem nobis ἠγαπημένοι, id est, *dilecti*, at non ἀγαπητοί. Vide quantulam rem Hieronymus non judicarit indignam, quam annotaret etiam in Commentariis justis & accuratis, & ego quibusdam videor nihil indicasse.

2 *Et Appia sorori charissima*] Καὶ Ἀπφίᾳ τῇ ἀγαπητῇ, id est, *Et Apphia dilecta*. Hanc Chrysostomus existimat fuisse uxorem Philemonis. Notat Pauli consilium Chrysostomus, adsciscit multas personas, quo facilius exoret, adjungit Timotheum, quem *fratrem* vocat, solitus vocare *filium*, sed *fratris* vocabulum conveniebat auctoritati. Deinde Philemoni tribuit geminos titulos, *dilecto & cooperario*, ut hic quoque Paulo consentiat, & huic adjungit Appiam, quam *dilectam* nominat: rursus addit Archippum, quem συστρατιώτην dicit. Eodem pertinet, quod seipsum appellat *vinctum Jesu Christi*. Inhumanius est negare vincto. Tanta erat sollicitudo Apostolo, ut unum homuncionem fugitivum reconciliaret.

3 *Quæ in domo tua est ecclesia*] καὶ τῇ κατ' οἶκόν σου ἐκκλησίᾳ. De familia sentit, opinor. Proinde nos vertimus *congregationem*. Indicat hoc haud obscure Chrysostomus, hunc enarrans locum. Cæterum quando hæc Epistola scribitur ad plures, incertum erat quo referretur pronomen *tua*, ad Philemonem, an ad Archippum, qui proxime præcessit in ordine recensionis, nisi mox totum sermonem verteret ad unum Philemonem. Quod ante nos indicavit Hieronymus.

4 *Semper memoriam tui fuciens*] Adverbium ἀεὶ potest utrolibet referri, vel ad superiorem partem, vel ad insequentem. Nec ad sensum magnopere refert, an intelligamus semper agentem gratias, an semper memorem in deprecationibus ad Deum. Admonuit & hoc Hieronymus, ne quis causetur a me res frivolas afferri.

5 *In Domino Jesu, & in omnes sanctos*] Mirum cur casum mutarit, cum Græcis sit utrobique casus accusandi, *in Dominum Jesum, & in omnes sanctos*. Quemadmodum legit Ambrosius, cumque hoc Chrysostomus.

6 *Evidens fiat*] Græci legunt ἐνεργὴς, id est, *efficax*: nam ἐναργὴς per *alpha* significat *evidens*: ita legisse videtur Interpres. Hieronymus admonet in Græco melius haberi ἐνεργὴς, quod exponit *efficax*, sive *operatrix*, ut accipiamus fidem ipsis factis præstitam & comprobatam. Et in hunc sensum enarrat Chrysostomus ac Theophylactus. Mirum autem quid secutus Ambrosius, pro *evidens* & *efficax* legerit *accepta*.

7 *Omnis operis boni*] *Operis* redundat, nec invenitur vel in Græcis, vel in antiquis codicibus Latinorum. Ad hæc nec apud [Hie]ronymum, nec apud Ambrosium, nec apud Chrysostomum, aut Theophylactum, tantum est *omnis boni*.

8 *In Christo Jesu*] Ante hæc verba reperio in Græcis codicibus, τοῦ ἐν ὑμῖν, id est, *quod est in vobis*. Idque legitur apud Chrysostomum ac Theophylactum, & apud Hieronymum. Ambrosius legit, *quæ est in nobis*, ut agnitionem referat, non bonum. Et dilucidius est, *erga Christum Jesum*, ut hæc particula referatur ad *efficax*: *ut communicatio fidei tuæ sit efficax erga* vel *in Christum Jesum*, ad cujus gloriam spectat fidei tuæ communicatio. Siquidem in plerisque Græcorum codicibus scriptum comperio, εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν. Quod si legamus ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, vertendum erat, *per Christum Jesum*, ut intelligas agnitionem boni, sive bonum, esse in nobis beneficio Christi, non nostro merito. Cæterum cum Theophylactus interpretetur de fide viva & operante in nobis, gradibus virtutum, tamen Interpres, aut non sentiens hoc, aut dissimulans, semper insulcit suum *evidens*, cum non congruat expositioni.

9 *Gaudium enim magnum habui & consolationem*] Græce est, Χάριν ἔχομεν πολλὴν ἐπὶ τῇ ἀγάπῃ σου, id est, *Gratiam habemus multam in dilectione tua*. Interpres legit χαρὰν, eamque lectionem secuti videntur Hieronymus & Ambrosius, cumque his Chrysostomus: & germanam ac veram arbitror, quod in hujusmodi vocum affinitatibus passim labi comperiamus notarios. Et tamen alias annotatum est a nobis, χάριν accipi pro χαρὰν apud Paulum. Theophylactus legit χάριν, sed interpretatur χαράν.

10 *Requieverunt*] ἀναπέπαυται, id est, *refocillata sunt*.

11 *Multam fiduciam*] παῤῥησίαν. De quo sæpius admonui.

12 *Quod ad rem pertinet*] τὸ ἀνῆκον, id est, *decens*, sive *conveniens*. Sentit enim illius esse officii, quod tamen sic ab eo petit, quasi sit gratuitum aut præter officium.

13 *Cum sis talis ut Paulus*] Græce sic habet, μᾶλλον παρακαλῶ, τοιοῦτος ὢν, ὡς Παῦλος πρεσβύτης, id est, *magis autem hortor, cum talis sim, ut Paulus senex*. Sentit enim se, cum id, quod æquum erat, suo jure potuisset imperare Philemoni, nempe *Paulus*, & *senex*, postremo *vinctus Jesu Christi*, maluisse tamen uti precibus, memorem charitatis potius, quam auctoritatis. Ambrosius interpretatur Philemonem Paulo fuisse coævum, quod tamen nec Chrysostomus, nec Theophylactus, nec Hieronymus indicat. Ambrosius legit, *cum talis sis*. Sed hic palam reclamat ratio Grammaticæ, nisi forte placet ut Paulus hic videatur admisisse solœcismum, aut ὢν nominandi casus positus sit pro ὄντος, & subaudiatur pronomen σου, quæ sermonis forma nonnunquam reperitur apud Græcos. Hieronymus interpretari videtur juxta Græcos, cum ait, *Grandi petentis auctoritate proposita, per quam & Apostolus obsecrat & senex & vinctus Jesu Christi*. Hos itaque sequi maluimus, sic tamen ut liberum sit cuique suo frui judicio.

14 *Illum ut mea viscera*] αὐτὸν, τοῦτ' ἔστι, τὰ ἐμὰ σπλάγχνα, id est, *ipsum, hoc est, mea viscera*. Porro quod in plerisque Latinis additur, *filium meum charissimum*, apud Græcos non additur. Nec est quicquam in Hieronymi *Commentariis*, unde conjectes eum legisse *filium charissimum*. Fortassis adjectum est hoc ab eo, qui voluerit interpretari, quid sit, *hoc est*, *viscera mea*.

15 *Sine consilio*] Χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης, id est, *Sine tua sententia*.

16 *Ad horam*] πρὸς ὥραν. Recte monuit Hieronymus hic *horam* pro tempore positam: nisi quod hora breviculum tempus magis indicat. Quanquam quod Græci usurpant horam pro tempore, id propemodum imitatus est Horatius:

Qui purgor bilem sub verni temporis horam.

16 αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς, Οὐκέτι ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὑπὲρ δοῦλον, ἀδελφὸν ἀγαπητὸν, μάλιστα ἐμοὶ, πόσῳ δὲ μᾶλλον σοὶ καὶ ἐν σαρκὶ καὶ ἐν Κυρίῳ; 17 Εἰ οὖν ἐμὲ ἔχεις κοινωνὸν, προσλαβοῦ αὐτὸν ὡς ἐμέ. 18 Εἰ δέ τι ἠδίκησέ σε, ἢ ὀφείλει, τοῦτο ἐμοὶ ἐλλόγει. 19 Ἐγὼ Παῦλος ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρὶ, ἐγὼ ἀποτίσω· ἵνα μὴ λέγω σοι, ὅτι καὶ σεαυτόν μοι προσοφείλεις. 20 Ναὶ ἀδελφέ. Ἐγώ σε ὀναίμην ἐν Κυρίῳ. Ἀνάπαυσόν με τὰ σπλάγχνα ἐν Κυρίῳ. 21 Πεποιθὼς τῇ ὑπακοῇ σε ἔγραψά σοι, εἰδὼς, ὅτι καὶ 22 ὑπὲρ ὃ λέγω, ποιήσεις. Ἅμα δὲ καὶ ἑτοίμαζέ μοι ξενίαν. Ἐλπίζω γὰρ, ὅτι καὶ διὰ τῶν προσευχῶν ὑ-23 μῶν χαρισθήσομαι ὑμῖν. Ἀσπάζονταί σε Ἐπαφρᾶς 24 ὁ συναιχμάλωτός με ἐν Χριςῷ Ἰησοῦ, Μάρκος, Ἀ-25 ρίσαρχος, Δημᾶς, Λουκᾶς, οἱ συνεργοί μου. Ἡ χάρις τῦ Κυρίε ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῦ μετὰ τῦ πνεύματος ὑμῶν. Ἀμήν.

Ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης δι' Ὀνησίμε οἰκέτε.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝΑ

ΤΕΛΟΣ.

A ad tempus, 17 ut æternum eum reciperes, Non jam 16 ut servum, 18 sed supra servum, nempe fratrem dilectum, maxime mihi, quanto autem magis tibi & in carne & in Domino? Si igitur me habes consortem, 17 suscipe illum tanquam me. Quod si quid læsit te, aut 18 debet, hoc mihi imputato. Ego Paulus scripsi mea ma- 19 nu, 19 ego dependam: ut ne dicam tibi, quod etiam teipsum mihi insuper debes. 20 Etiam frater. Ego te 20 fruar in Domino. Refocilla mea viscera in Domino. Confisus de obedientia tua scripsi tibi, sciens, quod 21 etiam ultra quam dico, facturus sis. Simul autem 22 etiam præpara mihi hospitium. Spero enim, quod auxilio precum vestrarum 21 donabor vobis. Salutant te 23 Epaphras concaptivus meus in Christo Jesu, Marcus, 24 Aristarchus, Demas, Lucas, adjutores mei. Gratia 25 B Domini nostri Jesu Christi sit cum spiritu vestro. Amen.

Missa fuit e Roma per Onesimum servum.

EPISTOLÆ PAULI AD PHILEMONEM

FINIS.

17 *Ut in æternum*] αἰώνιον, id est, *æternum*, hoc est, ipsum jam non temporarium ministrum, sed perpetuo tecum victurum. Atque ita legit Ambrosius, simulque Hieronymus. Et consentiebat cum Græca lectione uterque codex Constantiensis.

18 *Sed pro servo*] Græce est ὑπὲρ δῦλον, id est, *supra servum*. Quidam legisse videntur ὑπὲρ δῦλε. Quanquam hic magis quadrabat ἀντὶ δῦλε. Certe Hieronymus legit, *Jam non sicuti servum, sed plus servo:* quanquam Latinius erat, *servo potiorem*. Et sic habebat exemplar utrumque Constantiense.

19 *Ego reddam*] ἀποτίσω, id est, *dependam*, sive *resolvam*. Est enim sermo fidejubentis pro Onesimo, & sese illius vice obstringentis. Divus Hieronymus ex hoc loco ratiocinatur Onesimum non sine furto profugisse a domino suo. Quod idem testatur Theodoretus in Græcorum scholiis. In iisdem reperio Philemonem Phrygem fuisse, apud hos autem ingens erat mancipiorum proventus, unde & proverbium, *Phrygem plagis emendari*, & tamen produnt hunc Onesimum postea Romæ martyrii lauream meruisse.

20 *Ita frater*] *Ita* hic affirmantis adverbium est, ναί. Ambrosius addit *sic*: *Ita frater, sic ego te fruar in Domino.* Est autem vox obtestantis fratrem aut filium, quem optamus nobis esse voluptati, quasi nihil sit nobis illius fruitione dulcius: per eam igitur adjurat Philemonem. Hieronymus ναὶ vult esse blandientis, quemadmodum apud Hebræos est *ana*. Est autem allusio ad nomen servi, quem commendat. Nam *Onesimus* Græce *utilis* est, ad C quod allusit & superius, cum diceret: *Qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis:* hoc est, nunc id est, quod dicitur Ὀνήσιμος. Declarat autem hæc Epistola, quamlibet brevis, Paulum hominem fuisse singulari quadam præditum humanitate, qui tanto studio servum fugitivum commendaverit, & ut commendaverit, obsecrans & obtestans, cui pro sua auctoritate proque meritis in illum poterat imperare quod rogat. Deinde quid festivius etiam dici poterat, vel ab ipso Tullio, in hujusmodi argumento? nisi quod quidam nomine duntaxat Christiani, animo infestissimi Christo, nihil eruditum putant, nihil elegans, nisi quod idem sit Ethnicum. Et universum sermonis florem semel periisse existimant, si quid de Christo fuerit admixtum, quod illius sapiat doctrinam, cum ea vel prima sit eloquentiæ pars, sermonem rebus accommodare. Quo magis etiam admiror, ullos de hac Epistola dubitasse, num Pauli esset, cum pro ratione modoque argumenti nihil esse magis Paulinum possit.

21 *Donari me vobis*] χαρισθήσομαι ὑμῖν, id est, *donabor vobis*. Et ita legit Ambrosius.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM PAULI AD PHILEMONEM,

PER

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM,

FINIS.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

τῆς πρὸς

ΕΒΡΑΙΟΥΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΑΥΛΟΥ.

ΤΑύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Ἰταλίας. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιστολῆς αὕτη. Ἐπειδὴ οἱ Ἰουδαῖοι ἐνίσταντο τῷ νόμῳ καὶ ταῖς σκιαῖς, διὰ τοῦτο ὁ Ἀπόστολος Παῦλος διδάσκαλος ἐθνῶν γενόμενος, καὶ εἰς τὰ ἔθνη ἀποσταλεὶς, κηρύττει τὸ Εὐαγγέλιον. Γράψας τε πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, γράφει λοιπὸν καὶ τοῖς ἐκ περιτομῆς πιστεύσασιν Ἑβραίοις ἀποδεικτικὴν ταύτην Ἐπιστολὴν, περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, καὶ τοῦ πεπαῦσθαι τὴν σκιὰν τοῦ νόμου. Καὶ πρῶτον μὲν ἀποδείκνυσι τοὺς Προφήτας ἀπεστάλθαι, ἵνα περὶ τοῦ Σωτῆρος ἀπαγγείλωσι· καὶ μετ' αὐτοὺς αὐτὸς ἐλθῃ, δούλους τε εἶναι τοὺς προφήτας καὶ μηνυτὰς τῆς αὐτοῦ παρουσίας, αὐτὸν δὲ τὸν Χριστὸν Υἱὸν εἶναι Θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονε. Καὶ ὅτι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἔδει ἄνθρωπον γενέσθαι, ἵνα διὰ τῆς τοῦ σώματος αὐτοῦ θυσίας καταργήσῃ τὸν θάνατον· οὐ γὰρ δι' αἵματος μόσχου, ἢ τράγου, ἀλλὰ δι' αἵματος Χριστοῦ ἔσεσθαι τὴν σωτηρίαν τοῖς ἀνθρώποις. Ἀποδείκνυσι δὲ, ὅτι ὁ νόμος οὐδένα ἐτελείωσεν, ἀλλὰ σκιὰν εἶχεν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. Καὶ οὐ κατέπαυσεν ὁ λαὸς, ἀλλὰ κοινὴ πᾶσιν ἡμῖν ἀπολείπεται ἡ ἡμέρα τῆς καταπαύσεως. Πάλιν δὲ ἀποδείκνυσιν, ὅτι ἡ ἱεραρχικὴ λειτουργία μετετέθη ἀπὸ Ἀαρὼν εἰς τὸν Χριστὸν, οὗ τύπος ἦν ὁ Μελχισεδέκ. Οὐκοῦν ἐκ τοῦ Λευῒ πίστει δεδικαιῶσθαι τοὺς πατέρας σημαίνει, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου. Εἶτα πάλιν εἰς τὰ ἤθη προτρεψάμενος αὐτοὺς, καὶ ἀποδεξάμενος αὐτῶν τὴν διὰ Χριστὸν ὑπομονὴν, καὶ πείσας τιμᾷν τοὺς πρεσβυτέρους, τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

IN EPISTOLAM AD

HEBRÆOS

Argumentum per

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

NUlla gens obſtinatioribus animis repugnabat Evangelio Chriſti, quam Judæorum, qui Paulo etiam peculiariter erant infenſi, quod ſe gentium Apoſtolum profiteretur, quas Judæi ut profanas & impias abominabantur: quodque Legem Moſaïcam, quam illi ſacroſanctam habebant, & Evangelii vice per univerſum orbem ſpargi cupiebant, antiquare videretur: adeo ut eſſent inter hos quoque qui Chriſti doctrinam receperant, qui putarent Legis obſervationem cum Evangelio miſcendam. Hieroſolymis igitur qui crediderant, variis calamitatibus afficiebantur ab iis qui reſiſtebant Evangelio: nam penes hos erat publica auctoritas: conjiciebantur in vincula, cædebantur, diripiebantur illorum bona. Hos itaque conſolatur Paulus, partim exemplo veterum ſanctorum, quorum plerique ſimilibus aut gravioribus calamitatibus exerciti ſunt, quo virtus illorum eſſet exploratior ſpectatiorque, ac præcipue exemplo Chriſti, partim ſpe præmii cœleſtis. Deinde declarat, coruſcante jam Evangelio Chriſti, ceſſaſſe umbras Legis Moſaïcæ, multa repetens ex veteri Teſtamento, & ad Chriſtum accommodans. Docet non ex obſervatione Legis, ad tempus datæ & imperfectæ, ſperandam eſſe ſalutem, ſed ex fide, qua veteres etiam illi probatæ ſanctimoniæ viri, quorum memoria Judæis erat ſacroſancta, Deo potiſſimum placuiſſent. In fine tradit præcepta quædam ad mores Chriſtianos facientia.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD HEBRÆOS.

I. ΠΟΛΥΜΕΡΩΣ καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς Πατράσιν ἐν τοῖς Προφήταις, Ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν· Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, δι' ἑαυτοῦ καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς· Τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα. Τίνι γὰρ εἶπέν ποτε τῶν ἀγγέλων; Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Καὶ πάλιν, Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν. Ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει, Καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει, Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. Πρὸς δὲ τὸν Υἱόν, Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεός, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. Καὶ σὺ κατ' ἀρχάς, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί· Αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις, καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, Καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτούς, καὶ ἀλλαγήσονται· σὺ δὲ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι. Πρὸς τίνα δὲ τῶν ἀγγέλων εἴρηκέν ποτε; Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Οὐχὶ

I. DEUS olim 1 multifariam multisque modis 2 loquutus Patribus 3 per Prophetas, Extremis diebus hisce loquutus est nobis per Filium, quem constituit hæredem omnium, per quem etiam secula condidit: Qui quum sit 4 splendor gloriæ, 5 & expressa imago substantiæ illius, 6 modereturque omnia verbo potentiæ suæ, 7 per semetipsum purgatione facta peccatorum nostrorum, 8 consedit in dextera majestatis in excelsis: 9 Tanto præstantior factus angelis, quanto 10 excellentius præ illis sortitus est nomen. Nam cui dixit unquam angelorum? Filius meus es tu, ego hodie genui te. Ac rursum, 11 Ego ero ei pater, & ille erit mihi filius. 12 Rursum autem quum inducit primogenitum in orbem terrarum, dicit, Et adorent eum omnes angeli Dei. 13 Et ad angelos quidem dicit, Qui creat angelos suos spiritus, & ministros suos 14 ignis flammam. Ad Filium autem, 15 Thronus tuus, Deus, in seculum seculi, virga rectitudinis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exsultationis ultra consortes tuos. Et tu in initio, Domine, terræ fundamenta jecisti, & opera manuum tuarum sunt cœli: 16 Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes ut vestimentum veterascent, Ac velut amictum 17 circumvolves eos, & mutabuntur: tu autem idem es, & anni tui non deficient. Ad quem autem angelorum dixit unquam? Sede a dextris meis, donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Nonne

1 MULTIFARIAM *multisque modis*] Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως. Vox prior a partibus dicta est, posterior a modo. Si quid interest, illa referri potest ad varias partes redemptionis humanæ, hæc ad varietatem figurarum & oraculorum: partes sunt nativitas Servatoris, doctrina, miracula, crux, resurrectio, adscensio, &c. Singulæ vero partes ut diversis typis præfiguratæ sunt, ita diversis Prophetarum oraculis prædictæ.

2 *Loquens*] λαλήσας, id est, *locutus*, præteriti temporis, *olim locutus in Prophetis, proximis temporibus locutus est nobis in Filio.* Interpres illud fugisse videtur, ne bis diceret *locutus*, cum Paulo utrobique sit dictio consimilis, λαλήσας & ἐλάλησεν, & in his sit etiam gratia schematis.

3 *In Prophetis, in Filio*] Chrysostomus etiam annotat præpositionem *in* positam esse loco *per*.

4 *Splendor gloriæ*] ἀπαύγασμα, id est, *refulgentia*, sive *relucentia*, quod ex alio resplendet. Nam Filius lumen est de lumine.

5 *Et figura*] χαρακτὴρ, quam dicere possis *formam expressam ex alio*, sive *notam rei cuipiam impressam*, velut in cera. Vox dicta a verbo χαράττω, quod est *insculpo*, sive *notam imprimo.* Augustinus, libro *de Incarnatione Verbi*, pro *charactere* subinde citat *figuram expressam.* Hieronymus adducens hunc locum in *Commentariis* Esaiæ legit, pro *character*, *forma.* Nihil autem propius exprimit archetypum quam imago impressa sigillo. Et *substantia*, ὑποστάσεως, non est οὐσία, quam *essentiam* vertit Quintilianus: ὑπόστασις a subsistendo dicta est, quæ Græcis aliquando accipitur pro *persona.* Ex hoc verbo nata est magna digladiatio, quod Ariani exigerent tres hypostases, & verbum *homousii* non reciperent.

6 *Portansque omnia verbo virtutis suæ*] φέρων τε τὰ πάντα. Meo quidem judicio, φέρων hoc loco non significat idem quod *portans*, sive *bajulans*, sed *agens* potius, sive *movens* ac *moderans.* Nam φερόμενα dicuntur Græcis, quæ impetu quodam aguntur: unde & φορὰν *impetum* vocant. Et ἄγειν καὶ φέρειν dicitur, qui suo arbitratu moderatur aliquem. Sentit enim Paulus, aut quisquis fuit auctor Epistolæ, non solum mundum hunc conditum per Filium, quemadmodum modo dixerat, *per quem fecit & secula*, verum conditum regi & administrari: idque non studio curaque & industria, sicut administrant homines, sed verbo, hoc est, nutu suæ potentiæ. Nam quod Principi verbum est, quo jubet aliquid fieri, hoc illi est velle. In hanc sententiam interpretatur & Chrysostomus, annotans emphasim hujus participii φέρων. Gubernat enim aliquis cum negotio. Fert, qui sine negotio movet quo libet. Proinde nos vertimus, *agat modereturque.* Thomas licet non senserit emphasim hujus vocis, tamen haud multum aberrat a scopo.

7 *Purgationem peccatorum faciens*] Græci addunt δι' ἑαυτοῦ, id est, *per seipsum purgationem peccatorum faciens.* Et *faciens*, apud Græcos præteriti temporis est: unde transferre poterat, *purgatione peccatorum facta*, ne sedendo videatur purgare. Prius enim purgavit morte sua, deinde consedit.

8 *Sedet*] *Sedit* præteriti temporis est apud Græcos, ἐκάθισεν, quasi dicas, *consedit.* Chrysostomi Interpres vertit *sedere fecit.* Et huic lectioni consentit enarratio cum Chrysostomi, tum Theophylacti, quos mirum nihil fuisse offensos participio γενόμενος, nisi forte legerunt γενόμενον. Et sane Græca vox est ambigua, sed obstat participium, quod sequitur, γενόμενος. Cæterum Chrysostomus tale nihil habet. Illud verum est, καθίζειν Græcis & neutraliter & transitive usurpari. *Ad dextram* &c. Græca aliquanto secus habent, ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης, id est, *in dextra throni majestatis.* Quanquam hîc exemplaria Græcorum variant, nec *throni* mentio additur apud Chrysostomum, nec apud Theophylactum. Atque hic vere *majestas* est, non δόξα.

9 *Tanto melior Angelis factus*] Non est Græce μείζων, sed κρείττων, quod sonat *potiorem*, sive *potentiorem.* Vel hunc explicent locum qui contendunt nullo modo Christum fuisse Angelis minorem. Quomodo dicetur *melior* sive *potior factus*, qui nunquam fuerit minor? nisi forte Sophistarum more libebit argutari, ex æquali factum majorem. Nec *melior* hîc pertinet ad mores, sed ad præstantiam, dignitatem, ac potentiam.

10 *Differentius*] διαφορώτερον, id est, *excellentius*: quod διαφέρειν duo Græcis significat, *differre* & *praeminere.* *Hæreditavit*, κεκληρονόμηκεν, id est, *hæreditate accepit*, sive *sortitus est.*

11 *Ego ero illi in patrem*] Quanquam alias quadrabat, *loco patris* & *loco filii*, tamen hic malui, *Ego ero illi pater, ille mihi filius*, ne quis imaginetur adoptionem.

12 *Et cum iterum*] Ὅταν δὲ πάλιν id est, *Cum autem iterum.*

13 *Et ad Angelos quidem suos*] *Suos* superest. Nec additur in emendatioribus Latinis.

14 *Flammam ignis*] πυρὸς φλόγα, id est, *ignis flammam*, hoc est, igneam flammam.

15 *Thronus tuus, Deus*] Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεός, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Incertum est, an hic sit sensus, *O Deus, sedes tua est in seculum seculi*: an hic, *Ipse Deus, est tibi thronus in seculum seculi.* Nam sermo Græcus anceps est. Sed priorem sequuntur Interpretes. Chrysostomus annotavit & hîc articulum esse additum, ὁ Θεός: quæ quidem annotatio non video quem habeat locum, nisi accipiamus ὁ Θεὸς dici Filio. Innuit enim Chrysostomus, articulo significari verum Deum. De Patre vero nec Ariani dubitant quin sit ὁ Θεός.

16 *Ipsi peribunt, tu autem permanebis*] Græcis verba sunt præsentis temporis, *pereunt*, & *permanes*, ἀπολοῦνται, διαμένεις. Quanquam *pereunt* ambiguum est, & in διαμένεις solus accentus facit futurum tempus διαμενεῖς.

17 *Mutabis eos*] ἑλίξεις αὐτούς, id est, *volves* sive *vertes eos.* Atque id verbi magis quadrat in cœlos, aut etiam in vestem. Interpres legisse videtur ἀλλάξεις. Et apud Hebræos est תַּחֲלִיפֵם transitivum secundum, a verbo, חָלַף, quod est *mutavit*, quemadmodum mutatur amictus. Unde & *mutatoria* dicuntur, annotante Capnione nostro. Græci constanter legunt ἑλίξεις, non ἀλλάξεις. Atque ita interpretatur Chrysostomus & Theophylactus. Proinde quid legendum sit, eruditis expendendum relinquo.

18 *In*

14 Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτυργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποςελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν; II. 1 Διὰ τοῦτο δεῖ περισσοτέρως ἡμᾶς προσέχειν 2 τοῖς ἀκουσθεῖσι, μή ποτε παραῤῥυῶμεν. Εἰ γὰρ ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος ἐγένετο βέβαιος, καὶ πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν, 3 Πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα, τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας; ἥτις ἀρχὴν λαβῦσα λαλεῖσθαι διὰ τῦ Κυρίυ, 4 ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη, Συνεπιμαρτυροῦντος τοῦ Θεοῦ σημείοις τὲ καὶ τέρασι, καὶ ποικίλαις δυνάμεσι, καὶ Πνεύματος ἁγίου μερισμοῖς, 5 κατὰ τὴν αὐτοῦ θέλησιν. Οὐ γὰρ ἀγγέλοις ὑπέταξε τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν, περὶ ἧς λα-6 λῦμεν. Διεμαρτύρατο δέ που τὶς, λέγων, Τί ἐςιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτῦ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅ-7 τι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους· δόξῃ καὶ τιμῇ ἐςεφάνωσας αὐτὸν, καὶ 8 κατέςησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου. Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτῦ. Ἐν γὰρ τῷ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα, ὐδὲν ἀφῆκεν αὐτῷ ἀνυπότακτον. Νῦν δὲ ὔπω ὁρῶμεν αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτεταγμέ-

A Nonne omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus, 18 qui in miniſterium emittuntur propter eos qui hæredes erunt ſalutis? Propterea oportet nos vehementius attendere iis quæ dicta ſunt nobis, ne quando 1 perfluamus. Etenim ſi is qui per angelos dictus fuerat ſermo fuit firmus, & omnis tranſgreſſio & inobedientia juſtam præmii repenſationem accepit, Quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem? 2 quæ cum primum enarrari cœperit per ipſum Dominum, ab iis qui audierant in nos confirmata fuit, Atteſtante Deo & ſignis & prodigiis ſimul, variiſque B virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus, juxta ipſius voluntatem. Non enim angelis ſubjecit orbem terræ futurum, 3 de quo loquimur. Teſtatus eſt autem alicubi 4 quidam, dicens, Quid eſt homo, quod memor es ejus, aut filius hominis, quod inviſis illum? 5 Feciſti eum pauliſper inferiorem angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus. In hoc enim quod ei ſubjecit omnia, nihil omiſit illi non ſubjectum. At nondum videmus illi omnia eſſe ſub-

18 *In miniſterium miſſi*] *Miſſi*, apud Græcos præſentis temporis, *ἀποςελλόμενα*, id eſt, *qui mittuntur.* Mittuntur enim & hodie. Et *capient*, non *capiunt*, hoc eſt, futuro tempore, non præſenti.

1 P*Ereffluamus*] Valla mavult *preterfluamus*, *παραῤῥυῶμεν*. Chryſoſtomus interpretatur *pereamus*, ſumptumque putat ex Proverbiis Salomonis: *Fili mi ne effluas*, *Υἱέ μυ μὴ παραῤῥυῇς*. Prorſus enim & irreparabiliter perit, quod dilabitur. Hac forma dixit mulier II. Regum cap. XIV. *omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur.*

2 *Quæ cum initium accepiſſet enarrandi*] *Enarrari* legitur in vetuſtis exemplaribus, nominatim in Paulino, Græce eſt *λαλεῖσθαι*, hoc eſt, *quæ primum dicta fuit a Domino.*

3 *De quo loquimur*] *Quo* refert orbem terræ, non Deum. Id quod ex Græcis palam eſt.

4 *Quis dicens*] *τὶς*, id eſt, *quidam.*

5 *Minuiſti eum paulominus ab Angelis*] Admonet hoc loco Jacobus Faber Stapulenſis, apud Hebræos haberi, *minuiſti eum paulominus a Deo.* Atque ita prorſus indicavit Hieronymus, aut ſi quis alius fuit, Pſalmo VIII. pro *Angelis*, qui illis vocantur מַלְאָכִים *Malachim*, haberi אֱלֹהִים *Eloïm.* Thomas refert hunc locum ad humanam naturam Chriſti, qui minor Angelis factus ſit, non juxta animam, ſed juxta corpus aſſumptum, per quod mortalis & doloribus obnoxius erat, cum Angeli nullis malis attingi poſſint. Cujus equidem ſententiam non rejicio, niſi quod prudenter accipiendum eſt, quod dixit Chriſtum ſecundum animam humanam non fuiſſe inferiorem Angelis. Nam ſi nullus doloris ſenſus ad ullam animæ partem pertinebat, non potuit eſſe acerbiſſimus in Chriſto dolor, quem ipſe tamen Thomas vult proximum fuiſſe cruciatibus damnatorum apud inferos. Et ſi hoc nomine minor eſt aliis, quod corpus haberet obnoxium doloribus, multo magis dicetur minor, quod animam haberet obnoxiam tædio mœrorique. At Faber hoc loco diſſentiens a Thoma, multis argumentis contendit, *a Deo* legendum eſſe, non *ab Angelis*: quæ recenſere longius ſit, nec admodum neceſſarium, cum liber exſtet formulis ſemel atque iterum excuſus. Verum ſive legas *a Deo*, ſive *ab Angelis*, videtur idem manere ſcrupus. Etenim ſi de aſſumpto intelligas homine, quemadmodum neceſſe eſt, non paululum fuit imminutus a Deo, imo infra abjectiſſimos etiam homines, quemadmodum ipſe de ſe teſtatur in Pſalmis, *Ego autem ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis.* Nulla enim proportio naturæ humanæ ad Divinitatem. Ne ab Angelis quidem paululum fuit diminutus, qui uſque ad famem ac ſitim, uſque ad flagra, ad crucem, uſque ad mortem denique deſcenderit. Proinde mihi videtur illud *paulominus*, quod Græce eſt *βραχύ τι*, non ad dignitatis imminutæ modum eſſe referendum, ſed ad temporis modum quo verſatus eſt Chriſtus in terris, quaſi dicas, *ad breve tempus diminutus eſt ab Angelis*: quemadmodum interpretatur Chryſoſtomus & Theophylactus. Neque vero refellit hujus partis ſenſum id quod ſequitur, *gloria & honore coronaſti eum, omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, oves & boves*, &c. Siquidem prius illud pertinet ad Jeſu vitam actam in terris & paſſionem, hoc poſterius ad glorificationem, ad quam ut homo ſubvectus eſt. Neque vero prorſus hoc fefellit Aquinatem, qui indicat *paulominus* bifariam accipi poſſe, vel ut pertineat ad quantitatem, ſic enim loquitur, vel ut pertineat ad durationem. Stapulenſis in jus trahit Interpretem Epiſtolæ, qui quidem quiſnam fuerit, incertum eſt. Ut parum probabile ſit ipſam Epiſtolam a Paulo fuiſſe conſcriptam, ſane ſunt qui Lucam putent Interpretem fuiſſe. Quam opinionem ſi recipimus, is Interpres in jus vocari non poteſt, præſertim cum apud Hebræos hæc vox אֱלֹהִים *Eloim πολύσημος* habeatur, quippe quæ utrovis numero, ſingulari aut plurali, *Deum* aut *Deos* declaret, nonnunquam Angelos, aut homines etiam admiratione dignos. Interdum Principes aut Judices, ut illic: *Principi populi tui non maledices.* Et Exodi cap. XXI. *Offerat eum Dominus Diis, & applicabitur ad oſtium.* Quo loco Hebræi *Diis* interpretantur Judicibus. Et Chaldaica interpretatio ſic extulit, *Adducat eum magiſter ſuus ad judicem*: quemadmodum annotavit & Capnion noſter in *Rudimentis Hebraicis.* Verum hæc ad præſens inſtitutum proprie non attinent, niſi quatenus exigit lectionis ratio. Proinde paucis indicaſſe ſat eſſe duximus.

C Alioqui erant in hac Epiſtola diligentius excutienda permulta, quæ non niſi verboſa diſputatione poſſint explicari. Unum illud addam, Hieronymum videri non admodum probaſſe, quod hæc proprie tribuantur Chriſto, quum hunc enarrans Pſalmum ait, *Hunc locum Apoſtolus in Epiſtola ad Hebræos ſuper Chriſto interpretatur.* Et de auctore ejus adeo fuit dubitatum, ut ſero recepta ſit a Romana Eccleſia: quandoquidem in hanc unam omnium nihil commentatus eſt Ambroſius. Et Hieronymus ait a nonnullis non fuiſſe receptam, ob id quod in ea nonnulla citarentur, quæ apud Hebræos non inveniantur. Ex hoc loco Faber Stapulenſis, vir cum primis probus ac doctus, anſam arripuit conflictandi mecum, ſive id fecit inſtinctu alieno, ſive quo meum animum exploraret, ſive affectu quodam humano, ut nullus adhuc hominum exſtitit, qui omnibus horis ſapuerit. Sed quoniam illius inſectatio commentariis intermixta paſſim legitur, neque commodum eſt viſum noſtram apologiam, qua illi copioſius reſpondeo, in hunc inſulcire locum, capita rerum duntaxat annotabo Lectori.

D Primum, quod facit me rejicientem ſuam ſententiam, ac Hieronymianam interpretationem, res ipſa declarat longe ſecus eſſe, cum utramque recenſeam, nec hanc, nec illam rejiciens, ſed tantum indicans ſcrupulum, qui videatur in utraque lectione obſtrepere, eumque conor amoliri, per hoc & Fabri partes adjuvans. Nam is ſcrupulus gravius obſtabat, ſi legamus eum *paulum diminutum a Deo*, quam ſi *ab Angelis.*

Deinde, quod hanc diſputationem mecum ſuſceptam vocat propheticæ intelligentiæ defenſionem, ad me certe non pertinet, quum ego propheticam intelligentiam pro virili adjuvem, non impugnem. Nec hic ſine contumelia me facit intelligentiæ propheticæ adverſarium, etiamſi conſtaret Prophetam hoc ſenſiſſe quod ille vult, quum nec Fabro adverſer, & Hieronymianam annotationem nominatim etiam adducam.

Deinde, quod dixeram illum hac in parte a Thoma diſſentire, id ita defendit, quaſi criminis vice intentarim, cum nihil tale ſit in ſcriptis meis. Solus Hieronymus admonuit de *Eloim*, cæteri omnes tum Græci, tum Latini legunt *ab Angelis*, cum his conſentit Thomas, niſi quod addit diſtinctionem de corpore & anima Chriſti: E id quoniam habebat peculiare, nominatim illius feci mentionem. Quid enim magni erat ſi dixiſſem, Fabrum hic diſſentire a Thoma, ubi diſſentit ab omnibus orthodoxis, imo ab ipſo Paulo, quem putat hujus auctorem Epiſtolæ, & a publica Eccleſiæ lectione, tot ſeculis recepta comprobataque.

Quarto loco, ſic mecum argumentatur, quaſi jam conſtaret, ac definitum eſſet, legendum *a Deo*, non *ab Angelis*, cum id verſetur in quæſtione, imo maxime vertatur in dubium, quod ille veluti certum & confeſſum aſſumit, an legendum ſit *a Deo*, quod ſemel duntaxat annotavit Hieronymus, & unus, & paucis verbis, nec improbans tamen receptam lectionem, & aliis locis adducens hunc Pſalmum juxta id quod nos vulgo legimus.

Quinto loco, velut impie dictum rejicit ac refutat, quod obiter ſcripſerim, id quod in Pſalmo legitur, *minuiſti eum paulo minus ab Angelis*, de homine aſſumpto intelligendum, perinde quaſi his verbis diſtraxerim Chriſti hypoſtaſim, aut quaſi Chriſti vocabulum pro una duntaxat natura uſurparim, quum nihil tale ſermo meus F habeat: qui neque a Latinæ linguæ conſuetudine, nec a Veterum ſcriptis, nec a Sacris Litteris abhorret, niſi palam calumniari velis. Quod diminutus dicitur Chriſtus, utique pertinet ad naturam humanam aſſumptam, juxta quam diminutus eſt. Et tamen oſtendo, ex ſupervacuo, non abſurde aliquid poſſe enunciari de altera naturarum quæ ſunt in Chriſto, quod in alteram proprie competat. Sed hæc copioſius diſſeruntur in Apologia: nam paucis annotari non poſſunt.

Sexto, quod ille velut abſurdum exſecratur, *Chriſti* vocabulum pro una accipi natura, demonſtro recte accipi juxta vulgatam Scholarum opinionem, nempe pro divina unita humanæ, etiamſi negem id a me factum, idque doceo clariſſimis argumentis.

Septimo, quod ille toties inſulcit, homo aſſumptus fuit imminutus a Deo, conſtat Fabri ſermonem eſſe, non meum.

Octavo, quod diximus Chriſtum non ſolum infra Angelos deſcendiſſe, ſed infra abjectiſſimos etiam homines, Faber atrociter eum ſermonem refutat, tanquam impium & Chriſto Deoque indigniſſimum, tanquam ſpiritui adverſantem, & litteræ quæ occidit

adhærentem, tanquam Prophetæ repugnantem: quum ego multis modis demonstrem, hunc sermonem cum primis esse pium, concinentem oraculis Prophetarum, congruentem cum interpretatione orthodoxorum, cum primis consentientem cum verbis Pauli: præsertim si modum dejectionis æstimemus non juxta naturam hominis assumptam duntaxat, verum etiam juxta naturæ corruptæ injurias plerasque. Potissimum autem juxta speciem hominis nocentis, quam nostra causa gessit ad tempus, juxta quam crucifixus est inter duos facinorosos, velut & ipse damnatus ob scelera sua. Nam juxta hunc sensum potissimum placet Ambrosio, intelligi quod ad Philippenses scribit Paulus, *exinanivit semetipsum*, &c.

Nono, quod inibi ratiocinatur Faber, Si propter naturam humanam assumptam paulum est imminutus a Deo, cum Deus esse perseverarit, non consistit abjectum fuisse infra abjectissimos homines: palam est omnibus, non agere Fabrum dialectice, dum assumit adversum me, βραχύ τι hic referri ad modum dignitatis, ut opponatur *multum*, cum ego doceam referri ad tempus, ut opponatur *diu*: neque pugnant, *plurimum esse diminutum*, & *paulisper esse diminutum*.

Decimo, quod in calce hujus particulæ adjicit, me intendere hunc esse sensum Prophetæ, Christum non paulum fuisse imminutum ab Angelis, ac tanto minus a Deo: & ex his consequi, multo magis a Deo diminutum, si multum fuit diminutus ab Angelis: atque ita denique Prophetæ sensum utroque modo subrui, sive legamus *a Deo*, sive legamus *ab Angelis*, satis, opinor, ex superioribus liquet, hoc illi non modo sine causa, verum etiam sine mente in me dictum esse. Ejusdem farinæ est illa clausula, *Quare hic sermo seipsum elidit, & falsum esse omni ex parte manifestat.* Nulla enim pugna in meo sermone, sed in iis, quæ Faber ex sese comminiscitur, tota hæc pugna est.

Porro quod undecimo loco subjicit, non consistere sermonem, quo scribo Christum ne ab Angelis quidem paululum fuisse diminutum, qui ad mortem usque crucis descenderit, nemo non videt ita dictum, ut aut ipse non perpenderit quid diceret, aut amicum voluerit irridere: *Si non ab Angelis*, inquit, *paulum quidem fuit diminutus, quomodo approbatur in Propheta legendum esse, minuisti eum paulo minus ab Angelis?* Pugnant ne, *paulominus*, & *non paulominus*, *paululum*, & *non paululum?* Non animadvertit Faber hanc enunciationem, *Ne ab Angelis quidem paululum fuit diminutus*, affirmativam esse, non negativam, quæ significat diminutum, sed non paulum, imo multum: secus esset, si dixissem, *Ne paululum quidem fuit diminutus.* Liquet igitur hic nihil esse quod secum pugnet.

Duodecimo loco, quæ nos adduximus e Psalmis, *Ego sum vermis & non homo*, similiaque Christi testantia humilitatem, negat vere in Christum competere, sed tantum juxta æstimationem impiorum. Atqui cum interprete Augustino, imo Veteribus omnibus, hæc Christo tribuantur, ob humanam naturam assumptam, & naturæ nostræ injurias, postremo ob afflictiones, quas ut homo nocens perpessus est, ne hæc quidem in illum vere competent. Imo quia Christi dejectio nobis humilitatis exemplum præscribit, opinor magis convenire, ut hoc exemplum, ut summum, ita verissimum esse credamus. Quod si appellatio *vermis* & in membra Christi competit, non statim consequitur, in ipsum non competere.

Decimo tertio, quod adducit, Mariam matrem Jesu, dilectum discipulum, Magdalenam, ac reliquos multa compassione flevisse Christum, magis pro me facit. Etenim si nihil in illo erat non magnificum ac felix, quid super illo flebant?

Decimo quarto, quod rogat, qui conveniat, eum dici vermem, qui sit primogenitus omnis creaturæ, & superior est omnibus creaturis? vicissim eum rogabo, qui convenerit olim Christum dici Deum & hominem, mortalem & immortalem, Filium hominis & Filium Dei, mortuum & vivum? Quis enim non videt diversissima in eumdem competere, ob naturarum diversitatem, quas eadem hypostasis complectitur.

Decimo quinto, quod dicit, Jesum ita fuisse hominem, ut omnium maxime vere fuerit homo, nihil ad me pertinet. Mihi satis est, quod ipse sese vocat non hominem. Neque enim quisquam ita insanit, ut accipiat illum non fuisse vere hominem. Sed quemadmodum quæ contemptissima sunt, dicuntur non esse, ita dejectissimos homines, non homines dicimus. Porro an Christus magis fuerit homo quam cæteri, Dialecticis disputandum relinquo, qui negant in substantiam cadere magis & minus. Ego ut Christum hominem fuisse profiteor, ita non ausim affirmare maxime omnium fuisse hominem.

Decimo sexto, quod Christus, ut ait in Evangelio, non adscribit sibi nomen vermis, sed ea potius quæ sunt dignitatis; primum mihi satis est, quod se in Propheta vermem dixerit. Neque vero quæ in Sacris Litteris testantur Christi dignitatem, derogant illius assumptæ humilitati: ut neque retrorsum quæ declarant humilitatem, derogant celsitudini.

Decimo septimo, negat Christum vermem dici posse, quod terrenus non sit, sed juxta Paulum cœlestis, imo & cœlestis erat, & terrenus. Juxta illud dicitur Filius Dei: juxta hoc Filius hominis, sive Adæ. Porro quod addit de proportione identitatis, aut æqualitatis, an ulla talis sit, ipse viderit. Sed si hanc solam ponit in Christo, non erit ullo pacto imminutus a Deo, quod tamen fatetur Faber. Quod si juxta assumptam naturam dicitur inferior Deo Patre, proferat ille si quam novit proportionem inter creatorem & rem creatam.

Decimo octavo, quod ratiocinatur & Seraphim ad Deitatem collatos vermes dici posse, nihil ad me pertinet. Neque vero sic argumentor, inter hominem & Deum nulla est proportio, igitur homo vermis est: verum ita colligo, Christus se vermem dicit & non hominem, opprobrium & rejectamentum plebis, igitur non fuit paululum ab Angelis diminutus, sed plurimum, etiam infra vulgus hominum.

Decimo nono, quæstionem movet, an ob injurias susceptas Christus fuerit in se diminutus. Exponat quid dicat in se, & nihil fuerit negotii illi respondere. Neque ratio vetat Christum, quo plura passus est, hoc merito fuisse majorem, & tamen interim vere dejectum. Ut dissimulem hic, quod me facit adversarium suum, qui pro ipso faciam: quod meum sermonem conjungit cum opinione Judæorum, qua Christus multum fuit diminutus: quod periculum denunciat, si meis dictis pertinaciter hæream. Ego vero mea facile recantabo, si prior recantet Paulus quod scripsit, *exinanivit semetipsum*.

Vicesimo loco, negat mortem Christi dicendam humiliationem, sed magis exaltationem, quum ipse dicat, *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me.* Eadem ratione latrones poterant dici exaltati. Imo Paulus ipse, Christi passionem, diminutionem interpretatur in hac ipsa Epistola, exaltationem, resurrectionis & immortalitatis gloriam. Atque hoc loco videtur sibi parum constare Faber. Cum enim omnibus machinis hoc agat Faber, ne Christus dicatur vere humiliatus fuisse, sic concludit, passionem illius non vocandam humiliationem in malam notam. Fatetur igitur esse humiliationem in bonam notam. Atqui in optimam notam nos illi tribuimus. Quis enim aliter tribuat Christo, nisi prorsus impius?

Vigesimo primo, ait Christum, cum ista pateretur, nihilo secius fuisse Regem Angelorum, velut absurdum sit dicere illum humiliatum infra Angelos, qui Rex sit Angelorum. Atqui ea ratione non fuit inferior Deo, cum fuerit Deus. Et tamen hoc certe dat Faber.

Vigesimo secundo, sic ait, verum hæc omnia pro nobis miseris juxta oracula pati debebat, & videri admirandus supra omnes, & videri abjectus & humiliatus: nimirum innuens non humiliari, qui immeritus affligitur: imo hoc magis se dejecit, quo magis innoxius pro indignis ea pati voluit. Et, ni fallor, sicut vere visus est admirandus, ita vere visus est abjectus & humiliatus, non simpliciter, sed, quod mihi satis est, aliquo modo.

Vigesimo tertio, quod proponit de martyribus, pro me facit. Humiliantur illi, cum cervicem præbent lictori, exaltantur gloriosæ mortis tum memoria, tum præmio.

Vigesimo quarto, negat βραχύ τι ad temporis modum posse referri, quo Christus versatus est in terris, cum eum mox jubeantur adorare omnes Angeli. Mirum vero si jubentur adorare qui Deus est. Nec tamen ideo consequitur non aliqua parte fuisse inferiorem qui fuerit mortalis, cum illi sint immortales.

Vigesimo quinto, fortiter negat apud Hebræos *Meat* sonare spatium temporis, sed quantitatis, sive magnitudinis, & locis aliquot productis, putat se rem factam habere, quasi vero consequatur, si *Meat* alicubi sit usurpatum apud Hebræos, ut non declaret brevitatem temporis, non posse usquam ad temporis significationem accommodari. Certe Psalmo XXXVI. *Adhuc pusillum & non erit peccator*, Hebræis est *Meat*. Item Psalmo CVIII. *Fiant dies ejus pauci*, rursus est *Meatim*. Rursum Psalmo II. *Cum exarserit in brevi ira ejus*, est *Bimeat*. Nec dubito quin centum loca produci queant, si quis hoc agat. Vide quid est rem dubiam ut exploratam asseverare.

Vigesimo sexto, quis non videt præceptionem nihil ad rem pertinere, qua docet hæc vocabula, *multum* ac *parum*, similiaque, quoties junguntur vocabulis auctionem diminutionemve designantibus, nequaquam solere significare tempus, sed *paulo minus* adjungitur verbo *minuisti*. Non enim hic agitur, rectene verterit Latinus Interpres, sed quid Græca vox βραχύ τι declaret. Quis enim Latinus unquam dixit *paulominus* pro *paululum*? quod magis sonat *propemodum*. Quod si βραχύ τι Græcis ad tempus pertinet, non vertendum erat *paulominus* aut *paululum*, sed *paulisper*. Neque quicquam vetat ita loqui, *Paulisper auxisti rem meam*, *Paulisper dejectus fuisti*.

Vigesimo septimo, conatur & Græcorum auctoritate probare, βραχύ τι non posse ad tempus referri, quod Eustathius Homeri Interpres, de talentis loquens, βραχύ τι dixerit, non tempus indicans, sed magnitudinem aut æstimationem. Primum plus tribuendum arbitror Athanasio, Chrysostomo, Origeni, viris usque ad eloquentiæ miraculum Græce peritis, quam Eustathio alienorum Commentariorum rhapsodo. Ad hæc qui consequitur, Eustathius βραχύ τι accommodavit ad magnitudinem, igitur non potest ad temporis modum pertinere? ut, quoniam *brevem fustem* dicimus, non liceat dicere *breve tempus*.

Vigesimo octavo, quod docet, si quis tempus volet significare, dicendum esse ἐπ' ὀλίγον aut μικρόν: quod posterius est apud Joannem: hæc non significant tempus, nisi quia subauditur χρόνον, asinum significatura, si subaudiatur ὄνον, quemadmodum usu venit & in βραχεῖ, cum dicimus ἐν βραχεῖ, id est, *brevi*, nimirum *tempore*.

Vigesimo nono, docet, si Interpretes Septuaginta tempus intelligi voluissent, dicturos fuisse, Ἠλάττωσας αὐτὸν ταχὺ παρ' ἀγγέλους, idque ita Latine vertendum fuisse, *Minuisti eum cito ab Angelis*. Verum quis ita loquitur, *cito vixit*, pro *non diu vixit?* licet *cito mortuus est*, apte dicatur, qui non diu vixerit. Christus cito exaltatus fuit, quia non diu fuit humiliatus.

Tricesimo, Vulgarium & Athanasium duos facit, cum Commentarii in Epistolas Pauli, qui circumferuntur versi a quodam Priore S. Balbinæ, Vulgarii sint, seu potius Theophylacti Bulgariensis Episcopi, non Athanasii. Quod protinus deprehendet qui Græca contulerit.

Tricesimo primo, cum Faber asseveret hanc lectionem esse impiam atque adeo hæreticam, si quis contendat tueri, *paulisper imminutus ab Angelis*, tamen Chrysostomum ac cæteros orthodoxos omnes non aliter excusat, quam quod decepti per Septuaginta, qui verterint *ab Angelis*, putarint sic esse apud Hebræos, ac difficultate loci constricti, huc confugerint, ut βραχύ τι ad temporis modum detorquerent, sed falso. Mallem illum de tantis Ecclesiæ columnis paulo civilius fuisse loquutum, præsertim cum nemo sit omnium qui non cum illis hac in parte sentiat. Ipse denique Hieronymus illis assentitur, sicut ante docuimus, idque in opere non suspecto: cum Commentarii, quos habemus in Psalmos, aut non sint Hieronymi, aut certe multis locis contaminati sint alienis emblematis: ut omittam, quod tot seculis magno consensu sic legitur,

sic

sic cantat, sic docet Ecclesia: quæ ut labi possit alicubi, certe sensum hæreticum non amplecteretur tot ætatibus.

Tricesimo secundo, quæ adducit ex Evangelio de dignitate Christi, contra me non faciunt, qui sic illi tribuo pro tempore assumptam humilitatem, ut dignitati non derogem: Uno, inquit, Patre minor dicitur: verum, sed eidem Patri fuit æqualis: ita secundum aliquid inferior fuit Angelis, non simpliciter inferior.

Tricesimo tertio, multis verbis docere nititur hominem unitum Divinitati hoc ipso, sic exaltatum fuisse super omnia, ut paulum esset imminutus a Deo. Atqui quod Faber hic vocat exaltationem, Paulus vocat exinanitionem. Et addit, *formam servi accipiens*, quod ipse quoque Faber superius interpretatur humanam naturam. Certe Faber inæqualitatem ponit in Christo secundum quiddam: quæ si sumitur juxta comparationem divinæ naturæ & humanæ, quomodo secundum hæc dici potest paulum diminutus.

Tricesimo quarto, exspatiatur in campum late patentem, multa colligens de excellentia Christi, quibus adeo nihil detraho, ut ad illius dignitatem mihi jejune parceque dicta videantur. Sed, ut ante demonstratum est, hæc non officiunt iis, quæ de ejusdem humilitate sunt dicta, juxta naturam assumptam.

Tricesimo quinto, quando Faber usque adeo mordicus tenet, Christum non nisi paululum fuisse imminutum a Deo, vel illud expediat, quo sensu Paulus dicat eumdem exinanisse se? An exinanire significat paululum quiddam diminui, quod nobis pene sonat, in nihilum redigere? Perinde quasi dicas, exanimavit hominem, & interpreteris, id est, leviter commovit.

Tricesimo sexto, non satis amice patrocinatur Aquinati: qui Græce Hebraiceque ignarus, sequutus sit aliorum errorem. Atqui si Christus nullo modo fuit Angelis inferior, manifesta blasphemia est, illum Angelis facere inferiorem. Id certe vel citra linguarum peritiam sentire poterat Thomas, vir non omnino stupidus.

Tricesimo septimo, quoniam Faber omnem culpam rejicit in Interpretem, sic argumentabar, Si Lucas est Interpres hujus Epistolæ, hunc non oportet reum agere. Id, inquit, non recipimus, quum omnes sentiant incerto auctore translatam. Imo quisquis est, cujus exstat argumentum in hanc Epistolam, testatur Lucam plusquam Interpretem hujus Epistolæ fuisse, qui memor sensus & ordinis post obitum Pauli, ex sua memoria Græce illam descripserit. Non asseverat, inquis, sed testatur ita multos sensisse. Quod si prorsus incertus est Interpres, ut fatetur, quomodo Faber certo negat esse Lucam?

Tricesimo octavo, jam adjicit in fine, Cæterum non oportet auctoritatem scribentis, quicumque is fuerit, sed veritatem facere victoriam. Id si verum est, quomodo Faber unam unius Hieronymi annotationem sequutus, de re tanta tam constanter pronunciat? Deinde quid si Lucas sit auctor, nam id assumpsi, non erit huic aliquid deferendum?

Tricesimo nono, fatetur *Eloim* Hebræis polysemum esse, & respondere duabus vocibus Latinis *Deus* & *Dii*. Verum est quod fatetur & negari non potest, cæterum hoc adjiciendum erat, quod constat *Eloim* non solum sonare Deos, verum primates, judices, denique & Angelos.

Quadragesimo, hoc ait interesse, quod *Eloim*, quoties absque pluralitatis nota ponitur, *Deum* sonat, atque ita semper transtulerunt Septuaginta; rursum quoties *Deos* sonat, additur *col*, pluralitatis nota. Id nihil opus est aliunde petitis argumentis refellere, cum ipse sermo ψευδόμενος se ipsum refellat. In hoc Psalmo non additur *col*, & tamen non verterunt *Deum*. Rursum Exodi XXII. *Diis non detrahes*, non apponitur *col*, & tamen verterunt *Deos*.

Quadragesimo primo, flagellat Interpretem hujus Epistolæ, qui in Psalmo non verterit *me-Eloim, a Deo*, cum idem fecerint Septuaginta, quibus magis conveniebat hoc imputari.

Quadragesimo secundo, quidam Hebræus Hispanus, homo mea sententia, non vulgariter exercitatus in suis literis, ait hoc interesse inter *Eloim* & *Malachim*, quod Angeli quoque, quoties de dignitate agitur, quod assistunt Deo, *Eloim* vocantur: ubi de functione, hoc est, cum aliquo mittuntur, *Malachim* vocantur. At hic dignitatis fit collatio.

Quadragesimo tertio, elevat paraphrasin Chaldæorum, quæ juxta Septuaginta translationem pro *Eloim* habet *Malachim*, id est, Angelos. Cui ego in hac sane parte puto nonnihil tribuendum, præsertim cum consentiat cum auctoritate Septuaginta, quam fere sequuntur & Apostoli.

Quadragesimo quarto, ut censor severus objurgat me, & amentiæ accusat, qui scripserim, quod Hieronymus non videatur admodum probasse, hunc Psalmum proprie tribui Christo, sic detorquens, quasi proprie dixerim vere, cum Latine, ut opinor, dixerim proprie tribui quod ita tribuitur, ut in alium neminem competat. Permulta sunt in Psalmis, quæ nobis cum Christo sunt communia. Nihil igitur in his meis verbis, quod tam acriter debuit incessi.

Quadragesimo quinto, procul rejicit meam conjecturam, quod collegerim ideo videri non admodum probari Hieronymo, hæc proprie tribui Christo, quod scripserit, *hunc locum Apostolus in Epistola ad Hebræos super Christo interpretatur*. Fateor gravem auctorem Paulum, sed primum incertum, an is hujus Epistolæ sit auctor. Deinde fatetur Hieronymus hunc Scripturas aliquando ad victoriam detorquere. Postremo non video quomodo possit totus hic Psalmus Christo accommodari. Solemus autem in auctorem rejicere, si quando ipsi fidem dictorum præstare nolumus. Verum id quoniam paucis annotari non potest, ex Apologia qui volet reliqua petat. Neque hic quicquam affirmo, tantum aio videri.

Quadragesimo sexto, quod Christus in Evangelio citat versiculum ex hoc Psalmo, *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem*, non arguit necessario Psalmum hunc proprie in Christum competere, imo sententia potest esse generalis, quam adducit.

Quadragesimo septimo, stultitiam impingit, qui scripserim usque adeo dubitatum de auctore hujus Epistolæ, ut sero sit recepta a Romanis, cum hoc ad rem propositam nihil attineat. Certe hactenus pertinebat, ut, si Pauli non est, minus nos ejus urgeat auctoritas.

Quadragesimo octavo, negat constare, quod hanc Romani sero receperint. Neque mihi constaret, nisi Hieronymus hoc literis prodidisset, testans sua ætate Apocalypsim non fuisse receptam a Græcis, Epistolam ad Hebræos a Latinis. Nam hanc Græci libentius receperunt in odium Arianorum. Comperiet hoc non esse meum somnium, qui legerit Epistolam ad Dardanum de terra repromissionis, ubi fatetur a Latinis non fuisse receptam, cum maxime vellet esse receptam. Legat ejusdem Commentarios in Esaiæ caput VI. Rursum ejusdem in caput VIII. clarius etiam, rursum in Matthæi caput XXVI.

Quadragesimo nono, arguit eam fuisse receptam a Romanis jam olim, quod hæc translatio præcesserit tempora Hieronymi. Ut hoc donemus esse verum, tamen hinc nihil aliud confici potest, quam hanc Epistolam translatam fuisse ante tempora Hieronymi. Neque enim statim quod translatum est, receptum est.

Quinquagesimo, existimat evidentissimum esse argumentum, Epistolam hanc fuisse receptam a Romanis, quod Hieronymus utatur ejus testimonio adversus Jovinianum. Si ideo fuit recepta, quod hujus utitur testimonio, receptus fuit & Pythagoras, cujus adversus eumdem utitur testimonio.

Quinquagesimo primo, suaviter irridet argumentationem meam, ut minime dialecticam, Sero fuit recepta, quia in hanc nihil commentatus est Ambrosius, quasi consequatur pari ratione, in quemcumque librum non scripsit Commentarios Ambrosius, eum sero fuisse receptum a Romana Ecclesia. Ac vere prædicat, hoc enthymema non unis dignum Anticyris, si quis ad eum colligat modum. At ego in re conjecturali synathrœsmo sum usus. Primum quod sero recepta sit, teste Hieronymo: deinde quod quædam in ea citentur ex Hebræorum voluminibus, quæ illic non reperiantur. Addo in cumulum conjecturarum, quod Ambrosius, cum in cæteras omnes scripserit, in hanc unam non scripserit. Erant & aliæ conjecturæ, quas hic velut aliud agens non putavi recensendas. Nec est necesse, ut ex singulis conjecturis nascatur certa conclusio. Satis est, si ex multis congestis argumentis confletur probabilis suspicio.

Quinquagesimo secundo, existimat argumentum irrefutabile, hanc Epistolam fuisse receptam, quod Ambrosius ac Hieronymus in libellis suis utantur illius testimonio. Id argumento est, sic fuisse receptam, ut jam tum a multis legeretur, veluti Pauli, non autem fuisse receptam auctoritate publica, velut partem Scripturæ canonicæ, de qua non liceret dubitare.

Quinquagesimo tertio, jam ad argumentum, quod adducit ex Dionysio, qui in libris *de divinis nominibus* adducat hujus Epistolæ testimonium, respondeo, quoniam incertus est ille Dionysius, fieri posse, ut aliquanto posterior fuerit Ambrosio.

Quinquagesimo quarto, fortiter asseverat nullos unquam de hac Epistola dubitasse, præter Ebionitas, Marcionitas, & horum similes Hæreticos. Quod si doceo Hieronymum & Augustinum de hac Epistola dubitasse, sicut mox & in calce hujus Epistolæ docebimus, ex regula Fabri consequetur eos esse hæreticos, qui nobis certe sunt orthodoxi, nec dubito quin & ipsi Fabro.

Quinquagesimo quinto, ait, Hieronymum, cum ait illic quædam citari, quæ non compareant apud Hebræos, hæreticorum recitare calumnias, non suam sententiam. Quid senserit Hieronymus de hac Epistola, mihi non satis liquet: nam is vafer est, & in hac fuit opinione, ut non protinus evulgandum sit, quod apud te senseris, quando Christus turbis per parabolas loquutus est, solis Discipulis aperiens regni mysterium. Quod si apud Hebræos ea reperiuntur, cur Hieronymus non indicat?

Quinquagesimo sexto, in calce concludit de hac non esse dubitandum, quandoquidem sacrosanctæ Synodi & Canones eam approbarunt. De Synodorum approbatione mihi non constat. Nunc certe constat receptam. Quo animo recepta sit, mihi nondum constat, an ut Pauli, an ut cui debeatur par auctoritas cum cæteris. Quibuscunque legibus recepta est, eam accipio: tantum illud dicam, Apocalypsis si non fuisset in Canonem recepta, nihilominus consistere potuisse fidem Christianam. Porro si sacrosancta Synodus approbavit Epistolam ad Hebræos, cur audet Faber in ea locum taxare velut impium & Christo indignum? nisi forte Synodo fuit exemplar emendatum, & mox ab approbatione, repente totius orbis, Græci pariter ac Latini codices, omnes depravati sunt, adeo ut a nemine sciri potuerit, quid ea Synodus legisset.

Quinquagesimo septimo, quicquid est incommodi, aut offendiculi, id in Interpretem rejicit, sed meo judicio parum prudenter, in tanto Græcorum ac Latinorum codicum consensu, præsertim quum nemo Veterum hoc lemmate sit usus, tum incertum sit, an Lucas sit Interpres. Verum hac de re nihil contendo: tantum tribus verbis admoneo Lectorem, quo illi cogitandi quærendique materiam suppeditem, quod quidem maxime conveniebat huic argumento, quo profitemur annotationes, non definitiones.

Summa rerum capita paucis annotavimus fastidioso Lectori. Qui volet rem plenius cognoscere, legat Apologiam nostram, qua Fabro respondemus. Imperitiæ crimen facile agnoscam, impietatis in Christum nec debeo, nec possum agnoscere, cui soli fateor omnem deberi gloriam, longe majorem, quam omnis humana prædicatio queat illi tribuere. Nec est contumelia, quod illi tribuimus humilitatem, cujus crucem, cujus flagra reverenter adoramus etiam, cujus ignominia, nostra est gloria. Atque utinam Faber, dum suam tuetur sententiam, non impetisset simplicem ac sincerum amicum tot dictis odiosissimis, quod illo viro dignum erat, etiamsi quid illi fuissem adversatus. Et tamen quod ad contumeliam attinet, facile vel negligo, vel amicitiæ condono, vel homini denique ignosco, præsertim cum quicquid hic criminis aut erroris impingit, sit mihi cum probatissimis Ecclesiæ Doctoribus, imo cum publico totius Ecclesiæ judicio commune. Cæterum non opinor tantum esse tribuendum amico, ut in illius gratiam haberi velis blasphemus & impius in Christum, ubi non sis. Et hanc tamen

ταγμένα. 9 Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τȣ̃ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐςεφανωμένον, ὅπως χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτȣ. 10 Ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ, δι' ὃν τὰ πάντα καὶ δι' ȣ̃ τὰ πάντα, πολλȣ̀ς υἱȣ̀ς εἰς δόξαν ἀγαγόντα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν, διὰ παθημάτων τελειῶσαι. 11 Ὅ τε γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες· δι' ἣν αἰτίαν ȣ̓κ ἐπαισχύνεται ἀδελφȣ̀ς αὐτȣ̀ς καλεῖν, 12 Λέγων, Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σȣ τοῖς ἀδελφοῖς μȣ, ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. 13 Καὶ πάλιν, Ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ. Καὶ πάλιν, Ἰδȣ̀ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. 14 Ἐπεὶ ȣ̓̃ν τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν, ἵνα διὰ τȣ̃ θανάτȣ καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τȣ̃ θανάτȣ, τȣτέςι, τὸν διάβολον, 15 Καὶ ἀπαλλάξῃ τȣ́τȣς, ὅσοι φόβῳ θανάτȣ διαπαντὸς τȣ̃ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. 16 Οὐ γὰρ δήπȣ ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται. 17 Ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, ἵνα ἐλεήμων γένηται καὶ πιςὸς Ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τȣ̃ λαȣ̃. 18 Ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθεὶς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι.

III. 1 Ὅθεν, ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν Ἀπόςολον καὶ Ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Χριςὸν Ἰησοῦν, 2 Πιςὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, ὡς καὶ Μωσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτȣ̃. 3 Πλείονος γὰρ δόξης ȣ̃τος παρὰ Μωσῆν ἠξίωται, καθ' ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει τȣ̃ οἴκου ὁ κατασκευάσας αὐτόν. 4 Πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος. Ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας Θεός. 5 Καὶ Μωσῆς μὲν πιςὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτȣ̃ ὡς θεράπων, εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων. 6 Χριςὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς, ἐάνπερ τὴν παῤῥησίαν καὶ τὸ καύχημα τῆς ἐλπίδος μέχρι τέλους βεβαίαν κατασχῶμεν. 7 Διὸ καθὼς λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκȣ́σητε, 8 Μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ κα-

subjecta. 9 Eum vero, qui paulisper diminutus fuerat infra angelos, cernimus Jesum, propter cruciatum mortis, gloria & honore coronatum, ut [7] per gratiam Dei [8] pro omni gustaret mortem. 10 [9] Decebat enim eum, propter quem sunt omnia & per quem sunt omnia, ut, multis filiis in gloriam adductis, [10] principem salutis illorum per afflictiones perfectum redderet. 11 Quandoquidem & qui sanctificat & qui sanctificantur ex uno sunt omnes: quam ob causam non erubescit fratres illos vocare, 12 Dicens, Annunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ [11] laudabo te. 13 Et rursum, Ego ero [12] fidens in illo. Et iterum, Ecce ego [13] & pueri, quos mihi dedit Deus. 14 Postea quam igitur pueri commercium habent cum carne & sanguine, & ipse similiter particeps factus est eorumdem, ut per mortem aboleret eum qui mortis habebat imperium, hoc est, diabolum, 15 Et liberos redderet eos, quicumque metu mortis per omnem vitam obnoxii erant servituti. 16 [14] Non enim videlicet angelos assumit, sed semen Abrahæ assumit. 17 Unde debuit per omnia fratribus similis reddi, ut misericors esset [15] & fidelis Pontifex [16] in his quæ apud Deum forent agenda, ad expiandum peccata populi. 18 [17] Nam ex hoc quod ipsi contigit [18] tentatum esse, potest [19] & iis qui tentantur succurrere.

III. 1 Unde, fratres sancti, vocationis cœlestis participes, considerate Apostolum & [1] Pontificem confessionis nostræ Christum Jesum, 2 Quod fidelis sit ei qui ipsum constituit, quemadmodum & Moses [2] in tota domo ipsius. 3 Tanto namque [3] majore gloria quam Moses hic dignus est habitus, quanto majorem habet honorem is qui construxit domum quam [4] ipsa domus. 4 Omnis enim domus construitur ab aliquo. Porro qui condidit omnia, Deus est. 5 Et Moses quidem fidelis fuit in tota domo illius veluti minister, in testimonium eorum quæ post dicenda erant. 6 At Christus tanquam filius administravit domum ipsius, [5] cujus domus sumus nos, si [6] fiduciam [7] & gloriationem spei ad finem usque firmam tenuerimus. 7 Quapropter sicut dicit Spiritus ille sanctus, Hodie si vocem ejus audieritis, 8 Ne obduretis corda vestra, sicut in exacerbatione in die tentationis in

men calumniam sic a me depuli, ut, quoad licuit, non læserim amici famam: ut nemini dubium esse possit, quin necessitatis fuerit, quod me defendi, Christiani pudoris, quod a talione abstinui.

6 *Eum vero qui modico quam ab Angelis*] Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλȣς ἠλαττωμένον, id est, *Eum vero qui paulum quiddam præ Angelis diminutus est*, si quis verbum verbo reddat: si quis sensum malit, *Eum vero qui paulisper præ Angelis diminutus est.*

7 *Gratia Dei*] Hîc ablativi casus est χάριτι Θεȣ̃, id est, *per gratiam Dei*, hoc est, beneficio divino.

8 *Pro omnibus*] ὑπὲρ παντὸς, id est, *pro universo*, sive *pro omni*, aut *quovis.*

9 *Decebat enim eum*] Hoc ad Patrem est referendum, non ad Filium. Laborat enim in hoc Theophylactus, ne præpositio *per* diminuere videatur auctoritatem. Nam & per eum fieri dicuntur omnia, a quo fiunt omnia. Proinde non solum de Filio dicitur, quod *per illum condita sunt omnia*, verum etiam de Patre. Unde *consummare* legendum est active, non passive, τελειῶσαι. Certe in exemplari, quod nobis exhibuit Bibliotheca Paulina apud Londinum, scriptum visitur *consummare*, licet depravator aliquis *e* transpunxerit calamo. Suffragabatur codex Constantiensis vetustior. Sensus enim hic est, Decebat enim eum, nempe Patrem, qui non unum Filium Jesum, sed cum illo multos adducere vellet in gloriam, ut eum, qui esset princeps ac dux salutis cæterorum, legitimum & perfectum redderet variis afflictionibus. Ad eum modum & legit & interpretatur Chrysostomus. Proinde Librariorum errore in nonnullis codicibus *consummari* scriptum habetur verbum passivum. Quam tamen lectionem reperio in Commentariis Fabri.

10 *Auctorem salutis*] ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας, hoc est, *ducem* ac *principem salutis.* Nam auctoritas magis est penes Patrem, juxta divum Hilarium, etiamsi Christus etiam auctor est.

11 *Laudabo te*] ὑμνήσω σε, *hymnis celebrabo te.*

12 *Fidens in eum*] *In eodem*, πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ.

13 *Et pueri mei*] *Mei* superest, τὰ παιδία, ἅ μοι, id est, *pueri, quos mihi.*

14 *Nunquam enim Angelos apprehendit*] Οὐ γὰρ δήπȣ, id est, *Non enim videlicet.* Quanquam δὴ expletiva conjunctio vehementiæ nonnihil addit. Et πȣ nonnunquam vertitur *alicubi*, ut sit sensus, Nusquam in Divinis Litteris legi, quod Deus assumpserit Angelicam naturam. Quod si probatur, vertendum erat, *Non enim usquam sane Angelos apprehendit.* Ad eum sensum facit & verbum præsentis temporis. Demiror autem quid secutus Interpres Chrysostomi legat, *Non enim quemquam Angelorum apprehendit*, nisi forte putavit in genitivo ἀγγέλων subaudiri τινα, verum is genitivus est verbi. Certe Chrysostomus Græcus non discrepat a nostra lectione. Jam ipse Chrysostomus admonet metaphoram sumptam ab iis, qui cursu insequentes, fugientem occupant ac retrahunt. Angelos lapsos Christus non redemit, nec assumpsit illorum naturam. *Angelos apprehendit. Apprehendit*, præsentis temporis, ἐπιλαμβάνεται, id est, *assumit* & *induit*, quemadmodum & mox, *semen Abrahæ apprehendit.* Quanquam alias utatur hoc verbo Paulus pro assequi.

15 *Et fidelis Pontifex*] Ἀρχιερεὺς, id est, *Summus sacerdos*: tametsi sæpius ita vertit.

16 *Ad Deum*] τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, id est, *in his quæ ad Deum pertinent*, aut *quæ apud Deum aguntur.*

17 *In eo enim*] Ἐν ᾧ γὰρ, id est, *Nam in eo quod*, hoc est, Ideo quod.

18 *Et tentatus*] *Et* copula redundat, nec legitur in vetustis Latinorum exemplaribus. Sunt autem meo quidem judicio conjungenda hæc duo, πέπονθεν πειρασθεὶς, id est, *quod accidit illi tentari*, ut participium positum sit loco verbi infinitivi.

19 *Et eis qui tentantur*] Redundat hîc quoque copula &. In vetustiore codice Constantiensi quispiam adjecerat in spatio.

1 P*ontificem confessionis vestræ*] *Nostræ* legunt Græci, ἡμῶν: atque ita Chrysostomus, suffragante vetustissimo simul & fidelissimo codice Paulino. Consentiebat uterque Constantiensis. Ac rursus est Ἀρχιερέα. Cæterum *Apostolum* vertere poterat *Legatum.* Mihi rectius videtur quadrare *professio*, quam *confessio*, quando Græca vox est ambigua.

2 *In omni domo*] ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ, id est, *in tota domo.*

3 *Amplioris enim gloriæ*] Interpres sequutus Græcum sermonem, genitivum vertit pro ablativo. Dicendum erat, *ampliori gloria dignus.*

4 *Habet domus*] Rursum hîc genitivum pro ablativo transtulit: nam dicendum erat, *ampliorem domo*, vel *ampliorem quam domus.* Laurentius indicat hîc lapsum Remigium Interpretem, qui non invenerit exitum sententiæ, eamque culpam rejicit in Latinum Interpretem. Thomas, & hoc recentiores, accipiunt *honorem domus*, gloriam in domo, aut de domo, secus interpretantibus Chrysostomo & Theophylacto, qui populum Dei domus appellatione designatum volunt. Moyses administravit populum, Christus condidit. Nos, quo magis perspicuus foret sensus, expressimus ad hunc modum: *Tanto namque majore gloria quam Moyses, hic dignus est habitus, quanto majorem habet honorem, qui construxit domum, quam ipsa domus.*

5 *Quæ domus*] ȣ̃ οἶκος, id est, *cujus domus*, ut *cujus* referatur vel ad Deum, vel ad Christum.

6 *Fiduciam*] παῤῥησίαν, quasi dicas, *audaciam.*

7 *Et gloriam*] καύχημα plus aliquid adjecit, si non solum fidamus, verum etiam gloriemur, ac veluti jactemus sortem nostram.

8 *Pro-*

κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, 9 Οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν, ἐδοκίμασάν με, 10 καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου τεσσαράκοντα ἔτη. Διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, καὶ εἶπον, Ἀεὶ πλανῶνται 11 τῇ καρδίᾳ, αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου, Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κα- 12 τάπαυσίν μου. Βλέπετε, ἀδελφοὶ, μή ποτε ἔσαι ἔν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ ἀπισίας, ἐν τῷ ἀποσῆ- 13 ναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος, Ἀλλὰ παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς καθ' ἑκάσην ἡμέραν, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται, ἵνα μὴ σκληρυνθῇ τις ἐξ ὑμῶν ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας. 14 Μέτοχοι γὰρ γεγόναμεν τοῦ Χρισοῦ, ἐάν περ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποσάσεως μέχρι τέλους βεβαίαν κατασχῶ- 15 μεν. Ἐν τῷ λέγεσθαι, Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς 16 ἐν τῷ παραπικρασμῷ. Τινὲς γὰρ ἀκούσαντες παρεπίκραναν, ἀλλ' οὐ πάντες οἱ ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου 17 διὰ Μωσέως. Τίσι δὲ προσώχθισε τεσσαράκοντα ἔτη; Οὐχὶ τοῖς ἁμαρτήσασιν; ὧν τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ 18 ἐρήμῳ. Τίσι δὲ ὤμοσε, μὴ εἰσελεύσεσθαι εἰς τὴν 19 κατάπαυσιν αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἀπειθήσασι; Καὶ βλέ- IV. 1 πομεν, ὅτι οὐκ ἠδυνήθησαν εἰσελθεῖν δι' ἀπισίαν. Φοβηθῶμεν οὖν, μή ποτε καταλειπομένης ἐπαγγελίας εἰσελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑ- 2 σερηκέναι. Καὶ γάρ ἐσμεν εὐηγγελισμένοι, καθάπερ κἀκεῖνοι. Ἀλλ' οὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς ἐκεί- 3 νους, μὴ συγκεκραμένος τῇ πίσει τοῖς ἀκούσασιν. Εἰσερχόμεθα

in deserto, Ubi tentaverunt me patres vestri, 8 probaverunt me, & viderunt opera mea 9 quadraginta annis. Quapropter 10 infensus eram 11 generationi illi, 10 12 & dicebam, Semper errant corde, ipsi vero non cognoverunt vias meas, 13 Sicut juravi in ira mea, si 11 ingressuri sunt in requiem meam. Videte, fratres, 14 12 ne quando sit in ullo vestrum cor pravum obnoxium incredulitati, 15 ut desciscat a Deo vivente, Sed ex- 13 hortemini vos invicem quotidie, quoad 16 appellatur dies hodiernus, 17 ne quis ex vobis induretur seductione peccati. Christi participes facti sumus, si sane 14 initium substantiæ usque ad finem firmum tenuerimus. In hoc quod dicitur, 18 Hodie si vocem ejus au- 15 dieritis, ne obduretis corda vestra, sicut 19 in exacerbatione. 20 Nam quidam, quum audissent, exacerba- 16 verunt, at non omnes qui profecti fuerant ex Ægypto per Mosen. Quibus autem infensus fuit quadra- 17 ginta annis? Nonne iis qui peccaverant? 21 quorum membra conciderunt in deserto. Quibus autem jura- 18 vit, 22 non ingressuros in requiem suam, nisi iis qui non obedierant? Et videmus, 23 quod non potuerint in- 19 gredi propter incredulitatem. Metuamus igitur, 1 IV. 1 ne quando derelicta promissione introeundi in requiem ejus, videatur 2 aliquis ex vobis fuisse frustratus. 3 Et- 2 enim nobis annunciatum est, quemadmodum & illis. At non profuit illis audisse sermonem, quod is 4 non esset cum fide conjunctus 5 iis qui audierant. Introi- 3 mus

8 *Probaverunt*] Græci addunt *me*.

9 *Quadraginta annis*] Hoc Græci distinctione referunt ad superiora, *viderunt opera mea per quadraginta annos*. At eam lectionem palam refellit quod sequitur, *Quibus autem infensus fuit quadraginta annis?*

10 *Offensus fui generationi*] προσώχθισα. Laurentius magis probat *infensus* quam *offensus*, ob id, ni fallor, quod *offensus* dure cohæret cum dativo, *generationi isti*. Etiamsi apud Suetonium legimus, *offensior pontificibus*, pro subiratus. Porro Græcis προσοχθεῖν, est tædium molestiamque capere ex re quapiam. Denique Hebræis est קוּט, quod tædii molestiæque significationem sonat. Unde divus Hieronymus transtulit, *Quadraginta annis displicuit mihi generatio illa*, hoc est, Pertuli eam semper rebellantem, idque non sine tædio meo. Nam Deus in Litteris Divinis sæpenumero hominum more loquitur. Græca dictio composita videtur ab ὄχθη *ripa*, sive locus asper, in quem impingunt naves.

11 *Generationi huic*] ἐκείνῃ est Græce, id est, *illi*: & *illa* vertit Hieronymus, ut modo indicatum est.

12 *Et dixi semper*] Græci distinguunt, ut *semper* adverbium referatur ad verbum *errant*, nec additur pronomen *ii*.

13 *Quibus juravi*] Ὡς ὤμοσα, id est, *Sicut juravi*. Interpres legisse videtur οἷς. Porro illud, *si introibunt*, est abjurantis, ut perinde valeat, quasi dicas, *Juravi eos non ingressuros in requiem meam*. Aliquoties addimus, emoriar, si fecero: dispeream, ni optimum erat.

14 *Ne forte*] μή ποτε, id est, *ne quando*.

15 *Discedendi a Deo vivo*] ἐν τῷ ἀποσῆναι, id est, *in deficiendo*, sive *desciscendo*.

16 *Hodie cognominatur*] τὸ σήμερον καλεῖται, id est, *hodie vocatur*. Totum enim hoc tempus usque ad vitæ finem vocatur *hodie*.

17 *Ut non obduretur*] ἵνα μὴ, id est, *ut ne*.

18 *Hodie si vocem ejus*] In repetitione hujus sermonis nonnulli Græcorum codices habebant φωνῆς μου, id est, *vocem meam*. Alii rursus αὐτοῦ, id est, *ejus*. Indicat Chrysostomus hic hyperbaton esse, in hoc quod dicitur *vocem ejus*, &c. Totum enim sermonem, qui in medio est, pendere usque ad initium proximi capitis, *Timeamus ergo*. Porro *ergo* addidit ad corrigendum hyperbatum longiusculum. Item hyperbaton videri potest in eo quod præcessit: *Sicut dicit Spiritus sanctus, Hodie* &c. usque ad verbum, *Videte fratres*. Siquidem in medio nullum est verbum, quod absolvat orationem.

19 *In illa exacerbatione*] *Illa* redundat, nisi quod additum est, explanandæ rei gratia.

20 *Quidam enim audientes*] ἀκούσαντες, præteriti temporis est, id est, *cum audissent*.

21 *Quorum cadavera*] ὧν τὰ κῶλα, id est, *quorum membra*. Interpres legisse videtur πτώματα, nisi maluit exprimere sensum; nam *membra* dicuntur & vivorum.

22 *Non introire*] μὴ εἰσελεύσεσθαι, id est, *non introituros*.

23 *Quia non potuerunt introire*] Hoc loco verba quæ adduntur, *in requiem ipsius*, non invenio in Græcis exemplaribus, ne in antiquis quidem Latinis. Verum e superioribus apparet adjecta.

1 *NE forte*] μή ποτε, id est, *ne quando*.

2 *Aliquis ex nobis deesse*] ὑσερηκέναι, id est, *non assequutus fuisse*.

3 *Et nobis*] *Et* redundat. *Nunciatum est*, εὐηγγελισμένοι, id est, ut ad verbum reddam, *evangelizati sumus*, hoc est, nobis prædicatum est Evangelium. Sic alibi *pauperes evangelizantur*.

4 *Non admixtus*] μὴ συγκεκραμένος, id est, *non contemperatus*, hoc est, non apte conjunctus, velut anima copulatur corpori temperatura, quod fides veluti vita sit auditui.

5 *Ex his quæ audierunt*] τοῖς ἀκούσασιν, id est, *iis qui audierunt*. Porro dativus hic pertinet ad participium *admixtus*. Hunc locum perturbatiorem reperio in Græcorum Commentariis. Apud Theophylactum Græcum mendosus habebatur, apud versum etiam mutilus: proinde Theophylacti Græca subscribam, ut habent: Μὴ συγκεκραμένους τῇ πίσει τοῖς ἀκούσασι, τοῦτ' ἐσὶ, μὴ ἑνωθέντας, μὴ συμφρονήσαντας περὶ τῆς πίσεως τοῖς ἀκούσασιν, ἀλλ' ἀπορραγέντας αὐτῶν. Θαυμασίως δὲ οὐκ εἶπε, μὴ συμφωνήσαντας, ἀλλὰ μὴ συγκεκραμένους, ἵνα τὴν ἄκραν ἕνωσιν δηλώσῃ. Ἀκούσαντας δὲ ἐνταῦθα λέγει τοὺς πισεύσαντας· οὗτοι γὰρ τῷ ὄντι ἀκούσαντες ἂν λέγοιντο. Ὁ δὲ ἐν ἁγίοις Ἰωάννης μὴ συγκεκραμένους ἐνόησε τοὺς περὶ Χαλὲβ καὶ Ἰησοῦν· οὗτοι γὰρ ἀσυσασίασοι ἔμειναν, οὐδὲ συνανεκράθησάν, φησιν, οὐδὲ συνέσησαν, καὶ συνεφθάρησαν τοῖς ἄλλοις σασιάζουσι καὶ μίαν πᾶσι γνώμην σχοῦσι. Τίσι δὲ τούτοις; Τοῖς ἀκούσασι, καὶ μηδὲν ὠφεληθεῖσι. Τοῦτο δὲ κατὰ τὴν μεγάλην αὐτοῦ καὶ βαθεῖαν σοφίαν ὁ ἅγιος οὗτος εἰπὼν, ἐμοὶ γοῦν ἀναξίῳ οὐκ ἔδωκε νοῆσαι πῶς αὐτὸ εἶπεν. Id est, *Non admixtos fidei iis qui audierant, hoc est, non unitos, non concordes de fide cum iis qui audierant, sed ab illis divulsos. Mire vero non dixit*, non consentientes, *sed* non commixtos, *quo summam unitatem declararet*. Qui audierant *hic dicit pro eo, quod est*, qui crediderant: *nam hi cuipiam audisse dici possunt. Cæterum divus Joannes non admixtos intelligit Chaleb & Jesum: nam hi permanserunt alieni a seditione, neque simul cum cæteris seditionem moventibus, eumdemque cum omnibus animum habentibus, inquit, commixti sunt, neque simul insurrexerunt, neque simul consumpti sunt. Quibus autem illis? Nimirum iis qui audierunt, nec ullam receperunt utilitatem. Hoc vero juxta magnam suam ac profundam sapientiam locutus est sanctus ille, mihi vero indigno non dedit intellectum, quomodo hoc dixerit*. Hæc Theophylactus, quum in translatione Latina quædam diversa sint, quædam absint. Nam illic *Basilii*, non *Joannis*, fit mentio, & postremi versus prætermissi sunt. Ex his colligo vel apud Græcos fuisse duplicem lectionem, vel apud nos lectionem esse depravatam. Etenim si Græci recte legunt συγκεκραμένους, nobis *admixtis* legendum est, non *admixtus*. Et sane in vetustiore codice Constantiensi habebatur *admixtis*, citra ullum rasuræ aut inductionis vestigium. Nec dubito quin eadem lectio in pluribus exemplaribus inveniri queat, si quis vetustas excutiat Bibliothecas. Quinimo dum hæc scribo, consulo Editionem Hispanicam, & *admixtis* comperio, non *admixtus*, & Græce συγκεκραμένους, non συγκεκραμένος. Unde apparet & apud Græcos fuisse duplicem lectionem. Nam & in Theophylacto scriptum erat συγκεκραμένως per ω, quod aliquis correxerat, annotata diphthongo ου: & Editio Aldina habebat συγκεκραμένος, consentiens cum exemplaribus, quæ nos sequuti sumus. Sed in utraque lectione scrupuli nonnihil est. Etenim si legas συγκεκραμένους, non consistit interpretatio Chrysostomi locum accommodantis ad Chaleb & Jesum Nave: nam his plane sermo profuit, qui ideo se non admiscuerunt seditioni, quia credebant sermoni divino. Si legas συγκεκραμένος, dure cohærent duo dativi τῇ πίσει & τοῖς ἀκούσασι. Deinde quomodo dicitur sermo non auditus iis qui audierunt? Verum hic postremus scrupulus facile discutitur ex Græcis verbis, in quibus *auditus* nomen est, ἀκοῆς, non participium, perinde sonans quasi dicas, sermo rumoris sive promissionis. Quidam enim hoc interpretantur de exploratoribus nunciantibus quæ vidissent. Jam si legas συγκεκραμένους, sensus erit, non profuisse incredulis audisse eumdem sermonem de terra repromissa, quem alii audierant, eo quod per fidem non essent admixti iis qui audierant, hoc est, auscultarant, ut ἀκοὴν accipias simplicem auditum, mox eamdem vocem accipias pro credulitate, quasi dicas, audierant & non audierant. Et ad hanc sententiam non est legendum *fidei*, sed *fide*: ut sit Græcus dativus declarans modum, similis instrumentali. Quomodo dicis eos non fuisse admixtos cæteris? Quia non crediderunt quemadmodum & illi. Hoc pacto non offendunt duo dativi, quorum alter est modi, alter respondet præpositioni σύν. Si legas συγκεκραμένος, intelliges sermonem non

χόμεθα γὰρ εἰς τὴν κατάπαυσιν οἱ πιστεύσαντες, καθὼς εἴρηκεν, Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου, καίτοι τῶν ἔργων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γενηθέντων. 4 Εἴρηκε γάρ που περὶ τῆς ἑβδόμης οὕτως, Καὶ κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ 5 ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων ἔργων αὐτοῦ. Καὶ ἐν τούτῳ πάλιν, Εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατά- 6 παυσίν μου. Ἐπεὶ οὖν ἀπολείπεταί τινας εἰσελθεῖν εἰς αὐτὴν, καὶ οἱ πρότερον εὐαγγελισθέντες οὐκ εἰσῆλθον 7 δι' ἀπείθειαν. Πάλιν τινὰ ὁρίζει ἡμέραν, σήμερον, ἐν Δαβὶδ λέγων, μετὰ τοσοῦτον χρόνον, καθὼς εἴρηται, Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀ- 8 κούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν. Εἰ γὰρ αὐτοὺς Ἰησοῦς κατέπαυσεν, οὐκ ἂν περὶ ἄλλης 9 ἐλάλει μετὰ ταῦτα ἡμέρας. Ἄρα ἀπολείπεται σαβ- 10 βατισμὸς τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ. Ὁ γὰρ εἰσελθὼν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν 11 ἔργων αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὁ Θεός. Σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν, ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ τις ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπει- 12 θείας. Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐν- 13 νοιῶν καρδίας, Καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ. Πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀ- 14 φθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. Ἔχοντες οὖν Ἀρχιερέα μέγαν διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς Ἰησοῦν τὸν 15 Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. Οὐ γὰρ ἔχομεν Ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειραμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' 16 ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας. Προσερχώμεθα οὖν μετὰ παῤῥησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος, ἵνα λάβωμεν ἔλεον, V. 1 καὶ χάριν εὕρωμεν εἰς εὔκαιρον βοήθειαν. Πᾶς γὰρ Ἀρχιερεὺς, ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίστα-

mus enim requiem nos 6 qui credidimus, quemadmodum dixit, Sicut juravi in ira mea, si ingressuri sint in requiem meam, 7 licet operibus a jactis fundamentis mundi perfectis. 4 Dixit enim quodam in loco de septimo die sic, Et requievit Deus die septimo ab omnibus operibus suis. 5 Et in hoc rursum, Si introibunt in requiem meam. 6 Postea quam igitur illud reliquum est, aliquos introire in eam, & 8 quibus prius annunciatum fuit, non introierunt propter incredulitatem. 7 Rursum quemdam 9 præfinit diem, hodie, in David dicens, post tantum temporis, quemadmodum dictum est, Hodie si vocem ejus audieritis, ne obduretis corda vestra. 8 Nam si eis Jesus requiem præstitisset, nequaquam 10 de alio posthac die loquutus fuisset. 9 Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei. 10 Nam qui ingressus est in requiem illius, & ipse requievit ab operibus suis, quemadmodum a suis Deus. 11 Studeamus igitur ingredi in illam requiem, ne quis 11 eodem concidat incredulitatis exemplo. 12 Vivus est enim sermo Dei, 12 & efficax, 13 & penetrantior quovis 14 gladio utrinque incidente, ac pertingens usque ad divisionem animæ simul ac spiritus, compagumque 15 & medullarum, 16 & discretor cogitationum & intentionum cordis, 13 Nec est 17 ulla creatura quæ non manifesta sit in conspectu illius. Sed omnia nuda 18 & resupinata oculis ejus, ad quem nobis est sermo. 14 Habentes igitur Pontificem magnum qui penetravit cœlos Jesum Filium Dei, teneamus 19 professionem. 15 Non enim habemus Pontificem 20 qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum, 21 sed tentatum per omnia 22 juxta similitudinem absque peccato. 16 Accedamus igitur cum fiducia 23 ad thronum gratiæ, ut consequamur misericordiam, & gratiam inveniamus 24 ad opportunum auxilium. V. 1 Nam omnis Pontifex, qui 1 ex hominibus assumitur, pro hominibus constituitur

fuisse commixtum fidei in his qui audierant. Quemadmodum enim vinum non prodest homini, nisi misceatur corpori, ita non prodest auditus sermo, nisi fides eum transferat in animi viscera. Atque ad hanc sententiam dativus *fidei* respondet præpositioni σὺν, & *iis qui audierunt*, dativus est acquisitionis, ut subaudire possis *in*, *in his qui audierunt*, & *audierunt* nihil aliud valebit quam auribus hauserunt. Quanquam hic locus & apud Chrysostomum est perturbatior, si modo hi Commentarii sunt illius. Nam titulus, indicans eos post mortem illius editos, nonnihil suspicionis præbet Lectori. In his autem deprehendas duplicem lectionem. Etenim quum ait, ἀλλ' οὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς ἐκείνους μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασι, satis declarat se legisse, *sermonem admixtum cum fide in his qui audierant*. Rursus in progressu sermonis videtur aliud legisse: Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. Ἤκουσαν κἀκεῖνοι ὥσπερ ἡμεῖς ἀκούομεν, ἀλλ' οὐδὲν ὄφελος αὐτοῖς γέγονε. Μὴ τοίνυν νομίσητε, ὅτι ἀπὸ τοῦ ἀκούειν τοῦ κηρύγματος ὠφεληθήσεσθε, ἐπεὶ κἀκεῖνοι ἤκουσαν, ἀλλ' οὐδὲν ἀπώναντο, ἐπειδὴ μὴ ἐπίστευσαν. Οἱ οὖν περὶ Χαλὲβ καὶ Ἰησοῦν, ἐπειδὴ μὴ συνεφώνησαν τοῖς ἀπιστήσασι, διέφυγον τὴν κατ' ἐκείνων ἐξενεχθεῖσαν τιμωρίαν. Καὶ ὅρα τι θαυμαστὸν, οὐκ εἶπεν, οὐ συνεφώνησαν, ἀλλ' οὐ συνεκράθησαν, τοῦτ' ἐστὶν ἀστασιάστως διέστησαν, ἐκείνων πάντων μίαν καὶ τὴν αὐτὴν γνώμην ἐσχηκότων. Ἐνταῦθα μοὶ δοκεῖ καὶ στάσιν αἰνίττεσθαι. Id est, *Quod autem dicit, tale est. Audierant & illi quemadmodum nos audimus, sed nihil utilitatis hinc ad illos rediit. Proinde ne putetis, quod vobis profutura est audita prædicatio, quandoquidem & illi audierant, sed nihil inde fructus perceperunt, eo quod non crediderunt. Igitur Chaleb & Jesus, quoniam non consenserunt iis, qui non crediderunt, effugerunt vindictam illis illatam. Ac vide mirum quiddam, non dixit*, non consenserunt, *sed* non commixti sunt, *hoc est, ab seditione subduxerunt sese, quum omnes illi unam & eamdem mentem obtinerent. Hic mihi videtur & seditionem tacite significare.* Ex his videtur is, quisquis hæc scripsit, legisse, συγκεκραμένους, videlicet quum ait, οὐ συνεφώνησαν, ἀλλ' οὐ συνεκράθησαν: idque accommodat ad Chaleb & Jesum, qui abstinuerunt a conjuratione, parentes voci Dei. Verum hæc sententia ne consistit quidem, quum negetur sermo profuisse iis qui se non miscuerant. Proinde suspicor hoc commentarium esse rhapsodiam diversarum opinionum. Mihi simplicior lectio videtur συγκεκραμένος. *Ex* præpositio superest, & *qui* legendum, non *qua*.

6 *Qui credimus*] οἱ πιστεύσαντες, id est, *qui credidimus*.

7 *Et quidem operibus*] καίτοι, id est, *quanquam*: ut intelligas jurasse, illos non introituros in requiem, cum jam parata esset requies, nempe perfectis mundi operibus, quibus absolutis, requievit Deus die septimo: tametsi tolerari potest & altera lectio.

8 *Quibus prioribus*] *Prius* est, Græce πρότερον.

9 *Terminat diem*] ὁρίζει, id est, *designat*, sive *definit*, aut *præstituit*. Nec additur *quemdam* apud Græcos: quanquam exemplaria variant hoc loco.

10 *De alia loquerentur posthac die*] περὶ ἄλλης ἐλάλει μετὰ ταῦτα ἡμέρας, id est, *de alia loquutus fuisset post hac die*. Nisi accipias, *posthac*, adverbialiter. Sentit enim alium quemdam sabbati diem, qui illum primum sequeretur.

11 *In ipsum quis*] Melius erat, *in idem exemplum*, αὐτῷ ὑποδείγματι. Ac mihi quidem Græcorum verborum sententia videtur hæc esse, Ne quis cadat, ut illi ceciderunt in deserto, eodem exemplo incredulitatis & inobedientiæ: & sicut illi ceciderunt ob incredulitatem, ut dicit Psalmographus, ita isti perirent similiter, similiter peccantes. In hunc sensum consentiunt Græcanica scholia. Græci sic habent, ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ τις ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπειθείας.

12 *Et efficax*] ἐνεργής. Hieronymus alicubi vertit *evidens*, nominatim commentans in Esaiæ caput LXVI. quod, ut opinor, legerit ἐναργής. At hoc sane loco magis quadrabat *efficax*.

13 *Et penetrabilior*] τομώτερος, id est, *acutior*, sive *incidentior*, si sic liceat Latine loqui, a verbo τέμνω, *seco*, sive *incido*.

14 *Gladio ancipiti*] δίστομον, id est, *utrinque incidentem*, sive *utrinque acutum*: quod Hieronymus compluribus locis vertit *bicipiti*. Græci aciem gladii vocant στόμα, ος, quod hac parte mordeat.

15 *Ac medullarum*] καὶ μυελῶν. Quanquam nonnulli Græci codices habent μελῶν, id est, *membrorum*. Theophylactus legit μυελῶν, una cum Chrysostomo.

16 *Et discretor*] κριτικὸς, id est, *judex*, sive qui judicare possit: unde & Latinis *Critici* dicuntur. Græci κρίνειν hic exponunt ἐτάζειν, id est, *examinare*, etiamsi belle vertit Interpres.

17 *Ulla creatura invisibilis*] οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς, id est, *non est creatura non manifesta*, sive *occulta*.

18 *Et aperta*] καὶ τετραχηλισμένα. Quod perinde sonat, quasi dicas, *cervicata*. Græci putant metaphoram sumptam ab ovibus, quibus pellis a cervice detrahitur cum excoriantur, sive ab iis qui cervicem inflectunt quum se submittunt, & agnoscunt se esse inferiores. Sic & Juvenalis de scrutante omnia,

------ *aulam resupinat amici*.

19 *Spei nostræ confessionem*] *Spei nostræ*, apud Græcos non invenio: nec adscribitur in exemplari Paulino, nec in Donatianico, nec apud Chrysostomum. Mihi videtur articulus additus explicare, quam professionem sentiat, videlicet eam, cujus paulo ante dixit Jesum Apostolum nostræ confessionis. In Constantiensi vetustiore scriptum erat, *teneamus confessionem ejus*. Consentiebat alter recentior.

20 *Qui non possit compati*] συμπαθῆσαι. *Compatiendi* verbum optarim equidem Latinis tam esse receptum, quam Græcis est συμπαθεῖν, idemque pollere. Proinde nos coacti periphrasi rem sumus eloquuti. Est enim συμπαθεῖν, affici, moverique sensu alieni mali.

21 *Tentatum autem*] Melius erat, *sed tentatum*. Eadem vis utriusque conjunctionis, sed non semper ubivis quadrant omnes apud nos.

22 *Pro similitudine*] καθ' ὁμοιότητα, id est, *juxta similitudinem*. Quod non ita accipiendum est, quasi Christus aut non fuerit vere homo, aut non fuerit vere passus, sed quod ipse immunis a peccato, carnis naturæ peccatricis mala assumpsisset, & perinde pœnas dederit, quasi ipse peccasset.

23 *Ad thronum gratiæ ejus*] *Ejus* redundat, nec est in vetustis exemplaribus, τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος. Nam gratiam opponit severitati Legis Mosaïcæ.

24 *In auxilio opportuno*] εἰς εὔκαιρον βοήθειαν, id est, *in opportunum auxilium*.

1 *Ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur*] Aut addenda erat conjunctio &, aut nomen relativum *qui*: quod ego posterius malim, etiamsi participio Græco non addidi-

καθίσαται τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, ἵνα προσφέρῃ δῶρά 2 τε καὶ θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν, Μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις, ἐπεὶ καὶ 3 αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν. Καὶ διὰ ταύτην ὀφείλει, καθὼς περὶ τοῦ λαοῦ, οὕτως καὶ περὶ ἑαυτοῦ 4 προσφέρειν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν. Καὶ οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλὰ ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, 5 καθάπερ καὶ ὁ Ἀαρών. Οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι Ἀρχιερέα, ἀλλ᾽ ὁ λαλήσας πρὸς αὐτὸν, Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γε- 6 γέννηκά σε. Καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει, Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. 7 Ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις τὲ καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, 8 Καίπερ ὢν υἱὸς, ἔμαθεν ἀφ᾽ ὧν ἔπαθε τὴν 9 ὑπακοὴν, Καὶ τελειωθεὶς ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν 10 αὐτῷ πᾶσιν αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου, Προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν 11 Μελχισεδέκ. Περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος καὶ δυσερμήνευτος λέγειν, ἐπεὶ νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς. 12 Καὶ γὰρ ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι διὰ τὸν χρόνον, πάλιν χρείαν ἔχετε τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς τίνα τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ, καὶ γεγόνατε χρείαν ἔχοντες γάλακτος, καὶ οὐ στερεᾶς τροφῆς. 13 Πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος, ἄπειρος λόγου δι- 14 καιοσύνης, νήπιος γάρ ἐστι. Τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφὴ, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα

VI. 1 ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ. Διὸ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον, ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα, μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, καὶ πίστεως 2 ἐπὶ Θεὸν, Βαπτισμῶν, διδαχῆς, ἐπιθέσεώς τε χειρῶν, 3 ἀναστάσεώς τε νεκρῶν, καὶ κρίματος αἰωνίου. Καὶ τοῦτο 4 ποιήσομεν, ἐάν περ ἐπιτρέπει ὁ Θεός. Ἀδύνατον γὰρ τοὺς

tur in his quæ apud Deum aguntur, ut offerat donaria & victimas pro peccatis, 2 Qui placabilis esse possit ignorantibus & errantibus, quandoquidem & ipse circumdatus est infirmitate. Et propter hanc debet, 3 quemadmodum pro populo, ita & pro seipso immolare pro peccatis. Nemo sibiipsi usurpat honorem, 4 sed qui vocatur etiam a Deo, 3 quemadmodum & Aaron. Ita & Christus non 4 semetipsum glorificavit, 5 ut fieret Pontifex, sed is qui dixerat illi, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Sicut & alibi dicit, 6 Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Qui in diebus carnis suæ, quum & preca- 7 tiones & supplicationes apud illum, qui poterat ipsum a morte servare, cum clamore valido & lachrymis obtulisset, & exauditus esset 5 pro reverentia, 6 Ta- 8 metsi filius erat, tamen didicit ex his, quæ passus est, obedientiam, Ac perfectus redditus omnibus qui sibi 9 obedierunt fuit causa salutis æternæ, Cognominatus 7 10 a Deo Pontifex secundum ordinationem Melchisedec. De quo nobis 8 multa forent dicenda, 9 eaque dif- 11 ficilia explicatu, quandoquidem 10 segnes facti estis auribus. Etenim quum debeatis pro temporis ratione 12 doctores esse, rursum opus habetis, ut doceamus vos quæ sint elementa initii eloquiorum Dei, factique estis ii, quibus lacte sit opus, & non solido cibo. Nam 13 quisquis lactis est particeps, is 11 rudis est sermonis justitiæ, 12 infans enim est. Porro perfectorum est soli- 14 dus cibus, nempe horum, qui 13 propter assuetudinem sensus habent exercitatos ad discretionem boni pariter ac mali. 1 Quapropter omisso, qui in Christo 1 VI. rudes inchoat, sermone, ad perfectionem feramur, non rursum fundamentum jacientes pœnitentiæ ab operibus mortuis, & 2 fidei in Deum, 3 Baptismatum, 2 doctrinæ, ac manuum impositionis, & resurrectionis mortuorum, & judicii æterni. Atque id faciemus, si 3 quidem permiserit Deus. Nam fieri non potest, ut 4 qui

addidit articulum ὁ. Non enim hæc dicuntur de Christo Pontifice nostro, sed adhibentur similitudinis conferendæ gratia, tametsi in quibusdam Latinis exemplaribus manet recta scriptura.

2 *Qui condolere possit*] μετριοπαθεῖν: quod sonat, quasi dicas, *moderate ferre*, hoc est, non graviter succensere. Quanquam Græcanica scholia μετριοπαθεῖν exponunt pro συμπαθεῖν, id est, *compati*, voce ipsa nihil tale præ se ferente. Theophylactus pro unica voce multas reddit, συμμετρεῖν, συμπαθεῖν, συγκαταβαίνειν, συγγινώσκειν, id est, *congruere*, *condolescere*, *accommodare se*, *ignoscere*; vox autem Græca dicta est a moderandis affectibus. Non enim facile remittit, qui læsus impotenter irascitur. Quod equidem admiror, ne Vallæ quidem animadversum fuisse, qui recte verti potuisse putat, *Qui particeps passionum possit esse*. Chrysostomus annotavit hoc sermone denotari præcellentiam Christi a reliquis Sacerdotibus, ob id, ni fallor, quod hic solus liber ab omni peccato, tamen alienis peccatis indoluerit. At nunc quo fastidio, quo supercilio despicimus alienum erratum, quam atrociter sævimus in lapsos, ipsi gravioribus obnoxii vitiis.

3 *Tanquam Aaron*] καθάπερ καὶ Ἀαρὼν, id est, *quemadmodum & Aaron*, addita conjunctione.

4 *Semetipsum clarificavit*] ἐδόξασε, id est, *glorificavit*.

5 *Pro sua reverentia*] ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, id est, *a reverentia*. *Sua* additum est explicandi gratia, quanquam magis quadrabat *sui*. Atque ita scriptum fuisse in codice Paulino testatur etiamnum rasuræ vestigium. Illud item admonendum, εὐλάβειαν non modo significare *reverentiam*, verum etiam *pietatem*. Quod sane verbi non male quadrabat hoc loco, quum loquatur de Patre & Filio.

6 *Et quidem cum esset filius*] Καίπερ ὢν υἱός. Interpres separavit hæc, quorum ordo inter se cohæret, propter Græca participia. Sensus autem ad hunc habet modum, *Qui in diebus carnis suæ, cum precationes & supplicationes apud eum, qui ipsum poterat servare a morte, cum clamore valido & lachrymis obtulerit, & exauditus sit pro reverentia: tametsi filius esset, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam*. Per participia reddi poterat ad hunc modum, *Qui in diebus carnis suæ, precationibus & supplicationibus ei, qui se servare poterat a morte, cum clamore valido & lachrymis oblatis, & exauditus pro reverentia, quamvis esset filius, tamen ex his, quæ passus est, didicit obedientiam. Cum esset filius Dei*. *Dei* non est in Græcis, nec apud Chrysostomum Interpretem, nec apud Theophylactum. Cum filius esset, non servus, tamen afflictus est, tanquam noxius servus.

7 *A Deo Pontifex*] Ἀρχιερεὺς, id est, *Summus sacerdos*: quanquam hîc Ἀρχιερέα sic pene perpetuo vertit.

8 *Grandis sermo*] πολὺς ὁ λόγος, id est, *multus* sive *copiosus sermo*.

9 *Et interpretabilis ad dicendum*] Suspicor Interpretem vertisse, *ininterpretabilis*, sicut superius, *ininvestigabiles*. Nam Græce est δυσερμήνευτος λέγειν, id est, *difficilis interpretatu & explicatu*. Quo quidem loco nonnihil demiror Thomam, qui putarit hanc vocem, *interpretabilis*, bifariam exponi posse, ut *in* habeat negationem, quam nemo possit interpretari: aut affirmative *interpretabilis*, qui indigeat interpretatione. Primum enim si *in* negat, velut in illis, *indoctus*, *impius*, quid significat quod superat, *terpretor*? Quanquam quibus verbis addi solet hæc præpositio, cum negationem habet? quasi liceat dicere, *inamare* pro non amare, quemadmodum *inamabilis*, & *impudere* pro non pudere, quemadmodum *impudens*. Nec enim *interpretor* compositum est ab *in* & *terpretor*, sed ab *inter* & verbo inusitato seu nomine potius. Deinde ut accipiamus affirmative, quis hoc illi concedat *interpretabilem* idem significare, quod indigentem interpretatione? Velut si *sanabilis* dicatur, qui egeat sanatione. An non hoc insignitæ cujusdam impudentiæ est, hæc cum auctoritate docere, non consultis Græcis, sine quibus hæc definiri non possunt? sive id scriptum fuit ab illo viro, sive alius quispiam admiscuit. Siquidem Græca vox omnino respuit hanc Aquinatis distinctionem, quæ nihil aliud declarare potest, quam difficilem ad interpretandum, hoc est, quem non facile quisquam interpretetur, vel enarret potius. Nam ἑρμηνείαν etiam Philosophi vertunt *enunciationem*.

10 *Imbecilles facti estis ad audiendum*] νωθροὶ ταῖς ἀκοαῖς, id est, *segnes auribus*, ut ipse paulo post vertit.

11 *Expers est sermonis*] ἄπειρος, id est, *inexpertus*, sive *rudis*. Non enim omnino caret eloquiis, sed in iis nondum adolevit. *Expers* autem respondebat ad *particeps*, & hoc fefellit Interpretem, aut certe Scribam. *Sermonum Dei*, λογίων, id est, *eloquiorum*, auctore Valla.

12 *Parvulus enim est*] νήπιος. Cur non magis *infans*, cum loquatur de lacte? præsertim cum Græca vox non proprie significet *parvulum*, sed *puerum*, aut *parum sapientem*, præsertim ætate.

13 *Pro consuetudine*] διὰ τὴν ἕξιν, id est, *propter habitum*: quanquam Interpres non male rem explicuit, si dixisset *pro assuetudine*, sive *assuefactione*. Nam *habitus* in hunc sensum vox est Philosophis peculiaris. At *sensus* est αἰσθητήρια: quod magis sonat *organa sentiendi*, ne quis putet esse νοῦν, quod ita subinde verterit.

1 *Quapropter intermittentes*] ἀφέντες, id est, *omittentes*, seu potius *omisso sermone*. *Inchoationis*, melius vertisset, *primordii*, sive *principii*, quemadmodum paulo ante vertit, *exordii*, ἀρχῆς. Sentit autem ea verba, quibus rudes adhuc in Christo initiantur & instituuntur, nempe catechumeni.

2 *Fidei ad Deum*] ἐπὶ Θεὸν, id est, *in Deum*.

3 *Baptismatum doctrinæ*] Quidam hoc conjunctim legunt, ut sit sensus, doctrinæ, quæ est de baptizando. At Græcanica scholia sic interpretantur, ut separatim sit legendum. *Omittentes sermonem illum, quibus primum instituuntur rudes in Christo, nempe eum qui est de pœnitentia*: hoc est, primum admonentur, ut relinquant vitam pristinam, renascituri in Christo: deinde de fide in Christum condiscunt, quid sit credendum: deinde his traditis succedit baptisma, cujus mysteria tum demum aperiuntur. Post hæc docentur de sacramentis fidei nostræ, & parantur ad accipiendum Spiritum sanctum. Quanquam si mavis conjunctim legere, nihil vetat, quo minus intelligas de instituto & doctrina prima, quæ baptizandis, hoc est, catechumenis, solet tradi. Quod si placet, singula quoque quæ sequuntur, possunt ad doctrinam referri, quæ est de impositione manuum, de resurrectione mortuorum, de judicio æterno. Atque hunc sensum mihi sequi videtur Chrysostomus, ut totum hoc quod recensuit de pœnitentia, de fide, de baptismatibus, de ma-

τὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τὲ τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας Πνεύ-
5 ματος ἁγίου, Καὶ καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆ-
6 μα, δυνάμεις τὲ μέλλοντος αἰῶνος, Καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, ἀνασαυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ παρα-
7 δειγματίζοντας. Γῆ γὰρ, ἡ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς πολλάκις ἐρχόμενον ὑετὸν, καὶ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις, δι' οὓς καὶ γεωργεῖται, μετα-
8 λαμβάνει εὐλογίας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας καὶ τριβόλους, ἀδόκιμος, καὶ κατάρας ἐγ-
9 γὺς, ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν. Πεπείσμεθα δὲ περὶ ὑμῶν, ἀγαπητοὶ, τὰ κρείττονα καὶ ἐχόμενα σω-
10 τηρίας, εἰ καὶ οὕτως λαλοῦμεν. Οὐ γὰρ ἄδικος ὁ Θεὸς ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἔργου ὑμῶν, καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης, ἧς ἐνεδείξασθε εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ,
11 διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις, καὶ διακονοῦντες. Ἐπιθυμοῦμεν δὲ ἕκασον ὑμῶν τὴν αὐτὴν ἐνδείκνυσθαι σπουδὴν πρὸς τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος ἄχρι
12 τέλους, Ἵνα μὴ νωθροὶ γένησθε, μιμηταὶ δὲ τῶν διὰ πίστεως καὶ μακροθυμίας κληρονομούντων τὰς
13 ἐπαγγελίας. Τῷ γὰρ Ἀβραὰμ ἐπαγγειλάμενος ὁ Θεὸς, ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤ-
14 μοσε καθ' ἑαυτοῦ, Λέγων, Ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλο-
15 γήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε. Καὶ οὕτως μα-
16 κροθυμήσας, ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσι, καὶ πάσης αὐτοῖς ἀντιλογίας πέρας, εἰς βεβαίωσιν ὁ ὅρ-
17 κος. Ἐν ᾧ περισσότερον βουλόμενος ὁ Θεὸς ἐπιδεῖξαι τοῖς κληρονόμοις τῆς ἐπαγγελίας τὸ ἀμε-
18 τάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ, ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ, Ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεὸν, ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν, οἱ καταφυγόντες κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος,
19 Ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς, ἀσφαλῆ τε, καὶ

qui semel fuerint illuminati, 4 gustaverintque donum cœleste, & participes facti fuerint Spiritus sancti, 5 Gustaverintque bonum Dei verbum, 6 ac virtutes futuri seculi, Si prolabantur, 7 denuo renoventur 8 per pœnitentiam, 9 ab integro crucifigentes sibimetipsis Filium Dei, 10 & ludibrio exponentes. Siquidem terra, quæ imbrem sæpius in se venientem combiberit, & progenuerit herbam accommodam eis, 11 opera quorum & colitur, recipit benedictionem a Deo. At quæ produxerit spinas & tribulos, reproba est, & maledictioni confinis, cujus exitus huc tendit ut exuratur. Cæterum persuasimus nobis de vobis, dilecti, quæ his sint meliora & 12 cum salute conjuncta, tametsi sic loquamur. Non enim injustus est Deus, ut oblivíscatur operis vestri, 13 & laboris ex charitate suscepti, quam 14 exhibuistis erga nomen illius, qui ministrastis sanctis, & ministratis. Cupimus autem, ut unusquisque vestrum idem præstet studium 15 ad plenam spei certitudinem 16 usque ad perfectionem, 17 Ne sitis imbecilles, sed imitatores eorum, qui per fidem 18 ac patientiam 19 hæreditatem accipiunt promissionis. Deus 20 enim pollicitus Abrahæ, quum non posset per quemquam majorem jurare, juravit per seipsum, Dicens, 21 Nisi benedicens benedixero tibi, & multiplicans 22 multiplicavero te. Atque ita quum patienter exspectasset, consequutus est promissum. Nam homines quidem 23 per eum jurant qui sit major, 24 atque iisdem omnis controversiæ finis est, 25 si accedat jurisjurandi confirmatio. Qua in re Deus quum eximie vellet hæredibus promissionis ostendere 26 firmitatem consilii sui, interposuit jusjurandum, Ut per duas res immutabiles, 27 in quibus fieri non posset ut mentiretur Deus, validam consolationem haberemus, qui huc confugimus ut potiamur proposita spe, Quam 28 velut ancoram tenemus animæ, tum tutam,

nuum impositione, de resurrectione mortuorum, de judicio æterno, fundamentum sit doctrinæ Christianæ, sine qua nemo sit Christianus. Cæterum in his adolescere, & a virtute in virtutem progredi, perfectionis est.

4 *Gustaverunt etiam*] *Gustaveruntque* est Græce, *γευσαμένους τε*. Ne putemus hîc novum esse caput.

5 *Gustaverunt nihilominus*] Rursum vim conjunctionis circumloquutus est: nam Græce est *Et gustaverunt*.

6 *Virtutesque venturi seculi*] *δυνάμεις*, ut intelligas hîc esse infirmitatem, illic apparere potentiam, quæ jam nunc incipit in piis, ceu pignus immortalitatis futuræ. Hoc admonere visum, ne quis interpretetur de virtutibus, quæ vitiis opponuntur.

7 *Rursum renovari*] *ἀνακαινίζειν*, id est, *renovare*, verbo activo, ut subaudias *se*. Hic quoque locus in causa fuit, quo minus hæc Epistola Pauli putaretur nonnullis, quod id videatur asserere, quod a nonnullis Hæreticis defensum est, si quis a baptismo relapsus esset in peccatum letale, hoc est, in homicidium, aut adulterium, aut simile, non posse pœnitentia restitui. Verum hanc difficultatem duobus explicant modis. Primum ut accipiamus *impossibile* dictum, quod admodum difficile voluit intelligi. Est autem tempestiva hujusmodi exaggeratio in deterrendo. Nam suffrigidum mihi videtur sic elabi, ut dicamus *impossibile esse*, quoad nostras vires. Deinde ut pœnitentiam cum baptismo conjungamus. Siquidem per baptismum peccatis pristinis morimur. Porro baptismum non iterari, jam olim receptum est Patrum auctoritate. Ad hanc sententiam faciunt quæ sequuntur, *rursum sibi crucifigentes Filium Dei*, quòd alias Paulus baptismum appellet una cum Christo crucifigi, commorique, & consepeliri. Proinde ut ille non nisi semel mortuus est, ita non convenit iterari baptismum. Eodem pertinet *renovandi* verbum. Nam pœnitentia, qua nos utimur, non tam renovamur, quam sarcimur: solus baptismus renovat. Ad hunc ferme modum Chrysostomus. Apparet autem tum fuisse, qui Judaïco animo satis esse putabant ceremonias sacramentorum, atque hac fiducia licentius peccabant, quod arbitrarentur subinde licere ad ea remedia recurrere. Hunc igitur errorem diligenter eximit hoc loco Paulus.

8 *Ad pœnitentiam*] *εἰς μετάνοιαν*. Admonet Chrysostomus, præpositionem *εἰς* usurpatam vice *ἐν*, & *ἐν* positum loco *διὰ*, more Hebræorum.

9 *Rursum crucifigentes*] *ἀνασαυροῦντας*: quod Hieronymus quodam in loco vertit *recrucifigentes*, Græcam exprimens vocem.

10 *Et ostentui habentes*] *παραδειγματίζοντας*: quod vertit in Matthæo *traducere*. Verti poterat *infamantes*, sive *ludibrio exponentes*. Reddunt enim quodammodo Christum infamem, & ludibrium faciunt, qui cum semel sit mortuus, semper victurus, sua vita efficiunt, ut illi sit sæpius moriendum, videlicet iterantes id, propter quod ille mortem suscepit.

11 *A quibus colitur*] *δι' οὓς καὶ γεωργεῖται*, id est, *per quos & colitur*: ut intelligamus fructum reddendum, non quibuslibet, sed iis, quorum opera culta est terra. Id enim efficit addita conjunctio, quam Interpres omisit.

12 *Viciniora saluti*] *ἐχόμενα σωτηρίας*, id est, *propinqua saluti*, sive *adhærentia saluti*. Certe Augustinus libro contra Cresconium III. cap. LXXIV. citat *meliora & hærentia saluti*. Verum Interpres, quoniam præcesserat comparativum, subjunxit item comparativum.

13 *Et dilectionis*] Græce est, *καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης*, id est, *& laboris dilectionis*, nempe laboris, quem ob charitatem in juvandis proximis adierunt.

14 *Ostentare*] *ἐνδείκνυσθαι*, id est, *ostendere*, sive *monstrare*, *exhibere*, *præstare*. Nam *ostentare* semper in malum sonat.

15 *Ad expletionem spei*] *πρὸς τὴν πληροφορίαν*. Quasi dicas *certificationem*. Certissimæ enim spei fiducia nascitur ex piis operibus potius quam ex syllogismis, & qui frigide sperat, languet in piis operibus. Nam *πληροφορία* dicitur, cum certissimis argumentis rei cujuspiam fit fides.

16 *Usque in finem*] *ἄχρι τέλους*. Id quod non solum accipi potest de perseverantia usque ad finem vitæ, sed multo magis de perfectione spei, quæ crescit & adolescit in nobis, simul augescente pietate, donec occurramus in virum perfectum. Nam hinc cœpit hæc disputatio Pauli, ut grandescerent in Christo.

17 *Ut non segnes*] *Ἵνα μὴ νωθροὶ*, id est, *Ne languidi* aut *segnes*. Id quod paulo superius vertit *debiles*.

18 *Et patientia*] *μακροθυμίας*, id est, *longanimitate*, si quis ad verbum exprimat. Expressius autem dixit Apostolus quam Interpres, *qui per fidem & patientiam*.

19 *Hereditabunt*] *κληρονομούντων*, id est, *hereditate capiunt*, & est præsentis temporis, non futuri.

20 *Abraha nempe*] *Nempe* posuit pro *quippe*, *Τῷ γὰρ Ἀβραάμ*. Sed in quibusdam codicibus recte habetur *namque*, velut in exemplari Paulino, & in aliis item emendatioribus.

21 *Nisi benedicens benedixero*] Non est Græce *εἰ μὴ*, *nisi*, sed *ἦ μὴν*, quod, ut indicat Theophylactus, hoc loco adverbium est confirmandi. Nihil autem aliud est jusjurandum, quam vehemens confirmatio. Eadem vox habetur apud Septuaginta Geneseos XXII. quam tamen Hieronymus non reddidit Latine, quia sæpe non potest commode reddi. Quoniam autem Scriptura frequenter utitur syllaba *si*, quum jurando negat, *nisi*, quum affirmat, Interpres hîc recte pro *ἦ μὴν* posuit *nisi*. Nec id præter Latinorum consuetudinem.

22 *Multiplicabo*] Cur non potius *multiplicavero*, *πληθυνῶ*.

23 *Per majorem sui*] Rursum oblitus, reliquit Græcum casum. Latine dicendum erat, *majorem se*. Quanquam apud Græcos pronomen nullum additur, sed tantum est, *per majorem*.

24 *Et omnis controversiæ finis*] Græci legunt *illis*, *αὐτοῖς*, non *αὐτῶν*, ut accipias, *illis*, nempe hominibus, *jusjurandum est finis omnis controversiæ*.

25 *Ad confirmationem est juramentum*] Apparet & hîc *εἰς*, id est, *in*, positum pro *per*. Finitur controversia confirmatione jurisjurandi.

26 *Immobilitatem*] *τὸ ἀμετάθετον*, id est, *immutabilitatem*, sive *firmitatem*. Solent enim hominum testamenta & pacta rescindi, at Dei non item.

27 *Quibus impossibile est*] Græce est, *in quibus*, *ἐν οἷς*. Nec est *fortissimam*, sed *ἰσχυρὰν*, id est, *validam*.

28 *Quasi ancoram*] *ὡς ἄγκυραν*, id est, *tanquam ancoram*. Vetusti Latinorum codices habent, *sicut ancoram*.

29 *Ad*

καὶ βεβαίαν, καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ
20 καταπετάσματος, Ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησοῦς, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, Ἀρ-
VII. 1 χιερεὺς γενόμενος εἰς τὸν αἰῶνα. Οὗτος γὰρ ὁ Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλὴμ, ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ὁ συναντήσας Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς
2 κοπῆς τῶν βασιλέων, καὶ εὐλογήσας αὐτὸν, Ὧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραάμ· πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς Σαλὴμ, ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰ-
3 ρήνης, Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διη-
4 νεκές. Θεωρεῖτε δὲ, πηλίκος οὗτος, ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ Πατριάρχης;
5 Καὶ οἱ μὲν ἐκ τῶν υἱῶν Λευὶ τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες, ἐντολὴν ἔχουσιν ἀποδεκατοῦν τὸν λαὸν κατὰ τὸν νόμον, τουτέστι, τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν,
6 καίπερ ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος Ἀβραάμ. Ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν ἔχοντα τὰς ἐπαγγελίας εὐλό-
7 γηκεν. Χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας, τὸ ἔλαττον
8 ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται. Καὶ ὧδε μὲν δεκάτας ἀποθνήσκοντες ἄνθρωποι λαμβάνουσιν· ἐκεῖ δὲ
9 μαρτυρούμενος, ὅτι ζῇ, Καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν, διὰ Ἀβραὰμ καὶ Λευὶ ὁ δεκάτας λαμβάνων δεδεκάτω-
10 ται. Ἔτι γὰρ ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ πατρὸς ἦν, ὅτε συν-
11 ήντησεν αὐτῷ ὁ Μελχισεδέκ. Εἰ μὲν οὖν τελείωσις διὰ τῆς Λευϊτικῆς ἱερωσύνης ἦν, ὁ λαὸς γὰρ ἐπ' αὐτῇ νενομοθέτητο, τίς ἔτι χρεία, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἕτερον ἀνίστασθαι ἱερέα, καὶ οὐ
12 κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν λέγεσθαι; Μετατιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου με-
13 τάθεσις γίνεται. Ἐφ' ὃν γὰρ λέγεται ταῦτα, φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκεν, ἀφ' ἧς οὐδεὶς προσέσχηκε τῷ
14 θυσιαστηρίῳ. Πρόδηλον γὰρ, ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος ἡμῶν· εἰς ἣν φυλὴν οὐδὲν περὶ ἱερω-
15 σύνης Μωσῆς ἐλάλησε. Καὶ περισσότερον ἔτι κατάδηλόν ἐστιν, εἰ κατὰ τὴν ὁμοιότητα Μελχισεδὲκ ἀνίστα-
16 ται ἱερεὺς ἕτερος, Ὃς οὐ κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς γέγονεν, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύ-
17 του. Μαρτυρεῖ γὰρ, Ὅτι σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶ-
18 να κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Ἀθέτησις μὲν γὰρ γίνεται προαγούσης ἐντολῆς διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ
19 ἀνωφελές. Οὐδὲν γὰρ ἐτελείωσεν ὁ νόμος, ἐπεισαγωγὴ

A tutam, tum firmam, & introeuntem usque 29 ad ea quæ sunt intra velum, Ubi præcursor pro nobis ingressus 20 est Jesus, juxta ordinem Melchisedec, Pontifex factus in æternum. Nam hic erat Melchisedec rex Salem, 1 VII. pontifex Dei altissimi, qui occurrit Abrahæ revertenti a cæde regum, & benedixit illi, Cui & decimas 2 ex omnibus impartitus est Abraham: qui [1] primum quidem ex interpretatione dicitur rex justitiæ, deinde vero etiam rex Salem, quod est rex pacis, [2] Igno- 3 ti patris, ignotæ matris, ignoti generis, nec initium B dierum neque vitæ finem habens, sed assimilatus Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. [3] Considerate 4 vero, quantus hic fuerit, cui etiam decimas dederit Abraham Patriarcha [4] de spoliis? Atque ii quidem, qui, 5 quod sint de numero filiorum Levi, sacerdotii functionem sumunt, præceptum habent, ut decimas accipiant a populo juxta legem, hoc est, a fratribus suis, [5] licet egressis ex lumbis Abrahæ. [6] At is, cujus 6 genus non recensetur ex illis, decimas accepit ab Abraham, & habenti promissiones benedixit. [7] Porro 7 nemo negat, quin id quod minus est, ab eo quod majus est benedictionem accipiat. Atque hîc quidem 8 homines, qui moriuntur, decimas accipiunt: [8] illic autem is, de quo testatum est, quod vivat, Et, [9] ut ita 9 C loquar, in Abraham decimatus est [10] etiam ipse Levi, [11] qui decimas solet accipere. Nam is adhuc in 10 lumbis patris erat, quum occurreret Abrahæ Melchisedec. Proinde si consummatio per Leviticum sa- 11 cerdotium erat, siquidem [12] per hoc populus legem acceperat, quid præterea fuit opus alium exoriri sacerdotem, qui secundum ordinem Melchisedec, & non secundum ordinem Aaron diceretur? Quando- 12 quidem translato sacerdotio, necesse est, ut legis quoque translatio fiat. [13] Nam is, de quo dicuntur hæc, 13 [14] ad aliam tribum pertinet, de qua nullus altari adstitit. Palam est enim, quod e tribu Juda exortus sit Do- 14 minus noster: at [15] nihil loquutus est de sacerdotio Moses, quod [16] ad hanc tribum pertineat. Idque ma- 15 D gis etiam liquet, siquidem ad similitudinem Melchisedec exoritur sacerdos alius, Qui non juxta legem 16 mandati carnalis factus sit, sed juxta potentiam vitæ indissolubilis. Testificatur enim ad hunc modum, Tu 17 sacerdos in æternum [17] secundum ordinem Melchisedec. Abrogatur enim quod præcessit præceptum 18 propter imbecillitatem & inutilitatem. Nam nihil ad 19 per-

29 *Ad interiora velaminis*] καταπετάσματος. Quod proprie significat aliquid obtentum atque obductum, quod arceat conspectum.

1 P*Rimum quidem interpretatus Rex justitiæ*] Nam *Melchisedec* apud Hebræos sonat *Regem justitiæ*. Quandoquidem illis מַלְכִּי *Malci*, *Rex meus* dicitur. In compositione autem *jod* littera euphoniæ gratia assumitur, צֶדֶק *zedec justitia*. שָׁלוֹם *Schalom* autem *pacem* sonat: id vocabuli quidam putant inditum a Melchisedec urbi Hierosolymarum. Hoc ex loco deprehendi potest error interpretationis, in libello qui incerto titulo circumfertur, adjectus utriusque Testamenti voluminibus, de vocabulis Hebraïcis, cum appareat id operis nihil aliud esse, quam tumultuariam non unius hominis coacervationem, etiamsi divus Hieronymus testatur sese hisce de rebus librum edidisse. Nam illic *Melchisedec* exponitur in hunc modum, *Melchisedec Rex justus*, sive *Rex justitiæ*, aut *Rex pacis*, sive *pacificus*. Atque in hoc nomine *Melchisedec* nulla vox est, quæ *pacem* significet. Neque Paulus ait *Melchisedec* sonare *Regem pacis*, sed *Melchisalem* מַלְכִּי־שָׁלוֹם exprimere *Regem pacis*. Hieronymus in nominibus hujus Epistolæ exponit *Melchisedec*, *Rex justus*.

2 *Sine patre, sine matre*] ἀπάτωρ, ἀμήτωρ. Compositis apud Græcos dictionibus. Et *sine genealogia*, apud illos est, ἀγενεαλόγητος, quod fere sonat, quasi dicas, cujus generis origo non possit reddi.

3 *Intuemini autem*] Θεωρεῖτε, *Consideratis*, sive *Videtis*. Quanquam potest accipi, & *Considerate*.

4 *De præcipuis*] ἐκ τῶν ἀκροθινίων. Quod significat *primitias frugum*. Interpres legisse videtur ἀκροθινίων, quæ vox *præcipua* significat. Verum hoc loco ἀκροθίνια dixit pro *spoliis*, sive *exuviis* ab hoste detractis, interpretantibus ad eum modum & Græcanicis scholiis, ipsoque Chrysostomo. Et reperitur in hoc significatu apud Philostratum Sophistam. Interpres illud sequutus videtur, quod in fastigio acervi *præcipua* soleant poni. Illud ridiculum quod Interpres Chrysostomi, cum *acrothinia* vertisset *præcipua*, nostram sequutus Editionem, subjecit, *præcipua dicuntur exuviæ*, videlicet oblitus se Latine loqui, non Græce. Quanquam & Latinis *opima spolia* dicebantur velut egregia, quæ ducibus essent detracta. Græca vox dicta est vel a tangendis summis, unde & ἀκροθινιάζειν & ἀκροθινιῶς, vel ab ἄκρον, quod est *summum*, & θινὸς *acervi frumentorum* aut *hordei*.

5 *Tanquam & ipsi exierint*] Sermo Latinus anceps est, utrum hæc verba pertineant ad Levitas accipientes decimas, an ad fratres dantes. Cæterum quoniam Græcis est ἐξεληλυθότας, non potest aliò referri quam ad fratres.

6 *Cujus autem generatio* &c.] Ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραὰμ, id est, *Is qui non numeratur ex* E *generatione eorum, decimas sumpsit ab Abraham*.

7 *Sine ulla autem contradictione*] Χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας, id est, *Sine omni vero contradictione*, quod modo vertit *controversiam*.

8 *Ibi autem contestatur*] *Contestans*, μαρτυρούμενος, id est, *de quo testatum est, quod viveret*. Nam de hoc pronunciatum est, quod Pontifex esset in æternum. Siquidem participium μαρτυρούμενος medium est. Et in hanc sententiam interpretantur Græcanica scholia.

9 *Ut ita dictum sit*] ὡς ἔπος εἰπεῖν, id est, *ut sic dicam*. Ad verbum sonat, *ut verbum dicam*. Idem Græci dicunt, ὡς τύπῳ εἰπεῖν: hoc genus sermonis nusquam reperies apud Paulum alibi.

10 *Et Levi qui*] *Et* hoc loco non est accipiendum simpliciter pro conjunctione copulativa, verum pro *etiam*, sive *quoque*, ut sit sensus, non solum Abraham dedisse decimas Melchisedec, verum etiam in Abraham auctore gentis ipsum etiam Levi, cujus est jus F decimarum, solvisse decimas. Porro quod præmollit sermonem, dicens, *ut ita loquar*, explicat paulo post: *Nam adhuc in lumbis patris erat*, hoc est, nondum erat natus Levi, quem tamen dico quodammodo fuisse decimatum in patre.

11 *Decimas accepit*] ὁ δεκάτας λαμβάνων, id est, *qui decimas accipit*, sive *solitus est accipere*, participio præsentis temporis. Loquitur enim non de Melchisedec, sed de sui temporis Levitis, decimas accipere solitis.

12 *Sub ipso*] Subaudi sacerdotio Levitico, ne quis ad hominem referat.

13 *In quo enim*] Ἐφ' ὃν γὰρ, id est, *In quem enim*, sive *De quo*.

14 *De alia tribu est*] φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκεν, id est, *alterius gentis* sive *tribus particeps fuit*.

15 *In qua tribu*] εἰς ἣν φυλὴν, id est, *de qua tribu*, sive *ad quam tribum*.

16 *Nihil de sacerdotibus*] *Sacerdotio* legendum, περὶ ἱερωσύνης. Sed ut πρεσβυτέριον ordinem Presbyterorum declarat, ita Paulus *sacerdotium* pro collegio Sacerdotum usurpasse videtur.

17 *Secundum ordinem Melchisedec*] Τάξις & *ordinem* significat &

γὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος, δι' ἧς ἐγγίζομεν τῷ Θεῷ, 20 Καὶ καθ' ὅσον οὐ χωρὶς ὁρκωμοσίας· οἱ μὲν γὰρ χωρὶς ὁρκωμοσίας εἰσὶν ἱερεῖς γεγονότες· 21 Ὁ δὲ μετὰ ὁρκωμοσίας, διὰ τοῦ λέγοντος πρὸς αὐτὸν, Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται, σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. 22 Κατὰ τοσοῦτον κρείττονος διαθήκης γέγονεν ἔγγυος Ἰησοῦς. 23 Καὶ οἱ μὲν πλείονές εἰσι γεγονότες ἱερεῖς, διὰ τὸ θανάτῳ κωλύεσθαι παραμένειν. 24 Ὁ δὲ, διὰ τὸ μένειν αὐτὸν εἰς τὸν αἰῶνα, ἀπαράβατον ἔχει τὴν ἱερωσύνην, 25 Ὅθεν καὶ σώζειν εἰς τὸ παντελὲς δύναται τοὺς προσερχομένους δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ, πάντοτε ζῶν εἰς τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν. 26 Τοιοῦτος γὰρ ἡμῖν ἔπρεπεν Ἀρχιερεὺς, ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος, 27 Ὃς οὐκ ἔχει καθ' ἡμέραν ἀνάγκην, ὥσπερ οἱ Ἀρχιερεῖς, πρότερον ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν θυσίας ἀναφέρειν, ἔπειτα τῶν τοῦ λαοῦ. Τοῦτο γὰρ ἐποίησεν ἐφάπαξ, ἑαυτὸν ἀνενέγκας. 28 Ὁ νόμος γὰρ ἀνθρώπους καθίστησιν Ἀρχιερεῖς, ἔχοντας ἀσθένειαν· ὁ λόγος δὲ τῆς ὁρκωμοσίας, τῆς μετὰ τὸν νόμον, Υἱὸν εἰς τὸν αἰῶνα τετελειωμένον.

VIII. 1 Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, τοιοῦτον ἔχομεν Ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς, 2 Τῶν ἁγίων λειτουργὸς, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. 3 Πᾶς γὰρ Ἀρχιερεὺς εἰς τὸ προσφέρειν δῶρά καὶ θυσίας καθίσταται, ὅθεν ἀναγκαῖον ἔχειν τι καὶ τοῦτον, ὃ προσενέγκῃ. 4 Εἰ μὲν γὰρ ἦν ἐπὶ γῆς, οὐδ' ἂν ἦν ἱερεὺς, ὄντων τῶν ἱερέων τῶν προσφερόντων κατὰ τὸν νόμον τὰ δῶρα, 5 Οἵτινες ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων, καθὼς κεχρημάτισαι Μωσῆς, μέλλων ἐπιτελεῖν τὴν σκηνήν· Ὅρα γάρ, φησι, ποιήσῃς πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει. 6 Νυνὶ δὲ διαφορωτέρας τέτευχε λειτουργίας, ὅσῳ καὶ κρείττονός ἐστι διαθήκης μεσίτης, ἥτις ἐπὶ κρείττοσιν ἐπαγγελίαις νενομοθέτηται. 7 Εἰ γὰρ ἡ πρώτη ἐκείνη ἦν ἄμεμπτος, οὐκ ἂν δευτέρας ἐζητεῖτο τόπος. 8 Μεμφόμενος γὰρ αὐτοῖς λέγει, Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν

perfectionem adduxit lex, verum erat introductio ad spem potiorem, per quam appropinquamus Deo, 20 Atque hoc potiorem, [18] quod non absque jurejurando res acta sit: nam illi quidem citra jusjurandum sacerdotes facti sunt: 21 Hic vero cum jurejurando, per eum qui dixit ad illum, Juravit Dominus, & non pœnitebit eum, tu sacerdos in æternum secundum ordinationem Melchisedec. 22 Tanto potioris testamenti sponsor factus est Jesus. 23 Et illi quidem plures facti fuerunt sacerdotes, propterea quod per mortem non sinerentur permanere. 24 At hic quod idem maneat in æternum, [19] perpetuum habet sacerdotium, 25 Unde & salvos facere [20] ad plenum potest, [21] qui per ipsum adeunt Deum, semper vivens, ad hoc [22] ut interpellet pro illis. 26 Talis enim decebat ut esset nobis Pontifex, pius, [23] innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & sublimior cœlis factus, 27 Cui non sit quotidie necesse, quemadmodum illis Pontificibus, prius pro propriis peccatis victimas offerre, deinde pro peccatis populi. Nam id fecit semel, quum semetipsum obtulit. 28 Siquidem lex homines constituit Pontifices, habentes infirmitatem: porro sermo jusjurandi, [24] qui supra legem fuit, Filium constituit [25] in æternum consummatum.

VIII. 1 Cæterum eorum quæ dicimus illud est [1] caput, quod talem habemus Pontificem, qui consedit ad dexteram throni [2] majestatis in cœlis, 2 [3] Sanctorum administrator, ac veri tabernaculi, quod fixit Deus, & non homo. 3 Omnis enim Pontifex ad offerendum donaria & victimas constituitur, unde necesse est, ut hic etiam habeat aliquid quod offerat. 4 [4] Nam si esset in terra, [5] ne sacerdos quidem esset, ubi sunt sacerdotes qui offerunt juxta legem donaria, 5 Qui quidem exemplari & umbræ deserviunt cœlestium: quemadmodum oraculo responsum est Mosi, [6] quum esset absoluturus tabernaculum: Nam vide, inquit, ut facias omnia secundum exemplar quod ostensum est tibi in monte. 6 [7] Nunc vero hoc excellentius sortitus est sacerdotium, [8] quo præstantioris est testamenti intercessor, quod in præstantioribus promissis sancitum est. 7 Etenim si [9] prius illud tale fuisset, [10] ut nihil in eo posset reprehendi, haudquaquam [11] fuisset secundo quæsitus locus. 8 [12] Nam incusans eos loquitur illis, [13] Ecce dies venient, dicit Dominus, & consummabo super

& *ordinationem*, ac mea sententia hîc magis quadrabat *ordinatio*. Non enim agitur, quotus fuerit Melchisedec, aut Christus, sed quomodo fuerit ordinatus.

18 *Et quantum est non sine jurejurando*] Καὶ καθ' ὅσον. Apertius vertisset, *Et quatenus non citra jusjurandum*, ut sit sensus, hoc esse meliorem spem nostram, per quam, Christo sacerdote, accedimus ad Deum, quod illi sacerdotium commissum fuerit in æternum, idque non sine jurejurando, quo certior esset spes promissorum.

19 *Sempiternum habet sacerdotium*] ἀπαράβατον, id est, *quod ad alium transire non possit*, quod successione non aliunde transmigret ad alium, quemadmodum fieri necesse erat in sacerdotio Mosaïco.

20 *In perpetuum potest*] εἰς τὸ παντελὲς, quod magis sonat *ad plenum*, sive *perfecte*, hoc est, ut Græcorum exponunt scholia, non solum hîc, sed etiam illic. Verum hoc nonnihil prima fronte sapere videtur Origenis dogma, quemadmodum & alias habet quædam, quæ illius decretis in speciem patrocinari videantur, ut de servandis Dæmonibus.

21 *Accedens*] Et Græci codices & Latini vetustiores habent, *accedentes*, προσερχομένους.

22 *Ad interpellandum pro nobis*] ὑπὲρ αὐτῶν, id est, *pro ipsis*.

23 *Innocens*] ἄκακος, *expers doli*. Sic & Chrysostomus interpretatur. Nam *innocens* Græcis non potest Latine reddi, si Ciceroni credimus.

24 *Qui post legem est*] Græce est, τῆς μετὰ τὸν νόμον, id est, *quod post legem est*. Tametsi Græca præpositio μετὰ anceps est. Nam legi potest, & *supra legem*. Quod si legis, *qui post legem*, intellige post legem conditam, nempe in Psalmis. Sive mavis, *supra legem*, intelligitur plus fuisse ponderis in voce divina, quam in præcepto Mosis. Abrogat enim id quod posterius est prius condita: & abrogat quod a majore profectum sit auctore, id quod minor instituerat.

25 *In æternum perfectum*] τετελειωμένον. Quasi dicas, factum semper idoneum ac legitimum: neque enim Sacerdos semper aut ubique idoneus est ad peragendum sacrum.

1 *CApitulum autem*] Κεφάλαιον, id est, *Summa*, sive *Caput*. Sentit enim se compendio dicturum, quod fusius disseruit, & id, quod est præcipuum, explicaturum.

2 *Magnitudinis*] μεγαλωσύνης. Potius *majestatis*, sicut paulo ante vertit.

3 *Sanctorum minister*] λειτουργός. Quod non simpliciter sonat *ministrum*, sed plerunque *ministrum sacrorum*, & qui fungatur officio sacerdotii pro aliis. Unde quod nos vulgo vocamus *officium*, Græci λειτουργίαν appellant. Vocem putant hinc dictam λήϊτον, olim dicebant *prytaneum*, hoc est, locum publicum in quo versabantur magistratus, & ἔργον *opus*, unde commutatis aliquot litteris λειτουργοὶ dicti, qui in his locis magistratibus inserviebant. Porro genitivus *sanctorum* potest vel ad homines referri, vel ad ipsa sancta, ut dicatur administrare sancta pro nobis, veluti Sacerdos. Quanquam autem Græca scholia malunt de hominibus accipere, tamen id quod proxime consequitur magis suadet, ut de rebus sanctis accipiamus, *minister sanctorum*, & *tabernaculi veri*, ut *veri* quoque referatur ad *sancta*. Ut enim hoc tabernaculum, nempe cœlum, verum est tabernaculum, ita sancta sanctorum, quæ illic administrat, vere sancta sunt. Theophylactus & Chrysostomus sequuntur posteriorem sententiam, etiamsi Theophylactus recenset utramque.

4 *Si ergo esset*] Εἰ μὲν γὰρ, id est, *Si enim*.

5 *Nec esset sacerdos*] οὐδ' ἂν ἦν ἱερεὺς, id est, *ne sacerdos quidem esset*, ut qui nihil offerret, quale lex præscripserat.

6 *Cum consummaret*] μέλλων ἐπιτελεῖν, id est, *cum consummaturus esset*.

7 *Nunc autem melius*] διαφορωτέρως, id est, *excellentius*: licet in nonnullis habeatur διαφορωτέρας.

8 *Quanto*] Latinus debebat addere *tanto*, ut respondeat *quanto*. Nam Græcis licet omittere.

9 *Illud prius*] ἡ πρώτη ἐκείνη, id est, *primum illud*. Nisi quod Græci abutuntur aliquoties hoc superlativo vice comparativi.

10 *Culpa vacasset*] ἦν ἄμεμπτος, id est, *fuisset irreprehensibile*, sive *de quo queri non possis*, aut *in quo nihil posset desiderari*. Quod tamen Chrysostomus ita torquet, ut ἄμεμπτος accipiatur pro eo, non quod ipsum sit inculpabile, sed quod inculpabiles reddat, ut culpa sit hominum, non Testamenti. Quanquam Paulus ad Romanos fatetur legem fuisse infirmam, nec potuisse conferre perfectam salutem: & in Actis idem affirmat Lucas. Et Petrus appellat *onus omnibus importabile*. Et Deus apud Prophetam appellat *justificationes non bonas*. Quæ omnia juxta Chrysostomi sententiam accipienda sunt. Nihil enim a Deo proficiscitur, quod non sit bonum. Et Paulus alias legem *sanctam* & *bonam* appellat.

11 *Locus inquireretur*] ἐζητεῖτο τόπος, id est, *quæsitus fuisset locus*.

12 *Vituperans enim*] Μεμφόμενος γὰρ, verbum est, unde perductum erat nomen ἄμεμπτος, probat enim non caruisse reprehensione, cum ipse Deus de eo queratur.

13 *Ecce dies veniunt*] Hoc testimonium adduxit ex Hieremiæ capite

τὸν οἶκον Ἰσραὴλ καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα διαθήκην καινήν, 9 Οὐ κατὰ τὴν διαθήκην, ἣν ἐποίησα τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένυ μυ τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτυ, ὅτι αὐτοὶ ὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μυ, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, λέγει Κύριος. 10 Ὅτι αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, λέγει Κύριος, διδὺς νόμυς μυ εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτὺς, καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεὸν, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν. 11 Καὶ ὐ μὴ διδάξωσιν ἕκαςος τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαςος τὸν ἀδελφὸν αὐτῦ, λέγων, Γνῶθι τὸν Κύριον· ὅτι πάντες εἰδήσουσί με, 12 ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν ἕως μεγάλου αὐτῶν. Ὅτι ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν ὐ μὴ μνησθῶ ἔτι. 13 Ἐν τῷ λέγειν καινὴν, πεπαλαίωκε τὴν πρώτην· τὸ δὲ παλαιύμενον καὶ γηράσκον, ἐγγὺς ἀφανισμοῦ.

IX. 1 Εἶχε μὲν οὖν καὶ ἡ πρώτη δικαιώματα λατρείας, τό τε ἅγιον κοσμικόν. 2 Σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη ἡ πρώτη, ἐν ᾗ ἥ τε λυχνία, καὶ ἡ τράπεζα, καὶ ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων, ἥτις λέγεται ἅγια. 3 Μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα σκηνὴ, ἡ λεγομένη ἅγια ἁγίων, 4 Χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον, καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης, περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ, ἐν ᾗ ςάμνος χρυσῆ ἔχουσα τὸ μάννα, καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαςήσασα, καὶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης. 5 Ὑπεράνω δὲ αὐτῆς Χερυβὶμ δόξης, κατασκιάζοντα τὸ ἱλαςήριον· περὶ ὧν ὐκ ἔςι νῦν λέγειν κατὰ μέρος. 6 Τύτων δὲ ὕτως κατεσκευασμένων, εἰς μὲν τὴν πρώτην σκηνὴν διὰ παντὸς εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς, τὰς λατρείας ἐπιτελῦντες· 7 Εἰς δὲ τὴν δευτέραν ἅπαξ τῦ ἐνιαυτῦ μόνος ὁ Ἀρχιερεὺς, ὐ χωρὶς αἵματος, ὃ προσφέρει ὑπὲρ ἑαυτῦ καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων. 8 Τοῦτο δηλοῦντος τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν, ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχύσης ςάσιν, 9 Ἥτις παραβολὴ εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεςηκότα, καθ' ὃν δῶρά τε καὶ θυσίαι προσφέρονται, μὴ δυνάμεναι κατὰ συνείδησιν τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα, 10 Μόνον ἐπὶ βρώμασι, καὶ πόμασι, καὶ διαφόροις βαπτισμοῖς, καὶ δικαιώμασι σαρκὸς, μέχρι καιρῦ διορθώσεως ἐπικείμενα. 11 Χριςὸς δὲ παραγενόμενος Ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν,

A super domum Israel & super domum Juda testamentum novum, 9 Non juxta testamentum, quod feci patribus illorum in die [14] quum apprehenderem manum illorum, ut educerem eos ex Ægypto, quoniam ipsi non perstiterunt in testamento meo, & ego neglexi eos habui, dicit Dominus. 10 Nam hoc est testamentum, quod disponam domui Israel post dies illos, dicit Dominus, [15] dans leges meas in mentem illorum, & in corde illorum [16] inscribam illas, & ero illis Deus, & ipsi erunt mihi populus. 11 Et non docebunt quisque [17] proximum suum, & unusquisque fratrem suum, dicentes, Cognosce Dominum: quod omnes cognituri sint me, [18] ab eo qui pusillus fuerit inter eos usque ad eum qui magnus est inter illos: 12 Quoniam placatus ero super injustitiis illorum, & peccatorum eorum & iniquitatum illorum non recordabor B amplius. 13 Per hoc quod dicit novum, [19] antiquavit prius: porro quod antiquatur ac senescit, in propinquo est ut evanescat.

IX. 1 Igitur habebat quidem etiam prius illud [2] justificationes cultus, [3] ac sanctum mundanum. 2 Siquidem tabernaculum factum fuit primum, in quo erant [4] & lucernæ, & mensa, & propositio panum, [5] quam vocant sancta. 3 [6] Post secundum autem velum erat tabernaculum, quod vocatur sanctum sanctorum, 4 Aureum habens [7] thuribulum, & arcam testamenti undiquecircumtectam auro, in qua urna aurea habens manna, & virga Aaron quæ germinaverat, C & tabulæ testamenti. 5 [8] Supra hanc autem Cherubim gloriæ, obumbrantia propitiatorium: de quibus non est nunc dicendum singulatim. 6 His autem ad hunc ordinatis modum, [9] in prius quidem tabernaculum semper ingrediuntur sacerdotes, qui [10] sacrorum ritus peragant: 7 In secundum autem semel quotannis solus Pontifex, non sine sanguine, [11] quem offert pro seipso & pro populi ignorantiis. 8 Illud significante Spiritu sancto, nondum manifestatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo consistente, 9 [12] Quæ erat similitudo [13] pro tempore tum præsente, [14] in quo dona sacrificiaque offeruntur, quæ non possint juxta conscientiam perfectum reddere cultorem, 10 [15] In cibis duntaxat, & potionibus, & diversis ablutionibus, D [16] ac justificationibus carnis, usque ad tempus correctionis [17] imposita. 11 At Christus [18] accedens Pontifex futu-

capite XXXI. & ita adduxit, ut appareat sequutum per omnia Editionem Septuaginta, sed ab Hebraïca veritate minimum abhorrentem. Primum *veniunt*, pro quo Hieronymus vertit *veniant*, Græce est ἔρχονται, quod ad utrumque tempus pertinet. Nam de *pacto*, sive, ut alibi vertitur, *fœdere*, mox dicemus. Quod autem Hieronymus vertit, *irritum fecerunt*. Paulus, sive quis alius fuit, (ad hunc enim modum citat Hieronymus) expressit οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ, id est, *non perstiterunt in testamento*, sive *pacto*. Deinde quod ille vertit, *dominatus sum eorum*, hic explicuit, ἠμέλησα αὐτῶν, id est, *neglexi eos*, juxta Septuaginta. Præterea quod Hieronymus vertit, *in visceribus*, hic extulit, εἰς τὴν διάνοιαν, id est, *in mentem*. Ad hæc quod Paulus dixit ἕκαςος, Hieronymus E vertit *vir*, sequutus ἰδίωμα sermonis Hebraïci.

14 *Qua apprehendi manum*] Magis est *apprehendens manum*.

15 *Dando leges*] διδοὺς, id est, *dans*: pendet enim a superioribus.

16 *Superscribam*] ἐπιγράψω, id est, *inscribam*, quod Græca præpositio sit ambiguæ naturæ.

17 *Proximum suum*] τὸν πολίτην αὐτῦ, id est, *civem suum*. Quanquam alii codices habent, τὸν πλησίον, id est, *proximum*.

18 *A minore usque ad majorem*] ἀπὸ μικρῦ αὐτῶν ἕως μεγάλυ αὐτῶν, id est, *a parvo illorum usque ad magnum illorum*, consentientibus & Hebræis.

19 *Veteravit prius*] πεπαλαίωκε, id est, *antiquavit*, sive *fecit antiquum*.

1 *HAbuit quidem & prius*] Εἶχε μὲν ὖν, id est, *Habuit quidem igitur*. Et *prius* nomen est, & ad testamentum refertur. Nec est Græce *prius*, sed *primum*.

2 *Justificationes culturæ*] Sermo anceps est: potest enim distincte legi, δικαιώματα, λατρείας, sed rectius conjunctim legitur: λατρείαν enim appellat ritus sacrificiorum.

3 *Et sanctum seculare*] τό τε ἅγιον κοσμικὸν, id est, *sanctum mundanum*, quod in eam partem admitterentur etiam proselyti ac gentes; id quod indicant Commentarii in hunc locum Chrysostomi ac Theophylacti.

4 *Candelabra*] ἥ τε λυχνία, *& candelabrum*, numero singulari. Nos *lucernas* vertimus, quod idem candelabrum multas sustineat lucernas.

5 *Quæ dicitur sancta*] *Sancta* hoc loco pluralis est numeri, neutri generis, ἥτις λέγεται ἅγια, *quæ dicitur* sive *dicuntur sancta*, ut respondeat ad hoc, quod mox sequitur, *sancta sanctorum*. Torquetur admodum divus Augustinus in Quæstionibus super Leviticum Quæstione LIII. quem in sensum accipiendum sit *sanctum sancti*, putatque dictum τὸ ἅγιον τῦ ἁγίυ, perinde quasi plene dicas, τὸ Πνεῦμα ἅγιον τῦ Θεῦ ἁγίυ, id est, *Spiritum sanctum sancti Dei*, cum constet hanc conduplicationem, juxta idioma sermonis Hebraïci, epitasin habere sanctimoniæ. Siquidem priorem partem duntaxat *sanctum* appellat, alteram ut eximie sanctam, *sanctum sanctorum*.

6 *Post velamentum autem secundum*] *Secundum* referendum est ad *velamentum*, non ad *tabernaculum*. Apud nos enim anceps est sermo, apud Græcos nequaquam. Licet ipsa res, atque etiam sermonis tenor reclamet Græcorum lectioni. Paulus enim distinguit duo tabernacula, non duo velamenta. Nec enim erant duo velamenta. Hanc distinctionem prosequens Apostolus, paulo inferius ita loquitur: *His vero ita compositis, in prius quidem tabernaculum semper introibant Sacerdotes sacrificiorum officia consummantes, in secundum autem semel in anno solus Pontifex*, &c.

7 *Thuribulum*] θυμιατήριον. Quod locum quoque significat, aut aram, in qua fit suffitus.

8 *Super quæ erant*] Ὑπεράνω δὲ αὐτῆς, id est, *Supra illud autem*, sive *supra illam*, ut referas ad arcam, attestantibus scholiis Græcanicis.

9 *In priore quidem*] εἰς μὲν τὴν πρώτην. Cur non potius *in primum quidem?* cum præsertim Græcus Interpres ita loquutus sit, & Grammatices ratio postulet. Similiter in eo quod sequitur, Εἰς δὲ τὴν δευτέραν.

10 *Sacrificiorum officia*] τὰς λατρείας. Explicuit Interpres Græcam vocem, quam aliquoties vertit *culturam*, sive *obsequium*.

F 11 *Quem offerret*] ὃ προσφέρει, id est, *quem offert*. Nec est *pro ignorantia*, sed *pro ignorantiis*.

12 *Quæ parabola*] Cur non potius *similitudo?* Aut quid hic opus voce Græca?

13 *Temporis instantis*] εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεςηκότα, id est, *in tempus quod instabat*, hoc est, *pro tempore tum præsente*.

14 *Juxta quam*] καθ' ὃν, id est, *juxta quod*, sive *in quo*, ut subaudias *tempore*.

15 *In cibis & in potibus*] Interpres non potuit reddere Græci sermonis gratiam, ἐπὶ βρώμασι καὶ πόμασι, nisi dixisset *in esculentis & poculentis*.

16 *Et justitiis*] δικαιώμασι, id est, *justificationibus*.

17 *Impositis*] ἐπικείμενα, id est, *imposita*, refertur enim ad munera & hostias. Apud Græcos certa est lectio; nec tam est *imposita* quam *sita*. In his enim, quæ commemoravit, sita est Judaïca Religio.

18 *Assistens*] παραγενόμενος, id est, *accedens*. Alioqui parum apte

γαθῶν, διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, οὐ 12 χειροποιήτου, τουτέστιν, οὐ ταύτης τῆς κτίσεως, Οὐδὲ δι' αἵματος τράγων καὶ μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια, αἰωνίαν 13 λύτρωσιν εὑράμενος. Εἰ γὰρ τὸ αἷμα ταύρων καὶ τράγων, καὶ σποδὸς δαμάλεως, ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους, ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα, 14 Πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὃς διὰ Πνεύματος αἰωνίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ Θεῷ, καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ὑμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, εἰς τὸ 15 λατρεύειν Θεῷ ζῶντι. Καὶ διὰ τοῦτο διαθήκης καινῆς μεσίτης ἐστὶν, ὅπως θανάτου γενομένου, εἰς ἀπολύτρωσιν τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παραβάσεων, τὴν ἐπαγγελίαν λάβωσιν οἱ κεκλημένοι τῆς αἰωνίου κληρο-16 νομίας. Ὅπου γὰρ διαθήκη, θάνατον ἀνάγκη φέ-17 ρεσθαι τοῦ διαθεμένου. Διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βε-18 βαία, ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει, ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος. Ὅ-19 θεν οὐδ' ἡ πρώτη χωρὶς αἵματος ἐγκεκαίνισται. Λαληθείσης γὰρ πάσης ἐντολῆς κατὰ νόμον ὑπὸ Μωσέως παντὶ τῷ λαῷ, λαβὼν τὸ αἷμα τῶν μόσχων καὶ τράγων, μετὰ ὕδατος καὶ ἐρίου κοκκίνου καὶ ὑσσώπου, αὐτό τε τὸ βιβλίον καὶ πάντα τὸν λαὸν 20 ἐῤῥάντισε, Λέγων, Τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης, ἧς 21 ἐνετείλατο πρὸς ὑμᾶς ὁ Θεός. Καὶ τὴν σκηνὴν δὲ καὶ πάντα τὰ σκεύη τῆς λειτουργίας τῷ αἵματι πάν-22 τα ὁμοίως ἐῤῥάντιζε. Καὶ σχεδὸν ἐν αἵματι πάντα καθαρίζεται κατὰ τὸν νόμον, καὶ χωρὶς αἱματεκχυ-23 σίας οὐ γίνεται ἄφεσις. Ἀνάγκη οὖν τὰ μὲν ὑποδείγματα τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τούτοις καθαρίζεσθαι· αὐτὰ δὲ τὰ ἐπουράνια, κρείττοσι θυσίαις παρὰ 24 ταύτας. Οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ 25 ἡμῶν. Οὐδ' ἵνα πολλάκις προσφέρῃ ἑαυτὸν, ὥσπερ ὁ Ἀρχιερεὺς εἰσέρχεται εἰς τὰ ἅγια κατ' ἐνιαυτὸν 26 ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ. Ἐπεὶ ἔδει αὐτὸν πολλάκις παθεῖν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Νῦν δὲ ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, διὰ τῆς 27 θυσίας αὐτοῦ πεφανέρωται. Καὶ καθ' ὅσον ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν, μετὰ δὲ τοῦ-28 το κρίσις. Οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς ἅπαξ προσενεχθεὶς, εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας, ἐκ δευτέρου χωρὶς ἁμαρτίας ὀφθήσεται τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομέ-

X. 1 νοις εἰς σωτηρίαν. Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις, ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκὲς, οὐδέποτε δύναται τοὺς 2 προσερχομένους τελειῶσαι. Ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐπαύσαντο προσφερόμεναι; διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν ἔτι συνείδησιν ἁμαρτιῶν τοὺς λατρεύοντας, ἅπαξ κεκα-3 θαρμένους. Ἀλλ' ἐν αὐταῖς ἀνάμνησις ἁμαρτιῶν κατ'

A futurorum bonorum, 19 per majus & perfectius tabernaculum, 20 non manu factum, hoc est, non hujus structuræ, Neque per sanguinem hircorum ac vitulorum, 12 sed per proprium sanguinem ingressus est semel in sancta, æterna redemptione reperta. Nam si sanguis 13 taurorum & hircorum, & cinis juvencæ, adspergens inquinatos, sanctificat ad carnis purificationem, Quanto 14 magis sanguis Christi, 21 qui per Spiritum æternum seipsum obtulit immaculatum Deo, purgabit conscientiam vestram a mortuariis operibus, ad serviendum

B Deo viventi. Et ob id novi testamenti conciliator 15 est, ut 22 morte intercedente, ad redemptionem earum prævaricationum, quæ fuerant sub priori testamento, ii qui vocati sunt, promissionem accipiant æternæ hæreditatis. 23 Siquidem ubi testamentum 16 est, mors intercedat necesse est testatoris. Nam testa-17 mentum in mortuis ratum est, quandoquidem nondum valet, quum vivit testator. Unde ne prius quidem 18 illud absque sanguine dedicatum fuit. 24 Quum enim 19 Moses omne præceptum juxta legem exposuisset omni populo, sumpto sanguine vitulorum & hircorum, cum aqua 25 & lana coccina & hyssopo, simul & ipsum librum & totum populum adspersit, Dicens, 20 26 Hic est sanguis testamenti, quod mandavit vobis

C Deus. Insuper autem & tabernaculum & omnia va-21 sa ministerii sanguine consimiliter adspergebat. Et 22 omnia fere secundum legem sanguine purificantur, & 27 absque sanguinis effusione non fit remissio. Ita-23 que necesse est ut exemplaria quidem eorum quæ sunt in cœlis, hisce rebus purificentur: cæterum ipsa cœlestia potioribus, quam hæ sint, victimis mundentur. 28 Non enim in manu facta sancta ingressus est Chri-24 stus, 29 exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc in conspectu Dei pro nobis, Non ut 25 sæpius offerat semetipsum, quemadmodum Pontifex ingreditur in sancta singulis annis per sanguinem alienum. Alioqui oportuisset illum sæpius passum fuisse 26 a condito mundo. Nunc autem semel 30 sub consum-

D mationem seculorum, ad profligationem peccati, per immolationem suiipsius apparuit. Et quatenus illud 27 manet homines, ut semel moriantur, post hoc autem judicium: Ita & Christus semel oblatus, ut multorum 28 peccata tolleret, rursus absque peccato conspicietur iis qui illum exspectant in salutem. Nam lex um-1 X. bram obtinens futurorum bonorum, 1 non ipsam imaginem rerum, his hostiis, quas singulis annis easdem continenter offerunt, nunquam potest accedentes perfectos reddere. 2 Alioqui nonne desiissent offerri? 2 propterea quod nullam jam habuissent conscientiam peccatorum, qui sacrificassent, ac semel purgati es-

E sent. 3 Atqui in istis commemoratio fit peccatorum 3 quo-

apte cohæret, quod mox sequitur, *introivit in sancta.* Etenim qui potest introire, qui jam assistit?

19 *Per amplius*] Duæ sunt dictiones, διὰ τῆς μείζονος, *per id quod amplius* sive *majus erat.*

20 *Non manufactum*] οὐ χειροποιήτου, dictione composita.

21 *Qui per Spiritum sanctum*] διὰ Πνεύματος αἰωνίου, id est, *per Spiritum æternum.* Et in hunc modum legit & interpretatur Chrysostomus.

22 *Morte intercedente*] θανάτου γενομένου, id est, *morte facta.* Quanquam Interpres bene reddidit sententiam.

23 *Ubi enim testamentum, mortem* &c.] At divus Hieronymus prodidit vocem, quam Interpretes verterunt *testamentum*, Hebræis magis sonare *pactum* aut *fœdus*, ברית. Quod si verum est, apparet & hanc Epistolam scriptam ab eo, qui Hebraïce nescierit, id quod haud ita dissimile veri videtur. Certe divus Hieronymus constanter vertit *pactum.* Jam διαθήκη Græcis *dispositionem* sonat magis quam *testamentum.* Et Hebræis בְּרִית a testibus dictum est, quod pacta, quæ rata velimus esse, sub testibus sanciri soleant. Proinde Septuaginta videntur hoc sequuti, qui *testamentum* transtulerunt. Verum si quis vocem sequi malit, quam sermonis usum ac proprietatem, quicquid adhibitis agitur testibus, testamentum erit. Nec est *confirmatum*, sed βεβαία, hoc est, *ratum*, sive *firmum*, ut subaudias *est.*

24 *Lecto enim*] Λαληθείσης γὰρ, id est, *Dicto enim. Mandato legis*, Græca secus habent, Λαληθείσης γὰρ πάσης ἐντολῆς κατὰ νόμον ὑπὸ Μωϋσέως παντὶ τῷ λαῷ, id est, *Cum enim omne mandatum dictum* sive *recitatum esset juxta legem a Mose toti populo.*

25 *Et lana coccinea*] καὶ ἐρίου κοκκίνου, id est, *& lana coccina*, a cocco, quæ adhibetur tingendæ purpuræ.

26 *Hic sanguis testamenti*] Ad hæc allusisse videtur Christus in cœna, *Hic sanguis novi testamenti*, simili modo suum repræsentans sacrificium.

27 *Sine sanguinis effusione*] Græce composita dictio est, αἱματεκχυσίας. Et hic locus nonnihil sapere videtur Origenicum, si legas quæ sequuntur, & si quis crassius interpretetur. Proinde Chrysostomus rem trahit ad allegoriam. Synagoga terra erat, Ecclesia cœlum. Illorum sanctum paulo ante vocavit mundanum, nostra cœlestia sunt, cum simus ipsi cœlestes.

28 *Non enim in manufactis*] Græce est, *in manufacta sancta*, &c. εἰς χειροποίητα ἅγια, & consentiunt nostri codices emendatiores.

29 *Exemplaria verorum*] Græce non est ὑποδείγματα, quemadmodum paulo ante, sed ἀντίτυπα, veluti reddentia similitudinem verorum. Neque mihi videntur absurde dici exemplaria vetera illa, quæ delineabant ac velut adumbrabant Evangelicam Historiam. Certe nobis erant exemplaria, etiamsi Deo non fuerunt. Qui scripsit hanc Epistolam, nihil interesse putavit inter ὑπόδειγμα & ἀντίτυπον.

30 *in consummatione*] ἐπὶ συντελείᾳ, id est, *sub consummationem*, sive *instante consummatione.* Nam eam vim habet aliquoties ea præpositio, si dandi casui jungatur, ut captavit illum ἐπὶ θανάτῳ.

1 NOn *ipsam imaginem*] οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα. *Ipsam* posuit pro veram & expressam, quæ rem totam, ut est, repræsentet. Unde & Christum imaginem Dei vocat. At umbra nihil repræsentat præter extrema quædam corporis lineamenta, unde rudis illa Priscorum pictura cœpit.

2 *Alioqui cessassent offerri*] Græcanica scholia admonent per interrogationem esse legendum, *an non desiissent offerri?* Interpres legisse videtur, ἐπεὶ ἐπαύσαντο ἂν προσφερόμεναι. Pro nobis facit Theophylactus. Certe aut omittenda erat negatio, aut legendum per interrogationem, quæ vim habet negandi. Cæterum hic eleganter Interpres participium vertit in verbum infinitivum, ἐπαύσαντο προσφερόμεναι pro προσφέρεσθαι, quod alias quidem parum eleganter reliquit.

3 *Sed in ipsis commemoratio*] Subaudiendum est *sacrificiis*, sive *hostiis*, sive *in iisdem.* Loquitur enim de iteratis.

4 Ho-

4 κατ' ἐνιαυτόν. Ἀδύνατον γὰρ αἷμα ταύρων καὶ τρά-
5 γων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας. Διὸ εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον, λέγει, Θυσίαν καὶ προσφορὰν ὐκ ἠθέλησας· σῶ-
6 μα δὲ κατηρτίσω μοι· Ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁ-
7 μαρτίας ὐκ εὐδόκησας. Τότε εἶπον, Ἰδὲ ἥκω, ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ, τῦ ποιῆσαι,
8 ὁ Θεὸς, τὸ θέλημά σου. Ἀνώτερον λέγων, Ὅτι θυσίαν, καὶ προσφορὰν, καὶ ὁλοκαυτώματα, καὶ περὶ ἁμαρτίας ὐκ ἠθέλησας, ὐδὲ εὐδόκησας, αἵτινες κατὰ
9 τὸν νόμον προσφέρονται, Τότε εἴρηκεν, Ἰδοὺ ἥκω τοῦ ποιῆσαι, ὁ Θεὸς, τὸ θέλημά σου· ἀναιρεῖ τὸ πρῶ-
10 τον, ἵνα τὸ δεύτερον στήσῃ· Ἐν ᾧ θελήματι ἡγιασμένοι ἐσμὲν οἱ διὰ τῆς προσφορᾶς τῦ σώματος τοῦ Ἰη-
11 σοῦ Χριστοῦ ἐφάπαξ. Καὶ πᾶς μὲν ἱερεὺς ἕστηκε καθ' ἡμέραν λειτυργῶν, καὶ τὰς αὐτὰς πολλάκις προσφέρων θυσίας, αἵτινες οὐδέποτε δύνανται περιελεῖν ἁμαρ-
12 τίας. Αὐτὸς δὲ μίαν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσενέγκας θυσίαν, εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ·
13 Τὸ λοιπὸν ἐκδεχόμενος, ἕως τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ
14 ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ. Μιᾷ γὰρ προσφορᾷ τε-
15 τελείωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους. Μαρτυρεῖ δὲ ἡμῖν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μετὰ γὰρ
16 τὸ προειρηκέναι, Αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι πρὸς αὐτοὺς μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, λέγει Κύριος, διδοὺς νόμους μου ἐπὶ καρδίας αὐτῶν, καὶ ἐπὶ
17 τῶν διανοιῶν αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτὺς, Καὶ τῶν ἁμαρτιῶν καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔ-
18 τι. Ὅπου δὲ ἄφεσις τούτων, οὐκ ἔτι προσφορὰ πε-
19 ρὶ ἁμαρτίας. Ἔχοντες οὖν, ἀδελφοὶ, παῤῥησίαν εἰς
20 τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων ἐν τῷ αἵματι Ἰησοῦ, Ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν, διὰ τοῦ κα-
21 ταπετάσματος, τυτέστι, τῆς σαρκὸς αὐτῦ, Καὶ ἱε-
22 ρέα μέγαν ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, Προσερχώμεθα μετὰ ἀληθινῆς καρδίας ἐν πληροφορίᾳ πίστεως, ἐῤῥαν-
23 τισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς, Καὶ λελυμένοι τὸ σῶμα ὕδατι καθαρῷ, κατέχωμεν τὴν ὁμολογίαν τῆς ἐλπίδος ἀκλινῆ· πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγ-
24 γειλάμενος· Καὶ κατανοῶμεν ἀλλήλους εἰς παροξυ-
25 σμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων, Μὴ ἐγκαταλιπόντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν, καθὼς ἔθος τισὶν, ἀλλὰ παρακαλοῦντες, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ βλέπε-
26 τε ἐγγίζυσαν τὴν ἡμέραν. Ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας,
27 ὐκ ἔτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία, Φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως, καὶ πυρὸς ζῆλος, ἐσθίειν μέλλοντος

quotannis. Non enim poteſt ſanguis taurorum & hircorum auferre peccata. Quapropter quum ingreſſurus 5 eſt mundum, dicit, 4 Sacrificium & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi: Holocautomata & 6 pro peccato non comprobaſti. Tunc dixi, Ecce ad- 7 ſum, in capite libri ſcriptum eſt de me, 5 ut faciam, Deus, voluntatem tuam. Superius quum dicit, Sacri- 8 ficium, & oblationem, & holocautomata, & pro peccato noluiſti, neque comprobaſti, quæ juxta legem offeruntur, 6 Tunc dixit, Ecce adſum ut faciam, Deus, 9 voluntatem tuam: tollit prius, 7 ut poſterius ſtatuat: Per quam voluntatem ſanctificati ſumus per oblatio- 10 nem corporis Jeſu Chriſti ſemel peractam. Et omnis 11 quidem 8 ſacerdos aſſiſtit quotidie ſacra peragens, & eaſdem ſæpius offerens hoſtias, quæ nunquam poſſint auferre peccata. Hic vero 9 una pro peccatis oblata 12 victima, perpetuo ſedet ad dexteram Dei: Id quod 13 ſupereſt exſpectans, donec reddantur inimici ipſius ſcabellum pedum ejus. Unica enim oblatione perfe- 14 ctos effecit in perpetuum 10 eos qui ſanctificantur. Teſtificatur autem nobis & ipſe Spiritus ſanctus, ni- 15 mirum quum prædixerit, Hoc eſt teſtamentum, quod 16 condam erga illos poſt dies illos, dicit Dominus, 11 dans leges meas in corde illorum, & in mentibus illorum inſcribam eas, Et peccatorum atque iniquita- 17 tum illorum non recordabor amplius. Porro ubi ho- 18 rum eſt remiſſio, non eſt amplius oblatio pro peccato. Quum igitur, fratres, habeamus libertatem 12 ad- 19 eundi in ſancta per ſanguinem Jeſu, Ea via quam 13 20 dedicavit nobis 14 recentem ac viventem, per velamentum, hoc eſt, per carnem ſuam, Quumque habea- 21 mus ſacerdotem magnum præfectum domui Dei, 15 Accedamus cum vero corde in certitudine fidei, ad- 22 ſperſi cordibus, ac depulſa conſcientia mala, Et ablu- 23 ti corpore aqua pura, teneamus 16 confeſſionem ſpei non vacillantem: fidelis enim qui promiſit: Et conſi- 24 deremus nos invicem, in hoc, 17 ut provocemus ad charitatem & bona opera, Non deſerentes 18 aggre- 25 gationem noſtri mutuam, ſicuti mos eſt nonnullis, ſed adhortantes invicem, idque hoc magis, 19 quod videtis appropinquantem diem. Nam ſi volentes 26 peccaverimus poſt acceptam cognitionem veritatis, non ultra pro peccatis reliqua eſt hoſtia, 20 Sed 27 formidabilis quædam exſpectatio judicii, 21 & ignis vehementia, 22 qui devoraturus eſt adverſarios. 23 Qui

4 *Hoſtiam & oblationem noluiſti*] Quiſquis hanc ſcripſit Epiſtolam, minimum diſcrepat ab Editione Septuaginta, in citandis veteris Inſtrumenti teſtimoniis, juxta quos ita legimus, *Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. Ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἐζήτησας. Τότε εἶπον, Ἰδοὺ ἥκω. Ἐν κεφαλίδι βιβλίυ γέγραπται περὶ ἐμῦ, τῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά συ, ὁ Θεός μυ.* Ubi pro *aures* poſitum eſt *corpus*, atque ita legit Auguſtinus, enarrans Pſalmum XXXIX. At divus Hieronymus juxta veritatem Hebraïcam tranſtulit hoc modo, *Victima & oblatione non indiges, aures autem fodiſti mihi. Holocauſtum & pro peccato non petiſti. Tunc dixi, Ecce venio. In volumine libri ſcriptum eſt de me, ut facerem placitum tibi, Deus meus.* Cæterum quod dicit, *aures autem perfodiſti mihi*, indicat obedientiam fidei, quam Deus jam requirebat a ſuis cultoribus, faſtidiitis victimis.

5 *Ut faciam Deus*] Hoc referendum eſt ad illud quod præceſſit, *Ecce venio, ut faciam* &c. annotantibus Græcorum ſcholiis, & liquet ex his quæ ſequuntur.

6 *Tunc dixi, Ecce venio*] Ubi hæc verba repetuntur, *dixit*, eſt Græce *τότε εἴρηκεν*. Mirum eſt autem, cur Interpres Latinus mutaverit perſonam, cum referantur verba ſuperius poſita. Et tamen ita ſcriptum fuiſſe in vetuſtiſſimo codice Paulino raſuræ veſtigium indicat. Neque ſecus legiſſe videtur Chryſoſtomus, vel hoc argumento, quod quæſtionem movet, de quo hoc dicatur. Nam ſi legiſſet, *tunc dixi*, hoc eſt, ſi ipſe diceret de ſe, non conveniebat interrogare, de quo hoc diceretur. Poſt hæc conſului Græcum codicem, & reperi *εἴρηκεν*, id eſt, *dixit*, in poſteriore loco, quum apud Theophylactum eſſet *εἶπον*, id eſt, *dixi*. Variant & Latini codices.

7 *Ut ſequens ſtatuat*] *τὸ δεύτερον*, id eſt, *ſecundum*, ſive *poſterius*.

8 *Sacerdos præſto eſt quotidie*] *Ἱερεὺς ἕστηκε*, id eſt, *Sacerdos ſtat*, ut verbum verbo reddam. Nec eſt quod nos offendat temporis ratio, cum in hujuſmodi verbis præteritum uſurpetur pro præſenti. Hoc admonui, quod animadverterim quoſdam fruſtra offendi, in quibus eſt Stapulenſis noſter. Alioqui ſi legas *ſtabat*, parum congruet quod mox conſequitur, *quæ non poſſunt auferre peccata.* Quanquam Græce eſt, *οὐδέ ποτε δύνανται*, id eſt, *nunquam poſſunt*: atque ita ſcriptum comperi in exemplari Paulino, atque item in Conſtantienſi.

9 *Pro peccatis offerens hoſtiam*] *προσενέγκας θυσίαν*, participium eſt præteriti temporis, quamobrem mutato genere vertere poterat, *oblata hoſtia*.

10 *Sanctificatos*] *τοὺς ἁγιαζομένυς*, id eſt, *eos qui ſanctificantur.*

11 *Dabo leges*] *διδὺς νόμυς*, id eſt, *dans leges*. Codex Donatiani habebat *dando*, pro *dabo*: conſentiebat Conſtantienſis.

12 *In introitu*] Valla caſtigat, *in introitum*, quaſi nos confidamus futurum, ut introeamus ſancta. Et eſt quidem Græcus ſermo anceps, *εἰς τὴν εἴσοδον*. Verum non video cur non recte poſſit accipi, nos habere fiduciam in introitu, quo Chriſtus Pontifex pro nobis ingreſſus eſt ſancta. Etiamſi diverſa lectio mihi non improbatur, & magis quadrat ad ea quæ ſequuntur, *Accedamus cum vero* &c.

13 *Initiavit*] *ἐνεκαίνισεν*, id eſt, *innovavit*, ſive *dedicavit*, unde *encænia*.

14 *Viam novam*] *ὁδὸν πρόσφατον*, id eſt, *viam recentem.*

15 *Accedamus*] *Προσερχόμεθα*, id eſt, *Accedimus*. Etiamſi hic Græcorum exemplaria variant. Et *in plenitudine*, eſt, *ἐν πληροφορίᾳ*, de quo ſæpe jam admonuimus. Ac de certitudine fiduciæ interpretantur Græcorum Commentarii, qui Chryſoſtomo inſcribuntur.

16 *Confeſſionem indeclinabilem*] *ἀκλινῆ*, id eſt, *non vacillantem, neque huc & illuc nutantem*, hoc eſt, firmam & immotam. Alioqui *indeclinabile* dicitur, quod vitari non poſſit.

17 *In provocationem charitatis*] *εἰς παροξυσμόν*. Quod Lucas in Actis accipit pro *excandeſcentia*, in malam partem; hic in bonam uſurpavit, pro *exſtimulatione*.

18 *Collectionem noſtram*] *ἐπισυναγωγὴν*, id eſt, *aggregationem*, quaſi poſtea acceſſerint, aut acceſſuri ſint.

19 *Quanto videritis*] *ὅσῳ βλέπετε*, id eſt, *quanto videtis.*

20 *Terribilis autem*] Melius erat, *Sed terribilis*. Quanquam idem ſignificent hæ conjunctiones, tamen nonnihil refert aliquando, quam quo loco ponas.

21 *Et ignis æmulatio*] *ζῆλος*, igni veluti ſenſum tribuit. Nam zelum appellat impetum ulciſcendi.

22 *Quæ conſumptura eſt*] *ἐσθίειν μέλλοντος*, id eſt, *qui comeſurus eſt*, ſive *devoraturus*. Et hic locus palam adimit ſpem Chriſtianis relapſis in peccatum, niſi commode interpretemur juxta rationem, quam ſuperius indicavimus ex Chryſoſtomi ſententia, atque etiam Theophylacti, non poſſe repeti baptiſmum, qui Chriſti mortem repræſentat. Teſtatur nominatim Theophylactus, hunc Pauli ſermonem a nonnullis eò fuiſſe depravatum, ut interpretarentur, non dari locum veniæ, a baptiſmo revolutis in vitia. Quoniam

28 τος τοὺς ὑπεναντίους. Ἀθετήσας τὶς νόμον Μωσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυ-
29 σιν ἀποθνήσκει. Πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας, ὁ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κόινὸν ἡγησάμενος, ἐν ᾧ ἡγιάσθη, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς χά-
30 ριτος ἐνυβρίσας. Οἴδαμεν γὰρ τὸν εἰπόντα, Ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος.
31 Καὶ πάλιν, Κύριος κρινεῖ τὸν λαὸν αὐτοῦ. Φο-
32 βερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος. Ἀναμιμνήσκεσθε δὲ τὰς πρότερον ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων·
33 Τοῦτο μὲν ὀνειδισμοῖς τὲ καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι, τοῦτο δὲ κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀνα-
34 στρεφομένων γενηθέντες. Καὶ γὰρ τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε, γινώσκοντες ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐ-
35 ρανοῖς καὶ μένουσαν. Μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν, ἥτις ἔχει μισθαποδοσίαν με-
36 γάλην. Ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν, ἵνα τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιήσαντες, κομίσησθε τὴν
37 ἐπαγγελίαν. Ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον, ὁ
38 ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ. Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται· καὶ ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ
39 εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. Ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς εἰς ἀπώλειαν, ἀλλὰ πίστεως εἰς
XI. 1 περιποίησιν ψυχῆς. Ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.
2 3 Ἐν ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι. Πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ, εἰς

28 23 Qui adspernatus fuerit Mosis legem, absque misericordia sub duobus aut tribus testibus moritur. Quan-
29 to putatis pejoribus 24 afficietur suppliciis, qui Filium Dei conculcarit, & sanguinem testamenti 25 ceu rem profanam habuerit, per quem fuerat sanctificatus, & Spiritum gratiæ contumelia affecerit. Novimus enim
30 eum qui dixit, 26 Meum est ulcisci, ego rependam, dicit Dominus. Et rursum, Dominus 27 judicabit po-
31 pulum suum. Horrendum est incidere in manus Dei
32 viventis. Redeant autem vobis in memoriam superiores dies, in quibus illuminati ingens certamen susti-
33 nuistis afflictionum: Partim quidem dum & probris & pressuris affecti, 28 spectaculo fuistis omnibus, partim dum consortes ita conversantium facti estis. Si-
34 quidem & afflictionum, quæ ex 29 vinculis meis contigerunt, participes fuistis, & direptionem facultatum vestrarum cum gaudio accepistis, 30 scientes vos habere in vobis potiorem substantiam in cœlis ac
35 manentem. 31 Ne abjeceritis igitur fiduciam vestram,
36 quæ magnam habet præmii retributionem. 32 Nam patientia vobis est opus, ut, ubi voluntatem Dei pe-
37 regeritis, reportetis promissionem. 33 Adhuc enim perpusillum temporis, & qui venturus est veniet, &
38 non tardabit. Justus autem 34 ex fide victurus est: 35
39 & si se subduxerit, 36 non probabitur animo meo. At nos 37 non sumus qui subducamus nos in perditionem, sed ad fidem pertinemus in acquisitionem ani-
XL. 1 mæ. Est autem fides 1 earum rerum quæ sperantur substantia, 2 argumentum 3 eorum quæ non videntur.
2 3 Per hanc enim testimonium meruerunt seniores. Per fidem intelligimus perfecta fuisse secula verbo Dei, ut

niam autem ea quæ sequuntur, *Sed terribilis exspectatio judicii*, videntur pugnare cum hac interpretatione. (nam alioqui dixisset, *sed sequitur pœnitentia*) Posset & sic explicari, ut Paulus ὑπερβολῇ utatur, quo magis deterreat eos a peccando. Similia sunt in Epistola Joannis. Aut ut intelligamus de iis qui deficiunt a lege Christi, quos *adversarios* vocat.

23 *Irritam quis faciens*] Ἀθετήσας τὶς νόμον, id est, *Aliquis qui irritam fecit legem.*

24 *Mereri supplicia*] ἀξιωθήσεται, id est, *merebitur*, seu *dignus habebitur.*

25 *Pollutum duxerit*] κοινὸν, id est, *commune*. Sic enim vocant Judæi, quod est profanum & abominandum. Porro *duxerit* positum est pro *existimarit*, aut *habuerit*.

26 *Mihi vindictam*] Græce est *vindicta* nominandi casu, Ἐμοὶ ἐκδίκησις, ut & ante admonuimus. Perinde valet ac si dicas, mea est vindicta, & meum est ulcisci, non vestrum. *Et ego retribuam*, & redundat, consentiente Constantiensi.

27 *Quia judicabit*] *Quia* non est apud Græcos. Cæterum illud, *In altero quidem opprobriis*, dilucidius verti poterat, per *tum* & *tum*, aut *partim* & *partim*, aut *non modo* & *non solum*. *Partim quidem dum & probris & pressuris affecti, spectaculo fuistis omnibus, partim dum consortes ita conversantium facti estis.* Ut sit sensus, illos duplici nomine laudari, qui non solum ipsi persecutionem ob Christi fidem sustinuerint, verum & aliis hæc patientibus adfuerint & communicarint. Porro quod Laurentius arbitratur, ex hoc potissimum verbulo doceri posse, hanc Epistolam esse Pauli, quod de vinculis suis meminerit, frivolum est, ne dicam ridiculum, quasi non omnes ferme Apostolorum successores & adjutores in vinculis fuerint.

28 *Spectaculum facti*] θεατριζόμενοι. Θέατρον Græcis *spectaculum*. Unde qui in theatrum producuntur, ut omnibus sint spectaculo, θεατρίζεσθαι dicuntur.

29 *Nam & vinctis*] Græce est, τοῖς δεσμοῖς ἐμοῦ, id est, *vinculis meis*. Interpres legisse videtur δεσμίοις. Theophylactus legit δεσμοῖς μου. Utraque lectio sanam habet sententiam.

30 *Cognoscentes vos*] Græci sic legunt, γινώσκοντες ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς καὶ μένουσαν, id est, *cognoscentes vos habere in vobismetipsis meliorem substantiam in cœlis & manentem*. Quidam codices pro ἐν ἑαυτοῖς habent ἐν οὐρανοῖς, id est, *in cœlis*. Quidam habebant ad hunc modum, ἔχειν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς, id est, *habere vobisipsis meliorem substantiam in cœlis*.

31 *Nolite itaque amittere*] Μὴ ἀποβάλητε οὖν, id est, *Ne abjiciatis igitur.*

32 *Patientia enim vobis necessaria*] Ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν. Quod non simpliciter sonat patientiam, qua toleramus mala, sed patientem exspectationem, cum spe præmii duramus in malis, & nos rebus melioribus servamus.

33 *Adhuc enim modicum aliquantulum*] Ἔτι γὰρ μικρὸν, ὅσον, ὅσον. Quod ita vertere poterat: *Adhuc enim perpusillum*, aut *perquam exiguum tempus*; nam Græci sermonis conduplicatio epitasin habet brevitatis temporis, idque juxta proprietatem Hebræi sermonis, qui congeminatione verbi ejusdem vehementiam explicant. Quod genus est illud Hieremiæ, *ficus bonas bonas*, & *ficus malas malas*. Rursum illud ejusdem, *templum Domini, templum Domini*. Itidem Esaias capite x. *Adhuc enim paululum, modicumque, & consummabitur indignatio mea.*

34 *Ex fide vivit*] ζήσεται, id est, *vivet*, sive *victurus est*.

35 *Quia si*] Antiqui codices habent, *quod si*. Græci, καὶ ἐὰν, id est, *& si*.

36 *Non placebit anima mea*] οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ, id est, *non complacitum est animæ meæ in illo*. Quanquam divus Hieronymus existimat *ea* legendum, ut referatur ad visionem, non ad hominem: præcedit enim in Habacuc, unde hic desumptus est locus, *Scribe visionem*, &c. Atque illud, *si subtraxerit se*, refert ad Christum tardantem, non ad hominem desperantem. De quo cui cordi fuerit copiosius edoceri, legat hujus enarrationem in II. caput Habacuc.

37 *Subtractionis filii*] *Filii* non reperio in Græcis codicibus, ac ne in Paulino quidem exemplari, nisi quod aliquis recentiore manu in spatio versus dirimente adscripserat *filii*. Suffragabatur nobis hic vetustissimus codex Constantiensis. Porro ita dixit, *non sumus subtractionis*, quasi diceret, non sumus subtractores, hoc est, qui refugiunt ac detrectant obedire: sed sumus fidei, hoc est, fideles, quasi dicas, sumus Dei. Nec est *simus*, sed *sumus*, ἐσμὲν modo indicandi, non imperandi.

1 *Sperandarum substantia*] ἐλπιζομένων, id est, *quæ sperantur*, ut *sperandarum* nomen sit gerundivum, non participium: ὑπόστασιν dixit *certitudinem*, & id cui aliquid innititur ac fulcitur. Augustinus enarrans caput Evangelii secundum Joannem XIV. sic adducit, *Est autem fides sperantium substantia*, ut ἐλπιζομένων accipiatur active, quum sit verbum medium, quasi fides sit quo nitantur credentes. Itidem citat libro *de Pecc. merit. & remiss.* II. cap. XXXI. Ibidem ἔλεγχος vertit *convictionem*, sed dure. Hic quidam argutantur circa hanc definitionem, ut ipsi vocant, cum encomium fidei potius sit quam definitio dialectica. Tametsi Hieronymus ac Theophylactus eam appellant definitionem, quod speciem aliquam habet definitionis, qua rei naturam explicant Dialectici. Siquidem hoc exordiolo ingreditur fidei laudationem, mox & exemplis ostendens, quantam vim habeat fides. Nisi forte putant esse definitionem, ubicunque legerint *est*. Veluti si dicam, *Litteræ sunt in rebus adversis solatium, in secundis ornamentum*: hanc eruditionis laudatiunculam existiment ad definitionum leges exigendam. Et sunt qui submota hac definitione, ceu nimium Apostolica, parumque magistrali, subjiciunt aliam sophisticam, & Aristotelis redolentem dialecticam, videlicet hanc, *Fides est voluntaria certitudo absentium, infra scientiam & supra opinionem constituta*. Deblaterat & alia ferme hujus generis vulgatissimum Glossema in caput *de summa Trinitate & fide catholica*. Quorum est illud, *Symbolum dicitur a syn, quod est simul, & bolus, morsus: quod singuli Apostolorum attulerint morsellum suum.* Illud adjiciam, hoc loco *fidem* non usurpari proprie pro ea, qua credimus credenda, sed qua speramus, hoc est, ipsa fiducia. Glossema quoddam vetustum indicat hoc dictum per synecdochen, quum fides sit & præteritorum & præsentium & futurorum.

2 *Argumentum*] ἔλεγχος, id est, *indicium*; nam id hoc loco significat *argumentum*. Interpres Chrysostomi vertit *convictio*. Etiamsi in libris vulgatis ubique depravatum est *conjunctio*. Eam vocem quum toties repetat, nullus tamen animadvertit mendum, ne in postrema quidem Editione. Certe sensus ipse monere poterat Lectorem hujus rei. Etenim quum ait, *Conjunctio quippe est in rebus admodum manifestis*, perspicuum est hic non congruere *conjunctionem*.

3 *Non apparentium*] Græce est, οὐ βλεπομένων, id est, *quæ non videntur*. Nec est *senes*, sed *seniores*, πρεσβύτεροι. Et ἐμαρτυρήθησαν, quod hic vertit *testimonium consequuti sunt*, transferre poterat, *testimonio probati sunt*, sive *testimonium emeruerunt*.

4 Ex

εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι. 4 Πίστει πλείονα θυσίαν Ἄβελ παρὰ Κάϊν προσήνεγκε τῷ Θεῷ δι' ἧς ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος, μαρτυροῦντος ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ δι' αὐτῆς ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖ. 5 Πίστει Ἐνὼχ μετετέθη τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, καὶ οὐχ εὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεός· πρὸ γὰρ τῆς μεταθέσεως αὐτοῦ μεμαρτύρηται 6 εὐηρεστηκέναι τῷ Θεῷ. Χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι· πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ, ὅτι ἐστὶ, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν 7 αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται. Πίστει χρηματισθεὶς Νῶε περὶ τῶν μηδέπω βλεπομένων, εὐλαβηθεὶς, κατεσκεύασε κιβωτὸν εἰς σωτηρίαν τοῦ οἴκου αὐτοῦ, δι' ἧς κατέκρινε τὸν κόσμον, καὶ τῆς κατὰ πίστιν δι- 8 καιοσύνης ἐγένετο κληρονόμος. Πίστει καλούμενος Ἀβραὰμ ὑπήκουσεν ἐξελθεῖν εἰς τὸν τόπον, ὃν ἤμελλε λαμβάνειν εἰς κληρονομίαν, καὶ ἐξῆλθε, 9 μὴ ἐπιστάμενος ποῦ ἔρχεται. Πίστει παρῴκησεν εἰς γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ὡς ἀλλοτρίαν, ἐν σκηναῖς κατοικήσας μετὰ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ τῶν 10 συγκληρονόμων τῆς ἐπαγγελίας τῆς αὐτῆς. Ἐξεδέχετο γὰρ τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν, 11 ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός. Πίστει καὶ αὐτὴ Σάῤῥα δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε, καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας ἔτεκεν, ἐπεὶ πι- 12 στὸν ἡγήσατο τὸν ἐπαγγειλάμενον. Διὸ καὶ ἀφ' ἑνὸς ἐγεννήθησαν, καὶ ταῦτα νενεκρωμένου, καθὼς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει, καὶ ὡσεὶ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ἡ ἀνα- 13 ρίθμητος. Κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες, μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόῤῥωθεν αὐτὰς ἰδόντες, καὶ πεισθέντες, καὶ ἀσπασάμενοι, καὶ ὁμολογήσαντες, ὅτι ξένοι καὶ παρεπίδημοί εἰσιν ἐπὶ τῆς 14 γῆς. Οἱ γὰρ τοιαῦτα λέγοντες, ἐμφανίζουσιν, ὅτι πα- 15 τρίδα ἐπιζητοῦσι. Καὶ εἰ μὲν ἐκείνης ἐμνημόνευον, ἀφ' 16 ἧς ἐξῆλθον, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι. Νῦν δὲ κρείττονος ὀρέγονται, τουτέστιν ἐπουρανίου. Διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ὁ Θεὸς, Θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν· ἡτοί- 17 μασε γὰρ αὐτοῖς πόλιν. Πίστει προσενήνοχεν Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ πειραζόμενος, καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν, ὁ τὰς

ut [4] ex his quæ non apparebant, ea quæ videntur fierent. 4 Per fidem [5] uberiorem hostiam Abel obtulit Deo quam Caïn: per quam [6] testimonium meruit, quod esset justus, testimonium perhibente [7] de donariis illius Deo, & per hanc mortuus adhuc loquitur. 5 Per fidem Enoch fuit translatus, ne videret mortem, nec fuit inventus, propterea quod transtulerat illum Deus: prius quam enim transferretur, testimonium meruerat, quod placuisset Deo. 6 [8] Atqui sine fide, fieri non potest, ut quis illi placeat: nam qui accedit ad Deum, hunc credere oportet esse Deum, & esse remuneratorem quærentibus se. 7 Per fidem admonitus oraculo Noe eá quæ nondum videbantur, [9] veritus, apparavit arcam ad salutem domus suæ, per quam arcam condemnavit mundum, & ejus, quæ secundum fidem est, justitiæ factus est hæres. 8 [10] Per fidem appellatus Abraham obediit, [11] ut exiret in locum, quem accepturus erat in hæreditatem, & exivit, nesciens quo esset venturus. 9 Per fidem commigravit in terram promissionis, veluti peregrinam, quum [12] in tabernaculis habitasset cum Isaac & Jacob cohæredibus ejusdem promissionis. 10 Exspectaverat enim habentem fundamenta civitatem, cujus opifex & conditor est Deus. 11 Per fidem & ipsa [13] Sara vim [14] ad concipiendum ac retinendum semen accepit, [15] ac præter ætatis rationem peperit, quod fidelem judicaret eum qui promiserat. 12 Quapropter & ex uno [16] prognati sunt posteri, [17] eoque jam annis effœto, tanto numero quanto sunt stellæ cœli, & velut arena quæ est juxta marginem maris innumerabilis. 13 Juxta fidem mortui sunt hi omnes, quum non accepissent promissiones, [18] Sed procul eas vidissent, & credidissent, [19] salutassentque, & confessi fuissent se hospites atque advenas esse in terra. 14 Nam hæc qui dicunt, declarant se patriam inquirere. 15 [20] Et si illius quidem memores fuissent, unde fuerant profecti, habebant opportunitatem revertendi. 16 Nunc autem meliorem expetunt, hoc est cœlestem. Quapropter non erubescit ipse Deus vocari Deus illorum: paraverat enim illis civitatem. 17 Per fidem obtulit Abraham Isaac, quum tentaretur, & unigenitum obtulit, [21] in quo pro-

4 *Ex invisibilibus visibilia*] εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι, id est, *ut ex his quæ non apparent, ea quæ videntur fierent.*

5 *Plurimam hostiam*] πλείονα θυσίαν, id est, *copiosiorem hostiam*, sive *plus hostiarum*. Interpres ne diceret *plurem hostiam*, comparativum mutavit in superlativum.

6 *Esse justus*] Græce dixit magis quam Latine, ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος, *testimonio dictus est esse justus*, sive *testimonium meruit quod esset justus.*

7 *Muneribus ejus*] *De muneribus* est Græce, ἐπὶ τοῖς δώροις, id est, *de donariis.*

8 *Sine fide autem impossibile est placere Deo*] *Deo* hoc loco non repetitur apud Græcos, quos ego viderim, sed subauditur ex superioribus. Certe nec apud Chrysostomum Græcum, nec apud Theophylactum additur.

9 *Metuens*] εὐλαβηθεὶς, id est, *cavens*, sive *veritus.*

10 *Fide qui vocatur Abraham*] Πίστει καλούμενος Ἀβραάμ. Interpres non respexit ad verbum præteriti temporis, *obedivit*. Itaque vertendum erat, *Fide vocatus Abraham obedivit*: aut, *Fide cum vocaretur Abraham obedivit*, ut *fide* pertineat ad verbum *obedivit*. Sed rectius ad utrumque accommodatur, *vocatus Abraham per fidem*, & *obedivit per fidem*. Siquidem fide promeruit, ut illi nomen augeretur. Non enim illi prius auctum est, quam de eo dictum est, *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam*. Theophylactus sic interpretatur, ut *vocatus* non faciat ad nominis appellationem, sed ad jussum Dei, bis enim vocatus est a Deo, cum juberetur relinquere natalem terram, rursum cum vocaretur in montem immolaturus filium. Ac juxta hunc sensum ordinandus est sermo: *Abraham cum vocaretur a Deo, per fidem obedivit.*

11 *In locum exire*] Et hoc Græce, *obedivit exire*; poterat Latine, *obedivit*, sive *paruit exiens*, sive *ut exiret.*

12 *In casulis*] ἐν σκηναῖς, id est, *in tentoriis.*

13 *Sara sterilis*] Epitheton *sterilis* non invenio in Græcis, licet adscriptum sit in vetustissimis nostris codicibus. Ex Chrysostomi & Theophylacti enarratione parum liquet, an Interpres addiderit de suo, an hinc sumpserit.

14 *In conceptione seminis*] εἰς καταβολὴν σπέρματος. Interpres probe & verecunde reddidit sententiam Græci sermonis. Imbecillitas enim corporis obstat, quo minus semen subsidat & adhærescat in matrice, propter imminutam attrahendi ac retinendi vim. Nam illud καταβολὴν aliquoties vertit *fundationem*. Proinde Chrysostomus vim verbi explanans, exponit, *ad suscipiendum semen ac retinendum*. Demiror autem cur Faber maluerit pro *conceptione successionem*, nisi quod verecundius etiam quam Interpres studuit efferre, aut, quod magis suspicor, Librariorum incuria, pro *susceptione* mutatum est *successione*. Theophylactus indicat quosdam esse in hac sententia, ut putent & fœminis inesse semen, & ad id hunc locum posse accommodari.

15 *Etiam præter tempus ætatis*] Græce sic est, καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας ἔτεκεν, id est, *& præter tempestivitatem ætatis peperit*, hoc est, aliená ætate.

16 *Orti sunt*] ἐγεννήθησαν, id est, *nati sunt*, sive *geniti*. *Propter quod ab uno orti sunt*. Διὸ καὶ ἀφ' ἑνὸς ἐγεννήθησαν, καὶ ταῦτα νενεκρωμένου, id est, *Propter quod ab uno nati sunt*, sive *ex uno, idque emortuo*, sive *eoque emortuo.*

17 *Et hoc emortuo*] καὶ ταῦτα νενεκρωμένου. Ne quis putet Abraham jam vita defunctum genuisse filios. Sic enim vertit quidam, *ex uno nati sunt, & ipso cum mortuus esset*. Imo Græcus sermo significat illum jam effœto defectoque fuisse corpore, sicut & in Epistola ad Romanos dixit, *mortificationem vulvæ & corporis*. Deinde καὶ ταῦτα, ex consuetudine Græci sermonis, facit ad epitasin, quod Latini reddere solent, *idque*, *atque id*, *& quidem*, aliisque similibus modis. Ut ne Laurentium quidem oportuerit admodum offendi numero pronominis.

18 *Adspicientes*] Cum mutarit genus paulo ante, ut temporis servaret rationem, cur non idem facit in hoc participio? Nam dicere poterat, *non acceptis, sed eminus* sive *procul conspectis & salutatis, & confessi.*

19 *Et salutantes*] Ante hæc verba invenio in Græcis codicibus καὶ πεισθέντες, id est, *& persuasi.*

20 *Et siquidem illius meminissent*] Καὶ εἰ μὲν ἐκείνης ἐμνημόνευον, ἀφ' ἧς ἐξῆλθον, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι, id est, *Et siquidem illius meminissent, unde fuerant profecti, habuissent tempus revertendi*. Nec enim assentior hac quidem in parte Laurentio Vallæ, qui putavit in hunc vertendum fuisse modum: *Et si quidem illius recordarentur, ex qua exierant, haberent tempus revertendi*, veluti de præsenti loquatur, non de præterito. Atqui id longe secus est. Loquitur enim de Abraham ac similibus, quibus liberum erat in patriam redire, si patriæ desiderium eos tenuisset. Cæterum Laurentium offendit verbum præsentis temporis, quod mox sequitur, *Nunc autem meliorem appetunt*. Quasi vero nova sit hujusmodi temporis hypallage. Quid quod ut sequitur, ita præcessit etiam verbum præsentis temporis, ἐμφανίζουσιν, ὅτι. Certe quod paulo inferius subjicitur, *non confunditur Deus, vocari Deus illorum*, non potest nisi ad Patriarchas accommodari. Dicitur enim Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob. Jam num Latine dici possit, *erubescit vocari bonus*, quemadmodum dicimus, *cupit videri bonus*, viderit Laurentius, qui hoc negat, cum nihil obsistat, quo minus ita loquamur.

21 *In quo susceperat*] ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος, id est, *qui promissiones acceperat.*

18 ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος, Πρὸς ὃν ἐλαλήθη,
19 Ὅτι ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα, Λογισάμενος, ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν δυνατὸς ὁ Θεὸς, ὅθεν
20 αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο. Πίστει περὶ μελλόντων εὐλόγησεν Ἰσαὰκ τὸν Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἡσαῦ.
21 Πίστει Ἰακὼβ ἀποθνήσκων ἕκαστον τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ εὐλόγησε, καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥά-
22 βδου αὐτοῦ. Πίστει Ἰωσὴφ τελευτῶν περὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐμνημόνευσε, καὶ περὶ τῶν ὀστέων αὐ-
23 τοῦ ἐνετείλατο. Πίστει Μωσῆς γεννηθεὶς ἐκρύβη τρίμηνον ὑπὸ τῶν πατέρων αὐτοῦ, διότι εἶδον ἀστεῖον τὸ παιδίον, καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν τὸ διάταγμα τοῦ
24 βασιλέως. Πίστει Μωσῆς μέγας γενόμενος ἠρνήσατο
25 λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς Φαραὼ, Μᾶλλον ἑλόμενος συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ, ἢ πρόσκαιρον
26 ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν, Μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θησαυρῶν τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ· ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν.
27 Πίστει κατέλιπεν Αἴγυπτον, μὴ φοβηθεὶς τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως· τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε.
28 Πίστει πεποίηκε τὸ Πάσχα καὶ τὴν πρόσχυσιν τοῦ αἵματος, ἵνα μὴ ὁ ὀλοθρεύων τὰ πρωτότοκα, θίγῃ
29 αὐτῶν. Πίστει δὲ διέβησαν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ὡς διὰ ξηρᾶς, ἧς πεῖραν λαβόντες οἱ Αἰγύπτιοι, κα-
30 τεπόθησαν. Πίστει τὰ τείχη Ἱεριχὼ κατέπεσε, κυκλω-
31 θέντα ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας. Πίστει Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐ συναπώλετο τοῖς ἀπειθήσασι, δεξαμένη τοὺς κατα-
32 σκόπους μετ' εἰρήνης. Καὶ τί ἔτι λέγω; ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος περὶ Γεδεὼν, Βαράκ τε, καὶ Σαμψὼν, καὶ Ἰεφθάε, Δαβίδ τε, καὶ Σα-
33 μουὴλ, καὶ τῶν Προφητῶν, Οἳ διὰ πίστεως κατηγωνίσαντο βασιλείας, εἰργάσαντο δικαιοσύνην, ἐπέ-
34 τυχον ἐπαγγελιῶν, ἔφραξαν στόματα λεόντων, Ἔσβεσαν δύναμιν πυρὸς, ἔφυγον στόματα μαχαίρας, ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας, ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πο-
35 λέμῳ, παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων. Ἔλαβον γυναῖ-

A promissiones acceperat, Ad quem dictum fuerat, In 18 Isaac vocabitur tibi semen, 22 Quum illud secum per- 19 pendisset, Deum vel a mortuis excitare posse, unde illum etiam resurrectionis 23 typo reduxit. Per fidem 20 de futuris benedixit Isaac filio Jacob & Esau. Per fi- 21 dem Jacob moriens singulis filiis Joseph benedixit, 24 & adoravit fastigium virgæ illius. Per fidem Jo- 22 seph moriens 25 de egressione filiorum Israel meminit, deque ossibus suis mandavit. Per fidem, quum na- 23 tus esset Moses, occultatus est menses tres a parentibus suis, propterea quod viderent elegantem puellum, nec veriti sunt edictum regis. 26 Per fidem Mo- 24 ses jam grandis renuit vocari filius filiæ Pharaonis, Potius eligens simul malis affici cum populo Dei, 27 25 quam temporariis peccati commodis frui, Majores 26 B arbitratus divitias probrum Christi 28 quam Ægyptiorum thesauros: 29 respectum enim habebat remunerationis. Per fidem reliquit Ægyptum, haud veri- 27 tus 30 ferociam regis: 31 perinde enim quasi vidisset eum qui est invisibilis ita obduravit. Per fidem fecit 28 Pascha & effusionem sanguinis, ne is, qui perimebat 32 primogenita, tangeret ipsos. Per fidem transierunt 29 rubrum mare veluti per siccam terram, 33 quod quum tentassent Ægyptii, absorpti sunt. Per fidem 30 mœnia Hiericho conciderunt, 34 circumdata ad dies septem. Per fidem Raab meretrix non periit una cum 31 iis qui non obedierant, 35 quum excepisset hospitio C exploratores pacifice. 36 Et quid præterea loquor? 32 deficiet enim me tempus, commemorantem de Gedeone, de Barac, & Sampsone, & 37 Hiephthae, nec non David, & Samuele, ac Prophetis, Qui per fidem 33 expugnaverunt regna, operati sunt justitiam, assequuti sunt promissiones, occluserunt ora leonum, Exstinxe- 34 runt vim 38 ignis, effugerunt 39 acies gladii, 40 validi facti sunt ex imbecillitate, effecti sunt robusti in bello, 41 incursiones averterunt exterorum. Mulieres ac- 35 cepe-

22 *Arbitrans*] Λογισάμενος, id est, *Perpendens*, etiamsi participium præteriti temporis est.

23 *In parabolam accepit*] ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο, id est, *in similitudine adduxit*, hoc est, in typo Christi immolandi. Siquidem *illum* referendum est ad Isaac, quem vivum reduxit domum.

24 *Et adoravit fastigium virgæ illius*] Hieronymus in Quæstionibus Hebraïcis notat Interpretes Septuaginta, qui perperam transtulerint, *adoravit contra summitatem virgæ ejus*, cum apud Hebræos habeatur, *& adoravit ad caput lectuli.* Quod si verum est, quid faciemus auctori, quisquis est, hujus Epistolæ? aut quî patrocinabimur Hieronymo? Porro cum Hieronymus fatetur Hebraïcam vocem esse ancipitem, sicuti revera est, si scribatur absque punctis, cur alterum sensum asseverat esse falsum, alterum adeo mordicus tenet: ut interpretans adjecerit etiam aliquid de suo? *Adoravit*, inquiens, *Dominum conversus ad lectuli caput.* In tantum eo tempore abhorrebant ab adorandis ullis rebus creatis, soli Deo hoc honoris servantes: cum hodie repertum sit ex supernaturali philosophia, ligneam statuam eadem adoratione adorari, qua adoratur æterna Trias. Neque quisquam est, cujus auctores hic offendat sermo: cum undique tam multa producantur offensiva piarum aurium. Cæterum quum locis aliquot in sacris voluminibus legamus adoratos Reges, quid erat periculi si pater adorasset filium principem? Ut II. Reg. capite IX. Et III. Reg. capite I. Adoratur Salomon etiam a David patre, ut videtur. Quidam sic elabuntur, quasi adoraverit non virgam Joseph, sed regnum Christi, quod intelligebat eo sceptro signari. Augustinus aperit aliam rimam, ut pro αὐτοῦ legamus αὑτοῦ, iisdem quidem litteris, sed mutato spiritu, sive addita littera ἑαυτοῦ, ut intelligamus senem innixum baculo suo adorasse Dominum. Illud dissimulandum non est, in Græcis non esse, *adoravit summum virgæ*, sed *ad summum*: cum noster Interpres præpositionem velut otiosam reliquerit. Siquidem hoc adorare videmur, ad quod prono corpore nos inclinamus. Et Græca vox, qua usi sunt Septuaginta, προσεκύνησεν, proprie significat capitis inclinati gestum, quum moto a fronte galero caput submittimus. Porro quum Symmachus verterit, quod probat Hieronymus, *adoravit ad caput lecti*, mirum cur illius nullam fecerit mentionem, magis suam confirmaturus sententiam, certe alias frequenter adducit Symmachi testimonium. Porro quum lectum audimus, non oportet imaginari quod Jacob decubuerit in plumis Germanicis, sed lectus sedilis erat genus, in quo poterant sedere plures, quod genus adhuc videtur apud Italos. In his horis pomeridianis acquiescunt porrectis tibiis, reliquo corpore erecto. Ita probabile est Jacob ad ingressum filii demissis pedibus sedisse in lecto, quemadmodum proximo capite dicitur *confortatus*, hoc est, collegisse vires suas, ut extrema verba proferret Joseph ac reliquis filiis suis. Et sicut post extrema mandata scribitur collegisse pedes suos in lectum & exspirasse, ita hîc post mandatam sepulturæ curam non collegit quidem pedes, sed præ lassitudine inclinavit corpus ad caput lectuli. Quod si quis pro *lecto baculum* malit legere, alio modo significatur senilis ac jam deficientis corpusculi lassitudo. Quæstio autem de adorato Domino, cujus essentiam viderit ad caput lectuli, videtur ex Hebræorum commentis nata.

25 *De profectione*] περὶ τῆς ἐξόδου, id est, *de exitu*.

26 *Fide Moses grandis factus, negavit se esse filium &c.*] Ante hunc locum additum erat in codice Donatiani, sed manu recentiore, *Fide Moses grandis factus, occidit Ægyptium, considerans dolorem fratrum suorum.*

27 *Temporalis peccati*] ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν, id est, *quam temporariam habere peccati fruitionem.*

28 *Thesauro Ægyptiorum*] τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θησαυρῶν, id est, *thesauris qui erant in Ægypto.*

29 *Adspiciebat*] ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν, id est, *respiciebat enim*, sive *spectabat*, aut *rationem habebat retributionis.*

30 *Animositatem regis*] τὸν θυμὸν, id est, *iracundiam*, sive *ferociam.*

31 *Tanquam videns*] ὡς ὁρῶν. Melius erat, *perinde quasi videret.*

32 *Primitiva*] πρωτότοκα, id est, *primogenita.*

33 *Quod experti*] ἧς πεῖραν λαβόντες οἱ Αἰγύπτιοι, id est, *cujus*, nempe maris, *experimentum cum cepissent Ægyptii.*

34 *Circuitu dierum septem*] κυκλωθέντα ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας, id est, *circumdati ad septem dies.* Nec alioqui, mea sententia, satis expressit sententiam. Non enim sentit obsidione septem dierum muros evictos, sed posteaquam singulis diebus Levitæ portantes arcam circumissent civitatem, septimo die ad clangorem tubarum muri corruerunt.

35 *Excipiens exploratores*] Et hoc participium præteriti temporis est, δεξαμένη τοὺς κατασκόπους, *exceptis exploratoribus.*

36 *Quid adhuc dicam*] λέγω, id est, *dico.*

37 *Jephthe*] Quod Græci scribunt *Hiephthaë*, tetrasyllabum, Ἰεφθάε. Notatus est a nonnullis & hic Epistolæ locus, ut admonet Chrysostomus, quod Jephthe, meretricis filium, & filiæ immerentis interfectorem, in sanctorum catalogo recenseat, item Barach & Samsonem.

38 *Impetum ignis*] δύναμιν, id est, *vim.*

39 *Aciem gladii*] στόμα μαχαίρας, id est, *os gladii*, sive στόματα numero multitudinis, quod tamen Græci pro *acie* ponunt, quod ea parte mordeat. Quanquam sunt apud Græcos, qui στόμα quoque dictum putant a τέμνω, id est, *incido*, quod ore incidamus & comminuamus cibum. Unde & μάχαιρα δίστομος dicitur *gladius utrinque incidens.*

40 *Convaluerunt de infirmitate*] ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας, id est, *potentes redditi sunt ex imbecillitate*, ne quis somniet eos revaluisse a morbo. Chrysostomus interpretatur de reversis ab exsilio Babylonico, in quo cum fuissent dejecti ac mortuis assimiles, postea restituti sunt pristino vigori. Theophylactus attingens & hanc interpretationem, admiscet de Ezechia, qui a morbo revaluit. Posteriorem sequitur Thomas.

41 *Castra verterunt exterorum*] παρεμβολὰς ἔκλιναν, id est, *incursiones* sive *impressiones in fugam verterunt*, & *inclinarunt.* Dicitur enim *inclinata acies*, cum parat fugam, & cedit in bello. Nec male vertit Interpres, si quis modo sentiat, quid hoc loco sit *vertere*, hoc est, ad fugam impellere. Demiror autem cur Stapulensis maluerit *evertere* quam *vertere*. Nam *vertere* multo erat aptius. Certe *evertere*, non video, quo pacto tolerari possit hoc sane

ναῖκες ἐξ ἀναςάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν. Ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν, οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν, ἵνα
36 κρείττονος ἀναςάσεως τύχωσιν. Ἕτεροι δὲ ἐμπαιγμῶν καὶ μαςίγων πεῖραν ἔλαβον, ἔτι δὲ δεσμῶν καὶ φυ-
37 λακῆς, Ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον, περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑςερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχού-
38 μενοι, Ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος, ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς
39 τῆς γῆς. Καὶ οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πί-
40 ςεως, οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν, Τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡ-
XII. 1 μῶν τελειωθῶσι. Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα, καὶ τὴν εὐπερίςατον ἁμαρτίαν, δι'
2 ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα, Ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίςεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν, ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς ὑπέμεινε ςαυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας, ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρό-
3 νου τοῦ Θεοῦ ἐκάθισεν. Ἀναλογίσασθε γὰρ τὸν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν, ἵνα μὴ κάμητε, ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι.
4 Οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέςητε, πρὸς τὴν ἁμαρτίαν
5 ἀνταγωνιζόμενοι, Καὶ ἐκλέλησθε τῆς παρακλήσεως, ἥτις ὑμῖν ὡς υἱοῖς διαλέγεται, Υἱέ μου, μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου, μηδὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος.
6 Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· μαςιγοῖ δὲ πάντα
7 υἱὸν, ὃν παραδέχεται. Εἰ παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεός. Τίς γάρ ἐςιν υἱὸς, ὃν οὐ παι-
8 δεύει πατήρ; Εἰ δὲ χωρίς ἐςὲ παιδείας, ἧς μέτοχοι
9 γεγόνασι πάντες, ἄρα νόθοι ἐςὲ, καὶ οὐχ υἱοί. Εἶτα τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας εἴχομεν παιδευτὰς, καὶ ἐνετρεπόμεθα, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑποταγησόμεθα τῷ
10 Πατρὶ τῶν πνευμάτων, καὶ ζήσομεν; Οἱ μὲν γὰρ πρὸς ὀλί-

ceperunt ex resurrectione mortuos suos. Alii vero 42 distenti sunt, adspernati redemptionem, ut potiorem sortirentur resurrectionem. Alii rursus ludibriis & flagris explorati sunt, insuper & vinculis & carcere, Lapidati sunt, 43 dissecti sunt, 44 tentati sunt, occisione gladii occubuerunt, oberrarunt 45 in ovillis & caprinis pellibus, 46 destituti, pressi, afflicti, Quibus indignus erat mundus, in desertis errantes, & montibus, ac speluncis, & cavernis terræ. Atque omnes hi 47 testimonium promeriti per fidem, non acceperant promissionem, Quod Deus de nobis melius quiddam 48 providerat, ne sine nobis consummarentur. Proinde nos quoque 1 quum tanta septi simus nube testium, deposito 2 onere omni, & 3 tenaciter inhærente peccato, per tolerantiam curramus in proposito nobis certamine, Respicientes ad 4 fidei ducem & consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio pertulit crucem, 5 ignominia contempta, 6 & ad dexteram throni Dei 7 consedit. Reputate enim, quod is talem sustinuerit a peccatoribus adversus se contradictionem, ne defatigemini, animis defecti. Nondum usque ad sanguinem restitistis, adversus peccatum repugnantes, Et obliti estis 8 exhortationis, quæ vobis 9 tanquam filiis loquitur, Fili mi, ne neglexeris correptionem Domini, 10 neque deficias quum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, corripit: 11 flagellat autem omnem filium, quem recipit. 12 Si castigationem sustinetis, veluti filiis vobis offert se Deus. Quis enim est filius, quem non castigat pater? Quod si alieni estis a castigatione, cujus participes sunt omnes, 13 igitur spurii estis, non filii. Itaque quum carnis nostræ patres 14 habuerimus castigatores, & reveriti simus illos, an non multo magis subjiciemur Patri spirituum, & vivemus? Atque illi quidem 15 ad pau-

sane loco. Jam aliquanto inferius *mulieres*, Græce est γυναῖκες, quæ vox & sexum significat & uxorem. At hoc loco *mortuos* de liberis accipiendum est.

42 *Distenti sunt*] ἐτυμπανίσθησαν. Quod a corio sumptum est, in tympano distento. Quanquam Græcanica scholia interpretantur de his qui fustibus contusi perierunt. Cæditur enim crebris ictibus tympanum.

43 *Secti sunt*] Quod Hieronymus alicubi vertit, *serrati sunt*, ut accommodet ad supplicium Esaiæ.

44 *Tentati sunt*] Nescio quo casu acciderit, ut nec apud Chrysostomum, nec apud Theophylactum ulla fiat mentio hujus particulæ *tentati sunt*, præsertim cum sit dilutior utrisque quibus miscetur. Præcedit enim *dissecti sunt*, & sequitur *occisione gladii occubuerunt*. Mihi videtur adjectitia. Suspicor enim, eruditulum aliquem pro ἐπρίσθησαν mutare voluisse ἐπειράσθησαν, atque ita vocem utramque relatam in contextum, cum altera esset adscripta in spatio marginis.

45 *In melotis*] ἐν μηλωταῖς, id est, *pellibus ovillis*. Sicut λεοντῆ dicitur *exuvium leonis*. Equidem non possum ridere virum, alioqui magnum, Thomam Aquinatem, tamen miseret me ac pudet illius nomine tam fœdi lapsus, etiamsi fateor hæc non omnino proprie pertinere ad fidem, nec esse periculum ut Hæreticus judicetur, qui consimiliter fuerit hallucinatus. Verum illud periculum est, ne qui bonas didicere litteras, cum hæc legunt, ex his metiantur cætera, ut est hominum ingenium: *Melota*, inquit, *est vestis facta de pilis camelorum, ut quidam dicunt. Vel melius, quod taxus habet pellem hirsutam, de qua fit vestis, quæ dicitur melota.* Jam quanto insulsius, imo impudentius, delirat super hac voce quisquis fuit auctor operis omnium indoctissimi, quod vocant *Catholicon*. Hic triumphum agant, scilicet qui Apostolicæ simplicitatis prætextu suæ patrocinantur inscitiæ. Hujusmodi sane vel ipsos superant Apostolos. Neque enim quisquam illorum tam inscius vocum aut rerum fuit, ut ex ove faceret camelum, aut aliud novum animal, arboris cognomine. Quanquam ego vix adduci possum ut credam, hæc ab Aquinate scripta, primum Italo, deinde tam cæteris in rebus vigilanti. Et haud scio an bona pars hujus erroris Interpreti sit imputanda, qui e duabus Græcis vocibus alteram transtulerit, alteram reliquerit. Siquidem *in pellibus caprinis*, Græce est αἰγείοις. At cur fugit ad eumdem modum circumloqui μηλωταῖς, *in pellibus ovillis?* Nisi quod suo more horruit bis dicere *pellibus*. Quanquam μηλωτὴ non tam *pellem ovis* significat quam *exuvium*, hoc est, pellem corpori detractam una cum lana.

46 *Egentes*] ὑςερούμενοι, id est, *destituti rebus necessariis*. Quanquam Interpres bene reddidit.

47 *Testimonio fidei probati*] μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίςεως, id est, *testimonio comprobati sunt per fidem*.

48 *Providente*] Et hoc participium est præteriti temporis apud Græcos, προβλεψαμένου, id est, *Quod Deus melius quiddam de nobis prospexerat*. Augustinus aliter citat libro *de Pecc. meritis & remiss.* II. cap. XXXI. *Pro nobis enim meliora providerunt*: pro προβλεψαμένου codex illius habuit προβλεψάμενοι: tum aliter distinxit, ut τοῦ Θεοῦ referatur ad promissiones, non ad participium sequens.

1 *Impositam nubem*] περικείμενον, id est, *circumpositam*, sive *circumdatam*, & undique cingentem nos. *Nubem* autem vocat ingentem multitudinem ac turbam testium.

2 *Pondus*] ὄγκον, id est, *onus*, sive *sarcina*.

3 *Circumstans nos*] *Nos* non est in Græcis codicibus, & est εὐπερίςατον, id est, quod facile circumsistat, & hæreat atque amplectatur, quasi nolens abjici. Proinde nos vertimus, *tenaciter inhærente peccato*. Jam an satis quadret Aquinatis interpretatio, qui *circumstans peccatum* exponit *occasionem peccandi*, aliis discutiendum relinquo.

4 *Auctorem fidei & consummatorem*] ἀρχηγὸν καὶ τελειωτήν. Non explicuit Interpres vim & festivitatem Græci sermonis, qui constat ex contrariis inter se vocibus, quarum prior composita est ex principio, posterior deducta a fine. Perinde quasi dicas *inceptorem & finitorem*, ut idem Christus sit auctor initii simul ac finis.

5 *Confusione contempta*] *Confusionem*, suo more, *probrum* atque *ignominiam* vocat, cum Græce sit αἰσχύνη.

6 *Atque in dextera*] Græce est, *& in dextra throni Dei*, ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ.

7 *Sedet*] ἐκάθισεν, id est, *sedit*, sive *consedit*. Quanquam, ut dixi, in his præteritum pro præsenti usurpatur.

8 *Consolationis*] παρακλήσεως. Hic sane magis quadrabat *adhortationis*. Imo utrumque bene habet. Etiamsi Theophylactus interpretatur de exhortatione.

9 *Tanquam filiis loquitur, dicens*] *Dicens* apud Græcos non est.

10 *Neque fatigeris*] ἐκλύου, id est, *deficias*, sive *defatigeris*.

11 *Flagellat autem omnem filium*] μαςιγοῖ. Quod Hieronymus in Oseæ vertit *castigat*, quæ vox mutata litterula videtur a Græca deducta fuisse. Nam flagris cædi apud Romanos servilius est. Cæterum illud *recipit* positum est, pro eo quod est *approbat*, & non abdicat ac rejicit.

12 *In disciplina perseverate*] Græcus codex secus habet. Εἰ παιδείαν ὑπομένετε, id est, *Si castigationem sustinetis*, consentientibus & Interpretibus Græcis. Nam paulo ante quod erat παιδεύει, vertit *castigat*, & ab eo deductum παιδείαν vertit *disciplinam*, quem secuti quidam, *disciplinam* vocant *castigationem*, non satis approbante Valla. Quanquam *disciplinam* reperire licet apud probos Auctores, præcipueque Suetonium, pro severiore institutione gubernationeque, cujusmodi solet adhiberi primis annis. Augustinus enarrans Psalmum CXVIII. *disciplinam* interpretatur, cum quis molestiis eruditur. Cæterum quod Græce est προσφέρεται, & Interpres reddidit *offert se*: Augustinus libro *de Tempore barbarico* cap. VI. legit, *sicut filios vos aggreditur Deus*. Hoc enim agit Paulus, ne horrescant manum castigantis Dei: non enim, inquit, admovet vobis manum, ut hostis hosti, sed ut pater filiis, emendaturus, non perditurus.

13 *Ergo adulteri*] Opinor Interpretem vertisse, *adulterini*, pro spuriis & illegitimis. Quos Græci simulque Latini vocant νόθους, quo verbo usus est Paulus.

14 *Eruditores habuimus*] παιδευτὰς, ab eodem verbo παιδεύειν, quod significat veluti puerum instituere, quod plagis & objurgatione nonnunquam opus sit.

15 *In tempore paucorum dierum*] πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, id est, *ad paucos dies*.

ὀλίγας ἡμέρας, κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς, ἐπαίδευον, ὁ δὲ ἐπὶ τὸ συμφέρον, εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς 11 ἁγιότητος αὐτοῦ. Πᾶσα δὲ παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυ- 12 μνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης. Διὸ τὰς παρειμένας χεῖρας καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορ- 13 θώσατε, Καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλ- 14 λον. Εἰρήνην διώκετε μετὰ πάντων, καὶ τὸν ἁ- 15 γιασμὸν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον, Ἐπισκοποῦντες, μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ, 16 καὶ διὰ ταύτης μιανθῶσι πολλοὶ, Μή τις πόρνος ἢ βέβηλος ὡς Ἠσαῦ, ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέ- 17 δοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. Ἴστε γὰρ, ὅτι καὶ μετέπειτα θέλων κληρονομῆσαι τὴν εὐλογίαν, ἀπεδοκιμάσθη· μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρε, καίπερ 18 μετὰ δακρύων ἐκζητήσας αὐτήν. Οὐ γὰρ προσεληλύθατε ψηλαφωμένῳ ὄρει, καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ, καὶ 19 γνόφῳ, καὶ σκότῳ, καὶ θυέλλῃ, Καὶ σάλπιγγος ἤχῳ, καὶ φωνῇ ῥημάτων, ἧς οἱ ἀκούσαν- 20 τες παρῃτήσαντο μὴ προστεθῆναι αὐτοῖς λόγον. Οὐκ ἔφερον γὰρ τὸ διαστελλόμενον, Κἂν θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους, λιθοβοληθήσεται, ἢ βολίδι κατατοξευθήσε- 21 ται. Καὶ, οὕτως φοβερὸν ἦν τὸ φανταζόμενον, Μω- 22 σῆς εἶπεν, Ἔκφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος. Ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πα- 23 νηγύρει, Καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων, καὶ κριτῇ Θεῷ πάντων, καὶ 24 πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων, Καὶ διαθήκης νέας μεσίτῃ Ἰησοῦ, καὶ αἵματι ῥαντισμοῦ, κρείτ- 25 τονα λαλοῦντι παρὰ τὸν Ἄβελ. Βλέπετε μὴ παραιτήσησθε τὸν λαλοῦντα· εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἔφυγον, τὸν ἐπὶ γῆς παραιτησάμενοι χρημα-

A paucos dies, 16 pro arbitratu suo, nos erudiebant, hic autem ad commodum nostrum, in hoc 17 ut impartiat nobis sanctimoniam suam. 11 Omnis autem castigatio in præsens quidem non videtur esse gaudii, sed molestiæ: at postea fructum 18 tranquillum justitiæ reddit iis, qui per illam fuerint exercitati. 12 Quapropter manus remissas & genua soluta surrigite, 13 19 Et facite ut recti sint gressus pedibus vestris, 20 ne claudicatio aberret a via, imo sanetur potius. 14 Pacem sectemini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Dominum, 15 21 Curam agentes, 22 ne quis sit B qui deficiat a gratia Dei, ne qua radix amarulentiæ suppullulans 23 obturbet, & per hanc inquinentur multi, 16 Ne quis scortator aut profanus velut Esau, qui unico edulio 24 permutavit jus primogeniti. 17 25 Scitis enim, quod & postea quum vellet 26 hæreditario jure benedictionem assequi, reprobatus sit: non enim reperit pœnitentiæ locum, tametsi cum lachrymis quæsivisset eam. 18 Non enim accessistis 27 ad contactum montem, 28 & incensum ignem, ac turbinem, & caliginem, & procellam, 19 Tubæque sonitum, & vocem verborum, quam qui audierant 29 deprecati sunt 30 ne his adjungeretur oratio. 20 31 Non enim ferebant quod edicebatur, 32 Si bestia tetigerit montem, lapidabitur, aut jaculo configetur. 21 Et, adeo terribile erat C 33 visum quod apparebat, 34 Moses dixit, 22 Expavefactus sum ac tremebundus. Sed accessistis ad montem Sion, & ad civitatem Dei viventis, Hierusalem cœlestem, 35 & ad innumerabilium angelorum cœtum, 23 Et ad concionem primogenitorum qui conscripti sunt in cœlis, 36 & ad judicem universorum Deum, 24 37 & ad spiritus justorum perfectorum, Et ad novi testamenti conciliatorem Jesum, 38 & ad sanguinem adspersionis, 39 meliora loquentem quam loquebatur sanguis Abel. 25 Videte ne adspernemini eum qui loquitur: nam si illi non effugerunt, qui aversabantur eum qui

16 *Secundum voluntatem suam*] κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς, id est, *ut ipsis videbatur*, hoc est, *suo arbitratu*. Nonnunquam & præter meritum.

17 *In recipiendo*] εἰς τὸ μεταλαβεῖν, id est, *ut participes fiamus*.

18 *Pacatissimum*] εἰρηνικὸν, id est, *pacificum*, sive *pacatum*.

19 *Et gressus rectos facite*] τροχιάς. Quod, ut indicat Theophylactus, aut vestigium est rotæ currus humi impressum, aut ipsa terra currentium pedibus conculcata.

20 *Ut non claudicans quis erret*] ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, id est, *ne id quod claudum aberret*, hoc est, ne claudicatio abducat a via, præsertim cum sit angusta. Certis igitur & non vacillantibus passibus opus est in hac.

21 *Contemplantes*] Ἐπισκοποῦντες, id est, *Considerantes*, & *Curam agentes*. Translatum ab exercitu longum faciente iter. Nam hic aliquot viris cura delegari solet prospiciendi, ne desit commeatus.

22 *Ne quis desit gratiæ Dei*] μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, id est, *ne quis sit deficiens* aut *destitutus a gratia Dei*, hoc est, qui non possit assequi, velut in via sunt qui deficiant.

23 *Impediat*] ἐνοχλῇ, id est, *obstet*, sive *obturbet*. Augustinus Sermone *de verbis Apostoli* XVI. pro *impediat* legit *molestat*.

24 *Vendidit*] ἀπέδοτο, id est, *reddidit*, id est, in alterius rei vicem dedit. Etenim qui vendit aut permutat, pro eo quod accipit, reddit aliquid. Nec est *primitiva*, sed πρωτοτόκια, id est, *primogenitalia*, ut ita docendi causa loquamur, hoc est, *jus primogeniti*.

25 *Scitote*] Ἴστε γὰρ, id est, *Scitis enim*.

26 *Hæreditare*] κληρονομῆσαι, id est, *hæreditate accipere*.

27 *Ad tractabilem montem*] *Montem* in multis Latinis codicibus abest. Nec Theophylactus addit *montem*, nec Chrysostomus. ψηλαφωμένῳ ὄρει, id est, *ad montem contactum*, sive *qui tangebatur*, at non sine pernicie tangentium. Allusit enim ad montem Sina & illud Psalmi, *Tange montes, & fumigabunt*.

28 *Et accessibilem ignem*] καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ, id est, *& accensum ignem*. Origenes Homilia in Numeros tertia nec addit *montem*; & pro *accessibilem* legit *ardentem*: *Non enim accessistis ad ardentem & tractabilem ignem*. Mirum autem quid idem sequutus legat, *& multitudinem Angelorum collaudantium*. Et Augustinus libro *Quæstionum in Genesin* I. Quæstione CLXVIII. legit ad hunc modum: *Sed accessistis ad montem Sion, & civitatem Dei Hierusalem, & ad millia Angelorum exsultantium*, quum tale nihil sit apud Græcos.

29 *Se excusaverunt*] παρῃτήσαντο, id est, *deprecati sunt*, sive *recusarunt*.

30 *Ne eis fieret verbum*] μὴ προστεθῆναι αὐτοῖς λόγον, id est, *ne sibi commendaretur sermo*, aut *ne sibi adderetur sermo*. Nimirum post talia præludia exspectabant duram orationem. Quanquam Græcus sermo nonnihil habet ambiguitatis, quod αὐτοῖς ad homines referri potest, & ad prodigia quæ præcesserant, ut sit sensus, ne adjungeretur sermo talibus monstris jam visis: aut ne ipsis sermo committeretur, quem acerbum exspectabant.

31 *Non enim portabant*] Οὐκ ἔφερον γὰρ, id est, *Non ferebant enim*, *Non tolerabant*. *Quod dicebatur*, τὸ διαστελλόμενον, id est, *quod distinguebatur*, pro *præcipiebatur*. Expressit enim Hebraici D sermonis figuram, juxta quam dictum est & illud, *Distinxit in labiis suis*.

32 *Si bestia tetigerit montem, lapidabitur*] Hic quidam Græci codices addunt, ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται, id est, *aut jaculo configetur*.

33 *Quod videbatur*] τὸ φανταζόμενον, non est simpliciter, *quod videbatur*, sed *quod videri videbatur*, sicuti videntur spectra, & visa, aut somnia.

34 *Moyses autem dixit*] Suspicor hunc esse locum, de quo senserit Hieronymus, cum ait, a quibusdam hanc Epistolam non adscribi Paulo, quod nonnulla citentur in ea, veluti de veteri Instrumento, quæ apud Hebræos non habeantur. Siquidem Exodi cap. XX. ubi narratur historia traditæ legis, nihil hujusmodi dicit Moses: ac ne tertio quidem ejusdem voluminis capite, cum in rubro videt Dominum. Nam torquet huc eum locum Aquinas. Idque quoniam sensit parum esse solidum, adjecit, dixit saltem facto: ne huic quidem fisus commento addidit: *Vel forte Apostolus utitur alia littera, quam nos non habemus*. E Sed utrum apocrypha utitur, an approbata? Si apocrypha, negat alicubi Hieronymus morem esse Apostolis, Apocryphorum uti testimoniis. Sin approbata, constat nostris exemplaribus aliquid approbatæ Editionis deesse.

35 *Et multorum millium Angelorum frequentiam*] καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει. Mire conjunxit μυριάσιν & πανηγύρει, cum *myriades* aliquoties dicamus innumerabilem turbam. Alioqui μυριὰς Græcis est numerus complectens decem millia: atque ita sane adducit Ambrosius libro *de Caïn & Abel* II. cap. II. Et πανήγυρις dicitur, quoties diebus festis, aut comitiis, universus populus congregatur.

36 *Et judicem omnium Deum*] καὶ κριτῇ Θεῷ πάντων, id est, *& ad judicem Deum omnium*.

37 *Et spirituum*] καὶ πνεύμασι, id est, *& ad spiritus*. Dictu mirum, quam hic vigilarit Aquinas, indicans hujus loci triplicem esse lectionem. Primam esse Græcorum, *& spiritum justorum perfectorum*, ut sit sensus, Accessistis ad Spiritum sanctum, qui facit perfectos in justitia. Alteram hujusmodi, *& spirituum justorum* F *perfectorum*, ut sit sensus, Accessistis ad Deum, qui est judex omnium, sed est quasi hæreditas spirituum justorum perfectorum. Tertiam, *& spiritus justorum perfectorum*, ut accipiamus nobis fore societatem cum spiritibus sanctorum qui sunt perfecti. Sed primam approbat, quod sit, ut ait ille, planior, deinde quod Græcorum, cum ultima cum Græcis consentiat, juxta quam Chrysostomus interpretatur, animas piorum. Nullus indignatur Thomæ, qui cum Græce nescierit, tamen indicat variam lectionem, idque nullius auctoritate fultus: in me destomachantur, qui tot rebus ad hoc negotium instructus, indicem non quid ego somniem, sed quid legerint veteres ac probati utriusque linguæ Scriptores.

38 *Et sanguinis adspersionem*] καὶ αἵματι ῥαντισμοῦ, id est, *& sanguinem adspersionis*, sanguinem, qui adspergitur, Hebræorum more.

39 *Melius loquentem quam Abel*] κρείττονα λαλοῦντι παρὰ τὸ Ἄβελ, id est, *meliora loquentem quam sanguis Abel*. Nam id palam postulat articulus τό. Sanguis enim Abel dicitur loqui de terra, &

ματίζοντα, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς, οἱ τὸν ἀπ' οὐ-
26 ρανῶν ἀποστρεφόμενοι· Οὗ ἡ φωνὴ τὴν γῆν ἐσά-
λευσε τότε, νῦν δὲ ἐπήγγελται, λέγων, Ἔτι ἅ-
παξ ἐγὼ σείω, οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ
27 τὸν οὐρανόν. Τὸ δὲ, Ἔτι ἅπαξ, δηλοῖ τῶν σα-
λευομένων τὴν μετάθεσιν, ὡς πεποιημένων, ἵνα μεί-
28 νῃ τὰ μὴ σαλευόμενα. Διὸ βασιλείαν ἀσάλευτον
παραλαμβάνοντες, ἔχωμεν χάριν, δι' ἧς λατρεύω-
μεν εὐαρέστως τῷ Θεῷ μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλα-
29 βείας. Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλί-
XIII. 1 2 σκον. Ἡ φιλαδελφία μενέτω. Τῆς φιλοξενίας μὴ
ἐπιλανθάνεσθε· διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες ξε-
3 νίσαντες ἀγγέλους. Μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων, ὡς
συνδεδεμένοι, τῶν κακοχουμένων, ὡς καὶ αὐτοὶ
4 ὄντες ἐν σώματι. Τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ
ἡ κοίτη ἀμίαντος· πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ
5 Θεός. Ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος, ἀρκούμενοι τοῖς
παροῦσιν· αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, Οὐ μή σε ἀνῶ,
6 οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλείπω, Ὥστε θαῤῥοῦντας ἡ-
μᾶς λέγειν, Κύριος ἐμοὶ βοηθὸς, καὶ οὐ φοβηθήσο-
7 μαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. Μνημονεύετε τῶν
ἡγουμένων ὑμῶν, οἵτινες ἐλάλησαν ὑμῖν τὸν λόγον
τοῦ Θεοῦ, ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀ-
8 ναστροφῆς, μιμεῖσθε τὴν πίστιν. Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς
9 καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Διδα-
χαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ περιφέρεσθε· καλὸν
γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν, οὐ βρώ-
μασιν, ἐν οἷς οὐκ ὠφελήθησαν οἱ περιπατήσαν-
10 τες. Ἔχομεν θυσιαστήριον, ἐξ οὗ φαγεῖν οὐκ
11 ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες. Ὧν
γὰρ εἰσφέρεται ζώων τὸ αἷμα περὶ ἁμαρτίας εἰς
τὰ ἅγια διὰ τοῦ Ἀρχιερέως, τούτων τὰ σώματα
12 κατακαίεται ἔξω τῆς παρεμβολῆς. Διὸ καὶ Ἰησοῦς,
ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαὸν, ἔξω τῆς
13 πύλης ἔπαθε. Τοίνυν ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν ἔξω τῆς
14 παρεμβολῆς, τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες. Οὐ γὰρ
ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζη-
15 τοῦμεν. Δι' αὐτοῦ οὖν ἀναφέρομεν θυσίαν αἰνέσεως διὰ
παντὸς τῷ Θεῷ, τουτέστι καρπὸν χειλέων ὁμολογούν-
16 των τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ
ἐπι-

A qui 40 loquebatur in terra, multo magis nos, si eum qui de cœlis est aversemur: Cujus vox tum concus- 26 sit terram, at nunc denunciavit, dicens, 41 Adhuc semel ego 42 concutio, non modo terram, verum etiam cœlum. Porro illud quod dicit, Adhuc semel, signifi- 27 cat 43 eorum quæ concutiuntur translationem, utpote quæ facta sint, ut maneant ea quæ non concutiuntur. Quapropter regnum assumentes quod concuti 28 non possit, 44 habeamus gratiam, per quam ita colamus Deum, ut illi placeamus cum reverentia & religione. Etenim Deus noster consumens ignis est. 29

B 1 Fraterna charitas maneat. Hospitalitatis ne sitis im- 1 2 XIII memores: per hanc enim 2 quidam inscientes exceperunt angelos hospitio. Memores estote vinctorum, 3 tanquam una cum illis vincti, 3 eorum qui affliguntur, 4 veluti ipsi quoque versantes in corpore. 5 Ho- 4 norabile est inter omnes conjugium, & cubile impollutum: scortatores autem & adulteros judicabit Deus. Sint mores alieni ab avaritia, contenti iis quæ adsunt: 5 siquidem ipse dixit, 6 Non te desero, neque derelinquo, Ut fidentes dicamus, Dominus mihi auxiliator, 6 nec timebo quid faciat mihi homo. Memores estote 7 eorum qui præsunt vobis, qui locuti sunt vobis sermonem Dei, quorum imitemini fidem, considerantes qui fuerit exitus conversationis illorum. Jesus 8 C Christus heri & hodie idem est etiam in secula. Do- 9 ctrinis variis ac peregrinis 7 ne circumferamini: 8 bonum est enim gratia constabiliri cor, non escis, quæ non profuerunt iis qui versati sunt in illis. Habemus 10 altare, de quo non est fas edere iis qui tabernaculo deserviunt. Animalium enim quorum sanguis in- 11 fertur pro peccato in sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Quapropter & Jesus, 12 ut sanctificaret per proprium sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum ex- 13 tra castra, opprobrium ejus portantes. Non enim ha- 14 bemus hîc manentem civitatem, sed futuram inquirimus. Per ipsum igitur offerimus hostiam laudis 15 D semper Deo, hoc est fructum labiorum confitentium nomini ejus. Cæterum beneficentiæ & communica- 16
tionis

& efflagitare vindictam. At Christi sanguis loquitur expiationem. Ita non modo Græci, verum etiam Thomas. Hoc incommodum vitare poterat, si vertisset *Abelis*.

40 *Loquebatur*] χρηματίζοντα, id est, *oracula reddebat*. Nec enim est simpliciter *loqui*, sed *ex oraculo respondere*.

41 *Adhuc semel & ego*] *Et* redundat. Porro testimonium adductum est ex Aggæi cap. 11. Hebræa sic reddidit Hieronymus, non dissentientibus Septuaginta: *Adhuc unum modicum est, & ego commovebo cœlum & terram*.

42 *Movebo*] σείω, id est, *concutio*, præsentis temporis.

43 *Mobilium*] τῶν σαλευομένων, id est, *eorum quæ fluctuant*, sive *concutiuntur*.

44 *Habemus gratiam*] Theophylactus legit ἔχωμεν, id est, *habeamus*. Verum in hujusmodi facillimus est lapsus.

1 *Charitas fraternitatis*] Ἡ φιλαδελφία, id est, *Fraterna charitas*, hoc est, charitas Christianorum inter ipsos mutua. *In vobis*, apud Græcos non additur, nec in codice Donatiani. Item copula *&*, quæ sequitur, non est apud illos.

2 *Placuerunt quidam* &c.] ἔλαθόν τινες, ξενίσαντες ἀγγέλους, id est, *latuerunt quidam, accipientes hospitio Angelos*. Sic enim ad verbum verti poterat. Porro sensus hic est: *quidam imprudentes* sive *inscientes acceperunt Angelos hospitio*. Interpres male secutus est Græcam figuram, quam Latinitas non admittit. Cæterum quod in nostris codicibus *placuerunt* habetur scriptum, id verisimillimum est Librariorum errore inductum, qui cum non intelligerent *latuerunt*, nam is sermo nihil significat Latinis, mutata scriptura fecerunt, *placuerunt*. Id probabilius facit, quod in priscis Scriptoribus Christianis videmus in sermone Græcam figuram frequenter usurpatam, velut in Irenæo, sive hujus Interprete, & Tertulliano, veluti pro eo quod Latine diceretur, *insciens præterii domum*, illi loquuntur, *latui præteriens domum*. Mihi non usquequaque satisfacit, quod hoc loco vertit Laurentius, *per hanc latuit quosdam, quod Angelos in hospitium accepissent*. Neque enim id sensit Paulus, hoc hospitalitati tribuendum, quod ignorarint quos exceperant, sed quod acceperint Angelos, cum se putarent homines accipere. At multo minus, quod in hunc locum commentatur Jacobus Faber Stapulensis, qui putat idem esse *latuisse*, quod occultatum & non visum fuisse, scribens in hunc modum: *Dicendum* latuerunt, *non* placuerunt. *Etenim Lot & familia ejus latuit, Angelis hospitio susceptis, cum Sodomitæ vellent eum impetere & perfringere fores, continuo percussi cæcitate ab Angelis*. Verum secus interpretantur Chrysostomus ac Theophylactus. Græcam enim figuram interpretantes, quæ tamen vel mediocriter Græce peritis incognita non est. Et Theophylactus hanc laudem accommodat ad Abraham & Lot communiter. Chrysostomus adeo tribuit Abrahæ, ut dubitet, num & Lot oporteat esse communem. In eumdem sensum refert idem Chrysostomus Sermone *de Lazaro* 11. In hoc enim est eminentia laudis, quod ignarus Angelos esse, tantam hospitibus præbuit humanitatem. Nihil enim magni erat hoc præstare Angelis agnitis. Augustinus in *Quæstionibus super Genesim* libro primo, citans hoc testimonium: *Per hanc enim*, inquit, *quidam nescientes, hospitio receperunt Angelos*. Et de Lot dubium non est, quin nesciens receperit Angelos, existimans homines esse. Cæterum de Abraham nonnihil addubitari poterat, quod adorarit & Dominum appellarit, cum tres conspiceret. Rursum cum cibum offert, & pedum lotionem, velut ex itinere fessis, videtur homines credere. Thomas, Tenedia bipennis, ita nodum dissecat, ut dicat Abraham primum eos habuisse pro viris probis, & ob id exhibuisse humanitatis officia, licet adorarit adoratione δουλείας, mox agnovisse Angelos, in quibus loqueretur Deus. Idem admonet geminæ lectionis. Nam præter hanc, quam vulgo habemus, legi: *per hanc quidam nescientes receperunt Angelos*, & tamen non dignatur hujus lectionis ullum nobis auctorem indicare. Jam quum tot argumenta pro nobis faciant, quum tantus sit Græcorum omnium consensus, quum orthodoxi Scriptores indicent etiam Græcam loquutionem, quum apud Augustinum reperiatur vera lectio, quum ipsa res rejiciat verbum *placuerunt*, tamen quidam magnis clamoribus defendit *placuerunt*, non alia ratione, quam quod hoc a Scribis inductum est in vulgatos codices. Quid istis facia, qui nec discere volunt, nec docere possunt?

3 *Laborantium*] κακουχουμένων, id est, *afflictorum*.

4 *Tanquam & ipsi in corpore morantes*] ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐν σώματι, id est, *tanquam & ipsi sitis in corpore*. Laurentius putat subaudiendum *ipsorum*, *tanquam ipsi sitis in corpore afflictorum*, quod mihi nequaquam probatur. Sentit enim de corpore cujusque similibus obnoxio malis. Ita & Theophylactus.

5 *Honorabile connubium in omnibus*] ἐν πᾶσι, quod varie exponit Theophylactus. *In omnibus*, ut subaudias *modis*, aut *in omnibus ætatibus*, aut *in omni tempore*, denique *inter omnes*. Quod quidem postremum mihi maxime probatur. Quandoquidem & apud Ethnicos honos habitus est matrimoniis, ob favorem publici commodi. Etiamsi non hæc prædicantur in laudem matrimonii, sed præcipiuntur, ut subaudias *esto*. Videtur enim habere vile matrimonium, qui id adulteriis conspurcat. Cæterum quod hic vertit *thorus*, Græce est κοίτη. Eam vocem in Epistola ad Romanos vertit *concubitum*, agens de Isaac & Rebecca: tametsi κοίτη non significet proprie *concubitum*, sed *cubile*.

6 *Non te deseram nec relinquam*] * ἀνῶ, ἐγκαταλείπω, id est, *relinquo*, ac *desero*, præsentis temporis. Locus est Josue cap. 1. Etiamsi Hieronymus vertit, *Non dimittam nec derelinquam te*.

7 *Nolite abduci*] μὴ περιφέρεσθε, id est, *ne circumferamini*. Interpres legisse videtur παραφέρεσθε: & utrumque verbum satis quadrabat.

8 *Optimum est enim*] καλὸν γὰρ, id est, *bonum enim*.

9 *Pro*

* Hallucinatus videtur clarissimus Auctor: nam ἀνῶ non est præsentis temporis, sed aor. 2. subjunct.

ἐπιλανθάνεσθε· τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ 17 Θεός. Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε· αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες, ἵνα μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιῶσι, καὶ 18 μὴ στενάζοντες· ἀλυσιτελὲς γὰρ ὑμῖν τοῦτο. Προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν· πεποίθαμεν γὰρ, ὅτι καλὴν συνείδησιν ἔχο-19 μεν, ἐν πᾶσι καλῶς θέλοντες ἀναστρέφεσθαι. Περισσοτέρως δὲ παρακαλῶ τοῦτο ποιῆσαι, ἵνα τάχιον ἀποκα-20 τασταθῶ ὑμῖν. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης, ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν ἐν αἵ-21 ματι διαθήκης αἰωνίου, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν, Καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, εἰς τὸ ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτοῦ, ποιῶν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. 22 Ἀμήν. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ἀνέχεσθε τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως· καὶ γὰρ διὰ βραχέων ἐπέστειλα ὑμῖν. 23 Γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον ἀπολελυμένον, μεθ' οὗ, 24 ἐὰν τάχιον ἔρχηται, ὄψομαι ὑμᾶς. Ἀσπάσασθε πάντας τοὺς ἡγουμένους ὑμῶν, καὶ πάντας τοὺς ἁγίους. Ἀσπάζονται ὑμᾶς 25 οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. Ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

Ἐγράφη ἀπὸ Ἰταλίας διὰ Τιμοθέου.

tionis ne obliviscamini: talibus enim victimis [9] placetur Deo. 17 Parete iis qui præsunt vobis, [10] & concedite: siquidem illi [11] vigilant pro animabus vestris, [12] tanquam rationem redditurí, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: [13] nam id est inutile vobis. 18 Orate pro nobis: confidimus enim, quod bonam habemus conscientiam, inter omnes cupientes honeste conversari. 19 Magis autem obsecro vos ut id faciatis, quo celerius restituar vobis. 20 Deus autem pacis, qui reduxit a mortuis pastorem ovium illum magnum per sanguinem testamenti æterni, Dominum nostrum Jesum, 21 [14] Absolutos vos reddat in omni opere bono, ad faciendum voluntatem ipsius, efficiens ut quod agitis, acceptum sit in conspectu suo, per Jesum Christum, cui gloria in secula seculorum. Amen. 22 Obsecro vos, fratres, sufferte [15] sermonem exhortationis: etenim [16] paucis scripsi vobis. 23 [17] Scitis fratrem nostrum Timotheum solutum esse, cum quo, si celerius venerit, visam vos. 24 Salutate omnes qui præsunt vobis, & omnes sanctos. 25 Salutant vos [18] Itali. Gratia cum omnibus vobis. Amen.

Missa ab Italia per Timotheum.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΕΒΡΑΙΟΥΣ

ΤΕΛΟΣ.

EPISTOLÆ PAULI AD HEBRÆOS

FINIS.

9 *Promeretur Deus*] εὐαρεστεῖται ὁ Θεὸς, id est, *conciliatur Deus*, sive *placetur Deo*. Quanquam Interpres *promeretur* dixit, pro *demeretur* & *conciliatur*.

10 *Et subjacete eis*] ὑπείκετε, id est, *concedite* ac *deferte*. Et *eis* redundat.

11 *Pervigilant*] ἀγρυπνοῦσιν, id est, *vigilant*.

12 *Quasi rationem reddituri*] ὡς λόγον ἀποδώσοντες, id est, *tanquam rationem reddituri*.

13 *Hoc enim non expedit*] ἀλυσιτελὲς γὰρ, id est, *inutile enim*.

14 *Aptet vos*] Καταρτίσαι, id est, *Perficiat*. Et, *in omni opere bono*, legunt Græci.

15 *Verbum solatii*] παρακλήσεως. Cur non potius *exhortationis*, hoc loco?

16 *Perpaucis scripsi*] διὰ βραχέων, id est, *per pauca*, sive *paucis*. Sunt enim Græce duæ dictiones.

17 *Cognoscite fratrem nostrum*] Γινώσκετε anceps est. Potest enim accipi *Nostis*, & ad sensum haud multum interest.

18 *De Italia fratres*] οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, id est, *Itali*. Neque *fratres* est apud Græcos. Optime Lector, nihilo minoris velim esse tibi hanc Epistolam, quod a multis dubitatum sit Pauli esset, an alterius. Certe cujuscunque est, multis nominibus digna est, quæ legatur a Christianis. Et ut a stilo Pauli, quod ad phrasim attinet, longe lateque discrepat: ita ad spiritum ac pectus Paulinum vehementer accedit. Verum ut non potest doceri certis argumentis cujus sit, quod nullius habeat inscriptionem: ita compluribus indiciis colligi potest, si non certis, certe probabilibus, ab alio quopiam quam a Paulo scriptam fuisse. Primum quod sola omnium *Pauli* nomen non præferat, tametsi non me fugit, hoc utcunque dilui ab Hieronymo, sed ita ut magis retundat adversarii telum, quam adstruat quod defendit: *Si ideo*, inquit, *Pauli non est, quod Pauli nomen non præferat, igitur nullius erit, cum nullius præferat titulum*. Sed audi ex adverso. Si ideo quisque liber hujus aut illius credi debet, quod ejus titulum præferat, igitur & Evangelium Petri apocryphum Petro tribui debet, quod præferat *Petri* nomen. Deinde quod tot annis, nempe usque ad ætatem Hieronymi, non recepta fuerit a Latinis, quemadmodum ipse testatur in Epistolis suis. Ad hanc conjecturam facit, quod Ambrosius, cum omnes Paulinas Epistolas sit interpretatus, in hanc unam nihil scripserit. Præterea quod enarrans Esaiæ caput VI. recensuit Hieronymus, quod in hac quædam testimonia citentur ex veteri Testamento, quæ non reperiantur in Hebræorum voluminibus, de quibus nonnihil attigimus hujus Epistolæ cap. XII. Adde huc, quod quum nemo Scripturarum testimonia disertius aptiusque citet quam Paulus, tamen locum ex Psalmo VIII. refert in contrarium sensum, illinc colligens Christum dejectum, quum totus Psalmus attollat dignitatem humanæ conditionis. Ut ne dicam interim, inesse locos aliquot, qui quorumdam Hæreticorum dogmatibus prima fronte patrocinari videantur: velut illa, quod velum separans sancta sanctorum interpretatur cœlum: ac multo magis, quod palam adimere videatur spem a baptismo relapsis in peccatum, idque non uno in loco: cum Paulus & eum receperit in communionem sanctorum, qui dormierat cum uxore patris. Adde huc, quod divus Hieronymus cum aliis aliquot locis ita citat hujus Epistolæ testimonia, ut de auctore videatur ambigere: tum edisserens caput Hieremiæ XXXI. *Hoc*, inquit, *testimonio Paulus Apostolus, sive quis alius scripsit Epistolam, usus est ad Hebræos*. Rursum in Esaiæ capite L. *Dicitur & in Epistola quæ fertur ad Hebræos*: aliisque locis pene innumeris, alicubi negans referre cujus sit, modo salubria doceat. Item capite VI. *Unde & Paulus Apostolus in Epistola ad Hebræos, quam Latina consuetudo non recipit*. Rursus enarrans Esaiæ caput VIII. citans hujus Epistolæ testimonium dicit, *In Epistola, quæ ad Hebræos inscribitur, docet, licet eam Latina consuetudo inter canonicas Scripturas non recipiat*. Item enarrans Matthæi caput XXVI. *Licet*, inquit, *de ea Latinorum multi dubitent*. Item in Zachariæ caput VIII. citans addit, *Si tamen in suscipienda Epistola Græcorum auctoritatem Latina lingua non respuit*. Item in Epistola ad Paulinum, *Octava enim ad Hebræos a plerisque extra numerum ponitur*. Idem in *Catalogo* refert Gajum in hac fuisse sententia, ut tredecim duntaxat Epistolas adscriberet Paulo, quæ est ad Hebræos negaret illius esse. Deinde subjicit suo nomine Hieronymus, *Sed & apud Romanos usque hodie quasi Pauli non habetur*. Consimilem ad modum Origenes Homilia XXVI. in Matthæum, cum adducat hujus Epistolæ testimonium, non audet tamen ab adversario flagitare, ut Pauli videatur, ac remittit pene ut sit eo loco, quo liber qui inscribitur, *Secreta Esaiæ*. Et Augustinus citaturus hujus Epistolæ testimonium *de Civitate Dei* libro XVI. capite XXII. præfatur hunc in modum: *De quo in Epistola, quæ inscribitur ad Hebræos, quam plures Apostoli Pauli esse dicunt, quidam vero negant, multa & magna conscripta sunt*. Quin idem alias frequenter adducens hujus Epistolæ testimonium, *Scriptum est*, inquit, *in Epistola ad Hebræos*, omisso *Pauli* nomine. *Sic intellectum est in Epistola ad Hebræos*. Et, *De illo etiam in Epistola legitur, quæ inscribitur ad Hebræos*. Hæc atque hujusmodi cum plus centies occurrant, nusquam, quod sane meminerim, citat *Pauli* nomine, cum in cæteris citationibus *Pauli* titulum libenter sit solitus addere. Ambrosius licet in hanc unam non ediderit Commentarios, tamen ejus testimoniis non infrequenter utitur, & videtur eam Paulo tribuere. Quin Origenes apud Eusebium testatur a plerisque dubitatum, an hæc Epistola esset germana Pauli, præsertim ob stili dissonantiam, quanquam ipse Paulo fortiter asserit: locus est *Ecclesiastica Historia* libro VI. capite XVII. Rursus ejusdem libri capite XV. narrat, apud Latinos hanc Epistolam non fuisse tributam Paulo Apostolo. Restat jam argumentum illud, quo non aliud certius, stilus ipse, & orationis character, qui nihil habet affinitatis cum phrasi Paulina. Nam quod afferunt hîc quidam, Paulum ipsum Hebraïce scripsisse, cæterum Lucam argumentum Epistolæ, quam memoria tenebat, suis explicuisse verbis, quantum valeat, viderint alii. Neque enim in verbis solum aut figuris discrimen est, sed omnibus notis dissidet. Et ut Paulus Græce scribens, multum ex idiomate sermonis Hebraïci retulit, ita & in hac, quam, ut volunt isti, scripsit Hebraïce, nonnulla sermonis illius vestigia residerent. Quid quod ne Lucas quidem ipse in Actis Apostolorum, hoc est, in argumento, quod facile recipit orationis ornamenta, parum abest ab hujus Epistolæ eloquentia. Equidem haud interponam hoc loco meam sententiam. Cæterum admodum probabile est quod subindicavit divus Hieronymus in *Catalogo Scriptorum illustrium*, Clementem, Romanum Pontificem a Petro quartum, auctorem hujus Epistolæ fuisse. *Clementis* enim meminit Paulus, & hic *Timothei* facit mentionem. Sed præstat, opinor, ipsa Hieronymi verba super hac re adscribere: *Scripsit*, inquit, nempe Clemens, *sub persona Romanæ Ecclesiæ, ad Ecclesiam Corinthiorum, valde utilem Epistolam, quæ & in nonnullis locis publice legitur, quæ mihi videtur characteri Epistolæ, quæ sub Pauli nomine ad Hebræos fertur, convenire. Sed & multis de eadem Epistola non solum sensibus, sed juxta verborum quoque ordinem abutitur. Omnino grandis in utraque similitudo est*. Hactenus divus Hieronymus, satis civiliter indicans prudenti doctoque Lectori, quid ipse suspicetur. Idem in Epistola ad Dardanum testatur hanc a Latinis non fuisse receptam, sed a plerisque Græcis Scriptoribus hactenus receptam, ut crederent esse viri Ecclesiastici, Pauli tamen esse negarent: sed Barnabæ potius aut Clementi tribuerent, aut juxta nonnullos Lucæ, quod idem diligenter annotavit Hieronymus in *Pauli Catalogo*. Ex his dilucidum est ætate Hieronymi Romanam Ecclesiam nondum recepisse auctoritatem hujus Epistolæ: & Græcos qui recipiebant judicasse non esse Pauli: denique Hieronymus ad Dardanum negat referre cujus sit, quum sit Ecclesiastici viri. Et tamen hodie sunt qui plusquam hæreticum esse putant, si quis dubitet de auctore Epistolæ, non ob aliud, nisi quod in templis additur *Pauli* titulus. Si Ecclesia certo definit esse Pauli, captivo libens intellectum meum in obsequium fidei: quod ad sensum meum attinet, non videtur illius esse, ob causas quas hîc reticuisse præstiterit. Et si certo scirem non esse Pauli, res indigna est digladiatione. Nec hac de re tantum verborum facerem, nisi quidam ex re nihili tantos excitarent tumultus.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM PAULI AD HEBRÆOS, PER DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM, FINIS.

Υ Π Ο Θ Ε Σ Ι Σ

τῆς καθολικῆς τῦ ἁγίυ

Ι Α Κ Ω Β Ο Υ.

Ταύτην ἐπιϛέλλει τοῖς ἀπὸ τῶν δώδεκα φυλῶν διασπαρεῖσι, καὶ πιϛεύσασιν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριϛόν. Γράφει δὲ διδασκαλικὴν τὴν Ἐπιϛολὴν, διδάσκων περὶ διαφορᾶς πειρασμῶν, ποῖος μέν ἐϛιν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ποῖος δὲ ἀπὸ τῆς ἰδίας καρδίας τῶν ἀνθρώπων ἐϛί. Καὶ ὅτι οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ δεικνύναι τὴν πίϛιν, καὶ οὐχ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ δικαιοῦνται. Περί τε πλουσίων παραγγέλλει, ἵνα μὴ προκρίνωνται τῶν πτωχῶν οἱ πλούσιοι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐπιπλήττωνται ὡς ὑπερήφανοι. Καὶ τέλος παραμυθησάμενος τοὺς ἀδικουμένους, καὶ προτρεψάμενος αὐτοὺς μακροθυμεῖν ἕως τῆς παρουσίας τοῦ κριτοῦ, καὶ διδάξας περὶ ὑπομονῆς ἐκ τοῦ Ἰὼβ τὸ χρηϛὸν τῆς ὑπομονῆς, παραγγέλλει προσκαλεῖσθαι τοὺς πρεσβυτέρους ἐπὶ ἀσθενοῦντας, καὶ σπουδάζειν ἐπιϛρέφειν τοὺς πλανηθέντας ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν, εἶναι γὰρ τούτου μισθὸν παρὰ τοῦ Κυρίου, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν Ἐπιϛολήν.

IN EPISTOLAM

JACOBI

Argumentum per

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

Jacobus, quoniam erat Hierosolymitarum Episcopus, scribit & cæteris Judæis, qui per omnes nationes sparsi habitabant, variis præceptis vitam illorum formans & instituens.

EPISTOLA

BEATI

JACOBI.

I. 1 ΙΑΚΩΒΟΣ Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριϛοῦ δοῦλος, ταῖς δώδεκα φυλαῖς, ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ, χαίρειν. 2 Πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε, ἀδελφοί μου, ὅτ' ἂν πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις· 3 Γινώσκοντες, ὅτι τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίϛεως κατεργάζεται 4 ὑπομονήν. Ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω, ἵνα ἦτε τέλειοι καὶ ὁλόκληροι, ἐν μηδενὶ λει- 5 πόμενοι. Εἰ δέ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας, αἰτείτω παρὰ τοῦ διδόντος Θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς, καὶ 6 μὴ ὀνειδίζοντος, καὶ δοθήσεται αὐτῷ. Αἰτείτω δὲ ἐν πίϛει, μηδὲν διακρινόμενος· ὁ γὰρ διακρινόμενος

A

B

C

1 JACOBUS Dei ac Domini Jesu Christi servus, duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem. 2 Pro summo gaudio ducite, fratres mei, quoties in tentationes incideritis 3 varias: Illud scientes, quod exploratio fidei vestræ parit patientiam. 4 Cæterum patientia [2] opus perfectum habeat, ut sitis perfecti [3] & integri, nullaque in parte diminuti. 5 Quod si cui vestrûm [4] deest sapientia, [5] postulet ab eo qui dat, nempe Deo, qui dat, inquam, omnibus [6] simpliciter, [7] nec exprobrat, ac dabitur ei. 6 Sed postulet cum fiducia, [8] nihil hæsitans: nam qui hæsitat,

1 JACOBUS *Apostolus*] *Apostolus* non additur in his libris, quos ego viderim, nec in Latinis emendatioribus. Et fieri potest, ut nomen commune cum Apostolo præbuerit occasionem, ut hæc Epistola Jacobo Apostolo adscriberetur, cum fuerit alterius cujusdam Jacobi. Nam de hac quoque nonnihil est dubitatum. Idem accidit in duabus posterioribus, quæ ob nomen commune Joanni tribuuntur Apostolo, cum alterius sint, auctore Hieronymo, qui Jacobum hunc negat esse Apostolum e numero duodecim qui recensentur in Evangelio, sed alium quemdam cognomento Justum, filium Mariæ sororis matris Domini, qui primus fuerit ordinatus Episcopus Hierosolymitanus ab Apostolis. Nec enim obstare, quod hic alias vocetur *Apostolus*, cum apud Paulum Discipuli Christum prædicantes *Apostoli* dicantur. Ac ne ab hoc quidem hanc Epistolam esse profectam asseverabant quidam, *licet*, ut inquit idem Hieronymus, *paulatim procedente tempore obtinuerit auctoritatem: & hunc esse qui cum Hierosolymis communicarit Paulus, & cujus toties fiat in Apostolorum Actis mentio.* Ita Hieronymus in *Catalogo*. Rursus enarrans Esaiæ caput XVIII. Idem enarrans caput I. Epistolæ ad Galatas, dicit illos vehementer errare, qui credunt Jacobum, quem vidit Paulus, fuisse unum e numero duodecim Apostolorum. Verum supervacuum arbitror anxie de auctore digladiari, rem potius amplectamur, & Spiritum sacrum auctorem exosculemur.

2 *Opus perfectum habet*] ἐχέτω, id est, *habeat*. Atque ita legitur & in Latinis exemplaribus emendatis.

3 *Et integri*] καὶ ὁλόκληροι. Ut opponatur mutilis. Nam dissidia vetant quo minus corpus sit integrum.

4 *Indiget sapientia*] Εἰ δέ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας, id est, *Si vero cui vestrûm deest sapientia.*

5 *Postulet a Deo qui dat*] αἰτείτω ἀπὸ τοῦ διδόντος Θεοῦ, id est, *postulet ab eo qui dat, nempe Deo*, ut intelligas, non aliunde petendam sapientiam.

6 *Affluenter*] ἁπλῶς, id est, *simpliciter* & *pure.* Id enim interpretatur quod mox sequitur, *& non improperat.*

7 *Et non improperat*] Sunt qui negent in hoc sensu *improperat* esse Latinum, & verum est Plinio *improperare* dictum pro *intro properare.* Attamen mihi persuaderi non potest, vocem esse confictam, cum toties sit obvia in Sacris Libris, *improperare* & *improperium.*

8 *Nihil hæsitans*] μηδὲν διακρινόμενος, id est, *nihil dijudicans.*

νος ἔοικε κλυδῶνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζο-
7 μένῳ. Μὴ γὰρ οἰέσθω ἄνθρωπος ἐκεῖνος, ὅτι λήψε-
8 ταί τι παρὰ τȣ Κυρίȣ. Ἀνὴρ δίψυχος, ἀκατάςατος
9 ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτȣ. Καυχάσθω δὲ ὁ ἀδελ-
10 φὸς ὁ ταπεινὸς, ἐν τῷ ὕψει αὐτȣ· Ὁ δὲ πλȣ-
σιος, ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτȣ, ὅτι ὡς ἄνθος χόρτου
11 παρελεύσεται· Ἀνέτειλε γὰρ ὁ ἥλιος σὺν τῷ καύσωνι,
καὶ ἐξήρανε τὸν χόρτον, καὶ τὸ ἄνθος αὐτȣ ἐξέπε-
σε, καὶ ἡ εὐπρέπεια τȣ προσώπου αὐτȣ ἀπώλετο· ȣ̔-
τως καὶ ὁ πλȣσιος ἐν ταῖς πορείαις αὐτȣ μαρανθή-
12 σεται. Μακάριος ἀνὴρ ὃς ὑπομένει πειρασμὸν, ὅτι δό-
κιμος γενόμενος λήψεται τὸν ςέφανον τῆς ζωῆς, ὃν
13 ἐπηγγείλατο ὁ Κύριος τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Μηδεὶς
πειραζόμενος λεγέτω, ὅτι ἀπὸ τȣ Θεȣ πειράζομαι·
ὁ γὰρ Θεὸς ἀπείραςός ἐςι κακῶν, πειράζει δὲ αὐ-
14 τὸς ȣ̓δένα. Ἕκαςος δὲ πειράζεται, ὑπὸ τῆς ἰδίας
15 ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος. Εἶτα ἡ ἐπι-
θυμία συλλαβȣσα τίκτει ἁμαρτίαν· ἡ δὲ ἁμαρτία
16 ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει θάνατον. Μὴ πλανᾶσθε, ἀ-
17 δελφοί μȣ ἀγαπητοί. Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ
πᾶν δώρημα τέλειον, ἄνωθέν ἐςι, καταβαῖνον ἀπὸ
τȣ Πατρὸς τῶν φώτων, παρ' ᾧ ȣ̓κ ἔνι παραλλα-
18 γὴ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα. Βȣληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς
λόγῳ ἀληθείας, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα
19 τῶν αὐτȣ κτισμάτων. Ὥςε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ,
ἔςω πᾶς ἄνθρωπος ταχὺς εἰς τὸ ἀκȣσαι, βραδὺς εἰς
20 τὸ λαλῆσαι, βραδὺς εἰς ὀργήν· Ὀργὴ γὰρ ἀνδρὸς δι-
21 καιοσύνην Θεȣ ȣ̓ κατεργάζεται. Διὸ ἀποθέμενοι πᾶ-
σαν ῥυπαρίαν καὶ περισσείαν κακίας, ἐν πραΰτητι δέ-
ξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον, τὸν δυνάμενον σῶσαι τὰς
22 ψυχὰς ὑμῶν. Γίνεσθε δὲ ποιηταὶ λόγȣ, καὶ μὴ ἀ-
23 κροαταὶ, παραλογιζόμενοι ἑαυτȣ́ς. Ὅτι εἴ τις ἀκροα-
τὴς λόγȣ ἐςὶ, καὶ ȣ̓ ποιητὴς, ȣ̔͂τος ἔοικεν ἀνδρὶ κατα-
24 νοȣ͂ντι τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτȣ ἐν ἐσόπτρῳ· Κα-
τενόησε γὰρ ἑαυτὸν, καὶ ἀπελήλυθε, καὶ εὐθέως ἐπελά-
25 θετο ὁποῖος ἦν. Ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον τέλειον, τὸν
τῆς ἐλευθερίας, καὶ παραμείνας, ȣ̔͂τος ȣ̓κ ἀκροατὴς ἐπι-
λησμονῆς γενόμενος, ἀλλὰ ποιητὴς ἔργȣ, ȣ̔͂τος μακάριος
26 ἐν τῇ ποιήσει αὐτȣ ἔςαι. Εἴ τις δοκεῖ θρῆσκος εἶναι
ἐν

hæsitat, is similis est fluctui maris, qui ventis agitur 9 & impetu rapitur. 10 Neque enim existimet homo 7 ille, 11 se quicquam accepturum a Domino. 12 Vir 8 animo duplici, inconstans est in omnibus viis suis. Glorietur autem frater qui est humilis, 13 in sublimi- 9 tate sua: Contra qui dives est, 14 in humiliatione sui, 10 quoniam veluti flos herbæ præteribit: Exortus est 11 enim sol cum æstu, & exaruit herba, & flos illius decidit, & 15 decor adspectus illius periit: sic & 16 dives in viis suis marcescet. Beatus vir qui suffert ten- 12 tationem, quoniam, quum probatus erit, accipiet coronam vitæ, quam 17 promisit Dominus iis a quibus fuerit dilectus. Ne quis, quum tentatur, dicat, 18 se a 13 Deo tentari: nam Deus ut 19 malis tentari non potest, ita nec ipse quemquam tentat. Imo unusquisque 14 tentatur, dum a propria concupiscentia 20 abstrahitur & inescatur. Deinde concupiscentia, posteaquam con- 15 cepit, parit peccatum: peccatum vero perfectum 21 progignit mortem. Ne erretis, fratres mei 22 dilecti. 16 Omnis 23 donatio bona, & omne donum perfectum, 17 e supernis est, descendens a Patre luminum, apud quem 24 non est transmutatio, 25 aut conversionis obumbratio. 26 Is destinata voluntate progenuit nos ser- 18 mone veritatis, ut essemus primitiæ quædam suarum creaturarum. 27 Itaque, fratres mei dilecti, 28 sit omnis 19 homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, tardus ad iram: Nam ira viri justitiam Dei non effi- 20 cit. Quapropter deposita 29 omni immunditia & 30 21 redundantia malitiæ, cum mansuetudine recipite insitum sermonem, qui potest salvas reddere animas vestras. Sitis autem effectores sermonis, 31 & non au- 22 ditores, fallentes vosmetipsos. Quoniam si quis audi- 23 at sermonem, nec eum factis exprimat, hic similis est viro consideranti faciem nativitatis suæ in speculo: Consideravit enim seipsum, & abiit, & continuo 24 oblitus est qualis esset. At qui 32 prospexerit in legem 25 perfectam, 33 quæ est libertatis, 34 & permanserit, hic quum non sit auditor obliviosus, sed effector operis, beatus facto suo erit. Si quis videtur 35 religiosus esse 26 inter

cans. Quanquam hæc affinia sunt, & ob id utroque modo solet vertere.

9 *Et circumfertur*] καὶ ῥιπιζομένῳ, id est, *& qui jactatur*, sive *rapitur*.

10 *Non ergo existimet*] Μὴ γὰρ, id est, *Non enim*.

11 *Quod accipiat*] ὅτι λήψεται, id est, *quod accipiet*, aut *accepturus sit*.

12 *Vir duplex animo*] δίψυχος. Quasi dicas, *bianimis*, ut dicimus *bilinguis*.

13 *In exaltatione*] ἐν τῷ ὕψει, id est, *in sublimitate*. Opponit enim inter se pugnantia. Interpres legisse videtur, ἐν τῇ ὑψώσει.

14 *In humilitate*] ἐν ταπεινώσει, id est, *in humiliatione*, sive *dejectione*.

15 *Decor vultus ejus*] Subdura est metaphora quæ vultum tribuit herbæ. Est enim hic χόρτος, quod interdum transfert *fœnum*, nonnunquam *gramen*, rarius *herbam*. Proinde sciat Lector Græce esse εὐπρέπεια τȣ προσώπȣ αὐτȣ, id est, *decor adspectus ejus*, sive *speciei*.

16 *Dives in itineribus suis*] πορείαις. Vide num legi possit πορίαις, ut sit, *in abundantia*. Certe ad sensum videretur accommodatius.

17 *Repromisit Deus*] Græci legunt *Dominus*, pro *Deus*. Ne quis aut suspicetur aliquid subesse mysterii, quod *repromisit* dixit pro *promisit*. Nam Græce est ἐπηγγείλατο. Est eadem vox apud Suetonium in *Othone*, *Tiberio*, & *Claudio* Cæsaribus consimiliter usurpata. Neque enim præpositio *re* hic significat iterationem actus, sed relationem: ut *recipit*, non qui bis capit, sed qui quod ab alio debetur capit: & *retinet*, non qui bis tenet, sed qui tenet volentem abire.

18 *Quoniam a Deo tentatur*] ὅτι ἀπὸ Θεȣ πειράζομαι, id est, *quod a Deo tentor*. Tametsi hanc figuram Latinus sermo non recipit, nisi omittas conjunctionem *quod*.

19 *Intentator est*] ἀπείραςός ἐςι κακῶν, id est, *inexpertus est malorum*, sive *non potest tentari malis*. Significat autem Deum neque tentari ipsum malis, neque tentare quemquam, quasi dicas, *intentabilis*. Demiror autem Interpretes non circuitione potius vocem hanc explicuisse. Nam Latinis *intentator* est, qui mali quidpiam impingit. Quod si ἀπείραςος accipiatur active, bis idem dixit. Et δὲ conjunctio reclamat huic sensui.

20 *Abstractus & illectus*] ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος, id est, *illectus & inescatus*. Tametsi participia hæc præsentis sunt temporis, id est, *dum illicitur & inescatur*.

21 *Generat mortem*] ἀποκύει. Metaphora sumpta a gravidis. Quasi dicas *enititur*.

22 *Dilectissimi*] ἀγαπητοὶ, id est, *dilecti*.

23 *Datum optimum*] δόσις ἀγαθὴ, id est, *donum bonum*, sive *donatio bona*. Hieronymus legit, *Omnis perfecta donatio*, in loco, quem mox cito.

24 *Non est transmutatio*] παραλλαγή. Quod Hieronymus in priori adversus Jovinianum commentario vertit *differentiam*. Augustinus libro *de Civitate Dei* XI. legit, *apud quem non est immutatio, nec momenti obumbratio*. Rursus adversus Manichæos *de Natura boni* cap. XXIV. Hilarius *de Trinitate* libro IV. legit, *apud quem non est demutatio*.

25 *Nec*] ἢ, id est, *aut*, pro *nec*. *Vicissitudinis obumbratio*, τροπῆς ἀποσκίασμα, id est, *conversionis obumbratio*. Significat autem ab hac luce jaci umbram, & solstitiis crescere ac decrescere nostrum solem. Ita propemodum & divus Hieronymus in loco, quem modo citavimus.

26 *Voluntarie enim &c.*] Βȣληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων, id est, *Volens progenuit nos verbo veritatis, ut simus primitiæ quædam creaturarum ejus*, sive *creaturarum suarum*. Beda indicat hunc locum a quodam sic legi, *ut simus primitiæ creaturarum ejus*, quasi intelligat nos esse cæteris rebus creatis præstantiores, quod olim singularum rerum primitiæ offerrentur, hoc est, præcipua quæque. Porro quod noster Interpres τινα vertit *aliquod*, juxta hanc sententiam rectius vertisset *quoddam*, sive *primitiæ quædam*, ut addito nomine intelligamus sermonem habere metaphoram.

27 *Scitis fratres mei*] Ὥςε ἀδελφοί μȣ, id est, *Itaque fratres mei*. Interpres legisse videtur Ἴςε, pro Ὥςε. Nam *Scitis enim*, quod est in nostris codicibus, in Græcis non reperio.

28 *Sit autem*] *Autem* redundat.

29 *Omnem immunditiam*] ῥυπαρίαν, id est, *sorditiem*.

30 *Abundantiam*] περισσείαν, id est, *superfluitatem*. Alludit enim ad sordes & superflua corporis. Etiamsi non desunt, qui negent *superfluitatem* esse vocem Latinam. Atque non video qui minus a *superfluo* licet dicere *superfluitatem*, quam ab *exiguo exiguitatem*, ab *assiduo assiduitatem*, a *perpetuo perpetuitatem*.

31 *Et non auditores tantum*] *Tantum* non invenio apud Græcos, ne in Aldina quidem Editione. Sed quidam indicat esse in Rhodiensi codice. Salva res est. At ego vereor, ne is codex sit ad nostros emendatus. Imo ne in Latinis quidem emendatioribus additur *tantum*, sed adjectum videtur abs quopiam, cui cum absurdum videretur præscribi nobis, ne essemus auditores verbi, velut interpretans Scriptoris mentem, addidit *auditores tantum*.

32 *Perspexerit*] παρακύψας, id est, *qui prospexerit*, a gestu caput obliquantis intuendi studio. *In lege perfecta*, εἰς νόμον τέλειον, id est, *in legem perfectam*. Codex Donatianicus habebat *in lege perfecta*.

33 *Libertatis*] τὸν τῆς ἐλευθερίας, id est, *quæ est libertatis*, sive *nempe libertatis*.

34 *Permanserit in ea*] καὶ παραμείνας ȣ̔́τως, id est, *& permanserit sic*.

35 *Religiosum esse*] Græci addunt ἐν ὑμῖν, id est, *inter vos*.

36 Sed

ἐν ὑμῖν, μὴ χαλιναγωγῶν γλῶσσαν αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀπατῶν καρδίαν αὐτȣ͂, τȣ́του μάταιος ἡ θρησκεία. 27 Θρησκεία καθαρὰ καὶ ἀμίαντος παρὰ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ αὕτη ἐςὶν, ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανȣ̀ς καὶ χήρας ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν, ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τȣ͂ II. 1 κόσμου. Ἀδελφοί μȣ, μὴ ἐν προσωποληψίαις ἔχετε τὴν πίςιν τȣ͂ Κυρίȣ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ τῆς δόξης. 2 Ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃ εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν ἀνὴρ χρυσοδακτύλιος ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, εἰσέλθῃ δὲ καὶ πτω- 3 χὸς ἐν ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι, Καὶ ἐπιβλέψητε ἐπὶ τὸν φοροῦντα τὴν ἐσθῆτα τὴν λαμπρὰν, καὶ εἴπητε αὐτῷ, Σὺ κάθου ὧδε καλῶς· καὶ τῷ πτωχῷ εἴπητε, Σὺ ςῆθι ἐκεῖ, ἢ κάθου ὧδε ὑπὸ τὸ ὑποπόδιόν μου· 4 Καὶ ȣ̓ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐγένεσθε κρι- 5 ταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν. Ἀκούσατε ἀδελφοί μου ἀγαπητοί· ȣ̓χ ὁ Θεὸς ἐξελέξατο τȣ̀ς πτωχȣ̀ς τȣ͂ κόσμου τούτου, πλουσίους ἐν πίςει, καὶ κληρονόμους τῆς βασιλείας, ἧς ἐπηγγείλατο τοῖς ἀγαπῶσιν 6 αὐτόν; Ὑμεῖς δὲ ἠτιμάσατε τὸν πτωχόν. Οὐχ οἱ πλούσιοι καταδυναςεύουσιν ὑμῶν, καὶ αὐτοὶ ἕλκου- 7 σιν ὑμᾶς εἰς κριτήρια; Οὐκ αὐτοὶ βλασφημοῦσι 8 τὸ καλὸν ὄνομα, τὸ ἐπικληθὲν ἐφ᾽ ὑμᾶς; Εἰ μέν τοι νόμον τελεῖτε βασιλικὸν κατὰ τὴν γραφὴν, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν, κα- 9 λῶς ποιεῖτε. Εἰ δὲ προσωποληπτεῖτε, ἁμαρτίαν ἐργάζεσθε, ἐλεγχόμενοι ὑπὸ τȣ͂ νόμου, ὡς παρα- 10 βάται. Ὅςις γὰρ ὅλον τὸν νόμον τηρήσει, πταί- 11 σει δὲ ἐν ἑνὶ, γέγονε πάντων ἔνοχος. Ὁ γὰρ εἰπὼν, Μὴ μοιχεύσῃς, εἶπε καὶ, Μὴ φονεύσῃς· εἰ δὲ οὐ μοιχεύσῃς, φονεύσῃς δὲ, γέγονας παρα- 12 βάτης νόμου. Οὕτως λαλεῖτε, καὶ ȣ̔́τως ποιεῖτε, 13 ὡς διὰ νόμου ἐλευθερίας μέλλοντες κρίνεσθαι. Ἡ γὰρ κρίσις ἀνίλεως τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος· καὶ κατακαυ- 14 χᾶται ἔλεος κρίσεως. Τί τὸ ὄφελος, ἀδελφοί μου, ἐὰν πίςιν λέγῃ τις ἔχειν, ἔργα δὲ μὴ ἔχῃ; μὴ δύ- 15 ναται ἡ πίςις σῶσαι αὐτόν; Ἐὰν δὲ ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ γυμνοὶ ὑπάρχωσι, καὶ λειπόμενοι ὦσι τῆς ἐφη- 16 μέρȣ τροφῆς, Εἴπῃ δέ τις αὐτοῖς ἐξ ὑμῶν, Ὑπάγετε ἐν εἰρήνῃ, θερμαίνεσθε, καὶ χορτάζεσθε· μὴ δῶτε δὲ 17 αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια τȣ͂ σώματος, τί τὸ ὄφελος; Οὕτως καὶ

A inter vos, qui non frenat linguam suam, 36 sed aberrare sinit cor suum, hujus vana est religio. Religio 27 pura & immaculata apud Deum & Patrem hæc est, invisere orphanos & viduas in afflictione sua, immaculatum seipsum servare 37 a mundo. Fratres mei, 1 II. ne cum respectu personarum habeatis fidem Domini nostri 1 Jesu Christi ex opinione. Nam si ingrediatur 2 2 in cœtum vestrum vir 3 aureum gestans annulum 4 veste indutus splendida, ingrediatur autem & pauper 5 in sordida veste, Et respexeritis ad illum 6 qui 3 vestem gestat splendidam, & dixeritis illi, Tu sede hîc bene: & pauperi dicatis, Tu sta illic, 7 aut sede B hîc subter scabellum meum: Et 8 non dijudicati estis 4 in vobisipsis, & facti estis judices 9 cogitationum malarum. Audite fratres mei dilecti: nonne Deus elegit 5 pauperes 10 mundi hujus, 11 divites in fide, & hæredes regni, quod promisit iis a quibus dilectus fuerit? Vos autem 12 contemptui habuistis pauperem. Nonne 6 divites 13 tyrannidem exercent in vos, & iidem trahunt vos 14 ad tribunalia, Et iidem male loquuntur 7 de bono nomine, quod invocatum est super vos? Si 8 legem quidem regiam perficitis juxta scripturam, Diliges proximum tuum sicut teipsum, bene facitis. Sin vero personam respicitis, peccatum committitis, 9 15 & redarguimini a lege, 16 veluti transgressores. 17 C Quisquis enim totam legem servaverit, offenderit 10 autem in uno, factus est omnium reus. Nam qui di- 11 xit, Ne mœcheris, dixit etiam, Ne occidas: quod si non fueris mœchatus, occideris tamen, factus es transgressor legis. Ita loquamini, & ita faciatis, veluti per 12 legem libertatis 18 judicandi. Siquidem judicium abs- 13 que misericordia erit ei, 19 qui non præstiterit misericordiam: 20 & gloriatur misericordia adversus judicium. Quæ utilitas, fratres mei, si fidem dicat aliquis 14 habere se, facta vero non habeat? num potest fides salvum facere illum? Quod si frater 21 aut soror nudi 15 fuerint, & egentes quotidiano victu, Dicat autem 16 D aliquis vestrûm illis, Abite cum pace, 22 calescite, & saturamini: non tamen dederitis illis quæ sunt necessaria corpori, quæ erit utilitas? Sic & fides si facta 17 non

36 *Sed seducit cor suum*] Ex corde vago atque instabili nascitur linguæ petulantia: unde nos vertimus, *sed aberrare sinit cor suum.* Est enim Græcis ἀπατῶν.

37 *Ab hoc seculo*] ἀπὸ τοῦ κόσμȣ, id est, *a mundo.*

1 *Jesu Christi gloria*] Quod juxta proprietatem Hebræi sermonis perinde valet, ac si dicas, *gloriosi*, Ἰησȣ͂ Χριςȣ͂ τῆς δόξης. Vide Lector, num δόξης hic declaret non *gloriam*, sed *opinionem*, ut referatur ad προσωποληψίαις. Sitque sensus, ne habeamus fidem Domini nostri Jesu Christi, in discretione personarum, ut ex sua quisque opinione quemlibet æstimet, non hac quatenus est Christianus, sed quatenus nobis aut magnus, aut humilis est, ob affinitatem aut divitias.

2 *In conventum vestrum*] εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν, id est, *in congregationem* sive *cœtum vestrum.* Hîc palam est *synagogam* esse quemvis cœtum aut consessum hominum.

3 *Aureum annulum habens*] χρυσοδακτύλιος. Dictione composita vocavit *gestantem annulos aureos*, quasi dicas, *aurannuleus.*

4 *In veste candida*] ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, id est, *in veste splendida*, tametsi olim magnificum erat ac regale candidis amiciri.

5 *In sordido habitu*] ἐσθῆτι. Variavit Interpres, cum Græce sit eadem dictio.

6 *Qui indutus est veste præclara*] ἐπὶ τὸν φοροῦντα τὴν ἐσθῆτα τὴν λαμπρὰν, id est, *in eum qui gestat vestem splendidam.* Et est eadem vox, quam modo vertit *candidam*, immodicus affectator copiæ.

7 *Aut sede sub*] ἢ κάθȣ ὧδε, id est, *aut sede hic.*

8 *Non judicatis*] ȣ̓ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς, id est, *non judicati estis in vobisipsis.* Nam & sic accipi potest, & magis quadrat ad ea quæ sequuntur. Cæterum *&* conjunctio, quæ apud Græcos additur, tantum ad vehementiam & affectum facit, Καὶ οὐ διεκρίθητε, ut *Et non* perinde polleat, ac si dicas, *An non.*

9 *Cogitationum iniquarum*] πονηρῶν, id est, *malarum.*

10 *In hoc mundo*] τοῦ κόσμȣ, id est, *mundi.* Interpres, mirum quo consilio, semper addit *mundo* pronomen demonstrativum: etiamsi hîc in nonnullis additur τȣ́τȣ.

11 *Divites autem*] *Autem* redundat, & repugnat sensui. Interpres legisse videtur πλȣσίȣς δὲ, perinde quasi præcessierit μὲν, *pauperes quidem in hoc mundo, sed divites in fide.*

12 *Exhonorastis*] ἠτιμάσατε, id est, *ignominia affecistis*, sive *contemptui habuistis.*

13 *Per potentiam opprimunt*] Quod Græci dicunt unico verbo καταδυναςεύȣσιν, quasi dicas, abutuntur suo magistratu & potestate, in vestrum malum.

14 *Ad judicia*] εἰς κριτήρια, id est, *ad tribunalia.*

15 *Redargui a lege*] ἐλεγχόμενοι. Quod melius vertisset, *redarguimini*, ut tempus quoque respondeat.

16 *Quasi transgressores*] ὡς παραβάται, id est, *ut transgressores.*

17 *Quicunque autem*] *Enim* est Græcis, non *autem.*

18 *Incipientes judicari*] μέλλοντες κρίνεσθαι, id est, *judicandi.* Et in hunc quidem modum frequenter transtulit Interpres. At hic sane fuit intolerabile.

19 *Qui non facit*] μὴ ποιήσαντι, id est, *qui non fecerit.*

20 *Superexaltat autem misericordia*] κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως. Opinor Interpretem vertisse *superexsultat*, id est, supergloriatur. Sensus est, *gloriatur misericordia adversus judicium*, tanquam victrix, ut nihil jam ad rem faciant quinque expositiones Hugonis Carrensis, quas in hunc invehit locum, ὅλας ἁμάξας, pro unica interpretatione examen interpretationum faciens. Ea est inscitiæ fœcunditas, cum veritatis simplex sit oratio. Utitur autem eodem verbo ad eumdem modum paulo inferius, μὴ κατακαυχᾶσθε καὶ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας, id est, *ne gloriemini & mentiamini adversus veritatem.* Apparet & Augustinum legisse *superexsultat.* Id conjicere licet ex verbis, quibus enarrat Psalmum CXLIII. Idem libro *de Civitate Dei* XXI. cap. XVIII. interpretatur, *superexaltat, superat: Sed cum ad judicium*, inquiens, *ventum fuerit, misericordiam esse superaturam:* non longe quidem aberrans a scopo quod ad sensum attinet. Apparet & hîc Augustinum legisse *superexsultat*, etiamsi in vulgatis codicibus depravatum est *superexaltat*: victoris enim est exsultare. Rursus in *Quæstionibus in Exodum* legit, *superexaltat misericordia in judicio.* Ut hinc manifestior etiam suspicio detur illum legisse *superexsultat.* Rursum in Epistola ad Hieronymum XXIX. sic tractat hunc locum, ut verbum *superexaltat* non congruat. Nam victus victorem superexaltat potius quam victor victum. Item Epist. LXXXIX. scriptum erat, *superexaltat judicio*, quo magis conjectandum est scriptum fuisse *superexsultat.* Certe ex Bedæ *Commentariis* palam est, illum legisse *superexsultat.* Ejus verba subscribam: *Superexsultat autem misericordia judicium, quia quemadmodum damnatus in judicio Dei dolebit, qui non fecit misericordiam: ita qui fecit, remuneratus exsultabit atque gaudebit. Aliter, superexaltat misericordia judicium. Non dictum est, vincit misericordia judicium. Non enim est adversa judicio, sed superexaltat qui plures per misericordiam colligunt, sed qui misericordiam præstiterunt.* Ex his perspicuum est Bedam juxta Græcorum exemplaria legisse *superexsultat*, licet Scriba pene ubique vocem eam depravaverit. Restat scrupulus de præpositione. Nam qui vertit *superexsultat*, legisse videtur ὑπερκαυχᾶται. Siquidem κατακαυχᾶσθαι magis sonat adversus aliquem gloriari.

21 *Et soror*] *Aut* est Græce, non *&.*

22 *Calefacimini*] θερμαίνεσθε, id est, *calefiatis*, sive *calescite.* Quis enim ferat *calefacimini?* Aut cur non potius mutato genere *calefaciatis vos*, quemadmodum non semel hujus verbi participium vertit in Evangelio, θερμαινόμενος, *calefaciebat se.* Sed ex obsoletis Auctoribus citant litteratores *facior*, ut donemus: quorsum attinet obsoletis atque etiam dubiis uti, cum suppetant usitata certaque.

καὶ ἡ πίϛις, ἐὰν μὴ ἔργα ἔχῃ, νεκρά ἐϛι καθ' ἑαυτήν. 18 Ἀλλ' ἐρεῖ τίς, Σὺ πίϛιν ἔχεις, κἀγὼ ἔργα ἔχω· δεῖξόν μοι τὴν πίϛιν σȣ ἐκ τῶν ἔργων σȣ, κἀγὼ δείξω 19 σοι ἐκ τῶν ἔργων μȣ τὴν πίϛιν μου. Σὺ πιϛεύεις, ὅτι ὁ Θεὸς εἷς ἐϛι; καλῶς ποιεῖς· καὶ τὰ δαιμόνια πιϛεύȣ-20 σι, καὶ φρίσσȣσι. Θέλεις δὲ γνῶναι, ὦ ἄνθρωπε κενὲ, 21 ὅτι ἡ πίϛις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐϛιν; Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ἡμῶν ȣκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἀνενέγκας Ἰσαὰκ 22 τὸν υἱὸν αὐτȣ ἐπὶ τὸ θυσιαϛήριον; Βλέπεις, ὅτι ἡ πίϛις συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτȣ, καὶ ἐκ τῶν ἔργων ἡ πί-23 ϛις ἐτελειώθη; Καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ, ἡ λέγȣσα, Ἐπίϛευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς 24 δικαιοσύνην, καὶ φίλος Θεȣ ἐκλήθη. Ὁρᾶτε τοίνυν, ὅτι ἐξ ἔργων δικαιȣται ἄνθρωπος, καὶ ȣκ ἐκ πίϛεως 25 μόνον; Ὁμοίως δὲ καὶ Ῥαὰβ ἡ πόρνη ȣκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ὑποδεξαμένη τȣς ἀγγέλȣς, καὶ ἑτέρᾳ ὁδῷ 26 ἐκβαλȣσα; Ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐϛιν, ȣτως καὶ ἡ πίϛις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά

III. 1 ἐϛι. Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, ἀδελφοί μȣ, εἰ-2 δότες, ὅτι μεῖζον κρῖμα ληψόμεθα. Πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες. Εἴ τις ἐν λόγῳ ȣ πταίει, ȣτος τέλειος 3 ἀνὴρ, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα. Ἰδȣ τῶν ἵππων τȣς χαλινȣς εἰς τὰ ϛόματα βάλλομεν, πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτȣς ἡμῖν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα αὐτῶν με-4 τάγομεν. Ἰδȣ καὶ τὰ πλοῖα τηλικαῦτα ὄντα, καὶ ὑπὸ σκληρῶν ἀνέμων ἐλαυνόμενα, μετάγεται ὑπὸ ἐλαχίϛȣ 5 πηδαλίȣ, ὅπου ἂν ἡ ὁρμὴ τȣ εὐθύνοντος βȣληται. Οὕτως καὶ ἡ γλῶσσα μικρὸν μέλος ἐϛὶ, καὶ μεγαλαυ-6 χεῖ. Ἰδȣ ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει. Καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας, ȣτως ἡ γλῶσσα καθίϛαται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, ἡ σπιλȣσα ὅλον τὸ σῶμα, καὶ φλογίζȣσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, καὶ 7 φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γεέννης. Πᾶσα γὰρ φύσις θηρίων τὲ καὶ πετεινῶν, ἑρπετῶν τε καὶ ἐναλίων δαμά-8 ζεται καὶ δεδάμαϛαι τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ. Τὴν δὲ γλῶσσαν ȣδεὶς δυναται ἀνθρώπων δαμάσαι, ἀκατάσχε-9 τον κακὸν, μεϛὴ ἰȣ θανατοφόρȣ. Ἐν αὐτῇ εὐλογȣμεν τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τȣς 10 ἀνθρώπȣς, τȣς καθ' ὁμοίωσιν Θεȣ γεγονότας. Ἐκ τȣ αὐτȣ ϛόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα. Οὐ 11 χρὴ, ἀδελφοί μȣ, ταῦτα ȣτως γίνεσθαι. Μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν; Μὴ

A non habuerit, mortua eſt 23 per ſe. Sed dicet aliquis, 18 Tu fidem habes, & ego facta habeo: oſtende mihi fidem tuam 24 ex factis tuis, & ego oſtendam tibi ex factis meis fidem meam. Tu credis, quod Deus unus 19 eſt? recte facis: & dæmonia credunt ac contremiſcunt. Vis vero ſcire, ô homo inanis, quod fides abſ- 20 que factis mortua ſit? Abraham pater noſter nonne 21 ex factis juſtificatus eſt, cum obtuliſſet Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides, quod fides adjumento fue- 22 rit factis illius, & ex factis fides perfecta fuerit? Et 23 impleta eſt ſcriptura, quæ dicit, 25 Credidit Abraham B Deo, & imputatum eſt illi ad juſtitiam, & amicus Dei vocatus eſt. 26 Videtis igitur, quod ex factis juſti- 24 ficetur homo, & non ex fide tantum? Similiter au- 25 tem & Rhaab meretrix annon ex factis juſtificata eſt, quum excepiſſet nuncios, & alia via emiſiſſet? Nam quemadmodum corpus abſque ſpiritu mortuum 26 eſt, ita & fides abſque factis mortua eſt. Nolite 1 III. plures magiſtri fieri, fratres mei, ſcientes, quod majus judicium 2 ſumpturi ſimus. In multis enim labimur 2 omnes. Si quis in ſermone non labitur, hic perfectus eſt vir, 3 qui poſſit freno moderari totum etiam cor- 3 pus. 4 Ecce equis frena in ora immittimus, 5 ut obe- C diant nobis, 6 & totum corpus illorum circumagimus. 7 Ecce naves quoque 8 quum tantæ ſint, & 9 a ventis 4 ſævis agantur, 10 circumaguntur a minimo gubernaculo, quocumque impetus dirigentis voluerit. Ita & 5 lingua 11 puſillum membrum eſt, 12 & magna jactat. 13 Ecce exiguus ignis quantam materiam incendit. Et 6 lingua ignis eſt, 14 mundus iniquitatis, 15 ſic lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis, & inflammatur a gehenna. Omnis enim natura & 16 ferarum & 7 volucrum, ſerpentiumque 17 & marinorum domatur & domita eſt 18 a natura humana. Linguam autem 8 nullus hominum domare poteſt, 19 incoërcibile ma- D lum, plena veneno mortifero. Per ipſam 20 benedici- 9 mus Deo & Patri, & per ipſam maledicimus hominibus, qui ad ſimilitudinem Dei conditi ſunt. 21 Ex 10 eodem ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. Nunquid fons ex 11 eodem foramine 22 emittit dulcem & amaram aquam? Nun-

23 *In ſemetipſa*] καθ' ἑαυτὴν, id eſt, *per ſe*, hoc eſt, ſola.

24 *Sine operibus*] ἐκ τῶν ἔργων σȣ, id eſt, *ex operibus tuis*. Interpres legiſſe videtur ἐκτὸς τῶν ἔργων: nam minimum eſt diſcrimen in vocibus, cum ſententia tota pugnet. Quod ſi legis, *ſine operibus*, quemadmodum legit Interpres, non video qui conſtet ſenſus: nam fides oſtendi non poteſt, niſi factis. Sentit autem quiſquis hic fuit Jacobus, demonſtra tuam fidem quam habes, adjunctis factis, ut utrumque habeas: & ego ſolis factis declarabo, mihi neutrum deeſſe. Sermo videtur apud Græcos aliquanto dilucidior. Siquidem ut Jacobus doceat, nec fidem abſque operibus, E nec opera ſine fide valere, proponit duos colloquentes, quorum alter fretus ſua fide negligat opera. Huic dicitur: Tu fidem habes, ſit hoc tibi ſatis. Rurſus alter fidens operibus neglecta fide, reſpondet illi: Et ego facta habeo, mihi ſatis eſt. Jacobus utriuſque ſermonem refellit. Imo neutri, inquit, quod habet, ſufficit ad ſalutem. Sed tu qui fidem tuam jactas, doce factis ipſis tibi fidem eſſe, quæ certe res otioſa non eſt. Et ego factis ipſis declarabo mihi neutrum deeſſe. Neque enim convenit, ut hæc verba, *fidem habes*, pertineant ad perſonam Apoſtoli, qui rejicit fidem carentem factis.

25 *Credidit Abraham Deo*] Idem teſtimonium, quod Paulus adduxit in Epiſtola ad Romanos adverſus fiduciam operum, hic adducit ad commendationem operum. Verum Paulus illic opera vocat obſervationem Legis Moſaïcæ, hic ſentit de officiis pietatis & charitatis.

26 *Videtis, quoniam*] Ὁρᾶτε τοίνυν, ὅτι, id eſt, *Videtis igitur, quod.*

1 P*Lures magiſtri*] πολλοὶ, id eſt, *multi*.

2 *Sumitis*] ληψόμεθα, id eſt, *ſumemus*, ſive, quod Valla mavult, *accipiemus*. Non enim ſumimus niſi volentes, accipimus & nolentes: ſiquidem *vulnus accepit* recte dicimus, *ſumpſit vulnus* non item. Et quod ſequitur, *offendimus omnes*, præſentis eſt temporis, non præteriti, πταίομεν, id eſt, *labimur*, ut intelligas omnes quotidie labi. Item quod ſequitur, *Si quis in verbo non offendit*, πταίει, præſentis temporis eſt.

3 *Poteſt etiam freno*] δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα, id eſt, *potens freno moderari & totum corpus*.

4 *Si autem frenos*] Græce non eſt, *Si autem*, ſed *Ecce*, Ἴδε. Interpres legit Εἰ δέ. Beda indicat in quibuſdam ſcriptum fuiſſe, *Sicut autem equis* &c.

5 *Ad conſentiendum*] πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτȣς ἡμῖν, id eſt, *ut nobis obediant*, ſive *pareant*.

6 *Omne corpus*] *Et omne corpus* legit Græcus, ſed neceſſe erat conjunctionem abjicere, cum dixerit, *Si autem*. Quod ſi recipimus Εἰ δὲ, hic erit ſenſus, qui os equi freno poteſt moderari, eadem opera circumaget quo volet totum corpus equi.

7 *Et ecce naves*] Ἰδοὺ καὶ τὰ πλοῖα, id eſt, *Ecce & naves*, ſive *Naves quoque*.

8 *Cum magna ſint*] τηλικαῦτα ὄντα, id eſt, *cum tanta ſint*.

9 *A ventis validis*] σκληρῶν, id eſt, *duris*: ſed Interpres aliud videtur legiſſe. *Minentur*, ἐλαυνόμενα, id eſt, *aguntur*, ſive *vehuntur*.

10 *Circumferuntur autem*] *Autem* redundat.

11 *Modicum quidem*] *Quidem* redundat & officit ſenſui.

12 *Et magna exſultat*] καὶ μεγαλαυχεῖ. Lyranus legit *exaltat*, & *magna* exponit *mala*, & *exaltat*, *provocat*. Arbitror ab Interprete fuiſſe ſcriptum *exſultat*, hoc eſt, *jactat*, id quod Græca vox ſonat. Nec Beda diſſimulat in quibuſdam codicibus ſcriptum fuiſſe, *magna exſultat*. Itaque ſcriptum comperimus in codice vetuſtiſſimo Donatiani. Græcis eſt ſermo jucundior dictione compoſita a μεγάλα *magna*, & αὐχεῖν *gloriari*, ſive *jactare*, id eſt, *magnifice ſe jactat*.

13 *Ecce quantus ignis*] Opinor Interpretem vertiſſe *quantulus ignis*, id eſt, quam puſillus. Nam Græce eſt ὀλίγον πῦρ, id eſt, *exiguus ignis*. Hieronymus in LXVI. Eſaiæ cap. ita citat: *Parvus ignis quam grandem ſuccendit materiam*. Teſtatur & Beda in nonnullis exemplaribus ſcriptum fuiſſe, *Ecce modicus ignis* &c. Hoc adjeci, ne quis putet Græcos codices fuiſſe vitiatos. Et *ſylvam*, hoc loco rectius vertiſſet, *materiam*.

14 *Univerſitas iniquitatis*] ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας, id eſt, *mundus iniquitatis*. Eſt autem aliquando *mundus*, cumulus rerum ſimul repoſitarum. Unde *mundum muliebrem* dicimus.

15 *Lingua conſtituitur*] *Sic lingua*, legunt Græci, Οὕτως ἡ γλῶσσα.

16 *Beſtiarum*] θηρίων, id eſt, *ferarum*, aut *noxiarum belluarum*. Nam id proprie ſignificat θηρίων.

17 *Et cæterorum*] καὶ ἐναλίων, id eſt, *& marinorum*. Interpres legiſſe videtur ἄλλων, aut certe ſcripſit *cetorum*, quod ipſum adhuc in nonnullis exſtat codicibus. Id ſcriptor oſcitans mutavit in *cæterorum*: nam manſueſcunt & marinæ belluæ, ut delphines.

18 *A natura humana*] τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ, id eſt, *ingenio humano*, ſive *natura humana*. Quanquam hoc parvi refert ad ſenſum.

19 *Inquietum malum*] ἀκατάσχετον, id eſt, *incoërcibile*, ſive *incohibile*. Hieronymus ſecundo adverſus Pelagium Dialogo tranſtulit, *incontinens malum*.

20 *Benedicimus Deum & Patrem*] Latinis maledicit, qui dicit convitium, at non ſtatim benedicit homini qui laudat.

21 *Ex ipſo ore*] Ἐκ τȣ αὐτȣ ϛόματος, id eſt, *Ex eodem ore*.

22 *Emanat*] βρύει, id eſt, *ſcatebra emittit*. Si tamen Latine dicitur, *emanat aquam*: ſcio Maroni dictum,

Et

12 Μὴ δύναται, ἀδελφοί μου, συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι, ἢ ἄμπελος σῦκα; Οὕτως οὐδεμία πηγὴ ἁλικὸν καὶ γλυκὺ 13 ποιῆσαι ὕδωρ. Τίς σοφὸς καὶ ἐπιστήμων ἐν ὑμῖν; Δειξάτω ἐκ τῆς καλῆς ἀναστροφῆς τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πραΰ- 14 τητι σοφίας. Εἰ δὲ ζῆλον πικρὸν ἔχετε καὶ ἐρίθειαν ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, μὴ κατακαυχᾶσθε, καὶ ψεύδεσθε κα- 15 τὰ τῆς ἀληθείας. Οὐκ ἔστιν αὕτη ἡ σοφία ἄνωθεν κα- 16 τερχομένη, ἀλλ' ἐπίγειος, ψυχική, δαιμονιώδης. Ὅπου γὰρ ζῆλος καὶ ἐρίθεια, ἐκεῖ ἀκαταστασία καὶ πᾶν 17 φαῦλον πρᾶγμα. Ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία, πρῶτον μὲν ἁγνή ἐστιν, ἔπειτα εἰρηνική, ἐπιεικής, εὐπειθής, μεστὴ ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν, ἀδιάκριτος, καὶ ἀνυπό- 18 κριτος. Καρπὸς δὲ τῆς δικαιοσύνης ἐν εἰρήνῃ σπείρε-

IV. 1 ται τοῖς ποιοῦσιν εἰρήνην. Πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν; Οὐκ ἐντεῦθεν, ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑμῶν, τῶν 2 στρατευομένων ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν; Ἐπιθυμεῖτε, καὶ οὐκ ἔχετε· φονεύετε καὶ ζηλοῦτε, καὶ οὐ δύνασθε ἐπιτυχεῖν· μάχεσθε καὶ πολεμεῖτε· οὐκ ἔχετε, 3 διὰ τὸ μὴ αἰτεῖσθαι ὑμᾶς. Αἰτεῖτε, καὶ οὐ λαμβάνετε, διότι κακῶς αἰτεῖσθε, ἵνα ἐν ταῖς ἡδοναῖς ὑμῶν 4 δαπανήσητε. Μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες, οὐκ οἴδατε, ὅτι ἡ φιλία τοῦ κόσμου ἔχθρα τοῦ Θεοῦ ἐστιν; Ὃς ἂν βουληθῇ φίλος εἶναι τοῦ κόσμου, ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ κα- 5 θίσταται. Ἢ δοκεῖτε, ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει; Πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα, ὃ κατῴκησεν ἐν ἡ- 6 7 μῖν. Μείζονα δὲ δίδωσι χάριν. Ὑποτάγητε οὖν τῷ Θεῷ, ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ, καὶ φεύξεται ἀφ' 8 ὑμῶν. Ἐγγίσατε τῷ Θεῷ, καὶ ἐγγιεῖ ὑμῖν. Καθαρίσατε χεῖρας, ἁμαρτωλοί, καὶ ἁγνίσατε καρ- 9 δίας, δίψυχοι. Ταλαιπωρήσατε, καὶ πενθήσατε, καὶ κλαύσατε· ὁ γέλως ὑμῶν εἰς πένθος μεταστρα- 10 φήτω, καὶ ἡ χαρὰ εἰς κατήφειαν. Ταπεινώθητε 11 ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, καὶ ὑψώσει ὑμᾶς. Μὴ καταλαλεῖτε ἀλλήλων, ἀδελφοί. Ὁ καταλαλῶν ἀδελφοῦ, καὶ κρίνων τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καταλαλεῖ νόμου, καὶ κρίνει νόμον· εἰ δὲ νόμον κρίνεις, οὐκ εἶ

A Nunquid potest, fratres mei, 23 ficus oleas gignere, 12 aut vitis ficus? 24 Sic nullus fons salsam ac dulcem potest edere aquam. Quis sapiens 25 & scientia præditus 13 inter vos? Ostendat ex bona conversatione 26 opera sua cum mansuetudine sapientiæ. Quod si æmulationem 14 amaram habetis 27 & contentionem in corde vestro, nolite gloriari, & mendaces esse adversus veritatem. Non est enim ista sapientia 28 e supernis descendens, 15 sed terrena, 29 animalis, dæmoniaca. Ubi enim æmu- 16 latio & contentio, 30 ibi inconstantia & omne opus pravum. Quæ autem e supernis est sapientia, primum 17 quidem 31 casta est, deinde pacifica, modesta, 32 tra- B ctabilis, plena misericordia & fructibus bonis, 33 absque dijudicatione, & sine simulatione. Fructus autem 18 justitiæ in pace seminatur facientibus pacem. Unde I IV. bella 1 & lites in vobis? 2 Nonne hinc, nimirum ex voluptatibus vestris, quæ militant in membris vestris? Concupiscitis, & non habetis: 3 invidetis & æmula- 2 mini, & non potestis adipisci: 4 pugnatis & bellatis: non habetis, 5 propterea quod non postulatis. Petitis, 3 & non accipitis, eo quod male petatis, 6 ut in voluptatibus vestris insumatis. 7 Adulteri & adulteræ, ne- 4 scitis, quod 8 amicitia mundi 9 inimicitia est cum C Deo? Quicumque ergo voluerit 10 amicus esse mundi, inimicus Dei constituitur. An putatis, quod inaniter 5 scriptura dicat? 11 Ad invidiam concupiscit spiritus, 12 qui habitavit in nobis. 13 Majorem autem dat gra- 6 tiam. Subditi ergo estote Deo, resistite autem diabo- 7 lo, & fugiet a vobis. Appropinquate Deo, & appro- 8 pinquabit vobis. Emundate manus, ô peccatores, & purificate corda, 14 duplices animo. 15 Affligimini, & 9 lugete, & plorate: risus vester in luctum converta- tur, & gaudium in mœrorem. Humiles vos reddite 10 in conspectu Domini, & eriget vos. Nolite detrahe- 11 re vobis 16 invicem, fratres. Qui detrahit fratri, quique judicat fratrem suum, 17 detrahit legi, & judicat legem:

D

Et dura quercus sudabunt roscida mella.

Manat aquam, mollius erat. Manare dicitur liquore aut liquorem, id quod emittit, sed emanat ipse liquor. Et Plinio quædam arbores dicuntur manare picem ac resinam. *Dulcem & amaram aquam*, τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρὸν, id est, *dulce & amarum*, ut ὕδωρ subaudias.

23 *Ficus uvas facere*] συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι, id est, *ficus oleas facere*. Siquidem ficum opposuit oleæ, quod hæc acerbi saporis sit & austeri, dissimilis ficui. Quanquam mox meminit *vitis*.

24 *Sic neque salsa dulcem potest facere aquam*] Οὕτως οὐδεμία πηγὴ ἁλικὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ, id est, *Sic nullus fons dulcem & amaram facere aquam*.

25 *Et disciplinatus*] ἐπιστήμων, id est, *sciens*, sive *scientia præditus*, quod recentiores vocant *scientificus*.

26 *Operationem suam*] τὰ ἔργα αὐτοῦ, id est, *opera sua*.

27 *Et contentiones sint*] Græce tantum est, *& contentionem*, καὶ ἐρίθειαν. Ac mox sequitur, *in corde vestro*.

28 *Desursum descendens*] Quod hîc additur, *a Patre luminum*, non habetur in codicibus Græcis, sed huc apparet adscriptum ex primo capite. Nec attingitur a Beda.

29 *Animalis, diabolica*] *Animalis* hîc deducitur ab *anima*, ψυχική. Sic enim aliquando vocat affectum humanum, ut opponatur spiritui. Carrensis putat ab animalibus dictum, quod brutorum sit, duci voluptatibus: cum Beda nominatim hoc admoneat quod dicimus, citans Græcam auctoritatem, quæ tamen istis nostris nimium vilis est. Nec est *diabolica*, sed *dæmoniaca*, δαιμονιώδης, hoc est, non a spiritu Christi, sed a spiritu hujus mundi. Et *Dæmones* Græcis dicuntur quasi δαήμονες, hoc est, *scientes*, & his Antiqui tribuebant artium humanarum inventionem.

30 *Ibi inconstantia*] ἀκαταστασία. Quod magis sonat *tumultum & seditionem*.

31 *Pudica*] ἁγνή, id est, *pura*, sive *casta*. Et *modesta*, Græce est ἐπιεικής, id est, *humana*, sive *æqua*. Nam mundi sapientia reddit morosos.

32 *Suadibilis*] εὐπειθής, id est, *tractabilis*, sive *morigera*, & cui facile persuadeatur. *Bonis consentiens*. Hæc non inveniuntur in Græcis codicibus, quos ego sane viderim, ac ne in vetustissimo quidem codice Donatiani, etiamsi Beda legit & interpretatur.

33 *Judicans sine simulatione*] Græce est ἀδιάκριτος καὶ ἀνυπόκριτος, id est, *nihil discernens & nihil simulans*. Aut *sine dijudicatione, sine simulatione*. Et tamen illud *judicans* reperitur etiam in vetustis codicibus. Demiror autem quid sequutus Augustinus, pro ἀδιάκριτος legit *inæstimabilis*. Sic enim habet lib. *de Gratia & Libero Arbitrio* ad Valentinum cap. ultimo: *Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordia & fructibus bonis, inæstimabilis, sine simulatione*. Qui sic vertit, videtur vocem ἀδιάκριτος, nam est anceps, usurpasse significatione passiva.

1 ET *lites*] καὶ μάχαι, id est, *& pugnæ*: tametsi contentiones pugnas vocat.

2 *Nonne in concupiscentiis*] Deest *nobis*, quod est apud Græcos, Οὐκ ἐντεῦθεν, id est, *Nonne hinc*. Neque est *in concupiscentiis*, sed ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑμῶν, id est, *ex voluptatibus vestris*, sive *libidinibus*, cum id sequimur, non quod per se rectum est, sed quod animo collibuit.

3 *Occiditis & zelatis*] φονεύετε καὶ ζηλοῦτε. Non video quid illud verbum, *occiditis*, ad sensum faciat. Forte scriptum fuit, φθονεῖτε καὶ ζηλοῦτε, καὶ οὐ δύνασθε ἐπιτυχεῖν, id est, *invidetis & æmulamini, & non potestis consequi*: ut scriptor dormitans pro φθονεῖτε scripserit φονεύετε, præsertim cum sequatur, *Ad invidiam concupiscit spiritus*. Certe Beda hæc verba, *concupiscitis & non habetis, occiditis & zelatis*, non attingit.

4 *Litigatis & belligeratis*] μάχεσθε καὶ πολεμεῖτε, id est, *pugnatis & bellatis*.

5 *Propter quod non*] διὰ τὸ μὴ αἰτεῖσθαι ὑμᾶς, id est, *propterea quod non postulatis*.

6 *Ut in concupiscentiis*] Rursum hoc loco est, *in voluptatibus*, ἐν ταῖς ἡδοναῖς.

7 *Adulteri nescitis*] Græce est, Μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες, οὐκ οἴδατε, id est, *Adulteri & adulteræ, an nescitis?*

8 *Amicitia hujus mundi*] τοῦ κόσμου, id est, *mundi*: & *hujus* adjecit suo more.

9 *Inimica est Deo*] ἔχθρα τοῦ Θεοῦ ἐστὶν, id est, *inimicitia est Dei*, seu potius *cum Deo*, sicut annotavimus in Paulo. Atque ita legitur & in Latinis exemplaribus emendatioribus, etiam iis quæ formulis excusa sunt. Nec aliter recenset Beda, nisi quod *inimica* legit pro *inimicitia*. Discrimen est in accentu, ἔχθρα *inimicitia*, ἐχθρὰ *inimica*.

10 *Amicus esse seculi*] κόσμου, id est, *mundi*.

11 *Ad invidiam spiritus concupiscit*] Et in hunc locum plaustra onusta interpretationibus inducunt Theologi recentiores, qui si quando destituuntur Veterum Commentariis, quos nobis Rhetorici & Grammatici Scriptores, ut isti vocant, reliquerunt, tum denique sui similes sunt. Mihi sensus hic potissimum probatur, Spiritus hominis mundo deditus, sibi invidet, sed Deus copiosius impertit suam gratiam, quam ipsi cupiamus. Neque tamen liquet ubi reperiatur hoc scriptum. Beda sensum triplicem adducit.

12 *Quid habitat*] ὃ κατῴκησεν, id est, *qui habitavit*, sive *sedem posuit*.

13 *Majorem autem dat*] Ante hæc verba in Græcorum nonnullis exemplaribus adjecta sunt quædam, quæ veluti compleant sermonem, Διὸ λέγει, Κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. Verum ea suspicor a studioso quopiam huc addita in marginali spatio, ex Epistola Petri priore, deinde a Scriba parum erudito in contextum translata. Nam in plerisque tantum est, Μείζω δὲ δίδωσι χάριν. Hoc loco subjiciuntur verba quæ mihi videbantur adjecta, quæ tamen comperi in Editione Aldina, Διὸ λέγει, Κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. *Humilibus*, ταπεινοῖς. Quod ad conditionem pertinet magis, quam animum.

14 *Duplices animo*] δίψυχοι, id est, *duplicis animi*.

15 *Miseri estote*] Ταλαιπωρήσατε. Verbum a tolerantia dictum.

16 *Alterutrum*] ἀλλήλων, id est, *invicem*, sive *alii aliis*.

17 *Detrahit legi*] καταλαλεῖ, id est, *obloquitur*, ut & superius, ὁ καταλαλῶν, id est, *qui obloquitur*, sive *obtrectat*.

12 εἶ ποιητὴς νόμου, ἀλλὰ κριτής. Εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης, ὁ δυνάμενος σῶσαι καὶ ἀπολέσαι. Σὺ τίς εἶ, 13 ὃς κρίνεις τὸν ἕτερον; Ἄγε νῦν οἱ λέγοντες, Σήμερον καὶ αὔριον πορευσώμεθα εἰς τήνδε τὴν πόλιν, καὶ ποιήσωμεν ἐκεῖ ἐνιαυτὸν ἕνα, καὶ ἐμπορευσώμεθα, καὶ 14 κερδήσωμεν, Οἵτινες οὐκ ἐπίστασθε τὸ τῆς αὔριον. Ποία γὰρ ἡ ζωὴ ὑμῶν; Ἀτμὶς γάρ ἐστιν, ἡ πρὸς ὀλί- 15 γον φαινομένη, ἔπειτα δὲ ἀφανιζομένη. Ἀντὶ τοῦ λέγειν ὑμᾶς, Ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ, καὶ ζήσωμεν, 16 καὶ ποιήσωμεν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο. Νῦν δὲ καυχᾶσθε ἐν ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν. Πᾶσα καύχησις τοιαύτη 17 πονηρά ἐστιν. Εἰδότι οὖν καλὸν ποιεῖν, καὶ μὴ ποιοῦν- V. 1 τι, ἁμαρτία αὐτῷ ἐστιν. Ἄγε νῦν οἱ πλούσιοι, κλαύσατε, ὀλολύζοντες ἐπὶ ταῖς ταλαιπωρίαις ὑμῶν ταῖς 2 ἐπερχομέναις. Ὁ πλοῦτος ὑμῶν σέσηπε, τὰ ἱμά- 3 τια ὑμῶν σητόβρωτα γέγονεν. Ὁ χρυσὸς ὑμῶν καὶ ὁ ἄργυρος κατίωται, καὶ ὁ ἰὸς αὐτῶν εἰς μαρτύριον ὑμῖν ἔσται, καὶ φάγεται τὰς σάρκας ὑμῶν, 4 ὡς πῦρ. Ἐθησαυρίσατε ἐν ἐσχάταις ἡμέραις. Ἰδοὺ ὁ μισθὸς τῶν ἐργατῶν, τῶν ἀμησάντων τὰς χώρας ὑμῶν, ὁ ἀπεστερημένος ἀφ᾽ ὑμῶν, κράζει· καὶ αἱ βοαὶ τῶν θερισάντων εἰς τὰ ὦτα Κυρίου σαβαὼθ 5 εἰσεληλύθασιν. Ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐσπαταλήσατε, ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν ἡμέ- 6 ρᾳ σφαγῆς. Κατεδικάσατε, ἐφονεύσατε τὸν δί- 7 καιον, οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν. Μακροθυμήσατε οὖν, ἀδελφοὶ, ἕως τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου. Ἰδοὺ ὁ γεωργὸς ἐκδέχεται τὸν τίμιον καρπὸν τῆς γῆς, μακροθυμῶν ἐπ᾽ αὐτῷ, ἕως λάβῃ ὑετὸν πρώϊμον καὶ 8 ὄψιμον. Μακροθυμήσατε καὶ ὑμεῖς, στηρίξατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὅτι ἡ παρουσία τοῦ Κυρίου ἤγγι- 9 κε. Μὴ στενάζετε κατ᾽ ἀλλήλων, ἀδελφοὶ, ἵνα μὴ κατακριθῆτε. Ἰδοὺ ὁ κριτὴς πρὸ τῶν θυρῶν ἕστηκεν. 10 Ὑπόδειγμα λάβετε τῆς κακοπαθείας, ἀδελφοί μου, καὶ τῆς μακροθυμίας τοὺς Προφήτας, οἳ ἐλάλη- 11 σαν τῷ ὀνόματι Κυρίου. Ἰδοὺ μακαρίζομεν τοὺς ὑπομένοντας. Τὴν ὑπομονὴν Ἰὼβ ἠκούσατε, καὶ τὸ τέλος Κυρίου εἴδετε, ὅτι πολύσπλαγχνός ἐστιν ὁ 12 Κύριος καὶ οἰκτίρμων. Πρὸ πάντων δὲ, ἀδελφοί μου, μὴ ὀμνύετε, μήτε τὸν οὐρανὸν, μήτε τὴν γῆν, μήτε ἄλλον τινὰ ὅρκον· ἤτω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ οὒ, οὔ· ἵνα μὴ εἰς ὑπόκρισιν

legem: quod si judicas legem, non es observator legis, sed judex. [18] Unus est legislator, qui potest [19] servare 12 & perdere. [20] Tu quis es, [21] qui judicas alium? [22] Age 13 nunc qui dicitis, [23] Hodie & cras eamus in hanc civitatem, [24] & faciamus ibi annum unum, & mercemur, & lucrum faciamus, Qui ignoratis [25] quid futu- 14 rum sit postero die. Quæ est enim vita vestra? Vapor enim est, qui [26] ad exiguum tempus apparet, [27] & deinde evanescit. [28] Pro eo quod dicere debueritis, 15 [29] Si Dominus voluerit, & si vixerimus, faciamus hoc aut illud. Nunc autem exsultatis in superbiis ve- 16 stris. Omnis exsultatio talis mala est. Igitur qui nove- 17 rit recte facere, nec facit, hic peccato tenetur. Agi- 1 V. te nunc divites, plorate, ululantes super miseriis vestris, quæ advenient vobis. Divitiæ vestræ putrefactæ 2 sunt, vestimenta vestra [1] tineis obnoxia facta sunt. Aurum & argentum vestrum ærugine vitiatum est, 3 & ærugo eorum in testimonium vobis erit, [2] & exedet carnes vestras, sicut ignis. [3] Thesaurum congessistis in extremis diebus. Ecce merces operariorum, qui 4 messuerunt regiones vestras, [4] quæ fraude non reddita est a vobis, clamat: [5] & clamores eorum, qui messuerant, in aures Domini sabaoth introierunt. [6] In de- 5 liciis vixistis super terram, [7] & lascivistis, enutriistis corda vestra, [8] ut in die occisionis. [9] Condemnastis, 6 & occidistis justum, & [10] non resistit vobis. Patien- 7 tes igitur estote, fratres, usque ad adventum Domini. Ecce agricola exspectat pretiosum fructum terræ, patienter exspectans illum, [11] donec accipiat pluviam tempestivam & serotinam. Patientes igitur [12] 8 estote & vos, & confirmate corda vestra, quoniam [13] adventus Domini appropinquat. Nolite ingemi- 9 scere alius adversus alium, fratres, ut ne condemnemini. Ecce judex ante januam assistit. Exemplum ac- 10 cipite, fratres mei, [14] afflictionis ac patientiæ Prophetas, qui loquuti sunt in nomine Domini. Ecce [15] 11 beatos ducimus eos qui sustinent. [16] Tolerantiam Job audistis, & finem Domini vidistis, [17] quod valde misericors sit Dominus ac commiserans. Ante omnia 12 autem, fratres mei, nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram, neque per aliud quodcumque jusjurandum: sit autem vestrum, [18] est, est, non, non: ut

18 *Unus est enim*] *Enim* redundat, & nihil facit ad sententiam. *Et judex.* Hæc duo verba non reperio apud Græcos.

19 *Perdere & liberare*] σῶσαι καὶ ἀπολέσαι, id est, *servare & perdere.*

20 *Tu autem*] *Autem* non addunt Græci.

21 *Qui judicas proximum*] τὸν ἕτερον, id est, *alium*, sive *alterum.*

22 *Ecce nunc qui*] Ἄγε νῦν, id est, *Age nunc.*

23 *Hodie aut*] Græce est, *Hodie & cras*, Σήμερον καὶ αὔριον. Nec est *in illum*, sed *in hanc*, εἰς τήνδε.

24 *Ibi quidem*] *Quidem* redundat a Græcis exemplaribus. *Annum.* Græci habent, *annum unum*, ἐνιαυτὸν ἕνα.

25 *Quid erit in crastinum*] τὸ τῆς αὔριον, id est, *quæ sit crastinæ diei fortuna.*

26 *Ad modicum parens*] Mirum cur hîc tam poëtice loqui voluerit, ut diceret *parens*, pro *apparens*, cum Græce sit φαινομένη.

27 *Et deinceps exterminabitur*] ἀφανιζομένη, id est, *evanescens*, sive *non amplius apparens*, si voluisset & vocum affinitatem reddere.

28 *Pro eo ut dicatis*] Ἀντὶ τοῦ λέγειν ὑμᾶς, *Pro eo*, sive *Loco ejus, quod dicere debuistis.* Quod ita reddi poterat, *Cum ita potius dicendum sit vobis.*

29 *Si Dominus voluerit*] Græca sic habent, Ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ, καὶ ζήσωμεν, καὶ ποιήσωμεν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο, id est, *Si Dominus voluerit, & vixerimus, & fecerimus hoc aut illud.* Sed haud scio an Græca hoc loco sint depravata, legendumque, καὶ ζήσομεν, καὶ ποιήσομεν, id est, *& vivemus, & faciemus*: ut intelligas, nec victuros, nec facturos aliquid, nisi Dominus voluerit. Nisi malimus accipere imperative, ζήσωμεν, καὶ ποιήσωμεν, id est, *vivamus, & faciamus.*

1 A *Tineis comesta sunt*] σητόβρωτα γέγονεν, id est, *facta sunt tineosa*, sive *tineis obnoxia*, sive *talia, ut a tineis rodantur.*

2 *Et manducabit*] Potest esse præsentis temporis φάγεται, *exedit*, sive *comedit*, tametsi Græca vox anceps est ad utrumque tempus.

3 *Thesaurizatis vobis iram*] Ἐθησαυρίσατε ἐν ἐσχάταις ἡμέραις, id est, *Thesaurizastis in extremis diebus.* Nec additur, *vobis iram.* Consentiebat cum Græcis vetustissimus codex Donatiani.

4 *Quæ fraudata est a vobis*] ὁ ἀπεστερημένος, id est, *quæ fraude non reddita est.* Refertur autem ad mercedem messoribus debitam.

5 *Et clamor eorum*] καὶ αἱ βοαὶ τῶν θερισάντων, id est, *& clamores eorum qui messuerunt.*

6 *Epulati estis*] Ἐτρυφήσατε, id est, *Deliciati estis.*

7 *Et in luxuriis enutristis corda vestra*] Græca sic habent, Ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐσπαταλήσατε, καὶ ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν, id est, *Deliciati estis in terra, & lascivistis, & enutriistis corda vestra.*

8 *In die occisionis*] ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς, id est, *ut in die mactationis*, hoc est, in die festo, quo solent mactari victimæ in epulum.

9 *Adduxistis*] Κατεδικάσατε, id est, *Condemnastis.* Fortassis Interpres verterat *Addixistis*, pro *Condemnastis.* Id Librarius, aut parum attentus, aut parum eruditus, vertit in *Adduxistis.* Certe *Addixistis* scriptum erat in pervetusto codice Donatiani.

10 *Non restitit*] ἀντιτάσσεται, id est, *resistit*, præsentis temporis. Atque ita legit Beda.

11 *Donec accipiat temporaneum & serotinum*] Græci legunt, ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον, id est, *pluviam matutinam & serotinam*, seu *vespertinam*, aut si mavis, *pluviam praproperam & seram.* Nam Augustinus libro *de idiomate veteris Instrumenti* putat *serotinum* vocem esse parum Latinam, adducens locum hunc ex Deuteronomio, *Et dabit pluviam terræ tuæ in tempore suo, matutinum & serotinum.* Cæterum significari his vocibus anni partes, quod agricolæ in ipsa satione pluviam aliquam desiderent. Ac rursus in æstate, quo grandescant vegetenturque sata. Atque adeo ex hoc ipso loco videtur Jacobus hanc particulam mutuatus.

12 *Estote vos*] *Et vos*, legit Græcus.

13 *Adventus Domini appropinquabit*] ἤγγικε, id est, *appropinquavit*, præteriti temporis, aut certe præsentis, *instat.*

14 *Exitus mali*] τῆς κακοπαθείας, id est, *afflictionis.* Cæterum hæc verba, *exitus mali, & longanimitatis*, videntur addita ex diversa interpretatione. Nec enim habebantur in duobus pervetustis exemplaribus Donatiani. Etenim quod aliquis verterat κακοπαθείας & μακροθυμίας *exitus mali* & *longanimitatis*, hoc alius vertisse videtur, *laboris* & *patientiæ*, utrumque Scriba doctulus conjunxit.

15 *Beatificamus*] μακαρίζομεν, id est, *beatos judicamus*, sive *beatos dicimus.* Et non est *sustinuerunt*, sed *sustinent*, τοὺς ὑπομένοντας.

16 *Sufferentiam*] τὴν ὑπομονὴν, id est, *tolerantiam*, sive *patientiam. Finem Domini vidistis. Finem* appellat, quod per afflictiones evaserit ad summam gloriam.

17 *Quoniam misericors est*] πολύσπλαγχνος, id est, *valde misericors.*

18 *Est est, non non*] τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ οὔ, οὔ, id est, *quod est etiam, etiam, & quod est non, non.* Nec est *sermo vester*, sed *vestrum est, sit est: & vestrum non, sit non*: hoc est, quod affirmatis, vere affirmate, & quod negatis, vere negate, quemadmodum admonuimus in Evangeliis.

19 Tri-

13 σιν πέσητε. Κακοπαθεῖ τίς ἐν ὑμῖν; προσευχέσθω. 14 Εὐθυμεῖ τίς; ψαλλέτω. Ἀσθενεῖ τίς ἐν ὑμῖν; Προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ' αὐτὸν, ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ 15 ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου. Καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ Κύριος· κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκὼς, ἀφεθήσεται αὐ- 16 τῷ. Ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων, ὅπως ἰαθῆτε. Πολὺ 17 ἰσχύει δέησις δικαίου ἐνεργουμένη. Ἠλίας ἄνθρωπος ἦν ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν, καὶ προσευχῇ προσηύξατο τοῦ μὴ βρέξαι· καὶ οὐκ ἔβρεξεν ἐπὶ τῆς γῆς ἐνιαυτοὺς τρεῖς 18 καὶ μῆνας ἕξ. Καὶ πάλιν προσηύξατο, καὶ ὁ οὐρανὸς ὑετὸν ἔδωκε, καὶ ἡ γῆ ἐβλάστησε τὸν καρπὸν αὐ- 19 τῆς. Ἀδελφοὶ, ἐάν τις ἐν ὑμῖν πλανηθῇ ἀπὸ τῆς 20 ἀληθείας, καὶ ἐπιστρέψῃ τὶς αὐτὸν, Γινωσκέτω, ὅτι ὁ ἐπιστρέψας ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ, σώσει ψυχὴν ἐκ θανάτου, καὶ καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΙΑΚΩΒΟΥ

ΤΕΛΟΣ.

13 ut ne in simulationem incidatis. 19 Affligitur aliquis inter vos? 20 oret. Æquo animo est aliquis? psallat. 14 Infirmatur quis inter vos? accersat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, 21 ungentes eum oleo in no- 15 mine Domini. Et obsecratio fidei 22 salvum reddet laborantem, & eriget eum Dominus: & si in peccatis fuerit, remittentur ei. 16 Confitemini invicem alius alii 23 delicta, & orate pro vobis invicem, 24 ut sani sitis. Multum enim valet deprecatio 25 justi efficax. 17 Elias homo erat 26 similiter obnoxius affectionibus ut nos, & precatione precatus est ne plueret: & non pluit super terram annos tres & menses sex. 18 Et rursum oravit, & cœlum dedit pluviam, & 27 terra produxit fructum suum. 19 Fratres, 28 si quis inter vos erraverit a veritate, & converterit quis eum, 20 Sciat, quod qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, 29 salvam faciet animam a morte, 30 & operiet multitudinem peccatorum.

EPISTOLÆ JACOBI

FINIS.

19 *Tristatur autem*] Κακοπαθεῖ, id est, *Affligitur*.

20 *Oret æquo animo & psallat*] Nescio an scriptor aliquis hunc locum depravarit, nam Græca longe secus habent, Κακοπαθεῖ τίς ἐν ὑμῖν; προσευχέσθω· εὐθυμεῖ τίς; ψαλλέτω, id est, *Affligitur aliquis inter vos? oret: æquo animo est aliquis? canat.* Nimirum ut in rebus afflictis opem petamus a Deo, in rebus secundis gratias agamus Deo. Nam id vocat *psallere*. Tametsi secus & legit & interpretatur Beda.

21 *Ungentes illum oleo*] Hoc relictum erat ex præcepto Evangelico, quo Christus mandavit suis, ut in quas ædes essent ingressi, sanarent ægrotos, unguentes oleo. Nam consentaneum est, quod legimus factum ab Apostolis, jussu Domini factum fuisse, licet non legamus fuisse jussos. Id nunc fit in extremo vitæ discrimine.

22 *Salvabit infirmum*] τὸν κάμνοντα, id est, *laborantem*. Nam de ægroto sentit.

23 *Peccata vestra*] *Vestra* apud Græcos non est, tametsi subauditur. Et magis est *errata*, quam *peccata*, παραπτώματα, quasi dicas, *lapsus*. Sentit enim de quotidianis offensis Christianorum inter ipsos, quos continuo vult reconciliari. Alioqui si de confessione sensisset, quam dicimus partem sacramenti pœnitentiæ, non addidisset ἀλλήλοις, id est, *vobis invicem*, sed Sacerdotibus. Ab hac sententia non dissentit interpretatio Bedæ. Et ita palam citat in *Commentariis*, quos scripsit in v. caput Epistolæ Joannis.

24 *Ut salvemini*] ὅπως ἰαθῆτε, id est, *ut sanemini*.

25 *Justi assidua*] ἐνεργουμένη, id est, *operans*, sive *cum agit*, ut intelligas efficacem, ex animo profusam. Fortassis Interpres vertens *assiduam*, sentit intentam & instantem, ut assequatur quod petit.

26 *Similis nobis*] ὁμοιοπαθὴς, id est, *similiter affectus*, aut *similibus affectibus obnoxius*.

27 *Terra dedit fructum*] ἐβλάστησε, id est, *germinavit*.

28 *Si quis ex vobis*] ἐν ὑμῖν, id est, *in vobis*, sive *inter vos*.

29 *Salvabit animam ejus*] *Ejus* non addunt Græci, tantum est σώσει.

30 *Et operit*] καὶ καλύψει, id est, *& operiet*. Beda indicat in Latinis codicibus duplicem esse lectionem, *salvabit animam ejus*, & *salvabit animam suam*, addens Græcum sermonem esse ancipitem. Id verum esset, si adderetur pronomen. Etenim si scriptum esset αὐτοῦ, sonaret *suam*, sin αὐτοῦ, sonaret *ejus*. Nunc apud Græcos pronomen non additur in his sane codicibus, quos mihi videre contigit.

De hac item Epistola, tametsi salubribus præceptis referta, dubitatum est olim, cujus esset, ut initio dicere cœperam. Nec enim referre videtur usquequaque majestatem illam & gravitatem Apostolicam. Nec Hebraïsmi tantum, quantum a Jacobo, qui fuerit Episcopus Hierosolymitanus, exspectaretur. Divus Hieronymus in *Catalogo Scriptorum illustrium* ex auctoritate Hegesippi indicat multos hujus nominis fuisse Discipulos. Et ipse in titulo Epistolæ non appellat sese Apostolum, quanquam in nostris adjectum est *Apostoli* cognomen, sed reclamantibus magno consensu Græcorum exemplaribus. Jam Hieronymus in eo, quem modo citavi, libello scribit his quidem verbis: *Unam tantum scripsit Epistolam, quæ de septem canonicis est, quæ & ipsa ab alio quodam sub nomine ejus edita asseritur, licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem.* Hactenus ille. Satis indicat divus Hieronymus, quid de hujus auctore Epistolæ senserit. Quanquam ego super hac re cum nemine digladiabor. Epistolam probo & amplector. Illud mirum, super hisce rebus nullos odiosius & constantius asseverare, quam qui ne id quidem explicare possunt, qua lingua scripta fuerit, Hebraïca, an Græca, quo Interprete Latina facta sit. Hieronymus vir tantus addubitavit, & prudenter quid senserit indicat. Nos quo minus sapimus, hoc audacius affirmamus.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM JACOBI,

PER

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM,

FINIS.

ΥΠΟ-

Υ Π Ο Θ Ε Σ Ι Σ

τῆς πρώτης Ἐπισολῆς τȣ̃ ἁγίȣ Ἀποσόλȣ

Π Ε Τ Ρ Ο Υ.

ΤΑύτην ἐπισέλλει ὁ μακάριος Πέτρος τοῖς ἐν τῇ διασπορᾷ ȣ̃σιν Ἰȣδαίοις καὶ γενομένοις Χρισιανοῖς. Γράφει δὲ τὴν Ἐπισολὴν διδασκαλικὴν, ἐπισηρίζων αὐτȣ̀ς, διότι γὰρ ἀπὸ Ἰȣδαίων ἐπίσευσαν. Καὶ πρῶτον μὲν ἐξηγεῖται καὶ ἀποδείκνυσιν, ὅτι ἡ εἰς τὸν Χρισὸν πίσις ἀπὸ τῶν Προφητῶν κατηγγέλθη, καὶ δἰ αὐτῶν ἐμηνύθη ἡ διὰ τȣ̃ αἵματος αὐτȣ̃ λύτρωσις. Καὶ ὅτι αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσιν εὐηγγελίσθη τὰ πάντα, εἰς ἃ ἐπιθυμȣ̃σιν ἄγγελοι παρακύψαι. Εἶτα συμβȣλεύσας ἀξίως τȣ̃ καλέσαντος ἀνασρέφεσθαι, προτρέπει καὶ βασιλέας τιμᾷν. Γυναιξί τε γὰρ καὶ ἀνδράσιν ὁμοφροσύνην καταγγέλλει. Καὶ εἰς τὰ ἤθη παραινέσας ὀλίγα, σημαίνει, ὅτι καὶ εἰς τὸν ᾅδην γέγονε παρὰ Κυρίȣ τὸ κήρυγμα τῆς σωτηρίας καὶ ἀνασάσεως· ἵνα καὶ οἱ προθανόντες ἀνασῶσι, καὶ κριθῶσι μὲν τῷ σώματι, τῇ δὲ χάριτι τῆς ἀνασάσεως διαμείνωσι, καὶ ὅτι τὸ τέλος πάντων λοιπὸν ἤγγικε, καὶ ὀφείλουσι πάντες ἕτοιμοι γίνεσθαι, ὡς λόγον ἀποδώσοντες τῷ κριτῇ. Καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν Ἐπισολήν.

I N E P I S T O L A M

P E T R I I.

Argumentum per

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

PEtrus, quemadmodum & Jacobus, Judæis fcribit, fparfim incolentibus Gentium regiones, Epiftolam profecto dignam Apoftolorum principe, plenam auctoritatis ac majeftatis Apoftolicæ, verbis parcam, fententiis differtam. Hortatur autem ad tolerantiam malorum, quæ ob Evangelii invidiam perpetiebantur, fpe præmiorum. Ad hæc admonet, ut juxta prophetiarum oracula in tantam dignitatem vocati gratis, vitam præftent fua profeffione dignam: Chriftianifmum enim non in titulo aut baptifmo tantum, fed in morum innocentia fitum effe: alioqui quod affliguntur malis, non ceffurum ad gloriam Chrifti, fi ob malefacta pœnas dare videantur. Ad hæc admonet, ne freti Chriftianifmo, detrectent parere Magiftratibus, licet Ethnicis, ne provocati nec convertantur ad Chriftum, & acrius fæviant: item ne fervi negent officium fuum heris, licet Ethnicis. Chriftianæ bonitatis effe omnia perpeti: item ne mulieres Chriftianæ viros fuos licet Ethnicos contemnant, fed moribus fuis ad meliora ftudeant provocare. Maritos admonet, ut uxoribus fuis deferant, ut a coïtu nonnunquam temperent, quo magis vacet orare. Deinde exemplo Chrifti provocat ad tolerantiam malorum, ne conentur injuriam injuria penfare, fed manfuetudine & benefactis vincere ftudeant male meritos. Atque hæc agit tribus primis capitibus, & initio quarti. Poft hæc hortatur ad novitatem vitæ, dehortans a vitiis Gentium. Invitat ad fobrietatem, ad vigilantiam, ad preces affiduas, in primis ad mutuam charitatem, ad hofpitalitatem, ad officia mutua, rurfus ad patientiam perfequutionum ob Chrifti nomen illatarum. Mox Epifcopos inftituit, & his fubditum populum. In calce teftatur fefe & alteram Epiftolam ad eofdem fcripfiffe per Sylvanum, quæ intercidit. Hanc fcriptam apparet ex Babylone: nam hujus Ecclefiæ verbis jubet eos falvere, fi cui de Roma commentum non probatur.

EPI-

EPISTOLA BEATI PETRI APOSTOLI PRIMA.

L. 1 ΠΕΤΡΟΣ Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐκλεκτοῖς παρεπιδήμοις διασπορᾶς Πόντου, Γαλα-2τίας, Καππαδοκίας, Ἀσίας, καὶ Βιθυνίας, Κατὰ πρόγνωσιν Θεοῦ Πατρὸς, ἐν ἁγιασμῷ Πνεύματος, εἰς ὑπακοὴν καὶ ῥαντισμὸν αἵματος Ἰησοῦ 3 Χριστοῦ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος ἀναγεννήσας ἡμᾶς εἰς ἐλπίδα ζῶσαν δι' ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χρι-4στοῦ ἐκ νεκρῶν, Εἰς κληρονομίαν ἄφθαρτον, καὶ ἀμίαντον, καὶ ἀμάραντον, τετηρημένην ἐν οὐρα-5νοῖς εἰς ὑμᾶς, Τοὺς ἐν δυνάμει Θεοῦ φρουρουμένους διὰ πίστεως εἰς σωτηρίαν, ἑτοίμην ἀ-6ποκαλυφθῆναι ἐν καιρῷ ἐσχάτῳ· Ἐν ᾧ ἀγαλλιᾶσθε, ὀλίγον ἄρτι, εἰ δέον ἐστὶ, λυπηθέντες 7 ἐν ποικίλοις πειρασμοῖς, Ἵνα τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως, πολὺ τιμιώτερον χρυσίου τοῦ ἀπολλυμένου, διὰ πυρὸς δὲ δοκιμαζομένου, εὑρεθῇ εἰς ἔπαινον καὶ δόξαν καὶ τιμὴν, ἐν ἀποκαλύ-8ψει Ἰησοῦ Χριστοῦ· Ὃν οὐκ εἰδότες ἀγαπᾶτε· εἰς ὃν ἄρτι μὴ ὁρῶντες, πιστεύοντες δὲ, ἀγαλ-9λιᾶσθε χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ καὶ δεδοξασμένῃ, Κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς πίστεως ὑμῶν, σωτηρίαν ψυ-10χῶν· Περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηρεύνησαν Προφῆται, οἱ περὶ τῆς εἰς ὑμᾶς χάριτος προ-11φητεύσαντες, Ἐρευνῶντες εἰς τίνα ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς Πνεῦμα Χριστοῦ· προμαρτυρόμενον τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα, καὶ τὰς μετὰ 12 ταῦτα δόξας· Οἷς ἀπεκαλύφθη, ὅτι οὐχ ἑαυτοῖς, ἡμῖν

1 L. PETRUS Apostolus Jesu Christi, [1] advenis sparsim incolentibus Pontum, Galatiam, [2] Cappadociam, Asiam, & Bithyniam, Delectis [3] juxta præfinitionem Dei Patris, [4] per sanctificationem Spiritus, in obedientiam & adspersionem sanguinis Jesu Christi: 2 gratia vobis & pax multiplicetur. Laudandus est [5] Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui juxta 3 copiosam suam misericordiam regenuit nos in spem vivam, [6] per hoc quod resurrexit Jesus Christus ex mortuis, [7] In hæreditatem immortalem, & inconta-4minabilem, atque immarcessibilem, conservatam in cœlis [8] erga vos, Qui virtute Dei custodimini per fi-5dem ad salutem, quæ in hoc parata est, ut patefiat in tempore supremo: [9] In quo exsultatis, [10] nunc ad 6 breve tempus afflicti in variis experimentis, si opus sit, Quo exploratio fidei vestræ, [11] multo pretiosior 7 auro quod perit, & tamen per ignem probatur, reperiatur in laudem & gloriam & honorem, [12] tum quum revelabitur Jesus Christus: Quem quum non 8 videritis, diligitis: [13] in quem in præsentia, quum non videatis, credentes tamen, [14] exsultatis gaudio ineffabili & glorificato, Reportantes finem fidei vestræ, 9 salutem animarum: De qua salute exquisierunt & 10 scrutati sunt Prophetæ, [15] qui de ventura in vos gratia vaticinati sunt, Scrutantes ad quem aut cujusmo-11di temporis articulum [16] significaret qui in illis erat Spiritus Christi: [17] qui, prius quam acciderent, testabatur venturas in Christum afflictiones, [18] & quæ essent consecuturæ glorias: [19] Quibus & illud revela-12tum

1 ADVENIS *dispersionis Ponti*, &c.] Non est Græce προσηλύτοις, quo verbo significare solent eos, qui ex Paganismo sese contulissent ad Legem Mosaïcam, sed παρεπιδήμοις: ut nihil dicat Lyranus, qui putat hæc proselytis potissimum scribi. Etiamsi is Bedam videtur sequutus, qui admonet in Commentariis, *advenas* Latine dici qui Græcis dicuntur *proselyti*, subindicans hanc Epistolam illis scribi. Jam dialecton Hebraïcam, de qua toties admonui, oportet esse notam Lectori, *advenis dispersionis*, pro *advenis dispersis*, sive *sparsim incolentibus*. Videntur enim hæc ad Judæos proprie scribi, quod Petrus esset Apostolus circumcisionis.

2 *Cappadocia, Asia*] Videndum cur *Asiam* ponat inter species, cum sit genus, nisi forte intelligit *Ephesios*, quæ proprie dicitur *Asia minor*. Nam de *Asia majore* non videtur accipi posse, cum mox subjiciat *Bithyniam* partem *Asiæ minoris*.

3 *Secundum præscientiam*] Κατὰ πρόγνωσιν, *Juxta præordinationem*, sive *præfinitionem*. Nam & Lyranus fatetur hoc loco *præscientiam* accipi pro *prædestinatione*. Neque Thomas inficiatur *prædestinationem* aliquoties accipi pro *præscientia*. Verum hac de re copiosius aliquanto dictum est in *Annotationibus* nostris in Paulum. Quin & Latinis *scita* dicuntur decreta, & *cognitores* judices. Cæterum hæc particula, *juxta præscientiam*, referenda videtur ad id quod præcessit, *electis*, ut intelligamus electos non temere neque fortuito, sed destinato decreto consilioque Dei, alioqui non video quo pertineat. Mecum sentit Beda, non adspernandus auctor.

4 *In sanctificationem*] ἐν ἁγιασμῷ Πνεύματος, id est, *in sanctificatione*, hoc est, *per sanctificationem Spiritus*, juxta proprietatem Hebraïci sermonis. Nam quod sequitur, *in obedientiam*, Græcis alia est præpositio, εἰς ὑπακοὴν, quod utrum accipiendum sit eos esse electos ad obedientiam, an electos per obedientiam, Lectori discutiendum relinquo. Mihi prior sensus magis arridet. Sentit enim illos hoc ipsum debere Deo, quod delecti sint ad fidei gratiam, quam hic *obedientiam* vocat, ut per hanc purgarentur a peccatis adspersione sanguinis Jesu. Porro *sanctificationem Spiritus* opposuit operibus Legis Mosaicæ, a quorum fiducia vult eos abducere.

5 *Deus & Pater*] Potest conjunctim legi, potest & divisim, quemadmodum & alias indicavimus.

6 *Per resurrectionem*] δι' ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκ νεκρῶν. Hic propemodum videtur ambigue accipere ἀναστάσεως, & neutraliter & active, quantum ad Christum, neutraliter, quantum ad nos, active. Nam id annotavit Thomas in Epistolam ad Romanos.

7 *In hæreditatem*] Hoc referendum est ad verbum *regenuit*. Regenuit nos cœlesti generatione in hæreditatem cœlestem. Nam Judæi longe aliud regnum exspectabant per suum Messiam.

8 *In vobis*] εἰς ὑμᾶς, id est, *in vos*, hoc est, *erga vos*: ut referatur ad hæreditatem conservatam. *In virtute*, satis erat *virtute*.

9 *In quo exsultatis*] Legi potest & *exsultate*, imperandi modo, ἀγαλλιᾶσθε, quemadmodum inferius. Si placet indicandi modus, videtur abuti præsenti pro futuro.

10 *Modicum nunc, si oportet*] ὀλίγον ἄρτι, εἰ δέον ἐστὶ, λυπηθέντες, dilucidius erat, *nunc ad breve tempus afflicti, si necesse sit*.

11 *Multo pretiosior sit auro*] *Sit* redundat. Porro Græca lectio sic habet, πολυτιμιώτερον χρυσίου τοῦ ἀπολλυμένου, διὰ πυρὸς δὲ δοκιμαζομένου, id est, *multo pretiosior auro, quod perditur*, sive *perit*, *& tamen probatur per ignem*, sive *perdito, ac pernicioso auro*: ut intelligas rem vilem ac pestilentem igni probari. Quanto magis convenit explorari fidem nostram, num sincera sit.

12 *In revelatione Jesu Christi*] Vitare poterat amphibologiam, si vertisset, *cum revelabitur Jesus Christus*. Quod enim alias ἐπιφάνειαν & παρουσίαν, hic ἀποκάλυψιν dixit. Beda aliquanto secus legit.

13 *In quem nunc quoque* &c.] Græce paulo diversius est, εἰς ὃν ἄρτι μὴ ὁρῶντες, πιστεύοντες δὲ, id est, *in quem nunc non videntes, credentes tamen*, sive, *in quo nunc cum non videtis, & tamen creditis*.

14 *Exsultabitis*] ἀγαλλιᾶσθε, id est, *exsultatis*, verbo præsentis temporis, consentiente codice Donatiani altero: etiamsi potest esse *exsultate*, imperandi modo, quod Græca vox sit anceps. Certe sic adducit Augustinus libro II. *ad Catechumenos* capite VI. *Credentes in eum, quem non videtis, gaudete inenarrabili gaudio.*

15 *Qui de futura in vobis gratia*] *Futura* addidit Interpres de suo, nam Græca sic habent, οἱ περὶ τῆς εἰς ὑμᾶς χάριτος προφητεύσαντες. Quod ego sic maluissem exprimere, *qui de ventura in vos gratia vaticinati sunt*. Nec est *tempus*, quod Græci vocant χρόνον, sed καιρὸν, quod *articulum* vertimus. Est enim certius quiddam quam tempus, ut & alias indicatum est. Consentaneum autem est Petrum significare locum, qui est apud Danielem cap. IX. ubi per mysticas hebdomadas indicat tempus, ad quod occidendus esset Christus.

16 *Significaret in eis Spiritus*] τὸ ἐν αὐτοῖς Πνεῦμα, id est, *Spiritus qui erat in ipsis*, ut intelligamus Spiritum propheticum, quem eumdem Christi vocat.

17 *Prænuncians*] προμαρτυρόμενον, id est, *prætestificans*. Cæterum quod hic παθήματα vertit *passiones*, ego malim *afflictiones*.

18 *Et posteriores glorias*] καὶ τὰς μετὰ ταῦτα δόξας, id est, *& quæ illas consecutæ*, sive *consecuturæ sunt glorias*. Sentit enim gloriam, quam assecutus est post ignominiam crucis. Etiamsi Hieronymus vertit alicubi pro *glorias*, *decreta*, ut mox indicabo: nisi forte pro *decreta* scriptum erat *decora*. Nam is liber excusus est ex exemplari non satis emendato. Sane illud constat δόξαν Græcis & *gloriam* significare & *opinionem*. Proinde verisimile est, Hieronymum illic *opiniones* vertisse in *decreta*.

19 *Quibus revelatum est*] Οἷς ἀπεκαλύφθη. Sermo Græcus anceps est, potest enim hic accipi sensus, testificans Christi passiones & glorias iis quibus revelavit Spiritus, nempe Prophetis. Potest & hic: Passiones & glorias, per quas Christus fuit mundo revelatus, qui ante fuerat ignotus. Neque quemquam movere debet articulus Græcus οἷς, cum præcesserit παθήματα. Quanquam prior sensus meo judicio simplicior est, ut οἷς articulus referatur ad Christianos, qui

ἡμῖν δὲ διηκόνουν αὐτὰ, ἃ νῦν ἀνηγγέλη ὑμῖν διὰ τῶν εὐαγγελισαμένων ὑμᾶς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ ἀποσαλέντι ἀπ' οὐρανοῦ, εἰς ἃ ἐπι- 13 θυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι. Διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ὑμῶν, νήφοντες, τελείως ἐλπίσατε ἐπὶ τὴν φερομένην ὑμῖν χά- 14 ριν ἐν ἀποκαλύψει Ἰησοῦ Χρισοῦ, Ὡς τέκνα ὑπακοῆς, μὴ συσχηματιζόμενοι ταῖς πρότερον ἐν 15 τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν ἐπιθυμίαις, Ἀλλὰ κατὰ τὸν καλέσαντα ὑμᾶς ἅγιον, καὶ αὐτοὶ ἅγιοι ἐν 16 πάσῃ ἀνασροφῇ γενήθητε· Διότι γέγραπται, 17 Ἅγιοι γένεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι. Καὶ εἰ Πατέρα ἐπικαλεῖσθε τὸν ἀπροσωπολήπτως κρίνοντα κατὰ τὸ ἑκάσου ἔργον, ἐν φόβῳ τὸν τῆς 18 παροικίας ὑμῶν χρόνον ἀνασράφητε. Εἰδότες, ὅτι οὐ φθαρτοῖς ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ ἐλυτρώθητε ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν ἀνασροφῆς πατροπαραδό- 19 του, Ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι ὡς ἀμνοῦ ἀμώ- 20 μου καὶ ἀσπίλου Χρισοῦ· Προεγνωσμένου μὲν πρὸ καταβολῆς κόσμου, φανερωθέντος δὲ ἐπ' 21 ἐσχάτων τῶν χρόνων δι' ὑμᾶς, Τοὺς δι' αὐτοῦ πισεύοντας εἰς Θεὸν, τὸν ἐγείραντα αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ δόξαν αὐτῷ δόντα, ὥσε τὴν πίσιν ὑμῶν καὶ ἐλπίδα εἶναι εἰς Θεόν· 22 Τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἡγνικότες ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας διὰ Πνεύματος, εἰς φιλαδελφίαν ἀνυπόκριτον, ἐκ καθαρᾶς καρδίας ἀλλήλους ἀγα- 23 πήσατε ἐκτενῶς, Ἀναγεγεννημένοι οὐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς, ἀλλὰ ἀφθάρτου, διὰ λόγου 24 ζῶντος Θεοῦ καὶ μένοντος εἰς τὸν αἰῶνα. Διότι πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. Ἐξηράνθη ὁ χόρτος, 25 καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσε· Τὸ δὲ ῥῆμα Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Τοῦτο δέ ἐσι τὸ ῥῆμα II. 1 τὸ εὐαγγελισθὲν εἰς ὑμᾶς. Ἀποθέμενοι οὖν πᾶσαν κακίαν, καὶ πάντα δόλον, καὶ ὑποκρίσεις, καὶ φθόνους, καὶ πάσας καταλαλιὰς, 2 Ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη, τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα ἐπι-

tum est, quod haud sibiipsis, 20 imo nobis ministrarent hæc, quæ nunc annunciata sunt vobis per eos, 21 qui vobis prædicaverunt Evangelium, 22 per Spiritum sanctum emissum e cœlo, 23 in quæ desiderant angeli prospicere. Quapropter succincti lumbis mentis vestræ, sobrii 24 perfecte sperate in eam quæ ad vos defertur gratiam, dum vobis patefit Jesus Christus, 25 Tanquam filii obedientes, 26 ut non accommodetis vos pristinis concupiscentiis, quibus, dum adhuc ignoraretis Christum, agebamini, 27 Sed quemadmodum is, qui vos vocavit, sanctus est, ita ipsi quoque 28 sancti in omni conversatione reddamini: Propterea quod scriptum est, Sancti estote, nam ego sanctus sum. 29 Et si Patrem invocatis citra personarum respectum judicantem juxta cujusque opus, videte ut in timore conversantes incolatus vestri tempus transigatis. Quum sciatis vos, non caducis rebus velut argento & auro fuisse redemptos a vana vestra conversatione, quam 30 ex patrum acceperatis traditione, Sed pretioso sanguine velut agni immaculati & incontaminati Christi: 32 Qui præordinatus quidem fuerat, antequam conditus esset mundus, sed manifestatus fuit extremis temporibus propter vos, Qui per illum 33 creditis in Deum, qui illum excitavit e mortuis, & gloriam ei dedit, ut vos fidem ac spem haberetis erga Deum: Qui animas vestras purificastis 34 obediendo veritati per Spiritum, 35 cum charitate fraterna, ab omni simulatione aliena, ex puro corde vos invicem diligite 36 impense, Renati non ex semine mortali, sed ex immortali per sermonem viventis Dei & manentis in æternum. Propterea quod omnis caro gramen sit, & 37 omnis gloria hominis quasi flos graminis. Exaruit gramen, & flos decidit: At verbum Domini manet in æternum. Hoc autem est verbum, 38 quod per Evangelium delatum est ad vos. Proinde deposita omni malitia, & omni dolo, & simulationibus, & invidentiis, & omnibus obtrectationibus, Ut modo nati infantes, 1 lac illud non corporis, sed ani-

qui viderunt id quod de Christo prædixerat Spiritus in Prophetis. Sentit enim per afflictiones innotuisse mundo Christi gloriam. Potest & hic tertius accipi sensus, Quibus Prophetis revelatum est & illud, quod hæc quæ prædicebant, vobis pararent, non sibi, cum scirent ea non eventura suis temporibus. Potest & quartus hic accipi, Prophetæ prædixerunt & Christi mortem & illustrationem morte partam, utrumque vere, quod notum est iis quibus ea sunt exhibita.

20 *Vobis autem*] *Sed vobis*, erat & Latinius, & apertius, sive, *non sibiipsis, imo vobis*, οὐχ ἑαυτοῖς, ὑμῖν δέ. Hinc certe liquet, non parum interesse, quo loco *quam* conjunctionem colloces. Hunc totum Petri locum Hieronymus, interpretans Didymi librum *de Spiritu sancto* secundum, reddidit hoc pacto, *Scrutantes & inquirentes, in quod, aut quale tempus significabat, is qui in eis erat Spiritus Christi, testificans in Christo passiones. Et ea quæ post erant sequutura decreta, iis quibus revelatum est, quia non sibi, sed nobis ministrabant, ea quæ nunc annunciata sunt vobis, per Spiritum sanctum.*

21 *Qui evangelizaverunt vobis*] *Vos* est Græce, non *vobis*, tametsi id quidem ad sensum nihil attinet.

22 *Spiritu sancto*] Deest *in*, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, id est, *in Spiritu sancto*, hoc est, *per Spiritum sanctum*, Hebræorum more.

23 *In quem desiderant*] εἰς ἃ, id est, *in quæ*. Nempe ea quæ de Christo sunt prænunciata per Prophetas, ac deinde prædicata per Apostolos. Facilis depravatio ab εἰς ὃ in εἰς ἅ. Nec enim sentit de spiritu Prophetarum, in quem Angelos velle prospicere nihil mirum est: sed effert majestatem Evangelii, quam Angeli quoque venerentur. Beda interpretatur de Christo glorificato, paulo post indicans etiam de Spiritu misso in terras accipi posse. At Irenæus libro *contra hæreses* IV. cap. LXVII. sentit de promissis Prophetarum, quæ Christus adveniens repræsentavit. Certe εἰς ἃ scriptum comperimus apud Origenem in fragmento, quod Latinitate donavimus.

24 *Perfecti sperate*] τελείως, id est, *perfecte*, per adverbium, indicans spem ad finem usque perseverantem. Et sic habebat codex Donatiani vetustior. Nec est, *in revelationem*, ut legunt quidam, sed ἐν ἀποκαλύψει, id est, *in revelatione*, sive *per revelationem*. Sentit enim de mysterio Evangelii jam divulgato, per quod Christus innotuit, sive de adventu Christi.

25 *Quasi filii*] Ὡς τέκνα, id est, *Ut filii*, sive *Tanquam filii*. Nam *quasi* tribuimus iis, quæ cum videantur, non sunt. Ad hæc, *filii obedientiæ* dixit juxta proprietatem sermonis Hebraïci, pro *filiis obedientibus*.

26 *Non configurati*] μὴ συσχηματιζόμενοι ταῖς πρότερον ἐπιθυμίαις, id est, *non accommodantes vos pristinis concupiscentiis*. Id enim est συσχηματίζεσθαι. Nec est, *ignorantiæ desideriis*, sed ταῖς πρότερον ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν ἐπιθυμίαις· quod nos dilucide magis quam ad verbum expressimus, hoc modo: *ut non accommodetis vos pristinis concupiscentiis, quibus, dum adhuc ignoraretis Christum, agebamini.*

27 *Sed secundum eum qui vocavit vos sanctum*] Ἀλλὰ κατὰ τὸν καλέσαντα ὑμᾶς ἅγιον, καὶ αὐτοὶ ἅγιοι γενήθητε, id est, *Sed quemadmodum is qui vocavit vos sanctus est, ita & vos sancti reddamini.*

28 *Sancti sitis*] γενήθητε, id est, *efficiamini*, sive *reddamini*. Neque enim est γίνεσθε, quod ambiguum esse poterat.

29 *Et si Patrem vocatis*] ἐπικαλεῖσθε, id est, *invocatis*, & *imploratis*, aut *cognominatis*; nam Græca vox anceps est. Tum quod hic vertit, *sine acceptione personarum*, multo festivius scriptum est a Petro ἀπροσωπολήπτως composita dictione, id est, *citra delectum* sive *respectum personæ*. Hic videtur abesse in *Commentariis* Bedæ & Glossæ ordinariæ, nec Lyra attingit.

30 *Paternæ traditionis*] Unica vox est apud Græcos, πατροπαραδότου. Estque epitheton *conversationis*, quasi dicat, *a patribus tradita*. Atque ita refert divus Hieronymus in *Commentariis* Esaiæ, & Augustinus in Psalmum CXLVI.

31 *Quasi agni*] ὡς ἀμνοῦ, id est, *velut agni*, sive *tanquam agni*.

32 *Præcogniti quidem*] Προεγνωσμένου, id est, *Præfiniti*, sive *Prædecreti*. Nam hoc loco plane videtur usurpare, pro eo quod isti vocant *prædestinationem*, & Lyranus interpretatur *præordinatione*.

33 *Fideles estis in Deo*] τοὺς πισεύσαντας εἰς Θεὸν, id est, *qui credidistis in Deum*. Verum Interpres abhorruit ab hoc præterito, ne viderentur jam desiisse credere, qui quondam credidissent.

34 *In obedientia charitatis*] ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας, id est, *in obedientia veritatis*. Et additum est hoc loco in Græcis codicibus διὰ Πνεύματος, id est, *per Spiritum*, quæ particula non est in Latinorum exemplaribus.

35 *In fraternitatis amore simplici ex corde*] εἰς φιλαδελφίαν ἀνυπόκριτον, ἐκ καθαρᾶς καρδίας, id est, *in fraternum amorem non simulatum, ex puro corde*. Φιλαδελφίαν vocat Christianorum inter ipsos mutuum amorem ac benevolentiam. Cæterum illud, *ex puro corde*, ad ea quæ sequuntur referendum est, *vos invicem diligite ex puro corde*.

36 *Attentius*] ἐκτενῶς, id est, *vehementer*, sive *impense*, aut si magis ad verbum cupias reddi, *intense*.

37 *Omnis gloria ejus*] ἀνθρώπου, id est, *hominis*: exponit enim quod modo dixisset *carnem*.

38 *Quod evangelizatum est in vos*] τὸ εὐαγγελισθὲν εἰς ὑμᾶς, id est, *quod per Evangelium delatum est ad vos*, sive *quod prædicatum est apud vos*.

1 R*ationabile sine dolo lac*] τὸ λογικὸν, ἄδολον γάλα, id est, *rationale, doli expers lac*: vocat autem *lac logicon*, ut a corporeo lacte discernat. Hieronymus in LV. Esaiæ capite citat hunc locum, ut *lac* referatur ad *rationale*, non ad *infantes*, etiamsi non addat ἄδολον. Verum edisserens LX. Esaiæ caput citat ad hunc modum, *Quasi modo nati parvuli, rationabile & absque dolo lac desiderate*, ut palam sit, illud ἄδολον lacti adjungi oportere. Rursum enarrans Zachariæ caput X. Item Augustinus in Epistolam Petri Homilia XX. refert hunc in modum, *Deposita ergo omni malitia, & omni dolo, & adulatione, & invidia, & detra-*

3 ἐπιποθήσατε, ἵνα ἐν αὐτῷ αὐξηθῆτε. Εἴπερ
4 ἐγεύσασθε, ὅτι χρηςὸς ὁ Κύριος, Πρὸς ὃν προσερχόμενοι, λίθον ζῶντα, ὑπὸ ἀνθρώπων μὲν ἀποδεδοκιμασμένον, παρὰ δὲ Θεῷ ἐκλεκτὸν, ἔν-
5 τιμον· Καὶ αὐτοὶ ὡς λίθοι ζῶντες οἰκοδομεῖσθε, οἶκος πνευματικὸς, ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας, εὐπροσδέκτους τῷ Θεῷ
6 διὰ Ἰησοῦ Χριςοῦ. Διὸ καὶ περιέχει ἐν τῇ γραφῇ, Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον ἀκρογωνιαῖον, ἐκλεκτὸν, ἔντιμον· καὶ ὁ πιςεύων ἐπ'
7 αὐτῷ, ὐ μὴ καταισχυνθῇ. Ὑμῖν οὖν ἡ τιμὴ τοῖς πιςεύουσιν· ἀπειθοῦσι δὲ λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφα-
8 λὴν γωνίας· Καὶ λίθος προσκόμματος, καὶ πέτρα σκανδάλου, οἳ προσκόπτουσι τῷ λόγῳ,
9 ἀπειθοῦντες εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν. Ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος εἰς τὸ
10 θαυμαςὸν αὐτοῦ φῶς· Οἱ ποτὲ οὐ λαὸς, νῦν δὲ λαὸς Θεοῦ· οἱ οὐκ ἠλεημένοι, νῦν δὲ ἐ-
11 λεηθέντες. Ἀγαπητοὶ, παρακαλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους, ἀπέχεσθε τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, αἵτινες ςρατεύονται κατὰ τῆς ψυ-
12 χῆς, Τὴν ἀναςροφὴν ὑμῶν ἔχοντες καλὴν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἵνα ἐν ᾧ καταλαλοῦσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν, ἐκ τῶν καλῶν ἔργων ἐποπτεύοντες, δοξάσωσι τὸν Θεὸν ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς.
13 Ὑποτάγητε οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει διὰ τὸν
14 Κύριον, εἴτε βασιλεῖ, ὡς ὑπερέχοντι, Εἴτε ἡγεμόσιν, ὡς δι' αὐτοῦ πεμπομένοις, εἰς ἐκδίκησιν

A animi quod dolum neſcit, appetite, ut per illud [2] ſuboleſcatis. Siquidem guſtaſtis, [3] quod benignus ſit Dominus, Ad quem accedentes, qui lapis eſt vivus, ab hominibus quidem reprobatus, apud Deum vero electus [4] ac pretioſus: Ipſi quoque veluti vivi lapides ædificemini, [5] domus ſpiritualis, [6] ſacerdotium ſanctum [7] ad offerendum ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo [8] per Jeſum Chriſtum. [9] Quapropter & continet ſcriptura, [10] Ecce pono in Sion lapidem, [11] in ſummo ponendum angulo, electum, pretioſum: & qui crediderit in illo, non pudefiet. [12] Vobis igitur pretioſus eſt, qui creditis: cæterum iis qui non cre- B dunt, lapis quem reprobaverant ædificantes, hic cœpit eſſe caput anguli: Et [13] lapis in quem impingitur, & petra ad quam offendant, nempe iis [14] qui impingunt in ſermonem, neque credunt [15] in id ad quod & inſtituti fuerant. Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, [16] populus qui in lucrum acceſſit, ut virtutes prædicetis illius, qui e tenebris vos vocavit in admirabilem ſuam lucem: [17] Qui quondam eratis non populus, nunc populus Dei: qui quondam non conſecuti miſericordiam, nunc eſtis miſericordiam conſecuti. Dilecti, obſecro tanquam advenas ac peregrinos, abſtinete a carnalibus concupiſcentiis, quæ militant adverſus animam, Et [18] con- C verſationem veſtram habete honeſtam inter gentes, ut in hoc quod obtrectant vobis quaſi maleficis, ex bonis operibus æſtimantes vos, glorificent Deum [19] in die viſitationis. [20] Proinde ſubditi eſtote cuivis humanæ creaturæ propter Dominum, ſive regi, tanquam præcellenti, [21] Sive præſidibus, ut qui per eum mit-

tractione, tanquam modo nati infantes, rationabile & innocens lac concupiſcite, ut in illo creſcatis in ſalutem. Quin & Beda legit & interpretatur quemadmodum legunt Græci. Teſtis erit codex, qui mihi tum inſerviebat hæc ſcribenti ex Bibliotheca Minoritarum Antuerpienſium. Suffragabatur nonnihil & alter codex Donatiani, in quo ſcriptum erat, *rationale ſine dolo.* Proinde quæ Theologi recentiores in hunc adducunt locum de infantibus rationabilibus, nihil faciunt ad ſenſum Apoſtoli. Nos & articulum Græcum exprimere cupientes, vertimus ad hunc modum, *Ut modo nati infantes, lac illud, non corporis, ſed animi, quod dolum neſcit, appetite.* Siquidem infantia Chriſti, eſt alienum eſſe ab omni verſutia ſtudioque nocendi. Gradus ætatum ſunt profectus virtutum. D

2 *Creſcatis in ſalutem*] Hæc duo verba, *in ſalutem*, non reperio in Græcis exemplaribus, nec admodum quadrant ad propoſitam metaphoram. Siquidem ſalvi ſunt & infantes: verum adoleſcunt hoc lacte in virum perfectum in Chriſto.

3 *Quoniam dulcis eſt Dominus*] ὅτι χρηςὸς ὁ Κύριος, id eſt, *quod benignus ſit Dominus.* Alias vertit *bonus.* Sonat autem *humanum, minimeque auſterum* aut *durum.*

4 *Et honorificatum*] Hæc duo verba redundant. Deinde ἔντιμον eſt, nulla interveniente præpoſitione, id eſt, *pretioſum*, ſeu *magis in pretio habitum*: quod Interpres, opinor, vertit *honorificatum.*

5 *Domos ſpirituales*] οἶκος πνευματικὸς, id eſt, *domus ſpiritualis*: ut ſit nominandi caſus per appoſitionem additus. Lyranus offenſus ſolœciſmo manifeſtario, interpretatur *domos, in domos.* Atqui *in domum* legit Auguſtinus, cum alias, tum Pſalmum enarrans LXXXVI. Idem in libello *de præſentia Dei* ad Dardanum legit, *ædificamini domus ſpirituales.* Atque adeo haud ſcio, an primum ſcriptum fuerit *ſpiritualis*, deinde a ſciolis depravata ſcriptura: hanc conjecturam probabiliorem reddit, quod alibi velut enarrans pro *domus* legit *in domum.* Beda indicat hujus loci triplicem lectionem, *domus ſpirituales* numero multitudinis, *domus ſpiritualis* numero ſingulari, & *in domum ſpiritualem*, quemadmodum alicubi legit Auguſtinus. E

6 *In ſacerdotium*] ἱεράτευμα ἅγιον, id eſt, *ſacerdotium ſanctum*: nominativus eſt appoſitivus, quemadmodum & *domus*: nam ipſos fideles *ſacerdotium* vocat. Cæterum *ſacerdotium* appellat functionem & adminiſtrationem ſacrorum in domo ſpirituali, hoc eſt, in templo Spiritus ſancti, quod ſumus ipſi.

7 *Offerentes*] ἀνενέγκαι, id eſt, *ad offerendum.*

8 *Per Jeſum Chriſtum*] Id poteſt referri ad id quod proximum eſt, *acceptabiles*, aut ad ſuperiora omnia.

9 *Propter quod continet Scriptura*] Διὸ καὶ περιέχει ἐν τῇ γραφῇ, id eſt, *Quapropter & continet in Scriptura*: ut ſit ſenſus, hoc argumento lapidem illum eſſe præcipuum, quod juxta teſtimonium Eſaiæ collocatus ſit in angulo, quo utrumque parietem complectens & continens, totum ædificium fulciret. Nam id eſt περιέχειν, *undique amplecti* ac *tenere*, niſi forte neutraliter uſurpavit περιέχειν. Poteſt accipi pro *excellere*: unde & excellit, ſive eximius eſt ille lapis in Scriptura: ad quod ſatis apte congruunt quæ ſequuntur, ἀκρογωνιαῖον &c. F

10 *Ecce ponam*] Ἰδοὺ τίθημι, id eſt, *Ecce pono.* Locus eſt apud Eſaiam capite XXVIII. Petrus ſententiam expreſſit bona fide, non annumeravit verba. Cæterum in illo, *qui crediderit in eo, non confundetur*, juxta Septuaginta retulit. Alioqui Hebraïca veritas habet, *qui crediderit, non feſtinet*: verum de hoc alias diximus. Et rurſus *non confundetur*, Græcis eſt αἰσχυνθῇ, id eſt, *pudefiet*, ſive *pudefiat*, δυνητικῶς.

11 *Summum angularem*] Græcis unica vox eſt, ἀκρογωνιαῖον, quaſi dicas, *ſummangularem.*

12 *Vobis igitur credentibus honor*] Nimis quam pueriliter interpretatur hunc locum Lyranus & Carrenſis, *Vobis erit honor in cœleſtibus*, quum Petrus ſentiat de lapide prius rejecto a Judæis, & deinde honorato & in pretio habito. Siquidem ante vocavit ἔντιμον, nunc memor illius ait, Ὑμῖν οὖν ἡ τιμὴ τοῖς πιςεύουσιν, id eſt, *Vobis igitur eſt pretioſus, qui in illum credidiſtis*, Judæis & non credentibus vilis eſt. Beda verbis nonnihil diſſentit a nobis, re conſentit. Proinde ne Lector ſimili modo laberetur, nos vertimus, D *Vobis igitur pretioſus eſt qui creditis.* Laurentius mavult *honorificum* quam *pretioſum* lapidem. Non enim hîc agitur de pretio lapidis, ſed de æſtimatione. Quanquam ut *carum* dicitur interdum quod magno conſtat, interdum quod magni fit: ſic & *pretioſum* dicitur, quod multi pretii eſt, aut quod habetur in pretio. Nam lapis pretioſus opponitur hîc lapidi rejecto, quemadmodum paulo ſuperius, *ab hominibus quidem reprobatum, a Deo vero electum & honorificatum*: reprobato opponit ἔντιμον, vertitque *honorificatum.*

13 *Petra ſcandali*] Hebraïce dixit potius quam Græce, λίθος προσκόμματος, καὶ πέτρα σκανδάλου. Latine verti poterat, *ſaxum in quod impingitur, & lapis ad quem offendunt homines.*

14 *Qui offendunt verbo*] οἳ προσκόπτουσι τῷ λόγῳ, id eſt, *qui impingunt in verbum*, hoc eſt, quos offendit Evangelium, & impietatis miniſtrat occaſionem.

15 *In quo*] εἰς ὃ, id eſt, *in quod.* Nam in hoc erat paratus Judaïſmus, ut in Chriſtum crederetur, quem Lex Moſaïca præſignarat. *In quod*, legit Beda, admonens tamen, in nonnullis codicibus ſcriptum fuiſſe, *in quo.* E

16 *Populus acquiſitionis*] λαὸς εἰς περιποίησιν. Et hic loquendi tropus Hebraïcus ſit oportet. Sentit enim populum, qui lucro acceſſit, adoptatus & inſitus in populum Dei. Ambroſius enarrans Pſalmum, *Beati immaculati*, ſermone ſexto legit, *populus in adoptionem.*

17 *Qui aliquando non populus Dei*] In hac priori parte genitivus, *Dei*, non eſt addendus, Οἱ ποτὲ οὐ λαὸς, νῦν δὲ λαὸς τοῦ Θεοῦ, id eſt, *Qui quondam non populus, nunc vero populus Dei.* Et ad hanc lectionem ſenſus eſt non paulo argutior, *qui quondam non populus*, hoc eſt, populus abjectiſſimus, & pro nihilo habitus, is nunc non ſolum eſt populus, ſed populus Dei. Conſentiunt cum Græcis exemplaribus noſtrates quoque libri caſtigatiores.

18 *Converſationem veſtram habentes bonam*] καλὴν, id eſt, *honeſtam*, ut pertineat etiam ad decus, quod virtutem conſequitur juxta Stoïcos. Et aliquanto poſt, *detractent*, Græce eſt, καταλαλοῦσιν ὑμῶν, id eſt, *quod male loquuntur de vobis*, ſive *detrahunt vobis.* F

19 *In die viſitationis*] ἐπισκοπῆς, id eſt, *inſpectionis.* Tametſi Græca vox anceps eſt, ut quæ deduci poſſit ab ἐπισκέπτω. Quanquam ab hoc uſitatius eſt ἐπίσκεψις. Hebræis eſt פְּקֻדָּה, quod illis *præfecturam* & *adminiſtrationem* quandam ſonat. Viſit enim ſubinde & inſpicit quid agatur, cui negotii commiſſa eſt cura. Sic appellat Petrus tempus illud, quo Deus dignatur hominem trahere afflatu ſuo ad meliora.

20 *Subjecti eſtote*] Ὑποτάγητε οὖν, id eſt, *Subditi igitur ſitis.* Et *creaturam* κατ' ἐπίτασιν vocavit hominem.

21 *Sive ducibus, tanquam ab eo miſſis*] ἡγεμόσι, quod ſæpius jam vertit *præſidibus.* Nec enim hîc Petrus agit de bello, ſed de his qui agunt in provinciis Romanorum, quæ a præſidibus Cæſarum nomine adminiſtrabantur. Cum hîc agat de magiſtratibus Ethnicorum, ſubditum eſſe dixit, pro tolerare quædam quæ videntur ſuo jure facere, cum exigunt vectigal, quum cenſent: verum hoc

15 κησιν μὲν κακοποιῶν, ἔπαινον δὲ ἀγαθοποιῶν. Ὅτι οὕτως ἐςὶ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ἀγαθοποιοῦντας φιμοῦν τὴν τῶν ἀφρόνων ἀνθρώπων ἀγνω-
16 σίαν, Ὡς ἐλεύθεροι, καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ' ὡς δοῦλοι
17 Θεοῦ. Πάντας τιμήσατε, τὴν ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε, τὸν Θεὸν φοβεῖσθε, τὸν βασιλέα τιμᾶ-
18 τε. Οἱ οἰκέται ὑποτασσόμενοι ἐν παντὶ φόβῳ τοῖς δεσπόταις, οὐ μόνον τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἐπιεικέσιν,
19 ἀλλὰ καὶ τοῖς σκολίοις. Τοῦτο γὰρ χάρις, εἰ διὰ συνείδησιν Θεοῦ ὑποφέρει τὶς λύπας, πάσχων ἀδί-
20 κως. Ποῖον γὰρ κλέος, εἰ ἁμαρτάνοντες καὶ κολαφιζόμενοι ὑπομενεῖτε; Ἀλλ' εἰ ἀγαθοποιοῦντες καὶ πάσχοντες ὑπομενεῖτε. Τοῦτο γὰρ χάρις παρὰ
21 Θεῷ. Εἰς τοῦτο γὰρ ἐκλήθητε, ὅτι καὶ Χριςὸς ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἡμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμ-
22 μὸν, ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ· Ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ
23 ςόματι αὐτοῦ· Ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει· πάσχων οὐκ ἠπείλει· παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δι-
24 καίως· Ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον, ἵνα ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενόμενοι, τῇ δικαιοσύνῃ ζήσωμεν· οὗ
25 τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰάθητε· Ἦτε γὰρ ὡς πρόβατα πλανώμενα, ἀλλ' ἐπεςράφητε νῦν ἐπὶ τὸν ποιμέ-
III. 1 να καὶ ἐπίσκοπον τῶν ψυχῶν ὑμῶν. Ὁμοίως αἱ γυναῖκες ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ἵνα καὶ οἵτινες ἀπειθοῦσι τῷ λόγῳ, διὰ τῆς τῶν
2 γυναικῶν ἀναςροφῆς ἄνευ λόγου κερδηθήσωνται· Ἐποπτεύσαντες τὴν ἐν φόβῳ ἁγνὴν ἀναςροφὴν ὑμῶν,
3 Ὧν ἔςω οὐχ ὁ ἔξωθεν ἐκ πλοκῆς τριχῶν, καὶ πε-
4 ριθέσεως χρυσίων, ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος, Ἀλλ' ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος ἐν τῷ ἀφθάρτῳ, τοῦ πραέως καὶ ἡσυχίου πνεύματος, ὅ ἐςιν ἐνώπιον
5 τοῦ Θεοῦ πολυτελές. Οὕτω γάρ ποτε καὶ αἱ ἅγιαι γυναῖκες, αἱ ἐλπίζουσαι ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἐκό-

A mittantur ad vindictam quidem nocentium, 22 laudem vero recte agentium. Quoniam ſic eſt voluntas 15 Dei, ut benefaciendo 23 obturetis os hominibus ſtultis & ignorantibus, Tanquam liberi, & non veluti 16 prætextum habentes malitiæ libertatem, ſed tanquam ſervi Dei. 24 Omnes honorate, fraternitatem diligite, 17 Deum timete, regem honorate. Famuli ſubditi ſint 18 25 cum timore dominis, non ſolum bonis ac humanis, 26 verum etiam pravis. Nam hæc eſt gratia, ſi 19 quis propter conſcientiam Dei 27 ſuffert moleſtias, præter meritum affectus malis. 28 Quæ enim eſt laus, 20 B ſi quum peccantes alapis cædimini ſuffertis? 29 At ſi quum benefacitis, & tamen malis afficimini, ſuffertis. Hæc enim eſt gratia apud Deum. Siquidem in 21 hoc vocati eſtis, quoniam & Chriſtus afflictus eſt 30 pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut inſequeremini veſtigia ipſius: Qui peccatum non fecerat, nec 22 inventus eſt dolus in ore illius: 31 Qui quum maledi- 23 ctis inceſſeretur, non regeſſit maledicta: quum malis afficeretur, non minabatur: 32 ſed tradidit vindictam ei qui judicat juſte: Qui peccata noſtra ipſe pertulit 24 in corpore ſuo ſuper lignum, 33 quo peccatis mortui, juſtitiæ viveremus: 34 cujus ejuſdem vibice ſanati fui- C ſtis: Nam eratis velut oves errantes, ſed converſi e- 25 ſtis nunc 35 ad paſtorem & curatorem animarum veſtrarum. Similiter uxores ſubditæ ſitis veſtris viris, III. ut etiam qui non obtemperant ſermoni, 1 per uxorum converſationem abſque ſermone lucrifiant: Dum 2 conſiderant cum reverentia conjunctam caſtam converſationem veſtram, 2 Quarum ornatus ſit non ex- 3 ternus, qui ſitus eſt in plicatura capillorum, & additione auri, aut in palliorum amictu, Verum occul- 4 tus, qui eſt 3 in corde homo, ſi is careat omni corruptela, ita ut ſpiritus 4 placidus ſit ac quietus, qui ſpiritus in oculis Dei 5 magnifica ac ſumptuoſa res eſt. Nam ad eum modum olim & ſanctæ illæ mu- 5 lieres,

D

ad illa tempora pertinebat. Nec tamen eſt *miſſis*, ſed πεμπομένοις, id eſt, *qui mittuntur*: ut intelligas actionem ſine tempore. *Tanquam ab eo*, ὡς δι' αὐτοῦ, id eſt, *tanquam per eum*, nempe Regem, ſive per eum, videlicet Deum.

22 *Laudem vero bonorum*] ἀγαθοποιῶν, id eſt, *benefactorum*, ſive *benefacientium*. Porro apud Veteres, id quod Plato præcepit in ſua Republica, leges non ſolum minabantur pœnam male agentibus, verum etiam præmiis invitabant ad officia. Nunc malefacta quidem ſatis acriter puniuntur, cæterum benemeritis nulla gratia. In priore particula omiſſa eſt conjunctio μὲν, *ad vindictam quidem*, ut reſpondeat ſequenti δέ. Et *malefacta* Latinis dicuntur ſcelera commiſſa: *malefactor* an inveniatur neſcio. *Maleficus* anceps eſt vocabulum. Nam fere malefici dicuntur qui utuntur malis artibus, eoque nos vertimus *nocentium*. Nam Græce eſt κακοποιῶν, id eſt, *qui malefaciunt*.

23 *Obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam*] Quod de bonis male loquebantur Ethnici, partim tribuit amentiæ, partim ignorantiæ, cui vult occurri per obedientiam præſtandam magiſtratibus, ne videantur recte puniri, tanquam publicæ diſciplinæ tranſgreſſores.

E

24 *Omnes honorate*] Πάντας τιμήσατε, id eſt, *Quibuslibet deferte honorem*, etiam Ethnicis dignitate præditis. Cæterum ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε: quod ad Chriſtianos pertinet. Honorem exigunt illi, ſolvite, charitas debetur Chriſtianis.

25 *In omni timore*] ἐν παντὶ φόβῳ, id eſt, *cum omni reverentia*. Sic enim alicubi vocem hanc interpretatur Hieronymus. Nec eſt *modeſtis*, nec enim ſentit de non arrogantibus, ſed ἐπιεικέσι, id eſt, *æquis* & *humanis*, neque rigidis admodum.

26 *Sed etiam diſcolis*] ἀλλὰ καὶ τοῖς σκολιοῖς, id eſt, *ſed etiam pravis*, ſive *aſperis*. Mirum quid venerit in mentem Interpreti, ut Græcam vocem altera Græca redderet: nam δύσκολος Græcis *difficilem* ſonat. Carrenſis interpretatur *dyſcholis*, indoctis, ineruditis, quod non ſint verſati in Scholis. At idem tamen admonet in nonnullis exemplaribus pro *dyſcholis* ſcriptum fuiſſe *difficilioribus*. At magis mirum eſt hic pariter hallucinatum eſſe Bedam, ſi tamen hoc illius eſt commentum, qui putat a Schola dictum eſſe *dyſcolum*, adducens illud e Pſalmo, *Vacate & videte*, ubi pro *vacate* Græcis ſit σχολάσατε. Idem mox admonet, quod S. Fulgentius in opuſculis ſuis ſic hunc adducat locum, *Servientes cum timore, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam difficilioribus*.

F

27 *Suſtinet quis triſtitias*] λύπας, id eſt, *moleſtias*.

28 *Quæ enim eſt gratia*] Ποῖον γὰρ κλέος; id eſt, *Quæ enim gloria*, ſive *Quæ laus?* Suffragabatur vetuſtiſſimum exemplar Donatiani, ſed alterum duntaxat. Suffragabatur & aliud a Bibliotheca Academiæ Baſileenſis. Conſentiebat uterque Conſtantienſis.

29 *Si benefacientes, patienter ſuſtinetis*] εἰ ἀγαθοποιοῦντες καὶ πάσχοντες ὑπομενεῖτε, id eſt, *ſi cum bene faciatis, & tamen affligamini, ſuffertis*.

30 *Pro nobis, vobis*] Utrumque Græcis eſt ἡμῖν, id eſt, *nobis*, primæ perſonæ: etiamſi nonnulli variant codices.

31 *Qui cum male diceretur, non malefaciebat*] Ὃς λοιδορούμενος, οὐκ ἀντελοιδόρει, id eſt, *Qui cum maledictis inceſſeretur, non remaledixit*, ſive *regeſſit maledicta*.

32 *Tradebat autem judicanti ſe injuſte*] Græca ſecus habent, παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως, id eſt, *tradebat autem ei qui juſte judicat*. Significat Chriſtum vindictam tradidiſſe Deo, non ſibi uſurpaſſe. Græcorum lectionem reddit Auguſtinus in Joannem tractatu XXI. *Cum injuriam*, inquit, *acciperet, non minabatur, ſed commendabat illi, qui juſte judicat*. Carrenſis, haud ſcio unde nactus, nonnihil ſomniavit de hac quoque lectione.

33 *Ut peccatis mortui*] ἀπογενόμενοι, id eſt, *exſtincti*, quaſi jam deſierimus eſſe. Ambroſius vertit, *ſeparati*, libro *de ſancto Spiritu* I. capite VIII.

34 *Cujus livore*] τῷ μώλωπι, *vibice*. Refert enim quod eſt apud Eſaiam capite LIII. *Et livore ejus ſanati*. Eſt enim *livor* veſtigium plagæ in cute. Id trifariam interpretatur Hugo Carrenſis, homo copioſus; *livore*, id eſt, dilectione immodica, quæ illi pallorem contraxerat, juxta illud Naſonis,

Palleat omnis amans, hic eſt color aptus amanti:

vel *livore*, id eſt, carne livida facta ob colaphos: vel *livore*, id eſt, invidia Judæorum. At hoc ſane loco Græca vox non admittit niſi unicam interpretationem, etiamſi Latinis *livor* πολύσημον eſt. Quin & apud Hebræos eſt חַבּוּרָה, quæ vox illis *tumorem ex plaga concretum* ſignificat. In Pſalmis vertit *cicatricem*, *Computruerunt cicatrices meæ*. Ambroſius eo quem modo citavimus loco legit, *Cujus vulnere plagarum ſanati ſumus*.

35 *Et epiſcopum animarum*] ποιμένα καὶ ἐπίσκοπον, *paſtorem & curatorem*. Nam Epiſcopi dicuntur qui proſpiciunt de neceſſariis. Beda legit, *& viſitatorem animarum veſtrarum*, adducens illud, *Quia viſitavit nos Oriens ex alto*.

1 *PEr mulierum converſationem*] διὰ τῆς τῶν γυναικῶν ἀναςροφῆς. Cur non potius, *per uxorum converſationem?* Et hoc ſane loco ἐν φόβῳ rectius vertiſſet, *cum reverentia*. Tum non eſt, *ſanctam converſationem*, ſed ἁγνὴν, id eſt, *puram*, ſive *caſtam*. *Caſtam* habebat codex ex Baſileenſis Academiæ Bibliotheca, conſentiebat & Conſtantienſis uterque.

2 *Quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus*] Græcus ſermo dilucidior eſt, Ὧν ἔσω, οὐχ ὁ ἔξωθεν ἐκ πλοκῆς τριχῶν, καὶ περιθέσεως χρυσίων, ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος, id eſt, ut ſententiam magis reddamus, quam verba, *Quarum ſit ornatus, non externus, qui ſitus eſt in criſpatura* ſive *contextu capillorum, aut appoſitione auri, aut amictu veſtium* aut *palliorum*.

3 *Cordis homo*] Ambroſius lib. Epiſtolarum III. Epiſt. XI. admonet nove expreſſum, *cordis homo*, pro interno & abſtruſo homine: proinde nos periphraſi rem explicuimus.

4 *Quieti & modeſti*] τοῦ πραέως καὶ ἡσυχίου, id eſt, *manſueti & quieti*, ſive *taciti*. Non enim vult mulieres eſſe feroculas erga viros.

5 *Locuplex*] πολυτελές. Fuſtuario dignum eſt, quod quidam pro *locuples* ſcribunt *locuplex*, per *x*, non per *s*. Quanquam Græcis eſt πολυτελὲς, id eſt, *ſumptuoſum ac ſplendidum*. Referri videtur ad ſpiritum quietum: eſt enim neutri generis, quemadmodum & ſpiritus apud Græcos. Aut certe ad totam orationis particulam quæ præ-

ἐκόσμουν ἑαυτὰς, ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀν-
6 δράσιν, Ὡς Σάῤῥα ὑπήκουσε τῷ Ἀβραὰμ, κύριον
αὐτὸν καλοῦσα, ἧς ἐγενήθητε τέκνα ἀγαθοποιοῦ-
7 σαι, καὶ μὴ φοβούμεναι μηδὲ μίαν πτόησιν. Οἱ
ἄνδρες ὁμοίως συνοικοῦντες κατὰ γνῶσιν, ὡς ἀ-
σθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμὴν,
ὡς καὶ συγκληρονόμοι χάριτος ζωῆς, εἰς τὸ μὴ
8 ἐκκόπτεσθαι τὰς προσευχὰς ὑμῶν. Τὸ δὲ τέλος,
πάντες ὁμόφρονες, συμπαθεῖς, φιλάδελφοι, εὔ-
9 σπλαγχνοι, φιλόφρονες, Μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀν-
τὶ κακοῦ, ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας, τοὐναντίον
δὲ εὐλογοῦντες, εἰδότες ὅτι εἰς τοῦτο ἐκλήθητε,
10 ἵνα εὐλογίαν κληρονομήσητε. Ὁ γὰρ θέλων ζωὴν
ἀγαπᾷν, καὶ ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθὰς, παυσάτω τὴν
γλῶσσαν αὐτοῦ ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη αὐτοῦ τοῦ
11 μὴ λαλῆσαι δόλον. Ἐκκλινάτω ἀπὸ κακοῦ, καὶ
ποιησάτω ἀγαθόν· ζητησάτω εἰρήνην, καὶ διωξά-
12 τω αὐτήν· Ὅτι οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίυς,
καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν. Πρόσωπον δὲ
13 Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά. Καὶ τίς ὁ κακώσων
14 ὑμᾶς, ἐὰν τοῦ ἀγαθοῦ μιμηταὶ γένησθε; Ἀλλ᾽
εἰ καὶ πάσχοιτε διὰ δικαιοσύνην, μακάριοι. Τὸν
δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, μηδὲ ταραχθῆ-
15 τε, Κύριον δὲ τὸν Θεὸν ἁγιάσατε ἐν ταῖς
καρδίαις ὑμῶν. Ἕτοιμοι δὲ ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν
παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑ-
16 μῖν ἐλπίδος, Μετὰ πραΰτητος καὶ φόβου, συν-
είδησιν ἔχοντες ἀγαθὴν, ἵνα ἐν ᾧ καταλαλῶσιν
ὑμῶν ὡς κακοποιῶν, καταισχυνθῶσιν οἱ ἐπηρεά-
ζοντες ὑμῶν τὴν ἀγαθὴν ἐν Χριςῷ ἀναςροφήν.
17 Κρεῖττον γὰρ ἀγαθοποιοῦντας, εἰ θέλει τὸ θέλη-
18 μα τοῦ Θεοῦ, πάσχειν, ἢ κακοποιοῦντας. Ὅτι
καὶ Χριςὸς ἅπαξ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἔπαθεν, δίκαιος
ὑπὲρ ἀδίκων, ἵνα ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ Θεῷ, θα-
νατω-

lieres sperantes in Deo, comebant sese, & subditæ erant suis viris, Quemadmodum Sara obedivit Abrahæ, dominum illum appellans, [6] cujus factæ estis filiæ dum benefacitis, & [7] non terremini ullo pavore. Viri similiter cohabitent secundum scientiam, velut infirmiori vasi muliebri [8] impartientes honorem, [9] tanquam etiam cohæredes gratiæ vitæ, ne interrumpantur preces vestræ. [10] In summa, omnes sitis unanimes, similiter affecti, [11] fraterna præditi charitate, misericordes, [12] affabiles, Non retaliantes malum malo, aut convitium convitio, sed contra benedicentes, scientes vos in hoc vocatos esse, ut benedictionem hæreditate possideatis. Nam qui vult vitam diligere, & videre dies bonos, coerceat linguam suam a malo, [13] & labia sua ne loquantur dolum. Declinet a malo, & faciat bonum: quærat pacem, & persequatur eam. Quoniam oculi Domini super justos, & aures ejus ad deprecationem illorum. Rursus adspectus Domini super eos qui faciunt mala. Et quis est qui sit afflicturus vos, si bonitatis æmulatores fueritis? Imo si quid etiam acciderit incommodi propter justitiam, beati tamen estis. Cæterum terrore illorum ne terreamini, [14] neque turbemini, [15] Sed Dominum Deum sanctificate in cordibus vestris. Sitis autem parati semper [16] ad respondendum cuilibet petenti, ut loquamini [17] de ea quæ in vobis est spe, [18] Cum mansuetudine & reverentia, conscientiam habentes bonam, ut in hoc [19] quod vobis detrahunt tanquam scelerosis, pudefiant hi [20] qui incessunt vestram bonam in Christo conversationem. [21] Præstat enim ut bene agentes, si ita velit Dei voluntas, malis afficiamini, quam male facientes. Quandoquidem & Christus semel pro peccatis passus fuit, justus pro injustis, ut nos adduceret Deo, [22] mortificatus quidem carne, sed vivificatus spi-

præcessit, quod nimirum habere hujusmodi spiritum, magnificus ac splendidus ornatus est mulieris in oculis Dei. Certe in codice Donatiani utroque scriptum est, *quod est in conspectu Dei locuples.*

6 *Cujus estis filia*] ἧς, *cujus*, apud Græcos necessario refert *Saram*, & non *Abraham*. Nam apud nos referri potest ad *Abraham*.

7 *Pertimentes ullam perturbationem*] μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν, id est, *non territa ullo pavore*. Scire debes Lector, hunc accusativum *perturbationem*, quem vulgata habet Editio, non esse transitivum, sed reciprocum, juxta proprietatem Atticorum, qui sic loquuntur, *gaudere gaudium, furere furorem, timere timorem*. Nam hic πτόησιν significat fœmineum illum pavorem, quo solent de nihili rebus exanimari, qui debet abesse a sanctis mulieribus. Quod si intellexissent quidam magni nominis Interpretes, secus, opinor, hunc locum edisseruissent, quos ego tamen in præsentia honoris causa non nomino.

8 *Honorem impartientes*] *Honorem* interpretatur divus Hieronymus, non ut flectantur illis genua, & gemmis auroque onerentur, ut primus cedatur locus, quod nunc in plerisque regionibus stultissime videmus fieri, sed abstinentiam a coïtu: sic enim honorem haberi vasculo muliebri, si non inquinetur libidine. Idque indicat quod sequitur, *ut non interrumpantur orationes vestra*. Rursum non libet hoc loco referre, quid interpretetur Lyranus & hujusmodi complures Interpretes, *honorem* exponentes, ut eis prospiciatur de victu & vestitu, eoque honesto, secundum statum & proprias facultates. Deinde de impediendis orationibus interpretatur, orationes non exaudibiles, nisi vir & mulier sint bene concordes.

9 *Tanquam cohæredibus*] ὡς καὶ συγκληρονόμοι, id est, *tanquam & cohæredes*. Addit enim hoc velut alterum & efficacius argumentum: unde ne conjunctio quidem est otiosa. Porro *vasculum infirmius* appellat ipsam mulierem ob sexus imbecillitatem. Quorsum, inquies, attinebat hoc admonere, quod nemo nesciebat? Imo hoc quidam suo judicio valde sapiens miris conviciis agitavit, quod viderer vasculum muliebre accipere pro membro pudendo, seu natura mulieris. Sed tamen, ut ingenue dicam, Hieronymi interpretatio mihi videtur esse violentior. Magis placet generalis sententia, ut mariti deferant aliquid honoris uxoribus, nec eas habeant ut concubinas aut ancillas: geminas enim causas adducit, quare velit deferri uxoribus: vel ob imbecillitatem sexus, quemadmodum corporis membra minus honesta magis habemus in honore: vel ob dignationem Dei, qui mulierem æquavit viro, in Evangelii promissis. *Gratia vita*, χάριτος ζώσης, id est, *gratia viva*: quanquam hoc loco Græca variant exemplaria. Quod si legas *vita*, *gratiam* pro beneficio accipias necesse est.

10 *In fide autem*] Τὸ δὲ τέλος, id est, *In summa vero*. Quantus hic disputandi campus aperitur neotericis quibusdam de fide, quot modis accipiatur, cum Petrus nihil hujusmodi neque scripserit, neque senserit. Jam quod hic vertit *compatientes*, Græce est συμπαθεῖς, id est, *qui mutuo tangantur affectu*. Sunt enim quos aliena ne tantulum quidem moveant. Quanquam Beda interpretatur, *In fide*, juxta vulgatam Latinorum lectionem.

11 *Fraternitatis amatores*] φιλάδελφοι, id est, *fratrum amatores*, sive *fraterne amantes*.

12 *Modesti*] φιλόφρονες: quod magis sonat *affabilem* & *humanum*, & ad vitæ consuetudinem facilem commodumque. Porro quod in nostris additur *humiles*, opinor adjectum ab eo qui volebat interpretari modestiam: nec enim addebatur in utroque codice Donatiani.

13 *Et labia ejus*] καὶ χείλη αὐτοῦ, id est, *& labia sua*. Sic enim mavult Valla, nec video quam ob causam. *Ipsius* magis congruebat. Neque enim hic est vera reciprocatio, ut in priore particula.

14 *Ut non conturbemini*] μηδὲ ταραχθῆτε, id est, *neque conturbemini*.

15 *Dominum autem Christum*] *Deum* est Græce, non *Christum*. Et *sanctificate*, positum apparet, pro *glorificate*. Quod genus est illud, *Sanctificetur nomen tuum*.

16 *Ad satisfactionem*] πρὸς ἀπολογίαν, id est, *ad excusationem*, sive *defensionem*.

17 *Qua in vobis est, & spe & fide*] Græce tantum est, περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος, id est, *de ea qua in vobis est spe*.

18 *Cum modestia & timore*] Μετὰ πραΰτητος καὶ φόβου, id est, *Cum mansuetudine & reverentia*. Loquitur enim de his qui placide respondent ac reverenter, interrogati quibuslibet de fide Christi.

19 *Quod detrahunt de vobis*] Græci legunt, ἵνα ἐν ᾧ καταλαλῶσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν, id est, *ut in eo quod obtrectant vobis tanquam malefactoribus*. De voce *malefactorum* ante notavimus.

20 *Calumniantur*] οἱ ἐπηρεάζοντες, *qui convitiantur*, sive *qui incessunt*, aut *persequuntur*.

21 *Melius est enim ut benefacientes, si voluntas Dei velit*] Consentiunt quidem Græci codices cum nostra Editione, cæterum mirandum est, quid sequutus Augustinus libro adversus Faustum XXII. cap. XX. referat hunc locum his verbis, *Melius est benefacientes, si velit spiritus Dei, pati, quam malefacientes*. Nisi forte pro θέλημα scriptum habebatur in quibusdam exemplaribus νεῦμα, atque id rursum Scriba mutaverit in πνεῦμα.

22 *Mortificatos quidem carne*] θανατωθεὶς, id est, *mortificatus*. Item *vivificatus*, non *vivificatos*, ζωοποιηθεὶς. Atque ita citat divus Hieronymus in Esaiam cap. LIV. Atque item Augustinus Epistola XCIX. ad Evodium. Rursus Sermone de verbis Apostoli XIV. *De Christo dictum est*, inquit, *mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu*. Sic de homine dici potest, *tabefactus carne, vivificatus spiritu*: ut intelligas Christum mortuum juxta corporis imbecillitatem, cæterum resurrexisse virtute spiritus. Jam vero quorsum attinet hoc loco recensere, quæ somnient in hanc sententiam, qui Græce nesciunt, & id tantum sequuntur, non quod scripsit Petrus, sed quod depravavit Librarius? Possem ad singula conviciis incessere nimis arrogantem istorum imperitiam, qui de iis, quæ citra linguarum peritiam ne legi quidem emendate possunt, velut ex oraculo pronunciant, quicquid somniarint. Quod si legas *mortificatos* & *vivificatos*, quomodo cohærebit quod sequitur, *In quo?* Beda legit & interpretatur *vivificatos* & *mortificatos*, & adducit Athanasium adversus Arianos. At paulo post indicat & hanc lectionem, quam habent Græci. Cui consentiebat uterque codex Constantiensis, nisi quod in altero depravator *us* verterat in *os*, superne clausa littera *u*. Suffragabatur & codex ex Bibliotheca Academiæ Basileensis. Atque hic locus caute legendus est, ne quid tale sentiamus, quale nonnulli de anima Christi apud inferos passa. Qua de re nonnihil attingit Beda, sed tacito auctoris nomine, Origenem, ni fallor, significans.

νατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι, 19 Ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς 20 ἐκήρυξεν, Ἀπειθήσασί ποτε· ὅτε ἅπαξ ἐξεδέχετο ἡ τῦ Θεῦ μακροθυμία ἐν ἡμέραις Νῶε, κατασκευαζομένης κιβωτοῦ, εἰς ἣν ὀλίγαι, τουτέσιν, 21 ὀκτὼ, ψυχαὶ διεσώθησαν δι᾽ ὕδατος· Ὃ καὶ ἡμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα· οὐ σαρκὸς ἀπόθεσις ῥύπου, ἀλλὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεὸν, δι᾽ ἀνασάσεως Ἰησοῦ Χρι- 22 σοῦ, Ὅς ἐσιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, πορευθεὶς εἰς οὐρανὸν, ὑποταγέντων αὐτῷ ἀγγέλων καὶ IV. 1 ἐξουσιῶν καὶ δυνάμεων. Χρισοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, καὶ ὑμεῖς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε, ὅτι ὁ παθὼν ἐν σαρκὶ, πέπαυται ἁ- 2 μαρτίας· Εἰς τὸ μηκέτι ἀνθρώπων ἐπιθυμίαις, ἀλλὰ θελήματι Θεοῦ, τὸν ἐπίλοιπον. ἐν σαρ- 3 κὶ βιῶσαι χρόνον. Ἀρκετὸς γὰρ ἡμῖν ὁ παρεληλυθὼς χρόνος τοῦ βίου, τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν κατεργάσασθαι, πορευομένους ἐν ἀσελγείαις, ἐπιθυμίαις, οἰνοφλυγίαις, κώμοις, πότοις, καὶ 4 ἀθεμίτοις εἰδωλολατρείαις. Ἐν ᾧ ξενίζονται, μὴ συντρεχόντων ὑμῶν εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας 5 ἀνάχυσιν, βλασφημοῦντες. Οἳ ἀποδώσουσι λόγον τῷ ἑτοίμως ἔχοντι κρῖναι ζῶντας καὶ νε- 6 κρούς. Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ νεκροῖς εὐηγγελίσθη, ἵνα κριθῶσι μὲν κατὰ ἀνθρώπους σαρκὶ, ζῶσι δὲ 7 κατὰ Θεὸν πνεύματι. Πάντων δὲ τὸ τέλος ἤγγικε. Σωφρονήσατε οὖν καὶ νήψατε εἰς τὰς προσ- 8 ευχάς· Πρὸ πάντων δὲ τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην ἐκτενῆ ἔχοντες· ὅτι ἀγάπη καλύψει πλῆ- 9 θος ἁμαρτιῶν. Φιλόξενοι εἰς ἀλλήλους, ἄνευ 10 γογγυσμῶν· Ἕκασος καθὼς ἔλαβε χάρισμα, εἰς ἑαυτοὺς αὐτὸ διακονοῦντες, ὡς καλοὶ οἰκονόμοι

A spiritu, In quo etiam abiit, 23 & spiritibus qui erant 19 in carcere prædicavit, 24 Qui inobedientes fuerant 20 quondam: 25 quum semel exspectabatur Dei lenitas in diebus Noe, 26 quum apparabatur arca, in qua paucæ, hoc est, octo, animæ servatæ fuerunt per aquam: 27 Cujus figuræ nunc respondens baptismus 21 nos quoque salvos reddit: quo non carnis sordes abjiciuntur, sed quo fit ut bona conscientia bene respondeat apud Deum, per resurrectionem Jesu Christi, 28 Qui est ad dexteram Dei, profectus in cœlum, sub- 22 jectis sibi angelis & potestatibus ac virtutibus. Quum 1 IV. igitur Christus 1 passus sit pro nobis carne, vos quo- B que 2 juxta eamdem cogitationem armemini, quod qui patiebatur in carne, destitit a peccato: In hoc ut 2 jam non concupiscentiis hominum, sed voluntati Dei, quod superest in carne tempus vivat. 3 Sat enim est 3 nobis quod anteacto vitæ tempore voluntatem gentium patraverimus, quum versaremur 4 in lasciviis, concupiscentiis, vinolentiis, comessationibus, compotationibus, & 5 nefariis simulacrorum cultibus. 6 At- 4 que id absurdum illis videtur, quod non accurratis una cum ipsis in eamdem 7 luxus refusionem, qui de vobis male loquuntur. Qui reddituri sunt rationem ei 5 C qui paratus est ad judicandum vivos & mortuos. Nam 6 in hoc mortuis quoque prædicatum est Evangelium, ut judicentur quidem secundum homines carne, vivant autem juxta Deum spiritu. Porro rerum omnium 7 8 finis imminet. 9 Sitis igitur sobrii & vigilantes ad orandum: Ante omnia vero charitatem 10 inter vos 8 vehementem habentes: 11 nam charitas operiet multitudinem peccatorum. Hospitales estote erga vos 9 invicem, sine murmurationibus: Ut quisque 12 acce- 10 pit donum, ita alius in alium 13 illud ministrantes, ut boni

23 *In carcere erant spiritu*] τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασιν, id est, *qui in carcere erant spiritibus.* Ita legit Hieronymus eo quem modo citavimus loco, *occisus est carne, vivificatus spiritu, & prædicavit spiritibus in carcere constitutis.* Carrensis admonet in nonnullis pro *in carcere* scriptum fuisse *in carne.* Verum hoc ante hunc indicavit Beda. In utroque Constantiensi scriptum erat *spiritualiter,* pro *spiritu.*

24 *Qui increduli fuerant aliquando*] ἀπειθήσασί ποτε, id est, *aliquando incredulis.*

25 *Quando exspectabant Dei patientiam*] ὅτε ἀπεξεδέχετο ἡ τῦ Θεῦ μακροθυμία, id est, *cum exspectaretur Dei lenitas:* etiamsi nonnulli codices habebant ὅτι. In altero Constantiensi erat. *exspectabatur Dei patientia,* quemadmodum legunt Græci. Rursum in plerisque erat, ἅπαξ ἐδέχετο, pro ἀπεξεδέχετο. Suspicor legendum fuisse, ἅπαξ ἐξεδέχετο. Augustinus Epistola XCIX. legit *exspectabat.* Nam verbum est medium.

26 *Cum fabricaretur*] κατασκευαζομένης, id est, *cum appararetur.*

27 *Quod & vos nunc similis forma salvos fecit baptisma*] Græca plus habent lucis, Ὃ ἀντίτυπον νῦν καὶ ἡμᾶς σώζει βάπτισμα, id est, *Cui nunc simile,* sive *respondens, baptisma nos quoque salvos facit.* Est enim σώζει præsentis temporis, *servat.* Cæterum ὃ dure respondet, sive ad aquam referas, sive ad baptisma: fortasse scriptum fuit ᾧ, *cui.*

28 *Qui est in dextera Dei*] Hoc loco desunt in Græcis codicibus, quæ subscribam, *Deglutiens mortem, ut vitæ æternæ heredes efficeremur.* Sed his prætermissis sequitur, πορευθεὶς εἰς τὸν ὐρανὸν, id est, *profectus in cœlum.*

1 P*asso in carne & vos*] παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, καὶ ὑμεῖς, id est, *passo pro nobis carne, vos quoque* &c.

2 *Eadem cogitatione armamini*] τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε, id est, *induite eamdem cogitationem, velut armantes vos,* sive *armate vos juxta eamdem cogitationem.* Augustinus Epistola XCIX. pro *cogitatione* legit *scientia.*

3 *Sufficit enim præteritum tempus ad voluptatem gentium consummandam*] Græca sunt magis perspicua quam Latina, Ἀρκετὸς γὰρ ἡμῖν ὁ παρεληλυθὼς χρόνος τῦ βίυ, τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν κατεργάσασθαι, id est, *Sufficiens est enim præteritum vitæ tempus, ut voluntatem gentium perfecerimus,* hoc est, Satis est hactenus impie vixisse. In hunc sensum adducit Augustinus Homilia in Epistolam Petri XX. *Sufficit enim præteritum tempus voluntates gentium consummasse.*

4 *In luxuriis*] ἐν ἀσελγείαις, id est, *in lasciviis.* Nam *ebrietatibus* non habetur apud Græcos, nec in utroque codice Donatiani: cui consentiebant omnes vetusti codices. Quid enim opus erat dicere *ebrietatibus,* quum mox subjiciat *comessationes* & *potationes.*

5 *In illicitis idolorum cultibus*] ἀθεμίτοις, id est, *nefariis,* quod atrocius est quam *illicitis.*

6 *In quo admirantur*] Ἐν ᾧ ξενίζονται, ad verbum sonat, *In quo peregrinantur.* Porro Græcis ξενίζεσθαι dicuntur, quibus aliquid novum aut absurdum videtur. Pertinet autem ad id quod consequitur. Augustinus Epistola XCIX. locum hunc adducit hisce verbis: *Sufficit enim præteritum tempus, ad voluntatem hominum consummatam ambulantes in libidinibus, & concupiscentiis, & ebrietate, comessationibus, potationibus, & illicitis idolorum servitutibus. In quo stupescunt non concurrere vos in eam luxuriæ confusionem blasphemantes.*

7 *Luxuriæ confusionem*] ἀσωτίας ἀνάχυσιν: quod magis sonat *refusionem,* veluti cum mare æstuans refundit sese.

8 *Finis appropinquabit*] ἤγγικε, id est, *appropinquavit,* præteriti temporis. Aut certe *instat* & *imminet.*

9 *Estote itaque prudentes*] Σωφρονήσατε, id est, *Estote temperati,* sive *sobrii.* Et *vigilate,* καὶ νήψατε, id est, *& estote sobrii,* sive *vigilate:* nam νήφω Græcis utrumque significat. Peculiare est Apostolis hæc tria conjungere, sobrietatem, vigiliam, & orationem, ut sobrietas opponatur luxui & crapulæ, vigilia somnolentiæ & inertiæ. Audivi qui in concionibus sacris apud populum, cum ex hoc loco thema proposuissent, multa congerebant ex Aristotelis ethicis, sive magis ex elenchis litterariis de prudentia. Item de charitate quæ ex nobis oriatur, atque ita demum dimanat ad alios, videlicet extra oleas, ut ajunt, currentes. Non quod hujusmodi lapsus convitiis exagitandos existimem, sed quod non arbitrer dissimulandos, etiamsi, ne quid dicam dolo, fœdum per se videtur, eum qui in frequenti plebis cœtu, eoque ecclesiastico, susceperit docendos omnes, hoc ipsum non intelligere, quod totius orationis suæ basim ac fundamentum vult videri. Et tamen ex his aliquot admonitionem nostram contumeliose lacerant, quid facturi, si lacessantur injuria, cum hujusmodi gratiam referant benemerenti? Quos si quis divitum aut convivio accipiat lautiore, aut paulo pecuniæ donet, tantum non adorant, homines grati, & eleemosynam vocant: suaque benefacta, quibus abundant scilicet, vicissim impertiunt. At talibus officiis tanto melioribus qui afficit, omni contumeliarum genere prosequuntur. Nam aliquanto post, quidam illius gregis κορυφαῖος, cui, credo, denarrarat quispiam, quod inter amiculos deplorassem hoc illis defuisse, cum alioqui placuissent quæ dicebantur, in publica concione, cum ipse adessem, duo peccata quæ committuntur in Spiritum sanctum, oblique, imo satis aperte, torsit in me præsumptionem, sic enim illi vocant, quod non veritus essem corrigere *Pater noster,* ac *Magnificat*: item impugnationem cognitæ veritatis, qui negassem sacros concionatores intellexisse suum thema, quod a sacris viris e sacris litteris depromptum esset. Ceu vero non hoc etiam fœdior esset illorum inscitia, qui quod est in illis litteris perperam interpretarentur. Qui usque adeo perfricuerunt faciem, nonne merebantur ut nominatim traducerentur? Ego tamen tum nominibus, tum ordini parco.

10 *In vobismetipsis*] εἰς ἑαυτοὺς, id est, *erga vosipsos,* seu potius *erga vos mutuo.* Hoc alicui fortassis leviculum admonitu videbitur, & tamen auditus est mihi, qui in publica concione sedulo philosopharetur ex hoc loco, quo pacto charitas primum a nobis ipsis proficiscatur, & quomodo cordibus infundatur, multaque id genus, neque cœlum neque terram attingentia. Et tamen isti sunt qui laborem hunc nostrum ut inanem & infrugiferum adspernantur, quibus eo maxime foret opus, si saperent, imo quia non sapiunt, homines vere inutiles, meritissimoque in tertium illud Hesiodi genus rejiciendi, qui neque per se sapiant, neque credant recta monenti. *Continuam,* ἐκτενῆ: quod ante vertit *attente,* hîc *propensum* seu *vehementem* poterat dicere.

11 *Quia charitas operit*] καλύψει, id est, *operiet,* sive *teget,* verbum futuri temporis, ut ad judicii diem pertineat.

12 *Accepit gratiam*] χάρισμα, id est, *donum.*

13 *Illam administrantes*] αὐτῷ διακονοῦντες, id est, *illa,* sive *per illam,* nempe gratiam, *ministrantes.* Quanquam in nonnullis Græ-

11 μοι ποικίλης χάριτος Θεοῦ. Εἴ τις λαλεῖ, ὡς λογία Θεοῦ· εἴ τις διακονεῖ, ὡς ἐξ ἰσχύος, ἧς χορηγεῖ ὁ Θεὸς, ἵνα ἐν πᾶσι δοξάζηται ὁ Θεὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας 12 τῶν αἰώνων, ἀμήν. Ἀγαπητοὶ, μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει, πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινο- 13 μένῃ, ὡς ξένου ὑμῖν συμβαίνοντος· Ἀλλὰ καθὸ κοινωνεῖτε τοῖς Χριστοῦ παθήμασι, χαίρετε, ἵνα καὶ ἐν τῇ ἀποκαλύψει τῆς δόξης αὐτοῦ χα- 14 ρῆτε ἀγαλλιώμενοι. Εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν ὀνόματι Χριστοῦ, μακάριοι· ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα ἐφ᾽ ὑμᾶς ἀναπαύεται. Κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ δὲ ὑμᾶς δοξάζεται. 15 Μὴ γάρ τις ὑμῶν πασχέτω ὡς φονεὺς, ἢ κλέ- 16 πτης, ἢ κακοποιὸς, ἢ ὡς ἀλλοτριοεπίσκοπος. Εἰ δὲ ὡς Χριστιανὸς, μὴ αἰσχυνέσθω, δοξαζέτω δὲ τὸν Θεὸν 17 ἐν τῷ μέρει τούτῳ. Ὅτι καὶ ὁ καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρῖμα ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ· εἰ δὲ πρῶτον ἀφ᾽ ἡμῶν, τί τὸ τέλος τῶν ἀπειθούντων τῷ 18 τοῦ Θεοῦ Εὐαγγελίῳ; Καὶ εἰ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ 19 ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται; Ὥστε καὶ οἱ πάσχοντες κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὡς πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐν ἀγαθο- V. 1 ποιΐᾳ. Πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ὑμῖν παρακαλῶ, ὁ συμπρεσβύτερος, καὶ μάρτυς τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων, ὁ καὶ τῆς μελλούσης ἀποκαλύπτεσθαι δόξης κοινωνὸς, 2 Ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ, ἐπισκοποῦν-

boni dispensatores 14 variæ gratiæ Dei. Si quis loquitur, 11 loquatur 15 ut eloquia Dei: si quis ministrat, ministret tanquam 16 ex virtute, quam suppeditat Deus, ut omnibus 17 glorificetur Deus per Jesum Christum, cui est gloria & imperium in secula seculorum, amen. Charissimi, 12 18 ne miremini, 19 dum per ignem exploramini, quæ res ad experimentum 20 vestri fit, perinde quasi novum aliquid vobis obtingat: 21 Imo in hoc, 13 quod consortes estis afflictionum Christi, gaudete, ut in revelatione quoque gloriæ ejusdem gaudeatis exsultantes. Si probris afficimini in nomine Christi, 22 14 beati estis: 23 quoniam gloria & Spiritus Dei super vos 24 requiescit. 25 Juxta ipsos quidem maledictis afficitur, juxta vos autem glorificatur. 26 Ne quis enim 15 vestrûm affligatur ut homicida, 27 aut fur, aut facinorosus, aut 28 curiosus alienarum rerum. Porro si ut 16 Christianus affligitur aliquis, ne pudefiat, imo glorificet Deum 29 in parte hac. Quandoquidem & tem- 17 pus est ut 30 incipiat judicium a domo Dei: quod si primum incipit a nobis, quis erit finis eorum qui non credunt Dei Evangelio? 31 Et si justus vix salvus effi- 18 citur, impius & peccator ubi comparebit? Proinde 19 qui affliguntur juxta voluntatem Dei, 32 tanquam apud fidelem conditorem deponant animas suas 33 benefaciendo. 1 Presbyteros qui inter vos sunt obse- 1 V. cro, qui sum & ipse presbyter, ac testis afflictionum Christi, atque idem consors gloriæ 2 quæ revelabitur, 3 Pascite 4 quantum in vobis est gregem Christi, 5 cu- 2 ram

Græcorum exemplaribus scriptum erat *αὐτὸ*, ut referatur ad donum administrandum. Et *in alterutrum*, quo verbo sæpius impudentissime abutitur Interpres, Græce est, *εἰς ἑαυτοὺς*, id est, *in vos invicem:* quo idem valet cum eo quod modo dixit, *εἰς ἀλλήλους*, id est, *alius in alium*.

14 *Multiformis gratiæ Dei*] *ποικίλης*: quod Interpres haud male expressit, quum Græca vox *varium* significet, ut intelligamus diversas donorum formas.

15 *Quasi sermones*] *ὡς λόγια*, id est, *tanquam eloquia*.

16 *Ex virtute*] *ἐξ ἰσχύος*, id est, *ex vi*, sive *robore*, ut auctoritas sit penes Deum, non penes hominem. *Quam administrat*, *ἧς χορηγεῖ*, id est, *quam suppeditat*, sive *subministrat*. Nam *administrat*, qui fungitur administratione rei commissæ: *subministrat*, qui præbet ac largitur, quibus opus est. Itaque Petrus *διακονεῖν* tribuit homini, *χορηγεῖν* Deo.

17 *Honorificetur*] *δοξάζηται*, id est, *glorificetur*.

18 *Nolite peregrinari*] *μὴ ξενίζεσθε*. Illud *peregrinari*, Græcis est commoveri, perinde ut re nova & insolita: nam & paulo post *ξένου* vertit *novum*. Et Beda admonet in nonnullis codicibus scriptum fuisse, *nolite mirari*. Et hoc loco prudens prætereo quorumdam magnorum, ut videntur, Theologorum absurdas interpretationes. Quorsum enim attinet aliorum erratis explere volumina?

19 *In fervore*] *τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει*, id est, *exustione*, sive *examinatione per ignem*. Rursus enim ad aurum respexit, quod exploratur igni. Proinde nos vertimus, *ne ceu re nova perturbemini, dum per ignem exploramini*.

20 *Vobis fit*] *Fit* est Græce, *γινομένῃ*.

21 *Sed communicantes*] *Ἀλλὰ καθὸ κοινωνεῖτε*, id est. *Sed in hoc quod communicatis*, sive *quatenus communicatis*. Cyprianus in Epistola IV. libri sexta locum hunc reddit ad hunc modum: *Charissimi nolite mirari ardorem accidentem vobis, qui ad tentationem vestram fit, ne excidatis, tanquam novum vobis contingat, sed quoties communicatis Christi passionibus, per omnia gaudete, ut & in revelatione facta claritatis ejus gaudentes exsultetis. Si improperatur vobis in nomine Christi, beati estis, quia majestatis & virtutis Domini nomen in vobis requiescit*. Hactenus illius verba recensuimus. Primum *peregrinari* recte vertit in *mirari*. Cæterum *ardorem*, aptius verti poterat, *incendium*. Quanquam hîc Græca perturbatius ille reddidit. Deinde *excidatis* posuisse videtur pro *vehementer admiremini*, sive *obstupescatis*, ceu Græcam exprimens vocem *ἐξίστατε*, quemadmodum alibi in Paulo, *sive excidimus Deo*. Porro *majestatis & virtutis Domini nomen*, quid sibi velit, nescio, nisi forte pro *πνεῦμα* vertit *numen*, aut *νεῦμα* legit ille, non *πνεῦμα*. Adducit idem hoc testimonium totidem verbis in expositione Symboli.

22 *Beati eritis*] *Eritis* apud Græcos non additur, tantum est *μακάριοι*. Rectius autem subaudias *estis* quam *eritis*.

23 *Quod est honoris, gloriæ, & virtutis*] Græca sic habent, *τὸ τῆς δόξης, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα*, id est, *quod est gloriæ, & Spiritus Dei*. Ita tamen, ut *Spiritus* accipias nominandi, non pariendi casu. Potest autem hic locus bifariam accipi; uno modo, ut *τὸ τῆς δόξης* separatim legatur pro gloria, quemadmodum fecit noster Interpres; altero, ut nominativus *τὸ Πνεῦμα*, *Spiritus*, adhæreat ex æquo duobus genitivis, *τὸ Πνεῦμα τῆς δόξης καὶ τοῦ Θεοῦ*, id est, *Spiritus gloriæ & Dei*, velut interpretans, quid dixisset, *Spiritum gloriæ*, adjecerit, *& Dei*. *Virtutis* non est in Græcis.

24 *Requiescet*] *ἀναπαύεται*, id est, *requiescit*, præsentis temporis, sive *refocillatur*.

25 *Nemo autem vestrum pati*] Ante hæc verba habent Græci, quæ non reperio in Latinis codicibus. Habent autem hæc verba, *Κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ δὲ ὑμᾶς δοξάζεται*, id est, *Secundum illos quidem blasphematur, secundum vos autem glorificatur*. Quæ tamen non absunt in eo loco quem modo ostendimus apud Cyprianum, legit enim, *Quod quidem secundum illos blasphematur, secundum vos autem honoratur*. Ut referantur duo verba, ad spiritum, sive gloriam Dei, quæ impiorum hominum judicio dehonestabatur, supplicio & afflictione profitentium. At ipsorum opinione, hoc pacto gloria Dei reddebatur illustrior. Nec Beda attingit hanc partem in *Commentariis*. Pro eo quod nos legimus *patiatur*, *πασχέτω*, in utroque codice Constantiensi habebatur, *nemo seipsum circumveniat*. Id arbitror Librariorum culpa commissum.

26 *Nemo autem vestrum*] *Μὴ γάρ τις ὑμῶν*, *Ne quis enim vestrum*.

27 *Aut fur*] Valla mavult, *ut fur, ut homicida*. Ita mox vertit, *Si autem ut Christianus*. Atqui Christianus vere erat, homicida non erat. Sed sermo referendus est ad opinionem affligentis, non afflicti. *Aut maledicus*, *ἢ κακοποιὸς*, id est, *aut maleficus*.

28 *Alienorum appetitor*] *ἀλλοτριοεπίσκοπος*, id est, *alienorum inspector*, sive *curator*. Composita vox, ab *alieno* & *episcopo*, hoc est, inspectore, quod qui quid appetit, inspectat. Augustinus in expositione Epistolæ ad Romanos inchoata legit, *aut curas alienas agens*.

29 *In isto nomine*] *ἐν τῷ μέρει τούτῳ*, id est, *in parte hac*. Dividit afflictionem in cruciatum corporis & causam. In cruciatibus non est gloriandum, sed in altera parte gloriandum, quod ob Christum patimur.

30 *Incipiat de domo Dei*] *ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ*, id est, *a domo Dei*.

31 *Et si justus quidem vix salvabitur*] Admonet Beda hoc sumptum ex Proverbiis juxta veterem translationem. Alioqui juxta nostram haberi: *Si justus in terra recipit, quanto magis impius & peccator?* Quod autem Beda dicit esse in veteri translatione, legitur apud Græcos ex interpretatione Septuaginta: *Εἰ μὲν ὁ δίκαιος μόγις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται;* nec est *salvabitur*, sed *σώζεται*, *salvus fit*.

32 *Fideli creatori*] *ὡς πιστῷ κτίστῃ*, id est, *ut fideli*, sive *fido conditori*, sive *possessori*.

33 *In benefactis*] *ἐν ἀγαθοποιΐᾳ*, id est, *in beneficentia*, sive *in benefaciendo*.

1 *Seniores ergo*] *Ergo* non est apud Græcos. *Consenior*. Rectius dixisset *presbyteros*, *compresbyter*. Et ita vertit Hieronymus, ut mox ostendam. Quanquam hîc quoque nonnihil offendit nomen Græcum additum conjunctioni Latinæ. Et haud scio, an quisquam laturus sit *sympresbyter*.

2 *Quæ in futuro revelanda est*] Nihil opus erat his verbis *in futuro*, *τῆς μελλούσης δόξης ἀποκαλύπτεσθαι*. Satis erat, *revelabitur*.

3 *Pascite*] Græcis est *Ποιμάνατε*, quod est *Pascite*, sicuti pascunt pastores. Idem verbum est in Psalmo II. *Reges eos in virga*, *ποιμανεῖς*, hoc est, *pastoraliter reges*, ut Hilarii verbis utar. Et Homerus regem subinde vocat *ποιμένα λαῶν*, id est, *pastorem populorum*.

4 *Quæ in vobis est*] *τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον*. Græcus sermo per se quidem est anceps. Mihi tamen videtur esse sensus germanior: *Pascite, quantum in vobis est, gregem Christi*. Sic enim habent Græci codices, non *Dei*. Nam ipse se pastorem appellat in litteris Evangelicis. Quod si cui non placet hic sensus, sciat *in vobis* dictum esse pro *inter vos*, sive *apud vos*, ut intelligas unicuique suum gregem esse curandum.

5 *Providentes*] *ἐπισκοποῦντες*, id est, *intendentes*, aut *episcopum agentes*. Notat hanc vocem divus Hieronymus in Epistola quadam in Euagrium, cujus initium, *Legimus in Esaia*, vertitque *ἐπισκοπεῖν*, *inspicere*, sed addit Græce significantius dici. Nam Latine *inspicit*, qui cupit discere quid sit, Græcis *ἐπισκοπεῖ*, qui curam agit & prospicit de rebus necessariis. Porro totum hunc locum in ea

σκοποῦντες μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως, μὴ αἰ- 5 σχροκερδῶς, ἀλλὰ προθύμως, Μηδὲ ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, ἀλλὰ τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου. 4 Καὶ φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποίμενος, κομιεῖσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον. 5 Ὁμοίως νεώτεροι ὑποτάγητε πρεσβυτέροις, πάντες δὲ ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι· τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε, ὅτι ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς 6 δὲ δίδωσι χάριν. Ταπεινώθητε οὖν ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, ἵνα ὑμᾶς ὑψώσῃ ἐν καιρῷ, 7 Πᾶσαν τὴν μέριμναν ὑμῶν ἐπιῤῥίψαντες ἐπ' αὐτόν· 8 ὅτι αὐτῷ μέλει περὶ ὑμῶν. Νήψατε, γρηγορήσατε, ὅτι ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος ὡς λέων ὠρυόμενος 9 περιπατεῖ, ζητῶν τίνα καταπίῃ. Ὧ ἀντίστητε στερεοὶ τῇ πίστει, εἰδότες τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων τῇ ἐν 10 κόσμῳ ὑμῶν ἀδελφότητι ἐπιτελεῖσθαι. Ὁ δὲ Θεὸς πάσης χάριτος, ὁ καλέσας ἡμᾶς εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ δόξαν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὀλίγον παθόντας, αὐτὸς καταρτίσαι ὑμᾶς, στηρίξαι, σθενώσαι, θεμελιώ- 11 σαι. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶ- 12 νας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Διὰ Σιλουανοῦ ὑμῖν πιστοῦ ἀδελφοῦ, ὡς λογίζομαι, δι' ὀλίγων ἔγραψα, παρακαλῶν καὶ ἐπιμαρτυρῶν ταύτην εἶναι ἀληθῆ χάριν 13 τοῦ Θεοῦ, εἰς ἣν ἑστήκατε. Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, καὶ Μάρκος ὁ υἱός μου. Ἀσπά-

ram illius agentes non coacte, sed [6] volentes, non turpiter affectantes lucrum, [7] sed propenso animo, [8] Neque ceu dominium exercentes adversus cleros, [9] sed sic ut sitis exemplaria gregis. 4 Et quum apparuerit ille pastorum princeps, reportabitis immarcescibilem gloriæ coronam. 5 Similiter juniores subditi estote senioribus, [10] sic ut omnes alius alii vicissim subjiciamini: humilitatem animi vobis [11] infixam habete, propterea quod Deus superbis resistit, [12] humilibus autem dat gratiam. 6 Humiliemini igitur sub potenti manu Dei, ut vos extollat [13] quum erit opportunum, 7 Omni cura vestra conjecta in illum: nam illi cura est de vobis. 8 Sobrii estote, vigilate, quoniam adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens obambulat, [14] quærens quem devoret. 9 Cui [15] resistite solidi fide, scientes [16] easdem afflictiones vestræ quæ in mundo est [17] fraternitati consummari. 10 Sed Deus omnis gratiæ, qui vocavit nos ad æternam suam gloriam per Christum Jesum, parumper afflictos, [18] idem instauret vos, fulciat, roboret, stabiliat. 11 Ipsi gloria & imperium in secula seculorum, amen. 12 [19] Per Sylvanum vobis fidelem fratrem, ut arbitror, [20] paucis scripsi, adhortans ac testificans hanc esse veram gratiam Dei, in qua statis. 13 Salutat vos ea, [21] quæ est in Babylone, vestræ consors electionis Ecclesia, & Marcus filius meus. Salu-

ea quam modo citavi Epistola, vertit ad hunc modum, *Presbyteros in vobis precor compresbyter, & testis passionum Christi, & futuræ gloriæ, quæ revelanda est, particeps, regere gregem Christi, & inspicere, non ex necessitate, sed voluntarie juxta Deum.*

6 *Spontanee secundum Deum*] *Secundum Deum* non additum est in codicibus Græcis.

7 *Sed voluntarie*] προθύμως, id est, *prompte*, sive *propensis animis.*

8 *Non dominantes in cleris*] Græce est, Μηδ' ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, *Neque veluti dominium exercentes adversus cleros. Cleros* autem vocat, non Diaconos aut Presbyteros, sed gregem, qui cuique forte contigit gubernandus, ne quis existimet Episcopis in clericos interdictum dominium, in cæteros esse permissum. Et Presbyteros hic Episcopos vocat. Nondum enim increverat turba Sacerdotum, sed quot erant Presbyteri, totidem erant Episcopi. Præceptum Apostolorum principis in omnibus omnium Episcoporum aulis vel aureis litteris oportebat inscribi: Pascite, inquit, gregem, non opprimite, non expilate: idque non coacte, velut ex officio, sed ex sincero affectu, tanquam patres, neque turpis lucri gratia: quasi præsentiens Ecclesiæ pestem hinc orituram. Denique non dominantes more Regum, sed exemplo pascite, benefactis vincite. Nunc Episcoporum vulgus nihil audit ab assentatoribus doctis, nisi dominia, ditiones, gladios, claves, potestates: atque hinc fastus quorumdam plusquam regius, sævitia plusquam tyrannica.

9 *Sed formæ facti*] τύποι γινόμενοι, id est, *formæ facti*, hoc est, *exempla:* licet numerus mutatus nihil variet de sensu. Quanquam dubium non est, quin Interpres verterit *forma*, numero multitudinis, quum ea lectio constet in vetustiore codice Constantiensi. Nam in altero depravator ex *e* fecerat *a*, inducta lineola. Item exstabat in eo quem exhibuit Bibliotheca Scholæ Basileensis. *Gregis ex animo. Ex animo*, Græci non addunt.

10 *Omnes enim invicem humilitatem*] Græce est, ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι, id est, *invicem subjecti*, hoc est, *vicissim alius alii.* Nec est *enim*, sed *autem*, in quibusdam vetustis. Quanquam Interpres vertit *in invicem* pro ἀλλήλοις, quam scripturam comperi in vetustis exemplaribus, nisi quod in altero Constantiensi depravator eraserat *in* præpositionem.

11 *Insinuate*] ἐγκομβώσασθε. Quod perinde sonat, quasi dicas, *innodate.* Sentit autem humilitatem arcte retinendam in animo, veluti nodis illigatam, ne per ullam occasionem queat extundi, quemadmodum solet frequenter usu venire infirmioribus. Nec est hic ταπεινότης, sed ταπεινοφροσύνη, quod sonat *humilitatem animi*, seu *modestiam* potius.

12 *Humilibus*] ταπεινοῖς. Hic certe de animi sensit modestia.

13 *In tempore visitationis*] *Visitationis* redundat juxta Græcos codices. Tantum est ἐν καιρῷ. Nam ἐν καιρῷ perinde sonat, ac si dicas, *suo tempore*, sive *quum est opportunum.* Neque enim est χρόνῳ, quod *spatium* sive *speciem temporis* significat, quum καιρὸς significet *opportunitatem*: Spatium est, quum dicimus triennium, species, quum dicimus hyeme, aut æstate: καιρὸς est, quum dicimus, ante diem, sero. Et quoniam quidam ambigunt num *humiliare* sit Latina vox, verti poterat, *Submittite vos sub potentem manum Dei.* Sic enim habent Græca, ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα.

14 *Quærens quem devoret*] ζητῶν τινὰ καταπιεῖν, id est, *quærens aliquem devorare.* In aliis rursum habebatur, ζητῶν τίνα καταπίῃ, quemadmodum legit Interpres. Interpres, quem sequitur Augustinus, legisse videtur ζητῶν τί. Sic enim adducit hunc locum Homilia ex quinquaginta tricesima quinta, *Adversarius vester Diabolus, tanquam leo rugiens, aliquid devorare quærens, circuit.* Verum haud scio, num id acciderit vitio Librariorum: nam ejusdem operis Homilia XLVI. legit, *aliquem devorare quærens.* Quanquam ad eumdem modum adducit Cyprianus in libello *de zelo & livore, & aliquid devorare quærens*, ut appareat variasse codices & Græcos & Latinos.

15 *Resistite fortes*] στερεοὶ, id est, *firmi*, & *solidi.*

16 *Eamdem passionem*] τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων, id est, *easdem passiones*, seu magis *afflictiones.*

17 *Fraternitati fieri*] ἐπιτελεῖσθαι, id est, *perfici.*

18 *Perficiet, confirmabit, solidabit*] Græce est, αὐτὸς καταρτίσαι ὑμᾶς, στηρίξει, σθενώσει, θεμελιώσει, id est, *ipse perficiat vos, fultura, confirmatione, fundatione.* Quanquam equidem non ignoro, hæc tria posse pro verbis accipi, futuri temporis, *fulciet, confirmabit, fundabit.* In nonnullorum Græcorum exemplaribus hæc erant infinita, στηρίξαι, σθενῶσαι, θεμελιῶσαι, id est, *confirmet, corroboret, fundet.*

19 *Per Sylvanum*] Anceps est sermo, utrum Sylvanus jussu Petri scripserit, an Sylvano tradiderit perferendam Epistolam.

20 *Breviter scripsi*] δι' ὀλίγων ἔγραψα, id est, *paucis scripsi.*

21 *In Babylone collecta*] ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, id est, *quæ in Babylone est simul electa*, hoc est, *consors electionis vestræ.* Atque ita ferme adducit Hieronymus in *Catalogo Scriptorum illustrium* in Marco. Quanquam illic nec Latina Hieronymi, nec Græca Sophronii carebant omnino mendis. Beda hunc enarrans locum, legit *coëlecta*, quod Scriba depravavit in *collecta.* In duobus vetustissimis exemplaribus Donatiani scriptum erat *conelecta.* Sunt qui *Babylonem* hic interpretentur *Romam*, quod mihi sane non usquequaque probatur. Magis arbitror Petrum id temporis vere Babylone vixisse. Sed Papias citante Eusebio indicavit Petrum *Babylonis* nomine designasse *Romam.* Verum idem Eusebius Papiæ auctoritatem alias rejicit, quod quædam velut ab Apostolis audita commemoret, non audet dicere quæ non audierat, sed quæ non intellexerat, malens ingenium illi adimere quam fidem. Id si quis non credit, legat libri tertii caput ultimum, ubi pronunciat ingenue ex Papiæ opusculis, quæ conscripsit, liquere, ipsum fuisse exigui ingenii virum, minusque capacis, cujus imperitia dederit ansam errori Chiliastarum. Neque vero me fugit divum Hieronymum Papiam sequutum in Epistola quadam *Babylonis* nomine designasse *Romam*, sed stomacho suo servientem, quod illic indignis modis esset acceptus. Verum quid potuit esse causæ cur Beatus Petrus *Babylonem* dicere maluerit, quam *Romam?* An quod Romæ colerentur idola? Hoc tum temporis nusquam non fiebat, excepta Judæorum regione. An noluit sciri ubi ageret, quum hanc scriberet Epistolam? Nam quum scribat Judæis per omnes nationes dispersis, qui poterant illi procul semoti divinare, quod ex urbe Roma scriberet, quum legerent *Babylonis* titulum? Adde quod nihil in hac continetur Epistola, quod possit Romanos offendere, nisi forte quod illic fuerint aliqui, qui fidem Evangelicam amplecterentur. At unde hæc tanta timiditas Apostolorum principi? Simili ratione non oportuit nominare tot regiones in salutatione, in quibus prodit esse Christianos. Frivolum vero est, quod quidam cavillantur, vacillare principatum Romanæ sedis, si Petrus hanc Epistolam scripsit Babylone, quasi fieri non potuerit, ut Petrus hæc scribens egerit Babylone, ac postea Romæ sederit. Neque dissimile veri est, quod tradit Ecclesiastica Historia, Petrum in his regionibus prædicasse Evangelium, quas in præfatione nominat. Itaque fieri potuit, ut Babylone tum agens per Epistolam confirmarit quos instituerat, ad consolandos autem illos & illud addens, in Babylone quoque esse qui Dei verbum recepissent. Neque constat quo tempore scripserit hanc Epistolam. Etenim quod seniores alloquens se conseniorem appellat, non arguit Petri senectutem. Seniores enim appellat episcopos & pastores, quibus sese pro sua modestia æquat. In secunda vero Epistola declarat se jam esse morti vicinum: proinde nihil vetat quo minus credamus, priorem Epistolam fuisse scriptam antequam veniret Romam. Quod si primatus Romanæ sedis sumitur a loco, constat Petrum prius sedisse Antiochiæ, & notum est

14 Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἀγάπης. Εἰρήνη ὑμῖν πᾶσι τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΕΤΡΟΥ Α.

ΤΕΛΟΣ.

Salutate vos mutuo 22 charitatis osculo. 23 Pax vobis omnibus, qui estis in Christo Jesu. Amen. 14

EPISTOLÆ PETRI I.

FINIS.

est Pontificiam sedem aliquoties ab urbe fuisse translatam, velut a Joanne XXIII. translata est Lugdunum, ubi mansit LXXIV. annis. Hujusmodi næniis non onerarem Lectorem, ni perpelleret calumniatorum improbitas.

22 *In osculo sancto*] ἐν φιλήματι ἀγάπης, id est, *in osculo charitatis.*

23 *Gratia vobis omnibus*] Εἰρήνη ὑμῖν, id est, *Pax vobis.* Attamen Beda *gratiam* interpretatur.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM PETRI I.
PER
DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM,
FINIS.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

τῆς δευτέρας καθολικῆς Ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου

ΠΕΤΡΟΥ.

Ταύτην πάλιν ὁ αὐτὸς Πέτρος ἐπιστέλλει τοῖς ἤδη πιστεύσασιν. Ἔστι δὲ ἡ Ἐπιστολὴ, ὑπόμνησις τῶν πρώτων· εἰδὼς γὰρ ταχεῖαν ἑαυτοῦ ἔσεσθαι τὴν ἀνάλυσιν τοῦ σώματος, ἐσπούδασε πάντας ὑπομνῆσαι, περὶ ὧν κατηχήθησαν, τὴν διδασκαλίαν. Καὶ πρῶτον δείκνυσιν ἀπὸ τῶν Προφητῶν αὐτὴν εὐαγγελισθεῖσαν, καὶ ὅτι αἱ προφητίαι, αἱ περὶ τοῦ Σωτῆρος, οὐκ εἰσὶν ἀνθρώπιναι, ἀλλὰ περὶ Θεοῦ ἐλαλήθησαν. Ἔπειτα παραγγέλλει μὴ προσέχειν τοῖς ἀπατῶσι, λέγων ἔσεσθαι αὐτῶν ἀπώλειαν, ὥσπερ καὶ τῶν παραβάντων ἀγγέλων γέγονε. Προμηνύει δὲ ἐν τῇ Ἐπιστολῇ ἡμέρας ἔσεσθαι, ἐν αἷς ἐμπαῖκται περιπατήσουσι, καὶ θελήσουσιν ἀπατᾷν τινὰς, λέγοντες, μάτην λέγεσθαι παρ' ἡμῶν τὴν παρουσίαν τοῦ Σωτῆρος, διὰ τὸ ἀεὶ λέγεσθαι, καὶ μήπω παραγενέσθαι. Ἀπὸ τούτων οὖν καὶ μάλιστα ἀπέχεσθαι παραγγέλλει, διδάσκων μὴ ὀλιγωρεῖν ἐν τοῖς χρόνοις· πάντα γὰρ τὸν χρόνον μηδὲν εἶναι ἐνώπιον Κυρίου, διὰ τὸ καὶ τὴν μίαν ἡμέραν ὡς χίλια ἔτη εἶναι, καὶ τὰ χίλια ἔτη ὡς ἡμέραν μίαν. Ἔσεσθαι δὲ ταχέως τὴν ἡμέραν Κυρίου διαβεβαιοῦται καὶ ἀποδείκνυσι, καὶ ἐντέλλεται ἑτοίμους εἶναι πάντας εἰς αὐτὴν, ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς, καὶ ἀγαπᾷν τὰ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου Παύλου γραφέντα, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς διαβάλλουσιν αὐτὰ, διὰ τὸ καὶ πάσας τὰς θείας γραφὰς διαβάλλειν αὐτούς. Ὑπομνήσας οὖν καὶ διδάξας πάντας προειδέναι τὰ πράγματα, παραινεῖ μὴ ἐκπίπτειν τοῦ σκοποῦ τῆς πίστεως, καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

IN EPISTOLAM PETRI II.

Argumentum per

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

Hanc, ut apparet, scripsit admodum senex, & jam morti vicinus, quandoquidem de obitu suo meminit. Scribit autem promiscue Christianis omnibus, adhortans ad vitæ puritatem, & Veterum exemplis ac terrore judicii extremi deterrens a turpibus, vehementer insectans eos qui simplicium animos perversa doctrina corrumperent, negantes adventurum Christum.

EPISTOLA PETRI

APOSTOLI SECUNDA.

I. 1 ΣΥΜΕΩΝ Πέτρος δοῦλος καὶ Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῖς ἰσότιμον ἡμῖν λαχοῦσι πίστιν ἐν δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ 2 Χριστοῦ· Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη ἐν ἐπιγνώ3 σει τοῦ Θεοῦ καὶ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, Ὡς πάντα

1 SYMEON Petrus servus & Apostolus Jesu Christi, iis qui 2 æque pretiosam nobiscum sortiti sunt fidem per justitiam 3 Dei nostri & Servatoris Jesu Christi: Gratia vobis 4 & pax multiplicetur per agnitionem Dei & Jesu Domini nostri, 5 Sicut ejus divina I. 1 2 3

1 SIMON *Petrus*] Συμεὼν, id est, *Symeon*, quanquam ea vox Græcis varie pronunciatur.

2 *Coæqualem*] ἰσότιμον, id est, *parem*, *æqualem*, sive *ejusdem pretii*: nam hinc Græca vox composita est.

3 *Dei nostri & Salvatoris Jesu Christi*] Si conjunctim legas, intelligetur Christus & Deus & Servator dictus Petro. Sin divisim, *Dei* pertinebit ad Patrem, *Servatoris* ad Christum.

4 *Et pax impleatur*] Notat hoc Beda, quod in priore Epistola optarit multiplicari pacem, hic optat adimpleri. Græcis est idem verbum.

5 *Quomodo omnia* &c.] Græca paulo secus habent, quam Latina, Ὡς πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ, τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέ-

τα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτῦ, τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης, διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τῦ 4 καλέσαντος ἡμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς, Δι' ὧν τὰ τίμια ἡμῖν καὶ μέγιστα ἐπαγγέλματα δεδώρηται, ἵνα διὰ τύτων γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως, ἀ- 5 ποφυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς. Καὶ αὐτὸ τῦτο δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες, ἐπι- χορηγήσατε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετὴν, ἐν δὲ 6 τῇ ἀρετῇ τὴν γνῶσιν, Ἐν δὲ τῇ γνώσει τὴν ἐγκράτειαν, ἐν δὲ τῇ ἐγκρατείᾳ τὴν ὑπομονὴν, ἐν 7 δὲ τῇ ὑπομονῇ τὴν εὐσέβειαν, Ἐν δὲ τῇ εὐσεβείᾳ τὴν φιλαδελφίαν, ἐν δὲ τῇ φιλαδελφίᾳ τὴν ἀγά- 8 πην. Ταῦτα γὰρ ὑμῖν ὑπάρχοντα καὶ πλεονάζον- τα, ὐκ ἀργὺς ὐδὲ ἀκάρπυς καθίστησιν εἰς τὴν τῦ 9 Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῦ ἐπίγνωσιν. Ὧ γὰρ μὴ πά- ρεςι ταῦτα, τυφλός ἐςι, μυωπάζων, λήθην λαβὼν 10 τῦ καθαρισμῦ τῶν πάλαι αὐτῦ ἁμαρτιῶν. Διὸ μᾶλ- λον, ἀδελφοὶ, σπυδάσατε βεβαίαν ὑμῶν τὴν κλῆ- σιν καὶ ἐκλογὴν ποιεῖσθαι· ταῦτα γὰρ ποιῦντες, ὐ 11 μὴ πταίσητέ ποτε. Οὕτως γὰρ πλυσίως ἐπιχορηγη- θήσεται ὑμῖν ἡ εἴσοδος εἰς τὴν αἰώνιον βασιλείαν τῦ 12 Κυρίου ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησῦ Χριςῦ. Διὸ ὐκ ἀ- μελήσω, ὑμᾶς ἀεὶ ὑπομιμνήσκειν περὶ τύτων, καί- περ εἰδότας, καὶ ἐςηριγμένους ἐν τῇ παρύσῃ ἀ- 13 ληθείᾳ. Δίκαιον δὲ ἡγῦμαι, ἐφ' ὅσον εἰμὶ ἐν τύτῳ τῷ σκηνώματι, διεγείρειν ὑμᾶς ἐν ὑπομνή- 14 σει, Εἰδὼς, ὅτι ταχινή ἐςιν ἡ ἀπόθεσις τῦ σκηνώ- ματός μυ· καθὼς καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησῦς Χριςὸς 15 ἐδήλωσέ μοι. Σπυδάσω δὲ καὶ ἑκάςοτε ἔχειν ὑμᾶς μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον τὴν τύτων μνήμην ποιεῖσθαι. 16 Οὐ γὰρ σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολυθήσαντες ἐγνω- ρίσαμεν ὑμῖν τὴν τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῦ δύνα- μιν

A divina virtus omnia nobis largita est, quæ ad vitam ac pietatem pertinent, per agnitionem ejus qui vocavit nos 6 per gloriam & virtutem, 7 Per quæ pretiosa 4 nobis ac maxima promissa 8 donata sunt, 9 ut per hæc efficeremini divinæ consortes naturæ, 10 si refugeritis a corruptione quæ est in mundo 11 per concupiscentiam. 12 Sed in hoc ipsum omni adhibito studio, sub- 5 ministrate 13 in fide vestra virtutem, in virtute vero scientiam, 14 In scientia vero temperantiam, in tem- 6 perantia vero patientiam, rursus in patientia pietatem, In pietate autem 15 fraternam charitatem, in 7 fraterna vero charitate dilectionem. Hæc enim quum 8 B vobis 16 adsint & exuberent, haud otiosos nec in irritum laborantes efficiunt ad Domini nostri Jesu Christi cognitionem. Nam cui non adsunt hæc, is 9 cæcus est, 17 & manu viam tentans, oblitus sese a veteribus peccatis suis fuisse purgatum. Quapropter, fra- 10 tres, 18 potius operam date, 19 ut vocationem & electionem vestram firmam efficiatis: hæc enim si feceritis, non labemini unquam. Siquidem ad hunc mo- 11 dum abunde subministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri & Servatoris Jesu Christi. 20 Quapropter haud negligam, vos semper com- 12 C monere de his, 21 tametsi sciatis, & confirmati sitis 22 in præsenti veritate. Attamen justum arbitror, 13 quandiu sum in hoc tabernaculo, excitare vos per commonitionem, Quum sciam brevi futurum, ut de- 14 ponam hoc tabernaculum meum: quemadmodum & Dominus noster Jesus Christus significavit mihi. Quin 15 & dabo 23 semper operam, ut vos 24 post exitum meum 25 horum mentionem facere possitis. 26 Non 16 enim arte compositas fabulas sequuti, notam vobis fecimus

εὐσέβειαν δεδωρημένης, id est, *Ut ejus divina virtus omnia nobis largita est, quæ ad vitam ac pietatem pertinent*. Et mox, *per agnitionem* aptius erat quam *cognitionem*, ἐπιγνώσεως. Porro δεδωρημένης potest esse genitivus absolute positus, & potest referri ad ἐπιγνώσει, ut hic sit sensus, Per agnitionem Dei & Christi Jesu Domini nostri, utpote divina illius potestate omnia nobis largita D quæ ad salutem pertinent. Perperam quidam initium novæ sententiæ faciunt a dictione *quemadmodum*, quum hæc pendeant ex superioribus, Sic impleatur gratia Dei ut ab eo data sunt omnia. Beda secus distinguit, sed hoc modo, *quemadmodum* non habet ad quod respondeat. Idem admonet in Latinis codicibus duplicem fuisse lectionem; in quibusdam scriptum fuisse, *quæ ad vitam & pietatem donata est*: in aliis, *quæ ad vitam & pietatem donata sunt*.

6 *Propria gloria & virtute*] διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς, id est, *per gloriam & virtutem*. Hoc loco Lector admonendus est, *virtutem* non esse δύναμιν, quam frequenter alias legit, sed ἀρετὴν, quæ opponitur vitio. Hoc admonere visum est, quod Beda pro *virtute* interpretatur δύναμιν. Id perspicuum est ex illius verbis: *Quin potius infirmos & inglorios cernens sua nos virtute recuperavit & gloria*. Sentit autem Petrus, quum nos essemus obstricti vitiis, Deum nobis impartisse suam justitiam, quum essemus abjecti, contulisse nobis suam gloriam.

7 *Per quem maxima & pretiosa*] Δι' ὧν τὰ τίμια ἡμῖν καὶ μέγιστα ἐπαγγέλματα, id est, *Per quæ pretiosa nobis & maxima* E *promissa*. Quanquam sermo Græcus nonnihil habet ambiguitatis, quod articulus ὧν referri potest ad gloriam & virtutem, sive quod paulo superius præcessit *omnia*.

8 *Donavit*] δεδώρηται, id est, *donata sunt*.

9 *Ut per hoc*] ἵνα διὰ τύτων, id est, *ut per hæc*. Consentit uterque codex Donatiani.

10 *Fugientes*] ἀποφυγόντες, id est, *aufugientes*, vel potius, *si refugeritis*. Est enim præteriti temporis.

11 *Concupiscentia*] ἐν ἐπιθυμίᾳ, id est, *in concupiscentia*.

12 *Vos autem curam omnem*] Καὶ αὐτὸ τῦτο δὲ σπυδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες ἐπιχορηγήσατε, id est, *Et in hoc ipsum autem curam omnem conferentes ministrate*. Cæterum præpositionem additam non expressit Interpres, παρεισενέγκαντες, id est, *obiter* sive *præterea inferentes*, ut nostra cura accedat ad donum de quo dixit. Item ἐπιχορηγήσατε, id est, *insuper suppeditate*: & hoc accessionem quamdam sonat.

F 13 *In fide vestra virtutem*] Non est δύναμιν, quod *potentiam* aut *miraculum* sonat, sed ἀρετὴν, quod bonitatem morum quæ fidem comitatur. Annotavit hoc & Beda.

14 *In scientia abstinentiam*] ἐγκράτειαν, id est, *temperantiam*.

15 *Amorem fraternitatis*] φιλαδελφίαν, id est, *fraternum amorem*, quod jam sæpius admonui. Porro quod fraternæ charitati subjicit ἀγάπην, hoc est, *dilectionem*, aut bis idem dixit, aut veluti generalius ac latius addidit: ut φιλαδελφίαν referatur ad mutuum amorem Christianorum inter se, quandoquidem hos fratres appellant Apostoli: dilectio ad universos, etiam Ethnicos: aut vehementius quiddam est ἀγάπη quam φιλία: aut φιλαδελφία ad affectum refertur, ἀγάπη ad exsecutionem. Sed media sententia mihi magis arridet.

16 *Adsint & superent*] Cum sit πλεονάζοντα, non potest habere locum quod hic adscribit Beda, si adversus bella vitiorum potiore virtute prævaluerint. Neque enim *superare* transitivum est hoc loco, sed neutrum, idem pollens quod *abundare*. Laurentius offenditur inelegantia sermonis, *si vobiscum adsit*. Verum hoc non Interpretis, sed Scribæ culpa commissum est. *Hæc enim vobis quum adsint & superent*: deinde Lector parum attentus, reperiens conjunctim scriptum *vobiscum*, putans aliquid deesse addidit *si*. Quum hoc divinassem, reperi germanam lectionem in utroque Constantiensi. Quod hic dicit *adsint*, Græce est ὑπάρχοντα, quod sonat *suppetentia*. Suppetit autem quod ad usum satis est. Id verbum quoniam frugalius videbatur, corrigens addit πλεονάζοντα, abundantiæ vocem. Nam mox est πάρεστι, quod eleganter sane vertit, *præsto sunt*.

17 *Et manu tentans*] μυωπάζων. Certum est dictionem esse compositam. Videtur autem deducta metaphora a muribus, qui parietem, aut tabulam, aut si quid aliud obvium fuerit, sequi solent, donec cavum nacti fuerint. Quanquam legitur μύωψ, & muscæ genus, oculos boum infestans, unde dictum videri possit verbum μυωπάζειν. Adjecit autem hoc Apostolus, ut profundam cæcitatem exprimeret. Nam lusciosi magna corpora vident, ut ductu manuum non sit opus.

18 *Magis satagite*] σπυδάσατε, id est, *date operam*, sive *studete*. Nec est, *satagite magis*, sed *magis fratres satagite*, ut *magis* sit corrigentis, non augentis: quasi dicas, Potius satagite, potiusquam hæc vobis desint date operam ut assequamini. Et hoc sane loco malim *date operam*, aut *adnitamini*, quam *satagite*.

E 19 *Ut per bona opera*] *Per bona opera*, apud Græcos non reperio additum. *Certam vestram vocationem*, βεβαίαν, id est, *firmam*, sive *ratam*. Melius autem *vestri*, quam *vestram*.

20 *Propter quod incipiam*] Longe aliud est Græce, ὐκ ἀμελήσω, id est, *non negligam*, sive *non omittam*: etiamsi Beda legit & interpretatur *incipiam*. Quid quod ipse sermo præ se fert absurditatem. Quis enim dicitur semper incipere, quod assidue facit? Fortassis Interpres, si tamen hoc vertit, respexit ad μελλήσω, duplicemque negationem vertit in affirmationem. Et haud scio an ille legerit ὐ μελλήσω, id est, *non cunctabor*.

21 *Equidem scientes*] καίπερ, id est, *licet*, sive *quanquam*. Sic enim mitigat admonitionem.

22 *In præsenti veritate*] Lyranus indicat in nonnullis codicibus hic addi *volo*, & omnino supplendum esse, non animadvertens accusativum casum pendere a verbo quod præcessit, *commonefacere*, quum dicimus, *admonebo te licet memorem*.

F 23 *Frequenter*] ἑκάστοτε, id est, *semper*, hoc est, Non desinam quoad vivam.

24 *Post obitum*] ἔξοδον, id est, *exitum*, meminerat enim *tabernaculi*.

25 *Ut horum omnium*] *Omnium* redundat. Nec addebatur in utroque codice Donatiani. Cui suffragabantur tres vetustissimi codices, qui mihi aderant in Editione quarta. Est autem perturbatior aliquanto, & ob id obscurior hujus sermonis contextus. Sic enim Græca componi poterant, Σπυδάσω δὲ καὶ ἑκάστοτε, ἔχειν ὑμᾶς ποιεῖσθαι μνήμην τύτων μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον, id est, *Quinetiam semper operam dabo, quo possitis horum mentionem facere post exitum meum*. Nam ἔχειν hoc loco positum est pro *posse*, & refertur ad verbum infinitum ποιεῖσθαι. Est autem idem verbum quod paulo superius vertit *satagite*.

26 *Non enim indoctas fabulas*] σεσοφισμένοις μύθοις, id est, *arte confictas fabulas*. Atque haud scio, an Interpres verterit, *doctas fabulas*, quas Petrus opponit simplici rusticanæque veritati. Tales erant olim Philosophorum argutæ magis quam salubres dis- pu-

μιν καὶ παρυσίαν, ἀλλ᾽ ἐπόπται γενηθέντες τῆς 17 ἐκείνυ μεγαλειότητος. Λαϐὼν γὰρ παρὰ Θεῦ Πατρὸς τιμὴν καὶ δόξαν, φωνῆς ἐνεχθείσης αὐτῷ τοιᾶς δὲ ὑπὸ τῆς μεγαλοπρεπῦς δόξης, Οὗτός ἐϛιν ὁ υἱός 18 μυ ὁ ἀγαπητὸς, εἰς ὃν ἐγὼ εὐδόκησα. Καὶ ταύτην τὴν φωνὴν ἡμεῖς ἠκύσαμεν ἐξ ὐρανῦ ἐνεχθεῖ- 19 σαν, σὺν αὐτῷ ὄντες ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ. Καὶ ἔχομεν βεϐαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον, ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως ὗ ἡμέρα διαυγάσῃ, καὶ φωσφό- 20 ρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Τῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι πᾶσα προφητεία γραφῆς, ἰδίας 21 ἐπιλύσεως ὐ γίνεται. Οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπυ ἠνέχθη ποτὲ προφητεία, ἀλλ᾽ ὑπὸ Πνεύματος ἁγίυ

II. 1 φερόμενοι, ἐλάλησαν οἱ ἅγιοι Θεῦ ἄνθρωποι. Ἐγένοντο δὲ καὶ ψευδοπροφῆται ἐν τῷ λαῷ, ὡς καὶ ἐν ὑμῖν ἔσονται ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξυσιν αἱρέσεις ἀπωλείας, καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτὺς δεσπότην ἀρνύμενοι, ἐπάγοντες ἑαυτοῖς τα- 2 χινὴν ἀπώλειαν· Καὶ πολλοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς ἀπωλείαις, δι᾽ ὓς ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθείας 3 βλασφημηθήσεται, Καὶ ἐν πλεονεξίᾳ πλαϛοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται, οἷς τὸ κρῖμα ἔκπαλαι 4 ὐκ ἀργεῖ, καὶ ἡ ἀπώλεια αὐτῶν ὐ νυϛάζει. Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων ὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφυ ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν 5 τετηρημένυς, Καὶ ἀρχαίυ κόσμυ ὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ ὄγδοον Νῶε δικαιοσύνης κήρυκα ἐφύλαξε, κατακλυσμὸν 6 κόσμῳ ἀσεϐῶν ἐπάξας, Καὶ πόλεις Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας τεφρώσας καταϛροφῇ κατέκρινεν, ὑπόδει- 7 γμα μελλόντων ἀσεϐεῖν τεθεικὼς, Καὶ δίκαιον Λὼτ, καταπονούμενον ὑπὸ τῆς τῶν ἀθέσμων ἐν ἀ- 8 σελγείᾳ ἀναϛροφῆς, ἐῤῥύσατο. Βλέμματι γὰρ καὶ ἀκοῇ ὁ δίκαιος, ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐϐασάνιζεν.

Alias κήρυγμα.

A cimus Domini nostri Jesu Christi 27 virtutem & adventum, sed qui oculis nostris adspeximus 28 illius majestatem. Acceperat enim a Deo Patre honorem 17 & gloriam, voce ad illum delata hujusmodi a magnifica gloria, Hic est ille filius meus dilectus, 29 in quo mihi complacitum est. Et hanc vocem nos audivi- 18 mus e cœlo delatam, quum essemus una cum illo in monte sancto. 30 Et habemus firmiorem sermonem 19 propheticum, cui dum attenditis, ceu lucernæ apparenti in obscuro loco, recte facitis, donec dies illucescat, & lucifer exoriatur in cordibus vestris. Si il- 20 lud prius noveritis, quod omnis prophetica scriptura non sit 31 privatæ interpretationis. Non enim vo- 21 luntate hominis allata est olim prophetia, 32 sed a Spiritu sancto impulsi, loquuti sunt sancti Dei homines.

B Fuerunt autem & pseudoprophetæ in populo, quem- 1 II. admodum & inter vos erunt falsi doctores, qui clam inducent sectas perniciosas, 1 etiam Dominum, qui illos mercatus est, abnegantes, accersentes sibiipsis celerem interitum: Et plerique sequentur 2 illorum exi- 2 tia, per quos via veritatis maledictis afficietur, Et per 3 avaritiam factitiis sermonibus 3 de vobis negotiabuntur, quibus judicium jam olim 4 non tardat, & perditio illorum non dormitat. 5 Nam si Deus angelis qui 4 peccaverant non pepercit, 6 sed catenis noctis 7 in tartarum præcipitatos tradidit 8 servatos in judicium, Et 9 prisco mundo non pepercit, sed octavum 10 ju- 5 C stitiæ præconem Noe 11 servavit, diluvio in mundum impiorum inducto, Et civitates Sodomorum ac Go- 6 morrhæ in cinerem redactas subversione condemnavit, eosque fecit 12 exemplum iis qui impie forent acturi, Et justum Lot, qui opprimebatur 13 a nefa- 7 riis per libidinosam conversationem, eripuit. 14 Is enim 8 oculis & auribus justus, quum habitaret inter illos, quotidie animam justam iniquis illorum factis excruciabat.

putationes, & hodie nonnullæ Theologorum altercationes. Certe Beda *doctus* legit, non *indoctas*. In codice Constantiensi vetustiore manebat incorrupta scriptura, in altero inerat rasum.

27 *Virtutem & præscientiam*] δύναμιν καὶ παρυσίαν, id est, *virtutem*, sive *potentiam*, *& adventum*. Nam ita frequenter vertit παρυσίαν. Apparet autem scriptum fuisse *præsentiam*: nam sic quoque nonnunquam vertit παρυσίαν, deinde vitio Scribæ mutatum D fuisse *præscientiam*. Et tamen ex illius dormitantia magni Theologi, quorum de numero est Lyranus, mysterium ingens parturiunt. Non quod illos insecter, qui quod potuerunt præstiterunt, sed quod miserandos existimem, qui coacti sint tractare Sacras Litteras, non satis instructi litteris, sine quibus, ut dignum est, illæ tractari non queunt. In codice Donatiani vetustiore meliorisque fidei scriptum erat *præsentiam*. Et huic suffragabantur exemplaria vetusta. Nam Petrus idem hoc dicit quod alicubi Paulus, se non prædicasse Christi adventum sapientia verbi, sed virtute spiritus.

28 *illius magnitudinis*] *Illius* hic masculini generis est, & refertur ad Deum, non ad magnitudinem.

29 *In quo mihi complacui*] Quum hîc profiteatur se fuisse unum, qui in monte audiere transfigurato Domino Patris vocem, mirum est aliquos dubitasse an hæc Epistola esset Petri. Necesse est enim, si Petri non est, Joannis aut Jacobi esse, aut eam vocem E alias in monte proditam, aut aliquem sibi falso usurpasse titulum Petri, quorum illa non sunt verisimilia, postremum autem etiam vehementer absurdum. Et tamen Veteres, qui de hujus Epistolæ auctore dubitabant, non ignorabant hoc in hac Epistola scriptum esse. Illud constat evidens esse stili discrimen inter hanc & priorem.

30 *Et habemus firmiorem*] Καὶ ἔχομεν βεϐαιότερον. Hoc loco vehementer sudant recentiores, quomodo explicare possint quod Petrus dixit Prophetarum sermonem firmiorem quam suum aut Patris. Verum Græcis mos est, subinde comparativum pro positivo usurpare. Id sensisse videtur Augustinus, Homilia ex quinquaginta trigesima secunda locum hunc adducens, nihil offensus comparativo *certiorem*: sic enim ille legit, pro *firmiorem*. Deinde non simpliciter dixit Prophetarum sermonem firmiorem, sed jam factum certiorem, attestante dictis illorum voce Patris. Postre- F mo Pater ipse quodammodo Filii sui propheta fuit, ac præco, prædicens palam omnia sibi placitura, quæ ille dicturus aut facturus esset. Atque hic sermo propheticus firmior erat sermone Prophetarum, quos illi venerabantur: id quod Petrus non improbat, modo intelligant prophetias eas esse spiritualiter interpretandas, non more Judaïco. Atque hunc postremum sensum ego puto germanum esse Petri, haudquaquam tamen repugnaturus, si cui magis arridet Augustini commentum, de verbis Domini Sermone XXVII. annotantis propheticum sermonem certiorem dictum, non veriorem aut meliorem, quia poterant calumniatores vocem cœlo delatam magicis tribuere præstigiis, quod de sermone prophetico non poterant, qui tamen ante præcesserat.

31 *Propria interpretatione*] ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται, id est, *propriæ interpretationis non fit*. Græca vox dicta est a *solvendo*, quod convenit rebus intricatis: vel ab *adeundo*, quod magis congruit his quæ sequuntur. Non enim ipsi suapte voluntate aggressi sunt edere prophetias, sed impulsu Spiritus sunt aggressi.

32 *Spiritu sancto inspirati*] ὑπὸ Πνεύματος ἁγίυ φερόμενοι, id est, *a Spiritu sancto rapti*, sive *agitati*, sive *impulsi*.

1 *Et eum qui emit eos, Deum negant*] καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνύμενοι, id est, *& qui se mercatus est Dominum negantes*.

2 *Eorum luxurias*] ἀπωλείαις, id est, *exitia*, sive *perditiones*: D Interpres legisse videtur ἀσωτίαις, sive ἀσελγείαις. Tametsi Græca exemplaria, quæ sane viderim, consentiunt.

3 *De vobis negotiabuntur*] ὑμᾶς ἐμπορεύσονται, *vos cauponabuntur*, & *vobis ad quæstum abutentur*. Ut autem depinxit Petrus, quod hodie videmus, a plerisque Sacerdotibus nihil non ad quæstum trahi?

4 *Non cessat*] ὐκ ἀργεῖ, id est, *non tardat*. Id non animadvertens Beda interpretatur, *non cessat*, id est, *non desistit*.

5 *Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit*] Beda putat hîc hyperbaton esse, ac tandem reddi illic: *Novit Deus pios de tentatione eripere. Angelis peccantibus*, ἁμαρτησάντων, id est, *qui peccaverant*.

6 *Sed rudentibus*] σειραῖς, id est, *catenis*. *Rudentes* Interpres dixit ingentes funes ac nauticis similes. Augustinus alicubi pro *rudentibus* legit *carceribus*. *Rudentibus* Beda coacte interpretatur, cum Græca vox sonet *catenas*. Addit in nonnullis codicibus haberi pro *rudentibus*, *rugientibus*, quod utique rejecisset, si Græce no- E visset, & consuluisset Græcorum exemplaria. *Inferni*, ζόφυ, id est, *caliginis*. Quanquam ζόφος Græce significat *specum tartareum*, & *caliginem*, atque *solis occasum*.

7 *In tartarum tradidit*] ταρταρώσας παρέδωκεν, id est, *in tartarum detrusos tradidit vinculis*.

8 *Cruciandos in judicium*] εἰς κρίσιν τηρυμένυς, id est, *in judicium servatos*, sive *servandos*. Etiamsi nonnulli Græcorum codices habent τετηρημένυς, id est, *servatos*.

9 *Originali mundo*] ἀρχαίυ κόσμυ, id est, *antiquo mundo*: Sentit enim priscum mundum ac recens conditum.

10 *Justitiæ præconem*] Aldina Editio non κήρυκα habet, sed κήρυγμα, ut referatur ad hoc quod sequitur, ὑπόδειγμα.

11 *Custodivit*] ἐφύλαξεν, id est, *servavit*.

12 *Exemplum*] Non est hîc παράδειγμα, sed ὑπόδειγμα, ut intelligas exemplum non quod imiteris, sed quod admoneat quid F sit vitandum.

13 *A nefandorum injuria ac luxuriosa conversatione*] Græce est, ὑπὸ τῆς τῶν ἀθέσμων ἐν ἀσελγείᾳ ἀναϛροφῆς, id est, *ab iis qui per lascivam conversationem erant nefarii*.

14 *Adspectu enim & auditu*] Græca nonnihil dissident a Latinis, Βλέμματι γὰρ καὶ ἀκοῇ ὁ δίκαιος, ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐϐασάνιζεν, id est, *Adspectu enim & auditu justus, inhabitans inter illos, quotidie animam justam iniquis operibus excruciabat*, sive *explorabat*. Significat enim illum, cum oculos haberet sanctos & aures sanctas abhorrentes ab omni turpitudine, graviter discruciatum fuisse, quod vivens inter illos cogeretur quotidie videre & audire quæ nollet. Hunc locum Beda non attingit. Facilis quidem est depravatio inter ἐϐασάνιζεν & ἐϐασάνιζον. Verum ingens est Græcorum codicum consensus, & si legas *cruciabant*, reclamat Grammaticæ ratio, nisi nominativas voces accipias pro genitivis absolute, ὁ δίκαιος ἐγκατοικῶν, pro τοῦ δικαίυ ἐγκατοικοῦντος.

9 ζεν. Οἶδε Κύριος εὐσεβεῖς ἐκ πειρασμοῦ ῥύεσθαι, ἀδίκους δὲ εἰς ἡμέραν κρίσεως κολαζομένους τηρεῖν, 10 Μάλιστα δὲ τοὺς ὀπίσω σαρκὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ πορευομένους, καὶ κυριότητος καταφρονοῦντας, τολμηταὶ, αὐθάδεις, δόξας οὐ τρέμουσι βλασφημοῦντες. 11 Ὅπου ἄγγελοι, ἰσχύϊ καὶ δυνάμει μείζονες ὄντες, οὐ φέρουσι κατ᾽ αὐτῶν παρὰ Κυρίῳ βλάσφημον κρίσιν. 12 Οὗτοι δὲ ὡς ἄλογα ζῶα, φυσικὰ γεγεννημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθορὰν, ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται, 13 Κομιούμενοι μισθὸν ἀδικίας, ἡδονὴν ἡγούμενοι τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴν, σπῖλοι καὶ μῶμοι, ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, συνευωχούμενοι 14 ὑμῖν, Ὀφθαλμοὺς ἔχοντες μεστοὺς μοιχαλίδος, καὶ ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας, δελεάζοντες ψυχὰς ἀστηρίκτους, καρδίαν γεγυμνασμένην πλεονεξίαις ἔχοντες, 15 κατάρας τέκνα, Καταλιπόντες τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἐπλανήθησαν, ἐξακολουθήσαντες τῇ ὁδῷ τοῦ Βαλαὰμ τοῦ Βοσὸρ, ὃς μισθὸν ἀδικίας ἠγάπη-16 σεν, Ἔλεγξιν δὲ ἔσχεν ἰδίας παρανομίας· ὑποζύγιον ἄφωνον, ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμε-17 νον, ἐκώλυσε τὴν τοῦ Προφήτου παραφρονίαν. Οὗτοί εἰσι πηγαὶ ἄνυδροι, νεφέλαι ὑπὸ λαίλαπος ἐλαυνόμεναι, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶ-18 να τετήρηται. Ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγξάμενοι, δελεάζουσιν ἐν ἐπιθυμίαις σαρκὸς ἀσελγείαις, τοὺς ὄντως ἀποφυγόντας τοὺς ἐν πλάνῃ 19 ἀναστρεφομένους, Ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενοι, αὐτοὶ δοῦλοι ὑπάρχοντες τῆς φθορᾶς· ᾧ γάρ τις

ciabat. 15 Novit Dominus pios e tentatione eripere, 9 injustos autem in diem judicii 16 puniendos servare, 17 Maxime vero illos, qui carnem sequentes in con- 10 cupiscentia pollutionis ambulant, 18 ac dominationem contemnunt, audaces, 19 præfracti, 20 qui gloria præcellentes non verentur convitiis incessere. Quum 11 ipsi angeli, qui sunt robore ac virtute majores, 21 non ferunt adversus sese apud Dominum 22 maledicum judicium. At isti veluti 23 bruta animantia, natura 24 ge- 12 nita in capturam & in perniciem, in his quæ non intelligunt maledicentes in perditione sua peribunt, Reportantes mercedem injustitiæ, pro voluptate du- 13 centes, 25 si in diem deliciis fruantur, 26 labes ac maculæ, qui convivantes 27 in erroribus suis 28 insultant vobis, Oculos habentes 29 plenos adulteræ, & 30 qui 14 a peccando cessare nesciant, 31 inescantes animas instabiles, cor habentes exercitatum rapinis, exsecrabiles filii, Qui relicta recta via aberrarunt, sequuti viam 15 Balaam 32 filii Bosor, qui mercedem iniquitatis dilexit, Sed redargutus fuit 33 de sua iniquitate: animal 16 subjugale mutum, humana voce loquens, prohibuit Prophetæ dementiam. Isti sunt fontes aqua carentes, 17 nebulæ quæ 34 a procella feruntur, quibus caligo 35 tenebrarum in æternum servata est. 36 Siquidem ubi 18 vehementer fastuosa vanitatis verba sonuerint, 37 inescant homines per concupiscentias carnis voluptatibus, 38 eos qui vere aufugerant ab his qui in errore conversantur, Dum illis libertatem pollicentur, quum 19 ipsi servi sint corruptionis: siquidem a quo quis superatus

15 *Novit Deus*] Κύριος, id est, *Dominus*. Quanquam in his verbis subinde aliud pro alio usurpant Librarii.

16 *Servare cruciandos*] κολαζομένους. Ut intelligas illos interim puniri dum servantur. Interpres legisse videtur κολασθησομένους. Atque ita legisse videtur Origenes, qui putavit impios Dæmones non ante supremum judicii diem subjiciendos incendio. Pro Origenis opinione facit, quod in Evangelio clamant Dæmones, *Venisti ante tempus cruciare nos*. Verum hîc non proprie de Dæmonibus, sed de animabus impiorum agit.

17 *Magis autem eos*] Μάλιστα, id est, *Maxime*, nisi forte superlativum usurpatum est vice comparativi, quod crebro fit in πρῶτος.

18 *Dominationemque*] καὶ κυριότητος, id est, *& auctoritatem*, hoc est, legitima præditos potestate: κύριος enim sæpe dicitur non simpliciter *dominus*, sed qui pollet auctoritate, cuique jus est præscribendi.

19 *Sibi placentes*] αὐθάδεις, id est, *præfracti*, & quod vulgo dicunt, *sui sensus, suique capitis*.

20 *Sectas non metuunt*] δόξας οὐ τρέμουσι, id est, *opiniones non tremunt*. Quanquam hoc loco *tremunt* pro *metuunt* positum est. Mihi sane videtur longe alius esse sensus, quam Theologorum vulgus interpretatur, id quod cum omnium pace dixerim. Agit enim Petrus de præfractis & intractabilibus, qui non obtemperant præfectis suis & episcopis: quos αὐθάδεις appellat, & τολμητὰς, καὶ τῆς κυριότητος καταφρονοῦντας. Nec his contenti, non verentur etiam maledictis incessere viros gloria ac majestate præditos. Nam hos, ni fallor, δόξας appellat, quemadmodum paulo superius κυριότητας. Porro participium βλασφημοῦντες, juxta proprietatem Græcanici sermonis, infiniti verbi loco positum est: *non metuunt maledicentes*, pro eo quod erat, *non metuunt maledicere*. Videtur autem κυριότης minus quiddam esse, quam δόξα. Nam herus quilibet in servum habet κυριότητα, at non statim δόξαν. Princeps autem, aut Magistratus δόξαν habet, unde læsæ majestatis accersi solet, qui majestatem violarit. Utitur autem iisdem verbis & in eumdem sensum Judas in Epistola sua, κυριότητα δὲ ἀθετοῦσιν, δόξας δὲ βλασφημοῦσιν, id est, *dominationem vero spernunt, glorias autem blasphemant*. Jam illud verbum, *introducere*, scias esse subdititium, quum non sit nec in Græcis codicibus, nec in vetustis exemplaribus. Nam & in Constantiensi & Basileensi scriptum erat, *sectas non metuunt blasphemantes*, nec erat ullum inductionis aut rasuræ vestigium. Proinde Lector offensus absurditate sermonis Latini adjecit *introducere*.

21 *Non portant*] οὐ φέρουσι, id est, *non ferunt*. Mirum cur hîc placuerit *portandi* verbum. *Adversus se*. Post hæc verba addunt Græci, παρὰ Κυρίῳ, id est, *apud Dominum*.

22 *Exsecrabile judicium*] βλάσφημον κρίσιν, id est, *blasphemum judicium*, quasi abominandum & mali ominis. Videtur enim βλάσφημον usurpasse pro δύσφημον.

23 *Irrationabilia pecora*] ἄλογα ζῶα, id est, *muta animantia*, neque enim de ovibus tantum loquitur. Certe in Epistola Judæ vertit *animalia*: ἄλογον autem utrumque sonat, & *quod sermone caret*, & *quod rationis est expers*.

24 *Naturaliter*] γεγεννημένα, id est, *nata*. Quanquam mihi videtur illud γεγεννημένα apud Græcos additum loco scholii a quopiam qui voluerit interpretari, quid esset φυσικὰ, id alius in contextum transtulit: sic enim dixit, *naturalia ad captionem*, quemadmodum dicimus, *natus ad discendum*, pro eo quod est, natura compositus. Deinde *naturalia* aliquis vertit in *naturaliter*. Alioqui quæ sunt animalia non naturalia? An homo non est animal naturale? Cæterum *captio* non sonat hîc fraudem, sed servitutem. Nam est ἅλωσιν, non θήραν, quod est Psalmo CXXIII. *Et non dedit nos in captionem*. Rursus XXXIV. *Et captio quam abscondit*, ἡ θήρα.

Porro quod hic vertit *perniciem*, Græcis est φθορὰ, quæ vox & *exitium* declarat, & *perniciem*. Eamdem vocem mox vertit *corruptionem*.

25 *Diei delicias*] τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴν, id est, *diurnas delicias*. Admonet Beda quosdam ita distinguere, *Percipientes mercedem injustitiæ voluptatem*, ut fœda voluptas sit illis etiam supplicium, juxta illud, *tradidit illos in reprobum sensum*. At mavult sequi distinctionem, quam ait se reperisse in opusculis beati Gregorii Papæ. Atqui si prior lectio recipitur, *existimantes* non habet suum casum. Quod autem dixit τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴν, aut significat illos in diem vivere securos futuri, aut vult hoc turpiorem videri luxum illorum, quod etiam interdiu comessentur, quum juxta Paulum, *qui ebrii sunt, nocte ebrii sint*. Ac de libidinoso noctu, mane sobrio, dicit Prudentius, *Castumque nugator sapit*.

26 *Coinquinationis & maculæ*] σπῖλοι καὶ μῶμοι. Utrumque nominandi casu legendum est, non paterno. Nam ipsos homines *maculas* vocat & *inquinamenta*, quo sit oratio vehementior.

27 *In conviviis suis*] ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, id est, *in deceptionibus suis*. Interpres pro ἀπάταις legisse videtur ἀγάπαις. Porro cum Librarius non intelligeret *agapen*, quod Græce sonat *charitatem*, aliquoties usurpari pro convivio, suspicans locum esse mendosum, correxit ἀπάταις. Usus est eadem voce Judas in Epistola sua: qua de re nonnihil illic dicemus.

28 *Luxuriantes vobiscum*] συνευωχούμενοι ὑμῖν, id est, *convivantes vobiscum*. Quanquam potest ex his verbis alius elici sensus, ut dativus ὑμῖν referatur ad participium ἐντρυφῶντες, & συνευωχούμενοι ad illud ἐν ἀπάταις, ut hæc sit summa sententiæ, Insultantes vobis, ac male precantes in erroribus suis, dum inter se comessantur.

29 *Plenos adulterii*] μεστοὺς μοιχαλίδος, id est, *plenos adulteræ mulieris*, ut intelligas lascivos & impudentes. Cyprianus exponens Symbolum, legit *plenos mœchationibus*, si modo non fallit scriptura.

30 *Incessabiles delicti*] ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας, id est, *qui non possint cohiberi a peccando*.

31 *Pellicientes*] δελεάζοντες, id est, *inescantes*: nam δέλεαρ *esca*.

32 *Ex Bosor*] τοῦ Βοσὸρ, id est, *filium Bosor*.

33 *Sua vesania*] ἰδίας παρανομίας, id est, *propriæ iniquitatis*. Suspicor Interpretem legisse παροινίας, quæ vox sonat intemperantiam ex immodico potu.

34 *Turbinibus*] ὑπὸ λαίλαπος, id est, *a turbine*, sive *a procella*. *Exagitatæ*, ἐλαυνόμεναι, id est, *quæ feruntur*, sive *aguntur*, sive *impelluntur*.

35 *Tenebrarum reservatur*] εἰς αἰῶνα τετήρηται, id est, *in ævum servata est*.

36 *Superbia enim vanitatis*] Ὑπέρογκα γὰρ τῆς ματαιότητος φθεγξάμενοι. Arbitror Interpretem scripsisse *superba*, ut respondeat ad ὑπέρογκα, idque Librarii vitio mutatum in *superbia*. Atque hanc conjecturam non esse vanam indicat vetustior ille codex Donatiani, cui suffragabatur exemplar Constantiense. Verti poterat ad hunc modum, *Nam vehementer fastuosa vanitatis verba locuti, inescant in concupiscentiis carnis lasciviis*. Non abludit sensus ab illo Juvenalis,

------ *sed pejores, qui talia verbis*
Herculis invadunt, & de virtute locuti &c:

37 *Pelliciunt in desideriis*] δελεάζουσιν, id est, *inescant*. Recte tamen vertit Interpres. *Luxuriæ*, ἀσελγείαις, id est, *lasciviis*.

38 *Qui paululum effugiunt*] τοὺς ὄντως ἀποφυγόντας, id est, *qui vere aufugerunt*. Valla suspicatur Interpretem vertisse *plane*, idque depravatum in *paulum*. Mihi probabilius fit, pro ὄντως, Interpretis exemplar habuisse ὀλίγως, aut certe οὕτως. Nam hoc adverbium frequenter habet vim extenuandi, quod a Veteribus annotatum

20 τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται. Εἰ γὰρ ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου, ἐν ἐπιγνώσει τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τούτοις δὲ πάλιν ἐμπλακέντες ἡττῶνται, γέγονεν αὐτοῖς τὰ
21 ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων. Κρεῖττον γὰρ ἦν αὐτοῖς, μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, ἢ ἐπιγνοῦσιν, ἐπιστρέψαι ἐκ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁ-
22 γίας ἐντολῆς. Συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας, Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα,
III. 1 καὶ, Ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. Ταύτην ἤδη, ἀγαπητοὶ, δευτέραν ὑμῖν γράφω ἐπιστολὴν, ἐν αἷς διεγείρω ὑμῶν ἐν ὑπομνήσει τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν,
2 Μνησθῆναι τῶν προειρημένων ῥημάτων ὑπὸ τῶν ἁγίων Προφητῶν, καὶ τῆς τῶν Ἀποστόλων ἡμῶν ἐντολῆς,
3 τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος, Τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι ἐλεύσονται ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἰδίας αὐτῶν ἐπιθυμίας πορευόμε-
4 νοι, Καὶ λέγοντες, Ποῦ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία τῆς παρουσίας αὐτοῦ; ἀφ' ἧς γὰρ οἱ πατέρες ἐκοιμήθησαν,
5 πάντα οὕτως διαμένει ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως. Λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας, ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι καὶ γῆ, ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα τῷ
6 τοῦ Θεοῦ λόγῳ, Δι' ὧν ὁ τότε κόσμος ὕδατι κατακλυ-
7 σθεὶς ἀπώλετο. Οἱ δὲ νῦν οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ αὐτοῦ λόγῳ τεθησαυρισμένοι εἰσὶ, πυρὶ τηρούμενοι εἰς ἡμέραν
8 κρίσεως καὶ ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων. Ἓν δὲ τοῦτο μὴ λανθανέτω ὑμᾶς, ἀγαπητοὶ, ὅτι μία ἡμέρα παρὰ Κυρίῳ ὡς χίλια ἔτη, καὶ χίλια ἔτη ὡς
9 ἡμέρα μία. Οὐ βραδύνει ὁ Κύριος τῆς ἐπαγγελίας, ὥς τινες βραδύτητα ἡγοῦνται· ἀλλὰ μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς, μὴ βουλόμενός τινας ἀπολέσθαι, ἀλλὰ πάν-
10 τας εἰς μετάνοιαν χωρῆσαι. Ἥξει δὲ ἡ ἡμέρα Κυρίου, ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, ἐν ᾗ οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται, καὶ γῆ
11 καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται. Τούτων οὖν πάντων λυομένων, ποταποὺς δεῖ ὑπάρχειν ὑμᾶς ἐν ἁ-
12 γίαις ἀναστροφαῖς καὶ εὐσεβείαις, Προσδοκῶντας καὶ σπεύδοντας τὴν παρουσίαν τῆς τοῦ Θεοῦ ἡμέρας, δι' ἣν οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται, καὶ στοιχεῖα καυσούμενα
13 τήκεται. Καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ γῆν καινὴν κατὰ τὸ ἐπάγγελμα αὐτοῦ προσδοκῶμεν, ἐν οἷς δικαιοσύνη κατοι-

A peratus est, [39] huic etiam in servitutem est addictus.
20 Nam si postea quam refugerunt ab inquinamentis mundi, per agnitionem Domini & Servatoris Jesu Christi, tamen his rursum involuti superantur, [40] facta sunt illis postrema pejora primis.
21 Satius enim fuisset illis, [41] non cognovisse viam justitiæ, quam, ubi cognoverunt, converti ab eo, quod illis traditum fuit,
22 sancto præcepto. Verum accidit illis id quod vero proverbio dici solet, Canis reversus ad suum ipsius vomitum, &, Sus lota reversa [42] ad volutabrum cœni.
III. 1 [1] Hasce jam alteras vobis, charissimi, scribo litteras, [2] in quibus exstimulo vestram, [3] per commonitionem, B sinceram mentem,
2 Ut memores sitis [4] verborum, quæ prædicta sunt a sanctis Prophetis, & [5] mandati nostri, qui sumus Apostoli Domini & Servatoris,
3 Illud primum scientes, venturos in extremis diebus illusores, qui juxta proprias concupiscentias ambulent,
4 Et dicant, Ubi est pollicitatio adventus ejus? siquidem ex quo die patres obdormierunt, sic omnia
5 permanent [6] ab initio conditionis. [7] Nam illud volentes nesciunt, quod [8] cœli jam olim fuerint ac terra, ex aqua & per aquam consistens Dei sermone,
6 Per quæ [9] is qui tum erat mundus aqua inundatus periit.
7 C At qui nunc sunt cœli ac terra, ejusdem sermone repositi sunt, & servantur igni in diem judicii & perditionis impiorum hominum.
8 Unum autem hoc ne lateat vos, dilecti, quod unus dies apud Dominum perinde est ut mille anni, & mille anni ut dies unus.
9 Haud tardat Dominus qui promisit, quemadmodum nonnulli tarditatem existimant: verum [10] patiens est erga nos, dum non vult ullos perire, sed omnes [11] ad
10 pœnitentiam recipere. Veniet autem dies Domini, [12] sicut fur in nocte, quo cœli procellæ in morem transibunt, elementa vero æstuantia solventur, terraque
11 & quæ in ea sunt opera exurentur. [13] Quum igitur hæc omnia solvantur, quales oportet esse vos in san-
12 D ctis conversationibus ac pietatibus, Exspectantes & [14] accelerantes adventum diei Dei, [15] per quem cœli incensi solventur, & elementa [16] æstuantia liquescent.
13 Sed cœlos novos ac terram novam [17] juxta promissum illius exspectamus, [18] in quibus justitia inhabitat. Qua-

tum est. Evangelio Joannis, *Sedebat Jesus sic super puteum.* *Qui sic aufugerunt*, id est, qui utcunque aufugerunt. Constat enim Hieronymum legisse *paululum*, in libris adversus Jovinianum, quum ait, *ut qui paululum refugerint a peccatis, ad suum revertantur errorem.* Torquet autem locus hic & aliis scrupis. Etenim nostri codices hinc incipiunt novam sententiam, *Qui in errore conversantur:* ut accipiamus eos, qui pelliciunt alios ad luxum, in hoc errare, quod aliis libertatem pollicentur, quum ipsi sint servi turpitudinis. Verum hunc sensum nullo modo patitur sermo Græcus, qui sic habet, δελεάζουσιν ἐν ἐπιθυμίαις σαρκὸς ἀσελγείαις τοὺς ὄντως ἀποφυγόντας, τοὺς ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους. Etenim si hic sensus, quem nos sequimur, esset germanus, legendum erat, ἐν πλάνῃ ἀναστρεφόμενοι: nunc & casus participii, & additus articulus repudiat hanc interpretationem. Verum hoc sublato, manet alter scrupulus, utrum hæc particula, τοὺς ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους, pertineat ad pellicientes, an ad pellectos. Si ad pellectos, videtur deesse conjunctio, καὶ τοὺς ἐν πλάνῃ. Verum hoc erat tolerabile. Ego malim referri ad pellicientes, ut particula, τοὺς ἐν πλάνῃ, pendeat a participio ἀποφυγόντας, si modo patitur sibi jungi casum accusandi. Itaque sensus erit, Pelliciunt eos inescatos voluptate, qui vel paululum cœperint refugere ab ipsis, in hoc errantibus, quod ipsi servi turpitudinis pollicentur aliis libertatem. Porro quod hic vertit *corruptionis*, Græcis est φθορᾶς, quod ante verterat *perniciem*, hic Latinius erat *corruptela*.

39 *Hujus & servus est*] τούτῳ καὶ δεδούλωται, id est, *huic etiam in servitutem addictus est.*

40 *Facta sunt eis* &c.] τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων, id est, *postrema deteriora primis.*

41 *Non cognoscere*] μὴ ἐπεγνωκέναι, id est, *non cognovisse.*

42 *In volutabro luti*] εἰς κύλισμα βορβόρου, id est, *ad volutationem cœni*, ut subaudias *reversa*. Hieronymus in Epistola ad Furiam citat, *ad volutabrum.* Et Ambrosius ad Virginem devotam, *Velut sus lota iterum in volutationem.* Exemplar Constantiense vetustius tenebat vestigium germanæ lectionis, sed erasor ex *volutabrum* fecerat *volutabro*.

1 *Hanc ecce*] Ταύτην ἤδη, id est, *Hanc jam.* Interpres legisse videtur ἰδού.

2 *In quibus*] ἐν αἷς. Mirum est Laurentium non fuisse offensum hac sermonis forma, *Epistolam, in quibus.* Beda sensit aliquid, eoque scribit, *in quibus Epistolis*, sive, in eis ad quos scribit. Atqui hoc posterius non consistit, quum αἷς sit generis fœminini. Ad Epistolam igitur referendus articulus, sed reclamat numerus: is scrupulus facile discutitur. Etenim quum dicit, *alteram Epistolam*, duarum meminit: ἐν αἷς igitur ad utramque pertinet Epistolam, priorem ac posteriorem.

3 *In commonitione*] Nonnulli codices habebant, ἐν ἐπιγνώσει, id est, *in cognitione.*

4 *Quæ prædixi verborum*] τῶν προειρημένων ῥημάτων ὑπὸ τῶν ἁγίων Προφητῶν, id est, *prædictorum verborum*, sive *verborum quæ prædicta sunt a sanctis Prophetis.*

5 *Vestrorum præceptorum*] ἐντολῆς, id est, *præcepti*, numero singulari. Potest autem duplex esse sensus. Quanquam alter ab altero minimum devariat, *præcepti nostri qui sumus Apostoli Domini ac Servatoris:* ac *præcepti Domini & Servatoris, quod per nos illius Apostolos accepistis:* ut intelligas additum τοῦ Κυρίου, propter auctoritatem præcepti. Nam Apostolus alterius nomine refert quod refert. Obtestor conscientiam tuam Lector, quis ex hac versione percepturus erat mentem Scriptoris? *Ut memores sitis eorum quæ prædixi, verborum a sanctis Prophetis & Apostolorum vestrorum præceptorum Domini & Salvatoris. In deceptione*, apud Græcos non lego.

6 *Ab initio creaturæ*] κτίσεως, id est, *conditionis*, sive *creationis.*

7 *Latet enim eos volentes*] Λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας, id est, *Volentes & sponte hoc nesciunt*, hoc est, scire nolunt.

8 *Cœli erant prius*] ἔκπαλαι, id est, *olim.* Hic Beda indicat duplicem lectionem, alteram quam habemus, alteram hujusmodi: *cœli erant olim de aqua & per aquam constituti*, quæ sane lectio congruit cum Græcis exemplaribus.

9 *Ille tunc mundus*] ὁ τότε κόσμος, id est, *qui tunc erat mundus*, aut *illorum temporum mundus.*

10 *Patienter agit*] μακροθυμεῖ, id est, *longanimis est*, ut ad verbum reddam.

11 *Ad pœnitentiam ire*] χωρῆσαι, id est, *recipere*, sive *capere*, aut *complecti.* Quanquam χωρεῖν sonet etiam *ire*, sive *incedere.*

12 *Sicut fur*] Hic additum est in Græcis codicibus, ἐν νυκτὶ, id est, *in nocte*, ex Evangelio opinor.

13 *Dissolvenda sunt*] λυομένων, id est, *cum dissolvantur.*

14 *Festinantes in adventum*] σπεύδοντας τὴν παρουσίαν, id est, *accelerantes adventum.*

15 *Per quem cœli*] *Quem* ad *diem* refertur, non ad *Dei* aut *Domini*, sive, quod Lyranus indicat, ad *adventum*: nam Græce est δι' ἧς.

16 *Ignis ardore*] καυσούμενα, id est, *æstuantia.* Idem verbum paulo superius vertit *calore*, καυσούμενα λυθήσονται. *Tabescent*, τήκεται, id est, *liquescunt*, præsentis temporis, quum tamen præcedat λυθήσονται, nisi præsentis temporis catachresis est vice futuri.

17 *Et promissa*] κατὰ τὸ ἐπάγγελμα, id est, *juxta promissum.*

18 *In quibus justitia*] ἐν οἷς, *in quibus*, referri potest vel ad cœlos ac terram, vel ad exspectantes. At mihi quidem aptius referri

14 τοικεῖ. Διὸ, ἀγαπητοὶ, ταῦτα προσδοκῶντες, σπουδάσατε ἄσπιλοι καὶ ἀμώμητοι αὐτῷ εὑρεθῆναι ἐν εἰρήνῃ.
15 Καὶ τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν μακροθυμίαν, σωτηρίαν ἡγεῖσθε· καθὼς καὶ ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς Παῦλος
16 κατὰ τὴν αὐτῷ δοθεῖσαν σοφίαν ἔγραψεν ὑμῖν, Ὡς καὶ ἐν πάσαις ταῖς Ἐπιστολαῖς λαλῶν ἐν αὐταῖς περὶ τούτων, ἐν οἷς ἐστι δυσνόητά τινα, ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς,
17 πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν. Ὑμεῖς οὖν ἀγαπητοὶ προγινώσκοντες, φυλάσσεσθε, ἵνα μὴ τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες, ἐκπέσητε τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ,
18 Αὐξάνετε δὲ ἐν χάριτι καὶ γνώσει τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ νῦν καὶ εἰς ἡμέραν αἰῶνος. Ἀμήν.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΠΕΤΡΟΥ Β.

ΤΕΛΟΣ.

14 Quapropter, dilecti, hæc exspectantes, date operam, ut 19 immaculati & incontaminati ab illo reperiamini in pace,
15 Dominique nostri patientiam, salutem arbitremini: quemadmodum & dilectus frater noster Paulus juxta sibi datam sapientiam scripsit vobis,
16 Etiam in omnibus fere Epistolis loquens de his inter quæ sunt nonnulla difficilia intellectu, quæ indocti parumque firmi 20 detorquent, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perniciem.
17 Vos igitur dilecti, posteaquam præmoniti estis, 21 cavete, ne simul cum aliis 22 nefariorum errore abducti, excidatis a propria stabilitate,
18 Sed crescite in gratia & cognitione Domini nostri & Servatoris Jesu Christi. Ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis. Amen.

EPISTOLÆ PETRI II.

FINIS.

ferri videtur ad nos, qui exspectamus novos cœlos ac terram novam, si juste vivamus, ut mereamur frui novitate creaturæ.

19 *Immaculati & inviolati*] ἄσπιλοι καὶ ἀμώμητοι, id est, *immaculati & irreprehensibiles*, sive *incontaminati*. Miror unde hîc *inviolati* vocabulum venerit in mentem Interpreti. Nisi quod *inviolata* dicitur virgo incorrupta.

20 *Depravant*] στρεβλοῦσι, id est, *detorquent*.

21 *Custodite*] φυλάσσεσθε, id est, *observate*, sive *cavete*.

22 *Ne insipientium* &c.] τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες, id est, *nefariorum errore abducti*. Miror quid legerit Interpres, qui vertit *insipientium*. Nec est simpliciter *abducti*, sed συναπαχθέντες, hoc est, *simul abducti cum aliis*. Augustinus libro *de Civitate Dei* xx. cap. xviii. totum ferme hoc caput ad hunc adducit modum: *Venient in novissimo dierum illusione illudentes, secundum proprias concupiscentias suas euntes, & dicentes, Ubi est promissum præsentia ipsius? Ex quo enim patres dormierunt, sic omnia perseverant ab initio creaturæ. Latet enim illos hoc volentes, quia cœli erant olim, & terra de aqua, & per aquam constituta Dei verbo, per quem qui tunc erat mundus, aqua inundatus deperiit. Qui autem nunc sunt cœli & terra, eodem verbo repositi sunt, igni reservandi in die judicii & perditionis hominum impiorum. Hoc unum vero non lateat vos, fratres charissimi, quia unus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies unus. Non tardat Dominus promissum suum, sicut quidam tardantem existimant, sed patienter fert propter vos, nolens aliquem perire, sed omnes in pœnitentiam converti. Veniet autem dies Domini ut fur, in quo cœli magno impetu transcurrent, elementa autem ardentia resolventur, & terra & quæ in ipsa sunt opera resolventur. His ergo omnibus pereuntibus, quales oportet esse vos in sanctis conversationibus, exspectantes & properantes ad præsentiam diei Domini, per quam cœli ardentes solventur & elementa ignis ardore decoquentur. Novos vero cœlos & terram novam secundum promissa ipsius exspectamus, in quibus justitia inhabitat.* Hactenus Petri Apostoli verba retulimus, partim ut ex collatione sensus esset dilucidior, partim ut appareret quantopere Augustini lectio ab hac nostra dissideat Editione. De hac quoque secunda Petri Epistola, cujus esset, controversia erat. Id testatur Hieronymus in *Catalogo Scriptorum illustrium*, his quidem verbis: *Scripsit duas Epistolas, quæ canonicæ nominantur, quarum secunda a plerisque ejus negatur, propter stili cum priore dissonantiam.* At idem alias variat, nunc volens eam esse Petri, & stili dissonantiam rejiciens in Interpretem, quo tum Petrus sit usus: nunc negans illius esse, quod reclamet stilus. Eusebius libro iii. cap. ii. sic testatur de hac Epistola: *Verum Petrus Apostolus prædicationis suæ monimenta nobis perpauca reliquit. Una enim ejus Epistola est, de qua nullus omnino dubitat. Nam de secunda multis incertum est, apud plurimos tamen etiam ipsa legenda suscipitur. Stili discrimen tum in verbis tum in sensibus clarius est quam ut possit dissimulari.* Proinde quum hic testetur se fuisse spectatorem visionis in monte, deinde mentionem faciat superioris Epistolæ, postremo Paulum appellet fratrem, mihi non displicet quod affert Hieronymus de Interprete. Nam in Evangelio tradunt Marcum Petri Interpretem fuisse. Alioqui suspicari cogeremur aliquem has notas studiose infulsisse, quo Petro Apostolo assereret. Quemadmodum fecit is, qui titulo Clementis multa conscripsit.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM PETRI II.

PER

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM,

FINIS.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

τῆς πρώτης καθολικῆς Ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου καὶ Εὐαγγελιστοῦ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ.

ΤΑύτην αὐτὸς ὁ Ἰωάννης, τὸ Εὐαγγέλιον γράψας, ἐπιστέλλει, ὑπομιμνήσκων τοὺς ἤδη πιστεύσαντας εἰς τὸν Κύριον. Καὶ πρῶτον μὲν ὥσπερ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, οὕτω καὶ ἐν ταύτῃ τῇ Ἐπιστολῇ θεολογεῖ περὶ τοῦ Λόγου, ἀποδεικνὺς αὐτὸν εἶναι ἀεὶ ἐν τῷ Θεῷ, καὶ διδάσκων τὸν Πατέρα φῶς εἶναι, ἵνα καὶ οὕτως γνῶμεν τὸν Λόγον, ὡς ἀπαύγασμα ἐξ αὐτοῦ εἶναι. Θεολογῶν δὲ, ἐξηγεῖται μὴ νεώτερον εἶναι τὸ καθ' ἡμᾶς μυστήριον, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς μὲν καὶ ἀεὶ τυγχάνειν αὐτὸ, νῦν δὲ πεφανερῶσθαι ἐν τῷ Κυρίῳ, ὅστις ἐστὶ ζωὴ αἰώνιος, καὶ Θεὸς ἀληθινός. Καὶ τὸ αἴτιον δὲ τῆς τούτου παρουσίας καὶ ἐπιφανείας αὐτοῦ τίθησι, λέγων εἶναι τοῦτο, ἐπὶ τὸ λῦσαι τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, καὶ ἡμᾶς ἐλευθερωθῆναι ἀπὸ τοῦ θανάτου, καὶ γινώσκειν ἡμᾶς τὸν Πατέρα, καὶ αὐτὸν τὸν Υἱὸν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Γράφει οὖν πρὸς πᾶσαν ἡλικίαν, πρὸς παιδία, πρὸς νεανίσκους, πρὸς γέροντας, ὅτι ὁ μὲν Θεὸς ἐγνώσθη, ἡ δὲ διαβολικὴ ἐνέργεια λοιπὸν νενίκηται καταργηθέντος τοῦ θανάτου. Εἶτα λοιπὸν δι' ὅλης τῆς Ἐπιστολῆς περὶ ἀγάπης διδάσκει, θέλων ἡμᾶς ἀλλήλους ἀγαπᾶν, ἐπειδὴ καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς. Ἐξηγεῖται οὖν περὶ διαφορᾶς φόβου καὶ ἀγάπης, καὶ τέκνων Θεοῦ καὶ τέκνων διαβόλου, καὶ περὶ ἁμαρτίας θανατικῆς καὶ μὴ θανατικῆς, καὶ περὶ διαφορᾶς πνευμάτων. Καὶ λοιπὸν διαιρεῖ, ποῖον μὲν πνεῦμα ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι, ποῖον δὲ τῆς πλάνης, καὶ πότε μὲν γινωσκόμεθα τέκνα Θεοῦ, πότε δὲ διαβόλου, καὶ περὶ ποίας ἁμαρτίας ὀφείλομεν εὔχεσθαι ὑπὲρ τῶν ἁμαρτανόντων, καὶ περὶ ποίας οὐ δεῖ εὔχεσθαι, καὶ ὅτι ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν πλησίον, οὐκ ἔστιν ἄξιος τῆς κλήσεως, οὐδὲ δύναται λέγεσθαι τοῦ Χριστοῦ. Καὶ τὴν ἑνότητα δὲ τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα δείκνυσι, καὶ ὅτι ὁ ἀρνούμενος τὸν Υἱὸν, οὐδὲ τὸν Πατέρα ἔχει. Διακρίνει δὲ ἐν τῇ Ἐπιστολῇ ταύτῃ, λέγων, καὶ τὸ ἴδιον τοῦ ἀντιχρίστου, εἶναι δὲ τοῦτο τὸ λέγειν, μὴ εἶναι τὸν Υἱὸν αὐτὸν τὸν Χριστὸν, ἵνα δῆλον ὡς μὴ ὄντος ἐκείνου, ἑαυτὸν εἴπῃ εἶναι ὁ ψεύστης. Παραινεῖ δὲ δι' ὅλης Ἐπιστολῆς, μὴ ἀθυμεῖν τοὺς πιστεύοντας τῷ Κυρίῳ, εἰ μισοῦνται ἐν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ μᾶλλον χαίρειν, ὅτι τὸ μῖσος τοῦ κόσμου δείκνυσι τοὺς πιστεύοντας μεταβεβηκέναι ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κόσμου, καὶ εἶναι λοιπὸν τῆς οὐρανίου πολιτείας. Καὶ ἐν τῷ τέλει δὲ τῆς Ἐπιστολῆς πάλιν ὑπομιμνήσκει, λέγων, ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ζωὴ αἰώνιός ἐστι, καὶ φῶς ἀληθινὸν, καὶ ἵνα τούτῳ δουλεύωμεν, καὶ φυλάττωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων.

IN EPISTOLAM

JOANNIS I.

Argumentum per

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

HAnc Epistolam esse Joannis Apostoli, qui scripsit Evangelium, vel ipse sermonis character arguit. Multus est in mentione lucis ac tenebrarum, vitæ ac mortis, odii & charitatis, in iterandis verbis, velut exceptis ex sermone proximo. Quod genus est illud, ut exemplo, quod dicimus, fiat dilucidius: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo, quoniam omne quod in mundo est*, & cætera. Ac mox: *Non est ex Patre, sed ex mundo est.* Et, *mundus transit.* Quoties hîc iteratur *mundus?* Postremo, est in toto hujus sermone quiddam minus adstrictum, ac fusius quam in sermone reliquorum Apostolorum. Est autem dilucidior Epistola, quam ut egeat argumento: quemadmodum & duæ sequentes, quæ Joanni cuidam Presbytero, non Apostolo, tribuuntur.

EPI-

EPISTOLA BEATI JOANNIS APOSTOLI PRIMA.

I. 1 Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τȣ λόγȣ τῆς ζωῆς, 2 Καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, καὶ ἑωράκαμεν, καὶ μαρτυροῦμεν, καὶ καταγγέλλομεν ὑμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν. 3 Ὃ ἑωράκαμεν καὶ ἀκηκόαμεν, ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν, ἵνα καὶ ὑμεῖς κοινωνίαν ἔχητε μεθ' ἡμῶν. καὶ ἡ κοινωνία δὲ ἡ ἡμετέρα μετὰ τȣ Πατρὸς καὶ μετὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτȣ Ἰησοῦ Χριστοῦ. 4 Καὶ ταῦτα γράφομεν ὑμῖν, ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν ᾖ πεπληρωμένη. 5 Καὶ ἔστιν αὕτη ἡ ἐπαγγελία, ἣν ἀκηκόαμεν ἀπ' αὐτȣ, καὶ ἀναγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι ὁ Θεὸς φῶς ἐστι, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία. 6 Ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι κοινωνίαν ἔχομεν μετ' αὐτȣ, καὶ ἐν τῷ σκότει περιπατῶμεν, ψευδόμεθα, καὶ ȣ ποιȣμεν τὴν ἀλήθειαν. 7 Ἐὰν δὲ ἐν τῷ φωτὶ περιπατῶμεν, ὡς αὐτός ἐστιν ἐν τῷ φωτὶ, κοινωνίαν ἔχομεν μετ' ἀλλήλων, καὶ τὸ αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ αὐτȣ καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας. 8 Ἐὰν εἴπωμεν, Ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτȣς πλανῶμεν, καὶ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν. 9 Ἐὰν ὁμολογῶμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, πιστός ἐστι καὶ δίκαιος, ἵνα ἀφῇ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας, καὶ καθαρίσῃ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας. 10 Ἐὰν εἴπωμεν, Ὅτι ȣχ ἡμαρτήκαμεν, ψεύστην ποιȣμεν αὐτὸν, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ ȣκ ἔστιν ἐν ἡμῖν.

II. 1 Τεκνία μȣ, ταῦτα γράφω ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμάρτητε· καὶ ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν Πατέρα, Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον. 2 Καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· ȣ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλȣ τȣ κόσμȣ. 3 Καὶ ἐν τȣτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐγνώκαμεν αὐτὸν, ἐὰν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν. 4 Ὁ λέγων, Ἔγνωκα αὐτὸν, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ μὴ τηρῶν, ψεύστης ἐστὶ, καὶ ἐν τȣτῳ ἡ ἀλήθεια ȣκ ἔστιν. 5 Ὃς δ' ἂν τηρῇ αὐτȣ τὸν λόγον, ἀληθῶς ἐν τούτῳ ἡ ἀγάπη τȣ Θεȣ τετελείωται. Ἐν τȣτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐσμέν. 6 Ὁ λέγων ἐν αὐτῷ μένειν, ὀφείλει καθὼς ἐκεῖνος περιεπάτησε καὶ αὐτὸς ȣτως περιπατεῖν. 7 Ἀδελφοὶ, ȣκ ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν, ἀλλὰ ἐντολὴν παλαιὰν, ἣν εἴχετε ἀπ' ἀρχῆς. Ἡ ἐντολὴ ἡ παλαιά ἐστιν ὁ λόγος, ὃν ἠκȣσατε ἀπ' ἀρχῆς. 8 Πάλιν ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν, Ὅ ἐστιν

A I. 1 QUOD erat ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ 2 contrectaverunt de sermone vitæ, 2 Et vita manifestata est, vidimus, etiam testamur, & annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & manifestata est nobis. 3 Quod vidimus & audivimus, annunciamus vobis, ut & vos societatem habeatis nobiscum, 3 & societas nostra sit cum Patre B & Filio ejus Jesu Christo. 4 Et hæc scribimus vobis, 4 ut gaudium vestrum sit plenum. 5 5 Et hæc est promissio, quam audivimus ex ipso, & annunciamus vobis, quod Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. 6 Si dixerimus, quod societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus. 7 Quod si in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, societatem habemus inter nos mutuam, & sanguis Jesu Christi Filii ejus emundat nos ab omni peccato. 8 Si dixerimus, Peccatum non habemus, nosipsos fallimus, & veritas in nobis non est. 9 Si C confiteamur peccata nostra, fidelis est & justus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. 10 Si dixerimus, Non peccavimus, mendacem facimus eum, & sermo ejus non est in nobis.

II. 1 Filioli mei, hæc scribo vobis, ne peccetis: & si quis peccaverit, 1 advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum. 2 Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. 3 Et per hoc scimus, quod cognovimus eum, si jussa illius observamus. 4 2 Qui dicit, Novi eum, & præcepta ejus non servat, mendax est, & in eo ve- D ritas non est. 5 Qui autem servat sermonem ejus, vere in hoc charitas Dei perfecta est. Per hoc scimus, quod in ipso sumus. 6 Qui dicit se 3 in eo manere, debet sicut ille ambulavit & ipse ambulare. 7 Fratres, non præceptum novum scribo vobis, sed præceptum vetus, quod habuistis ab initio. Præceptum vetus est sermo, 4 quem audistis ab initio. 8 5 Rursum præceptum novum scribo vobis, Quod verum est 6 in ipso, idem verum

1 QUOD fuit] Ὃ ἦν, *Id quod erat*, quemadmodum verterat in Evangelio, *In principio erat Verbum.*

2 *Contrectaverunt*] ἐψηλάφησαν. Quod divus Hieronymus ferme citat *palpaverunt*. Idem verbum vertit, *palpate & videte*, Lucæ XXIV. Potest autem hic sermo trifariam distingui: Uno modo, ut principale comma præcedat hanc partem, *& manus nostræ contrectaverunt*, &c. *Id quod erat ab initio, quodque audivimus ac vidimus ac perspeximus de sermone vitæ, idem etiam manibus contrectavimus.* Altero sic, ut post hyperbaton redeat ad id quod instituerat dicere: *Quod vidimus*, inquam, *& audivimus, annunciamus vobis.* Tertio modo, ut principale comma sit post *vidimus*, ut hic sit sensus: *Quod erat ab initio verbum, sicut audivimus auribus, vidimus oculis, nec simpliciter vidimus, sed multo tempore cum illo versati, spectatores fuimus, quin & manibus contrectavimus verbum vitæ, vita enim nostra, quæ prius latebat, exposita fuit sensibus corporis, itaque licuit videre. Quod igitur tot modis compertum habemus, id etiam testificamur & annunciamus vobis.* Deinde more suo repetit quod dixerat, *Quod vidimus & audivimus, annunciamus vobis.* Contextus orationis fere convenit cum Evangelico, *Quod erat ab initio*, repetit in fine periodi, *quæ erat apud Patrem.* Illud admonendus Lector Græci sermonis ignarus, in primo ac tertio loco, *vidimus*, esse ἑωράκαμεν, in medio, esse ἐθεασάμεθα, illud est simpliciter *videre*, hoc *spectare* & *contemplari*, velut in hoc expositum.

3 *Et societas nostra sit*] καὶ ἡ κοινωνία δὲ ἡ ἡμετέρα, id est, *& societas vero nostra.* Neque additur apud Græcos *sit*: aptius autem subaudietur *est*.

4 *Ut gaudeatis*] Græce tantum est, *ut gaudium vestrum sit plenum*, sive *impletum*. Suffragabatur Græcis vetustius exemplar Constantiense, cui hoc magis habeo fidem, quod is qui scripsit indoctior fuit, quam ut posset aliquid depravare. Nec aliter adducit in *Commentariis* Augustinus ac Beda. Quanquam ille legit, *nostrum gaudium*, non *vestrum*, sed refragantibus Græcis codicibus, quos quidem adhuc viderim. Alioqui mihi non displiceret pronomen primæ personæ.

5 *Et hæc est annunciatio, quam audivimus*] Græcis est ἐπαγγελία, quod magis sonat *promissionem*, quanquam ἐπαγγέλλω vox anceps est. Apud Græcos sunt quatuor voces diversæ, quas Interpres eodem modo reddidit. Prima est καταγγέλλομεν, secunda ἐπαγγέλλομεν, tertia ἀναγγέλλομεν, quas vertit *annunciamus*, quarta ἐπαγγελία, quam vertit *annunciationem*. Mihi non displicet *promissionis* verbum, nisi quod parum apte cohærent quæ sequuntur, *quod Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ*: hic non fit mentio promissionis, nisi torqueas. Sed quod Filius annunciavit a Patre, hoc Apostolus acceptum a Filio renunciat nobis. Nam id proprie sonat ἀναγγέλλω. Siquidem illud *quoniam* non est conjunctio causæ, sed εἰδική. Quid annuncias? Deum esse lucem. Multis præterea locis hoc capite ὅτι reddit per *quoniam*, & *quia*.

1 ADvocatum habemus] παράκλητον ἔχομεν, id est, *patronum habeamus*. Quanquam hic variant exemplaria Græcorum: vetustius exemplar Constantiense consentiebat cum Græca lectione.

2 *Qui dicit se nosse Deum*] Ὁ λέγων, Ἔγνωκα αὐτὸν, id est, *Qui dicit, Novi eum.*

3 *In Christo manere*] Græce est, *in eo*. Consentiebat exemplar Constantiense, & Augustinus. Et mox pro *Charissimi*, Græcis est Ἀδελφοί.

4 *Quod audistis*] Addunt Græci, ἀπ' ἀρχῆς, id est, *ab initio*, in posteriore parte.

5 *Iterum mandatum novum*] Πάλιν aptius reddidisset *Rursus*, aut *Contra*. Nam Græca vox & contrarietatem declarat & iterationem. Hic autem non repetitionis, sed contrarietatis est declaratio.

6 *Et in ipso & in vobis*] Prius *&* redundat. *Quod verum est*, Ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν ὑμῖν, id est, *id quod verum est in illo, idem verum est & in vobis.* Non enim apud Græcos *quod* referri potest ad mandatum.

7 Tene-

ἐστιν ἀληθὲς ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν ὑμῖν· ὅτι ἡ σκοτία παράγεται, καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἤδη φαίνει. 9 Ὁ λέγων ἐν τῷ φωτὶ εἶναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῶν, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶν ἕως ἄρτι. 10 Ὁ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ φωτὶ μένει, καὶ σκάνδαλον ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν. 11 Ὁ δὲ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶ, καὶ ἐν τῇ σκοτίᾳ περιπατεῖ, καὶ οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει, ὅτι ἡ σκοτία ἐτύφλωσε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. 12 Γράφω ὑμῖν τεκνία, ὅτι ἀφέωνται ὑμῖν αἱ ἁμαρτίαι διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. 13 Γράφω ὑμῖν πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. Γράφω ὑμῖν νεανίσκοι, ὅτι νενικήκατε τὸν πονηρόν. 14 Γράφω ὑμῖν παιδία, ὅτι ἐγνώκατε τὸν Πατέρα. Ἔγραψα ὑμῖν πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. Ἔγραψα ὑμῖν νεανίσκοι, ὅτι ἰσχυροί ἐστε, καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐν ὑμῖν μένει, καὶ νενικήκατε τὸν πονηρόν. 15 Μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ. Ἐάν τις ἀγαπᾷ τὸν κόσμον, οὐκ ἔστιν ἡ ἀγάπη τοῦ Πατρὸς ἐν αὐτῷ· 16 Ὅτι πᾶν τὸ ἐν τῷ κόσμῳ, ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, καὶ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἐκ τοῦ κόσμου ἐστί. 17 Καὶ ὁ κόσμος παράγεται, καὶ ἡ ἐπιθυμία αὐτοῦ. Ὁ δὲ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, μένει εἰς τὸν αἰῶνα. 18 Παιδία, ἐσχάτη ὥρα ἐστί· καὶ καθὼς ἠκούσατε, ὅτι ὁ ἀντίχριστος ἔρχεται, καὶ νῦν ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν· ὅθεν γινώσκομεν, ὅτι ἐσχάτη ὥρα ἐστίν. 19 Ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν· εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν· ἀλλ' ἵνα φανερωθῶσιν, ὅτι οὐκ εἰσὶ πάντες ἐξ ἡμῶν. 20 Καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου, καὶ οἴδατε πάντα. 21 Οὐκ ἔγραψα ὑμῖν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ὅτι οἴδατε αὐτήν· καὶ ὅτι πᾶν ψεῦδος ἐκ τῆς ἀληθείας οὐκ ἔστι. 22 Τίς ἐστιν ὁ ψεύστης, εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστός; Οὗτός ἐστιν ὁ ἀντίχριστος, ὁ ἀρνούμενος τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν. 23 Πᾶς ὁ ἀρνούμενος τὸν Υἱὸν, οὐδὲ τὸν Πατέρα ἔχει. 24 Ὑμεῖς οὖν ὃ ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς, ἐν ὑμῖν μενέτω. Ἐὰν ἐν ὑμῖν μείνῃ ὃ ἀπ' ἀρχῆς ἠκούσατε, καὶ ὑμεῖς ἐν τῷ Υἱῷ καὶ ἐν τῷ Πατρὶ μενεῖτε. 25 Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία, ἣν αὐτὸς ἐπηγγείλατο ἡμῖν, τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον. 26 Ταῦτα ἔγραψα ὑμῖν περὶ τῶν πλανώντων ὑμᾶς. 27 Καὶ ὑμεῖς τὸ χρίσμα, ὃ ἐλάβετε ἀπ' αὐτοῦ,

rum est & in vobis: quia 7 tenebræ prætereunt, & verum lumen jam lucet. 9 Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc. 10 Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & offendiculum in eo non est. 11 Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eat, quia tenebræ obcæcaverunt oculos ejus. 12 8 Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen ejus. 13 9 Scribo vobis patres, quoniam cognovistis eum qui ab initio est. Scribo vobis adolescentes, 10 quoniam vicistis illum malum. 14 Scribo vobis filioli, quoniam cognovistis Patrem. Scripsi vobis patres, quoniam cognovistis eum qui ab initio est. Scripsi vobis adolescentes, quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis illum malum. 15 Ne diligatis mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo: 16 Quoniam 11 omne quod est in mundo, veluti concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & 12 fastus vitæ, non est ex Patre, sed ex mundo est. 17 Et mundus transit, & concupiscentia ejus. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum. 18 Filioli, novissimum tempus est: & sicut audistis, quod 13 antichristus venturus sit, 14 etiam nunc antichristi multi cœperunt esse: unde scimus 15 novissimum tempus esse. 19 16 E nobis egressi sunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum: sed ut manifesti fierent, quod non sint omnes ex nobis. 20 Sed vos unctionem habetis a sancto illo, & nostis omnia. 21 Non scripsi vobis, 17 quasi ignorantibus veritatem, sed tanquam scientibus eam: 18 quodque omne mendacium ex veritate non est. 22 Quis est mendax, nisi is qui negat Jesum esse Christum? Hic est antichristus, qui negat Patrem & Filium. 23 Quisquis negat Filium, is ne Patrem quidem habet. 24 Vos igitur quod audistis ab initio, in vobis permaneat. Si in vobis permanserit quod audistis ab initio, & vos in Filio & Patre manebitis. 25 Et hæc est repromissio, 19 26 qua ipse pollicitus est nobis vitam æternam. Hæc scripsi vobis de his qui seducunt vos. 27 Et unctio, quam vos accepistis ab eo, manet in vobis. Et non necesse habetis,

7 *Tenebræ transierunt*] παράγεται, id est, *transeunt*.

8 *Scribo vobis infantes*] παιδία, id est, *pueri*, sive *filioli*, sed melius *pueri*.

9 *Scribo vobis patres*] Hic Græce est Ἔγραψα, id est, *Scripsi*: ac mirum est eamdem particulam, quæ ad patres pertinet, iisdem verbis repeti, cum reliquarum nulla repetatur. Qua tamen in re Latini codices variant. In vetustissimo Constantiensi sic habebatur, *Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen ejus. Scribo vobis patres, quoniam cognovistis eum qui ab initio est. Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum. Scribo vobis infantes, quoniam cognovistis Patrem. Scribo vobis patres, quia cognovistis eum qui ab initio est. Scribo vobis adolescentes, quia fortes estis, & verbum Dei in vobis manet, & vicistis malignum.* In hac lectione eadem particula bis ponitur, *Scribo vobis patres, quia cognovistis eum qui ab initio est.* Consentiebat exemplar Basileense, nisi quod postremo loco non erant *adolescentes*, sed *juvenes*. At in altero Constantiensi erant hic quoque *adolescentes*, nisi quod rasor ille ex *adolescentibus* fecerat *juvenes*. Aberat tamen particula de patribus iterata, quæ constanter habetur in Græcis codicibus, & recitatur ab Augustino, qui non dissimulat iterationem, adscribit enim, commendat, & repetit. Hoc admonuisse retulit, quod in plerisque vulgatis Editionibus temerarii sustulerunt hanc particulam. Illud annotandum, Augustinus pro *adolescentes* legit *juvenes*. Et quanquam plerique Latinorum codices priore loco habent *adolescentes*, posteriore *juvenes*, tamen apud Græcos eadem est dictio, νεανίσκοι. Obganniet hic forte morosulus aliquis, ἄπαγε istas minutias. Imo ad has impingere posset etiam oculatus Theologus, Græcarum litterarum ignarus. Quum enim addit, *quoniam fortes estis*, subindicare videtur robustiorem ætatem quam sit adolescentum. Ipse prorsus in hoc fuissem philosophatus, nisi Græca lectio doceret, nihil esse novæ sententiæ, sed prioris inculcationem. Quod autem diminutivum est νεανίσκοι pro νέοι sive νεανίαι, abusus est vocis. Jam in prima parte *filioli*, non est παιδία, sed τεκνία. Rursus quod est *infantes*, Græcus habet παιδία, quum infans Græcis dicatur βρέφος aut νήπιος. Tres igitur distinguit ætates, puerorum, juvenum, & senum, & unamquanque bis ponit, nisi quod in pueris mutat vocabulum, in patribus ac juvenibus nequaquam. Tribuit autem cuique quod congruit. Pueri per inscitiam labuntur, his igitur condonantur peccata: iidem aliquando per ætatem nec parentes agnoscunt suos, ideo gratulatur iis, quod cognoscunt Patrem cœlestem. Senes meminerunt antiqua priscaque. Nihil autem Patre illo antiquius. Juvenes solido vescentes cibo, valent robore. Ideo dicuntur vincere Diabolum, & habere verbum Dei in ipsis manens, ex hoc enim cibo robur est juventutis Evangelicæ. Jam quod apud Græcos in postrema particula habetur ἔγραψα, quum in cæteris habeatur γράφω, puto nihil ad sensum referre. Non prætieribitur & illud, in conjunctione ὅτι esse nonnihil amphibologiæ, quod hic sensus accipi potest: Ideo scribo vobis, quod vobis remittuntur peccata: aut hic, Hoc ipsum scribo vobis, quod vobis remittuntur peccata.

10 *Vicistis malignum*] τὸν πονηρὸν, id est, *illum malum*, nimirum Satanam. Nam *malignus* Latine loquentibus dicitur invidus parumque candidus.

11 *Omne quod in mundo est*] Secus Græci distinguunt atque nos, quanquam sensus est idem: Ὅτι πᾶν τὸ ἐν τῷ κόσμῳ, ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, καὶ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἀλαζονεία τοῦ βίου, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Πατρὸς, id est, *Quicquid est in mundo*, videlicet, *concupiscentia carnis*, & *concupiscentia oculorum*, & *superbia vitæ, non est ex Patre*. Interpres conatus est dilucidius reddere, & reddidit obscurius. Quum enim dicat, *quæ non est ex Patre*, videtur sola vitæ superbia non esse ex Patre. At juxta divum Augustinum tria dicit, quæ non sunt ex Patre: primum pertinere videtur ad voluptates, secundum ad ostentationem imaginum & nobilitatis, tertium ad dignitates mundanas.

12 *Superbia vitæ*] ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου, id est, *fastus*, sive *strepitus vitæ*, seu *facultatum*: nam βίος utrumque significat. Neque enim hic est ζωὴ, quæ vox declarat vitam qua spiramus, βίος significat victum & omnes facultates ad vitæ usum pertinentes, & vitæ genus, & ipsam vitam, unde μακρόβιοι: & βιωτικὰ Paulus appellat quæ ad corporis subsidium pertinent.

13 *Antichristus venit*] *Venit*, præsentis temporis est, ἔρχεται, aut certe futuri.

14 *Nunc Antichristi*] καὶ νῦν, id est, & *nunc*, id est, nunc quoque sunt pro uno multi. Nec est *sunt*, sed γεγόνασι, id est, *facti sunt*, hoc est, cœperunt esse.

15 *Novissima hora*] Græci *horam* ponunt aliquando pro tempore.

16 *Ex nobis prodierunt*] ἐξῆλθον, id est, *exierunt*: quum enim significatur defectio a communione, non origo, non apte quadrat *prodierunt*; *exierunt* legit Augustinus.

17 *Quasi ignorantibus*] ὅτι οὐκ οἴδατε, id est, *quod non cognovistis*.

18 *Et quoniam omne mendacium*] Hoc apud Græcos non est separatum, sed pendet ex superioribus, *Scripsi vobis non quasi nescientibus veritatem, sed scientibus eam, & quod omne mendacium ex veritate non est*: id est, hoc quoque scientibus, nullum mendacium esse ex veritate. *Qui confitetur, Filium & Patrem habet.* Hæc non reperio in Græco codice, ne in Aldina quidem Editione.

19 *Quam ipse pollicitus est nobis*] Rectius erat, *qua promisit nobis vitam æternam*. Est enim idioma Atticum, *promisit promissionem*.

τῦ, ἐν ὑμῖν μένει. Καὶ ἐ χρείαν ἔχετε, ἵνα τὶς διδάσκῃ ὑμᾶς· ἀλλ᾽ ὡς τὸ αὐτὸ χρίσμα διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων, καὶ ἀληθές ἐςι, καὶ ὐκ ἔςι ψεῦδος. Καὶ καθὼς
28 ἐδίδαξεν ὑμᾶς, μενεῖτε ἐν αὐτῷ. Καὶ νῦν τεκνία μένετε ἐν αὐτῷ, ἵνα, ὅτ᾽ ἂν φανερωθῇ, ἔχωμεν παῤῥησίαν, καὶ
29 μὴ αἰσχυνθῶμεν ἀπ᾽ αὐτῦ ἐν τῇ παρυσίᾳ αὐτῦ. Ἐὰν εἰδῆτε ὅτι δίκαιός ἐςι, γινώσκετε ὅτι πᾶς ὁ ποιῶν τὴν δι-
III. 1 καιοσύνην, ἐξ αὐτοῦ γεγέννηται. Ἴδετε ποταπὴν ἀγάπην δέδωκεν ἡμῖν ὁ Πατὴρ, ἵνα τέκνα Θεοῦ κληθῶμεν. Διὰ τοῦτο ὁ κόσμος οὐ γινώσκει ὑμᾶς, ὅτι ὐκ ἔγνω αὐτόν.
2 Ἀγαπητοὶ, νῦν τέκνα Θεοῦ ἐσμὲν, καὶ οὔπω ἐφανερώθη ὅ τι ἐσόμεθα. Οἴδαμεν δὲ, ὅτι ἐὰν φανερωθῇ, ὅμοιοι αὐτῷ
3 ἐσόμεθα, ὅτι ὀψόμεθα αὐτὸν καθώς ἐςι. Καὶ πᾶς ὁ ἔχων τὴν ἐλπίδα ταύτην ἐπ᾽ αὐτὸν, ἁγνίζει ἑαυτὸν, καθὼς ἐκεῖ-
4 νος ἁγνός ἐςι. Πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὴν ἀνομίαν
5 ποιεῖ· καὶ ἡ ἁμαρτία ἐςὶν ἡ ἀνομία. Καὶ οἴδατε, ὅτι ἐκεῖνος ἐφανερώθη, ἵνα τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἄρῃ, καὶ ἁμαρτία
6 ἐν αὐτῷ ὐκ ἔςι. Πᾶς ὁ ἐν αὐτῷ μένων, ὐχ ἁμαρτάνει· πᾶς
7 ὁ ἁμαρτάνων, οὐχ ἑώρακεν αὐτὸν, οὐδὲ ἔγνωκεν αὐτόν. Τεκνία, μηδεὶς πλανάτω ὑμᾶς. Ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, δί-
8 καιός ἐςι, καθὼς ἐκεῖνος δίκαιός ἐςιν. Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, ἐκ τοῦ διαβόλυ ἐςίν· ὅτι ἀπ᾽ ἀρχῆς ὁ διάβολος ἁμαρτάνει. Εἰς τοῦτο ἐφανερώθη ὁ Υἱὸς τῦ Θεοῦ, ἵνα λύσῃ τὰ ἔργα τῦ
9 διαβόλυ. Πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τῦ Θεῦ, ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ· ὅτι σπέρμα αὐτῦ ἐν αὐτῷ μένει, καὶ ὐ δύναται ἁ-
10 μαρτάνειν, ὅτι ἐκ τῦ Θεῦ γεγέννηται. Ἐν τύτῳ φανερά ἐςι τὰ τέκνα τῦ Θεῦ καὶ τὰ τέκνα τῦ διαβόλυ. Πᾶς ὁ μὴ ποιῶν δικαιοσύνην, ὐκ ἔςιν ἐκ τῦ Θεοῦ, καὶ ὁ μὴ ἀγαπῶν
11 τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· Ὅτι αὕτη ἐςὶν ἡ ἀγγελία, ἣν ἠκύσα-
12 τε ἀπ᾽ ἀρχῆς, ἵνα ἀγαπῶμεν ἀλλήλυς. Οὐ καθὼς Κάϊν ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν, καὶ ἔσφαξε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Καὶ χάριν τίνος ἔσφαξεν αὐτόν; Ὅτι τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρὰ ἦν,
13 τὰ δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ δίκαια. Μὴ θαυμάζετε ἀδελ-
14 φοί μυ, εἰ μισεῖ ὑμᾶς ὁ κόσμος. Ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι μεταβεβήκαμεν ἐκ τοῦ θανάτυ εἰς τὴν ζωὴν, ὅτι ἀγαπῶμεν τοὺς ἀδελφύς. Ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν, μένει ἐν
15 τῷ θανάτῳ. Πᾶς ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἀνθρωποκτόνος ἐςί. Καὶ οἴδατε, ὅτι πᾶς ἀνθρωποκτόνος ὐκ ἔχει ζωὴν
16 αἰώνιον ἐν αὐτῷ μένυσαν. Ἐν τύτῳ ἐγνώκαμεν τὴν ἀγάπην, ὅτι ἐκεῖνος ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔθηκε· καὶ ἡ-
17 μεῖς ὀφείλομεν ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν τὰς ψυχὰς τιθέναι. Ὃς δ᾽ ἂν ἔχῃ τὸν βίον τῦ κόσμυ, καὶ θεωρῇ τὸν ἀδελφὸν αὐτῦ χρείαν ἔχοντα, καὶ κλείσῃ τὰ σπλάγχνα αὐτῦ ἀπ᾽ αὐ-
18 τῦ, πῶς ἡ ἀγάπη τῦ Θεῦ μένει ἐπ᾽ αὐτῷ; Τεκνία μυ, μὴ ἀγαπῶμεν λόγῳ μηδὲ γλώσσῃ, ἀλλ᾽ ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ.
19 Καὶ ἐν τύτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐκ τῆς ἀληθείας ἐσμὲν, καὶ
20 ἔμπροσθεν αὐτῦ πείσομεν τὰς καρδίας ἡμῶν. Ὅτι ἐὰν καταγινώσκῃ ἡμῶν ἡ καρδία, ὅτι μείζων ἐςὶν ὁ Θεὸς τῆς
21 καρδίας ἡμῶν, καὶ γινώσκει πάντα. Ἀγαπητοὶ, ἐὰν ἡ καρδία ἡμῶν μὴ καταγινώσκῃ ἡμῶν, παῤῥησίαν ἔχομεν
22 πρὸς τὸν Θεόν· Καὶ ὃ ἐὰν αἰτῶμεν, λαμβάνομεν παρ᾽ αὐτῦ· ὅτι τὰς ἐντολὰς αὐτῦ τηρῦμεν, καὶ τὰ ἀρεςὰ ἐνώ-
23 πιον αὐτῦ ποιῦμεν. Καὶ αὕτη ἐςὶν ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ, ἵνα πιςεύσωμεν τῷ ὀνόματι τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριςοῦ,
24 καὶ ἀγαπῶμεν ἀλλήλυς, καθὼς ἔδωκεν ἐντολήν. Καὶ ὁ τηρῶν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἐν αὐτῷ μένει, καὶ αὐτὸς ἐν αὐτῷ. Καὶ ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι μένει ἐν ἡμῖν ἐκ τῦ Πνεύ-

habetis, ut quifquam doceat vos: fed, [20] ficut ipfa unctio docet vos de omnibus, & verax eft, & non eft mendacium. Et ficut docuit vos, [21] manete in ea. Et 28 nunc filioli manete in eo, ut, quum apparuerit, habeamus fiduciam, & [22] non pudefiamus ab eo in adventu ejus. Si fcitis quod juftus eft, fcitote quod 29 omnis qui facit juftitiam, ex ipfo natus eft. [1] Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei 1 III. [2] nominemur. Propter hoc mundus [3] non novit vos, quia non novit eum. Chariffimi, nunc filii Dei fumus, 2 & nondum apparuit id quod futuri fumus. Scimus autem, quod fi apparuerit, fimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ficuti eft. Et omnis qui habet 3 hanc fpem in eo, [4] purificat fe, ficut & ille purus eft. Omnis qui committit peccatum, idem [5] & iniquitatem committit: 4 & peccatum eft iniquitas. Et fcitis, 5 quod ille apparuit, ut peccata noftra tolleret, & peccatum in eo non eft. Omnis qui in eo manet, non 6 peccat: omnis qui peccat, [6] non vidit eum, nec cognovit eum. Filioli, nemo vos feducat. Qui exercet 7 juftitiam, juftus eft, ficut & ille juftus eft. Qui com- 8 mittit peccatum, ex diabolo eft: quoniam ab initio diabolus peccat. [7] Ad hoc apparuit Filius Dei, ut diffolvat opera diaboli. Omnis qui natus eft ex Deo, 9 peccatum non committit: quoniam femen ipfius in eo manet, & non poteft peccare, eo quod ex Deo natus eft. In hoc manifefti funt filii Dei & filii diabo- 10 li. [8] Omnis qui non facit juftitiam, non eft ex Deo, & qui non diligit fratrem fuum: Quoniam eft hæc 11 annunciatio, quam audiftis ab initio, ut diligamus nos invicem. Non ficut Caïn ex illo malo erat, & occi- 12 dit fratrem fuum. Et propter quid occidit eum? Quia opera ejus mala erant, [9] fratris autem ejus jufta. Ne 13 miremini fratres mei, fi odit vos mundus. Nos fci- 14 mus, quod tranflati fumus de morte ad vitam, quia diligimus fratres. Qui non diligit fratrem, manet in morte. Omnis qui odit fratrem fuum, homicida eft. 15 Et fcitis, quod omnis homicida non habet vitam æternam in fe manentem. [10] Per hoc cognovimus chari- 16 tatem, quoniam ille animam fuam pro nobis pofuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui ve- 17 ro habuerit fubftantiam mundi, & viderit fratrem fuum egentem, & claufrit vifcera fua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, ne diliga- 18 mus verbo neque lingua, fed opere & veritate. Per 19 hoc cognofcimus, quod ex veritate fumus, & in confpectu ejus [11] fuadebimus cordibus noftris. Quoniam 20 [12] fi condemnet nos cor noftrum, major eft Deus corde noftro, & novit omnia. Chariffimi, [13] fi cor no- 21 ftrum non condemnet nos, fiduciam habemus erga Deum: Et quicquid petierimus, accipimus ab eo: quo- 22 niam præcepta ejus cuftodimus, & ea quæ funt placita coram eo facimus. Et hoc eft præceptum ejus, 23 ut credamus nomini Filii ejus Jefu Chrifti, & diligamus nos mutuo, ficut dedit præceptum. Et qui fervat 24 præcepta ejus, in illo manet, & ipfe in eo. Et per hoc fcimus, quod manet in nobis [14] e Spiritu, quem nobis

20 *Sicut unctio ejus*] ὡς τὸ αὐτὸ χρίσμα, id eft, *ficut ipfa unctio*. Auguftinus certe legit, *manete in ipfa*, quanquam hic legit, *unctio ipfius*.

21 *Manete in eo*] Auguftinus legit *in ipfa*, ut referat ad unctionem. Græci codices habent μενεῖτε, id eft, *manebitis*. Cum meis exemplaribus confentiebat Editio Hifpanienfis & Aldina.

22 *Non confundamur ab illo*] Senfus effe poteft, ut illum non pudeat noftri.

1 V*Idete qualem*] Ἴδετε. Anceps eft, an fit *videtis*, an *videte*, neque magni refert ad fententiam.

2 *Nominemur & fimus*] *Et fimus*, apud Græcos non additur. Adjectum videtur, ne quis parum effe putaret nominari, quod indicat Auguftinus ita fcribens: *Nam qui vocantur & non funt, quid prodeft illis nomen?* Verum hic loquitur de nomine, quod a Deo tribuitur, hic non eft difcrimen inter *dici* & *effe*.

3 *Non novit nos*] ὑμᾶς, id eft, *vos*, fecundæ perfonæ.

4 *Sanctificat fe ficut*] ἁγνίζει, id eft, *purificat*. *Sicut & ille fanctus*, ἁγνὸς, id eft, *purus* & *caftus*.

5 *Et iniquitatem facit*] *Et* pro *etiam* dictum eft, ut fit fenfus, Quifquis committit peccatum, idem committit iniquitatem.

6 *Non vidit eum nec cognovit*] οὐδὲ ἔγνωκεν, *neque novit*. Græca vox fignificat actum inhærentem, quafi dicas, cognitum habere. Nam ut cognofcit qui difcit, ita cognofcere defiit, qui didicit, cognitum autem habere aut noffe non defiit: fed deterius eft quod quidam habent *fcivit eum*.

7 *In hoc*] Εἰς τῦτο, id eft, *Ad hoc*, five *In hoc*, ut fit accufativi cafus.

8 *Omnis qui non eft juftus*] Πᾶς ὁ μὴ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, id eft, *Omnis qui non facit juftitiam*.

9 *Fratris autem ejus*] Subaudiendum *opera*, τὰ δὲ τοῦ ἀδελφῦ.

10 *In hoc cognovimus charitatem Dei*] *Dei* redundat juxta Græcum codicem, licet addatur paulo inferius.

11 *Suadebimus corda noftra*] πείσομεν τὰς καρδίας ἡμῶν. Auguftinus legit *perfuademus cordi noftro*, quafi dicas, fatisfacimus cordi noftro. Cor enim interpretatur confcientiam. Græca vox πείθω quum fignificat *fuadendo flectere*, nonnunquam habet accufandi cafum, quum *obtemperare*, dandi tantum. Ufus eft hac voce Paulus fimiliter ad Galatas primo: *Modo enim homines perfuadeo an Deum*. Quidam vetuftus codex pro *perfuademus* habebat *cuftodimus*. Confentiebat alter Conftantienfis.

12 *Si reprehenderit nos cor noftrum*] ἐὰν καταγινώσκῃ ἡμῶν ἡ καρδία. Poteft accipi, *fi condemnarit nos cor noftrum*.

13 *Si cor noftrum non reprehenderit nos*] μὴ καταγινώσκῃ. Mirum quid fequutus Auguftinus hic legat, *fi cor male non fenferit*, nam hoc interpretatur etiam.

14 *De Spiritu*] ἐκ τοῦ Πνεύματος, id eft, *ex Spiritu*. Hoc autem ita dictum eft, ut quum ita loquimur, *bibe de vino tuo*, pro eo quod erat, *bibe vinum tuum*.

g Omni

IV. 1 Πνεύματος, οὗ ἡμῖν ἔδωκεν. Ἀγαπητοὶ, μὴ παντὶ πνεύματι πιστεύετε, ἀλλὰ δοκιμάζετε τὰ πνεύματα εἰ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ὅτι πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐξεληλύθασιν εἰς 2 τὸν κόσμον. Ἐν τούτῳ γινώσκετε τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Πᾶν πνεῦμα, ὃ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ 3 τοῦ Θεοῦ ἐστι. Καὶ πᾶν πνεῦμα, ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι. Καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ τοῦ ἀντιχρίστου, ὃ ἀκηκόατε, ὅτι ἔρχεται, καὶ 4 νῦν ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶν ἤδη. Ὑμεῖς ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστε τεκνία, καὶ νενικήκατε αὐτοὺς· ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ ἐν ὑμῖν, ἢ ὁ ἐν τῷ 5 κόσμῳ. Αὐτοὶ ἐκ τοῦ κόσμου εἰσὶ, διὰ τοῦτο ἐκ τοῦ κόσμου λα-6 λοῦσι, καὶ ὁ κόσμος αὐτῶν ἀκούει. Ἡμεῖς ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐσμεν. Ὁ γινώσκων τὸν Θεὸν, ἀκούει ἡμῶν· ὃς οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἀκούει ἡμῶν. Ἐκ τούτου γινώσκομεν τὸ πνεῦμα τῆς 7 ἀληθείας καὶ τὸ πνεῦμα τῆς πλάνης. Ἀγαπητοὶ, ἀγαπῶμεν ἀλλήλους· ὅτι ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι. Καὶ πᾶς ὁ ἀγαπῶν, ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται, καὶ γινώσκει τὸν 8 Θεόν. Ὁ μὴ ἀγαπῶν, οὐκ ἔγνω τὸν Θεὸν, ὅτι ὁ Θεὸς 9 ἀγάπη ἐστίν. Ἐν τούτῳ ἐφανερώθη ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐν ἡμῖν, ὅτι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ μονογενῆ ἀπέσταλκεν ὁ Θεὸς εἰς τὸν κό-10 σμον, ἵνα ζήσωμεν δι' αὐτοῦ. Ἐν τούτῳ ἐστὶν ἡ ἀγάπη, οὐχ ὅτι ἡμεῖς ἠγαπήσαμεν τὸν Θεὸν, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ ἀπέστειλε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἱλασμὸν περὶ τῶν 11 ἁμαρτιῶν ἡμῶν. Ἀγαπητοὶ, εἰ οὕτως ἠγάπησεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, 12 καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν ἀλλήλους ἀγαπᾷν. Θεὸν οὐδεὶς πώποτε τεθέαται. Ἐὰν ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν μέ-13 νει, καὶ ἡ ἀγάπη αὐτοῦ τετελειωμένη ἐστὶν ἐν ἡμῖν. Ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅ-14 τι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν. Καὶ ἡμεῖς τεθεάμεθα καὶ μαρτυροῦμεν, ὅτι ὁ Πατὴρ ἀπέσταλκε τὸν Υἱὸν 15 σωτῆρα τοῦ κόσμου. Ὃς ἂν ὁμολογήσῃ, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Υἱὸς 16 τοῦ Θεοῦ, ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ μένει, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Θεῷ. Καὶ ἡμεῖς ἐγνώκαμεν καὶ πεπιστεύκαμεν τὴν ἀγάπην, ἣν ἔχει ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν. Ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστί· καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀ-17 γάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει, καὶ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ. Ἐν τούτῳ τετελείωται ἡ ἀγάπη μεθ' ἡμῶν, ἵνα παῤῥησίαν ἔχωμεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, ὅτι καθὼς ἐκεῖνός ἐστι καὶ ἡμεῖς 18 ἐσμεν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ. Φόβος οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἀλλ' ἡ τελεία ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον, ὅτι ὁ φόβος κόλασιν ἔχει. Ὁ δὲ φοβούμενος οὐ τετελείωται ἐν τῇ ἀγάπῃ. 19 Ἡμεῖς ἀγαπῶμεν αὐτὸν, ὅτι αὐτὸς πρῶτος ἠγάπησεν ἡμᾶς. 20 Ἐάν τις εἴπῃ, Ὅτι ἀγαπῶ τὸν Θεὸν, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῇ, ψεύστης ἐστίν. Ὁ γὰρ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ὃν ἑώρακε, τὸν Θεὸν, ὃν οὐχ ἑώρακε, πῶς δύναται ἀ-21 γαπᾷν; Καὶ ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔχομεν ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα ὁ

A nobis dedit. Charissimi, [1] ne cuivis spiritui credatis, 1 IV. sed probate spiritus an ex Deo sint, quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. [2] Per hoc cognoscite Spiritum Dei. 2 Omnis spiritus, qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est. 3 Et omnis spiritus, qui non confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo non est. 3 [4] Et hic est ille spiritus antichristi, [5] de quo audistis, quod venturus sit, & nunc jam in mundo est. 4 Vos ex Deo estis filioli, [6] & vicistis eos: quoniam major est qui in vobis est, quam qui in mundo. 5 Ipsi e mundo sunt, ideo [7] e mundo loquuntur, & mundus eos audit. 6 B Nos ex Deo sumus. Qui novit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos. [8] Per hoc cognoscimus spiritum veritatis & spiritum erroris. 7 Charissimi, diligamus nos invicem: quia charitas ex Deo est. Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. 8 Qui non diligit, non novit Deum, quoniam Deus charitas est. 9 In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quod Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. 10 In hoc est charitas, non quod nos dilexerimus Deum, [9] sed quod ipse dilexerit nos, & miserit Filium suum [10] propitiationem pro peccatis nostris. 11 Charissimi, [11] si sic Deus dilexit nos, & nos debemus nos mutuo diligere. 12 Deum nemo vidit unquam. C Si diligamus nos invicem, Deus in nobis manet, & charitas ejus est perfecta in nobis. 13 [12] Ex hoc cognoscimus, in eo nos manere, & ipsum in nobis, quod [13] de Spiritu suo dedit nobis. 14 Et nos vidimus & testamur, quod Pater misit Filium servatorem mundi. 15 Quisquis confessus fuerit, quod Jesus est Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. 16 Et nos cognovimus [14] & credidimus charitatem, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. 17 In hoc perfecta est charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii, quod sicut ille est & nos sumus in mundo hoc. 18 Timor non D est in charitate, sed perfecta charitas foras ejicit timorem, quoniam [15] timor cruciatum habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. 19 [16] Nos diligimus eum, [17] quoniam ipse prior dilexit nos. 20 Si quis dixerit, Diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, [18] quem vidit, Deum, quem non vidit, quomodo potest diligere? 21 Et hoc præceptum [19] habemus ab eo, ut qui

1 *Omni spiritui*] Latinius erat, *cuivis spiritui*, hoc est, sine delectu. Et *si* positum est pro *an*, sive *num*, *an ex Deo sint*.

2 *In hoc cognoscitur*] γινώσκετε, id est, *cognoscitis*, sive *cognoscite*. Interpres legisse videtur γινώσκεται.

3 *Et omnis spiritus qui solvit Jesum ex Deo non est*] Hanc particulam non reperio in Græcis codicibus, quos ego sane viderim, sed pro eo sic habetur, *Καὶ πᾶν πνεῦμα, ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ Θεοῦ οὐκ ἐστί*. Id est, *Et omnis spiritus, qui non confitetur Christum in carne venisse, ex Deo non est*. Historia tripartita indicat hunc locum ab Hæreticis depravatum. Ego magis suspicor hanc particulam additam adversus Hæreticos: quorum alii Christo sic tribuebant humanam naturam, ut adimerent divinam, alii sic tribuebant divinam, ut adimerent humanam. Alii semihominem esse volebant, sic tribuentes corpus humanum, ut negarent illi fuisse animam humanam. Certe quod Græci legunt, magis congruit cum phrasi Joannis Apostoli, cui peculiare est contrariam sententiam succinere priori, quo magis infigat animis quod dictum est. Quod genus sunt illa: *Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se. Qui vero non credit Filio* &c. Ac mox: *Qui habet Filium Dei, habet vitam: qui non habet Filium Dei, vitam non habet. Qui confitetur ex Deo est: qui non confitetur ex Deo non est*. Et hujusmodi figuris totus hujus sermo scatet. Cyprianus libro adversus Judæos II. cap. VII. refert hunc locum juxta Græcorum lectionem: *Omnis spiritus, qui confitetur Jesum Christum venisse in carne, de Deo est. Qui autem negat eum in carne venisse, de Deo non est, sed de Antichristi spiritu.* Apud Augustinum in Homiliis, quibus enarrat hanc Epistolam, in contextu qui præfertur commentarioli, citatur hic locus quemadmodum legunt Græci & Cyprianus. Et tamen in fine interpretatur & hoc: *Omnis spiritus qui solvit Christum non est ex Deo*, ut appareat hanc particulam fuisse in illius codice tertiam, quasi legerit: *omnis qui confitetur, omnis qui non confitetur, omnis qui solvit*: aut certe tum temporis variasse lectionem ecclesiasticam, & Augustinum neutram voluisse præterire. In neutro codice Constantiensi addebatur. Sed hac de re sit suum cuique liberum judicium, ego quod in Græcis codicibus reperi trado, nec probans, nec improbans diversam lectionem.

4 *Et hic est Antichristus*] καὶ τοῦτο ἐστὶν τὸ τοῦ ἀντιχρίστου, id est, *& hic est ille antichristi*, ut subaudias *spiritus*. Mecum facit Cyprianus, quem paulo ante citavimus.

5 *De quo audistis quum venit*] ὅτι ἔρχεται, id est, *quod venturus est*. Ita legit Augustinus.

6 *Et vicistis eum*] *Eos* est Græce, αὐτούς. Græcæ lectioni suffragabatur uterque codex Constantiensis, nisi quod in recentiore vestigia depravatoris testabantur ex *eos* factum fuisse *eum*. Augustinus legit *eum*, & interpretatur. Cæterum αὐτοὺς refertur ad duos, E Antichristum & mundum.

7 *De mundo loquuntur*] ἐκ τοῦ κόσμου λαλοῦσι, id est, *ex mundo loquuntur*. Non enim est sensus, eos loqui de mundo, sed ex affectu mundi, cujus sunt. Sicut in Evangeliis annotatum est, *Qui de terra est, de terra loquitur*.

8 *In hoc cognoscimus*] Ἐκ τούτου, id est, *Ex hoc*.

9 *Quoniam ipse prior*] *Prior* non est in Græco codice. Cui consentiebat vetustius exemplar Constantiense, nisi quod recentior aliquis in spatio adscripserat *prior*, ceu scholii vice. Nobiscum facit & Augustinus.

10 *Propitiationem pro peccatis nostris*] Beda admonet, opinor & Augustinus, in quibusdam, vice hujus vocis *propitiationem*, esse *litatorem*. Litat autem qui sacrificio placat. Augustinus interpretatur *sacrificationem*.

11 *Si Deus dilexit nos*] εἰ οὕτως ὁ Θεὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, id est, *si sic Deus dilexit nos*.

12 *In hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam*] Ὅτι utrobique est εἰδικόν. *Per hoc cognoscimus nos* F *in illo manere, & illum in nobis, quod de Spiritu suo dedit nobis*.

13 *De Spiritu sancto suo*] *Sancto* redundat. Consentiebat utrumque volumen Constantiense.

14 *Et credidimus charitati*] Græce est *charitatem*.

15 *Timor pœnam habet*] κόλασιν, id est, *pœnam*, seu potius *punitionem*, aut *cruciatum*. Augustinus legit *tormentum*: ubi enim timor, ibi non est tranquilla conscientia.

16 *Nos ergo diligamus Deum*] αὐτὸν, id est, *eum*, non *Deum*.

17 *Quoniam Deus prior*] ὅτι αὐτὸς πρῶτος, id est, *quoniam ipse prior*, sive *primus*.

18 *Quem videt, Deum quem non videt*] Utrobique Græcis est ἑώρακε, id est, *vidit*. Nec enim necesse est videre ut diligas, satis est vidisse ut cognoscas. Nihil autem amatur nisi cognitum. Nisi sic accipias verbum Græcum, ut significet actum inhærentem.

19 *Habemus a Deo*] ἀπ' αὐτοῦ, id est, *ab eo*.

ὁ ἀγαπῶν τὸν Θεὸν, ἀγαπᾷ καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

V. 1 Πᾶς ὁ πιστεύων, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται. Καὶ πᾶς ὁ ἀγαπῶν τὸν γεννήσαντα, ἀγαπᾷ καὶ τὸν γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ. 2 Ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἀγαπῶμεν τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ, ὅτ' ἂν τὸν Θεὸν ἀγαπῶμεν, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν. 3 Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, ἵνα τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν, καὶ αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσιν. 4 Ὅτι πᾶν τὸ γεγεννημένον ἐκ Θεοῦ, νικᾷ τὸν κόσμον· καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ νίκη, ἡ νικήσασα τὸν κόσμον, ἡ πίστις ἡμῶν. 5 Τίς ἐστιν ὁ νικῶν τὸν κόσμον, εἰ μὴ ὁ πιστεύων, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ; 6 Οὗτός ἐστιν ὁ ἐλθὼν δι' ὕδατος καὶ αἵματος Ἰησοῦς Χριστός· οὐκ ἐν τῷ ὕδατι μόνον, ἀλλ' ἐν τῷ ὕδατι καὶ τῷ αἵματι. Καὶ τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ μαρτυροῦν, ὅτι τὸ Πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια. 7 Ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες

A qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. 1 Omnis qui credit Jesum esse Christum, ex Deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo. 2 In hoc cognoscimus, quod diligamus filios Dei, [1] quum Deum diligimus, & præcepta ejus servamus. 3 Hæc est enim charitas Dei, ut præcepta ejus servemus, & præcepta ejus gravia non sunt. 4 Quoniam omne quod natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victoria, quæ vicit mundum, fides nostra. 5 Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit, quod Jesus est Filius Dei? 6 Hic est qui venit per aquam & sanguinem Jesus Christus: non per aquam solum, sed per aquam & sanguinem. Et Spiritus est qui testificatur, [2] quoniam Spiritus est veritas. B 7 Quoniam [3] tres

1 *Cum Deum diligamus*] *Cum Deum dilexerimus*, sive *diligimus. Et mandata ejus faciamus*, τηρῶμεν, id est, *servaverimus*, sive *servemus*.

2 *Quoniam Christus est veritas*] ὅτι τὸ Πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια, id est, *quod Spiritus est ipsa veritas. Veritas est*, Hebraice dixit, pro *verax est*. Caro fallax, spiritus nescit mentiri. In rebus visibilibus fucus est, in rebus æternis veritas est.

3 *Tres sunt qui testimonium dant in cælo*] In Græco codice tantum hoc reperio de testimonio triplici, Ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες, τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα, id est, *Quoniam tres sunt qui testificantur, spiritus, & aqua, & sanguis*. Divus Hieronymus, præloquens in Epistolas canonicas, suspicatur hunc locum fuisse depravatum a Latinis Interpretibus, & a nonnullis omissum fuisse testimonium Patris, Filii, & Spiritus sancti. Et tamen juxta nostram Editionem adducit hunc locum Cyrillus in opere, cui titulum fecit *de thesauro*, libro XIV. capite penultimo: *Rursum*, inquit, *Joannes in eadem Epistola ait: Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quia Jesus est Filius Dei? Hic venit per aquam & sanguinem & spiritum Jesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est qui testimonium perhibet. Spiritus enim veritas est. Quia tres sunt qui testimonium perhibent, spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres unum sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est* &c. Hactenus Cyrillus, vir, ni fallor, orthodoxus. Atque hic cum dimicet adversus Arianos, plurimaque in illos congerat e divinis libris testimonia, probabile non est illum omissurum fuisse telum, quo maxime confici poterant illi, si aut scisset, aut credidisset hoc fuisse scriptum ab Apostolo. Colligit autem Cyrillus, Spiritum sanctum esse Deum, non ex eo quod additur, *& hi tres unum sunt*, sed ex eo quod sequitur, *si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est*, quod ad Spiritum refert, cujus ante facta mentio. Jam Beda locum hunc diligenter enarrans, cum accurate multisque verbis exponat testimonium triplex *in terra*, nullam mentionem fecit testimonii *in cælo*, Patris, Verbi, & Spiritus. Nec huic tamen viro defuit omnino linguarum peritia, nec in observandis antiquis exemplaribus diligentia. Imo ne hoc quidem addit *in terra*, duntaxat in codice manu descripto, tantum legit, *Tres sunt qui testimonium dant*. In codice, qui mihi suppeditatus est e Bibliotheca Minoritarum Antuerpiensium, in margine scholium erat adscriptum de testimonio Patris, Verbi, & Spiritus, sed manu recentiore, ut consentaneum sit hoc adjectum ab erudito quopiam, qui noluerit hanc particulam prætermitti, quandoquidem nec in Editione Badiana ulla fit mentio Patris, Filii, & Spiritus sancti. Beda sequutus est Augustinum, qui in libris, quos scripsit adversus Maximinum Arianum, quum nullum non moveat lapidem ut ex canonica Scriptura probet Spiritum sanctum esse Deum, omnesque Personas esse ὁμουσίους, hoc tamen testimonium non adducit, quum locum hunc alias non semel adducat, nominatim lib. III. cap. XXII. ostendens per *spiritum*, *sanguinem*, & *aquam* significatum Patrem, Filium, & Spiritum sanctum: proponit autem illic & inculcat hanc regulam, nulla dici unum, nisi quæ sunt ejusdem substantiæ. Quæ si tam vera est, quam ille videri vult, hic locus afferebat certam victoriam, non Filium modo, sed & Spiritum sanctum evincens ὁμοούσιον Patri. Satis igitur liquet Augustinum hanc particulam in suis codicibus non legisse, quam si legisset, nec adduxisset, videri poterat cum adversario colludere, quod is nusquam solet. Sed urgemur auctoritate Hieronymi, quam equidem nolim elevare, quanquam ille sæpenumero violentus est, parumque pudens, sæpe varius parumque sibi constans. Tamen non satis video, quid sibi velit hoc loco Hieronymus. Verba ipsius subscribam: *Sed*, inquit, *sicut Evangelistas dudum ad veritatis lineam correximus, ita has proprio ordini Deo juvante reddidimus. Est enim prima earum una Jacobi, duæ Petri, & tres Joannis, & Judæ una. Quæ si sicut ab eis digestæ sunt, ita quoque ab Interpretibus fideliter in Latinum verterentur eloquium, nec ambiguitatem legentibus facerent, nec sermonum sese varietas impugnaret, illo præcipue loco ubi de unitate Trinitatis in prima Joannis Epistola positum legimus: in qua etiam ab infidelibus translatoribus multum erratum esse a fidei veritate comperimus, trium tantummodo vocabula, hoc est*, aquæ, sanguinis, & spiritus, *in ipsa sua Editione ponentibus, & Patris Verbique ac Spiritus testimonium omittentibus, in quo maxime & fides catholica roboratur, & Patris ac Filii & Spiritus sancti una divinitatis essentia comprobatur*. Hactenus Hieronymi verba retulimus, ex quibus liquet Hieronymum nihil queri de codicibus Græcis, sed tantum de iis, qui Græca Latine verterunt. At nunc in Græcis codicibus hoc potissimum deest, quod omissum queritur, & habetur in codicibus Latinis, licet non omnibus. Sed unde Hieronymus castigavit errorem Interpretum? Nimirum e Græcis exemplaribus. Sed illi aut habebant, quod nos vertimus, aut variabant. Si variabant, quemadmodum & Latina,

quonam argumento docet utrum sit rectius, utrumve scriptum sit ab Apostolo: præsertim cum quod reprehendit, tum haberet publicus usus Ecclesiæ? Quod ni fuisset, non video qui possint habere locum quæ sequuntur: *Sed tu virgo Christi Eustochium, dum a me impensius Scripturæ veritatem inquiris, meam quodammodo senectutem invidorum dentibus corrodendam exponis, qui me falsarium corruptoremque sacrarum pronunciant Scripturarum*. Quis eum clamasset falsarium, nisi publicam mutasset lectionem? Quod si apud Græcos legit Cyrillus, quod nunc habent Græci codices, si apud nos Augustinus ac Beda, aut tantum hoc legit, aut utrumque legit, non video quid afferat argumenti Hieronymus, quo doceat germanam esse lectionem, quam ipse nobis tradit. Sed dicet aliquis: Erat hoc efficax telum adversus Arianos. Primum cum constet & apud Græcos & apud Latinos olim variasse lectionem, nihil hoc telum adversus illos valebit, qui sine dubio pari jure sibi vindicabant lectionem, quæ pro ipsis facit. Sed finge non esse controversam lectionem, C cum quod dictum est de testimonio aquæ, sanguinis, & spiritus, unum sunt, referatur non ad eamdem naturam, sed ad consensum testimonii: an putamus Arianos tam stupidos futuros, ut non idem hoc loco interpretentur de Patre, Verbo, & Spiritu? præsertim cum simili loco viri sic interpretentur orthodoxi in libris Evangelicis, nec hanc interpretationem rejiciat Augustinus cum Ariano Maximino disputans: imo cum hunc ipsum locum sic interpretetur fragmentum Glossæ ordinariæ, in versuum intervallo additum: *Unum sunt*, inquit, *id est, de re eadem testantes*. Hoc non est confirmare fidem, sed suspectam reddere, si nobis hujusmodi lemmatis blandiamur. Fortasse præstiterat hoc piis studiis agere, uti nos idem reddamur cum Deo, quam curiosis studiis decertare quomodo differat a Patre Filius, aut ab utroque Spiritus. Certe ego, quod negant Ariani, non video posse doceri, nisi ratiocinatione. Postremo cum totus hic locus sit obscurus, non potest admodum valere ad revincendos Hæreticos. Sed hac de re copiosius respondimus calumniatori per apologiam. Illud addam, cum Stunica meus toties jactet Rhodiensem codicem, cui tantum tribuit auctoritatis, mirum non hic adduxisse illius oraculum, D præsertim cum ita fere consentiat cum nostris codicibus ut videri possit Lesbia regula. Veruntamen, ne quid dissimulem, repertus est apud Anglos Græcus codex unus, in quo habetur quod in vulgatis deest. Scriptum est enim hunc ad modum, *Ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ, Πατὴρ, Λόγος, καὶ Πνεῦμα, καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς ἕν εἰσι. Καὶ τρεῖς εἰσιν μαρτυροῦντες ἐν τῇ γῇ, πνεῦμα, ὕδωρ, καὶ αἷμα εἰς τὴν μαρτυρίαν τῶν ἀνθρώπων* &c. Quanquam haud scio an casu factum sit, ut hoc loco non repetatur, quod est in Græcis nostris, *καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν*. Ex hoc igitur codice Britannico reposuimus, quod in nostris dicebatur deesse: ne cui sit ansa calumniandi. Tametsi suspicor codicem illum ad nostros esse correctum. Duos consului codices miræ vetustatis Latinos in Bibliotheca quæ Brugis est divi Donatiani. Neuter habebat testimonium Patris, Verbi, & Spiritus. Ac ne illud quidem in altero addebatur, *in terra*. Tantum erat, *Et tres sunt qui testimonium dant, spiritus, aqua, & sanguis*. In exemplari Constantiensi utroque, post testimonium aquæ, sanguinis, & spiritus, E adjectum erat testimonium Patris, Verbi, & Spiritus, his verbis, *Sicut in cælo tres sunt, Pater, Verbum, & Spiritus, & tres unum sunt*. Nec erat additum, *testimonium dant*, nec pronomen *hi*. In codice, quem exhibuit publica Bibliotheca Scholæ Basileensis, non erat testimonium spiritus, aquæ, & sanguinis. Ad hæc Paulus Bombasius, vir doctus & integer, meo rogatu locum hunc ad verbum descripsit ex Bibliothecæ Vaticanæ codice pervetusto, in quo non habebatur testimonium Patris, Verbi, & Spiritus. Si movet auctoritas vetustatis, liber erat antiquissimus: si Pontificis, ex illius Bibliotheca petitum est testimonium. Cum hac lectione consentit Editio Aldina. Quid Laurentius legerit non satis liquet. Interea perlata est ad nos Editio Hispaniensis, quæ dissidebat ab omnibus. Habet enim hunc in modum: *Ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Λόγος, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσι. Καὶ τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα*. F Primum in hoc dissonat exemplar, quod ex eadem, ni fallor, Bibliotheca petitum sequuti sunt Hispani, ab exemplari Britannico, quod hic adduntur articuli, ὁ Πατὴρ, ὁ Λόγος, τὸ Πνεῦμα, qui non addebantur in Britannico. Deinde quod Britannicum habebat οὗτοι οἱ τρεῖς, Hispaniense tantum, καὶ οἱ τρεῖς, quod idem fit in spiritu, aqua, & sanguine. Præterea quod Britannicum habebat ἕν εἰσι, Hispaniense εἰς τὸ ἕν εἰσι. Postremo quod Britannicum etiam in terræ testimonio adjiciebat, καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσι, quod non addebatur hic duntaxat in Editione Hispaniensi. Equidem arbitror illud, εἰς τὸ ἕν, esse ex idiomate sermonis Hebraici, *Ego ero illi in patrem*, non potest aliud sonare, quam ero illi pater. Jam Hispaniensis Editio scholium e Decretalibus adjecerat, quod divo Thomæ tribuitur. Id declarat juxta codices

τες ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ Πατὴρ, ὁ Λόγος, καὶ τὸ Πνεῦ-
8 μα ἅγιον· καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς ἕν εἰσι. Καὶ τρεῖς εἰσιν οἱ
μαρτυροῦντες ἐν τῇ γῇ, πνεῦμα, καὶ ὕδωρ, καὶ αἷμα·
9 καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν. Εἰ τὴν μαρτυρίαν τῶν ἀνθρώπων
λαμβάνομεν, ἡ μαρτυρία τοῦ Θεοῦ μείζων ἐστίν· ὅτι αὕτη ἐστὶν
ἡ μαρτυρία τοῦ Θεοῦ, ἣν μεμαρτύρηκε περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ.
10 Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἔχει τὴν μαρτυρίαν ἐν
ἑαυτῷ. Ὁ μὴ πιστεύων τῷ Θεῷ, ψεύστην πεποίηκεν αὐτόν·
ὅτι οὐ πεπίστευκεν εἰς τὴν μαρτυρίαν, ἣν μεμαρτύρηκεν ὁ
11 Θεὸς περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία, ὅτι
ζωὴν αἰώνιον ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεός· καὶ αὕτη ἡ ζωὴ ἐν τῷ
12 Υἱῷ αὐτοῦ ἐστιν. Ὁ ἔχων τὸν Υἱὸν, ἔχει τὴν ζωήν· ὁ μὴ
13 ἔχων τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὴν ζωὴν οὐκ ἔχει. Ταῦτα ἔγρα-
ψα ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ,
ἵνα εἰδῆτε, ὅτι ζωὴν αἰώνιον ἔχετε, καὶ ἵνα πιστεύητε
14 εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ παῤ-
ῥησία, ἣν ἔχομεν πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἐάν τι αἰτώμεθα κα-
15 τὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, ἀκούει ἡμῶν. Καὶ ἐὰν οἴδαμεν,
ὅτι ἀκούει ἡμῶν ὃ ἂν αἰτώμεθα, οἴδαμεν ὅτι ἔχομεν τὰ
16 αἰτήματα, ἃ ἠτήκαμεν παρ' αὐτοῦ. Ἐάν τις ἴδῃ τὸν ἀ-
δελφὸν αὐτοῦ ἁμαρτάνοντα ἁμαρτίαν μὴ πρὸς θάνατον,
αἰτήσει, καὶ δώσει αὐτῷ ζωὴν, τοῖς ἁμαρτάνουσι μὴ πρὸς
θάνατον. Ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον, οὐ περὶ ἐκείνης
17 λέγω ἵνα ἐρωτήσῃ. Πᾶσα ἀδικία ἁμαρτία ἐστίν. Καὶ
18 ἐστὶν ἁμαρτία οὐ πρὸς θάνατον. Οἴδαμεν, ὅτι πᾶς ὁ γε-
γεννημένος ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐχ ἁμαρτάνει· ἀλλ' ὁ γεννηθεὶς
ἐκ τοῦ Θεοῦ, τηρεῖ ἑαυτὸν, καὶ ὁ πονηρὸς οὐχ ἅπτεται
19 αὐτοῦ. Οἴδαμεν, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐσμεν, καὶ ὁ κόσμος ὅλος
20 ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται. Οἴδαμεν δὲ, ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ
ἥκει,

A tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Sermo, & Spiritus sanctus: 4 & hi tres unum sunt. 8 Et tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, & aqua, & sanguis: & hi tres unum sunt. 9 Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est: quoniam 5 hoc est testimonium Dei, 6 quod testificatus est de Filio suo. 10 Qui credit in Filium Dei, 7 habet testimonium in seipso. 8 Qui non credit Deo, 9 mendacem fecit eum: 10 quia non credit in testimonium, quod testificatus est Deus de Filio suo. 11 Et hoc est testimonium, quod vitam æternam dedit nobis B Deus: & hæc vita in Filio ejus est. 12 Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium Dei, vitam non habet. 13 11 Hæc scripsi vobis, qui creditis in nomine Filii Dei, ut sciatis, quod vitam habetis æternam, & ut credatis in nomine Filii Dei. 14 Et hæc est fiducia, quam habemus apud Deum, quod si quid petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos. 15 Et si scimus, quod audit nos quicquid petierimus, scimus quod habemus petitiones, 12 quas postulavimus ab eo. 16 13 Si quis viderit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, 14 petet, & dabit ei vitam, peccantibus non ad mortem. Est peccatum ad mortem, 15 non pro C illo dico ut roget. 17 16 Omnis iniquitas peccatum est. Et est peccatum non ad mortem. 18 Scimus, quod omnis qui natus est ex Deo, non peccat: 17 sed qui genitus est ex Deo, servat seipsum, & malus ille 18 non tangit eum. 19 Scimus, quod ex Deo sumus, & mundus totus in malo constitutus est. 20 Scimus autem, quod Filius Dei

dices emendatos, in testimonio spiritus, aquæ, & sanguinis, non addi, *& hi tres unum sunt*, verum id adjectum videri ab iis qui favebant Ariano dogmati. Nam si hic adderetur, non posset exponi nisi de consensu testimonii, quando natura non possunt unum dici spiritus, aqua, & sanguis. Ex hoc consequeretur, & illud quod præcessit de Patre & Filio & Spiritu sancto, *& hi tres unum sunt*, accipi posse de consensu charitatis ac testimonii. Nunc his verbis Joannes asseruit eamdem essentiam Patris & Filii & Spiritus D sancti. Principio quod colligunt verissimum est, Patris & Filii & Spiritus sancti eamdem esse naturam simplicissimam & individuam. Id nisi esset, non vere nasceretur e Patre Filius, nec vere Spiritus sanctus a Patre Filioque procederet, utique Deus de substantia Dei. De collectione tantum agimus. Constat hic agi de fide testimonii, non de substantia personarum. Quod si multis aliis locis hæc vox, *unum*, consensum sonat, non unitatem individui, quid absurdi sit, si hic similiter interpretemur. Quoties legimus in utroque Testamento, *cor unum, spiritum* & *animam unam, os unum, mentem unam*, quum consensus ac mutua charitas significatur? Is enim sermonis tropus quum tam familiaris sit divinis voluminibus, quid vetat quo minus & hic similiter accipiatur? Dominus Joannis x. dicit: *Ego & Pater unum sumus.* Hoc testimonio quomodo prosternetur Arianus? nisi doceas, *unum* in Litteris Sacris non appellari, nisi quæ sunt ejusdem substantiæ. Nunc quum innumera loca suppetant, quæ docent intelligi de consensu mutuaque benevolentia, ad confirmandam opinionem Orthodoxi valebit, ad retundendam Hæretici pertinaciam non video quantum valeat. Quod au- E tem Christus ibi loquatur de concordia quam habet cum Patre, probabili conjectura colligitur, quod Christus non respondet ad id quod dixerat sese unum cum Patre, sed quod Deum appellabat Patrem suum, seque singulari modo vocabat Filium Dei. Et apud Joannem XVII. *Pater sancte*, inquit, *serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos.* Ac rursus, *ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint.* Totus hic locus de consensu charitatis ac testimonii tractat, & velimus nolimus cogimur illud *unum* aliter interpretari de nobis quam de personis divinis. Non igitur constringit locus nisi compellat Orthodoxorum auctoritas, & Ecclesiæ præscriptio, docens hunc locum aliter exponi non posse. Pium autem est nostrum sensum semper Ecclesiæ judicio submittere, simul atque claram illius sententiam audierimus. Nec interim tamen nefas est citra contentionem scrutari verum, ut Deus aliis alia patefacit. Sed ut ad lectionis negotium redeamus, ex his quæ commemoravimus constat, & Latinorum & Græcorum codices variare, meaque senten- F tia nullum periculum est quamcunque lectionem amplectaris: nam quod ait Thomas de particula ab Hæreticis addita, primum non affirmat, sed ait *dicitur*, alioqui Ecclesia catholica per orbem terrarum amplecteretur quod ab Hæreticis esset adulteratum. Illud torquebit Grammaticos, quomodo de spiritu, aqua, & sanguine dicitur, *tres sunt qui, & hi unum sunt*, præsertim quum spiritus, aqua, & sanguis apud Græcos sint neutri generis. Verum Apostolus magis respexit sensum quam verba, pro tribus testibus, quasi tribus personis, supposuit tres res, spiritum, aquam, & sanguinem. Quod genus, si dicat, *qualis sis artifex, ipsum ædificium testis est.*

4 *Et hi tres unum sunt*] *Hi* redundat, nisi quod Interpres adjecit explicandæ sententiæ gratia. Neque est *unum*, sed *in unum*, εἰς τὸ ἕν, in quibusdam.

5 *Hoc est testimonium Dei quod majus est*] *Quod majus est*, hoc loco superest, juxta Græcos codices.

6 *Quia testificatus est*] ἣν μεμαρτύρηκε, id est, *quod testificatus est.*

7 *Habet testimonium Dei in se*] *Dei* redundat. Articulus tamen habet emphasim, ut de Dei testimonio accipias.

8 *Qui non credit Filio*] Græce non est *Filio*, sed *Deo.*

9 *Mendacem facit*] Græce est *fecit*, πεποίηκεν.

10 *Quia non credit*] ὅτι οὐ πεπίστευκεν, id est, *quia non credidit.*

11 *Hæc describo*] Ταῦτα ἔγραψα, id est, *Hæc scripsi.* Hoc loco Græca dissident a Latinis, sed vereor ne sint depravata: Ἔγραψα ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἵνα εἰδῆτε ὅτι ζωὴν αἰώνιον ἔχετε, καὶ ἵνα πιστεύητε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Id est, *Scripsi vobis, qui creditis in nomine Filii Dei, ut sciatis quod vitam æternam habetis, & ut credatis in nomine Filii Dei.* Certe Græcorum exemplaria consentiunt.

12 *Quas postulamus*] ἃ ᾐτήκαμεν, id est, *quæ postulavimus*, præterito tempore.

13 *Qui scit fratrem*] Ἐάν τις ἴδῃ, id est, *Si quis sciat.*

14 *Petat & dabitur ei vita peccanti non ad mortem*] αἰτήσει, καὶ δώσει αὐτῷ ζωὴν, τοῖς ἁμαρτάνουσι μὴ πρὸς θάνατον, id est, *petet, & dabit ei vitam, his qui peccant non ad mortem.* Merito torquet Grammaticos, quomodo post *ei* sequatur *peccantibus.* Tametsi Beda legit *peccanti*, consentiens cum nostra Editione. Verum hic numerus mutatus non mutat sensum, quoniam pronomen *ei* generaliter positum est: quemadmodum si dicas, difficilius est certare cum viro, quam cum fœmina, idem pollet, quasi dicas, certare cum viris quam cum fœminis. Subest & alius scrupulus, quid referatur ad verbum *dabit*, Deus, an qui petit. Nam & qui impetrat, alteri quodammodo dat.

E 15 *Non pro illo*] οὐ περὶ ἐκείνης. *Illo* referendum est ad peccatum, non ad hominem. Locus hic in speciem adimere videtur spem veniæ relapsis in culpam gravem. Neque me clam est, quibus rationibus sese hinc explicent Theologi. Sed mihi videtur & alius exitus aperiri posse. Venialia delicta, sine quibus non vivitur, quotidiana precatione delentur, *Remitte nobis debita nostra*, quemadmodum interpretatur & Augustinus. Cæterum atrocia flagitia non sanantur eodem modo, sed olim ejiciebantur e contubernio Ecclesiæ, tradebanturque Satanæ, nec recipiebantur, nisi jejunio, lachrymis, multisque remediis duris deleta culpa. Beda putat omnino peccatum aliquod esse, cui non sit petenda venia, eo quod frustra peteretur, videlicet sequutus Augustinum, qui hoc sensit in libris *de Sermone Domini habito in monte*: quæ fuit Origenis, Theognosti, & Athanasii opinio. Verum hujus sententiæ canit palinodiam in libro *Retractat.* priore, addens hoc esse verum, si in perverso affectu perseverarit usque ad mortem. Et hanc sententiam attingit Beda, sed priorem judicat potiorem, quod cum hac parum F congruant quæ sequuntur, *Omnis iniquitas peccatum est* &c. Suspicor autem Augustini commentarium mutilum truncata parte quæ offendebat Lectorem, quam tamen Beda legisse videtur. Id arguit imitatio, qualis est in cæteris.

16 *Omnis iniquitas est peccatum, & est peccatum ad mortem*] Græci legunt, *non ad mortem.* Et in hanc sententiam exponit Glossa ordinaria. Quanquam & alias sermo habet amphibologiam, potest enim hic accipi sensus, Omnis iniquitas est peccatum, & quidem ad mortem, ut *peccati* vocabulum sit generalius, *iniquitatis* specialius. Potest & alius, Omnis iniquitas est peccatum, & est aliquod peccati genus quod superat omnem iniquitatem, eoque nec remittitur.

17 *Sed generatio Dei*] ἀλλ' ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Θεοῦ τηρεῖ ἑαυτὸν, id est, *sed genitus ex Deo servat seipsum.* Consentiunt Græcorum exemplaria, nec minus constanter discrepant Latina. Si pro ἑαυτὸν scriptum esset αὐτὸν, ὁ γεννηθεὶς referri posset ad Filium Dei, qui conservat filios Dei.

18 *Non tanget*] οὐχ ἅπτεται, id est, *non tangit*, tempore præsenti.

ἥκει, καὶ δέδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθινόν· καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ Υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ· οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ἡ ζωὴ αἰώνιος.
21 Τεκνία φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων. Ἀμήν.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΙΩΑΝΝΟΥ Α.

ΤΕΛΟΣ.

A Dei venit, & 19 dedit nobis mentem, ut cognoscamus 20 illum qui verus est: & sumus 21 in vero, in Filio ejus Jesu Christo: hic est verus Deus, & vita æterna. 21 Filioli, cavete vobis a simulacris. Amen.

EPISTOLÆ JOANNIS I.

FINIS.

19 *Dedit nobis sensum*] διάνοιαν, id est, *mentem*, sive *cogitationem*.

20 *Deum verum*] *Deum* apud Græcos non est, sed τὸν ἀληθινὸν, id est, *eum qui verus est*. Ac juxta Græcorum lectionem citat hunc locum divus Hilarius lib. *de Trinitate* VI. *Ut intelligamus verum, & simus in vero, in Filio ejus Jesu Christo. Hic est verus Deus & vita æterna*. Item Augustinus libro *de Trinitate* I. capite VI. juxta vetustissimum codicem. Rursus Hieronymus enarrans caput Esaiæ LXV. *Venit*, inquit, *Filius Dei, & dedit nobis mentem, ut agnoscamus verum, & simus in vero Filio ejus Jesu Christo. Iste est verus Deus & vita æterna*. Potest enim hic esse sensus, ut cognoscamus verum Deum & simus in vero. Plus est enim esse in Deo quam nosse Deum. Et *in Filio* sonare potest *per Filium*, ut B cognoscamus Patrem per Filium. Deinde particula quæ sequitur, *hic est verus Deus*, referri potest ad Deum verum Patrem, qui præcessit, Hic quem novimus, in quo sumus per Filium, verus sit Deus. Exemplaria quæ vidi consentiunt cum Editione Aldina, quædam tamen consentiunt cum nostra lectione, *ut cognoscamus verum Deum*. Quidam affirmat idem haberi in quodam Rhodiensi. Verum id ad sensum minimum habet momenti, quum constet de Patre fieri mentionem in prima particula: de postrema dubium esse potest, utrum repetat suo more quod prius dixerat, an idem tribuat Filio quod Patri. Certe *sumus* est Græcis, non *simus*, ἐσμέν. Non enim monet ut sint, sed gratulatur quod sunt in vero.

21 *In vero Filio ejus*] ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ Υἱῷ αὐτοῦ, id est, *in eo qui verus est*, nimirum *in Filio ejus*, aut *per Filium ejus*.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM JOANNIS I.
PER
DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM,
FINIS.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ
τῆς δευτέρας καθολικῆς Ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου
ΙΩΑΝΝΟΥ
ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ.

Ταύτην ὁ πρεσβύτερος γράφει κυρίᾳ καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῆς. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιστολῆς αὕτη. Ὁρῶν τὰ τέκνα αὐτῆς καλῶς ἀναστρεφόμενα ἐν τῇ πίστει, καὶ πολλοὺς πλάνους περιερχομένους, καὶ λέγοντας, μὴ εἶναι τὴν παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ ἐν σαρκὶ, γράφει τὴν Ἐπιστολήν. Καὶ πρῶτον μὲν ἀποδέχεται αὐτῆς τὰ τέκνα. Εἶτα διδάσκων, μὴ νεώτερον εἶναι τὸ καθ' ὑμᾶς μυστήριον, παραινεῖ πάλιν περὶ ἀγάπης, καὶ ἵνα μείνωσιν ἐν τῇ διδαχῇ τῇ παραδοθείσῃ αὐτοῖς, καὶ λοιπὸν διδάσκει ἀντίχριστον εἶναι, τὸν λέγοντα, μὴ ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι τὸν Χριστόν. Παραγγέλλει δὲ, ὥστε τοὺς τοιούτους μὴ δέχεσθαι τινὰ εἰς οἰκίαν, μηδὲ λέγειν τοῖς τοιούτοις χαίρειν. Καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

EPISTOLA BEATI
JOANNIS
SECUNDA.

I. 1 Ὁ πρεσβύτερος ἐκλεκτῇ Κυρίᾳ καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῆς, οὓς ἐγὼ ἀγαπῶ ἐν ἀληθείᾳ· καὶ οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἐγνωκότες τὴν ἀλήθειαν, 2 Διὰ τὴν ἀλήθειαν τὴν μένουσαν ἐν ἡμῖν, καὶ μεθ' ἡμῶν ἔσται εἰς τὸν αἰῶνα. 3 Ἔσται μεθ' ἡμῶν χάρις, ἔλεος, εἰρήνη, παρὰ Θεοῦ Πατρὸς καὶ παρὰ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Πατρὸς, ἐν ἀληθείᾳ καὶ ἀγάπῃ. 4 Ἐχάρην λίαν, ὅτι εὕρηκα ἐκ τῶν τέκνων σου περιπατοῦντας ἐν ἀληθείᾳ, καθὼς ἐντολὴν 5 ἐλάβομεν παρὰ τοῦ Πατρός. Καὶ νῦν ἐρωτῶ σε Κυρία, οὐχ ὡς ἐντολὴν γράφω σοι καινὴν, ἀλλὰ ἣν εἴχομεν ἀπ' ἀρχῆς, 6 ἵνα ἀγαπῶμεν ἀλλήλους. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγάπη, ἵνα περιπατῶμεν κατὰ τὴν ἐντολὴν αὐτοῦ. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ, 7 καθὼς ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα ἐν αὐτῇ περιπατῆτε· Ὅτι πολλοὶ πλάνοι εἰσῆλθον εἰς τὸν κόσμον, οἱ μὴ ὁμολογοῦντες

A SENIOR electæ Dominæ 1 & filiis ejus, quos ego diligo in veritate: & non ego solus, sed & omnes qui cognoverunt veritatem, 2 Propter veritatem quæ permanet in nobis, & nobiscum erit in æternum. 3 Erit nobiscum gratia, misericordia, pax, a Deo Patre & a Domino Jesu Christo Filio Patris, in veritate & charitate. 4 Gavisus sum valde, quod inveni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicut præceptum accepimus a Patre. 5 Et nunc rogo te Domina, non tanquam mandatum novum scribo tibi, sed quod habuimus ab initio, ut dili- B 6 gamus nos mutuo. Et hæc est charitas, ut ambulemus secundum præceptum ejus. Hoc est præceptum, quemadmodum audistis ab initio, 2 ut in eo ambuletis: 7 Quoniam multi seductores 3 ingressi sunt in mundum, 4 qui

1 ET *natis*] καὶ τοῖς τέκνοις. Cur non potius *filiis*? sequitur enim οὓς, id est, *quos*, masculino genere, cum τέκνα sit neutri generis. Poterat vertere *liberis* potius quam *natis*, quæ vox Poëtarum magis est.

2 *In eo ambuletis*] ἵνα ἐν αὐτῇ περιπατῆτε, id est, *ut in eo ambuletis*, sed ut *eo* referat mandatum, non Deum. Nam Græcis est fœminini generis, ut ad Deum referri non possit.

3 *Exierunt*] εἰσῆλθον, id est, *introierunt*.

4 *Qui non confitetur Jesum Christum venisse in carne, hic est seductor & antichristus*] Græci secus distingunt, sensu non admodum diverso, *Multi seductores introierunt in mundum, qui non confitentur Jesum Christum venturum in carne*. Deinde subjiciunt, *hic est seductor*. Ὅτι πολλοὶ πλάνοι εἰσῆλθον εἰς τὸν κόσμον, οἱ μὴ ὁμολογοῦντες Ἰησοῦν Χριστὸν ἐρχόμενον ἐν σαρκὶ, οὗτός ἐστιν ὁ πλάνος. Verum huic lectioni nonnihil reclamat articulus οἱ μὴ ὁμολογούμενοι,

τες Ἰησοῦν Χριςὸν ἐρχόμενον ἐν σαρκί· οὗτός ἐςιν ὁ πλάνος καὶ ὁ ἀντίχριςος. 8 Βλέπετε ἑαυτοὺς, μὴ ἀπολέσωμεν ἃ εἰργασάμεθα, ἀλλὰ μισθὸν πλήρη ἀπολάβωμεν. 9 Πᾶς ὁ παραβαίνων, καὶ μὴ μένων ἐν τῇ διδαχῇ τοῦ Χριςοῦ, Θεὸν οὐκ ἔχει. Ὁ μένων ἐν τῇ διδαχῇ τοῦ Χριςοῦ, οὗτος καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ἔχει. 10 Εἴ τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, καὶ ταύτην τὴν διδαχὴν οὐ φέρει, μὴ λαμβάνετε αὐτὸν εἰς οἰκίαν, καὶ χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε. 11 Ὁ γὰρ λέγων αὐτῷ χαίρειν, κοινωνεῖ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ 12 τοῖς πονηροῖς. Πολλὰ ἔχων ὑμῖν γράφειν, οὐκ ἠβουλήθην διὰ χάρτου καὶ μέλανος. Ἀλλὰ ἐλπίζω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ςόμα πρὸς ςόμα λαλῆσαι, ἵνα ἡ χαρὰ 13 ἡμῶν ᾖ πεπληρωμένη. Ἀσπάζεταί σε τὰ τέκνα τῆς ἀδελφῆς σου τῆς ἐκλεκτῆς. Ἀμήν.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΙΩΑΝΝΟΥ Β.

ΤΕΛΟΣ.

A qui non confitentur Jesum Christum venturum in carne: hic est seductor & antichristus. 8 Intuemini vosipsos, ne perdamus quæ operati sumus, sed ut 5 mercedem plenam recipiamus. 9 Omnis 6 qui transgreditur, & non manet in doctrina Christi, Deum non habet. Qui manet in doctrina Christi, hic & Patrem & Filium habet. 10 Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, ne recipiatis eum in domum, 7 nec 11 ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi ave, communicat 12 operibus ejus malis. Quum multa haberem vobis scribenda, nolui per chartam & atramentum. Sed 8 spero me venturum ad vos, & præsentem præsentibus lo- 13 quuturum, ut gaudium nostrum sit completum. Salutant te filii sororis tuæ electæ. Amen.

B

EPISTOLÆ JOANNIS II.

FINIS.

vot, qui si abesset, sine controversia referendum esset ad superiora. Nec est quod nos offendat mutatus numerus, quum Antichristum dicit, omnes intelligit qui Christo repugnant. Hac figura Gallum dicimus pro Gallis, militem pro militibus. Cæterum ἐρχόμενον potest accipi, ut sit præteriti imperfecti temporis, *qui veniebat*: & potest accipi, ut sit futuri, ut intelligamus de judicio supremo.

5 *Mercedem plenam accipiatis*] ἀπολάβωμεν, id est, *accipiamus*.

6 *Qui recedit*] ὁ παραβαίνων, id est, *qui præterit*, sive *transgreditur*: & quod hîc bis est *permanet*, Græcis est *manet*, μένων. Interpres affectavit ἐναντίωσιν exprimere, in *recedit* & *manet*. Vetusti codices habebant *præcedit*, non *recedit*. Nostri & verbum mutarunt & numerum, *præcedit enim* dixit pro *præterit*.

7 *Nec ave ei dixeritis*] χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε, id est, *ne dixeritis illi salutem*, aut *ne jusseritis illum salvere. Ecce prædixi vobis, ut in die Domini non confundamini.* Hæc verba non invenio in Græco codice.

8 *Spero me futurum ad vos*] Si Græcis esset γίνεσθαι, videri poterat eam formam sequutus: nunc quum sit ἐλθεῖν, id est, *venire*, demiror cur illi placuerit futurum, præsertim quum sequatur, *ad vos*. Quod durius etiam fit, quoniam addit, *& os ad os loqui*: *ore ad os*, erat Latinius. Nam in Græcis est synecdoche, & subauditur κατά. Nos expressimus, *præsentem præsentibus loquuturum*. Simili sermonis genere claudit & sequentem Epistolam.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM JOANNIS II.
PER
DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM,
FINIS.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

τῆς τρίτης καθολικῆς Ἐπιςολῆς τοῦ ἁγίου

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ.

Ἔστιν ἡ Ἐπιςολὴ περὶ φιλοξενίας. Καὶ πρῶτον μὲν ἀποδέχεται τὸν Γάϊον, μαρτυρούμενον παρὰ πάντων ἐπὶ φιλοξενίᾳ. Καὶ προτρέπει τῇ αὐτῇ προθέσει ἐμμένειν, καὶ δέξασθαι τοὺς ἀδελφούς. Πάλιν τὸ αὐτοῦ μὲν τὴν προσφορὰν ἀποδέχεται. Αἰτιᾶται δὲ Διοτρεφῆ, ὡς μήτε αὐτὸν παρέχοντα τοῖς πτωχοῖς, ἀλλὰ καὶ κωλύοντα τοὺς ἄλλους, καὶ πολλὰ φλυαροῦντα. Τοὺς δὲ τοιούτους λέγει ἀλλοτρίους εἶναι τῆς ἀληθείας, καὶ μηδὲ εἰδέναι τὸν Θεόν. Δημήτριον δὲ συνίςησι μαρτυρῶν αὐτῷ τὰ κάλλιςα.

EPISTOLA
CATHOLICA BEATI
JOANNIS
THEOLOGI TERTIA.

1 ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ Γαΐῳ τῷ ἀγαπητῷ, 2 ὃν ἐγὼ ἀγαπῶ ἐν ἀληθείᾳ. Ἀγαπητὲ, περὶ πάντων εὔχομαί σε εὐοδοῦσθαι καὶ ὑγιαίνειν, καθὼς εὐοδοῦταί σου ἡ 3 ψυχή. Ἐχάρην γὰρ λίαν ἐρχομένων ἀδελφῶν καὶ μαρτυρούντων σου τῇ ἀληθείᾳ, καθὼς σὺ ἐν ἀληθείᾳ περιπατεῖς. Μειζοτέραν τούτων οὐκ ἔ- 4 χω χαρὰν, ἵνα ἀκούω τὰ ἐμὰ τέκνα ἐν ἀληθείᾳ περιπα- 5 τοῦντα. Ἀγαπητὲ, πιςὸν ποιεῖς ὃ ἐὰν ἐργάσῃ εἰς τοὺς ἀδελ-

A SENIOR Gajo dilecto, quem e- 1 go diligo in veritate. Dilecte, de 2 omnibus 1 opto ut prospere agant & recte valeant, sicut prospere agit anima tua. Gavisus sum enim 3 valde venientibus fratribus & testimonium reddentibus veritati tuæ, sicut tu in veritate ambulas. 2 Majus iis non habeo gaudium, quam ut audiam 4 filios meos in veritate ambulare. Charissime, 3 fideli- 5 ter

1 ORationem facio] εὔχομαι, id est, *opto*. *Prospere te ingredi*, εὐοδοῦσθαι, id est, *prosperari*, sive *prospere agere*, quod mox ita vertit, *prospere agit anima tua*, εὐοδοῦται. Quorsum obsecro conducit ista varietatis affectatio?

2 *Majorem horum gratiam*] Μειζοτέραν τούτων οὐκ ἔχω χαρὰν, id est, *Majus horum non habeo gaudium*. Quidam pro τούτων habebat ταύτης.

3 *Fideliter facis*] πιςὸν ποιεῖς ὃ ἐὰν ἐργάσῃ. Potest & hic sensus

6 ἀδελφοὺς καὶ εἰς τοὺς ξένους, Οἵ ἐμαρτύρησάν σου τῇ ἀγάπῃ ἐνώπιον Ἐκκλησίας· οὓς καλῶς ποιήσεις, 7 προπέμψας ἀξίως τοῦ Θεοῦ. Ὑπὲρ γὰρ τȣ̃ ὀνόματος 8 ἐξῆλθον, μηδὲν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. Ἡμεῖς οὖν ὀφείλομεν ἀπολαμβάνειν τοὺς τοιούτȣς, ἵνα 9 συνεργοὶ γινώμεθα τῇ ἀληθείᾳ. Ἔγραψα τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' ὁ φιλοπρωτεύων αὐτῶν Διοτρεφὴς ȣ̓κ ἐπιδέ- 10 χεται ἡμᾶς. Διὰ τȣ̃το ἐὰν ἔλθω, ὑπομνήσω αὐτȣ̃ τὰ ἔργα ἃ ποιεῖ, λόγοις πονηροῖς φλυαρῶν ἡμᾶς, καὶ μὴ ἀρκȣ́μενος ἐπὶ τȣ́τοις, οὔτε αὐτὸς ἐπιδέχεται τȣ̀ς ἀδελφȣ̀ς, καὶ τȣ̀ς βȣλομένȣς κωλύει, καὶ ἐκ τῆς ἐκ- 11 κλησίας ἐκβάλλει. Ἀγαπητὲ, μὴ μιμȣ̃ τὸ κακὸν, ἀλλὰ τὸ ἀγαθόν. Ὁ ἀγαθοποιῶν, ἐκ τȣ̃ Θεȣ̃ ἐστιν· ὁ 12 δὲ κακοποιῶν, ȣ̓χ ἑώρακε τὸν Θεόν. Δημητρίῳ μεμαρτύρηται ὑπὸ πάντων, καὶ ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας· καὶ ἡμεῖς δὲ μαρτυρȣ̃μεν, καὶ οἴδα- 13 τε, ὅτι ἡ μαρτυρία ἡμῶν ἀληθής ἐστι. Πολλὰ εἶχον γράφειν, ἀλλ' οὐ θέλω διὰ μέλανος καὶ καλάμου 14 σοι γράψαι. Ἐλπίζω δὲ εὐθέως ἰδεῖν σε, καὶ στόμα 15 πρὸς στόμα λαλήσομεν. Εἰρήνη σοι. Ἀσπάζονταί σε οἱ φίλοι. Ἀσπάζου τȣ̀ς φίλȣς κατ' ὄνομα.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΙΩΑΝΝΟΥ Γ.

ΤΕΛΟΣ.

ter facis quicquid operaris in fratres 4 & in hospites, 6 Qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu Ecclesiæ: quos benefacies, si deduxeris digne 7 Deo. Pro nomine enim ejus profecti sunt, nihil accipientes a gentibus. 8 Nos ergo debemus recipere hujusmodi, ut 5 cooperatores simus veritati. 9 6 Scripsi Ecclesiæ, sed is qui amat primatum gerere in eis Dio- 10 trephes non recipit nos. Propter hoc si venero, indicabo facta illius quæ facit, verbis malitiosis garriens in nos, 7 & nec his contentus, non solum non recipit fratres, 8 verum etiam volentes recipere prohibet, 11 & e congregatione ejicit. Dilecte, ne imiteris quod malum est, sed quod bonum est. Qui benefacit, ex Deo 12 est: qui autem malefacit, non vidit Deum. Demetrio 9 testimonium redditum est ab omnibus, & ab ipsa veritate: sed & nos testimonium perhibemus, & no- 13 stis, quod testimonium nostrum verum est. Multa habebam quæ scriberem, sed nolo per atramentum & 14 calamum scribere tibi. Spero autem protinus me vi- 15 surum te, & præsentes coram loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

EPISTOLÆ JOANNIS III.

FINIS.

sus accipi, *tutum reddis*, sive *in tuto collocas*. Aut hic, *rem Christianam facis*.

4 *Et hoc in peregrinos*] *Hoc* redundat, juxta Græcorum codices.

5 *Cooperatores simus veritatis*] τῇ ἀληθείᾳ, id est, *veritati*.

6 *Scripsissem forsitan*] Græce Ἔγραψα, id est, *Scripsi*. Nec additum est *forsitan*. Suspicor aliquem castigatorem addidisse in margine *Scripsissem*, pro *Scripsi*, & adjecisse *forsitan*, ne videretur arrogantior, deinde per imperitum Librarium utrumque translatum fuisse in contextum. Non male vertit Interpres, siquidem legit Ἔγραψα ἄν. Quin alter sensus constat, *Scripsi Ecclesia*, sed frustra, quandoquidem obstat Diotrephes.

7 *Et quasi non ei ista sufficiant*] καὶ μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τȣ́τοις, id est, *& non contentus his*.

8 *Et eos qui suscipiunt*] καὶ τοὺς βȣλομένȣς, id est, *eos qui volunt*, ut subaudias *recipere*.

9 *Testimonium redditur*] μεμαρτύρηται, id est, *testimonium perhibitum est*. Constat inter Auctores, primam Joannis Epistolam ejus esse Joannis, quem Jesus dilexit plurimum. Cæterum duas posteriores Joannes Presbyter scripsit, non Joannes Apostolus. Qua quidem de re prodidit Hieronymus in *Catalogo Scriptorum illustrium*, his quidem verbis: *Scripsit autem & unam Epistolam, cujus exordium est*, Quod fuit ab initio &c. *qua ab universis ecclesiasticis & eruditis viris probatur. Reliqua autem dua, quarum principium est*, Senior electæ Dominæ, *&*, Senior Cajo charissimo, *Joannis Presbyteri asseruntur, cujus & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur*. Idem in Papia demonstrat Joannem Seniorem fuisse diversum ab Joanne Apostolo & Evangelista: ac Seniori, non Apostolo adscribi duas posteriores Epistolas: vide Eusebium lib. III. cap. XCIX.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM JOANNIS III.

PER

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM,

FINIS.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

Ταύτην Ἐπιστολὴν γράφει τοῖς ἤδη πιστεύσασιν. Ἡ δὲ πρόφασις αὕτη. Παρεισελθόντων τινῶν, καὶ διδασκόντων ἀδιάφορον εἶναι τὴν πίστιν, καὶ ἀρνȣμένων τὸν Κύριον, ἀνάγκην ἔσχε γράψαι καὶ ἀσφαλίσασθαι τȣ̀ς ἀδελφȣ́ς. Καὶ πρῶτον μὲν παρακαλεῖ αὐτȣ̀ς ἀγωνίσασθαι, καὶ ἐμμένειν τῇ παραδοθείσῃ αὐτοῖς πίστει. Ἔπειτα ἀποκηρύττει τȣ̀ς τοιȣ́τȣς ὡς πλάνȣς· καὶ παραγγέλλει μηδεμίαν κοινωνίαν ἔχειν πρὸς τȣ̀ς τοιȣ́τȣς, εἰδότας, ὅτι ȣ̓κ ἀρκεῖ τὸ κληθῆναι μόνον, ἐὰν μὴ καὶ ἀξίως περιπατήσωμεν τῆς κλήσεως. Καὶ γὰρ καὶ τὸν πρότερον λαὸν ἐξαγαγὼν ἐξ Αἰγύπτȣ ὁ Θεὸς, καὶ μὴ ἐμμείναντας τῇ πίστει ἀπώλεσε· καὶ ἀγγέλων δὲ μὴ τηρησάντων τὴν ἰδίαν τάξιν ȣ̓κ ἐφείσατο. Δεῖ ȣ̓̃ν ἀπὸ τῶν τοιȣ́των ἀναχωρεῖν. Καὶ γὰρ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος ȣ̓χ ὑπήνεγκε βλασφημίαν τȣ̃ διαβόλȣ· ἔσεσθαι γ' ȣ̓̃ν τὴν ἀπώλειαν αὐτῶν ὡς Σοδόμων διδάσκει. Εἶτα παραινεῖ εἰς τὰ ἤθη. Καὶ ἐπευξάμενος αὐτοῖς βεβαιότητα τῆς πίστεως παρὰ τȣ̃ Κυρίȣ, τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

IN EPISTOLAM JUDÆ

Argumentum per DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM.

Multis verbis destomachatur in eos, qui cupiditatibus suis excæcati adversabantur Evangelio. Quod tamen novum videri non debeat, quum jam olim in hoc destinati sint, & ab Apostolis prædictum sit, id genus homines irrepturos in gregem Christianorum. Adversus hos sic armat eos, ut studeant & illos vel increpatione coërcere, vel admonendo servare. Quod si non queant, certe ipsi sese parent in adventum Christi.

EPI-

EPISTOLA CATHOLICA BEATI JUDÆ APOSTOLI.

1 ΙΟΥΔΑΣ Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου, τοῖς ἐν Θεῷ Πατρὶ ἡγιασμένοις, καὶ Ἰησοῦ Χριστῷ τετηρημένοις, κλητοῖς. 2 Ἔλεος ὑμῖν καὶ εἰρήνη καὶ ἀγάπη πληθυνθείη. 3 Ἀγαπητοὶ, πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος γράφειν ὑμῖν περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας, ἀνάγκην ἔσχον γράψαι ὑμῖν, παρακαλῶν ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει. 4 Παρεισέδυσαν γάρ τινες ἄνθρωποι, οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρῖμα, ἀσεβεῖς, τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν, καὶ τὸν μόνον δεσπότην Θεὸν, καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνούμενοι. 5 Ὑπομνῆσαι δὲ ὑμᾶς βούλομαι, εἰδότας ὑμᾶς ἅπαξ τοῦτο, ὅτι ὁ Κύριος λαὸν ἐκ τῆς Αἰγύπτου σώσας, τὸ δεύτερον τοὺς μὴ πιστεύσαντας ἀπώλεσεν· 6 Ἀγγέλους τὲ, τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, ἀλλὰ ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον, εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν. 7 Ὡς Σόδομα, καὶ Γόμοῤῥα, καὶ αἱ περὶ αὐτὰς πόλεις, τὸν ὅμοιον τούτοις τρόπον ἐκπορνεύσασαι, καὶ ἀπελθοῦσαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας, πρόκεινται δεῖγμα, 8 πυρὸς αἰωνίου δίκην ὑπέχουσαι. Ὁμοίως μέντοι καὶ οὗτοι ἐνυπνιαζόμενοι, σάρκα μὲν μιαίνουσι, κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι, δόξας δὲ βλασφημοῦσιν. 9 Ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος, ὅτε τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο περὶ τοῦ Μωσέως σώματος, οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας, ἀλλ' εἶπεν, Ἐπιτιμήσαι σοι Κύριος. 10 Οὗτοι δὲ ὅσα μὲν οὐκ οἴδασι, βλασφημοῦσιν· ὅσα δὲ φυσικῶς ὡς τὰ ἄλογα ζῶα ἐπίστανται, ἐν τούτοις φθείρονται. 11 Οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι τῇ ὁδῷ τοῦ Κάϊν ἐπορεύθησαν, καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ μισθοῦ ἐξεχύθησαν, καὶ τῇ ἀντιλογίᾳ τοῦ Κορὲ ἀπώλοντο.

A

1 JUDAS Jesu Christi servus, frater Jacobi, [1] iis qui in Deo Patre sanctificati sunt, quique Jesu Christo servati sunt, [2] vocatis. 2 Misericordia vobis & pax & charitas [3] multiplicetur. 3 Dilecti, [4] tantum mihi studium fuit scribendi ad vos de communi salute, ut non potuerim non scribere vobis, [5] obsecrans ut vestris laboribus adjumento sitis fidei, quæ semel data est sanctis. 4 Obiter enim subierunt quidam homines impii, qui prius descripti fuerant in hoc judicium, qui Dei nostri gratiam transferunt ad lasciviam, ac Deum qui solus est [6] herus, ac Dominum nostrum Jesum Christum negant. 5 Volo autem vos commonefacere, [7] quum sciatis semel illud, [8] quod Dominus postea quam populum ex Ægypto [9] salvum eduxerat, rursus eos, qui non credebant, perdidit: 6 Quodque angelos, qui non servaverant [10] suam originem, sed reliquerant suum domicilium, [11] ad judicium magni illius diei vinculis æternis sub caligine servavit. 7 Sicut Sodoma, & Gomorrha, & his finitimæ civitates, quæ ad consimilem modum cum illis stupris inquinatæ fuerant, ac sequutæ fuerant carnem alienam, [12] propositæ sunt exemplo, ignis æterni pœnam sustinentes. 8 Similiter sane [13] & hi delusi insomniis, carnem quidem polluunt, dominos vero spernunt, [14] & in potestate præditos maledicta congerunt. 9 [15] At Michael archangelus, quum adversus diabolum certans disceptaret de corpore Mosis, non ausus est illi impingere notam maledicti, sed dixit, [16] Increpet te Dominus. 10 At isti quæ non noverunt, ea maledictis insectantur: quæ vero natura ceu animantia rationis expertia sciunt, in his corrumpuntur. 11 Væ illis, [17] quoniam viam Caïn ingressi sunt, & [18] deceptione

B C D E F

1 IN *Deo Patre dilectis*] ἡγιασμένοις, id est, *sanctificatis*. Interpres legisse videtur ἠγαπημένοις.

2 *Et vocatis*] *Et* copula redundat. Rursum *vocatis*, hic nomen est, non participium.

3 *Adimpleatur*] πληθυνθείη, id est, *multiplicetur*. Interpres legisse videtur πληρωθείη.

4 *Omnem sollicitudinem*] πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος γράφειν ὑμῖν περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας, ἀνάγκην ἔσχον γράψαι ὑμῖν. Bifariam hic locus potest accipi. Prior sensus hic erat, *non solum mihi fuit summum studium scribendi ad vos de communi salute, verum etiam necessitas scribendi fuit*, propter inimicos Christi. Alter hic, *cum esset mihi mirum studium scribendi vobis de communi salute, non potui non scribere*, hoc est, non potui non obsequi desiderio animi mei.

5 *Deprecans supercertare semel tradita fidei*] παρακαλῶν ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ πίστει τοῖς ἁγίοις. Quæ, si quis sententiam velit, ita verti poterant, *adhortans ut in fide, quæ semel tradita est, adlaboretis sanctis*. Quidam codices Latini pro *sanctis* habebant *sancta*, sed mendose. Alii rursus habebant, *tradita sanctis fidei*: nec hanc lectionem patiuntur verba Græca, juxta quorumdam exemplaria, in quibus habebatur, τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ πίστει τοῖς ἁγίοις. Certe in ordine consentit prima Editio voluminis, quod habet Glossam ordinariam. Sic enim legit, *semel tradita fidei sancta*. Ut scriptura mutaretur fuit in causa, quod Lector non sensit dativum τοῖς ἁγίοις referri ad verbum ἐπαγωνίζεσθαι, quemadmodum dicimus, *adlaborat illi*, sed adjunxit propiori dictioni δοθείσῃ. Non enim est *tradita*, sed *data*. Itaque sensus erit, ut per fidem semel datam auxilio sitis sanctis, quo magis proficiant in fide. Verum quoniam alteram lectionem cum nostra congruentem reperimus in Editione Hispaniensi & Aldina, hanc sequuti sumus, sicut & antea fueramus.

6 *Dominatorem & Dominum*] δεσπότην Θεὸν καὶ Κύριον ἡμῶν, id est, *herum Deum & Dominum nostrum*. Si quid interest, δεσπότης privati juris nomen est, κύριος honoris & auctoritatis, Nam & matresfamilias οἰκοδεσποτεῖν jubentur, non κυριεύειν.

7 *Scientes semel omnia*] Non est Græce *omnia*, sed τοῦτο, id est, *hoc*.

8 *Quoniam Jesus*] ὅτι ὁ Κύριος, id est, *quod Dominus*.

9 *Salvans, secundo eos &c.*] σώσας, τὸ δεύτερον ἀπώλησεν, id est, *cum servasset, postea perdidit*.

10 *Suum principatum*] τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, id est, *suam originem*. Significat autem primam illam in qua conditi fuerant naturam.

11 *In judicium magni Dei*] μεγάλης ἡμέρας, id est, *magni diei*. Atque ita citatur ab Hieronymo in Epistolam adversus Joannem Episcopum Hierosolymitanum, attestantibus pervetustis exemplaribus. Nec repugnat ullius interpretatio, tametsi depravatio jam in multos codices irrepserat.

12 *Facti sunt exemplum*] πρόκεινται δεῖγμα, id est, *propositi sunt exemplum*.

13 *Et hi qui carnem*] καὶ οὗτοι ἐνυπνιαζόμενοι. Græci non simpliciter habent *hi*, sed addunt *somniantes*, sive *in somniis delusi*. Consentiunt Græci codices, sed constanter dissentiunt Latini. Quid autem sibi velit ἐνυπνιαζόμενοι non satis conjecto, nisi forte sentit de obscœnis somniis intemperanter viventium, aut quia omnis libido veluti per somnium peragitur sopita ratione.

14 *Majestatem autem*] δόξας δὲ, id est, *glorias autem*. Id quod idem vocat κυριότητα, Hieronymus adversus Jovinianum vertit *dominationes*, quum κυριότης sonet *auctoritatem*. Porro *dominationem* vocat ipsos dominos, quibus jus est in subjectos, & *glorias*, Principes publica præditos potestate: sicut admonuimus & ante in Epistola Petri. Sic enim δόξας vocat homines publicitus in pretio habitos, quemadmodum Suetonius in *Claudio Cæsare* vocat eos *potestates* qui magistratu fungerentur: *Per provincias potestatibus demandavit*.

15 *Michaël archangelus*] Ὁ δὲ Μιχαὴλ, id est, *Michaël autem*, sive *At Michaël*.

16 *Imperet tibi Deus*] Ἐπιτιμήσαι σοι Κύριος, id est, *Increpet te Dominus*. Hieronymus adversus Ruffinum legit, *Increpet tibi Dominus*, Græcum imitatus sermonem. Similis locus est apud Zachariam Prophetam cap. III. *Increpet in te Dominus Satan*, & *Increpet in te Dominus, qui elegit Hierusalem*. Porro locus, quem hic citat Judas, sumptus est ex Apocryphis Hebræorum: & ut divus Hieronymus indicat in *Commentariis* in Epistolam ad Titum, ex libro qui illis inscribitur *Enoch*: unde & ipsa Epistola non caruit suspicione, quod quibusdam videatur parum Apostolicum quicquam citare ex Apocryphis. Quanquam Origenes περὶ ἀρχῶν tertio, citans locum ex eo libello, subindicat fuisse conscriptum *de adscensione Mosis*, titulo vero *Enoch*: ipse citat libro IV.

17 *Qui in viam*] ὅτι, id est, *quia*, sive *quoniam*. *In viam Caïn abierunt*, τῇ ὁδῷ τοῦ Κάϊν ἐπορεύθησαν, id est, *via Caïn ingressi sunt*. Itidem vertit in Psalmo, *qui non abiit in consilio*. Sentit enim illos ingredi per viam Caïn.

18 *Mercede effusi sunt*] μισθοῦ ἐξεχύθησαν. Sensus obscurior est, καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ μισθοῦ ἐξεχύθησαν. Cæterum ordo Græ-

12 το. Οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες, συνευωχούμενοι, ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες, νεφέλαι ἄνυδροι, ὑπὸ ἀνέμων περιφερόμεναι, δένδρα φθινοπωρινὰ, ἄκαρπα, δὶς ἀποθανόντα, καὶ
13 ἐκριζωθέντα, Κύματα ἄγρια θαλάσσης, ἐπαφρίζοντα τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας, ἀστέρες πλανῆται, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς τὸν αἰῶνα τετήρηται.
14 Προεφήτευσε δὲ καὶ τούτοις ἕβδομος ἀπὸ Ἀδὰμ Ἐνὼχ, λέγων, Ἰδοὺ ἦλθε Κύριος ἐν ἁγίαις μυ-
15 ριάσιν αὐτοῦ, Ποιῆσαι κρίσιν κατὰ πάντων, καὶ ἐξελέγξαι πάντας τοὺς ἀσεβεῖς αὐτῶν, περὶ πάντων τῶν ἔργων ἀσεβείας αὐτῶν, ὧν ἠσέβησαν, καὶ περὶ πάντων τῶν σκληρῶν, ὧν ἐλάλησαν κατ'
16 αὐτοῦ ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς. Οὗτοί εἰσι γογγυσταὶ, μεμψίμοιροι, κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν πορευόμενοι, καὶ τὸ στόμα αὐτῶν λαλεῖ ὑπέρογκα, θαυμά-
17 ζοντες πρόσωπα, ὠφελείας χάριν. Ὑμεῖς δὲ ἀγαπητοὶ, μνήσθητε τῶν ῥημάτων τῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-
18 στοῦ, Ὅτι ἔλεγον ὑμῖν, ὅτι ἐν ἐσχάτῳ χρόνῳ ἔσονται ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας
19 πορευόμενοι τῶν ἀσεβειῶν. Οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιο-
20 ρίζοντες, ψυχικοὶ, πνεῦμα μὴ ἔχοντες. Ὑμεῖς δὲ ἀγαπητοὶ, τῇ ἁγιωτάτῃ ὑμῶν πίστει ἐποικοδομοῦντες ἑαυτοὺς, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ προσευχόμε-
21 νοι, Ἑαυτοὺς ἐν ἀγάπῃ Θεοῦ τηρήσατε, προσδεχόμενοι τὸ ἔλεος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ
22 εἰς ζωὴν αἰώνιον. Καὶ οὓς μὲν ἐλεεῖτε διακρινόμε-
23 νοι· Οὓς δὲ ἐν φόβῳ σώζετε, ἐκ πυρὸς ἁρπάζοντες, μισοῦντες καὶ τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπι-
24 λωμένον χιτῶνα. Τῷ δὲ δυναμένῳ φυλάξαι αὐτοὺς ἀπταίστους, καὶ στῆσαι κατενώπιον τῆς δόξης
25 αὐτοῦ ἀμώμους ἐν ἀγαλλιάσει, Μόνῳ σοφῷ Θεῷ Σωτῆρι ἡμῶν, δόξα καὶ μεγαλοσύνη, κράτος καὶ ἐξουσία, νῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΙΟΥΔΑ

ΤΕΛΟΣ.

ptione mercedis, qua deceptus fuit Balaam, effusi sunt, & contradictione Core perierunt. Hi sunt 19 in-
12 ter charitates vestras maculæ, inter se convivantes, 20 absque ullius timore 21 suopte ductu arbitrioque viventes, nubes aquam non habentes, quæ a ventis circumaguntur, 22 arbores autumno marcescentes, infrugiferæ, bis emortuæ, & eradicatæ, 23 Undæ efferæ
13 maris, despumantes sua ipsorum dedecora, stellæ erraticæ, 24 quibus caligo tenebrarum in æternum servata est. Prius autem his vaticinatus est septimus ab A-
14 dam 25 Enoch, dicens, 26 Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis, Ut faciat judicium adversus o-
15 mnes, & redarguat omnes ex iis qui sunt impii, de factis omnibus, 27 quæ impie patrarunt, deque omnibus duris, quæ loquuti sunt 28 adversus eum peccatores impii. Hi sunt murmuratores, queruli, juxta concupi-
16 scentias suas ambulantes, 29 & os illorum loquitur 30 tumida, admirantes personas, 31 utilitatis gratia. Vos
17 autem dilecti, memores estis verborum quæ antehac dicta fuerunt ab Apostolis Domini nostri Jesu Christi,
18 32 Quod dixerunt vobis in extremo tempore futuros illusores, qui juxta suas 33 impias cupiditates ambularent. Hi sunt 34 qui segregant, animales, spiritum non
19 habentes. Vos autem dilecti, sanctissimæ 35 vestræ fi-
20 dei superstruentes vosipsos, per Spiritum sanctum orantes, Vos invicem in charitate Dei servate, exspe-
21 ctantes misericordiam Domini nostri Jesu Christi in vitam æternam. 36 Et hos quidem commiseremini 37
22 dum judicamini: Illos autem per timorem 38 salvos fa-
23 cite, 39 ex incendio rapientes, odio prosequentes & 40 eam quæ in carne est maculatam tunicam. Ei vero
24 qui potest illos servare a peccato immunes, & statuere in conspectu gloriæ suæ incontaminatos cum exsultatione, 42 Soli sapienti Deo Servatori nostro, gloria &
25 magnificentia & imperium & potestas, nunc & in omnia secula. Amen.

EPISTOLÆ JUDÆ

FINIS.

ci sermonis sic habet, καὶ ἐξεχύθησαν τῇ πλάνῃ τοῦ μισθοῦ Βαλαὰμ, id est, *& effusi sunt deceptione mercedis Balaam*. *Effusos* vocat in omne facinus adductos ac prolapsos, cum jam non temperant sibi, nec abstinent ab ullo scelere. Deinde *deceptionem mercedis* vocat corruptelam, qua data mercede Balaam conductus fuit, ut malediceret populo Israelitico.

19 *In epulis suis*] ἐν ἀγάπαις ὑμῶν, id est, *in dilectionibus vestris*, sive *inter charitates vestras*. Quemadmodum enim εὐλογίαι Christianis dici cœperunt munuscula ex charitatis affectu missa: ita convivia, quæ pauperibus refocillandis exhibebantur, ἀγάπαι sunt dictæ. Talia suspicor fuisse Corinthiorum, de quibus Paulus multa queritur ad illos scribens. Utitur in hunc sensum hoc verbo Faustus libro xx. cap. IV. vir nequaquam orthodoxus, sed tamen non inelegans in dicendo. Reperitur & in decretis locis aliquot. Quod si hic sensit Judas de hujusmodi conviviis, & recipimus quod legunt Græci, sensus erit: hoc insigniorem esse fœditatem luxus illorum, quod inter honesta charitatis ac frugalitatis exempla crapulæ libidinique turpiter indulgerent. Cæterum parum quadrat, quod nostri codices habent, *in epulis suis*, nisi forte Græcis omne convivium, ad quod complures adhibentur amici, ἀγάπη dicitur. Siquidem is mos apud nonnullos & hodie durat, ut amici sese vicissim invitent, ne desuetudine pereat amicitiæ vigor. Tertullianus in libro, quem scripsit adversus Gentes, sentire videtur hanc vocem fuisse peculiarem Christianorum conviviis: *Cœna*, inquit, *nostra*, *de nomine rationem suam ostendit*, *vocatur* ἀγάπη, *id quod* dilectio *penes Græcos est*.

20 *Sine timore*] *Sine timore*, adverbium est Græcis, ἀφόβως, id est, *intrepide*, sive *secure*, & refertur ad participium *pascentes*.

21 *Pascentes*] ποιμαίνοντες, id est, *pascentes*, hoc est, pastorum in modum seipsos agentes ac ducentes, & sibiipsis pastores. Sentit enim illos nullius parere imperio, sed suo arbitratu vivere.

22 *Arbores autumnales*] δένδρα φθινοπωρινά. Quod ferme sonat, quasi dicas, *arbores autumno marcescentes*, sive *fructibus marcidis*, aut quod Interpres secutus videtur, *arbores extremi autumni*. Solent enim nonnullæ extremo autumno præter temporis rationem florere, idque agricolis indicat eas mox emorituras.

23 *Fluctus feri maris*] *Feri* epitheton est fluctus, non maris, Κύματα ἄγρια θαλάσσης.

24 *Quibus procella*] ὁ ζόφος τοῦ σκότους, *caligo tenebrarum*, sive *specus tenebrarum*.

25 *Enoch dicens*] Id ex Apocryphis adductum est, ut & illud de Michaele.

26 *Ecce veniet*] Ἰδοὺ ἦλθε Κύριος, id est, *Ecce venit Dominus*, præteriti temporis.

27 *Quibus impie*] ὧν ἠσέβησαν, *quæ impie patrarunt*.

28 *Contra Deum*] κατ' αὐτοῦ, id est, *contra eum*: Suffragantibus & vetustis exemplaribus.

29 *Et os*] τὰ στόματα, id est, *ora*. Quanquam hic exemplaria variant Græcorum.

30 *Superbiam*] ὑπέρογκα, id est, *superba*. Unus vetustius codex habebat *superbia*, in altero similis erat scriptura, sed quidam puncto subscripto notarat *i* litteram. Tertius habebat *superbe*. Varietas arguit depravationem, quum apud Græcos nihil variet.

31 *Quæstus causa*] ὠφελείας χάριν, id est, *utilitatis gratia*.

32 *Qui dicebat*] Ὅτι ἔλεγεν, id est, *Quia dixit*. Vel, Ὅτι ἔλεγον, *Quod dixerunt*.

33 *Et impietatibus*] τῶν ἀσεβειῶν, id est, *impietatum*. Et copula *&* redundat.

34 *Segregant semetipsos*] Græce tantum est, *qui segregant*, ἀποδιορίζοντες.

35 *Nostræ fidei*] ὑμῶν πίστει, id est, *vestræ fidei*.

36 *Et hos quidem arguite*] ἐλεεῖτε, id est, *commiseramini*.

37 *Judicatos*] διακρινόμενοι, id est, *dijudicantes*; sive *cum dijudicamini*: Græcis enim ambigua vox est.

38 *Salvate de igne*] ἐν φόβῳ σώζετε, id est, *in timore servate*, sive *per timorem*.

39 *De igne rapiant*] ἐκ πυρὸς, id est, *ex incendio*. Totus hic locus nonnihil diversus est a Græcis exemplaribus. Ea sic habent, Καὶ οὓς μὲν ἐλεεῖτε, διακρινόμενοι· οὓς δὲ ἐν φόβῳ σώζετε, ἐκ πυρὸς ἁρπάζοντες, μισοῦντες καὶ &c. id est, *Et hos quidem commiseramini*, *dijudicantes*, sive *cum dijudicamini*: *illos vero in timore servate*, *ex incendio rapientes*, *odio habentes etiam* &c. Porro sensus alioqui subobscurus hic est, Ut alios mansuetudine trahant ad Christum, habita ratione personarum, alios metu deterreant a peccando, & oderint non ipsos homines, sed turpes affectus, quos hic vestem carnis maculatam vocat. Nisi mavis in hunc interpretari sensum, odio habentes, non solum ipsa turpia facta carnis, verum etiam vestem a carne contaminatam, hoc est, quicquid ullo modo ad turpitudinem pertinet. Ad hanc interpretationem facit Græca conjunctio καὶ, tamen prior magis quadrat cum his quæ mox sequuntur, *Ei vero qui potest*. Habere odio vitia, non homines, & gloriam ne vobis usurpetis, sed Deo tribuatis, qui potest illos ex malis reddere bonos.

40 *Quæ carnalis est*] τὸν ἀπὸ σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα, id est, *a carne sordidatam tunicam*.

41 *Immaculatos*] ἀμώμους, id est, *irreprehensibiles*. *In adventu Domini nostri Jesu Christi*, hæc non leguntur in Græcis codicibus. Nec erat in vetustiore codice Constantiensi.

42 *Soli Deo*] Μόνῳ σοφῷ Θεῷ, id est, *Soli sapienti Deo*. *Per Jesum Christum Dominum nostrum*, nec ista leguntur in Græcis codicibus. *Ante omnia secula*, absunt a Græcis libris hæc quoque.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM JUDÆ, PER DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM, FINIS.

APOCALYPSIS BEATI JOANNIS THEOLOGI.

I. 1 ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΣ Ἰησῦ Χριςῦ, ἣν ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, δεῖξαι τοῖς δύλοις αὐτῦ, ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει, καὶ ἐσήμανεν, ἀποςείλας διὰ τῦ ἀγγέλυ αὐτῦ τῷ δύλῳ αὐτῦ Ἰωάννῃ, 2 Ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τῦ Θεοῦ, καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριςοῦ, ὅσα τε εἶδε. 3 Μακάριος ὁ ἀναγινώσκων, καὶ οἱ ἀκούοντες τοὺς λόγυς τῆς προφητείας, καὶ τηρῦντες τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα· ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγύς. 4 Ἰωάννης ταῖς ἑπτὰ Ἐκκλησίαις, ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τῦ, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων, ἃ ἐςιν ἐνώπιον τῦ θρόνυ αὐτῦ, 5 Καὶ ἀπὸ Ἰησῦ Χριςῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιςὸς, ὁ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς· τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς, καὶ λύσαντι ἡμᾶς ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτῦ, 6 Καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ αὐτῦ· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. 7 Ἰδὺ ἔρχεται μετὰ τῶν νεφελῶν, καὶ ὄψεται αὐτὸν πᾶς ὀφθαλμὸς, καὶ οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν· καὶ κόψονται ἐπ᾽ αὐτὸν πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, ναὶ, ἀμήν. 8 Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, λέγει ὁ Κύριος, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος ὁ παντοκράτωρ. 9 Ἐγὼ Ἰωάννης, ὁ καὶ ἀδελφὸς ὑμῶν καὶ συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ καὶ ὑπομονῇ Ἰησῦ Χριςῦ, ἐγενόμην ἐν τῇ νήσῳ, τῇ καλυμένῃ Πάτμῳ, διὰ τὸν λόγον τῦ Θεῦ καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησῦ Χριςῦ. 10 Ἐγενόμην ἐν πνεύματι ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ, καὶ ἤκυσα ὀπίσω μυ φωνὴν μεγάλην ὡς σάλπιγγος, 11 Λεγύσης, Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, καὶ, Ὃ βλέπεις γράψον εἰς βιβλίον, καὶ πέμψον ταῖς Ἐκκλησίαις, ταῖς ἐν Ἀσίᾳ, εἰς Ἔφεσον, καὶ εἰς Σμύρναν, καὶ εἰς Πέργαμον, καὶ εἰς Θυάτειρα, καὶ εἰς Σάρδεις, καὶ εἰς Φιλαδέλφειαν, καὶ εἰς Λαοδίκειαν. 12 Καὶ ἐπέστρεψα βλέπειν τὴν φωνὴν, ἥτις ἐλάλησε μετ᾽ ἐμῦ· 13 καὶ ἐπιςρέψας, εἶδον ἑπτὰ λυχνίας χρυσᾶς, Καὶ ἐν μέσῳ τῶν ἑπτὰ λυχνιῶν ὅμοιον υἱῷ ἀνθρώπυ, ἐνδεδυμένον ποδήρη, καὶ περιεζωσμένον πρὸς τοῖς μασοῖς ζώνην χρυσῆν. 14 Ἡ δὲ κεφαλὴ αὐτῦ καὶ αἱ τρίχες λευκαὶ, ὡσεὶ ἔριον λευκὸν, ὡς

I. 1 REVELATIO Jeſu Chriſti, quam dedit illi Deus, 2 ut palam faceret ſervis ſuis, quæ oporteat fieri cito, & ſignificavit, 3 quum miſiſſet mandatum per angelum ſuum ſervo ſuo Joanni, 2 4 Qui teſtificatus eſt ſermonem Dei, & teſtimonium Jeſu Chriſti, & 5 quæcunque vidit. 3 6 Beatus qui legit & audit verba prophetiæ, & ſervat ea quæ in ea ſcripta ſunt: tempus enim prope eſt. 4 Joannes ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia: gratia vobis & pax 7 ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & a ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni ejus ſunt, 5 Et a Jeſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ: 8 ei qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis noſtris per ſanguinem ipſius, 6 Et fecit nos reges & ſacerdotes Deo & Patri ſuo: ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum, amen. 7 Ecce venit cum nubibus, 9 & videbit eum omnis oculus, & qui eum compunxerunt: & plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ, 10 etiam, amen. 8 11 Ego ſum Alpha & Ω, principium & finis, dicit Dominus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt omnipotens. 9 Ego Joannes, frater veſter & particeps in afflictione & regno & patientia in Chriſto Jeſu, fui in inſula, quæ appellatur Patmos, propter ſermonem Dei & teſtimonium Jeſu Chriſti. 10 Fui in ſpiritu in dominico die, & audivi poſt me vocem magnam tanquam tubæ, 11 Dicentis, Ego ſum Alpha & Ω, primus & noviſſimus. Quod vides ſcribe in libro, & mitte ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia, Epheſo, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiceæ. 12 Et converſus ſum, ut viderem vocem, quæ loquebatur mecum: & converſus, vidi ſeptem candelabra aurea, 13 Et in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis, 12 veſtitum veſte ad pedes uſque demiſſa, & præcinctum ad mamillas zona aurea. 14 Caput autem ejus & capilli erant candidi, velut lana alba, & tanquam nix: & oculi ejus tanquam flam-

1 *APOCALYPSIS*] Demiratur Valla, cur hic Interpres Græcam vocem reliquerit, cum antehac ſæpe verterit. Nam Græca vox eſt *ἀποκάλυψις*, quam Latine poſſis dicere *revelationem*. Indicavimus alias, ex auctoritate divi Hieronymi, dictionem hanc novam a Septuaginta fuiſſe repertam, quo ſermonis Hebraïci proprietatem exprimerent. Siquidem illi *ἀποκάλυψιν* vocant, quoties res abdita prius, aperitur. Hebræorum more librum auſpicatus eſt, quiſquis fuit hujus operis auctor, nempe a titulo.

2 *Palam facere*] *δεῖξαι*, id eſt, *ut oſtenderet*, ſive *demonſtraret*, & refertur ad ſequentia, *ut oſtenderet* per hanc revelationem Jeſu, *ſervus illius*, *quid mox futurum ſit*. Valla ſuſpicatur ſcriptum fuiſſe ab Interprete, *planum facere*, pro *explanare*, quod convenit rebus obſcuris. Nam ut *palam facere* pro *evulgare* ſit, Latinus ſermo certe non caret amphibologia. Siquidem palam facit, qui facit aliquid in publico.

3 *Mittens per Angelum*] *ἀποςείλας διὰ τοῦ ἀγγέλυ*, id eſt; *miſſo mandato*. Alioqui cum Angelum miſerit, quid erat quod mittebat per Angelum? Sive, *mandans per Angelum*.

4 *Qui teſtimonium perhibuit verbo Dei, & teſtimonium Jeſu Chriſti*] *Ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριςῦ*, id eſt, *Qui teſtificatus eſt verbum Dei, & teſtimonium Jeſu Chriſti*. Nam Græcis, *verbum* & *teſtimonium*, ejuſdem caſus ſunt. *Teſtificari* dixit pro publice prædicare.

5 *Quæcunque vidit*] Interpres addere debuit, *& quæcunque vidit*, *ὅσα τε εἶδε*; ut hic ſit tertius accuſativus, pendens a verbo *teſtificatus eſt*. Quin hoc loco quiddam additum comperio in Græcis codicibus, quod in Latinis penitus non invenitur, *καὶ ἅτινά εἰσι, καὶ ἅτινα χρὴ γενέσθαι μετὰ ταῦτα*, hoc eſt, *& quæcunque ſunt*, *& quæcunque oportet fieri poſt hæc*.

6 *Beatus qui legit & qui audit*] Græce diverſus eſt numerus, *Μακάριος ὁ ἀναγινώσκων καὶ οἱ ἀκύοντες τὺς λόγυς τῆς προφητείας*, id eſt, *Beatus qui legerit & qui audierint verba prophetiæ*: nam *hujus* addidit neſcio quis de ſuo, volens, opinor, exprimere vim articuli Græci.

7 *Ab eo qui eſt, qui erat, & qui venturus eſt*] Ingenue fatendum eſt, Græcum ſermonem nihil omnino ſignificare, quomodocunque legas, *ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ἀπὸ ὁ ἐρχόμενος*. Nam finge poni verba ipſa velut abſoluta, tolerabile eſt *ὁ ἐρχόμενος*, ſed quid tandem ſignificat *ὁ ἦν*? Ad verbum ita ſonat, ſi tamen exprimi poteſt, *ab ens*, *ab id quod erat*, *& ab is qui venturus eſt*. Valla putat hac novitate ſermonis ſignificatam immutabilem in Deo proprietatem, præſertim cum in ſpiritibus inflexerit caſum, *καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων*. Cæterum illud *ἐρχόμενος* participium eſt verbi, quod ad utrumque tempus anceps eſt. At hoc ſane loco magis conveniebat futurum, cum præceſſiſſent duo tempora. In Editione Hiſpanienſi omiſſus erat articulus *ἀπὸ τοῦ*; caſu ne an ſtudio neſcio.

8 *Qui dilexit nos*] *τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς*, id eſt, *ei qui dilexit nos*, ut referatur ad Patrem, ſitque ſenſus, Chriſtum fuiſſe teſtem fidelem Patri, qui dilexit nos, & lavit a peccatis per ſanguinem ejus. Nam *ſuo* vertendum erat, aut *ipſius*, non *ejus*, ſi pertinebat ad Chriſtum. Quanquam mox neceſſe eſt mutare perſonam: *Et fecit nos reges & ſacerdotes*. Sic enim eſt in Græcis exemplaribus, *βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς*, id eſt, *reges & ſacerdotes*; etiamſi Hiſpanienſe exemplar habebat *βασιλείαν*, id eſt, *regnum*, pro *βασιλεῖς*.

9 *Et videbit eum omnis oculus*] Gloſſa ordinaria indicat ab hac nonnihil diverſam lectionem, *& videbit omnis terra talem*.

10 *Etiam amen*] *ναὶ ἀμήν*. *Etiam*, non eſt conjunctio, ſed adverbium confirmandi, ut ſit gemina confirmatio, altera Græca, altera Hebraïca.

11 *Ego ſum alpha & ω*] *τὸ α καὶ τὸ ω*. Qui primus eſt in re quapiam, etiam proverbio Græcis dicitur *alpha*, ut apud Martialem, *alpha penulatorum*, & *ω μέγα* extrema eſt in ordine litterarum. Qua de re copioſius aliquanto diximus in *Chiliadibus* noſtris. Cæterum, *principium & finis*, non erat in Hiſpanienſi. Et rurſum, *qui eſt*, *qui erat*, *& qui venturus eſt*, totidem ſyllabis Græce ſcriptum eſt hic, ut paulo ante.

12 *Veſtitum podere*] *Podere* penultima producta pronunciandum eſt. Eſt enim Græca vox *ποδήρης*, quæ ſignificat *veſtem ad pedes uſque demiſſam*, a *pos*, inquit Lyranus, quod eſt *pes*, & *hæreo hæres*, quod adhæreat talis. Imo potius ab *ἀρῶ*, quod eſt *adapto*; quod ad pedes uſque congruat. Quorſum enim attinebat eandem vocem

15 ὡς χιών· καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρός· Καὶ οἱ
πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ, ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμέ-
16 νοι· καὶ ἡ φωνὴ αὐτοῦ ὡς φωνὴ ὑδάτων πολλῶν· Καὶ ἔχων
ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρὶ ἀστέρας ἑπτά· καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐ-
τοῦ ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα ἐκπορευομένη· καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ
17 ὡς ὁ ἥλιος φαίνει ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ. Καὶ ὅτε εἶδον αὐ-
τὸν, ἔπεσα πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ ὡς νεκρός· καὶ ἐπέθηκεν
τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα ἐπ' ἐμὲ, λέγων μοι, Μὴ φοβοῦ, ἐγώ
18 εἰμι ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, Καὶ ὁ ζῶν, καὶ ἐγενόμην νε-
κρὸς, καὶ ἰδοὺ ζῶν εἰμι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν·
19 καὶ ἔχω τὰς κλεῖς τοῦ ᾅδου καὶ τοῦ θανάτου. Γράψον ἃ εἶδες,
20 καὶ ἅ εἰσιν, καὶ ἃ μέλλει γίνεσθαι μετὰ ταῦτα. Τὸ μυστή-
ριον τῶν ἑπτὰ ἀστέρων, οὓς εἶδες ἐπὶ τῆς δεξιᾶς μου, καὶ τὰς
ἑπτὰ λυχνίας τὰς χρυσᾶς· οἱ ἑπτὰ ἀστέρες, ἄγγελοι τῶν
ἑπτὰ Ἐκκλησιῶν εἰσι· καὶ αἱ ἑπτὰ λυχνίαι, ἃς εἶδες, ἑπτὰ
II. 1 Ἐκκλησίαι εἰσί. Τῷ ἀγγέλῳ τῆς Ἐφεσίνης Ἐκκλησίας γρά-
ψον· Τάδε λέγει ὁ κρατῶν τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας ἐν τῇ δεξιᾷ
αὐτοῦ, ὁ περιπατῶν ἐπὶ μέσῳ τῶν ἑπτὰ λυχνιῶν τῶν χρυ-
2 σῶν. Οἶδα τὰ ἔργα σου, καὶ τὸν κόπον σου, καὶ τὴν ὑπομο-
νήν σου, καὶ ὅτι οὐ δύνῃ βαστάσαι κακοὺς, καὶ ἐπειράσω τοὺς
φάσκοντας εἶναι Ἀποστόλους, καὶ οὐκ εἰσί· καὶ εὗρες αὐτοὺς
3 ψευδεῖς, Καὶ ἐβάστασας, καὶ ὑπομονὴν ἔχεις, καὶ διὰ τὸ
4 ὄνομά μου κεκοπίακας, καὶ οὐ κέκμηκας. Ἀλλ' ἔχω κατὰ
5 σοῦ, ὅτι τὴν ἀγάπην σου τὴν πρώτην ἀφῆκας. Μνημόνευε οὖν
πόθεν ἐκπέπτωκας, καὶ μετανόησον, καὶ τὰ πρῶτα ἔργα
ποίησον· εἰ δὲ μὴ, ἔρχομαί σοι τάχει, καὶ κινήσω τὴν λυ-
6 χνίαν σου ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς. Ἀλλὰ τοῦτο
ἔχεις, ὅτι μισεῖς τὰ ἔργα τῶν Νικολαϊτῶν, ἃ κἀγὼ μισῶ.
7 Ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω, τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις·
Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ὅ ἐστιν
8 ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου τοῦ Θεοῦ. Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς Ἐκκλη-
σίας Σμυρναίων γράψον· Τάδε λέγει ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχα-
9 τος, ὃς ἐγένετο νεκρὸς, καὶ ἔζησεν· Οἶδά σου τὰ ἔργα καὶ
τὴν θλίψιν καὶ τὴν πτωχείαν, πλούσιος δὲ εἶ, καὶ τὴν
βλασφημίαν τῶν λεγόντων Ἰουδαίους εἶναι ἑαυτοὺς, καὶ οὐκ εἰ-
10 σὶν, ἀλλὰ συναγωγὴ τοῦ Σατανᾶ. Μηδὲν φοβοῦ ἃ μέλλεις
πάσχειν. Ἰδοὺ μέλλει βαλεῖν ἐξ ὑμῶν ὁ διάβολος εἰς φυλα-
κὴν, ἵνα πειρασθῆτε, καὶ ἕξετε θλίψιν ἡμερῶν δέκα. Γίνου
πιστὸς ἄχρι θανάτου, καὶ δώσω σοι τὸν στέφανον τῆς ζωῆς.
11 Ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω, τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις·
12 Ὁ νικῶν οὐ μὴ ἀδικηθῇ ἐκ τοῦ θανάτου τοῦ δευτέρου. Καὶ τῷ
ἀγγέλῳ τῆς ἐν Περγάμῳ Ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει
13 ὁ ἔχων τὴν ῥομφαίαν τὴν δίστομον τὴν ὀξεῖαν· Οἶδα τὰ ἔρ-
γα σου, καὶ ποῦ κατοικεῖς, ὅπου ὁ θρόνος τοῦ Σατανᾶ· καὶ
κρατεῖς τὸ ὄνομά μου, καὶ οὐκ ἠρνήσω τὴν πίστιν μου, καὶ ἐν
ταῖς ἡμέραις ἐμαῖς, Ἀντίπας ὁ μάρτυς μου ὁ πιστὸς, ὃς ἀ-
14 πεκτάνθη παρ' ὑμῖν, ὅπου κατοικεῖ ὁ Σατανᾶς. Ἀλλ' ἔχω
κατὰ σοῦ ὀλίγα, ὅτι ἔχεις ἐκεῖ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν Βα-
λαὰμ, ὃς ἐδίδασκεν ἐν τῷ Βαλὰκ βαλεῖν σκάνδαλον ἐνώ-
πιον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, φαγεῖν εἰδωλόθυτα, καὶ πορνεῦσαι·
15 Οὕτως ἔχεις καὶ σὺ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν τῶν Νικολαϊ-
16 τῶν, ὃ μισῶ. Μετανόησον, εἰ δὲ μὴ, ἔρχομαί σοι ταχὺ,
καὶ πολεμήσω μετ' αὐτῶν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ στόματός μου.
17 Ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω, τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις·
Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμ-
μένου, καὶ δώσω αὐτῷ ψῆφον λευκὴν, καὶ ἐπὶ τὴν ψῆφον ὄ-
νομα καινὸν γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς ἔγνω, εἰ μὴ ὁ λαμβάνων.
18 Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Θυατείροις Ἐκκλησίας γράψον· Τά-
δε λέγει ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὡς
19 φλόγα πυρὸς, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ· Οἶ-
δά σου τὰ ἔργα, καὶ τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν διακονίαν, καὶ
τὴν

Alias ἐν αἷς. (v. 13)
Alias ὁμοίως. (v. 15–16)

A flamma ignis: Et 13 pedes ejus ſimiles chalcolibano, 15
14 velut in camino ardentes: & vox illius tanquam
vox aquarum multarum: Et habebat in dextera ſua 16
ſtellas ſeptem: & de ore ejus gladius utraque parte
acutus exibat: 15 & facies ejus ſicut ſol lucet in virtu-
te ſua. Et quum vidiſſem eum, cecidi ad pedes ejus 17
tanquam mortuus: & poſuit dexteram ſuam ſuper me,
dicens mihi, Noli timere, ego ſum primus & noviſſi-
mus, Et vivus, & fui mortuus, & ecce ſum vivens in 18
ſecula ſeculorum, amen: & habeo claves inferorum
& mortis. Scribe quæ vidiſti, & quæ ſunt, & quæ o- 19
B portet fieri poſt hæc. Sacramentum ſeptem ſtellarum, 20
quas vidiſti in dextera mea, & ſeptem candelabra au-
rea: ſeptem ſtellæ, angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum: &
candelabra ſeptem, quæ vidiſti, ſeptem Eccleſiæ ſunt.
Angelo Epheſinæ Eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit qui 1 II.
tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua, qui ambulat in me-
dio ſeptem candelabrorum aureorum: Scio opera tua, 2
& laborem & patientiam tuam, & quod non potes ſuſ-
tinere malos, & tentaſti eos qui ſe dicunt Apoſtolos eſ-
ſe, & non ſunt: 1 & inveniſti eos mendaces, Et tuliſti, 3
& patientiam habes, & propter nomen meum labora-
ſti, & non defeciſti. Sed habeo adverſum te, quod cha- 4
C ritatem tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaque 5
unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera
fac: 2 ſin minus, veniam tibi cito, & movebo cande-
labrum tuum de loco ſuo, niſi reſipueris. Sed hoc ha- 6
bes, quia odiſti facta Nicolaïtarum, quæ & ego odi.
Qui habet aurem audiat, quid Spiritus dicat Eccleſiis: 7
Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in medio
paradiſi Dei. 3 Et angelo Smyrnæorum Eccleſiæ ſcri- 8
be: Hæc dicit primus & noviſſimus, qui fuit mortuus,
& vivit: Scio opera tua & afflictionem & paupertatem, 9
ſed dives es, & blaſphemiam eorum qui ſe dicunt Ju-
dæos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt ſynagoga Satanæ. Ni- 10
hil horum timeas quæ paſſurus es. Ecce miſſurus eſt
D diabolus aliquos ex vobis in carcerem, ut tentemini,
& habebitis afflictionem dierum decem. Eſto fidelis
uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Qui ha- 11
bet aurem audiat, quid Spiritus dicat Eccleſiis: Qui
vicerit, non lædetur a morte ſecunda. Et angelo Per- 12
gamenſis Eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit qui habet rhom-
phæam utraque parte acutam: Scio opera tua, & ubi 13
habitas, ubi ſedes eſt Satanæ: & tenes nomen meum,
& non negaſti fidem meam, & in diebus meis, Antipas
teſtis meus fidelis, qui occiſus eſt apud vos, ubi Sata-
nas habitat. Sed habeo adverſus te pauca, quia habes 14
iſthic tenentes 4 doctrinam Balaam, qui docebat in Ba-
lac mittere ſcandalum coram filiis Iſraël, edere ex iis
quæ ſimulacris immolantur, & ſcortari: Ita habes & 15
E tu tenentes doctrinam Nicolaïtarum, quod odi. Reſi- 16
piſce, alioqui veniam tibi cito, & pugnabo cum illis
gladio oris mei. Qui habet aurem audiat, quid Spiritus 17
dicat Eccleſiis: Vincenti dabo edere ex manna abſcon-
dito, & dabo illi 5 calculum candidum, & in calculo
nomen novum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui acci-
pit. Et angelo 6 Thyatirenſis Eccleſiæ ſcribe: Hæc 18
dicit Filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam
ignis, & 7 pedes ejus ſimiles chalcolibano: Novi opera 19
tua, & charitatem, & miniſterium, & fidem, & patien-
tiam tuam, & opera tua, & noviſſima plura prioribus.
Sed

vocem ex Græco Latinoque conflare? Etiamſi non deſunt, qui ma-
lint ſic dici ποδήρης, quemadmodum τριήρης.

13 *Pedes ejus ſimiles aurichalco*] Græce eſt χαλκολιβάνῳ. Di-
ctio compoſita ex *ære* & *thure*. Suidas indicat eſſe genus electri
pretioſius auro: id conflari dicit ex vitro & lapide, teſtans ejus
temperaturæ fuiſſe menſam ſanctam magnæ, ut ipſe vocat, ec-
cleſiæ. Plinius in hiſtoria mundi libro XXXIV. cap. II. teſtatur eſ-
ſe genus æris, quod e terræ venis effoditur, olim habitum in pretio.

14 *Sicut in camino ardenti*] Non erat nobis par exemplarium
copia in hoc opere: quod Apocalypſis vix reperiatur addita in ul-
lis Græcorum voluminibus. In his ſane quos viderim codicibus
ſcriptum erat, ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένοι, id eſt, *velut in fornace
ardentes*, ſive *igniti*, ut ad pedes pertineat participium.

15 *Et facies ejus*] καὶ ὄψις, id eſt, *& adſpectus*.

1 ET *inveniſti eos mendaces*] Hoc loco additum reperi in ve-
tuſtiſſimo codice καὶ ἐβάπτισας, id eſt, *& baptizaſti*, ſed
mendoſe, ni fallor, quandoquidem in commentariolis
Græcanicis nihil erat quod ad baptiſmum pertineret. Poſt, ex aliis
exemplaribus comperi legendum ἐβάστασας, id eſt, *tuliſti*, ſive
toleraſti. Quanquam in Latinis codicibus ordo inverſus eſt; *patien-
tiam habes* præcedit, *tuliſti* ſequitur.

F 2 *Sin autem*] εἰ δὲ μὴ, *ſin minus*. Id paulo poſt tranſtulit, *ſi
quo minus*: vertere poterat, *alioqui*.

3 *Angelo Smyrnæ Eccleſiæ*] *Smyrnenſium* eſt Græce, Σμυρναίων.
Et item paulo poſt, *Et Angelo Pergami Eccleſiæ*, Græce eſt *Per-
gamenſis Eccleſiæ*, τῆς ἐν Περγάμῳ, ut paulo ſuperius, τῆς Ἐφε-
σίνης Ἐκκλησίας.

4 *Doctrinam Balam, qui docebat in Balac*] Recte admonet
Valla, paulo ante *illic* dictum pro *iſtic*. Nam Græci carent hac
pronominum differentia. Cæterum hiſtoriam de *Balac* Rege, &
Balaam Propheta, habes Num. capp. XXII. XXIII. & XXIV.

5 *Calculum candidum*] ψῆφον λευκήν. Olim calculis ferebant
ſuffragia. Unde albo lapillo notari dicuntur quæ probantur, atro
quæ damnantur. Et in ſuffragiis comitiorum, nomen ejus, cui
favebatur, calculo inſcribebant.

6 *Thyatiræ Eccleſiæ*] Θυατείρων, id eſt, *Thyatirenſium*.

7 *Pedes ejus ſimiles aurichalco*] Rurſus eſt χαλκολιβάνῳ, de
quo modo diximus.

8 Et

τὴν πίςιν, καὶ τὴν ὑπομονήν σȣ, καὶ τὰ ἔργα σȣ, καὶ τὰ ἔ-
20 σχατα πλείονα τῶν πρώτων. Ἀλλ' ἔχω κατὰ σȣ̃ ὀλίγα, ὅτι
ἐᾷς τὴν γυναῖκα Ἰεζαβὴλ, τὴν λέγȣσαν ἑαυτὴν προφῆτιν, δι-
δάσκειν, καὶ πλανᾶσθαι ἐμȣ̀ς δȣ́λȣς, πορνεῦσαι, καὶ εἰδω-
21 λόθυτα φαγεῖν. Καὶ ἔδωκα αὐτῇ χρόνον, ἵνα μετανοήσῃ ἐκ
22 τῆς πορνείας αὐτῆς· καὶ ȣ̓ μετενόησεν. Ἰδȣ̀ ἐγὼ βάλλω αὐ-
τὴν εἰς κλίνην, καὶ τȣ̀ς μοιχεύοντας μετ' αὐτῆς, εἰς θλίψιν
23 μεγάλην, ἐὰν μὴ μετανοήσωσιν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν, Καὶ τὰ
τέκνα αὐτῆς ἀποκτενῶ ἐν θανάτῳ· καὶ γνώσονται πᾶσαι
αἱ Ἐκκλησίαι, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ἐρευνῶν νεφρȣ̀ς καὶ καρδίας,
24 καὶ δώσω ὑμῖν ἑκάςῳ κατὰ τὰ ἔργα ὑμῶν. Ὑμῖν δὲ λέγω,
καὶ λοιποῖς τοῖς ἐν Θυατείροις, Ὅσοι ȣ̓κ ἔχȣσι τὴν διδαχὴν
ταύτην, καὶ οἵτινες ȣ̓κ ἔγνωσαν τὰ βάθη τȣ̃ Σατανᾶ, ὡς
25 λέγȣσιν, ȣ̓ βαλῶ ἐφ' ὑμᾶς ἄλλο βάρος· Πλὴν ὃ ἔχετε, κρα-
26 τήσατε ἄχρις ȣ̃ ἂν ἥξω. Καὶ ὁ νικῶν, καὶ ὁ τηρῶν ἄχρι τέ-
27 λȣς τὰ ἔργα μȣ, δώσω αὐτῷ ἐξȣσίαν ἐπὶ τῶν ἐθνῶν, Καὶ
ποιμανεῖ αὐτȣ̀ς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ὡς τὰ σκεύη τὰ κεραμικὰ
28 συντρίβεται. Ὡς κἀγὼ εἴληφα παρὰ τȣ̃ Πατρός μȣ, καὶ
29 δώσω αὐτῷ τὸν ἀςέρα τὸν πρωϊνόν. Ὁ ἔχων ȣ̓̃ς ἀκȣσάτω,
III. 1 τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις. Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς
ἐν Σάρδεσιν Ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ ἔχων τὰ
ἑπτὰ πνεύματα τȣ̃ Θεȣ̃ καὶ τȣ̀ς ἑπτὰ ἀςέρας· Οἶδά σȣ
2 τὰ ἔργα, ὅτι τὸ ὄνομα ἔχεις, ὅτι ζῇς, καὶ νεκρὸς εἶ. Γίνȣ
γρηγορῶν, καὶ ςήριξον τὰ λοιπὰ, ἃ μέλλει ἀποθανεῖν· ȣ̓
γὰρ εὕρηκά σȣ τὰ ἔργα πεπληρωμένα ἐνώπιον τȣ̃ Θεȣ̃.
3 Μνημόνευε ȣ̓̃ν, πῶς εἴληφας καὶ ἤκȣσας, καὶ τήρει, καὶ με-
τανόησον. Ἐὰν ȣ̓̃ν μὴ γρηγορήσῃς, ἥξω ἐπὶ σὲ ὡς κλέπτης,
4 καὶ ȣ̓ μὴ γνῷς ποίαν ὥραν ἥξω ἐπὶ σέ. Ἔχεις ὀλίγα ὀνόμα-
τα καὶ ἐν Σάρδεσιν, ἃ ȣ̓κ ἐμόλυναν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ
5 περιπατήσȣσιν μετ' ἐμȣ̃ ἐν λευκοῖς, ὅτι ἄξιοί εἰσιν. Ὁ νικῶν,
ȣ̃τος περιβαλεῖται ἐν ἱματίοις λευκοῖς· καὶ ȣ̓ μὴ ἐξαλείψω
τὸ ὄνομα αὐτȣ̃ ἐκ τῆς βίβλȣ τῆς ζωῆς, καὶ ἐξομολογήσομαι
τὸ ὄνομα αὐτȣ̃ ἐνώπιον τȣ̃ Πατρός μȣ καὶ ἐνώπιον τῶν ἀγ-
6 γέλων αὐτȣ̃. Ὁ ἔχων ȣ̓̃ς ἀκȣσάτω, τί τὸ Πνεῦμα λέγει
7 ταῖς Ἐκκλησίαις. Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Φιλαδελφίᾳ Ἐκ-
κλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ ἅγιος, ὁ ἀληθινὸς, ὁ ἔχων τὴν
κλεῖδα τȣ̃ Δαβὶδ, ὁ ἀνοίγων, καὶ ȣ̓δεὶς κλείει, καὶ κλείει,
8 καὶ ȣ̓δεὶς ἀνοίγει· Οἶδά σȣ τὰ ἔργα. Ἰδȣ̀ δέδωκα ἐνώπιόν
σȣ θύραν ἀνεῳγμένην, καὶ ȣ̓δεὶς δύναται κλεῖσαι αὐτὴν,
ὅτι μικρὰν ἔχεις δύναμιν. Καὶ ἐτήρησάς μȣ τὸν λόγον, καὶ
9 ȣ̓κ ἠρνήσω τὸ ὄνομά μȣ. Ἰδȣ̀ δίδωμι ἐκ τῆς συναγωγῆς τȣ̃
Σατανᾶ τῶν λεγόντων ἑαυτȣ̀ς Ἰȣδαίȣς εἶναι, καὶ ȣ̓κ εἰσὶν,
ἀλλὰ ψεύδονται. Ἰδȣ̀ ποιήσω αὐτȣ̀ς ἵνα ἥξωσιν καὶ προσκυ-
νήσωσιν ἐνώπιον τῶν ποδῶν σȣ, καὶ γνῶσιν ὅτι ἐγὼ ἠγάπη-
10 σά σε, Ὅτι ἐτήρησας τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μȣ, κἀγώ σε
τηρήσω ἐκ τῆς ὥρας τȣ̃ πειρασμȣ̃ τῆς μελλȣ́σης ἔρχεσθαι ἐπὶ
τῆς οἰκȣμένης ὅλης, πειράσαι τȣ̀ς κατοικȣ̃ντας ἐπὶ τῆς γῆς.
11 Ἰδȣ̀ ἔρχομαι ταχύ· κράτει ὃ ἔχεις, ἵνα μηδεὶς λάβῃ τὸν
12 ςέφανόν σȣ. Ὁ νικῶν, ποιήσω αὐτὸν ςύλον ἐν τῷ ναῷ τȣ̃
Θεȣ̃ μȣ, καὶ ἔξω ȣ̓ μὴ ἐξέλθῃ ἔτι· καὶ γράψω ἐπ' αὐτὸν τὸ
ὄνομα τȣ̃ Θεȣ̃ μȣ, καὶ τὸ ὄνομα τῆς πόλεως τȣ̃ Θεȣ̃ μȣ τῆς
καινῆς Ἱερȣσαλὴμ, ἡ καταβαίνȣσα ἐκ τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃ ἀπὸ τȣ̃ Θεȣ̃
13 μȣ, καὶ τὸ ὄνομά μȣ τὸ καινόν. Ὁ ἔχων ȣ̓̃ς ἀκȣσάτω, τί τὸ
14 Πνεῦμα λέγει ταῖς Ἐκκλησίαις. Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς Ἐκ-
κλησίας Λαοδικέων γράψον· Τάδε λέγει ὁ Ἀμὴν ὁ μάρτυς
15 ὁ πιςὸς καὶ ἀληθινὸς, ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τȣ̃ Θεȣ̃· Οἶδά
σȣ τὰ ἔργα, ὅτι ȣ̓́τε ψυχρὸς εἶ, ȣ̓́τε ζεςός· ὄφελον ψυχρὸς
16 εἴης, ἢ ζεςός. Οὕτως ὅτι χλιαρὸς εἶ, καὶ ȣ̓́τε ψυχρὸς, ȣ̓́τε
ζεςὸς, μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ τȣ̃ ςόματός μȣ· Ὅτι λέγεις,
17 Ὅτι πλȣ́σιός εἰμι, καὶ πεπλȣ́τηκα, καὶ ȣ̓δενὸς χρείαν ἔχω,
καὶ ȣ̓κ οἶδας, ὅτι σὺ εἶ ὁ ταλαίπωρος, καὶ ἐλεεινὸς, καὶ
18 πτωχὸς, καὶ τυφλὸς, καὶ γυμνός. Συμβȣλεύω σοι ἀγορά-
σαι παρ' ἐμȣ̃ χρυσίον πεπυρωμένον ἐκ πυρὸς, ἵνα πλȣτήσῃς,
καὶ

Sed habeo adversus te pauca, quia permittis mulierem 20
Hiezabel, quæ se dicit prophetam, docere, & seducere servos meos, scortari, 8 & edere ex iis quæ simulacris immolantur. Et dedi illi tempus, 9 ut resipisceret 21
a scortatione sua: nec resipuit. Ecce ego mitto eam in 22
lectum, & qui adulterio miscentur cum ea, in afflictionem maximam, nisi pœnitentiam egerint ab operibus
suis, Et filios ejus interficiam morte: & scient omnes 23
Ecclesiæ, quod ego sim ille scrutans renes & corda,
& dabo unicuique vestrum secundum opera sua. Vobis 24
autem dico, & cæteris qui Thyatiræ estis, Quicunque non habent doctrinam hanc, & qui non cognoverunt profunditates Satanæ, quemadmodum dicunt,
non mittam super vos aliud pondus: Tamen id quod 25
habetis, tenete donec veniam. Et qui vicerit, & custo- 26
dierit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem
super gentes, Et reget eas virga ferrea, & 10 tanquam 27
vasa figuli confringentur. Sicut & ego accepi a Patre 28
meo, & dabo illi stellam matutinam. Qui habet au- 29
rem audiat, quid Spiritus dicat Ecclesiis. 1 Et ange- III.
lo Ecclesiæ, quæ est Sardis, scribe: Hæc dicit qui habet septem spiritus Dei & septem stellas: Scio opera
tua, quia nomen habes, quod vivas, & mortuus es. Esto 2
vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant: non
enim inveni opera tua plena coram Deo. In mente ergo habe, qualiter acceperis & audieris, & serva, & re- 3
sipisce. Si ergo non vigilaveris, veniam ad te tanquam
fur, & nescias qua hora veniam ad te. Habes pauca nomina & Sardis, qui non inquinaverunt vestimenta sua, 4
& ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Qui 5
vicerit, hic vestietur vestimentis albis, & non delebo
nomen ejus de libro vitæ, & confitebor nomen ejus coram Patre meo & coram angelis ejus. Qui habet au- 6
rem audiat, quid Spiritus dicat Ecclesiis. Et angelo 7
Philadelphiensis Ecclesiæ scribe: Hæc dicit sanctus
& verax, qui habet clavem David, 2 qui aperit, & nemo claudit, & claudit, & nemo aperit: Scio opera tua. 8
Ecce dedi coram te ostium apertum, & nemo potest
claudere illud, quia modicam habes virtutem. Et servasti sermonem meum, & non negasti nomen meum.
Ecce do de synagoga Satanæ, qui dicunt se Judæos 9
esse, & non sunt, sed mentiuntur. Ecce adigam illos
ut veniant & adorent ante pedes tuos, & sciant quod
ego dilexi te, Quoniam servasti sermonem patientiæ 10
meæ, & ego servabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem universum, ut tentent habitantes in
terra. Ecce venio cito: tene quod habes, ut nemo ac- 11
cipiat coronam tuam. Qui vicerit, faciam illum co- 12
lumnam in templo Dei mei, & foras non egredietur
amplius: & scribam super eum nomen Dei mei, &
nomen civitatis Dei mei novæ Hierusalem, quæ descendit de cœlo a Deo meo, & nomen meum novum.
Qui habet aurem audiat, quid Spiritus dicat Eccle- 13
siis. 3 Et angelo Laodicensium Ecclesiæ scribe: Hæc 14
dicit Amen testis fidelis & verus, principium creaturæ Dei: Scio opera tua, quia 4 neque frigidus es, 15
neque fervidus: utinam frigidus esses, aut fervidus.
Itaque quoniam tepidus es, & nec frigidus, nec fervi- 16
dus, 5 incipiam te evomere ex ore meo: 6 Quia dicis, 17
Dives sum, & ditatus sum, & nullius egeo, & nescis,
quod tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus,
ac nudus. Suadeo tibi emere a me 7 aurum ignitum ex 18
igni, ut locuples fias, & vestimentis albis induaris, ut
non

8 *Et manducare de idoloticis*] *De idolothytis* legendum est, hoc est, *simulacro immolatis*.

9 *Ut ageret pœnitentiam*] ἵνα μετανοήσῃ, id est, *ut resipisceret*, quod tamen ad hunc modum fere vertit. Verum de hoc jam crebro admonuimus.

10 *Tanquam vas figuli*] ὡς τὰ σκεύη τὰ κεραμικὰ, id est, *tanquam vasa fictilia*.

1 ET *angelo Ecclesiæ Sardis*] τῆς ἐν Σάρδεσιν, id est, *Ecclesiæ Sardensis*. Et item aliquanto inferius, *Angelo Philadelphiæ*, τῆς ἐν Φιλαδελφίᾳ, id est, *Philadelphiensis Ecclesiæ*.

2 *Qui aperit, & nemo claudit*] Laurentius legit, *claudet & aperiet*, futuro tempore. Et addit, κλείσει αὐτὴν εἰμὴ ὁ ἀνοίγων, id est, *claudet eum nisi qui aperit*. Verum nostrum exemplar consentiebat cum Editione nostra. Cum Vallæ lectione consentie-

bat Hispaniense. Ne quis autem contemnat nostrum, tantæ vetustatis erat, ut Apostolorum ætate scriptum videri posset.

3 *Angelo Laodiceæ Ecclesiæ*] τῆς Ἐκκλησίας Λαοδικέων, id est, *Ecclesiæ Laodicensium*.

4 *Neque frigidus es, neque calidus*] ȣ̓́τε ζεςὸς, id est, *neque fervidus*, a ζέω *ferveo*.

5 *Incipiam te evomere*] μέλλω σε ἐμέσαι, id est, *evomam te*. Quod tamen Interpres ad hunc modum aliquoties gaudet vertere.

6 *Dicis quod dives sum*] Ex his verbis nullus alius sensus percipi potest, nisi quod ille dicat, Christum esse divitem. Proinde omittenda erat conjunctio *quod*, quæ hoc loco Latine loquentibus nullum habet usum.

7 *Aurum ignitum probatum*] Græca secus habent, πεπυρωμένον ἐκ πυρὸς, id est, *ignitum ex igni*. Ad eum ferme modum interpretantur & Græcanica scholia. Fortassis Interpres legit, πεπυρωμένον, unde addiderit *probatum*.

καὶ ἱμάτια λευκὰ, ἵνα περιβάλῃ, καὶ μὴ φανερωθῇ ἡ αἰσχύνη τῆς γυμνότητός σου, καὶ κολλούριον ἔγχρισον τοὺς 19 ὀφθαλμούς σου, ἵνα βλέπῃς. Ἐγὼ ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω καὶ 20 παιδεύω· ζήλωσον οὖν καὶ μετανόησον. Ἰδοὺ ἕστηκα ἐπὶ τὴν θύραν, καὶ κρούω· ἐάν τις ἀκούσῃ τῆς φωνῆς μου, καὶ ἀνοίξῃ τὴν θύραν, εἰσελεύσομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ δειπνήσω μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ 21 αὐτὸς μετ᾽ ἐμοῦ. Ὁ νικῶν, δώσω αὐτῷ καθίσαι μετ᾽ ἐμοῦ ἐν τῷ θρόνῳ μου, ὡς κἀγὼ ἐνίκησα, καὶ ἐκάθισα μετὰ τοῦ Πατρός μου 22 ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ. Ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω, τί τὸ Πνεῦμα λέ- IV. 1 γει ταῖς Ἐκκλησίαις. Μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ θύρα ἠνεῳγμένη ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἡ φωνὴ ἡ πρώτη, ἣν ἤκουσα, ὡς σάλπιγγος λαλούσης μετ᾽ ἐμοῦ, λέγουσα, Ἀνάβα ὧδε, καὶ δείξω 2 σοι ἃ δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα. Καὶ εὐθέως ἐγενόμην ἐν πνεύματι· καὶ ἰδοὺ θρόνος ἔκειτο ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τοῦ θρόνου 3 καθήμενος. Καὶ ὁ καθήμενος ἦν ὅμοιος ὁράσει λίθῳ ἰάσπιδι καὶ σαρδίνῳ, καὶ ἶρις κυκλόθεν τοῦ θρόνου, ὅμοιος ὁράσει σμα- 4 ραγδίνῳ. Καὶ κυκλόθεν τοῦ θρόνου θρόνοι εἴκοσι καὶ τέσσαρες, καὶ ἐπὶ τοὺς θρόνους εἶδον τοὺς εἴκοσι καὶ τέσσαρας πρεσβυτέρους καθημένους, περιβεβλημένους ἐν ἱματίοις λευκοῖς, καὶ ἔσχον 5 ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν στεφάνους χρυσοῦς. Καὶ ἐκ τοῦ θρόνου ἐκπορεύονται ἀστραπαὶ, καὶ βρονταὶ, καὶ φωναί· καὶ ἑπτὰ λαμπάδες πυρὸς καιόμεναι ἐνώπιον τοῦ θρόνου, αἵ εἰσι τὰ 6 ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἐνώπιον τοῦ θρόνου θάλασσα ὑαλίνη ὁμοία κρυστάλλῳ· καὶ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου καὶ κύκλῳ τοῦ θρόνου τέσσαρα ζῶα, γέμοντα ὀφθαλμῶν ἔμπροσθεν καὶ 7 ὄπισθεν. Καὶ τὸ ζῶον τὸ πρῶτον ὅμοιον λέοντι, καὶ τὸ δεύτερον ζῶον ὅμοιον μόσχῳ, καὶ τὸ τρίτον ζῶον ἔχον τὸ πρόσωπον ὡς ἄνθρωπος, καὶ τὸ τέταρτον ζῶον ὅμοιον ἀετῷ πετωμένῳ. 8 Καὶ τέσσαρα ζῶα, ἓν καθ᾽ ἑαυτὸ εἶχον ἀνὰ πτέρυγας ἓξ κυκλόθεν, καὶ ἔσωθεν γέμοντα ὀφθαλμῶν· καὶ ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχουσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, λέγοντα, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἦν, καὶ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. 9 Καὶ ὅτ᾽ ἂν δώσουσιν τὰ ζῶα δόξαν καὶ τιμὴν καὶ εὐχαριστίαν τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν 10 αἰώνων, Πεσοῦνται οἱ εἴκοσι καὶ τέσσαρες πρεσβύτεροι ἐνώπιον τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ προσκυνοῦσι τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, καὶ βάλλουσι τοὺς στεφάνους αὐ- 11 τῶν ἐνώπιον τοῦ θρόνου, λέγοντες, Ἄξιος εἶ Κύριε λαβεῖν τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὴν δύναμιν· ὅτι σὺ ἔκτισας τὰ V. 1 πάντα, καὶ διὰ τὸ θέλημά σου εἰσὶ, καὶ ἐκτίσθησαν. Καὶ εἶδον ἐπὶ τὴν δεξιὰν τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου βιβλίον γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν, κατεσφραγισμένον σφραγῖ- 2 σιν ἑπτά. Καὶ εἶδον ἄγγελον ἰσχυρὸν, κηρύσσοντα φωνῇ μεγάλῃ, Τίς ἐστιν ἄξιος ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ λῦσαι τὰς 3 σφραγῖδας αὐτοῦ; Καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο ἐν τῷ οὐρανῷ, οὐδὲ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὑποκάτω τῆς γῆς, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, οὐ- 4 δὲ βλέπειν αὐτό. Καὶ ἐγὼ ἔκλαιον πολλὰ, ὅτι οὐδεὶς ἄξιος εὑρέθη ἀνοῖξαι καὶ ἀναγνῶναι τὸ βιβλίον, οὔτε βλέπειν αὐ- 5 τό. Καὶ εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων λέγει μοι, Μὴ κλαῖε. Ἰδοὺ ἐνίκησεν ὁ λέων ὁ ὢν ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα, ἡ ῥίζα Δαβὶδ, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ λῦσαι τὰς ἑπτὰ σφραγῖδας αὐτοῦ. 6 Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ ἐν μέσῳ τῶν πρεσβυτέρων, ἀρνίον ἑστηκὸς ὡς ἐσφαγμένον, ἔχον κέρατα ἑπτὰ καὶ ὀφθαλμοὺς ἑπτὰ, οἵ εἰσι τὰ ἑπτὰ τοῦ Θεοῦ πνεύματα, τὰ ἀπεσταλμένα εἰς πᾶσαν τὴν γῆν. 7 Καὶ ἦλθε, καὶ εἴληφε τὸ βιβλίον ἐκ τῆς δεξιᾶς τοῦ καθημέ- 8 νου ἐπὶ τοῦ θρόνου. Καὶ ὅτε ἔλαβε τὸ βιβλίον, τὰ τέσσαρα ζῶα καὶ οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι ἔπεσον ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου, ἔχοντες ἕκαστος κιθάρας καὶ φιάλας χρυσᾶς γεμού- 9 σας θυμιαμάτων, αἵ εἰσιν αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων, Καὶ ᾄδουσιν ᾠδὴν καινὴν, λέγοντες, Ἄξιος εἶ λαβεῖν τὸ βιβλίον καὶ

Alias ἓν καθ᾽ ἓν αὐτῶν ἔχον.

non appareat 8 dedecus nuditatis tuæ, & 9 collyrio inunge oculos tuos, ut videas. 10 Ego quoscumque 19 amo, arguo & castigo: æmulare ergo ac resipisce. Ec- 20 ce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum 21 in throno meo, sicut & ego vici, & consedi cum Patre meo in throno ejus. Qui habet aurem audiat, quid 22 Spiritus dicat Ecclesiis. Post hæc vidi, & ecce ostium 1 IV. apertum in cœlo, & vox prima, quam audivi, tanquam tubæ loquentis mecum, dicens, Adscende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc. Et statim 2 fui in spiritu: & ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens. Et qui sedebat, 1 similis erat adspe- 3 ctu lapidi jaspidi & sardio, & iris erat in circumitu sedis, 2 similis adspectu smaragdino. Et in circumitu 4 sedis sedilia viginti quatuor, & super thronos vidi 3 viginti quatuor seniores sedentes, circumamictos stolis albis, & habebant in capitibus suis coronas aureas. Et 5 de throno procedebant fulgura, & tonitrua, & voces: & septem lampades ignis ardentes ante thronum, quæ sunt septem spiritus Dei. Et in conspectu sedis tan- 6 quam mare vitreum simile crystallo: & in medio sedis & in circumitu sedis quatuor animalia, plena oculis ante & retro. Et animal primum simile leoni, & 7 secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem velut homo, & quartum animal simile aquilæ volanti. Et quatuor animalia singula eorum ha- 8 bebant alas senas in circumitu, & intus plena erant oculis: 4 & requiem non habent die ac nocte, dicentia, 5 Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, 6 qui erat, & qui est, & qui venturus est. 7 Et 9 quum darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum, viventi in secula seculorum, Procidunt viginti quatuor seniores ante se- 10 dentem in throno, & adorant viventem in secula seculorum, & abjiciunt coronas suas ante thronum, dicentes, 8 Dignus es Domine accipere gloriam & ho- 11 norem & virtutem: quia tu creasti omnia, & 9 propter voluntatem tuam sunt, & creata sunt. Et vidi in 1 V. dextera sedentis super thronum librum scriptum 1 intus & in tergo, signatum sigillis septem. Et vidi an- 2 gelum fortem, prædicantem voce magna, Quis est dignus aperire librum, & solvere signacula ejus? Et 3 nemo poterat neque in cœlo, neque in terra, neque subter terram, aperire librum, neque adspicere illum. Et ego flebam multum, quod nemo dignus inventus 4 esset aperire & legere librum, nec videre eum. Et 5 unus de senioribus dicit mihi, Ne fleveris: ecce vicit 2 leo de tribu Juda, radix David, ut aperiat librum, & solvat septem signacula ejus. Et vidi, & ecce in 6 medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum, agnus stans tanquam occisus, habens cornua septem & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram. Et venit, & accepit de 7 dextera sedentis in throno librum. Et quum acce- 8 pisset librum, quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt precationes sanctorum, 3 Et canunt canticum no- 9 vum, dicentes, Dignus es accipere librum & aperire signa-

8 *Confusio nuditatis*] *αἰσχύνη*, id est, *turpitudo*, sive *probrum*, aut *pudor*. Mirum unde *confusionis* vocabulum irrepserit in consuetudinem Christianorum.

9 *Collyrio inunge oculos*] Κολλούριον, *Collurion*, quam vocem dictam putant ab iis, quæ truncatam habent caudam. Est hoc loco pharmaci genus.

10 *Ego quos amo*] ὅσους ἐὰν φιλῶ, id est, *quoscunque amo*.

IV. 1 *Similis erat adspectui lapidis jaspidis*] ὅμοιος ὁράσει λίθῳ ἰάσπιδι, id est, *similis adspectu lapidi jaspidi*: ut prior dativus sit modi, alter relationis.

2 *Similis visioni smaragdinæ*] Id est, *similis adspectu smaragdino*, ut subaudias *lapidi*. Nam ita modo dixit σαρδίνῳ, id est, *sardensi lapidi*.

3 *Viginti quatuor seniores*] Quum apud Græcos *seniores sedentes* sint accusativi casus, male cohæret *amicti*, sed in nonnullis codicibus non additur εἶδον *vidi*, sed subauditur *erant*. Itaque Interpres legisse videtur καθήμενοι.

4 *Et requiem non habebant*] οὐκ ἔχουσιν, id est, *non habent*: ac mire subito mutavit genus, cum dixisset *animantia*, subjecit λέγοντες, *dicentes*.

5 *Sanctus, sanctus, sanctus*] In Laurentianis codicibus, ut ipse indicat, *sanctus* novies repetitur. At in meis ter duntaxat positum erat, ac nusquam major varietas quam in hoc volumine, quod Græcis hic liber propemodum inter Apocrypha habebatur. Cum Laurentiana lectione consentiebat exemplar Hispaniense.

6 *Qui erat & qui est*] Eadem sunt verba, de quibus ante jam dictum est.

7 *Et quum darent illa animalia*] In Græcis codicibus est δώσουσιν, id est, *dabunt*, nisi forte scriptum erat δώσωσιν, & πεσοῦνται est, id est, *procidunt*.

8 *Dignus es Domine accipere*] Exemplar Hispaniense plusculum hic habet verborum, Ἄξιος εἶ ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν ὁ ἅγιος λαβεῖν, id est, *Dignus es Domine ac Deus noster sancte accipere*.

9 *Propter voluntatem tuam erant*] Græce est εἰσὶ, *sunt*, non *erant*.

V. 1 *Intus & foris*] ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν, id est, *intus & in tergo*; hoc est, utraque parte membranæ.

2 *Leo de tribu Juda*] ὁ λέων ὁ ὢν ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα, id est, *leo ille qui est e tribu Juda*.

3 *Et cantabant canticum*] καὶ ᾄδουσιν, id est, *& canunt*.

4 Et

καὶ ἀνοῖξαι τὰς σφραγίδας αὐτοῦ, ὅτι ἐσφάγης, καὶ ἠγόρασας τῷ Θεῷ ἡμᾶς ἐν τῷ αἵματί σου, ἐκ πάσης φυλῆς, 10 καὶ γλώσσης, καὶ λαοῦ, καὶ ἔθνους, Καὶ ἐποίησας ἡμᾶς τῷ Θεῷ ἡμῶν βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς, καὶ βασιλεύσομεν ἐπὶ τῆς 11 γῆς. Καὶ εἶδον, καὶ ἤκουσα φωνὴν ἀγγέλων πολλῶν κυκλόθεν τοῦ θρόνου, καὶ τῶν ζώων, καὶ πρεσβυτέρων, καὶ χιλιάδες 12 χιλιάδων, Λέγοντες φωνῇ μεγάλῃ, Ἄξιόν ἐστιν ἀρνίον τὸ ἐσφαγμένον λαβεῖν τὴν δύναμιν, καὶ πλοῦτον, καὶ σο-13 φίαν, καὶ ἰσχὺν, καὶ τιμὴν, καὶ δόξαν, καὶ εὐλογίαν. Καὶ πᾶν κτίσμα, ὅ ἐστιν ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐν τῇ γῇ, καὶ ὑποκάτω τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἅ ἐστι καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα, ἤκουσα, λέγοντας, Τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου καὶ τῷ ἀρνίῳ ἡ εὐλογία, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος 14 εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα ἔλεγον, Ἀμήν. Καὶ οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι ἔπεσαν, καὶ προσ-

VI. 1 εκύνησαν ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ εἶδον, ὅτε ἤνοιξε τὸ ἀρνίον ἓν ἐκ τῶν σφραγίδων, καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων, λέγοντος, ὡς φωνῆς βροντῆς, Ἔρχου, 2 καὶ βλέπε. Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκὸς, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ᾽ αὐτῷ, ἔχων τόξον, καὶ ἐδόθη αὐτῷ στέφανος, καὶ 3 ἐξῆλθε νικῶν, καὶ ἵνα νικήσῃ. Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν δευτέραν, ἤκουσα τοῦ δευτέρου ζώου, λέγοντος, Ἔρχου, 4 καὶ βλέπε. Καὶ ἐξῆλθεν ἄλλος ἵππος πυῤῥὸς, καὶ τῷ καθημένῳ ἐπ᾽ αὐτῷ ἐδόθη αὐτῷ, λαβεῖν τὴν εἰρήνην ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἵνα ἀλλήλους σφάξωσι, καὶ ἐδόθη αὐτῷ μάχαι-5 ρα μεγάλη. Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν τρίτην σφραγῖδα, ἤκουσα τοῦ τρίτου ζώου, λέγοντος, Ἔρχου, καὶ βλέπε. Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἵππος μέλας, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ᾽ αὐτῷ, ἔχων ζυγὸν 6 ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐν μέσῳ τῶν τεσσάρων ζώων, λέγουσαν, Χοῖνιξ σίτου δηναρίου, καὶ τρεῖς χοίνικες κριθῆς δηναρίου, καὶ τὸ ἔλαιον καὶ τὸν οἶνον μὴ ἀδικήσῃς. 7 Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν τετάρτην, ἤκουσα φωνὴν 8 τοῦ τετάρτου ζώου, λέγουσαν, Ἔρχου, καὶ βλέπε. Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἵππος χλωρὸς, καὶ ὁ καθήμενος ἐπάνω αὐτοῦ, ὄνομα αὐτῷ ὁ θάνατος, καὶ ὁ ᾅδης ἀκολουθεῖ μετ᾽ αὐτοῦ. Καὶ ἐδόθη αὐτοῖς ἐξουσία ἀποκτεῖναι ἐπὶ τὸ τέταρτον τῆς γῆς, ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐν λιμῷ, καὶ ἐν θανάτῳ, καὶ ὑπὸ τῶν 9 θηρίων τῆς γῆς. Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν πέμπτην σφραγῖδα, εἶδον ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου τὰς ψυχὰς τῶν ἐσφαγμένων διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν, ἣν εἶχον. 10 Καὶ ἔκραζον φωνῇ μεγάλῃ, λέγοντες, Ἕως πότε ὁ Δεσπότης ὁ ἅγιος καὶ ὁ ἀληθινὸς οὐ κρίνεις καὶ ἐκδικεῖς τὸ αἷμα 11 ἡμῶν ἀπὸ τῶν κατοικούντων ἐπὶ τῆς γῆς; Καὶ ἐδόθησαν ἑκάστοις στολαὶ λευκαὶ, καὶ ἐῤῥέθη αὐτοῖς, ἵνα ἀναπαύσωνται ἔτι χρόνον μικρὸν, ἕως οὗ πληρώσονται καὶ οἱ σύνδουλοι αὐτῶν, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν, οἱ μέλλοντες ἀποκτείνεσθαι ὡς καὶ 12 αὐτοί. Καὶ εἶδον, ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἕκτην, καὶ ἰδοὺ σεισμὸς μέγας ἐγένετο, καὶ ὁ ἥλιος ἐγένετο μέλας ὡς 13 σάκκος τρίχινος, καὶ ἡ σελήνη ἐγένετο ὡς αἷμα, Καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσαν εἰς τὴν γῆν, ὡς συκῆ βάλλει τοὺς 14 ὀλύνθους αὐτῆς, ὑπὸ μεγάλου ἀνέμου σειομένη, Καὶ οὐρανὸς ἀπεχωρίσθη ὡς βιβλίον ἑλισσόμενον, καὶ πᾶν ὄρος καὶ 15 νῆσος ἐκ τῶν τόπων αὐτῶν ἐκινήθησαν, Καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ μεγιστᾶνες, καὶ οἱ πλούσιοι, καὶ οἱ χιλίαρχοι, καὶ οἱ δυνατοὶ, καὶ πᾶς δοῦλος, καὶ πᾶς ἐλεύθερος ἔκρυψαν ἑαυτοὺς εἰς τὰ σπήλαια καὶ εἰς τὰς πέτρας 16 τῶν ὀρέων. Καὶ λέγουσι τοῖς ὄρεσι καὶ ταῖς πέτραις, Πέσετε ἐφ᾽ ἡμᾶς, καὶ κρύψατε ἡμᾶς ἀπὸ προσώπου τοῦ καθημένου ἐπὶ 17 τοῦ θρόνου, καὶ ἀπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ ἀρνίου. Ὅτι ἦλθεν ἡ ἡμέ-

VII. 1 ρα ἡ μεγάλη τῆς ὀργῆς αὐτοῦ. Καὶ τίς δύναται σταθῆναι; Καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον τέσσαρας ἀγγέλους ἑστῶτας ἐπὶ τὰς τέσσαρας γωνίας τῆς γῆς, κρατοῦντας τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τῆς γῆς, ἵνα μὴ πνέῃ ἄνεμος ἐπὶ τῆς γῆς, μήτε ἐπὶ τῆς θαλάσ-2 σης, μήτε ἐπὶ πᾶν δένδρον. Καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον ἀναβάντα ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου, ἔχοντα σφραγῖδα Θεοῦ ζῶντος, καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ τοῖς τέσσαρσιν ἀγγέλοις, οἷς ἐδόθη αὐτοῖς

A signacula ejus, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo per sanguinem tuum, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione 4 Et fecisti nos Deo nostro reges 10 & sacerdotes, & regnabimus super terram. Et vidi, & 11 audivi vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum, 5 & millia millium, Di- 12 centia voce magna, Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & divitias, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et omnem creaturam, quæ in cœlo est, & quæ super 13 terram, & sub terra, & in mari, & quæ in eis sunt omnia, audivi, dicentes, Sedenti in throno & agno B benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et 14 viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adoraverunt viventem in secula seculorum. Et vidi, 1 VI. quum aperuisset agnus unum de sigillis, 1 & audivi unum de quatuor animalibus, dicens, tanquam vocem tonitrui, Veni, & vide. Et vidi, & ecce equus albus, 2 & qui sedebat super eum, habebat arcum, & data est ei corona, & exivit vincens, & ut vinceret. Et quum 3 aperuisset sigillum secundum, audivi secundum animal, dicens, Veni, & vide. Et exivit alius equus ru- 4 fus, & qui sedebat super illum, datum est ei, ut tolleret pacem de terra, & ut invicem se interficiant, & C datus est ei gladius magnus. Et quum aperuisset sigil- 5 lum tertium, audivi tertium animal, dicens, Veni, & vide. Et vidi, & ecce equus niger, & qui sedebat super illum, habebat statheram in manu sua. Et audi- 6 vi vocem in medio quatuor animalium, dicentem, 2 Chœnix tritici denario uno, & tres chœnices hordei denario uno, & vinum & oleum ne læseris. Et quum 7 aperuisset sigillum quartum, audivi vocem quarti animalis, dicentem, Veni, & vide. Et vidi, & ecce 3 e- 8 quus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequitur eum. Et data est illis potestas interficiendi super quartam partem terræ, gladio, D & fame, & morte, & a bestiis terræ. Et quum ape- 9 ruisset sigillum quintum, vidi subter altare 4 animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant. Et clamabant voce magna, 10 dicentes, Usquequo Domine, qui es sanctus & verax, non judicas ac vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Et datæ sunt illis singulæ sto- 11 læ albæ, & dictum est illis, ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec complerentur conservi eorum, & fratres eorum, qui interficiendi essent sicut & illi. Et vidi, quum aperuisset sigillum sextum, & 12 ecce terræmotus magnus factus est, & sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, Et stellæ de cœlo ceciderunt super 13 E terram, 5 sicut ficus abjicit grossos suos, quum a vento magno movetur, Et cœlum recessit 6 sicut liber 14 qui circumvolvitur, & omnis mons & insulæ de locis suis motæ sunt, Et reges terræ, & principes, & divi- 15 tes, & tribuni, & fortes, & omnis servus, & liber absconderunt se in speluncis & in petris montium. Et di- 16 cunt montibus & petris, Cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni: Quoniam venit dies magnus iræ illius. Et quis poterit 17 stare? Post hæc vidi quatuor angelos stantes super qua- 1 VII. tuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flaret ventus super terram, neque super mare, neque in ullam arborem. Et vidi alterum angelum adscen- 2 F dentem ab ortu solis, habentem sigillum Dei vivi, & clamavit voce magna quatuor angelis, quibus datum est

4 *Et fecistis nos*] ἡμᾶς. Laurentius legit *αὐτοὺς*, id est, *eos*. Deinde non est *regnum*, sed *βασιλεῖς*, *reges*, ut superius indicavimus.

5 *Et erat numerus eorum millia millium*] Laurentius legit, *μυριάδες μυριάδων, χιλιάδες χιλιάδων*. *Myrias* significat decem millia, *chilias* mille. Nostrum exemplar magis consentiebat cum vulgata Latinorum Editione, Hispaniensis Editio cum eo quod legit Laurentius.

1 ET *audivi unum de quatuor animalibus tanquam vocem tonitrui*] Valla legit, *ὡς φωνή*. Nostri codices habebant *φωνῆς*. Alioqui *dicens* erat dicendum, non *dicentem*, quod Valla legisse videtur. Quanquam hujus adnotatio quid hoc loco sibi velit nescio: aut mendosa est, aut perplexa.

2 *Bilibris tritici*] Græce est Χοῖνιξ, id est, mensura tritici, aut leguminis, quæ satis sit in cibum diurnum. Budæus noster libro *de Asse* v. putat chœnicem pendere libras quatuor, Pollux tres duntaxat. Et *denario* tantum est, nec additur *uno*.

3 *Equus pallidus*] Græce est *χλωρός*. Id sonat etiam *viridis*, atque ita vertit ipse paulo post, *& omne fœnum viride*.

4 *Animas interfectorum*] Hispaniensis Editio addit, *τῶν ἀνθρώπων τῶν ἐσφραγισμένων*, id est, *hominum signatorum*.

5 *Sicut ficus mittit grossos*] *βάλλει*, id est, *abjicit*. Et *grossos* est *ὀλύνθους*. Id sonat *ficus immaturas*.

6 *Sicut liber involutus*] *ὡς βιβλίον ἑλισσόμενον*, id est, *ut liber qui volvitur*, sive *convolvitur*. Eadem vox est in Psalmis de cœlis immutatis.

1 *Duo-*

3 αὐτοῖς ἀδικῆσαι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, Λέγων, Μὴ ἀδικήσητε τὴν γῆν, μήτε τὴν θάλασσαν, μήτε τὰ δένδρα, ἄχρι σφραγίζωμεν τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπὶ τῶν μετώπων 4 αὐτῶν. Καὶ ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐσφραγισμένων, ρμδ χι-5 λιάδες ἐσφραγισμένοι ἐκ πάσης φυλῆς υἱῶν Ἰσραήλ. Ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ιβ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Ῥουβὴν, ιβ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Γάδ, ιβ χιλιάδες ἐσφρα-6 γισμένοι· Ἐκ φυλῆς Ἀσὴρ, ιβ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Νεφθαλὶμ, ιβ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Μα-7 νασσῆ, ιβ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· Ἐκ φυλῆς Συμεὼν, ιβ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Λευὶ, ιβ χιλιάδες ἐσφραγι-8 σμένοι· ἐκ φυλῆς Ἰσαχὰρ, ιβ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· Ἐκ φυλῆς Ζαβουλὼν, ιβ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Ἰωσὴφ, ιβ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, ιβ 9 χιλιάδες ἐσφραγισμένοι. Μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ ὄχλος πολὺς, ὃν ἀριθμῆσαι αὐτὸν οὐδεὶς ἠδύνατο, ἐκ παντὸς ἔθνους καὶ φυλῶν καὶ λαῶν καὶ γλωσσῶν, ἑστῶτες ἐνώπιον τοῦ θρόνου καὶ ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου, περιβεβλημένοι στολὰς λευκὰς, καὶ 10 φοίνικες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, Καὶ κράζοντες φωνῇ μεγάλῃ, λέγοντες, Ἡ σωτηρία τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ 11 ἡμῶν, καὶ τῷ ἀρνίῳ. Καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι ἑστήκεσαν κύκλῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ ἔπεσον ἐνώπιον τοῦ θρόνου ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ προσεκύ-12 νησαν τῷ Θεῷ, Λέγοντες, Ἀμὴν· ἡ εὐλογία, καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ σοφία, καὶ ἡ εὐχαριστία, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δύναμις, καὶ 13 ἡ ἰσχὺς τῷ Θεῷ ἡμῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Καὶ ἀπεκρίθη εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων, λέγων μοι, Οὗτοι οἱ περιβεβλημένοι τὰς στολὰς τὰς λευκὰς, τίνες εἰσὶ, καὶ πόθεν ἦλ-14 θον; Καὶ εἴρηκα αὐτῷ, Κύριε σὺ οἶδας. Καὶ εἶπέ μοι, Οὗτοί εἰσιν οἱ ἐρχόμενοι ἐκ τῆς θλίψεως τῆς μεγάλης, καὶ ἐπλάτυναν τὰς στολὰς αὐτῶν, καὶ ἐλεύκαναν στολὰς αὐτῶν ἐν 15 τῷ αἵματι τοῦ ἀρνίου. Διὰ τοῦτό εἰσιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ, καὶ λατρεύουσιν αὐτῷ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐν τῷ ναῷ αὐ-16 τοῦ· καὶ ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου σκηνώσει ἐπ' αὐτούς. Οὐ πεινάσουσιν ἔτι, οὐδὲ διψήσουσιν ἔτι, οὐδὲ μὴ πέσῃ ἐπ' αὐτοὺς 17 ὁ ἥλιος, οὐδὲ πᾶν καῦμα· Ὅτι τὸ ἀρνίον, τὸ ἀναμέσον τοῦ θρόνου, ποιμανεῖ αὐτοὺς, καὶ ὁδηγήσει αὐτοὺς ἐπὶ ζώσας πηγὰς ὑδάτων, καὶ ἐξαλείψει ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλ-

VIII. 1 μῶν αὐτῶν. Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἑβδόμην, ἐγέ-2 νετο σιγὴ ἐν τῷ οὐρανῷ ὡς ἡμιώριον. Καὶ εἶδον τοὺς ἑπτὰ ἀγγέλους, οἳ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἑστήκασι, καὶ ἐδόθησαν αὐτοῖς 3 ἑπτὰ σάλπιγγες. Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἦλθε, καὶ ἐστάθη ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἔχων λιβανωτὸν χρυσοῦν, καὶ ἐδόθη αὐτῷ θυμιάματα πολλὰ, ἵνα δώσῃ ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων πάν-4 των ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν, τὸ ἐνώπιον τοῦ θρόνου. Καὶ ἀνέβη ὁ καπνὸς τῶν θυμιαμάτων ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁ-5 γίων ἐκ χειρὸς τοῦ ἀγγέλου ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Καὶ εἴληφεν ὁ ἄγγελος τὸ λιβανωτὸν, καὶ ἐγέμισεν αὐτὸ ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν· καὶ ἐγένοντο φωναὶ 6 καὶ βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ σεισμός. Καὶ οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι, ἔχοντες τὰς ἑπτὰ σάλπιγγας, ἡτοίμασαν ἑαυτοὺς, ἵνα σαλ-7 πίσωσι. Καὶ ὁ πρῶτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἐγένετο χάλαζα καὶ πῦρ μεμιγμένα αἵματι, καὶ ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν, καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων κατεκάη, καὶ πᾶς χόρτος χλωρὸς κα-8 τεκάη. Καὶ ὁ δεύτερος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ὡς ὄρος μέγα πυρὶ καιόμενον ἐβλήθη εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ ἐγένετο 9 τὸ τρίτον τῆς θαλάσσης αἷμα, Καὶ ἀπέθανε τὸ τρίτον τῶν κτισμάτων, τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ, τὰ ἔχοντα ψυχὰς, καὶ τὸ 10 τρίτον τῶν πλοίων διεφθάρη. Καὶ ὁ τρίτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀστὴρ μέγας καιόμενος ὡς λαμπὰς, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὸ τρίτον τῶν ποταμῶν, καὶ ἐπὶ τὰς 11 πηγὰς ὑδάτων, Καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἀστέρος λέγεται ἄψινθος· καὶ γίνεται τὸ τρίτον εἰς ἄψινθον, καὶ πολλοὶ ἀνθρώπων 12 ἀπέθανον ἐκ τῶν ὑδάτων, ὅτι ἐπικράνθησαν. Καὶ ὁ τέταρτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἐπλήγη τὸ τρίτον τοῦ ἡλίου, καὶ τὸ τρίτον τῆς σελήνης, καὶ τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων, ἵνα σκοτισθῇ τὸ τρίτον αὐτῶν, καὶ ἡ ἡμέρα μὴ φαίνῃ τὸ τρίτον αὐτῆς, 13 καὶ ἡ νὺξ ὁμοίως. Καὶ εἶδον, καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἀγγέλου πετωμένου

A 3 est nocere terræ & mari, Dicens, Nolite nocere terræ, neque mari, neque arboribus, quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus suis. 4 Et audivi numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israël. 5 Ex tribu Juda, [1] duodecim millia signati: ex tribu Ruben, duodecim millia signati: ex tribu Gad, duodecim millia signati: 6 Ex tribu Aser, duodecim millia signati: ex tribu Nephthalim, duodecim millia signati: ex tribu Manasse, duodecim millia signati: 7 Ex tribu Symeon, duodecim millia signati: ex tribu Levi, duodecim B millia signati: ex tribu Isachar, duodecim millia signati: 8 Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati: ex tribu Joseph, duodecim millia signati: ex tribu Benjamin, duodecim millia signati. 9 Post hæc vidi, & ecce turba multa, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus & tribubus & populis & linguis, stantes ante thronum & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum, 10 Et clamabant voce magna, dicentes, [2] Salus ei, qui sedet super thronum Dei nostri, & agno. 11 Et omnes angeli stabant in circuitu throni & seniorum & quatuor animalium, & procubuerunt in conspectu throni in facies suas, & adoraverunt Deum, 12 Dicentes, Amen: benedictio, & clari-C tas, & sapientia, & gratiarum actio, & honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum, amen. 13 Et respondit unus de senioribus, & dixit mihi, Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & unde venerunt? 14 Et dixi illi, Domine tu scis. Et dixit mihi, Hi sunt qui venerunt ex afflictione magna, [3] & dilataverunt stolas suas, & dealbaverunt eas per sanguinem agni. 15 Ideo sunt ante thronum Dei, & serviunt ei die ac nocte in templo ejus: & qui sedet in throno, habitabit super illos. 16 Non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque ullus æstus: 17 Quoniam agnus, qui in medio throni est, [4] reget illos, & deducet eos [5] ad vivos fontes aquarum, & absterfurus est Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. VIII. 1 Et quum aperuisset sigil-D lum septimum, factum est silentium in cœlo media ferme hora. 2 Et vidi septem angelos stantes in conspectu Dei, & datæ sunt illis septem tubæ. 3 Et alius angelus venit, & stetit ante altare, [1] habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, ut daret de precationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum. 4 Et adscendit fumus incensorum de precibus sanctorum e manu angeli coram Deo. 5 Et accepit angelus thuribulum, & implevit illud de igne altaris, & misit in terram: & facta sunt tonitrua & voces & fulgura & terræmotus. 6 Et septem angeli, qui habebant septem tubas, præparaverunt se, ut tuba cane-E rent. 7 Et primus angelus tuba cecinit, & facta est grando & ignis mixta sanguine, & missa sunt in terram, [2] & tertia pars arborum concremata est, & omne fœnum viride combustum est. 8 Et secundus angelus tuba cecinit, & tanquam mons magnus igne ardens projectus est in mare: & facta est tertia pars maris sanguis, 9 Et mortua est tertia pars creaturarum, quæ erant in mari, quæ habebant animas, & tertia pars navium interiit. 10 Et tertius angelus tuba cecinit, & cecidit e cœlo stella magna ardens tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum, 11 Et nomen stellæ [3] dicitur absinthium: & versa est tertia pars F in absinthium, & multi homines mortui sunt ex aquis, quia amaræ factæ sunt. 12 Et quartus angelus tuba cecinit, & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ita ut obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter. 13 Et vidi, & audivi unum angelum volantem per

1 *Duodecim millia signati*] Græcis *signati* non repetitur, nisi in initio & fine. Nec additur in singulas tribus, ut admonet Valla, quanquam in nostris exemplaribus addebatur. Et *signati*, est participium a verbo *sigillo*, ac si dicas sigillati, & sigillo obsignati.

2 *Salus Deo nostro qui sedet*] Σωτηρία. Quod magis sonat *salvationem*. Alioqui quid opus erat precari salutem Christo?

3 *Et laverunt stolas suas*] καὶ ἐπλάτυναν τὰς στολὰς αὐτῶν, id est, *& dilataverunt stolas suas*. Interpres legisse videtur ἔπλυναν. Nec me fefellit mea divinatio. Sic enim comperi in Editione Hispaniensi.

4 *Reget*] ποιμανεῖ, id est, *pascet*, sive reget more pastorum.

5 *Ad vitæ fontes*] ἐπὶ ζώσας πηγὰς, id est, *ad vivos fontes*. Quanquam Hispaniensis Editio habebat ζωῆς, id est, *vitæ*.

1 *Habens thuribulum*] λιβανωτόν. Quod alias *thus* significat.

2 *Et tertia pars terræ*] In nonnullis habebatur, *tertia pars arborum*, quum in Latinis habeatur utrumque, *tertia pars terræ*, & *tertia pars arborum*.

3 *Dicitur absinthium*] ἄψινθος, id est, *apsinthus*. Allusit ad etymologiam Græcæ dictionis, quæ inde dicta est, quod bibi non possit,

μένου ἐν μεσουρανήματι, λέγοντος φωνῇ μεγάλῃ, Οὐαὶ οὐαὶ οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκ τῶν λοιπῶν φωνῶν τῆς σάλπιγγος τῶν τριῶν ἀγγέλων, τῶν μελλόντων σαλπίζειν.

IX. 1 Καὶ ὁ πέμπτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ εἶδον ἀστέρα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεπτωκότα εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἡ κλεὶς τοῦ 2 φρέατος τῆς ἀβύσσου. Καὶ ἤνοιξε τὸ φρέαρ τῆς ἀβύσσου, καὶ ἀνέβη καπνὸς ἐκ τοῦ φρέατος ὡς καπνὸς καμίνου μεγάλης, καὶ 3 ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος καὶ ὁ ἀὴρ ἐκ τοῦ καπνοῦ τοῦ φρέατος. Καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ ἐξῆλθον ἀκρίδες εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐδόθη αὐταῖς 4 ἐξουσία, ὡς ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ σκορπίοι τῆς γῆς. Καὶ ἐῤῥέθη αὐταῖς, ἵνα μὴ ἀδικήσωσι τὸν χόρτον τῆς γῆς, οὐδὲ πᾶν χλωρὸν, οὐδὲ πᾶν δένδρον, εἰ μὴ τοὺς ἀνθρώπους μόνους, οἵτινες οὐκ 5 ἔχουσιν τὴν σφραγῖδα τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. Καὶ ἐδόθη αὐτοῖς, ἵνα μὴ ἀποκτείνωσιν αὐτοὺς, ἀλλ' ἵνα βασανισθήσωνται μῆνας πέντε· καὶ ὁ βασανισμὸς αὐτῶν, ὡς βασανισμὸς σκορπίου, ὅτ' ἂν παίσῃ ἄνθρωπον. 6 Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ζητήσουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν θάνατον, καὶ οὐκ εὑρήσουσιν αὐτὸν, καὶ ἐπιθυμήσουσιν ἀ-7 ποθανεῖν, καὶ φεύξεται ὁ θάνατος ἀπ' αὐτῶν. Καὶ τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀκρίδων ὅμοια ἵπποις ἡτοιμασμένοις εἰς πόλεμον, καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ὡς στέφανοι ὅμοιοι χρυ-8 σῷ, καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὡς πρόσωπα ἀνθρώπων· Καὶ εἶχον τρίχας ὡς τρίχας γυναικῶν· καὶ οἱ ὀδόντες αὐτῶν ὡς 9 λεόντων ἦσαν· Καὶ εἶχον θώρακας ὡς θώρακας σιδηροῦς· καὶ ἡ φωνὴ τῶν πτερύγων αὐτῶν ὡς φωνὴ ἁρμάτων ἵππων πολ-10 λῶν τρεχόντων εἰς πόλεμον· Καὶ ἔχουσιν οὐρὰς ὁμοίας σκορπίοις, καὶ κέντρα ἦν ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν, καὶ ἡ ἐξουσία αὐτῶν 11 ἀδικῆσαι τοὺς ἀνθρώπους μῆνας πέντε. Καὶ ἔχουσιν ἐπ' αὐτῶν βασιλέα τὸν ἄγγελον τῆς ἀβύσσου, ὄνομα αὐτῷ Ἑβραϊστὶ Ἀβ-12 βαδὼν, καὶ ἐν τῇ Ἑλληνικῇ ὄνομα ἔχει Ἀπολλύων. Ἡ οὐαὶ 13 ἡ μία ἀπῆλθεν, ἰδοὺ ἔρχονται ἔτι δύο οὐαὶ μετὰ ταῦτα. Καὶ ὁ ἕκτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἤκουσα φωνὴν μίαν ἐκ τῶν τεσσάρων κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ χρυσοῦ, τοῦ ἐνώπιον τοῦ 14 Θεοῦ, Λέγουσαν τῷ ἕκτῳ ἀγγέλῳ, ὃς εἶχε τὴν σάλπιγγα, Λῦσον τοὺς τέσσαρας ἀγγέλους, τοὺς δεδεμένους ἐπὶ τῷ ποταμῷ 15 τῷ μεγάλῳ Εὐφράτῃ. Καὶ ἐλύθησαν οἱ τέσσαρες ἄγγελοι, οἱ ἡτοιμασμένοι εἰς τὴν ὥραν καὶ ἡμέραν καὶ μῆνα καὶ ἐνιαυ-16 τὸν, ἵνα ἀποκτείνωσι τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων. Καὶ ὁ ἀριθμὸς στρατευμάτων τοῦ ἱππικοῦ δύο μυριάδες μυριάδων· καὶ 17 ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν. Καὶ οὕτως εἶδον τοὺς ἵππους ἐν τῇ ὁράσει, καὶ τοὺς καθημένους ἐπ' αὐτῶν ἔχοντας θώρακας πυρίνους καὶ ὑακινθίνους καὶ θειώδεις· καὶ αἱ κεφαλαὶ τῶν ἵππων ὡς κεφαλαὶ λεόντων, καὶ ἐκ τῶν στομάτων αὐτῶν ἐκπο-18 ρεύεται πῦρ καὶ καπνὸς καὶ θεῖον. Ὑπὸ τῶν τριῶν τούτων ἀπεκτάνθησαν τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τοῦ πυρὸς, καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ, καὶ ἐκ τοῦ θείου, τοῦ ἐκπορευομένου ἐκ τῶν στομάτων αὐ-19 τῶν. Αἱ γὰρ ἐξουσίαι αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν εἰσιν· αἱ γὰρ οὐραὶ αὐτῶν ὅμοιοι ὄφεσιν, ἔχουσαι κεφαλὰς, καὶ ἐν αὐ-20 ταῖς ἀδικοῦσιν. Καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων οἳ οὐκ ἀπεκτάνθησαν ἐν ταῖς πληγαῖς ταύταις, οὔτε μετενόησαν ἐκ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτῶν, ἵνα μὴ προσκυνήσωσι τὰ δαιμόνια καὶ τὰ εἴδωλα τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ καὶ τὰ χαλκᾶ καὶ τὰ λίθινα καὶ τὰ ξύλινα, ἃ οὔτε βλέπειν δύναται, οὔτε ἀκούειν, οὔτε περιπα-21 τεῖν, Καὶ οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν φόνων αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῶν φαρμακειῶν αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῆς πορνείας αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῶν κλεμμάτων αὐτῶν.

X. 1 Καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον ἰσχυρὸν καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, περιβεβλημένον νεφέλην, καὶ ἶρις ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὡς στύλοι πυ-2 ρός. Καὶ εἶχεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ βιβλαρίδιον ἀνεῳγμένον, καὶ ἔθηκε τὸν πόδα αὐτοῦ τὸν δεξιὸν ἐπὶ τὴν θάλασσαν, τὸν δὲ εὐώ-3 νυμον ἐπὶ τὴν γῆν, Καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, ὥσπερ λέων μυκᾶται· καὶ ὅτε ἔκραξεν, ἐλάλησαν ἑπτὰ βρονταὶ τὰς ἑαυτῶν φω-4 νάς. Καὶ ὅτε ἐλάλησαν ἑπτὰ βρονταὶ τὰς φωνὰς ἑαυτῶν, ἔμελλον γράφειν. Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λέγουσάν μοι, Σφράγι-5 σον ἃ ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταὶ, καὶ μὴ ταῦτα γράφῃς. Καὶ ὁ ἄγ-

Alias βιβλίδιον.

A per medium cœli, dicentem voce magna, 4 Væ væ væ habitantibus in terra, e cæteris vocibus tubæ trium angelorum, qui erant tuba canturi. Et quintus angelus 1 IX. tuba cecinit, & vidi ſtellam de cœlo cecidiſſe in terram, & data eſt ei clavis putei abyſſi. Et aperuit pu- 2 teum abyſſi, & adſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ, & obſcuratus eſt ſol & aer a fumo putei. Et de fumo exierunt locuſtæ in terram, & data eſt il- 3 lis poteſtas, ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ. Et præceptum eſt illis, ne læderent fœnum terræ, ne- 4 que omne viride, neque omnem arborem, niſi tantum homines, qui non habent ſignum Dei in frontibus B ſuis. Et datum eſt illis, ne occiderent eos, ſed ut cru- 5 ciarentur menſibus quinque: & cruciatus eorum, ut cruciatus ſcorpii, quum percuſſerit hominem. Et in 6 diebus illis quærent homines mortem, & non invenient eam, & deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Et ſi- 7 militudines locuſtarum ſimiles equis paratis in prælium, & ſuper capita earum tanquam coronæ ſimiles auro, & facies earum tanquam facies hominum: Et ha- 8 bebant capillos ſicut capillos mulierum: & dentes earum quaſi leonum erant: 1 Et habebant loricas ſicut lo- 9 ricas ferreas: & vox alarum earum ſicut vox curruum C equis multis currentibus ad bellum: Et habent caudas 10 ſimiles ſcorpionum, & aculei erant in caudis earum, & poteſtas earum nocere hominibus menſibus quinque: Et habent ſuper ſe regem angelum abyſſi, 2 cui 11 nomen Hebraïce Abbadon, Græce autem Ἀπολλύων, id eſt, perdens. Væ unum abiit, & ecce veniunt adhuc 12 duo væ poſt hæc. Et ſextus angelus tuba cecinit, & au- 13 divi vocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod eſt ante oculos Dei, Dicentem ſexto angelo, qui 14 habebat tubam, Solve quatuor angelos, qui alligati ſunt in flumine magno Euphrate. Et ſoluti ſunt qua- 15 tuor angeli, qui parati erant in horam & diem & menſem & annum, ut occiderent tertiam partem homi- D num. Et numerus equeſtris exercitus 3 vicies millies de- 16 cem millia: & audivi numerum eorum. Et ita vidi 17 equos in viſione, & qui ſedebant ſuper eos, habebant 4 thoraces igneos & hyacinthinos & ſulphureos: & capita equorum erant tanquam capita leonum, & de ore ipſorum procedebat ignis & fumus & ſulphur. Ab his 18 tribus *plagis* occiſa eſt tertia pars hominum, de igne, & de fumo, & ſulphure, quæ procedebant ex ore ipſorum. Poteſtas enim eorum in ore eorum eſt, *& in caudis co-* 19 *rum*: nam caudæ eorum ſimiles ſerpentibus, habentes capita, & per hæc nocent. Et cæteri homines qui 20 non ſunt occiſi his plagis, neque reſipuerunt ab operibus manuum ſuarum, ut non adorarent dæmonia & ſimulacra aurea & argentea & ærea & lapidea & lignea, quæ neque videre poſſunt, neque audire, neque ambula- E re, Et non egerunt pœnitentiam ab homicidiis ſuis, ne- 21 que a veneficiis ſuis, neque a fornicatione ſua, neque a furtis ſuis. Et vidi alium angelum fortem deſcendentem 1 X. de cœlo, amictum nube, & iris in capite ejus, & facies ejus erat ut ſol, & 1 pedes ejus tanquam columnæ ignis, Et 2 habebat in manu ſua libellum apertum, & poſuit 2 pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram, Et clamavit voce magna, 3 quemadmodum 3 quum leo rugit: & quum clamaſſet, locuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas. Et cum locuta fuiſſent ſeptem to- 4 nitrua voces ſuas, & ego ſcripturus eram. Et audivi vocem de cœlo, dicentem mihi, 4 Obſigna quæ loquuta F ſunt ſeptem tonitrua, & ne ea ſcribas. Et angelus, quem 5 vidi ſtantem ſuper mare & ſuper terram, levavit manum

poſſit, quaſi dicas *apinthon*. Agit enim de aquis verſis in amaritudinem.

4 *Væ væ*] Laurentianus codex addidit τρὶς, id eſt, *ter*: meus habebat τρὶς, & bis tantum habebat *væ*.

1 **E**T *habebant loricas*] θώρακας, id eſt, *thoraces*; an idem valeat *lorica* neſcio.

2 *Cui nomen Hebraïce Abaddon*] Ἀββαδὼν, Hebræis אָבַר *perdere* eſt, inde אֲבַדּוֹן, quaſi dicas *proditor*, aut *perdens*. *Latine nomen habet exterminans*. Hoc Interpres adjecit de ſuo. Quandoquidem Joannes, aut quiſquis fuit alius, Græce ſcripſit, contentus ab iis intelligi, qui Græce ſcirent. Nec tamen eſt, cur tantopere ſtomachetur Valla, ſi Interpres voluit & Latinos ſcire, quid ſit *apollyon*.

3 *Vicies millies dena millia*] δύο μυριάδες μυριάδων, id eſt, *duæ myriades myriadum*, hoc eſt, *vicies mille myriades*. *Myrias*, ut modo diximus, decem millia complectitur.

4 *Loricas igneas*] θώρακας, id eſt, *thoraces*. Pars eſt corporis infra collum uſque ad ſtomachi locum, ſcapulas cæteraque a tergo & a fronte complectens: unde & veſtis aut armatura eam tegens partem *thorax* dicitur.

1 **P**Edes ejus ut columna ignis] ὡς στύλοι, id eſt, *ut columnæ*.

2 *Habebat in manu ſua libellum*] Quidam habebant βιβλαρίδιον, alii βιβλίδριον, alii rurſum βιβλιδάριον.

3 *Quemadmodum leo cum rugit*] Græce eſt μυκᾶται, id eſt, *mugit*: fortaſſe quod Græci non ſervent eam differentiam inter ὠρύεσθαι & μυκᾶσθαι, quam Latini inter *rugire* & *mugire*.

4 *Signa quæ locuta ſunt ſeptem*] Σφράγισον, id eſt, *Obſigna* velut occultanda.

ὁ ἄγγελος, ὃν εἶδον ἑστῶτα ἐπὶ τῆς θαλάσσης καὶ ἐπὶ τῆς γῆς,
6 ἦρε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν, Καὶ ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι εἰς
τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ,
καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ,
7 ὅτι χρόνος οὐκ ἔσαι ἔτι, Ἀλλὰ ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς φωνῆς τοῦ ἑβδό-
μου ἀγγέλου, ὅτ' ἂν μέλλει σαλπίζειν, καὶ τελεσθῇ τὸ μυστήριον
8 τοῦ Θεοῦ, ὡς εὐηγγέλισε τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις τοῖς Προφήταις. Καὶ
ἡ φωνὴ, ἣν ἤκουσα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, πάλιν λαλοῦσα μετ' ἐμοῦ, καὶ λέ-
γουσα, Ὕπαγε, λάβε τὸ βιβλαρίδιον τὸ ἠνεῳγμένον ἐν τῇ χει-
9 ρὶ ἀγγέλου τοῦ ἑστῶτος ἐπὶ τῆς θαλάσσης καὶ ἐπὶ τῆς γῆς Καὶ
ἀπῆλθον πρὸς τὸν ἄγγελον, λέγων αὐτῷ, Δός μοι τὸ βιβλαρί-
διον. Καὶ λέγει μοι, Λάβε, καὶ κατάφαγε αὐτὸ, καὶ πικρανεῖ σου
10 τὴν κοιλίαν, ἀλλ' ἐν σόματί σου ἔσαι γλυκὺ ὡς μέλι. Καὶ ἔλα-
βον τὸ βιβλαρίδιον ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ ἀγγέλου, καὶ κατέφαγον
αὐτὸ, καὶ ἦν ἐν τῷ σόματί μου ὡς μέλι γλυκύ· καὶ ὅτε ἔφα-
11 γον αὐτὰ, ἐπικράνθη ἡ κοιλία μου. Καὶ λέγει μοι, Δεῖ σε πά-
λιν προφητεῦσαι ἐπὶ λαοῖς καὶ ἔθνεσι καὶ γλώτταις καὶ βα-
XI. 1 σιλεῦσι πολλοῖς. Καὶ ἐδόθη μοι κάλαμος ὅμοιος ῥάβδῳ, λέ-
γων, Ἔγειραι, καὶ μέτρησον τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ θυσιαστή-
2 ριον, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας ἐν αὐτῷ. Καὶ τὴν αὐλὴν τὴν ἔσωθεν
τοῦ ναοῦ ἔκβαλε ἔξω, καὶ μὴ αὐτὴν μετρήσῃς, ὅτι ἐδόθη τοῖς
ἔθνεσι, καὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν πατήσουσι μῆνας τεσσαράκοντα
3 δύο, Καὶ δώσω τοῖς δυσὶ μάρτυσί μου, καὶ προφητεύσουσιν ἡμέ-
4 ρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα, περιβεβλημένοι σάκκους. Οὗ-
τοί εἰσιν αἱ δύο ἐλαῖαι καὶ δύο λυχνίαι αἱ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ
5 τῆς γῆς ἑστῶσαι. Καὶ εἴ τις αὐτοὺς θέλῃ ἀδικῆσαι, πῦρ ἐκπο-
ρεύεται ἐκ τοῦ σόματος αὐτῶν, καὶ κατεσθίει τοὺς ἐχθροὺς αὐ-
τῶν. Καὶ εἴ τις αὐτοὺς θέλῃ ἀδικῆσαι, οὕτως δεῖ αὐτὸν ἀποκταν-
6 θῆναι. Οὗτοι ἔχουσιν ἐξουσίαν κλεῖσαι τὸν οὐρανὸν, ἵνα μὴ βρέ-
χῃ ὑετὸς ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν τῆς προφητείας, καὶ ἐξουσίαν
ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ὑδάτων στρέφειν αὐτὰ εἰς αἷμα, καὶ πατάξαι
7 τὴν γῆν πάσῃ πληγῇ, ὁσάκις ἐὰν θελήσωσιν. Καὶ ὅτε τελέσου-
σι τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν, τὸ θηρίον τὸ ἀναβαῖνον ἐκ τῆς ἀβύσ-
σου ποιήσει πόλεμον μετ' αὐτῶν, καὶ νικήσει αὐτοὺς, καὶ ἀπο-
8 κτενεῖ αὐτούς. Καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν ἐπὶ τῆς πλατείας πό-
λεως τῆς μεγάλης, ἥτις καλεῖται πνευματικῶς Σόδομα καὶ
9 Αἴγυπτος, ὅπου καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐσαυρώθη. Καὶ βλέψουσιν ἐκ
τῶν λαῶν καὶ φυλῶν καὶ γλωττῶν καὶ ἐθνῶν τὰ πτώματα αὐ-
τῶν ἡμέρας τρεῖς καὶ ἥμισυ, καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν οὐκ ἀφή-
10 σουσι τεθῆναι εἰς μνήματα. Καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς χα-
ροῦσι ἐπ' αὐτοῖς, καὶ εὐφρανοῦνται, καὶ δῶρα πέμψουσιν ἀλλή-
λοις, ὅτι οὗτοι οἱ δύο Προφῆται ἐβασάνισαν τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ
11 τῆς γῆς. Καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας καὶ ἥμισυ πνεῦμα ζωῆς ἐκ τοῦ
Θεοῦ εἰσῆλθεν ἐπ' αὐτούς· καὶ ἔστησαν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ
12 φόβος μέγας ἔπεσεν ἐπὶ τοὺς θεωροῦντας αὐτούς. Καὶ ἤκουσαν φω-
νὴν μεγάλην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λέγουσαν αὐτοῖς, Ἀνάβητε ὧδε. Καὶ
ἀνέβησαν εἰς τὸν οὐρανὸν ἐν τῇ νεφέλῃ· καὶ ἐθεώρησαν αὐτοὺς οἱ
13 ἐχθροὶ αὐτῶν. Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ἐγένετο σεισμὸς μέγας, καὶ
τὸ δέκατον τῆς πόλεως ἔπεσε· καὶ ἀπεκτάνθησαν ἐν τῷ σεισμῷ
ὀνόματα ἀνθρώπων χιλιάδες ἑπτὰ, καὶ οἱ λοιποὶ ἔμφοβοι ἐγέ-
14 νοντο, καὶ ἔδωκαν δόξαν τῷ Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ. Ἡ οὐαὶ ἡ δευτέρα ἀ-
15 πῆλθεν, ἡ οὐαὶ ἡ τρίτη ἔρχεται ταχύ. Καὶ ὁ ἕβδομος ἄγγελος ἐ-
σάλπισε, καὶ ἐγένοντο φωναὶ μεγάλαι ἐν τῷ οὐρανῷ, λέγουσαι,
Ἐγένοντο αἱ βασιλεῖαι τοῦ κόσμου τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ τοῦ Χρισοῦ
16 αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ οἱ εἴκοσι
καὶ τέσσαρες πρεσβύτεροι, οἱ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καθήμενοι ἐπὶ τοὺς
θρόνους αὐτῶν, ἔπεσαν ἐπὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, καὶ προσεκύνη-
17 σαν τῷ Θεῷ, Λέγοντες, Εὐχαριστοῦμέν σοι, Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παν-
τοκράτωρ, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὅτι εἴληφας τὴν δύ-
18 ναμίν σου τὴν μεγάλην, καὶ ἐβασίλευσας. Καὶ τὰ ἔθνη ὠργίσθη-
σαν, καὶ ἦλθεν ἡ ὀργή σου, καὶ ὁ καιρὸς τῶν νεκρῶν κριθῆναι, καὶ
δοῦναι τὸν μισθὸν τοῖς δούλοις σου τοῖς προφήταις, καὶ τοῖς ἁγίοις,
καὶ τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου, τοῖς μικροῖς καὶ τοῖς μεγά-
19 λοις, καὶ διαφθεῖραι τοὺς διαφθείροντας τὴν γῆν. Καὶ ἠνοίγη ὁ
ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὤφθη ἡ κιβωτὸς τῆς διαθήκης
αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ, καὶ ἐγένοντο ἀσραπαὶ, καὶ φωναὶ, καὶ
XII. 1 βρονταὶ, καὶ σεισμὸς, καὶ χάλαζα μεγάλη. Καὶ σημεῖον μέ-
γα ὤφθη ἐν τῷ οὐρανῷ, γυνὴ περιβεβλημένη τὸν ἥλιον, καὶ ἡ
σελήνη ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτῆς, καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐ-
τῆς

Alias βιβλίδριον.

Alias ἔξωθεν.

5 *Per servos suos Prophetas*] Quidam Græci codices habebant, ὡς εὐηγγελίσατο τοὺς δούλους αὐτοῦ τοὺς Προφήτας. Aliquis offensus accusandi casu, addito verbo *evangelizandi*, adscripsit præpositionem *per*.

1 *Similis virga, & dictum est mihi*] λέγων, *dicens*, quasi calamus loqueretur. Nisi nominativus positus est absolute loco genitivi. In Hispaniensi erat alia scriptura, καὶ εἱστήκει ὁ ἄγγελος λέγων, id est, *& stabat angelus dicens*.

A num suam ad cœlum, Et juravit per viventem in secu-
la seculorum, qui creavit cœlum & ea quæ in illo sunt,
& terram & ea quæ in ea sunt, & mare & ea quæ in eo
sunt, tempus non fore amplius, Sed in diebus vocis se- 7
ptimi angeli, cum cœperit tuba canere, consummandum
esse mysterium Dei, sicut evangelizavit 5 servis
suis Prophetis. Et audivi vocem de cœlo iterum lo- 8
quentem mecum, & dicentem, Vade, & accipe libel-
lum apertum in manu angeli stantis super mare & su-
per terram. Et abii ad angelum, dicens ei, ut daret mi- 9
hi libellum. Et dixit mihi, Accipe *libellum*, & devora
illum, & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo
erit dulcis tanquam mel. Et accepi libellum de manu 10
B angeli, & devoravi illum, & erat in ore meo tanquam
mel dulcis: & quum devorassem eum, amaricatus est
venter meus. Et dicit mihi, Oportet te iterum prophe- 11
tare in gentibus & linguis & populis & regibus multis.
Et datus est mihi calamus 1 similis virgæ, & dictum est 1 XI.
mihi, Surge, & metire templum Dei, & altare, & ado-
rantes in eo. 2 Et atrium, quod intra templum est, eji- 2
ce foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est gen-
tibus, & civitatem sanctam calcabunt mensibus qua-
draginta duobus, Et dabo duobus testibus meis, & pro- 3
phetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti sac-
cis. Hi sunt duæ olivæ & duo candelabra in conspectu 4
Dei terræ stantia. Et si quis voluerit eis nocere, ignis 5
exit de ore eorum, & devorat inimicos eorum. Et si quis
C voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent 6
potestatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophe-
tiæ ipsorum, & potestatem habent super aquas conver-
tendi eas in sanguinem, & percutiendi terram omni
plaga, quotiescunque voluerint. Et quum finierint te- 7
stimonium suum, bestia, quæ adscendit de abysso, faciet
adversus eos bellum, & vincet illos, & occidet eos. Et 8
corpora eorum jacebunt in plateis civitatis magnæ,
quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Ægyptus, ubi &
Dominus noster crucifixus est. Et videbunt de tribu- 9
bus & populis & linguis & gentibus corpora eorum
per tres dies & dimidium, & corpora eorum non sinent
poni in monumentis. Et inhabitantes terram gaude- 10
bunt super illis, & lætabuntur, & munera mittent invi-
cem, quoniam hi duo Prophetæ cruciaverunt eos qui
D habitant super terram. Et post dies tres & dimidium 11
spiritus vitæ a Deo intravit in eos: & steterunt super
pedes suos, & timor magnus cecidit super eos qui vi-
derunt eos. Et audierunt vocem magnam de cœlo, di- 12
centem ipsis, Adscendite huc. Et adscenderunt in cœ-
lum in nube, & viderunt illos inimici eorum. Et in il- 13
la hora factus est terræmotus magnus, & decima pars
civitatis cecidit: & occisa sunt in terræmotu nomina
hominum septem millia, & reliqui territi sunt, & dede-
runt gloriam Deo cœli. Væ secundum abiit, & ecce 14
væ tertium veniet cito. Et septimus angelus tuba ceci- 15
nit, & factæ sunt voces magnæ in cœlo, dicentes, Fa-
cta sunt regna hujus mundi Domini nostri & Christi
E ejus, & regnabit in secula seculorum, *amen*. Et vigin- 16
ti quatuor seniores, qui in conspectu Dei sedent in se-
dibus suis, ceciderunt in facies suas, & adoraverunt
Deum, Dicentes, Gratias agimus tibi, Domine Deus 17
omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es, 3 quia
accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. Et ira- 18
tæ sunt gentes, & advenit ira tua, & tempus mortuo-
rum ut judicentur, & reddas mercedem servis tuis
prophetis, & sanctis, & timentibus nomen tuum, pu-
sillis & magnis, & perdas eos qui perdunt terram. Et 19
apertum est templum Dei in cœlo, & visa est arca te-
F stamenti ejus in templo ejus, & facta sunt fulgura, &
voces, & tonitrua, & terræmotus, & grando magna.
Et signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta 1 XII.
sole,

2 *Atrium autem quod est foris templum ejice foras*] Meus codex habebat ἔσωθεν, id est, *intus*. Hispaniensis Editio ἔξωθεν, id est, *foris*, consentiens cum nostra lectione, quæ lectio mihi magis probatur, & tamen neutra est absurda.

3 *Et accepisti virtutem tuam magnam & regnasti*] ἐβασίλευσας, aptius hic vertisset, *& regnum adeptus es*. Regnavit enim Latinis qui regnare desiit, sicut vixerunt, qui vivere desierunt. Apud Græcos secus in his duntaxat verbis.

1 *Et*

2 τῆς στέφανος ἀστέρων δώδεκα· Καὶ ἐν γαστρὶ ἔχουσα κράζει ὠ-
3 δίνουσα καὶ βασανιζομένη τεκεῖν. Καὶ ὤφθη ἄλλο σημεῖον
ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἰδοὺ δράκων μέγας πυῤῥὸς, ἔχων κεφα-
λὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα, καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτοῦ δια-
4 δήματα ἑπτά· Καὶ ἡ οὐρὰ αὐτοῦ σύρει τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων
τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν· καὶ ὁ δράκων
ἕστηκεν ἐνώπιον τῆς γυναικὸς τῆς μελλούσης τεκεῖν, ἵνα,
5 ὅτ' ἂν τέκῃ τὸ τέκνον αὐτῆς, καταφάγῃ. Καὶ ἔτεκεν υἱὸν
ἄῤῥενα, ὃς μέλλει ποιμαίνειν πάντα τὰ ἔθνη ἐν ῥάβδῳ
σιδηρᾷ· καὶ ἡρπάσθη τὸ τέκνον αὐτῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν
6 θρόνον αὐτοῦ. Καὶ ἡ γυνὴ ἔφυγεν εἰς τὴν ἔρημον, ὅπου ἔχει
τόπον ἡτοιμασμένον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἐκεῖ τρέφωσιν αὐ-
7 τὴν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα. Καὶ ἐγένετο πό-
λεμος ἐν τῷ οὐρανῷ· ὁ Μιχαὴλ καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ
ἐπολέμησαν κατὰ τοῦ δράκοντος, καὶ ὁ δράκων ἐπολέμησε,
8 καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ· Καὶ οὐκ ἴσχυσαν, οὔτε τόπος εὑ-
9 ρέθη αὐτῶν ἔτι ἐν τῷ οὐρανῷ. Καὶ ἐβλήθη ὁ δράκων ὁ μέγας,
ὄφις ὁ ἀρχαῖος, ὁ καλούμενος διάβολος καὶ ὁ σατανᾶς, ὁ
πλανῶν τὴν οἰκουμένην ὅλην, ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν, καὶ οἱ ἄγ-
10 γελοι αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ ἐβλήθησαν. Καὶ ἤκουσα φωνὴν με-
γάλην, λέγουσαν, Ἐν τῷ οὐρανῷ ἄρτι ἐγένετο ἡ σωτηρία,
καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ ἡ ἐξουσία
τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, ὅτι κατεβλήθη ὁ κατήγορος τῶν ἀδελφῶν ἡ-
μῶν, ὁ κατηγορῶν αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας καὶ νυ-
11 κτός. Καὶ αὐτοὶ ἐνίκησαν αὐτὸν διὰ τὸ αἷμα τοῦ ἀρνίου, καὶ
διὰ τὸν λόγον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν, καὶ οὐκ ἠγάπησαν τὴν
12 ψυχὴν αὐτῶν ἄχρι θανάτου. Διὰ τοῦτο εὐφραίνεσθε οἱ οὐρανοὶ,
καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς σκηνοῦντες. Οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν καὶ
τὴν θάλασσαν, ὅτι κατέβη ὁ διάβολος πρὸς ὑμᾶς, ὁ ἔχων θυ-
13 μὸν μέγαν, εἰδὼς ὅτι ὀλίγον καιρὸν ἔχει. Καὶ ὅτε εἶδεν ὁ δρά-
κων, ὅτι ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν, ἐδίωξε τὴν γυναῖκα, ἥτις ἔτεκε
14 τὸν ἄῤῥενα. Καὶ ἐδόθησαν τῇ γυναικὶ δύο πτέρυγες τοῦ ἀετοῦ
τοῦ μεγάλου, ἵνα πέταται εἰς τὴν ἔρημον εἰς τὸν τόπον αὐτῆς,
ὅπου τρέφεται ἐκεῖ καιρὸν καὶ καιροὺς καὶ ἥμισυ καιροῦ ἀπὸ
15 προσώπου τοῦ ὄφεως. Καὶ ἔβαλεν ὁ ὄφις ὀπίσω τῆς γυναικὸς
ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ὕδωρ ὡς ποταμὸν, ἵνα ταύτην ποταμο-
16 φόρητον ποιήσῃ. Καὶ ἐβοήθησεν ἡ γῆ τῇ γυναικὶ, καὶ ἤνοι-
ξεν ἡ γῆ τὸ στόμα αὐτῆς, καὶ κατέπιε τὸν ποταμὸν, ὃν ἔβαλεν
17 ὁ δράκων ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Καὶ ὠργίσθη ὁ δράκων ἐπὶ
τῇ γυναικὶ, καὶ ἀπῆλθε ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τῶν λοιπῶν
τοῦ σπέρματος αὐτῆς, τῶν τηρούντων τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ,
18 καὶ ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ ἐστάθην ἐπὶ
XIII. 1 τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης. Καὶ εἶδον ἐκ τῆς θαλάσσης θη-
ρίον ἀναβαῖνον, ἔχον κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα, καὶ
ἐπὶ τῶν κεράτων αὐτοῦ δέκα διαδήματα, καὶ ἐπὶ τὰς κεφα-
2 λὰς αὐτοῦ ὄνομα βλασφημίας. Καὶ τὸ θηρίον, ὃ εἶδον,
ἦν ὅμοιον παρδάλει, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὡς ἄρκτου, καὶ τὸ
στόμα αὐτοῦ ὡς στόμα λέοντος. Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ὁ δράκων
τὴν δύναμιν αὐτοῦ καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ καὶ ἐξουσίαν με-
3 γάλην. Καὶ εἶδον μίαν τῶν κεφαλῶν αὐτοῦ ὡς ἐσφαγμέ-
νην εἰς θάνατον, καὶ ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἐθεραπεύθη.
4 Καὶ ἐθαυμάσθη ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ὀπίσω τοῦ θηρίου. Καὶ προσε-
κύνησαν τὸν δράκοντα, ὃς ἔδωκεν ἐξουσίαν τῷ θηρίῳ, καὶ προσε-
κύνησαν τὸ θηρίον, λέγοντες, Τίς ὅμοιος τῷ θηρίῳ; τίς
5 δύναται πολεμῆσαι μετ' αὐτοῦ; Καὶ ἐδόθη αὐτῷ στόμα
λάλον μεγάλα καὶ βλασφημίας· καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξου-
6 σία ποιῆσαι μῆνας τεσσαράκοντα δύο. Καὶ ἤνοιξε τὸ στό-
μα αὐτοῦ εἰς βλασφημίαν πρὸς τὸν Θεὸν, βλασφημῆ-
σαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἐν
7 τῷ οὐρανῷ σκηνοῦντας. Καὶ ἐδόθη αὐτῷ πόλεμον ποιῆσαι
μετὰ τῶν ἁγίων, καὶ νικῆσαι αὐτούς· καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξου-
8 σία ἐπὶ πᾶσαν φυλὴν καὶ γλῶσσαν καὶ ἔθνος, Καὶ προσ-
κυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν
οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου
9 ἐσφαγμένου ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Εἴ τις ἔχει οὖς, ἀκουσάτω.
10 Εἴ τις αἰχμαλωσίαν συνάγει, εἰς αἰχμαλωσίαν ὑπάγει·
εἴ τις ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτενεῖ, δεῖ αὐτὸν ἐν μαχαίρᾳ ἀπο-
11 κτανθῆναι. Ὧδέ ἐστιν ἡ ὑπομονὴ καὶ ἡ πίστις τῶν ἁγίων. Καὶ
εἶδον ἄλλο θηρίον ἀναβαῖνον ἐκ τῆς γῆς, καὶ εἶχε κέρατα
δύο

A sole, & luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona
stellarum duodecim: [1] Et in utero habens, clamat 2
parturiens, & cruciatur ut pariat. Et visum est aliud 3
signum in cœlo, & ecce draco magnus rufus, habens
capita septem & cornua decem, & in capitibus suis
diademata septem: Et cauda ejus trahit tertiam partem 4
stellarum cœli, & misit eas in terram: & draco stetit
ante mulierem, quæ erat paritura, ut, quum peperisset
filium ejus, devoraret. Et peperit filium masculum, qui 5
recturus erat omnes gentes in virga ferrea: & raptus
est filius ejus ad Deum & ad thronum ejus. Et mulier 6
fugit in solitudinem, ubi habet locum paratum a Deo,
ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta: Et 7
B factum est prælium magnum in cœlo: Michaël & an-
geli ejus præliabantur cum dracone, & draco pugna-
bat, & angeli ejus: Et non valuerunt, neque locus in- 8
ventus est eorum amplius in cœlo. Et projectus est dra- 9
co ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabo-
lus & satanas, qui seducit totum terrarum orbem, &
projectus est in terram, & angeli ejus cum illo proje-
cti sunt. Et audivi vocem magnam, dicentem, In cœ- 10
lo nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri,
& potestas Christi ejus, quia projectus est accusator
fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspe-
ctum Dei nostri die ac nocte: Et ipsi vicerunt eum pro- 11
pter sanguinem agni, & propter sermonem testimonii
C sui, & non dilexerunt animam suam usque ad mortem.
Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ ha- 12
bitatoribus terræ & maris, quia descendit diabolus ad
vos, habens iram magnam, sciens quod modicum tem-
pus habet. Et postquam vidit draco, quod projectus es- 13
set in terram, persequutus est mulierem, quæ peperit
masculum. Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ ma- 14
gnæ, ut volaret in desertum in locum suum, ubi alitur
per tempus & tempora & dimidium temporis a facie
serpentis. Et ejecit serpens ex ore suo post mulierem 15
aquam tanquam flumen, [2] ut eam faceret rapi a flumi-
ne. Et adjuvit terra mulierem, & aperuit terra os 16
suum, & absorbuit flumen, quod ejecerat draco ex ore
D suo. Et iratus est draco adversus mulierem, & abiit ut 17
faceret prælium cum reliquis de semine ejus, qui custo-
diunt mandata Dei, & habent testimonium Jesu Chri-
sti. Et steti super arenam maris. Et vidi de mari be- 18 1 XIII
stiam adscendentem, habentem capita septem & cor-
nua decem, & super cornua ejus decem diademata,
& super capita ejus nomen blasphemiæ. Et bestia, 2
quam vidi, similis erat pardo, & pedes ejus sicut pe-
des ursi, & os ejus sicut os leonis. Et dedit illi draco
virtutem suam & sedem suam & potestatem magnam.
Et vidi unum de capitibus ejus quasi occisum in mor- 3
tem, & plaga mortis ejus curata est. [1] Et admiratio
fuit in universa terra post bestiam. Et adoraverunt 4
E draconem, qui dedit potestatem bestiæ, & adorave-
runt bestiam, dicentes, Quis similis bestiæ? quis po-
terit pugnare cum ea? Et datum est ei os loquens ma- 5
gna & blasphemias: & data est ei potestas faciendi
menses quadraginta duos. Et aperuit os suum in con- 6
vitia ad Deum, ut convitiis afficeret nomen ejus, &
tabernaculum ejus, & eos qui in cœlo habitant. Et 7
est datum illi bellum facere cum sanctis, & vincere
eos: & data est illi potestas in omnem tribum & po-
pulum & linguam & gentem, Et adorabunt eam 8
omnes qui inhabitant terram, quorum non sunt scri-
pta nomina in libro vitæ agni, qui occisus est ab origi-
ne mundi. Si quis habet aurem, audiat. [2] Qui in ca- 9 10
ptivitatem ducit, in captivitatem vadit: qui gladio
F occiderit, oportet eum gladio occidi. Hic est pati-
entia & fides sanctorum. Et vidi aliam bestiam ad- 11
scendentem de terra, & habebat cornua duo similia
agni,

1 ET *clamabat parturiens*] κράζει, id est, *clamat.* Id arguit quod mox sequitur, *& cruciatur ut pariat.* Jam quam apte hæc conveniant in divam Jesu matrem Mariam, viderint ipsi, qui quod de Ecclesia dictum est, ad illam detorquent. Imo quod de Sapientia dictum, hoc est, de Christo, ad Mariam detorquent, præter Veterum omnium interpretationem. Atque hic atroces excitamus tragœdias, quasi gratum sit illi, sua causa committi inter se Christianos, pro quibus conciliandis mortuus est Filius.

2 *Ut eam faceret trahi a flumine*] ἵνα ποταμοφόρητον ποιήσῃ, id est, *ut efficeret, ut illam auferret flumen,* sive *ut raperetur flumine.* Græce jucundius dixit voce composita.

1 ET *admirata est universa terra post bestiam*] καὶ ἐθαυμάσθη ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ὀπίσω τοῦ θηρίου, id est, *& admiratio fuit in tota terra post bestiam.*

2 *Qui in captivitatem duxerat*] Εἴ τις αἰχμαλωσίαν συνάγει,

12 δύο ὅμοια ἀρνίου, καὶ ἐλάλει ὡς δράκων. Καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ πρώτου θηρίου πᾶσαν ποιεῖ ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ποιεῖ τὴν γῆν καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐτῇ, ἵνα προσκυνήσωσι τὸ θηρίον τὸ πρῶ-
13 τον, οὗ ἐθεραπεύθη ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Καὶ ποιεῖ σημεῖα μεγάλα, ἵνα καὶ πῦρ ποιῇ καταβαίνειν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὴν
14 γῆν ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων. Καὶ πλανᾷ τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς διὰ τὰ σημεῖα, ἃ ἐδόθη αὐτῷ ποιῆσαι ἐνώπιον τοῦ θηρίου, λέγων τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, ποιῆσαι εἰκόνα τῷ θη-
15 ρίῳ, ὃ ἔχει τὴν πληγὴν τῆς μαχαίρας, καὶ ἔζησε. Καὶ ἐδόθη αὐτῷ δοῦναι πνεῦμα τῇ εἰκόνι τοῦ θηρίου, ἵνα καὶ λαλήσῃ ἡ εἰκὼν τοῦ θηρίου, καὶ ποιήσῃ ὅσοι ἂν μὴ προσκυνήσωσι τὴν εἰκόνα
16 τοῦ θηρίου ἵνα ἀποκτανθῶσι. Καὶ ποιεῖ πάντας, τοὺς μικροὺς, καὶ τοὺς μεγάλους, καὶ τοὺς πλουσίους, καὶ τοὺς πτωχοὺς, καὶ τοὺς ἐλευθέρους, καὶ τοὺς δούλους, ἵνα δώσῃ αὐτοῖς χάραγμα ἐπὶ τῆς χει-
17 ρὸς αὐτῶν τῆς δεξιᾶς, ἢ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν, Καὶ ἵνα μή τις δύνηται ἀγοράσαι ἢ πωλῆσαι, εἰ μὴ ἔχων τὸ χάραγμα ἢ
18 τὸ ὄνομα τοῦ θηρίου, ἢ τὸν ἀριθμὸν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Ὧδε ἡ σοφία ἐστίν. Ὁ ἔχων τὸν νοῦν, ψηφισάτω τὸν ἀριθμὸν τοῦ θηρίου· ἀριθμὸς γὰρ ἀνθρώπου ἐστὶ, καὶ ὁ ἀριθμὸς αὐτοῦ χξϛ.

XIV. 1 Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἀρνίον ἑστὸς ἐπὶ τὸ ὄρος Σιὼν, καὶ μετ᾽ αὐτοῦ ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρες χιλιάδες ἔχουσαι τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ γεγραμμένον ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.
2 Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, καὶ ὡς φωνὴν βροντῆς μεγάλης· καὶ φωνὴν ἤκουσα κιθα-
3 ρῳδῶν κιθαριζόντων ἐν ταῖς κιθάραις αὐτῶν. Καὶ ᾄδουσιν ὡς ᾠδὴν καινὴν ἐνώπιον τοῦ θρόνου, καὶ ἐνώπιον τῶν τεσσάρων ζώων καὶ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο μαθεῖν τὴν ᾠδὴν, εἰμὴ αἱ ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρες χιλιάδες,
4 οἱ ἠγορασμένοι ἀπὸ τῆς γῆς. Οὗτοί εἰσιν οἱ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν, παρθένοι γάρ εἰσιν· οὗτοι οἱ ἀκολουθοῦντες τῷ ἀρνίῳ ὅπου ἂν ὑπάγῃ· οὗτοι ἠγοράσθησαν ἀπὸ τῶν
5 ἀνθρώπων, ἀπαρχὴ τῷ Θεῷ καὶ τῷ ἀρνίῳ· Καὶ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν οὐχ εὑρέθη δόλος· ἄμωμοι γάρ εἰσιν ἐνώπιον
6 τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ. Καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον πετώμενον ἐν μεσουρανήματι, ἔχοντα Εὐαγγέλιον αἰώνιον, εὐαγγελίσαι τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πᾶν ἔθνος, καὶ φυ-
7 λὴν, καὶ γλῶσσαν, καὶ λαὸν, Λέγοντα ἐν φωνῇ μεγάλῃ, Φοβήθητε τὸν Θεὸν, καὶ δότε αὐτῷ δόξαν, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα τῆς κρίσεως αὐτοῦ, καὶ προσκυνήσατε τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρα-
8 νὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ θάλασσαν, καὶ πηγὰς ὑδάτων. Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἠκολούθησε, λέγων, Ἔπεσεν ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ πόλις ἡ μεγάλη· ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐ-
9 τῆς πεπότικε πάντα ἔθνη. Καὶ τρίτος ἄγγελος ἠκολούθησεν αὐτοῖς, λέγων ἐν φωνῇ μεγάλῃ, Εἴ τις τὸ θηρίον προσκυνεῖ καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ λαμβάνει χάραγμα ἐπὶ τοῦ με-
10 τώπου αὐτοῦ ἢ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ, Καὶ αὐτὸς πίεται ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ· καὶ βασανισθήσεται ἐν πυρὶ καὶ θείῳ,
11 ἐνώπιον ἀγγέλων τῶν ἁγίων, καὶ ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου. Καὶ ὁ καπνὸς τοῦ βασανισμοῦ αὐτῶν ἀναβαίνει εἰς αἰῶνας αἰώνων· καὶ οὐκ ἔχουσιν ἀνάπαυσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς οἱ προσκυνοῦντες τὸ θηρίον καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ εἴ τις λαμβάνει χά-
12 ραγμα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Ὧδε ὑπομονὴ τῶν ἁγίων ἐστίν· ὧδε οἱ τηροῦντες τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν πίστιν Ἰησοῦ.
13 Καὶ ἤκουσα φωνῆς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λεγούσης μοι, Γράψον, Μακάριοι οἱ νεκροὶ, οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπάρτι. Ναὶ, λέγει τὸ Πνεῦμα, ἵνα ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν· τὰ
14 δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ᾽ αὐτῶν. Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ νεφέλη λευκὴ, καὶ ἐπὶ τὴν νεφέλην καθήμενος ὅμοιος Υἱῷ ἀνθρώπου, ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ στέφανον χρυσοῦν, καὶ
15 ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ δρέπανον ὀξύ. Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ναοῦ, κράζων ἐν μεγάλῃ φωνῇ τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῆς νεφέλης, Πέμψον τὸ δρέπανόν σου, καὶ θέρισον, ὅτι ἦλθέ σοι ἡ ὥρα τοῦ θερίσαι, ὅτι ἐξηράνθη ὁ θερισμὸς τῆς
16 γῆς. Καὶ ἔβαλεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τὴν νεφέλην τὸ δρέπα-
17 νον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐθερίσθη ἡ γῆ. Καὶ ἄλλος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ ἄγγελος, ἔχων καὶ αὐ-
18 τὸς δρέπανον ὀξύ. Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου, ἔχων ἐξουσίαν ἐπὶ τοῦ πυρὸς, καὶ ἐφώνησε κραυγῇ μεγάλῃ τῷ ἔχοντι τὸ δρέπανον τὸ ὀξὺ, λέγων, Πέμψον σου τὸ δρέπανον τὸ ὀξὺ, καὶ τρύγησον τοὺς βότρυας τῆς γῆς,

agni, & loquebatur ſicut draco. Et poteſtatem prio- 12 ris beſtiæ omnem facit in conſpectu ejus, & facit terram & inhabitantes in ea, adorare beſtiam primam, cujus curata eſt plaga mortis. Et facit ſigna magna, 13 ut etiam ignem faceret de cœlo deſcendere in terram in conſpectu hominum. Et ſeducit habitantes in terra 14 propter ſigna, quæ data ſunt illi ut faceret in conſpectu beſtiæ, dicens habitantibus in terra, ut faciant imaginem beſtiæ, quæ habet plagam gladii, & vixit. Et datum eſt illi ut daret ſpiritum imagini beſtiæ, & 15 ut loquatur imago beſtiæ, & faciet ut quicunque non adoraverint imaginem beſtiæ occidantur. Et facit 16 omnes, puſillos, & magnos, & divites, & pauperes, & liberos, & ſervos, accipere 3 characterem in manu ſua dextera, aut in frontibus ſuis, Et ne quis poſſet eme- 17 re aut vendere, niſi qui habeat characterem aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis ejus. Hîc ſapien- 18 tia eſt. Qui habet intellectum, computet numerum beſtiæ: numerus enim hominis eſt, & numerus ejus ſexcenti ſexaginta ſex. Et vidi, & ecce agnus ſtans 1 XIV. ſuper montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentia nomen Patris ejus ſcriptum in frontibus ſuis. Et audivi vocem de cœlo, tanquam 2 vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni: & vocem audivi citharœdorum citharizantium citharis ſuis. Et cantant quaſi canticum no- 3 vum ante ſedem, & ante quatuor animalia & ſeniores: & nemo poterat diſcere canticum, niſi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti ſunt de terra. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, vir- 4 gines enim ſunt: hi ſequuntur agnum quocunque ierit: hi empti ſunt ex hominibus, primitiæ Deo & agno: Et in ore eorum non eſt inventus dolus: ſine 5 macula enim ſunt ante thronum Dei. Et vidi alterum 6 angelum volantem per medium cœli, habentem Evangelium æternum, ut evangelizaret habitantibus ſuper terram, & omni genti, & tribui, & linguæ, & populo, Dicentem magna voce, Timete Deum, & 7 date illi honorem, quia venit hora judicii ejus, & adorate eum, qui fecit cœlum, & terram, & mare, & fontes aquarum. Et alius angelus ſequutus eſt, dicens, 8 Cecidit cecidit Babylon civitas illa magna: quia a vino iræ fornicationis ſuæ potavit omnes gentes. Et 9 tertius angelus ſequutus eſt illos, dicens voce magna, Si quis adoraverit beſtiam & imaginem ejus, & acceperit characterem in fronte ſua aut in manu ſua, Et hic bibet de vino iræ Dei, 1 quod mixtum eſt 10 mero in calice ipſius: & cruciabitur igne & ſulphure, in conſpectu angelorum ſanctorum, & ante conſpectum agni. Et fumus tormenti eorum adſcendit 11 in ſecula ſeculorum: nec habent requiem die ac nocte, qui adorant beſtiam & imaginem ejus, & ſi quis acceperit characterem nominis ejus. Hîc patientia 12 ſanctorum eſt: hic qui cuſtodiunt mandata Dei, & fidem Jeſu. Et audivi vocem de cœlo, dicentem mi- 13 hi, Scribe, Beati mortui, qui in Domino moriuntor 2 a modo. Etiam, dicit Spiritus, ut requieſcant a laboribus ſuis: ſed opera illorum ſequuntur illos. Et vidi, & ecce nubem candidam, & ſuper nubem 14 ſedentem ſimilem Filio hominis, habentem in capite ſuo coronam auream, & in manu ſua falcem acutam. Et alius angelus exivit de templo, clamans voce ma- 15 gna ad ſedentem ſuper nubem, Mitte falcem tuam, & mete, quia venit tibi hora ut metas, quoniam aruit meſſis terræ. Et miſit, qui ſedebat ſuper nubem, 16 falcem ſuam in terram, & demeſſa eſt terra. Et alius 17 angelus exivit de templo, quod eſt in cœlo, habens & ipſe falcem acutam. Et alius angelus exivit de alta- 18 ri, qui habebat poteſtatem ſupra ignem, & clamavit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens, Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros ter-

εἰς αἰχμαλωσίαν ὑπάγει, id eſt, *Qui captivitatem contrahit, in captivitatem abit.* Laurentius ſecus legit.

3 *Characterem in dextera*] χάραγμα, id eſt, *notam impreſſam*, ſive *inſculptam*.

1 *Quod mixtum eſt mero*] τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου, ut *mero* ſit ablativi caſus, & referatur ad *vino*, nam Græcis κεράννυσθαι dicitur, quod infunditur in calicem bibituro, etiamſi non diluatur aqua, aut alio potus genere.

2 *A modo jam dicit Spiritus*] Græci ſic diſtinguunt, ut *a modo* ſit finis ſententiæ, ut ſit ſenſus, poſthac fore beatos, qui in Domino fuerint mortui. Deinde ſequitur, καὶ λέγει τὸ Πνεῦμα, *etiam dicit Spiritus*. Et hic *etiam* confirmantis eſt.

3 In

19 γῆς, ὅτι ἤκμασαν αἱ ϛαφυλαὶ αὐτῆς. Καὶ ἔϐαλεν ὁ ἄγγελος τὸ δρέπανον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐτρύγησε τὴν ἄμπελον τῆς γῆς, ϗ ἔϐαλεν εἰς τὴν ληνὸν τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ τὴν 20 μεγάλην· Καὶ ἐπατήθη ἡ ληνὸς ἔξω τῆς πόλεως, ϗ ἐξῆλθεν αἷμα ἐκ τοῦ ληνοῦ ἄχρι τῶν χαλινῶν τῶν ἵππων ἀπὸ ϛαδίων χιλίων ἑξακοσίων.

XV. 1 Καὶ εἶδον ἄλλο σημεῖον ἐν τῷ ȣ̓ρανῷ μέγα ϗ θαυμαϛὸν, ἀγγέλȣς ἑπτὰ, ἔχοντας πληγὰς ἑπτὰ 2 τὰς ἐσχάτας, ὅτι ἐν αὐτοῖς ἐτελέσθη ὁ θυμὸς τοῦ Θεοῦ. Καὶ εἶδον ὡς θάλασσαν ὑαλίνην μεμιγμένην πυρὶ, καὶ τοὺς νικῶντας ἐκ τȣ̃ θηρίȣ, ϗ ἐκ τῆς εἰκόνος αὐτȣ̃, ϗ ἐκ τοῦ χαράγματος αὐτȣ̃, ἐκ τȣ̃ ἀριθμοῦ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἑϛῶτας ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν ὑαλίνην, ἔχοντας κιθάρας τȣ̃ Θεȣ̃· 3 Καὶ ᾄδουσι τὴν ᾠδὴν Μωσέως δούλȣ τοῦ Θεοῦ, ϗ τὴν ᾠδὴν τοῦ ἀρνίου, λέγοντες, Μεγάλα ϗ θαυμαϛὰ τὰ ἔργα σου, Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, δίκαιαι ϗ ἀληθιναὶ αἱ 4 ὁδοί σου, ὁ βασιλεὺς τῶν ἁγίων. Τίς οὐ μὴ φοϐηθῇ σε, Κύριε, ϗ δοξάσῃ τὸ ὄνομά σου; ὅτι μόνος ὅσιος, ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἥξουσι, ϗ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, ὅτι τὰ δικαιώ5 ματά σου ἐφανερώθησαν. Καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον, ϗ ἰδοὺ 6 ἠνοίγη ὁ ναὸς τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου ἐν τῷ οὐρανῷ. Καὶ ἐξῆλθον οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι, ἔχοντες τὰς ἑπτὰ πληγὰς, ἐκ τοῦ ναοῦ, ἐνδεδυμένοι λίνον καθαρὸν ϗ λαμπρὸν, ϗ περιε7 ζωσμένοι περὶ τὰ ϛήθη ζώνας χρυσᾶς. Καὶ ἓν τῶν τεσσάρων ζώων ἔδωκε τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις ἑπτὰ φιάλας χρυσᾶς, γεμούσας τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος εἰς τοὺς αἰῶνας 8 τῶν αἰώνων. Καὶ ἐγεμίσθη ὁ ναὸς καπνοῦ ἐκ τῆς δόξης τοῦ Θεȣ̃, ϗ ἐκ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ· ϗ ȣ̓δεὶς ἠδύνατο εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν, ἄχρι τελεσθῶσιν αἱ ἑπτὰ πληγαὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων.

XVI. 1 Καὶ ἤκȣσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ ναοῦ, λεγούσης τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις, Ὑπάγετε, ἐκχέετε τὰς φιάλας 2 τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν γῆν. Καὶ ἀπῆλθεν ὁ πρῶτος, ϗ ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, ϗ ἐγένετο ἕλκος κακὸν ϗ πονηρὸν εἰς τοὺς ἀνθρώπȣς τοὺς ἔχοντας τὸ χάραγμα 3 τοῦ θηρίου, ϗ τοὺς τὴν εἰκόνα προσκυνοῦντας αὐτοῦ. Καὶ ὁ δεύτερος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐγένετο αἷμα ὡς νεκροῦ, ϗ πᾶσα ψυχὴ ζῶσα 4 ἀπέθανεν ἐν τῇ θαλάσσῃ. Καὶ ὁ τρίτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τοὺς ποταμοὺς καὶ εἰς τὰς πηγὰς 5 τῶν ὑδάτων, ϗ ἐγένετο αἷμα. Καὶ ἤκȣσα τȣ̃ ἀγγέλου τῶν ὑδάτων λέγοντος, Δίκαιος, Κύριε, εἶ, ὁ ὢν, ϗ ὁ ἦν, ϗ ὁ 6 ὅσιος, ὅτι ταῦτα ἔκρινας, Ὅτι αἷμα ἁγίων ϗ προφητῶν ἐξέχεον, ϗ αἷμα αὐτοῖς ἔδωκας πιεῖν, ἄξιοι γάρ εἰσιν. 7 Καὶ ἤκȣσα ἄλλου ἐκ τοῦ θυσιαϛηρίȣ λέγοντος, Ναὶ Κύριε ὁ 8 Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ἀληθιναὶ ϗ δίκαιαι αἱ κρίσεις σȣ. Καὶ ὁ τέταρτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ἥ9 λιον· ϗ ἐδόθη αὐτῷ καυματίσαι τοὺς ἀνθρώπȣς ἐν πυρί. Καὶ ἐκαυματίσθησαν οἱ ἄνθρωποι καῦμα μέγα, ϗ ἐϐλασφήμησαν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἔχοντος ἐξουσίαν ἐπὶ τὰς 10 πληγὰς ταύτας, ϗ οὐ μετενόησαν δοῦναι αὐτῷ δόξαν. Καὶ ὁ πέμπτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν θρόνον τȣ̃ θηρίȣ, ϗ ἐγένετο ἡ βασιλεία αὐτȣ̃ ἐσκοτωμένη, ϗ ἐμασ11 σῶντο τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐκ τȣ̃ πόνȣ, Καὶ ἐϐλασφήμησαν τὸν Θεὸν τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃ ἐκ τῶν πόνων αὐτῶν ϗ ἐκ τῶν ἑλκῶν αὐ12 τῶν, ϗ ȣ̓ μετενόησαν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν. Καὶ ὁ ἕκτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτȣ̃ ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν μέγαν τὸν Εὐφράτην, ϗ ἐξηράνθη τὸ ὕδωρ αὐτȣ̃, ἵνα ἑτοιμασθῇ ἡ ὁδὸς 13 τῶν βασιλέων τῶν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίȣ. Καὶ εἶδον ἐκ τȣ̃ ϛόματος τȣ̃ δράκοντος ϗ ἐκ τȣ̃ ϛόματος τȣ̃ θηρίȣ ϗ ἐκ τȣ̃ ϛόματος τȣ̃ ψευδοπροφήτȣ πνεύματα τρία ἀκάθαρτα ὅμοια βα14 τράχοις. Εἰσὶ γὰρ πνεύματα δαιμόνων ποιȣ̃ντα σημεῖα ἐκπορεύεσθαι ἐπὶ τȣ̀ς βασιλεῖς τῆς γῆς ϗ τῆς οἰκȣμένης ὅλης, συναγαγεῖν αὐτȣ̀ς εἰς πόλεμον τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῆς μεγάλης 15 τȣ̃ Θεȣ̃ τȣ̃ παντοκράτορος. Ἰδȣ̀ ἔρχομαι ὡς κλέπτης. Μακάριος ὁ γρηγορῶν, ϗ τηρῶν τὰ ἱμάτια αὐτȣ̃, ἵνα μὴ γυμνὸς 16 περιπατῇ, ϗ βλέπωσι τὴν αἰσχημοσύνην αὐτȣ̃. Καὶ συνήγαγεν αὐτȣ̀ς εἰς τὸν τόπον τὸν καλȣ́μενον Ἑϐραϊϛὶ Ἀρμαγεδ17 δών. Καὶ ὁ ἕϐδομος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτȣ̃ εἰς τὸν ἀέρα· καὶ ἐξῆλθε φωνὴ μεγάλη ἀπὸ τȣ̃ ναȣ̃ τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃ 18 ἀπὸ τȣ̃ θρόνȣ, λέγȣσα, Γέγονε. Καὶ ἐγένοντο φωναὶ καὶ βρονταὶ ϗ ἀϛραπαὶ, ϗ σεισμὸς ἐγένετο μέγας, οἷος οὐκ ἐγένε-

19 terræ, quoniam maturæ sunt uvæ ejus. Et misit angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiavit vineam terræ, & misit [3] in lacum iræ Dei magnum: 20 Et calcatus est lacus extra civitatem, & exivit sanguis de lacu usque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.

XV. 1 Et vidi aliud signum in cœlo magnum & admirabile, angelos septem, habentes plagas septem 2 novissimas, quoniam in illis consummata est ira Dei. Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igni, & eos qui victoriam reportarant de bestia, & de imagine ejus, & de charactere ejus, & de numero nominis ejus, stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei: 3 Et cantant canticum Mosis servi Dei, & canticum agni, dicentes, Magna & mirabilia sunt opera tua, Domine Deus omnipotens, justæ & veræ sunt viæ tuæ, rex sanctorum. 4 Quis non timebit te, Domine, & magnificabit nomen tuum? [1] quia solus pius es, quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam judicia 5 tua manifestata sunt. Et post hæc vidi, & ecce apertum 6 est templum tabernaculi testimonii in cœlo. Et exierunt septem angeli, habentes septem plagas, de templo, [2] vestiti lino mundo & candido, & præcincti 7 circa pectora zonis aureis. Et unum ex quatuor animalibus dedit septem angelis septem phialas aureas, ple8 nas iracundiæ Dei viventis in secula seculorum. Et impletum est templum fumo a majestate Dei, & de virtute ejus: & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem angelorum.

XVI. 1 Et audivi vocem magnam de templo, dicentem septem angelis, Ite, effundite *septem* phialas iræ Dei 2 in terram. Et abiit primus *angelus*, & effudit phialam suam in terram, & factum est [1] vulnus malum ac noxium in homines qui habebant characterem bestiæ, & 3 in eos qui adorabant imaginem ejus. Et secundus angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui, & omnis anima vivens mortua 4 est in mari. Et tertius angelus effudit phialam suam in 5 flumina & in fontes aquarum, & factæ sunt sanguis. Et audivi angelum aquarum dicentem, Justus es, Domine, [2] qui es, & qui eras, & sanctus, quia hæc judicasti, 6 Quia sanguinem sanctorum & prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere, digni enim 7 sunt. Et audivi alterum e sanctuario dicentem, [3] Etiam Domine Deus omnipotens, vera & justa judicia 8 tua. Et quartus angelus effudit phialam suam in solem: & datum est illi æstu affligere homines per ignem. 9 Et æstuaverunt homines æstu magno, & blasphemaverunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt scelerum pœnitentiam, ut darent 10 illi gloriam. Et quintus angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ, & factum est regnum ejus tenebrosum, & commanducaverunt linguas suas præ do11 lore, Et convitiis affecerunt Deum cœli præ doloribus suis & ulceribus suis, nec resipuerunt ab operi12 bus suis. Et sextus angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphraten, & siccata est aqua 13 ejus, ut præpararetur via regum ab ortu solis. Et vidi ex ore draconis & ex ore bestiæ & ex ore pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos in mo14 dum ranarum. Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, ut procedant ad reges totius terræ, ad congregandum illos in prælium diei illius magni Dei 15 omnipotentis. Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & 16 videant turpitudinem ejus. Et congregavit illos in locum qui vocatur Hebraïce Armageddon. Et septi17 mus angelus effudit phialam suam in aërem: & exivit vox magna de templo cœli a throno, dicens, Fa18 ctum est. Et facta sunt fulgura & voces & tonitrua, & terræmotus factus est magnus, qualis nunquam fuit,

3 *In lacum iræ Dei*] εἰς ληνὸν, qui est lacus, in quem exprimitur uvarum liquor.

1 Q*uia solus pius es*] ὅσιος. Laurentius & Hispaniensis Editio legit ἅγιος, id est, *sanctus*.

2 *Vestiti lapide mundo & candido*] Græce est λίνον καθαρὸν, id est, *lino mundo*. Interpres legisse videtur λίθον. Prior dictio una duntaxat litterula differt a lapide. Et *splendido* magis est quàm *candido*, λαμπρόν.

1 V*ulnus sævum ac pessimum*] κακὸν καὶ πονηρὸν, id est, *malum ac malum*, Græce enim bis idem dixit. Nisi mavis *miserum ac malum*.

2 *Qui es, & qui eras*] Quanquam Interpres mutavit personam, tamen totidem syllabis dictum est, quibus superius, *qui est*, *qui erat*, *qui venturus est*, ὁ ὢν, ὁ ἦν, ὁ ἐρχόμενος.

3 *Etiam Domine*] Ναὶ Κύριε. *Etiam* confirmantis est.

ἐγένετο, ἀφ' οὗ οἱ ἄνθρωποι ἐγένοντο ἐπὶ τῆς γῆς, τηλι-
19 κοῦτος σεισμὸς οὕτως μέγας. Καὶ ἐγένετο ἡ πόλις ἡ μεγά-
λη εἰς τρία μέρη, καὶ αἱ πόλεις τῶν ἐθνῶν ἔπεσον. Καὶ Βα-
βυλὼν ἡ μεγάλη ἐμνήσθη ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, δοῦναι αὐτῇ
20 τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ. Καὶ
21 πᾶσα νῆσος ἔφυγε, καὶ ὄρη οὐχ εὑρέθησαν. Καὶ χάλαζα
μεγάλη ὡς ταλαντιαία καταβαίνει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τοὺς
ἀνθρώπους, καὶ ἐβλασφήμησαν οἱ ἄνθρωποι τὸν Θεὸν ἐκ τῆς
πληγῆς τῆς χαλάζης, ὅτι μεγάλη ἐστὶν ἡ πληγὴ αὐτῆς
XVII. 1 σφόδρα. Καὶ ἦλθεν εἷς ἐκ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων, τῶν ἐ-
χόντων τὰς ἑπτὰ φιάλας, καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ, λέγων
μοι, Δεῦρο, δείξω σοι τὸ κρῖμα τῆς πόρνης τῆς μεγάλης, τῆς
2 καθημένης ἐπὶ τῶν ὑδάτων τῶν πολλῶν, Μεθ' ἧς ἐπόρνευ-
σαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ ἐμεθύσθησαν ἐκ τοῦ οἴνου τῆς
3 πορνείας αὐτῆς οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν. Καὶ ἀπήνεγκέ με
εἰς ἔρημον ἐν πνεύματι. Καὶ εἶδον γυναῖκα καθημένην ἐπὶ θη-
ρίον κόκκινον, γέμον ὀνομάτων βλασφημίας, ἔχον κεφαλὰς
4 ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα. Καὶ ἡ γυνὴ ἡ περιβεβλημένη πορφύρᾳ
καὶ κοκκίνῳ, καὶ κεχρυσωμένη χρυσῷ καὶ λίθῳ τιμίῳ καὶ μαργα-
ρίταις, ἔχουσα χρυσοῦν ποτήριον ἐν τῇ χειρὶ αὐτῆς, γέ-
5 μον βδελυγμάτων καὶ ἀκαθάρτητος πορνείας αὐτῆς. Καὶ
ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῆς ὄνομα γεγραμμένον, Μυστήριον,
Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, ἡ μήτηρ τῶν πορνῶν καὶ τῶν βδελυ-
6 γμάτων τῆς γῆς. Καὶ εἶδον τὴν γυναῖκα μεθύουσαν ἐκ τοῦ
αἵματος τῶν ἁγίων, καὶ ἐκ τοῦ αἵματος τῶν μαρτύρων
7 Ἰησοῦ. Καὶ ἐθαύμασα ἰδὼν αὐτὴν θαῦμα μέγα. Καὶ εἶ-
πέ μοι ὁ ἄγγελος, Διὰ τί ἐθαύμασας; ἐγώ σοι ἐρῶ τὸ
μυστήριον τῆς γυναικὸς, καὶ τοῦ θηρίου τοῦ βαστάζοντος αὐ-
τὴν, τοῦ ἔχοντος τὰς ἑπτὰ κεφαλὰς καὶ τὰ δέκα κέρα-
8 τα. Θηρίον, ὃ εἶδες, ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καὶ μέλλει ἀναβαί-
νειν ἐκ τῆς ἀβύσσου, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγει, καὶ
θαυμάσονται οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν οὐ γέγρα-
πται τὰ ὀνόματα ἐπὶ τὸ βιβλίον τῆς ζωῆς ἀπὸ κατα-
βολῆς κόσμου, βλέποντες τὸ θηρίον, ὅ τι ἦν, καὶ οὐκ
9 ἔστι, καίπερ ἐστίν. Ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων σοφίαν. Αἱ ἑπτὰ
κεφαλαὶ, ὄρη εἰσὶν ἑπτὰ, ὅπου ἡ γυνὴ κάθηται ἐπ' αὐτῶν,
10 καὶ βασιλεῖς ἑπτά εἰσιν. Οἱ πέντε ἔπεσαν, καὶ ὁ εἷς ἐστιν,
ὁ ἄλλος οὔπω ἦλθε· καὶ ὅτ' ἂν ἔλθῃ, ὀλίγον αὐτὸν δεῖ μεῖ-
11 ναι. Καὶ τὸ θηρίον, ὃ ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καὶ αὐτὸς ὄγδοός
12 ἐστι, καὶ ἐκ τῶν ἑπτά ἐστι, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγει. Καὶ τὰ
δέκα κέρατα, ἃ εἶδες, δέκα βασιλεῖς εἰσιν, οἵτινες βα-
σιλείαν οὔπω ἔλαβον, ἀλλ' ἐξουσίαν ὡς βασιλεῖς μίαν ὥ-
13 ραν λαμβάνουσι μετὰ τοῦ θηρίου. Οὗτοι μίαν γνώμην ἔχου-
σι, καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἑαυτῶν τῷ θηρίῳ δια-
14 διδώσουσιν. Οὗτοι μετὰ τοῦ ἀρνίου πολεμήσουσι, καὶ τὸ ἀρ-
νίον νικήσει αὐτοὺς, ὅτι Κύριος κυρίων ἐστὶ, καὶ Βασιλεὺς βα-
σιλέων· καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ κλητοὶ, καὶ ἐκλεκτοὶ, καὶ πιστοί.
15 Καὶ λέγει μοι, Τὰ ὕδατα, ἃ εἶδες, οὗ ἡ πόρνη κάθηται,
16 λαοὶ καὶ ὄχλοι εἰσὶ, καὶ ἔθνη, καὶ γλῶσσαι. Καὶ τὰ δέκα κέ-
ρατα, ἃ εἶδες ἐπὶ τὸ θηρίον, οὗτοι μισήσουσι τὴν πόρνην,
καὶ ἠρημωμένην ποιήσουσιν αὐτὴν καὶ γυμνὴν, καὶ τὰς σάρκας
17 αὐτῆς φάγονται, καὶ αὐτὴν κατακαύσουσιν ἐν πυρί. Ὁ γὰρ
Θεὸς ἔδωκεν εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν ποιῆσαι τὴν γνώμην
αὐτοῦ, καὶ ποιῆσαι μίαν γνώμην, καὶ δοῦναι τὴν βασιλείαν
18 αὐτῶν τῷ θηρίῳ, ἄχρι τελεσθῇ τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ. Καὶ
ἡ γυνὴ, ἣν εἶδες, ἔστιν ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ἡ ἔχουσα βασι-
XVIII. 1 λείαν ἐπὶ τῶν βασιλέων τῆς γῆς. Καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον
ἄγγελον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔχοντα ἐξουσίαν με-
2 γάλην, καὶ ἡ γῆ ἐφωτίσθη ἐκ τῆς δόξης αὐτοῦ. Καὶ ἔκραξεν
ἐν ἰσχύϊ φωνῇ μεγάλῃ, λέγων, Ἔπεσεν ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ
μεγάλη, καὶ ἐγένετο κατοικητήριον δαιμόνων, καὶ φυλακὴ
παντὸς πνεύματος ἀκαθάρτου, καὶ φυλακὴ παντὸς ὀρνέου ἀκα-
3 θάρτου καὶ μεμισημένου· Ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορ-
νείας αὐτῆς πέπωκε πάντα τὰ ἔθνη· καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς
γῆς μετ' αὐτῆς ἐπόρνευσαν, καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς ἐκ τῆς
4 δυνάμεως τοῦ στρήνους αὐτῆς ἐπλούτησαν. Καὶ ἤκουσα ἄλλην
φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λέγουσαν, Ἐξέλθετε ἐξ αὐτῆς ὁ λαός
μου, ἵνα μὴ συγκοινωνήσητε ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῆς, καὶ ἵνα
5 μὴ λάβητε ἐκ τῶν πληγῶν αὐτῆς. Ὅτι ἠκολούθησαν αὐ-
τῆς αἱ ἁμαρτίαι ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐμνημόνευσεν ὁ
6 Θεὸς τὰ ἀδικήματα αὐτῆς. Ἀπόδοτε αὐτῇ ὡς καὶ αὐ-
τὴ ἀπέδωκεν ὑμῖν, καὶ διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ κατὰ τὰ
ἔργα αὐτῆς· ἐν τῷ ποτηρίῳ, ᾧ ἐκέρασε, κεράσατε αὐτῇ
διπλοῦν.

4 *Grando magna ſicut talentum*] ὡς ταλαντιαία, id eſt, *talentaris*, & magnitudine talenti. *Talentum* magnum Antiquis dicebatur, unde quicquid ingens eſſet, id ταλαντιαῖον vocabant, ſicut ἁμαξιαῖον.

A fuit, ex quo homines fuerunt ſuper terram, talis terræmotus adeo magnus. Et facta eſt civitas magna in 19 tres partes, & civitates gentium ceciderunt. Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum, ut daret illi calicem vini indignationis iræ ſuæ. Et omnis in- 20 ſula fugit, & montes non ſunt inventi. Et 4 grando 21 magna ſicut talentum deſcendit de cœlo in homines, & blaſphemaverunt Deum homines propter plagam grandinis, quoniam magna facta eſt plaga ejus vehementer. Et venit unus de ſeptem angelis, qui ha- 1 XVII. bebant ſeptem phialas, & loquutus eſt mecum, di-
B cens mihi, Veni, oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas, Cum 2 qua ſcortati ſunt reges terræ, & inebriati ſunt qui inhabitant terram de vino proſtitutionis ejus. Et abſ- 3 tulit me ſpiritu in deſertum. Et vidi mulierem ſedentem [1] ſuper beſtiam coccinam, plenam nominibus maledicentiæ, habentem capita ſeptem & cornua decem. Et mulier erat circumdata purpura & coccino, 4 & inaurata auro & lapide pretioſo & margaritis, habens poculum aureum in manu ſua, plenum abominationibus & immunditia libidinis ſuæ. Et in fronte 5 ejus nomen ſcriptum, Myſterium, Babylon magna, mater ſcortationum & abominationum terræ. Et vi- 6 di mulierem ebriam de ſanguine ſanctorum, & de ſan-
C guine martyrum Jeſu. Et miratus ſum quum viderem illam admiratione magna. Et dixit mihi angelus, 7 Quare miraris? ego dicam tibi myſterium mulieris, & beſtiæ quæ portat eam, quæ habet capita ſeptem & cornua decem. Beſtia, quam vidiſti, fuit, & non 8 eſt, & adſcenſura eſt de abyſſo, & in interitum ibit, & mirabuntur inhabitantes terram, quorum nomina ſcripta non ſunt in libro vitæ a condito mundo, videntes beſtiam, quæ erat, & non eſt. [2] Hic eſt mens 9 quæ habet ſapientiam. Septem capita, ſeptem montes ſunt, ſuper quos mulier ſedet, & reges ſeptem ſunt. Quinque ceciderunt, unus eſt, & alius nondum 10 venit: & quum venerit, oportet illum breve tempus
D manere. Et beſtia, quæ erat, & non eſt, & ipſe octa- 11 vus eſt, & de ſeptem eſt, & in interitum vadit. Et 12 decem cornua, quæ vidiſti, decem reges ſunt, qui regnum nondum acceperunt, ſed poteſtatem tanquam reges una hora accipient cum beſtia. Hi unum con- 13 ſilium habent, & virtutem & poteſtatem ſuam beſtiæ tradent. Hi cum agno pugnabunt, & agnus vincet il- 14 los, quoniam Dominus dominorum eſt, & Rex regum: & qui cum illo ſunt vocati, & electi, & fideles. Et dicit mihi, Aquæ, quas vidiſti, ubi meretrix ſedet, 15 populi ſunt & turbæ & gentes & linguæ. Et decem 16 cornua, quæ vidiſti in beſtia, hi odio proſequentur me-
E retricem, & deſolatam facient illam & nudam, & carnes ejus comedent, & ipſam igne concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum, ut faciant quod 17 placitum eſt illi, ut unam faciant voluntatem, ut dent regnum ſuum beſtiæ, donec conſummentur verba Dei. Et mulier, quam vidiſti, eſt civitas magna, quæ 18 habet regnum ſuper reges terræ. Et poſt hæc vidi 1 XVIII. alium angelum deſcendentem de cœlo, habentem poteſtatem magnam, & terra illuminata eſt a gloria ejus. Et exclamavit per fortitudinem voce magna, di- 2 cens, Cecidit cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, & cuſtodia omnis volucris immundæ & invi-
F ſæ: Quia de vino iræ ſcortationis ejus biberunt omnes 3 gentes: & reges terræ cum illa ſcortati ſunt, & mercatores terræ de virtute deliciarum ejus divites facti ſunt. Et audivi aliam vocem de cœlo, dicentem, Exi- 4 te de illa populus meus, ne participes ſitis delictorum ejus, & de plagis ejus ne accipiatis. Quoniam perve- 5 nerunt peccata ejus uſque ad cœlum, & recordatus eſt Deus iniquitatum ejus. Reddite illi ſicut & ipſa 6 reddidit vobis, & duplicate ei duplicia ſecundum opera ejus: in poculo, quo miſcuit, miſcete illi duplum.

1 *Super beſtiam coccineam*] κόκκινον, id eſt, *coccinam*, purpuram regum indicans.

2 *Et hic eſt ſenſus*] Ὧδε ὁ νοῦς, id eſt, *Hic eſt mens*, ſive *intellectus*. Nam *Hic* adverbium eſt, non pronomen.

1 Et

7 διπλοῦν. Ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν ϗ ἐστρηνίασε, τοσοῦτον δότε αὐτῇ βασανισμὸν ϗ πένθος, ὅτι ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς λέγει, Κάθημαι βασίλισσα, ϗ χήρα οὐκ εἰμὶ, ϗ 8 πένθος οὐ μὴ ἴδω. Διὰ τοῦτο ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἥξουσιν αἱ πληγαὶ αὐτῆς, θάνατος ϗ πένθος ϗ λιμὸς, ϗ ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται· ὅτι ἰσχυρὸς Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ κρινῶν αὐ- 9 τήν. Καὶ κλαύσονται αὐτὴν, ϗ κόψονται ἐπ' αὐτῇ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, οἱ μετ' αὐτῆς πορνεύσαντες ϗ στρηνιάσαν- 10 τες, ὅτ' ἂν βλέπωσι τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς, Ἀπὸ μακρόθεν ἑστηκότες διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, λέγοντες, Οὐαὶ οὐαὶ ἡ πόλις ἡ μεγάλη Βαβυλὼν, ἡ πό- 11 λις ἡ ἰσχυρὰ, ὅτι ἐν μίᾳ ὥρᾳ ἦλθεν ἡ κρίσις σου. Καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς κλαίουσι ϗ πενθοῦσι ἐπ' αὐτῇ, ὅτι τὸν γό- 12 μον αὐτῶν οὐδεὶς ἀγοράζει οὐκ ἔτι, Γόμον χρυσοῦ ϗ ἀργύρου ϗ λίθου τιμίου, οὔτε μαργαρίτου, ϗ βύσσου, ϗ πορφύρας, ϗ σηρικοῦ, ϗ κοκκίνου, ϗ πᾶν ξύλον θύϊνον, ϗ πᾶν σκεῦος ἐλεφάντινον, ϗ πᾶν σκεῦος ἐκ ξύλου τιμιω- 13 τάτου, ϗ χαλκοῦ, ϗ σιδήρου, ϗ μαρμάρου, Καὶ κινάμωμον, ϗ θυμιάματα, ϗ μύρον, ϗ λίβανον, ϗ οἶνον, ϗ ἔλαιον, ϗ σεμίδαλιν, ϗ σῖτον, ϗ κτήνη, ϗ πρόβατα, ϗ 14 ἵππων, ϗ ῥεδῶν, ϗ σωμάτων, ϗ ψυχὰς ἀνθρώπων. Καὶ ἡ ὀπώρα τῆς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς σου ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, ϗ πάντα τὰ λιπαρὰ ϗ τὰ λαμπρὰ ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, ϗ 15 οὐκ ἔτι οὐ μὴ εὑρήσῃς αὐτά. Οἱ ἔμποροι τούτων, οἱ πλουτήσαντες, ἀπ' αὐτῆς ἀπὸ μακρόθεν στήσονται, διὰ τὸν φόβον 16 τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, κλαίοντες ϗ πενθοῦντες, Καὶ λέγοντες, Οὐαὶ οὐαὶ ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ἡ περιβεβλημένη βύσσινον ϗ πορφυροῦν ϗ κόκκινον, ϗ κεχρυσωμένη ἐν χρυσῷ ϗ 17 λίθῳ τιμίῳ ϗ μαργαρίταις· Ὅτι μίᾳ ὥρᾳ ἠρημώθη ὁ τοσοῦτος πλοῦτος, ϗ πᾶς κυβερνήτης, ϗ πᾶς ἐπὶ τῶν πλοίων ὁ ὅμιλος, ϗ ναῦται, ϗ ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται, 18 ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν, Καὶ ἔκραζον, ὁρῶντες τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς, λέγοντες, Τίς ὁμοία τῇ πόλει τῇ με- 19 γάλῃ; Καὶ ἔβαλον χοῦν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, ϗ ἔκραζον κλαίοντες ϗ πενθοῦντες, λέγοντες, Οὐαὶ οὐαὶ ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ἐν ᾗ ἐπλούτησαν πάντες οἱ ἔχοντες πλοῖα ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐκ τῆς τιμιότητος αὐτῆς, ὅτι μιᾷ 20 ὥρᾳ ἠρημώθη. Εὐφραίνου ἐπ' αὐτὴν οὐρανὲ, ϗ οἱ ἅγιοι Ἀπόστολοι καὶ οἱ Προφῆται, ὅτι ἔκρινεν ὁ Θεὸς τὸ κρῖμα 21 ὑμῶν ἐξ αὐτῆς. Καὶ ἦρεν εἷς ἄγγελος ἰσχυρὸς λίθον ὡς μύλον μέγαν, ϗ ἔβαλεν εἰς τὴν θάλασσαν, λέγων, Οὕτως ὁρμήματι βληθήσεται Βαβυλὼν ἡ μεγάλη πόλις, ϗ 22 οὐ μὴ εὑρεθῇ ἔτι· Καὶ φωνὴ κιθαρῳδῶν ϗ μουσικῶν ϗ αὐλητῶν ϗ σαλπιστῶν οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι· ϗ πᾶς τεχνίτης πάσης τέχνης οὐ μὴ εὑρεθῇ ἐν σοὶ ἔτι· ϗ φω- 23 νὴ μύλου οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι· Καὶ φῶς λύχνου οὐ μὴ φανῇ ἐν σοὶ ἔτι· ϗ φωνὴ νυμφίου ϗ νύμφης οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι· ὅτι οἱ ἔμποροί σου ἦσαν οἱ μεγιστᾶνες τῆς γῆς, ὅτι ἐν τῇ φαρμακείᾳ σου ἐπλανήθησαν πάν- 24 τα τὰ ἔθνη, Καὶ ἐν αὐτῇ αἷμα προφητῶν ϗ ἁγίων εὑρέ- XIX. 1 θη, ϗ πάντων τῶν ἐσφαγμένων ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ μετὰ ταῦτα ἤκουσα φωνὴν ὄχλου πολλοῦ μεγάλην ἐν τῷ οὐρανῷ, λέγοντος, Ἀλληλούϊα, ἡ σωτηρία, ϗ ἡ δόξα, 2 ϗ ἡ τιμὴ, ϗ ἡ δύναμις Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν· Ὅτι ἀληθιναὶ ϗ δίκαιαι αἱ κρίσεις αὐτοῦ, ὅτι ἔκρινεν τὴν πόρνην τὴν μεγάλην, ἥτις ἔφθειρε τὴν γῆν ἐν τῇ πορνείᾳ αὐτῆς, ϗ ἐξεδίκησε τὸ αἷμα τῶν δούλων αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρὸς αὐ- 3 τῆς. Καὶ δεύτερον εἴρηκαν, Ἀλληλούϊα. Καὶ ὁ καπνὸς αὐ- 4 τῆς ἀναβαίνει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ ἔπεσαν οἱ πρεσβύτεροι οἱ εἴκοσι καὶ τέσσαρες, καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα, καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρό- 5 νου, λέγοντες, Ἀμὴν, Ἀλληλούϊα. Καὶ φωνὴ ἐκ τοῦ θρόνου ἐξῆλθεν, λέγουσα, Αἰνεῖτε τὸν Θεὸν ἡμῶν πάντες οἱ δοῦλοι αὐτοῦ, καὶ οἱ φοβούμενοι αὐτὸν, καὶ οἱ μικροὶ 6 καὶ οἱ μεγάλοι. Καὶ ἤκουσα ὡς φωνὴν ὄχλου πολλοῦ, καὶ ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, καὶ ὡς φωνὴν βροντῶν ἰσχυρῶν, λέγοντας, Ἀλληλούϊα· ὅτι ἐβασίλευεν Κύριος ὁ 8 Θεὸς ὁ παντοκράτωρ. Χαίρωμεν καὶ ἀγαλλιώμεθα, καὶ δῶ-

Alias ἀπώλοντο.

plum. Quantum glorificavit se [1] & in deliciis fuit, 7 tantum date illi tormentum & luctum, quia in corde suo dicit, Sedeo regina; & vidua non sum, & luctum non videbo. Ideo in una die venient plagæ 8 ejus, mors & luctus & fames, & igne comburetur: quia fortis est Dominus Deus, qui judicabit illam. Et flebunt illam, & plangent se super illa reges ter- 9 ræ, qui cum illa scortati sunt & in deliciis vixerunt, quum viderint fumum incendii ejus, Longe stantes 10 propter timorem tormenti ejus, dicentes, Væ væ civitas illa magna Babylon, civitas illa fortis, quoniam in una hora venit judicium tuum. Et negotiatores 11 terræ flent & lugent super illa, quoniam merces eorum nemo emit amplius, Merces auri & argenti & 12 lapidis pretiosi, neque margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici, & coccini, & omne [2] lignum thyinum, & omne vas eburneum, & omne vas de ligno pretiosissimo, & ære, & ferro, & marmore, Et cinnamo- 13 mum, & unguentum, & thus, & vinum, & oleum, [3] & similam, & triticum, & jumenta, & oves, & equorum, & rhedarum, & mancipiorum, & animas hominum. Et poma desiderii animæ tuæ discesserunt a te, 14 & omnia pinguia & præclara perierunt a te, & amplius illa jam non invenies. Mercatores horum, qui 15 divites facti sunt, ab ea longe stabunt, propter timorem tormenti ejus, flentes ac lugentes, Et dicentes, 16 Væ væ civitas illa magna, quæ amicta erat bysso & purpura & cocco, & deaurata erat auro & lapide pretioso & margaritis: Quoniam una hora destitutæ sunt 17 tantæ divitiæ, & omnis gubernator, & omnis in navibus versantium turba, & nautæ, & qui in mari operantur, longe steterunt, Et clamaverunt, videntes 18 fumum incendii ejus, dicentes, Quæ similis civitati huic magnæ? Et miserunt pulverem super capita sua, 19 & clamaverunt flentes ac lugentes, dicentes, Væ væ civitas illa magna, in qua divites facti sunt omnes qui habebant naves in mari de pretiis ejus, quoniam una hora desolata est. Exsulta super eam cœlum, & sancti 20 Apostoli & Prophetæ, quoniam judicavit Deus judicium vestrum de illa. Et sustulit unus angelus for- 21 tis [4] lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens, [5] Hoc impetu mittetur Babylon civitas illa magna, & ultra jam non invenietur: Et vox citha- 22 rœdorum & musicorum & tibia canentium & tuba non audietur in te amplius: & omnis artifex cujuscumque artis non invenietur in te amplius: & vox molæ non audietur in te amplius: Et lux lucernæ 23 non lucebit in te amplius: & vox sponsi & sponsæ non audietur posthac in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficiis tuis erraverunt omnes gentes: Et in ea sanguis prophetarum & san- 24 ctorum inventus est, & omnium qui interfecti sunt in terra. Post hæc [1] audivi vocem magnam turbæ 1 XIX. multæ in cœlo, dicentis, [2] Alleluia, salus, & honor, & gloria, & virtus Domino Deo nostro est: Quia vera 2 & justa judicia ejus, quia judicavit de meretrice magna, quæ corrupit terram prostitutione sui, & vindicavit sanguinem servorum suorum de ejus manu. Et iterum dixerunt, Alleluia. Et fumus ejus adscendit 3 in secula seculorum. Et ceciderunt viginti quatuor se- 4 niores, & quatuor animalia, & adoraverunt Deum sedentem super thronum, dicentes, Amen, Alleluia. Et vox de throno exivit, dicens, Laudem dicite Deo 5 nostro omnes sancti ejus, & qui timetis eum, pusilli & magni. Et audivi sicut vocem turbæ multæ, & sicut 6 vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium, Alleluia: quoniam regnavit Dominus Deus noster omnipotens. Gaudea- 7 mus

1 *ET in deliciis fuit*] καὶ ἐστρηνίασε. Idem verbum quo composito usus est Paulus in Epistola ad Timotheum priore capite quinto: *Cum autem luxuriatæ fuerint in Christo, volunt nubere.* De quo pluribus suo dictum est loco. Item paulo post, καὶ στρηνιάσαντες, id est, *& lascivierunt.*

2 *Lignum tinium*] θύϊνον, *thyinon*, ab arbore *thyo*, cujus fit mentio III. Regum cap. x.

3 *Et simila*] καὶ σεμίδαλιν. Quidam interpretantur *siliginem.*

4 *Lapidem molarem magnum*] λίθον ὡς μύλον, id est, *lapidem tanquam molam.*

5 *Hoc impetu mittetur*] Οὕτως ὁρμήματι βληθήσεται, id est, *Sic impetu mittetur.*

1 *QUasi vocem magnam tubarum multarum*] ἤκουσα φωνὴν ὄχλου πολλοῦ, id est, *audivi vocem turbæ multæ.* Proinde consentaneum est, Interpretem scripsisse *turbarum*, non *tubarum.*

2 *Alleluia*] Quod Hebræis sonat *Laudate Dominum.* Siquidem הַלְלוּ *laudate* est, יָהּ *Dominus.* Ea vox crebra est in Psalmis, *Laudate Dominum.*

3 *Vide*

δῶμεν τὴν δόξαν αὐτῷ· ὅτι ἦλθεν ὁ γάμος τοῦ ἀρνίου, καὶ ἡ γυ-
8 νὴ αὐτοῦ ἑτοίμασεν ἑαυτήν. Καὶ ἐδόθη αὐτῇ, ἵνα περιβάλη-
ται βύσσινον καθαρὸν καὶ λαμπρόν· τὸ γὰρ βύσσινον τὰ δι-
9 καιώματά ἐστι τῶν ἁγίων. Καὶ λέγει μοι, Γράψον, Μακά-
ριοι οἱ εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου τοῦ ἀρνίου κεκλημένοι. Καὶ λέγει
10 μοι, Οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοί εἰσι τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἔπεσον ἔμ-
προσθεν τῶν ποδῶν αὐτοῦ, προσκυνῆσαι αὐτῷ. Καὶ λέγει μοι,
Ὅρα μὴ, σύνδουλός σου εἰμὶ, καὶ τῶν ἀδελφῶν σου, τῶν ἐχόντων
τὴν μαρτυρίαν τοῦ Ἰησοῦ· τῷ Θεῷ προσκύνησον· ἡ γὰρ μαρτυ-
11 ρία τοῦ Ἰησοῦ ἐστι τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας. Καὶ εἶδον τὸν οὐ-
ρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκὸς, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐ-
τὸν καλούμενος πιστὸς καὶ ἀληθινὸς, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει καὶ
12 πολεμεῖ. Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρὸς, καὶ ἐπὶ τὴν
κεφαλὴν αὐτοῦ διαδήματα πολλὰ, ἔχων ὄνομα γεγραμμέ-
13 νον, ὃ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ αὐτός. Καὶ περιβεβλημένος ἱμάτιον
βεβαμμένον αἵματι, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ὁ λόγος τοῦ
14 Θεοῦ. Καὶ τὰ στρατεύματα τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ ἠκολούθει αὐτῷ ἐφ'
15 ἵπποις λευκοῖς, ἐνδεδυμένοι βύσσινον λευκὸν καὶ καθαρόν. Καὶ
ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐκπορεύεται ῥομφαία ὀξεῖα, ἵνα ἐν αὐ-
τῇ πατάσσῃ τὰ ἔθνη· καὶ αὐτὸς ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ
σιδηρᾷ· καὶ αὐτὸς πατεῖ τὴν ληνὸν τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ὀρ-
16 γῆς τοῦ Θεοῦ παντοκράτορος. Καὶ ἔχει ἐπὶ τὸ ἱμάτιον καὶ ἐπὶ
τὸν μηρὸν αὐτοῦ τὸ ὄνομα γεγραμμένον, Βασιλεὺς βασιλέων,
17 καὶ Κύριος κυρίων. Καὶ εἶδον ἕνα ἄγγελον ἑστῶτα ἐν τῷ ἡ-
λίῳ, καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, λέγων πᾶσι τοῖς ὀρνέοις τοῖς
πετωμένοις ἐν μεσουρανήματι, Δεῦτε καὶ συνάγεσθε εἰς τὸ
18 δεῖπνον τοῦ μεγάλου Θεοῦ, Ἵνα φάγητε σάρκας βασιλέων, καὶ
σάρκας χιλιάρχων, καὶ σάρκας ἰσχυρῶν, καὶ σάρκας ἵππων
καὶ τῶν καθημένων ἐπ' αὐτῶν, καὶ σάρκας πάντων ἐλευθέ-
19 ρων καὶ δούλων, καὶ μικρῶν καὶ μεγάλων. Καὶ εἶδον τὸ θηρίον,
καὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ τὰ στρατεύματα αὐτῶν συνη-
γμένα ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου, καὶ
20 μετὰ τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ. Καὶ ἐπιάσθη τὸ θηρίον, καὶ με-
τὰ τούτου ὁ ψευδοπροφήτης, ὁ ποιήσας τὰ σημεῖα ἐνώπιον αὐ-
τοῦ, ἐν οἷς ἐπλάνησε τοὺς λαβόντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου,
καὶ τοὺς προσκυνοῦντας τῇ εἰκόνι αὐτοῦ· ζῶντες ἐβλήθησαν οἱ δύο
21 εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην ἐν τῷ θείῳ. Καὶ οἱ
λοιποὶ ἀπεκτάνθησαν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ
ἵππου, τῇ ἐκπορευομένῃ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ· καὶ πάντα τὰ
XX. 1 ὄρνεα ἐχορτάσθησαν ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῶν. Καὶ εἶδον ἄγγε-
λον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔχοντα τὴν κλεῖδα τῆς ἀβύσ-
2 σου, καὶ ἅλυσιν μεγάλην ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ. Καὶ ἐκράτησε
τὸν δράκοντα, τὸν ὄφιν τὸν ἀρχαῖον, ὅς ἐστι διάβολος καὶ σα-
3 τανᾶς, καὶ ἔδησεν αὐτὸν χίλια ἔτη, Καὶ ἔβαλεν αὐτὸν
εἰς τὴν ἄβυσσον, καὶ ἔκλεισεν αὐτὸν, καὶ ἐσφράγισεν ἐπά-
νω αὐτοῦ, ἵνα μὴ πλανήσῃ τὰ ἔθνη ἔτι, ἄχρι τελεσθῇ χί-
λια ἔτη· καὶ μετὰ ταῦτα δεῖ αὐτὸν λυθῆναι μικρὸν χρό-
4 νον. Καὶ εἶδον θρόνους, καὶ ἐκάθισαν ἐπ' αὐτοὺς, καὶ κρί-
μα ἐδόθη αὐτοῖς, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν πεπελεκισμένων
διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ καὶ διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ,
καὶ οἵτινες οὐ προσεκύνησαν τῷ θηρίῳ, οὔτε τὴν εἰκόνα αὐ-
τοῦ, καὶ οὐκ ἔλαβον τὸ χάραγμα ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῶν καὶ
ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτῶν, καὶ ἔζησαν, καὶ ἐβασίλευσαν μετὰ
5 Χριστοῦ χίλια ἔτη. Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν νεκρῶν οὐκ ἀνέζησαν,
ἕως τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη ἄχρι. Αὕτη ἡ ἀνάστασις ἡ πρώτη.
6 Μακάριος καὶ ἅγιος ὁ ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ·
ἐπὶ τούτων ὁ θάνατος ὁ δεύτερος οὐκ ἔχει ἐξουσίαν, ἀλλ' ἔσον-
ται ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ βασιλεύσουσι μετ' αὐτοῦ
7 χίλια ἔτη. Καὶ ὅτε ἐτελέσθησαν τὰ χίλια ἔτη, λυθήσεται ὁ
8 σατανᾶς ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ, Καὶ ἐξελεύσεται πλανῆσαι τὰ
ἔθνη τὰ ἐν ταῖς τέσσαρσιν γωνίαις τῆς γῆς, τὸν Γὼγ καὶ τὸν
Μαγὼγ, συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς πόλεμον, ὧν ὁ ἀριθμὸς ὡς
9 ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης. Καὶ ἀνέβησαν ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς
γῆς, καὶ ἐκύκλωσαν τὴν παρεμβολὴν τῶν ἁγίων καὶ τὴν
πόλιν τὴν ἠγαπημένην· καὶ κατέβη πῦρ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκ
10 τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγεν αὐτούς. Καὶ ὁ διάβολος ὁ
πλανῶν αὐτοὺς ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς καὶ θείου,
ὅπου τὸ θηρίον, καὶ ὁ ψευδοπροφήτης, καὶ βασανισθήσονται
11 ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ εἶδον
θρόνον λευκὸν μέγαν, καὶ τὸν καθήμενον ἐπ' αὐτοῦ, οὗ ἀπὸ
προσώπου ἔφυγεν ἡ γῆ καὶ ὁ οὐρανὸς, καὶ τόπος οὐχ εὑ-
ρέθη

Alias ὅταν τελεσθῇ

3 *Vide ne feceris*] Ὅρα μὴ, id eſt, *Vide ne. Feceris* addidit Interpres, quo magis explanaret ſententiam. Similiter capite XXII. Ὅρα μή.

4 *Et calcat torcular vini*] ληνὸν, quod ante vertit *lacum*.

mus & exſultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ agni, & uxor ejus præparavit ſe. Et da- 8
tum eſt illi, ut cooperiat ſe byſſino puro & ſplendido: byſſinum enim juſtificationes ſunt ſanctorum. Et di- 9
cit mihi, Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt. Et dicit mihi, Hæc verba Dei vera ſunt. Et cecidi ante pedes ejus, ut adorarem eum. 10
Et dicit mihi, 3 Vide ne feceris, conſervus tuus ſum, & fratrum tuorum, habentium teſtimonium Jeſu: Deum adora: teſtimonium enim Jeſu eſt ſpiritus prophetiæ. Et vidi cœlum apertum, & ecce equus 11
albus, & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis & verax, & per juſtitiam judicat & pugnat. Oculi au- 12
tem ejus ſicut flamma ignis, & in capite ejus diademata multa, habens nomen ſcriptum, quod nemo novit niſi ipſe. Et veſtitus erat veſte tincta ſanguine, 13
& vocatur nomen ejus, Sermo Dei. Et exercitus, qui 14
ſunt in cœlo, ſequebantur eum in equis albis, veſtiti byſſino albo & mundo. Et ex ore ejus procedit gla- 15
dius acutus, ut eo percutiat gentes: & ipſe reget eas virga ferrea: 4 & ipſe calcat torcular vini furoris & iræ Dei omnipotentis. Et habet in veſtimento & in 16
femore ſuo nomen ſcriptum, Rex regum, & Dominus dominantium. Et vidi unum angelum ſtantem 17
in ſole, & clamavit voce magna, dicens omnibus avibus, quæ volabant per medium cœli, Venite & congregamini ad cœnam magni Dei, Ut edatis carnes 18
regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum & ſedentium in ipſis, & carnes omnium liberorum ac ſervorum, & puſillorum ac magnorum. Et vidi beſtiam, & reges terræ, & exer- 19
citus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo qui ſedebat in equo, & cum exercitu ejus. Et ap- 20
prehenſa eſt beſtia, & cum illa pſeudopropheta, qui fecit ſigna coram ipſa, in quibus ſeduxit eos qui acceperunt characterem beſtiæ, & qui adoraverunt imaginem ejus: vivi conjecti ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardens ſulphure. Et cæteri occiſi ſunt gladio 21
ſedentis ſuper equum, qui procedit ex ore ipſius: & omnes aves ſaturatæ ſunt carnibus eorum. Et vidi 1 XX.
angelum deſcendentem de cœlo, habentem clavem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua. Et appre- 2
hendit draconem, ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus & ſatanas, & ligavit eum per annos mille, Et 3
miſit eum in abyſſum, & clauſit eum, & ſignavit ſuper illum, ut non ſeducat amplius gentes, donec conſummentur mille anni: & poſt hoc oportet illum ſolvi modico tempore. Et vidi ſedes, & ſederunt ſuper 4
eas, & judicium datum eſt illis, & animas decollatorum propter teſtimonium Jeſu & propter ſermonem Dei, & qui non adoraverunt beſtiam, neque imaginem ejus, nec acceperunt characterem ejus in frontibus ſuis aut in manibus ſuis, & vixerunt, & regnaverunt cum Chriſto mille annis. Cæteri vero mor- 5
tuorum non revixerunt, donec conſummentur mille anni. Hæc eſt reſurrectio prima. Beatus & ſanctus 6
qui habet partem in reſurrectione prima: in iis ſecunda mors non habet poteſtatem, ſed erunt ſacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum illo mille annis. Et quum conſummati fuerint mille anni, ſolve- 7
tur ſatanas de carcere ſuo, Et exibit ut ſeducat gen- 8
tes quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ, 1 Gog & Magog, ut congreget eos in prælium, quorum numerus eſt ſicut arena maris. Et adſcenderunt ſuper 9
latitudinem terræ, & circumierunt caſtra ſanctorum & civitatem dilectam: & deſcendit ignis a Deo de cœlo, & devoravit eos. Et diabolus, qui ſeducebat 10
eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, ubi & beſtia & pſeudopropheta cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum. Et vidi thronum magnum can- 11
didum, & ſedentem ſuper eum, a cujus conſpectu fugit

1 Gog & *Magog*] Accuſativi caſus eſt utrumque, & generis maſculini, quod articulus Græcus declarat, τὸν Γὼγ καὶ τὸν Μαγὼγ, ſive pro hominibus accipienda ſunt, ſive pro gente. Nec eſt *congregabit*, ſed συναγαγεῖν αὐτοὺς, id eſt, *ad congregandum*, aut *ut congreget eos*. Porro *eos* non refertur ad angulos, aut gentes, ſed ad *Gog* & *Magog*.

1 *Ego*

12 ρέθη αὐτοῖς. Καὶ εἶδον τοὺς νεκροὺς μικροὺς καὶ μεγάλους ἑστῶτας ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ βιβλία ἠνεῴχθησαν· καὶ βιβλίον ἄλλο ἠνεῴχθη, ὅ ἐστι τῆς ζωῆς, καὶ ἐκρίθησαν οἱ νεκροὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς βιβλίοις, κατὰ τὰ ἔργα
13 αὐτῶν. Καὶ ἔδωκεν ἡ θάλασσα τοὺς ἐν αὐτῇ νεκροὺς, καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἔδωκαν τοὺς ἐν αὐτοῖς νεκροὺς, καὶ
14 ἐκρίθησαν ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. Καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἐβλήθησαν εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός· οὗτός ἐστιν ὁ
15 δεύτερος θάνατος. Καὶ εἴ τις οὐχ εὑρέθη ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς γεγραμμένος, ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός.

Alias θρόνου.

XXI. 1 Καὶ εἶδον οὐρανὸν καινὸν καὶ γῆν καινήν· ὁ γὰρ πρῶτος οὐρανὸς καὶ ἡ πρώτη γῆ παρῆλθεν, καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔ-
2 στιν ἔτι. Καὶ ἐγὼ Ἰωάννης εἶδον τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλὴμ καινὴν, καταβαίνουσαν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἡτοιμασμένην, ὡς νύμφην κεκοσμημένην τῷ ἀνδρὶ
3 αὐτῆς. Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λεγούσης, Ἰδοὺ ἡ σκηνὴ τοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ σκηνώσει μετ᾽ αὐτῶν· καὶ αὐτοὶ λαοὶ αὐτοῦ ἔσονται, καὶ
4 αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔσται μετ᾽ αὐτῶν Θεὸς αὐτῶν. Καὶ ἐξαλείψει ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν· καὶ ὁ θάνατος οὐκ ἔσται ἔτι, οὔτε πένθος, οὔτε κραυγὴ, οὔτε
5 πόνος οὐκ ἔσται ἔτι, ὅτι τὰ πρῶτα ἀπῆλθον. Καὶ εἶπεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου, Ἰδοὺ καινὰ πάντα ποιῶ. Καὶ λέγει μοι, Γράψον, ὅτι οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοὶ καὶ πιστοί
6 εἰσι. Καὶ εἶπέ μοι, Γέγονε. Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος. Ἐγὼ τῷ διψῶντι δώσω ἐκ τῆς πηγῆς τοῦ
7 ὕδατος τῆς ζωῆς δωρεάν. Ὁ νικῶν κληρονομήσει πάντα,
8 καὶ ἔσομαι αὐτῷ Θεὸς, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι ὁ υἱός. Δειλοῖς δὲ, καὶ ἀπίστοις, καὶ ἐβδελυγμένοις, καὶ φονεῦσι, καὶ πόρνοις, καὶ φαρμακεῦσι, καὶ εἰδωλολάτραις, καὶ πᾶσι τοῖς ψευδέσι τὸ μέρος αὐτῶν ἐν τῇ λίμνῃ τῇ καιομένῃ πυρὶ καὶ
9 θείῳ, ὅ ἐστι δεύτερος θάνατος. Καὶ ἦλθε πρός με εἷς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐχόντων τὰς ἑπτὰ φιάλας τὰς γεμούσας τῶν ἑπτὰ πληγῶν τῶν ἐσχάτων, καὶ ἐλάλησε μετ᾽ ἐμοῦ, λέ-
10 γων, Δεῦρο, δείξω σοι τὴν νύμφην τοῦ ἀρνίου τὴν γυναῖκα. Καὶ ἀπήνεγκέ με ἐν πνεύματι ἐπ᾽ ὄρος μέγα καὶ ὑψηλὸν, καὶ ἔδειξέ μοι τὴν πόλιν τὴν μεγάλην τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλὴμ,
11 καταβαίνουσαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, Ἔχουσαν τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ· καὶ ὁ φωστὴρ αὐτῆς ὅμοιος λίθῳ τιμιωτάτῳ ὡς λί-
12 θῳ ἰάσπιδι κρυσταλλίζοντι. Ἔχουσά τε τεῖχος μέγα καὶ ὑψηλὸν, ἔχουσα πυλῶνας δώδεκα, καὶ ἐπὶ τοῖς πυλῶσιν ἀγγέλους δώδεκα, καὶ ὀνόματα ἐπιγεγραμμένα, ἅ ἐστι τῶν
13 δώδεκα φυλῶν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Ἀπ᾽ ἀνατολῆς πυλῶνες τρεῖς, ἀπὸ βορρᾶ πυλῶνες τρεῖς, ἀπὸ νότου πυλῶνες τρεῖς,
14 ἀπὸ δυσμῶν πυλῶνες τρεῖς· Καὶ τὸ τεῖχος τῆς πόλεως ἔχον θεμελίους δώδεκα, καὶ ἐν αὐτοῖς ὀνόματα τῶν δώδεκα ἀπο-
15 στόλων τοῦ ἀρνίου. Καὶ ὁ λαλῶν μετ᾽ ἐμοῦ εἶχε κάλαμον χρυσοῦν, ἵνα μετρήσῃ τὴν πόλιν, καὶ τοὺς πυλῶνας αὐτῆς,
16 καὶ τὸ τεῖχος αὐτῆς. Καὶ ἡ πόλις τετράγωνος κεῖται, καὶ τὸ μῆκος αὐτῆς τοσοῦτόν ἐστιν ὅσον καὶ τὸ πλάτος, καὶ ἐμέτρησε τὴν πόλιν ἐν τῷ καλάμῳ ἐπὶ σταδίων δώδεκα χιλιάδων,
17 τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος καὶ τὸ ὕψος αὐτῆς ἴσα ἐστιν. Καὶ ἐμέτρησε τὸ τεῖχος αὐτῆς ἑκατὸν τεσσαράκοντα τεσσά-
18 ρων πηχῶν, μέτρον ἀνθρώπου, ὅ ἐστιν ἀγγέλου. Καὶ ἦν ἡ ἐνδόμησις τοῦ τείχους αὐτῆς ἴασπις· καὶ ἡ πόλις χρυσίον
19 καθαρὸν, ὁμοία ὑάλῳ καθαρῷ. Καὶ οἱ θεμέλιοι τοῦ τείχους τῆς πόλεως παντὶ λίθῳ τιμίῳ κεκοσμημένοι· ὁ θεμέλιος ὁ πρῶτος ἴασπις, ὁ δεύτερος σάπφειρος, ὁ τρίτος
20 χαλκηδὼν, ὁ τέταρτος σμάραγδος, Ὁ πέμπτος σαρδόνυξ, ὁ ἕκτος σάρδιος, ὁ ἕβδομος χρυσόλιθος, ὁ ὄγδοος βήριλλος, ὁ ἔννατος τοπάζιον, ὁ δέκατος χρυσόπρασος, ὁ ἑνδέκατος ὑάκινθος, ὁ δωδέκατος ἀμέθυστος.
21 Καὶ οἱ δώδεκα πυλῶνες δώδεκα μαργαρῖται, ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου, καὶ ἡ πλατεῖα
22 τῆς πόλεως χρυσίον καθαρὸν, ὡς ὕαλος διαφανής. Καὶ ναὸν οὐκ εἶδον ἐν αὐτῇ· ὁ γὰρ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ
23 ναὸς αὐτῆς ἐστι, καὶ τὸ ἀρνίον. Καὶ ἡ πόλις οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου, οὐδὲ τῆς σελήνης, ἵνα φαίνωσιν ἐν αὐτῇ· ἡ γὰρ δόξα τοῦ Θεοῦ ἐφώτισεν αὐτὴν, καὶ ὁ λύχνος αὐτῆς τὸ
24 ἀρνίον. Καὶ τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων ἐν τῷ φωτὶ αὐτῆς περιπατήσουσι, καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς φέρουσι τὴν δόξαν
25 καὶ τὴν τιμὴν αὐτῶν εἰς αὐτὴν, Καὶ πυλῶνες αὐτῆς οὐ
26 μὴ κλεισθῶσιν ἡμέρας· νὺξ γὰρ οὐκ ἔσται ἐκεῖ. Καὶ οἴσουσι τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν τῶν ἐθνῶν εἰς αὐτήν.

Καὶ

1 *Ego sum alpha & ω*] γέγονα τὸ ἄλφα καὶ τὸ ω. Noster codex consentiebat cum vulgata horum temporum Editione.

A git terra & cœlum, & locus non est inventus eis. Et 12 vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu Dei, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitæ, & judicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris, secundum opera ipsorum. Et dedit 13 mare mortuos qui in eo erant, & mors & infernus dederunt eos qui in ipsis erant mortuos, & judicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et in- 14 fernus & mors conjecti sunt in stagnum ignis: hæc est mors secunda. Et qui non inventus est in libro vitæ 15 scriptus, conjectus est in stagnum ignis. Et vidi cœ- 1 XXI. lum novum & terram novam: primum enim cœlum & prima terra abiit, & mare jam non est. Et ego 2 B Joannes vidi sanctam civitatem Jerusalem novam, descendentem de cœlo, a Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem magnam de cœ- 3 lo, dicentem, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis: & ipsi populi ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Et abstersu- 4 rus est Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt. Et dixit 5 qui sedebat in throno, Ecce nova facio omnia. Et dixit mihi, Scribe, quia hæc verba fidelia sunt & vera. Et dixit mihi, Factum est. 1 Ego sum A & Ω, ini- 6 tium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vivæ gratis. Qui vicerit, possidebit omnia, & ero illi Deus, 7 C & ipse erit mihi filius. Timidis autem, & incredulis, 8 & exsecratis, & homicidis, & scortatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Et venit ad me unus de septem an- 9 gelis habentibus septem phialas plenas septem plagis novissimis, & loquutus est mecum, dicens, Veni, ostendam tibi sponsam uxorem agni. Et sustulit me 10 spiritu in montem magnum & altum, & ostendit mihi civitatem magnam sanctam Jerusalem, descendentem de cœlo a Deo, Habentem claritatem Dei: & 11 lumen ejus simile lapidi pretiosissimo tanquam lapidi 2 jaspidi crystallisanti. Et habebat murum magnum 12 & altum, habentem portas XII, & in portis ange- D los XII, & nomina inscripta, quæ sunt nomina XII tribuum filiorum Israël. Ab oriente portæ 13 tres, ab aquilone portæ tres, ab austro portæ tres, ab occasu portæ tres: Et murus civitatis habens fun- 14 damenta XII, & in ipsis duodecim nomina XII apostolorum agni. Et qui loquebatur mecum habe- 15 bat mensuram arundineam auream, ut metiretur civitatem, & portas ejus, & murum ejus. Et civitas in 16 quadro posita est, & longitudo ejus tanta est quanta & latitudo, & mensus est civitatem de arundine *aurea* per stadia duodecim millia, & longitudo & altitudo & latitudo ejus æqualia sunt. Et mensus est 17 murum ejus CXLIV cubitorum, mensura hominis, quæ est angeli. Et erat structura muri ejus ex 18 E jaspide: ipsa vero civitas aurum mundum, similis vitro mundo. Et fundamenta muri civitatis omni lapi- 19 de pretioso ornata: fundamentum primum jaspis, secundum sapphirus, tertium calcedonius, quartum smaragdus, Quintum sardonyx, sextum sardius, 20 septimum chrysolitus, octavum berillus, nonum topazius, decimum chrysoprasus, undecimum hyacinthus, duodecimum amethystus. Et duodecim portæ 21 duodecim margaritæ sunt, per singulas, & singulæ portæ singulis margaritis, & platea civitatis aurum mundum tanquam vitrum perlucidum. Et templum 22 F non vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & agnus. Et civitas non eget sole, ne- 23 que luna, ut luceant in ea: nam claritas Dei illuminavit eam, & lucerna ejus est agnus. Et ambulabunt 24 gentes quæ servatæ fuerunt in lumine ejus, & reges terræ afferent gloriam suam & honorem in illam, Et portæ ejus non claudentur per diem: nox enim 25 non erit illic. Et afferent gloriam & honorem gen- 26 tium

2 *Jaspidi sicut crystallum*] κρυσταλλίζοντι, id est, *crystallizanti*, ut referatur ad lapidem.

27 Καὶ οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτὴν πᾶν κοινοῦν ϗ ποιοῦν βδέλυγμα ϗ ψεῦδος, εἰ μὴ οἱ γεγραμμένοι ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς

XXII. 1 ζωῆς τοῦ ἀρνίου. Καὶ ἔδειξέ μοι καθαρὸν ποταμὸν ὕδατος ζωῆς, λαμπρὸν ὡς κρύσαλλον, ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ θρόνου 2 τοῦ Θεοῦ ϗ τοῦ ἀρνίου. Ἐν μέσῳ τῆς πλατείας αὐτῆς, ϗ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν ϗ ἐντεῦθεν ξύλον ζωῆς, ποιοῦν καρποὺς δώδεκα, κατὰ μῆνα ἕνα ἕκασον ἀποδιδοῦν τὸν καρπὸν αὐτοῦ· ϗ τὰ φύλλα τοῦ ξύλου εἰς θεραπείαν τῶν ἐθνῶν.

Alias κατάθεμα. 3 Καὶ πᾶν κατανάθεμα οὐκ ἔσαι ἔτι· ϗ ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ ϗ τοῦ ἀρνίου ἐν αὐτῇ ἔσαι, ϗ οἱ δοῦλοι αὐτοῦ λατρεύσουσιν αὐτῷ, 4 Καὶ ὄψονται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ϗ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ 5 τῶν μετώπων αὐτῶν. Καὶ νὺξ οὐκ ἔσαι ἐκεῖ, ϗ χρείαν οὐκ ἔχουσιν λύχνου, ϗ φωτὸς ἡλίου, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς φωτίζει αὐτούς, ϗ βασιλεύσουσιν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

6 Καὶ εἶπέ μοι, Οὗτοι οἱ λόγοι πισοὶ ϗ ἀληθινοί. Καὶ Κύριος ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων προφητῶν ἀπέσειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ 7 δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει. Ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ. Μακάριος ὁ τηρῶν τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ 8 βιβλίου τούτου. Καὶ ἐγὼ Ἰωάννης ὁ βλέπων ταῦτα ϗ ἀκούων. Καὶ ὅτε ἤκουσα ϗ ἔβλεψα, ἔπεσα προσκυνῆσαι ἔμπροσθεν τῶν 9 ποδῶν τοῦ ἀγγέλου, τοῦ δεικνύοντός μοι ταῦτα. Καὶ λέγει μοι, Ὅρα μή, σύνδουλός σου γάρ εἰμι, ϗ τῶν ἀδελφῶν σου προφητῶν, ϗ τῶν τηρούντων τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τού-10 του. Τῷ Θεῷ προσκύνησον. Καὶ λέγει μοι, Μὴ σφραγίσῃς τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου· ὅτι ὁ και-11 ρὸς ἐγγύς ἐσιν. Ὁ ἀδικῶν ἀδικησάτω ἔτι, ϗ ὁ ῥυπῶν ῥυπωσάτω ἔτι· καὶ ὁ δίκαιος δικαιωθήτω ἔτι, καὶ ὁ ἅγιος ἁγια-12 σθήτω ἔτι. Καὶ ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ· καὶ ὁ μισθός μου μετ' 13 ἐμοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάσῳ ὡς τὸ ἔργον αὐτοῦ ἔσαι. Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος. 14 Μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἔσαι ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τοῖς πυλῶσιν εἰσέλ-15 θωσιν εἰς τὴν πόλιν. Ἔξω δὲ οἱ κύνες, καὶ οἱ φαρμακοὶ, καὶ οἱ πόρνοι, καὶ οἱ φονεῖς, καὶ οἱ εἰδωλολάτραι, καὶ πᾶς 16 ὁ φιλῶν καὶ ποιῶν ψεῦδος. Ἐγὼ Ἰησοῦς ἔπεμψα τὸν ἄγγελόν μου μαρτυρῆσαι ὑμῖν ταῦτα ἐπὶ ταῖς Ἐκκλησίαις. Ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος τοῦ Δαβίδ, ὁ ἀσὴρ ὁ λαμπρὸς καὶ 17 ὀρθρινός. Καὶ τὸ Πνεῦμα καὶ ἡ νύμφη λέγουσιν, Ἐλθέ. Καὶ ὁ ἀκούων εἰπάτω, Ἐλθέ. Καὶ ὁ διψῶν ἐλθέτω· καὶ ὁ θέλων 18 λαμβανέτω τὸ ὕδωρ ζωῆς δωρεάν. Συμμαρτυροῦμαι γὰρ παντὶ ἀκούοντι τοὺς λόγους προφητείας βιβλίου τούτου· ἐάν εἴ τις ἐπιτιθῇ πρὸς ταῦτα, ἐπιθήσει ὁ Θεὸς ἐπ' αὐτὸν 19 τὰς πληγὰς τὰς γεγραμμένας ἐν βιβλίῳ τούτῳ. Καὶ ἐὰν εἴ τις ἀφαιρῇ ἀπὸ τῶν λόγων βίβλου τῆς προφητείας ταύτης, ἀφαιρήσει ὁ Θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ ἀπὸ βίβλου τῆς ζωῆς, καὶ ἐκ τῆς πόλεως ἁγίας, καὶ τῶν γεγραμμένων ἐν βι-20 βλίῳ τούτῳ. Λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα, Ναί, ἔρχομαι ταχύ. Ἀμήν,

A 27 tium in illam. Non intrabit in eam aliquid quod inquinat, aut abominationem facit & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni. Et ostendit mi- 1 XXII. hi purum fluvium aquæ vivæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei & agni. In me- 2 dio plateæ ejus, & ex utraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum: & folia ligni ad sanitatem gentium. Et omne maledictum non erit amplius: sed 3 sedes Dei & agni in illa erit, & servi ejus servient illi, Et videbunt faciem ejus, & nomen ejus in fronti- 4 bus suis. Et nox illic non erit, & non egent lumine 5 lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus B illuminat illos, & regnabunt in secula seculorum. Et 6 dixit mihi, Hæc verba fidelia sunt & vera. Et Dominus Deus sanctorum prophetarum misit angelum suum ostendere servis suis quæ oportet fieri cito. Et ecce 7 venio velociter. Beatus qui custodit verba prophetiæ libri hujus. Et ego Joannes qui audivi & vidi hæc. 8 Et postquam audissem & vidissem, cecidi ut adorarem ante pedes angeli, qui mihi hæc ostendebat. Et 9 dicit mihi, Vide ne feceris, conservus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui servant verba *prophetiæ* libri hujus. Deum adora. Et di- 10 cit mihi, Ne obsignaveris verba prophetiæ libri hujus: tempus enim prope est. 1 Qui nocet, noceat ad- 11 C huc, & qui sordidus est, sordescat adhuc: & qui justus est, justificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Et ecce venio cito: & merces mea mecum est, 12 ut reddam unicuique ut opus illius erit. Ego sum A 13 & Ω, primus & novissimus, principium & finis. 2 Beati qui servant mandata illius, ut sit potestas eo- 14 rum in ligno vitæ, & per portas intrent in civitatem. Foris autem canes, & venefici, & impudici, & ho- 15 micidæ, & idolis servientes, & omnis qui amat & facit mendacium. Ego Jesus misi angelum meum, ut 16 testificaretur vobis hæc in Ecclesiis. Ego sum radix & genus David, stella splendida & matutina. Et Spi- 17 ritus & sponsa dicunt, Veni. Et qui audit dicat, Veni. D Et qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. Contestor enim omni audienti verba prophe- 18 tiæ libri hujus: si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si 19 quis diminuerit de verbis libri prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus e libro vitæ, & a civitate sancta, & ex his quæ scripta sunt in libro isto. Dicit qui 20 testimonium perhibet istorum, 3 Etiam, venio cito. Amen,

1 Qui nocet noceat] Ὁ ἀδικῶν, id est, *Qui male agit*, sive *Qui injustus est*. Et *adhuc*, positum est, pro *amplius*.

2 *Beati qui lavant stolas suas*] Longe aliud Græci, Μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, id est, *Beati qui faciunt mandata ejus*. Interpres legisse videtur, οἱ πλύνοντες τὰς σολάς. Sed unde quod sequitur, *in sanguine agni*? Nam id quidem apud Græcos prorsus non legitur.

3 *Etiam venio cito*] Ναὶ ἔρχομαι ταχύ. *Ναὶ* est confirmantis. At idem adverbium mox repetitur Græcis, Ναὶ ἔρχου Κύριε Ἰησοῦ, id est, *Etiam veni Domine Jesu*. Testatur divus Hieronymus Apocalypsim ne sua quidem ætate fuisse receptam a Græcis. Ad hæc quosdam eruditissimos viros totum hoc argumentum ceu fictum multis convitiis insectatos fuisse, quasi nihil haberet Apostolicæ gravitatis, sed vulgatam tantum rerum historiam figurarum involucris adumbratam. Deinde nec in sententiis esse quod Apostolica E majestate dignum videatur. Ut de his interim nihil dicam, me nonnihil moverent cum aliæ conjecturæ, tum illæ, quod revelationes scribens, tam sollicite suum inculcat nomen, *Ego Joannes, ego Joannes*. Perinde quasi syngrapham scriberet, non librum. Idque non solum præter morem aliorum Apostolorum, verum multo magis præter suum morem, qui in Evangelio modestiora narrans, non exprimit tamen usquam suum vocabulum, sed notulis indicat, *Discipulus ille, quem diligebat Jesus*. Et Paulus coactus referre de visionibus suis, rem sub alterius exponit persona. At F hic tam arcana cum Angelis colloquia describens, quot locis inculcat *ego Joannes*. Adhæc in Græcis, quos ego viderim, codicibus non erat titulus *Joannis Evangelistæ*, sed *Joannis Theologi*, ut ne commemorem stilum non parum dissonantem ab eo qui est in Evangelio & Epistola. Nam de locis, quos quidam calumniati sunt, velut Hæreticorum quorumdam dogmata redolentes, non magni negotii sit diluere. Hæc, inquam, me nonnihil moverent, quo minus crederem esse *Joannis Evangelistæ*, nisi me consensus orbis alio vocaret, præcipue vero auctoritas Ecclesiæ, si tamen hoc opus hoc animo comprobat Ecclesia, ut *Joannis Evangelistæ* velit haberi, & pari esse pondere cum cæteris canonicis libris. Jam Dorotheus Tyri Episcopus ac Martyr in compendio vitarum prodidit Joannem Evangelium suum scripsisse in insula Patmo. Etiamsi Eusebius tradit Ephesi scriptum. Cæterum de Apocalypsi nullam omnino facit mentionem. Ne Anastasius quidem Græcus in suo catalogo audet affirmare, opus hoc illius esse, tantum ait receptum a quibusdam tanquam illius opus. Dionysius Alexandrinus Episcopus, qui candidissime sensisse videtur de hoc opere, dissentit quidem ab his qui censebant esse Cerinthi hæretici, cujus erat dogma, in terris futurum aliquando regnum Christi, ac tum quicquid voluptatum pro Christo contemptum fuerat, ubere cum fœnore rediturum, redituras opes, redituras victimas ac festos dies Legis Mosaicæ. Atque hoc consilio operi alieno *Joannis Apostoli* titulum præfixisse, ut suos errores huic libro admixtos Apostolici nominis fuco commendaret simplicibus: tamen suspicatur librum ab alio quopiam Joanne viro sancto conscriptum, & in hac sententia fuisse complures Christianos, quorum judicio commotus, non ausus sit librum adspernari. Porro cur suspicetur opus non esse *Joannis Apostoli*, qui filius fuit Zebedæi, frater Jacobi, non aliam causam adducit, nisi quam & nos recensuimus, videlicet, quod identidem nomen suum inculcet. Hæc atque alia nonnulla super hoc libro recenset Eusebius Cæsariensis *Ecclesiastica Historia* libro VII. Idem libro III. mentionem faciens hujus operis, *In Revelatione*, inquit, *quæ dicitur Joannis*. Rursus aliquanto post, inter novi Testamenti libros, de quibus fuerit aliquando dubitatum, recenset *Revelationem Joannis, Epistolam Jacobi* & *Judæ*, & *Petri secundam*, *Joannis secundam* ac *tertiam*. Rursus aliquanto post eodem in libro citat Cajum quemdam auctorem orthodoxum, qui nihil dubitat hoc opus tribuere Cerintho hæretico, multis verbis ostendens quæ venena suæ hæreseos huic libro admiscuerit, abutens interim Apostolici nominis auctoritate. Equidem quum ad Hæreticorum maliciosas artes respicio, facile possum adduci ut credam Cerinthum, qui vixit ætate Joannis, & illi, opinor, supervixit, hoc commento voluisse suum virus in orbem spargere. At rursum mihi non potest persuaderi Deum passurum fuisse, ut Diaboli techna tot seculis impune deluderet populum Christianum. Nam opus hoc constat antiquissimum esse, quippe quod vetustissimus Irenæus, & hoc vetustior Justinus Martyr commentariis suis dignati sunt. Quanquam Irenæus apud Eusebium libro tertio, præter Apostolos, quibus adjungit Joannem Evangelistam, commemorat Aristionem quemdam

&

21 Ἀμήν, ναί, ἔρχου Κύριε Ἰησοῦ. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

ΤΗΣ ΑΠΟΚΑΛΥΨΕΩΣ ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΕΛΟΣ.

A Amen, etiam, veni Domine Jesu. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen. 21

APOCALYPSIS JOANNIS

FINIS.

& Joannem presbyterum, cujus Eusebius suspicatur esse Apocalypsim. Nam eidem Hieronymus testatur adscribi duas posteriores Epistolas. Idem in Epistola ad Dardanum testatur ætate sua Epistolam ad Hebræos in disputationibus rejici solere a Latinis, similiter & Apocalypsim a Græcis. Veteres tamen ex utroque sumere testimonia. Aliasque non in uno loco commendat hoc opus adversus Græcorum rejectionem. Idem rursus exponens Ezechielis cap. XXXVI. fatetur Irenæum non omnino fuisse alienum ab opinione Chiliastarum, quemadmodum nec Tertullianum, Lactantium, & Victorinum, & Apollinarium. Cerinthus enim docebat Christum nondum resurrexisse, sed resurrecturum, ac post mille annos cum suis regnaturum in terris incredibili rerum omnium felicitate. Sane *Chiliadis* crebro fit hic mentio, velut capite XII. & XX. Ad evincendum hic liber non perinde valet, quum totus constet allegoriis, ad cognoscenda Ecclesiæ primordia conducit plurimum. Inter gemmas etiam nonnihil est discriminis, & aurum est auro purius ac probatius. In sacris quoque rebus, aliud est alio sacratius, *Qui spiritualis est*, ut inquit Paulus, *omnia dijudicat, & a nemine dijudicatur.*

ANNOTATIONUM IN APOCALYPSIM JOANNIS,

PER

DESIDERIUM ERASMUM ROTERODAMUM,

FINIS.

INDEX RERUM
ET VOCABULORUM
IN ANNOTATIONES
NOVI TESTAMENTI,
ſecundum litterarum ordinem compoſitus.

Ἀνά-

Deprava-

E.

Hora

K.

L.

M.

Patri

Q.

R.

Redemptio-

S.

Θερα-

F I N I S.